U B
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciencies Socials

,, tesaria, y gracia con un visible empe
,, de obsequiar à la Nacion Navarra, y à
,, dos los particulares, que se citaban en
,, Obra.

,, Juzgarà V. I. que me aquietè con e
,, ultimo passo? Pues no fue assi, Recelo
,, siempre de que los Señores Diputados,
,, por la parte que tenian en el Escrito, ò
,, la inclinacion, que professaban al
,, no tuviessen toda aquella indiferencia, q
,, era menester para hacer juicio desapass
,, nado de la Obra, y temeroso de que
,, dos Jesuitas Revisores no padeciessen ta
,, bien las mismas excepciones, con unid
,, confiadamente, y baxo un invencible
,, gilo, todo el cuerpo del Papel con un
,, nistro Togado, sabio, culto, erudito, di
,, creto, versado en todo genero de Letra
,, y sobre todo hijo am[illegible] del Reyno
,, Conjurele por todo [illegible] de
,, amistad, de la ingen[illegible]
,, za, que leyesse co[illegible]
,, justa, y censoria [illegible]

dad, por su Sabiduria, por su discrecion,
ò por todo junto, han apurado à la Elo-
quencia todas las frases para explicar el su-
lime concepto, que forman de esta Obra.
Unos calificandola de: *Unica en su espe-*
, y solo comparable con tal qual de las mas
ebradas, que ha visto España en este siglo.
ro de: *la mayor, que han leìdo en el gene-*
Otros de: *Original, y molde de todas quan-*
huvieren de salir de la misma Clase. Otros
l: *Elogio mas delicado, mas fino, y mas ele-*
do, que se pudiera discurrir del Reyno de
avarra, y de sus Individuos. Otros de: *Una*
za, que dexarà eternizada en el Mundo la
lamacion del Ilustrissimo Reyno en el año
46. Val[illegible]
hecho las Ciudades de la Monarquia, [illegible]
empobrecido sus Erarios [illegible]

,, Ilustrissimo Reyno, y no juzgand
,, cientes mis alegatos, disfrazò urban
,, te su precepto en trage de ruego, q
,, modo de hacerle mas eficàz: con q
,, dì mi juicio (que la voluntad bien
,, da la tenia) y me dediquè desde
,, punto à trabajar en la Obra con s
,, consuelo, experimentando tamb
,, gun extraordinario aliento.

,, Entreguème totalmente à este cu
,, abandonando otros muchos de no
,, ña importancia, y en veinte y un
,, grè vèr escritos, y estampados v
,, quatro pliegos, tan à costa de mi
,, que enmedio de [illegible] tanta me
[illegible] ra, que diò b
[illegible] à los principios, hasta que

propria. Por lo demàs todos alaba-
l methodo, el estilo, la propriedad,
entiva, y sobre todo la obsequiosa
nidad de la Obra, assi respecto de to-
Reyno, como de quantos Individuos
s iban saliendo al theatro del Papel.
tas diligencias parece, que pudieran
gar à qualquiera otro genio no tan es-
loso, ò menos desconfiado, que el
pero este no se diò por satisfecho con
Pareciendome, que los defectos de
Obra se hacen mas visibles, quando se
ra el todo, que considerandola à tro-
y por partes; luego que estuvo im-
o el cuerpo del Papel passè à Egues,
e se hallaba el Señor Don Vicente
loa, por ser el unico Diputado, que
zon estaba inmediato à esta Capital:
e todos los pliegos, registròlos muy
cio con aquella madurèz, que es pro-
e su buen juicio, y no encontrò clau-
expression, ò sylaba, que no respi-
atencion, respeto, estimacion, cor-
,, te-

26

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

[illegible] REGII
[illegible] Criminalis Concilii
CATHALONIÆ
DECISIONES
In Tres Partes divisæ.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

SACRI REGII
Criminalis Concilii
CATHALONIÆ
DECISIONES
In Tres Partes diviſæ.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB Biblioteca de Ciències Socials

SACRI REGII
Criminalis Concilii
CATHALONIÆ
DECISIONES,
CUM ANNOTATIUNCULIS
Poſt opus animadverſis, & Regiis Deciſionibus inter excudendum prolatis;

AUCTORE

DON MICHAELE
DE CALDERO,

BARCINONENSI, OLIM IN HUJUSCE PATRIÆ Academia, poſt Veſpertinum, Primario Juris Civilis Anteceſſore: deinde in Regia Audientia Civili Cathaloniæ Conſiliario: poſteà Tertiæ Aulæ Doctore, & Fiſci Advocato Regiæ Curiæ: præterea ad Regiam Audientiam Civilem regreſſo, & promoto ad munus Advocati Fiſcalis Patrimonialis, ac etiam Regente Regiam Cancellariam.

PARS PRIMA.

VENETIIS, MDCCXXIV.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

SACRATISSIMÆ VIRGINIS DE MONTE-SERRATO IMPLORATUR PATROCINIUM.

INTEMERATÆ VIRGINIS auxilium exorare, acceptionemque benevolam consequi ad edendum publicè hoc opusculum Decisionum Criminalium, supplicia, & facinorum rigidas pœnas pertractans, dissonum videtur; quando Deiparæ clementiam Sanctissimi Patres passim prædicant, & scriptis concelebrant: *Solium Divinæ Misericordiæ est Maria. Mater Misericordiæ, in qua omnes inveniunt solatium misericordiæ.* (a) *Maria omnibus sinum suæ misericordiæ aperit, ut de plenitudine ejus accipiant universi.* (b)

In Nos magna tui sunt experimenta favoris,
Et pietas omni jam tua nota loco est. (c)

At Reginæ æquè fert piissimus animus, & annuit sua recta voluntas, condigna meritos pœna criminosos puniri, & scandala subter fugi suppliciorum exemplo. *In viis justitiæ ambulo.* (d) *In medio semitarum judicii.* (e) Hercle quidem Virginea Parens eminentissimo possedit gradu, omni creaturæ supremo, justitiæ probitatem; nec defuit ipsi actus justitiæ, (f) quæ est scientia justi, & injusti. (g) *Est germen justitiæ in oppido iniquitatis.* (h) *Et dicatur Regina, quæ sedet in solio judicii.* (i)

Est numen, quod cuncta oculis hæc arbitratur.
Est quoque cum punit: si non, in tempore fiet. (k)

Debita poscunt igitur jura, me in hoc opere Marianum quærere præsidium, sine quo eventus ullus prosper, exitus secundus ullus haberi potest? *Quicquid istud, est quod offerre paras, Mariæ commendare memento, ut eodem alveo ad legislatorem gratiæ gratia redeat; modicum istud quod offerre desideras, gratissimis illis, & omni acceptione dignissimis Mariæ manibus tradere cura, si non vis sustinere repulsam.* (l)

Potissima teneor ratione sub Virgineum asylum de Monte-Serrato hunc laborem reponere, quia Patrocinium primum, quod suscepi in agendis causis in Cathaloniæ Regia Cancellaria, Regiæ Domui de Monte-Serrato fuit directum, cui libentissimè fui obsequutus, inter advocandum diversa, & ut plurimùm ardua facta, & jusdicendum Baroniarum subditis Cœnobii per illustris, per quatuordecim annorum curricula. Hic est mei ingenioli primævus partus. Primitias has, quia primas primitias, quia gratiores, Benigna ò Virgo de Monte-Serrato aspicias, suscipe ergo, ò Deipara hoc munusculum. *Non est auditum à sæculo, quemque ad tua currentem præsidia, tua implorantem auxilia, aut tua petentem suffragia, à te derelictum.* (m)

(a) *D. Bonav. in spec. Virg.*
(b) *D. Ber. ser. 4. de B. M. de verb. Apoc.*
(c) *Mantuan. 1. Parthen.*
(d) *Prover. 8. vers. 16.*
(e) *Prover. 8. vers. 21.*
(f) *De quo agit Ulpian. in l. Justitia 10. ff. de just. & jur.*
(g) *F. Ios. à Iesu Mar. Car. Discal. in Hist. V. M. lib. 2. c. 11. num. 3.*
(h) *D. Chrysost. Hom. 2. de pat. Iob in sua litturg.*
(i) *Ricar. à S. Lau. lib. 6. de Lau. Virg. glossat super illis verbis Prover. 20. Rex qui sedet in solio Iudicii.*
(k) *Iust. lips. in Virg. Aspricol.*
(l) *D. Ber. ser. de Aquaduc. in Nat. B. M. ad fin.*
(m) *Chrysost. apud Sim. Varrep. in precat. ptis cap. 9.*

(a) D. Bonav. in Spec.
(b) S. Greg. Mag. lib. 1. in expos. cap. 2. lib. Reg.

Est Mons Sanctus Maria. (a) *Mons in vertice montium, quia altitudo Mariæ supervonnes Sanctos refulsit.* (b) Divinæ Parentis Imaginem ullam talia decent encomia laudum debito ita jure, ac mirandam Virginem Montis-Serrati Sacram.

Est namque Mons-Serratus non modò in Hispaniis, verùm ubivis Provinciarum Latini, Christianique nominis, fama pernotissimus. Septem leucarum distantia Nobilissima Barcinone abest; ambitu quatuor complectitur leucas.

Et licèt concernentibus se inaccessibilem ostendat, & prorsus rupes inaccessæ videantur, humanæ tamen industriæ hic natura victa cessit; viis licèt obliquis totum montem pervadunt.

Cujus sub fimbria montis undans Rubricatus amnis, resonans in vallibus imis, decurrentes tranat aquas, versùs istius tractum labilem spelunca abditissima objicitur, divinitùs ubi adinventa fuit colenda Virginis Sacrata Imago.

Vertice montis despectantibus vicini montes camporum imaginem præbent: raræ hìc convalles, plerumque solidæ rupes, & immensæ altitudinis aspreta, atque ubi in rupis verticem magno labore te evasisse putas, statim se offert alia multò major, & crescere adhuc rupis altitudo videtur: interdum invastæ magnitudinis murum excurrunt, variis hinc inde quasi castellis prominentibus: interdum seorsum collocatæ, cæterisque avulsæ montis, turrium imaginem præbent.

Est mirum in modum dispar aliis montibus, qui hunc densa circumvallant corona, sepositus adeò, ut eorum nulli immisceatur: nubibus se condere ob eximiam altitudinem creditur, ut ferè Cathalonia tota oculorum acies in sublime montis fastigium valeat protendere: Baleares insulæ, quæ hinc sexaginta leucis distant, oculis leguntur.

Ultra montis medium, Ara Virgini, & Augustissimum Templum structum est. In hoc situ Domus ædificatæ videntur, quæ cubicula, & hospitia habent, in quibus Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Equites recipiuntur. Cœnobium Religiosissimæ Benedictinæ Familiæ, religionis causa eò confluentium concursu, maximè celebre. Continet duo templa, vetustum, & novum: illud catenis multis, aliisque instrumentis, & frequentibus votivis undique tabellis ornatum, miraculorum multitudinem prædicantibus. Novum longitudine, altitudine, & amplitudine maximè capax, permultis egregiis, & ditissimis fanis exornatum, auro perpolitum, variis diversisque coloribus dextera quadam formositate depictum.

Sedet Magna Dei Parens in Aræ Majoris argenteo solio tabulari: est illius effigies veluti splendidissimæ plùs mediæ ætatis Dominæ; mira in vultu pulchritudine, colore subfusco, & intuentium oculos cœlesti ita majestate perstringens, ut Monachi eam circumvelantes amictu, vix ad illam inspiciendam oculorum orbes audeant erigere.

Quisquis adest horret, sacrumque attingere limen
Non audent pedibus, genibus gradiuntur ad aram.

Habet luminum acies perspicaci quadam, & præstanti formositate serenos. Sua carissima Proles, veluti trimestris nitidissimus infans, qui super submissa Genitricis genua sedet: tenens lævam Deipara manum super sinistram infantuli scapulam, per latus dexterum manum ostendit dexteram: Divinus infans apertè valet sacram aspicere Matrem.

Condidit Divinus Opifex in hac augusta imagine majestatem eximiam adeò cœlestem, ut invisentium sit nemo, qui Templum venerabile intrant, qui alios esse non se agnoscant, alteriusque opus mirabile mundi ingredi videantur.

Templum locupletatur, & decoratur cereis, argento, & auro, per orbem lampades pendent argenteæ, arte docta conflatæ, continua luce splendent; facibus, quæ perenni etiam claritate fulgescunt. Inter diademata multa, quatuor reperiuntur, quæ venustate coloris, & fulgore micante, cœlestium astrorum speciem, & similitudinem præseferunt; duo smeragdis flammæ colorem referentibus, nobilibusque aliis gemmis, & cocto lucidissima auro confecta, Virgini unum, & alterum Filio. Altera duo adamantibus, qui colore lucido, atque perspicuo, Matris, & Filii tempora eximia quadam venustate ornant.

Cœnobium suas Religiosorum classes ingenti numero fovet, qui inconfabili voce Deum, & Divinam Parentem summis honorant laudibus, dulcique gutture, & lætis concentibus Divina Officia Psalmunt, & hymnisono cantu nocturna silentia rumpunt.

Ad oscula fœlicia Sacratissimi Filii, & Sanctissimæ Virginis manui danda, per amplam ascenditur scalam, à sacro vestiario prodeuntem, & ad Ecclesiam aditum pandentem: in scalæ aureola pinachotecæ tres objiciuntur, picturis perita manu confectæ, & in harum media structum est altare pulcherrimum depictæ Imaginis Sanctissimæ Virginis, hanc Christicolæ supplices venerantur poplite curvo; & sacer dum Monachus veste pura, & stola indutus, cortinas ditissimas retrahit; implorant Virginem pia oratione *Salve Regina*; portam argento squamatam pandit: & tandem dives opum referatur Deiparens, Virgini sque intactæ adoranda Proles.

Benignum aditum ad hoc Templum scandendum, præcipuæ duæ tribuere viæ; per aliam conscenditur celeri, citatoque timone, vehiturque per alteram in quadrupede, latè patente extensu: in utraque via lapideæ Cruces solo affixæ comperiuntur.

Tenet in suis rupibus Anachoretarum casas, nec admiratione caret videre inter con-

ti-

fragoſas, & aſperrimas rupes, domunculam quandam tamquam hirundinis nidum, ſcopulo affixam; & quia penſiles ſunt, videntur quovis vento caſum minitari, & quod captum penè omnem ſuperat, ubi eò perveneris uno in tuguriolo conclave, triclinium, muſæum, Sacrarium, atrium, hortum, & quicquid demum concinnis ædibus convenit, omnia affabrè facta. Ad has Anachoretarum caſulas petitur arduis, & erectis anabathris, mira arte molitis, ſcrupeas elidendo, & contundendo rupes: innixa habent peribola tignaria, quibus inhæreſcunt ad culmina evadentes, & deſcendentes, non ſine vaſtæ ſublimitatis terrore: per cavam etiam trajicitur rupem; frequenter ſcanditur per hunc directiſſimum callem, ne decidant remedium eſt curioſiùs aſcendere, & ne ima reſpiciant: deſcenditur per viam aptiorem, cujus major pars etiam murorum moles attollendo, excidendoque ſaxa, ſtructa eſt: inviis in locis ſumma arte ſublicias quoque ſcalas duriſſimis ſcopulis affixere, ut eis enitantur deſcendentes.

In celſis faſtigiis faciles ſunt, & planæ viæ, per quas non ærumnoſo, & acerbo labore ab una Anachoretarum greſſus ad aliam domunculam patet.

Religioſi iſti Anachoretæ, qui has inhabitant, diebus feſtivis ad latum eremiticum Fanum tendunt, quod Monachus Sacerdos incolit, ibi congregantur, noxas expiant, Miſſæ attento animo adſunt, ad ſacram ſynaxim accedunt, ſeſeque monitis ſanctis ſolantur: & feſtorum ſolenniis ad Cœnobium greſſum movent.

Eſt totus mons naturæ prodigium, venuſtatus rupium, ſaxorumque immenſitate, altis, & inſigni forma decoratus arboribus, teneris, & præſtanti ſpecie floribus, quorum grata diverſitas, & multitudo vario ſplendore tot tantorumque colorum, voluptati, & avidis ſenſibus ſummam jucunditatem afferunt. Præbet ſe ſpectantibus veluti quoddam vireſcens, & lætiſſimum viridarium, floribus, herbiſque odoratis conſitum, & excultum.

Et non ſolùm has arbores fœcundus mons parit in partibus, quibus compoſitio ſitus, & telluris ad id aptitudinem offerunt: verùm in fragoſis, & duris ſcopulis virentes, & alticomæ arbores producuntur; nec deſunt variæ, & fertiles herbæ, olenteſque flores, oculis, & naribus maximè delectabiles: quorum topiarius ſolicitæ ſunt nubes conferentes, & liquidis imbribus irrigantes, ſolùm hæ valent verticum montis extinguere ſitim; non quia intra ſaxorum viſcera, argentei fontes illimis, & nitidis undis deſiderentur: ſectæ, & partitæ rupes curſum vetant, ut lymphæ in faſtigiis montis ſcaturiant; ſubmerſæ per rupium ilia confluunt, & deſiliunt præcipites in gurgites imos.

Avibus quoque refertus, quæ durum cantu fugant aſcendendi laborem: eſt Philomena pendens ſummo ſtridula ramo, dulces mille varios referens ore ſonos; Paſſer concentibus aera mulcens, aliarumque avium garrula cohors, quæ mollibus, & variis tot flexibus diſcrimine vocum, humana dulcius referunt arte: & præcipuè miræ ſpeciei ornatur alitibus, quos videre Anachoretarum manibus intrepidè ludere, & cibum capere, res admirationis, & jucunditatis eſt.

Eximiis, variiſque præconiis laudum Virginem de Monte-Serrato Hiſtorographi illuſtrarunt. Patet Caniſius graves hos reddit ore ſonos. (a) Primas tenet, quod in Monte-Serrato Templum eſt Hiſpaniæ Citerioris, & ad Lauretanum, omnium nunc Templorum, ni fallor, celeberrimum, videtur excedere, ſive miraculorum magnitudinem, ſive peregrinantium concurſum, ſive Religioſorum hominum illic degentium ſanctitatem, & erga exteros hoſpitalitatem conſiderare velimus.

(a) *Lib. 5. de Deipara, cap. 24. Imagine de Monte-Serrato.*

Antonius Beuter recta hæc ſuperadidit voce: (b) Cùm Auguſtam Lauretanam Domum Marcæ de Ancona, & quamplurima Divini cultus loca in Italia, & Gallia, & ferè Hiſpaniarum omnia inviſiſſem, reperi nullum, qui tantam, quantam iſte pareret religionem, & qui illum, veluti ego, viderint, conteſtentur: narratu, ac memoratu difficile, & ineffabile opus: ſcriptis committi nequit quod in cordibus experiuntur, maximè pii, qui hunc locum viſitant.

(b) *In Chronica Hiſp. l. 2. cap. 13.*

Don Antonius à Gavara Epiſcopus Mondon. ſic effatur: (c) Me vidiſſe recordor Virginem Laureti Matrem, Guadalupæ, & Penyafranciæ, Hoz, Segorbidæ, & Vallisveneræ, quæ Ædes, & Sanctuaria, maximæ religionis, orationis, & cunctæ ſunt admirationis: enimverò ſolamini meo, ac meæ naturæ, Dominam Noſtram Montis-Serrati, ædificium circumſpicio omni admiratione dignum, Domum orationis, & pietatis Templum: mehercule aſſero, me nunquam inter illa aſpreta ſaxoſa, interque ilſa condenſa nemora ſtetiſſe, quin ego alium me eſſe proponerem, quin vitæ anteactæ me pœniteret, & quin odio libertatem, ſolitudinemque amore proſequerer: Montem-Serratum pertranſivi unquam, quin extemplò corde contritus adeſſem; quin moroſè noxas confeſſione eluerem; quin Hoſtiam Sacram immolarem lacrymis; quin nocte ibi una rerum divinarum contemplationi vacarem; quin inopibus aliquid elargirer opis; quin benedictas candelas acciperem; & quin denique ſuper omnia ex pectore imo ſuſpiria plurima emitterem, & pedem à vitiorum via referre, & novam virtutis inire decernerem. Utinam Deo Cœli-potenti, & Noſtræ Matri Montis-Serrati placeret, talem me in his terris eſſe virum, qualem eſſe, in iſta Sacra Domo voluntate decrevi.

(c) *In Epiſt. fam. par. 1. lit. 28.*

Poſt hæc ſcripta, P. Emanuel Marcillo devoto protulit ore: (d) Aſſeveranter aſſeri poſſe quòd ſi Lauretanum Sanctuarium, cultum, & venerationem parit, quia

(d) *In Criſi Cath. par. 2. cap. 5. §. 3.*

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

Dei est Incarnati memoria: Montis-Serrati in sacris assidet montibus, naturæ prodigio, & in quorumdam opinione, (a) monumento funebri nostræ sacræ fidei; partitus siquidem fuit vitæ Conditoris interitu plurimas in partes, in lamentabile signum Opificis sui, lugens insequutus lapides, quos scissos fuisse in tam lugubri morte, Textus Evangelicus clamat. Et quidem non efformatæ à diluvio, nec à communi aliis Orbis montibus productione, illæ mirandæ, & latæ scissiones videntur.

(a) *Ex Palafox, Mendez, & Argaiz recitat P. Marcillo est.*

P. Benedictus Penyalosa, (b) sic edisserit: Inter Orbis Sanctuaria, eminentissimæ devotionis hæc prædicatur Imago; Domus Angelica, quæ infinita ob præclara miracula gesta, tanta intercedente Domina, gratiæ Sigillum commemoratur, ubi gratiæ, indulgentiæ, & veniæ conferuntur.

(b) *Excel. Hisp. excel. 5. cap. 21.*

Est Regia Angeli Cancellaria Supremi Concilii, in qua noxa deletur omnis, & aditum non habente supplicio, expeditur.

Est Porticus ditissima opum, & maximè frequentata, ubi Cœlorum merces Portioribus æstimandæ, & censendæ lustrantur, censu semoto omni, & tributo.

Est Portus exemptus, in quo diu, noctuque patet commercium ad Cœlestes Indias.

Est Cambiorum tutissimum Bancum, ubi centuplum accipitur.

Est Castellum, & Xenodochium benignissimum Marthæ, & Mariæ, in quo humani generis certissima salus fuit hospitio accepta, ibi illæ ductrices ad Cœlorum Regna viæ, contemplativæ, & activæ exercentur: semper in illa Domo Sacrata est laus perennis. Luce, nocteque in divinorum contemplatione versati, Numen divinum implorantes, & psallentes, atque innumeris victimarum immolatione sacrarum, Sacramentorum administratione frequenti, absque ulla intermissa, & cessabili voce, Monachi, Anachoretæ, Fratres, Daduci, omniumque nationum numerosa caterva, Summo Deo exhibent laudes. Ibi est mensa Solis celeberrima fama, (quam maximè prædicat Divus Hieronymus) pauperibus cunctis, & totius Christianæ Fidei peregrinantibus continuò patens.

Est divinarum misericordiarum amplum Delubrum, quod adeò vehementer introspicere, & potiri Propheta Regius exoptabat.

Est tandem mirum primævum pietatis, & devotionis Christianæ, atque Catholicæ.

Ægidius Jansonius, (c) Montis-Serrati faustitatis haud inscius, hæc nunciavit: celebritatem incredibilem conciliat D. Virginis imago quotidianis miraculis admirabilis. Hinc magnæ peregrinationes Religionis ergo ex omnibus Christiani Orbis Regionibus hujus Imaginis visitandæ causa suscipiuntur, adeò ut nemo Compostellam ad S. Jacobum salutandum proficiscatur, qui se etiam huc non conferat.

(c) *In Hisp. itin. cap. 2.*

Pater Gregorius de Argaiz, (d) de laudibus Virginis hæc scribit. Est Montis-Serrati Deipara, Hispaniarum Oraculum, & totius Europæ: Cathaloniam protegit, & tuetur.

(d) *In Epist. dedic. Marg. Cath.*

Hieronymus Paulus, (e) Montis-Serrati Majestatem venerans, in hæc prorupit verba: Mons-Serratus eo ordine compositus est, ut prudenti opere naturam ipsam, aut mundi hujus opificem, montem ipsum, nescio quid Sacri Numinis ostentantem suo celeberrimo cultui struxisse credamus.

(e) *In suo com. de flum. & mont. Hisp.*

Inque dies crescit Serrati gloria Montis. (f)

(f) *Iacobus Falco oper. poet. lib. 1.*

Hæc pro ingenii mei captu adumbravi, nam si exactè, graphicèque Montem, Virginemque describerem, nec majestati naturæ satisfacerem, grandèque profectò esset opus, ideò relinquendum.

Hanc igitur Dominam pronis genibus supplex votis, precibus exoro, ut tutelam ferat suam his meis, Mitissima rebus: spes mihi magna arridet id consequendi: hæc namque Montis-Serrati Regina, munificentissima est adeò, ut singularia, & præcipua dona elargiatur, opitulando his qui suam divinam opem implorant. (g)

(g) *Dom. Rex Arag. Petr. in Reg. Epist. 13. ann. 4. Pontif. Clem.*

Supremo ex æthere
Benigna adesto vocibus meis, preces
Admitte Virgo ò inclyta. Hic quando tibi
Verbi Parenti, sed suprà modum tamen,
Legemque solus inter omnes contigit
Honor. Ego fretus his, tibi me audentiùs
In verba supplex efferam. (h)

(h) *D. Greg. Nazian.*

Dirige benefica ergo Domina mea consilia. Te ipsa tenente non corruam, ipsa protegente non metuam, ipsa duce non fatigabor, ipsa propitia perveniam: (i) ut honos sit tibi, tuoque Nato perennis gloria; & tua leni pietate tectus, illius gratiam consequi merear.

(i) *D. Ber. serm. 2. de Nat. Virg.*

O Dei Virgo Genitrix Maria,
Quæ tot ostentis speciosa fulges
Monte-Serrato, pius oro, monstra
Te mihi Matrem. (k)

(k) *Beyerlinck in theat. vit. hum. ver. Maria.*

DE

DE AUCTORE
AD LECTOREM.

ORnatus in rebus criminalibus judicatis, quem in ſcriptis conſigno, pertimeſco, ne cultura, & labore meo acerbior videatur, & minùs politus, quàm graviter, diſertè, & innata quadam dicendi majeſtate pronuntiaverit Regius Noſter Senatus Cathaloniæ. Quòd ſi his ſedulo incumbis Senatoribus, eorumque ſingulis, & ſingulariter omnibus, ſicut & ego ipſe ingenuè profiteor, te tantum debere cognoſces, quantum valeat Juriſprudentia, veraciter apud Noſtros poſſideri. At circumfuſa negotiorum, quibus in foro obſeſſus, & oppreſſus vix reſpirare poſſum, multitudo, in quo me defeciſſe videbis quantum ad Deciſionum decorem, & ornamentum, me excuſabit. Animus hercle fuit ad profutura movere; nam quindecim annorum ſpatio, quibus in Regio Cathaloniæ Concilio in disjudicandis cauſis fui verſatus, his temporibus quorum magna parte Fiſci Advocati Regiæ Curiæ munere potitus fui; jejunos, & expertes eſſe notitiis obſervantiarum, & Noſtri Regii Senatus ſtylum minimè callere Ordinarios Inferiores: intellexi: *Nec enim is locus Reipublicæ prodeſt, quæ candidatos extrahit, & tuetur Reos, & de pace belloque cenſet, ſed qui juventutem exhortatur.* (a)

(a) *Senec. de tranq. an. cap. 3.*

Sicque earum conſcii, quando ad ſuperiorem cauſæ evocabuntur, ad proceſſus criminales muniendos, & corroborandos conatus omnis, & aſſiduus meus labor quieſcet, & obſiſtet. Hæc eſt ratio cur in aliqua primordia, & criminalia rudimenta conſcribendo, extra præſens inſtitutum, fuerim aliquantulum immoratus; & hic majora enucleanda arripere; ut utriuſque hiſce notitiis, quod omnes lege adſtringimur, comparetur, delicta nempè puniri.

Judicis en munus: nullis delicta latebris
Tuta ſinat: virtus detegit arte latens. (b)

(b) *Solorz. Emb. 70.*

Quòd mandant divina juſſa agemus. *Ubi impius interficitur, Chriſtus infunditur, ubi abominatio aboletur, ſanctificatio conſacratur.* (c) Regi obſequemur. *Injuria quidem noſtra eſt, læſa juſtitia.* (d) Et tandem Reipublicæ æterno fœdere tranquillam pacem jungemus. *Juſtitia, & pax oſculatæ ſunt.* (e) *Orietur in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis.* (f) *Opus quidem juſtitiæ pax, & cultus juſtitiæ ſilentium, & ſecuritas.* (g) Ego in hoc Epiſtolarum ad lectorem negotio, ad meum ſolamen, atque curarum requiem, proloquar ſolùm quod eruditiſſimis Patris Eſcribani Politica pandit. (h) De fructu, & ſperata è ſcriptionibus opinione, quid dicam? incerta hæc, nec tamen ideirco animus deponendus, firmandus magis, & generoſo auſu ad magna accendendus, nihil ſeparare poteſt ignavus calamus; audacia ſæpè pro eruditione eſt, & voluiſſe etiam, in magnis magnum eſt. Reſpondet optatis eventus? Benè eſt. Non reſpondet? Conatus ſemper in laude fuit: neque tam tenuis ſcriptio, quæ non aliquam referat laudem. Non placet omnibus? Ne Deus quidem. Diſplicet multis? Factum maximis viris. Placet paucis? Maximum laboris ſpeique ſuæ fructum retulit, ſive uni prudenti doctoque placuit: ſatis enim magnum theatrum doctus docto, prudens prudenti eſt. Non placet patriæ? Placebit exteris, & latiùs nomen diffundet. Non placet ſuis?

(c) *D. Amb. lib. 2. de Parad.*
(d) *Ex Caſſiod. Solorz. Emb. 70. num. 5.*
(e) *David Pſal. 84.*
(f) *David Pſal. 71.*
(g) *Iſai. cap. 32.*
(h) *In pol. Chriſt. lib. 1. cap. 14.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſuis? Placebit alienis: & mirari dicent, quos domeſtici negligunt. Non placet ætati ſuæ? Placebit ſecuturæ. Patitur obtrectatores? Nullum magnum factum ſine criminatione fuit: mutuò innectuntur virtus, & æmulatio, eruditio, & obtrectatio: ne metue, creſcunt laudanda adverſis: & clarior ſcriptio eſt, quæ æmulum patitur. Invidia virtutis Sol eſt: jaceret hæc ſine illa denſa obtenebrata nocte: in luce illa æmulam protrudit. Non viverent quorumdam ſcripta; ſi invida manus, & lingua defuiſſent: vitam invidia dedit. Aliorum etiam non viverent, ſi perſecutor non fuiſſet: fuit, vixerunt. Quid? Quòd ab ignibus non uni vita, & à tortoris manu: nemo legiſſet, ni tortor acceſſiſſet: deſiderium carnifex provocavit: ſitim etiam, & famem. Jam, quoties perſecutor gladius ſævit, non vita vixerunt meliore? Non deponat ergo ſcriptor animum, neque abjiciat metu. Quid, ſi nulli placeat? Placeat ſibi: vel hoc ſolo beatus, quòd horas bonas expleverit benè: fors malè explecturus, ſi ſcriptio defuiſſet. Et ſanè hac una plurimorum ſcelerum occaſionem præciſam negare nemo poteſt: hac enim una, vitiis depulſis, virtutes ſuccreſcere ſciunt omnes. Diſpliceat ergo licèt liber, ſat digna labori merces, ut virtus ſibi, ſic ſcriptio auctori ſuo eſt: ut vel ſola otii, quod criminum propè omnium mater eſſe conſuevit, fuga ſat ampliter ſcriptorem ſuum remuneretur.

Etiam benignitatem lectoris deprecor, ut meum laborem aſpiciat, & approbet; & ſi huic adſcripſerit, ad majora animos addet; & ſi monitione interim quo ſecunda Deciſionum Criminalium Pars prælo traditur, quidquam deprehenderit, inter non poſteriora beneficia annumerabo. Vale.



A R-

ARGUMENTA DECISIONUM PRIMÆ PARTIS.

DECISIO PRIMA.

De evocationibus cauſarum Criminalium ad Regium Concilium, ubi de evocatione cauſæ aſſiſtentiæ, quando datur certus poſſeſſor; aut ſequeſtri, quando de poſſeſſore non conſtat. De formis ad cauſas evocandum, & ad tollendum regaliam evocatæ cauſæ. Dilucidè examinatur, & deciditur articulus; an cauſa contentionis juriſdictionis Criminalis in concreto, inter Judices inferiores, tàm Regios, quàm Baronis, pertineat ad cognitionem Regii Criminalis Concilii; an Regiæ Audien. Civilis. pag. 1

DECISIO II.

Recitantur caſus, in quibus proceditur per regaliam uſat. *ſimili modo, tit. de dret del Fiſc* contra delinquentes, & facinoroſos homines, ubi allegantur variæ Senatus Deciſiones. pag. 6

DECISIO III.

Commonſtrantur caſus, in quibus proceditur contra delinquentes per regaliam uſatici *auctoritate, & rogatu, tit. de dret del Fiſc*, & contra eoſdem per laudamentum Curiæ: aliaque ad materiam conferentia tractantur, & pluribus deciſionibus, & obſervantiis noſtri Regii Concilii illuſtrantur. pag. 13

DECISIO IV.

Reſiſtentes Officialibus Regiis qui juriſdictione utuntur in hoc Principatu, & in ingreſſu officii nec præſtiterunt Sacramentum, & homagium, neque ſententiam excomunicationis audierunt; an ſubjiciantur pœnis ſtatutis in uſat. *auctoritate, & rogatu, tit. de dret del Fiſc*; an illi à jure reputentur pro Officialibus; ad intelligentiam *Conſtit. ordenam* 8. *tit. de Offic. de Jut. de taul. & Conſt. ſtatuim* 13. *tit. de offic. de veg.* & eorum geſta ſuſtineantur ob errorem communem propter publicam utilitatem, *ex l. Barbarius. ff. de offic. præt.* ubi tranſcribitur Regium decretum ſuper nullitate procedimentorum cauſarum, quæ pendebant, vel declaratæ fuerant in Audientia Cathaloniæ, & qua forma ſint in Regia Audientia ſuæ Majeſtatis tractandæ, ubi etiam an ſubſtituens teneatur de facto ſubſtituti, latè diſcutitur. pag. 19

DECISIO V.

Accuſator, ſeu denuntiator contra Notarios Publicos Barcinonæ, eorum ſubſtitutos, vel juratos; Notarios Regios Civitatis Gerundæ; Judices Curiæ Regiæ; Scriptores Principis, eorum ſubſtitutos, vel Juratos, pro delictis in officio commiſſis quo modo admittatur; & an contra eos poſſit procedi ad inſtantiam Fiſci, & de officio, & quid in caſibus Regaliæ, ubi explicatur, qui ſint Scriptores Principis; eorumque ſubſtituti, vel jurati, ad intelligentiam diverſarum Conſtitutionum, & Regiarum Pragmaticarum hujus Principatus. pag. 26

DECISIO VI.

De ſupplicationibus ab evocata cauſa, vel regalia juxta *cap.* 10. *Curiar. anni* 1599. ubi latè de temporibus ad probandum, & declarandum, & de altercatis in cauſis ſupplicationum incidentibus, cum formulis ad ſupplicandum, cautionem præſtandum, & ſententiandum in cauſa, agitur. pag. 31

DECISIO VII.

De teſtis examine, & depoſitione in cauſis criminalibus. De confrontatione teſtis cum reo; de requiſitis teſtis ad probandum in delicto portus armorum prohibitorum; & de forma recipiendi teſtes in hujuſce delicto, & reum interrogandi, practicabiliter ad uſum quotidianum, agitur. pag. 35

DECISIO VIII.

Negativa quando ſit probabilis, & quando teſtes ad defenſam deponentes, debeant recipi incarcerati; & generaliter, an ſit verum, quòd debeant incarcerari teſtes ad defenſam, ubicumque deponant contra probationem Fiſci; ſed quid in caſu, quo pro Fiſco tantùm fuerit ſemiplena probatio; vel caſu, quo ſubſiſtentem probationem non habuerit, vel caſu, quo Rei probatio incompatibilis non fuerit cum probatione Fiſci: Ubi etiam, an teſtes de nota manu probent in criminalibus ſcripturam, vel cifram privatam. Et teſtes de judicio, vel credulitate deponentes, an de falſo argui poſſint. Et an cum teſte de viſu adminiculato, concurrentibus aliis indiciis ſuperantibus efficaciam alterius teſtis omni exceptione majoris, poſſit pœna ordinaria delicti condemnari, cum deciſionibus Senatus illuſtratur, ubi latiſſimè cum eiſdem explicatur, radicituſque enucleatur magiſtralis deciſio Peguer: 17. litteraliter recitando, & declarando exemplaria, in quibus deciſio fundatur: Ubi aliqua etiam tractantur de contrarietate inter teſtes, an illa teſtium fidei obſtet. pag. 43

DECISIO IX.

Corpus delicti tàm in delictis facti permanentis, quàm in delictis facti tranſeuntis, quomodò probetur. An poſſit exhumari corpus occiſi per Judicem ſæcularem à loco ſacro abſque licentia Superioris Eccleſiaſtici ad recognitionem, ſeu viſuram faciendam. An in loco ſacro, vel immuni poſſit à miniſtris ſæcularibus examinari teſtis, reus, vel vulneratus, latè diſcutitur. Et quid obſervetur in his agendis circa cadaverum recognitionem in Hoſpitali Generali hujus Civitatis. Et an in eo poſſit exigi depoſitio, ſeu denuntiatio vulnerati. pag. 51

D E-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Argumenta Decisionum.

DECISIO X.

Corpus delicti in fabricatione monetæ, patrati per eum, qui non habet poteſtatem cudendi monetam, probatur per teſtes deponentes de ipſo facto fabricationis, nec requiritur inventio, & recognitio monetæ; diverſum eſt, quando cum ea poteſtate adulteratur moneta forma, pondere, vel materia; quia tunc ad corpus delicti requiritur identitas, & recognitio falſæ monetæ, ubi plura de monetariis, & eorum pœnis agitantur, & cum Senatu declarantur. pag. 60

DECISIO XI.

Vulnerans, an teneatur de occiſo; an de vulnere, pro dubio an vulnera fuerint lethalia, vel non, & vulneratus decedere præſumatur ex vulnere, vel ex alia cauſa, controvertitur, & noſtri Senatus recitatur reſolutio, concilianturque *textus in l. item Mela* 11. §. *Celſus*, *& l. huic ſcripturæ* 15. §. 1. *ff. ad l. Aquil. cum l. ita vulneratus* 51. *ff. eod. tit.* ubi etiam cui relationi peritorum ſit ſtandum, data inter eos paritate circa explicationem vulnerum: expreſſantur etiam conjecturæ pro reo, & aliæ pro Fiſco, ex quibus infertur, an vulneratus deceſſerit ex vulnere nec ne; an vulnerans proditorie gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, & qua pœna teneatur, cum forma relationis, à peritis facienda in delicto vulnerum pro corpore delicti. pag. 65

DECISIO XII.

De captura reorum, de modo, & qualitate cuſtodiæ, à Judice decernendis, *ad textum in l. 1. ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* ubi cum Senatu terminatur nullitas capturæ, exequutæ ab eo, qui nullam prorſus juriſdictionem habet. Et controverſia, quando vaſſallus Baronis, vel alius exemptus à Regia juriſdictione ordinaria, detentus in Regiis carceribus ex ordine, & ad diſpoſitionem Baronis, vel alterius Judicis, deliquerit in carceribus; an puniri debeat à Barone, ſeu Judice de cujus ordine detinetur. Et an reſiſtentia, ſeu injuria facta familiæ mittuatæ, per utrumque Judicem ordinantem, & exequentem poſſit puniri: & tandem pro praxi enarrantur formæ, quando exceptio malæ capturæ admittitur, vel quando repellitur. pag. 69

DECISIO XIII.

Extra territorium bannientis capi bannitus non poteſt, quid ſi inſequutus à familia ad aliud confugerit territorium, & ibi captus fuerit. Declaratur regula malè captus, & benè detentus, in quibus caſibus procedat, ubi latè de his, qui exceptionem malæ capturæ opponere non poſſunt, ad intelligentiam *conſt. fin. tit. quant ſia licit. ò no à quiſcu venjarſe*. Bannitus per Regium Concilium à Principatu, ſi illum intraverit, & moram contraxerit, à quocumque capi poteſt; ubi etiam quando liceat Judici bannire, vel relegare à loco, vel in loco ſibi non ſubdito; & an pœna bannimenti voluntarii ſit commenſuranda delicto; cum obſervantia Regii Concilii practicabiliter exploratur. pag. 81

DECISIO XIV.

In quibus delictis, & delinquentibus poſſit irrogari tortura, practicabiliter diſcutitur; & an exculpatio ſocii contra inculpationem conſocii factam in tortura, tollat vires inculpationis; & an poſſit repeti tortura, quando reus in ea defecit propter ſyncopem, & alia uſu frequentia enodantur, cum praxi, & deciſionibus noſtri Regii criminalis Concilii. Ubi etiam aliqua circa uſum forenſem neceſſaria complectuntur pro teſtibus cogendis ad teſtimonium perhibendum, & veritatem propalandam, & an teſtis poſſit corrigere ſuam depoſitionem. pag. 84

DECISIO XV.

Socius itineris eſt idoneus teſtis ad probandam injuriam *factam ſocio*, quando *injuriam* ad animum non revocat, & cum ſocio teſte de viſu, & aliis indiciis efficaciam unius teſtis omni exceptione majoris ſuperantibus, condemnari poteſt ad pœnam ordinariam delicti. pag. 93

DECISIO XVI.

Qualis probatio antecedere debeat Rei interrogationem, qualis ad interrogandum ſocios criminis de conſociis, & quam probationem faciant ſocii legitimè interrogati contra conſocios, etiam in caſu quo ſociis promittitur impunitas ad revelandum conſocios. Et quam derobati contra derobantem, aut aliàs inhabiles probationem faciant. Et domeſtici de delicto domi commiſſo. Quamvè birruarii, & capita juſtitiæ in delicto reſiſtentiæ, & aliis delictis, juxta noſtrum uſum, non indiſtinctè agitatur. Ubi, quòd minor viginti quinque annorum; major verò viginti in delictis atrociſſimis in hoc Principatu condemnetur ad pœnam ordinariam delicti, cum nova intelligentia obſervantiarum antiquarum, exploratiùs enodatur. pag. 95

DECISIO XVII.

Uxor homicidæ, & filia occiſi in delicto parricidii difficilis probationis eſt idoneus teſtis contra maritum, ubi de teſtibus conſanguineis, qui deponunt contra conſanguineum in favorem conſanguinei; familiaribus, & domeſticis, pro domeſtico contra domeſticum; & de teſtibus privilegiatis, qui licèt regulariter ad teſtimonium faciendum non compellantur; coguntur tamen in delictis difficilis probationis. pag. 102

DECISIO XVIII.

Teſtes inimici capitales in criminalibus à teſtificando repelluntur, & admiſſi non probant plenè, nec ſemiplenè, etiam in delictis difficilis probationis, & junctis adminiculis. In quibus caſibus teſtes inimici probent, ſignanter quando inimicitia oritur ex cauſa publica. Socii itineris, etiam inſultati, qualem probationem faciant contra inſultantem; & è converſo inſultans contra inſultatos. An ex ſimplici inſultu committatur pœna fractæ pacis. Et in provocantem irruens, qua pœna afficiatur, accuratiùs pertractatur. pag. 103

DECISIO XIX.

De pœnis teſtium falſum deponentium in cauſa criminali, vel civili, producentium ſcienter teſtes, vel inſtrumenta falſa, falſificantium acta etiam judicialia, ſubornantium teſtes, & ſubtrahentium probationes fiſco, ad intelligentiam *conſt. 3. de crim. de Falſ.* pag. 108

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO XX.

Confessus sponte mitiùs punitur; aliquando verò pœna delicti ordinaria. Et interdum testis deponendo, reum revera se constituit, & ut reus punitur, ubi delicta, quæ atrocia re putantur, demonstrantur. pag. 113

DECISIO XXI.

Quando confessio in criminalibus possit scindi tam ad pœnam ordinariam, quàm extraordinariam, amplè enodatur, ubi Senatus nostri observantia proscribitur, & Authoris opinio in re tam dubia proponitur; ubi an reus, qui dubiè, & cum qualitate fatetur, possit quæstionibus tormentorum subjici, ut absolutè, & præcisè, ac sine qualitate respondeat. pag. 116

DECISIO XXII.

Quæ requisita debeant continere articuli, qui pro reo in defensionem allegantur ad obtinendum revocationem confessionis judicialis sponte factæ, ubi de causis, quibus revocatur confessio, plenissimè agitur. pag. 120

DECISIO XXIII.

De recursu ante sententiam, qui à procedimentis dicitur: ubi enodantur gravamina subditorum, qui propterea possunt ad superiorem recurrere, & agitur pariter de formis interponendi, & declarandi recursuum causas. An tempus carcerationis extrahatur à tempore exilii, vel triremium, ad forensem usum agitur. Et de manuleutis, earum differentiis, & variis formis, quibus rei relaxari solent. pag. 124

DECISIO XXIV.

De recursu per arreptionem itineris ad superiorem, & quando recursus causa efficiatur consistorialis. Si fugiens ex carcere, vel domo, in qua detinabatur cum fidejussione, recurrat arripiendo iter ad superiorem; an fidejussio dicatur commissa, & si carceres fregerit arripiendo iter ad superiorem, an aliqua pœna puniatur, ubi agitur cum Senatu de pœna fugæ, & fracti carceris, etiam violentia cum custodibus commissa. Et de formis recursuum per arreptionem itineris. pag. 134

DECISIO XXV.

De recursu ad superiorem à sententia etiam in judicatum transacta, qui recursus gratiæ dicitur, & ejus formali praxi, tam ab interposito per captum extra, quàm etiam per eum, qui captus reperitur intus Regios carceres Barcinonæ, ubi de intelligentia *const. 57. Cur. anni 1599.* pag. 137

DECISIO XXVI.

Oppressi à gabellariis possunt conqueri coram Judice civili, vel per viam recursus coram Regio Criminali Concilio, ubi quomodo procedere debeant Judices in crimine fraudatæ gabellæ, an per inquisitiones generales, an per apprehensiones, & sequestra mercium, & an possint compellere mercatores, ut edant libros ad fraudes consequendas, & an qualitas fraudis debeat justificari ante mercium apprehensionem, anuè apprehensio convalidetur ex supervenienti fraudis probatione, disputatur, & deciditur; ubi etiam quòd ex compositionibus excessivis licet recurrere ad Regium Criminale Concilium. pag. 139

DECISIO XXVII.

Præludia super materia guidaticorum, à quibus, & qua forma concedi valeant, à quibus servanda, & de excubiarum necessitudine, & utilitate, ubi diversæ conclusiones Regii Senatus expressantur, in quibus statuta fuit forma custodiæ Civitatis Barcinonæ: & exactè confutatur fallax placitum Joannis Andreæ in prologo decretal. Ubi allucinatur, in Cathalonia non dari actionem ex promisso, & ejus levium sectatorum, encomiaque Cathaloniæ, & quædam gesta Cathalanorum recitantur. p. 143

DECISIO XXVIII.

De potestatibus, quæ facultatem habent concedendi guidatica criminosis, & quando ab illis concessa, à superioribus debeant observari. Ubi de salvo conductu concesso à magistratu inferiori, reo criminis læsæ Majestatis, in quo læditur suprema potestas. Et quando gratia, seu indultum tanquam surreptitium, vel obreptitium sit ipso jure nullum, exactè petractatur. pag. 150

DECISIO XXIX.

Salvo conductu pendente delicta committens, an puniri possit etiam pro delictis præteritis, quando delicta noviter commissa, sunt punibilia, & gravia, ubi traditur delictum delationis armorum, si illa sint proditoria, & insidiosa, esse grave propter pœnam triremium, qua illa deferens plectitur. p. 155

DECISIO XXX.

A quibus sit Pax, vel remissio obtinenda; an in adulterio remissio mariti sufficiat, & si consanguineus concurrat cum hærede extraneo, quis præferatur in remittendo necem defuncti, cum intelligentia diversorum jurium, & an si concurrat cum filio, & quid si filius cum uxore, & quando ex his alter negligit accusare, & reliqua ad materiam pacis habendæ à Personis conjunctis, juxta ordinem succedendi, latè discutitur, & de requisitis remissionum pariter indagatur. pag. 158

DECISIO XXXI.

Potestates Supremæ in quibus delictis à se abdicarunt facultatem remittendi criminosis delicta, & per consequens eam facultatem denegatam inferiores habeant, ac etiam aliunde potestates inferiores in quibus delictis prohibitam facultatem habeant remittendi, vel componendi criminosos. pag. 168

DECISIO XXXII.

In quibus casibus permissa est facultas Magistratibus, tam superioribus, quàm inferioribus remittendi delicta criminosis, & varia circumferuntur in hac re circa intelligentiam diversarum Constitutionum, & jurium Patriæ. pag. 176

DECISIO XXXIII.

Practicabilia de remissionibus, avariis, florennis, sala-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

salariis Regiæ Cancellariæ,& de salariis instrumentorum remissionum. pag. 183

DECISIO XXXIV.

Prorex in Cathalonia habet facultatem legis condendæ in forma legis particularis pro administratione justitiæ secundùm casus exigentiam; propterea potest in remissionibus delinquentium pacta, & conditiones cum certa pœna adjicere, quæ omninò sunt servanda, alioquin contrahitur pœna, si autem à parte, pacta, & conditiones apponantur in remissionibus, eis non adimpletis, regressus non datur ad pœnam delicti remissi, sed ad pacti adimplementum: & à declaratione pœnæ incursæ impositæ ab eo, qui habet facultatem legis condendæ, an liceat supplicare, enodatur. pag. 187

DECISIO XXXV.

Aggratiatus non potest redire, aut habitare locum, ubi occisus morabatur, intra quinque annos à die remissionibus obtentæ numerandos, nisi obtinuerit à filiis, vel consanguineis proximioribus offensi compositionem; at si in rixa fuerit homicidium commissum intra duos annos; nisi pariter ab illis partibus obtinuerit remissionem, aliter remissio sit nulla, & vana ipso facto, in quibus comprehensi non dicantur qui se defendendo, aut in casibus à jure permissis interfecerint, & nullitatis petitio est Fisci, & partis, ad intelligentiam *Const. 1. tit. de homicidis.* pag. 189

DECISIO XXXVI.

Prohibitus accedere ad loca, vel Civitatem, non contravenit prohibitioni, si accedat ad suburbia Civitatis, prout nec contravenit, si accedat per transitum, & modicum tempus (quod modicum explicatur) nec pendente termino indulti ad colligendum sarcinolas; contravenit tamen si moram contraxerit, etiamsi in Ecclesia steterit, illa enim est in territorio Principis Sæcularis, ubi latè expenditur *Const. 1. tit. de homicidis.* pag. 193

DECISIO XXXVII.

An remittendi sint criminosi de loco ad locum, sive Regium, sive Baronis, & de Regno ad Regnum: ac de diversis formis petendi remissiones ab hoc Principatu per Regna Valentiæ, Aragoniæ, & Castellæ, & remissionis obtinendi à Regnis Valentiæ, Aragoniæ, & Castellæ, ubi latè de hac remissionum materia, cum intelligentia jurium Patriæ, quibus remissiones prohibentur, discutitur, & enodatur. pag. 196

DECISIO XXXVIII.

De homicidio appensatè, & animo deliberato commisso, de ejus pœna, de conjecturis animi deliberati, & quando, ac per quos actus inimicitia dicatur reconciliata. pag. 205

DECISIO XXXIX.

Quando omnes, qui intervenerunt in homicidio, teneantur pœna ordinaria, distinguendo casus, agitur. Primum, si præcessit inter eos tractatus. Secundum, si est commissum in mera rixa. Tertium, si constat de occidente. Quartum, si homicidium sit proditorium, insidiosum, aut per assassinium commissum, & quando homicidium dicatur simplex, aut rixosum, & quando proditorium, quia nulla præcessit causa, aut quæ præcessit leviſſima fuit, controvertitur, & in novam lucem cum decisionibus peragitur, & concordatur. pag. 208

DECISIO XL.

Quando homicidium est ex proposito, & deliberatè commissum, omnes, qui homicidio interveneruntt, tenentur pœna ordinaria homicidii; quia auxilium homicidio præstiterunt, quamvis non occiderint. Et auxiliator ante delictum, vel in ipso delicto vel post delictum, qua pœna puniatur, cum Senatu resolvitur. pag. 213

DECISIO XLI.

Sine teste de visu, ex indiciis indubitatis; quando animus Judicis inducitur ad credendum ita esse absque aliqua hæsitatione actuali, sed cum aliqua hæsitatione virtuali, in delictis difficilis probationis potest Judex Supremus procedere ad pœnam delicti ordinariam. Ac in delictis occultis, & difficilis probationis, quamvis indicia non sint indubitata; sed dubitata, ex quibus resultet unum indubitatum, & adsint aliæ probationes, & adminicula, potest condemnari in Senatu ad pœnam delicti ordinariam, Hic enumerantur delicta occulta, & difficilis probationis; indicia dubitata, & indubitata, & requisita indiciorum confessionis extrajudicialis: reperturæ rei furatæ penès hominem malæ famæ: reperturæ falsæ monetæ, vel instrumentorum ad cudendum monetas, ut probent, & alia ad praxim proficua; ac etiam assignantur pœnæ retinentibus, vel expendentibus monetam falsam, vel falsò fabricatam, cum decisione Senatus. pag. 217

DECISIO XLII.

Homicida ex causa honoris, an liberetur à pœna ordinaria, & an propulsans injuriam, ab ea pœna excusetur; quid quando vindicatur injuria incontinenti; quid quando ex intervallo, quid quando maritus uxorem adulteram in adulterio apprehensam occiderit, vel quando ex intervallo, & quid quando post rixam fuerit commissum homicidium justo calore iracundiæ: ubi recitantur diversorum distinctiones, cum variis observantiis ad fidem testium obtentis; & de objectis contra dicta testium, ad defensam receptorum, de unico teste, qui licèt aliàs in defensam plenè probet; superari tamen potest à pleniori Fisci probatione, prout convinci valet testis, qui aliàs plenam fidem facit contra producentem, quando contra dictum illius testis ab ipso producente adhibetur major numerus testium. pag. 227

DECISIO XLIII.

In delictis non occultis, an possit ex indiciis indubitatis in Senatu condemnari ad pœnam ordinariam delicti; ex præsumptionibus formari posse indicium, & ex indiciis unum totum, peragitur; ac ulteriùs agitatur de latrocinio publico, & ejus pœna, de homicidio per allegantem ebrietatem commisso, & quando dicatur proditorium: de uxoricidio per furiosum, de nece per dormientem, & eorum pœnis, de signis, & conjecturis ad probandam ebrietatem, vel furorem, quæ omnia cum Senatus decisionibus illustrantur; ubi aliqua de testi-

teſtibus ebriis, & eorum fide, & de illis, qui de delicto commiſſo gloriantur, quomodo puniendi veniant. pag. 232

DECISIO XLIV.

De aſſaſſinio, ejuſque probationibus, ac pœna: de teſtibus falsò, vel variè deponentibus; an expreſſio horæ, vel menſis ſit de ſubſtantialibus depoſitionis teſtis; de requiſitis ad probandum mandatum per indicia, & homicidium ex mandato ſecutum; ac ulteriùs profertur ex indiciis indubitatis, tam illius generis, quæ inducunt credulitatem ſine actuali, & virtuali hæſitatione, quàm illius, quæ inducunt credulitatem abſque aliqua hæſitatione actuali, ſed cum aliqua hæſitatione virtuali, condemnari in Regio Concilio in delictis difficilis probationis ad pœnam ordinariam delicti: & ad eandem pœnam deveniri poſſe ex indiciis non indubitatis, quæ conſtituunt unum indubitatum cum aliis probationibus, & adminiculis in delictis occultis. pag. 237

DECISIO XLV.

De viricidio commiſſo per amaſium ex conſenſu adulteræ, de ejuſque probationibus, indiciis, & adminiculis. pag. 244

DECISIO XLVI.

Non eſt prohibitum in *cap.* 15. *Cur. anni* 1599. adulteræ delatæ de conſenſu in nece proditoria viri, per amaſium perpetrata, ſupplicare, etſi *in dicto cap.* denegetur ſupplicatio homicidis proditoriis, & inſidioſis, ubi explicatur *d. cap.* 15. pag. 249

DECISIO XLVII.

In crimine parricidii, vel viricidii an ſola ſcientia, & non revelantia, indiciis probata tam in filiis, vel uxore, quàm in extraneis ſufficiat ad pœnam ordinariam delicti, controvertitur, & declaratur cum intelligentia *l. Frater 2. cum l. utrùm 6. ff. ad leg. pomp. de parricidiis, & §. alia deinde, inſt. de pub. judiciis* . p. 251

DECISIO XLVIII.

Nulliter recipitur teſtis, qui ſupervenit pendente cauſa ſupplicationis, nec poſt latam ſententiam in cauſa ſupplicationis licet de novo teſtes recipi, ſed id ſolum permiſſum eſt parti ad defenſam, dummodo relevantia in promptu deducat, cui nunquam ex indulgentia Principis eſt prohibitum ante executionem ſententiæ, ubi plura de ſententia criminali, an tranſeat in judicatum, & in quibus caſibus, non obſtante judicato, liceat de novo ſuper eodem delicto inquiri, ac plura etiam de manuleutis eorum. pag. 256

DECISIO XLIX.

De parricidio ſoceri in generum nocte commiſſo, pro quo cum indiciis dubitatis, quæ conſtituunt unum indubitatum, & aliis probationibus, & conjecturis condemnatus fuit ad pœnam mortis cum additamento; qui antea ratione qualitatis delicti, ex eiſdem probationibus fuerat privatus immunitate Eccleſiaſtica, ubi propriè inveſtigatur pœna contra auxiliantes, & opem præſtantes in eo delicto, ante, & poſt illud commiſſum, & ponderantur indicia, & adminicula in contingentia facti occurrentia. pag. 261

DECISIO L.

De viricidio, & ejus probationibus factis in proceſſu contentionis immunitatis Eccleſiaſticæ, & in proceſſu criminali pro pœna inquiſito infligenda: ubi latè de probatione conjecturali adulterii, & ſcientia necis futuræ: ubi ex indiciis dubitatis, quæ conſtituunt unum indubitatum cum aliis probationibus, condemnata traditur Rea ob viricidium noctu commiſſum, ad pœnam mortis; & an impuberes in delictis difficilis probationis probent etiam ad puniendum, vel ad torturam inferendum. pag. 264



UAB
Biblioteca de Ciències Socials

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la fede di reviſione, ed approvazione del P. Frà Tommaſo Maria Gennari Inquiſitore, nel Libro intitolato: *Sacri Regii Criminalis Concilii Cathaloniæ Deciſiones, Auctore Don Michaele de Calderò*, non eſſervi coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimenti per atteſtato del Segretario noſtro niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gli Ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 8. Luglio 1723.

Alviſe Piſani Kav. Proc. Rifor.
Z. Pietro Paſqualigo Rifor.

Agoſtino Gadaldini Segr.

REGII



REGII CRIMINALIS CONCILII CATHALONIÆ DECISIONES.

PARS PRIMA.

DECISIO PRIMA.

ARGUMENTUM.

De evocationibus Causarum Criminalium ad Regium Concilium, ubi de evocatione Causæ assistentiæ, quando datur certus possessor, aut sequestri, quando de possessore non constat. De formis ad causas evocandum, & ad tollendum regalia evocatæ causæ. Dilucidè examinatur, & deciditur articulus; an causa contentionis jurisdictionis Criminalis, in concreto, inter Judices inferiores, tàm Regios, quàm Baronis, pertineat ad cognitionem Regii Criminalis Concilii; an Regiæ Audien. Civilis.

SUMMARIUM.

1 *Inquisitio hodie de generali consuetudine, est remedium ordinarium in omnibus delictis, præcipuè in Cathalonia, ubi processus est Fisci, & partis querela admittitur ad adjuvandum Fiscum.*

2 *Inquiritur tribus modis, primò via ordinaria, secundò per evocationem Causæ, tertiò per regalias usat.*

3 *Traditur Summaria praxis procedendi in causis Criminalibus, usque ad executionem sententiæ, & n. 4.*

5 *Quando proceditur via ordinaria, admittitur querela partis cum denunciatione, aut supplicatione.*

6 *Forma supplicationis.*

7 *In hac supplicatione via ordinaria, non est exprimenda qualitas, qua requiritur, si procederetur per evoca-tionem.*

8 *Vigore regaliarum, evocat ad se Princeps causas Bajulia, vel Vicaria, extra Batuliam, & Vicariam existens, etiam inter Vassallos Baronis.*

9 *Debet exprimi qualitas, vel Regalia, cum qua causa evocatur ad Principis Consistorium, sive evocetur per supplicationem Fisci, sive partis cum Fisco.*

10 *Primo, evocantur causæ Criminales propter causæ Connexitatem, ne continentia causæ dividatur.*

11 *Secundo, quia delinquentes divagant per diversas Vicarias Cathalonia.*

12 *Tertiò, quia sunt faciendæ diligentiæ ad formandam Inquisitionem per diversas Vicarias Cathalonia, & in his duabus Regaliis, quæ sunt usufrequentes, procedit Princeps ad se evocandum ratione universalis Jurisdictionis.*

13 *Quartò, quia Ordinarius Justitiam facere non potest, ob potentiam adversarii, qua ratione evocatur*

etiam causa, quando agitur contra Curiam Ecclesiasticam ad occupationem temporalitatum; quia nolit formare Contentionem cum Ordinario saculari, ubi de forma remissivè.

14 *Quintò, quia agitur contra personas Militares, qui à Vicariis Regiis possunt capi ad finem eos remittendi ad suum superiorem.*

15 *Sextò, quia agitur contra Officiales Regios; nam hi subiiciuntur solum Domino Regi.*

16 *Septimò, quando agitur de interesse, vel de usurpatione jurisdictionis Regiæ, ubi ratio assignatur, & in his tribus casibus, videlicet 5. 6. & 7. evocatur causa tanquam Consistorialis.*

17 *Octavò, quando agitur de puniendo offensam factam Ordinario Judici, vel Baroni, ex causa privata.*

18 *Novò, per viam recursus ad superiorem.*

19 *Decimò, quia delinquens reperitur captus in Regiis Carceribus; quia per appositionem manus à superiore est affecta causa Consistorialis.*

20 *Undecimò concurrit Rex, si præsens est, vel ejus Locumtenens cum Ordinario in cognitione causarum.*

21 *Si Princeps reperiatur in terra Baronis, cessat jurisdictio Baronis, & cognoscit Princeps de delictis, quæ ibi committuntur, & idem procedit, quando Locumtenens Generalis reperitur in loco Baronali, nam cessat jurisdictio Baronis.*

22 *Duodecimò, evocatur causa, quia non speratur Justitia ab Ordinario ob consanguinitatem, quam habet cum criminoso, & generaliter, quia inferior negligit justitiam facere, evocatur causa.*

23 *Decimotertiò, si per edicta pœnalia prohibetur, certa, vel majori pœna delictum, quod erat delictum, non potest evocari causa prætextu, quia agitur de contrafactione edictorum Regiorum, vide nu seqq.*

24 *Nec etiam potest evocari eo prætextu, quando illud, quod non erat delictum fit delictum, non probata negligentia Ordinarii, in contrarium (tàm in antecedenti, quàm in hoc casu) traduntur DD. & iste articulus, ab Auctore non fuit visus decisus.*

25 *At vero eo prætextu poterit evocari causa, quando Princeps sibi, & non aliis cognitionem reservat ubi declaratur.*

26 *Pertinet cognitio ad Principem, quando Ordinarius est incapax cognitionis illius facti, quod de novo, & per præconium fit delictum, & prohibetur, ut succedit in prohitione extractionis frumenti, olei, & aliorum fructuum à ditione Principis; quia sit prohibitio in vim Supremi Imperii, cujus incapaces sunt inferiores, & tunc nec cognoscent, nec multas exigent, & ad hunc declara.*

27 *Decimoquartò, evocatur causa, quando petitur seque-*

strum

ſtrum in juriſdictione Baronis, propter illius abuſus in juriſdictione commiſſos.

28 *Ultimò, etiam cauſæ, in quibus procedi poteſt per Regalias uſaticorum, ab initio evocari poſſent ad Regium Concilium, cum aliqua ex regaliis evocata cauſa, & poſtea procedi per Regalias uſaticorum.*

29 *Forma evocationis cauſæ per partem inſtantem.*

30 *Forma evocationis cauſæ per Procuratorem Fiſcalem Regiæ Curiæ.*

31 *Forma petendi aſſiſtentiam per poſſeſſorem certum.*

32 *Forma declarationis aſſiſtentiæ.*

33 *Conceditur aſſiſtentia certo poſſeſſori, etiamſi lis pendeat in R. A. ſi adeſt timor armorum, & ſcandali.*

34 *Si autem partes properant ad poſſeſſionem, & non datur certus poſſeſſor, providetur ſequeſtrum per Regium Concilium, etiam ex officio. Expenſis communibus, partium, conceditur aſſiſtentia, aut in ſuo caſu ſequeſtrum, ubi deciſio Senatus.*

35 *Altera deciſio Senatus de aſſiſtentia ex officio, expenſis communibus partium conceſſa.*

36 *Cauſa Contentionis juriſdictionis in abſtracto, vel etiam in concreto inter inferiores, pertinet ad R. A. Civilem, & non ad Regium Criminale Concilium, ubi deciſio Senatus.*

37 *Altera deciſio Senatus.*

38 *Altera noviter deciſio Senatus.*

39 *Diverſa exemplaria antiqua facientia pro juriſdictione Regii Criminalis Concilii: attamen non eſt recedendum à deciſis ad favorem juriſdictionis Regiæ Audientiæ Civilis uſque ad n. 42.*

43 *Poteſt ideò Baro ante exequutionem ſoni emiſſi factam per Vicarium recurrere ad Regiam Audientiam, & coram ea firmare de jure, & evocari facere cauſam.*

44 *Pendente Contentione inter duos Barones, vel inter Baronem, & Officialem Regium, poteſt captus, vel Baro recurrere ad Regium Criminale Concilium, & interim pendente recurſu, captum relaxare cum fidejuſſoribus.*

45 *Pendente Contentione inter inferiores ſuper articulo juriſdictionis, poteſt cum una ex Regaliis evocari cauſa ad Regium Concilium, ubi diverſæ deciſiones Senatus, quæ ad bonum pacis, & ad punitionem delicti fuerunt evocatæ, orta quæſtione juriſdictionis inter Officiales inferiores, & hanc praxim obſervavimus uſque ad 47.*

46 *A' Locumtenente generali tollitur evocata cauſa, ubi traditur forma.*

1 INquiſitio hodie de generali conſuetudine (quidquid ſit de jure) remedium eſt ordinarium in omnibus delictis, tàm publicis, quàm privatis Clarus *in prax. §. fin. quæſt. 3. verſ. Sed certè quidquid ſit de jure num. 6.* Farinac. *in prax. quæſt. 1. num. 10.* Cabal. *reſol. Crim. caſ. 114. num. 10. & ſeqq.* & aliis laudatis Conciol. *reſol. Crim. 1. verſ. Inquiſitio*, præcipuè in Cathalonia, ubi proceſſus Criminalis eſt Fiſci proceſſus, qui principaliter agit ad vindictam publicam; non tamen impeditur pars læſa, & privata, quominus veniat ad cauſam, imò ejus querela, deductiones, & ſupplicationes ad Fiſcum adjuvandum admittuntur, & habetur ratio intereſſe illius Peg. *in prax. Crim. cap. 12. §. 1. num. 1.*

2 Inquiritur ſuper delicto tribus modis, ac formis. Primò per proceſſum via ordinaria. Secundò per evocationem cauſæ. Tertiò per regalias ſecundum formas Uſaticorũ *auctoritate, & Rogatu, ſimili modo, Moneta, Camini, & Strata, Judicium in Curia datum*, & aliorum eiſdem applicabilium; de primo, & ultimo modo agit latè Peg. *in prax. cap. 12. & ſeqq.* & de regaliis *uſat. . aut. & rogatu, & ſimili modo* nos deciſionibus ſecunda, & tertia.

3 Si procedatur per Inquiſitionem, via ordinaria, vel per regaliam evocatæ cauſæ, vel per regaliam Uſaticorum, admiſſa jam cauſa, juxta normam particularem, qua una quæque ex his practicari debet, in modo poſtea, reſpectu punitionis delinquentis, pariformiter in omnibus proceditur, obſervando quatuor tempora ex traditis ab Oliba *de actionibus par. 2. cap. 5. n. 26. in præmunit.* Primùm, in quo Judex inſtruit proceſſum teſtibus offenſionalibus, & aliis probationibus neceſſariis, & reo capto ab eo exigit depoſitionem. Secundum ubi Fiſci Procurator cum ſupplicatione, videns cauſam inſtructam, petit illam reo notificari, & publicari, & datur dilatio reo ſuper defenſionibus miniſtrandis. Tertium, ubi Judex in Concilio relationem facit offenſionis, & defenſionis, & ſuper meritis cauſæ, fæplùs habito colloquio, Advocatis (ſi appareat) Rei auditis (nam Fiſci Advocatus cum ſit in Concilio, & habeat Votum deciſivum ſimul cum aliis Doctoribus ſemper auditur, & omnia habet præcognita) concluſio ordinatur. Quartum, ubi ſecundum concluſionem diſponitur ſententia, aſſignando priùs ad relationem, & poſtea ad ſententiam, & in eodem die aſſignationis ad ſententiam, ea publicatur, ad cujus exequutionem, officium exequutoris ſpectatur, hæc omnia expoſita habes à Peg. *in prax. Crim. cap. 12 & 13 cum ſeqq.*

Cætera autem, quę in exercendis Judiciis obſervanda occurrunt, veluti circa probationem corporis delicti, teſtium fidem, confeſſionem Rei, indicia, & probationes, pœnas delinquentium, & alia, pete à Doctoribus Criminaliſtis, & à nobis in deciſionibus ſequentibus. 4

Solum breviter aſſevero, quod quando proceditur via ordinaria, admitti poteſt querela, ſeu denuntiatio partis, quæ per ſcribam continuatur in proceſſu, aut per partem præſentatur ſupplicatio, quæ concipitur ſub forma ſequenti. 5

Supplicatio per partem inſtantem in proceſſu via ordinaria. 6

EXCELLENTISSIM SENYOR.

FRanceſch N. habitant en Barcelona, poch tement à Deu, y à la Juſticia temporal, no ha deputat traurer doloſament, y ab anganyals 29. Abril 1653. de las Caſas de Victoria N. ſituadas en la Fuſina deſta Ciutat, à Hieronyma N. donzella, filla de dita Victoria portant ſenla à ſas Caſas, que te ſituadas en la mateixa Ciutat en lo carrer de Sant Pau, y en ellas (narra delictum) cum conſtarà de la informacio que ſe ofereix. Per tant, y altrament dita Victoria N. denunciant à V. Excelencia, y à la Regia Cort lo referit, y fent inſtancia, y part formada contra dit Franceſch N. à V. ſupplica, que dit Franceſch N. ſia caſtigat, y que lo Procurador Fiſcal dela Regia Cort interpoſe ſas parts, y que li ſia miniſtrada juſticia omni meliori modo Off. &c.

Altiſſimus &c.

N.

Idem ſupplicat Fiſci Procurator Regiæ Curiæ, juribus Fiſci ſemper ſalvis.

N. Fiſci Advocatus.

Decretatio.

Remittatur Relatori cauſæ, qui ſuper ſupplicatis debitè provideat.

Proviſa per Nob. Regentem Cancellariam 30. Aprilis 1653. Barcin.

N. Scriba Mandati.

Judicis Proviſio.

Recepta d. d. & anno inſeratur in proceſſu.

N. Judex.

Quando hæc ſupplicatio præſentatur in cauſa ordinaria, formanda non eſt, evocando cauſam cum prætextu, aut qualitate (quæ requiritur ad cauſas evocandas, ut infra dicitur) nam ſolùm fit ad proponendam querelam, vel accuſationem judicialem, ut de ea conſtet in proceſſu. 7

Licèt in Cathalonia debeant tractari cauſæ Vicariæ, intra Vicariam, & Bajuliæ, intra Bajuliam: tàm Civiles, quàm Criminales *vulgat. Conſt. 2. 10. & 13. ac paſſim tit. de juriſd. de tots Jurg* id non procedit in cauſis Regaliarum Domini Regis, quarum vigore, tàm Civiles, quàm Criminales à Vicaria, & Bajulia extrahere, & ad ſuum Tribunal evocare Princeps poteſt, de quibus agunt *Conſt. in tit. de evoc. de cauſ.* Ferrer. 1 *par obſ. R. A. per totam*, Oliba *in uſat. alium namque de jur Fiſci cap. 3 à num. 35.* Peg. & Ripol. *in prax. Civili rub. 3.* & hujuſmodi evocationes cauſarum (ut liquet ex Conſtitutionibus, & Doctoribus citatis) fiunt æquè inter Vaſſallos Baronis, & Dominorum inferiorum, atqui inter eos, qui ſunt Regi immediatè ſubjecti; ſi tamen concurrat qualitas ad eas evocandum, punctim Fontan. *tom. 1. de pactis clauſ. 4. gloſ. 11. nu. 64.* obſervantiſſimus R. Cortiada *dec. 10. num. 248.* & ejus filius *in tract. de juriſdict. cap. gener. num. 42. in fin. qu. 4.* 8

Ad evocationem cauſæ Criminalis ad Locumtenentem Generalem, & Regium Concilium, offertur, vel ſupplicatio per Fiſci Procuratorem Regiæ Curiæ, narrando delictum evocando, & committendo cauſam; vel per partem querelantem evocando, & committendo cauſam, petendo, quod Fiſci Procurator Regię Curię interponat ſuas partes, ut inferes ex formis infraſcriptis, & in utroque ca- 9

ſa

su requiritur, quod exprimatur qualitas, & regalia, cum qua, causa extra proprium forum ad Principis Consistorium trahitur, & evocatur.

10 Evocantur causæ Criminales ad Locumtenentem Generalem, & Regium Concilium. Primò propter causæ connexitatem, ne continentia causæ dividatur Peg. *in prax. crim. cap.* 18.

11 Secundò, quia delinquentes divagant per diversas Vicarias Cathaloniæ.

12 Tertiò, quia sunt faciendę diligentię ad formandam Inquisitionem per diversas Vicarias Cathalonię; & hę secunda, & tertia regaliæ sunt Domini Regis, & ejus Locumtenentis Generalis ratione universalis jurisdictionis; nam cum per Ordinarios delicta non possint puniri, quia extra propriam Bajuliam, aut Vicariam, jus reddere non possunt, Princeps propterea est, qui ea coercere tenetur, furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, parricidas, & pejerantes non sinere vivere, & filios suos non sinere impiè agere, *c. Rex debet* 23. *q.* 5. Peg. *dec.* 193. *n.* 5. *& seq. & in prax. Crim. c.* 5. *n.* 6. & his duabus regaliis passim utitur Regia Curia.

13 Quartò, quia Ordinarius facere non potest justitiam ob potentiam adversarii Peg. *in Rub. prax. Civil.* 4. *n.* 19. & ibi Ripoll, Fonta. *dec.* 522. *tota* qui fundantur *in lege Præsides* 2. *C. de offic. Rec. provi.* ibi: *Præsides pronunciarum opportet: si quis potentiorum extiterit insolentior, & ipsi vindicare non possunt, aut examinare, aut pronuntiare nequeunt, de eius nomine ad nos, aut certè ad prætoriana præfecturæ scientiam referre, quo provideatur, qualitèr publica disciplina, & læsis tenuioribus consulatur.* Qui textus etiam statuit in Criminalibus juxta notam Gothof. Eadem ratione; quia Ordinarius non est potens evocatur causa, quando procedendum est ad occupationem temporalitatum, ex quo Curia Ecclesiastica nolit firmare contentionem cum Ordinario seculari, R. Cortiada *dec.* 28. *n.* 50. & ibi latè *nu.* 123 *& seq* tradit formam supplicationis, & evocationis.

14 Quintò, quia agitur contra personas Militares *prag.* 6. *tit. de jurisd. de tot. Iuges*, ibi: *Attendentes, quod ad nos solum pertinet, judicare, & cognoscere de personis generosis, & non ad alium quemcunque* Fonta. *de pact. nup. to.* 1. *claus.* 3. *glos.* 3 *n.* 38. *& par.* 1. *dec.* 220. *n.* 9. Xamm. *de Offic. Iudic. par.* 1. *q.* 7. *à n.* 62. *& de Privileg. Civit. Barcinonæ* §. 11. *à n.* 21. *& dif.* 140. *n.* 5. *par.* 2. quos laudat, & sequitur R. Cortiada *dec.* 10. *n.* 183. (ubi, quod Vicarii Regii possint Militares capere ad finem eos remittendi ad suum superiorem) *& dec.* 27. *n.* 123. Vilaplana *de Brach. Milit. c.* 3 *n.* 139. *cum seqq.*

15 Sextò, quia agitur contra Officiales Regios; nam hi subjiciuntur solùm Domino Regi, ut est dispositum in concordia Reginæ Eleonorę, & Cardinalis Convenarum *in c.* 1 illis verbis. *An lo Senyor Rey punirà los contrafahents in prag. 1. de somatent.* Oliba *de Iure Fisci c.* 12 *n.* 23. *& 24. & c.* 14 *n.* 67. Ferrer, & ibi Despulol *par.* 3. *obser. cap.* 222. Canc. *var.* 3. *c.* 5. *à n.* 94. Ripoll. *var. resol. c.* 1. *à n.* 227. Fontan. *par.* 2. *dec.* 317. *à n.* 6. *& dec.* 318. *n.* 1. & aliis allegatis R. Cortiada *dec.* 27. *n.* 76. *cum seqq.* & signanter *n.* 113. *& seq. ubi allegat. Const. unicam tit. que los Officials pugans esser punits.*

16 Septimò, quia agitur de interesse jurisdictionis Regiæ, prout evocatur causa competentiæ jurisdictionis, cum venerabilibus patribus Inquisitoribus hæreticæ pravitatis R. Cortiada *dec.* 30. & signanter *n.* 56. vel quia agitur de usurpatione jurisdictionis Regiæ, *ex l. unica ff. si quis jus dicent. non obtempera.* ubi omnibus Magistratibus, secundùm jus suæ potestatis concessa est jurisdictio ad suam pœnali judicio defendendam, quam expendit, Marta *de jurisdic. par.* 3. *c.* 1. *n.* 1. *et per tot.* Sesse *de inhibit. c.* 9. §. 2. *num.* 65. Peg. *in prax. Crim. c.* 24. *num.* 8. Fontan. *par.* 2. *dec.* 317. *nu.* 8. *et* 9. S. Tristany in Corona Benedictina *cap.* 5. *num.* 59. & Regi, ut Judici Ordinario competit etiam jurisdictio in extraneos jurisdictionem suam usurpantes, latè Farinac. *in prax. quæst.* 114. *in spect.* 1. *num.* 1. *et seqq.* (ubi quando usurpans jurisdictionem Principis committat crimen læsæ Majestatis, & quibus pœnis plectatur. In his tribus casibus, videlicet 5. 6. & 7. evocatur causa tanquam Consistorialis.

17 Octavò, quandò agitur de puniendo offensam factam ordinario Judici, vel Baroni ex causa privata, Cancer *var.* 2. *cap.* 2. *à num.* 251. *ad* 256. *et par.* 3. *cap.* 13. *à num.* 197. Fontan. *de pactis claus.* 4. *glos.* 11. *num.* 39. Xammar *de Offic. Judic. par.* 1. *cap.* 14. *num.* 72. latè de hac re Sanfel. *dec.* 63. *tota.*

18 Nonò, per viam recursus ad superiorem Peg. *in prax. Civil. rub.* 4. *in fin.* ubi tradit formulas supplicationum recursuum, *& in prac. Crim. cap.* 22. & nos *dec.* 23. *& seq. infrà.*

19 Decimò, quia delinquens captus detinetur in Regiis Carceribus Barcinonæ, & hac regalia passim utitur Regium Concilium, & fundari potest; quia statim atque reus Carceribus Regiis mancipatur, ponitur sub imperio Regii Concilii; undè causa videtur affecta Consistorialis; per ea, quæ tradunt DD. quod per appositionem manus superioris ligatas habet manus inferior, Xam. *rerum judic. par.* 2. *dec.* 109. Ripoll *var. cap.* 3. *à num.* 204. *& in prax. rub.* 27. *num.* 186. *& sequentibus* ubi additio S. de Amigant, de materia, Barbosa *in collect. ad c. ut nostrum* 56. *de appel.* D. Crespi *obser.* 118. *num.* 8. *&* 18. contrarium tamen crederem, si in Carceribus Regiis mutuatis detineretur captus de ordine inferioris; quia tunc necessarium foret, quod una ex regaliis concurreret ad evocandam causam, ex traditis à Quesada Pilo *disert.* 25. San Felicio *decis.* 63. *n.* 23. *to.* 1. & nos latiùs *decis.* 11. *infrà.*

20 Undecimò, concurrit Dominus Rex, si præsens est, vel ejus Locumtenens Generalis, & Regium Concilium cum Ordinario in cognitione causarum, Ferrer *obser. R. A. par.* 1. *cap.* 2. Fontanel. *tom.* 2. *decis.* 568. *num.* 4. ideò à Curia, in qua præsens reperitur assumit, causas sine evocatione via ordinaria, ut quotidiè experimur in causis Curiæ Vicarii Barcinonæ à qua extrahuntur processus ad solam petitionem Regii Concilii (quando ita apparet) & in eo via ordinaria continuantur.

21 Si Princeps reperiatur in terra Baronis cessat jurisdictio Baronis, & cognoscit Princeps de delictis, quæ ibi committuntur Cancer *var.* 3. *cap.* 13. *nu.* 335. Mastril de Magist. *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 259. R. Matheu *de reg. Reg. Valeu. tom.* 1. *cap.* 6. §. 1. *num.* 77. *&* 98. & idem procedit, quando Locumtenens Generalis reperitur in loco Baronali; nam cessat tunc tota jurisdictio Baronis, Mastril. de Magist. *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 162. *&* 163. hæc omnia comprobat N. Sebast. de Cortiada *de jurisd. cap. gener. quæst.* 4. *num.* 43.

22 Duodecimò, evocatur causa Criminalis, quia non speratur justitia ab Ordinario ob consanguinitatem, quam habet cum criminoso, vel aliàs, ut notat Peg. *in prax. Civil. rub.* 4. *in fine, in formula evocandi causas Criminales*, aut non speratur; quia Ordinarius Regius, vel Baro negligit justitiam facere; & in omni casu est verum, quod data negligentia inferioris Princeps avocat sibi causam, *ex l. Præsidis* 2. *C. de offic. rect. provin.* in illis verbis, *aut examinare, aut pronuntiare nequeunt*, auth. *statuimus C. de Episc. & Clericis*, Font. *par.* 2. *decis.* 522. *num.* 21. Cancer *var.* 1. *cap.* 17. *num.* 69. Thesaur. *decis.* 132. *in fin.* R. Vinnes *in disc. 8. celeb. Cur. num.* 224. R. Constant. *ad lib.* 10. *C. de pœnis Fiscalibus l.* 1. *n.* 24. *versic. Contrarium.*

23 Decimotertiò, quando agitur de contrafactione edicti, seu præconii Regii, evocanda est causa; cum hac tamen casuum distinctione. Primò, quod si per nova edicta prohibetur, cum aliqua, videlicet, certa, vel majori pœna delictum, quod erat delictum, non potest evocari causa prætextu, quia agitur de contrafactione edictorum Regiorum, nisi concurrat aliqua ex regaliis supra expensis; quia cognitio delicti prohibiti pertinet ad Ordinarium ratione suæ jurisdictionis universalis, quam habet ad puniendum delinquentes.

24 Secundò, si per edicta fiat delictum, id quod non erat delictum; adhuc Ordinarii Regii, vel Baronis cognoscunt de novis delictis, & puniunt delinquentes, nec possunt evocari causæ ad Regium Concilium sub prætextu, quod agitur de contrafactione edicti, seu præconii Regii, nulla in Ordinariis probata negligentia in inquirendo Amad à Pont. *de laudemiis q.* 24. Natta *cons.* 639. *per totum* Franciscus à Pont. *de potest. Proregis tit.* 1. §. 3 *à n.* 26. *ad* 44. Thesaurus *decis.* 132. Thoro *in comp. decis. par.* 1. *ver Vassallus an sit remittendus* Barbat. *de divis. fruc. par.* 1. *c.* 12. *n.* 76. R. Vinnes *in disc. cele. Cur.* 8. *num.* 224. Luca ad Franch *decis.* 434. *n.* 2. (ubi allegat Gratianum *discep.* 642. *à n.* 20. Marin. *lib.* 2. *resp.* 170. *à n.* 3.) quia inquit, licèt de suprema sit auctoritate, delictum facere id, quod non erat delictum; tamen eo quod deducta est ad actum, consumata est potentia cum legis publicatione, & sic intrat auctoritas Ordinarii generalitèr ei concessa, non tanquam quid novum respectu suæ cognitionis; sed tanquam quid antiquum vigore jurisdictionis concessæ generalitèr contra delinquentes; contrariam tamen sententiam, quod si fiat deli-

delictum ſub pœna, quod aliàs ex ſe non erat delictum, vel augetur pœna à jure communi impoſita, cognitio pertineat ad Principem, & ad ejus Regium Concilium, docet R. Cortiada *dec.71.n.17.* & allegat Menoch. *con.* 604. & 605. Surdus *conſ.*152. & poſt alios R. Vico *ad Prag. Sard. lib.1.tit.18.c.7.n.8.& 9.* & latè *lib 2. tit.30. c.10.à n.7.* Theſau. *deciſ.*250. Maſtrill. *deciſ.*145. Fabet *in Cod. lib.9.tit.26. def.2.* Excellentiſsi. Creſpi *obſer.4.à n.271.par.1.* latiſſimè contrariis ſatisfaciens Theſaurus Junior *in conſ. poſt ultimam deciſ. patris ſui*. In noſtro Regio Concilio, non vidi materiam hanc deciſam, & ſic pro ejus indagine, quando caſus occurrat proſequor diſtinctiones ſuſceptas.

25 Tertiò poterit abſque dubio ullo evocari cauſa; quia agitur de contrafactione præconii, ſeu edicti Regii, quando non delictum, fit delictum; & Princeps ſibi, & non aliis ejus cognitionem reſervat; quia potuit Princeps in ea re legem dicere, quam voluit, *l. in re* 21. *Cod. mandati* tenet à Reg. Pont. *de poteſt. Proreg. tit de proviſ. fieri ſolit*, §.2. *num.*29. R. Conſtant. *de pœnis Fiſcalibus lib.*10. *l.*1. *nu.* 22. & poſt eum Luca ad Franch. *deciſ.*432. *n.* 2. qui etiam affirmant, quod ut Princeps dicatur, ſibi reſervaſſe cognitionem, ac perceptionem pœnarum edicti, non ſufficit dicere ſub pœna (ducatorum mille exempli cauſa) Fiſco noſtro, vel Fiſco Regio applicanda; ſed requiritur, quod expreſsè, & ſpecificè cognitionem, & pœnam ſibi reſervet.

26 Quartò, cognitio ad Principem pertinebit, quando inferior minimè capax eſſet cognitionis illius facti, quod de novo per præconium fit delictum, & prohibetur, exemplum erit, quando Rex, & Dominus Supremus ſub certa conſtituta pœna alicujus rei extractionem, veluti frumenti, olei, vel aliorum fructuum à ſuo Regno, vel ditione prohibet; nam cum hujuſmodi prohibitiones fiant, vi Supremi Imperii, quod à Principis perſona nullo pacto ſeparari poteſt, inferiores de illis, qui in illam legem committunt, nec cognoſcent, nec mulctas exigent, quia eorum perſonæ Supremi Imperii incapaces ſunt Menoch. *conſ.*604. R. Conſtant. *ad tit. de pœnis Fiſcalibus lib.*10. *l.*1. *n.*25. Roccus *de offic. rub.*14. §.5. *pœna pecuniaria n.*75. Laganatius *in addit.* ad Rovitum *ad rub. pragm de extract.* Luca ad Franc. *d. dec.*434. *n.*3. ubi in cauſis cõtraventionum bannorum circa venditionem frumenti, & contraventionum in preciis per Pragmaticas ſtatutis, docet ſemper cognoviſſe Regiam Curiam, non autem Barones, ex præſumpta mente ſtatuentis, ſic legem declarantis, ob ſuſpicionem tribunalis Baronum, qui vel ſolent eſſe principales ut plurimum in contraveniendo, vel poſſent ſubditos indebitè vexare, cauſa ſibi aplicandi omnia frumenta, & demum cariùs vendere, quod non procedit in cæteris delictis indifferentibus allegat citatos Franc. à Ponte, & R. Conſtant.

27 Decimoquartò, evocatur cauſa ad Regium Criminale Concilium, quando petitur ſequeſtrum in juriſdictione Baronis propter abuſus in juriſdictione commiſſos; nam de ſuprema poteſtate eſt, Barones juriſdictione abutentes punire Pegue. *in prax. crim. c.*20. *n.*21. *& dec.* 36. & nos latiùs deciſ. 71. partis ſecundæ.

28 Ultimò, cauſæ in quibus procedi poteſt per regalias uſaticorum, *ſimili modo, Auctoritate, & rogatu*, & aliorum, poſſunt etiam ab initio evocari ad Regium Concilium cum aliqua ex qualitatibus enarratis, & poſt evocatam cauſam, non impeditur, ut poſſit procedi per regalias uſaticorum, prout multoties fuit ita practicatum & quotidie obſervamus.

29 *Forma evocationis cauſæ per partem inſtantem.*

EXCELLENTISSIM SENYOR.

PERE Durban pagès, habitant en la Vila de Moyàs als 5. *del mes de Mars del any* 1678. *no dubità poch tement à Deu, y à la correcciò de la Iuſticia temporal, proditoriament y ab animo deliberat tirar un tir de arma de foch, à Ioan Meſtres Ferrer, habitant en la Vila de Martorell Biſbat de Barcelona, del qual tir reſtà dit Meſtres encontinent mort, com conſtarà de la informaciò que ſe ofereix. Per tant, y altrament Franceſch Meſtres pagès fill de dit Ioan Meſtres fent inſtancia, y part formada contra dit Pere Durban, à V.E. ſuplica, que dit Pere Durban ſia caſtigat, y que lo Procurador Fiſcal de la Regia Cort, interpoſe ſas parts, y la preſent cauſa, pratextu, quia ſunt facienda diligentiæ ad formandum Inquiſitionem per diveſas Vicarias, & Ordinarius Iuſtitiam facere non poteſt, eſſer evocada à V.E. y Real Concell, y comeſa à algu dels Nob. ò Magnifichs Iuties de la Regia Cort, qui juſticia miniſtre omni meliori modo Officio, &c.*

Altiſſimus, &c.
N.

Idem ſupplicat Fiſci Procurator Regiæ Curiæ Iuribus Fiſci ſemper ſalvis, &c.

N. F. A.

Hanc formulam obſerva, & non traditam à Pegue. *in prax. Civil. Rub.4. in fine*

In hac ſupplicatione, fit decretatio, & proviſio, prout ſubſequitur infrà in ſupplicatione evocatæ cauſæ, quæ fit, inſtante Procuratore Fiſcali Regiæ Curiæ.

Sin autem cauſa, jam eſt evocata per Procuratorem Fiſcalem Regiæ Curiæ, non debet iterum evocari per partem querelantem, nec debet concludi cum evocatione, & commiſſione cauſæ; ſed (his duabus clauſulis omiſſis) ut ſupra formanda eſt ſupplicatio, & tunc fit decretatio, quod *Remittatur Relatori cauſa, &c.* & per Judicem providetur *Inſeratur in proceſſu*, & ſi præſentatur poteſtas accuſantis vel alia inſtrumenta providetur. *Inſeratur in proceſſu unà cum exhibitis.*

Forma evocationis cauſæ per Procurato. Fiſcalem R.C. 30

EXCELLENTISSIM SENYOR.

A Noticia del Procurador Fiſcal de la Regla Cort, ha novament peruinguit, fama publica referint, y altrament, que Iſidro N. pagès de la Parroquia de Sant Eſteue de Vallſpirans Biſbat de Vich, no dubtà poch tement à Deu, y à la correcciò de la Iuſticia temporal als ſis del mes de Iuner. 1680. *à las ſet horas de la tarda, en la Villa de Ripoll en lo lloch dit, los quatre cantons de Sant Iaume, proditoriament tirar un tir de arma de foch, vers, y contra Endalt Salò Ferrer do dita Vila de Ripoll, del qual tir reſtà dit Salò malament ferit, y mort encontinent; cas digne de puniciò, y caſtich. Per lo que, y altrament dit Procurador Fiſcal de la Regia Cort, ſuplica, que dit delicte ſie punit, y caſtigat, y la preſent cauſa pratextu, quia ſunt facienda diligentiæ ad formandum Inquiſitionem per diverſas Vicarias, & Ordinarius Iuſtitiam facere non poteſt, eſſer evocada à V.E. y Real Concell, y comeſa à algu dels Nob. ò Magnifichs Iurjes de la Regia Cort qui juſticia miniſtre omni meliori modo Officio, &c.*

Altiſſimus &c.
N. F. A.

Decretatio.

Evocata cauſa pratextu quo ſupplicatur committatur Magnifico N. Judicis Regiæ Curiæ qui ſuper ſupplicatis debitè provideat.

Proviſa per Nob. Regentem Cancellariam die N. menſis N. anni N. Barcino.
N. Scriba Mandati.

Judicis Proviſio.

Recepta d.d. & anno, facto verbo in Regio Concilio, provideat; quod aliquis ex Regiis Alguazirijs accedat ad Villam Ripipulli, & ad alia loca præſentis Principatus, & Commitatuum Roſſilionis, & Ceritaniæ, quo opportuerit, qui inquirat, inquiſita fortificet, & quos culpabiles invenerit, capiat, & ad Regios Carceres Barcinonæ adducat, & alia faciat in ſimilibus fieri ſolita; & pro his fiant, & expediantur littera, inſtructiones, & alia proviſiones oportuna, juxta Regiæ Curiæ ſtylum.

N. Judex.

Si ex informatione recepta in Regio Concilio, vel aliàs coram Ordinario (quę debet exhiberi) reſultant merita ad providendum capturam contra certum delinquentem, in proviſione judicis dicitur, *& N. & alios quos culpabiles invenerit capiat*, ſin autem jam eſt captus, debes dicere, *& N. captum in Carceribus loci de N. ad ſuas manus apprehendat, & bene cuſtoditum ad Carceres Regios Barcinona adducat, & alia faciat, &c.*

Quando partes contendunt ſuper poſſeſſione, & adeſt timor armorum, & ſcandali, ſi datur poſſeſſor certus, conſtito per ſummariam informationem de ſuſpicione armorum, & ſcandali, petitur aſſiſtentia in Regio Concilio, evocando cauſam, cum una ex regaliis ſupra relatis. 31

Forma petendi aſſiſtentiam per poſſeſſorem.

EXCELLENTISSIM SENYOR.

NO obſtant, que lo Renerent en Chriſto Pare Biſbe de Urgell eſtiga enquieta, y pacifica poſſeſſio, ſeu quaſi de

de anomenar Balle en la Ciutat de la Seu de Vrgell, y Vegner de Andorra, y que en continuació de la dita possessió, seu quasi haje fet nominació per exercir dits Officis de la persona de Anton Pera, y de Tort, ab tot no dubtan, ni han dubtat los Consols de la dita Ciutat de la Seu de Vrgell molestar a dit Reuerent en Christo Pare en la dita quieta, y pacifica possessió, recusant regonexer a dit Anton Pera; y Tort per Batlle, y Veguer de ditas respectivè parts, del ques molt facil seguirse inconvenients, y molt contingent lo succehir escandols Per tant, y altrament lo legitim Procurador de dit Reuerent en Christo Pare Bisbe de Urgell qui exhibeix son poder, juntament ab los actes de requisicions presentadas a dits Consols, y altres, ut inserantur omnia si, & quat. offerint informació del sobredit, supplica que al dit Anton Pera, y de Tort li sia donada assistencia en lo exercici de dits respectiue officis, y per dit efecte la present causa esser evocada à V.E. y Real Consell, eo pratextu, quia Ordinarius non est potens ad faciendam justitiã, y que sian fetas, y prouehidas las comissions, y prouisions oportunas juxta R. Curia stylum, y justicia en tot ministrada nedum pramissa, sed, & quovis alio meliori modo Officio, &c.

Altissimus, &c.

N.

Idem supplicat, & petit Fisci Procurator Regia Curia, Fisci juribus semper salvis &c.

N.F.A.

Decretatio.

Evocata causa pratextu quo supplicatur, committatur Magnifico Michaeli Joanni de Taverner, & Rubi Judici Regia Curia, qui super supplicatis debitè provideat.

Provisa per Nob. Regentem Cancellariam die 29. Maii 1679. Barcin. Galceran.

Judicis Provisio.

Recepta d. & anno inserantur exhibita, & ministratis testibus paratus est illos recipere.

Taverner, & Rubi.

Postea verò recepta informatione, si ea constat de timore armorum, & scandali, conceditur in favorem illius, qui est in possessione assistentia, prout concessa fuit in casu desuper relato in forma sequenti.

Forma declarationis assistentiæ.

32 *Die 13. Iulii 1679. insequendo conclusionem in Regio Concilio factam provider, quod sine praiudicio jurium, & pretensionum partium, ita ut nullum jus eis accrescat, vel decrescat (respectu causæ Ciuilis) aliquis ex Regiis Alguzirriis accedat ad Civitatem Urgelli, qui inquirat inquisita fortificet, & assistat Antonio Pera, & de Tort Baiulo dictæ Ciuitatis Urgelli, & Vicario Vallium Andorra creato per Reverendum in Christo Patrem Episcopum Urgellen. instrumento acto 16. Maii currentis anni 1679. penes Doctorem Antonium Rotllant. Presbyterum, & Notarium Publicum prafati Episcopatus in exercitio dictorum officiorum, gentes armatas, aut vim turbativam dicto Pera inferentes expellat, & quos culpabiles invenerit capiat, & ad Regios Carceres præsentis Civitatis Barcinona adducat, & pro his fiant, & expediantur litteræ, commissiones, & provisiones opportunæ juxta Regiæ Curiæ stylum.*

De Amigant.

Hæc causa fuit commissa Nob. Petro de Amigant Tertiæ Aulæ Doctori per absentiam Magnifici Michaelis Joannis de Taverner, & Rubi dictæ causæ Relatoris. Paritèr poterit provideri, quod expediantur mandata ad pœnam pecuniariam de bonis propriis contrafacientium exigendarum, ut fuit conclusum in R. Concilio die 19. Octobris 1661. in favorem Dominæ Mariæ Cortis, & de Copons viduæ Francisci de Cortit domini, qui dicebatur esse Castri, & termini de Gra, ubi fuerunt provisa mandata adversus contrafacientes ad pœnam bis mille librarum de bonis propriis refe. R.S. Nob. Michaele de Pallares I.R.C.

33 Conceditur assistentia certo possessori, etiam si lis pendeat in R.A. super possessione, si adest timor armorum, & scandali, ut scribit Reg. Cortiada *decis.* 35. *num.* 72. allegat Xammar *de Offic. Judic. par.* 1. *quæst.* 4. *num.* 24. Cancer. *var. par.* 1. *respons.* 1. *à num.* 120. Ramon. *cons.* 51. & 52. Fontanel. *de pact.* 2. *claus.* 7. *glos.* 3. *par.* 9. *à n.* 8. *ad* 17. & hi duo scribunt formam provisionis assistentiæ.

34 Si autem partes properant ad possessionem, & non datur certus possessor, tunc non conceditur assistentia, sed debet R.C. Constito per summariam informationem, de suspicione armorum, & scandali ad se evocare possessionem, & in ea sequestrum apponere, ut cum Senatu scribit Xamm. *de Offic. Judi. d. par.* 1. *q.* 4. *num.* 24. & formam provisionis refert Fontanel. *de pact. nup. to.* 2. *claus.* 7. *glos.* 3. *par.* 9. *num.* 4. & 5. quos allegat Reg. Cortiada *d. decis.* 35. *n.* 70. solum addo, quod non solum ad instantiam partis; sed etiam ex officio, præcedente Fisci P.R.C. supplicatione, potest concedi expensis communibus partium assistentia, & in suo casu sequestrũ, super possessione, ut vidi in exemplari inter Villam de Berga, ex una, & Nob. Josephum de Aguliò proprietarium, & Nob. Mariam de Agulló usufructuariam, Barones de Gironella ex alia, die 7. Junii 1680. referen. Magnifico Jacobo de Porau, nunc R.A.D. Scriba Badia, super possessione Villæ, & singularium de Berga in servitute lignandi in nemoribus Baroniæ de Gironella, & prohibendi abusus in servitute.

Sic pariter observatum fuit referente Magnifico Vin- 35
centio Sabater I.R.C nunc R.A.D. in assistentia ad petitionem Fisci expensis communibus partium concessa Admodum Reverendo in Christo Patri Archiepiscopo Tarraconen. & Civitati Tarraconæ die 4. Martii 1683. Scriba Riambau, super possessione, seu quasi jurisdictionis Vicarii Admodum Reverendi in Christo Patris Archiepiscopi, & Consulum ejusdem Civitatis, absente, vel impedito Vicario Regio, & in prosequutione soni emissi ad persequendum delinquentes.

In hac re evocationis causarum ad Regium Concilium 36
debeo recolere scripta à Doctissimo Reg. Cortiada *decis.* 37. super articulo, an causa Contentionis jurisdictionis Criminalis in concreto, inter Judices inferiores, tàm Regios, quàm Baronis pertineat ad R. Concilium Criminale; an verò ad Regiam Audientiam Civilem; & licèt ipse non assentiat pertinere ad Regiam Audientiam Civilem, respondens fundamentis Solor. *de Iure Indiarum tom.* 2. *lib.* 4 *cap.* 5. *à num.* 17. (docens tamen secùs esse si de jurisdictione inter inferiores ageretur in abstracto; quia tunc cognitio articuli Contentionis pertineret ad Regiam Audientiam Civilem ex Reg. Math. *de Reg. Valen. tom.* 2. *cap.* 7. §. 5. *num.* 8.) & diversa exemplaria antiqua tradat pro jurisdictione Regii Criminalis Concilii; attamen in contrarium pro R. A. Civili recitat observantiam antiquam, & recentem; antiquam die 11. Martii 1603. ubi ita declaratum fuit ad Relationem Magnifici Josephi Dalmau R. A. D. in facto Contentionis jurisdictionis ortæ inter Bajulum oppidi Castilionis Farfaniæ ex una, & Regentem Regiam Vicariam Civitatis Balagarii ex altera, super repetitione Joannis Fortuny de Olate.

Recentem de anno 1650. ubi disputato plenè articulo 37
fuit sic declaratum, in facto dubii orti inter Regiam A. Civilem, & Regium Criminale Concilium, moti per Procuratorem Fiscalem Patrimonialem, & Officium Magistri Rationalis, contra Vicarium, & Bajulum Barcinonæ, super repetitione personæ cujusdam Lignifabri dicti Officii Magistri Rationalis, per Magnificos Raphaelem Vilossa (postea Regentem in Supremo Regio Concilio Arago.) Franciscum Llunes, Fœlicem de Miralles, & Josephum Aleny. Adde similem 24. Novembris 1663. in facto dubii inter R.A. & Regium Criminale Concilium formati per Subvicarium, & Consules Villæ Pratorum Regis ex una, & Nobilem Balthasarem Pantoja ex alia, per Magnificos, & Nobiles Senatores, Cellers, Xammar, Rull, & Rocca & Julia super cognitione causæ demolitionis furcarum.

Cui novitèr annuit Regium Concilium die 14. Junii 38
1680. in causa Contentionis inter Civitatem Barcinonæ ex una, & Baronissam de S. Vicens ex alia, super repetitione Michaelis Ferran Stanyetii Civis Barcinonæ, capti per dictam Baronissam in termino de Monacada, qui prætenditur esse jurisdictionis Civitatis; ex quibus jam videtur de re ampliùs disputandum non fore.

Attamen liceat mihi ultra exemplaria antiqua, quæ fa- 39
vent jurisdictioni Concilii Crimin. & refert Reg. Cortiada, partibus non contradicentibus successisse diebus 28. Septembris 1623. & 1. Octobris 2624. & 25. Novembris 1628. & 28. Novembris 1633. & 19. Decembris ejusd; anni, alia exemplaria, partibus non contradicentibus, adducere. Videlicèt die 11. Februarii 1597. in facto supplicationis oblatæ per Regium Procuratorem Campi Tarraconę, in qua petiit ad Regium Criminale Concilium evocari articulũ Contentionis ortę inter ipsum ex una, & Vicarium Regium Tarraconę ex alia, super cognitione causę Criminalis in utraq; Curia Inchoatę, cõtra Franciscum Simo acordatũ d. Civitatis Tarraconę, per dictum Procuratorẽ Regium

gium captum, & fuit concluſum, referente Ferrer, donec aliter foret proviſum, mandari dicto Procuratori Regio Campi Tarraconæ quatenus nomine Regiæ Curiæ dictum Simo traderet idoneæ Manuleutæ ad requiſitionem dictum donec aliter foret proviſum ad pœnam centum librarum.

40 Paritèr 18. Januarii 1617. in facto cauſæ Contentionis ortæ inter Nobilem Carolum de Viladamany, & de Cruylles ex una, & Vicarium Gerundæ ex altera ſuper captura facta de perſona Jacobi Manya, facta relatione per Rollam I R.C. fuit concluſum; cognitionem dictę cauſæ Jacobi Manya ad dictum Vicarium Gerundæ ſpectare, & pertinere; inhibitionemque ei factam tollendam fore, & eſſe, & pro his litteras expediri, & alias proviſiones opportunas juxta Regiæ Curiæ ſtylum.

41 Et die 20. Februarii 1619. in facto cauſæ Contentionis ortæ inter Curias Vicarii Villæ-Franchæ Confluentis, & Regii Procuratoris Patrimonii Regii Comitatuum Roſſilionis, & Ceritaniæ ratione firmæ juris factæ per Joannem Berioan loci de Sardanya in Curia dicti R. Patrimonii, & referente Rollam I.R.C. fuit concluſum; cognitionem cauſæ pertinere ad Regium Procuratorem Regii Patrimonii Comitatus Roſſilionis, & Ceritaniæ privativè ad dictum Vicarium Villæ-Franchæ Confluentis, & ad eum partes, & cauſam remittendas eſſe.

42 Cæterùm amplius dubitare non licet, de re modernius per Senatores examinata, & concluſa, & jam pro conſtanti tenemus articulum Contentionis Juriſdictionis in concreto inter inferiores ſuper facto Criminali per Regiam Audientiam Civilem declarari debere.

43 Faciunt tradita per Canc. *var.* 3 *c.* 5. *n.* 103. ubi ait poſſe Baronem, vel Dominum Caſtri, ante executionem ſoni emiſſi (ille declaratur ſuper facto Criminali in concreto) factam per Vicarium recurrere ad Regiam Audientiam, & coram ea firmare de jure, & evocari facere cauſam, tanquam Conſiſtorialem, cum ſit cauſa regalię, an ſit locus executioni dicti ſoni emiſſi, & inhiberi dictum Vicarium, qui facta ei inhibitione, neceſſariò tenebitur ſupercedere.

44 Aſſero tamen, quod pendente Contentione inter duos Barones, vel inter Baronem, & Officialem Regium, poteſt captus, vel Baro ad Regium Criminale Concilium recurrere, & poteſt Regium Criminale Concilium interim pendente recurſu captum relaxare cum fidejuſſoribus, ne contentione pendente, diu moleſtetur, ut expreſſè diſpoſuit Dominus Rex Philippus in Curia Barcinonæ anni 1564. *c.* 26. & eſt Conſtitutio *Per quant eſ deve, in ordine* 14. *tit. de appellat. de qua* Ferrer *obſer par.* 3 *c.* 167.

45 Et iterum cenſeo juxta obſervantiam antiquam, & recentem, quod pendente Contentione inter inferiores ſuper articulo juriſdictionis poteſt ad inſtantiam F.P.R.C. ad Regium Concilium Criminale evocari cauſa (cum una ex regaliis) ſuper facto, quia hęc evocatio nihil commune habet cum articulo juriſdictionis, cum ſolum tendat ad bonum pacis publicæ, vel ad punitionem delicti, ad cujus vindictam procedi non poteſt per inferiores propter inter eos ſuſcitatam contentionem, fuit declaratum die 9. Januarii 1614. in facto ſupplicationis per Fiſci Procuratorem R. Curiæ oblatæ ſuper quęſtione orta inter Vicarium, & Subvicarium Minoriſſę ex una & Bajulum de S. Pador ex altera, occaſione repetitionis trium latronum per dictum Bajulum captorum, fuit factum verbum per Jover, & deliberatum, quod aliquis ex Regiis Algutziriis accedat ad Civitatem Minoriſſæ, & ad Villam Sancti Petri de Auro, & ad alia, &c. qui ſuper tota veritate facti inquirat, inquiſita fortificet, gentes congregatas diſgreget, pacem componat, & tres homines noviter captos in Carceribus dictæ Villę, & N. Salvi dictę Villę, in Carceribus Minoriſſę, & alios quos culpabiles invenerit capiat, ad Regios, &c. & alia faciat neceſſaria, & opportuna, & pro his expediantur litteræ, &c.

46 Et die 28. Maii 1617. pro bono pacis, & ad evitanda ſcandala, ſine prejudicio pretenſionum partium ſuper articulo juriſdictionis, in forriotibus terminis, in facto ſupplicationis oblatę per Fiſci Procuratorem Regię Curiæ, contra Conſiliarios, & Operarios preſentis Civitatis, & alios, fuit factum verbum per Ramon, & deliberatum, quod ſine prejudicio jurium, & pretenſionum partium, tam in petitorio, quàm in quocumque poſſeſſorio, ut ſcandalis obvietur, pro bono pacis præſentis Civitatis, mandetur Conſiliariis, Operariis, & Syndico ejuſdem, laboratoribus, & aliis ad quos ſpectet, quatenus deſiſtant à procedimentis, & capturis per dictos Conſiliarios, & Operarios comminatis, occaſione procedimentorum Bajuliæ Generalis, & interim pro nunc, & donec aliter fit proviſum per Judicem ad quem ſpectet, ſupersedeant in opere Sacriſtiæ Eccleſiæ Sancti Sebaſtiani, & pro his fiant mandata, &c.

Et ad ſedandum has competentias, ut foveatur publico, ne delicta interim impunita maneant, multoties vidi obſervatum, cum una ex Regaliis ſupra ponderatis, fuiſſe evocatas cauſas ad Regium Concilium ſuper facto, & delicto, pendente contentione juriſdictionis inter inferiores ſuper cognitione delicti, nihil in eo agendo de articulo juriſdictionis. 47

A' Locumtenente Generali, & Concilio Regio poteſt tolli inhibitio Ordinario Regio, vel Baroni, tollendo regaliam evocatæ cauſæ, cum decreto expedito in forma Cancellariæ ſub forma ſequenti. 48

Lo Comte de Santa Coloma, &c.

A Mas de la Real Mageſtat. Confiam de voſtra perſona, y del zel moſtrau tenir de fer, y adminiſtrar juſticia en exa Baronia de Flix, y de la Palma, que per los Conſellers de Barcellona (ſenyors ques dinhen fer de aquella) vos es eſtada comeſa, y pera ques puga fer ab major brevedat, y exemple havem acordat ab parer del Conſell Real alcar, com ab thenor de la preſent uſant de la facultat Real alcam qual ſeuols Regalias, y evocatas cauſas haia en la Regia Cort, contra Franceſch Verges, dito lo Gracianet Vaſſall ſeu, vuy pres, y captura en las Carcers del Caſrell de dita Vila de Flix, de tal manera, que aquellas no obſtant, conegau, y pugau conexer de aquell, y de ſas culpas, fent juſticia à conſell de voſtre Aſſeſſor, guardadas las Conſtitutionis de Cathalunya, y lo demés, que de dret ſe degaguardar, Dat. en Barce. a 28. de Maig. 1638.

Lo Comte de S. Coloma.

Vt. Magarola R.

Michael Perez.

In Curia Locumt. xj.

f. x.

Dirigitur Procuratori Generali Baroniæ de Flix, & de la Palma.

DECISIO SECUNDA.

ARGUMENTUM.

Recitantur caſus, in quibus proceditur per regaliam uſat. *ſimili modo* 1 it. *de dret del Fiſc* contra delinquentes, & facinoroſos homines, ubi allegantur variæ Senatus Deciſiones.

SUMMARIUM.

1 *Quando delictum eſt Ordinarium, inquiritur ſuper illo, via Ordinaria, vel per evocationem cauſæ ad Regium Criminale Concilium, vel ſi eſt comprehenſum ſub aliqua regalia, ut poſt Uſaticorum, juxta illorum formam proceditur.*

2 *Expenditur littera uſatici ſimili modo, & n.* 3.

4 *Inter proceſſus uſat. ſimili modo, & uſat. Auctoritate, & rogatu aſſignatur differentia, declara, infra num.* 44.

5 *Proceditur per uſaticum, ſimili modo, contra frangentes pacem, & treugam, ſalvam guardiam, & ſecuritates Regias, uſque ad n.* 7.

8 *Etiam contra offendentes, vel iniuriantes perſonas Religioſas, vel Eccleſiaſticas, eorum bona, Eccleſias, cemeteria, aut loca pia.*

9 *Senatus deciſiones contra damnificantes perſonas Eccleſiaſticas,*

10 *Senatus deciſiones contra offendentes, aut uſurpantes bona Eccleſiaſticarum, aut Religioſarum perſonarum.*

11 *Senatus deciſiones contra offendentes locum Sacrum, aut Religioſum, præmaximè res in eo cuſtoditas, aut proprias Eccleſiæ ſubtrahentes, aut aliàs locum Sacrum, aut Religioſum iniuriantes.*

12 *Proceditur per uſaticum ſimili modo ratione offenſæ facta in loco Sacro, aut Religioſo, ubi citantur deciſiones Senatus.*

13 *Scholares ſunt poſiti ſub patrocinio Regio uſque ad n.* 16. *ubi de privilegiis ſcholarium, & de Privilegiis*

Uni-

Universitatis Ilerdæ, & jurisdictione Rectoris, qua sunt communicata Universitati litterariæ Barcinonæ.

17 *Proceditur per usat. simili modo contra iniuriantes scholares, Rectorem Universitatis litterariæ Ilerden & Barcinon.*

18 *Quia Carceres sunt loca Sacra, & sunt sub salva guardia, & protectione Regia; ideo proceditur per usat. simili modo contra delinquentes, frangentes, vel aliàs invadentes, vel conspirantes Carceres Regios.*

19 *Proceditur per usat. Simili modo contra offendentes, aut derrobantes Patrimonium, aut bona Domini nostri Regis, ubi ratio assignatur; & n.20.*

21 *Ratione delicti commissi in Domo Regia proceditur per usat. simili modo, ubi Senatus.*

22 *Militibus magni honores, magnaque emolumenta proposita fuerunt.*

23 *Proceditur per usat. simili modo contra offendentes, aut iniuriantes Milites, ubi Senatus cum decisionibus, quas intelliges cum declarationibus expressis num. 40. & seqq.*

24 *Etiam in simili casu, fuit processum per usat. authoritate, & rogatu. Ubi Senatus cum decisionibus.*

25 *Alia decisiones.*

26 *Contra offendentes, aut derrobantes bona Locumtenentis Generalis huius Principatus, qui alter nos est Domini Regis in hoc Principatu, proceditur per usat. simili modo, & n.27.*

28 *Consiliarius Regius, est Pars Corporis Principis, ubi plura, de hac re.*

29 *Contra derrobantes, aut offendentes bona Consiliariorum Regiorum, proceditur per regaliam usat. simili modo.*

30 *Licèt in simili casu fuerit processum per usat. auctoritate, & rogatu.*

31 *Contra aquam abstulentes, impedientes cursum, vel rumpentes, sequæ, seu aquæductus Minorissæ, proceditur per usat. simili modo.*

32 *Sub protectione Regia est mensa nummaria Civitatis Barcinonæ.*

33 *Contra derrobantes pecunias à deposito Civitate Barcinonæ, proceditur per usat. simili modo.*

34 *Contra furantes pecunias Juriun Civitatis, proceditur per dictum usat. simili modo.*

35 *Contra contrafacientes litteris Regiis, proceditur per usat. simili modo ubi Senatus decisiones.*

36 *Etiam in hoc casu inquiritur per regaliam auctoritate, & rogatu.*

37 *Adversus Officiales qui permittunt, & tolerant ejectos à pace, & tregua, proceditur per usat simili modo.*

38 *Recitantur summatim casus, in quibus proceditur per regaliam usat. simili modo.*

39 *Salvaguardia debet publicari de quinquennio, in quinquennium in capitibus Vicariarum, declara infra.*

40 *Observantia Senatus.*

41 *Non est necessaria publicatio securitatis, vel salvaguardiæ à jure communi, vel municipali, expressim concessæ, cum Senatu. Et quid in casu, in quo à jure communi, vel municipali expresse cautum non est de salvaguardia; ut in offensa Militis, & aliorum, declaratur.*

42 *Qui delinquit, subiicitur pœnis delicti, conformans se legum dispositioni.*

43 *Requiritur publicatio salvaguardiæ à Principe concess. sa, ut procedi possit per usat. simili modo.*

44 *Etiam contra frangentes salvamguardiam, vel securitatem à lege mortua indultam, proceditur per usat. simili modo, juxta observantiam nostram.*

45 *In casibus, quibus inquiritur per regaliam usat. similimodo, non proceditur ad laudamentum Curiæ, ubi de formis procedendi per regaliam usat. simili modo.*

1 INQUIRITUR super delicto, via Ordinaria, vel per evocationem causæ ad Regium Criminale Concilium, si concurrat regalia, ob quam causa possit evocari; vel si est de comprehensis sub aliqua regalia, ut puta usaticorum *simili modo, auctoritate, & rogatu camini, & strata, moneta*, ac aliorum eisdem applicabilium, proceditur respectivè secundùm formam usaticorum, ut scripsimus supra *decis.* 1. *num.* 2. de primis duabus regaliis investigare opportunum judicio, & pro ipsis & reliquis non deteras scripta a S. Peguera *in sua prax. Crim. cap.* 13. *cum pluribus sequen.*

2 Disponitur in usaticorum *simili modo* Tit. *del Fisc*, prout notat Reg. Vinnes *in discur.* 8. *Cur. Gen. num.* 184. ibi: *Simili modo firmissimè observetur tregua, & securitas, quam præceperunt Principes inter inimicos teneri, quamvis ipsi inimici eandem treguam ei non auctorizaverint, & emparamentum, quod fecerit Princeps per se, vel Nuntium suum aut sagionem, vel per sigillum, nemo sit ei ausus desamparare, nisi primum fatigaverit sed de directo in Principem, ad consuetudinem Curiæ.*

3 *Moneta autem, tàm auri, quàm argenti, ita diligenter sit observata, ut nullo modo crescat in ære, nec minuatur in auro, vel argento, nec etiam pensu; qui verò hæc omnia, vel unum ex his scilicèt, pacem, & treguam, emparamentum, vel monetam, fregerit, aut violaverit, sive falsaverit; quia tale malum est, tale dedecus, quod nemo redigere, vel emendare potest ad Principem, ita stabiliendo præcipimus, ut persona eorum cum omni honore, & havere veniant in manu Principis ad faciendum suam voluntatem, secundum Consilium, & laudamentum ipsius Curiæ; quia fides, & justitia, & pax, & veritas Principis, quibus omne Regnum gubernatur, plusquam Regnum valent, & ideò nullus æstimare potest, vel debet aliquo quolibet pretio, vel emenda; quia hæc suprædicta fregerit emendare, vel redigere ad Principem non poterit, nisi, ut superiùs statuimus venire in manu sua.*

4 Processus qui fit in vim hujus usatici, distinguitur a processu usatici *auctoritate, & rogatu eodem tit. de dret del Fisc*; quia ille fit pro contrafactione pacis, & treguæ, securitatis, vel salvæguardiæ, quæ imponitur, aut conceditur per Principem: & processus usatici auctoritate, & rogatu fit pro contrafactione pacis, & treguæ, quam lex concedit, prout notat Guiller. Vallesica *in d usatic auctoritate, & rogatu*, ibi: *Et nota, quod hic usaticus loquitur de tregua data per legem mortuam, vel usaticum; de treuga autem data per Principem, qui est viva, loquitur usatic. simili modo*, sequitur R. Vinnes *d disc urs. 8. Cur. Gen. num.* 186. *& seqq.* at verò hæc distinctio, non observatur, ut dicitur *infrà n.* 44.

5 Proceditur ergo juxta litteralem dispositionem dicti usatici *simili modo* contra frangentes pacem, & treguam, salvamguardiam, aut securitates à Principe impositas, aut præceptas.

6 Ordinat enim Princeps ponere treguam, & pacem inter Militares, & alios inter se inimicos, ad scandala vitanda, prout fuit declaratum in lite inter Dominum Regem Aragonum Jacobum Primum, & Nobilem Raymundum Vicecomitem Cardonæ, coram Judicibus datis per Dominum Regem, & coram suo Assessore Guillermo de Soler Canonico Illerden. die 11. Kalen. Novembris 1252. Barchinonæ, ut observat Calic. *in virid. Milit. dub.* 10. *num.* 2. *cum seqq.* & tradunt Ferrer. *observant. Guber. par.* 1. *cap.* 75. Canc. *var. par.* 2. *cap.* 21. *num* 50. *&* 51.) de qua re latius Franch *decis.* 359. & ibi Luca, Sanfelic. *decis.* 142. Roccus *de Offic. rub.* 8. *nu.* 23. *cum seqq.*) & contra frangentes treuguam proceditur per regaliam usatici *simili modo* Pegue. *in prax. Crimin. cap.* 13. *n.* 1. Reg. Vinnes *in d. disc.* 8. *celeb. Cur. n.* 186. *& seqq.*

7 Non minùs per Regaliam ejusdem usatici proceditur contra frangentes securitatem & salvamguardiam à Principe concessam (quæ velum Regium appellatur, *in l. ne quis vela C. ut nemo privatus, tit. prod.* & de hac re sunt *Const. sub tit. de guiat. y salva in primo vol. const.* Agunt Latro *decis.* 105. *lib.* 1. *a num.* 66. Farinac. *in prax. par.* 1. *qu.* 29. *à num.* 12. Vico *ad Prag. Reg. Sard. lib.* 2. *tit.* 46. *cap.* 3. *num.* 9. quos, & nostros citat Reg Cortiada *decis.* 35. *num* 92. ubi de pœnis contra frangentes securitatem promissam a privato per cautionem de non offendendo, & securitatem, vel salvumconductum à Principe concessum) comprobat Oliba *de Jure Fisci cap* 14. *num.* 142. Reg. Vinnes *d. disc.* 8. *celeb. Cur. num.* 186. *& seq.* Pegue. *in prax. Crim. d. cap.* 13. *num.* 1. Reg. Cortiada sic intelligendus *d. decis.* 35. *num.* 91. & cuncta hæc comprovabimus *in* 2. *par. decis.* 88. *num.* 15. *& seq.* Observantia ulterius admisit procedi posse, non solum in casibus in usatico expressis; sed etiam in aliis, primo aspectu omninò diversis, quos ad praxim quotidianam referre non omitto.

8 Primò in vim uſatici *ſimili modo* proceditur contra offendentes, vel injuriantes perſonas Religioſas, vel Eccleſiaſticas, eorum bona, aut Eccleſias, Cemeteria, & loca pia; quia omnia hæc ſunt poſita ſub protectione Principis *tot. tit. de pau. y treuga*, comprobat Dominus Rex Petrus in Prag. edita Barcinonæ 5. Idus Auguſti 1339. eſt in ordine 1. *tit. de deſafius in* 2 *vol. Conſt.* ibi: *Sceduls cogitantes, quod pax, & juſtitia Regnorum, ſunt omnium fundamenta, & propterea imendentes fideles noſtros, & ſubditos præſertim Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, quæ, & bona eorum ſub ſpeciali ſunt Principum protectionis præſidio conſtituta, ſub pacis dulcedine confovere, debitum, & opportunum agnoſcimus*, faciunt *Conſtit. diuſtant* 4. *tit. de deſafius in* 1. *vol. Conſt. & prag. & ſi ſolicitudo* 2. *eod. tit. in* 2. *vol.* Calic. *ad tract. de pace, & treug. dub.* 3. *ver. Eſt & ſecunda.*

9 In primis contra injuriantes, aut damnificantes perſonas Eccleſiaſticas, vel Religioſas, fuit obſervatum die 28. Januarii 1621. in facto regaliæ *ſimili modo* contra eos, qui projecerunt quoſdam jactus tormentorum manualium in feneſtras cujuſdam monialis profeſſæ. Similis die 31. Aprilis 1622. contra eos, qui die vigeſimaquarta ejuſdem menſis, & anni, occiderunt F. Antonium de Cartellà Abbatem Monaſterii de Bannollas. Similis die 2. Septembris 1623. contra T. & alios perditionis filios in numero plures, qui die 22 Auguſti 1623. ſeu alio veriori die, armati tormentis manualibus parvæ menſuræ crudeliter, quodam jactu dicti tormenti, vulnerarunt T. Rectorem Parochialis Eccleſiæ de Copolls Diœceſ. Gerund. & quandam famulam, ſive mulierem de familia dicti Rectoris malè tractarunt, & alia crimina commiſerunt. Similis die 5 Junii 1624. contra Joannem Bonans Francigenam, & alios perditionis filios, qui die 26. Aprilis ejuſdem anni, quodam jactu tormenti manualis (*pedrenyal. nuncupati*) crudeliter vulnerarunt Raphaelem Berga Presbyterum in Eccleſia, ſeu Parochia Sancti Iſidori de la Pera Gerunden. Diœceſ. ex quo jactu paulò poſt mortuus remanſit. Similis die 14. Junii 1624. contra eos, qui die 5. menſis Junii ejuſdem anni, armati tormentis manualibus intrarunt domum Rectoris Eccleſiæ Parochialis de Montagut, & ibi apprehenderunt Bernardum Stalella Presbyterum ejuſdem Eccleſiæ Rectorem, & funiculis per teſticulos alligarum detinuerunt, & tractarunt de extorquendo ab eo pecunias, quem poſtea, ſecum ſic alligarum adduxerunt; & ad eandem domum reverſi furto ab eadem ſubſtraxerunt diverſas pecuniarum ſummas (*trentins nuncupatarum*) raupas, & alias res magni valoris, & alia crimina commiſerunt. Similis die 25. Junii 1624. contra inquiſitos de quodam jactu inſtrumentorum manualium (*pedrenyals nuncupatorum*) verſus feneſtras domorum ſolitæ habitationis T. Segura Archidiaconi Sedis Illerden. Similis die 28. Auguſti 1625. in vim uſaticorum *camini*, & *ſimili modo* contra vulnerantes in Regio itinere Michaelem Bru Rectorem Eccleſiæ Villæ de Caneto, derrobando pariter eidem, & aliis itinerantibus pecunias, raupas, & alias res. Similis in vim regaliæ *ſimili modo* die 25. Auguſti 1626. contra aliquos filios perditionis, qui ingreſſi fuerunt domum Antonii Reverter Presbyteri, & cum occiderunt, & ſuffocarunt, & ab ejus domo derrobarunt omnia bona in eo exiſtentia. Similis die 18. Septembris 1626. Similis die 6. Julii 1627. Die 4. Februari 1628. Die 1. Januarii 1629 & die 23. Mali 1629. contra T. & T. Civitatis Illerdæ qui contumeliosis verbis, & pugni ictibus Fratrem N. Paſtor Religioſum per plateam Civitatis æqueſter transferentem affecerunt. Similis 30. Julii 1629. Similis die 16. Julii 1629 contra Laurentium Ferrer, & Godo Bajulum Villæ de Cadaques, & alios, qui non dubitarunt erumpere, & tumultus concitare in littore Maris, ſeu portu vocato *den Novas*, contra Fratrem Franciſcum Creman Capitaneum Generalem triremium Claſſis Religionis Sancti Joannis Hieroſolymitanen. in ipſo portu exiſtentium. Similis contra perſonam Eccleſiaſticam 19. Februar. 1630. Die 4. Martii 1630 Die 29 Januar. 1631. Die 29. Mart. 1631. & die 17 Junii ejuſdem anni. Similis die 3. Martii 1632. & die 18. Septembris 1636. & die 3. Julii 1637. Die 9. Januar. 1638. & die 28. Julii ejuſdem anni, & die 30. Martii 1640.

10 Secundò contra offendentes, aut uſurpantes bona Eccleſiaſticatum, aut Religioſarum perſonarum proceditur per uſat. *ſimili modo*. Sic die 30. Auguſti 1625. contra ignem imponentes, & comburi facientes quandam domum ſitam in loco Sancti Salvatoris de Breda, ipſaque domus erat Reverendi Franciſci Copons Abbatis Monaſterii dicti loci, Ordinis Sancti Benedicti, quam deſtinatam habebat pro arrendatore Caupone, & Fleecæ ejuſdem Monaſterii, ex quo quidem igne dicta domus Combuſta remanſit. Similis die 2. Septembris ejuſdem anni 1625. contra Ludovicum Mart. (*aliàs dictum lo Moriſcat*) qui Cruce Hoſpitalis Generalis hujus Civitatis in pectore falsò ſignatus, ſine ordine, aut mandato adminiſtratorum dicti Hoſpitalis inceſſit per præſentem Principatum faciendo quæſtum, accipiendo, ſibique retinendo Eleemoſynas, *ſive charitats* à devotis perſonis, cauſa pietatis datas, & alios exceſſus, & delicta commiſit. Similis die 16. Junii 1631. contra eos, qui intraverunt domus Rectoriæ, & arcas rumpendo, Rectore Cubante, furati fuerunt pecunias, & alias res, &c. Et die 10. Decembris 1631. contra illos, qui ingreſſi fuerunt domos Petri Ricart Preſbiteri loci de Alentorn, &c Et die 16. Decembris ejuſdem anni. Et die 29. Mart. 1638. contra delinquentes, qui die 8. ejuſdem menſis ingreſſi fuerunt intus hortum Collegii Societatis Jeſu, Gerundæ, & ibi in duabus partibus parietis noviter fabricati verſus Monaſterium Sancti Dominici, poſuere faculos plenos ſulphure, pulvere, & alios apparatus, cum cerda, *ſive metja* in capite incenſa, ad demollendum, & diruendum parietem.

Tertiò contra offendentes locum Sacrum, aut Religioſum, præmaximè res in eo cuſtoditas, aut proprias Eccleſiæ ſubtrahentes, aut alias locum Sacrum, aut Religioſum injuriantes, proceditur per dictum uſaticum *ſimili modo* ſic die 25. Septembris 1619. contra illos latrones, qui derrobarunt ab Eccleſia Cervariæ reliquiam, vulgariter dictam *lo Sant Myſteri*, & alias res ſacras. Et die 21. Octobris ejuſdem anni contra derrobantes à diverſis Eccleſiis Diœceſ. Gerundæ pecunias, & alias res. Et die 17. Decembris 1624. contra nonnullos perditionis filios, qui animo ſcelerato, & indurato non dubitarunt die 15. ejuſdem menſis, & anni noctu rumpere portas Eccleſiæ Parochialis Sancti Joannis de Spinu Diœceſ. Barcinonæ, & in dictam Eccleſiam violenter intrare, rumpendo arcas, & portas, ubi pecuniæ, & Eleemoſynæ per fideles reconditæ, & cuſtoditæ erant, & derrobarunt nedum ipſas pecunias, verùm, & diademata, & coronas argenteas, quæ in altari ejuſdem Eccleſiæ renebant Beatiſſima Virgo Maria, & ejus Sanctiſſimus Filius, & vaſa argentea, ubi chriſmata exiſtebant, & alia crimina, & delicta commiſerunt. Similis die 6. Maii. Et die 12. Maii. Et die 4. Julii. Et die 5. Septembris 1625. Et die 10. Septembr. ejuſdem anni, contra Franciſcum N. Bajulum Villæ Sparagariæ, & Antonium N. Bajulum de Ebrera, & alios, qui immiſerunt ignem in Cappellam ſub invocatione Sancti Armengol ſitam in termino, & Parochia de Ebrera; occaſione, quia in eam ſe receperant Mathias Gras, & Franciſcus Puigdeura, ſuper nece per ipſos paulò ante perpetrata jactu inſtrumentorum manualium, intus dictam Villam Sparagariæ, in perſonam Franciſci Verges Paratoris ejuſdem Villæ, ex quo incendio, quædam effigies Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & alia in dicta Cappella recondita, combuſta remanſerunt. Similis die 13. Julii 1626. contra derrobantes Cappellam Sanctorum Aſcli, & Victoriæ Eccleſiæ Parochialis de Dorrius. Et 22. & 26. Auguſti ejuſdem anni 1626. Similis die 25. Octobris 1627. Et die 18. Aprilis. Et die 6. Junii. Et die 13. Julii. Et die 26. Julii 1628. Et die 14. Decembris ejuſdem anni contra eos, qui violenter ruperunt, & perforarunt Carceres Epiſcopales Barcinonæ, & capti in dictis Carceribus aufugerunt. Et contra furantes res ab Eccleſia die 23. Maii 1629. Die 28. Januar. 1630. Et die 8. Januar. Et die 17. Martii 1631. Et die 3. Martii 1632. Et die 11. Julii. Et die 28. Novembris 1633. Et die 12. Julii 1634. Et die 9. Januar. Et die 16. Aprilis 1637. Et 27. Martii. Et 19. Maii 1640. 11

Quartò pariter ratione offenſæ factæ in loco Sacro, vel Religioſo proceditur per dictum uſat. *ſimili modo*, prout evenit die 5. Octobr. 1623. contra nonnullos perditionis filios, qui die 20. Septemb. ejuſdem anni inter ſextam, & ſeptimam horas poſt meridiem, quodam jactu inſtrumenti manualis (*pedrenyal nuncupati*) interfecerunt Jacobum Caſanovas in atrio parvo Eccleſiæ Sanctæ Annæ præſentis Civitatis. Et die 8. Octobris 1630. contra N. Civem Barcinonæ, qui invaſit in Camera vocata Sancti Petri Hoſpitalis Generalis Sanctæ Crucis pugione, Paulum Bonet juvenem Chirurgum dicti Hoſpitalis, qui vulneratus crudeliter remanſit in maximo ſuæ vitæ diſcrimine. Et die 11. Decembris 1636. contra illos, qui die 22. Januar. 1635. 12

hora

hora octava ante meridiem armati instrumentis manualibus, & aliis armis ingressi fuerunt Ecclesiam Sancti Joannis Villæ Bergæ, & plures jactus instrumentorum manualium projecerunt Josepho Horart in eadem Ecclesia existenti, ex quibus vulneratus, & mortuus remansit.

13 Quintò sub Regia protectione scholares, & academias esse, profert Federicus Imperator *in Aut. Habita C. ne filius pro patre*, ibi: *Habita quidem super hoc diligenti inquisitione Episcoporum, Abbatum, Ducum, omnium Judicum, & aliorum Procerum Sacri nostri Palatii examinatione, omnibus, qui causa studiorum peregrinantur, scholaribus, & maxime divinarum, & sacrarum legum professoribus, hoc nostræ Pietatis beneficium indulgemus, ut ad loca, in quibus litterarum exercentur studia, tàm ipsi, quàm eorum Nuncii veniant, & in eis securè habitent. Dignum namque existimamus, ut cum omnes bona faciemes, nostram laudem, & protectionem omnimodo mereantur: quorum scientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo, & nobis ejus Ministris, vita subjectorum informatur: quadam speciali dilectione eos ab omni injuria defendamus: quis enim eorum non misereatur, qui amore scientiæ exules facti, de divitibus pauperes, semetipsos exinanient, vitam suam multis periculis exponunt, & à vilissimis fæ hominibus (quod graviter ferendum est) corporales injurias sine causa perferunt.*

14 Laboribus studiosos premi, propterea que ad ampliudines evocari, dixerat Velasco *de privileg. miserab. pers. quæst.* 12. & refert ex Apulcio, Lucas de Pen. *in l.* 1. *C. de professor. lib.* 12. *à num.* 2. *& infra*, ibi: *Continuatio litterarii laboris omnem gratiam à corpore detergit, habitudinem tenuat, succum exorbet, colorem oblitterat, vigorem debilitat*, & hìc recito Adam. Contzen. *polit. lib.* 4. *cap.* 14. §. 6. ibi: *Illa tamen mentis jucundissima recreatio, sensim valetudinem, atque adeo hominem ipsum, quasi febris quædam erogat; nam revera malencholiam, rhaumata capitis, pectorisque, & vitalium morbos, variaque symptomata producit. Adeò ut peculiarem quandam studiosis diæsam, Medicorum præstantissimi præscribant. Has ob causas plurima togatis Doctoribus privilegia Principes contulerunt. Et in eodem lib.* 4. *cap.* 16. §. 1. in illis verbis: *Quemadmodum igitur omnis Respublica præmiorum, & pœnarum expectatione gubernatur. Sic etiam Academia. Rectè dictum.*

Neque merces est arti, nec ars ipsa floret. Languescunt omnia honesta, nisi illis etiam ab honore pretium accedat. Quis enim studio filios consacrabit, si nulla præmia, tam diuturno, tam incerto labori statuta sint? nunc multi hoc insonant parvulis.

Studium quid inutile tentas?

15 Privilegiis Academiæ, Rectoris, Doctorum, & Scholarium adire valebis Barbos. *in d. auth.* Velasco *de privileg. miserab. person. d. quæst.* 12. P. Mendo *de jure Acad. lib* 3. *quæst.* 1. *cum seqq.* Novar. *de elect. for. q.* 15. Carleval. *de judic. lib* 1. *tit.* 1. *disp.* 3. *quæst.* 6. *sect.* 5. *à num.* 479. Adam. Contzen *polit. lib.* 4. *cap.* 15. pluribus citat. R. Matheu *de reg. Reg. Valen. cap.* 4. §. 3. *num.* 100. *& seqq.* Nunc ergo commodè pro nostro instituto poterit inferri, quod de jure communi Principes ob præmium laborum in quibus studiosi se exponunt, eos, & Academias sub Regia protectione susceperunt: singulariter de professotibus, & studiosis celeberrimæ Universitatis Salamanticæ docuit P. Mendo *de jur. acad. lib.* 1. *quæst.* 7. *num.* 136. & nostræ Illerden. & Barcinonen. nutricis meæ observantissimæ, probant observantiæ in casibus hic infra citandis.

16 Ultra quod Illerden. institura, & diversis privilegiis decorata est ab invictissimo D. Jacobo I. ut refert *Const.* 1. *tit. de Studis Generalis*, & disponitur, quod Rector Universitatis Illerdæ exercere habeat eandem Jurisdictionem, qua regitur Universitas Salamantina *in Const.* 34. *Cur. an.* 1599. & statuta, & observationes Salamanticæ, quod observentur in Universitate Illerdæ in quantum applicabiles sint, statuit *cap.* 60. *Cur. an.* 1599. & à Dom. Rege Alphonso Quarto in Regio Privilegio Dat. 3. Semptembris 1450. communicantur Universitati litterariæ Barcinonæ omnes prærheminentiæ, & gratiæ concessæ Universitati Civitatis Illerdæ, scribit Xam. *de Privil. Civit. Barcinon.* §. 6. *num.* 37.

17 Ideò fuit processum per usat. *simili modo* die 2. Aprilis 1622. contra eos, qui die 29. Martii ejusdem anni noctu inter decimam, & undecimam horas, duobus jactibus instrumentorum manualium vulnerarunt personam Nob. Gasparis Gallart Rectoris (is legum, vel Canonum studiosus, & Baccallaureus est) Universitatis studii Illerdæ Et die 15. Januar. 1625. contra eos, qui die 4. ejusdem mensis non dubitarunt in platea dicta de *S. Joan.* Civitatis Illerdæ, gladio percutere in faciem N. Ripalda Cathedratici Universitatis ejusdem Civitatis. In eandem partem (licet regalia non fuerat expressa) refero conclusionem factam die 21. Januar. 1609. contra eos, qui die 13. ejusdem mensis intus Civitatem Illerdæ, noctu validam fecerunt resistentiam Josepho Astor Rectori Studii Generalis dictæ Civitatis. Et die 14 Februar. 1612. contra eos, qui die 7. ejusdem mensis vulnerarunt Franciscum Debona Rectorem Studii Generalis Civitatis Illerdæ. Pariter procedendum esse per eandem regaliam, fuit declaratum 19. Junii 1617. pro incendio facto ad januas domus Pauli Comellas Rectoris Universitatis Studiorum hujus Civitatis Barcinonæ. Nunc Rector, est persona Ecclesiastica.

Sextò, quia carceres sunt loca sacra; nam sunt publicè dedicata, *l. sacra loca* 9. *ff. de rer. divis. § sancta Inst. de rer. divis.* Peg. *decis.* 1. *num.* 5. Farinac. *in prax. quæst.* 30. *num.* 2. R. Matheu *de re crim. cont.* 17. *num.* 11. *cum aliis ab eo laudatis*, Amatis *decis.* 104. *num.* 42. R. Vilosla *de fugit. cap.* 18. *§.* 2. *num.* 17. Et aliàs, quia carceres sunt sub salvaguardia, & custodia Regia, & carcerati sub protectione Curiæ, *l. fin. C. de custod. reor.* Sanfel. *lib.* 2. *decis.* 249. *num.* 13. & sub Regia custodia, Capiblanc. *de Baron. lib.* 2. *cap.* 93. *super prag.* 19. *num.* 3. ideo contra delinquentes, frangentes, vel aliàs invadentes, vel conspirantes carceres Regios proceditur per usat. *simili modo*. Sic die 16. Junii 1620. in facto regaliæ: *simili modo* contra nonnullos perditionis filios, & signanter contra Narcisum Joannem Salmurri habitatorem loci de Saneja vicinatus Podiiceritanii, qui ruptis, & fractis salvaguardia, & custodia Regia carcerum Regiorum Villæ Podiiceritanei extraxerunt dictum Salmurri à dictis Regiis carceribus. Similis die 29. Julii 1624. contra nonnullos perditionis filios, signanter contra Michaelem Torrento, Jacobum Boxeda, aliàs *Jacas*, Raphaelem Llansa, aliàs Bradega, & alios, qui die 28. Junii ejusdem anni inter nonam, & decimam horas post meridiem ipsius dici, non dubitarunt perforare, & rumpere parietes instantiæ dictæ *la comuna* Regiorum carcerum. Similis die 20. Septembris 1624. contrà Salvium Coll, & alios, qui relato die ejusdem mensis, & anni, noctu, non dubitarunt carceres Bisulduni scalare, aut aufugere ab eisdem, & alia crimina commiserunt. Et die 28. Maii 1625. contra Mathlam Morot Villæ de Villaslar, & alios perditionis filios numero tres, vel plures, qui die 26. ejusdem mensis, & anni inter undecimam, & duodecimam horas ante meridiem, non dubitarunt dolosè, & animo extr hendi, & liberandi dictam Morot, à Regiis carceribus, in quibus pro delictis per ipsum commissis detinebatur, intrare intus dictos Regios carceres, & ab illis dictum Morot aufugere facere. Et die 25. Julii 1625. contra Damianum Camps, Hyacinthum Badia, & alios captos in Regiis carceribus, conspirantes carceres Regios. Et die 27. Octobris 1627. contra Josephum Jordana blanquerium Civitatis Minoriss, qui cum esset captus per Vicarium, & Bajulum dictæ Civitatis, ex ordine, & mandato suæ Excellentiæ, & detentus in Regiis carceribus dictæ Civitatis Minoriss, pro delictis, & criminibus per eum perpetratis, facta conspiratione cum Josepho Milangels custode dictorum carcerum, & cum aliis custodibus (qui per Bartholomæum Loreyci Regium Commissarium fuerat Commendatus Raphaeli Bas Bajulo) & erepta fuga se recepit in Ecclesiam majorem dictæ Civitatis, propter quam fugam, & carceris fractionem, tam ipse, quàm dictus Milangeis, & alii custodes, qui cum eo conspiratunt, & aufugerunt, inciderunt in pœnam dicti usatici. Et die 1. Augusti 1628. contra eos, qui auxilium, & favorem præstatunt Josepho Thomas, capto in carceribus Villæ Acrimontis, ut ab eis dictus Thomas aufugeret, prout aufugit. Similis die 1. Octobris 1630. contra quasdam personas de genere militari. Et die 23. Januarii 1631. Et die 2. Augusti ejusdem anni. Et die 30. Martii 1633. Et die 29. Octobris 1636. licet etiam die 5. Januarii 1628. fuerat in his terminis processum per regaliam usat. *auctoritate, & rogatu* contra Michaelem Desco, & alios loci, & Castri de Monferrer, qui operam, & consilium dederunt fugæ, à carceribus dicti loci factæ per Antonium Gari, aliàs *lo Gasconet*, & alios in dictis carceribus mancipatos. 18

Septimò contra offendentes, aut derrobantes patrimonium, aut bona Domini nostri Regis, proceditur per usat. 19

uſat. *Simili modo* ſic die 28. Februarii 1640. contra aliquos filios perditionis pro furto centum & viginti quintalium pulveris ſulphurei D. N. Regis. Et cenſeo per regaliam dicti uſatici. *Simili modo* proceſſum fuiſſe (etſi id non exprimatur) die 10. Januarii 1620. contra eos, qui de menſe Decembris 1619. de facto, & propria auctoritate exemerunt Petrum Riquerſervum, & ſic patrimonium Domini noſtri Regis, à ſervitio Regiæ triremis Cathaloniæ nominatæ *la Capitana*, cum in actu remigandi deſervientem in dicta Regia triteme. Licèt viderim per uſat. *auctoritate*, & *rogatu* fuiſſe proceſſum die 6 Octobris 1621. contra eos, qui derrobarunt, ſeu furto ſubtraxerunt plura ligna magni valoris à nemoribus, ſivè *boſchs* Domini noſtri Regis, ſitis in termino Civitatis Derruſen.

20 Quarum deciſionum ratio eſſe potuit, propter reverentiam, quæ debetur rebus Principis, quaſi ſacris, ut comprobat *l. un. C. de palatiis*, & ibi Regens Conſtant. *nu.* 7. undè ejus domus dicitur divina, *l. f. n. C. de quadrien. præſc.* ejus patrimonium ſaeratiſſimum *l. omnes* 2 *C. eod.* & ſacrum dominium, *l. ſi qua* 3. *C. ne rei dominicæ, vel temp.* docet Pena *ad d. l. unic. C. de palatiis in princip.* & de pecuniis Principis aſſeverat, Leotard. *de uſuris quæſt.* 39. *num.* 47. ibi: *Summè expedit publicas pecunias, veluti ſacras ſervari, præſidii cauſa, ut exillis, neceſſitatibus publicis, quæ interdum repentè ingruunt, quam citiſſimè ſubveniatur*, quæ verba recitat Bolero & Caxal *in trac. de decoc. deb. fiſc. tit* 5. *q.* 18. *n.* 22.

21 Octavo ratione delicti commiſſi in domo Regia (cujus reverentia omnium temeritatem refrænare debet, ſub qua veluti in aſylis, omnes ſecuritate frui deberent, ut de domo Principis ſcripſit Baſilic. *dec.* 14. *n.* 2.) proceditur per regaliam uſatici. *Simili modo*. Sic die 20. Octobris 1630. contra quoſdam, qui aperuerunt cum violentia feram cujuſdam armarii Aulæ magnæ Regiæ, dedicatæ in præſenti Civitate, vigore generalium Conſtitutionum Cathaloniæ, ad cuſtodiendum, & recondendum in ea proceſſus, & alias ſcripturas, litium, & cauſarum civillum, quæ in Regia Audientia agitantur, in quo Petrus Paulus Otiol unus ex notariis, & ſcribis ipſius, reconditas habebat ſuas ſcripturas, & ab eo furto ſubtraxerunt quamplura translata, proceſſus, & alia inſtrumenta pergamena, quæ pro diverſis cauſis vertentibus in ejus poſſe, exhibita fuerant. Pro ut etiam deſervientes in domo Regia, Palatio, ſeu Curia ſub Regia ſecuritate ſunt poſiti, juxta tradita à Jacob. de Monte Judaic. ad uſat. *auct. & rogatu.* Peg *in prax. crim cap.* 14 *verſ. Tertio etiam.*

22 Nonò, milites magno honore, ampliſſimaque veneratione in Republica proſequuntur, ratione, quam expreſſit Georg. Acac. *de privil. milit. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 17. ibi: *Quis enim non illos homines ſuſpiciat, veneretuque, qui ut alii in pace, in otio, in umbra vivere ſine ſolicitudine poſſint, ipſi in bellum exeunt, ſolem, pulverem, frigora, imbres, famem, paupertatemque lubentes; patiuntur labores, pericula, quæque homini adverſa accidere poſſunt ſponte capeſſunt: ut alii vivere, & benè, ac cum voluntate vivere poſſint, ipſi corpus, ſanguinem, vitamque ſuam diſcrimini exponunt, & omnibus humanis generoſa cujuſdam virtutis amore, ſtudioque renuntiant.* Quive comitantibus ærumnis ſuas operas locant Reipubli, comparant, afferunt, ampliant imperia, profitebatur Cajus Cæſar, Dionſ. *lib.* 42 & poſt eum Altamiran. *ad tit. C. de filiis officiat. cap.* 4. *num.* 79. & integrum tractatum de privilegiis militum edidit d. Georg. Acac & ea comprehendit Criſpolt. poſt caſ. milit. *in appendice ad privilegia militum*, & latius explicavit pluribus congeſtis Velaic. *de privil. miſer. perſon. quæſt.* 17. *tota*, Roccus *de offic. rub.* 10. *de militum ſtipendiis per tot.* Ayala *de jure belli lib.* 3. *cap.* 7. & de privilegiis annonæ militaris Bolero & Caxal. *in trac. de dec. debit. fiſc. tit.* 5. *q.* 14 *num.* 9. *& ſeqq.* Inter privilegia illud celebre, quod cum militia dirigatur ad ſalutem Reipublicæ, dubio procul piam cauſam contineat, tradit Criſpolt. *caſ. milit.* 1. *num.* 21. ubi inquit, quis inficiabitur; militum cuſtodia bona Eccleſiarum, & piorum locorum tueri. Illud ſingulare inter nos connumeratur, quod ſint milites, & eorum inſignia, poſiti in hoc Principatu ſub ſalvaguardia, & ſecuritate Regia in vim uſatici *ſimili modo*, quia milites Regi ſerviunt, & de ejus bonis comedunt, facit Peg. *in prax. crimin. cap.* 14. *verſ. Tertio, & verſ. Quarto*, & quod milites qui propter ſuos labores illuſtrant regna, mereantur protectionem Principis, ſcribit Rovitus *ſuper prag.* 11. *de milit. in trac. de judice n.* 2. hanc tamen rem declarabis ut infra *n* 40. *& ſeq.*

Sic per ipſum uſaticum proceditur contra offendentes, 23
aut injuriantes milites, pro ut fuit obſervatum 15. Februarii 1930. adverſus illos, qui crudeliter vulneraruntJoannem Munnos de Seran, Thomam de Cavallos, & Jacobum Munnos milites equitum levis armaturæ, è vexillo Joannis de Campor, in domum dum recepti fuerant. Similis die 14. Auguſti 1631. contra Conſules, & Vicarium Villæ N. qui cum Michael Monpeo Regius Comiſſarius ex mandato domini Locumtenentis Generalis, unà cum Nobili Philippo Pons ordinis, & militiæ ſancti Joannis Hieroſolimitanæ cum ſocietate militum ſuæ Majeſtatis, vexillo erecto, accederet ad dictam Villam, cauſa caſtrametandi ipſam ſocietatem, juxta dictum mandatum, armati clauſerunt portas ejuſdem Villæ, & ipſorum aditum impedierunt in dedecus, & contemptum Regiæ juriſdictionis, & vilipendium ordinum, & comiſſionum Regiarum. Similis die 15. Januarii 1633. contra plures homines loci, &c. qui die 2. cujuſdem menſis irruerunt contra duces, & milites ſcilicet Nobilem Georgium de Mercado, Andream de Rojas, Nobilem Rodericum de Herrera, & D. Joannem Buſtamante ſigniferum, qui ex ordine ſuæ celſitudinis cum Jacobo Pigall Regio Comiſſario acceſſerant ad dictum locum, tumultuosè contra ipſos vociferando, cum ſono timpani Eccleſiæ ejuſdem loci, ac ſi eſſet ſonus emiſſus, plures jactus petrignariorum projecerunt, & Regia vexilla perforata, & rupta fuerunt. Similis die 5. Novembris 1636. contra N. & N. qui cum Matthæus Rodrigues, Joannes de Jvernos, Joannes de Siguenſa, Franciſcus Roſſell, Nicolaus Garſia, Bartholomæus Moreno eſſent jam milites ſtipendiati in Regno Murſiæ, & Caſtellæ, & militaſſent ſub vexillis Martini Galindo, Capitanei Don Franciſci de Mur, fugam arripuerunt *deſerentes militiam* (nulla obtenta licentia) & cum vacaſſent in partitis Empuriarum, & de his habuiſſent noritiam dicti N. & N. (occaſione obtinendi remiſſionem à Don Mathia de Bayetula & de Cabanillas Regente in Supremo Conſilio Aragonum pro delictis commiſſis per Nicolaum N. not. Villæ de Roſas, offerendo certum numerum militum pro dicta remiſſione) curarunt conſulere dictis militibus ſtipendiatis, & deſertoribus dictæ militiæ, quatenus ſimulatis, & ſuſceptis aliis nominibus, dicendo erant dicti Principatus, & non milites ſtipendiati Regni Caſtellæ, efficerentur milites, & reciperent ſtipendia, & tanquam milites traducerentur in locum *de la draſſana*. Et die 27. Aprilis 1637. contra frangentem vexillum Regium exiſtens in loco dicto *el cuerpo de guardia*. Et die 9 Octobris 1637. contra vulnerantem quendam Capitaneum.

Licet in ſimili caſu fuerit etiam proceſſum per uſat. *au-* 24
ctoritate, & *rogatu* viderim obſervatum die 11. Februarii 1632. contra quoſdam ſingulares homines Villæ ſancti Geneſij de Taradell. Diœc. & Vicariæ Vicen. qui cum Cipianus Riera Regius Comiſſarius, ex mandato Locumtenentis Generalis, unà cum Nobili Joanne Frexo, ex ſocietate militum equeſtrium ſuæ Mageſtatis, accederet ad dictam Villam de Taradell, & portas illius, & ibidem poſtularet quoddam bagagium ad portandum ferramenta, & alias res dictæ ſocietatis, & ad opus illius, hoc non ſolum facere diſtulerunt, verùm etiam die prima ejuſdem menſis quamplurimi ſingulares homines dictæ Villæ armati tormentis manualibus impedierunt dicto Regio Comiſſario, & dictæ ſocietati introitum, & aditum ejuſdem Villæ. Et huic obſervantiæ adhærendum eſſe apparet, ex quo offenſa fuit facta officiali Regio occaſione officii, ut latius manifeſtabitur in deciſ. ſeq.

Et per uſaticum regaliæ *auctoritate*, & *rogatu* fuerat 25
etiam proceſſum antea, die 16. Martii 1630. contra vicinos, & habitatores Villæ de N. qui die 13. ejuſdem menſis cum Joannes Vinyals Regius Comiſſarius, mandato Locumtenentis Generalis iterfaceret per præſentem Principatum Cathaloniæ, conducendo, & comitando ſocietatem militum equitum Nobilis Leonelli de Navarro, & cum ſocietate acceſſiſſet ad dictam Villam, ut hoſpitarentur, & recepiſſent dictos milites, ut ſolitum erat in aliis partibus & locis, non ſolùm recuſarunt illos recipere, & parere mandatis per dictum Regium Comiſſarium, nomine dicti Locumtenentis Generalis dictis hominibus, & ſingularibus d. Univerſitatis factis, ſed imò plures jactus petrignariorum in dictos Milites, & Officiales dictæ ſocietatis projecerunt, licèt vexillum regium erectum detuliſſent, & alia crimina, & delicta commiſerunt. Et etiam per dictum uſaticum *auctoritate*, & *rogatu* fuerat

pro-

processum die 11. Februarii 1632. contra impedientes aditum, & introitum Militibus, & Regio Comissario ad Villam de Taradell. Et antea die 29. Aprilis 1631. contra Universitatem, & singulares de N. qui resistentiam fecerunt Capitaneo, & Regio Comissario, impediendo aditum Villæ, recusando facere Regium servitium,

26 Decimò, contra offendentes, aut derrobantes bona domini Locumtenentis Generalis hujus Principatus, proceditur per usat. *Simili modo* rationibus antedictis, quoad offendentes, aut derrobantes bona Regis; nam Locumtenens Generalis hujus Principatus est Alter nos domini Regis, Canc. *var.* 3. *c.* 3. *n.* 329. *& seq.* Xam. *de Offic. judic. p.* 1. *q.* 7. *n.* 97. Beratt. *in spec. visit. cap.* 9. *n.* 2. Font. *dec.* 3. *n.* 7. Olisa *de jure fisci c.* 4. *nu.* 58. Bosch *dels titols de honors de Cathalunya lib.* 2. *c.* 36. §. 39. *vers. Lo origens.* S. de Amigant *in addit. ad prax. Ripoll, & Peg. in prax. Cur. Vic. Bar. rub,* 21. *nn.* 24. R. Cortiada *dec.* 10. *num.* 3. *& seq.* Nob. Sebast. de Cottiada *in disc. de jurid. c. gen. q.* 2. *nu* 9. *cum infinitis*, R. Vilosa *de fugit. in disert.* 6. §. 4. *nu.* 14. cujus memores honoravimus hunc Barcinonensem nostrum, post vespertinum Antecessorem in hoc gymnasio legum interpretem, Vicarium postea Prætorio Cremonę, deindè in Senatu nostro Senatorem egregium, & audi Cassiod. *lib.* 1. *epist.* 4. *His itaque sub præcedenti Rege gymnasiis exercitatus, emeritis laudibus ad placita nostra pervenit*, in Supræmo insuper Coronæ Aragonum Concillio Regentem, & ea tenta dignitate in Mediolanensi Senatu Mag. Cancel. posteà Neapol. de Coll. Concil. & Regiæ Cameræ summariæ Locumtentem, & non defuit Cassiod. *lib.* 1. *epist.* 3. *Omnium profectò capax potest esse meritorum, qui judicem cunctarum meruit habere virtutum.*

27 Sic die 23. Junii 1621. contra eos, qui die 21. ejusdem mensis circa horam undecimam noctis, ruptis, perforatisque parietibus cu usdam cubiculi, sive *estudi*, versus mœnia maris, Palatii Excellentissimi domini Locumtenentis, in quo Don Petrus de Acunna, & D. Antonius de Acunna de familia suæ Excellentiæ moram faciebant, ab eisdem Don Petro, & Don Antonio furto subtraxerunt diversas raupas, & vestes, ràm sericas, quàm linteas, quas in dicto cubiculo, sive *estudi* ipsi habebant. Et die 18. Decembris 1632. contra Hieronymum Santamaria, de domo, & servitio Comitis de Portollano, Majordomi Serenissimi Infantis Ferdinandi Locumtenentis, & Capitanei Generalis Principatus Cathaloniæ, qui à quadam arca in Palatio Serenissimi Infantis existenti, furto subtraxit blicentum petias *de vuyt*. Et antea die 26. Septembris 1617. contra Petrum Calver, qui de mense Augusti ejusdem anni seduxit servum Protegis, & alium servum Guillelmi Raumundi de Pons, ut fugerent ad Regnum Franciæ.

28 Undecimò, quia Consiliarius Regis est pars corporis Principis *l. quisquis* 5. *C. ad leg. Jul. Majest.* sed quid pars corporis? loco patris à Principe honoratur, *l. fin. C. de Consulibus lib.* 12. Roc. *de Offic. rub.* 5. §. 4. *nu.* 6. & patres Principis appellatos fuisse, *in* §. *filius familias* Ins *quibus modis jus pat. pot. sol.* quo nomine Severus Alexander appellavit Ulpianum *in l.* 4. *C. de locato*, eruditè observat R. Vilosa. *post tr. de fugit. disert.* 6. §. *nu.* 15. & amicos vocat *l. secundum* 4. *C. cont. stipulat*, & genitores Principis nuncupantur à Claudio, recitat P. Mendo *de princ. perf. doc.* 71. *nu.* 3. & oculi judicii Principis, ut docet P. Scriban. *polit. Christ. lib.* 2. *cap.* 27. ibi: *Et sanè, si quid à Deo vovendum, Consiliarii, quam optimi Principi vovendi, cum ab his universi regni incolumitas pendeat, ut qui Regibus oculorum vicem præbeant, judicii subeant. Tolle oculos quid videant? tolle judicium, quid homini reliquum?* & infra ibi: *Ita qui à prudenti Consiliariorum delectu aberant, rempublicam emacerant, sterilitatem inducunt, speratam in semine suo messem suffocant, atque adeò à radice succidunt. cum omnis Reipublicæ adeps, ac melior succus à prudenti Consiliariorum rore, & imbre defluat*, qui ampliora habere desiderat circa præstantiam, & Magistratuum auctoritatem adeat Chavas. *de ver. prud. lib.* 2. *cap.* 6. §. 3. Contzen. *polit. lib.* 7. *capit.* 11. Salzado *de regim. Princ. lib.* 2. *c.* 8. Solorzan. *de jur. indiar. lib.* 4. *cap.* 12. *& in polit. indian. lib.* 5. *c.* 3. plures remissivè allegat, & post sequitur R. Math. *de reg. Reg. Valent. cap.* 2. §. 2. *nu.* 18. Valenz. *cons.* 94. *num.* 1. *cum seq.* Xam. *de offic. judic. par.* 1. *quæst.* 2. *num.* 31. Font. *dec.* 282. *& seq.* (ubi de electione nostri Regii Senatus) R. Cortiada *dec.* 37. *num.* 4. Beratt *in spec. visit. cap.* 3. *n.* 68. *cum seqq.* Gallego *in resp. pro Syndic. cap.* 1. *nu.* 18. *cum seqq.* Basilic. *dec.* 9. *numer.* 45. *& pluribus seq.* Giurba. *obs.* 91. *numer.* 4. *& seqq.*

Hinc qui derrobant, aut offendunt bona Consiliariorum 29
Regiorum, subjiciuntur pœnis dicti usatici. *Simili modo*, & contra derrobantes bona Senatorum fuit processum per eam regaliam die 27. Novembris 1619. adversus eos, qui die 21. ejusdem mensis de nocte derrobarunt de domo Nobilis Petri Soler Doctoris Regii Concilii raupas, & alias res. Et die 22. Februarii 1630. contra Dominicum Royan francigenam, & alios, qui intrarunt domum Magnifici Joannis Magarola Regii Consiliarii, & à cubiculo, in quo morabatur Raymundus Magarola Presbyter, & Canonicus Sanctæ Ecclesiæ Elnen. clave adulterina ingredientes, arcas rumpendo ejusdem Canonici, furati fuerunt vestes ejusdem, & alias Ecclesiasticas ipsius Raymundi Magarola. Similis die 23. Augusti 1630. contra Jacobum Prats de Licano aliàs dictum *lo hortet*, & alios qui accesserunt ad turrim Magnifici Christophori Fumas, & Despla R. A. D. & Advocati Fiscalis Patrimonialis, qui magno impetu ceperunt Petrum Faura Masoverium ejusdem turris, ligarunt, & sic ligatum apportarunt ad domum Gabrielis Thomas ad extorquendum ab ipso centum ducatos, eidem furando à crumena decem libras, & alias res. Et die 10. Januarii 1631. contra aliquos qui intrarunt domum Reverendi Nobilis Fr. Petri à Puig. mari Ragii Cancellarii, & arcas rumpendo furati fuerunt pecunias, & aliàs res. Et sic intelligi posse conclusiones antiquiores (etsi in eis non fuerat facta mentio, per quam regaliam fuerat processum) videlicet 17. Octobris 1609. super furto commisso in domo Magnifici Joannis Gallego R. A. D. Et die 9. Septembris 1611. contra eos, qui die 29. Augusti ejusdem anni derrobarunt turrim Magnifici Laurentii Jover tertiæ Aulæ Regiæ Audientiæ. Et die 19. Septembris 1615. contra illos, qui die 4. ejusdem mensis nocte, & hora captata, adhibita quadam scala lignea, ingressi fuerunt hortum Magnifici Joannis Gallego Regiæ Audientiæ Doctoris, situm in vico dicto *la rambra* præsentis Civitatis Barcinonæ, & vitem ideft *parra* dicti horti devastarunt, & uvas omnes dictæ vitis collegerunt, & furto subtrahendo, & derrobando eas secum adduxerunt, & exportarunt, nec non projecerunt jactum quendam tormenti manualis vulgo *pedrenyal*, versus, & contra personam Petri Oriol Regii Portarii, & alia delicta commiserunt, & perpetrarunt. Et die 1. Februarii 1618. contra illos, qui 27. ejusdem anni radicitus evellerunt à terris turris Magnifici Josephi Roca Regii Concilii Doctoris, quasdam arbores de *alberquoquers*, quas habebat in sua turri. Et die 15. Augusti ejusdem anni contra illos, qui die 2. tunc currentis derrobarunt domum Magnifici Francisci Mitjavila, & Franquesa R. A. D. Et die 21. ejusdem mensis, & anni contra viduam Corts, & alios, qui die 17. antecedenti ruperunt remclausam molendini Magnifici Josephi Dalmau Doctoris Regii Concilii.

Licèt die 18. Septembris 1619. fuerit declaratum pro- 30
cedendum fore per regaliam *auctoritate, & rogatu* contra eos, qui die 2. Julii proximè elapsi inter decimam, & duodecimam horas noctis ignem immiserunt in quoddam lignarium, sive *lenyer* domus Magnifici Hieronymi Astor Regiæ Audientiæ Doctoris, quam ipse fovebat, & habitabat in præsenti Civitate, in vico quo itur à Palatio Archiepiscopali Tarraconæ ad vicum callis. Undè pariter non sine jure propter similitudinem procedendi, quam habent usatici, posse dici, contra derrobantes bona Domini nostri Regis, & Regiorum Senatorum procedi valere per usat. *auctoritate, & rogatu* (& sic fuisse inquisitum in casibus supraditis, in quibus etsi dictum fuerat in vim regaliæ procedi, non explicarunt per quam regaliam) & fundatur in illis verbis usat. *auctoritate, & rogatu*, ibi: *Sive eorum servitio laborantibus*, & tradit Peg *in prax. crim. cap.* 14. *vers. Quarto extenditur.*

Duodecimò, Civitas Minoriffæ habet salvamguardiam 31
(tempore opportuno, publicandam) pro conservatione aquæductus, sive *sequia*, quare contra aquam auferentes, impedientes cursum, vel rumpentes proceditur per usat. *Simili modo* sic die 28. Julii 1586. ref. S. Monserrato Guardiola contra violantes salvamguardiam, quam habet dicta Civitas Minoriffæ in incili, sive *sequia*, eam rumpendo, & de ea rigando, divertendo aquam ad rigandum proprios agros, & fuit declaratum procedi per d. usat. *Simili modo*, Et quia dictum incile erat in via publica, dictum etiam fuit procedi per usat. camini, & stratæ. Et etiam per usat. *simili modo* fuit processum 27. Augusti 1616. contra illos, qui abstulerunt aquam aquæductus, sive *sequia*

dictæ

dictæ Civitatis Minoriſſæ eam rumpendo, & terras ſuas rigando. Et die 23. Junii 1617 contra illos, qui in terminis de ſant Pador, de Cellent, & de Balſareny deſtruxerunt, & damnificarunt aquæductum, ſive *reſcloſa*, aut *ſequia*, ſubtrahendo ab ea aquam ad rigandum. Et die 26. Maii 1623. contra Michaelem Payris, Benedictum Coſta ſutores, Valentinum Mongarell, & N. Tortes omnes vicinos, & habitatores loci, & termini de Cellent, qui non dubitarunt die 9. menſis Martii ejuſdem anni, unà cum aliis perditionis filiis, cum magno tumultu rumpere, deſtruere, & damnificare aquæductum, ſive *reſcloſa*, aut *ſequia*, juxta Regium iter, quo itur à Civitate Minoriſſæ ad dictum locum de Cellent, & apud locum dictum *los homs den Sala*, immittendo inibi ante tempus aquam fluminis ſupricati, ſolo terræ ſic equando opera in eodem aquæductu pro ipſius reparatione recenter facta, & revolvendo, & reiiciendo lapides, & terram, ac immunditias in prædicto aquæductu, ſublevando ſic, & divertendo aquam ejuſdem ſequiæ ab ejus loco, ſive naturali curſu, & alia crimina commiſerunt; Et die 2. Octobris 1628. contra rumpentes fruſtrum parietis Pontis nuncupati *de la Vegueria*, per quem tranſit aqua ſequiæ; & nunc noviter 26. Aprilis 1683. ref. Magnifico Vincentio Sabater I. R. C. contra illos, qui violarunt ſalvamguardiam ſequiæ dictæ Civitatis.

32 Decimotertiò, Dominus Rex Joannes in Regio privilegio Civitati Barcinonæ conceſſo die 16. Octobris 1472. menſam numerariam ejuſdem Civitatis celebrem, ac tutiſſimam fecit, ſecuram reddidit, & guidat eandem menſam, & omnes pecunias in ea depoſitas; ita ut neque per ſuum Locumtenentem Generalem, neq; per aliquem ejus Officialem, vel aliumqnemque, poſſint ſequeſtrari, emparari, vel quoquomodo detineri, neque prætextu alicujus debiti civilis, neque prætextu alicujus criminis, etiam læſæ Maieſtatis, in quoque capite, quæ poſteà fuerunt confirmata per Dominum Regem Ferdinandum Secundum in Curiis generalibus anni 1503. *c.42. eſt conſt. unica tit. de la taula de la Ciutat de Barcelona*, tecitat Xam. *de Privil. Civit. Barcin. §.19. in princ.* & de hoc guidatico mentionem facit Ferrer *obſ. 3. p. 3. c. 360.* idem Xam. *d. §. 19. n. 24.* R. Cortiada *dec. 88. n. 22.*

33 Sic contra derrobantes pecunias à depoſito Civitatis Barcinonæ proceditur per uſat. *ſimili modo* ita die 7. Auguſti 1626. Et die 2. Junii 1627. contra Joannam N. viduam, & alios perditionis filios, qui cum litteris, ſeu apodigiis falſis, falloque conſcriptis nominibus Agnetis Villafranca Monialis Monaſterii de Valldonzella, & Bernardi Sala, ſub diverſis Kalendariis extraxerunt à Banco præſentis Civitatis quantitatem ſeptuaginta quinq; librarum. Tunc condemnatur fur ad pœnam mortis, etiamſi non aſcendat quantitas furata ad centum libras, ut ex majori parte R. Conc. tradit deciſum Ferrer *d. obſ. 360.* ubi ſcribit, quod præcipuè conſideravit Senatus ſalvum conductum, & guidaticum dictæ mentæ, Xam. *de privCiv. Barcin. d. §. 19. num. 24.*

34 Decimoquartò, non ſolùm in eum caſum; ſed etiam contra furantes pecunias jurium Civitatis proceditur per uſat. *Simili modo* pro ut fuit obſervatum die 20. Februarii 1637. in facto regaliæ, *ſimili modo* contra nonnullos filios perditionis, qui die 14. ejuſdem menſis ingreſſi fuerunt quandam domum præſentis Civitatis portali maris contiguam, in qua ſolitum eſt recipere jura impoſitionum, portas, arcas, parietes ruperunt furto ſubtrahentes pluſquam ſexaginta libras.

35 Decimoquintò adverſus contrafacientes litteris Regiis proceditur per uſat. *Simili modo* ut evenit die 18. Martii 1633. in facto ſupplicationis oblatæ per F. P. R C. & Nobilem Gaſparem de Vilanova tutorem, & curatorem Nobilis Joſephi de Vilanova, Domini, qui eſſe dicebatur, loci de Molig in Comitatu Roſſilionis, adverſus & contra Ludovicum N. V. I. D. Aſſeſſorem Gerentis vices Generalis Gubernatoris Roſſilionis, qui interpoſito recurſu in Regio Concilio per dictum Nobilem Gaſparem de Villanova, dicto nomine pro ſuo intereſſe à procedimentis factis per dictum Gerentem vices Generalis Gubernatoris, de Conſilio dicti N. V. I. D. contra Joannem Tolrra agricolam dicti loci de Molig, litteris Regiis eidem N. V. I. D. præſentatis die 25. Novembris anni 1632. non obtempetavit; imò contra contenta in illis indebitè proceſſit.

36 In hoc etiam caſu fuit proceſſum per regaliam *auctoritate, & rogatu*, pro ut die 20. Januarii 1629. contra Vicarium Roſſilionis, & Valleſpiri, & Conſules Villæ Perpiniani, & alios de Conſilio dictæ Villæ, qui ſpretis litteris inhibitoriis à Regia Audientia emanatis, eis in debita forma præſentatis, declarunt hoſtem, cavalcatam dictam *ma armada* contra Civitatem Barcinonç, & dictæ declarationi aſtitit Vicarius, & ſuam auctoritatem & decretū præbuit, & poſteà vexillum dictæ Villæ Perpiniani prodierunt, & gentes armatas congregarunt, & cum congregatis in forma belli contra dictam Civitatem, & homines ejuſdem prætenderunt; fundantur hæc in littera d. uſat. *auctor. & rogatu*, ibi *Qui præcepta Principum tranſcendent.*

Decimoſextò, adverſus Officiales, qui permittunt, & 37
tolerant ejectos à pace, & tregua, proceditur per uſat. *Simili modo* tamquam perturbatores pacis publicæ, ut de Officialibus opem præſtantibus banniris ſcripſit R. Matheu *de reg. Reg. Valent. c. 8. §. 8. nu. 100. & infra nu. 102.* ibi: *Plus enim in perniciem Reipublicæ tendit crimen bannitorum divagantium per campaneam in commitivis, pacem publicam perturbando, quàm delictum privatum homicidii, expoliationis, & ſimilium; cum hoc in perniciem vitæ, aut bonorum privati immediatè tendat, illud verò in perturbationem ſtatus Reipublicæ, atque juſtitiæ hoſtilitatem.* Et Principis Officium, & munus, & publicæ quieti conſulere, oppreſſiſque ſubvenire; juxta illud.

Conſulere patriæ afflictis, Sera
Cede abſtinere, tempus atque ira dare,
Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo.
Hæc ſumma virtus petitur, hac cælum via.

Sic die 22. Decembris 1636. contra nonnullos Officiales Regios Villę Perpiniani, qui permiſerunt, & tolerarunt N. Nobilem ejectum à pace, & tregua, & inimicum ſuæ Maieſtatis, ut die 12. eiuſdem menſis, & aliis diebus incederet, & deambularet per dictam Villam Perpiniani.

Concluditur ex ante dictis procedi poſſe per regaliam 38
ſimili modo contra offendentes perſonas Religioſas, vel Eccleſiaſticas, eorum bona, Eccleſias, cœmeteria, vel loca pia, Rectorem Univerſitatis Illerdæ, & Barcinonæ, vel Cathedraticos Illerdæ. Contra conſpirantes, aut frangentes carceres Regios. Derrobantes, aut damnificantes Patrimonium Regis, Locumtenentis Generalis, aut Regiorum Conſiliariorum. Contra offendentes locum Regium, aut Milites Domini Regis. Impedientes, vel perturbantes aquæductum Civitatis Minoriſſæ. Furantes pecunias depoſitas in menſa numaria hujus Civitatis, vel ſurripientes pecunias jurium illius. Contrafacientes litteris Regiis. Et contra Officiales tolerantes ejectos à pace, tregua; quia hi omnes offenſi, ſecuri eſſe debent, tamquam poſiti ſub ſalvaguardia, & protectione Regia; ſed anteaquam ab hac re diſcedas obſerva.

In Conſt. 35. Cur. Barcin. Dom. Reg. Ferdin. ann. 1493. 39
eſt in ordine 4. *tit. de guiaties in primo vol. conſt.* diſponitur, quod ut ſalvæguardiæ, & ſecuritates prodeſſe valeant perſonis, & locis, quibus conceſſæ extant, publicari debent de quinquennio, in quinquennium in capitibus Vicariarum, ibi: *perco ab la aprobacio, y conſentiment de la preſent Cort, ſtatuim, volem, y ordenam, que los qui tingan ſalvaguardas, las haian de fer publicar, ab veu de crida, al cap de las Veguerias de ſinc en ſinc anys, altrament que ſian nullas, e extintias*, Xam. *de priv. Civ. Barcin. §. 18. n. 51* R. Vinnes *inter. celeb. Cur. diſc. 8. à nu. 204.* qui rationem aſſignat *num. 205.* nam aliàs ignorantia ſalvęguardiæ excuſaret; quia contra eos, qui ſecuritatis, aut ſalvæguardiæ notitiam non habuerunt, procedi non debet *per tex. in leges ſacratiſſimæ 9. C. de legibus*, Ludovic. Carrer. *in præx. crim. §. homicidium 6. n. 204.* Ludov. Gozad. *conſ. 61.* Joſeph. Maſcat. *de probat. conc. 162. n. 18. & 20.* Gail. *li. 1. obſ. 1. n. 6* faciunt tradita à Barboſa *in cap. cognoſcentes 2. de conſt.* Anguian. *de legibus lib. 1. cont. 1. nu. 13.* Exc. Creſpi *obſ. 63. nu. 5. & ſeqq. & obſ. 103. nu. 22.* Ciarlin. *lib. 3. cont. cap. 229. num. 7.* Conciol. *reſol. crim. 3. verbo bannitus nu. 6. & ſeq.*

Hinc controverſum de anno 1667. à Majoribus accepi; 40
an ad procedendum per regaliam uſatici *ſimili modo* contra homicidas Militis Domini Regis, neceſſaria foret publicatio ſalvæguardiæ, & audivi in Regio Concilio verbo obtentum, eo in caſu neceſſariam judicaſſe publicationem ſalvæguardiæ, & ex publicationis deficientia per regaliam uſatici contra homicidas militis, proceſſum non fuiſſe.

Quare pro ampliori materiæ intelligentia exiſtimo, 41
quod omnes vaſſalli ſub Regia protectione univerſaliter ſunt, ſed non omnes ſub ſpeciali,, ut docuit Caſſiod. *lib. 6. form. 39.* ibi: *Superfluum quidem videtur tuitionem ſpecialiter à Principe petere, cujus eſt propoſiti univerſos communiter vindicare. Sed quia ſecuritatem tuam quorundam*

dam violentorum execranda temeritas violentat, non piget dolentium querelis, ad hanc partem pietatis adduci, ut quod omnibus præstare cupimus, supplicanti potissimum conferamus: undè aliquæ sunt personæ, quæ ex speciali jure, communi, vel municipali, positæ sunt sub pace, & tregua, securitate, vel protectione Regia, & aliæ quæ sunt salvaguardia, vel securitate à Principe indulta (qui est lex viva) juxta tradita à Guillermo de Vallescica in usat. *auct. & rogatu*, R. Vinnes *disc.8. celeb. Cur. nu.186. & seq.* ad procedendum igitur ad pœnas usat. *Simili modo* contra damnificantes personas à jure communi, vel municipali, sub tregua, pace, salvaguardia, protectione, aut securitate positas, censeo, quod non est necessaria publicatio salvaguardiæ, ut possit procedi ad pœnas usatici, ut declaratum fuit in casu dec.5. seq.

42 Quia ex quo ille deliquit subjicitur pœnis delicti, conformans se legum dispositioni, *l. Imperatores* 34. ibi: *Ipse te huic pœnæ subdidisti*, *ff. de jure fisci*, & hæc obligatio ad pœnam, non est orta ex consensu; sed provenit ex lege publica, subditos etiam invitos obligante, ut prosequitur Covar. *in cap. alma mater par.1.§.10.nu.10. & 11. de sent excom. in sexto*, Carleval. *de judic. lib 2.disp.1. num.* 20. etiamsi probabiliter ignorarent dispositionem juris, Caval. *lib.3. dec.20. in fine*.

43 Ad procedendum igitur per regaliam usat. *Simili modo* contra offendentes personas, aut bona illorum, qui habent concessam salvamguardiam, vel securitatem à Principe, omninò requiritur publicatio salvæguardiæ de quinquennio in quinquennium, aliàs ignorantia probabili juvari possent, ut statuit dicta const.4. tit. *de salvaguar.*

Et licèt Motivum D. Senatorum ad non procedendum per usat. *simili modo* contra offendentes militem Domini nostri Regis, fuerit ut ab ipsis audivi; quia pro militibus in hoc Principatu salvaguardia de pace, & tregua, fieri solita de tempore belli (si tale esset, in quo haberet locum, *Princeps namque*, juxta dispositia in *constitutione 7. tit. de dret del Fisc*, & tradita per R. Vinnes *d. discursu 8. nu.40.63. & 220.*) non fuit publicata, cum qua milites in hoc Principatu sub salvaguardia Regia ponebantur, cui observantiæ, debito cum honore, etsi contribuam, at quando casus eveniet, non omittatur objectio, quæ oritur, ex littera usatici *auctoritate, & rogatu tit. de dret del Fisc*, ibi: *sive eorum servitio laborantibus*, sub quibus, tamquam laborantes servitio Domini Regis milites comprehendi, & sic ex expresso jure sub salvaguardia Regia esse, est in cõperto.

Ulteriùs idem dic de reliquis personis, in hac dec. relatis, ut si à jure communi, vel municipali, stabilitam, & concessam non habeant protectionem, securitatem, vel salvamguardiam Regiam, necessaria sit publicatio salvæguardiæ, & licèt adhuc in Academia, scholaribus, pecunia, & rebus Civitatis Barcin. (quas habere salvamguardiam, expresso jure fundavimus) publicandam esse salvamguardiam de quinquennio in quinquennium, aliàs, non prodesse, scribat Xam. *de privil. Civit. Barcin. §. 18. n.50. & 51.* ibi: *Demum domus Civitatis Barcinona, & ejus res, & pecunia, & Officialium personæ, bona, & familiæ, nec non Schola Barcinonensis, & eius Cathedratici, & Scholares sunt ex Regio privilegio, sub protectione, seu salvaguardia Domini Regis, quæ operatur, quod si quis illorum offendatur, proceditur per viam regalia, & contra milites ex militia generosa agitur sine partis instantia. Eximit etiam à marchis, & represaliis; sed ex Const.4.tit. de guiaties, si salvaguardas, de quinquennio in quinquennium in capite Vicariæ est publicanda, aliàs non prodest*. Attamen à voto meo desuper promulgato, non discedo, & admitto doctrinam eruditi S. Xam. quoad domum Civitatis, ejus pecunias, Officialium personas, & res; quoad verò Scholam, Cathedraticos, Scholares Barcinonæ, & eius Mensam numariam, dubito ex antedictis; quia Academia Cathedratici, & Scholares sunt sub salvaguardia Regia per expressam juris dispositionem; prout pariter est sub Regia securitate Mensa numaria Barcinonæ, juxta dispositia *in Const. un. tit de taula de la Ciutat.*, ut suprà probavimus *n.32. & seq.* & patebit *ex dec.5. seq.*

44 Licèt etiam animadversum tradat R. Vinnes *in dicto disc.8.n.186. & 187.* ex Vallesica *ad dict. usat. auct. & rogatu* contra damnificantes positos sub tregua, vel securitate à lege morrua, procedi per regaliam usat. *auct. & rogatu*, & contra offendentes positos sub tregua aut salvaguardia à Principe concessa procedi per usat. *Simili modo*, & diximus supra n.4, hanc tamen differentiam procedendi observatam in libris conclusionum non inveni, imò contra damnificantes personas positas sub securitate à lege concessa (ut sunt Ecclesiasticæ, eorum bona, & alii, qui in hac decisione dinumerantur) processum fuit per regaliam usat. *simili modo*, & ab hac frequenti observantia discedere non audeo, nam non omnium quæ à majoribus constituta sunt ratio reddi potest, *l. non omnium* 20. *ff. de leg.* nec rationes eorum, quæ constituuntur inquiri oportet; alioquin multa ex his quæ certa sunt subverterentur, *l. Et ideò* 21. *ff. eod.*

Non fuisse in casibus, quibus inquiritur per regaliam 45
usat. *simili modo* processum ad laudamentum Curiæ, de suo tempore fatetur Peg. *in prax. crim. c.13. in fin.* & idem nos attestamur de nostra ætate. Formas procedendi in hoc usat. tradit Peg. cit.

DECISIO TERTIA.

ARGUMENTUM.

Commonstrantur casus, in quibus proceditur contra delinquentes per regaliam usatici *auctoritate, & rogatu* tit. *de dret de Fisc*, & contra eosdem per laudamentum Curiæ, aliaque ad materiam conferentia tractantur, & pluribus decisionibus, & observantiis nostri Regii Concilii illustrantur.

SUMMARIUM.

1 *Expenditur littera usat auctoritate, & rogatu.*
2 *Potestatis vocabulo, qui comprehendantur, & n.3.*
4 *Si à Principe securitas est concessa ad se veniendi, intelligitur etiam pro redeundo, etiamsi id expressum non sit.*
5 *Proceditur per usat. auctoritate, & rogatu contra damnificantes personas, & bona illorum, qui ibant, aut manebant in Curia Principis, stabant in via, & recedebant ad proprias domos.*
6 *Proceditur per dic. usat. contra illos, qui offendunt eos qui præsentes sunt in loco, ubi est Audientia Principis, & eunt ad eam, autem recedunt ab ipsa pro negotiis, vel litibus, propter quas stringuntur sequi Curiam, declaratur.*
7 *Decisio Senatus.*
8 *Alia Decisio contra offendentes recedentes à Curia.*
9 *Etiamsi ad proprias domos accesserint, & ibi diutius steterint, si offensa est eis illata occasione Curiæ, & pro negotiis illius, procedit per dictum usat. auctoritate, & rogatu, ubi decisio.*
10 *Etiam per eundem usat. proceditur contra offendentes in vindictam sententiæ, seu declarationis factæ in Curia, ubi Senatus decis.*
11 *Etiam contra offendentes Curiam, producendo instrumenta falsa in lite in ea vertenti.*
12 *Contra contrafacientes declarationibus Curiæ, & rei judicatæ; etiam tunc proceditur per usat. judicium in Curia datum.*
13 *Pariter contra injuriantes, vel offendentes vocatos ad Curias Generales, proceditur per dictum usat. auctoritate, & rogatu.*
14 *Etiam contra injuriantes, resistentes, ac damnificantes Officiales Regios in exercitio sui Officii, aut illius occasione; nam qui offendit Officiales, Curiam offendit, et qui Curiam offendit, Principem injuriat.*
15 *Rursus contra eximentes captos à posse Officialis Regii.*
16 *Contra occidentes captum in posse Officialis Regii.*
17 *Officialis non habetur pro creato si non est in administratione Officii, nec dicitur offendere Officialem, qui electum tantùm offendit.*
18 *In Officiis, quæ habent annexam administrationem, tempus adeptæ possessionis attenditur in præcedentiis eorum, qui eodem tempore eliguntur.*
19 *Judicibus, et Magistratibus debetur salutatio.*
20 *Judex salutari non debet, nisi judicaturæ possessionem acceperit.*
21 *Proceditur per usat. etiam finito officio contra offenden-*

fendentem eum qui Officialis fuerat; si in Officii emulationem iniuria ei fiat.

32 *Statutum puniens iniuriantem Officialem comprehendit tantum, qui actu Officialis est, una est opinio DD.*

33 *Alia est DD. opinio, ut comprehendat Officialem pendente tempore syndicatus.*

34 *Alia est etiam post depositum Officium, & præsticum syndicatum; dummodo sit facta offensio intuitu præcedentis Offiii, & hæc sequitur.*

35 *Contrarium tenentes allegantur.*

36 *Conciliantur opiniones.*

37 *In iniuria facta Officiali, quod attenditur principaliter, est Officium.*

38 *Statutum puniens offendentem officialem comprehendit eum, qui illum offendit ex causa privata.*

39 *Si iniuria est facta officio, vel intuitu officii, non requiritur, sit, vel fuerit officialis.*

30 *Contra iniuriantes verbis personam Locumtenentis Generalis, proceditur per usat.*

31 *Contra iniuriantes, vel damnificantes ministros Regios superiores.*

32 *Contra iniuriantes verbis officialem Regium.*

33 *Contra usurpantes præheminentias Regiorum officialium.*

34 *Contra usurpantes jurisdictionem Regiam, cum Senatu.*

35 *Aliæ decis. Senatus sic intelligendæ.*

36 *Contra usurpantes nomen officialium Regiorum, ubi Senatus.*

37 *Licèt in his terminis, Senatus processerit etiam per usat. simili modo.*

38 *Contra tumultum suscitantes, ignemque immittentes in domos Thezaurarii bullæ sanctæ Cruciatæ, & Almirantis Galeonorum, & res aliquas ab eis furantes, proceditur per usat. auct. & rog.*

39 *Contra officialem Regium, qui parere noluit mandato de comparendo in Regio Concilio.*

40 *Contra Vassallos Baronis Ecclesiastici, qui præstarunt Sacramentum, & homagium Baroni, antequam ipse obtineret litteras exequtoriales, & præstasset sacramentum, & homagium.*

41 *Solet Regium Concilium vigore usat. auctoritate, & rogatu procedere ad laudamentum Curiæ.*

42 *Requiritur primò ad laudamentum Curiæ, quod is cui resistitur, sit verè officialis Regius, & præstiterit Sacramentum, & homagium.*

43 *Secundò, quod officialis publicè detulerit signum baculi, ut à resistentibus dignoscatur, nisi supina esset ignorantia, & idcircò tenentur satellites, ut cognoscantur, clamare vocem Regis appellitantes.*

44 *Tertiò, quod tempore, quo fit resistentia Regio officiali actu officietur, & exerceat officium, vel fiat causa, vel colore officii.*

45 *Contra resistentes igitur officialibus Regiis in actu, vel intuitu officii proceditur per laudamentum Curiæ, ubi plures decisiones Senatus allegantur.*

46 *Aliæ decisiones Senatus, & num.* 47.

48 *Assignatur casus singularis, in quo fuit processum ad laudamentum Curiæ.*

1 DIsponitur in usat. *auctoritate, & rogatu* tit. *de dret del Fisc, y de las suas regalias*, ibi: *Auctoritate, & rogatu omnium illorum nobilium virorum constituerunt sæpè dicti Principes Raymundus, & Almodis, ut omnes homines, tàm nobiles, quàm ignobiles ad potestatem venientes, vel cum eis stantes, sive ab eis recedentes habuissent omni tempore per omnes dies, & noctes pacem, et treguam, et fuissent securi ab omnibus illorum inimicis, simul cum omni honore illorum, & havere, et cum omnibus eorum honorem tenentibus, vel in illorum honore permanentibus, sive eorum servitio laborantibus, cum cunctis quæ habuerint, vel possederint, usquequo in domibus suis sunt reversi, et si quis aliquid eis nocuerit, vel aliquod damnum, vel foris factum ei fuerit, ipsa die teneat se per acuydatum à potestate, et si per hoc aliquod malum prahendiderit nullo modo ei emendatum sit, & ille qui præcepta Principum transcenderit, & ad illos, qui in hac defensione sunt positi, vel ad res illorum aliquod malum, aliquo ingenio fecerit, cuncta mala, quæ fecerit, et cuncta quæ rapuerit, et cuncta quæ tulerit in undecuplo eis restituat, quibus violentiam fecerit per districtionem potestatis, et postea emendet ad potestatem deshonorem quem eis fecit, cum havere et Sacramento manibus propriis jurando.*

Potestatis vocabulum interdum sumitur pro imperio, 2
l. eum qui 13. §. 1. *ff. de jurisd. l. si quis missus* 3. *ff. ne vis fiat ei, l.* 1. §. 1. *ff. ad leg. Jul. mai. l.* 3. *ff. de jurisd.* Cassiod. *lib.* 6 *for.* 3. pro utroque imperio in Magistratibus, *l. sed etsi* 26. §. 1. *ff. ex quibus caus. maior. l. lex* 7. *ff. ad leg. Jul. de vi pub.* Et Magistratus potestas appellatur, *l. potestatis verbo* 215. *ff. de verb. sig. l. fideiussor.* 26. *de pign. l. quid sit fugitivus* 17. §. *si quis, ff. de ædilit. edic. l. fin. C. de offic. milit. l.* 1. ibi: *Qui Magistratum Potestatemvè habet, ff. quod quisque juris, l. qui accusare* 8. ibi: *Propter Magistratum, Potestatemvè in qua egentes sine fraude in jus vocari possunt, ff. de accusat. can. tua*, §. *ad ultimum extra de homicid.* probant dicta à Suet. in Claud. & à Plinio *lib.* 29. *cap.* Vilosa *post tr. de fugit. disert.* 6. § 2. *num.* 14. *cum seqq.*

Licèt etiam ad apud nos quiscumque Comes possit dici 3
potestas, ut colligitur in usat. *ex magnatibus tit. de dret del Fisc*, usat. *omnes homines, tit de desaximents, y guerra*, Vaitesic. *in eodem usat.* Marquilles *ibidem*, Socarrats *in consuet. super usat. si Dominus, pag.* 9. *nu.* 13. non tamen dictus usat. *auctoritate, & rogatu* intendit loqui de quocumq; Comite; sed tantùm de Comite Barcinonæ, tamquam suprema, seu maiori, ad quem ab aliis propter suam supremam regaliam recurritur, & appellatur, & vi suarum regaliarum ad se negotia civilia, & criminalia evocat: qui hodie est Dominus Rex. *in prax. crim. c.* 14. *n.* 1.

Sub pace erant positi nobiles, & plebei, qui ad potestatem 4
veniebant, vel in ea stabant, sive ab ea recedebant, & qui, eis, vel eorum bonis nocebant, vel damnificabant, incidebant in pœnas usatici, & in hoc est litteralis, Peguera *in prax. crim. c.* 14. *tot.* statuit ergò euntes, & redeuntes à potestate, sub pace, & securitate Regia esse; quando si id ipsum non expressisset, nihilominus disponens, ut euntes ad potestatem securi forent, pariter sub securitate manere deberent redeuntes; quia si è Principe ad se venlendi, securitas indulta est, intelligitur etiam pro redeundo, etiam quod id expressum non sit, *ex tex. in l. utimur* 5. *ff. de sepul. viol*; ibi: *Iter eius, abitus aditus*, Farinac. *in prax. part.* 1. *qu.* 29. *num.* 54. *et seq.* Guaz. *def.* 12. *cap.* 1. *sub num.* 58. *vers. Et salvus conductus*, Mas. *de confisc. bon. q.* 5. *n.* 9. Basilic. *dec.* 2. *n.* 11. *cum seqq.* Font. *de pac. nup. to.* 1. *claus.* 4. *glos.* 15. *n.* 156. quia non dicitur quis securè venire, qui securè non potest recedere, Conciol. *resol. crim. ver. Salvus conductus resol.* 2. R. Cortiada *dec.* 77. *n.* 13. ubi rem declarat, & nos suo loco.

Hinc primò sequitur, quia sub pace erant positi, qui 5
ibant ad Curiam Principis, & toto tempore quo manebant in Curia, stabant in via, & recedebant ad proprias habitationes, ut disponitur etiam in Const. *aquesta es la pau* 3. §. *axi mateix* 5. *tit. de pau, y tregua*, ibi. *Aximateix sots aquella mateixa constitució de pau posam, tots aquells qui à nostra Cort vindran, despuys que casa seran exits, ò lo cami comencaràn, ò en nostra Cort seràn, tro sian tornats à lurs casas, ab totas lurs casas, è possessions, hauàa empero dinumeracio de temps que puxam esser tornats à lurs casas: si donc, per justa, è rahonable rahó, è evident no seràn empatxats;* ideò damnificantes eorum personas, vel bona, subjiciuntur pœnis hujus usatici, R. Vinnes *in disc.* 8. *Cur. gen. num.* 214. S. Peguera *in prax. crim. cap.* 14. *num.* 2. *vers. Secundo declaratur*, & comprobat ex usat. *cum temporibus de dret del Fisc*, qui loquitur de personis Militaribus, ibi. *Cum temporibus prædecessorum nostrorum, per eorum auctoritatem, & Constitutiones, in his casibus, quos leges nostræ non sunt amplexæ, utilitati communi sit provisum. Nos eorum vestigia sequentes, omnemque materiam seditionis tollentes, & securitatem omnibus militibus; vel apud nos manentibus ex Regio beneficio præstantes, hac præsenti lege decernimus, ne quis ausu temerario, eos ad nos venientes capere, vel percutere præsumat: pœnam illam in eum statuentes, quæ constituta est à prædecessoribus nostris per legem consuetudinariam, qui treguam, vel securitatem à Principe datam non observaverit, vel in eos, qui falsarii moneta inventi sunt.*

Secundò, proceditur etiam contra illos, qui offendunt, 6
vel damnificant eos, qui præsentes sunt in loco, ubi est audientia Principis, & eunt ad eam, aut recedunt ab ipsa, pro negotiis, vel litibus, propter quas, astringuntur sequi Curiam ex Jacob. de Montejudaico, & Peguera, R.

Nin-

Ninnes *in Curiis disc.8. num.217.* ubi *num.218.* resolvit, ex citatis non procedere in his, qui veniunt ad Curiam, vel ad locum Curiæ, non ad frequentandum dictam Curiam, nec respectu dictæ Curiæ, sed potiùs pro mercatura, vel aliis negotiis particularibus.

7 Sic die 15. Martii 1629. fuit processum per regaliam usat. *auctoritate*, & *rogatu* contra eos, qui proditoriè, & crudeliter vulneratunt Petrum Verdalet Villæ Castillionis Emporiarum, qui ut Syndicus Villarum Comitatus Emporiarum in præsenti Civitate Barcinonæ residentiam faciebat, agens contra N. ex quibus vulneribus, mortuus postea fuit.

8 Tertiò, contra offendentes, recedentes à Curia, proceditur per usat. sic die 29. Januarii 1631. contra Joannem N. techarium relarum, & N. pannorum tonsorem Cives Barcinonæ, qui die mercurii, quo computabatur decimo octavo Decembris 1630. circa octavam horum ante meridiem, invaserunt ensibus evaginatis Joannem Pons juvenem lintearium Civem Barcinonæ, dum ipse exibat domo Nobilis Regentis Cancellariam, ad cujus judicium se contulerat ad testimonium perhibendum in quadam causa in qua fuit citatus.

9 Quartò, etiam si ad proprias domus accesserint, & ibi diutiùs steterint, si offensa eis illata sit occasione Curiæ, & pro negotiis illius, pro ut fuit declaratum die 25. Junii 1625. contra illos, qui occiderunt T. Perez Villæ de Castelltersol, ejus uxorem, & Josephum Perez dictorum conjugum filium, ea occasione promoti, quia Josephus Perez, & Hyacinthus Perez frater, in Curia Regia, contra ipsos delinquentes de aliquibus criminibus per ipsos perpetratis veritatem deposuerunt. Et die 3. Octob. ejusdem anni contra illos, qui die 27. Septemb. dicti anni, noctu, & hora captata jactibus tormentorum manualiū occiderunt Petrum Pallet Causidicū in Regio itinere, quo itur ad Ecclesiam de Vilassar, & die Martis computato 30. eiusdem mensis Septembris, etiam noctu, occiderunt Petrum, sive *Perriz* Veguer laboratorem in dicto termino de Vilassar intus eundem locum, & signanter die Veneris tertia mensis Octobris ad primum lucis ortum, occiderunt Paulum Saura unum ex testibus, qui in Regia Curia, quæ contra dictum N. vertebatur deposuerat, & alia crimina commiserunt.

10 Quintò, sic proceditur per dictum usat. *auctoritate*, & *rogatu* contra offendentes in vindictam sententiæ, vel declarationis factæ in Curia, prout fuit provisum die 23. Augusti 1620. contra Petrum N. & alios, qui occiderunt Antonium Pallarès Medicinæ Doctorem Civitatis Cesson. quod fecerunt in viudictam declarationis causæ civilis in favorem dicti Antonii Pallarès, & contra Franciscum Tarrega, vertentis in Regia Audientia ad relationem Magnifici Monserrati Ramon eiusdem Regiæ Audientiæ Doctoris, causis, & rationibus in processu dictæ causæ contentis, cuius Francisci Tarrega dictus N. erat cognatus. Et die 11. Julii 1628. contra Nobilem N. qui ictibus ensis crudeliter vulneravit Dimam Cabrissas V.I.D. quod fecit in vindictam declarationis causæ per dictum Cabrissas, tunc septimanerium Curiæ, & Consistorii Regentis Vicariam Barcinonæ, in favorem N. Rossellò, & contra dictum Nobilem N. super executione extractionis quarundam portarum domorum per ipsum Rossellò in præsenti Civitate Barcinonæ possessarum.

11 Sextò, contra producentes instrumenta falsa in lite, in Curia Principis vertenti. Sic die 21. Octobris 1627. contra Stephanum N. loci de Lloret, qui in causa civili, quæ vertebatur in Regia Audientia inter ipsum ex una, & Mariam Gibert, & Casapera ex altera partibus, non dubitavit producere, & cum schedula in dicta causa per ipsum præsentata, se uti velle confessus fuit, quodam falso donationis instrumento; propter deshonorem, quem fecit Potestati, *l. nullum 14. C. de test.* ibi: *Ut quicumque aures eius offenderint*, quæ licet loquatur in teste falsum deponente, R. Cortiada *cum infinitis dec.* ai. *num.46. cum seqq. & dec.35. à num.38.* extenditur etiam, ad quemcumque actum criminosum, quem coram judice, quis fecerit Farin. *in prax. crim. qu.67. tota*, Galeota. *resp. fisc.1. num.4.* Sanfelic. *dec.63. num.4.* Merlin. *to.2. cont. cap.71. num.4.* Roccus *de Offic. rub.15. num.156. & seqq.* S. Tristany *in Corona Benedic. cap.5. num.25. & seq. & num. 56. & seq.*

12 Septimò, adversus contrafacientes declarationibus Curiæ, & rei judicatæ in ea. Sic die 13. Februarii 1627. contra aliquos sartores, & signanter Michaelem Mas, & Bernardum Come, qui tenebant operatorium, seu porticum publicum pileorum in eorum domibus, in contrafactionem Regiæ sententiæ latæ in Regia Audientia 6. Februarii 1552. referent. Magnificis Michaele Ferrer, & Stephano Riusech R. A. DD. quod comprobatur ex littera usatici, ibi: *Et ille, qui præcepta Principis trasenderit*: ac in hoc casu proceditur etiam & optime, per usat. *Judicia in Curia datum*, ut scribit Peguera *in prax. crim.c.17.* ubi Ripol.

Octavò, contra injuriantes, vel offendentes vocatos ad Curias generales proceditur per dictum usaticum, *auctoritate*, & *rogatu*, R. Vinnes *in disc. Cur. gen. 8. à n.284. & comprobant usat. iste, & usat cum temporibus de dret del fisc.* const. *aquestaes la pau*, 3. *Saxi mateix 5. tit. de pau y treva*. Sic die 28. Julii 1632. contra Consiliarios Civitatis Barcinonæ, & Homines Concilii centum Juratorum, qui decreverunt, quod Alexander Calaf. V.I.D. alter ex Syndicis Civitatis Illerdæ (qui in Curiis generalibus congregatis per suam Majestatem in præsenti Civitate intervenit, & vovit) declararetur, & sui descendentes inhabiles ad obtinenda officia, & beneficia in præsenti Civitate, & quod dictæ Civitatis incolis, & habitatoribus ejusdem prohiberetur, & interdiceretur ingressus ad præsentem Civitatem, prohibendo commercium dictæ Civitatis, cum ipsa Civitate Barcinonæ, & quod de prædictis fieret, & publicaretur præconium per hanc Civitatem, sub prætextu; quia dictus Calaf, ut Syndicus Illerdæ, secundus in gradu, post Consiliarium Barcinonæ, subscripserat se in quadam scriptura ei præsentata per promotores trium Brachiorum Curiæ, firmata per Præsidentes dictorum Brachiorum Ecclesiastici, & Militaris, quam Bernardus Sala Consiliarius in ordine primus, præsidens in brachio regali requisitus multoties per promotores aliorum brachiorum recusaverat firmare. 13

Nonò, docet Marquilles in hoc usat. *auctoritate, & rogatu*; quod iste usaticus, secundùm notam Jacob. de Monte Juda. plurimū extollit, & privilegiat Potestatis honorem, & quod privilegium non solùm residet in ipsa Potestate, sed derivat in Curiam adeuntes; propterea proceditur per usaticum, contra offendentes, euntes ad Curiam, stantes in Curia, & ab ea recedentes, vel contra damnificantes aliorum personas pro negotiis Curiæ, vel illius occasione, ut diximus; sed nunc ad alios casus transgrediendo observamus, quod qui offendit Officiales Curiæ, vel Magistratus, Curiam, vel Magistratum injuriat, *ex tex. in auth. de quæstor. §. maximè, & auth. de judic. § nullo ver Necessitatem*, Merlin. *contr. cent. 2. c. 71. n. 3.* Roccus *de Offic. rub. 15. n. 159.* & comprobat tradita à N. Sebast. de Cortiada *in disc. jurisd. cap. gener. q. 21 n. 7.* & qui Curiam iniuriat, Principem offendit usat. *judicium in Curia datum, tit. de celeb. Corts*, ibi: *Qui judicium Curiæ recusat, Curiam falsat, & qui Curiam falsat, Principem damnat, & qui Principem vult damnare, punitus, & damnatus sit in omni tempore, ipse, & cuncta sua progenies*. Curia enim, & familia, loco Regis ptæposita est administrationi justitiæ, R. Cortiada *dec. 102. n. 20.* Quamobrem practicatur principaliter usat. *auctoritate, & rogatu*, contra iniuriantes, resistentes, & damnificantes Officiales Regios, in exercitio sui officii, aut illius occasione, Peguera *in prax. crim. c. 14. vers. Quarto extenditur*, Reg. Vinnes *in disc. Cur. gen. 8. n. 206.* & in casibus resistentiæ, inutile censeo adducere exemplaria; quia procedere in illis terminis per usat. *auctoritate, & rogatu*, est praxis quotidiana. 14

Decimò, eodem jure per regaliam usat. *auctoritate, & rogatu*, formatur processus contra eximentes captos à posse Officialis Regii. Ita die 15. Februarii 1620. in facto regaliæ *auctoritate, & rogatu* contra eos, qui die 10. ejusdem mensis violenter eximerunt à posse Baiuli Regii Villæ de Copons quendam captum. Et die 2. Julii 1621. contra Paulum N. Onuphrium N. & alios, qui die 17. mensis Junii eiusdem anni, Joannem Maggrinna captum, à manibus Galcerandi Pla, & Gervasii Termens Regiorum portariorum, violenter intrare fecerunt domum Generalis præsentis Civitatis Barcinonæ, ex traditis à Farinac. *in prax. q. 30 n. 101. & seqq. & qu. 32. nu. 2. & 3. ver. Regula prima*. Reg. Cortiada *dec. 102. n. 20. per tex. in Leuinsque 4. ff. ad leg. Jul. maiest.* & de pœna eximentium carceratos à manibus justitiæ, Reg. Cortiada cum pluribus citatis *dec. 83. n. 19. & dec. 102. n. 31.* 15

Undecimò, contra occidentes captum in posse Officialis Regii, proceditur per usat. sic die 29. Martii 1634. contra quosdam filios perditionis, qui die quinta Martii eiusdem anni 16

anni, plures projecerunt jactus instrumentorum manualium contra Joannem Fabrer, dictum *la Mandra*, captum per Vicarium Regium Villæfranchæ Peniten. ex quibus mortuus remansit.

17 De Officialibus loquimur, qui actu sunt in officii administratione; nam in officiis tria requiri, electio, acceptatio electi, & administratio, seu ingressus ipsius officii, probat *tex. in l. Publius Mœvius* 36 *ff. de condit. & demonst.* ibi: *Seius Consul designatus est, & munus edidit, deinde ex Kalendis Januarii consulatum ingressus est*. Leo *lib.* 3. *decis.* 38. *num.* 24. & 43. Roccus *de offic. rub.* 6. *num.* 68. Luca ad Franc. *decis.* 326. *num.* 2 ubi quod tanta est vis administrationis, ut non habeatur pro creato, qui non administrat, *l. nemini* 3 *C. de consul. lib.* 12. ibi: *Aut Magistri officiorum in actu videlicet positus gessisse noscatur. l. observare* 4. §. *post hæc*, *ff. de offic. Proconsul.* ibi: *Est enim perquam absurdum, anteaquam ipse jurisdictionem nanciscatur (nec prius ei competit, quam in eam provinciam venerit) alii eam mandare, quam non habet*, *l. meminisse* 10. *ff. eod.* Frec *de subfeud. lib.* 2. *tit. si quis dicat dux num.* 56. Rovitus *in prag.* 5. *de Baron. num.* 8. Roccus *de offic. d. rub.* 6. *num.* 69 Leo *lib.* 3. *d. decis.* 38. *num.* 22. ergo non dicitur offendere officialem, qui offendit officialem electum, Mastril. *de indult. cap.* 36. *num.* 21. Giurba *obs.* 91. *num.* 9. Luca ad Franc. *d. dec.* 326. *num.* 2. Cabal. *resol. crim.* 148. *à n* 7.

18 Inde concludunt DD. quod in officiis, quæ habent annexam administrationem, tempus adeptæ possessionis, & administrationis officii attenditur, proinde inter plures electos eodem tempore, is præcedit, qui muneris in quasi possessionem prius tractus fuit. Seraphin. *decis.* 437. *num.* 3. Grat *decis. March.* 16. Cabedo *decis. Lusit.* 5. *par.* 1. Franc. *decis.* 62. 144. & 393. ubi additio. Barbosa *de Canonic. & Dig. cap.* 18. *nu.* 12. Sanfei. *decis.* 269. & 333. *nu.* 9. Valenz. *cons.* 34. *num.* 36. *lib.* 1. Tapia *decis. sup. Senat. Ital.* 21. Constant. *in l.* 1. *Cod. de consul. lib.* 12. *num.* 26. Castillo *in tract. de tertiis debit cap.* 41. *to* 7. *num.* 27. *cum seqq.* his citatis Roccus *de offic. d. rub.* 6. *num.* 59 *cum pluribus seqq.* Leo *lib.* 3. *d. decis.* 38. & hi duo amplè de materia in integris decisionibus, ubi tradunt judicata.

19 Paritet etiam, licet Magistratibus, & Judicibus debeatur salutatio *ad tex. in l ex agentibus* 7. *C. de Princip. agent. in reb. lib.* 12. *& in eod. l.* 1. *C. de silent. & Decur.* ibi: *Ut tam in adoranda nostra Serenitate, quàm in salutando Administratoribus, & reliquis prædicti honoris privilegiis, necnon in nostro Consistorio, his honor omnifariàm observetur, c. certum* 10. *distinc.* Grat. *discep. for. cap.* 184. *nu.* 55. Cassan. *in Cat. glor. mun. par.* 1. *consid.* 26. Giurba *cons.* 38. *num.* 15. & *obs.* 91. *num.* 5. Conciol. *resol. crim.* 2. *verbo Officialis*, & hinc apud Romanos Lictorum erat officium, ut comitantes magistratus, populum de via discedere juberent, ne quisquam magistratus pedes offenderet, & si Eques obviam veniret, ab equo discedere juberent, quod honoris loco demonstrabatur, Valer. Max *lib.* 2. *c.* 1. & Alex. *lib.* 1. *c.* 17 sic Statius Papinus 4. *Sylvarum*.

Purpureique patres, lucemque à consule ducit Omnis honos.

20 Attamen Judex salutari non debet, nisi judicaturæ possessionem acceperit; ista enim præheminentia, fructus est adeptæ possessionis, observat Giurba *obs.* 91. *tot.* scribens in causa propria. Carol. Anton. de Luca ad Franc. *d. dec.* 326. ex quibus omnibus hic expressis infertur, cum Officialis ante adeptam possessionem officii non habeatur pro creato, quod offendens tunc officialem electum, non tenebitur pœnis statutis in d. usat. *auctoritate, & rogatu*.

21 Duodecimò, procedetur per usat. *auctoritate, & rogatu*, etiam finito officio, si in officii emulationem, & contemptum injuria fiat ei, qui Officialis Regius fuerat, ut observavi ex Senatu die 10. Februarii 1595. contra Michaelem N. qui vulneraverat Petrum à Peguera ictu ensis, in emulationem procedimentorum per eum factorum quando erat Vicarius Regius Vici.

22 Excitatur hic controversia; an statutum puniens injuriantem Magistratum, comprehendat tantum injuriantem eum, qui de præsenti magistratus est; an eum etiam, qui a magistratu interdictus est, vel officium compleverat; in qua re sunt, qui sentiunt offendentem officialem, vel magistratum post finitum officium, non debere puniri illa ordinaria, & atroci pœna, qua puniuntur injuriam inferentes magistratibus, qui re ipsa magistratus officio, & jurisdictione funguntur, quos citat Farinac. *in prax. par.* 1. *q.* 17. *n.* 38. Menoc. *de arbit. cas.* 263. *num.* 10. *lib.* 2. Caballus *resol. crim. cent.* 2. *cas.* 111. fundatur *in l. judici* 42. *ff. de iniur. l. illud* 8. & ibi Bartol. *ff. de appellat.* & in eo; quia cum statutum qualificet pœnam quoad officialem, non habebit locum in remoto ab officio; nam qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secundùm tempus, & actum verbi, *l. in delictis* 4. §. *si extraneus*, *ff. de noxal. act. l. cui eorum* 3. §. *affinitates*, *ff. de postulando*.

Alii existimant, quod offendentes officialem post finitum officium, durante tempore syndicatus, ita puniri debeat, ac si durante officio offendissent, Grat. *to.* 1. *discep. forens. cap.* 184 *num.* 60. Paz. *prac. tom.* 1. *par.* 8. *cap. un nu.* 15. Xammar *de offic. judic. par.* 1. *quæst.* 2. *num.* 70. quia idem honos, idemque privilegium debetur Officiali, finito officio, durante tempore syndicatus, quam antea ipsi debebatur, Grat. *tom.* 1. *discep. forens. d. cap.* 184. *num.* 60. Xammar *de offic. judic. d. par.* 1. *quæst* 2. *num.* 9. & 70. Bovad. *in polit. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 55. Giurba *obs.* 91. *num.* 19. sequitur Franc. *decis.* 403. & ibi Visconte. Rovitus *in prag.* 1. *de abolit. num.* 29. Scialoya *de for. judic. cap.* 24. *num.* 68. qui loquuntur in terminis indulti exceptuantis offensam in personam officialis, & id intelligunt, si offensio sit facta durante officio intuitu officii, vel eo finito durante tempore syndicatus, ex causa prætériti officii, Cabal. *resol.* 111. *num.* 4. 23

Alii sentiunt, quod etiam post depositum officium, & præstitum syndicatum, dummodo sit facta offensa intuitu præcedentis officii, offendens puniatur eadem pœna, ac si injuriasset, vel offendisset actu officialem, vel quod offendens, non debeat gaudere beneficio indulti, ac si offendisset officialem durante officio, Rovitus *in rub. de exulibus nu.* 12. qui allegat Franc. *in d. decis.* 403. sequitur Mastrill. *de indult. cap.* 36. *num* 11. quorum ratio est, quia remotus à dignitate habet reliquias proximæ dignitatis, ut probat *tex. in l. fin. C. de Decur.* ubi Decuriones qui de jure communi non possunt torqueri, nec torqueri poterant, etiamsi Decuriones esse desierant, ibi: *Unde etiamsi desierit esse Decurio, deindè damnetur, non esse torquendum in memoriam pristinæ dignitatis*, & idem in servo non torquendo, in eum, qui dominus fuerat, respondit Paulus *in l. unius* 18. §. *servus. ff. de q.* ibi. *Servus in Caput eius domini, à quo distractus est, cuique aliquando servivit in memoriam prioris dominii interrogari non potest*. 24

Contrarium tenent per Angel. *de malef. in verbo. Cajum Sempronii*, ubi Augustinus ad eum, Carol. Ant. de Luca *in obs. ad Franc. dec.* 403. *n.* 4. per eundem Franc. *dec.* 713. *num.* 6. Thoto *in comp. decis. par.* 2. *ver. Remissio vassalli pag.* 585. ubi tradit decisum, & in annot. ad Grand. *de bel. exul. in prædic. quæst.* 3. *ver. Sexto pag. mihi* 11. 25

Omnes has opiniones complectitur Farinac. *in prax par.* 1. *q.* 17. *num.* 38. *ver. Contrarium*, cujus opinionem amplector, videlicet, quod etiam offendens Officialem, finito officio post præstitum syndicatum subiiciatur pœnis statuti punientis officialem, & quod in hac re considerari amplius, non oporteat, nisi an offensa fuerit facta intuitu, & prætextu officii, an non; ut in primo casu, etiam post finitum officium offendens subiiciatur pœnis statuti, in secundo non etiam: opiniones ante dictas cum hac distinctione conciliari debere, docuit Mastrill. *de indult. d. cap.* 36. *num.* 11. (& hæc est sententia Roviti in terminis indulti *super rub. de exulibus n.* 12. quidquid afferat Luca ad Fran. *d. decis.* 403 *num.* 4. *ver. Nec obstat*) ibi: *Et dum in eisdem pragmaticis excluduntur illi, qui offenderint ministros justitiæ, amplia, ut exclusio procedat etiamsi offensio sit facta post depositum officium, & præstitum syndicatum, dummodò sit facta intuitu præcedentis officii, ut per eundem Franc. dec.* 403. Etsi contrarium Rovitus dixisset *super prag.* 1. *de abolit. n.* 29. 26

Hujus opinionis manifesta redditur ratio; quia in injuria facta Officiali, quod attenditur principaliter est officium; licèt injuria fiat personæ, ut prosequitur Mastrill *de indult. d. cap.* 36. *num.* 12. ibi: *Et ratio est; quia crimen hoc non fuit exceptuatum ratione dignitatis, & honoris personæ officialis; sed ratione administrationis justitiæ; & ne justitia offenderetur ex offensione facta in Officiali, quæ ratio militat etiam in eo, qui non habet dignitatem*; unde considerari non oportet an persona sit re ipsa Officialis, si injuria facta, finito officio, erogetur dignitati, aut officio. 27

Quod ulteriùs patet; quia è contrà, non subiicitur pœnis statuti, offendentibus officiales impositis, ille qui offendit eum, qui actu est Officialis, & durante officio, & 28

offen-

offensa fiat ex odio privato, & non intuitu officii, Franc. *decis.* 326. & ibi Luca *num.* 2. Rovit. *in prag. super rub. de exulibus num.* 12. Mastril. *de indult. d. cap.* 36. *nu.* 1. Thoro in annot. ad Gran. *de bel. exul. in prædic. quant quæstion* 3. *ver. Sexto, pag. mihi* 11. Cabal. *resol. crim. cap.* 48. Danza *de pug. doc. tit. de præhem. R. A. num.* 74. ergo, quod attenditur est officium, & non persona Officialis.

Probatur etiam (hæc est ratio singularis, & invincibilis in terminis quibus versamur) nam non requiritur, quod
29 actu quis sit Officialis, vel quod fuerit Officialis ille, cui irrogatur iniuria, ut offendens puniatur pœnis usatici, contra offendentes Officiales; sed tantum quod officio, vel intuitu officii sit facta offensa, ut in eum, qui damnificatur in vindictam sententiæ, aut declarationis quam à Magistratu obtinuit; nam nec Officialis fuit offensus, nec est, & quia consideratur iniuria facta Magistratui judicanti, contra offendentem proceditur per pœnas usatici, ut supra dicitur cum Senatu *num.* 21.

Decimotertio contra iniuriantes verbis personam Lo-
30 cumtenentis Generalis proceditur per usat. *auctoritate, et rogatu*; nam à potestate, idest à Principe derivatur securitas Curiæ, ut diximus ex Jacobo de Montejudaic. & Marquilles in hoc usat. Sic die 28. Januarii 1630. contra Raphaelem N. & alios perditionis filios, qui die Jovis vigesima quarta ejusdem mensis, inter quartam, & quintam horas post meridiem, dum Excellentissimus Dominus Locumtenens cum Domino Bernardino de Marimon, Francisco de Sorribes, & aliis de familia suæ Excellentiæ, intrarent portam maris præsentis Civitatis Barcinonæ, comitando Dominam Mariam de Bassan, & quidem servi triremium Classis suæ Majestatis Regni Siciliæ intrarent cum raupis dictæ Dominæ Mariæ Bassan portam prædictam maris, dictus N. obviam prædictis exiens, & alii de societate dicti, non dubitarunt quædam verba contumeliosa, & parvæ reverentiæ propalare in magnum contemptum suæ Excellentiæ, & mala malis addendo crudeliter vulnerare in scapulis Nobilem Joannem de Garay Capitaneum suæ Majestatis, de familia suæ Excellentiæ, & alia crimina committere.

Decimoquartò, contra verbis iniuriantes, vel dannifi-
31 cantes ministros Regios Superiores, proceditur per usat. *auctoritate, & rogatu*, ex his enim componitur Principis Curia, ut probat usat. *judicium in Curia datum*, titul. *de celebrar Cortes*, & idem Princeps de numero consiliariorum est, *l jus Senatorum* 8. *de dignit. lib.* 12. ibi: *In quo nos quoque ipsos numeramus*, & docuit Cassiodor. à Ruginello *relatus pract. quæst.* 47. *num.* 25. ubi si Princeps Magistratus, quod elegit, revereri non curat, se quoque minùs revesendum facit, ex quo si populus Principis membra in Magistratibus parum pendere didicit, ipsum quoque Principem paulatim contemnere assuescet, Ramon *cons.* 51. *n* 4. alia scripsi *decis. ant. num.* 28. & de hac re quoad pœnas horum iniuriantium Reg. Cortiada *decis.* 102. *num.* 33. Sic 19. Martii 1622. contra eos, qui dicto mense affixerunt in Civitate Gerundæ quosdam libellos infamatorios, & convicii contra spectabilem Gerentem vices Generalis Gubernatoris Cathalonkæ ubi moram faciebat. Et antea die 20. Octobris 1620. contra N. Nobilem, qui plura verba contumeliosa protulit contra Magnificum Joannem Gallego Regii Consilii Doctorem. Et die 1. Junii 1634. contra nonnullos, qui intra Civitatem Vicen. ubi personalem residentiam faciebant Magnificus Jacobus Mir, & Magnificus Hieronymus Garau de Regio Consilio, de mandato suæ Excellentiæ, unà cum Michaele Rodo Algutzirio Regio extraordinario, & aliis Commissariis Regiis, & Officialibus, non dubitarunt in aliquibus angulis dictæ Civitatis libellum infamatorium, vulgo *pesqui* affigere, in quo reperta fuerunt contumeliosa verba, & maximi convicii.

Decimoquintò, contra iniuriantes verbis Officialem
32 Regium, proceditur per dictum usat. *auctoritate, et rogatu*, quia qui offendit Officiales, Curiam offendit, ut supra diximus. Sic die 20. Maii 1624. contra Nicolaum N. Civitatis Minoriss, delatum, & inculpatum, quod die 28. Novembris 1623. cum Adrianus Calvo Vicarius ejusdem Civitatis Minoriss habens, & tenens insignia per Regios Officiales gestari solita, deambularet per plateam majorem ejusdem Civitatis, dictus N. multa verba opprobrii, & convicii eidem Adriano Calvo Vicario dixit, & mala malis addendo statim sicca, quam nudam sub pallio deferebat, eundem Vicarium percutere conatus fuit. Et die 28. Decembris 1626. contra Guillelmum N. qui die 17. ejus mensis cum duceretur ad Regios carceres Barcinonæ per N. Regium Algutzirium, cum magna audacia, verba contumeliosa contra dictum Algutzirium protulit, & propalavit. Et die 18. Decembris 1621. contra Bajulum Villæ Bergæ N. not. & N. sutorem, & alios ejusdem Villæ, quia non solum dict. Bajulus recusavit assistentiam facere Joanni Padros Pottario Regio, ipsam assistentiam vigore Regiarum litterarum petenti, verùm etiam dictus N. Not. requisitus per dictum Regium portarium, requisitionem dicto Bajulo per dictum portarium præsentatam conficere recusavit; dictus autem N. sutor, & alii quamplures, tumultuando populum ejusdem Villæ, verbis inurbanis, & opprobrii, eundem Regium portarium, malè tractarunt, præsentationemque dictarum Regiarum litterarum eidem impedierunt. Et die 7. Novembris 1623. contra iniiclentes lapides versus Regiarum portarium, eidem impediendo præsentationem litterarum Regiarum, quas cum aliis litteris Apostolicis, & missivis in itinere Regio derrobarunt. Similis die 3. Septemb. 1624. Et die 22. Junii 1633. contra N. N. N. & N. & alios quamplurimos homines Villæ de Ribes numero centum, qui die 10. mensis Januarii ejusdem anni, dum Petrus Cardona Burgensis Villæ Podiceritanii Locumtenentis in Officio Procuratoris Regii in Comitatu. & statione Podiceritaniæ, unà cum suo Assessore, & Officialibus Regiis patrimonii prædicti, accessissent ad dictam Villam de Ribes, & in quodam hospicio dicto *den Alguer* ejusdem Villæ se receptassent ad effectum exequendi Regiam provisionem, seu sententiam factam per dictum Locumtenentem de consilio sui Assessoris, supra exactione læsdæ Regiæ in dicta Villa Vallis de Ribas exsolvenda per exemptos, non dubitarunt prænominati, magna cum coadunatione, & tumultu, armati instrumentis manualibus parvæ mensuæ accedere ad dictum hospitium verba contumeliosa contra prædictos Regios Officiales propalare, & dictum hospitium igne comburere unà cum dictis Regiis Officialibus.

Decimosextò contra usurpantes præheminentias Regio-
33 rum Officialium, ex traditis à Farinac. *quæst.* 114. *inspect.* 1. *num.* 9. prout sic fuit declaratum 18. Januarii 1634. contra Joannem N. & Jacobum N. Consules in primo, & secundo gradu Villæ Franchæ Confluent. & Vincentium N. dictæ Villæ, qui die 26. Decembris ejusdem anni, cum Bernardus Joannes de Tort Vicarius Regius Vicariæ dictæ Villæ, vellet assistere in dicta Ecclesia pro audiendis divinis Officiis, & sedere in loco ubi soliti sunt sedere Regii Vicarii ad latus dictorum Consulum in primo loco, ubi erat positum, & fixum quoddam pannum cum Regiis insignibus, non dubitarunt dicti Consules in comitiva dicti N. amovere dictum pannum à dicto loco, & ipsi Consules, & N. cum dicto panno ingressi fuerunt Sacristam dictæ Ecclesiæ, relinquendo solam dictum Vicarium in scamno, ubi sedebat, sine dicto panno.

Decimoseptimò; quia violant Majestatem, qui usur-
34 pant potestatem, Reg. Matthæù. *de re crim. contr.* 17. *n.* 18. Farin. *in prax. qu.* 114. *nn.* 1. *cum pluribus seqq.* contra usurpantes jurisdictionem Regiam proceditur per usat. *auctoritate, et rogatu*, sic die 1. Junii 1624. contra Carolum N. Bajulum Villæ Sancti Joannis de Abbatissis, & Bernardum N. Nuntium Curiæ Bajuli ejusdem Villæ, qui die seu Festo Sanctæ Crucis mensis Maii ejusdem anni, unà cum aliis perditionis filiis non dubitarunt intrare intus Vicarium strictam Villæ de Campredon, & ibi in magnum Regiæ jurisdictionis præjudicium, Officialiumque Regiorum pro sua Majestate mihi exercitium, capturare, & magna cum violentia secum aportare ad Carceres ejusdem Villæ Sancti Joannis de Abbatissis personam Joannis Petri Serrat aliàs Moner.

In cand. partem recito (licet qua regalia fuerat proces-
35 sum, non sit expressum,) & quod fuerat præcis. die 11. Maii 1719. contra Bajulum, Assessorem, & Not. Vil. de Figuer qui die 29. Aprilis ejusdem anni usurparunt jurisdictionem competentem Bajulo Regio ejusdem Villæ, Pariter, quod fuit observatum die 3. Augusti 1616. contra illos qui usurpando regalia Domini Regis, non dubitarunt absque aliquo privilegio, imò potiùs, eo si quod habebant revocato, cisas, & impositiones imponere, & exigere. Et antea die 3. Junii 1611. contra illos qui exercebant artem Notariæ non expeditis eorum privilegiis in debita forma Regiæ Cancellariæ. Et die 4. Martii 1613. contra eos, qui anteaquam Regiam auctoritatem haberent, & essent creati Notarii recipiebant, & conficiebant instrumenta publica, & de eis fidem faciebant

36 In eandem partem refero exemplaria, contra uſurpantes nomen Officialium Regiorum. Sic die 21. Aprilis 1618. contra N. & N. ejus nepotem, *ſive nebot*, Antonium N. & alios ſuper furto facto in domo N. Carix Agricolæ de Llarona, qui ab ea derrobarunt, & furto ſubtraxerunt raupas, veſtes, pecunias, & alias res, & alia crimina fecerunt ficto nomine, gerentes ſe pro Regiis Officialibus. Et die 31. Januarii 1629. contra complures, qui armati tormentis manualibus, *ſive pedrenyals*, parvæ menſuræ inter primam, & ſecundam horas noctis ejuſdem diei, & ſic hora captata, magno tumultu, & violentia, præmeditatè aſcenderunt triemem Regiam Claſſis Genuen. vocatam *Samiago*, quæ exiſtebat in Portu præſentis Civitatis, & ab illa extraxerunt, apprehenderunt, & vindicarunt Michaelem N. Civitatis Minoriſſæ, qui Regia Sententia fuerat condemnatus ad ſerviendum ſuæ Majeſtati remigando per ſeptennium, & ſecum adduxerunt nomine Dom. Regis, inſignia Regia præ manibus habentes, quæ per Regios Officiales portari ſolita ſunt, & alia crimina, &c. Et die 29. Decemb. 1629. fuit proceſſum per regaliam, *auctoritate, & rogatu*, contra eos, qui falsò acceperunt nomen Officialium Regiorum, & nomine Regis irruerunt, & vulnerarunt aliquas perſonas Et die 27. Aprilis 1637. contra eos, qui die 20. ejuſdem menſis, non dubitarunt armati inſtrumentis manualibus geſtando baculum Regium, ac ſi eſſent Commiſſarii Regis, inter ſeptimam, & octavam horas poſt meridiem, in ingreſſu noctis, violenter ingredi domus Joſephi N. Parochiæ de Parets lignando dictum Joſephum, & ejus uxorem, & N. agricolam dictæ Parochiæ. Et antea cenſeo ſic obſervatum die 22. Januarii 1610. Et die 18. Octobris 1618. Et die 17. Novembris ejuſdem anni. Et antea die 14. Maii 1591. in facto propoſitionis factæ per Excellentiſſimum Dominum Locumtenentem Generalem, an videlicet procedi deberet in vim proceſſus regaliæ contra eos, qui uſurparunt juriſdictionem Domini Regis, capiendo perſonam Baptiſtæ Sorita. Fuit concluſum, quod Fiſci Advocatus ordinet, & faciat ſupplicationem, quod procedatur contra culpabiles in vim *uſatici* Barcinonæ incipientis, *auctoritate, & rogatu*, & quod præfata ſupplicatio committatur per Excellentiſſimum Dominum Locumtenentem Generalem in forma ſolita, concluſionem laudamenti Curiæ in hac ſpecie videbis infrà ſub eodem die.

37 Licet in his terminis proceſſum fuiſſet per uſat. *ſimili modo* fuerat declaratum die 8. Martii 1638. contra nonnullos latrones, qui die quarta ejuſdem menſis noctu armati tormentis manualibus, & inſignia Regia deferentes ingreſſi fuerunt in domos Jacobi Riera agricolæ Sancti Vincentii de Llauaneras, & ab eis derrobarunt pecunias, raupas, & alias res.

38 Decimo octavo proceditur per uſat. *auctoritate, et rogatu* contra tumultum ſuſcitantes, & ignem immittentes domos Thezaurarii Bullæ Sanctæ Cruciatæ, & Almirantis Galeonorum ſuæ Majeſtatis, ſic die 13. Aprilis 1624. contra eos, qui die 9. ejuſdem menſis, occaſione rixarum ſequutarum inter Milites ſtipendiarios triremium Genuenſium, & Galeonorum ſuæ Majeſtatis in portu Maris præſentis Civitatis Barcinonæ exiſtentium, armati diverſis armis, & ſignanter tormentis manualibus, magno tumultu proclamarunt, *viſca la terra, y muyran los Genoveſos*, & cum eodem tumultu acceſſerunt domos Nobilium Sebaſtiani Judicis Theſaurarii ſanctæ Cruciatæ, & Nicolai Judicis, & Freſco Admirantis Galeonorum pro ſua Majeſtate ſitas in vico de Monte Cateno hujus Civitatis, & igne combuſerunt januas earundem, velamina dictorum Galeonorum, Bullas ſanctæ Cruciatæ, quamplurimaque ſuppellectilia magni valoris, & furto ſubtraxerunt pecunias jocalia, & alias res, & faciunt tradita per Farinac. *quæſt.* 113. *num.* 118. *cum ſequent.* & Reg. Cortiada *dec.* 104. *numer.* 24. tradit pœnam inflictam tumultuantibus facti enarrati.

39 Decimonono, proceditur etiam contra Officialem Regium, qui parere noluit mandato de comparendo in Regio Concilio, nam Judicis mandatis, & Principis, qui juriſdictionem mandat non parendo, contemnit, probat *tex. in cap. 1. de offic. deleg.* ibi: *Et ſic mandatum noſtrum eluditur*, & ibi DD. & in noſtro uſat. ibi: *Et ille qui præcepta Principum tranſcenderit*, ſic die 2. Octobris 1628. in facto regaliæ *auctoritate, et rogatu*, & eorum eidem applicabilium contra Michaelem N. Bajulum Villæ Perpiniani, qui monitus cum Regia Littera expedita, Domini Locumtenentis Generalis mandato, per Regiam Cancellariam debitis ſolemnitatibus, ſub data Barcinonæ 5. Septembris ejuſdem anni, quatenus infra ſex à die præſentationis accederet ad præſentem Civitatem, & compareret perſonaliter coram eo, cum comminatione, quod contra eum procederetur, pro ut juſtitia ſuaderet, id facere recuſavit in maximum contemptum dicti Domini Generalis Locumtenentis.

Vigeſimò, proceditur per regaliam uſat. *auctoritate, et* 40
rogatu contra vaſſallos Baronis Eccleſiaſtici, qui præſtarunt Sacramentum, & homagium Baroni, & anteaquam ipſe obtineret litteras exequutoriales, & præſtaſſet ſolitum juramentum; quia tunc violatur regalia Domini Regis, & uſurpatur ejus juriſdictio, quo in caſu proceditur per dictam regaliam, ut ſupra dicitur; etſi non exprimatur, qua regalia fuerit proceſſum, ita intelligendum fore cenſeo in proviſione habita die 10. Junii 1614. contra vaſſallos Abbatiatus de Serrateix, qui præſtarunt Sacramentum, & homagium fratri N. Sado Abbati moderno, abſque eo, quod dictus Abbas obtineret litteras executoriales, & præſtaret ſolitum Sacramentum, Fontanell. *tom.* 2. *dec.* 341. *num.* 25.

Solet tamen Regium Concilium, vigore hujus uſatici, 41
procedere ad laudamentum Curiæ, Peguera *in prax. crim. cap.* 14. (ubi de forma uſatici *auctoritate, et rogatu*, & procedendi per laudamentum Curiæ) præcedentibus tamen, aliquibus circumſtantiis omninò ſubſtantialibus.

Prima, quod conſtet quod is cui reſiſtitur ſit verè Offi- 42
cialis Regius, & quod præſtiterit Sacramentum, & homagium in ingreſſu ſui officii, & hoc in proceſſu debet conſtare per certificatoriam, alias namque Officialis Regius non reputatur, ut latè dicitur *in dec. ſeq* ubi ſtabilitur; an neceſſarium etiam fuerit, quod Officialis audierit ſententiam excommunicationis (ut requirit R. Vinnes *d. diſc. 8. num.* 208. de quo debeat, etiam in proceſſu conſtare per certificationem, authenticam, & fidem facientem) & an in ingreſſu Officii debeat tabulam aſſecurare.

Secunda, quod Officialis Regius, cui reſiſtitur, in actu 43
reſiſtentiæ publicè detulerit ſignum baculi inſignia juriſdictionis ſuæ, ut à reſiſtentibus dignoſcatur, de quo debet in actis per teſtium dicta conſtare (niſi ſupina eſſet ignorantia) & quod idcirco tenentur ſatellites, ut cognoſcantur, clamare, vocem Regis appellitantes, ut dicimus *dec. ſeq.*

Tertia, quod tempore quo fit reſiſtentia Regio Officia- 44
li, actu officietur, & exerceat Officium, quod fiat reſiſtentia cauſa, vel colore Officii, R. Vinnes *diſc. 8. Cur. n.* 206. alias circunſtantias ponderat Peguera *d. cap.* 14. quas non recito; quando fit reſiſtentia Officiali intuitu Officii, dicemus ſuo loco, & vide quæ ampliſſimè ſcripſerat R. Cortiada *deciſ.* 102. *num.* 22. Conciolus *reſol. crimin.* 3. *verbo Officialis*.

Contra reſiſtentes Officialibus Regiis, in actu, vel in- 45
tuitu Officii procedendum fore ad laudamentum Curiæ fuit continuò obſervatum, ſic die 22. Martii 1591. contra Jacobum N. Michaelem N. Paulum N. Janotum N. Petrum N. & alios, & quemlibet eorum in ſolidum, propter reſiſtentiam factam Bajulo de Monmalo de Parets, & de Gallechs, in qua necarunt duos homines de comitiva Bajuli, & eximerunt captum, & pro iniuria, damnis, & undecupla, fuit taxata ſumma mille librarum. Similis die 1. Aprilis ejuſdem anni, contra plures, qui eximerunt captum à manibus Bajuli Villæ Granullariorum, vociferando, *viſca la Vila, viſca la Borbo*. Et die 10. Maii dicti anni 1591. contra Philippum N. pro reſiſtentia Commiſſario Regio, & homicidio. Similis die 20. prædictorum contra Anticum N. pro reſiſtentia facta Paulo Gaſſo Regio portario, ei impediendo executionem litterarum Regiarum, à manibus portarii captum eximendo. Similiter contra diverſas perſonas de genere militari, & aliàs, pro reſiſtentia facta Paulo de Fluvia Algutzirio ordinario, eximendo ab ejus manibus quendam captum, fuit pariter proceſſum per laudamentum, Curiæ ſub die 25. Maii 1591. eſt in libro concluſionum fol. 45. ac etiam eadem die fuit concluſum, ut publicarentur pro inimicis Domini Regis, eſt fol. 46. Similis 19. Decembris 1591. contra eximentes captum à manibus juſtitiæ, eſt in libro folio 114. Similis 15. Octobris 1636. contra Antonium N. & alios, qui validam fecerunt reſiſtentiam Bajulo Regio, volendo eos recognoſcere in vico de Tona.

Similis die 2. Septembris 1631. fuit proviſum laudamen- 46
tum Curiæ contra quoſdam Nobiles, qui metu tormentorum manualium impedierunt Officiali Regio recipere informationes in Villa de Moniſtrol. Et die 10. Januarii 1635. pro damnis, & iniuria contra Militarem, fuit proviſa

visa executio, Alia declaratio laudamenti Curiæ die 30. Aprilis 1670. contra N. Civem Minoritiæ, qui invasit Vicarium Civitatis Minoritiæ in emulationem alicujus procedimenti, quod fecerat Vicarius in Officio, & cum eum capere vellet, resistentiam ei fecit, cum quodam instrumento manuali parvæ mensuræ, vulgo *pistola*, quod in manu deferebat.

Similis die prædicto contra N. Nobilem qui ense evaginato in platea Busurni præsentis Civitatis invasit Franciscum
47 Soler caput scubiarum Regium, & eum in capite vulneravit: eo quia diebus, tunc proximè elapsis duos famulos dicti Nobilis in domo aliquarum mulierum inhonestarum repertos in carceribus detruserat.

In recitatis casibus *à num.* 45. procedi per laudamentum
48 Curiæ in vim usat. *auctoritate, & rogatu* est in comperto, juxta nostram observantiam; refero tamen specialem casum qui successit die 5. Maii 1671. contra quendam Nobilem, qui Notarium Regium in Aula Regia hujus Civitatis Officiantem colaphis percussit, petens ab eo, ut sibi traderet litteras executoriales, quas illi tradere Notarius non recusavit, sed respondit pro litterarum extractione consulere velle Relatorem causæ, & fuit processum, contra Nobilem per regaliam auctoritate, & rogatu, & postea per laumentum Curiæ.

DECISIO QUARTA.

ARGUMENTUM.

Resistentes Officialibus Regiis, qui jurisdictione utuntur in hoc Principatu, & in ingressu Officii nec præstarunt Sacramentum, & homagium, neque sententiam excommunicationis audierunt; an subiiciantur pœnis statutis in usat. *auctoritate, & rogatu tit. del dret del Fisc*; an illi à jure reputentur pro Officialibus, ad intelligentiam *Constitut. ordenàm 8. tit. de Offic. de Jut. de taul. & Constitut. statuim. 13. tit. de Offic. de veg.* & eorum gesta sustineantur ob errorem communem propter publicam utilitatem, *ex l. Barbarius, ff. de Offic. Præt.* ubi transcribitur Regium Decretum super nullitate procedimentorum causarum, quæ pendebant, vel declaratæ fuerant in Audientia Cathaloniæ, & qua forma sint in Regia Audientia Suæ Majestatis tractandæ, ubi etiam an substituens teneatur de facto substituti latè discutitur.

SUMMARIUM.

1 *Regius Vicarius Civitatis Barcinona exercet in Vicaria stricta jurisdictionem ordinariam, in ea habet sacramentales, qui ab ipsis Universitatibus eliguntur, & à quibus obtineant privilegium traditur.*

2 *Factum recitatur.*

3 *Dubium refertur.*

4 *Sustinentur gesta per eum qui communiter pro Officiali tenetur, propter publicam utilitatem.*

5 *Baculus, vel virga est signum Officialium Regiorum, quod deferre tenentur, ut ab aliis discernantur, ut eis resisti non possit, & ideò satellites tenentur clamare, vocem Regis appellitantes.*

6 *Regalia usatici auctoritate, & rogatu practicatur contra iniuriantes, resistentes, aut damnificantes Officiales Regios, in exercitio sui Officii, aut illius occasione.*

7 *Undè; ut sit locus regalia probari oportet esse Officialem Regium; qui cognominari Officialis non valet, nisi præstiterit, Sacramentum, & homagium, & sententiam excommunicationis audierit.*

8 *Reputantur etiam personæ privatæ, Officiales temporales, qui utuntur jurisdictione, si in ingressu officii non assecuraverint de tenendo tabulam, qua assecuratio importat de jure communi cautionem de standO Syndicatui; intellige, ut infrà n. 18. & 19. ubi referuntur Const. 8. tit. de Offic. de jut. de taula, & Const. 13. tit. de Veg. y Sotsveg. & de ea intelligetia.*

Calderò Decis. Pars I.

9 *Pro iniuria, seu resistentia facta commissariis de Camera, non proceditur per processum usatici auctoritate, & rogatu; eo quia non jurant, nec sententiam excommunicationis audiunt.*

10 *Decisio Senatus in simili materia.*

11 *Votum, & conclusio DD. R. A., & numer. 12.*

13 *Reformatus in Officio dicitur de novo in Officio vocatus.*

14 *Officialis, qui admittitur ad idem Officium, finito tempore primi officii, novum censetur officium adipisci, & Judex finito tempore primi officii remanet ut privata persona.*

15 *Non dicitur prorogatio officii, quod finivit; quia ejus impossibile prorogare, quod est extinctum.*

16 *Officium prorogatum durante tempore primi officii censetur idem officium, in favorabilibus, secus in odiosis, & ubi versatur præiudicium tertii.*

17 *Resistens Subbaiulo reformato, officio primo finito, non subiicitur pœnis usatici auctoritate, & rogatu, si non præstat Subbaiulus Sacramentum, & homagium, & non audit sententiam excommunicationis in reformatione.*

20 *Baiulus tenetur de culpis Subbaiuli per ipsum nominati, in subsidium, ut infrà n. 48. & seqq.*

21 *Ex solo fundamento, quod Subbaiulus Minoritiæ non præstitit Sacramentum, & homagium, omisso alio, quod Subbaiulus non assecuraverit tabulam in nova officii creatione, resistentem Subbaiulo non subiici pœnis usatici, censet auctor, insequendo votum antiquorum Senatorum relatum supra numer. 12.*

22 *Licet error communis, ratione publicæ utilitatis sufficiat, ut gesta per Officiales pro tempore sustineantur, at vero error communis efficere non valet, esse verè, & de jure Officiales; nam, & gesta per Barbarium servum in l. 3. ff. de Offic. Præt. valida remanserunt ob publicam utilitatem; quia erat in possessione dignitatis, titulo tamen de jure invalido.*

23 *Senatus declaratio in casu controvrso.*

24 *Requisitum substantiale est, ut procedi possit per regaliam usat. Auctoritate, & Rogatu, quod Officialis in ingressu officii præstiterit Sacramentum, & homaginm.*

25 *Et si sententiam excommunicationis non audierit Officialis in ingressu officii, non ideò reputatur persona privata.*

26 *Dilio debet importat necessitatem.*

27 *Quod non est decretum in statuto ab statuente, censetur denegatum; quia si voluisset expressisset.*

28 *Ponderantur Const. 8. tit. de offic. de Jut. de taula, & const. 6. tit. de offic. de govern.*

29 *Observantia est optima legum interpres, cuius virtus adeò progreditur, ut vincat verum intellectum dispositionis, & præfertur proprietati verborum.*

30 *Observantia juris existentis declarativa, nunquam censetur sublata, etiam per statutum tollens consuetudinem.*

31 *Excommunicationis sententia ab Officialibus in ingress. su officii debet audiri, ut maiori vinculo astringantur ad observantiam Constitutionum.*

32 *Procul dubio substituens tenetur de facto substituti, quando ita expressè in statuto cavetur, & expendunt Const. 13. tit. de offic. de Veguer, & Const. 20. curiar. anni 1599. ubi de substituto Gerentis Vicesgeneralis Gubernatoris Cathaloniæ, de Subbaiulis, & de capite scubiarum Vicarii Barcinona.*

33 *Substituens aliquem ad officium, cui præest tenetur de culpis, defectibus, & delictis substituti.*

34 *Officialis condemnatus ex facto sui substituti, potest ab illo repetere, vel de eius salario retinere, nisi secum fuerit particeps fraudis, & eum participem fecit sola scientia.*

35 *Substituens non tenetur de facto substituti, quando substitutio est facta ex causa necessaria, & non voluntaria.*

36 *Adhuc in eo casu requirunt, ut substitutio sit facta de persona valdè integra, sed non sequitur hæc opinio.*

37 *Substituens non tenetur de facto substituti, quando substitutus confirmatur à superiore.*

38 *Idem*

58 *Idem eſt, ſi ſit confirmatus decreto ſuperioris, & id procedit in cuſtode carceris nominato à Commentarienſi.*
59 *Deciſiones Senatus, & num.* 40.
41 *Subſtituens non tenetur de defectibus ſubſtituti, ſi ſubſtitutus deliquerit circa ea, quæ officium, vel illius exercitium non reſpiciunt.*
42 *Etiam non tenetur, ſi ſubſtituerit perſonam valdè integram, dummodo hæc qualitas probetur, & num.* 43.
44 *Subſtituens an teneatur de facto ſubſtituti; quando à domino habuit expreſſam facultatem ſubſtituendi, & num.* 45.
46 *An procurator teneatur de defectibus ſubſtituti, quando utitur facultate ſubſtituendi ſibi conceſſa, & num.* 47.
48 *Officialis de facto ſubſtituti tenetur in ſubſidium.*
49 *An liberetur ſubſtitutum exhibendo controvertitur, affirmantium opinio recitatur.*
50 *Et affirmant liberari ab exhibitione, quando fuerat mortuus, vel bannitus ſine dolo, & culpa principalis.*
51 *Negantium opinio traditur.*
52 *Fideiuſſor non liberatur exhibendo debitorem.*
53 *Alia eſt opinio diſtinguentium cum Bartulo.*
54 *Impugnatur diſtinctio, & n.* 55.
56 *Placuit in hac re affirmare, ſubſtituentem exhibendo ſubſtitutum liberari, nec teneri, niſi in ſubſidium. Etiam ſi ſit obligatus cum clauſula, ut teneatur de delictis ſubſtituti.*
57 *Subſtituens conſideratur ſubſtituti fideiuſſor indemnitatis, & iſte non tenetur, niſi in ſubſidium, & excuſſo principali, quamvis excuſſionis beneficio renuntiaverit. Cum Senatus.*
58 *Niſi adſit clauſula ut teneatur de facto ſubſtituti principaliter, quia non liberabitur exhibendo ſubſtitutum, & tenebitur principaliter, qui fideiuſſoris nomine non fuerat obligatus, & n.* 59.
60 *Poteſtas per exhibitionem ſuæ familiæ liberatur in totum à culpis per aliquem ex familia commiſſis. Et idē eſt in miniſtris Deputatis à Publicano.*
61 *Commentarienſis non liberatur à facto cuſtodis per illius exhibitionem, ubi id limitatur.*
62 *Subſtituens pro facto ſubſtituti ſolum tenetur civiliter, quod ampliatur, & ratio aſſignatur.*
63 *Commentarienſis pro delicto cuſtodis non tenetur ead. pœna cum principali, ſed mitiori.*
64 *Regium decretum ſuper nullitate procedimentorum cauſarum, quæ mota, vel declarata erant in Audientia Cathaloniæ, & n* 65.
66 *Reviſio cauſarum intra quod tempus peti debeat, remiſſivè.*

REgius Vicarius Civitatis Barcinonæ exercet in Vicaria ſtricta juriſdictionem ordinariam, Reg. Vines *in tract. celeb. Curia diſc.* 10. *numer.* 117. in ea habet ſuos Officiales, qui ſacramentales cognominantur, hi ab Univerſitatibus eliguntur, & in ipſis utuntur juriſdictione; antea præſtant Sacramentum, & homagium in poſſe Ducis Sacramentalis (is eſt alter ex Canonicis Perilluſtris Capituli Sanctæ Eccleſiæ Barcinonæ) & ab eo obtinent privilegium ſigillo capituli munitum, firmatum per Canonicum ducem Sacramentalem, clauſumque per Notarium à Domino Rege ad id ipſum creatum.

In anno 1680. in loco de Bitulona electus fuit in Sacramentalem Jacobus Company Agricola, qui die 11. Septembris ejuſd. anni pro executione cujuſdam crediti civilis Dorotheæ Terres viduæ, geſtans palam Virgam Regiam, ſe contulit domum Joannis Navarro lignitabri relati loci, iſteq; in civiliter obviam occurrit ſacramentali, vocem Regis Appellitanti, quem baculo percuſſit, contumeliis eund. affecit, ab ejuſq; manibus violenter ſe exemit.

Proceſſum fuit contra criminoſum in vim regaliæ uſatici, *auctoritate, & rogatu, lo ſegon tit. de dret del Fiſc*, & ad ulteriora Regius Fiſcus per viam laudamenti Curiæ peragere tentavit, ob validam reſiſtentiam factam Officiali Regio, juxta formam, quam ſcripſit Sena. Peguera *in prax. Crim. cap.* 14. at deductum fuit in dubium, quod Sacramentalis in ingreſſu officii, nec præſtiterat Sacramentum, & homagium, neque audierat ſententiam excommunicationis, & ſic verè Officialis dici non poterat, propterea q; procedi non valebat, contra illum offendentes, ac iniuriantes per Regaliam uſatici, & nec per laudamentum Curiæ; & quia anceps fuit quæſtio, & frequens in praxi, ſtatui argumenta invicem pugnantia, & Senatus deciſionem in facto adducere, ut res remaneat enucleata.

Hinc vigebat ratio; quia Officialis ille quamvis non præſtiterit Sacramentum, & homagium, nec ſententiam excommunicationis audierit; communiter tamen pro Regio Officiali in ſuo Territorio tenebatur, actus juriſdictionales exercendo, partibus jus ferendo, cujus geſta ſaltem per errorem communem ſuſtinenda eſſe probat, *leg. Barbarius* 3. & ibi DD. *ff. de Offic. prat.* & in hac re videndi Salgado *in Laby. cred. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 144. Reg. Viloſſa *de Fugit. cap.* 17. *à num.* 23. Solorza. *de jure Ind. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 75. Thoro *tom.* 1. *voto deciſ.* 78. *numer.* 19. Novar. *in collect. ſuper prag. prag.* 1. *de Notar. numer.* 3. & 4. Merlinus *controv. tom.* 2. *cap.* 73. *numer.* 7. & *ſequentib.* Ganaver. *conſil.* 6. *num.* 84. Queſada Pilo *diſert.* 9. *num.* 46. & *ſeqq.* Scobar *de utroque foro artic.* 5. §. 20. *cap.* 40. *per totum* Morla *in empt. jur. tit* 2. *ff. de juriſd. om. judic. numer.* 100 Sperellus *deciſ.* 30. *part.* 1. Sena. Xammar *de Offic. Jud. par.* 1. *quæſt.* 12. *à num.* 75. Dominus Vicecancel. Creſpi *obſe.* 6. *à num.* 120. & *ſeqq.* & alii recitatis Senat. Triſtany *in Corona Benedict. cap.* 2. *à num.* 41. latiſſimè. Quæ fuerunt motiva ad declarandum valida, quæ fuerunt acta de tempore turbationum hujus Principatus in Audientia tunc formata; quamvis ipſo jure nulla forent, in concluſione Regiæ A. junctis tribus Aulis facta 14. Aug. 1653. quæ infra cum Regio decreto tranſcribitur.

Pariter Officialis idem, publicè baculum Regium, à Regiis Officialibus in hoc Principatu geſtari aſſuetum deferebat, quod ſignum Officiales, & Miniſtri deferre tenentur ut ab aliis diſcernantur, *l. decernimus* 10. *Codic. de aquæd. lib.* 11. *leg. apud Iabeonum* 15. §. *ſi quis Virgines ff. de iniuriis* Bovadi, *polit. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 50. & *lib.* 3 *cap.* 2. *n.* 11. Fontanel. *de pactis nup. clauſ.* 4. *gloſ.* 10. *part.* 2. *numer.* 95. & 96. Luca ad Franch. *deciſ.* 326. *num* 2. Rovit. *in prag.* 1. *de abolit. numer.* 31. ut eis etiam reſiſti non poſſit Baſilic. *deciſ.* 10. *num.* 6. Giurba *conſ.* 29. *num.* 23 (dummodo ſupina ignorantia non eſſet, quia antea, eos cognoverant ex Azevedo *in l.* 8. *recop. lib.* 4. *titul.* 23. *num.* 12.) & quod idcirco tenentur ſatellites, ut cognoſcantur, clamare, vocem Regis appellitantes ex Seſſe *deciſ.* 141. *num.* 15. Azevedo *ad d. leg.* 8 *nu.* 5. Giurba *dict. conſ.* 29. *num.* 23.

Illinc ex adverſo urgebat, quia uſatius *auctoritate, & rogatu*, practicantur contra iniuriantes, reſiſtentes, & damnificantes Officiales Regios in exercitio ſui officii, aut illius occaſione, cum poſiti ſint Officiales Regii ſub Regia protectione, Senat. Peguera *in prax. crim. cap.* 14. *verſ. Quarto extenditur* Reg. Vinnes *in tract. celeb. Curiar. diſc.* 8. *nu.* 206. ubi, quod qualitas ſubſtantialis regaliæ eſt, quod iniuria, vel reſiſtentia fiat Officiali Regio, in actu exercitii officii, aut ejus occaſione, ut diximus *dec. autec. n.* 43. & *ſeq.*

Unde ut locus ſit regaliæ probari oportet, quod qui dicitur eſſe Officialis Regius, præſtiterit Sacramentum, & homagium, aliàs namque Officialis cognominari non valet *Conſt.* 1. 8. *ver. Forma conſ.* 9. & 21. *tit. de Offici de Veguer Sotſueg. Conſt.* 8. *tit. de Offici de Juges de Taula Conſt.* 4. *tit. de las Sant Iglę. Conſt. poſt valdria* 11. *tit. de obſer. Conſtit. conſt.* 1. & 3. & 5. *tit. de elect. nom y ex. de DD. de la R. A.* Oliba *de act. par.* 1. *libr.* 3. *cap.* 4. *numer.* 26. Ramon *conſ.* 35. *num.* 3. Berart *in ſpec. viſit. cap.* 13. *numer.* 3 Cancer *variar.* 2. *cap.* 8. *num.* 123. & *part.* 3. *cap.* 13. *num.* 328. & 329. Fontanell. *tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſ.* 2. *part.* 2. *numer.* 15. Xammar *de Offic. Jud. quæſt.* 24. *part.* 1. *numer.* 151. & *ſeqq.* (ubi *num.* 155. quod ſi reperiatur in exercitio officii præſumatur præſtiiſſe juramentum) & ante eos Ferrer. *part.* 3. *obſervat. cap.* 413. ubi tradit deciſum.

Et adhuc ſtatuit *Conſt. ordenam* 8. *titul. de offici de Juge, de Taula*, quod privata perſona reputetur Officialis, ſi in ingreſſu Officii tabulam non aſſecuraverit, in illis verbis: *Eſt algu ans que haia aſſecurat, y jurat, uſarà del dit ofici, quen ſia punit per los dits Inquiſidors, à arbitro de aquells, axi com perſona privada, que usàs de ofici public.* diſponit hæc Conſtitutio in Officialibus temporalibus, qui purgant Tabulam, qui in ingreſſu officii compelluntur ſecuritatem præſtare tenendi tabulam, quæ in effectu importat cautionem de ſtando Syndicatui finito Officio Cancer *var.* 3. *cap.* 12. paſſim, Fontanella *de pact. nuptia. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 10. *part.* 2. *num.* 93. & *tom.* 1. *deciſ.* 157. *num.* 3. & *deciſ.* 158. *n.* 12. & *tot. tit. Conſt. de ofici de Juge de Taula, & ſig. conſt. ſtatuim.* 13. *de ofici de Veguers*, quæ ſunt juri communi conformes, *leg. final.* §. *fin. ff. ad municip.* Bovadilla *in politic. lib.* 1.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lib.1. cap.15. num.49. Mastril. de Magist. *lib.6. cap.4. n.20.* Vargas *concid. prac. par.6 con.17. n.24.*

Sic pro iniuria, sive resistentia facta Commissariis qui
9 appellantur de Camara, non proceditur per processum dicti usatici, ex quo non jurant, nec sententiam excommunicationis audiunt, tradit Reg. Vinnes *in tract. celeb. Cur. discurs. 8. num.208.*

Suprajacta argumenta invicem pugnantia, fuerunt non
10 inæqualis roboris, cum eis enim concertarunt antiqui Senatores integerrimi, diversa vota in simili casu pronuntiando; namque per Regium Criminale Concilium die 26. Aprilis 1624. provisione facta per Magnificum Michaelem Carreras I R. C. fuit processum in vim usatici *auctoritate, & rogatu* contra Michaelem Graell. minorem Civitatis Minorissæ, pro resistentia facta Joanni Cantarelli Subbajulo ejusdem Civitatis, insignia Subbajuli deferenti, quæ fuit confirmata cum diversitate votorum in causa supplicationis referente Magnifico Michaele Rollan R. A D. die 20. Junii 1624. est in libro conclus. Civil. fol. 102. nam cæteri Senatores, non ultimi, se in omni litteratura pares censuerunt non esse locum regaliæ.

Consiliarii Regii, qui confirmarunt primam decreta-
11 tionem regaliæ usatici, nulla motiva in confirmatione, (prout moris est) expresserunt; alii verò qui fuerunt voti, non esse procedendum per regalium usatici, illa (prout fieri solet) recitarunt, ex quibus, tàm proptia, quàm adversantia motiva recipere faciliter valuimus, & sunt superiùs ponderata, quæ dilucidè Senatus exploravit accuratèque rem definivit, & ut in re tam contingibili exercitemur, conclusione, & vota Senatorum, qui discreparunt, transcripsi, ut sequuntur.

Die 20. Junii 1624. Barcinonæ, &c.

12 *In facto causæ supplicationis vertentis in R. A. inter Fisci Procuratorem R.C. ex una, & Michaelem Graell. Civitatis Minorissæ partibus ex alia, facta relatione per Michaelem Rollan d. Reg. A.D. & causæ relatorem.*

ATento licèt ex instrumento recepto penes Mauricium Gomes Notar. Civem Minorissæ die 7. mensis Septembris ann. 1622. constet, Augustinum Morell Bajulum dictæ Civitatis creasse in Subbajulum illius Joannem Cantarell, in vim cuius creationis constat dictum Cantarell præstitisse juramentum, in eumque latam fuisse sententiam excommunicationis, debitamque dedisse cautionem, prout de jure, & secundum præsentis Principatus Constitutiones, & consuetudinem dictæ Civitatis Minorissæ facere tenebatur. Et licèt similiter constet, post creationem Bajuli factam de persona Michaelis Cornet Civis dictæ Civitatis, ex permissu illius dictum Cantarell, dictum Officium Subbajuli continuasse per plures menses, & in dicta Civitate Minorissæ tanquam Subbajulum ejusdem fuisse tentum, habitum, & reputatum, nullo inquam contradicente. Et licèt etiam constet per dictum Michaelem Graell validam fuisse factam resistentiam dicto Cantarell Subbajulo, seu insignia Subbajuli deferenti, & sic pratendatur dictum Michaelem Graell incidisse in pœnas usatici Barcinona incipientis auctoritate, & rogatu, & aliorum eidem applicabilium, & contra eum fuisse factum processum, & provisionem de regalia per Magnificum Michaelem Carreras I. R. C. 26. mensis Aprilis proximè prateriti. Attamen; quia constat ex dicto instrumento supra calendato, dictum Augustinum Morell. creasse in Subbajulum dictæ Civitatis Minorissæ dictum Cantarell, durante suo Officio Bajuli, & sua mera, & libera voluntate. Constat pratercà per novam creationem dicti Michaelis Cornet in Bajulum dictæ Civitatis Minorissæ, finitum fuisse officium Bajuli dicti Morell; & per consequens officium Subbajuli dicti Cantarell, dictamque licentiam concessam per dictum Cornet dicto Cantarell importare novam nominationem, seu creationem officii Subbajuli, quod exercere non poterat dictus Cantarell, quin prius solitum juramentum præstitisset, sententiamque excommunicationis audisset, tabulamque assecurasset, cum aliàs ut privata persona habendus esset, juxta Constitutiones hujus Principatus, licèt publicè, & palam habitus fuisset pro Subbajulo in dicta Civitate Minorissæ, cum hoc in casu non agatur de revocatione, vel approbatione gestorum à dicto Subbajulo; sed de infligenda pœna resistentibus Regiis Officialibus; & certum sit quod pœne impositæ resistentibus Regis Officialibus sint intelligendæ de resistentibus veris Officialibus, & non putativis, cum pœna in dubio sint restringenda, & non augenda, maximè in isto casu cum re integra, fuerit dicta exceptio opposita.

Idem Roca.

Idem Aguilò.

Franciscus Ferrus F. A. est voti, quod attento constat non fuisse aliquid deductum, allegatum, seu probatum, propter quod provisio facta 27. Aprilis per Magnificum Michaelem Carreras veniat commutanda, quod declaretur benè fuisse per dictum Carreras cum dicta provisione 26. Aprilis facta provisum, & declaratum, & male ab ea per dictum Graell. supplicatum.

Idem Gallego.

Idem Excellentissimus Dominus Locumtenens.

Et Excellentissimus Dom. Locumtenens, &c. pro observantia Constitutionis concludit cum voto dicti Ferrus, & aliorum dicto voto adharentium.

Magnificus Regens Regiam Cancellariam non interfuit ex causa.

Astor non interfuit lecturæ.

His accessit Dom. Reg. Vinnes *in tract. celeb. Cur. disc. 8. num. 210. cum sequentib.* qui Senatorum voto se adhæsit, 13
docens, quod ex renuntiatione Augustini Morell. Bajuli, expiravit Officium Subbajuli per Bajulum creati, ex Covar. *pract. cap. 4. num.4.* & licet ex novo Bajulo fuerit dictus Subbajulus refirmatus; atverò refirmatus in officio finito officio, dicitur de novo in Officio vocatus, ex adduct. à Vincent. de Anna *allegat. 11. nu. 6.* Vivio *dec. 129* quos sequitur allegatus Cancer *variar. par. 2. cap. 2. de jurisd. om. jud. num. 278. & seqq. in novis.* ac per consequens ut Subbajulus dici posset Officialis, debebat de novo jurare, & sententiam excommunicationis audire. Nec sufficere his adimpleviisse in ingressu primi officii.

Cui voto etiam constanter assentior, ex fundamento proximè relato, quod refirmatio post finitum primum Offi- 14
cium est nova Officii concessio, prout si Officialis elapso tempore primi officii ad idem admittatur, novum censetur Officium adipisci Thesaur. *dec. 125. num. 2.* Galeota *libr. 2. con. 45. num. 19.* Roccus *de Offic. rub. 5. de praced. §. 9. num. 23. & seqq.* ubi, quod elapso tempore primi officii Judex definit esse Judex, & remanet privatus.

Non etiam fuit prorogatio primi officii, quod finierat; quia non dicitur prorogari, quod elapsum est; sed ex nova causa fieri videtur, *l. si stipulatus sum à Proculo*, ubi DD. *ff. de verb. oblig.* Anna d. *allegat. 11. num. 7.* quia impossibile est prorogare; quod est extinctum Galeota *lib. 2. dict. contr. 45. numer. 18.* & eo allegato Roccus *de Offic. dict. rub. 5. de praced. §. 9. num. 25. & seqq.* Cancer *var. part. 2. dict. cap. 2. num. 279.*

Quinimò, etsi officium prorogatum durante tempore primi Officii censeretur idem, hoc tamen dixit Bald. *in l. si à te. 7. num. 2. Cod. de pact. inter empt. & vend.* procedere 16
quoad favorabilia; secus quoad odiosa, sequitur Roman. *in l. dies cautioni 4. ff. de dam. infec. numer. 3. in fine* quem allegat Galeota *dict. lib. 2. cont. 45. num. 20. & 21.* ubi ea ratione id etiam dicit non procedere in concernentibus præjudicium tertii ex Gabriel. *conclus. 2. num. 24.* Gail *observa. cap. 91. lib. 1. num. 22.* Rocc. *de Offic. dict. rub. 5. §. 9. numer. 18. 31. & 32.*

Apparet ergo procedi non potuisse contra resistentes Subbajulo Minorissæ, in officio refirmato, per regaliam 17
usatici, ex quo in ingressu novæ creationis non præstitit Sacramentum, & homagium, nec sententiam excommunicationis audivit.

Atverò licèt in eodem voto expresserint, teneri etiam 18
Subbajulum assecurare tabulam; alias reputandum esse pro persona privata, juxta disposita *in Const. statuim. 13. tit. de offici de Veguer, y Sotsveguer* ubi habetur, quod Subbajuli eligantur per Bajulos, & non per Dominum Regem, & habeant assecurare de tenendo tabulam, & quod teneantur Bajuli de culpis Subbajuli in subsidium, cum eorum mala electio sit in culpa, & idem statuat in capitibus scubiarum Vicarii Barcinonæ, & in *Const. ordenàm 8. titul. de offici de Jutges de Taula*, ubi disponitur, quod nullus Officialis Regius jurisdictionalis, vel ejus Locumtenens debeat uti officio donec assecuraverit de tenendo tabulam juxta Generales Constitutiones Cathaloniæ, & qui contrafecerit sicut privata persona, quæ utitur imperio, arbitrio Inquisitorum puniatur.

Censeo utique non esse necessarium Subbajulos teneri as- 19
securare de tenendo tabulam pro materia in qua versamur, cum hac tamen intelligentia, quàm recipiunt citatæ Constitutiones, videlicèt, ut verum sit, quod Locumtenentes, vel Subbajuli teneantur in ingressu officii assecurare tabulam, si eorum Officiales principales anteaquam eos con-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

stituant Subbajulos, tabulam non assecuraverint, sin autem Bajuli assecuraverint de tenendo tabulam, & postea creaverint Subbajulos, hi; tali assecuratione non sint stricti quia plenè consultum est Constitutionibus, cum illi teneantur de culpis Locumtenentium trádit Mieres *in* 3. *Cur. Montison. Alphonsi* 3. *col.* 5. *part.* 1. *pag* 266. *cap* 18. *n.*7. ibi: *Solummodo quidam distingum; quia aut Officialis principalis anteaquam constituat Locumtenentem assecuravit; & tunc eius Locumtenens non tenetur assecurare ampliùs; quia constituentes tenentur de culpis Locumtenentium, per ea, quæ statim dicta sunt; aut Officialis principalis nullatenus assecuravit, & tunc eius Locumtenens debet assecurare, ut in dict. capit. item ordinamus pro contrario allegato, & ita de consuetudine observatur in quibusdam locis, ut in Villa Perpiniani, & in Villa Figueriarum, de facto tamen in pluribus locis non permittuntur uti Locumtenentes; nisi ipsimet assecuraverint, quamvis, & sui principales assecurassent: quod est tutius.*

20 Hanc esse interpretationem horum jurium consuetudo, quæ nunc, & nostris temporibus in majori parte hujus Principatus versatur, approbat. In qua Subbajuli non præstant securitatem, & tantum Bajuli ante ingressum Officii, & creationem Subbajulii illam præstare solent; quod fundatur ea ratione, quam expressit Mieres qui supra; nam Bajulus tenetur de culpis Subbajuli in subsidium, ut infrà latiùs patebit.

Unde sequitur ex unico tantum fundamento, quod per Subbajulum Minoriſſæ non fuit præstitum Sacramentum, & homagium in refirmatione sui officii, absque alio, quod Subbajulus non præstitit securitatem de tenendo tabulam, possumus affirmare Senatores recto jure censuisse, resistentem Subbajulo non subiici pœnis regaliæ usatici *auctoritate, & rogatu*, prout etiam ex eodem fundamento id ipsum sentire videtur Reg. Vinnes *in nostro tract. celeb. Cur. disc.* 8. *num* 210. *cum seqq.*

21 Nec huic Senatorum Voto, prout nec nostro censui officit dicere, Subbajulum, vel Sacramentalem publicè tentos fuisse pro Officialibus Regiis, insignia idest baculum publicè deferentes, actusque jurisdictionales omnibus communiter exercendo; quia respondetur, quod licet ille error communis, ratione publicæ utilitatis sufficiat, ut gesta per eos Officiales putativos sustineantur, attamen error communis efficere non potuit eos esse verè, & de jure Officiales; namque licet ob errorem communem propter publicam utilitatem *in l. Barbarius* 3. *ff. de Officio prat.* omnia gesta per Barbarium servum fuissent valida; qui erat in possessione, & administratione dignitatis, attamen est certum tantum esse Prætorem de facto, titulo tamen invalido; ut censent DD. supra relati *num.* 4. *Et tenet* Dom. Vicecanc. Crespi *dict. obser.* 6. *num.* 123. *circa fin.* Mieres in Curia Jacobi 2. Barcinonæ *part.* 1. *col.* 4. *pag.* 215. *num.* 4. *super citat. Const. ordena n.* 8. *tit. de Juges de Taula*, ibi: *Nota ergo hic, quod Officialis, vel ejus Locumtenens utens officio anteaquam assecuraverit, punitur ut privata persona, & habetur pro privato, sic ergo tenebitur crimine læsa Maiestatis; quia tali pœna punitur privatus utens imperio, ut dixi supra eadem collat.* 9. *in ver. Item quæro utrum merum imperium possit præscribi, vide ibi, & qua notantur per DD. in usat. qui justitiam facere, & ibi glos. & Jacob. de Monteiud. Sed credo, quod poterit pœna mitigari bono arbitrio Inquisitorum, ut dicit littera hic, & juxta notata sup. eadem collat.* 7. §. *ex sexta parte. Et credo, quod acta, quæ fecerit, sint nulla; nisi forsan communi errore diu fuisset toleratus quod dic, juxta ea, quæ leguntur, & notantur in l. Barbarius, ff. de Offic. prator. & dixi latius supra collat. prox. cap.* 4. *glos. fin.*

23 Quibus omnibus maturè perpensis censuit Senatus contra resistentes, & offendentes Sacramentalem de Bitulona, ex quo iste nullatenus, nec ullo tempore Sacramentum, & homagium præstitit, procedi non posse ad laudamentum Curiæ per regaliam usatici *auctoritate, & rogatu*. Cæterùm, quando iterum casus evenerit, ne tibi obstent, repete scripta *in decis. antec. sub numer.* 22. *& sequen.* ubi pro iniuria facta officio, in eum qui Officialis actu non est, proceditur per usat. sed pro nunc, donec meliora non reddes, non discedas ab observantia in illo, & in hoc casu controverso obtenta, ex regula non omnium, quæ à majoribus sunt constituta, ratio reddi potest, *l. non omnium* 20. *ff. de legibus.*

24 Respectu excommunicationis sententiæ in ingressu Officii audiendæ subde, quæ censeo, requisitum esse substantiale, ut procedi possit per regaliam usatici, *auctoritate, & rogatu*, quod Officialis in ingressu Officii præstiterit Sacramentum, & homagium; quia alias reputatur persona privata, ut supra diximus, & probatur *in Const.* 8. *tit. de offici de Juges de Taula*, ibi: *E si algun ans que haja assegurat, y jurat, usará de dit offici quen sia punit, per los dits Inquisidors à arbitre de aquells, axi com persona privada qui usás de ofici public. Et in Const. incip. la Constit. tit. de offici de Governador*, ubi si non juraverit portans Vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ, acta per illum gerenda sunt nulla, *& in Const. encara* 5. *tit. de observar Constit.* ubi in omnibus magistratibus requiritur juramentum, *& in Const.* 11. *eodem tit.* ibi: *Empero volèm, que los Lloctinents Primogenits Governadors Generals en lo juramen que prestar deven ans de exercir jurisdicció alguna, sian tinguts, axi com los altres acostuman jurar.* Et generaliter est certum, quod Officiales, & Magistratus uti non possunt jurisdictione aliqua, quin priùs juramentum solitum præstent, §. *sic igitur. Et* §. *jusurandum auth. ut judic. sine quo suffrag.* Reverter. & ejus addit. Matin. *decis.* 462. Roccus *de Offic. rub.* 8. *num.* 77. Leo *lib.* 3. *dec.* 38. *num.* 29. *& 36.*

Sed non judico necessarium esse requisitũ illud, quod sententiam excommunicationis audiverit in ingressu Officii, 25
adeò quod si sententiam excommunicationis non audiverit, reputetur persona privata, & ejus acta sint nulla; quia *Const* 11. *tit. de observ. Const.* in qua disponitur, ut per omnes Officiales sententia excommunicationis audiatur, anteaquam utantur, vel uti possint ipsis Officiis, non statuit, quod aliàs habeantur pro personis privatis, & ejus gesta sint nulla; sed quod contrafacientes Constitutionibus incidant in pœnas ibi statutas, ibi: *Ipso facto incorregan en sentencia, ò pena de excommunicació, la qual de present hajan de obrir en escrits los Officials nostres, è dels successors nostres, è altres dejus dits, qui de present son, è los qui per avant seràn, en lo introits, è ans que usen, ni usar pugan de llurs Officis.* Et quamvis loquatur de Officialibus temporalibus, qui purgant tabulam, attamen idem in Officialibus perpetuis statuit infrà, ibi: *volèm, y ordenàm, que incorregan en pena de excommunicació ipso facto, la qual hajan de obrir segons dit es, en los altres Officials.*

Nec his obstat dicere, quod in dicta *Const.* 11. *tit. de observar Const.* in eo, quod disponitur Magistratus sententiam excommunicationis audire debere in ingressu ipsius 26
Officii, utitur verbis præceptivis, & necessitatem denotantibus, ut ibi: *Hajan de obrir*, idest *debeant audire*, quæ dictio *debeant* inducit necessitatem *cap. oblata* 55. *de appellat. l.* 1. §. *si quis Magistratum, ff quod quisque juris*, Barbosa *dict.* 77. Balboa *in cap.* 1. *de appellat. nu.* 26. *vers. Quæ Doctrina.*

Quia respondetur, quod non ideò *dict. Const* 11. statuit, ut Officialis qui sententiam excommunicationis in ingressu
Officii non audiverit, habeatur pro persona privata, & eius 27
gesta sint nulla, quæ si voluisset, expressisset, *l. sed & si* 26. §. *ait Prator, ff. ex quibus caus. major. l. unic.* §. *sin autem Cod de caduc. tollen.* quo argumento passim utuntur DD. ut per Surdum *dec.* 195. *num.* 8. Gutierr. *pract. lib.* 3. *quæst.* 29. *ex num.* 3. Peregrin. *de fideicom. artic.* 25. *num.* 28. Menchaca *de succes. creat.* §. 3. *num.* 6. & conducunt verba, *cap. inter corporalia* post medium *extra de translat. Episc.* ibi: *Undè circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse, & quod non est Sanctorum Patrum decreto sancitum, superstitiosis non est adinuentionibus præsumendum* conferunt *text. in l. si servum* 71. §. *non dixit, ff. de adqui. hæred. l. si ita stipulatio* 126. §. *Chrysogonus, ff. de verbor. oblig.* & ex innumeris ornat Tiraquel. *in l. si unquam* in verbo *liberti num.* 3. *& seqq. Cod. de revocand. donat. & num.* 5. circa medium, sequitur Sanfelic. *decis.* 62. *num.* 111. *& seqq.*

Prout expressit, respectu securitatis tabulæ, & juramen- 28
ti in ingressu Officii præstandi per Officiales temporales, qui purgat tabulam, & disposuit *in Const.* 8. *tit. de Offic. de Jur. de Taula* in relatis verbis supra, *& in Const.* 6. *titul. de Offici de Govern.* ibi: *Tro sus lo jurament ajam prestat, los actes per ells faedors sien nullos.*

Suffragatur intellectus iste, ex observantia subsequuta; quia non omnes Officiales in hoc Principatu sententiam excommunicationis in ingressu Officii audire assuescunt, & observantia est optima legum interpres, *leg. de quibus* 32. *l. si de interpretatione* 37. *ff. de leg.* Fontanel. *decis* 457. *numer.* 5. *& 8. & decis.* 481. *num.* 15. Ramon *cons.* 65. *numer.* 14. Carena *resol.* 104. *num.* 13. Excellentiss. Crespi *observ.* 83. *num* 13. Rota *recen. par.* 17. *dec.* 184. *num.* 10. & subse-

quutæ

quutæ obſervantiæ, adeò progreditur virtus, & poteſtas, ut vincat verum intellectum diſpoſitionis, Burat. *dec.* 944. *num.* 6. Rubeus *de validit. legal. cap.* 42. *numer.* 52. *& ſeqq.* (ubi plura de hac re *in cap.* 43.) D. Joſeph. Roſa *conſultat.* 9. *num.* 40. & præſertur obſervantia proprietati verborum, Fontanel. *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 1. *numer.* 41. *& ſequentibus* Xammar *de Offic. Judic. part.* 1. *quæſt.* 18. *à numer.* 27. Rubeus *de validit. leg. dict. capit.* 42. *num.* 53. Rota *recent. part.* 10. *deciſ.* 199. *num.* 13. *& part.* 12. *deciſ.* 300. *num.* 31. *verſ. Quamvis, & part.* 17. *deciſ.* 212. *num.* 7. diſtinctè, & doctè D. Ludovicus de Valentia *in illuſtr. Conſt.* 7. *titul. de elect. cap.* 4. *nu.* 90. *& ſeqq.* Reg. Viloſſa *poſt tract. de fugit. diſert.* 3. *num.* 87. *cum ſeqq.*

30 Quæ obſervantia juris præexiſtentis declarativa nunquam cenſetur ſubblata per ſtatutum tollens conſuetudinem ut in noſtris terminis Conſtitutionum ſcribit Fontanella *deciſ.* 217. *num.* 6. Doct. Ludovic. à Valentia *in dict. capit.* 4. *nu.* 87. allegat Fagnan. *in cap. conſuetudines de conſuet. numer.* 35.

31 Inde affirmare valemus, ut procedi poſſit per uſat. *auctoritate, & rogatu* contra offendentes, vel iniuriantes Officiales Regios etiamſi excommunicationis ſententiam non audiverint in ingreſſu Officii, quia hæc requiritur *in dict. Conſtitut.* 11. *titul. de obſerv. Conſtit.* ut Officiales majori vinculo aſtringantur ad obſervantiam conſtitutionum; ſed non, ut aliàs geſta per Officiales, qui ſententiam excommunicationis non audierunt, ſint nulla tanquam facta à privata perſona.

32 Pro intelligentia deſuper citatæ *Conſtit.* 13. *tit. de ofici de Veguer*, ſequitur ejus littera, & explicatio. *Eque los dit. Balles, ſi de dits Sotsballes nos podia ſeguir juſticia als clamants ſien tinguts per las culpas, negligencias è delictes comeſos per aquells Sotsbatlles, con à aquells Balles en aquell cas puxa eſſer mala electiò imputada. Acò mateix entenèm de Capdeguaytas, qui per lo Veguer de Barcelona aqui ſeràn elets, è poſats, com no ſia intencio noſtra, que los dits Capdeguaytas en altres llochs ſian conſtituits, ò encara ordenats.* Concordat *Conſt.* 20. *Cur. anni* 1599. ubi gerens Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ tenetur rationem reddere in Syndicatu de geſtis per ſuum Locumtenentem, ſeu ſubſtitutum, quem in caſu abſentiæ, vel infirmitatis, aut ſimilis impedimenti conſtituerit. Quibus in caſibus ſubſtituens excuſari non poteſt à culpis, & delictis ſubſtituti, cum in dictis Conſtitutionibus id expreſsè cautum ſit, & ſic verſemur in claris. Rovitus *dec.* 79. *num.* 9. ibi: *Non poteſt excuſare ſubſtituentes, dum in ea eſt expreſſa conditio, ut ſubſtituens teneatur de culpis, & defectibus ſubſtituti juxta doctrinam Franciſc. Aret. in l. continuus, §. ſi ab eo num.* 18. *in fin. verſ. Adde etiam in quantum, & verſ. Non obſtat præmiſſis. ff. de verbor. obligat. quam ſequitur. Reg. de Ponte conſ.* 85. *ex n.* 4. *lib.* 2. *idem Rovitus conſ.* 87. *n.* 3. *vol.* 1. *& noviſſimè Giurba conſ.* 36. *n.* 19. *&* 43. & proſequitur Altimarus *in annot. ad d. conſ.* 87 Roviti *num.* 1. Moles *dec. §.* 16. *qu.* 11. *num.* 2. Galeota *reſp. Fiſc.* 11. *num.* 8. Luca ad Franc. *deciſ.* 212. *num.* 4.

33 Prout etiam frequenter apud DD. traditur, quod ſubſtituens aliquem ad officium, cui præeſt, tenetur de culpis, defectibus, & delictis ſubſtituti, *leg. exactores* 8. *Codic. de ſuſcep. lib.* 10. ibi: *Et animadvertant quicumque nominaverint, ad diſcrimen ſuum univerſa, qua illi geſſerint, redundare, l. nullus qui nexu* 60. *C. de Decur. lib.* 10 ibi: *Hi verò qui Honorario titulo Illuſtrem dignitatem conſequuti ſunt, per ſubſtitutos pericula ſuarum facultatum Curiæ muneribus ſatisfacere non verentur*, cum qua per eadem verba concordat, *l. ad ſimilitudinem* 21. *Cod. de Epiſc. & Cleric. l.* 1. *Cod. de Præpoſitis agent. lib.* 12. *in fin.* ibi: *Quam ſcientiam, peritiamque rerum habentem, electione ſua, ſuarumque periculo facultatum, præfatum munus eos implere præcipimus*, & in ſubſtituto carcerarii, *l. fin. in princ. ff. de cuſtod. reor.* ibi: *Non eſt facile tyroni cuſtodia credenda, nam ea perdita, is culpa reus eſt, qui eam ei committit* comprobant Cancer *variar.* 2. *cap.* 2. *num.* 93. *& var.* 3. *cap.* 12. *nu.* 188. Berart *in ſpecul. viſit. cap.* 11. *num.* 11. *& cap.* 25 *num.* 79. *&* 82. Xammar *Offic. Judic. par.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 84. *cum pluribus ſeqq.* Gallego *in reſp. pro Syndic. capit.* 5. *num.* 8. Reg. Conſtant. *in dict. leg. nullus Cod. de Decur. lib.* 10 *num.* 57. *cum pluribus ſeqq.* Ludovic. *deciſ.* 233. *num.* 1. Rota *deciſ.* 379. *ſub num.* 1. *par.* 4. *recent.* Giurba *conſ. Crim.* 36. *numer.* 15. 19. & 20. Staibanus junior *reſol. forenſ. part.* 1. *reſol.* 34. *num.* 8. quos laudat, & ſequitur Leonard. Rodoer. in addit. ad Marin. *libr.* 1. *reſolut. quot. cap.* 3 *num.* 1. qui rem ampliat in pluribus *num. ſeqq.* Thoro *in ſupplem. deciſ. verbo Officiales pag.* 456. Roccus *de offic. rub.* 4. *num.* 29. & 30. *& rub.* 14. *de commiſ. contrab.* §. 3. *num.* 9. Farinac. *in prax. quæſtion.* 24. *ex num.* 53. *& quæſt.* 31. *num.* 49. *& ſeqq. conſil.* 207. *& conſ.* 230. *vol.* 3. Bovadi. *in politic. lib.* 1. *cap.* 12. *numer.* 43. *& lib.* 5. *capit.* 1. *ex num.* 78. Maſtrii. de Magiſtrat. *libr.* 1. *cap.* 29. *num.* 42. Solorza. *de jure Indiar. part.* 1. *libr.* 3. *capit.* 6. *ex num.* 106. (ubi de dominis, an teneantur de exceſſibus familiæ) Carleval. *poſt tract. de judiciis in apologia nu.* 1. Galeota *reſp. Fiſc.* 11. Altim. ad Rovit. *d. conſ.* 87. *num.* 1. *& pluribus ſeq.* Moles *deciſ. tit. de pœn. §.* 16. *qu.* 11. Marin. ad Rever. *dec.* 325. *& dec.* 530. Luca ad Franc. *dec.* 212. *num.* 4.

Officialis condemnatus ex facto ſui ſubſtituti poteſt ab illo repetere, vel de ejus ſalario retinere, niſi ſecum fuerit 34
particeps fraudis, & eum particem facit ſola ſcientia fraudis, Xammar *de Offic. Judic. par.* 1. *dict. quæſt.* 24. *num.* 86. Farinac. *in prax. quæſt.* 24. *num.* 90. Maſcard. *de interp. ſtat. concluſ.* 4. *num.* 91. Guaz. *def.* 33. *cap.* 2. *num.* 9. Giurba *conſ.* 36. *num.* 37. *& ſeqq.*

Memorata tamen regula, quod ſubſtituens teneatur de 35
facto ſubſtituti, diverſas patitur fallentias. Primam, ut non procedat, quando electio, vel ſubſtitutio eſt facta ex cauſa neceſſaria, & non voluntaria Canc. *var.* 2. *d. cap.* 2. *num.* 93. *cum duobus ſequent.* veluti quando Dominus juriſdictionis, vel Univerſitas, aut alia perſona ex facultate ſibi per Regem, vel Dominum juriſdictionis conceſſa, nominat duos, aut plures, & ex illis, Officialis unum eligit, & creat in ſuum Locumtenentem, tunc non tenetur de exceſſibus Locumtenentis; quia non poteſt imputari Officiali, qui talem conſtituerit Locumtenentem, ut poſt Canc. & eum citatum ſequuntur Xammar *de Offic. Judic. par.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 87. Reg. Conſtant. *in dict. leg. nullus C. de Decur. lib.* 10 *num.* 59. Altimar. ad Rovit. *dict. conſ.* 87. *nu.* 3. qui ideò inferunt, quod principalis non tenetur de defectibus ſubſtituti, quando ſubſtitutio eſt facta ex neceſſitate Officii; ſi nulla fraus, vel negligentia intercedat; puta quia ſubſtitutus idoneus, & fide dignus reputabatur, (& cenſet Altimar. citat. ex neceſſitate officii factam eſſe ſubſtitutionem, quando officium recipit aſſiſtentiam in diverſis partibus unico tempore) hanc fallentiam ſequuntur DD. communiter Rovitus *deciſ.* 79. *num.* 2. Moles *deciſ. tit. de pœnis d. §.* 16. *quæſt.* 11. *num.* 1. Rodoerius ad Marin. *reſolut. quotid. dict. cap.* 3. *num.* 6. Carleval *poſt tract. de judic. in apologia nu.* 2. dummodò neceſſitas eſſet præciſa ab initio ſuſceptæ adminiſtrationis, ut voluit Rovit. *dict. deciſ.* 79. *num.* 6. Galeota *reſp. Fiſc.* 11. *num.* 3.

Adhuc in caſu neceſſitatis requirunt, ut ſubſtituens ex- 36
cuſetur a facto ſubſtituti, quod ſubſtituens eligat perſonam valdè integram, & eam qualitatem teneatur probare (ut infra dicitur in quarta fallentia,) & in his terminis loquuntur Rovitus *dict. deciſ.* 79. *num.* 6. Galeota *dict. reſp. Fiſc.* 11. *num.* 5. qui fundantur in deciſ. Ludoviſii 233. *num.* 5. & ibi addentes, Giurba *conſ. Crimin.* 36. *num.* 17. *&* 51. ſed hi non loquuntur de caſu, in quo Officialis ex neceſſitate ſubſtituit; hæc enim exiſtente cauſa liberandum eſſe ſubſtituentem, prout liberaretur etiam ſi voluntariè elegiſſet perſonam valdè integram, cujus qualitas benè probaretur, ut dixit Giurba *dict. conſil.* 36. *numer.* 51. ibi: *Niſi ea concurrerent, quæ tradit Ludoviſ. Rota deciſion.* 233. *numer.* 5 *& dixi num.* 17. *tunc enim ſequerer potius negantium ſententiam, ſubſtituentem non teneri, ut in praxi æquius, & humanius.*

Secundam fallentiam adducunt, ſi Officialis ſubſtituit 37
aliquem, qui poſtea confirmatur à Prorege, & ab ejus manibus ſuſcipit officium per viam proviſionis; quia hoc caſu nominans, ſeu ſubſtituens non tenetur de culpis, & defectibus ſubſtituti, tanquam à ſuperiore approbati Rodoe. ad Marin. *reſol. quot. dict. cap.* 3. *num.* 11. qui allegat Moles *deciſ. dict. §.* 16. *quæſt.* 11. ubi hæc ponit verba, *ſed ſolent etiam hi Officiales non ſubſtituere, ſed cum licentia Prorege deputare alium, qui à Domino Prorege per viam Regentiæ ſuſcipit commiſſionem, & officium adminiſtrat, & in his decrevimus principalem nullatenus teneri, nec principaliter, nec in ſubſidium, leg.* 1. *& tot. titul. Cod. de offic. eius qui Vicem alic. jud.* & ſubdit (hæc ſunt animadvertenda *pro Conſt. ſtatuim* 13. *tit. de ofici de Veguer* juxta notam Mieres *part.* 1. *in noviſ. dict. cap.* 18. *in Curia Alphonſi* 3. *pag.* 266. ſupra litteraliter relata) ideo ſolet Camera in iſtis Regentibus novam fidejuſſionem recipere; quia eſt nova perſona, ſequitur Staibanus junior *par.* 1. *dict. reſol. foren.* 34. *num.* 9.

Idem in ſubſtituto confirmato decreto ſuperioris tradit 38

Luca ad Franc. *dec.* 212. *num.* 4 vel Judicis, Rovitus *dict. conſ.* 87. *num.* 3. Rodoer. ad Marin. *quot. reſolut. dict. cap.* 3. *num.* 11. Farinac. *in prax. quæſt.* 24. *num.* 87. *& ſeqq.* ubi ſimile docet eſſe in Capitaneo Carcerum, qui licèt teneatur de culpa ſuorum miniſtrorum, ſociorum, & ſubcuſtodum per Gram. *vot.* 29. *num.* 11. *& 12.* Menoch. *de arbit. libr.* 2. *cent.* 1. *caſ.* 302. *numer.* 5. Clar. *pract. quæſt.* 6. *verſ. Cuſtos carcerum* Marin. ad Revert. *part.* 1. *deciſ.* 325. *num.* 1. non tamen tenetur, ſi ſubſtitutus, ſeu Socius, cuius culpa, vel cum quo carceratus aufugit, fuerit à Judice, à Principe, ſeu alio ſuperiore Deputatus *ad tex. in l. fin. verſ. Interdum, ff. de cuſtod. reor.* Giurba *dict. caſ.* 302. *numer.* 8. & repetit idem Farinac. *in prax. quæſt.* 31. *num.* 57. Menoch. *d. conſ.* 36. *num.* 14.

39 Et in his terminis accidit de anno 1615. in quo cum Commentarienſis Carcerum Regiorum Barcinonæ nominaret quendam in cuſtodem carcerum, obtulit Regio Concilio nominationem à ſe factam, ut ab eo probaretur, & admitteretur, ut ita pro ſuo Locumtenente non teneretur, ſi aliquando carcerati aufugerent, & licet ſcribat Xammar *de Offic. Judic. part.* 1. *d. quæſt.* 24. *num.* 89. ex majori parte concluſum fuiſſe in R. C. eſſe admittendam nominationem, cæteris tamen contrarium voventibus, qui cenſuerunt magis Domino Regi expedire, ut Commentarienſis ſuo periculo nominaret; at concordi voto fuiſſe concluſum admittendam eſſe nominationem, intuſpexi die 16 Octobris 1615. in Carceribus Regiis in Regia Viſita præſidente &c. *fol.* 447. *concl. crim.* ibi.

40 *In facto ſupplicationis oblatæ per Gaſparem Montaner Civem honoratum Barcinonæ ſuper admiſſione nominationis cuſtodis carceris Barcinonæ per ipſum factæ; fuit factum verbum per Nob. Franciſcum Roig, & de Mendoca, & fuit in dicto Regio Concilio concluſum, quod admittatur nominatio*, & nunc noviter in alio Commentarienſi pariter id ipſum R. C. obſervavit, attenta idoneitate cuſtodis carcerum à commentarienſi nominati, in eodem officio exercitati per multum temporis ſpatium. Et in Officiali ſubſtituto à Regente librum primum majorem banchi communium depoſitorum hujus Civitatis, qui à Conſiliariis ejuſdem fuerat approbatus, fuit concluſum 14. Novembris 1684. referente Nobili Narciſo de Anglaſell Tertiæ Aulæ Doct. Scriba Petro Matyre Vila Not. inter Syndicum Civitatis Barcinonę ex una, & Joſephum Cabanyes Mercatorem, & Bonaventuram Vila Notr. Pub. ejuſdem Civitatis partibus ex alia.

41 Tertiam aſſignat, ut ſubſtituens non teneatur de defectibus ſubſtituti, ſi ſubſtitutus deliquerit circa ea, quæ officium, vel illius exercitium non reſpiciunt Marin. *reſolut. quo.* *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 6. & ibi Rodoer. *num.* 8. qui addit, *tex. in l. qui peculii* 47. *ff. de pecul.* Ludovil. *dec.* 233. *num.* 6. Bovad. *in polit. lib.* 5. *cap.* 1. *numer.* 78. *& 79.* Farinac. *in prax. quæſt.* 24. *num.* 49. Berart *in ſpecul. viſit. cap.* 25. *numer.* 79. Reg. Conſtant. *in d. l nullus C. de Decur. lib.* 10. *n.* 68. Giurba *conſ.* 36. *num.* 26. latè.

42 Quartam ſcribunt fallentiam in Officiali ſubſtituente in officio perſonam valdè integram, quaſi eo caſu non ſit in culpa, & ceſſet regula *mala electio eſt in culpa*, nec tunc poteſt ad aliquid teneri, ſi mutatis ex poſt facto moribus ſubſtitutus delinquat Ludovil. *dict. dec.* 233. *num.* 5. Moles *dec.* §. 16. *quæſt.* 11. *de pœnis n.* 8. Altimar. ad Rovit. *conſ.* 87. *num.* 3. (ubi dicitur idoneus ſi eſt ex eodem ſanguine ſubſtituentis) Roder. ad Marinis *dict. cap.* 3. *num.* 9. Carleval. *poſt tractat. de judic. in apolog. num.* 2. Luca ad Franc. *deciſ.* 212. *num.* 3. *verſ. inſoluta.* (qui loquitur in Cuſtode Arcis qui loco ſui virum aliàs probatæ conditionis ſubrogaverat, & ſubrogatus perdiderit Arcem, & perfidè egerit) & infrà *num.* 5. Reg. Conſtant. *ad d. leg. nullus Codic. de Decur. lib.* 20. *num.* 63. *& num.* 64. cum quibus quadrat littera *d. Conſtit.* 13. *tit. de officii de Vegner.* in illis verbis: *Com à aquells Balles en aquell. cas puxa eſſer mala electio imputada*, & expreſsè *in Conſt.* 20. *Curia. ann.* 1599. ubi in caſibus ibidem deſignatis impartitur facultas Gerenti Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ nominandi Locumtenentem, & diſponitur, ibi: *Ab que tinga les calitats requiſidas per haben adminiſtrar dit offici, altrament ſia tingut, y obligat à las culpas, y exceſſos, que en dita adminiſtratio dit Loctinent ſeu farà.*

Licet non ſufficere electionem cujuſvis perſonæ idoneæ,
43 habilis, & fide dignæ ex communi reputatione, ſed neceſſe eſſe, quod perſona electa ſit valdè integra, & ſolita cum integritate ſe gerere in negotiis ſibi commiſſis, & quod hujuſmodi qualitates benè, & ſpecificè probentur, docent Rovit. *d. dec.* 79. *num.* 7. Ludovil. *dec.* 233. *num.* 9. ubi addit. Giurba *conſil. Crim.* 36 *num.* 17. *& 51.*

Quintam tradunt fallentiam, quando Officialis habet expreſſam à domino juriſdictionis facultatem ſubſtituendi, nam tunc non tenetur de facto, ſeu exceſſibus ſubſtituti Riccius *part.* 2. *dec.* 168. refert Xammar *de Offic. Jud. part.* 1. *d. quæſt.* 24. *num.* 90. 44

Contrarium ſequuntur Giurba *conſ.* 36. *num.* 19. *&* 20. Rovitus *in prag.* 1. *de Syndic. num.* 53. niſi eſſet conceſſa facultas ſubſtituendi limitata ad certam perſonam, vel aliàs eſſet electa perſona integra, ut notat Stalbanus junior *reſolut.* 34. *num.* 8. *& ſeqq.* 45

Quod corroboratur, quia, etſi dicant, quod Procurator ſubſtituens qui utitur facultate ſubſtituendi, ſibi conceſſa, non tenetur de facto ſubſtituti Xammar *de Offic. Judic. par.* 1. *d. quæſt.* 24. *num.* 91. Franch. *deciſ.* 212. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 395. *num.* 9. Reg. Conſtant. *ad l. nullus Cod. de decur. lib.* 10. *num.* 95. Caſtillo *deciſ.* 119. Riccius *collect* 351. Marin. *lib* 1. *reſolut. quot. cap.* 261. *in fin.* & ad Revert. *deciſ.* 151. *num.* 1. rationem aſſignant; quia videtur hic Procurator conſtitutus, à Domino, mediante perſona ſubſtituentis. 46

Contrarium tenent Stalban. junior *dict. reſolut.* 34. *per totum* (qui ſolum ſentire videtur non teneri Procuratorem de facto ſubſtituti, quando non habuerit facultatem revocandi ſubſtitutum,) & laudat, *tex. in l. ex facto* 31. *ff. de negoc. geſt.* Merenda *lib.* 5. *cont. cap.* 26. *per totum* citati per Luca ad Franch *d. deciſ.* 212. *numer.* 2. Altim. *ad conſ.* 87. Rovit. *num.* 13. & docent, quod ſubſtituens non teneatur de facto ſubſtituti, quando eſt data poteſtas ſubſtituendi certam perſonam, ſecus autem ſi ſimpliciter jus ſubſtituendi habeat; & quod etiam hoc caſu, quando data eſt facultas ſubſtituendi ſimpliciter, liberatur ſubſtituens, ſi ſubſtitutus ſit perſona valdè integra Ludovil. *deciſ.* 233. Seraphin. *deciſ.* 527. quos laudat, & ſequitur Luca ad Franch. *d. deciſ.* 212. *numer.* 3. *verſ. Involuta*, ubi, quod ea ratione fundatur; quia cum ſubſtituitur perſona integra, concurrit interpretativè mens principalis, qui ad aliud non cenſetur velle obligare Procuratorem, dum concedit facultatem ſubſtituendi, quam ad ſubſtituendam perſonam probatæ fidei. 47

In caſibus, quibus tenetur Bajulus de exceſſibus Subbajuli, aut Vicarius Barcinonæ de culpis, ſeu delictis capitum excubiarum, redeundo *ad d. Conſtit.* 13. *tit. de offici de Vegner* erit in ſubſidium, ut diſponitur *in d. Conſtit.* 13. *tit. de offici de Vegner*, in illis verbis: *Si de dits Sotsballes nos podia ſeguir juſticia als clamants*, & in aliis Officialibus comprobant *ex l. juxta inveteratas* 2. *Cod. de ſuſcep.* de Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 4 *de regal. impoſit.* §. 8. *nu.* 20. Berart. *in ſpecul. viſit. cap.* 11. *num.* 11. *& cap.* 25. *num.* 84. Cancer *var.* 3. *cap.* 12. *num.* 139. 48

Controvertunt hic ſtrenuè DD. an Magiſtratus principalis, qui tenetur de exceſſibus ſubſtituti, liberetur illum exhibendo; affirmativam ſequuntur, *ex tex. in l.* 1. §. *quod noviſſime, l. ſi cum exhibuiſſent in princ. ff. de public.* Guaz. *defen. reor.* 33. *cap.* 2. *numer.* 5. Ponte *conſ.* 85. *part* 2. *numer.* 5. Farinac. *in prax. quæſtion.* 111. *num* 143. Berart *in ſpecul. viſit. cap.* 25. *num.* 82. Reg. Conſtant. *in d. leg. nullus Cod. de Decur. libr.* 10. *num.* 68. licèt exhibitus ſolvendo non ſit; quia luet in corpore, & liberabitur exhibens, & eam opinionem tenent alii relati à Rovit *deciſ.* 79. *num.* 3. *& 9.* Altim. ad Rovit. *conſ.* 87. *num.* 6. & a Giurba *conſ. crim.* 36. *num.* 39 cum quibus tranſire videtur, ſi eligatur idoneus *ex num.* 43. *cum pluribus ſeqq.* 49

Et quod adhuc excuſetur Principalis ab exhibitione ſubſtitutorum Officialium, & Miniſtrorum ubi mortui eſſent, vel baniti ſine dolo, & culpa ejuſdem Principalis Farinacius *in prax. quæſtion.* 111. *numer.* 144. Berart *in ſpecul. viſit. dict. cap.* 25. *numer.* 83. Giurba *d. conſ.* 36. *numer.* 44. 50

Negativam, quod per exhibitionem non liberetur Officialis principalis tradunt per *tex. l. Ad Commentarienſem* 4. *C. de cuſtod. reor. l. in fin. in princ. & ibi gloſ. ff. eod.* Reg. Conſtant *in d. l. nullus C. de Decur. lib.* 10. *nu.* 69. (qui loquitur in Officiali eligente Aſſeſſorem) Bovad. *in polit. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 4. Rovit. *in prag.* 1. *de Syndic. offic. n.* 57. & alii allegati per dictos Rovit. & Giurba. 51

Quia nominans Miniſtrum, & ſubofficialem, eſt veluti ejus fidejuſſor, *l. fin. ad fin. Cod. quo quiſque ordine conven. lib.* 10. & ut talis convenitur, *l. Imperator* 11. *ff. ad municip.* & fidejuſſor non liberatur exhibendo debitorem, §. *fin. inſt. de replicat.* Giurba *d. conſ. crim.* 36. *num.* 40. 52

53 Alii cum Bartolo *in lib.1. §. familiæ, & in §. quod noviſſimè, ff. de public.* in quæſtione ſuſcitata diſtinguunt, inter officium publicum, & privatum, & ajunt, quod habens officium publicum liberatur exhibendo ſubſtitutum à ſe in illo officio, qui deliquit, ſeque culpabilem teddidit in adminiſtratione illius; ſecus autem in habente officium privatum Ludoviſ. *deciſ.233.num.3.& 4.* Giurba *d. conſ. crim. 36.num.40. cum pluribus ſeqq.* & de mente Bartoli alias formant diſtinctiones Carleval. *in apolog. poſt tractat. de judic.num 4.* recitat Rovitus *deciſ.79.* & non omittit Galeota *reſp. Fiſc.11.* qui omnes ſuper eadem cauſa de hoc articulo laborioſius ſcripſerunt.

54 Alii, Bartoli diſtinctionem *in dict. lib.1. §. familiæ, ff. de publicanis* reſpuunt, ſic Cumanus *in dict. lib.1. §. quod noviſſimè, ff. de public.* qui valdè miratur de tali differentia, inſpecto, quia, omnis ratio expoſcit, ut ſævius plectatur delinquens in officio publico, quam in privato, & tanto pluris, quanto publica utilitas, privato præferrur commodo, ſequitur Rodoer. ad Marin. *reſol. quor. libr 1. cap.3. num.5.*

55 Amplius ſcripſit Capyc. Galeota *dict. reſp. Fiſc.11.n.10. verſ. Omiſſa*, quod Bartolus non ita clarè loquitur, ut ſolet citari; ſed tantùm dicit, ſpeciale eſſe in illo edicto de Publicanis, ut exhibendo ſubſtitutum liberetur, & licèt ſubdat ſecus eſſe in eo qui gerit officium privatum, & convenitur, *ex tit. nautæ, caupones, & ſtabularii*; attamen non dicit indiſtinctè, in omni officio publico admitti exhibitionem; ſed potiùs contrarium, ſpeciale eſſe in illo edicto, & ſic non idem eſſe in aliis, quamvis publicis, ſed facit tantum diſcrimen inter tit. *de Publicanis*, & tit. *Nautæ, Caupones, & Stabularii*, & quidquid ſit ex traditis à Marcello de Mauro *allega.93. ante fin. num.18.* videtur juſtiſſimè hæc diſtinctio confundi juribus, & rationibus per eum adductis; quia majus periculum vertitur in publico, quam in privato: & quia in publico quis non liberatur exhibendo, ut in Commentarienſi, *l. ad Commentarienſem 4. Cod. de cuſtod. reor.* & in privato officio exhibendo quis hominem liberatur, *l. ex Divi Antonini 4. Cod. de locato.*

56 Placuit in hac re affirmare, Officialem qui tenetur de facto ſubſtituti liberari exhibendo ſubſtitutum, nec teneri, niſi in ſubſidium. Idemque affirmandum; & ſi in poteſtate ſubſtituendi adſit clauſula, ut de culpis ſubſtituti teneatur ſubſtituens, prout eſt in noſtris Conſtitutionibus, quia adhuc per exhibitionem ſubſtituti liberabitur ſubſtituens, & tantum tenebitur in ſubſidium diſcuſſo ſubſtituto; Altimar. ad Rovitum *dict. conſ.87. n.10.*

57 Quoniam ſubſtituens eſt ſubſtituti fidejuſſor indemnitatis, *l. Imperator 11 §. quod ſi forte ff. ad municip. l. ultim. in fin. Cod. quo quiſque ordine conven. lib.10. l. quoniam Augerio 3. in fin. Cod. de conven. Fiſc. debit. eod. lib.10. l.1. & 2. Cod. de peric. nom. lib.12.* qui niſi excuſſo principali non convenitur, & beneficio excuſſionis, gaudere debet, quamvis illi renuntiaverit Carleval *poſt tract. de judic. in apolog num.9.* & in fidejuſſore indemnitatis ſcribunt Gutier. *de juram. confirm par.1. cap.23.* Surdus *conſ.4. nu. fin. tom.1.* Cancer *var.2. cap.5. num.75.* Fontanel. *de pact. nup. 1 claus.4. glos.9. par.5. num.31. & 59.* Gomez *var. tom.2. cap.13. num.3.* ubi Ayllon allegans Salgad. *in Labyr. cred. par.1. cap.23. num.83.* Larrea *allega. Fiſc.112. num.45.* & plures alios quibus adde Faber *in Cod. lib.8. tit.28. dif.46.* & fuit concluſum 19. Novembris 1684. im exemplari de ſuper relato *nu.40.* inter Syndicum hujus Civitatis ex una, & Joſephum Cabanyes Mercatorem, & Bonaventuram Vila Not. Pub. ejuſdem Civitatis fidejuſſores Officialis Civitatis ex alia.

58 Si tamen non fuerit obligatus tamquam fidejuſſor, nec fidejuſſoris nomine, & in poteſtate ſubſtituentis adeſt clauſula, quod teneatur de culpis ſubſtituti *principaliter*, tunc non liberatur ſubſtituens exhibendo ſubſtitutum; quia tenetur tamquam principalis, & in ſolidum, nec conſideratur tunc fidejuſſor, ſed conſtituitur principaliter obligatus cum ſubſtituto; ut concordando has opiniones optimo jure tradit Altima. ad Rovit. *conſil.87. num.10. & ſeqq.* ibi: *Mihi verò ſemper placuit diſtinguere in hac materia, aut ſubſtitutus eſt obligatus ſimpliciter cum clauſula, ut teneatur de delictis ſubſtituti abſque dictione principaliter, & eo caſu procedunt DD. per Carleval allegat. Medic. conſ. 31. & 62. ubi dicit prius eſſe conveniendum nominatum, deinde fidejuſſores, & ultimò nominantem; aut in clauſula adeſt dictio principaliter, vel æquipollens, & tunc tenetur principaliter, & inſolidum, ut fundat Reg. Ponte dict. conſ.85. poſt num.5. verſ. Nam non aliud vol.2. ubi dicit, quod de ſtylo Regiæ Cancellariæ hujus Regni ponitur dicta clauſula ad tollendam diſputationem; ſi ſubſtituens liberetur per exhibitionem ſubſtituti, & teneretur in ſubſidium, vel principaliter Rovitus deciſ.79. num.24. ubi tradit deciſum.*

Nec eſt vis facienda in illa ratione deſumpta ex lib.1. & 2. Cod. de peric. nom. lib.12. quod ſubſtituens ſit fidejuſſor indemnitatis, & ſic ex natura actus teneatur in ſubſidium (*ut argumentatur Carleval poſt tract. de judiciis in apologia num.9.*) *nam talis ſubſtituens cum tali clauſula, principaliter, non eſt fidejuſſor indemnitatis, ſed principaliter obligatus, & ſic ceſſat diſcuſſio.* 59

Poteſtas autem, ſeu Magiſtratus per exhibitionem ſuæ familiæ liberatur in totum à culpis, per aliquem de familia commiſſis, abſque participatione. Moles *deciſ.§ 16. qu. 11. de pœnis num 6.* Rovitus *dict. deciſ.79. num.26.* ubi rationes aſſignat, & idem in Miniſtris Deputatis à Publicano infert *ex tex. in lib. quamvis audacia 12. ff. de Public.* Revert. *deciſ 325. num.1.* Altima. ad Rovit. *d. conſ.87.n 8.* 60

Commentarienſis non liberatur à pœna ob exceſſus per cuſtodes commiſſos illos exhibendo, *ex l. ad Commentarienſem 4. Cod. de cuſtod. reor.* Gram. *vot.29.* Rovitus *deciſ.79. num.23.* Marin. ad Reverter. *deciſ.325. num.1.* Farinac. *in prax. quæſt 31. num.49. 50. & 51. qui num.55.* illud limitat, quando Cuſtos ſubſtitutus à principali ſubſtitutionis tempore erat ab omnibus tentus, & reputatus fidejus Giurba *conſ. crim.36. num.43. verſ. Cuſtos* ubi latiſſimè. 61

Licèt Bajulus, aut Vicarius Barcinonæ ex dicta conſtitutione teneatur pro delictis ſubſtitutorum, intelligendum venit civiliter, & non criminaliter, ut in omnibus Magiſtratibus generaliter ſcribit Cancer *var.3. dict. cap.12. nu. 136.* ubi ex Baldo, docet, quod ſtatutum dicens poteſtatem teneri pro familia, intelligi civiliter tantum, quod adeò verum eſſe affirmat, ut licèt Poteſtas expreſsè ſe obligaſſet ad ſolvendum pro familia, omnem pœnam Civilem, & Criminalem, intelligi de pecuniaria, & non de corporali; quoniam membrorum ſuorum, nemo dominus videtur, *l. liber homo 13. ff. ad leg. Aquil.* quam rationem expreſſit ad hanc rem idem Cancer *var. par.2. cap.5. n 95.* & ſequitur Berart *in ſpecul. viſit. cap.25. num.85.* Bovadilla *in pollit. lib.5. cap.1. num.79. & 80.* nec pœna delicti auctorem egredi debet, *l. ſancimus 22. C. de pœnis, l. ſi quis ſuo 33. §. legis, C. de inof. teſtam. §. omnes inſt. de noxal. act.* Giurba *d. conſ.36. num.35. & ſeqq.* Guaz. *def.33. cap.2. num.1* niſi ſubſtituens fuerit in dolo verſatus. R. Conſtant. *in l. nullus, C. de Decur. lib.10 num.68.* Marin. ad Revert. *deciſ.206. num.5.* idem Revert. *deciſ.325. & 530.* ubi Marinis. Altim. ad Rovit. *conſ.87. n.14.* 62

Commentarienſis tamen carcerum pro delictis cuſtodis, eadem pœna cum principali punitur, *d. lib. ad Commentarienſem 4. C. de cuſtod. reor.* ibi: *Nam ipſum volumus hujuſmodi pœna conſumi, cui obnoxius docebitur fuiſſe qui fugerit, ſi verò Commentarienſis neceſſitate aliqua procul ab officio egerit: adjutorem ejus pari jubemus invigilari curæ, & eadem ſtatuimus legis ſeveritate conſtringi*, Celſus Hugo *conſ.121. num.1.* Cancer *var.2. cap.5. num.96.* ubi quod ita praxis obſervat; at nitiori teneri, ſcribit Marinis ad Revert. *deciſ.325. num.1. in fine.* Farinac. *in prax. quæſt.31. num.58.* & obſervavit Senatus in exemplari relato à Reg. Cortiada *deciſ.82. num.21.* 63

Regium decretum ſuper nullitate procedimentorum cauſarum, quæ pendentes erant, vel declaratæ fuerant in Audientia Cathaloniæ, & qua forma ſint tractandæ in Regia Audientia ſuæ Majeſtatis. 64

Die 14 menſis Auguſti anno à Nativitate Domini 1652. Barcinonæ juxtis tribus Aulis, in quadam Aula Domus Nob. & Magni. Jacobi Mir Regentis Regiam Cancellariam, quam fovet intus præſentem Civitatem Barcinonæ in vico lato, Præſidente dicto Nobil. Jacobo Mir, interfuerunt cum eo Nobiles, & Magnifici DD. Regiique Conſiliarii ſequentes.

Don Joſephus Andreu.
Don Joſephus Romeu de Ferrer F. A.
Paulus Puig.
Raphael Viloſſa.
Franciſcus Llunes.
Don Joſephus de Marti, & de Ferran.
Don Fabricius Pons, & de Caſtellui.
Don Michael de Cortiada F.A.P.

Infa-

In facto dubii propoſiti de ordine, & mandato ſuæ Celſitudinis per dictum Nobil. & Magnifi. Jacobum Mar. Regentem Regiam Cancellar. quomodo cauſa pendentes, & deciſæ in Audientia formata per Franciam durante tempore turbationum præſentis Principatus Cathaloniæ ſint tractandæ, proſequendæ, & decidendæ in Regia Audientia ſuæ Regiæ Majeſtatis.

ATtento licèt procedimenta, & omnia geſta in Audientia formata per Franciam durante tempore turbationum præſentis Principatus Cathaloniæ, ſint ipſo jure nulla, & nullius effectus, roboris, conſiderationis, ac momenti, & de illis nulla ratio habenda ſit, ex defectu juriſdictionis; Attamen inhærendo æquitati, propter publicam utilitatem; quia ex annullatione proceſſuum plura inconvenientia ſequi poſſunt, non ſolum propter teſtes, qui ab humanis deceſſerunt, verum etiam propter inſtrumenta deperdita, & decreta interpoſita, in grave partium damnum, ideò, & aliàs pro nunc, & donec per ſuam Regiam Majeſtatem aliter fuerit mandatum, fuit concluſum per omnes de conſenſu ſuæ Celſitudinis, quo ad cauſas motas in Audientia formata per Franciam inter partes, quæ fuerunt præſentes in præſenti Cathaloniæ Principatu, quod valida remaneant probationes, tam per teſtes, quàm per inſtrumenta facta, & quod hujuſmodi cauſæ ſi fuerint pendentes, taliter, quod in illis non fuerit prolata ſententia diffinitiva, evocari poſſint ad Regiam Audientiam ſuæ Regiæ Majeſtatis, eodem modo, quo tempore Sereniſſimi Domini Regis Don Joannis fuerat obſervatum, dicendo cauſam vertentem in Audientia Cathaloniæ, &c.

Si autem in illis fuerint prolatæ ſententiæ diffinitivæ, una, vel plures, & partes noluerint illas impugnare, quod valeant in vim laudi.

Si verò partes voluerint illas impugnare, eo tunc, ſi ſolum fuerit prolata una ſententia, & ab ea fuerit ſupplicatum, quod cauſa ſupplicationis veniat declaranda, ubi cauſa prima inſtantiæ, & ab hac ſententia ſit licitum ſupplicare, quamvis fuerit conformis. Sin autem fuerint duæ ſententiæ conformes, vel una tranſacta in rem judicatam poteſt pars, quæ prætenderit gravamen, reviſionem petere, & cum citatione alterius, quod hujuſmodi cauſæ ſint tractandæ ſummariſſimè concedendo dilationem ad probandum, tàm per teſtes, quàm per inſtrumenta; ita ut dilationes non excedant tempus duorum menſium, quod computandum, & numerandum erit, à die reportationis citationis, quibus elapſis ſit concluſum in cauſa, & habeatur proceſſus uti denuntiatus, & facta aſſignatione ad ſententiam abſque alia dilatione, ſit in illis declarandum, & pronuntiandum; & caſu quo ſententia fuerit conformis non liceat amplius ab ea ſupplicare; at ſi fuerit illarum revocatoria, ſit licitum ab ea ſupplicare, prout de aliis.

Quo verò ad cauſas abſentium habitantium in obedientia ſuæ Regiæ Majeſtatis, quamvis contra eos fuerint prolatæ ſententiæ, quod non ſit de illis, nec de proceſſibus aliqua ratio habenda, ubi nullius valoris, prout ſua Regia Majeſtas tales proceſſus, & ſententias nullius effectus eſſe declaravit ſua Regia Epiſtola. Dat. Matriti prima Februarii proximè elapſi, & quod abſentes ſpoliati bonis ſuis per tales ſententias, conſtito de poſſeſſione, quam antea habebant, reſtituantur ad illa ſummarie. Et quod idem obſervetur in illis, qui de facto fuerint bonis ſuis ſpoliati.

Et quod prædicta pariter procedant, & intelligantur in cauſis, & ſententiis Officialium Regiorum inferiorum.

65 *Poſtea autem die 30. prædictorum menſis, & anni, ex ordine dictorum Nobil. Regentis Regia Cancel. & Magnifi. DD. Regii Concilii, & R. A. Michael. Gratiâ Regius Scriba mandati, oſtendit præinſertam Regiam concluſionem Sereniſſimo Domino D. Joanni ab Auſtria Locumtenenti Generali ſuæ Majeſtatis, ad effectum ſi ſibi liceret, interponeret ſuam auctoritatem, pariter, & Regium decretum in eadem. Et dictus Sereniſſimus Dominus Locumtenens verbo dixit quod approbabat, prout approbavit dictam concluſionem, & omnia, & ſingula in ea contenta, mandans dicta Gratia, quod dictum decretum continuaret, prout cum præſenti continuavit in calce dictæ Concluſionis, eſt in libro concluſ. crimin. fol. 43. & 44. dicti anni 1653.*

66 Hic omiſſerunt Domini Senatores ſtatuere, intra quod temporis ſpatium petenda foret reviſio a die publicationis decreti, quod invenies penes Velaſq. *conſult.* 31. Gail *obſerv.* 154. & 159. *lib.* 1. Giurba *deciſ.* 4. 7. 14. 30. 35. 38. 66. 81. Larrea *deciſ.* 39. *à num.* 1. Suelues *tom.* 2. *remicem.* 2. *conſil.* 23.

DECISIO QUINTA.

ARGUMENTUM.

Accuſator, ſeu denuntiator contra Notarios Publicos Barcinonæ, eorum ſubſtitutos, vel juratos; Notarios Regios Civitatis Gerundæ; Judices Curiæ Regiæ; Scriptores Principis, eorum ſubſtitutos, vel Juratos, pro delictis in officio commiſſis quo modo admittatur; & an contra eos poſſit procedi ad inſtantiam Fiſci, & de officio, & quid in caſibus Regaliæ, ubi explicatur, qui ſint Scriptores Principis, eorumque Subſtituti, vel jurati, ad intelligentiam diverſarum Conſtitutionum, & Regiarum Pragmaticarum hujus Principatus.

SUMMARIUM.

1 *De auctoritate, & utilitate Notariorum, ſeu Tabellionum, uſque ad num.* 3.
4 *In delictis commiſſis in officio per Notarios publicos Barcinonæ non admittitur accuſator calumnioſus ſine pœna.*
5 *Accuſator, ſive denuntiator contra Notarios publicos Barcinonæ, & eorum ſubſtitutos, & juratos, non admittitur, niſi ſe ſubiiciat pœnæ talionis, cum cautione idonea quam prius preſtare teneatur, quod ſi in accuſatione, non plene probando intentionem ſuccubuerit, pœnam, quam accuſato infligi procurabat, ipſe accuſator incurrat, ac etiam emendam damni, ſumptuum, & intereſſe, & ultra, pro injuria irrogata, ſatisfactionem injuriato debitam reſarſire teneatur.*
9 *Contra Notarios Publicos Barcinonæ, non poteſt de officio procedi; ſed ad querelam, & inſtantiam, nominationem, & ſubſcriptionem partis, cujus intereſt tantum.*
7 *Calumniatoris pœna, quæ erat talionis, jam ab aula receſſit, & calumniator judicis arbitrio coercetur.*
8 *Adhuc hodie calumnioſus accuſator Notariorum Publicorum Barcinonæ in delictis Officii, pœna talionis punitur.*
9 *Pariformiter id ipſum eſt ſtatutum contra denuntiatores Judicum Curiæ Regiæ in delictis Officii, ut teneantur cavere pro pœna talionis, ultra emendam damni, & injuriæ, quam reſarcire teneantur.*
10 *Simile eſt privilegium conceſſum Notariis Civitatis Gerundæ, contra quos pro crimine falſi in officio commiſſi fieri non poteſt proceſſus, niſi ſolum ad inſtantiam partis privatæ; at ſi pars privata interverit, non excluditur Fiſcus.*
11 *Contra non obſervantes formam ſtatutam in Conſt.* 4. *tit. de Notaris, y Eſcrivans non proceditur, niſi ad inſtantiam partis, & num.* 12.
13 *Pragmatica Regia ſtatuens ſuper denuntiationibus Notariorum Publicorum Barcinonæ, fuit confirmata per Regium privilegium, quod hic recitatur.*
14 *Et obſervata per Senatum, ubi deciſio, & n.* 15.
16 *Alia deciſio.*
17 *Contra Scriptores Principis, & eorum Subſtitutos, vel juratos non admittitur accuſator pro delictis in Officio commiſſis, niſi ſe ſubiiciat pœnæ talionis, cum idonea cautione, & ad ſatisfaciendum intereſſe, damna, & injuriam, nec poteſt contra eos de Officio procedi.*
18 *De Dignitate Scriptorum Principis.*
19 *Scriptores Principis ſunt, qui illius Curiam ſequuntur.*
20 *Quæ ſit Regia Cancellaria noſtra, recitatur.*
21 *Regiæ Cancellariæ miniſtri cognominantur.*
22 *Scribæ Mandati creantur etiam à Rege.*
23 *Plura traduntur de ſecretorum obſervantia tenenda à Conſiliariis, & Scriptoribus Principum.*

24 *De auctoritate Scribarum Mandati.*
25 *De tempore Serenissimi Regis Petri Tertii, qui erant scriptores Regiæ Cancellariæ.*
26 *De Ministris Regiæ Cancellariæ.*
27 *De Scriptoribus, seu substitutis Scribarum Mandati, usque ad num.* 30.
31 *Nullus Notarius non Collegiatus potest scribere in R. A. tàm Civili, quàm Criminali, & non possunt Collegiati aliis non Collegiatis nomen præstare.*
32 *Pro crimine Officii non potest procedi contra Protonotarium, ejus Locumtenentem, Scribas Mandati, Scribas Regestri, & Scribas petitionerios, nisi ad instantiam partis, & cum cautione de pœna talionis, & emenda damni, sumptuum, interesse, & injuriæ.*
33 *Quæ procedunt etiam in Scriptoribus Principis, eorum Substitutis, & Juratis, qui tunc erant, ac etiam his qui pro tempore fuerint; ubi de virtute clausulæ, qui nunc sunt, & pro tempore fuerint, & clausulæ, & nostros scriptores præsentes, & futuros.*
34 *Dubitat auctor, sub illis Pragmaticis, quæ disponunt de modo procedendi contra Scriptores Principis, comprehendi Notarios Regios Collegiatos Aulæ Regiæ, qui nunc sunt Substituti Scribarum Mandati, ubi allegatur observantia.*
35 *In casibus quibus proceditur per regaliam ufaticorum ad procedendum contra Notarios Publicos Barcinonæ pro crimine in Officio commisso, non requiritur instantia partis.*
36 *In lege universali non comprehenduntur regalia, nisi de eis mentio specialis fiat.*
37 *Ponderatur doctrina Oliba.*
38 *Decisio Senatus.*
39 *Mensa nummaria Civitatis Barcinonæ est posita sub Regia protectione.*
40 *Privilegia non sunt multiplicanda, nec in eis procedit argumentum ex identitate, aut majoritate rationis:*
41 *Extra nominatos in dictis Regiis Pragmaticis, proceditur de Officio; sic contra alios Notarios Regios, ubi decisiones Senatus, usque ad num. fin.*

1 DESERVIUNT Notarii, seu Tabelliones publicæ utilitati; hi nedum apud pedaneos, minoresque magistratus creditum, & auctoritatem obtinent; sed apud Reges, & Principes, & cuncta eminentia tribunalia acceptissimi, & familiarissimi existunt. Hi eorum manibus, admiranda fide instrumenta, privilegia, & litteras ad perpetuam rei memoriam conficiunt, & post multa temporum sæcula, ex horum sola Notariorum subscriptione indubitatam probationem inducunt. Hi typum tenent Evangelistarum Christi, qui ejus gesta, & acta in Evangelio, tàm fideliter, quàm utiliter descripserunt. Et inter cæteras hujus artis commoditates, qui illam exercent magna lucra, summos honores assequuntur, & brevi tempore, ac paruo labore opulenta utilitatis compendia adipiscuntur, & tandem ab omnibus honorantur; quia omnes illis indigent, scribit Cassanus *in Catha. glor. mund par.* 11. *consid.* 19.

Scribarum ordo est honestus. Quis negat? est veto hones-
2 tus, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ, peri-
sulaque Magistratuum committantur, Cicero *lib.* 3. *accus. in Verrem orat.* 8. *num.* 183. Scribarum Officium, securitas solet esse cunctorum: quoniam jus omnium ejus sollicitudine custoditur, armarium ipsius, fortuna cunctorum est, & meritò refugium omnium dicitur, ubi universorum securitas invenitur, quæ sunt verba elegantissima Cassiodori *lib.* 12. *epist.* 21. eos vindicat a calumnia communi, tanquam à traditione omninò falsa, & juribus non fundata dispungit, & laro calamo probat Amaya *in Cod. lib* 10. *ad leg.* 15. *de decurionibus.*

3 Et quanti honoris sit his temporibus Officium Tabellionatus præter id, quod potest quoridiana experientia experiri, pluribus comprobat Mago. *in tract. de tabell. auctoritate* quantique sint ex ipsis digni quidem, nedum ad unam Civitatem, sed ad integrum Regnum gubernandum, ac regendum, ac propterea in omnibus ferè Republicis nostræ Hispaniæ receptum jam est, ut ii ad hujusmodi, & alia Officia quæcunque honoris, & lucri laudabiliter admittantur. Fontanella *de pact.* 1. *claus.* 4. *glos.* 10. *par.* 1. *num.* 88. idem *decis.* 292. *num.* 23. remissive; veneremur eos apud nos, ut antiquitus apud Græcos, juxta Beyerlinck *in Theat. vit. hum. tom.* 7. *versic. Scriba lit. A. pag.* 126. *colum.* 1. nam nemo ad Officium admittitur, nisi sit de honesto loco, fide, & industria cognita, cum necesse sit omnium consiliorum eum esse participem.

Serenissimus Dominus Rex Joannes primus in Regia 4
Pragmatica data Barcinonæ 6. Martii 1395. est *fin. tit. de Notaris in* 2. *volum. Const* attenta notabili, & insigni arte Notariæ, humano statui summè utili, & necessaria, & considerata scientia, practica, personarum gravitate, honesta conversatione, & fidelitate Notariorum publicorum hujus Civitatis Barcinonæ, statuit inter alia, ut pro delictis commissis in Officio non admittatur accusator calumniosus fine pœna; quia sicut Notarius, cui tanquam personæ publicæ tanta fides committitur in ejus delinquens arte, seu Officio dignus est, & meritò, judicio ultionis, sic & ille, qui fidem, & famam tam authenticæ personæ per falsam, & contrariam diffamationem nititur denigrare, dignus conspicitur pœna debita, & legali.

Perpetuò ordinans, legem inde incommutabiliter pa- 5
ctionatam concedens, ut accusans, sivè denuntians cujusvis dignitatis legis, conditionis, aut sexus existat in dicta Civitate, vel extra Civitatem, aliquem, seu aliquos Notarios Publicos Barcinonæ, & eorum Substitutos, & Juratos in delictis Officii, non admittatur in Curiis Regis superioribus, & inferioribus ordinariis, & aliis quibuscumque ad accusandum, vel denuntiandum, nisi se subiiciat pœnæ talionis, cum cautione idonea, quam priùs præstare teneatur, quòd si in accusatione non plenè probando intentionem succuberit, pœnam, quam iniustè accusato infligi pro viribus procurabat, ipse accusator incurrat, ac emendam damni, sumptuum, & interesse, & ultra, pro iniuria irrogata satisfactionem iniuriato debitam refarcire teneatur, ibi: *Perpetuò ordinamus legem indè incommutabiliter, & pactionatam concedentes, quod si de cætero quandocunque, & quotiescunque aliquis cujusvis dignitatis, legis, conditionis, aut sexus existat, in dicta Civitate, vel extra Civitatem Barcinonæ, aliquem, seu aliquos vestrum* (loquitur de Notariis Publicis Barcinonæ) *aut dictorum scriptorum nostrorum, vel vestri, aut eorum substitutum, aut juratum, vel substitutos, seu juratos accusaverit, vel denuntiaverit, dicens vos, vel eos in vestri, aut eorum Officio deliquisse, antequam per nos, vel successores nostros, aut nostrum, seu Gubernatorem Generalem, vel Gubernatorem Cathalonie, Vicarium Barcinonæ, aut alium quemque Officialem, Judicem, vel Commissarium ordinarium delegatum, aut subdelegatum, quantacunque à nobis, vel nostris successoribus potestate suffultum, ad ipsam accusationem, vel denuntiationem quomodolibet admittatur, pœnæ se subiiciat talionis, cum cautione idonea, quam prius præstare teneatur. & habeat, quod si in accusatione, seu denuntiatione prædictis, suam non plenè probando intentionem succubuerit, pœnam, quam iniustè accusato vel denuntiato infligi pro viribus procurabat, ipse accusator, seu denuntiator incurrat, quodque ad sumptus, damna, interesse per accusatum, seu denuntiatum, hujusmodi occasione sustenta, præfatus accusator, seu denuntiator succubens eidem accusato, seu denuntiato refarcienda plenarie nihilominus teneatur, nec minus pro injuria irrogata, proinde satisfactionem injuriato debitam faciat, et emendam.*

Ulterius statuit, quod de Officio contra Notarios Publi- 6
cos Barcinonæ non possit procedi, sed ad querelam, & instantiam nominationem, & subscriptionem partis, cujus interest tantum, & non aliàs, ut infrà, ibi: *Eodem modo statuimus, providemus, & edicimus, ac in perpetuum ordinamus, quodammodo per nos, & successores nostros, aut per Gubernatorem Generalem in omnibus Regnis, & terris nostris, seu per Gubernatorem Cathalo. aut Vicarium Barcin. seu per quosvis alios Officiales, Judices, seu inquisitores, aut Commissarios ordinarios delegatos, vel subdelegatos præsentes, & futuros, ad quos hoc spectet, seu possit quomodolibet spectare directè, vel indirectè, aut aliàs, non possit, seu debeat fieri apri sia, inquisitio, seu processus alius pro crimine falsi contra vos dictos Notarios aut dictos nostros scriptores præsentes, & futuros, aut aliquem vestrum, seu eorum, aut contra substituros, seu juratos vestros, & ipsorum, quinimò aprisia, inquisitio, seu processus alius pro crimine falsi contra vos dictos Notarios, aut dictos nostros scriptores, vel vestros, aut eorum substitutos, vel juratos, seu aliquem, ac aliquos vestrum, & ipsorum, per nos, vel successores, aut Officiales nostros ordinarios, vel delegatos, aut subdelegatos, ad quos spectet, vel spectare possit solum fiant, & fieri possint, ad instantiam, & accusationem, seu denuntiationem partis privatæ, cujus interfit, dicentes, & affirmantes vos dictos Notarios, aut dictos nostros scriptores, vel vestros, aut*

eorum

eorum ſubſtitutos, ſeu iuratos, vel aliquem, ſeu aliquos veſtrum, vel eorum in dicto Notarii Officio deliquiſſe, quæ pars privata, ſe habere ſuper eos intereſſe prætendens, accuſans, ſeu denuntians in accuſatione, ſeu denuntiatione, quam fecerit, ſe ut præſcribitur, nominare, & ſcribere habeat, & aliter, vel alio modo aprißa, inquiſito, ſeu proceſſus iam dicti non poſſint, aut debeam fieri nullo modo.

Illa verba Regiæ Pragmaticæ *aliter, vel alio modo* regulantur tanquam geminata Surdus *deciſ.* 124. *num.* 2. ſunt multum præciſa Marta *par.* 2. *clauſ.* 37. & non recipiunt modificationem aliquam Barboſa cum pluribus DD. *clauſ.* 81. Theodoſ. Rub. *ſingul. par.* 1. *circa deciſ.* Seraphin. 420. *in nota num.* 6 conſenſum ab actu adimunt. Rota *recent. par.* 2. *deciſ* 746 *num.* 1. conditionem ſuſpenſivam inducunt. Rota coram Burato *deciſ.* 830. *num.* 7 formam important, itaut non impleta forma ceſſet actus. Rota *recent. par.* 2. *deciſ.* 286. *num.* 2. *& part.* 16. *deciſ.* 365. *num.* 9. *&* 10. *& ferè per tot.* prout clarè depromitur in finalibus verbis dictæ Regiæ Pragmaticæ, ibi: *Ubi forſan præmiſſorum, vel alicuius eorum contrarium fieret quacumque cauſa, neceſſitate, vel modo, illud nunc pro tunc revocamus, & iuribus penitus vacuamus, nullumque, & irritum decernimus penitus, & mane. Mandantes, &c.* de qua Regia Pragmatica, ſcripta reliquit Oliba *de actio. par.* 1. *lib.* 3. §. *pœnales num.* 52.

7 Calumniatoris ideſt ejus, qui falſa crimina intendit, *l.* 1. §. *calumniam, ff. ad S. C. Turpil.* pœna talionis erat de jure civili, *l. fin. Cod. de calumn.* & de jure Canonico *cap.* 1. *& ſeqq.* 2. *quæſt.* 3 *cap.* 1. *cum ſeqq.* 5. *quæſt.* 6 Baſil. *deciſ.* 34. *nu.* 5. quoniam de jure accuſatores, ſi in accuſatione deficerent, criminis obiecti pœnam patiebantur, ſeſe ad eam ſubeundum per inſcriptionem aſtringebant; ſed pœna hæc jam ab aula receſſit, & calumniator judicis arbitrio coercetur Menoch. *de arbitr. caſ.* 322. *num.* 3. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap* 21. *num.* 141. Bovadilla *in polit. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 93. *& ſeqq.* Farinac. *in prax. quæſt.* 16. *num.* 1. *cum pluribus ſeqq.* Guaz. *def. reor.* 3. *cap.* 13. *in princ.* Cabal. *quæſt. crim. caſ.* 166. *num.* 1. *&* 2. quos cum aliis citatis ſequitur Faria ad Covat. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 11. ubi, quod ad punitionem calumniatoris, non deſideratur nova cauſæ cognitio, ſed ex eiſdem actis accuſationis, quam per calumniam inſtituit, plectitur Clarus *quæſt.* 66. *num.* 9. Parlad. *differ.* 139. *n.* 3. & probatur, *ex l.* 1. *Cod. de calumniat.*

8 Adhuc tamen hodiè, ex Regia Pragmatica, in calumniosis accuſatoribus, ſeu denuntiatoribus Notariorum publicorum Barcinonæ, & eorum ſubſtitutorum, & juratorum in delictis Officii, pœna talionis obſervatur, ut criminis obiecti pœnam patiantur, ſi in accuſatione ſuccumbant, ſeſeque ideò cum cautione ad pœnam ſubeundum, & accuſationis ſubſcriptionem adſtringunt, ut ad aceuſandum admitti valeant, ſcribit Oliba *de actio part.* 1. *lib.* 3. *dict.* §. *pœnales num.* 52.

9 Pariformitèr in Regia Pragmatica Domini Imperatoris Catoli quinti 2. Septembris 1542. eſt *fin. tit. de accuſat. in* 2. *volu. Conſt.* ſtatuitur, ut denuntiatores, & accuſatores Judicum Curiæ Regiæ Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Roſſilionis, & Ceritaniæ in delictis Officii, antequam admittantur ad accuſandum, teneantur ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, cum cautione idonea, ut in caſu quo plenè non probaverint ſuam intentionem ſuccumbendo in accuſatione, denuntiatione, aut petitione, incurrant in pœnam, quam inſtabant, & procurabant contra Judices, aut alterum ex eis, ac amplius ſolvant damna, intereſſe, & expenſas, & reddant ſufficientem ſatisfactionem pro injuria, prout fuit ſtabilitum in Regia Pragmatica Sereniſſimi Regis Joannis Primi de ſuper kalendata in favorem Notariorum Publicorum Barcinonæ, & aliorum ibidem ſpecificatorum, qua, & univerſis, & ſingulis libertatibus, immunitatibus, & cunctis in ea conceſſis Notariis Publicis Barcinonæ, & aliis ibidem expreſſis, Judices Curiæ Regiæ fruantur, & gaudeant, quam Regiam Pragmaticam Anton. Oliba *de act. par.* 1. *lib.* 3. *d.* §. *pœnales num.* 53. intelligit diſponere contra denuntiatores, & accuſatores judicum, & Officialium Regiorum.

Quod ſecundò ordinavit Sereniſſimus Dom. Rex Joan.
10 I. *in dicta Pragma. fin. tit. de Notaris*, ſimile eſt privilegio conceſſo Notariis Civitatis Gerundæ, contra quos pro crimine falſi in Officio commiſſi, fieri non poteſt proceſſus, niſi ſolum ad inſtantiam partis privatæ, atteſtatur Mieres *in com. Pet.* 3. *in Cur. Perpinian. collat.* 6. *cap. ut occaſioni, de falſis par.* 1. *in noviſ. pag.* 379. *numer.* 9. *& ſeqq.* & quod ita vidit ſervari in facto Franciſci Cerviani (ubi quod ex quo pars privata intervenit non excluditur Fiſcus,) & proſequitur Oliba *de act. par.* 1. *lib.* 3. *d.* §. *pœnales de actionibus num.* 52. *verſ. Alius caſus*, aſſerens, quod huic parti poteſt aſſiſtere Fiſcus, ſed ceſſante parte privata debet Fiſci inſtantia ceſſare; quia Fiſci inſtantia eſt acceſſoria ad inſtantiam partis privatæ, & non debet plus operari quàm principale, *cap. acceſſorium de reg. jur. in* 6.

Prout etiam diſponitur *in Conſt. à occorrer la deſidia* 4 *tit. de Notaris, y Eſcrivans in primo volum. Conſt.* quod 11
Notarii debent inſtrumenta, ſive abreviaturas largo modo notare infrà duos menſes, medietate ſalarii à contrahentibus inde ſibi ſoluta, ſi verò inſtrumentum habet fieri ad cognitionem ſapientis, vel alicujus perſonæ ſpatium duorum menſium currat, poſtquam ipſa cognitio fuerit adhibita, & non antea, & idem ſit in teſtamentis, in quibus duo menſes incipiant currere poſt publicationem, & requiſitionem factam mortuo teſtatore, & non antea, ſed ſi teſtator voluerit in vita teſtamentum ſuum in nota capibrevii, vel libri notularum redigi, vel ſcribi, tunc Notarius id tenebitur facere infra duos menſes à die ipſius requiſitionis per teſtatorem factæ, ipſo tamen ſolvente medietatem ſalarii, in locis verò ubi eſt ordinatum, quod Notarii habeant teſtamenta in capibrevils redigere, ipſa ordinatio obſervetur, quæ omnia, & ſingula obſervari juſſit ſub pœna privationis Officii in perpetuum, prout hæc notat Mieres *in comment. Petri* 3. *in Curia Perpinian. collat.* 6. *par.* 1. *d. cap. ad occurrendum deſidia pag.* 320. *in noviſ. num.* 1.

Et contra non ſervantes formam ſtatutam in dicta Con- 12
ſtitutione diſpoſuit idem Sereniſſimus Dom. Rex Petrus III. in quarta Curia Barcinonæ anni 1382. *cap.* 6. *eſt Conſt. Com en molts* 2. *titol de accuſations in primu vol. Conſt.* non poſſit fieri inquiſitio proceſſus, nec punitio, niſi tantum ad querelam, aut inſtantiam partis intereſſatæ, obſervat Oliba *de actio. par.* 1. *libr.* 3 §. *d. pœnales num.* 54.

Dicta Pragmatica Regia Sereniſſimi Regis Joannis I. in 13
ordine ultima *tit. de Notaris*, fuit quoad primum caput confirmata per Seteniſſimum Dom. Regem Ferdinandum cum ſuo Regio Privilegio dato Montiſſoni die 17. Auguſti 1510. & indultum Notariis Publicis Barcinonæ, & ſcriptoribus Regiis, eorumque Subſtitutis, & juratis, quod nullo inquam tempore acta, & inſtrumenta per eos confecta, & conficienda poſſint allegari, redargui, vel accuſari falſa, tàm in judicio, quàm extra judicium, niſi accuſator, ſeu contradictor, vel allegans, priùs ſe pœnæ talionis ſcripſerit, & idoneè caverit, quod ſi in denuntiatione, ſeu accuſatione ſuam plenè non probaverit intentionem, pœnam, quàm injuſtè accuſato, vel denuntiato infligi pro viribus procurabat, ipſe accuſator, ſeu denuntiator incurrat, nec minùs ſumptus, damna, & intereſſe ſuſtentare ſarcire teneatur, & ſatisfactionem facere pro iniuria irrogata.

Pariter dicta Regia Pragmatica fuit obſervata die 14. 14
menſis Februarii anno 1531. inſtantibus Antonio Angles Syndico Civitatis Barcinonæ, Jacobo Santleyr Syndico Deputatorum Generalis Cathaloniæ, nec non Joanne Savina, & Joanne Hieronymo Canyellas Notarii, & Procuratoribus Collegiis Notariorum publicorum Barcinonæ, nam in calce inquiſitionis contra Petrum Celidons Notar. Public. Barcinonæ, factæ ad inſtantiam viduæ Domenja, pro obſervantia privilegii pœnæ talionis, & illius confirmationis, per Magnificum Petrum Honuphrium Font V.I. D. de Regio Concilio Judicem Regiæ Curiæ, & inquiſitionis Relatorem, concluſione Regii Concilii in his præcedente, obtinuerunt proviſionem ſequentem.

Quarta decima Februarii 1531. *conceſſa copia, inſe-* 15
quendo concluſionem in Regio Concilio factam, attento quod pars Joannæ Domenja inſtantis hucuſque non ſervavit formam contentam in Regiis privilegiis in favorem Collegii Notariorum Barcinonæ conceſſis, pro illorum obſervantia, aliiſque meritis proceſſus attentis provider, quod dictus Petrus Celidons relaxetur, & intimetur.

Font.

Prout etiam antea, cum ad inſtantiam Procuratoris Fiſci Regii facta fuiſſet inquiſitio contra Jacobum Mas Notarium publicum Barcinonæ, impetitum de crimine falſi prætextu cujuſdam guidatici per ipſum continuati in Scribania Curiæ Bajuliæ Barcinonæ, ſupplicantibus Conſiliariis Civitatis Barcinonæ, Proceribuſque Conſilii centum Juratorum, & Prioribus Collegii Notariorum publicorum ejuſdem Civitatis dictam inquiſitionem incæptam, & actam

ad

ad nullius partis privatæ, seu interesse habentis instantiam, contra formam supra expensam privilegiorum Regiorum, fuit petitum revocari. Et die 18. Maii 1463. per Magnificum Gasparem Vilana V. I. D. Regium Vicecancellarium, fuit mandatum dictam inquisitionem, & omnia inde sequuta revocari, evacuari, cancellari, & annullari tanquam facta contra dicta Regia privilegia, ubi statuitur inter alia, quod de crimine falsi contra Notarios, & alios ibi contentos non possit inquiri, nec procedi, nisi ad instantiam partis privatæ, & proprium interesse habentis, & se ad pœnam talionis subiicientis, de qua revocatione fuit confectum publicum instrumentum.

17 Disposita in dicta Regia Pragmatica finali *tit. de Notaris* per Serenissimum Dom. Regem Joannem Primum, & in Regia Pragmatica finali Domini Imperatoris Catoli Quinti *tit. de accusations*, & antea stabilita per Serenissimum Dom. Regem Ferdinandum cum suo privilegio dato Montissoni die 17 Augusti 1510 supra citatis, procedunt etiam in Scripteribus Principis, & in eorum Substitutis, vel juratis, contra quos pro delictis in Officio commissis non admitti debet accusator, nisi se subiiciat pœnæ talionis, cum cautione idonea, quam priùs præstare teneatur; quod si in accusatione succubuerit, non plenè probando intentionem suam, incurrat in pœnam, quam procurabat contra accusatum & ultra ea, teneatur ad damna, sumptus, interesse, & iniuriæ emendam, ac ampliùs quod contra Scriptores Principis, & eorum Substitutos, & juratos non possit procedi in delictis in Officio commissis, nisi tantum ad querelam, & instantiam partis interessatæ.

18 Nunc ergo pro viribus indagare restat, qui sint Scriptores Principis, & eorum substituti, & jurati. Scriptores Principis nil disputationis habet, apud omnes nationes magno in honore esse habitos. Hi Illustres habentur, honorificentia, assurrectione, præcedentia, & veneratione aliorum illustrantur Belluga *in specul. Principis rub. 6. num.* 10. & ibi Borrell. *litt. N.* Gregor. *in l. 7. tit. 9 par. 2. verb. para sus partidades* Purpurat. *in l. 1. ff. de Offic. ejus cui mand. est jur. à num.* 299. de his plura apud Amaya *in Cod. ad leg. 15 de Decurionibus lib.* 10 ubi quod dignitatem obtinere dicuntur *ex rex. in l. 1. Cod. de mand. Principum*, & comprobant Beyerlinck *verf. Scriba litt. A. tom. 7. pagin.* 127. Berart *in specul. ut sit cap. 19. num.* 25.

19 Eos esse, ut explicat eadem Pragmatica Serenissimi Domini Joannis Primi *fin. tit. de Notaris*, qui Curiam Principis insequuntur, in illis verbis: *singulis scriptoribus nostris, & successorum nostrorum in dicta Civitate* (ideſt Barcinone) *domiciliatis, nostramque, & dictorum successorum nostrorum Curiam ordinariam sequentibus*. Et qui servitio Principis insistunt, infrà ibi: *Dictosque nostros scriptores prafatos nostris jugiter servitiis insistentes*, quos sic censeo esse Officiales, qui Regiæ Cancellariæ inserviunt, de quibus apud Bosch *dels titols de honor de Cathalunya lib. 2. cap.* 36. §. 45.

20 Quia Regia Cancellaria, Curia Regis est, in qua persona Regis representatur. Covar. *tom. 2. pract quæst. cap* 4 *nu.* 10. *& in fine*. Cassan. *in Cathal Glor. mund. par.* 7. *Consid.* 11. Alfar. *de Offic. Fiscal. glos.* 24 Bovadilla *in polit. lib. 1. cap 9. ex num.* 14. *& cum pluribus* Solorza *de jur. Judiar. tom. 2. lib. 4. cap. 3. n. 5. & in polit. Ind. lib. 5. cap. 3. in princ. verf. De los quales*. Valenzue. *conf. 94. num. 51. cum seqq.* Et Cancellaria, & ejus Officiales in hac Civitate residentes, aut in alia parte, insequentes Locumtenentem Generalem, & Regium Concilium, est eadem Cancellaria, quæ residet juxta personam Regis, & una, & alia est eadem Curia, ubi residunt Officiales pro illa creati, Bosch. *dels titols de honor de Cathalunya lib. 2. cap. 36. §. 39. verf. Lo Tribunal del Rey, & §. 45. in princ.* in qua, nomine, & sigillo Regio mandata, & litteræ expediuntur, ut patet ex *Const. tit. de Officii de Pronot.* & quotidiè experimur.

Hinc nostros Scriptores vocat in dicta Pragmatica Serenissimus Rex Joannes Primus, prout nostros Officiales Cancellariæ vocavit Serenissimus Rex Ferdinandus Secundus in Pragma. 7. *tit. de salaris*, ibi: *Prothonotari, Lochinent de aquell, Secretalis, Escrivans de Manament, è de Registre nostres, è altres Ministres de nostra Cort.*

21 Nunc nostræ Regiæ Cancellariæ Ministri Regii sunt Prothonotarius, seu ejus Locumtenens Scribæ Mandati, & Scribæ Regestri. Berart *de visit. cap 19. num* 25. eorum caput est Protonotarius, eo nomine appellatus; quia primus omnium Notariorum Regis est. Mastril. *de Magistrat. tom. 2. lib. 3. cap. 11. num.* 17. Berart *in specul. visit. cap. 19. nnm.* 2. Belluga *in specul. Princip. rubr. 6. num.* 10. ubi in additionibus Camillus Borrellus, Marius Muta *ad Prag. Reg. Secil. tom. 1. tit. 22. num* 2. Primicerius à jure nuncupatur, Roccus *de Offic. rubr. 5. §. 3. num.* 25. Beyerlinck *in Theatro vitæ humanæ tom 7. verb. scriba pag. 126. col 2. lit. H.* & uti Protonotarius sedet in Regio Supremo Concilio Coronæ Aragonum Dom. nostri Regis, Bosch *tit. de honor. lib. 2. cap. 36. §. 45. verf. lo Offici*. Et inde simul Consiliarius, ut designat Excellentissi. Crespi *in admonit. ad lectorem num.* 38.

Et quamvis Protonotarius, & ejus Locumtenens Scribas 22
Mandati, ex permissione Dom. Regis creare consueverant, ut probatur *in dict. Const. 1. tit. de Offici de Protonotari*, in illis verbis; *è altres Escrivans de Manament per lo dit Protonotari, ò en sa absentia per son Lochinent deputadors*, attamen eos etiam Dominus Rex nominaverat ut constat *in Const. 2. dict. tit. de Offic. de Protonotari*, ejusdem Serenissimi Domini Regis Martini in eadem Curia Barcinonæ anni 1409. in illis verbis: *ò altre Escriuà de Manament dels Ordinaris per vos Senyor, ò vostre Protonotari eligidor.*

Hi sunt qui sacrorum scriniorum notitiam habent, ut in 23
l. proximos 8. Cod. de prox. sacror. Scrin. lib. 12. l. fin. Cod. de Decur. lib. 10 Berart *de visit. dict. cap. 19. num.* 25. & in sua custodia habent Regia decreta, & arcana illa gravissima, ut dixit Amaya *ad l. 15. de Decur. lib.* 10 *num.* 37. & pro his illis repeto, quod *sub num.* 39. scripsit cum Cassiod. *lib. 6. epist. 17.* ibi: *Quamvis tantum sit clara, quæque dignitas, quantum eam præsentia nostra conspectus illuminat* (*dum semper honorem suscipit qui nostra colloquia decenter adquirit*) *nemo tamen sermones nostros tantum meretur, quàm qui referendarius esse dignoscitur, per eum nobis causarum ordines exponuntur, per eum interpellantium vota cognoscimus, & ipsis responsa reddimus, ut negotia compedita solvamus.*

In hac serie non est dubium, ait Lucas de Penna *ad dict. l. proximos 8. Cod. de prox. sac. scrin. lib. 12. num. 1.* ornate subiectos Principis secretum, dum illi æstimantur necessaria posse committi, nisi qui fuerint fide magna solidati juxta illud Oven.

Tu secreta tibi regnorum credita servas:
Estque tua fidei semper habenda fides.

Monentur ex his Consiliarii, & Notarii Principum, ut custodes tenaces secretorum Principis sint: Hebræi namque per vocem *Sodh* arcanum exprimunt, qua etiam Senatum, & Concilium significatur, eo quod Conciliorum, & Senatorum deliberationes secretas esse conveniat Beyerlinck *in Theat. vitæ huma. verf. Arcanum in princ.* commendatum est in hoc genere illud Metelli: *Si tunica Consiliorum meorum esset conscia, detractam in ignem mitterem*; & sequutus est Petrus Aragonius *comburam intimam tunicam, si Consiliorum meorum quarum esse sciam* recitat P. Scriban. *in polit. Christ. lib. 2. cap. 16.*

Apud Ægyptios, qui Reipublicæ secreta pandebant, linguæ abscissione mulctabantur ne post hac nociva linguæ licentia Reipublicæ obesset Beyerlinck *in Theat. vit. hum. verf. Affectus pag. mihi* 160. *lit. C.* & morte plecti, scribit Velasco *de Judic. perf. rub. 1. annot. 4. num. 5.* Aristides ait, Oracula fositum olim tradi obsignata, quæ qui solveret, priusquam fas esset, unum, è tribus malis manebat: aut oculorum orbatio, aut manus, aut linguæ jactura. Etas. de adagiis. Beyerlinck. *in Theatr. vit. huma. verf. Pœna pag. mihi* 422. *lib. 5. cum seqq.* ubi de aliis pœnis apud diversos; *Teneamus igitur animæ constantiam nostra, ne in offensionem labia loquendi festina prorumpant, ut Psalm.* 38 *ab initio*, maximè silentium commendans Ambrosius ait Velasco *de judic perf. d. rub. 1. annot 4. num.* 10. ubi de hac re plura, & alia apud P. Scrib. *in polit. Christ. lib. 2. cap.* 16. P. Garau *El Sabio maxim.* 22. Pegue. *in prax. crim. cap 8. num.* 12. *& seqq.* Bovadil. *in polit. lib. 2. cap. 5. è num.* 19. *cum seqq.* Cabretos de Metu *lib. 2. cap. 30. num. 50 cum sequent.* Xammar *de Offic. Judic. & Advoc. part. 1. quæst. 1. num. 76. cum seqq.*

Ulteriùs Scribarum Mandati tantæ fiduciæ, & auctori- 24
tatis officium est, quod de tempore Serenissimi Regis Ferdinandi Secundi, ut constat *ex cap. 20. Cur. ann. 1510. est Const. encara 4. tit. de elect. de DD. de la R. A.* interesse habebant in votandis causis, & inde renebantur jurare, observare sub secreto vota DD. Regiæ Audientiæ, scribit Berart *de visit. dict. cap. 19. n. 25.*

De tempore Serenissimi Regis Petri Tertii, prout ap- 25
paret ex ordinationibus Regiis per eundem Dominum Regem statutis super regimine Officialium domus, & Curiæ suæ 15. Kalendas Novembris 1344. Scriptores Regiæ Cancella-

cellariæ, qui ibidem expreſſantur erant Protonotarius, Secretarii Scribæ Mandati, & adiutores Scribarum Mandati erecti ad regiſtrandum privilegia, litteras, & ſcripturas Cancellariæ, vulgo *Eſcrivans de Regiſtre*, quæ Regiæ ordinationes reconditæ ſunt in Regio Archivio, & ad litteram, de eis recitat capitulum ſpectans ad juriſdictionem, & præminentiam Cancellarii. Ferrer *obſer. par.* 3. *cap.* 71.

26 Inter Officiales Regiæ Cancellariæ cognominatus fuit Locumtenens Protonotarii, ſeu Viceprotonotarius de ævo Sereniſſimi Regis Martini in anno 1409. ut patet *ex Conſt.* 1. *tit. de Offici de Protonotari*, & inter eoſdem connumerantur Scribæ petitionerii de ætate Sereniſſimi Regis Ferdinandi Secundi in Pragmatic. data Barcinonæ 17. Septembris 1479. eſt in ordine 7. *in cap. volenſ. tit. de ſalaris in* 2. *volum. Conſt.* in illis verbis ſupra expreſſis: *Protonotari Lloctinent de aquell, Secretaris, Eſcrivans de Manament, ò de Regiſtre noſtres, è altres Miniſtres de noſtra Cort*, quæ ultima verba, *y altres Miniſtres de noſtra Cort*, intelligi de ſcribis petitioneriis declaravit ſententia Regia lata ad relationem Magnifici Joſephi Roca R. A. D. die 29. Januarii 1618. ubi Scribis Regeſtri tanquam ſubſtitutis Scribarum Mandati fuit declaratum licere, quamvis non ſunt de Collegio Regiorum Notariorum hujus Civitatis, in Aula Regia Scribere, & actitare proceſſus, & judiciarium exercere, nomine dictorum Scribarum mandati.

Scribæ Mandati, uſque ad annum 1542. deſtinabant
27 certas perſonas pro ſcribendis proceſſibus, & actis judicialibus in Regia Audientia, quæ perſonæ ſcriptores nominabantur, & in eis non præcedebat, neque ſubſequebatur examen, vel approbatio, ſed tantum nuda voluntas Scribarum Mandati, ut probatur ex Conſtit. Sereniſſim. Regis Ferdinandi in Curia Barcinonæ anni 1503. quæ eſt 8. *tit. de Notaris*, ibi: *E perque ſe poria ſuccehir, que los qui eſcriven ab los Eſcrivans de Manament detendrian portar los originals als Iuges, ò Reladors, ignorantho los dits Eſcrivans de Manament*, & ſupponit Conſt. *perque ſon juſt, capit.* 8. *Cur. anni* 1547. *qua eſt* 15. *dict. tit.*

Sed propter incommoda, quæ inde reſultabant, in Cu-
28 ria ann. 1542. Conſt. 40. quæ eſt in ordine 8. *tit. de exam. de Advocats, y Merjes* fuit ſtatutum, *que no ſia admès algu per ſubſtitut de Eſcrivà de Manament ſens eſſer primer ben examinat per lo Canceller, Vice-Canceller, ò en ſon cas Regent la Cancellaria, axi en la habitat, bondat, y lletras, ò doctrina de aquell, com en lo ben eſcriurer*, quæ fuit confirmata in Curiis anni 1547. Conſt. 19 quæ eſt 15. *de tit. de Notaris*, & diſpoſitum, quod ſubſtituti non poſſent habere procurationes ad lites vertentes in Scribania Regiæ Audientiæ, & quod non facerent fraudem in communicationibus proceſſuum, & alia plura, quibus omnibus abuſus anſam dedit, ut probant verba proœmialia Conſt. ibi: *Perque ſe ſon viſtos, y ſe vevenquiſcun dia grans deſordes, y abuſos en la multitut de Eſcrivents, ques tenen per lo; Eſcrivans de Manament.*

Et cum adhuc abuſus duraret, fuit etiam id ipſum iniun-
29 ctum in Curiis anni 1564. *cap.* 7. *eſt Conſt.* 21. *de tit. de Notaris, y Eſcrivans*, & ex hac Curia, habentes exercitium ſcribendi in R. A. præcedente examine, fuerunt appellati ſubſtituti Scribarum Mandati, ut in *Conſt.* 22. *d. tit. de Notaris, y Eſcrivans* dictæ Curiæ anni 1564. non quod ab Scribis Mandati illis fieret aliqua ſubſtitutio, (cum eis id non liceret, ut probatur *ex Conſt.* 3. *tolient lo abus tit. de Offici de Protonotari*) ſed ſolum; quia per Præſidentes examine peracto, juxta formam conſtitutionum, erat illis data facultas actuandi proceſſus, & acta judicialia Regiæ Audientiæ, pro commoditate ſcribaniæ Mandati, & illorum Scribarum, qui non poterant tot negotiis ſufficere.

30 In anno 1585. die 30. Novembris, fuit conceſſum Regium privilegium per Dom. Regem Philippum Collegio Notariorum Regiorum præſentis Civitatis; (quod fuit creatum ab Excellentiſſimo Marchione de Aguilar Locumtenente in anno 1544. & confirmatum in anno 1547.) in quo Notarii Collegiati privativè ad omnes alios, fuerunt deputati ad exercitium actuationis proceſſuum, & actuum judicialium Regiæ Audientiæ Civilis, & Criminalis, nomine Collegii, & Scribarum Mandati in quo fuerunt nominati ſubſtituti Scribarum Mandati, ut idem dicitur *in Conſt. fin. tit. de Notaris Cur. anni* 1585. & in aliis *Conſt ejuſdem tit.* & expreſsè cautum fuit, quod in prohibitione prædicta, non eſſent comprehenſi Protonotarius, ſui Locumtenentes, Secretarii, Scribæ Mandati, Petitionerii, & Scribæ Regeſtri, tanquam Notarii ſuæ Curiæ, & domus Regiæ.

Pariter in Conſt. 31. Cur. anni 1599. fuit diſpoſitum, 31
quod nullus Notarius qui non eſſet Collegiatus poſſet ſcribere in R. A. tàm Civili, quàm Criminali, & quod Notarii Regii, & non Collegiati qui tunc ſcribebant, eſſent repulſi, & quod à cætero quicunque Notarii Collegiati, aliis non Collegiatis directè, vel indirectè nomen præſtare nequirent ſub pœnis ibi expreſſis.

Hæc antiquitatis primordia recito ad intelligentiam prag- 32
maticæ anni 1395. *ſin. tit. de Not.* Pragmat. ann. 1542. *ſin. tit. de accuſat.* ubi ſcriptoribus Curiæ Principis, & eorum ſubſtitutis, & juratis fuit indultum, ut pro crimine Officii non poſſet contra eos procedi ad inſtantiam Fiſci de Officio, ſed tantum cum querela partis intereſſatæ, præſtita cautione ad pœnam talionis; exiſtimans ideò, quod contra Protbonotarium, Viceprotonotarium, Scribas Mandati, Scribas Regeſtri, & Petitionerios pro delictis in Officio, non poteſt agi, niſi cum inſtantia partis, & cautione.

Non omitto, pragmaticas illas, non ſolum ea concedere 33
Scriptoribus Principis, & eorum Subſtitutis, & juratis, qui tunc erant, ſed etiam his, qui in poſterum fuerint, cum clauſulis tempus futurum inſpicientibus, ut ibi: *Univerſis, & ſingulis ſcriptoribus noſtris*, & ibi: *Qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint*, & ibidem infrà: *Quod ſi de cætero quandocunque, & quotieſcunque*, & tandem ibi: *Aut dictos noſtros ſcriptores præſentes, & futuros, aut aliquem veſtrum, ſeu eorum, aut contra Subſtitutos, ſeu juratos veſtros, & ipſorum*, quorum verborum (& ſignanter ibi: *Qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint*, quæ futura comprehendunt, Barboſa *claus.* 93. *num.* 1. & illa ibi: *Aut noſtros ſcriptores præſentes, & futuros*) virtus eſt, ut omnes ſcriptores præſentes, & futuri, illo ſingulari privilegio frui debeant, ex propria vocatione, & perſona, & tor cenſeantur conceſſiones, quot ſunt perſonæ in quarum favorem indulgetur, *l. ſi arrogator* 22. *ff. de adopt. l. unum ex familia* 67. §. *ſi de falcidia, ff. de leg.* 2 *l. ex facto* 43. §. *item quæro*, per illa verba, *magis autem eſt, in utroque eorum, tempus ſuum ſeparatum ſervari*. Cancer. *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 21. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 10. *par.* 2. *num.* 61. *cum ſeqq.* Molina *de Hiſp. primog. lib.* 1. *cap* 1. *num.* 17. ubi additionatores la Mota, & Maldonado, & Pardo, Ramon *conſ.* 100. *num.* 513. Gratian. *diſcep. forenſ. lib.* 2. *cap.* 247. *num.* 10. & *lib.* 4. *cap.* 751. *ex num.* 23. Giurba *deciſ.* 108. *num.* 12. *obſer.* 28. *num.* 19. & *de ſucceſ. feud.* §. 1. *glos.* 8. *num.* 57. Valenzuela *conſ.* 23. *num.* 29. & *conſ.* 60. *num.* 14. & 15. Cutel. *de donat. diſ.* 1. *ſpecial.* 17. *nu.* 53. Franciſcus Caſtillo *dec.* 201. *num.* 19.

Atverò ignoro, & non decerno dicere, comprehenſos 34
in his Regiis pragmaticis venire Notarios Regios Collegiatos Aulæ Regiæ, qui nunc ſubſtituti ſunt ſcribarum mandati, cum materia hæc ſit repugnans utilitati publicæ, ſuadenti delicta puniri, ex his quæ in ſimili ſcribit Fontanella *tom.* 1. *claus.* 3. *glos.* 3. *num.* 26. & *deciſ.* 138. à *num.* 1. & ante eos Ferret *ad Conſt. hac noſtra, temp.* 2. *decla.* 4. *num.* 41. Vilaplana *de brac. milit. cap.* 3. *num.* 77. licèt plura offerantur fundamenta id ipſum in eis aſſerendi, quando caſus occurrat, & etſi jam evenerit contra Notarium Regium Collegiatum, & de Collegio Notariorum Regiorum Barcinonæ, nam contra eum die 16. Aprilis 1676. ſcriba Famada Not. in proceſſu referente S. Triſtany I. R. C. ad denuntiationem Fiſci pro crimine falſi, comparuit pars inſtans intereſſata, & comparuit etiam Collegium Notariorum Regiorum Collegiatorum, inſtando punitionem delicti 15. Maii 1676. & fuerunt in Regio Concilio admiſſæ inſtantiæ, & ſi non caverent de pœna talionis; tes tamen hæc tunc diſcuſſa non fuit.

Dubitari ſucceſſit; an in caſibus, in quibus proceditur 35
per regalias uſaticorum requiratur inſtantia partis privatæ, cujus intereſt, ad accuſandum Notarios publicos Barcinonæ de crimine falſi; an ve Fiſci ſufficiat, habuimus diſputare, ſed facilimo negotio huic diſpunctioni fuit occurſum, ex unica, & invincibili ratione, admittendo Fiſcum in caſibus regaliarum ad inquiſitionem, ſine ulla partis privatæ inſtantia.

Quia in dicta Regia pragmatica in ordine ult. tit. *de No-* 36
taris, & in ejus confirmatione, neutiquam abdicata eſt Fiſco illa facultas procedendi in caſibus regaliæ, nec comprehenſa in verbis generalibus illius Regiæ conceſſionis intelligi valet, cum nec in lege univerſali, regaliæ veniant, niſi expreſsè, & verbis peculiaribus de eis mentio fiat; quia indigent ſpeciali nota. Fontanella *de pactis nup. claus.* 4. *glos.* 14.

glos. 14. *num.* 8. Cancer *var. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 125. *& lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 317. *& cap* 9. *num.* 21. Oliba *de jur. fisci, cap.* 14. *num* 8. *cum pluribus*, Reg. Cortiada *tom.* 1. *decis.* 0. *à num.* 204. *ad* 211. S. Ferret *in disc. pro Regia jurisdic. num.* 211. Excellentissimus Crespi *obser.* 1. *num.* 212 Nobilis Sebast. de Cortiada *in discurs. super jurisd. Cap. Gen. quæst.* 7. *num.* 7. Fa ar. *allegat. fisc.* 32. *num.* 58. *& seqq.* Maria Prato *resp cr.* 44. *n.* 68. Alfaro *de Offic. fiscal. glos.* 20. §. 3 *n.* 23.

37 Hanc punctim sequitur sententiam Oliban. *de action. par.* 1. *lib.* 3. *d.* §. *pœnales*, *num.* 54. *ver. Sane*, in illis verbis: *Sed neque in quatuor præcipuè regaliis expectatur partis privatæ instantia, sed Fiscus potest solum instantiam facere, quia hæ regaliæ (ut communiter asseritur) non sunt inclusæ in privilegio, quod alioquin alios operatur effectus, ut in simili Mieres in casu Notariorum Gerundæ, sicut nec continentur regalia sub verbis generalibus Constitutionum Mieres in Curia Alphonsi Quarti, cap.* 1. *col.* 1. *ver. Et nota* 16. *collat.* 11. *cap. item per sobre rub. de comis. inhib. coll.* 10. *col.* 4. *ver. Non obstat, idem in Curia Barcinonæ Petri Secundi, cap* 46. *num* 17. *& coll.* 10 *cap.* 4. *volens num.* 10. 11. *in Curia Reginæ Mariæ*, & in simili privilegio Fontanella *tom.* 1. *claus.* 3. *glos.* 3. *num.* 33. *& decis.* 316. *nu.* 14. Cancer. *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 317. *&* 438. Vilaplana *de brac. milit. cap.* 3. *num.* 115.

Propterea cum evenisset casus contra Notarium publi-
38 cum Barcinonæ impetitum de falsitate in confectione instrumenti procurationis, ad effectum extrahendi aliquam quantitatem à tabula communium depositorum præsentis Civitatis Barcinonæ, cujus solta ab eo fuit sublata, & quantitas in effectu extracta ad manus Notarii per personam procuratoris suppositi pervenit, fuit provisum in Regio Concilio, referente Magnifico Bernardino de Puig I. R. C. die 24. Martii 1684. in actis Famada Not. ad Fisci instantiam sine ulla partis interessatæ querela per usaticum, *simili modo* procedendum esse contra inquisitum.

Ratio fuit, quia Mensa numaria Civitatis Barcinonæ est
39 posita sub Regia protectione juxta privilegium Regium eidem concessum per Dominum Regem Joannem die 16. Octobris 1472. & per Dominum Regem Ferdinandum Secundum, confirmatum in Curiis generalibus anni 1503. *cap.* 42. *est Constit. unica, tit. de taula de la Ciutat de Barcelona*, ut recitat Xammar *de privil. Civit. Barcin.* §. 19. *num.* 3. Reg. Cortiada *decis.* 88. *num.* 23. & sic contra derobantes pecunias à tabula proceditur per usat. *simili modo*, ut probavimus *ex decis.* 2. *num.* 33. *& seqq.* quod adnotatur à Ferrer. *obser. par.* 3. *cap.* 360. & refert Xammar *d §.* 19. *num.* 24. & inde contra Notarium publicum Barcinonæ, qui falso procuratorio instrumento à se confecto extraxit pecunias à tabula, per Fiscum fuit processum per regaliam *usat simili modo*, non obstante privilegio Regio Notariis publicis Civitatis Barcinonæ concesso non procedendi contra eos, nisi per partis querelam, quia illud non comprehendit regalias usaticorum. Sed dubiam hanc declarationem reddes ex doctrina Senat. Xamm. *de privileg. Civit. Barcinonæ* §. 18. *nu.* 50. & ex ante dictis per nos *in dec.* 2. *num.* 43. *cum seqq.*

Extra nominatos in dicta Pragmatica *final. tit. de Nota-*
40 *ris*, ut puta Notarios publicos Barcinonæ, Scriptores Principis, & eorum Substitutos, vel juratos observanda non est forma in pragmatica stabilita procedendi in delictis Officii ad partis interessatæ instantiam, cum cautione ad pœnam talionis, & subscriptione in accusatione; unde sic contra alios Notarios Regios proceditur ad solius Fisci instantiam per inquisitionem forma ordinaria, quia extra eos terminos in quibus loquitur Pragmatica Regia extendi non valet, nec privilegia sunt multiplicanda etiam ex identitate, aut majoritate rationis *cap. privilegium de reg. jur. in* 6. Ansald. *de jurisd. part.* 2. *titul.* 11. *capit.* 5. *à num.* 90. *ad* 102. per tradita à Xammar *rer. judic. par.* 1. *defect.* 28. *à num.* 17. *ad* 24. Ciarlin. *part* 2. *cont. cap.* 20. *numer.* 33. *&* 34. cum aliis per Sena. Ferret *in discurs. pro jurisd. reg. num.* 23.

41 Sic die 25. mensis Januarii 1592. in facto F. P. R. C. contra Monserratum N. auctoritate Regia Nott Villæ de Pubuls Diœcesi Gerund. delatum & inculpatum, quod duo instrumenta confecit, quorum unum fuit Comendæ factæ de persona Francisci Doti Francigenæ per Joannem Simon Regium Commissarium Antonio Carretas Bajulo de Begur 8. Maii 1590. alterum requisitionis Præsentatæ dicto Carreras die decima nona Augusti 1590. quod autenticavit, ac suo signo (quo utebatur in claudendis instrumentis publicis) clausit, non visis partibus, nec testibus instrumentalibus falsum committendo, referen. Senat. Fort, fuit dictus N. condemnatus, quod privaretur in perpetuum potestate, & auctoritate Notari Regii, & relegaretur in insulam per suam Majestatem nominandam ad decennium, & ad restituendum dicto Carretas expensas, & damna passa ratione falsitatis dictorum instrumentorum liquidatione reservata.

Sic pariter in facto F. P. R. C. die 1. Martii 1595. contra 42
Paulum N. Notarium Villæ de Flix delatum de suppositione quorumdam verborum facta per eum in quodam publico instrumento acto in dicta Villa de Flix 26. Junii 1594. per eundem recepto, clauso, & authenticato, & fuit condemnatus, ut eidem interdiceretur exercitium artis Notariæ in perpetuum, hæc duo exemplaria recitat R. Cortiada *decis.* 88. *num.* 31. aliud verò, quod ibidem expendit contra Joannem N. Notar. Reg. Barcinonæ die 12. Maii 1638. fuit præcedente instantia partis, ut vidi in lib. conclusionum illius anni in Regio Archivio.

DECISIO SEXTA.

ARGUMENTUM.

De supplicationibus ab evocata causa, vel regalia juxta *cap.* 10. *Cur. ann* 1599. ubi latè de temporibus ad probandum, & declarandum, & de altercatis in causis supplicationum incidentibus, cum formulis ad supplicandum, cautionem præstandum, & sententiandum in causa agitur.

SUMMARIUM.

1 *Supplicari potest à regalia, seu evocata causa, & causa est committenda alteri ex DD. R. A. Civilis, ubi expenditur cap.* 10. *Cur ann.* 1599.

2 *DD. qui tractant de dict. cap.* 10. *remissive.*

3 *Quando Regius Ordinarius, vel Baro supplicant ab evocata causa, vel regalia, non tenentur assecurare judicium. Ubi Senatus.*

4 *Nec etiam pars regaliata capta tenetur assecurare judicium, ubi Senatus.*

5 *Si verò non est capta, tenetur legitimè cavere de se præsentando intus Regios Carceres Barcinonæ intra certum terminum, absque requisitione, & interim quandocunque fuerit requisita sub pœna, ubi Senatus.*

6 *Ab admissione causæ Criminalis per processum via ordinaria non admittitur supplicatio juxta d. cap.* 10. *Cur. ann.* 1599. *ubi Senatus.*

7 *Si non intimetur supplicatio ab evocata causa, seu regalia Procuratori Fiscali, proceditur nulliter, ubi Senatus.*

8 *Notarius causæ Criminalis remanet Notarius processus causæ supplicationis, & hic solvitur difficultas, quæ oritur ex littera, tex. in d. c.* 10. *Cur ann.* 1599.

9 *Pendente altercato in causa supplicationis non currit tempus ad probandum, nec ad declarandum, ubi Senatus.*

10 *Alia decis. Senatus.*

11 *Causa supplicationis retinet naturam causæ principalis Criminalis.*

12 *Ideò in causis supplicationum ab evocata causa, aut regalia, non conceduntur compulsoriæ ad probandum extra urbem, quia debent recipi testes coram relatore, ubi Senatus.*

13 *Alia decis. Senatus.*

14 *In causis contentionum est in arbitrio Cancellarii concedere litteras compulsorias, pensatis circumstantiis, & traditur decis. in qua fuerunt denegatæ, & ibi nota, quæ traduntur observanda.*

15 *Recitatur alia decis. in favorem Fisci, (quia cessat periculum subornationis) in qua fuerunt concessæ litteræ compulsoriæ.*

16 *Causa supplicationis à regalia, aut evocata causa in modo procedendi, etiam judicatur Civilis juxta litteram dict. cap.* 10.

17 *Non habetur pro declarata causa ad favorem ordinarii; si contingat, quod maior pars ex primis, vel secundis decem diebus est feriata.*

18 *In dicta causa supplicationis ab evocata causa, seu Regalia tantum sunt admittendi articuli, qui sunt de meritis causæ supplicationis, ubi Senatus.*

19 *Ordinario, Regio Baroni, vel parti non est danda co-*

pia

pia procedimentorum criminalium inquisitione non publicata; sed verbo eis dicitur, quo prætextu fuit evocata.

20 *Non procedit supplicatio à regalia usat. Judicium in Curia datum, si non sit facta provisio captura contra supplicantem in processu regalia.*

21 *Traditur ad litteram decis. Senatus exemplaris, ubi etiam, quod pars debet extrajudicialiter audiri antequam contra ipsam procedatur per usat. judicium in Curia.*

22 *Si Ordinarius, vel pars succubuit in causa supplicationis, potest firmare dubium; an causa sit Civilis, vel Criminalis, & è contra declarato dubio, pars, quæ succubuit potest supplicare à regalia, vel evocata causa*

23 *Quando succubuit in supplicatione ab evocata causa, vel regalia, potest iterum opponere exceptionem mala captura.*

24 *Forma supplicationis ab evocata causa per ordinarium.*

25 *Forma supplicationis ab evocata causa per partem non captam.*

26 *Forma cautionis præstanda per coniunctas personas.*

27 *Forma cautionis præstanda per Procuratorem partis, quando supplicat ab evocata causa.*

28 *Forma supplicationis commissionis causa, præstita jam cautione.*

29 *Admittuntur deductiones, & probationes intra terminum, & eo elapso offertur scedula assignationis ad sententiam.*

30 *Forma sententiæ in causa supplicationis ab evocata causa, vel regalia.*

1 IN Capitulo X. Cur. ann. 1599. inter alia disponitur, quod supplicari potest à Regalia, seu evocata causa, & supplicatio committitur uni ex Doctoribus Aulæ Civilis, qui tenetur providere, quod intimetur Procuratori Fiscali, mandando Notario Crimin. ut ponat processum in posse Scribæ causæ, quod admittantur probationes intra decem, & debeat causa terminari intra alios decem dies, cum salario viginti regalium, & casu quo talis declaratio non fuerit intra illum terminum facta, declaratum intelligatur, regaliam locum non habuisse, & actio supplicandi sit Ordinarii Regii, vel Baronis, vel partis regaliatæ, & quod hæc, vel debeat esse capta, aut assecurare teneatur legitimè judicium, & supplicare possit per se, vel per Procuratorem, aut aliam personam coniunctam.

2 Pro lata explicatione hujus capituli videndi sunt Peguer. *in prax. Crim. cap.* 13. *n.* 6. Cancer *var.* 3. *cap.* 18. *n.* 100. Fontanella *de pactis nup. t.* 1, *claus.* 4, *glos.* 11. *n.* 66. & *dec.* 282. *nu.* 16 *par.* 1. Reg. Cortiada *dec.* 37. *à n.* 32. & adde eundem Fontanella *dec.* 170. Circa practicabilia hujus capituli observa sequentia.

Quando Ordinarius Regius, vel Baro supplicat à regalia,
3 vel evocata causa non tenetur assecurare judicium; cum de eo casu non loquatur dictum cap. 10. & vidi practicarum in facto Procuratoris Fr. D. Michaelis Xammar Prioris Cathaloniæ Ordinis, & Militiæ Sancti Joannis Hyerosolimitanen. supplicatione oblata 27. Februarii 1627. ubi 17. Martii ejusdem anni fuit declaratum, malè ab evocatione causæ fuisse supplicatum, in expensis supplicantem condemnando, referen. Magnifico Josepho Ferrer R. A. D. Scriba Macip. Nott. de quo infrà latius. Pariter idem fuit observatum in supplicatione ab evocata causa, instante Syndico Cleri Stationis Derruzen. & Procuratore Fisci Regiæ Curiæ contra Sylverium Jardi agricolam Villæ de Tivissa, in qua supplicavit Procurator Excellentissimi Ducis Cardonæ Domini de Tivissa die 25. Maii 1666. ad relationem Nob. Josephi Rull. nunc R. A. D. nunc meritissimi Reg. in S. C. A. & non præstitit cautionem.

4 Nec etiam pars regaliata capta tenetur judicium assecurare, quia pariter nihil tale disponitur in dicto capitulo. & fuit observatum die 13. Julii 1617. in supplicatione ab evocata causa interposita per Franciscum Beuloni captum referente Magnifico Joanne Gallego R. A. D. & pariter in supplicatione ab evocata causa interposita 22. Februarii 1621. per quemdam Civem honoratum Barcinonæ captum, Scriba Cesillas, relatore Magnifico Josepho Roca.

5 Si verò pars regaliata non est capta, quando per se, vel per personam coniunctam supplicat, tenetur cavere de se præsentando ad pœnam certæ quantitatis, ut insinuat Peguera *in prax. cap.* 13. *n.* 6. *vers. Capto deinde reo*, & fuit resolutum die 5. Maii 1679. in facto supplicationis præsentatæ per aliquos Clericos, uti coniunctas personas quorundam Villæ de Moya, contra quos fuit evocata causa, instante Fisci Procuratore Regiæ Curiæ, & publicari fuerunt ejecti à pace, & treuga in vim Constitutionis *com. instigant*, & quia non præstiterunt cautionem de præsentando reos intus Regios Carceres Barcinonæ intra certum terminum absque requisitione, & interim quandocunque forent requisiti sub pœna, fuit repulsa supplicatio.

Ab admissione causæ Criminalis per processum via ordi- 6
naria non admittitur supplicatio juxta *dict. Cap.* 10. *Cur. an.* 1599. propterea quia tantum loquitur de supplicationibus interponendis ab evocata causa, aut regaliis, & fuit declaratum per Regium Criminale Concilium die 14. Augusti 1682. in facto supplicationis oblatæ per Bajulum præsentis Civitatis Barcinonæ, & per Josephum Berrot, & Petrum Valeta incolas ejusdem Civitatis, qui supplicarunt à admissione causæ Criminalis, per processum via ordinaria, vertentis in Regio Concilio ad relationem Nob. Francisci de Cancer I. R. C. Scriba Badia, & fuit supplicatio cum reliquis partium deductionibus lineata Cruce Sanctæ Eulaliæ. Motivum fuit; quia ante Curias ann. 1599. in hoc Principatu communiter erat consuetum appellari, seu supplicari non posse in criminalibus Cancer *var. par.* 1. *cap.* 17. *n.* 12. Ferrer 3. *p. obser. cap.* 25. Peguer *in prax. crim. cap.* 12. *§.* 10. *nu.* 1. & *dec.* 70. *par.* 2 *n.* 5. & 6. Reg. Cortiada *dec.* 106. *nu.* 120. Reg. Matheu *de re crim. cont.* 2. *n.* 13. Urceol. *concl. legali* 128. *nn.* 487. & solum juxta cap. 15. Cur. anni 1599 licuit supplicare à definitivis, & provisionibus tormentorum (casibus ibi exceptis) undè in omissis *in dict. cap.* 15. standum est consuetudini universali, qua prohibita erat supplicatio, ut argumentur in simili Peguera *par.* 2. *dict. dec.* 70. *n.* 5. & 6. igitur pariter cum solum juxta nostrum cap. 10. ejusdem Cur. ann. 1599. liceat supplicare à Regalia, seu evocata causa; inde in omissis, & sic ab admissione causæ via ordinaria; prohibita erit supplicatio; reo tamen superierit remedium firmandi dubium ad obtinendum repulsam admissionis causæ criminalis ex traditis hic infrà *num.* 22.

Disponitur in dicto *cap.* 10. quod supplicatio ab evocata 7
causa, seu regalia debet intimari Procuratori Fiscali, & fit certum; quia in Cathalonia processus criminalis est Fisci Peguera *in prax. Crim. cap.* 12. *§.* 1. *n.* 1. & nos *dec.* 1. *n.* 1. cui propterea debet fieri notificatio procedimentorum causæ supplicationis ab evocata causa, seu regalia aliàs nulliter proceditur, ita fuit conclusum die 7. Septembris 1618. nam cum nulla procedimenta forent intimata Fisco in causa supplicationis Egregii Comitis de Vallfogona, a provisione evocationis causæ, fuit declaratum in causa supplicationis nulliter processum fuisse, salvo jure Comiti, iterum supplicandi, est in libro conclusionum civilium, ex regula, *text. in l. si Fiscus 7. ff. de jure Fisci*, ibi: *Quare si sine Fisci Advocato pronuntiatum sit: Divus Marcus rescripsit, nihil esse actum, & ideo ex integro cognosci oportere.*

Licèt in dicto *cap.* 10. disponatur, quod Judex causæ sup- 8
plicationis teneatur mandare Notario Criminali, quod ponat processum in posse Notarii causæ; attamen in omnibus processibus, quos de supplicationibus ab evocata causa recognovi, observatum accepi, eundem Notarium Criminalem manere Notarium causæ supplicationis. Ita in illa supplicationis ab evocata causa contra Civem honoratum Barcinonæ die 22. Februa. 1621. ad relationem Magnifici Josephi Roca R. A. D. & fuit confirmata evocatio causæ die 8. Martii ejusdem anni, & tàm in processu Criminali, quàm in processu causæ supplicationis, fuit Scriba Sesillas. Idem in illa Prioris Cathaloniæ, in qua fuit lata sententia 17. Martii 1627. quæ infrà litteraliter recitatur, & fuit Notarius processus causæ Criminalis Hieronymus Macip, qui fuit etiam Notarius causæ supplicationis. Idem in processu supplicationis interpositæ per Syndicum Civitatis Urgellens. 14. Julii 1679. ab evocata causa facta instante Reverendo in Christo P. Episcopo Urgellens. & Procuratore Fiscali Regiæ Curiæ, & fuit Notarius causæ Criminalis Paulus Riambau, qui etiam fuit Notarius causæ supplicationis. In idem inclinabat Aula R. Cancellarii suscitato dubio in processu supplicationis ab evocata causa interpositæ per Syndicum Civitatis Tarraconæ die 4. Martii 1683. nam d. Riambau Notarius utriusque processus reperiebatur.

Nec his obstare valuit, *rex. in dict. cap.* 10. *Cur. anni* 1599. ubi disponitur, quod Doctor Aulæ Civilis, cui causa supplicationis committitur, teneatur iniungere Notario Criminali, ut ponat processum in posse Not. causæ, ut ibi: *Manant al Notari del Criminal, que pose lo proces en poder del Notari de la causa.* Quia respondetur id procedere posse, quando Notarius causæ Criminalis, non poterit esse Notarius causæ

suppli-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

supplicationis, quæ debet committi alteri ex DD. Aulæ Civilis, veluti in casu, quo Notarius causæ Criminalis, non erit alter ex Scribis Collegii Notarior. Regiorum Barcinonæ; at si utriusque Processus, tam primitivi, quàm causæ supplicationis potest esse Actuarius, in utroque Processu, tam primitivo, quàm causæ supplicationis Notarius, & scriba manebit, ut ita traditur supra observatum cujus observantiæ virtus est declarare verba Constitutionis, & ei est standum, quamvis improprientur verba constitutionis, ut probavimus *decis.* 4. *num.* 29. & 30. & ulteriùs patet in eo, quod observatur in causa supplicationis à provisione tormentorum, vel sententia definitiva, in qua prosequitur idem Notarius, qui fuerat in primitivo Processu Criminali. Et ita quotidiè practicatur.

9 In causa supplicationis ab evocata causa, aut regalia, si incidat intra dies ad probandum altercatum inter partes, pendente altercato non currit tempus ad probandum, nec ad declarandum, observat Cancer ex Senatu *lib.* 3. *c.* 18. *n.* 100. & 101. (in causis tamen Civilibus durante altercato tempora probatoria currunt contra partem succubentem. *Const. Per quam* 4. *tit. de altercat.* Peguer. *in prax. Civil. rub.* 14. *nu* 24. & *rub.* 15. *num.* 4) fuit observatum in causa supplicationis ab evocata causa desuper relata Procuratoris Excellentiss. Ducis Cardonæ, qui supplicavit die 25. Maii 1666. & fuit altercatum super expeditione plicæ testium declaratum die 12. Octob. 1666. & fuit expressè dictum ibi: *Et quod dilatio decem dierum partibus communis ad probandum à c. Cur. prafixa currat à die præsenti.*

10 Pariter idem fuit observatum 14. Julii 1679. ab illa evocata causa facta instante Rev. in Christo P Episcopo Urgellens. & fuit altercatum super admissione articulorum, & declaratum, facto verbo in Regia Audientia per Magnif. Josephum Alæny R. A. D. die 18. Septembris 1679. & lata sententia confirmando evocationem die 8 Octob ejusdem anni. Provisionem altercati dispones, quemadmodum formatur in causis civilibus: nisi quod ultra reatorem, firmat provisionem super altercato Advocatus Fiscalis R. Curiæ; quia in ea vovet, eo modo quo observatur in causis supplicationum interpositis à provisionibus tormentorum, & à diffinitivis Criminalibus, quarum declarationes semper firmat (quia vovet) Advocatus Fiscalis R. C.

11 Causa supplicationis retinet naturam causæ Criminalis, *l.* 1. *in fin. ff. an per alium cau. appell.* Farinac. *decis.* 520. & ibi Luca *nu.* 1. ex Ferret 3. *par. observ. c.* 493. Fontanella *decis.* 420. *nu.* 9. & *seqq.* Latro *decis.* 139. *num.* 1. & 2. Rota coram Bich. *decis.* 295. *nu.* 25. latè Carleval *de judiciis tom.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2 *qu.* 7. *nu.* 947. Cancer *var.* 3. *cap.* 16. *nu.* 142. Ripoll. *var. cap.* 5. *num.* 223. & *in prax.* ad Peguera *rub.* 14. *num.* 55. & punctim Fontanell. *tom.* 1. *decis* 170. *num.* 6.

12 Ideò in causis supplicationum ab evocata concedi non possunt litteræ compulsoriæ ad probandum extra urbem Fotanella *de pactis nupt. tom.* 1. *clauf.* 4. *glos.* 11. *num.* 71. tum inquit; quia in causis criminalibus coram relatore testes recipi debent, *auth. apud eloquentissimum Cod. de fid. inst.* ibi: *Nam in Criminalibus testes apud Judices representandi sunt;* Peguera *in prax. crim. cap.* 12. §. 2. *nu.* 1. Farinac. *in prax. qu.* 77. *n.* 196. Giurba *conf.* 78. *num.* 17. *circa medium*, Faria ad Covar. *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 195. nos *decis. seq. n.* 28. tum etiam, quia hæ probationes partis supplicantis sapiunt naturam defensionum, in quibus testes recipiuntur tantum in præsentia Judicis, & non aliàs, juxta disposita *in Const.* 14. *tit. de accus. y denunc.* Clarus *in prax.* §. *fin. q.* 26. *in princ.* & Bajard. *n.* 3. Faria ad Covar. *lib.* 2. *d cap.* 13. *num.* 105. Ludovic. à Peguer. *in prax. Crim. cap.* 12. §. 7. *n.* 2. & punctim comprobat Reg. Cortiada *decis.* 37. *nu.* 34. & fuit observatum in causa supplicationis ab evocata causa interposita per quendam Civem honoratum Barcinonæ die 22. Februarii 162[illegible]. & in supplicatione per partem instantem oblata die 26. Februarii 1621. petitum fuit testes super articulis per reum oblatis recipiendos fore coram Judice causæ supplicationis, cui supplicationi fuit provisum. *R. DD. & an. facto verbo in R. A. inferantur in Processu*, & in effectu coram relatore qui erat Magnif. Josephus Roca R. A. D. fuerunt recepti testes, Scriba Cesilles.

13 Sic fuit observatum in causa supplications interpositæ per Procuratorem Excellentissimi Ducis Cardonæ, Baronis de Tivissa, ab evocata causa instante Syndico Cleri stationis Dertusen. contra Sylverium Jardi agricolam dictæ Villæ ad relationem Doctissimi Nobilis Josephi Rull I. R. C. nunc R. in C. S. A. Scriba Preve Not. die 12. Octob. 1666. ubi facto verbo fuit declaratum, non esse locum expeditioni litteratum compulsoriarum, & plicæ testium super articulis oblatis die 28. Maii d. anni, aliosque testes ministratos per Syndicum Cleri stationis Dertusen. tamquam non receptos coram relatore à Processu extrahendos, & diffuendos esse.

At in Contentionum causis est in arbitrio Cancellarii 14
concedere litteras compulsorias pro recipiendis testibus extra urbem, attenta qualitate causæ, conditione personarum, & metu falsorum testium, quo in casu interdum etiam testes ministrandi ab eodem Cancellario examinantur, & coram eo recipiuntur. Ita ex resolu. trium Aular. tradit Pegu. *in prax. c.* 26. *verf. Scire tamen post n.* 7. & eo relato Reg. Cortiada *decis.* 21. *nu.* 43. & juxta hanc doctrinam vidi observatum in causa contentionis Anderæ Graner, cui propter periculum subornationis, quod aderat, formato altercato, fuit declaratum de mense Decemb. (verbo, ut interdum observatur) 1679. per D. Cancel. Olagar. Monserrat incruentibus Ferrer, Taverner, Aleny, & fuerunt denegatæ litteræ compulsoriæ.

In hac re observa, quod salubriter excogitaverat. R. Matheu *de re crim. cont.* 78. *n.* 137. in aureis verbis, ibi: *Judicibus Ecclesiasticis non doctrinam subministrare desidero, sed obsecrare in quantum possum, quod in examine testium dveis producendorum, ad verificandum confugisse, adhibeant curam, quam Pontifices mandant, eos per se examinando, Eugenius III. in c. si qui test.* 8. *de testibus scribens ad Exonium, & Vigoronum Episcopos clarè supponit testes per eos examinandos esse, nisi impediti fuerim, & adhuc in criminalibus hanc licentiam limitant DD. apud Barbosa in cod. text. n.* 5. *Innocent. III. in c. cum causam quæst.* 37. *cod. tit. Episcopo Palentino examen testium commisit, quo in text. perpendenda sunt verba illa, quia verò utrique parti nimis existeret onerosum, ut testes producerentur coram nobis, mandamus quatenus recipias testes, supponit namque Pontifex testes coram eo producendos, & examinandos esse, & non movetur ad committendum examen Episcopo, ex immunitis Curis, quibus Papa gravatur, sed partium gravamine. Dispensat siquidem ne coram se adferantur, sed Episcopum eligendo, non ut recipere faciat, vel mandet, sed quatenus recipiat testes, exprimens personalem industriam adhibendam, ut ex reliquis verbis illius text. depromitur. Nunquam enim istæ controversiæ suscitantur pro levibus delictis, sed pro atrocibus, ex quibus Respuplica maximopere laditur. Immunitatis Ecclesiæ privilegium, res magni momenti per se est. Commisso examine Tabellioni, vel Notario non tractatur negotium pro dignitate. Testes quos Judex non videt, nequeunt ejus animum instruere, cum ex genere personarum, ex modo dicendi, ex ratione sciendi, ex trepidatione, vel audacia, & alia um circumstantiarum, quæ in examine concurrere solent, explicant Judici sapissimè, quod latet in corde Ex quibus percipere possit. an vera, vel falsa deponant, an ultro se offerant, an commissa dicant, an facto adfuissent, & cætera, qua cordatus Judex attendere debet,* & infra *n.* 140. ibi: *Non ignorat: nisi qui ignorare vult, testes ad hoc haberi venales: quorum aliquos Aula non semel debita pœna coercuit.* Et hanc doctrinam vidi observatam in contentione allegata per Joan. Cellares olitorem in anno 1683. in qua recepti fuerunt testes cor. Rev. Cancellario, eos per se ipsum examinando adeò, quod clara apparuit probatio delicti, quæ dubia aderat in Processu offensionali.

Sed cum in causis criminalibus, pro parte Fisci non ad- 15
sit periculum subornationis, Guaz. *def. reor.* 24. *c.* 7. *nu.* 3. Sanfel. *decis.* 22. *num.* 11. *cum seqq.* Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2 *c.* 3. *n.* 64. Conciol. *ref. crim. verf. Testis quoad examen resol.* 1. *num.* 2. ideò in articulis oblatis pro parte Procuratoris Fiscalis R. C. in contentione super immunitate Ecclesiastica allegata per Raphaelem Soler furorem Civem Barcinon. die 9. Decembris 1676. per Cancell. Pons fuerunt concessæ litteræ compulsoriæ ad probandum extra urbem, & meritis dictæ probationis attentis, fuit declaratum per eundem Cancellarium intervenientibus Aleny, Ribera, Colomer, Nabona d. Soler uxoricidam immunitate Ecclesiastica non gaudere die 15. Junii 1677.

Ulteriùs licet supplicationis causa interposita ab evocata 16
causa, vel regalia sit causa Criminalis, cum retineat naturam primitivæ causæ, in modo procedendi respectu testium recipiendorum coram Relatore, & denegandi copiam inquisitionis reo, ea non publicata, quia in his agendis versatur interesse publicum, quod consistit, ut delicta probentur, & puniantur, ut sentire videtur, Fontan. *de pact. nup. tom.* 1.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tom. 1. clau. 4. glos. 11. n. 70. circa fin. at verò in quibus hæc ratio non viget, judicatur etiam Civilis in modo procedendi, & huic stylo causam dedit *dict. cap.* 10. quod imprimis committi vult causam uni ex DD. causarum Civilium, deinde quod Processus causæ Criminalis tradatur Not. causæ, quod pars supplicans admittatur ad probationes quas voluerit in d. causa faciendas, idque ante publicationem inquisitionis, quod Judici detur à partibus salarium & finaliter, quod in his admittatur Procurator, Fontanella *decis.* 170. *nu.* 14.

17 Ex his ergo infert Fontan. in eadem *dec.* 170. *n.* 13. *& seq.* quod non habeat, nec haberi debeat pro declarata causa ad favorem ordinarii, vel rei, statimarque labitur terminus viginti dierum, videlicet decem ad probandum, & decem ad declarandum præfixus, si contingat, quod major pars unius aut alterius dilationis sit feriata (in causis civilibus, si major pars dilationis sit feriata, illi dies feriati deducuntur ab ipsa dilatione, nec faciunt numerum Ferret *2. par obser. R. A. c* 1. *num.* 11. *& in* 3. *par. c.* 297. Ripoll. *in prax. Civil.* ad Pegu. *rubr.* 14. *n.* 148. *& rub.* 16. *nu.* 15. ubi Senat. de Amigant. Xammar *rerum judic. def.* 137. *n.* 3.) & scribit Senatum junctis tribus Aulis declarasse de anno 1603 (est 29. Martii 1613. fol. 50. ex majori parte.) Et in causa Fisci Procuratoris contra Salvium Torrent furorem Civitatis Gerundæ, in gradu supplicationis interpositæ per dictum Torrent à provisione evocatę causæ contra eum factæ in Regio Concilio, vertentis coram Egregio tunc Senatore Balthazare Morell de Mense Octobris 1615. disputatus fuit articulus parte opponente, & tandem resolutus pro hac opinione, & prodiit sententia in causa principali 21. Octobris dicti anni contra reum, non obstante, quod lapsi essent plusquam viginti dies ex die interpositæ supplicationis.

Et antea 18. Januarii 1615. referente Dalmau inter Syndicum de la Conca de Odena, & Syndicum de Riudebilles, Scriba Maclp Not.

18 In causa supplicationis ab evocata causa tantum admittendi sunt articuli, qui sunt de meritis causæ supplicationis, scribit Fontan. *decis.* 170. *n.* 14. & observatum fuit in facto supplicationis interpositæ per Syndicum Civitatis Urgell. ab evocata causa facta instante Rever. in Christo P. Episcopo ejusdem Civitatis, & Fisci Procuratore R. C. referente Magnifico Josepho Aleny R. A. D. Scriba Riambau, in qua tamquam impertinentes ad causam supplicationis, fuerunt repulsi quidam articuli, provisione, facto verbo facta 18. Septembris 1679.

19 Ordinario, vel Baroni, aut parti supplicanti ab evocata causa, non est danda copia procedimentorum criminalium, sed relator verbo dicere debet, quo prætextu causa evocata fuit, ita practicari, scribit Fontan. *to* 1. *clau.* 4. *glos.* 11. *à n.* 67. & eo relato Reg. Cortiada *decis.* 37. *nu.* 33. qui se refert ad latè dicta *in decis.* 21 *nu.* 45. ubi latissimè probat denegandam esse Reo in causis criminalibus, & in causis contentionum communicationem Processus, ipso non publicato ex Pegu. *in prax. crim c.* 12. §. 6. Berart *in specul. visit. c.* 19. *n.* 15. Fontanella *supracit. loco, & aliis.*

20 Supplicari potest à regaliis parte non capta, nec requiritur fit facta provisio capturæ; sed à regalia usat. *judicium in Curia datum*; non potest supplicari, nisi facta provisione capturæ personæ supplicantis in Processu d. regaliæ, nam hæc est differentia inter hanc Regaliam, & alias, quæ fiunt in vim usat. *Simili modo, Camini, & strata, Auctoritate, & Rogatu, & Moneta*, nam hæ fiunt casui tantum, nec opus est, quod tempore; quo Regalia fit, constet de delinquentibus; sed postea facta Regalia, de illis inquiritur; ista autem, quæ fit in vim usat. *judicium in Curia datum*, non solùm fit casui, sed & personis simul; quia constare debet, de his qui sententiam contrafecerunt. Pegu. *in prax. crim. c.* 17. *n.* 6. Reg. Vinnes *in disc. celebr. Cur.* 2. *n.* 57. & fuit declaratum, prout sequitur.

21 *Die* 30. *Maii* 1611. *in facto causæ supplicationis interpositæ per Jacobum Bonacasa Not. Regium in Regiis Carceribus Barcinonæ detentum à provisione regaliæ in vim usat. Barcinonæ incipientis judicium in Curia datum ad instantiam Fisci Procuratoris R. C. & Syndici Collegii Notariorum Regiorum Civium Barcinonæ partis instantis, contra eum, ut asseritur facta, quæ novissimè ducitur ad relationem Magnifici Michaelis Sala Regii Concilii, & Tertiæ Aulæ Doctoris.*

Attento licèt ex meritis utriusque Processus, tam primitivi, quàm præsentis causæ supplicationis interpositæ per Jacobum Bonacasa Not. Regium à provisione regaliæ in vim usatici Barcinonæ incipientis judicium in Curia datum, ad instantiam Fisci Procuratoris Regiæ C. & Syndici Collegii Not. Regiorum Civium Barcinonæ partis instantis, contra eum, ut asseritur, facta, quæ novissimè ducitur ad relationem Magnif. Michaelis Sala Regii Concilii, & Tertiæ Aulæ Doctoris constet, provisionem Regaliæ in vim d. usatici factam fuisse contra aliquos Notarios non Collegiatos, delatos de contrafactione Regiæ sententiæ in favorem d. Collegii, & contra quatuor Notarios in ea nominatos, referente Petro Llobregat q. Regiæ Audientiæ Doctore latæ prima Octobris 1556. afficientis omnes alios Not. Regios non Collegiatos, instrumenta, contractus, & ultimas voluntates in præsenti Civitate Barcinonæ recipientes, juxta declarationem per eundem Llobregat factam 21. Octobris 1560. tamen quia non constat in Processu d. regaliæ fuisse hactenus provisam capturam personæ d. Jacobi Bonacasa supplicantis, & regalia, quæ fiunt in vim d. usatici juxta mentem, practicam, & observantiam illius nedum fiunt casui; sed personis certis de contrafactione convictis, quarum captura providetur, & consequenter constat d. Regaliam d. Bonacasa, adhuc non affecisse. His, & aliis meritis Processuum attentis, & aliàs fuit conclusum, quod declararetur supplicationem à d. regalia per dictum Bonacasa præmaturè interpositam non procedere. Hoc intellecto, & declarato, quod per sententiam vigore hujus conclusionis ferendam, non impediatur progressus inquisitionis via ordinaria factæ, instante Fisci Procuratore R. C. contra dictum Bonacasa, cujus vigore captus fuit, & nunc in Regiis Carceribus Barcinonæ detinetur.

Et obiter adverte circa materiam hujus usat. *Judicium in Curia datum*, quod præsentata supplicatione Regio Concilio, præcedentibus requisitis, quæ traduntur à Peguer. *decis.* 71. *& in prax. crim. cap.* 17. & ibi additionator Ripoll. Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 16. *n.* 90. *& tom.* 2. *claus.* 6. *glos.* 3. *par.* 5. *nu.* 73. *vers. Per quæ* Reg. Vinnes *in disc. celeb. cur.* 2. *n.* 53. *& seqq.* Cancer *var.* 3. *c.* 17. *n.* 40 *cum seqq.* debet extrajudicialiter pars, contra quam procedi prætenditur, audiri per relatorem causæ: Reg. Vinnes *d. disc.* 2. *n.* 56. Ripoll. *in prax. crim. c.* 17. *n.* 19. *circa finem.*

Si ordinarius, vel pars succubuit in evocatione causæ, 22
potest firmare dubium, an causa sit Civilis, vel Criminalis juxta formam *Const. unic. tit. com se ha de declarar lo dupte.* Cancer *var.* 3 *c.* 18. *num.* 116. Ripoll. ad Peguera *in prax. civil. rub.* 32. *num.* 30. *& seqq.* & econtrà declarato dubio; an causa sit Civilis, vel Criminalis potest pars, quæ succubuit supplicare à regalia, seu evocata causa, ex Senat. Fontanel. *de pact.* 1. *clau.* 4. *glos.* 11. *nu.* 73. *vers. Faciamus*, & hæc omnia comprobat Reg. Cortiada *decis.* 35. *num.* 122. *& seqq. & decis.* 37. *num.* 35. & 36. formas supplicationis ad formandum dubium, & declarationis dubii, recitat de Amigant *in novis. addit. ad rubric.* 32. Peguera *in fine.*

Similiter, quando pars succubuit in causa supplicationis 23
ab evocata causa, potest per viam exceptionis opponere de mala captura, ut successit in illa cujusdam Civis honorati Barcinonæ, qui succubuit in supplicatione ab evocata causa, sententia lata 18. Martii 1621. referente Magnifico Josepho Roca R. A. D. Judice causæ supplicationis, & opposuit exceptionem malæ capturæ, in qua etiam succubuit die 29. Martii 1621. referente Magnif. Francisco Ferrus I. R. C. Judice causæ principalis, Scriba Cessillas.

Forma supplicationis ab evocata causa per Ordinarium. 24

EXCELLENTISSIME DOMINE.

AD auditum Procuratoris D. Michaelis Xammar Prioris Cathaloniæ Ordinis, & Militiæ S. Joannis Hierosolymitanen. pervenit fuisset evocatam causam Criminalem vertentem coram Procuratore Generali dicti Prioris inter Procuratorem Fiscalem Generalis Gubernationis ex una, & Elisabeth N. Villa-Novæ de la Barca ream in Carceribus Castri de Corbins detentam, quæ evocatio causæ est præjudicialis, & gravatoria d. Priori Domino jurisdictionis Civilis, & Criminalis loci Villæ-Novæ de la Barca, supplicat propterea legitimus Procurator d. Prioris, dignetur E. V. dictam causæ evocationem in melius commutare, & declarare non fuisse intentionis suæ Excellentiæ eam ad Regium Concilium evocare, & præsentem causam committi alicui ex Magnificis R. A. D. Aularum Civilium quì justitiam ministret, Offic. &c.

Altissimus, &c.
Millet.

Com-

Committatur Magnifico Josepho Ferrer, qui super supplicatis debitè provideat.

Provisa per Nobilem Regentem Cancellariam die 27. Februarii 1627. Barcinonæ.

Domenech.

Recepta d. d. & anno intimetur Fisco, & parti.

Ferrer.

Eandem observa formam parte capta, quæ non tenetur cavere.

Forma supplicationis ab evocata causa per partem non captam.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

25 *AD auditum Procuratoris N. pervenit* (narra evocationem causæ ut supra) *quæ evocatio causa est præjudicialis, & gravatoria dicto N. supplicat propterea ejus Procurator dictam causæ evocationem in meliùs commutari, & offert cavere juxta cap. 10. Current. ann. 1599. Offic. &c.*

Altissimus, &c.

Molins.

Caveat juxta capitulum Curiæ.

Provisa per Nob. Regentem Cancellariam die 14. Julii 1679. Barcinonæ.

Reart, & Jaben.

Hæc decretatio fuit facta ex deliberatione R. C. d. die 14. Julii 1679. in causa supplicationis ab evocata causa Syndici Sedis Urgellens. in Processu assistentiæ obtentæ per Rev. in Christo P. Episcopum Urgellens. Scriba Riambau Not. subsequitur cautio infrà.

Forma cautionis præstanda pro præsentando reum, quando supplicant conjunctæ personæ, Reo non capto.

Die, &c.

26 *Cautio juxta Capitulum X. Curiarum anni 1599. per T. & T. qui principaliter se obligarunt, principalesque tentos, & obligatos esse pro Petro T. quoad pœnam quantitatis infrascriptæ, qua promiserunt suæ Excellentiæ, & R. A. quod in casu succumbentiæ in causa supplicationis interpositæ pro parte d. Petri N. à decretatione, & evocatione causæ factæ per Nob. Regent. Cancellariam die T. ad R. Criminale Concilium, & commissa Magnifico T. Judici R. C. instante Fisci Procuratore Regiæ Curiæ adversus, & contra dictum Petrum T. facient, & curabunt, & dabunt operam cum effectu, quod dictus Petrus T. infrà dies decem à die latæ Regiæ sententiæ dictæ supplicationis causa proferendæ, in antea continuò numerandos, se præsentabit, & ponet intus Regios Carceres præsentis Civitatis Barcinonæ absque ulla requisitione d. Petro T. & dictis T. & T. principaliter pro eo obligatis verbo, vel in scriptis danda, seu facienda, & interim quandocumque fuerint requisiti sub pœna quingentarum librarum, Regiis inferendarum Ærariis* (fiat cum omnibus renuntiationibus, submissionibus personarum, & bonorum, insolidum, prout in debitis Fiscalibus, & regalibus, quoad dictam dictarumque quingentarum librarum pœnam, cum obligationibus, & juramento largè juxta stylum) *& dicti T. & T. præstiterunt sacramentum, & homagium penes T. qui &c.*

Testes sunt.

27 *Cautio per Procuratorem Rei non capti, quando supplicat ab evocata causa, seu regalia.*

Die, &c.

Cautio juxtà Capitulum X. Curiarum anni 1599. per T. uti Procuratorem Petri T. ut de ejus potestate constat plenè instrumento recepto penes T. Not. die T. qua promisit suæ Excellentiæ, & R. A. quod in casu succumbentiæ in causa supplicationis interpositæ, pro parte d. Petri N. principalis sui, à decretatione, seu evocatione causæ factæ per Nobil. Regentem Regiam Cancellariam die T. ad Regium Concil. Criminale, instante Fisci Procuratore Regiæ Curiæ, & commissæ Magnifico T. Judici R. C. adversus, & contra dictum Petrum T. dictus Petrus principalis suus infrà dies decem à die latæ sententiæ in d. supplicationis causa proferendæ, in antea continuè numerandos se præsentabit, & mittet se intus Regios Carceres præsentis Civitatis Barcinonæ, absque ulla requisitione sui verbo in scriptis danda, seu facienda, & iterim quandocumque fuerit requisitus sub pœna 500. Lib. Regiis inferendarum Ærariis, & pro majori præmissorum tuitione dedit dicto nomine in fidejussores T. & T. præsentes, qui acceptarunt, & tam principalis, quàm fidejussores obligarunt personas, & omnia, & singula bona sua, prout in debitis Fiscalibus, & regalibus, & cujuslibet eorum insolidum, cum omnibus renuntiationibus, submissionibus, & juramento, & dictus T. Procurator prædictus nomine dicti principalis sui præstitit sacramentum, & homagium penes T. qui, &c.

Testes sunt.

Posteà offertur supplicatio pro commissione causæ.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

QUia jam fuit debitè cautum juxta c. 10. Cur. an. 1599. 28 *dignetur Excellentia vestra præsentem causam committere alicui ex Magnificis, seu Nob. Senatoribus R. A. Civilis, qui debitè provideat, & justitiam partibus ministret omni meliori modo. Offic. &c.*

Altissimus, &c. *Molins.*

Cui quidem supplicationi fuit facta decretatio sequens. Magnificus Josephus Aleny audiat, colligat, & referat, & super supplicatis debitè provideat.

Provisa per Nobil. Reg. Cancellar. Die 14. Julii 1679. Barcin.

De Reart & Jaben.

R. D. D. & anno facto verbo in R. A. providet, quod inferatur cautio, & intimetur Fisci Procuratori.

Aleny.

Posteà admittuntur deductiones, & probationes intra 29
decem dies, & posteà per Fisci Procuratorem R. C. offertur schedula assignationis ad sententiam in forma ordinaria, vel per partem, cum interventu, & firma Fisci Procuratoris R. C. Idem petentis.

Forma sententiæ in causa supplicationis ab evocata causa, vel regalia.

Attento ex meritis utriusque Processus, tam primitivi, 30
quàm præsentis causæ supplicationis pro parte Prioris Cathaloniæ Ordinis S. Joannis Hierosolymitanen. interpositæ ab evocatione causæ generaliter contra omnes delatos de crimine lamiatus ad Regium Concilium, ad instantiam Fisci Procuratoris R. C. facto verbo in Regio Concilio factæ, referente Magnif. Michaele Rollan quondam I. R. C. 22. Junii 1622. quæ in locum d. Rollan fuit commissa Magnifico Paulo Guiamet Judici ejusdem Reg. C. 29. Octobris 1625. cujus vigore, & litterarum per d. Guaimet novissimè provisarum 20. Februarii 1627. Elisabeth N. Vidua Villa-Novæ de la Barca, quæ de d. crimine delata detinebatur capta in carceribus Castri de Corbins, apprehensa, & tradita fuit ad Regios Carceres Barcinonæ, constat, non fuisse aliquid deductum, allegatum, seu probatum pro parte dicti supplicantis, propter quod d. evocatio causæ, & provisio in ea facta, debeat communari. His igitur, & aliis meritis Processuum attentis, & aliàs sua Excellentia, insequendo conclusionem in R. A. factam, pronuntiat, sententiat, & declarat benè dictam causam ad Regium Concilium evocatam fuisse, & malè à dicta evocatione supplicatum, d. supplicantem in expensis posteà taxandis condemnando, & pro distractis fiat executio.

Ut. Ferrus F. A.

Ut. Ferrer.

Lata per Regen. Cancellariam die 7. Martii 1627. Barcin. Instantibus, &c.

DECISIO SEPTIMA.

ARGUMENTUM.

De testis examine, & depositione in causis criminalibus. De confrontatione testis cum Reo; de requisitis testis ad probandum in delicto portus armorum prohibitorum; & de forma recipiendi testes in hujusce delicto, & reum interrogandi, practicabiliter ad usum quotidianum agitur.

SUMMARIUM.

1 *In testium examine tres personæ interesse debent, videlicet, Judex, Notarius, & ipse testis.*
2 *Judex attentè debet examinare testem de facto, & ejus singulis circumstantiis, quæ explicantur.*
3 *Idemque est tenendum in Reo, qui medio juramento deponit ut testis in facto alieno.*

4 *Per ſcribas mandati, vel eorum ſubſtitutos in Curia Regia, debent recipi depoſitiones teſtium, & in Curiis Ordinariorum per Notarios examinatos, & approbatos, ætatis vigintiquinque annorum completorum.*

5 *Sub pœna falſi, & privationis officii per ſcribam cauſæ, continuari debent teſtium depoſitiones, ſivè tendant ad offenſam, ſivè ad defenſam.*

6 *Conſiderationes ante receptionem teſtis, omninò obſervandæ uſque ad num. 8.*

9 *Quid agendum contra teſtem, qui judicialiter negat, id de quo convincitur extrajudicialiter dixiſſe, cum Senatu.*

10 *De oppoſitionibus contra teſtes, remiſſivè.*

11 *Damna quæ inſurgunt ex mala teſtium receptione.*

12 *In proœmio depoſitionis explicari debet dies, annus, & locus receptionis teſtis.*

13 *Quomodò apud diverſas Nationes annus indicabatur.*

14 *Teſtis debet eſſe cognitus, notus, vel approbatus.*

15 *Sufficit, quod ſit cognitus à Curia, ubi deciſio Senatus.*

16 *In teſtibus requiritur ætas quatuordecim annorũ completorum, tam in maſculis, quàm in fœminis, minores quatuordecim annorum ſine juramento examinantur, de præxi, & an probent.*

17 *Quando teſtis impubes admittatur ad teſtificandum.*

18 *Teſtis debet eſſe citatus.*

19 *Judex tenetur teſti deferre juramentum, & qua forma, & quid ſi manus non habeat.*

20 *In cauſis criminalibus de conſenſu partium non poteſt teſtibus remitti juramentum.*

21 *Sacerdotes quomodò jurent ad teſtimonium dicendum.*

22 *Infideles à teſtimonio repelluntur niſi in criminibus exceptis, & defertur juramentum ſecundum eorum leges.*

23 *Qualiter Judæis deferatur juramentum.*

24 *Et qualiter Mauris.*

25 *Nominandi ſunt interpretes ad explicandum eorum loquutiones, exacto juramento de fideliter interpretando.*

26 *Adhibentur interpretes exacto juramento de fideliter interpretando, quando mutus, & ſurdus, vel qui lingua caret per nutum, vel ſigna atteſtatur, & n. 27.*

28 *Teſtes debent recipi coram Judice in criminalibus.*

29 *Nec in criminalibus dantur littera compulſoriæ ad probandum. Cum Senatu.*

30 *Poſſunt tamen teſtes recipi extra locum, in quo reſidet Regium Concilium in cauſis regalia, vel evocationis cauſa per Commiſſarium Regiæ Curiæ, quod declaratur, ubi etiam, quando citantur teſtes, ut veniant ad deponendum, ſunt illis ſubminiſtrandæ expenſæ, & n. 31.*

32 *Quoad offenſam, non etiam quoad defenſam, ſunt inſtructiones Comiſſario.*

33 *Teſtes in criminalibus tenentur exprimere tempus, ſaltem menſem.*

34 *Teſtes tenentur exprimere locum.*

35 *Diverſitas inter teſtes de loco, & tempore, non tollit teſtibus fidem, quando dictum unius teſtis comprehenditur ſub dicto alterius, quod exemplificatur.*

36 *Quando unus teſtis deponit de certo actu adjecto certo die, loco, & tempore, alius deponit de eodem actu, non tamen recordatur de tempore, & loco, tunc ſi unus teſtis alium in conteſtem vocet, præſumuntur conteſtes. & omnes probant.*

37 *Teſtes tenentur declarare perſonas, contra quas deponunt, & quando ſit neceſſaria confrontatio.*

38 *Confrontatio teſtis cum Reo, non eſt facienda ad oculum, ſed eo poſito inter plures, & ibi declaratur.*

39 *Non ſunt examinandi teſtes in confrontatione, in ſimul, ſed ſeparatim, & quilibet de per ſe.*

40 *Reus in confrontationibus non eſt adducendus, cum compedibus, & manicis ferreis, quando alii cum ipſo adducti ſunt diſoluti, ne daretur occaſio divinandi.*

41 *Si teſtis in recognitione, ſeu confrontatione alium, quàm ipſum reum tangat, vel alium dicat eſſe, eum qui deliquit, ejus depoſitio reum exculpat.*

42 *Teſtis tenetur reddere rationem ſui dicti, & in criminalibus etiam non interrogatus, aliàs non probat.*

43 *Etiam quando deponit ſuper negativa.*

44 *Aliàs nec facit indicium contra inquiſitum ad torturam.*

45 *Teſtis probat pro qualitate rationis, & licet dictum non concludat, probat, ſi ratio teſtis ſit bona, ut in teſte de credulitate deponente.*

46 *Ratio ut concludat, debet eſſe per ſenſum aptum illi Rei, ſuper qua teſtis deponit.*

47 *Si teſtis deponat cognoviſſe delinquentem, non probat, niſi explicet, quomodò illum cognoſcat, quod exemplificatur.*

48 *Teſtis deponens de geſtis noctis tempore non probat, niſi deponat, quod Luna lucebat, vel aliquid aliud lumen artificiale aderat, ubi id limitatur.*

49 *Teſtis deponens de geſtis noctis tempore ad defenſam, non tenetur, ut probet reddere rationem ſui dicti; & id generaliter eſt verum in omnibus teſtibus, ad defenſam, qui probant etiamſi non reddant rationem ſuæ depoſitionis.*

50 *Sufficit teſti reddere ſemel rationem ſui dicti, quod declara.*

51 *Si ſuper ſingulis capitulis teſtis deponat, ſuper omnibus tenetur ſeparatim reddere rationem dicti, ubi quando conjunguntur teſtes ad plenam probationem, & infrà.*

52 *Quando unus teſtis deponit de veritate negotii, & fama, & alius de fama tantum, conjunguntur, cum utrique deponant famam, & primus teſtis gerit vices duorum.*

53 *Si teſtis, qui de facto deponit per ſenſum viſus, deponat etiam de indiciis, reddendo rationem aptam in indicio, faciet plures ſemiplenas probationes.*

54 *Teſtes in criminalibus, tenentur firmare depoſitionum, & ſi ſcribere neſciant, firment manu aliena.*

55 *Teſti legenda eſt depoſitio coram Relatore, vel Judice, ut ratificet depoſitionem, & in ea perſeveret.*

56 *Ratio aſſignatur.*

57 *Forma depoſitionis teſtis, qui delinquentem cognovit, & ipſum cognominat.*

58 *Quando Reus commiſerit homicidium cum pugnione, qui repertus fuit apud eum, non requiritur, quod teſtes recognoſcant pugionem, ſed bene faciet Judex illam recognitionem procurando.*

59 *Si poſt perfectum examen appareat teſtis depoſitio ambigua, vel manca, poteſt iterum repeti teſtis, exacto prius ab eo juramento.*

60 *Forma repetitionis teſtis.*

61 *Forma depoſitionis teſtis, qui delinquentem cognovit, ſed illius nomen ignorat, & etiam confrontationum cum Reo.*

62 *Forma confrontationis, quando teſtis neſcit nomen Rei, & tempore quo formatur Proceſſus, Reus non eſt captus, ſed poſteà, formato Proceſſu, capitur.*

63 *Juxta Regias praconizationes prohibetur portare, geſtare, deferre, retinere, vel domi habere inſtrumenta brevioris menſuræ, vulgò piſtolas, ſub pœnis in eis contentis, quæ incurruntur ex ſola delatione, & ſic ſufficit, quod legitimis probationibus, quis convincatur arma prohibita portaſſe, geſtaſſe, vel domi habuiſſe.*

64 *Contra apprehenſum cum armis prohibitis brevioris menſuræ, corpus delicti eſt probandum per ocularem inſpectionem, ac deſignationem in Proceſſu qualitatis armorum.*

65 *Teſtes probant parvitatem menſuræ inſtrumenti manualis, ſi deponant de ea per ſenſum viſus, abſq; eo, quod teneantur aſſignare rationem, ſciunt quia menſuraruntur.*

66 *Teſtis dictum formatur, quando deponit de portu tormenti manualis brevioris menſuræ, cum quo tantum fuit viſus.*

67 *Forma depoſitionis teſtis, qui deponit de portu inſtrumenti manualis parvæ menſuræ, vulgò piſtola, cum quo Reus fuit apprehenſus.*

68 *Interrogatoria inquiſiti in delicto portus inſtrumenti manualis parvæ menſuræ cum quo fuit apprehenſus.*

69 *Teſtis, quomodò deponere debeat contra deferentem arma onerata in locis prohibitis, menſuræ trium palmorum.*

70 *Interrogatoria Rei in delicto inſtrumenti manualis trium palmorum, ideſt xiſpa, onerati, cum quo fuit captus.*

71 *Bannum prohibitionis armorum, debet in Processu exhiberi, ut constet de corpore delicti.*

1 IN testium receptione tres personæ interesse debent, videlicet Judex, qui testem examinare tenetur; Notarius, qui depositionem testis scribit, & instrumentum testimoniale conficit, & testis ipse, qui veritatem super eo, de quo interrogatur deponere habet.

2 Judex attentè examinare debet testem de facto, & ejus singulis circumstantiis, videlicet de causis, personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, crudelitate, fama, & certitudine, *c. cum causam 37. extra de testibus*, ibi: *Ac eos diligenter examinare procures, & de singulis circumstantiis prudenter inquiras, de causis videlicet, personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama, & certitudine, cuncta plenè conscribas*, de contestibus, de veste, qua erat induta pars, contra quam producitur, de armorum genere, & aliis ad factum spectantibus, Majorana *in opoprax. crim. lib. 1. c. 3. n. 3.* Fermos. *ad d. c. cum causam qu. 2. n. 46.* & alii per ipsos allegati, Peguera *in prax. crim. c. 12. §. 2. n fin.* R. Matheu *de re crim. cont. 78. n. 138.* licet enim sint interrogandi testes de loco, & tempore; non tamen sunt testringendi respondere ad angulum temporis, vel loci, ut scilicet interrogentur de loco loci, & hora diei, ut docet Farinac. *in prax. qu. 73. nu. 28. & 29.* nec de qualitate temporis, an scilicet fuerat nubilosum, vel serenum, Farinac. ibid. *nu. 30* Barbosa *in d. c. cum causam 37. de testibus num. 5.* (quod est tenendum quidquid dicat, Majorana *in opoprax. crim. lib. 1. d. c. 3. nu. 3.* & sic est intelligendus, Peguera *d. §. 2. num. fin.*) Salelles *de mat. Trib. fidei, num. 2. c. 20. ref. 328. n. 134. & seqq.*

3 Quæ omnia pariter observanda sunt in reo deponente, à quo exigitur juramentum in facto alieno, Peg. *in prax. crim. c. 12. §. 5. n. 6.* quia eo respectu, quoad factum alienum deponit, ut testis, Sanfelic. *lib. 2. decis. 231. num. 5.* & ideò, ut probet, debet deponere de omnibus requisitis in testibus observandis, quæ hìc recitantur, videlicet, loco, tempore, visu, auditu, & aliis, juxta tradita à Delbene *de Juram. cap. 5. dub. 2. nu. 11.*

4 Per scribas mandati, vel eorum substitutos Notarios habiles, & sufficientes in Curia Regia, debent recipi depositiones testium, *const. 6. tit. de Notaris*, & in Curiis ordinariorum per Notarios examinatos, & approbatos, *const. 10. tit. de examen de Advocats*, Peguera *in prax. crim. d. cap. 12. §. 2. num. 3.* ubi ex eadem const. docet, quod Notarius debet esse viginti quinque annorum completorum.

5 Sub pœna falsi, & privationis officii, per Scribam causæ continuari debent testium attestationes, sivè tendant ad offensam, sivè ad defensam, *c. 15. Cur. ann. 1599.* Peg. *in prax. crim. d. cap. 12. §. 2. nu. 8.* Berart *in tract. de Syndic. cap. 19. n. 48.* Gallego *in resp. pro Syndic. cap 1. n. 10. circa fin.* Prato *in respons. pro Syndic. num. 378.* Majorana *in opoprax. crim. lib. 1. cap. 3. nu. 1.* ubi *num. 2.* asserit (de simili statuto loquens) quod si aliàs scribere tantùm faceret, quæ contra reum tendunt, & non quæ contra Fiscum, tam Judex, quàm Actuarius ob tale peccatum, Deum ultorem haberent, & pœnam falsi incurrerent, cum hoc facere studiosa veri occultatio dicatur.

6 Hinc igitur, & ut obvietur fraudibus quas committunt testes in celanda veritate, apud nos, nonnisi magno præcedente examine recipiuntur, & adhuc plerumque in causis magni ponderis, priùs scribuntur eorum dicta sine juramento, & maturè consideratis circumstantiis, & certior factus Judex de fide testium, ab eis exigit juramentum, & eorum claudit depositiones.

7 Caveat inde Judex, non præcedente hac circumspectione, & cuncta in facto occurrentia non rimando, ne à principio, & illicò, quo testis in ejus conspectu apparet, ab eo exigat juramentum; nam ex quo tenetur scribere facere per Scribam causæ integram testis depositionem, sivè pro, sivè contra Fiscum esset; deficeret in veritate indaganda, & insciens incideret in fallacias testium in grave nocumentum Justitiæ, & Reipublicæ, pariterque quando alii occurrerent testes fide digni veritatem deponentes, cum contrarierentur receptis, confunderetur probatio; certus ergo sit Judex de veritate, ex informationibus extrà, antequam testibus depositiones claudat, & post, juramentum deferat.

8 Et ampliùs attendat, ut si testis in depositione alium in contestem alleget (quod omninò curare debet Judex, ut testis contestes det, quia sic poterit delicta perfectè probare) ne illicò à teste allegato juramentum exigat, debet enim illum exactè examinare, & contestari facere cum allegante, aut contra allegatum procedere ad captionem, & alia remedia, quibus utimur ad testes cogendos deponere veritatem, de quibus latiùs agemus suo loco, & si post capturam, & adhibita remedia, adhuc perseveret testis in fallaciis, poterit ex aliis testibus Processum instruere, & testem illum non recipere, quando si ab initio exigeret ab eo juramentum, & si non contestaret, & in veritate deficeret, cogere eum non valeret ad veritatem dicendam; sed præcisè ejus depositionem, etsi dolosam, & fallacem teneretur scribere facere, & tantùm supereſſet jus procedendi contra testem allegatum ad falsi crimen, & sæpè eveniret a pœna evadere delinquentem principalem, ob intricationem probationum, & testem falsum ob deficientiam probationis impunem exire, & sic sine vindicta publica delicta manere, quod ratio communis abhorret.

Poterit in hac re ulterius observare, quando timet de subornatione testis; quia ipse extra judicium affirmaverat id, quod judicialiter ut testis interrogatus negat, ut per alios testes convincatur de dicto extrajudiciali, & tunc judicialiter compelli poterit per remedia antedicta ad deponendum id, quod extrajudicialiter affirmaverat, & si in negatione persistat, accipienda est ab eo depositio judicialis, & quia contrarium deposuit ejus, quod priùs dixerat extra judicium, condemnari poterit uti reus (accepta iterùm ab eo uti reo depositione, & publicata inquisitione, ipsoque audito ad defensam) ad pœnam extraordinariam, Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 4. casu 312.* Farinac. *in prax. quæst. 66. num. 83.* Faria ad Covar. *lib. 2. c. 13. num. 60.* Et fuit observatum die 12. Maii 1671. contra Elisabeth Pujol uxorem Joannis Pujol agricolæ Beatæ Mariæ de Marles, quæ fuit bannita à Subvicaria de Llusanès, & Vicaria lata Minoriſſæ per triennium, eo quia extrajudicialiter confessa fuerat se vidisse Valentinum N. vulnerasse Joannem N. & postea examinata uti testis in causa dicti Valentini, celavit veritatem, referente S. de Magarola, in actis Badia Not.

Indagando circa personas testium, in hac decisione non quærimus, de oppositionibus contra eorum personas, nec contra dicta, neque contra eorum examen, quia ea tractata invenies, apud Farinac. *in tract. de testibus in prax. par. 2.* Catena *de Offic. sanctæ Inquisit. par. 3. tit. 5. 6. & 7.* Conciol. *resol. crim. ver. Testis quoad personas usque ad ver. Miscellanea testium*, & apud nos aliqua excogitata in decisionibus sequentibus.

Sed de testibus, quædam auctoritate Regii Concilii auctorizata observavimus edenda, insequendo normam, & ordinem depositionis testis (in calce hujus decisionis descriptæ) quam formam, cum illius paraphrasi, & explicatione, sigillatim discutere oportunum judicavimus; quia experimur quotidie in Curiis inferioribus ob incuriam assistentium in examinandis testibus, delicta ferè omnia impunita manere, pariterque adeundo per viam recursus Regium Concilium, plerumque inquisitus, impunis remanet, qui gravia perpetraverat facinora, ex quo testes, vel minus solemniter recepti sunt, vel minus juridicè examinati, sine interrogatione circumstantiarum, quæ ad substantiam depositionis pertinent; ut his igitur obviam occurramus, & facilliter apud omnes innotescat jus, & praxis recipiendi testes, primitus requisita, quibus constare debet depositio, & posteà depositionem ipsam, in qua omnia illa requisita notantur adducimus; incipiendo ergo à principio depositionis animadvertuntur circumstantiæ.

Prima in epigraphe, seu proœmio ipsius depositionis explicari debet, dies, mensis, annus, & locus receptionis testis, quæ circumstantiæ substantiales in testimoniali, prout in quoliber instrumento requiruntur, *l. 1. C. de apoch. pub. lib. 10. l. optimam 14. C. de contr. & commit. stipulat. l. si qua 4. C. de divers. rescrip. Const. com en temps, 1. tit. de fe, auct. è Kalendari.* Barsius *decis. 39. n. 24. cum pluribus seq.* Sesse *decis. 372. n. 1.* Andreol. *cont. 45. n. 10. & 11.* per tradita à DD. *in cap. 1. de fide instrum.* Ripoll. *var. cap. 11. nu. 111.* Fontanella *de pact. 1. claus. 1.* Narbona *in horograph. juris in antelog. n. 75. cum pluribus seqq.* Gratian. *discep. forens. c. 235. nu. 8. cum pluribus seqq. & c. 767. n. 11.* Pareja *de inst. edit. tom. 1. tit. 1. resol. 3. §. 2. n. 57. cum seqq.* Burat. *decis. 543. n. 3. cum seqq.*

Quod adeò tritum est, ut apud Græcos per Olympiades annorum ratio ducebatur, teste Alex. ab Alex. *lib. 5. dier. genial. c. 8.* Europ. *l. 1. de gest. Rom.* Pet. Greg. *syntag. p. 3. lib. 39.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lib. 39. *num.* 11. *& ſeq.* qui ſubdit Olympiades ſumpſiſſe exordium ab anno à Troya capta à Græcis 406. anno tertio regni Labdon Regis Hebræorum, regnante apud Aſſyrios Tananæ. Apud Ægyptios Thoo. Apud Athenienſes ab Archontibus anni rationem inibant: teſte Laertio in Solone, Plutarcho in Pelopide. Apud Lacedæmonios à Tribunis, qui ſummi erunt Magiſtratus, Alex. *lib.* 3. *dier. genial. cap.* 16. Apud Romanos per Conſules ratio temporis metiebatur, ut innunt facti conſulares, & apud alias nationes, aliis diverſis modis tempora geſtorum indicebantur, de quibus videndi Plin. *lib.* 7. *hiſt. cap.* 48. Tiraq. *lib.* 1. *de retract.* §. 1. *gloſ.* 10. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 12. (ubi Faria) *& lib.* 4. *cap.* 17. & alii quos citat Pichard. *in epig. proœm. inſt. num.* 11. ſed non deficiebat in his diei, & anni inſcriptio, licèt diverſimodè dinumerarentur, quod adeò eſt verum, nam in legibus Codicis, dies, & Conſul inveniuntur.

14 Secunda circumſtantia eſt, ut teſtis ſit cognitus, notus, vel approbatus, Farinac. *in Prax. quæſt.* 71. *nu.* 35. *&* 36. Bucar. *de different. inter Judic. civil. & crim. differ.* 100. *num* 9. Fermoſ. *in cap. cum cauſam, quæſt.* 2. *num.* 16. *de teſtibus*, & apud nos diſponitur *in cap.* 13. *Cur. an.* 1599. in illis verbis, *y que los teſtimonis hajen de ſer coneguts del mateix Jutje, ò de perſona de credit y confiança*, comprobant Peguera *in Prax. crim. cap.* 12. §. 2. *num.* 3. Berart *de ſyndic. c.* 19. *num.* 48. ſuppletur hæc circumſtantia ſi teſtis ſit notus, veluti ſi ſit incola loci, in quo proceſſus fulminatur, ut multoties vidi in Senatu admiſſum.

15 Sufficit etiam, quod cogniti ſint à Curia, ut declaravit Senatus in cauſa Joannis Audet minoris, referente R. S. de Magarola 16. Decembris 1671. ſcriba Badia; & 13. Maii 1677. in Proceſſu Antonii Roqueta, referente R. S. Triſtany, ſcriba Famada Not. ubi, quia teſtes offenſæ non erant cogniti, fuit admiſſus recentius, & concluſum, quod de novo inquireretur.

16 Tertia circumſtantia eſt ætas, quatuordecim annorum completorum, quæ requiritur in teſtificando, tam in maſculis, quàm in fœminis, ut expreſsè diſponitur in uſat. *nengun hom. ſub tit. de teſtimonis*, minores autem quatuordecim annorum poterunt ſine juramento examinari ad informandum animum Judicis, & debet id continuari per ſcribam cauſæ dicentem, *N. ætatis duodecim annorum teſtis deponens ſine juramento ad informandum animum Judicis, &c.* Peguera *in Prax. crim. c.* 12. *d.* §. 2. *n.* 7.

17 At quando aliter veritas haberi non poteſt, & in delictis difficilis probationis, in defectum aliorum teſtium, minores etiam quatuordecim annorum ad teſtificandum admittuntur. Citriſpol. *caſ. milit.* 14. *num.* 24. Muta *deciſ.* 1. *n.* 14. concurrentibus aliis adminiculis, & præſumptionibus, Farinac. *in Prax. qu.* 58. *num.* 34. Carena *de Offic. S. Inquiſit. par.* 3. *tit.* 10 *n.* 103. Majorana *in Opoprax. lib.* 2. *c.* 6. *nu.* 79. (ubi quod tunc defertur juramentum in eos de veritate dicenda, ſi ſint doli capaces poſt Bajard. ad Clar. *in prax. quæſt.* 24. *n.* 108. *cum ſeqq.*) Clarin. *tom.* 1. *cont. c.* 12. *à n.* 25. Quelada Pilo *cont. c.* 30. *n.* 44. & nos *deciſ.* 50. *à nu.* 37. *cum Senatu.*

18 Quarta eſt citatio teſtis; nam non citatus, ſed ſponte deponens dicitur ſuſpectus, Gram. *conſ.* 21. *n.* 6. *& conſ.* 35. *num.* 22. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 247. *num.* 9. ubi qui ultro deponit inimicus ejus videtur contra quem teſtificatur, Ciaz. *diſcep.* 9. *nu.* 285. *tom.* 2 Decian. *in tract. crim. lib.* 3. *c.* 25. *n.* 63. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 4. *cum pluribus ſeqq.*

19 Quinta eſt juramentum teſtis, ut religione jurisjurandi teſtes aſtringantur ad veritatem dicendam, quod Judex exigere debet ſub hac forma, quod teſtis manu dextera Cruci, vel Dei Evangeliis ſuperpoſita juret coram Judice per Deum, & Crucem ipſam, & per ſancta quatuor Dei Evangelia, quod dicet veritatem de his, quæ ſciet, & fuerit interrogatus, Peguera *in prax. crim. d. cap.* 12. §. 2. *nu* 2. & comprobant *tex. in l. juris jurandum* 9. *C. de teſtibus, l. teſtium* 14. *eod cap tuis quæſtionibus* 39. *de teſtibus, extra* Majorana *in opoprax. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 3. (ubi quod tangat per oſculum, ſi manus non haberet) Farinac. *q.* 74. *nu.* 1. Guaz. *def.* 14 *c.* 3. *n.* 1. Cabal. *reſol. crim.* 69. *num.* 1. Carena *de Offic. ſanct. Inquiſit. par.* 3. *tit.* 7. *num.* 1. *& ſeq.* Poſt. *de manut. obſ.* 84. *n.* 3. Conciol. *reſol. crim. ver. Teſtis quoad examen reſol* 2. *n.* 1. Barboſa *in d. cap. tuis quæſtionibus* 39. *de teſtibus*, & ibi Gonzalez Tellez *num.* 2. & Fermoſinus *in eod. tex. c.* 6. *q.* 1. Souſa *in aphoriſm. inquiſit. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 4. Seiſe *deciſ.* 182. *par.* 2. *n.* 11. R. Matheu *de re crim. cont* 28. *n.* 20. Delbenc *de juram c.* 6. *dub.* 4. *n* 9. *& ſeq.* ubi ait, quod ſecluſo juramento teſtis, ſi legitimè interrogatus neget veritatem, peccat contra præceptum ſuperioris, licèt non contra religionem; quia juramentum non præſtitit. Salelles *de mat. Fidei tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 20. *reg.* 328. *num.* 83. ubi quod in ſolemnitate juramenti à teſtibus præſtandi, ſufficit, ſi tangatur quælibet ſcriptura Sacra. ex Carena *de Offic. ſanct. Inquiſit. d. par.* 3. *tit.* 7. §. 1. *à n.* 1. *uſque ad nu.* 8. qui cum Thoma Sanchez *in præcep. decal. lib.* 3. *c.* 1. *num.* 1. advertit, quod cum ſubſtantia juramenti conſiſtat in invocatione Divini Nominis, validum ſit, etiamſi abſque tactu ſcripturæ, aut alterius ſacræ rei fiat. Farinac. *in prax. d. qu.* 74. *n.* 23. qui ait, quod ubi talis conſuetudo non viget, teſtis juxta juris communis diſpoſitionem jurare debet ad ſancta Dei Evangelia tactis ſcripturis.

Nec in cauſis criminalibus de conſenſu partium, poteſt 20
juramentum teſtibus remitti, Farinac. *in prax. d. qu.* 74. *nu.* 85. Guaz. *d. def.* 14. *c.* 3. *nu.* 12. Conciol. *ver. Teſtis quoad examen reſol.* 2 *nu.* 14. Gonzalez Tellez *ad d. cap. tuis quæſtionibus* 39. *extra de teſtibus n.* 2. Fermoſinus *ibidem qu.* 1. *n.* 10.

Sacerdotes jurant in teſtimonio dicendo, tacto pectore, 21
Farinac. *d. quæſt.* 74. *num.* 24. Carena *de Offic. ſanct. Inquiſit. par.* 3. *tit.* 7 *num.* 4. Barboſa *de univer. jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 39 *num.* 23. *&* 24. (ubi idem eſt in juramento Epiſcopi) & his laudatis Conciol. *dict. reſol. crim* 2. *ver. Teſtis quoad examen nu.* 4. Salelles *de mat. Fid. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 20. *reg.* 328. *n.* 83.

Infideles à teſtimonio repelluntur, admittuntur in crimi- 22
nibus exceptis, non ad plenam probationem, ſed ad præſumptionem tantum, & in caſibus difficilis probationis, Farinac. ubi latè *q* 56. *num.* 205. *cum ſeq. &* 227. *&* 228. *&* 231. ubi quod licèt Judæus, vel infidelis non ſit idoneus teſtis, admiſſus facit quale quale indicium, ſequitur Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 80. præſtito (ut ipſe ſcribit) juramento ſecundùm eorum leges, Carena *de Offic. ſanct. Inquiſit. tit.* 5. *par.* 3. *n.* 27.

Sic Judæis non eſt deferendum juramentum ad ſancta 23
Dei Evangelia per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, ut ſcribit Farinac. *in prax. quæſt.* 56. *n.* 238. ſed eis defertur juramentum ſecundùm legem Moyſis, vel per Deum, vel per Patrem omnipotentem Sobaoth, vel per Deum qui aparuit Moyſi in Rubo, vel per Deum Adonai Patrem, vel per Deum Eloim, Conciol. *reſol. crim.* 2. *in addit. n.* 4. *ver. Teſtis quoad examen*, aliam formam juramenti recitat Gregor. Lopez *ad par.* 3. *tit.* 11. *lib.* 20. *per illum tex.* ſed quod de conſuetudine levatur, ut jurent tacto calamo, ait Majorana *in opoprax. crim lib.* 2. *d. cap.* 6. *n.* 80. *in fin.* & Conciol. *in addit. d. nu.* 4. *in fin. reſol. crim. ver. Teſtis quoad examen, reſol* 2.

Mauris alia forma exigitur juramentum *jux. l.* 21. rela- 24
tam à Greg. Lopez *d. par.* 3. *tit.* 11. & apud nos extitit obſervatum die 4. Julii 1662. (& pluries) prout ſequitur. *Amet Ceua naturalis Ciuitatis de Tunez in Barbaria, ſervus, ætatis, ut dixit, viginti annorum, teſtis citatus, qui juravit, algam lo index de la mu dreta al Cel, dient, per un ſol Deu eriador del Cel, y Terra, y per lo ſeu Profeta Mahoma, en preſencia dels quals proteſta, que ſi dirà, la veritat ells l'ajuden, y ſino la dirà, ells no li ajuden, y lo condemnen à las penas del Infern profundes.*

Quia eorum loquutiones non intelliguntur, non ideò 25
repelluntur à teſtificando, ex ratione *text. in l. qui teſtamento* 20. §. *non tamen, ff. de teſtam. & qui teſtam.* in illis verbis: *Non tamen intelligentiam ſermonis exigimus, hoc enim Divus Marcus, Didio Juliano in teſte, qui latinè non noverat, reſcripſit, nam ſi vel ſenſu percipiat quis, cui rei adhibito ſit: ſufficiet.* Sed adhibendi ſunt interpretes, quorum deputatio præſente examinando fieri debeat, & his juramentum dari debet de fideliter interpretando, & unus ſat eſt, ſi plures haberi non poſſint, qui in fine examinis debet ſe ſubſcribere, Guaz. *def.* 14. *c.* 7. *n.* 5. Majorana *in opoprax. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 9.

Prout etiam adhibentur interpretes exacto ab eis jura- 26
mento de fideliter interpretando, quando mutus, & ſurdus, vel qui lingua caret, per nutum, & ſigna atteſtatur, ſi per Actuarium intelligi non poſſit, de qua re latè Farin. *in prax. qu.* 61, *op.* 11. *ex num.* 46. *uſque ad* 51, Majorana *in opoprax. crim lib.* 1. *c.* 3. *n.* 5. *cum ſeq. uſque ad* 8.

In teſtes igitur admittuntur, ſive muti, & ſurdi ſimul ſint 27
ex accidenti, ſive à natura, ſi veritas aliter haberi non poſſit, & prorsùs intellectu non careant, & aliquo modo poſſint ſuæ mentis conceptum exprimere, ut docent Farinac. & Majorana citati Guaz. *def.* 32. *cap.* 29. Michael. *in trac. de caco*,

de caco, surdo, & muto cap. 64. videlicet, vel in scriptis *ex l. pater* 93. §. *mutus, ff. de adq. hared. l. discretis* 10. *C. qui testam. fac. pos. §. fin. inst. de hared. qualit. & dif.* vel signis indubitatis, *ex l. nutu* 21. *ff. de leg.* 3. *l. si pater* 29. *ff. de adopt.* Igneus *in l.* 3. §. *ignoscitur, ff. ad S. C. Syl.* qui id comprobat variis fundamentis, *à num.* 37. *& nu.* 43. scribit, quod in muto, & surdo intellectu non carente, sed litteras sciente, & potenti ejus depositionem scribere; dummodò in præsentia Judicis scribat, ut Judex ex ea certificari possit, testimonium recipi debet, & in litteris carente, & scribere nesciente, cujus depositio signis est recipienda, scribit Majorana *in opo. prax. lib.* 1. *d. cap.* 3. *nu.* 8. ex Ambros. *de modo form. proces. in for. lib.* 6. *cap.* 5. *n.* 8. quod signis est interrogandus, signaque, & nutus, qui ab eo habentur in responsione punctualiter per Actuarium annotari debent, tam signa, & nutus, quibus utitur interrogando, quàm signa, & nutus, quibus utitur respondendo, dicendo, verbi gratia, quod sic respondit annuendo capite, vel quod non, capite renuendo, & sic de aliis signis, quæ si Actuarius intelligit putà, quia aliàs habuit illum in practicam, illa poterit per se interpretari; si verò illa non intellexerit, tunc deputandi sunt interpretes à Curia, qui dictos nutus, & signa declarent, & optimi erunt vicini, consanguinei, amici, & alii, qui nutus, & signa, verisimiliter possunt meliùs intelligere, delato illis priùs juramento, de fideliter interpretando; unde Ovén. ait:

Labra movet veris non verberat aera verbis:
Quid velit interpres dicat Appallonius.

28 Sexta circumstantia (ad hanc partem refertur) est, quod testes coram Judice, & per eum examinentur, *l. testium* 3. §. *idem divus, ff. de testibus, auctb. apud eloquentissimum Cod. de fid. instr.* etenim multum interest, quod idem, qui sententiam est laturus, aspectum testis, modumque deponendi consideret, ut apertiùs veritatem percipiat, comprobat *tex. in l. de minore* 10. §. *plurimum, ff. de qu.* ibi: *Plurimum quoque in excutienda veritate etiam vox ipsa, & cognitionis subtilis diligentia adfert; nam, & ex sermone, & ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret, vel cujus existimationis quisque in Civitate sua est, quadam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt.* Peguera *in prax. crim. d. cap.* 12. §. 2. *n.* 1. Fontanella *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 11. *nu.* 71. Farinac. *in prax. qu.* 77. *nu.* 196. Clarius §. *fin. qu.* 26. *num.* 3. ubi Bajard *d. nu.* 3. Bovad. *in polit. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 42. Bucar. *de dif. inter Judic. civil. & crim. dif.* 83. *n.* 2. Giurba *cons.* 78. *n.* 17. *circa med.* R. Math. *de re crim. cont.* 28. *n.* 9. *&* 11. *& cont.* 78. *num.* 137. *cum seqq.* Faria ad Covar. *lib.* 2. *c.* 13. *nu.* 105. diximus *decis.* 6. *n.* 12.

29 Sic Senatus in causa Excellentissimi Domini Ducis Cardonæ ex una, & Procuratoris Fiscalis Reg. C. & Syndici stationis Dertusen. ex alia 12. Octobris 1666. referente R. S. Nobili Josepho Rull, nunc in S. C. R. Arag. Reg. scriba Preve, in qua fuit declaratum extrahendas fore à processu criminali litteras compulsorias ea ratione, quia in criminalibus non est locus compulsoriis, quia recipi debent testes coram Relatore, de quo exemplari pariter scripta reliquimus *d. decis.* 6. *n.* 13. ubi *nu.* 14. traditur, an in causis contentionum possint expediri compulsoriæ ad probandum extra urbem.

30 Quod limitatur, quando aliqui testes recipiendi essent extra locum, in quo Regium Concilium residet in causis regaliæ, vel evocationis causæ ad Regium Concilium, quia illi testes extra dictum locum stantes possunt inquirendo recipi per aliquem Alguzirium, sive Commissarium Regiæ Curiæ habentem memoriale regaliæ, seu litteras evocationis causæ, prout hoc jure utimur, & attestatur Peguera *in prax. crim. d. cap.* 12. §. 2. *num.* 1. *circa medium.*

31 At verò quamvis testes in longinquis partibus essent, si subesset causa, ob quam Judex vellet testes examinare, non committitur receptio; sed citantur ut veniant ad deponendum personaliter. Peguera *d. cap.* 12. §. 2. *nu.* 1. *in fine*, expensis scilicet Reg. Thesauriæ, si inquiritur ad instantiam Fisci, vel expensis partis, si ad hujus instantiam, & Fisci proceditur juxta disposita in Const. *Perque 6 tit. de Pobres pledejants*, quæ licèt loquatur in testibus ad defensam pauperum eleemosynæ, qui testes debent venire ad se examinandum coram Judice expensis Regiæ Thesauriæ, practicatur etiam in testibus ad offensam, quando eos recipi oportet ad instantiam Fisci, ut multoties vidi observatum, & aliàs est certum, quod tunc testi subministrandæ sunt expensæ, & sumptus, tam in eundo, & redeundo, quàm in stando, Covar. *in rep. cap. peccatum* 2. *par.* §. 3. *n.* 3. Vermig. *cons.* 460. *n.* 11. Reg. Cortiada *decis.* 21. *n.* 44. qui loquitur in terminis contentionum, & allegat Peg. *in Prax. crim. c.* 26. *ver. Sine tamen, in fine.*

Fallentia supradicta practicatur in inquirendo, ubi con- 32
ceduntur instructiones Alguzirio, vel Comissario Regio ad recipiendum informationes, aut ad eas fortificandum, sed nullo in casu vidi practicatum, quando pro reo in defensam examinari, vel recipi petuntur, eo enim casu coram Judice, & per se ipsum examinari debent, *const.* 14. *tit. de accusat.* ibi: *Statuim, y ordenàm, declarant la dita constitució, y ajustant à ella, que en ninguna manera lo Notari puga interrogar al reo, ni als testimonis, tant de offensa, com de defensa, ni exigirlos deposicions algunas, encara que sia ab assistencia, ò presencia del Relador de la causa; ans en tot cas lo dit Relador haja de interrogar, axi al reo, com als testimonis, y lo Notari no puga escrivrer, sino lo que la part, y los testimonis, precedent interrogació del Relador deposaran, y si lo contrari era fet à tals deposicions, axi de la part, com dels testimonis, ni à la deposicio del reo, no sia donada fe alguna, y lo Notari ipso facto caygua en primació, è inhabilitacio de son offici, y lo Relador qui ho permetrà, que lo Notari interrogue, sia punit, com à contrafahent à la constitució, y que los ordinaris Reals, ò sos successor, hajan de observar lo mateix*, Pegu. *in prax. crim. d. c.* 12. §. 7. *n.* 2. Reg. Cortiada *dec.* 37. *n.* 34. solùm conceditur arbitrium Relatori, & R. A. possint committere receptiones testium ad defensam extra urbem *in c.* 14. *Cur.* 1599. quod nunquam vidi practicatum, notat Clarus *in prax.* §. *fin. d. qu.* 26. *n.* 1. & Bajard. *nu.* 3. *cum pluribus citatis*, Faria ad Covar. *d. l.* 2. *c.* 13. *n* 105. *in fine*, ubi quod maximè est observandum circa testes, qui pro reo examinantur, propter fraudes, & avaritias Notariorum, & diximus suprà *decis.* 6. *n.* 12.

Septima circumstantia, quam testes in sua depositione 33
explicare tenentur, est tempus, ut probat expressè *tex. in c. cum causam* 37. *extra de testibus*, & ibi DD. & noviter Gonzalez Tellez *ad eundem tex. lit. T.* at licèt testes non teneantur exprimerè diem, debent tamen exprimere mensem, Farinac. *in prax. quæst.* 64. *nu.* 111. Intrig. *decis.* 40. *n.* 22. *&* 23.

Octava est expressio loci delicti, quem testes indicere 34
tenentur, ut probent, notat idem *tex. in cap. cum causam* 37. *extra de test.* & ibi DD. Gonzalez Tellez *in com. ad d. tex. lit. E. n.* 2.

Circumstantiæ septima, & octava, duas admittunt de- 35
clarationes, prima est, quod diversitas in loco, & tempore non tollit testibus fidem, quando dictũ unius testis comprehenditur sub dicto alterius, tunc enim singularitas inter testes non inducitur, ut puta quando unus testis dicit homicidium commissum die Lunæ, alter hora tertia, alter eadem die, vel unus in domo Petri, alter in ejus camera, vel unus dicit in mense, alter in septimana, tunc enim cum dictum unius testis comprehendatur sub dicto alterius, testes non sunt singulares, sed omnes probant, ut docet Farinac. *in prax. qu.* 64. *n.* 82. Narbona *in horograph. tur. in antelog. n.* 120.

Altera declaratio est, quando unus deponit de certo actu, 36
adjecto certo die, loco, & tempore, alius verò deponit de eodem actu, non tamen recordatur de tempore, & loco, tunc si unus testis alium incontestem vocet, præsumuntur contestes, & non singulares, & omnes probant; secus si alium non det in contestem; quia isto casu præsumuntur singulares, & non contestes, Farinac. *in prax. d. qu.* 64. *num.* 74. & 76. & has duas declarationes multoties vidi admissas in Regio Concilio.

Nona circumstantia est, ut per testes declarentur perso- 37
næ, contra quas testificatur, ut probat *tex. in d. cap. cum causam de testibus*, & ibi Repetentes, Gonzalez Tellez *lit. D.* quando verò testes deponunt delinquentem non cognoscere de nomine, sed solùm de visu, vel ex vestimentis, vel ex aliqua alia qualitate, tunc confrontatio, seu recognitio testis cum reo est omnino necessaria, Clarus *in prax. quæst.* 45. §. *fin. num.* 14. ubi Bajard. *n.* 60. *& seqq.* Chartar. *in prax. interr. reos lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 89. Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 86. *num.* 53. *ver. Si de visu tantum*, Calvin. *de equitate cap.* 179. *lib.* 2. *nu.* 20. Scialoya *in prax. torq. reos cap.* 6. *num.* 31. & 32. & his laudatis Conciol. *resol. crim.* 1. *ver. Confrontatio num.* 4. *& ver. Recognitio resol.* 1. *num.* 2. Guaz. *def. reor.* 20. *cap.* 19. *nu.* 7. ubi quod Judex priùs faciat reum describere per staturam, ætatem, habitum, & per alias circumstantias etiam minimas, & si

in actu confrontationis teſtes reum non recognoſcant, & ipſi eſſent ſuſpecti, Judex debet teſtes variis interrogationibus diligenter interrogare.

38 Confrontatio, ſeu recognitio teſtis cum reo, non eſt facienda ad oculum; ſed reo poſito inter plures veſtitu, ſtatura, & facie magis ſimiles, qui haberi poſſint, ut evitetur ſuſpitio ſubornationis, & ſuggeſtionis, aliàs eſt nulla, & Inquiſito non præjudicat, Clarus *in prax. d. §. fin. q.45. ver. Sed in propoſito, num.14.* Farinac. *in prax. q.11. num 25.* Guaz. *defen. reor 20. cap.21. num.9 & in tract. de pace, par.1 quæſt.23. in fine*, Scaccia *de Judic. lib.1. c 86. num.59. & ſeqq.* Scialova *in prax. torq. reos, cap.6.nu.32. & ſeqq.* & in R. Concilio fit confrontatio per rimula oſtii alicujus cubiculi clauſi, reo poſito inter plures, ut obſervatur etiam in ſancto Officio, Carena *de Offic. ſanct. Inquiſit. part.3. tit.7. num.51.* Conciol. *reſol. crim 1. ver. Recognitio, num 2.*

39 Teſtes vocati pro recognitione, ſeu confrontatione non ſunt examinandi inſimul; ſed ſeparatim, quilibet de per ſe, & unus poſt alium, Scaccia *de judic. lib.1. d. cap.86. num 60.* Guaz. *def.20. cap.20. num.4.* Cabal. *reſol. crim. caſ.270. num.4.* Conciol. *d. reſol. crim.1. ver. Recognitio, num.3.* & antea *ver. Confrontatio, reſol.2. num.4.* ubi ait prædicta habere locum etiam in confrontatione ſociorum criminis, & probat ex Guazzin, & Scaccia citatis.

40 In recognitione reus non eſt adducendus cum compedibus, & manicis ferreis, & alii cum ipſo adducti, & appoſiti diſſoluti, & ſine illis, quia ſic daretur teſtibus occaſio divinandi, quiſnam ex his eſſet reus, & eſſet quædam tacita ſuggeſtio, & ſic vel omnes debent ſtare diſſoluti, vel omnes vincti, cum manicis ferreis, & catenis, Scaccia *l.1. d. c.86. nu.59.* Conciol. *d. reſol.1. ver. Recognitio nu.4.* Guaz. *def. reor.20. d. cap.20. n 2.* ubi *n.7.* quod in confrontatione omnia ſervari debeant, quæ requiruntur in primo examine, & ob id teſtes debent jurare.

41 Si teſtis in recognitione vocatus tangat alium, quam ipſum reum, vel alium dicat eſſe eum, qui deliquit, & non ipſum reum, ejus depoſitio non ſolùm non afficit ipſum reum; ſed potiùs illum exculpat; cum appareat inquiſitum non eſſe illum, qui imputatur de delicto, Scaccia *de judic. lib.1. d. cap 86. num.67. ver. Ex hac*, Guaz. *def.20. d. cap.20. num.3.* Conciol. *d. reſol. crim. 1. ver. Recognitio, num.5.*

42 Decima circumſtantia eſt, cauſa, ſivè ratio dicti, ut diſpoſuit *d.c. cum cauſam, extra de teſtibus*, & comprobant ibi DD. Gonzalez Tellez *ad d. tex.* Vermiglioli *conſ. 433.n.7.* Cruſius *de indiciis par.1. c.3. n.3. & ſeq.* & in criminalibus teſtis tenetur reddere rationem ſuæ depoſitionis, etiam non interrogatus; aliàs non probat, Clarus *§. fin q.53. num 22.* Farinac. *in prax. quæſt.70. num 14.* Bucar. *de differen. inter jud. civil. & crim. differ. 87. n.4.* Barboſa *ad d. cap. cum cauſam num.6.* (ubi triginta caſus aſſignat, in quibus tenetur teſtis non interrogatus reddere rationem ſui dicti) Guaz. *def 29. cap.3. nu.10.* Carena *de Offic. ſanct. Inquiſit. par.3. tit.6. num.79.* Conciol. *reſol. crim.15. ver. Teſtis quoad dicta, num.1. & ſeq* Peguera *in prax. crim. cap.12. §.2. num. fin.*

43 Hæc procedunt etiam, quando teſtis deponit ſuper negativa; quia tunc etiam non interrogatus tenetur reddere rationem ſui dicti, Maſcard *de probat. concluſ.1369. num. 22. & ſeq.* Farinac. *in prax. quæſt.70. num 23.* Barboſa *cum pluribus allegatis ad d. cap.37. extra de teſtibus num.6. ver. Quintus caſus*, & quomodo teſtis deponere debeat de negativa hic notatur in fine deciſ. & comprobatur ex latè traditis *deciſ.8. ſeq.*

44 Quod adeò verum eſt, quia ſi teſtis non reddat rationem ſui dicti, nec faciet indicium contra inquiſitum ad torturam, Farinac. *in prax. d quæſt.70 num.15.* Barboſa *ad d. cap. cum cauſam 37. de teſtibus, num.6. ver. Primus igitur, in fine*, Fermoſ *ad d. cap. 37. num.15.* Conciol. *d. reſol. crim.15. ver. Teſtis quoad dicta, num.4.* ubi *num.5.* docet teneri teſtem reddere rationem ſui dicti congruam, concludentem, neceſſariam, & veram, aliàs non probare,

45 Vel potiùs probare pro qualitate rationis Maſcard. *lib.3. conſ.1375. à num.49.* Farinac. *d quæſt.70. num.12.* Souſa *in apheriſm. Inquiſit. lib.2. cap.6. num.7.* Sperellus *par.1. deciſ.69. num.34. cum ſeqq.* & illius depoſitionem probare, ſi ratio teſtis ſit bona, licet dictum non concludat, Carena *de Offic. ſanct. Inquiſit. par.3 d. tit.6. num 83.* Conciol. *d. reſol.15. nu.6. ver. Teſtis quoad dicta*, & ex ratione teſtis dictum pendere, Fermoſ. *ad d, cap.37. de teſtibus, nu.10.* ideò docet, quod ſi dictum teſtis per ſe non probet, tamen ratio dicti reddita ſufficiens probat, ut ſi dicat nil ſcio, niſi quod viderim contenta in articulo fieri. Contraverò, ſi dicat ſcio; quia vidi ab alio, jam defuit ratio, & fundamentum ſui dicti, nec probat. Et pariter ſi teſtis dicat credo, quia vidi, teſtis erit de viſu; ſi autem dicat ſcio certò, vel hoc eſt verum; quia ſic credo, teſtis erit de credulitate, Farinac. *de teſt. quæſt 68. num.72.* Carena *de Offic. ſanct. Inquiſit. par.3. tit 6. num.83.* Conciol. *reſol. crim.13. ver. Teſtis quoad dicta num.8.* ſic intelligendus, Rubeus *de valid. leg. cap.43. num.22. cum ſeqq.*

Ratio teſtis, ut ſit bona reddi debet per ſenſum corporeum, & per ſenſum aprum illi rei, ſuper qua ipſe deponit, nempè viſum, auditum, guſtum, tactum, & odoratum, & alio modo reddita non ſubſiſtit, Fermoſ. *ad d. cap. cum cauſam 37. n.31.* ubi latè de hac re cum Farinac. *d. quæſt.70. nu.128. cum ſeq.* lariſſimè Carena *de Offic. ſanct. Inquiſit. par.3. tit.6. num.80.* 46

Pariter, ſi teſtis deponat de particulari perſona delinquentis non probat, niſi etiam reddat rationem quomodo ſciat, ſcilicet ſe cognoviſſe delinquentem, quòd eſſet verbi gratia Titius, aut Cajus; etenim ratio dicti, debet eſſe ſeparata à dicto, Fermoſ. *ad d. cap.37. n.16.* ideò apud nos, quando teſtis deponit de delinquente certo per ejus nomen, additur illa ratio: *lo qual conexia, y conec molt be, per tenirlo tractat.* 47

Hinc etiam dicitur, quod cum ſenſus viſus, ut poſſit operari indigeat luce, teſtis deponens de geſtis noctis tempore, non probat, niſi deponat, quod Luna lucebat, vel aliquod aliud lumen artificiale aderat, Clarus *§. fin. qu. 21. ver. Quod ſi teſtis*, Gomez *var.3. cap.12. ſub num.10.* Farinac. *in prax. quæſt.62. num.37. & ſeq.* Giurba *conſul.17. num.18. & conſ 87. num.41.* Carena *de Offic. ſanct. Inquiſit. par.3. d. tit.6. num.20.* Conciol. *reſol. crim.5. ver. Teſtis quoad dicta*, ubi *num.2.* declarat; niſi maxima eſſet vicinitas inter reum, & teſtem, quod Judicis arbitrio remittitur, & *nu.4.* ait, quod probet ſi per depoſitionem aliorum teſtium conſtet, quod ea nocte Luna luceret, vel lumen adeſſet artificiale, licet teſtis non addat, quod Luna luceret, vel adeſſet lumen artificiale, ex Seſſe *deciſ.207* Giurba *d. conſ.37. n.41.* Carena *de Offic. ſanct. Inquiſit. d. par.3. tit.6. n.27* ubi ante *n.25* tradit deciſum, probare teſtes deponentes vidiſſe ex igne extormentarii pulveris accenſo, occaſione exploſionis ſclopi rotari, de hac materia Majorana *in opo prax crim. lib.1. cap.4. num.7.* ubi ſi revocatis in calculum diebus Lunæ, appareat Lunam illa nocte non effulſiſſe, vel pluiſſe, nedum probat teſtis, ſed puniri poteſt de falſo, ex Menoc. *de arb. caſ.297. n.35. & ſeq.* Ripa *de noct. temp. cap.57. n 47.* Vermiglioli *conſ.408. num.8.* Barboſa *in collect. ad d. cap. cum cauſam 37. de teſtibus, num.6. ver. Quartus caſus.* 48

Hæc limitatio eſt incomperto, quando teſtis deponit ad defenſam de geſtis noctis tempore, qui non tenetur, ut probet reddere rationem, quod Luna lucebat, vel aliud lumen artificiale aderat, Carena *de Offic. ſanct. Inquiſit. p.3. tit.6 num.20.* Vermig. *conſ.74. nu.1. & conſ.408. n.8.* Conciol. *reſ.cri.5 ver. Teſtis quoad dicta*, pro ut generaliter eſt certum, quod probat teſtis, etſi non reddat rationem ſui dicti, quando deponit ad probandam innocentiam Rei inquiſiti, ut puta, quod homicidium fuerit factum ad defenſam, Farinac. *in prax. d. quæſt. 70. numer.101.* Guaz. *def.29. cap.3. num.10.* Conciol. *ver. Teſtis quoad dicta, d. reſol 15. num.8.* 49

Pro complemento hujus circumſtantiæ obſervatur, quod teſtis, qui in ſua depoſitione reddit rationem, etiam poſteà interrogatus non tenetur amplius eam reddere, ſufficit enim teſtem ſemel loquutum eſſe, ſemelque rationem reddidiſſe, Farin. *in prax. d. quæſt.70 num.96. cum ſeqq.* ubi dixit, quod ſi teſtis ſemel ſui dicti rationem reddiderit, non tenetur reddere rationem rationis, & propterea valere dictum teſtis, qui dicit ſe aliquem vidiſſe, licet poſteà interrogatus aliam rationem non reddat, & *num.98.* ſubdit in tantùm ea procedere, ut ſi teſtis interrogatus de ratione reſpondeat, aſſeratque rationem nullam, & inſufficientem, non per hoc vitiatur ejus dictum, quando ſecunda ratio eſt concordabilis cum prima, & ita intelligit Jaſonem, & Curtium, ſequitur Fermoſ. *ad d. cap. cum cauſam 37. qu.1. num.34. & ſeq. extra de teſtibus.* 50

Id quod dicitur, quod teſtis ſemel tantùm rationem ſui dicti reddere teneatur, intelligendum erit ad probandum illud capitulum, ſuper quo depoſuit; at ſi non ſolùm ſuper uno capitulo, ſed ſuper diverſis deponat, in ſingulis 51

teſ-

tenetur reddere rationem sui dicti, aliàs in omissis probationem nullam faciet; quia tot judicantur depositiones, quot sunt capitula depositionis, quod comprobatur; quia unus, & idem testis potest fungi officio duorum deponens super duobus capitulis diversis, nempè quando ex una parte tanquam testis occulatus deponit de veritate facti, & in alia simul cum alio deponit de confessione extrajudiciali, contestando cum illo de loco, & tempore, & tunc perfecta erit, & concludens probatio respectu confessionis extrajudicialis ex duorum testium dictis, quo in casu testis ille formalis de veritate facti tenetur deponere per sensum visus, & de confessione extrajudiciali per sensum auditus, contestando cum alio de loco, & tempore, latè probat Surdus *decis.*12. *n.*11. & 12. Fontanella *tom.*1. *decis.*258. *nu.*11. *cum seqq.*

52 Sic etiam quando unus testis deponit de veritate negotii, & de fama; alius autem de fama tantùm, hi duo testes conjunguntur, cum utrique deponant de fama, & sic primus testis gerit officium duorum, Baldus *in l.Gallus*, §. *ille casus*, *num.*1. *ad med. in* 3. *notab. ff. de lib. & posth. per glos. in l.*3. §. *idem divus in verbo speciem post med. ver. Dicit ergo*, *ff. de test.* Grat. *discept. for. cap.*433. *num.*12. *cum seq.* Surdus *d. decis.*12 *nu* 11. & *seq.* Ludovit. *decis.* 273. *nnm.*1. & 9. Veral. *decis.*370. *n.* 2. *par.* 1.

53 Inde fit, quod si testis, qui de facto deponit per sensum visus, deponat etiam de indiciis fugæ, famæ, confessionis extrajudicialis, & aliis, reddendo rationem dicti, per sensum aptum indicio, faciet plures semiplenas probationes, ut inquit Surdus *d. decis.* 12. *n.*20. Font. *d. decis.* 258. *num.*20. & pro indè si respectu indiciorum alii adsint testes, illa in sua specie perfectè probata erunt, ad pœnam condignam, ut passim ita vidi practicatum.

54 Undecima circumstantia est, quod testes in criminalibus firment depositionem, & si scribere nesciant, firment manu aliena, ut disponitur *in cap.* 13. *Cur. an* 1599. ibi: *y firmen de fama la deposició que faràn, ò de ma de altri, sino sabran de escriurer*, Peguera *in prax. c.*12. §. 2. *num.* 6. licèt dicant contrarium, videlicet quod testis præcisè non tenetur subscribere depositionem factam coram domino Curiæ, Marta *digest. tom.* 1. *verb. testis*, *cap.* 88. *in fine*, vel coram Judice, Castillo 3. *par. decis.* 210. *n.*6.

55 Duodecima circumstantia est, ut tam in casu, quo testis manu sua firmat depositiones, quàm in casu, quo manu alterius firmat, semper testi legenda est depositio, *dict. cap.*13. *Cur. an.* 1599. Peguera *in prax. d. cap.* 12. §.2. *n.*6. coram Relatore, vel Judice, ut ratificet depositionem, & in ea perseveret, nec tenetur testis se subscribere, nisi ei legatur tota ejus depositio subscribenda, Farinac. *in prax. qu.*158. *n.* 192. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.*3 *tit.*7. *nu.*28. Selse *tom.*1. *decis.*107. *nu* 4. & *seq.*

56 Duæ ultimæ circumstantiæ videlicet, quod testis per se firmet depositionem, vel per alium, si scribere nesciat, & quod legatur coram Relatore, seu Judice testi depositio, ideò procedunt, ut certò veritas absque hæsitatione percipiatur, neve testis contradicere valeat ejus dicto, & illud corrigere, Farinac. *in prax. qu.*66. *num.*230. & *seq.* Faria ad Covar. *lib.*2. *cap.*13. *num.*83. his enim concurrentibus, si testis neget deposita, potest de falso puniri, juxta tradita per Clar. *in prax. quæst.* 53. §. *fin. num.* 17. Thesaurum *quæst. forens.*31. *lib.*1. *num.* 6. Giurba *cons.* 78. *sub n.* 17. & his laudatis, Conciol. *resol. crim.*11 *verb. Testium*, *Miscellanea nnm.* 6 & de hac re latè Faria ad Covar. *lib.*2. *d. cap.*13. *nnm.* 100. & *seqq.* Sanfel. *lib.*2 *decis.*231. ubi ex Farinac. *qu.*77. *num.*191. & Giurba citat. docet, quod sat est, in actis dicatur coram Judice esse depositionem testis factam, ut credatur Judicem adfuisse.

57 Has circumstantias in jure comprobatas; tradimus ad praxim nostram demonstratas, in sequenti.

Forma depositionis testis, qui delinquentem cognovit, & ipsum cognominat.

Die T. mense T. anno à Nativitate Domini T. Barcinonæ.

Augustinus N. sartor Civis Barcinonæ cognitus per scribam præsentis causæ (vel Curiam, vel per N. Regium portarium, aut aliàs) *ætatis, ut dixit T. annorum parum plus, vel minus, testis citatus per N. Regium portarium, qui juravit ad Dominum Deum, & ejus sancta quatuor Evangelia, manibus suis corporaliter tacta, in manu, & posse Magnifici N. Judicis Regiæ Curiæ præsentis causæ Relatoris* (Judicis; vel Bajuli, in Curiis inferioribus) *se dicere, & deponere veritatem omnimodam, in, & super his, de quibus inferius interrogabitur.*

Et interrogatus super Curia preventis, & denunciatis, dixi: Senyor lo que sè, y puc dir acerca del que v. m. me interroga es, que Diumenge proxim passat, que contavem als dotze del present, y corrent mes, que serian las quatre horas de la tarde, poc mes, ò manco, trobantme yo testis en la porta de ma casa, que la tinc en la Boria de la present Ciutat, viuen dit carrer à quatre, ò sinc portas mes a vall de dita ma casa, que pujave per dit carrer amunt Joseph N. que conexia molt be, per tenirlo tractat, y haverli parlat molta vegadas, y detràs de ell, à poca distancia viu à Pere N. que tambe anave per dit carrer amunt, al qual Pere N. tambe conexia y conec molt be, per tenirlo tractat, y à la que fou dit Joseph N. devant de la porta de dita ma casa, viu que lo dit Pere N. apressurant lo pas, arribà junt à las espatllas de dit Joseph N. y sens precehir paraules, ni rahons, rixa, ni questiò alguna entre ells, que si hagues precehit, jo las hauria ohidas, y haguere vist y ohit dita rixa: ò pendencia, y no podia ser menos, per trobarme à tant poca distancia del puesto ubant comensi de veurer al dits Joseph N. y Pere N. viu, que lo dit Pere N. arribat que fou al detràs de dit Joseph N. tenint una daga nua en la ma, viu li pagà encontinent ab dita daga una punyalada à la esquena de dit Joseph N. lo qual viu caygue luego en terra, tenint la dita daga clavada en la sua esquena, y jo luego me acosti junt à dit Joseph N. y li arranqui la daga de la esquena, y al cap de poc vato viu morir lo dit Joseph N. de La ferida tenia en la esquena.

Quando clauditur hic depositio, debet continuari firma testis, & clausula, *fuit sibi lectum*, &c. prout infrà notatur; quando verò etiam deponit de indiciis, subdi debent indicia cum hac forma: *Y tambe dic à v. m. que lo dit Pere N. luego de haver pagat dita punyalada à dit Joseph N. viu fugi per lo dit carrer avall.*

Y axi mateix es veritat senyor, que en continent de hauer succehit dit delicte ohi à dir publicament, y fou veu, y fama publica, que lo dit Pere N. era estat lo qui havia pagat dita punyalada al dit Joseph N. de la qual era mort, la qual fama de las horas ens à ses continuada, y vuy se continua.

Y de la mateixa manera dic à v. m. que lo dit Pere N. luego de haver comes dit delicte fugi, y se ausentà, perque des de las horas nol he vist mes, y à no ser se ausentat jol hauria vist, y no podia esser menos, conforme lo veya antes los demes dias.

* *Augustinus N. firmo de ma mia propria la sobredita deposicio.*

Si nescit scribere dic:

Per dit Agustì N. que diu no sab de escriurer, firmo Salvador N. la sobredita deposicio.

Fuit sibi lectum, & perseverarit præsente Magnifico N. Relatore (in Curiis inferioribus) *præsente N. Judice, vel Bajulo,* secundùm suum stylum.

Verùm tamen est, quod in casu, quo reus commiserit 58
homicidium cum pugione, qui fuit repertus apud eum, non requiritur de necessitate, quod testes, nec reus recognoscant dictum pugionem, sed bene faciet Judex illam recognitionem procurando, ut notat Zuff. *de legitim. proceff. crim. qu.*118. *nu.* 9. & *seq.* Conciol. *resol. crim.*12. *verb. arma in notis*, *num.*2.

Si post perfectum examen appareat testis depositio am- 59
bigua, vel manca, potest iterum repeti testis, DD. *in c. per tuas* 48. *de testibus extra*, & ibi Barbosa cum pluribus allegatis, Gonzalez Tellez *ad cap. confraternitatis* 17. *eodem tit.* & ibi Fermosinus, & præstito juramento in ejus examine proceditur. Carena *de Offic. sanct. Inquisit. par.*3. *tit.* 7. §. 4. Farinac. *in prax. qu.* 66. *nu.* 303. Vermigl. *cons.* 234. *n.* 11. sub forma sequenti.

Die T. mense T. anno T. Barcinonæ &c.

Augustinus N. Sartor Civis Barcinonæ cognitus per scri- 60
ban præsentis causæ, ætatis ut dixit T. annorum, testis citatus, &c. qui juravit, &c.

Et interrogatus super Curia preventis, &c. dixit: Senyor, acerca del que v. m. me interroga, ja deposi devant de v. m. (aut coram N.) *die T. mense T. anno T. la qual deposicio de mano me sia llegida, & in continenti per me N. Not. & scribam præsentis causæ fuit eidem testi lecta depositio per illum facta coram d. N. dicto die T. mense T. anno T. & per dictum testem intellecta, & bene exaudita, dixit, la deposicio que ara de present se mes estada llegida, es la mateixa que fiu dit die devant dit N. à la qual estic, y persevero, per contenir en si*

tota

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Facultat de Ciències Socials

tota veritat, y ajustant à dita ma deposició, dic, que, &c.

Conclude cum firma, & clausula. *Fuit sibi lectum, &c.* ut suprà.

61 Forma depositionis testis, qui delinquentem cognovit, sed illius nomen ignorat, & etiam confrontationum testis cum reo capto in pede ipsius depositionis continuatarum.

Die T. &c.

Franciscus N. agricola Civis Barcinona cognitus per scribam causæ ætatis ut dixit T. annorum, parium plus, vel minus, testis citatus, &c. qui juravit, &c.

Et interrogatus super Curia præventis, & denuntiatis, dixit: Senyor lo que jo sè, y puc dir acerca del que v. m. me interroga, es, que Dissapte, que comptauem als dotze del present, y corrent mes, à las deu horas de la matinada, poc mes, ò manco, trobantme jo testis en lo Born de hi present Ciutat de Barcelona arrimat à la cantonada, en ques situada la casa en que habita Joseph Roca adroguer, la qual casa te dos portas, la una de las quals trau en lo Born, y la altre en lo carrer de la Vidrieria, viu que Francesch Roquet Negociant de la present Ciutat estava Mercadejant un parell de gallinas al denant de dita cantonada ahont jo me trobava, y en aquest temps viu arribà al detràs, y cerca de dit Roquet un home de alta estatura, moreno, y pigatòs de cara, y luego de ferlo arribat, sens que entre dit Francesch Roquet, y home de alta estatura, y moreno de cara precehissen rahons, ni paraulas, rixa, ni pencia, que per trobarme jo testis cerca de ells, si paraulas, ò rahons hi hagut entre ells, ò hagues precehit rixa, ò pendencia, las hauria obidas, y hauria vist, y obit dita rixa, ò pendencia, y no podia ser menos, viu que dit home de alta estatura, moreno, y pigatòs de cara, en carà devès la esquena de dit Francesch Roquet una pistola de menor mida de tres palms de llargaria de un palm, y mitg, poc mes, ò manco, cana de Barcelona, y en continent de hauerla y encarada, viu dispará aquella, que viu traguè de cano, y fogò, y obi lo tro, y luego viu que dit Francesch Roquet caygué en terra, y lo dit home de alta estatura, moreno, y pigatòs de cara, de prompte que hagué tirat viu fugi ab la dita pistola en la ma devès la Iglesia de Santa Maria de la Mar, y poc apres viu que dit Francesch Roquet morí en lo mateix puesto era caygut, y viu que en la esquena tenia copia de sanc, al qual home de alta estatura, moreno, y pigatòs de cara, jo no li sè lo nom; empero sempre quel ves lo conexeria. Et in continenti de ordine Magnifici Bernardini de Puig Judicis Regiæ Curiæ, & præsentis causæ Relatoris, foren manats traurer tres homens en una de las instancias de la obra nova de las Carcers Reals de la present Ciutat, y aquells posats en regla en la forma acostumada, han dit anomenarse; go es, lo de ma dreta Joan Argo, lo del mitg Ramon Ros, y lo de ma esquerra Joseph Reig, y vistos, mirats, y regoneguts ab tota atenció per ell testimoni, dixit: De dits tres homens que ara de present v. m. me enfenya conec molt be lo de ma dreta, diemho de Joan Argo, es lo home de alta estatura; moreno, y pigatòs de cara, del qual parlo, y vull parlar en la sobredita mia deposició, y es lo mateix, y aquell per aquell que viu en lo temps, puesto, y ocasio que desobre tinc referit, arribà al detràs, y cerca de dit Roquet, y sens precehir paraulas, ni rahons, rixa, ò pendencia entre los dos, que com tinc dit per trobarme molt cerca dells, si paraulas, rahons, rixa, ò pendencia haguessen precehit, jo ho hauria obit, y vist, y no podia ser menos, viu que encarà una pistola de menor mida de tres palms de llagaria de un palm, y mitg poc mes ò manco, cana de Barcelona, à la esquena de dit Francesch Roquet, y viu dispará a quella, que viu traguè de cano, y fogò, y obi lo tro, del qual tir viu caygué luego dit Roquet en terra, y luego de hauerli tirat, viu fugi, conforme desobre en la sobrescrita mia deposició, à la qual me refereix, està mes llargament contengut, y lo que tinc deposat es la veritat, per lo juramento que tinc prestat.

Francesch N.

Fuit sibi lectum, & perseveravit præsente Magnifico Bernardino de Puig Relatore.

62 Quando testis nescit nomen rei, & tempore, quo formatur processus, reus non est captus, sed postea formato processu capitur, sic dices in recognitionibus.

Die T. mense T. anno T. Barcinonæ, &c.

De ordine Magnifici N. Judicis N. præsentis causæ Relatoris, foren manats traurer tres homens en una de las instancias de la obra nova de las Carcers Reals de la present Ciutat, y aquells posats en renglа en la forma acostumada, han dit anomenarse, go es, lo de ma dreta Joan Argo, lo de ma esquerra Pere N. y lo del mitg Joseph N. y vistos, mirats, y regoneguts per Francesch N. pages Ciutadà de Barcelona cognitus, & ætatis, ut supra dixit, de dits tres homens que ara de present v. m. me enfenya, conec molt be lo de ma dreta, diemho de Joan Argo, es lo home de alta estatura, moreno, y pigatòs de cara, del qual parlo, y vull parlar en la deposicio que fiu devant de v. m. als T. del present, y corrent mes, y es aquell per aquell qui viu, &c. debet repetere totum factum substantiale, ut suprà contineatur in depositione; *y esta es la veritat per lo juramento tinc prestat.*

Francesch N.

Fuit sibi lectum, & perseveravit præsente dicto Magnifico N.

Anteaquam ab his discedas, quia etiam in curia examinantium testes depromitur circa delicta usus armorum prohibitorum, observa pro praxi nostra, tres indubitatas conclusiones, & inde formas recipiendi testes super ea re. Sit prima conclusio, quod juxta Regias præconizationes prohibetur portare, gestare, deferre, retinere, vel domi habere instrumenta brevioris mensuræ, vulgo *pistolas*, sub pœnis in eis contentis, quas incurrunt ex sola delatione, & sic sufficit, quod legitimus probationibus, quis convincatur arma prohibita portasse, gestasse, vel domi habuisse, Peguera *decis.* 55. Xammar *de Offic. Judic. par.* 1. *q.* 11. *à num* 98. & cum pluribus laudatis docet Regens Cottiada *decis.* 71. *n.* 26. Conciol. *resol. crim.* 11. *ver. Arma*, Marin. *resol. lib.* 1. *c.* 116. *n.* 2. Larro *decis.* 78. *in princ. par.* 1. & ibi Manfrella *num.* 1. & 4. Rovit. *in prag.* 1. *de armis*, *num.* 7. Prato *in resp.* 9. *ex num.* 50. Salcedo *de Contrabando late c.* 5. ubi de simili materia. Forma depositionis testis deponentis vidisse arma brevioris mensuræ trium palmorum portasse, est infra. 63

Secunda conclusio est, contra apprehensum cum armis prohibitis brevioris mensuræ, corpus delicti est probandum per oculatem inspectionem, ac designationem in processu qualitatis armorum, Guaz. *def.* 4. *cap.* 8. *nu.* 3. Massin. *de confisc. bonorum qu.* 8. *n.* 26. Conciol. *resol. crim.* 12. *ver. Arma*, *n.* 1. Reg. Cottiada *d. decis.* 71. *n.* 25. 64

Et licèt affirment parvitatem, & quantitatem armorum pariter esse probandam contra inquisitum per testes, qui deponere debeant, sciunt, quia mensurarunt, vel mensurare fecerunt, nec probari per solam visionem armorum, Reg. Cottiada *d. decis.* 71. *num.* 25. *cum pluribus laudatis*, Conciol. *resol.* 13. *ver. Arma num.* 4. Andreol. *com.* 426. *num.* 25. *cum seq.* at verò apud nos hæc Doctorum placita non observantur; nam testes probant parvitatem mensuræ, si deponant de ea per sensum visus, absque eo quod teneantur assignare rationem, sciunt; quia mensurarum, in quam partem infinita exemplaria possem adducere, recito solùm, quod ita fuit observatum in facto F. P. R. C. contra Hyacinthum Balle die 5. Junii 1673. referente R. S. de Amigant, scriba Famada. Et contra Petrum Salvador die 22. Februarii 1679. referente R. S. Potau, & fuit confirmata sententia in causa supplicationis 25. Maii 1679. referente Nob. Narciso de Anglasell R. A. D. scriba Badia Not. Et contra Josephum Bagot 20. Januarii 1682. referente R. S. Tristany, scriba Maurici Not. quæ Regia sententia fuit confirmata in causa supplicationis, referente R. S. Nabona 1. Septembris 1682. 65

Testis dictum, quando deponit de portu tormenti manualis brevioris mensuræ, cum quo tantum fuit visus. 66

Die T. mense T. anno T. Barcinonæ.

Josephus N. agricola Civis Barcinonæ cognitus à N. ætatis, T. annorum, testis citatus, qui juravit, &c.

Et interrogatus super Curia præventis, &c. dixit: Senyor, lo que sè, y puc dir acerca del que v. m. me interroga, es, que Dilluns que comptauem als T. del present, y corrent mes, que serian las deu horas de la matinada poc mes, ò manco, trobantme jo testis en T. lloc en companyia de N. vin passar per dit lloc cerca de mi à Pere N. lo qual conegui molt be, per tenirlo tractat moltas vegadas, y viu que lo dit Pere N. en la dita occasio aportava en la cinta de la part esquerra una pistola de menor mida de tres palms de llargaria de un palm poc mes, ò manco, cana de Barcelona, y me adoni, y viu molt be que dita pistola tenia

nia la culata rodona, y lo cep gravat de flantò, y esta es la veritat per lo juramentinc prestat.

N.

Fuit sibi lectum, &c. ut suprà.

67 Testis dictum, qui deponit de portu instrumenti manualis parvæ mensuræ, vulgo *pistola*, cum quo reus fuit apprehensus.

Dixit: Dissapte que comptauem T. à T. hora, anant jo assistint à Miquel N. Batlle de T. à laque forem à la plaça de dit lloc, viu que capturà en dita plaça à Joseph N. al qual conexia, y conec, per tenirlo tractat, y desbrotxantli dit Batlle la capa, viu jo testis que dit Joseph apartava à la cinta de la part esquerra una pistola de menor mida de tres palms de llargaria de un palm poc mes, ò manco, cana de Barcelona, la qual pistola viu li prengué dit Batlle, y tenintla en la ma, m2 la miri ab tota atenciò, y vi que era encepada à la caputxina, y tenia la culata rodona, y pany de xispa castellà: Tes la mateixa pistola, y aquella per aquella que ara de present v. m. me ensenya, diembo de una pistola de menor mida de tres palms de llargaria de un palm de canò, cana de Barcelona, encepada à la caputxina, culata rodona, ab pany de xispa castella.

N.

Fuit sibi lectum, &c. ut suprà.

Inquisito fit etiam ocularis inspectio, & designatio tormenti manualis (quod poni debet in posse Curiæ) parvæ mensuræ in casu, quo cum eo fuit apprehensus (& observat Majorana *in opoprax. crim. lib. 2. c. 6. n. 114.*) & formantur interrogatoria sub forma sequenti.

68 Interrogatoria inquisiti in delicto portus instrumenti manualis parvæ mensuræ, cum quo fuit apprehensus.

Interrogatus, que diga si T. dia, T. hora, trobantse ell reo en la plaça de T. lloc, N. Batlle de dit lloc capturà à ell reo, y si en dita ocasio apartana ell reo à la cinta de la part esquerra una pistola de menor mida de tres palms de llargaria de un palm de canò, cana de Barcelona, encepada à la caputxina, ab culata rodona, y pany de xispa castellà, y si dit Batlle li prengué aquella de la cinta.

Et dixit, &c.

Interrogatus, que diga si la pistola que ara de present se li ensenya, diembo de una pistola de menor mida de tres palms de llargaria de un palm de canò, cana de Barcelona, encepada à la caputxina, ab culata rodona, y pany de xispa castellà, es la mateixa pistola que en la dita ocasio apartana ell reo à la cinta, y que lo dit Batlle li prengué.

Et dixit, &c.

Tertia conclusio deferens tormenta manualia brevioris mensuræ trium palmorum, vulgo *pistolas*, etiamsi non sint armata, incidit in pœnas Regiarum præconizationum; deferens verò instrumenta manualia trium palmorum intra muros, seu ambitum Civitatum, Villarum, & Locorum, non incidit in pœnas statutas in eisdem præconizationibus, nisi probetur, quod fuerint armata, & apta ad nocendum, Reg. Cortiada latè cum Senatu *dict. decis. 71. nn. 27.* debet enim illicò, quo reus apprehenditur, cum instrumento manuali trium palmorum in locis prohibitis, recognosci instrumentum, extrahendo ab illo pulverem, & pilas, omnia in actis annotando coram testibus, juxta tradita à Concioi. *resol. crim. 12. ver. Arma, n. 2.* & ita debent in effectu deponere.

69 Testis quomodo deponere debeat contra deferentem arma onerata in locis prohibitis mensuræ trium palmorum.

Dixit, T. dia, T. mes, T. any, anant jo testis assistint à Francesch N. Sotsueguer de la Ciutat de Vic, ab companyia de N. y N. à la que forem à las voltas del marcadal de dita Ciutat, viu parat en ellas à Miquel N. al qual conexia, y conec, per tenirlo tractat, y viu apartane à la cinta de la part esquerra una xispa de tres palms, al qual viu capturà dit Sotsueguer, y li prengué dita arma, y me la ensenyà à mi testis, y obi me digue dit Sotsueguer la mirás, y regoneguès si estava carregada, y en continent jo testis en lo mateix puesto, en presencia de dits N. y N. vaig obrir lo rastell de dita arma, y viu que lo poluori estave enceuat de poluora; y despres ficant la burxa dins lo canò de la mateixa arma, la trobi carregada, perque viu ne isqueren taps, tres balas bastardas de plom, y poluora: Tes la mateixa arma, que ara de present v. m. me ensenya, diembo de una xispa de llargaria de tres palms de canò, encepada de ferro à tres vergueres, ab culata rodona, y pany de xispa cathalà.

70 Interrogatoria rei in delicto portus instrumenti manualis onerati trium palmorum, ideſt *xispa*; cum quo fuit captus.

Interrogatus, que diga si T. dia, y hora trobantse ell reo en las voltas del mercadal de Vic, N. Sotsueguer de dita Ciutat capturà à ell reo, y si en dita ocasio apartane ell reo una xispa de llargaria de tres palms à la cinta encepada de ferro ab tres vergueras, ab culata rodona, y pany de xispa castellà, y si aquella estane carregada de canò ab puluora, y balas, y encenada en lo poluori de poluora, y si lo dit Sotsueguer li prengué aquella de la cinta.

Et dixit, &c.

Interrogatus, si la arma que ara de present se li ensenya, diembo de una xispa de llargaria de tres palms de canò, encepada de ferro à tres vergueras, culata rodona, y pany de xispa castellà, es la mateixa xispa de tres palms, que ell reo apartana en dita ocasio à la cinta encavada en lo puluori, y carregada de canò, de puluora, y balas, y si es la mateixa que lo dit Sotsueguer li prengué de la cinta.

Et dixit, &c.

In his omnibus observa, quod in Processu debet exhiberi capitulum banni prohibitionis armorum, & illius publicationis, ut contrafaciens puniri possit pœnis in præconizationibus, statutis, ut in simili dixit Farinac. *cons. 37. n. 11. & seq. lib. 1.* Giurba *cons. 27. n. 9.* Ciarlin. *lib. 3. cont. cap. 229. n. 5.* 71

DECISIO OCTAVA.

ARGUMENTUM.

Negativa quando sit probabilis, & quando testes ad defensam deponentes, debeant recipi incarcerati; & generaliter, an sit verum, quod debeant incarcerari testes ad defensam, ubicumque deponant contra probationem Fisci; sed quid in casu, quo pro Fisco tantùm fuerit semiplena probatio; vel casu, quo subsistentem probationem non habuerit, vel casu, quo rei probatio incompatibilis non fuerit cum probatione Fisci: Ubi etiam, an testes de nota manu probent in criminalibus scripturam, vel cifram privatam; Et testes de judicio, vel credulitate deponentes, an de falso argui possint. Et an cum teste de visu adminiculato; concurrentibus aliis indiciis superantibus efficaciam alterius testis omni exceptione majoris, possit pœna ordinaria delicti condemnari, cum decisionibus Senatus illustratur, ubi latissimè cum eisdem explicatur, radicitusque enucleatur, magistralis decisio Peguer. 17. litteraliter recitando, & declarando exemplaria, in quibus decisio fundatur: Ubi aliqua etiam tractantur de contrarietate inter testes, an illa testium fidei obstet.

SUMMARIUM.

1 *Negativa vaga est improbabilis, & testis super ea deponens est suspectus de falso.*

2 *Coarctata loco, & tempore est probabilis.*

3 *Testes ut probent negativam, non solum debent removere actum à sensu, sed debent removere actum à sensu, ubi traditur forma.*

4 *Quomodo testes de negativa coarctata, debeant coarctare locum, & tempus, & num. 5.*

6 *Duobus modis probatur coarctata, directè removendo actum à sensu affirmando testes, illa die, & hora, non potuisse fieri, quin ipsi vidissent, & non audissent, vel indirectè, veluti si testes deponant de absentia continua à loco per totum tempus, cui adscribitur gestum, pariter probatur negativa per affirmativam implicitam.*

7 *In Cathalonia testes in defensam super coarctata, recipiuntur in carcere ob timorem falsitatis, & quid in statu Mediolani practicetur.*

8 *Quando Fiscus habet probatam affirmativam, & inquisitus intendit probare negativam coarctatam loco,*

loco, & tempore, vel directè, vel indirectè, vel quando Fiscus habet probatam negativam coarctatam loco, & tempore, & inquisitus intendit probare affirmativam, in utroque casu testes incarcerati recipi debent, ubi exemplum n. 9. & 10.

11 *Intellige duobus concurrentibus, primo, quod negativa Fisci sit coarctata loco, & tempore; secundo, quod pars impugnet Fisci probationem, ubi exempla.*

12 *Hinc semper, & generaliter nunc observatur, quod in omni casu, quo contra probationem Fisci pratendit reus probare, vel per affirmativam, vel per negativam coarctatam, testes ipsius Rei debent in carceribus recipi, tanquam suspecti de falso.*

13 *Praxis etiam admisit, quod licet in criminalibus non permittantur dari interrogatoria, tam pro parte Fisci, quàm inquisiti; admittuntur tamen, quando testes in defensam deponunt, super negativa coarctata, ubi decisio.*

14 *Nota cautelam super hac materia in favorem Fisci, ubi cum pars intenderet in defensam, quid probare; quod omissum in offensam erat à Fisco, nec sic Fisci probationem impugnabat, Fiscus postea animadvertendo, id ipsum noviter articulavit, & obtinuit ejus articulos esse ad probandum prius admittendos, & testes Rei, qui in defensam deponere intendebant contra probata à Fisco in novis articulis, recipi debere incarceratos, ubi decisio.*

15 *Alia decisio in causa contentionis.*

16 *Alia decisio Senatus.*

17 *Et si testes ad defensam super coarctata superent testes Fisci in numero, & qualitate, debent tamen examinari carcerati, ubi decisio cum illius motivis, & fundamentis, ex majori parte.*

18 *Testes de nota manu in criminalibus, non probant, ubi rationes assignantur.*

19 *Testes de judicio, vel credulitate deponentes, de falso argui non possunt.*

20 *Testes super verificatione scriptura, vel cifra deponentes in defensam, etsi impugnent dicta testium offensionalium super eadem verificatione deponentium de nota manu, recipi non debent incarcerati.*

21 *An scriptura privata in criminalibus, possit probari per comparationem litterarum remissive.*

22 *Facti controversi species.*

23 *Argumenta contra pratensionem Fisci.*

24 *Fundamenta Fisci, & solutiones argumentorum partis.*

25 *Suppletur idoneitas testis ex indiciis, & adminiculis ubi illa recitantur, & cum teste adminiculato deponente de delicto exceptuato, privatur reus immunitate Ecclesiastica, & n. 26. & 27.*

28 *Socius itineris est idoneus pro injuria facta socio, quando socius injuriam socii ad animum suum non revocat, remissivè.*

29 *Decisio R. Cancellarii in causa visura super contentione immunitatis Ecclesiastica, declarando testes rei debere incarceratos recipi, quia se opponebant probationi Fisci resultanti ex unico teste adminiculato.*

30 *Probatio delicti in facto controverso, & n. 31.*

32 *Testes adinvicem contrarii non probant.*

33 *Testes non sunt contrarii, quando unus plus altero deposuit; nisi loquantur taxativè.*

34 *Contrarietas in accidentalibus non obstat fidei testiũ.*

35 *Declaratur quando dicatur contrarietas testium in substantialibus.*

36 *Contrarietas in substantialibus modica non est attendenda in testibus.*

37 *Quando testes super negativa probent, etiamsi illam non coarctent, usque ad n. 40.*

41 *Ponderatio singularis Fisci.*

42 *Decisio Senatus.*

43 *Objectum contra decisionem.*

44 *Ex unico teste de visu, cum aliis indiciis efficaciam unius testis omni exceptione majoris superantis, condemnatur in hoc Principatu, ad pœnam ordinariam delicti, etiam apud Judices ordinarios; declarata tamen ut infrà.*

45 *In delictis occultis, & difficilis probationis, ex indiciis dubitatis, qua constituunt unum indubitatum, concurrentibus aliis probationibus, & adminiculis, condemnatur in Senatu nostro, ad pœnam ordinariam homicidii.*

46 *Decisio Senatus, declarata ut infrà.*

47 *Quomodo ex unico teste de visu, & indiciis superantibus efficaciam unius testis omni exceptione majoris condemnetur ad pœnam ordinariam; ubi latè explicatur decisio Peguer. 17. cum exemplaribus antiquis, & recentibus nostri Senatus, usque ad n. 60.*

61 *Quove modo ex indiciis indubitatis, vel dubitatis, qua constituunt unum indubitatum, junctis aliis probationibus, & adminiculis in delictis difficilis probationis, condemnetur in Senatu ad pœnam delicti ordinariam, enodatur juxta observantiam nostri Senatus, usque ad n. 66.*

67 *Ponderatur gravitas pœna Triremium, usque ad finem.*

NEgativa vaga est improbabilis, & testis super illa deponens est suspectus de falso, Farinac. *in prax. qu. 65. num. 207. & 221.* Vermigli. *cons. 244. num. 6. cons. 251. num. 9.* Ciriac. *cont. 614. n. 3.* Conciol. *resol. crim. verbo negativa, resol. 1. cum sequentib.* ubi de limitationibus, & ampliationibus agit, Carena *de Offic. sanctæ Inquisit. par. 3. tit. 6. §. 8. n. 63.* Ludovis. *decis. 325. num. 9.* Majorana *in opoprax. crim. lib. 2. c. 4. n. 5.* 1

Coarctata verò loco, & tempore est probabilis, Farinac. *in prax. dict. quæst. 65. num. 213.* Caten. *loco cit. nu. 64.* Paclanus *lib. 1. de probat. latissimè cap. 35. cum seqq.* (qui *cap. 36.* scribit tres esse species negativæ, aliam juris, aliam facti, aliam qualitatis) Clarus *in prax. qu. 52. nu. 4.* Fermos. *de probat. cap. quoniam contra falsam 11. quæst. 3. num. 12.* Guaz. *def. reor. 28. cap. 1. num. 13.* Majorana *in opoprax. lib. 2. d. cap. 4. num. 5.* Vermigl. *cons. 251. n. 9.* 2

Testes deponentes de negativa coarctata, ut probent, non solùm debent removere sensum ab actu, ut puta dicendo, *non vidisse, non audiisse,* & simil. sed debent etiam removere actum à sensu dicendo, *nec esse aliter posse, quin ipsi testes vidissent, vel audiissent,* aliàs non probant negativam, Bos. *in tit. def. reor. num. 15.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 40. nu. 15. & seq.* Farinac. *in prax. dict. qu. 65. n. 228.* Guaz. *def. reor. 28. c. 1. nu. 12.* Carena *de Offic. sanctæ Inquisit. par. 3. d. tit. 6. num. 65.* Vermigli. *cons. 248. num. 9. & cons. 251. nu. 9. & cons. 252. num. 7. & seq.* Ludovis. *decis. 42. num. 5.* Ciriac. *cont. 614. nu. 3.* Conciol. *resol. crim. 1. ver. Negativa, num. 4.* Majorana *in opoprax. lib. 2. d. c. 4. nu. 5.* Formam depositionis testis recitavi in decis. anteced. *n. 57.* ubi qualitatem exclusivam verborum, & rixæ inter homicidam, & occisum probari dixi, ibi: *Sens precehir paraulas, ni rahons, rixa, ni questiò alguna entre ells, que si haguessen precehit jo las hauria ohidas, y haguera vist, y ohit dita pendencia, y rixa, y no podia ser menos, per trobarme en tant poca distancia del puesto ahont comen si de veurer, &c.* 3

Negativa debet coactari, & restringi ad breve tempus Judicis arbitrio; aliàs si testes super negativa improbabili, & nullatenus coarctata, ut puta si illam ad unum annum, vel unum mensem coarctarent, nedum nullam inducerent probationem, sed essent suspecti de falso, Farinac. *d. q. 65. num. 227.* Ludovis. *decis. 325. num. 9.* Carena *de Offic. sanctæ Inquisit. par. 3. d. tit. 6. §. 8. num. 63.* Grat. *discep. forens. par. 3. cap. 525. num. 33.* Post. *resol. 106. nu. 50.* Conciol. *resol. crim. 3. ver. Negativa, num. 1.* Majorana *in opoprax. crim. lib. 2. d. c. 4. n. 5.* nam non est verisimile, quod testes per tam longum tempus, semper viderint inquisitum, vel semper cum inquisito præsentes fuerint. 4

Ad hujusmodi negativæ probationem, etsi dicant DD. quod non sufficit, quod testes coarctent locum, & tempus; sed debeant coarctare totum locum, & totum tempus, *arg. tex. in §. item verborum 13. inst. de inut. stip.* ibi: *Vel per testes idoneos approbaverit toto eo die, quo conficiebatur instrumentum fuisse, vel adversarium suum in aliis locis fuisse,* & facit *l. optimam 14. C. de contrah. & commit. stip.* attamen id verum erit, quando locus, in quo asseritur reus fuisse, parum distaret à loco delicti, ita ut faciliter posset ire, & reverti; at ubi tantum distaret, ut possibile non esset, quod eo tempore posset ad locum delicti accedere, nisi hoc miraculo fieret, non esset opus prædictam temporis continuationem probare, sufficit enim in loco multum distanti dicere, Titium tali die non commisisse delictum matutinæ, quoniam eo tempore mecum erat Romæ, probant Pacian. *de probat. lib. 1. c. 40. n. 10.* 5

Bossius *in tit. def. reor. nu.* 24. Fermos. *ad d. cap. quoniam contra falsam*, 11. *tit. de probat. num.* 10. & 11. Farin. *d. quæst.* 65. *n.* 218.

6 Duobus tamen modis posse negativam coarctatam probari, ajunt citati Doctores, directè removendo videlicet actum à sensu, ut supra habetur, affirmando testes, illa die, & hora, non potuisse aliquid fieri, quin ipsi vidissent, & audiissent, vel indirectè, veluti si testes deponant de absentia continua à loco per totum tempus cui adscribitur gestum, notat Farinac. *d. qu.* 65. *nu.* 215. ubi quod probatur negativa, quando testis deponit super affirmativa; & ex illa affirmativa resultat probatio negativa, vel per affirmativam implicitam, & exempla adducit. Bos. *in prax. crim. tit. def. reor. num.* 21. & *seqq.* subdens nihil referre, an negativa affirmativè, vel negativè proferatur, & an negativa sit per oppositam affirmativam, an per inclusam, vel implicitam affirmativam, latè Pacianus *lib.* 1. *de probat. cap.* 42. & 43. *tot.* Basilicus *decis.* 19. *in fine*.

7 Suscitari plerumque solent dubia super hac re in defensis reorum, qui contra Fiscum opponunt de negativa, vel de affirmativa opposita probationi Fisci; quare pro practicabili intelligentia assero; primò, quod receptum est in Cathalonia, quod testes in defensam super coarctata recipiantur in carcere ob timorem falsitatis, Pegu. *in prax. cap.* 12. §. 7. *in fin.* R. Cortiada *part.* 1. *decis.* 21 *num.* 131. & in statu Mediolani examinantur ad præsentiam Fisci, & postea dimittuntur sub fidejussione de se representando sub certa pœna, Judicis arbitrio, vel cum præcepto pœnali, quando ratione paupertatis fidejussorem reperire non valent, Carena *de Offic. Sanctæ Inquisit. part.* 3. *tit* 9. §. 3. *n.* 12. Conciol. *resol. crim.* 2. *ver. negativa*, *n.* 7.

8 Secundò, pro majori indagine nostræ praxis, duas in hac re considero conclusiones indubitatas, & admissas; prima est, quando Fiscus habet probatam affirmativam, & inquisitus intendit probare negativam loco, & tempore coarctatam, affirmativæ Fisci ex diametro contrariam. Secunda est, quando Fiscus habet probatam negativam coarctatam loco, & tempore, & inquisitus intendit probare affirmativam, ex diametro contrariam negativæ Fisci.

9 Primæ conclusionis exemplum erit in homicidio, quando Fiscus de occisore constare fecit, per testes affirmantes de visu, & Reus ad defensam exponit negativam, coarctatam loco, & tempore, vel directè, vel indirectè, vel per implicitam affirmativam (juxta à nobis supra proposita) tunc testes super negativa, tanquam suspecti de falso, debent incarcerati recipi, & ita passim observamus.

10 Secundæ conclusionis exemplum erit, quando Fiscus habet qualitatem delicti probatam per testes excludentes rixam, videlicet per negativam coarctatam loco, & tempore, quia deponunt inter aggressorem, & occisum tempore, & in loco delicti, non adfuisse verba aliqua, nec inter eos vidisse rixam, & quod si verba, vel rixa inter eos adfuissent, ipsi testes, ea audiissent, vel rixam vidissent, & non poterat esse minus, quia ipsi præsentes existebant; tunc reus, qui eo loco, & tempore prætendit adfuisse verba, vel rixam, debet illam affirmativam, contrariam negativæ Fisci, probare per testes incarcerandos. Reg. Cortiada *decis.* 21. *num.* 131. & patet in exemplaribus infrà allegandis.

11 Hæc intelligenda veniunt duobus concurrentibus; primo, quod sit negativa Fisci coarctata loco, & tempore; secundo, quod pars impugnet Fisci probationem, altero enim ex his deficiente, testes in defensam non sunt recipiendi in carceribus; proindè si negativa Fisci non sit coarctata loco, & tempore, etsi reus eam impugnet, testes Rei non sunt carcerandi, quia negativa illa tanquam vaga nullius est momenti; hinc etiam si negativa Fisci sit coarctata loco, & tempore, si Reus eam non impugnet, testes Rei non recipiuntur incarcerati, ut puta, si Reus delatus de homicidio nullis dictis verbis (in actu homicidii) commisso, neget qualitatem, allegarque non in ipso actu homicidii, sed intra viginti quatuor horas (assignando horam) adfuisse rixam, testes non sunt suspecti de falso, nec veniunt carcerandi; cum probationes Fisci, & partis sunt compatibiles.

12 Unde semper, & generaliter nunc observatur, quod in omni casu, quo contra probationem Fisci prætendit Reus probare, vel per affirmativam, vel per negativam coarctatam; ita tamen, quod probatio, quam intendit Reus non sit compatibilis cum probatione Fisci, testes ipsius Rei, debent in carceribus recipi, tanquam suspecti de falso.

13 Tertiò, praxis etiam admittit, quod licèt in criminalibus non permittatur dari interrogatoria, tam pro parte Fisci, quàm inquisiti, Peguera *in prax. crim. c.* 12. §. 2. *n.* 9. quidquid sit in aliis Regnis, ex Guazin. *def.* 28. *c.* 6. *nu.* 3. Conciolo *resol. crim.* 4. *verbo interrogatoria*, Carena *de Offic. Sanctæ Inquisit. par.* 3. *tit.* 7. §. 11. *n.* 69. & *seqq.* Majorana *in opoprax. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 6. Admittuntur tamen interrogatoria, quando testes in defensam deponunt de coarctata negativa, vel de affirmativa oppositi probationi Fisci. Sic die 26. Januarii 1633. referente R. S. Gabriele Berart, scriba Congost, in causa contra Franciscum N. & alios delatos de nece Vincentii Sangerman militis Valent. & in anno 1682 in Processu contentionis, occasione firmæ juris in Curia Ecclesiastica Barcinonæ facta, per Joannem N. Villæ de Cellent, in quo pro parte Procuratoris Fiscalis Regiæ Curiæ, fuerunt tradita interrogatoria, & admissa per Reverend. Cancellarium Monserrat, scriba Llunell. Idem in eodem anno fuit observatum in contentione Galcerandi Texidor, aliàs *Busca*, quæ infrà ponderatur.

Ingentem in hac re exploravit cautelam Fisci procurator 14
Gubernatoris præsidii hujus Civitatis (quam menti mandare oportet, scelera indagare intendens) in causa contentionis immunitatis Ecclesiæ allegatæ per Capitaneum N. aliàs *Anxova*; cum enim pro parte dicti Capitanei in articulo 29. ex oblatis cor. R. Cancellario die 22. Decembris 1665. deductum fuisset, quod die 6. Octobris ejusdem anni (fuerat enim homicidium proditorium, & animo deliberato commissum die 7. ejusdem mensis Octobris, inter duodecimam, & unam horas post meridiem) inter quintam, sextam horas post meridiem, & sic inter viginti quatuor horas, in Vico *de las Frexuras*, Joannem Aguas occisum protulisse contra ipsum Capitaneum, & in illius præsentia, quædam verba valdè contumeliosa, quæ excludebant proditionem. Fisci procurator die 25. ejusdem mensis Decembris, antequam per dictum Capitaneum reciperentur testes super dicto articulo 29. articulavit, occisum die 6. Octobris, ab hora quarta post meridiem, usque ad horam septimam noctis adstitisse in quadam domo sita in vico, quo itur à cœmeterio Parrochialis Ecclesiæ B. Mariæ de Pinu, ad vicum *de la Bocaria*, quem quidem articulum plenè probavit per testes; posteà verò dictus Capitaneus timendo probationem Fisci, & consequenter testes per ipsum ministrandos super dicto articulo 29. uti suspectos de falso incarcerandos esse, alios obtulit articulos die 12. Januarii 1666. quibus corrigendo errorem (ut asseruit) commissum in d. articulo 29. articulavit, factum in illo contentum contigisse eodem die 6. Octobris inter primam, & secundam horas post meridiem, vel usque ad horam tertiam parum plus, vel minus. Fisci verò procurator die 12. ejusdem mensis Januarii articulavit dictum Aguas occisum, eadem die 6. Octobris ab hora duodecima meridiei, quà se contulit ad prandium, à domo non exisse usque ad horam tertiam pulsatam ejusdem diei, quem articulum pluspquam semiplenè probavit, & cum dubitaretur; an testes per reum ministrandi super novo articulo tenerentur se reponere intra Regios carceres. Per R. Cancellarium D. Franciscum Bernardum de Pons, intervenientibus Marti de Ferran, Pastor, Rull, & Tristany Regiis Senatoribus, fuit verbo resolutum, intra Regios carceres recipi debere, tanquam suspectos de falso; tùm propter probationem, licèt non plenam, secundo loco per Fiscum præsentatam; tum propter variationem contentam, in primis, ac secundis articulis Rei, quæ testium subornationem arguebat; & quia testes se incarcerare noluerunt, non fuerunt recepti.

Ea ratione in Processu contentionis ortæ inter Curiam 15
Regiam ex una, & Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex altera, occasione firmæ juris in Curia Ecclesiastica factæ, per Galcerandum Texidor, aliàs *Busca* immunitatem Ecclesiasticam allegantem, vidi observatum, quod pro parte dicti *Busca*, fuerunt præsentati articuli die 10. Maii 1680. & die 13. ejusdem mensis notificati procuratori Fiscali Regiæ Curiæ, qui suos obtulit articulos eodem die 13. nec eis contradixit pars, & propterea suos testes ministravit, probando intrasse reum manu ligatum in locum *immunem*, & in eo semper captum detentum esse, usquequo ab illo fuit extractus, & hac probatione admissa, cum dictus *Busca*, probare in contrarium intenderet, fuit allegatum per procuratorem Fiscalem R. C. supplicatione oblata 16. Maii dicti anni, testes super materia contraria tamquam suspectos de falso, fore incarcerandos, & ita obtinuit per R. Cancellarium Olegarium Monserrat, qui declaravit solùm admittendos fore articulos, qui tendebant ad probandam immunitatem loci, non etiam admitti testes (nisi carcerati

cerati existerent) qui pugnabant cum illa Fisci probatione, quam declarationem verbo protulit, prout fieri est assuetum in causis contentionum, scriba Llunell Not.

16 Sic pariter in Processu R. C. referente Nob. Christophoro de Potau, scriba Badia, contra Bartholomæum N. agricolam loci de Tiana Vicariæ strictæ Barcinonæ, inculpatum de nece proditoria, cum reus intenderet testes in offensam productos, esse suspectos de falso, & ad id indagandum accederet Judex cum me Advocato Fiscali R. C. & parte instante ex una, & Procuratore, & Advocato Rei partibus ex alia ad visuram in loco quæstionis, & ibidem pars Procuratoris Fiscalis, & pars instans suos præsentaret articulos ad explicandam depositionem testium in offensam productorum, fortificando illius dicta, per declarationem loci delicti, de quo explicitè in depositionibus testium offensæ non constabat, & pro parte Rei etiam incontrarium fuissent alii præsentati articuli, replicando articulis, & Fisci partis instantis, & ad omnes articulos probandos fuisset concessa dilatio quindecim dierum, provisione per d. Relatorem facta die 29. Januarii 1682. fuit resolutum verbo, in Regio Concilio die 4. Februarii subsequenti, admittendos priùs esse ad probandum per testes articulos Fisci, & partis instantis, quia erant ad fortificandum offensam, & quod posteà admitterentur ad probandum per testes, articuli rei, & quod si pugnarent cum probatione facta in offensam, tam ante visuram, quàm facta in dilatione quindecim dierum in judicio visuræ, tanquam suspecti de falso incarcerati reciperentur, & non aliàs.

17 Fuit hæsitatum die 18. Februarii 1671. in R. C. in causa Abdonis N. militis; an si testes Rei ad defensam super coarctata superarent testes Fisci, in numero, & qualitate, deberent examinari carcerati; agebatur de verificatione cujusdam litteræ.

Nobilis Hieronymus de Magarola Relator causæ, fuit voti non esse examinandos testes in carcere, tum quia, ita dicebat esse de stylo in hoc casu, tum quia cessabat ratio suspicionis falsitatis ob numerum, & qualitatem testium.

Nobilis Josephus Balaguer T. A. D. fuit voti, quod examinarentur carcerati, & quod si medio juramento affirmabant, litteram non esse dicti N. à carceribus statim relaxarentur.

Reliqui Egregii Senatores, nempè Nob. I. Rull Regens, Nob. Joannes Cellers, Magnificus (nunc Nobilis) Joannes Baptista Pastor T. A. DD. Magnificus (nunc Nobilis) Petrus de Amigant, & Magnifici Michael Joannes Taverner, & Franciscus Vidal & Roca F. A. fuerunt voti, quod examinarentur carcerati, & quod dicta testium reportarentur in R. C. ut super relaxatione deliberaretur, audito Fiscali.

Rationes hujus resolutionis fuerunt, quia non constabat de stylo in contrarium, & aderat eadem suspitio falsitatis in casu, licèt per majorem numerum, & qualitatem testium debilitaretur probatio Fisci; & quia poterat esse, quod testes non dicerent medio juramento, id quod extrajudicialiter affirmarunt coram Relatore.

Rursùs, quia poterat Fiscus dare interrogatoria pro dicta coarctata, ut in terminis coarctatæ observat praxis nostra, & dicimus suprà, & quod R. C. debebat inspicere dicta testium, & perpendere eorum probationes, quia ejus religioni, inspectis circumstantiis, spectat judicare de fide testium.

Et tandem: quia dabatur ansa Reis subornandi testes, & ex majori numero Fiscum vincere, si liberi examinarentur, & carceris detentionem non timerent.

18 Cæterùm in causa cujusdam mercatoris delati, quòd cum se gereret in Officio adjutoris Regentis librum majorem præsentis Civitatis de anno 1680. superaddidit quandam partitam crediti in dicto libro, & abradendo cifram antiquam, novam supponens in sui bonum, pro verificatione partitæ, & cifræ, Fisci Procurator subministravit testes de nota manu, per contrarios etiam de nota manu, prætendit reus superare probationem Fisci, & disputato dubio; an testes Rei essent incarcerandi, negativè fuit decretum; motivum fuit, quia; ideò testes de nota manu non probant scripturam privatam in criminalibus, ex Bertazolo, Paris. Donad. Menoch. Mascar. Colerio, Berlinch, Marescot. Afflictis, Grammatico, Ludovico, Thoro, Majorana *in opoprax. crim. lib. 2. c. 3. nu.* 106. ut ipse inquit *n.* 107. quia testes deponentes habere notam manum deponunt de judicio, comprobat Scaccia *de judicius l. 2. cap. 11. num.* 1135. *verb. Quia testes deponendo*, Gayto *de credito, cap. 2. num.* 2748. *& seqq. tit. 7.* vel quia testes de facili decipi possunt, tum propter litterarum similitudinem, cum multi reperiantur, qui adeò alterius manum imitari solent, ut vix discerni possit differentia, ex Paulo Rubeo *resol. practicabilium, cap. 28. à num.* 349. *cum pluribus seqq. & præcipuè num.* 352. *& seq.* tum etiam, quoniam sæpissimè evenire solet ex mutatione calami, atramenti, & chartæ, ut scripturæ diversitas inducatur, vel ex tempore forma scribendi mutetur, aut aliter, ut quis scribat in juventute, quam in adolescentia, & aliter posteà cum senio confectus erit, aliter sanus, quam si morbo laboret, aut convalescere incipiat, aut si manus aliquo ex opere priùs defatigata sit: quare ex his rationibus apparet testibus de nota manu non esse deferendum, & solum, si concurrant adminicula, sat esse testes deponere, habere notam manum, scribit Majorana cit.

Atqui testes de judicio de falso argui non possunt, Conciol. *resol. crim. 14. verbo falsum, num. fin.* prout idem dicit de testibus qui deponunt de credulitate, Farinac. *in prax. quæst. 67. num. 69.* Carena *de Offic. sanctæ Inquisit. par. 3. tit. 6. num.* 85. & valet argumentum de testibus de credulitate, ad testes de judicio, per ea, quæ tradunt Farinac. *quæst. 68. nu.* 107. Carena *de Offic. sanctæ Inquisit. d. tit. 6. §. 1.* signanter *n.* 4. Conciol. *resol. crim. 13. ver. Testis quoad dicta.* 19

Igitur cum testes pro Fisco de nota manu non probent scripturam; & minùs cifram, nec contra testes de nota manu ad defensam possit argui de falsitate, cessant rationes, cum quibus admisit praxis, ut testes super coarctata negativa deponentes incarcerarentur, nempè propter incompatibilitatem probationis cum Fisco, & suspicionem falsitatis. 20

An scriptura privata possit per comparationem litterarii probari, latè tradit Majorana *in opoprax. d. cap. 3. lib. 2. n. 90. cum pluribus seqq.* ubi etiam; an ex circumstantiis probet, cui adde Regen. Matheu *de re crim. contr. 28. n. 67. cum pluribus seqq.* 21

Super nece proditoriè commissa per Joannem N. olitorem in personam Isidri Vila die 27. Novembris 1682. extra muros hujus Civitatis, deposuit Joannes Guardia de veritate facti, cum qualitate exclusiva rixæ antecedentis inter aggressorem, & occisum, coarctando verba inter ipsos prolata. 22

Deposuerunt pariter alii duo testes, qui non multum distabant à loco delicti per sensum visus formaliter de delicto, & per auditum de quibusdam verbis prolatis ab homicida, & occiso, ea tamen non coarctando (alter ex his posteà negativam coarctavit in Processu visuræ subministratus pro Reo.) In causa contentionis super immunitate Ecclesiastica allegata, petiit reus visuram in loco delicti, & in ea exposuit falso deposuisse illos duos testes, quia de loco, in quo aderant tempore commissi delicti, audire non potuerunt verba prolata inter insultantem, & insultatum.

Opposuit Regius Fiscus testes inquisiti super illo articulo ministrandos, incarcerari debere, tanquam suspectos de falso; quia ex diametro se opponebant probationi Fisci; fuit inde controversum, an prætensio Fisci jure subsisteret; adversus Regium Fiscum, sequentia ponderabantur argumenta.

Primum; quia reus non intendit probare negativam coarctatam per directum videlicet, probando testes non adfuisse in petia terræ, loco, in quo deponunt tempore delicti adesse; sed quod testes erant in margine illius petiæ terræ à parte Occidentis, ex qua impossibile erat potuisse verba illa audire, in quo articulo, nullam habuit probationem Fiscus in Processu Regiæ Curiæ. 23

Secundum, quod esto, quod Fiscus noviter in Processu visuræ, probaverit per eundem testem formalem (qui deposuerat in Processu Regiæ Curiæ de veritate facti) locum loci, videlicet medium petiæ terræ à parte Orientis, in quo testes aderant, ex quo loco verba illa commodè poterant audire; attamen ex depositione illius testis non inferebatur semiplena probatio; quia idoneus non erat; nam fuit ille socius itineris occisi, & aliàs patiebatur aliquas objectiones adversus personam.

Sed his non reluctantibus opposuit Fiscus obtinere debere, testes Rei incarcerandos recipi ob suspicionem falsitatis: quæ versus eos urgebat, nam supposuit, quod licet periti in Processu visuræ per partes, vel tertius ex officio nominati, quia deponunt de peritia, & de judicio proprio, nunquam suspecti de falso argui possint, ut suprà probavimus; 24

bavimus; at verò alii testes, qui assertivè de facto deponunt, de falso argui valent, etiamsi deponant in Processu visuræ; quia visura eos privilegiatos non reddit, & puniri deberent si de falso convincerentur.

Iterùm suppositi, quod negativa coarctata duobus modis concipi valet, directè, vel indirectè, & adhuc indirectè potest fieri per oppositam affirmativam, vel per affirmativam implicitam, qua probata sequitur probatio negativæ, ut supra affirmatur.

Undè dixit, quod ex quo Fiscus probatum habuit testes audiisse verba homicidæ, & occisi, *in eo quod* reus exposuit, explicando locum loci, in quo testes adesse prætendit, concipiendo articulum per affirmativam, & ulterius deducendo, quod ex loco loci explicato, non potuerunt testes audire verba, se opposuit probationi Fisci; quia audiisse testes verba inter insultantem, & insultatum prolata, & non audiisse, vel non potuisse audire, adinvicem non compatiuntur, etsi unum erat verum, alterum abesse debebat, & ita respondit primo argumento.

Nec tunc obesse affirmavit, quod Fiscus semiplenam probationem non habuit super re controversa quia; respondit, quod duo testes, de loco, & tempore contestes affirmarunt audiisse verba, & sic, quod ea, quæ per reum opponebantur, videl. esse in loco, à quo verba illa audire non potuerunt, pugnabant cum probatione plena Fisci, & licèt super explicatione loci, in quo aderant testes, solùm haberet Fiscus depositionem unius testis ministrati in Processu visuræ; attamen (ut præhabetur) probatum plenè habuit testes ipsos verba audiisse, & sic quomodocumque directè, vel indirectè se opponeret reus huic probationi, constans erat affirmare testes suspectos de falso esse.

25 Et adhuc respondit Fiscus in casu sufficere depositionem unius testis super explicatione loci, à quo audita fuerunt verba; quia ex illa resultat semiplena probatio; quin obesse possent testi objectiones oppositæ; quia ultra quod probatæ non fuerant, supplebatur idoneitas testis ex aliis indiciis, & adminiculis in Processu resultantibus, primò, ex fama per quinque testes probata; secundò, ex confessione extrajudiciali per tres contestes, quæ licèt fuerit cum qualitate à Reo prolata, non exclusit tamen qualitas confessionis proditionem delicti perpetrati in incautum, & arma non deferentem; tertiò, ex fuga immediata à loco delicti; quartò, ex latitatione ad locum immunem, à quo fuit extractu; quintò, ex mendacio in substantialibus, negando in depositione judiciali ea, de quibus convictus erat, de quibus indiciis nos latè agimus, decis. 41. tota.

26 Nec officere dixit, quod hæc indicia supplere non poterant probationem qualitatis delicti, licèt supplere possent probationem delicti, cum solùm tenderent ad probandum inquisitum commisisse delictum, nilque faciebant ad proditionem, sicque nil proderant pro judicio immunitatis allegatæ, in quo arrenditur qualitas delicti; quia respondit, quod indicia ponderata supplere valebant defectus contra testem oppositos, ut inde tamquam idoneus probaret semiplenè qualitatem delicti, Peguera *decis.* 17. Farinac. *in prax. qu.* 82. *n* 335.

27 Punctualem ponderavit doctrinam Ciarlin. *to.* 1. *cont.* 12 *à num.* 25. ubi in homicidio insidioso indicato, principali indicio probato in sua specie per duos testes, alterum ex his ætatis undecim annorum, & sic minùs idoneum, tradit privandum esse reum immunitate Ecclesiastica, quia inhabilitas illius testis supplebatur ex multis, quæ superabundabant testis defectum, veluti fuga, fama, mendacio, & pluribus, de quibus inibi. Prout etiam in eisdem terminis immunitatis Ecclesiasticæ recitat declaratum, Quesada Pilo *cont.* 30. *per tot*, in qua ex unico teste ætatis octo annorum filiæ reæ, & cum aliis indiciis, & adminiculis fuit declaratum ream immunitate Ecclesiastica non gaudere; rectè igitur infertur, quod etsi testis formalis obices pateretur, ob alia tamen indicia in Processu resultantia, inhabilitas illius suppleretur ad semiplenam probationem faciendam.

28 Quo magis, quia in eo, quod opponebatur testi, esse socium itineris, & sic minùs idoneum pro injuria facta socio, respondit Fiscus, quod socius itineris est idoneus testis pro injuria facta socio, quando socius injuriam illatam socio ad animum suum non revocaverit, Farinac. *in prax. quæst.* 60. *n.* 402 *& seqq.* Pasc. *de juribus pat. pot. par.* 1. *cap.* 10. *num.* 36. Vermigl. *conf.* 42. *num.* 5. *& conf.* 146. *n.* 2. Carena *de Offic. sanctæ Inquisit. par.* 3. *tit.* 5. *nu.* 61. Thoro *in compend. decis. Archiep. in ver. socius itineris*, latè dicimus *decis.* 15.

Die 11. Januarii 1684. per D. Cancellarium Monserrat, intervenientibus Senatoribus de Magarola, & de Amigant, fuit verbo declaratum articulum inquisiti, quo exposuit ipsum cum occiso alloquutum fuisse in loco delicti verbis submissis, esse admittendum ad probandum per testes incarcerandos; quia in eo Fiscus probatum habuit, cum depositione unius testis socii itineris adminiculati, fuisse alloquutos alta voce, prout in effectu incarcerati deposuerunt 25. Junii ejusdem anni. Non apparuit alios articulos rei de coarctata judicare, quia compertum fuit experientia facta per peritos in loco visuræ in præsentia domini Cancellarii partium, & Advocatorum, verba altè prolata intelligi posse, non solùm de loco, in quo deponebant testes offensionales audiisse, & de loco in quo inquisitus prætendebat fuisse testes, & verba non accepisse; sed etiam de alio, his remotiori; unde tamquam indubitata habita fuerunt cuncta per Fiscum expensa, & solùm opportunum visum fuit declarare coarctatam super illo articulo, ex quo pendebant reliqua per Fiscum hic exposita. 29

Tandem die 17. Aprilis 1684. per eundem Cancel. Monserrat, intervenientibus de Magarola, de Amigant, & de Colomet, fuit declaratum inquisitum de nece proditoria delatum, immunitate Ecclesiastica non gaudere.

In Regia Curia posterum pro pœna Reo infligenda, controversa fuit probatio Fisci; nam super qualitate necis perpetratæ per dict. Joannem N. olitorem Civem Barcinonæ die 27. Novembris 1682. in personam Isidri Vila tres tunc erant testes pro Fisco, unus qui deposuit, quod inter insultantem, & insultatum audita fuerunt (ante homicidium in continenti tamen sequutum) quod ille huic dixit: *Ara no faràs testimoni fals*, ideſt, *nuare non reddes testimonium falsum*? & iste illi respondit, *que ell no feya testimonis falsos, y que lay faria prouar*, ideſt, quod ipse falso non deponebat. & quod eum ad id probandum cogeret; nec alia fuerunt verba, ad minus, quæ testis ille audiisset. 30

Alter testis deposuit, quod aggressor dixit aggresso, *ara no farias testimoni fals*, & aggressus respondit, *que ell no feya testimonis falsos, y los faria prouar*, & quod nulla alia verba fuerunt prolata, nec inter illos adfuit rixa, nec pugna aliqua, quia si alia verba, vel pugna inter ipsos fuissent, testis vidisset, vel audiisset, nec aliter fieri posset, quia erat in loco parum distanti, à loco delicti. Alter autem testis deposuit inquisitum dixisse cæso *cap pelat*, ideſt, *caput depile* (erat cognomentum occisi) *ara no farias testimoni fals*, & respondit, *que ell no feya testimonis falsos, y que lay faria prouar*, nec testis alia audierat, nec rixam viderat, nec aliter esse poterat, quia ipse vidisset, vel audiisset (causa delicti non fuit probata in Processu, sed conjecturari valuit ex verbis prolatis, & fuit, nam Cœtus deposuit, ut testis in Curia Ecclesiastica contra insultantem, in cujus vindictam iste necem exequutus fuit) ex quorum testium attestatione opposuit Reus nullam resultare posse probationem offensionalem. 31

Non respectu primi testis, quia deposuit per negativam vagam, & non coarctatam loco, & tempore, ex qua nulla probatio poterat resultare, ex ante dictis: respectu verò secundi, & tertii testis, licèt hi super negativa coarctata deponerent, fidem aliquam facere non valebant, quia inter se erant contrarii, per tradita à Farinac. *in prax. de test. quæst.* 65. *num.* 6. Giurba *conf.* 23. *num.* 13. Et testibus contrariis nemini creditur, Vermigl. *conf.* 131. *n.* 8. & 12. Farinac. *d. quæst.* 65 *num.* 5. & 6. qui reprobat contrarium tenentes, & post eos Conciol. *resol. crim.* 16. *verb. Falsum, num.* 1. & 2. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 6. *num.* 83. 32

Et licèt non dicantur testes contrarii, quando unus deposuit plus altero, cum stare possit, quod unus audierit, vel viderit, quod alter non vidit, nec audivit, ut tradunt Mascar. *de probat. conclus.* 1361. *num* 6. *lib.* 3. Farinac. *in prax quæst.* 65. *num.* 11. & *conf.* 50. *nu.* 22. *lib.* 1. Giurba *conf.* 63. *num.* 29. Ciriac. *cont.* 407. *nu.* 153. & *cont* 616. *tom.* 4. *nu.* 42. attamen ea locum non habent, quando testes (prout in casu) loquuntur taxativè; nam tunc intrat contrarietas, Farinac. *de test. d. qu.* 65. *nu.* 15. Carena *de Offic. sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 6. *nu.* 47. *ver. Item quando*, Rota Ludovis. *decis.* 351. *n* 22 & *decis.* 578. *nu.* 4. Conciol. *d. resol. crim.* 16. *ver. Falsum, num.* 8. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *d. c.* 6. *n.* 83. 33

Non negabat Fiscus contrarietatem esse inter duos testes, expendebat tamen, contrarietatem solùm esse in accidentalibus, & in circumstantiis extrinsecis, quo in casu testes propriè contrarii non dicuntur, cum tunc contrarii 34

judicen-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

judicentur, & non probent, quando in ſubſtantialibus ſibi adinvicem contrariantur, ut probant communiter DD. Maſc. *de probat. concluſ.* 859. *n.* 18. *& ſeqq. lib.* 2. *& concluſ.* 1361. *n.* 5. *lib.* 3. Farinac. *d. qu.* 65. *n.* 16. *& ſeq.* Guaz. *def. reor.* 19. *cap.* 2. *num.* 6. Catena *de Offic. ſanct. Inquiſit. par.* 3. *d. tit.* 6. *n.* 46. Conciol. *d. reſol. crim* 16. *ver. Falſum, nu.* 5. Leo *lib.* 2. *deciſ.* 205. *n.* 55. Majorana *in opo prax. crim. lib* 2. *dict. cap.* 6. *num.* 83. ubi ponit exempla, & ſe refert ad plura, quæ in hac re ſcripſit Petra *de fideicom. quæſt.* 12. *n.* 1342. *& pluribus ſeqq.* Vermig. *conſ.* 382. *num.* 20.

35 Contrarietatem illam tantùm eſſe reſpectu circumſtantiarum remotarum, demonſtrabat Fiſcus; quia teſtes conſiderantur contrarii in ſubſtantialibus, quando in loco, & tempore diſcordant, ut in teſtibus Suſannæ accidit, Guaz. *d. def.* 19. *cap.* 2. *nu.* 9. vel ſi agatur de formalitate verborum, puta blaſphemiæ, Guaz. *num.* 7. Farinac. *d. qu.* 65. 28. *& conſ.* 50. *nu.* 17. Majorana *in opoprax. lib.* 2. *d. cap.* 6. *num.* 83. Delbene *de Offic. ſanct. Inquiſit. par.* 2. *dub.* 198. *ſec.* 18. *nu.* 7. Conſiderantur autem contrarii in accidentalibus, & circumſtantiis remotis, quando contrarietas eſt circa cognomen, pronomen, patriam, conſanguinitatem, & ſimilia Catena *de Offic. ſanct. Inquiſit. par.* 3. *d. tit.* 6. *nu* 47. Conciol. *d. reſol. crim.* 16. *ver. Falſum, n.* 6. contrarietas autem in ſpecie conſiſtebat in cognomento, ſivè ſuper nomine occiſi, quia unus teſtis, quando retulit verba prolata, depoſuit, inſultantem dixiſſe, *cap pelat*, hoc eſt, *caput depile*, quod alter teſtis verba eadem declarando per negativam coarctatam, & ſic taxativè, omiſit, cum tamen in reliquis ſubſtantialibus concordarent, nec ultra inquiſitus probavit alia fuiſſe inter ipſum, & Cęſum verba aliqua. Ponderabat ulterius, quod hæc fuerunt motiva ad privandum reum ab immunitate Eccleſiaſtica in declaratione ſupra Kalendata.

36 Indè etiam allegabat Fiſcus, quod adhuc quod illa contrarietas eſſet in ſubſtantialibus, erat tamen modica, & ſic non attendenda, Farinac. *in prax. d. qu* 65. *nu.* 34. Guaz. *d. defen.* 19. *c.* 2. *n.* 7. Conciol. *d. reſol. crim.* 16. *verb. falſum, num.* 9. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 83. *in fin.* (ubi quod totum hoc relinquitur arbitrio judicantis, & dixerat Farinac. *dict. qu.* 65. *num.* 35.) Delbene *de Offic. ſanct. Inquiſit. par.* 2. *dub.* 198. *ſec.* 18. *num.* 5. Et manifeſtum id ipſum reddebat, quia etſi verbum *cap pelat*, ideſt, *caput depile* foret à Reo ante commiſſum ſcelus prolatum, nil ad qualitatem delicti inferebat, cum à criminoſo ipſo affectatè eſſet dictum, ad movendum Cœſum ad calorem iracundiæ, & ad rixandum, ex quo, nec aliis verbis commotus fuit, ſed animo pacifico, & non injuriato reſpondit, *que ell no feya teſtimonis falſos, y que lay faria provar*, & ſine ulla cauſa, vel ſaltem leviſſima, & non conſiderabili irruit in Cęſum, & propterea de qualitate necis proditoriæ conſtare deducebat, ex Xammar *ver. judic. def.* 48. *tot.* præcipuè *n.* 19. *& ſeqq.* Reg Cortiada *deciſ.* 96. *n.* 23. quod fuit alterum motivum declarationis contentiopis ſupra relatæ.

37 Dici poterat etiam, fuiſſe homicidium proditorium, tamquam commiſſum in non ſe præcavent em, vel præcavere valentem, ex regula quam docet Reg. Cortiada *deciſ.* 96. *n.* 6. quia in Proceſſu ex unico teſte conſtabat adinventum fuiſſe Cœſum in continenti poſt receptum ſcelus, ſine armis, & incautum, & ex duobus teſtibus (in actu viſuræ cadaveris peractæ intra parvum temporis ſpatium, quo ſucceſſit homicidium) conſtabat occiſum ſine armis inventum fuiſſe.

Non omittebat Fiſcus opponere, quod ex tribus teſtibus in offenſam productis, duo erant conteſtes de formalitate verborum, & quod licèt unus ex his deponens per negativam, & eam non coarctaret, nec deponeret removendo actum à ſenſu, nihilominus probata negativa erat; quia non ſemper ad negativam probandam requiritur, quod ſit coarctata loco, & tempore, nam etiam ſuper negativa teſtes deponentes ſimpliciter, probant, quando teſtes deponunt ſuper eo, de quo ſunt ita informati, ut veriſimile ſit, id eis eſſe ſatis notum, quia tunc ſufficit ſimplex eorum negatio, Vermig. *conſ.* 15. *nu.* 43. Andreol. *cont.* 345. *num.* 3. dicendo eos fuiſſe præſentes, & non vidiſſe fieri, &c. abique eo, quod dicant, nec poterat fieri quin ipſi teſtes vidiſſent, aut audiiſſent, Farinac. *in prax. de teſt. d. quæſt.* 65. *n.* 229. *& conſ.* 65. *n.* 24. *lib.* 1. *& conſ.* 151. *n.* 18. *& conſ.* 166. *n.* 17. *lib.* 2. Ludovil. *deciſ.* 325. *nu.* 6. *& ibi addit. num.* 27. Conciol. *reſol. crim.* 1. *verb. Negativa, num.* 5.

At huic ultimo replicabat inquiſitus cum Paciano *de probat. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 30. *& ſeqq.* (cujus doctrina in hac re eſt amplectenda) conſtituente differentiam inter teſtes rogatos ad deponendum, & alios, qui rogati non ſunt, ut quod ſola præſentia teſtis rogati ſufficiat ad probandum negativam ex ſola ſimplici negatione, non etiam teſtis non rogati, qui præſumitur eſſe minus attentus, & tunc ut probetur negativa, debet illa coarctari, adjiciendo, quod illud non potuit dici, vel fieri, quin ipſe teſtis audiiſſet, vel vidiſſet, ex ejus verba. *Mihi tamen videtur hujuſmodi differentiam poſſe concordari hoc modo, ut ſcilicet dicamus, quod aut quæritur de teſtibus rogatis, & requiſitis ad actum, & tunc quoniam ex rogatu, & requiſitione præſumuntur attenti, ut ſupra dixi in ſecunda declaratione num.* 23. *ideo poteſt in illis ſufficere ſola præſentia, & ſimplex facti negatio, ſecundum Aretinum, qua res efficaciſſimè probatur in dict.* §. *ſi verò abſunt Auth. de hæred. & falcid. ubi apparet, quod ibi tractabatur de teſtibus, & qui rogati, & requiſiti erant ad confectionem inventarii; unde non eſt mirum, ſi propter præſumptam attentionem, ſufficiat in illis ſola præſentia, & ſimplex negatio, pro qua re faciunt ea, quæ tradit Cyn. in dict. l. actor ſub num.* 6. *ver. Verbi gratia, col. fin. C. de probat. ubi ait, quod teſtis, qui eſt ſcriptus in ſententia, vel inſtrumento, vel in teſtamento, ſatis probat, ſi dixerit ſimpliciter, ſe fuiſſe præſentem, & quod talis non fuit à judice condemnatus, nec illi fuit à teſtatore tale legatum relictum, & hoc idem ſequitur Angel. loquens in teſte ſcripto, in l.* 2. *num.* 3. *ver. Item intellige, ff. eodem, & hoc modo debet intelligi Cynus in dict. l.* 2. *Cod. ex de err. Adv. ubi dicit, quod pro ratione ſufficiet, ſi teſtis dixerit, interfui, & vidi, quod Judex eum non condemnavit.* 38

Aut quærimus de aliis teſtibus non rogatis, qui præſumuntur eſſe minus accurati, & minus attenti, cum nihil ad ipſos negotium pertineat, & tunc ſi per aliam rationem mihi non conſtiterit, de ipſorum attentione, ſecundum ea, quæ dixi in prima declaratione: Ego non diſcedam à communi opinione, quæ vult, ut adjiciatur, quod illud non potuiſſet dici, vel fieri, quin ipſi teſtes adjiſſent, vel vidiſſent. 39

Nec ſufficeret ſola præſentia, quia non ſequitur, quod omnia intellexerit, cum poſſit ſtare ſimul, quod fuerit præſens, & non intellexerit, nec audierit omnia, & quod non potuerint multa fieri, quæ à præſente non fuerint viſa, ut ait Angel. in l. hæredes palam in princ. ff. de teſtamen. 40

Tandem Fiſcus contra inquiſitum ſingulariter ponderabat judicatum in declaratione immunitatis ſupra citata, in qua fuit *impertus de nece proditorie per ipſum perpetrata ictu pugionis in perſonam Iſidri Vila*, & fuit ſententiatum, immunitate Eccleſiaſtica per eum allegata non gaudere, & ſic arguebat, aut contra reum de homicidio proditorio, nulla fuit probatio, aut illa debuit eſſe plena, & concludens; quia ſi illis duobus teſtibus offenſionalibus, qui depoſuerunt de qualitate proditionis, excludendo rixam, obſtabat contradictio, nemini debuit credi (ut probatur ſuprà) atqui aliundè ex Proceſſu, qualitas delicti non probabatur, quia ſolùm erat alter teſtis, qui negativam non coarctabat, & ſic nullius erat fidei. & aderant indicia fugæ, famæ, confeſſionis extrajudicialis Rei cum qualitate excluſiva delicti (quam qualitatem non probavit) cum aliis nihil ad proditionem delicti facientibus, & nihilominus declaratum fuit conſtare de nece proditoria ex dictorum teſtium depoſitionibus; ergo pro conſtanti tenuerunt, teſtibus contrarietatem non obeſſe, imò plenam fidem tamquam conteſtes facere. 41

In hac cauſa die 29. Novembris 1684. fuit concluſum, ex quinque Senatorum ſuffragiis, quod inquiſitus condemnaretur ad ſervitium Regiarum Triremium remigando in perpetuum; varii tamen fuerunt in efformatione delati cauſæ, ſeu motivi ſententiæ; nam ex his duo dixerunt, quod plenè de homicidio commiſſo per inquiſitum conſtabat; ſed de qualitate proditionis non conſtabat nec ſemiplenè. Tres verò (hæc fuit major pars) cenſuerunt conſtare plenè de homicidio commiſſo, & de qualitate proditionis pluſquam ſemiplenè; undè primi fuerunt voti, quod fieret inquiſito delarum, ſive motivum, de nece (ſimpliciter) ſecundi verò, quod fieret delatum de nece proditoriè perpetrata, & ita fuit concluſum. Ego fui voti, quod ex depoſitione illorum trium teſtium, ex fuga à loco delicti, confeſſione extrajudiciali qualificata, fama, & 42

aliis

aliis adminiculis constabat plenè de delicto commisso, & de qualitate proditionis homicidii; & quod sic inquisitus declararetur reus mortis, ex motivis hic ponderatis. Regens Cortiada non interfuit lecturæ, & sic suffragium in causa non præbuit.

43 Difficilis mihi aditus fuit attripere fundamenta sententiæ contrariæ, ut ex eisdem testibus probaretur delictum, & imperfecta foret ex eisdem testibus probatio qualitatis proditionis; quando si contrarietas (hoc erat objectum controversum, nam aliqui defectus, qui opponebantur contra personas testium, erant parvi momenti, & aliundè suplebantur, ex indiciis, & adminiculis, quæ in processu erant perfectè probata) obesset depositionibus testium, eis deferri non posset in restanti depositionis, ut suprà probavimus, etsi contrarietas non obstabat, plena ex testium depositionibus manere debebat probatio, tàm quoad homicidium commissum; quàm quoad qualitatem proditionis; quia de his deponebant duo contestes coarctando negativam.

44 Iterùm denuò existimo me latere responsa, quibus stabilitur decisio; quando ex unico teste de visu, cum aliis indiciis in sua specie perfectè probatis, quæ superent efficaciam alterius testis, omni exceptione majoris, in hoc Principatu condemnetur ad pœnam ordinariam homicidii, ex magistrali *decis.* 17. Nob. Ludovici à Peguera, quam defendit Fontanella *par.* 1. *decis.* 258. *num.* 8. & 9. quam sequuntur R. S. Alexius Tristany *in alleg. stupri, edita anno* 1657. *num.* 159. Guaz. *def. reor.* 33. *cap.* 14. *nu.* 12. Giurba *cons.* 2. *num.* 45. Leo *lib.* 2. *decis.* 125. *num.* 35. Reg. Cortiada *decis.* 93. *num.* 38.) ubi existimat id ipsum posse observare Judices inferiores) & sentire videtur Vermiglioli *cons.* 94. *num.* 4. *cons.* 411. *num.* 5. & *cons.* 421. *num.* 8. maxime in delictis occultis, & difficilis ptobationis, Pet. Barbosa *in l.* 2. *par.* 1. *num.* 93. *ver. Quarto, & ultimo, ff. Solut. mat.* Farinac. *cons.* 189. *num.* 4. & 5. *lib.* 2. August. Barbosa *in cap. præterea* 27. *num.* 3. *de testibus*, R. Cortiada *d. decis.* 93. *num.* 38. ubi exemplaria Senatus nostri citat. quæ ad unguem observamus.

45 Quando paritèr in delictis occultis, & difficilis probationis (quale fuit commisum per reum, qui illud perpetravit. Die 27. Novembris 1682. in loco campestri juxta Crucem Sancti Francisci, extra mœnia hujus Civitatis Barcinonæ, in itinere transverso, & vicinali, remoto à via publica, à Civitate, & à domibus, ut vidi in recognitione loci in visura facta in causa contentionis coram R. Cancellario, & eo præsente, super citata, in qua ut Advocatus Fiscalis R. C. interveni, & Fisci partes egi, in quo loco nec aderat copia testium; sed erat difficilis probationis physicæ, & moralis, ex traditis à Quesada Pilo *cons.* 30. *num.* 42.) quamvis indicia non sint omninò indubitata, sufficit, quod sint plura indicia dubitata, ex quibus resultet unum indubitatum, & adsint aliæ probationes, & adminicula, ut possit in Senatu condemnari ad pœnam ordinariam delicti, Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 36. *num.* 41. & *par.* 3. *quæst.* 86. *num.* 93. & *cons.* 108. *à num.* 90. Juli. Carth. *decis.* 49. *num.* 50. & *decis.* 79. *num.* 38. Guaz. *def. reor.* 33. *cap.* 15. *num.* 4. Latro *decis.* 163. *num.* 42. & 51. (etsi contrarium sentiat ejus additionator Manfrella *ibidem nu.* 22.) Xammar *de offic. judic. par.* 1. *quæst.* 15. *num.* 99 R. S. Alex. Tristany *d. alleg. num.* 176. Reg. Cortiada *d. decis.* 93. *n.* 36. & hanc doctrinam passim observamus, & observatam tradimus infra in diversis decisionibus.

46 Quando heri calamitosus, & infortunatus reus, sine ullo teste de visu, ex indiciis dubitatis, quę constituunt unum indubitatum, cum aliis indiciis, & adminiculis; quia delictum erat necis animo furandi, commissu noctu (& sic erat difficilis probationis) in personam infaustæ meretricis in cubiculo jacentis, cum qua reus cubabat, (non obstante incertitudine diei, in qua fuit commissum homicidium; quia de illa solùm apparebat, ex judicio peritorum in recognitione cadaveris adhibitorum, qui quatriduanum judicarunt) & ex repertura rei furatæ, habitationis assiduæ cum occisa, signantèr in nocte, qua fuisse commissum scelus præsumebatur, & aliis indiciis, & probationibus, fuit declaratus reus mortis, & condemnatus, ut finderetur in frusta, referente eodem Relatore Magnifico Bernardino Puig I. R. C. in actis Famada Not. die 7. Novembris 1684.

47 Audi adhuc (ne his ponderationibus adversis discedas, ut censeo, à certo, & indubitato) quod ut ex unico teste de visu cum aliis indiciis in sua specie perfectè probatis, quæ superent efficaciam alterius testis omni exceptione majoris condemnetur in hoc Principatu ad pœnam delicti ordinariam, juxta magistralem doctrinam Peguer. *decis.* 17. & alios qui eum sequuntur, & suprà laudantur, attendenda, & consideranda est differentia inter probationem delicti, & probationem qualitatis delicti, nam separata, & diversa res est, delictum, & qualitas delicti, Reg. Cortiada *decis.* 98. *num.* 30. cum pluribus DD. per eum allegatis.

Licèt namque fit certum, quod ex teste de visu, & aliis 48
indiciis efficacioribus, remaneat plenè probatum delictum, non tamen restat probata plenè qualitas delicti, quia si testis deponit (veluti in homicidio) de animo deliberato, aut proditione, qualitas homicidii erit probata per semiplenam ex illius testis depositione, quæ non sufficiet pro pœna ordinaria homicidii; & sic licèt indicia conjungantur ad perfectam probationem homicidii; non tamen conjunguntur ad perfectam probationem qualitatis homicidii, cum respectu qualitatis, indicia, nil faciant. Hinc ergo sequitur, quod ut ex teste de visu, & indiciis condemnetur inquisitus ad pœnam ordinariam homicidii, requiritur, quod aliundè constet ex conjecturis, vel ex eisdem indiciis de qualitate animi deliberati, vel quod aliundè constet de qualitate proditionis, pro ut eveniet quando homicidium erit ex se proditorium, ut quia fuerit commissum à tergo, vel in aliis casibus, quos latè enumerat Reg. Cortiada *decis.* 96. *num.* 6. *cum pluribus seqq.* in quibus Fiscus habet intentionem fundatam, & transfert reo onus probandi contra qualitatem, ut potè rixam præcessisse, vel alias.

Ita Intelligendus R. S. Peguera *in d. decis.* 17. juxta exemplaria, quæ allegat in fine decis. Nam primum fuit, ut ibi:

Die 2. *Junii* 1581.

In facto Fisci procuratoris Regiæ Curiæ, & partis instantis adversus, & contra N. militem delatum, & inculpatum de nece proditorie, & appensatè perpetrata in personam N. agricolæ inansi del Codonner de Rouses termini Baroniæ de la Llacuna, avunculi sui, & de alia nece etiam proditorie, & appensatè perpetrata in personam Hieronymæ N. ejus concubinæ filiæ Joannæ N. habitatricis Civitatis Barcinonæ, quorum cadavera in domo Parochialis Ecclesiæ de N. in qua ipse habitabat, inter alia cadavera sepulta, reperta fuerunt, & cognita, & de aliis quamplurimis criminibus, & delictis; meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quod dictus N. est reus mortis, & quod ei caput amputetur in loco solito, juxta morem, & stylum, quæ observari sunt solita in personis militaribus. Excepto Osset qui est voti, quod dictus N. deportetur in insulam, per suam Maiestatem nominandam in perpetuum, Magnificus Adrianus Vilana Reg. Regiam Cancel. non votavit, quia non interfuit lecturæ. 49

In præhabita specie, ex teste de visu, & indiciis efficaciam alterius testis superantibus condemnari potuit inquisitus ad mortem, ut docet Peguera *in d. decis.* 17. quia primum homicidium contra ipsum impetitum, considerato, quod fuerat commissum in consanguineum, proditorium fuit, nam proditor dicitur, qui alium consanguineum occidit, Reg. Cortiada *decis.* 96. *num.* 9. ubi exemplaria pro immunitate Ecclesiastica adducit, contra occidentem patruum suum. Considerato paritèr, quod aliud erat commissum in concubinam, proditorium etiam erat, utpotè perpetratum in mulierem non se præcavent, vel præcavere valentem ex regula quam ex pluribus observat Reg. Cortiada *d. decis.* 96. *num.* 6. 50

Aliam Senatus observantiam, quam allegat Peguera *d. dec.* 17. in fine, est ut sequitur.

Die 20. *Augusti* 1582.

In facto Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ & partis instantis adversus Monserratum Bertran delatum, & inculpatum de nece per ipsum perpetrata in personam Peroti Bertran patrui sui, secunda Julii 1581. *illu archabutii, vulgo dicto* de pedrenyal *in Villa Sitges, facta relatione per Puig, meritis processus attentis, & aliàs.* 51

Idem Puig est voti, quod dictus Monserratus Bertran condemnetur ad servitium Regiarum Triremium in perpetuum.

Idem Don Ludovicus à Peguera.

Franquesa Fisci Advocatus est voti, quod dictus Monserratus Bertran est reus mortis, & quod suspendatur in alta furca laqueo per collum taliter, quod naturaliter moriatur, & anima ab ejus corpore separetur.

Idem Sans.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Idem Fort.
Idem Sabater.
Idem Quintana.
Excellentissimus Dominus Locumtenens, & Capitaneus Generalis, pro observantia constitutionis, concludit cum voto dicti Franquesa, & aliorum ejus voto adherentium.

52 In hac specie etiam fuit homicidium proditorium ex se, & sui natura, quia fuit commissum in consanguineum, ut suprà probatur.

53 Exemplaria nostri temporis, in quibus fuit practicata decis. Peguera 17. sunt: Primum, die 9. Decembris 1670. referente Magnifico Michaele Joanne Taverner, & Rubi, scriba Riambau, contra Joannem Vaquer francigenam, delatum de nece proditorie perpetrata in personam Dominici Colomer agricolæ Villæ de Olesa soceri sui, ubi ex teste de visu, & indiciis fuit declaratus reus mortis, fuit homicidium, sui natura proditorum, quia fuit commissum in socerum, Reg. Cortiada *decis. 96. num.* 11. Nos *decis.* 17.

54 Secundùm, die 15. Septembris 1673. in facto Fisci procuratoris R. C. & partis instantis contra Josephum N. aliàs *Montanna*, agricolam Parochiæ de Figols Diœcesi. Cælsonen. delatum, & inculpatum de nece unà cum aliis proditorie, & animo deliberato perpetrata jactibus tormentorum manualium die 14 Septembris 1666. hora prima post meridiem, in loco de la Fonolosa, & in vico, quo itur à platea publica, ad Ecclesiam Parochialem, in personam Joannis Serdanyons Villæ de Calaf, & de aliis criminibus, & delictis, qui ad relationem Magnifici Jacobi de Potau I. R. C. fuit condemnatus ad mortem, & ad tormenta in caput sociorum, ex unico teste de visu, & indiciis efficaciam testis superantibus, & visum fuit delictum proditorum, quia constabat commissum fuisse à tergo, nullis dictis verbis, observando doctrinam Reg Cortiada *decis. 96. num.* 21. & animo deliberato; quia ex processu resultabant conjecturæ sufficientes ad eum præsumendum, ex his, quas dinumerat Reg. Cortiada *decis. 98. nu.* 32. *cum pluribus sequentibus*.

55 Tertium, quod evenit 17. Decembris 1674. contra Antonium Bertran, aliàs *Antuena*, qui delatus, & inculpatus, quod prævio tractatu, & animi deliberatione cum socio die 18. Martii tunc proximè elapsi, accessit ad molendinum Michaelis Riber Civis honorati Barcinonæ, situm in loco Sanctæ Columbæ de Gramanet Diœcesi. Barcinonæ, in quo habitabat Franciscus Bordas molinerius, animo furandi, & occidendi, proditorie occidit dictum Franciscum Bordes molinerium, in lecto jacentem, & furto subtraxit pecunias, & alias res auri, & argenti à dicto molendino, quæ ibi custodiebantur, cum quibus captus, & apprehensus fuit, & me referente fuit declaratus reus mortis, ex dicto unius socii, juncta infamia rei, & indiciis efficaciam unius testis omni exceptione majoris, superantibus, quia homicidium proditorium ex se fuit, quia commissum contra dormientem, ex traditis à Reg. Cortiada *decis. 96. num.* 6. & 22. de quo exemplari nos *decis.* 41. & sic in loco alieno à vindicta Reg. Matheu *com.* 30. *n.* 55. & fuit difficilis probationis.

56 Quartum fuit 15. Februarii 1675. contra Hieronymum N. agricolam de Riuderenas delatum de nece ejus auxilio proditorie, præcedente tractatu, & per insidias perpetrata jactu tormenti manualis in personam Matthæi Puig Civis honorati Barcinonæ, ubi inquisitus fuit declaratus reus mortis, referente Magnifico Michaele Joanne Taverner, & Rubi I. R. C. scriba Riamban, & ad probandum tractatum necis, qui est difficilis probationis, ut docet Reg. Cortiada *decis. 98. num.* 32. & Nos *decis.* 41. *num.* 2. aderat socius criminis, qui juncta infamia rei fecerat semiplenam probationem, & cum aliis indiciis excedentibus efficaciam unius testis omni exceptione majoris, fuit habita pro tractatu plena probatio, & nil mirum, quia ex indiciis resultabant conjecturæ, & præsumptiones tractatus, & aliundè constabat homicidium proditorie, & per insidias commissum fuisse.

57 Quintum fuit 3 Junii 1683. referente Nobili Francisco de Cancer I. R. C. contra Laurentium Casals, aliàs *Not*, delatum de nece appensate, proditorie, & per insidias perpetrata in personam Balthazaris Comeras 1 Aprilis 1678. qui fuit declaratus reus mortis, cum teste de visu, & indiciis, at verò ultra testem, & indicia aliundè constabat de qualitate delicti, & erat delictum difficilis probationis, ut patet ex dictis in *decis.* 15. *seq.*

Sextum, 20. Martii 1680. referente Magnifico Michaele Joanne Taverner, & Rubi I. R. C. scriba Riambau, in causa Jacobi N. qui fuit condemnatus ad pœnam mortis (ex indulgentia Domini Protegis fuit commutata ad Triremes in perpetuum) ob resistentiam factam Bajulo Villæ Turricellæ de Montegrino, ex depositione unius testis, & indiciis; at homicidium erat proditorium, quia fuit sequutum in personam Consulis, qui Bajulo assistebat, ex R. Cortiada *decis. 96. num.* 27 de quo exemplari in *decis. 16. seq.* agimus. 58

Septimum, contra Jacobum Sol, qui ex indulgentia ætatis, fuit condemnatus ad Triremes in perpetuum, ad fustigandum, bullandum, & quod duceretur vestitus subtus furcam, referente Magnifico Bernardino de Puig I. R. C. die 6. Julii anni 1683. & fuit reus delatus de homicidio, & furto, & sic de homicidio proditorio, & constabat ex dicto socii, & indiciis, & erat delictum difficilis probationis [de hoc agimus *dec.* 16.) Ejus socius ex indicis fuit condemnatus ad mortem die 10. Martii 1683. 59

Alia quamplurima exemplaria possem referre, ex quibus omnibus firmiter teneo, quod ut ex teste de visu, & indiciis efficaciam unius testis omni exceptione majoris superantibus, possit condemnari ad pœnam ordinariam homicidii, requiritur, quod de qualitate homicidii constet, ultra dictum unius testis, qui super qualitate, tantum facit semiplenam probationem. 60

Eadem dicenda existimo, quando in delictis difficilis probationis, ex indiciis indubitatis, vel dubitatis, quæ constituunt unum indubitatum, & ex allis probationibus, & indiciis, condemnatur in homicidio ad pœnam ordinariam, nam de qualitate homicidii debet constare, per eadem indicia, vel aliundè, ut comprobatur ex exemplaribus hìc recitandis. 61

Primum, die 24. Januarii 1664. contra Jacobum Alchier Villæ de Passanes Regni Franciæ, delatum de nece proditoria, & sine causa perpetrata die 9. Decembris 1663. hora undecima noctis, jactibus tormentorum manualium in personam Egregii Armandi de Crusol Comitis de Uzies dicti Regni Franciæ domini sui, in lecto dormientis in cubiculo hospitii de la Barca, siti in termino de Punto Vicariæ Gerundæ, ad relationem Magnifici Joannis Cellers tertiæ Aulæ D. propter absentiam Magnifici Joannis Baptistæ Roca & Julia I. R. C. fuit dictus Alchier declaratus reus mortis, ut recitat Reg. Cortiada *decis.* 93. *num.* 35. erat homicidium proditorium, quia famulus occidit dominum, ut docet Reg Cortiada *decis. 96. num.* 30. in lecto jacentem, & sic incautum, ut dicimus supra, erat delictum difficilis probationis, quia nocte commissum, ut dicimus *decis.* 41. *num.* 2. 62

Secundum, fuit die 28. Aprilis 1667. referente Nob. Josepho Ferrer I. R. C. scriba Famada Not. contra Petrum N. delatum de nece proditoria, & animo furandi perpetrata in personam Josephi Rosals cum derrobando, & fuit declaratus dictus N. reus mortis, erat difficilis probationis, & proditorium ex sui natura; dicimus *dicta decis.* 41. Ejusdem speciei erat impetitum contra Joannem Refart aliàs *la Verdaguera*, qui fuit condemnatus ad mortem, me referente 12 Decembris 1674. in actis Famada Not. quod etiam erat difficilis probationis, ut refertur per Nos in *dicta decis.* 41. 63

Tertium, die 12. Septembris 1679. referente Nob. Petro de Amigant tertiæ Aulæ D. pro R. S. Jacobo de Potau I. R. C. in actis Riambau, ex indiciis dubitatis, quæ constituunt unum indubitatum, concurrentibus aliis probationibus, & adminiculis, fuit condemnatus ad mortem, cum additamento Josephus N. aliàs *Xarpella* agricola loci de Montornès, delatus, & inculpatus de necibus Paulæ Santener, & Casildæ Santever ejus filiæ die 23. Junii 1679. cum vesperaret, in domibus nuncupatis *lo Reyguer*, proprii Nob. Caroli de Calderis, sitis in prædicta Parochia de Montornes, in quibus ipse inhabitabat cum uxore sua, & Hyacintho Santaner, & Paula consortibus, & Casilda, & allo Hyacintho Santaners eorum filiis, proditorie ictibus securis, ideſt *destral*, animo furandi, pro ut in effectu, furto subtraxit pecunias, & alias res, quas contractando fuit apprehensus, & captus; hoc erat homicidium proditorium ex sui natura (alio per reum non edocto) & erat difficilis probationis actu, & habitu. 64

Quartum, contra Franciscum N. die 27 Februarii 1633. qui fuit ad mortem damnatus, referente Magnifico Bernardino de Puig I. R. C. scriba Maurici, & fuit delatus 65

de

de nece proditoria in generum. Et ejusdem speciei, fuit contra Margaritam N. delatam de nece proditoria in virum, quæ fuit declarata rea mortis, referente d. R. S. Puig, die 19. Octobris 1683. scriba Mauricinot. erant delicta proditoria, quia fuerant commissa in generum, & maritum respectivè, comprobat, R. Cortiada *d. decis. 96. num.* 10. Luca ad Franc. *decis.* 279. *num.* 4. Quesada Pilo *dissert.* 30. *num.* 31. *& seqq.* Nos *decis.* 41. *num.* 2. & 12. Non dissimile fuit relatum supra declaratum die 7. Novembris 1684. referente d. R. S. Puig pro nece commissa noctu in personam meretricis in eodem cubiculo jacentis, quod homicidium ex sui natura est proditorium, ut diximus, & erat difficilis probationis; etiam alia exemplaria id ipsum probantia possem allegare.

66 Sed redeundo ad casum controversum in eo judicavi singulariter, reum mortis declarari debere, quia fuit commissum per homicidium in non se præcaventem, ut annotavi, nec occisus arma exportabat, motus, ex doctrina Reg. Cortiada *d. decis. 96. n.* 22.

67 Tandèm, ut dixi, non impunis evasit reus, quia condemnatus fuit ad Triremes in perpetuum; & clarè cernitur, quam pœna sit gravissima, aliquem ad Triremes perpetuas damnare, hæc est pœna nunquam moritura inter neces, ubi damnati vernæ laboribus perpetuis cruciantur, quos crebrò squalido luctu, ægrè, molestèque fuerunt, angustiori miseros loculo comprimit, quam sit compressura arctissima tumba, in qua à catenarum strepitu, & compedium nexu liberabuntur, & jamdiu per tot maris pericula vecti, tandèm metam malorum attingent horridæ procellæ.

Jnunc, & ventis animam committe, dolato
Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, ac septem, si sit latissima tæda.

Juvenalis satyra 12. Hinc 7. Novembris labentis anni 1684. introspeximus Triremem Hispanam pro Duce propositam, præpopera ventis incussa, venit atra procellas eam extemplò obruens, in hac urbis statione, parum fida carinis, inclusos tenebat remiges, quos aquarum faucibus miseros suffocat, quive ferreis vinclis, compedibusque infractis, arctisque revincti, seseque neutiquam à necis laqueo extricare valuere. Ovidius in 2. *Amorum* eleg. 11.

Navita sollicitus, & ventos horret iniquos,
Et propè tam lethum, quam prope cernit aquam.
Quod si concussas Triton exasperet undas,
Quam tibi sit toto nullus in ore color.

68 Infausta mansio damnatorum! ubi graviras illius pœnæ sustinetur, & de ea pœna videas citatos per Reg. Cortiada *decis.* 86. *num.* 24. *cum seqq.* & punctim scribit Roccus *de offic. rub.* 16. *num.* 37. Conciol. *resol. crim.* 3. *num.* 2 *verbo birruarius.*

DECISIO NONA.

ARGUMENTUM.

Corpus delicti tàm in delictis facti permanentis, quàm in delictis facti transeuntis, quomodò probetur. An possit exhumari corpus occisi per Judicem sæcularem à loco sacro, absque licentia superioris Ecclesiastici ad recognitionem, seu visuram faciendam. An in loco sacro, vel immuni possit à ministris sæcularibus examinari testis, reus, vel vulneratus, latè discutitur. Et quid observetur in his agendis circa cadaverum recognitionem in Hospitali Generali hujus Civitatis. Et an in eo possit exigi depositio, seu denuntiatio vulnerati.

SUMMARIUM.

1 *Anteaquam super crimine procedatur, debet constare de corpore delicti, etiamsi delinquens esset per testes plenè convictus.*
2 *Ad capturam, an possit deveniri si non constat de corpore delicti.*
3 *Tortura non potest inferri, nisi constito de corpore delicti, nec justificatur tortura, etiamsi supervenial corporis delicti probatio.*
4 *Sententia erit ipso jure nulla, non constito de corpore delicti, nec convalescit ex supervenienti probatione corporis delicti.*
5 *Nec sufficit ut de corpore delicti constet per confessionem inquisiti; nam aliter debet corpus delicti verificari, usque ad num.* 8. *idem procedit in crimine monetæ falsæ.*
9 *Quomodò probari debeat corpus delicti facti permanentis, & facti transeuntis.*
10 *Circa probationem corporis delicti facti permanentis, cujus vestigia sunt dubia, quomodò procedendum sit.*
11 *Praxis probandi corpus delicti facti permanentis, cujus remanent vestigia.*
12 *Forma instrumenti visuræ cadaveris occisi.*
13 *Requisita visuræ cadaveris.*
14 *Quid observetur si interfectus non sit in loco notus, in probatione corporis delicti, & quid in furto, quando ignoratur dominus rei furatæ.*
15 *Corporis delicti probatio suppleri poterit per testes, & quomodò deponere debeant.*
16 *Forma depositionis testis, quando corpus delicti probatur per testes; ubi de forma relationis peritorum in delicto vulneris illati remissivè.*
17 *In transgressione præcepti superioris, quomodò corpus delicti probetur.*
18 *In crimine stupri corpus delicti probari debet per mulieres obstetrices.*
19 *Quovè modo probetur corpus delicti in stupro Monialis.*
20 *Indicia stupri traduntur.*
21 *Fractura est corpus delicti furti cum fractura, ubi de forma visuræ.*
22 *Forma visuræ, seu visorii fracturæ carceris.*
23 *Recitantur casus, in quibus difficile est vestigia delicti inquirere.*
24 *Quid agendum circa investigationem corporis delicti, si mortuus inveniatur in puteo, mari, flumine, vel carcere, aut appareat præcipitatus, aut suspensus, & dubitatur; an casu id evenerit.*
25 *In crimine veneni, qualiter probetur corpus delicti, usque ad n.* 28. *ubi de signis veneni.*
29 *In furto sine fractura probatur corpus delicti per querelam junctà bona fama conquerentis.*
30 *Quid quando post querelam subsequitur confessio inquisiti in furto, an iste possit ad pœnam ordinariam delicti condemnari, & declara n.* 31.
32 *In delictis, quorum non remanent vestigia, & punctim in adulterio, quod corpus delicti probetur per querelam partis traditur.*
33 *Quando inquisitus confitetur quendam occidisse, & illum in mare proiecisse, & iste non reperitur, an possit condemnari, aliter non constito de corpore delicti.*
34 *Et quid in hominibus malæ famæ puta assassinis, malendrinis, & similibus, qui prope littus maris versantur, & delicta committere solent.*
35 *An si non constet de corpore delicti, possit procedi contra latrones, & dirrobatores stratarum, ubi Senatus.*
36 *Quando quis visus fuerit cum aliquo discedere, qui postea non reperitur an ex hoc probatum dicatur delictum in genere, & quomodò in delictis difficilis probationis probetur corpus delicti.*
37 *In controversia; an Judex secularis possit exhumari facere cadaver sine licentia superioris Ecclesiastici, recitatur opinio negantium, ubi de pœna sepulchri violati.*
38 *Judex laicus nullam in Ecclesia exercere potest jurisdictionem.*
39 *Etiam Existimant, quod recognitio illa fieri debet extra Ecclesiam, & cœmeteria.*
40 *Judex secularis, in Ecclesia, vel loco immuni, veluti in Hospitali Ordinarii auctoritate fundato, non potest testes, reum, nec vulneratum examinare, etiam cum licentia Ordinarii Ecclesiastici, nisi à Sede Apostolica licentia obtenta, ubi recitantur declaratio Sac. Congregat. in qua decisus fuit articulus super exhumatione cadaveris ab Ecclesia, vel loco immuni faciendo. Et alia huic conformia, ubi quid in regularibus.*
41 *Nec superior Ecclesiasticus tenetur concedere licentiam*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tiam exhumandi cadavera in Ecclesia, sed potest extra Ecclesiam ipsius arbitrio.

42 *Concedi valet licentia exhumandi cadavera in loco sacro, vel immuni ad recognitionem occisi, sine metu irregularitatis, pro ut nec irregularitas incurritur, quando permittitur ut pulsentur campanæ ad convocandas gentes pro capiendis bannitis, & malefactoribus, & n.* 43.

44 *Recitantur DD. existimantes posse Judicem secularem illam recognitionem, & exhumationem fieri facere sine assensu superioris Ecclesiastici.*

45 *Licet Judici laico sine superioris Ecclesiastici licentia reum in Ecclesia bonis furtivis, armis prohibitis, vel falsa moneta spoliare.*

46 *Actus recognitionis cadaveris, vulnerum, & infractura non dicitur judicialis.*

47 *Alia fundamenta expenduntur pro hac opinione, & num.* 48.

49 *Cognitio nullitatis, vel validitatis exhumationis, visuræ, & designationis cadaveris, in Ecclesia exercitarum, est Judicis secularis, declara ut infrà.*

50 *Observantia in hac re.*

51 *Auctor sequitur opinionem negantium.*

52 *Respondetur rationibus contrariæ sententiæ usque ad num.* 58.

59 *Præventio cognitionis causa criminalis nascitur ex captura rei.*

60 *Præventio operatur, ut causa sit remittenda ad Judicem pervenientem, cum tota sua continentia, & omnibus connexitatibus.*

61 *Licèt Ecclesia sit de territorio Episcopi; attamen quia est in territorio Principis de delictis in Ecclesia cognoscit etiam Judex secularis.*

62 *Obsecratio Auctoris in hac re ad superiores Ecclesiasticos.*

63 *Ecclesiastici quando astringantur ad observantiam legum civilium.*

64 *Cadaver condemnati potest tradi, anteaquam sepeliatur, medicis, & chirurgis ad anatomiam faciendam, & debent medici officia solemnia pro anima anatomizati decantari facere, & illius ossa cum debitis funeralibus sepultura tradere, & assistentes anatomiæ, debent eleemosynas elargiri pro Missis celebrandis pro salute illius damnati.*

65 *Traditur opinio docentium sufficere, quod Judex laicus petat licentiam ab Ecclesiastico, ad spoliandum reum in Ecclesia detentum, rebus furtivis, & armis prohibitis, quam si præstare renuat, per se ipsum possit periculo occurrere, & res furatas, & arma prohibita auferre.*

66 *In delictis exceptuatis, si Judici seculari ad perquirendum reum in Ecclesia claudantur ianuæ, ostia, porta, & fores Ecclesiæ, requirit Judex secularis Ecclesiasticum, qui si eas aperire non faciat, poterit tunc Judex secularis impedimenta tollere, omni meliori modo.*

67 *Forma requisitionis, qua utitur Judex secularis requirendo Ecclesiasticum, aperire faciat ianuas, ostia, portas, & fores ad extrahendum reum ab Ecclesia in delictis exceptuatis.*

68 *Si negatur licentia Judici laico exhumandi cadavera pro recognitione facienda extra Ecclesiam, vel cœmeterium, poterit suppleri probatio corporis delicti per testium attestationes.*

69 *Reverenter se gerere debent seculares in exhumare faciendo cadavera in Ecclesia, ad visuram occisi.*

70 *Ad apprehendendum bona in Ecclesiis, pro executione repræsaliarum petitur licentia à superiore Ecclesiastico, ubi expenditur littera Regii decreti Domini nostri Regis, & n.* 71.

72 *Licentia Judicis Ecclesiastici exhumandi cadavera impartiri poterit, cum protestatione cap. penul. de homicidio in* 6.

73 *Clerici sine irregularitatis incursu de suis malefactoribus coram Judice seculari conqueri possunt, etiam de criminibus, ex quibus debetur pœna sanguinis, expresse protestando, quod pœnam sanguinis non intendunt.*

74 *In Hospitali Generali huius Civitatis Barcinonæ, ex consuetudine immemoriali, fit exhumatio cadaveris à ministris secularibus, non spectato assensu superioris Ecclesiastici, & pariter ab eisdem exigitur denuntiatio vulnerati. Quin spectent beneplacitum Ecclesiasticum, nec administratorum illius domus; nam ex antiquitate præsumuntur omnia solemniter acta, & interveniisse in his beneplacitum Apostolicum.*

75 *Possunt extrahi testes ab Ecclesia, & loco immuni ad exigendum ab his depositionem per ministros seculares, & post eam acceptam illi restituuntur, traditur observatum.*

ANteaquam contra aliquem super crimine procedatur, debet constare de corpore delicti *ad tex. in l.* 1. *§. item illud, ff. ad Silan.* à qua communiter practicata opinione nemo discedere debet, Clarus *in prax. §. fin. quæst.* 4. *in princ.* Farinac. *in prax. quæst.* 2. *num.* 1. Guaz. *def.* 4. *cap.* 1. *num.* 1 Carena *de offic. sanct. Inquisit. par.* 2. *tit.* 12. *num.* 170. Cabal. *resol. crim. cas.* 255. *num.* 1. *& seqq. cent.* 3. ubi ait ea procedere, etiamsi delinquens esset per testes plenè convictus, Vermig. *cons.* 144. *num.* 8. *& cons.* 148. *num.* 14. *& cons.* 193. *num.* 12. ubi dicit; hanc conclusionem habere locum, etiamsi Princeps mandaret motu proprio contra aliquem inquiri, Ciriac. *cont.* 37. *num.* 2. Sperel. *decis.* 136. *num.* 2. *par.* 2. & plura de hac re Conciol. *resol. crim.* 1. *ver. Corpus delicti*, Majorana *in opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 1. *à num.* 1. *usque ad* 20. Peguera, *in prax. crim. cap.* 12. *num.* 5. Reg. Vinnes *in discursu procedimentorum Villæ Mataronis, pag.* 50. *ver. Tertio.* Vilossa *de fugit. cap.* 8. *ex num.* 6. Roccus *de offic. rub.* 14 §. 1. *num.* 3. Marinis *lib.* 1. *quot. resol num.* 9. *cap.* 323. Gomez *var. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 1. & ibi Aymon *num.* 2 Bovadilla *in polit. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 86. Pereja *de inst. edit. tit.* 2. *resol.* 6. *ex num.* 56. Paz. *in prax. to.* 1. *par.* 5. *cap.* 3. §. 1. Prato *in resp. crim.* 3. *num.* 61. *resp.* 6. *num.* 41. *& resp.* 20. *num.* 6. *& seqq.* Alphonsus de Azevedo *in l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 8. *recopil. num.* 216. Reg. Matheu *de re crim. cont.* 18. *num.* 21. *cont.* 35. *num.* 2. *&* 28. *& cont.* 76. *nu.* 66. Gutier. *prac. crim. quæst.* 7. *num.* 1. Valenzuela *cons.* 90. *nu.* 134. Puchard. *in manuduc. ad prax. par.* 3. §. 3. *num.* 1. Vela *de delictis par.* 2. *cap.* 2. *num.* 4. Bondenius *de jure controver. collect. leg.* 12. *nu.* 3. Sesse *decis.* 111. *in princ.* Vargas Machuca *decis.* 42. *n.* 5. 1

Et licèt non constito de corpore delicti, si imputatus de crimine, sit suspectus de fuga, vel si periculum sit in mora, vel aliqua subsit justa causa, ut puta stante gravitate criminis, & attenta qualitate personæ, si sit bonæ famæ, vel rixosus, vel scandalosus, & verisimiliter etiam committere potuerit delictum, vel delictum sit occultum, & similibus, quod in summa totum residet in arbitrio circunspecti Judicis, possit Judex devenire ad capturam, vel cogere culpatum ad se repræsentandum, ne dum Judex corpus delicti investigat, reus impunitus evadat, Guaz. *def.* 4. *cap.* 1. *num.* 7. *& seqq.* Scialoya *in prax. torq. reos cap.* 2. *num.* 13. *& seqq.* Conciol. *resol. crim.* 6. *ver. Captura num.* 10. *& seqq.* 2

Attamen tortura reo inferri non potest, nisi constito de corpore delicti, Peguera *in prax. crim. cap.* 12. §. 9. *num.* 1 & si de facto quis torqueatur, tali probatione deficiente, & delictum fateretur, ex quo nulliter tortus esset, condemnari non posset, Marinis *quot resol. cap.* 323. *lib.* 1. *num.* 10. nec justificatur tortura, etiamsi superveniat corporis delicti probatio, ex pluribus Conciol *ver. Corpus delicti*, *resol.* 1. *num.* 9. *& ver. Tortura, resol.* 2. & Nos *infrà decis.* 14. 3

Pro ut etiam sententia erit ipso jure nulla, non constito de corpore delicti, nec convalesceret sententia ex supervenienti probatione corporis delicti, Bajard. ad Clar. *q.* 66. *n.* 9. Guaz. *def.* 4 *c.* 1. *n.* 18. *&* 21. 4

Nec sufficit, ut de corpore delicti constet per confessionem inquisiti, nam aliter debet corpus delicti verificari, *l. inde Neratius* 23. §. *fin. l. hoc apertius* 24. *ff. ad leg. Aquil. lib.* 1. §. *divus Severus, ff. de quæst.* ibi: *Divus Severus rescripsit, confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat.* Bossius *in tit. de delicti num.* 15. Clarus *in §. finali, quæst.* 4. *in principio, quæst.* 55. *ver. Posset etiam, num.* 5. Farinac. *in prax. quæst.* 2. *num.* 7. Glurba *cons.* 37. *num.* 21. Carena *de offic. sanct. Inquisit. par.* 2. *tit.* 12. *num.* 171. *& seq. & par.* 3. *tit.* 1. *in fine, & tit.* 8. *num.* 57. Vermigl. *cons.* 218. *num.* 8. Sperel. *decis.* 137. *num.* 23. *par.* 2. Reg. Matheu *de re crim. controv.* 18. *nn.* 37. *& cont.* 35. *num.* 11. *& cont.* 44 *num.* 25. *& seq* Majorana *in opoprax. crim.* 5

crim. lib. 1. cap. 1. num. 10. & lib. 2. cap. 2. num. 38. Conciol. *in verb. confessio, resol. 15. & 17 & ver. Corpus delicti, resol. 2. tota*, Guazzin. *def. reor. 4. cap. 3. num. 1. & def. 32. cap. 2. nu. 1.* Bondenius *de jure cont. colluct. leg. 12. num. 39. & seq.* Valenzuela *d. cons. 90. num. 134.* idem procedit in crimine falsæ monetæ, Guaz. *def. 4. cap. 9. num. 4.* Vermigl. *cons. 218. num. 8.* Conciol. *resol. crim. 1. ver. Moneta, num. 4.*

6 Hinc si quis confiteatur hominem occidisse, ex tali confessione, non potest condemnari, nisi aliter de homine occiso constet, Farinac. *in prax. d. quæst. 2. num. 7.* Fagnan. *in 2. decret ad cap. pervenit il primo de testibus cogendis, n. 11. & seqq.*

7 Ideo Baldus *in l. si quis, de test. num. 18. in fin.* ait, quod tunc corporis mortui fit exhumatio, ut ostendatur medicis ad rei evidentiam, Maranta *de ordin. judic. par. 6. de inquisit. num. 18.* asserit, quod in tantum debet Judici constare de delicto, quod etiam si quis confiteatur se hominem occidisse in nemore, non debet sibi credere, nisi prius mittat ad inquirendum, si homo fuerit ibi occisus, & debet etiam facere exhumari hominem, ad videndum si fuit vulneratus, si homicidium est de recenti, vel saltem si ibi reperiantur ossa sepulta, idem docent Frac. Marc. *decis. 504. par. 1. num. 11.* Hortens. Cavalc. *de brach. Reg. par. 1. num. 189. & seq.* Clarus *prac. §. fin. num. 11. circa med. quæst. 55.* Bajard. ad eund. Clar. *d. §. fin. quæst. 4. num. 4.* Farinac. *in prax. par. 1. d. q. 2. n. 5.*

8 Paris. de Put. *in trac. de syndic. ver. Confessio, cap. 1. num. 5. in fin. & num. 6.* in reo confesso hominem occidisse, ait, quod debet fieri perquisitio, & exhumatio corporis occisi, ut videantur etiam vulnera, & recitat aliquas contingentias in rebus his, & signanter cum Rex Aragonum iret venatum, reperit in nemore hominem occisum jacentem, & ibi propè vidit pastorem, quem capi fecit, putans occidisse dictum hominem, qui tortus confessus fuit, & jussus suspendi, existens prope furcas dixit, non occidisse illum hominem, sed alio tempore ibi alterum occidisse, & sepeliisse ibi prope, & fuit propterea facta exhumatio, & fuerunt reperta ossa hominis occisi, & ex illo primo homicidio antiquo, fuit ibi suspensus.

9 In hac re certa est regula circa probationem corporis delicti ab omnibus practicis communiter amplexa, scilicet, quando agitur de delictis facti permanentis, quorum vestigia remanent, qualia sunt homicidium, vulnus, incendium, furtum cum fractura, stuprum in virgine, & similia, corpus delicti debet plenè probari per oculorum inspectionem, ita ut non sufficiant ad illud probandum præsumptiones, & conjecturæ; quando verò agitur de delicto facti transeuntis, cujus non remanent vestigia, puta in persecutione manu vacua, vel baculo sine livore, in simplici insultu, in adulterio, in injuria verbali, & similibus, tunc ad probandum corpus delicti sufficiunt conjecturæ, & præsumptiones, cum inspectio ocularis fieri non possit, latè Guaz. *def. 4. cap. 2. num. 15.* Carena *de offic. sanct. Inquisit. part. 2. tit. 12. num. 171. & seq. & par. 3. tit. 1. num. 41. & seq.* Vermigl *cons. 11. num. 17. & cons. 230. num. 3. cum pluribus* Conciol. *resol. crim. 3. tota, ver. corpus delicti*, Majorana *in opoprax. crim. lib. 1. cap. 1. num. 4. cum pluribus seqq.* Peguera *in prax. crim. cap. 12. num. 5.* Pignatelli *tom. 2. consult. 53. num. 24.* Roccus *de offic. rub. 14. §. 1. n. 5.* Pereira *de inst. edit. tit. 2. resol. 6. n. 56.* Reg. Matheu *de re crim. cont. 35. n. 14.*

10 Continet hæc regula duas partes; prima versatur circa probationem corporis delicti facti permanentis, cujus remanent vestigia; & secunda circa delicta facti transeuntis, cujus nulla remanent vestigia, circa primam partem, adhuc est subdistinguendum; nam alia sunt delicta facti permanentis, quæ post se, vestigium relinquunt, puta in homicidio ipsum cadaver, ei vulnera mortalia inflicta, in incendio locus combustus, in stupro fractura claustri virginalis, in Sodomia anus ruptus, in furto cum fractura, ipsa fractura, & sic in similibus. Alia verò delicta, quæ post se, relinquunt dubium vestigium; nam ex facto cognosci certè non potest, an ipsum cum dolo fuerit perpetratum, quamvis facti vestigia remaneant, cujusmodi est cadaver, in quo etsi veneni vestigia restent: talia enim vestigia dubios nos relinquiunt; an sit homicidium perpetratum, nec ne, quia potest esse veneni in corpore generati, vel ab aliquo propinati, ac etiam ex aeris coruptione contracti, hæc recitat Pereja *de inst. edit. tit. 2. d. resol. 6. num. 56.* qui ideò concludit, in delictis facti permanentis corpus, diquidissimis probationibus, & per inspectionem est probandum; in aliis verò, quæ dubia vestigia relinquunt, indiciis, & conjecturis.

Propterea quoad delicta facti permanentis, quæ vestigia 11
certa relinquunt, observamus. Primo, quod oculorum inspectio, sivè visitatio fiat per Judicem, vel per Algutzirium cum Notario (ut observatur in Regio Concilio) cujus erit diligenter omnia vestigia, signaque delictum denotantia, ut vulnera, incendia, fracturas, & similia in scriptis redigere, & super his duos testes examinare, qui in homicidio videlicet, deponant mortuum cognovisse, dum in humanis erat, eum cognominando, deponantque cum descriptione vulnerum, & suis qualitatibus, & circunstantiis, an vulnera sint punctim, vel cæsim illata, eorum numerum, in qua parte corporis, an lethalia, & profunda, & qualia, & quibus armis, & similibus, & de illa descriptione (quam visuram nuncupamus) apparere debet in processu, ut scribunt latè citati DD. signanter Guaz. *d. def. 4. cap. 2.* Conciol. *ver. Corpus delicti resol. 3. & 4.* Majorana *in opoprax. crim. lib. 1. cap. 1.* & de nostra prax. Peguer. *in prax. crim. cap. 12. num. 5.* & pro facilitate minus peritorum in Curiis ordinariis inferioribus, ut ante dicta in praxim reducant, en formulam visuræ cadaveris.

Forma visuræ cadaveris occisi.

Die T. mense T. anno à Nativitate Domini T. in Civitate, vel Villa, vel Loco de T.

Constituhits personalment los honerable N. Veguer, vel 12
Balle del Lloc de T. Bisbat de T. Antoni N. nuncio de la Cort de dit Lloc, juntament ab mi N. notari en T. Lloc se ha trobat un cadaver, ò cos de home mort, ajegut en terra, boca per amunt, de edat segons son aspecte de T. anys poc mes, ò manco, vestit de T. y T. roba, y havent dit honorable Veguer, vel *Balle pres de juramentem la forma acostumada à N. y à N. majors de 14. anys testimonis per est effecte cridats, hans regonegut al dit cadaver, ò cos de home mort, y mitiensant dit juramentem ma de dit Balle prestat, an dit, que al dit, que al dit cadaver, ò cos de home mort lo coneixan molt be, per tenirlo en practica, y tractat, que quant vivia se anomenava N. de T. Lloc, y han visit que tenia T. y T. feridas en T. part, que demostran ser fetas ab balas exidas de alguna arma de foc, de la quals lis es exida molta copia di sanc, y dits testimonis judican, y tenen per cert que lo dit N. es mort de las ditas feridas; y encontinent fou manat per dit Balle al dit nuncio cridàs al dit N. lo qual cridà per tres vegadas, dicent: N. lo Rey te crida, y vehens que non respongue, se veu clarament per dits testimonis, y molt altres que estaven alli presents que dit N. era mort* de quibus, &c.

Nota, si occisus obierit ex pugionibus, vel vulneribus punctim inflictis, idest *estocadas*, debes dicere: *las quals feridas demostrans ser fetas ab instrument punxant, com es daga, espasa, ò altre consemblant, de las quals, &c.*

Si occisus decesserit ex vulneribus cæsim illatis, idest *colteladas*, dici debet: *las quals feridas demonstran ses fetas ab instrument sindent, com es espasa, panart, ò altre consemblant, de la quals, &c.*

Si obierit ex baculo, aut lapide, debet dicere: *la quals feridas demonstran ser fetas ab instrument contundent, com es, basto, pedra, ò altre semblant, de las quals, &c.*

Testes in instrumento visorli, debent jurare de veritate 13
dicenda, pro ut generalitèr est verum, ut probent testes, diximus *decis. 7. num. 19.* & punctim fuit dictum 13. Maii 1677. in facto recursus interpositi per Antonium Roquet, referente R. S. Tristany.

Omnia illa requisita, quæ necessaria judicantur in visitatione cadaveris, & quæ supra designantur, complectitur doctrina Bonde. *de jure controverso colluc. legali 46. num. 7.* in his verbis: *Descriptio scilicet loci, in quo cadaver dicti occisi fuit visum, & repertum: descriptio etiam ipsiusmet occisi, una cum eius sexu, ætate, statura, pillamine, & vestimento; descriptio quoque positura eiusdemmet occisi, & vulneris sibi sub spatula sinistra inter costas, ad latus pariter sinistrum tendentis, valdè penetrantis, illati punctim, cum pugione, ut videbatur, seu alio consimili instrumento*; & infra ibi: *Adest insuper eiusdem visitationis regitus factus ab ipso Notario, adhibitis testibus*, ac ulterius infra ibi: *Ac super recognitione dicti cadaveris, conspiciuntur duo testes examinati deponentes, cognovisse interfectum, dum in humanis erat, afferentes illius nomen, cognomen, & patriam*, quæ omnia comprobat ex communi criminalistarum Schola.

14 Secundò obſerva pariter, ſi interfectus non erat in loco notus, non requiritur ut teſtes examinentur ſuper occiſi nomine, cognomine, & patria, ſed ſatis eſt, ut conſtet de ejus cadavere, licet nomen ignoretur, Jul. Clar. *in prax. quæſt.* 4. §. *fin. ſub num.* 3. ubi poſt Baldum dicit, quod quidam fuit ſuſpenſus pro homicidio, licèt nomen occiſi fuiſſet ignotum (ubi etiam, quod caſu, quo ignoratur nomen occiſi, debent per veſtes, & ſigna deſcribi, & particulariter adnotari omnia vulnera) Cabal. *reſol. crim.* 270. *num.* 6. (ubi ſi mortui facies eſſet totaliter devaſtata, quòd ex ea cognoſci non poſſet, recurrendum eſt ad ſigna corporis, ut puta ad cicatricem, quam haberet in aliqua parte corporis, per quam, recognitio legitimè facta diceretur, ſi de ea teſtes deponerent) Scaccia *de judiciis lib.* 1. *cap.* 83. *num.* 13. *in fine*, Majorana *in opo prax. crim. lib.* 1. *d. cap.* 1. *num.* 6. Guaz *def.* 4. *d. cap.* 2. *num.* 12. ubi, quod tunc ſolet poni cadaver in aliquo loco publico, ad effectum ut cognoſcatur, ut fieri ſervatur in hac Civitate Barcinonę Quod idem procedit in crimine furti, in quo poteſt procedi contra furem, licèt ignoretur nomen illius, cui fuit res ſubtracta, *l. falſus* 43. §. *qui alienum, ver. Nil enim, ff. de furtis*, ibi: *Nil enim ad furtum minuendum facit, quod cuius ſit ignoret*, Farinac. *quæſt.* 2. *num.* 28. Scaccia *de judiciis dict. quæſt.* 83. *num.* 13. *in fine*, & latiſſimè *qu* 97. *num.* 171. *& ſeqq.* Baſilic. *deciſ.* 13. *tota*, Seſſe *deciſ.* 105. *num* 5. *& ſeqq.* Qui ampliùs docet, pronuntiatum fuiſſe, quod ubi accuſator accuſat de publico, non eſt probandum, quod res furto ablata, pertineat ad talem jure dominii, vel quaſi, ſed quod ſufficit probare, rem non eſſe accuſati, ſivè per confeſſionem, veluti ſi confiretur rem, quam conſtat non eſſe ſuam, & à tali loco amoviſſe, & ſubtraxiſſe, vel ſi id conſtet præſumptionibus, veluti, quia ex natura rei conſtat non eſſe ſuam, ut ſi ſit vilis homo, & habeat penès ſe candelabrum argenti magnum, cujuſmodi ſunt apud templa, vel rem magni valoris, & ſit malæ famæ, & aliis concurrentibus.

15 Tertiò, quando ocularis inſpectio fieri non valet, poteſit Judex per teſtes ſupplere probationem corporis delicti, ut puta quando cadaver propter tempus eſſet labefactum, Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 83. *num.* 11. *ver. Quid dicendum*, Guaz. *def. reor.* 4. *cap.* 2. *nu.* 10 Conciol. *reſol cri.* 3. *ver. Corpus delicti*, *n.* 3. vel aliàs, & tunc debent deponere vidiſſe hominem mortuum, cum deſcriptione vulnerum illatorum, & cum aliis qualitatibus (quæ ſpecificantur in viſorio, ſeu recognitione cadaveris) Farinac. *in prax. q.* 2. *num.* 4 Guaz. *def.* 4 *cap.* 2. *num.* 11. *&* 21. Vermigliol. *conſ.* 11. *num.* 16. *&* 20 Conciol. *reſol. crim.* 3. *&* 4. *ver. Corpus delicti, & reſol.* 2. *ver. Recognitio, n.* 1. & notatur in depoſitione ſequenti.

16 Forma depoſitionis, quando per teſtes probatur corpus delicti.

Die T. menſe T. anno T. Barcinona.

N. agricola loci T. cognitus à T. ætatis T. annorum, teſtis citatus qui juravit, &c. Et interrogatus ſuper Curia præventis, &c. dixit: Senyor lo que sè, y puc dir acerca del que v. m. me interroga, es, que Dii ous que comptavem à T. del mes T. proxim paſſat jo teſtis ab companya de N. arribi à la caſa de N. ſituada en T. carrer, que ſerian las dos horas de la tarde poc mes, ò manco, y en la entrada de dita caſa (ahont viu ſe trobauen N. N. y N. y molta altra gent) viu uc cadaver, ò cos de home mort, aiegut en la dita entrada, boca per amunt ſobre una flaſſada, lo qual eſtava veſtit, y aportave balo, y ropilla de bayeta negra, mirantme dit cadaver lo conegui molt be, y ſe anomenave quant vivia Joſeph N. ſaſtre de T. lloc, per tenirlo molt tractat, y en pratica en lo temps que vivia, y en lo front ſobre la ſella dreta viu tenia una ferida que erat un forat rodò, del qual li era exida copia de ſanc, y penetrave dit forat din la cavitat natural, per quant per dit forat viu li exia part del ſervell, y dita ferida demonſtrave ſer feta ab bala exida de alguna arma de foc; y judiqui jo teſtis que lo dit N. era mort per cauſa de dita ferida, y lo mateix judici ohi feya dit N. mon company, y los que eſtaven alli preſents, y eſta es la veritat per lo juramento tinc preſtat.

N. firmo, &c.
Fuit ſibi lectum, &c.

Forma relationis à peritis facienda in delicto vulnerum, pro corpore delicti, traditur infrà *deciſ.* 11.

17 Quartò, in delicto tranſgreſſionis præcepti à Judice impoſiti, corpus delicti eſt ipſum præceptum, Reg. Matheu *de re crim. cont.* 18. *num.* 23. (ubi ait, quod de illo præcepto debet conſtare per ſcripturam, quia ſcriptura eſt de ſubſtantia præcepti pœnalis, ut probat *ex cap. quoniam contra de probat. lib.* 4. §. *ſin autem, Cod de recept. arbit. lib.* 3. *Cod. de ent. ex per. recit.* & ex Amato *var. reſol. par.* 2. *reſol.* 72. *num.* 14. Xammar *de offic. Judic. par.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 19. *&* 22. Ciriac. *cont.* 101. *num.* 57. *& aliis*) pro ut in delicto tranſgreſſionis præconizationum Regiarum, vel banni, corpus delicti eſt ipſa præconizatio, vel bannum, quod debet in proceſſu inſeri, ut conſtet de corpore delicti, probavimus *deciſ.* 7. *in fine*.

Sextò, ex quo ſtuprum eſt de numero delictorum, quo- 18
rum remanent veſtigia, Sperel. *deciſ.* 136. *par.* 2. *num.* 3. qui utitur verbis Ovidii faſtor. lib. 4. *Factum aliis monumenta manent*, ideò in crimine ſtupri corpus delicti, probari debet per mulieres obſtetrices, quæ inſpicere debent partes pudendas mulieris, ut dignoſcatur, an ſit defloratа, de qua re latè apud Guaz. *def.* 4. *cap.* 6. *per totum*, quæ quidem medio juramento referant illam non reperiiſſe virginem; ſed corruptam, quarum judicio ſtatur ad effectum, ut de corpore delicti conſtare poſſit, Sperel. 2. *p. d. deciſ.* 136. *n.* 5.

Excogitavit tamen doctiſſimè Sperel. *dicta deciſ.* 136. 19
an Monialis, quæ prætenditur ſtuprata, ſit ab obſtetricibus inſpicienda ad intelligentiam, *cap. cauſam matrimonii* 14. *de probat. cap. ſi pœnitentiam* 27. *quæſt.* 1. & refero ejus reſolutionem cum littera tanti Doctoris, concludentis. Stante indecentia, & difficultate habendi per inſpectionem corpus delicti, attentari poſſe, hac in re, procedendum eſſe, pro ut in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus, cum corpus delicti, neque per inſpectionem, neque per claras probationes haberi poſſit, ſatis eſſe, ſi de illo per conjecturas conſtet, quod probat ex pluribus, & nos infra, & expendit fundamenta ſatisfaciens doctrinæ Lapi *alleg.* 53. *num.* 5. & ſcribit *num.* 8. ibi: *Ego autem reperi auctorem longè maioris auctoritatis, contrariam ſententiam egregiè docentem, nempè Divum Ambroſium Eccleſiæ Doctorem, ac Sanctiſſimum Præſulem, qui vehementer obiurgat Syagrium Veroneſem Epiſcopum, eo quod cum in prima inſtantia, coram eo agitaretur cauſa cuiuſdam Monialis de ſtupro, ac de partu edito, ac ſuppreſſo delatæ) & ſic in fortioribus terminis) decrevit per obſtetrices eſſe inſpiciendam; quod cum Monialis recuſaret, ad Divum Ambroſium metropolitanum appellavit; qui, ut dicebam enixè decretum Epiſcopi Veronenſis improbavit, ut patet ex eius epiſtola* 64 *ad eundem Syagrium datam lib.* 8. *mihi tom.* 4. *quæ cum cauſa iſta in Sacra Congregatione Epiſcoporum agitaretur, fecit mihi magnum honorem, & quidem duplici de cauſa movetur Divus Ambroſius, altera eſt in honorem virginalis pudoris in Monialibus, pluſquam in cæteris puellis venerandi, altera eſt, quia cum obſtetrices, vel pretio redimi, vel inſcitia errare poſſint, vel ob rei difficultatem in ambiguis laborent, periclitaretur incerto judicio virginis Deo ſacræ honor.* Poſteà expreſſa verba Divi Ambroſii, & *num.* 10. ſubdit: *Deindè reſpondens tacitæ obiectioni, quæ ex prædictis ſummi poterat, nempè, ergo nunquam favendam eſſe hanc inſpectionem, & ſic hoc genus probationis eliminandum, inquit, ſe id non audere affirmare; ſed id relinquendum eſſe puellis ſæcularibus infimæ conditionis, vel illis, quæ teſtibus, ac indiciis ferè convicta, ſeſe inſpiciendas offerunt, non autem ad ſacras virgines extendendum.*

Ac ulteriùs *à num.* 18. ponderat pro indiciis ſtupri. Pri- 20
mò, receptio Amaſij intra clauſuram; imò intra cubiculum ejuſdem Monialis. Secundò, pernoctatio adoleſcentis in Monialis cubiculo, ac ſuper ipſius thronum dormitio. Tertiò, epiſtola reſponſura adoleſcentis, in cubiculo ejuſdem Monialis reperta. Quartò, fuga adoleſcentis. Quintò, fama, *& num.* 52. cum ex indiciis indubitatis cenſeat non intrare in pœnam ordinariam, tradit ream condemnatam ad pœnam extraordinariam; adducit etiam pro indicio ſtupri, *num.* 28. ſanguinis conſpectionem in linteaminibus, ex qua oritur (licèt fallax) defloratio-nis præſumptio.

Septimò, in furto cum fractura conſtat de corpore, ſi 21
de effractione conſtet; tenent plures allegati, quos citat, & ſequitur Farinac. *in prax. quæſt.* 2. *num.* 19. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 282. *num.* 2. Guaz. *def. reor.* 4. *cap.* 7. *num.* 1. Reg. Matheu *de re crim. cont.* 35. *num.* 17. quæ inſpectio furti cum fractura, fieri debet cum deſignatione veſtigiorum, & ſignorum fracturę, eadem (in inſtrumenti viſorii

coram

coram testibus conficiendo (dinumerando ; ideò pro faciliori intelligentia rei , tàm substantialis , in efformatione processus , censui tradere formam hujus investigationis , ut sequitur .

Forma visuræ furti cum fractura ad probandum corpus delicti .

Die , &c.

Franciscus N. & Iosephus N. lignarii , Cives Barcinonæ cogniti per me Not. & scribam præsentis causæ , ætatis ut dixerunt , nempè dictus Franciscus N. annorum T. & dictus Iosephus N. annorum T. qui medio juramento per organum dicti Francisci fecerunt relationem sequentem ; co es , Senyor vuy dia present per orde , y mandato de y. m. nos som conferits en la casa de N. situada en la present Ciutat , en la placa de Santa Anna , à effecte de regoneixer ; y visurar algunas fracturas , ò rompiments que se hans fets en dita casa , per robar en ella ; y en un aposento de dita casa , ques constituhit en lo primer sostre , al costat de la primera sala , havem trobat en la porta de dit aposento , sobre del pany , un forat de un palm à tot quadro , que demostra ser fet , segons judicàm , y nostre offici nos ensenya , barrinant ab una barrina de ferro ; y despers de haverse fet dit forat , judicàm , que ab algun parpal , ò escarpa gròssa , ò altre instrument de ferro semblant , han fet correr la mola del pany ; y han uberta la porta , y dins dit aposento havem vist , y trobat una arquimesa gran , uberta , y despanyada , lo que ses fet segnos judicàm , ficant alguna escarpa de ferro , ò altre instrument semblant dins lo forat de la clau , y ab força , y violencia han rompu lo clau , ab que estava clavat , y han tret lo pany de son lloc , y tant dita fractura deporta , com lo haver despanyat lo sobredit pany , segons los vestigis , y senyals havem vist , y observat , judicàm haver molt poc temps ses fet , y esta es nostra relacio , y la veritat , per lo juram. nent tenim prestat .

N.
N.

Fuit eis lecta dicta relatio , & perseverarunt , præsente dicto Magnifico N. Relatore .

22 Paritèr quando proceditur contra conspirantes , & frangentes carceres ; quia illius delicti remanent vestigia , debet fieri visura fracturæ forma sequenti .

Forma visuræ fracturæ carcerum .

Die , &c.

Constituhit personalment N. Alguazil ordinari de sa Magest (que Deu guarde) juntament ab mi N. notari devall escrit en lo aposento de la judeca de las Carcers Reals de la present Ciutat de Barcelona , essent presents N. y N. testimonis per est effecte cridat , se ha vist , y trobat en lo paviment de dit aposento cerca del racò à ma dreta , entrant en aquell , un forat de amplaria à tot quadro de dos palms y mitg poc mes , ò manco , y de fondo un palm y mitg , ab la terra de dit forat que està somoguda , fresca que demostra ser fet de poc temps à esta part , violentment espatllant las rajolas son en dit paviment ab algun parpal , ò altre instrument semblant , lo qual forat han vist , si se fos continuat , y acabat venia exir en la Cort del Magnific Regent la Vegueria de Barcellona ; de las quals cosas N. Procurador Fiscal de la Regia Cort ha requirit à mi N. notari ne llenàs acte . Quod fuit actum , &c.

23 Deveniens ad delicta facti permanentis , quæ vestigia relinquunt , sed dubia , exempla sunt . Primò , si in puteo , vel aliàs mortuus adinveniatur , & dubitatur ; an casu ; an dolo ab aliquo projectus fuerit . Secundò ; an ex aeris , vel humoris corruptione , an ex veneno propinato , & non ingenito , quis decesserit .

24 Quando ergo mortuus invenitur in puteo , mari , flumine , vel in carcere , vel apparet præcipitatus ex fenestra , aut in suspenso , & similibus , & dubitatur an casu , anve dolo malo decesserit , nec vestigia necis patratæ demonstrantur , non sufficit justificatio ipsius facti sine sceleris probatione , *l. 1. §. item illud , ff. ad S. C. Silan.* Vermigl. *cons.* 13. *num. 1. cum seqq.* sed Judex informationes debet assumere , ex quibus apparere possit , an fuerit delictum , Clarus *§. fin. prac. q. 4. n. 5.* & recurrendum est ad conjecturas , & præsumptiones , per quas in hoc casu dicitur probatum corpus delicti , Bossius *in prac. tit. de delict. num.* 10. Clarus *in prax. §. fin. d. quæst. 4. in fine* , ubi Bajard. *num.* 9. Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 83. num. 3. & seq.* Farinac. *quæst. 2. num. 29. & seq.* ubi recenset plures conjecturas , Guaz. *def. 4. c. 2. n. 2. et seq.* ubi ait eo in casu Judicem uti debere judicio peritorum , & medicorum , & si ei constabit , dolum ; seu scelus non interveniſſe , silebit processus ; aliàs procederet ad ulteriora , Conciol. *resol. crim. 1. ver. Corpus delicti , n. 3.* ubi *n. seq.* ait , quod in dubio cessantibus conjecturis , casu potiùs , & naturali morbo factum evenisse , quàm ex scelere , & dolosè ; cum semper sit summenda interpretatio exclusiva delicti .

Secundò in crimine veneni corpus delicti probatur , ex 25
attestatione jurata medicorum , & peritorum , qui deponant de credulitate , de veneno propinato , non ingenito , Farinac. *in prax. quæst. 2. num. 30. & cons. 19. vol. 1.* Rota Avinionen. videnda *decis. 20. per tot.* Giovag. *cons. 28. nu. 22. & seq. lib. 2.* Zachias *quæst. med. legal. lib. 2. tit. 2. q. 7.* Guaz. *def. 4. cap. 5. per tot* ubi *num 5.* ait , quod licèt ipsi præcisè non teneantur deponere aliquem esse mortuum ex veneno ; sed tantum ex eorum judicio , & credulitate ; tamen , quod ipsi medici , & periti non possunt affirmare , ex quo veneno defunctus obierit , an ex dato , vel ingenito , nisi aliquo alio signo extrinsecùs apparente , ut si post cibum , in quo datum venenum dicebatur , immediate , quis incidisset in maximam sui status mutationem , quia tunc posset judicari , venenum fuisse introductum , & non per se ortum , ex quo venenum in corpore natum , non tàm repente operatur , sicut venenum datum , & ex quo cibus ille sumptus , ex se tale accidens producere non potuisset , Bossius *in prax. ad tit. de delictis num. 6.* Foller. *in prax. verbo item quod sororem venenavit , num. 4. & 15.* Farinac. *in prax. q. 2. n. 34. vers. Et ideo medici* , Cabal. *cas. 180. n. 8. in fine , & de omni genere homicidii , n. 621.* Muscat. *in prax. rub. de homicidio simp. n. 21.*

Imo etiam si testes dicerent se vidisse alicui dari vene- 26
num , & quod posteà sequuta fuisset illius mors , nihilominus non probarent illum esse mortuum ex veneno , cum non potuerint scire si illud esset , vel non esset venenum ad mortem , latè Per. Cabal. *in tract de omni genere homicidii , num. 627.* ubi subdit , quod Judex ultra dictam depositionem testium , adhibeat peritos super dicto veneno , si ex eo potuerit sequi , vel non sequi mors , recitat , Guaz. *def. 4. cap. 2. n. 4.*

Pro ut paritèr , si quis fateretur dedisse venenum , & ex 27
veneno esse mortuum , adhuc si non constat ex peritorum relatione de signis veneni propinati non poterit confitens condemnari , neque puniri , Farinac. *in prax. d. quæst. 2. num. 35.* qui asserit , quod inquisitus debet interrogari de qualitate , & quantitate potionis , & habita responsione , est recurrendum ad judicium medicorum , qui si dicant potionem præfatam non fuisse aptam ad occidendum , hujusmodi confessio non erit attendenda , quam opinionem comprobant Cabal. *cas. 180. per tot.* Hondedeus *cons. 88. n. 14. vol. 2.* Guaz. *d. def. 4. cap. 2. num. 18.* ubi eo in casu asserit , quod dans hujusmodi potionem , puniri debet pœna extraordinaria , quando potio esset ordinata ad malum sed , tanta non fuisset & adeò efficax , ut ad mortem inferre potuisset , & allegat Cabal. *d. cas. 180 n. 4.* Gram. *cons. 36. n. 37.* Farinac. *in prax. q. 172 n. 21.*

Signa veneni propinati esse spumam ex ore , vomitum , 28
livorem totius corporis , tradit idem Guaz. *d. def. 4 cap. 2.* & ea esse equivoca , & communia , tam veneno propinato , quàm ingenito , scribit Carena *de offic. sanct. Inquisit. par. 3. tit. 1. num. 33. cum seq.* & latissimè differit de signis propinati , vel ingeniti veneni , Zachias *quæst. medic. legal. lib. 2. tit. 2. quæst. 7. & seq.* ubi de eorum fallacia , & validitate , Turaminus inter decis. Vivii *lib. 3. dec. 487.* ad quem pro casu recurrere poteris .

Deveniens ad secundam partem distinctionis principalis 29
circa probationem corporis delicti facti transeuntis , cujus exemplum inter alia est in furto sine fractura ; & in eo , cujus non remanent vestigia probatur corpus delicti per solam querelam partis , tenent Clarus , Gratus , Aretinus , Mascardus , & alii apud Farinac. *in prax. quæst. 2. num. 16. & 17. & quæst. 176. num. 2. cum seqq.* Carena *de offic. sanct. Inquisit. par. 3. tit. 1. §. 4. num. 41.* Reg. Matheu *cons. 35. num. 18.* Gutier. *prac. crim. quæst. 7. num. 14.* (ubi quod licet acclamatio domini rei furatæ sufficiat , debet tamen concurrere bona fama acclamantis) Basilic. *decis. 13. nu. 25.* Cabal. *resol. crim. cas. 182. num. 4.* & ita passim observamus , admittendo pro sufficienti probatione corporis delicti querelam judicialem partis , aut aliàs per testes probando querimonias extrajudiciales partis , quæ de furto conqueritur , & extra judicium enarrat res furatas , & sequimur Farinac. cit. qui hac acclamatione per duos testes probata sufficere ait , *juncta bona fama* conquerentis .

30 Rursus super hac re Farinac. *d.q.*2 *num.* 15 & Guaz. *def. reor.* 4. *cap.* 7. *nnm.* 4. qui plures allegant, docent, quod licèt ad inquirendum fami debeat informationes super furto, de quo quis imputatur, & illis sumptis, si extent legitima indicia ad capiendum, & torquendum, conjecturæ, & præsumptiones, ac indicia, absque alia investigatione delicti, vel furti sufficiant, ut puta si præcesserit querela partis furatæ, juncta ejus bona fama, acclamatione in continenti facta, fractura ostii, vel capsæ, fuga famuli, & alia, cum furtum sit difficilis probationis; at verò si ex eis sequatur, vel spontanea, vel coacta confessio per tormenta ad condemnandum non sufficeret; sed deberet reus interrogari de qualitatibus furti, & Judex ad verificationem furti devenire debebit, ut si furtum consistat in pecunia, seu aliis rebus, reus exprimat, quid de dicta pecunia, & rebus fecerit, etsi per Judicem ejus confessio verificabitur, possit sequi condemnatio, mittendo Notarium ad loca confessata pro verificatione furti, aliàs furto non verificato, si aliter Judex condemnet, damnat corpus, & animam suam, quàm doctrinam amplectuntur Reg. Mathæu *de re crim. conr.* 35. *num.* 16. Basilicus *decis.* 13. *numer.* 11. *cum seqq.*

31 Eam tamen controvertit Bondenius in terminis adulterii, *colluct. leg.* 12. *nu.* 47. *cum pluribus seqq.* ubi ait, quod præcedente querela partis in delictis, quorum non remanent vestigia, post habitam confessionem, debet Judex procurare, si possibile sit, confessionem verificare medio præsumptionum, & indiciorum, omnem pro illis habendis adhibendo diligentiam (generaliter de confessione verificanda, ubi est facta sine corporis delicti probatione videantur, tradita à Bos. *tit. de delictis sub num.* 15. Claro *in prax. §. fin. quæst.* 55. *sub num.* 11. Cabal. *resol. crim. cas.* 180. *num.* 3. *& seq.* late Farinac. *quæst.* 81. *n.* 30. Guaz. *def. reor.* 32. *cap.* 2. *sub n.* 2. *ver. Nec non Judex*, Vermig. *cons.* 386. *num.* 8.) Sed quatenùs indicia haberi non possent, quibus eadem spontanea rei confessio verificari valeret, non per hoc existimat dictus Bonden. *d. colluct.* 12. *n.* 54. fore reum sponte confessum, cum præcedenti querela relaxandum, absque condemnatione in pœnam, quæ judicantis arbitrio, congrua delicto, qualitati, cæterisque circumstatiis apprime videretur; proinde concludit *num.* 61. cum querela partis, subsequuta confessio in delictis difficilis probationis, quorum vestigia non remanent, sufficiet pro pœna ordinaria, si ipsa confessio verificetur; si autem verificari non possit, sit locus pœnæ extraordinariæ, & utrumque membrum distinctionis probat, scilicet primum, ex Farinac. *in prax. d. quæst.* 2. *sub num.* 15. ibi: *Et si ejus responsio verificatur, poterit in pœnam ordinariam condemnari*; secundum membrum distinctionis probat; quia sponte confessus, sine indiciis potest condemnari, saltèm in pœnam extraordinariam, Hondedeus *cons.* 108 *sub num.* 19. & 20. *lib.* 1. Guaz. *def.* 30. *cap.* 38. *sub num.* 2. *in fin.* & tradit ipse Bonden. *in fine d. colluc. judicatum*, & hoc ultimum amplexus fuit Senatus, referente R. S. Taverner, in causa recursus gratiæ, interposito per Joannem Costa, aliàs *Cusi*, qui fuit condemnatus die 3. Martii 1681. in actis Riambau Not. quod banniretur à presenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatu Ceritaniæ, per quinquennium, & in casu contrafactionis ad Triremes remigando per idem tempus, qui coram inferiore fuerat condemnatus ad mortem, delatus de nece in personam Margaritha Pau, ex confessione facta in tortura, non præcedentibus legitimis indiciis.

32 In cæteris etiam delictis, quorum non remanet vestigia, & punctim in adulterio, sufficiet querela partis, ad hoc, ut dicatur constare de eorum corpore, docet Bonden. *d. colluc.* 12. *num.* 46. & allegat Mancin. *de confisc. cap.* 3. *art.* 3. *num* 8. Hirur. inter consilia Farinac. *cons.* 25. *sub n.* 23. *ver. Ex sola confessione*, & *n* 68. *lib.* 1.

33 Ultimò traditur, quod si reus confessus fuerit occidisse aliquem hominem certum, & in mare, vel in flumen projecisse, si iste non reperiatur, ita ut necessariò mortuus esse præsumatur, & aliquod concurrat adminiculum, puta fama, tunc confitens condemnari potest in pœnam pro delicto indictam, licet aliter non constet de corpore delicti, voluit Bossius *in practica tit. de delictis*, *num.* 15. 16. *& seq.* Clarus *in practica §. fin. quæst.* 55. *sub num.* 11. Gabriel *com. conclus. de maleficiis*, *conclus.* 17. *num.* 5. Cassaneo *in consuet. Burgund. rub.* 1. §. 5. *n.* 40. Farinac. *quæst.* 2. *num.* 10. *ver. Limita secundo*, Cabal. *resol. crim. cas.* 255. *num.* 4. *& seqq.* Vermig. *cons.* 59. *num.* 7. sentit Guaz. *def.* 4. *cap.* 3. *num.* 11. quos allegat, & sequitur Conciol. *resol. crim.* 2. *ver. Corpus delicti*, *num.* 3. *& seq.* ubi secus esse dixit in confitente, in mare projecisse, vel occidisse hominem ignotum in nemore, quia eo in casu, si non constat de corpore delicti, dicta confessio nil operatur, quam distinctionem admittit post Celern. *decis.* 13. Pascal. *de pat. pot. p.* 3. *c.* 1. *in fine*, Nicolin *in prax. crim. p.* 86. *& 87.* Majorana *in opo prax. lib.* 1. *c.* 1 *n.* 12.

In hominibus malæ famæ, puta in assassinis, malendri- 34
nis, & similibus, qui propè littus maris versantur, & delicta committere solent, qui si confiteantur homines ignotos occidisse, & in mare, vel flumen projecisse posse ex hac confessione damnari, etiam aliter, non constito de corpore delicti scripserunt relati per Farinac. *d. quæst.* 2. *num.* 11. quos sequitur *num.* 12. si tamen aliquod concurrat adminiculum, ubi dicit, quod ipse nunquam condemnaret tales confessos occidisse hominem ignotum, & illum projecisse in mare, etiamsi essent homines facinorosi, & essent soliti prædicta facere circa littus maris, nisi concurrente aliquo alio adminiculo, saltèm quoad pœnam ordinariam, Guaz. *d. def.* 4. *cap.* 3. *num.* 10. & 11. ubi dicit, secus esse si aliquod aliud concurrat adminiculum, puta sanguis repertus in loco homicidii, bona occisi reperta penes malendrinos, & similia, ut ibi per eum Conciol. *resol. crim.* 2. *ver. Corpus delicti*, *num.* 6. & 7. *cum pluribus ab eo allegatis*.

Etiamsi non constet de genere delicti procedi posse velo 35
levato, militarique modo contra latrones, & derrobatores stratarum, sentit Muscatel. *in prax. de cognit. seu probat. delic. tit. de extrac. num.* 4. Roccus *de offic. rub.* 14. §. 1. *num.* 4. Nos verò eam opinionem non admisimus in causa contra Lautentium N. aliàs *Not*, qui non obstante quod confessus fuerat extrajudicialiter, & postea judicialiter diversa latrocinia, & derrobationes in stratis, & viis publicis, quia de corpore delicti per querelam partis, nec aliàs constabat, licèt fuerat condemnatus, referente Nob. S. Cancer die 3. Junii 1683. scriba Badia Not. ad mortem fuit pro nece proditoria, appensatè, & per insidias commissa; non etiam pro latrociniis.

Prout etiam probatum dicitur delictum in genere, si 36
quis fuerit visus cum aliquo discedere, qui deindè non reperitur, & per spatium temporis non apparuerit, fama existente mortis, Anton. de Ball. *in tract. var. lib.* 2. *quæst.* 9. *num.* 4. *& seq.* Reg. Sanfel. *decis.* 28. ea ratione; quia in delictis occultis, & difficilis probationis, probatur corpus delicti, per conjecturas, indicia, & præsumptiones; cum in delictis difficilis probationis, & occultis, probatio præsumptiva habeatur pro plena probatione, Clarus *in prax.* §. *fin. quæst.* 66. *in princ.* Farinac. *in prax. quæst.* 2. *num.* 12. Guaz. *def.* 4. *cap.* 2. *num.* 16. Carena *de offic. sanct. Inquisit. par.* 2. *tit.* 12. *num.* 171. *& seq. & par.* 3. *tit.* 1. *num.* 23. *et seq.* Vermig. *cons.* 59. *num.* 3. *et seq.* Conciol. *resol. crim.* 3. *ver. Corpus delicti*, *num.* 5. Sanfelic. *decis.* 28. Capyc. Latro *decis.* 163 *num.* 21. Majorana *in opo prax. crim. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 13. *et* 14. Roccus *de offic. rub.* 14. §. 1. *nu.* 5. Sperel. *decis.* 136. *num.* 18.

In hanc partem refero controversiam, an possit Judex 37
sæcularis exhumari facere cadaver occisus sepultum in Ecclesia, seu cœmeterio ad recognitionem faciendam sine licentia superioris Ecclesiastici; in qua fere omnes sentiunt obtinendam esse licentiam ab Ecclesiastico, Scaccia *de jud. dib.* 1. *q* 83. *num.* 11. Guaz. *def. reor.* 4. *cap.* 2. *num.* 10. Barbosa *in collec. decis. apost. ver. Cadaver*, *collec.* 76. *nu.* 6. Sperel. *par.* 1. *decis.* 51. *nnm.* 4. *et* 16. Diana *par.* 4. *trac.* 2. *de irregularitate*, *resol.* 95. *et par.* 9. *tit.* 7. *Miscellane* 9. *resol.* 64. Possevinus *de offic. Curati*, *cap.* 14. *num.* 8. Themudo *in decis. Ulyssip. tom.* 2. *decis.* 131. *num.* 7. quem allegat Vargas Machuca *decis.* 1. *num.* 493. Nicol. *in flosc. not. tom.* 3. *ver. Cadavera*, *num.* 3. à Vicario dixit Cabedo *par.* 1, *decis.* 174. Montaner ad Oliba *de action. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 66. *vers. Jubet*, *in fine*, Xammar *de officio Judicis*, *par.* 1. *quæst.* 9. *num.* 295. aliàs si Judex laicus fecerit effodi facere sine prædicta licentia, debet puniri, qui sic contrectet, ac si reliquias spoliaret, aut auferret, & sacrilegium committeret, Riccius *in prax. for. Eccles. decis.* 530. & deberet excommunicari, Genuen. *in prax. Archiep. Neap. cap.* 42. *num.* 10 Guaz. *d. def.* 4. *cap.* 2. *num.* 10. Conciol. *resol. crim.* 2. *ver. Recognitio*, *numer.* 2.

Sepulchrum dicebat Tertulianus asylum mortis, Ærod. *rer. judic. lib.* 6. *tit.* 9. *cap.* 1. Magna apud gentes illius religio fuit. Beyerlinck *in Theat. vit. hum. ver. Sepulcrum*, ubi plura, & tanta fuit cura *Ovidio* in Scyntiam relega-

relegato, ne ossa sua manerent insepulta, qui ita in uxorem suam scripsit lib. 1. Trist.

Ossa tamen facito parva referantur in urna.
Sic ego non etiam mortuus exulero.
Atque ea pulveribus, & amomi pulvere misco
Atque suburbano condita pone loco.

Semper enim se reum judicat, qui cineribus justa non præstat, Cassiod. *lib. 2. epist. 22.* & sæviori pœna cohibetur, qui cadavera spoliaverat, *l. Prator. 3. §. adversus 7. ff. de sepul. viol.* vel qui cadavera ipsa extraxerat, vel ossa eruerat, *l. fin. ff. eod.* interdum pœna capitis plectebatur, citatis juribus, *l. pergit. 5. C. d. tit.* Et ex edicto Theoderici Regis, ut ait Cassiod. *in eod. edict. cap. 110.* qui sepulcra destruebat, occidebatur. Et apud Athenienses, si quis Dux in bello peremptos, terræ mandare negligeret, capite puniebatur. Nec à sacrilegii pœna excusabatur, qui violati sepulcri facinus perpetrabat, *l. pergit. 5. C. de sepul. viol.* ibi : *Pergit audacia ad busta defunctorum, & aggeres consacratos : cum & lapidem hinc movere, & terram evertere, & cespitem evellere, proximum sacrilegio, maiores nostri semper habuerint ; sed & ornamenta quadam triclinii, aut porticibus auferre de sepulcris. Quibus primo consulentes, ne in pia ulum incidat contaminata religio defunctorum, hoc fieri prohibemus, pœna sacrilegii cohibentes.*

38 Comprobant conclusionem propositam, quia Judex laicus, nullam in Ecclesia exercere potest jurisdictionem, *cap. decet de immunit. Eccles. in 6. cap 1. eod. tit.* S. C. Trident. *sess 22. trac. de sacrif. Missæ, in decret. de obser. & cit. cap. cum Ecclesia extra de immunitate Ecclesiast.* ibi : *Nec seculares Judices causas, ubi de sanguinis effusione, & corporali pœna agitur, in Ecclesia, vel cœmeterio agitare præsumant, sub anathematis interminatione prohibemus ; absurdum enim est, & crudele ibi judicium sanguinis exercere, ubi constituta est tutela refugii,* ubi glosa communiter recepta, pœnam excommunicationi intelligit, non utique latæ sententiæ ; sed ferendæ. Sperellus *dec. 51. num. 6. & dec. 104. num. 55.* Leo in Thesau. *for. Eccles. lib 1. cap. 13. num. 9.* Corroborant rationem antedictam Velasc. *consult. 81. à num. 1. tom. 1.* Boer. *dec. 109. n. 6.* Hevia *in Curia Philip. 1. par. §. 5. in fine,* Delbene *de immun. Eccles. tom. 1. cap. 2. dub. 3. sec. 2. & tom. 2. cap. 16. dub. 4. sec. 2. num. fin.* Barbosa *in d. cap. cum Ecclesia,* & ibidem latissimè Gonzalez Tellez, idem Barbosa *de univers. jur. Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 5. cum seqq.* Ciarlin. *cons. cap. 154. nn. 52. p. 2.* Reg. Cortiada *dec. 72. nu. 13.*

39 Et adhuc existimant, quod hujusmodi recognitio, nullo modo in Ecclesiis, seu cœmeteriis est facienda; sed cadavera ipsa ad effectum prædictum, aliò exportantur, & inquisitiones, & omnia, quæ ad cædis punitionem pertinent, à sacris locis rejiciuntur, Genuen. *in prax. Archiep. cap. 42. sub num. 10.* Sperel. *d. dec. 51. nu. 16.* adeò, quod in Ecclesia, vel loco immuni ad cadaveris recognitionem, nec possit Episcopus licentiam concedere ; sed tantùm à Sede Apostolica sit petenda, Sperel. *d. dec. 51. numer. 17.* Barbosa *in collec. decision. Apostol. collec. 76. num. 6.* Conciol. *resol. crim. 2. ver. Recognitio, nu. 3.* Nicol. *in Lucub. par. 1. lib. 1. tit. 8. de immunit. Eccles. post n. 35 ver. Hinc est, & in flosc. notab. ver. Cadavera, to. 3. num. 3.*

40 Quorum pariter ratio est ; quia laici in causis criminalibus à foro Ecclesiastico non sumunt indicia, Nicol. *in flosc. not. d. ver. Cadavera, tom. 3. num 4.* nec potest Judex sæcularis in Ecclesia, vel alio loco immuni testem, vel reum formaliter examinare, Nicol. *in Lucubrat. par. 1. lib. 1. d. tit. 8. de immunit. post num. 35. ver. Hinc est,* latè Delbene *de immunit. Eccles. tom. 1. cap. 2. dub. 3. sec. 2.* Sperel. *d. dec. 51.* qui inde infert, quod Judex sæcularis non potest in Hospitali, Ordinarii Ecclesiastici auctoritate fundato, vel alio loco immuni, vulneratos, vel testes examinare, etiam cum licentia Ordinarii, nisi à Sede Apostolica licentia obtenta, & ad suam petitionem, recitat declarationem factam in Sacra Congregatione *super controv. jurisdic. 4. Maii 1629.* per hæc verba : *Queritur à Sacra Congregatione declarari ; an Episcopus tanquam Ordinarius possit concedere licentiam Judici laico, ut examines præsertim cum juramento, & formaliter aliquem reum, vel testem in Ecclesia, vel alio loco immuni. Et an Episcopus teneatur etiam invitus licentiam concedere eidem Curiæ, exhumandi cadaver occisi ad recognitionem faciendam, die 4. Maii 1629. Sac. Cong. super controversiis jurisdictionalibus censuit, Episcopum non posse hujusmodi licentiam concedere, etiam vigore litterarum Sacræ Congregationis super electione ; sed petendam à Sede Apostolica, nec quod cadavera exhumentur, ut fiat recognitio in Ecclesia ; sed extra, & arbitrio ipsius Episcopi.*

Et postea id ipsum declaravit in Maceraten. Ripana, & aliarum Civitatum 8. Augusti 1645. ibi : *Proposito jussu Sanctissimi Domini nostri iterum dubio, ut infrà resoluto ; an Episcopi possint, & debeant concedere judicibus, & ministris laicis ad effectum recognitionis, & probationis corporis delicti, facultatem exhumandi cadavera, examinandi vulneratos, testes, & similes, in Ecclesiis, & aliis locis immunibus ; & an id sit permissum facere superioribus regularibus in Ecclesiis, & locis immunibus ordinum regularium.*

Sacra Congregatio previa, matura discussione, & de communi omnium Patrum consensu, censuit standum esse in decretis sub die 4. Maii 1629. scilicet Episcopos posse corpora exhumanda, vulneratos, & testes extrahere facere extra Ecclesias, & loca immunia, ad effectum recognitionis, & probationis corporis delicti, per judices, & ministros laicos, faciendæ, pro eorundem Episcoporum arbitrio, rectè tamen regulato ; non autem posse facultatem concedere eisdem judicibus, & ministris laicis faciendi in Ecclesiis, & aliis locis immunibus actum aliquem recognitionis cadaverum, seu examinis vulneratorum, & testium ; nisi in casu urgentis necessitatis, quando Summus Pontifex commodè adiri non potest ; ideoque pro eorundem Episcoporum arbitrio, rectè tamen regulato ; superioribus verò regularibus minimè licere, etiam in Ecclesiis, & locis immunibus ipsorum regularium, sed id ad Episcopos solos spectare.

Hinc cautè legendum esse à Genuen. *in prax. d. cap. 42.* 41
sub num. 10. quatenus docet, Episcopum non modo posse dictas exhumationes concedere ; sed & teneri ; nam nec concedere potest, ut recognitio fiat in Ecclesia ; sed extra, arbitrio ipsius Episcopi, ut declaravit Congregatio, cum ejus pastorali sollicitudine multoties cognoscere possit, id minimè expedire, ut animadvertit Sperel. *in d. dec. 51. num. 17.* quibus sic pariter etiam cavendum est à Diana *p. 9. d. resol. 64 ver. Ad periculum,* ubi ait Episcopum debere hujusmodi licentias concedere.

Poterit hæc licentia concedi, ut præhabetur, absque ir- 42
regularitatis metu, eo quod actus sit remotissimus, & suapte natura non directus ad mortem, vel membri mutilationem, & Episcopus nil operetur ; sed dumtaxat existimari, ac informationes capi permittat, Riccius *in prax. d. dec. 530. in fin.* Guaz. *def. 4. d. cap. 2. num. 10.* Sperel. *par. 1. d. dec. 51. num. 4.* Diana *resol. moral. par. 4. tr. 2. de irregularitate, resol. 95. & par. 9. d. resol. 64.* Navar. *cons. 19. de homicidio & cons. 16. de simonia,* & scripserat Genuen. *in prax. d. cap. 42. num. 10.* qui in notis *num. 14.* infert ideò, etiam non incurrere irregularitatem Episcopos, vel Sacristas, qui nil dicentes, vel agentes, sed laicorum arbitrio remittentes, tolerant quod laici pulsent campanas Ecclesiæ, ad convocandas gentes pro capiendis bannitis, & malefactoribus, Rempublicam infestantibus.

Hæc sunt fundamenta DD. existimantium non posse lai- 43
cos exhumari facere cadaver occisi, ad recognitionem faciendam, nisi sic præcedat licentia superioris Ecclesiastici, qui illam concedere potest (dummodo fiat hujusmodi recognitio extra Ecclesiam) sine metu irregularitatis.

Alii verò sentire videntur, quod Judex sæcularis potest 44
mandare exhumari facere cadaver à loco sacro, vel immuni ad effectum illum recognoscendi, sine assensu superioris Ecclesiastici ; quia inspectio illa est necessaria pro corpore delicti ad efformationem processus criminalis, Reg. Vinnes *in disc. pro justif. procedimentorum Villæ Mataronis §. 7. fol. 53. ver. Otra razon,* & allegat declarationem Cancellarii factam 2. Aprilis 1593. asserens, illud frequenter practicari. Bovadilla *in polit. lib. 3. cap. 15. num. 94.* qui id in praxi admissum autumat. Vargas Machuc. *dec. 1. num. 225. & seqq.* ubi consuetudine receptum affirmat, licèt contrarium recitet *in ead. dec. nu. 493.*

Fundamenta sunt ; primum, quia licèt controvertatur ; 45
an liceat Judici laico sine superioris Ecclesiasticis licentia, reum in Ecclesia bonis furtivis, armis per Regia edicta prohibitis, vel falsa moneta spoliare, de qua controversia videndi sunt citati per Reg. Cortiada *dec. 72. tota, & dec. 120. num. 30.* & plures relati à Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 20. num. 21. et seqq.* Capiblanc. *de Baron. lib. 2. cap. 34. num. 6.* Vargas Machuca *dec. 1 num. 228. & 470.* Attamen apud Nos, non est expectandus talis Judicis Ecclesiastici assen-

sus,

UAB Universitat Autònoma de Ciències Socials

fus, vel auctoritas, Peg. *dec.*60. *par.*2. ubi *num. fin.* tradit judicatum; dictarum namque rerum persequutio est Judici sæculari necessaria, ad probationem corporis delicti, quod certè facere non posset, si careret copia dictatum rerum pœnes delinquentes in Ecclesia existentium, ut ponderat Vargas Machuca *dec.*1. *num.*473. Reg. Vinnes *d. disc. proced. Matar. fol.*52. *ver. Aunque*, §.7. qui ideò infert, quod cum in contrabanno corpus delicti consistat in apprehensione rauparum, ut possit procedi ad recognitio, & apprehensio rauparum, etiam in Ecclesia.

46 Secundùm, quia actus ille recognitionis cadaveris, vulnerum, & infracturæ, non dicitur judicialis, ut animadvertit Vermig. *cons.*11. *nu.*19. Conciol. *resol. crim.*4. *ver. Corpus delicti*, *nu* 2. *in fine*.

47 Tertium, quia multoties petì à Judice Ecclesiastico, non potest licentia illa exhumandi cadavera, nam cum sit necessaria recognitio cadaveris ad capiendum facinorosos (si abesset Vicarius, vel Judex Ecclesiasticus) aufugere illi posset, dum licentia expectaretur, quam rationem ponderat Bovadilla *lib.*3. *d. c.*15. *n.*95.

48 Quartum; quia Judex Ecclesiasticus nec eam licentiam concedere valeret; nam si cum ea licentia, & informationibus inde receptis constaret de delicto, & plecteretur delinquens pœna mortis, Ecclesiasticus superior ab irregularitate immunis non evaderet, ut pariter comprobat Bovadilla *lib.*3. *d. c.*14. *nu.*4.

49 Quintum; quia die 2. Aprilis 1593. (hæc est declaratio, quam citat Reg. Vinnes, qui suprà) per Sans tertiùm contentionum, Consultoribus Puig & Mur, in facto contentionis jurisdictionis suscitatæ inter Curiam sæcularem R. A. ex una, & Curiam Ecclesiasticam Illustrissimi Archiepiscopi Tarraconæ ex altera partibus, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica per Nob. N. detentum in Regiis Carceribus Barcinonæ, seu illius Procuratorem, prætendentem nullitatem, cassationem, & abolitionem procedimentorum factorum per Hieronymum Llosellas alterum ex Regiis Algutziriis extraordinariis Regiæ Curiæ, in exhumatione, visura, & designatione quatuor cadaverum sepultorum in Ecclesia Parochiali, & cœmeterio Loci de N. scelere, ut prætendebatur interemptorum, fuit declaratum firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica pro parte dicti Nobilis N. locum non fuisse, nec esse, & proindè cognitionem prætensæ nullitatis, seu validitatis, vel invaliditatis procedimentorum factorum per dictum Llosellas, circa exhumationem, visuram, & designationem dictorum cadaverum sepultorum in dictis Ecclesia Parochiali, & cœmeterio dicti Loci de N. ad præfatam Curiam sæcularem R. A. spectare, & pertinere.

50 Audivi à nostris, diversimodè fuisse id ipsum observatum; interdum à Superiore Ecclesiastico fuisse petitam licentiam; interdum de Officio, & alio non spectato fuisse per Ministros Regiæ Curiæ factam visuram, seu recognitionem cadaveris, illud extrahere faciendo à loco sacro, vel Ecclesia; & pariter interdum in eodem loco sacro, vel immuni fuisse factam cadaveris recognitionem, cum testium juramento, examine, & receptione.

51 Sed ego libenter admitto opinionem docentium, non posse Judicem sæcularem exhumari facere cadaver occisi sepultum in Ecclesia, seu cœmeterio ad recognitionem faciendam, sine superioris Ecclesiastici licentia, & adhuc ea obtenta, debet fieri recognitio extra Ecclesiam, & locum immunem.

52 Nec obstant fundamenta in contrarium ponderata, non primum; quia licèt apud nos observetur sine Superioris Ecclesiastici licentia, posse Judicem laicum reum in Ecclesia existentem, spoliare bonis furtivis, vel armis prohibitis, vel moneta falsa, id ratione singulari fundatur, quæ controversiæ decisionis non quadrat, quia circa res furtivas est ratio, quia indignum est Ecclesiam auxilium exhibere ei, qui templis injuriam intulit, asportando in ea res furto ablatas, *cap. qui frustra de usuris*. Peguera *part.*2. *decis.*90. *num.*6. Reg. Cortiada *dicta decision.* 72. *num.* 1.

53 Quoad arma prohibita assignatur ratio, quia delinquit is, qui fert arma prohibita, & cum illud delictum in Ecclesia committat, à Judice sæculari puniendus, aut saltem armis privandus est, Peguera *d. dec.*60. *par.*2. *num.* 6. non per modum jurisdictionis exercendæ, sed per modum facti, & juris defensionis naturalis, cum per hoc non inferatur reo nocumentum, sed peccandi occasio auferatur, Reg. Cortiada *d. dec.*72. *nu.*6.

54 Horum etiam exemplo concluditur in falsa moneta, qua confugiens ad Ecclesiam poterit spoliari per ministros Curiæ sæcularis, Peguera *dict. decision.*60. ubi tradit decisum, Reg. Cortiada *d. decision.*72, *num.*6. & *decis.*87. *num.*7.

Unde hæc argumenta non obstant nostræ resolutioni, 55
tanquam à ratione cessante; ac etiam, quia cuncta relata, veluti res furtiva, arma prohibita, & falsa moneta, in Ecclesia sunt solùm per accidens, cadaver verò in Ecclesia non omninò materialiter, & quasi per accidens est repositum, sed veluti formaliter, ut Ecclesiæ sepulturæ tradatur, & ita illud extrahere ab ipsa Ecclesia sine dubio erit contra reverentiam sacro loco debitam, ut in simili docet P. Lezana *p.*4. *consult* 52. *nu.*56.

Non obstat secundum fundamentum contrariæ senten- 56
tiæ; quia licèt dici possit, quod recognitio cadaveris, est actus extrajudicialis; negari tamen non potest esse actum jurisdictionalem, & hunc à Judice laico in Ecclesia, vel loco immunì exerceri non posse, suprà probavimus.

Pariter tertium fundamentum non officit; quia non est 57
recognitio cadaveris, in quo consistit corpus delicti, necessaria ad capiendum delinquentes, quando illi sunt suspecti de fuga, vel periculum est in mora, vel adest justa causa, ut supra tradita *nu.*2.

Quartum etiam non subsistit; quia, imò est certum, 58
quod Superior Ecclesiasticus concedere valet licentiam exhumandi cadavera in Ecclesia sepulta, sine metu irregularitatis, cum sit actus remotissimus, & suaptè natura, non directus ad mortem, vel membri mutilationem, ut supra fundatum extitit.

Tandem nec etiam officit declaratio contentionis supra 59
citata, facta die 2. Aprilis 1592. quia articulus hic controversus non fuit in illa decisus, solumque in eadem declaratum vidi cognitionem validitatis, vel invaliditatis procedimentorum factorum per Curiam sæcularem, circa exhumationem, visuram, & designationem cadaverum in Ecclesia, & cœmeterio ad Curiam sæcularem R. A. pertinere, motivum debuit esse; quia cognitio causæ principalis quoad reum, qui opposuit de invaliditate procedimentorum, ad Regiam Audientiam pertinebat, quæ per capturam Rei ejus cognitionem prævenerat. Gram. *dec.* 30. *num.*6. Capiblanc. *de baron. par.*1. *p.ag.*8. *num.*212. Farin. *in prax. qu.*7. *num.*53 Cancer. *var.*2. *cap.* . *num.*228. Tondutus *de prævent. par.*2. *cap.*54. *num.*8. & *par.*3. *c.*23. tot. Carleval. *de judic. dis.*3. *qu.*7. *num.*886. Guaz. *def. reor.*1. *c.*9. *num.*14. Scialova *de foro comp. c.*7. *num.*41. Luca ad Franc. *dec.*505. *numer.*9. Fermos. *in c. penult. de foro comp. qu.*2. *num.*19. & 20.

Quæ prævention causæ principalis, operari debebat præ- 60
ventionem incidentis super invaliditate procedimentorum factorum circa exhumationem, & visuram occisorum, in quo consistebat etiam inquisiti defensio; nam prævention operatur, ut ad illum Judicem, qui prævenit, sit remittenda causa, cum tota sua continentia, & omnibus connexitatibus, Gabriel. *lib.*2. *com. tit. de judiciis*, *conc.*1. *n.*3. Carleval *de judic. disp.*2. *q.*7. *sec.*3. *n.*894.

Nec negari potuit cognitio illa Judici sæculari, quia li- 61
cèt Ecclesiæ sint de territorio Episcopi. Delbene *de immunit. Ecclesiast. c.*10. *dub.*24. *sec.*17. *num.*13. *part.*2. Ciarlin. *cons. forens. c.*10. *num.*15. Sperel. *dec.*127. *num.*18. Conciol. *resol. crim. ver. prax. resol.*9. *num.*8. Marinis *lib.*1. *resol. c.*116. *num.*7. ubi Roder. & sic sint exemptæ à jurisdictione sæculari, & subjiciantur Ecclesiasticæ, Thoro *in compend. dec. par.*3. *ver. Extractus*, *pag.*415. *col.*1. Reg. Cortiada *dec* 72. *num.*14. & *seq.* attamen; quia sunt in territorio Principis sæcularis de delictis factis intra Ecclesiam inquirit, & castigat Judex sæculatis, uti Judex loci delicti, Capiblanc. *de baron. p.*2. *super prag.*8. *c.*34. *num.*4. Sperel. *tom.*1. *dec.*51. *nu.*28.

Obsecro superiores Ecclesiasticos, ne difficiles se reddant 62
in hac licentia impartienda, quando securè id pium agere valent sine metu irregularitatis, ut suprà diximus, aliàs deficerent in fovenda publica utilitate, cum ad institutionem processus criminalis per Curiam sæcularem procedi non posset, quia deficeret fundamentum inquisitionis, quod consistit in probatione corporis delicti.

Quando Ecclesiastici, licèt non coactivè, directivè ta- 93
men astringuntur ad observandas leges civiles, quatenus hæ cum libertate Ecclesiastica non pugnant, sed solùm ad Reipublicæ bonam gubernationem, ac quietem pertinent, docent communiter Canonistæ *in cap. Ecclesia de Constit. c.*1. *de novi. oper. num.* Legistæ *in l. cunctos populos*, *C. de sum. Trinit.* Theologi, & Summistæ *in verbo lex*, plures

relati

relati à Salgado *de Regia protec. tom.1. par.1. cap.1. num.64. prælud.2.* Delbene *de parlamentis tr.6. dub.4. sec 30. ampliat.4. n.17. cum seqq.* disputat Salzedo *de contrb. cap.32.* declarat Pignatelli *to.1. consul.165.*

64 Pro ut etiam pro salute publica cadaver condemnati, potest tradi, anteaquam sepeliatur, medicis, & chirurgis ad anatomiam faciendam, ut respodit Universitas Salmanticensis Dom. Imperatori Carolo Quintò in anno 1550. refert Gomez *var. par.3 c.14. in fin.* & sequitur ibi Ayllon *numer.10.* probant Clarus *in §. fin. question. fin. num. 2.* & ibi Baiard. *num.4.* Menoc. *de arbitr. cas.285. ex num.10.* Bolannus *in Curia Philippica 3. par. §. sententia 17. num.16.* Cenedus *in collec.4. ad decret. num.4.* Pignatelli *tom.1. consult.130.* Conciol. *resol. crim.2. num.2. ver. Recognitio*, Farinac. *frag. crim. par.1. ver. Cadaver* (ubi id relinquit arbitrio Judicis, ex Menoc. juxta qualitatem personæ, cujus cadaver anatomiæ tradendum est, ut scilicet sit vilis familiæ, & depravatæ conditionis, & Principe consulto.) Gizarel. *dec.15. num.7.* Sialoya *de foriudic. c.27. num.2.* ubi dicit fieri hoc posse præcedente Principis, vel Senatus licentia, non etiam Judicis inferioris, qui hanc licentiam concedere non potest, Guaz. *def.38. c. post num.1.* ubi *num.2.* dicit, quod cadaver damnati pro anatomia facienda, solùm conceditur, quando damnatus esset tantùm suspensus, & non alitèr mortuus. Et ampliùs subdit Scialoya *num.3.* quod facta anatomia de corpore damnati suspensi, residuum dicti corporis, quod superest, debet sepeliri, & debent medici officia solemnia pro anima anatomizati decantari facere, & illius ossa sepulturæ, cum debitis solemnitatibus tradere, Baiard. ad Clar. *d. qu. fin. num.4.* Imò Scholares, & alii, qui interveneruntdictæ anatomiæ, debent elecmosynas facere pro Missis celebrandis, pro salute animæ illius damnati anatomizati, Guaz. *d. def.38. c.8. n.4.*

65 Pariter eam licentiam concedendo, impedient irreverentiam, quam zelo justitiæ intentate præsumerent sæculares in Ecclesiis, & locis immunibus, quando prætendere valent, eis sufficere licentiam petere, & si eam non obtineant, ducti argumento existimantium, quod Judex sæcularis in spoliando reum in Ecclesia rebus alienis, seu armis prohibitis, requirat Superiorem Ecclesiæ, ut ipse hoc præstet, quod si præstare renuat per se ipsum occurrere periculo, atque res furtivas, & arma prohibita auferre potest, Delbene *de immunit. Eccles. tom.2. c.16. dub.30. nu.8.* Reg. Cottiada *dec.72. num.11.* Cutel. *de immunit. Eccles. lib.1. qu.8. à num.18.* ibi : *Putarem tamen semper Ecclesia quemcunque Præpositum requirendum esse, ut ipse hoc præstet, quod si renuat, occurri periculo posse, atque à laicis ministris res furatas exigi ; moveor ad hoc, eodem, quo Gambacurta, argumento ex Gregorii Bulla ad aliud tamen elicito ; quod nempè per ipsam permittatur, reum ipsum extrahi, ac ordinariis ministris (si Ecclesia Præpositi renuant) confugam mancipare, ac tradere, quod si id in personæ extractione permittitur, magis, & in furatæ rei licitum erit, certum autem est, quod ubi parti aliquid tribuitur, ut se vindicare sine Judice possit, Judex, si quid gerat, non censetur jurisdictionem exercere, sed majus periculum vitare, ne privatus id agat, ut ex Divo Augustino, & aliis fundabimus infrà lib.2. qu.12. & qu. 13. ideoque, & non habenti jurisdictionem id permittitur, ut dicitur de incompetente, ut ob competentis defectum procedere possit, de quo nos in C. nota 24. ad l. Feder. ver. Item pro Regibus, fol.145. ex Crivel. & communiter omnes fatentur de debitore à creditore (absente Judice) retento, aliisque exemplis ad l.1. C. quando liceat unicuique sine judic. vendic inde etiam sit, ut contra nocturnum furem, unusquisque sit Judex, l. si in pignore, §. furem, ff. de furtis, l. furtum, ff. ad l. Cornel. de sicar. ob defectum nempè illius, qui injuriam avertere possit.*

66 Ad idem facit Reg. Cottiada *dec.120. nu.33.* ubi in casibus exceptis, si Judici sæculari ad perquirendum reum in Ecclesia ei claudantur januæ, ostia, portæ, & fores Ecclesiæ, vel Monasteriorum, ipse requirat Ecclesiasticum, ut januas aperire faciat, ad effectum extrahendi reum pro delicto excepto, & in casu, quo renuerit, poterit sæcularis impedimenta tolere, omni meliori modo, & tradit observatum, ibi : *Quod quidem non consulo, sed eum moneo, & est tutius, quod requirat Episcopum, Vicarium Generalem, aut Decanum, seu Officialem foraneum, si est in Civitate, Villa, aut Loco, ubi delictum successit, sin minus Rectorem Ecclesiæ, qui faciat aperire januas, & ostia talis Ecclesiæ ad effectum extrahendi reum ab ea pro delicto excepto* ; ita notat, & fieri advertit Bovadilla *in polit. lib.2. cap.14. sub num.91.* factaque hac requisitione, si nihilominus Judex Ecclesiasticus, aut Rector Ecclesiæ noluerit aperire facere Ecclesiam, tunc potest Judex sæcularis in casibus, & delictis exceptis Ecclesiæ januas, & portas aperire, omni meliori modo, etiam illas frangendo Mieres, *in Curia Montis. Regis Alph. Sec. p.1. col.1. c.31. nu.4. in novis, fol.93.* condunt Cancer *var. par. 3. c.5. nu.11. & 12.*

Tunc ad instantiam Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ fie- 67
ri potest requisitio Superiori Ecclesiastico. Vicario Generali, aut Præposito Ecclesiæ, sub forma sequenti. *En virtut de declaració de somatent feta en lo Real Consel, me so conferit en la Igesia, y Monastir de las Carmelitas Descalsas de la present Ciutat, à effecte de extraurer un delinquent, que està dins dita Iglesia, ò Convent, que no goza de immunitat Ecclesiastica, y he trobat las portas de dita Iglesia, ò Convent tancadas. Per lo que requiresch à vsts. que encontinent, y sens mora alguna mane obrir las portas de dita Iglesia, y Convent, offerint, que se li observarà la immunitat de la Iglesia, al delinquent, en cas goze de aquella.*

Si denegatur licentia à Superiore Ecclesiastico, poterit 68
etiam Judex sæcularis (quos moneo, & advertenter consulo, ut ita procedant ; si id fieri valeat) supplere probationem corporis delicti per testium depositiones, ut supra habetur, & punctim scribit Scaccia *de judic. lib.1. c.83. nu. 1. vers. Quid dicendum, circa fin.* ibi : *Sed finge mihi, ut mihi quandoque in facto evenit Episcopum esse absentem, & Vicarium nolle licentiam exhumandi impartiri, numquid poterit formari specialis inquisitio? Respondeo, quod sic, & poterit procedi usque ad condemnationem, & executionem per ea, que in alio proposito adduxit super c.11. sub num.81. Benè verum est, quod plures testes, quàm duos examinarem ad hoc, ut diceretur constare de morte, & hoc quando delictum est facti permanentis.* Id etiam scribit Guaz. *def. reor. c.2. n.10.* Conciol. *resol. crim.3. vers. Corpus delicti, num.3.*

Iterùm votis, precibusque peroro Ecclesiasticos Supe- 69
riores, quod ipsis difficile neutiquam videatur, has facultates concedere, & precor etiam sæculares Magistratus, ne irreverenter se gerant, Ecclesias ingredientes ad exhumandum cadavera occisorum, quando præceptum verendum nobis imposuit Dominus Rex noster Carolus Secundus, cujus vitam longævam ducat, cuncta, qui suo numine regit, purpureoque Religionis nitore suffultus, fervens in Catholicam Religionem flamma, custodia pectoris sacra pietate æstuantis, & maior Religioso, Religiosus.

Quivè dum ob Gallorum bona, quæ in Ecclesias Ma- 70
triti ad custodiam exportata fuerant, imperavit, ut sui Ministri sæculares assistentiam acciperent à Superiore Ecclesiastico, suo Regio Ordine decreto, directoque Magnificentissimo Principi, Eminentissimo Domino, pietate, prudentia, & scientia solertissimo cultori, verendæ integritatis prototypo, omniumque virtutum fulgidissimo exemplari Don Ludovico Emanueli Fernandez Portocarrero S. R. E. titulo Sanctæ Sabinæ Presbytero Cardinali, Hispaniæ Protectori, almæ Toletanæ Ecclesiæ Archiepiscopo, Castellæ majori Cancellario, & Domini nostri Regis Caroli Secundi à Consiliis, ut sequitur.

EMINENTISSIMO SENOR.

AViendo el Rey nuestro Sennor, entendido, que en diferentes Iglesias, y Conventos desta Corte, se han ocultado bienes, y haziendas considerables de Franceses, en manifiesto perjuyzio del derecho que à ellas tiene adquirido el Real Fisco, por la declaracion de la guerra, siendo la represalia de estas haziendas uno de los effectos de las hostilidades reciprocas de ella; y de viendo su Magestad, por tantas razones, aplicar el devido remedio à fraudes tan perjudiciales, y enterado su Magestad (segun lo que uniformamente le han assentado diferentes, Theologos, y Juristas) que à estos bienes no les puede valer el sagrado, y immunidad Ecclesiastica, por ser furtivos, y defraudados injustamente al Real Fisco : Hasido servido resolver, que los ministros, aquienes està cometido en esta Corte el embargo general de los caudales de Franceses (en caso de tener vehementes indicios de estas ocultaciones) vayan à la Iglesia, Convento, ò lugar sagrado, donde se entendiere ay bienes refugiados, y dando primero un recado, de parte de su Magestad, al Prelado, ò Cura del, le reco-

reconozcan, y registrent; sin reservar la parte mas recondida, y oculta; y avunque las ordenes de su Magestad, son que estas diligencias se executen, sin el menor strepido, ni escandalo; antes bien con la quietud, y reverentia que se deve à los Templos, y corresponde à su religioso animo, y catholico zelo; toda via, para que estas executiones se hagan con toda decencia, y respeto, se ha servido su Magestad mandar se entere de esta resolucion à V. Eminencia, por si quiere nombrar algun Ecclesiastico, que en compania de los ministros Segares assista à reconocer los Conventos, ò Iglesias de su jurisdicion, que se hallaren indiciadas.

Secretario de estado Don Chrispin Gutierrez Botello.

71 In cujus litteræ observantiam electus fuit Illustrissimus D. Don Antonius Pasqual omni litteratura præstantissimus, olim in celsis, & augustis Barcinonæ, & Bononiæ Universitatibus Cathedraticus, Matriti Vicarius Generalis, Sacræ Rotæ Romanæ Auditor, quem nunc Mitræ Vicen. ornat debitus honos, & ad alia multo majora meritissimus: talem virum jam dudum eximii ingenii agnovi, ex quo viam jurisprudentiæ ingressus est in celebertima Universitate Barcinonæ, cum ibi huic ego præ aliis meæ charæ Soboli (quem nunc magistrum veneror) magna auditorum frequentia, meis non appetentibus meritis, jus civile enodarem.

72 Ab eo amplius accepi dum Matriti vigilans, cum magna gloria flabat paratus ad negotia Ecclesiastica, multoties ab ipso per ministros sæculares fuisse petitam licentiam exhumandi cadavera occisorum, ad effectum ea recognoscendi, extra Ecclesiam, & ab illo impartitam, cum protestatione, juxta disposita *in cap. penult. de homicidio in 6.*

73 Quod comprobatur: quia Clerici sine irregularitatis incursu de suis malefactoribus coram Judice sæculari conqueri possunt, etiam de criminibus, ex quibus debetur pœna sanguinis, expresè protestando, quod pœnam sanguinis non intendunt; & probant DD. *in d. c. penult. de homicidio in 6.* Barbosa ibidem, Gomez *var. 3. c. 1. nu.* 33. ubi Ayllon. Bovadilla *in polit. lib. 2. c. 17. num.* 85. Farinac. *in prax. qu. 12. num. 12. & frag. crim. lit. C, nu. 423. cum seqq.* Bonacina *de cens. disp. 7. qu. 4. punc. 2. num. 4.* Villalobos *tom. 1. tr. 21. dif. 26. num. 6. & 7. cum pluribus* Diana *par. 4. tr. 2. de irregularitate, resol.* 33. Fr. Andreas à Matre Dei, Carmelita Discalceatus *in cursu morali tom. 2. tr. de censuris 10. capit. 9. punc. 1. num. 14. & seqq.* Passerinus *par. ult. super 6. decret. ad c. Prælatus, num.* 17. *cum seq. tit. de homicid.* Fr. Antonius à Spiritu Sancto Ordinis Discalc. *in direc. confes. tr. 13. de irreg. disput. 2. sec. 6. §. 2. num. 115. cum seqq.* ubi tradit formam protestationis, ibi: *Domine peto, ut cures mihi satisfactionem, vel restitutionem exhiberi à Petro, qui mihi damnum intulit, protestorque, me nulla ratione intendere pœnam sanguinis, mutilationem, vel mortem,* ubi quod hæc protestatio sufficiet, si sola voce fiat.

74 In Hospitali Generali huius Civitatis, Ordinarii Ecclesiastici auctoritate fundato, est frequens observantia, quæ memorias hominum excedit, ut à vulneratis denunciatio, assertio, vel depositio accipiatur per ministros Regiæ Curiæ nullo implorato assensu Superioris Ecclesiastici, nec administratorum illius domus, & pariter in eodem Hospitali fit recognitio, seu visorium cadaveris per ministros Regiæ Curiæ, non expectato beneplacito Ecclesiastico; propter quam antiquitatem nulli dubium remanet, introductam illam observantiam esse præcedente beneplacito Apostolico; quia propter temporis antiquitatem, omnia præsumuntur solemniter acta, *c. noscitur de his quæ fiunt à Prælatis, c. pervenit de emptione, & venditione,* Capyc. *dec. 16.* Gamma *dec. 49. num. 3. & dec. 83. num. 2.* Fontanella *de pactis, tom. 1. claus. 4. glos. 13. par. 4. à num. 13. cum pluribus sequentibus, & dec. 439. num. 11. & dec. 569. num. 11.* Rota Otthoboni *dec. 112. num. 4.* Gratianus *discept. foren. tom. 2. cap. 375. num. 7.* Ursel. *concluf. leg 52. verbo adindicatio, num. 38.* Delbene *de immunitate Ecclesiastica par. 2. c. 17. dubio 10. num* 33. Perela *de instrumentorum editione tit. 1. resol. 3. §. 3. num. 56. cum sequentibus,* Ludovis. *dec. 343.* Seraphin. *dec. 1125.* Rota Fatinacii *recent. par. 1. dec. 684. sub num. 1.* Rota Burati *dec. 43. num 6. & in annotationibus num. 7.* Rota Cenedi *post tr. de censibus dec. 28. num. 6.* Rota *recent. par. 12. dec. 268. num. 18. cum seqq. & par. 17. dec. 328. num. 1. & seqq.* Ciarlinus *cons. 39. num. 4.* Carena *resol. 102. num. 1. cum seq.* Qui ferè omnes ex antiquitate temporis inferunt, omnia solemnia, videlicet beneplacitum Apostolicum, & reliqua requisita interveniisse in alienationibus rerum Ecclesiæ.

Ratio motiva huius observantiæ deducitur, ni fallor, ad 75
evitandum inconveniens, quod sine dubio plerumque eveniret, quando ea impedirentur à Superiore Ecclesiastico, vel ab administratoribus Hospitalis Generalis huius Civitatis, vel à Præposito illius domus; nam procul dubio ministri sæculares extraherent à loco immuni per sonum emissum, vulneratum, ad effectum exigendi ab eo denuntiationem, assertionem, vel depositionem, ut in testibus scribit Reg. Cortiada *dec. 98. num. 18.* Et fuit observatum in Regia Curia in processu contra Josephum N. delatum de nece perpetrata in personam Raphaelis Mas sutoris Civis Barcin. cum enim uxor dicti Mas se recepisset in domu cœmeterii Beatæ Mariæ de Mari, fuit ad effectum testificandi ab eis extracta, absque sono emisso, & facta depositione, fuit Ecclesiæ restituta, insequendo resolutionem in R. C. verbo factam die 14 Februarii 1671. referente R. S. Tavemer & Rubi, scriba Riambau Not.

DECISIO DECIMA.

ARGUMENTUM.

Corpus delicti in fabricatione monetæ, patrati per eum, qui non habet potestatem cudendi monetam, probatur per testes deponentes de ipso facto fabricationis, nec requiritur inventio, & recognitio monetæ; diversum est, quando cum ea potestate adulteratur moneta, forma, pondere, vel materia, quia tunc ad corpus delicti requiritur idemtitas, & recognitio falsæ monetæ, ubi plura de monetariis, & eorum pœnis agitantur, & cum Senatu declarantur.

SUMMARIUM.

1 *Factum.*

2 *Ut constet in crimine falsæ monetæ de corpore delicti, requiritur inventio, seu recognitio monetæ; sed quid quando agitur contra tondentes monetam; & quid quando moneta non fuerit inventa penes inquisitum; usque ad nu. 6.*

7 *Probatio corporis delicti in crimine falsæ monetæ, non suppletur per confessionem inculpati.*

8 *Tribus modis adulteratur moneta, videlicet materia, forma, vel pondere.*

9 *Et his tribus modis committitur falsum ab eo, qui potestatem cudendi monetam habet.*

10 *Bona, & perfecta moneta tria debet continere, & sunt imago Principis, ut sit bona, & debiti ponderis; usque ad num. 12.*

13 *Committitur falsum in moneta, re ipsa, per eum scilicet, qui non habens cudendi monetam, potestatem, eam cudit, quamvis justæ quantitatis monetam efficiat.*

14 *Reservatum est Principi, & de eius regaliis est, monetam cudere.*

15 *Quando delictum consistit in fabricatione, probari poterit corpus delicti, per testes deponentes de facto fabricationis, ubi fundamenta ponderantur.*

16 *Quando verò consistit delictum in falsificatione monetæ, per Officiales ad fabricandum destinatos, quomodo debeat de corpore delicti constare.*

17 *In falsitate, quando illius restant vestigia, corpus delicti quomodò debeat probari.*

18 *Fabricans falsam monetam æneam modici valoris, in qua est insculpta imago Principis, an puniatur, pœna ordinaria delicti, num. 31. 32. 33. 34. & 35.*

19 *Fabricans monetam æneam de ardits, condemnatur ad pœnam mortis; etiamsi sit modici valoris, quod declaratur in nu. 20. & 21. cum Senatu.*

22 *Malus delictum consideratur in fabricame monetam*

tam falsam, qui supplicare non potest à sententia condemnatoria, quam in tondentibus, radentibus, diminuentibus, vel expendentibus monetam falsam, qui supplicare valent.

23 *Expendentes scienter falsam monetam, qua pœna plectantur, declaratur, & 24.*

25 *Assignantur casus, in quibus expendens monetam falsam, immunis evadit à pœna.*

26 *Tondentes, vel radentes monetam, qua pœna puniantur, ubi explicatur cap. 39. Regiarum praconizationum, n. 27 28. 29. & 30. cum Senatu.*

36 *Quomodò consideretur quantitas modica in delicto falsæ monetæ.*

37 *Fabricans, qui ultra nummos fabricatos habet bracteas aptas, ad alios fabricandum, quos præventus perficere non potuit, punitur pœna mortis.*

38 *Pœna confiscationis bonorum contra fabricantes monetam falsam, non est usu recepta; quod declara in seqq.*

39 *Ex præambulo privilegii declaratur intentio concedentis.*

40 *An pœna confiscationis habeat locum contra fabricantes monetam falsam, de ea marcha, qua fabricatur in sicca Civitatis Barcinonæ, exponitur cum Senatu; & 41. & supra nu. 18.*

42 *Decisio Senatus in facto controverso, & n. 43.*

44 *Testis contra Fiscum producentem plenè probat.*

45 *Testi mercede, corrupto non creditur, etiamsi veritatem deponatur.*

46 *Sola scientia in delicto falsæ monetæ, an sit punibilis, & qua pœna; usque ad numer. 48. cum Senatu.*

49 *Consideratur frequentia delictorum ad pœnam infligendam.*

50 *Repertura falsæ monetæ, vel repertura instrumentorum ad cudendum monetam aptorum, an indicium faciat ad torturam contra inquisitum de falsa moneta, ubi traditur intelligentia, cap. 39. Regiorum edictorum; usque in finem.*

1 VIam affectabantur, quæ ducit ad Civitatem Minoriſſæ tres ſocii, & alloquuti, audiiſſe ſtrepitum malleï, rem inquirere tentantes, in aſcenſu parietis ovilis domus Iacobi N. agricolæ Loci de Rocafort', exploraruntintus ovile Joannem N. agricolam, & Iſidrum N. argenti fabrum, fabricantes monetam æneam, vulgo *ardits*, & quod dictus Joannes inſufflabat follibus in fornace, & dictus Iſidrus ſedens in ſcamno, ſcindebat forpicibus dictos *ardits*, ingreſſique ovile obſervaruntjam plures *ardits* ſciſos quantitatis quinque librarum, & acervum bractearum impreſſarum, aptarum ad monetam, idque atteſtati, conteſtes fuerunt vidiſſe de menſe Novembris 1660. à quo non diſceſſit Joannes inquiſitus, qui judicialiter faſſus fuit fabricationem, & quod ipſe inſufflabat, & quod in dictis bracteis erant impreſſi nummi *de ardits* quantitatis trium librarum, ultrà aderant complures teſtes deponentes contra dictum Joannem, de mala fama in eodem genere delicti; undè referente Magnifico Bernardo Olzina J. R. C. de anno 1666. fuit diſpuncta cauſa contra dictum Joannem.

2 Primum dubium fuit; an per dictos teſtes formales conſtaret de corpore delicti, cum dicta moneta *de ardits* non eſſet penès Curiam, & à peritis recognoſci non poſſet, ut videbatur neceſſarium, ex traditis per Farinac. *qu. 2. num. 22.* Guaz *def. 4. cap. 9. num. 3.* & 4. Latro *lib. 2. dec. 179. num. 29. & 56.* Conciol. *reſol. crim. 1. verſ. Falſa moneta, num. 2.* ubi quod, ut dicatur conſtare de corpore delicti, in crimine falſæ monetæ, requiritur ipſa inventio, ſeu recognitio monetæ non perfecti æris, & ponderis, & ſic falſæ, ſeu non proprio ſigno percuſſæ, per teſtes, ſeu peritos deponentes qualiter dicta pecunia, & moneta benè viſa, & recognita, eſt reperta falſa, non ſolùm reſpectu æris, argenti, vel auri, ſed etiam, quia non eſt percuſsa, cum ſolito ſigno, & effigie, & *num. 3.* id ipſum ampliat ad caſum, quo agitur contra tondentes monetam, qui inquiri non poſſunt; niſi de tonſione appareat per depoſitionem ponderatorum.

3 Quæ omnia comprobat Luca ad Franc. *dec. 401. num. 4. & 440. num. 4.* ubi ait, quod ſi reperta ſint inſtrumenta ad cudendum monetam, ſimul cum pecunia, quæ ſit recens, tunc inquiſitio bene procedit, & hoc caſu erit probatio delicti in genere, recognitio dictæ pecuniæ, & dictorum inſtrumentorum cuneorum, & ſtamparum, ut dictis inſtrumentis ſubiectis aſpectui Judicis, teſtes quoque periti adhibeantur, qui deponant, qualiter dicta inſtrumenta ſint, quibus pecunia communiter euditur, & facta recognitione dicta pecunia inventa, dicant illam eſſe factam, & cuſſam dictis inſtrumentis, & delictum erit in cauſa efficienti, ſcilicet in eo, qui cudit monetam, uſurpando auctoritatem Regis, & allegat Muſat. *in prax. de delictis, tit. de falſa moneta, num. 8.*

Hinc Reg. Math. *contr. 44. num 27.* docet, quod in 4
ſuo facto, periti inſpexerunt, & relationem fecerunt de uno nummo perfecto, circumciſionibus alium imperfectorum, ex eadem materia, maſſa metallorum ejuſdem qualitatis, teretibus jam præparatis ad cudendum, cum craſſitudine, & latitudine proportionata, pondereque, & menſura ad decem nummos, ex quolibet cudendos; cuneis, ſignatoriis malleorum ictibus uſum diuturnum comprobantibus, ſignis in nemore permanentibus huius operis, in ligno, quod alchmotætæ loco incudes recipiebat, peſſulis, aliiſque vaſibus, cum ingredientibus, & veſtigiis lotionis nummorum, ut argenti colorem perfectum ſummerent, quæ omnia erant permanentia, & ſimul juncta ad alium finem, deſervire non poterant.

Ampliùs aſſerit Reg. Matheu *cont. 47. num. 42. & 43.* 5
quod ſi moneta non fuerit inventa penès monetarium, illius identitas, debet aliundè probari, aliàs incertitudo adeſſet, reſpectu corporis delicti; pecunia enim eſt ex rebus, quæ functionem recipiunt in genere ſuo, *l. 2. §. mutui, ff. ſi certum pet.* Valen. *conſ. 30. nu. 30.* quia nummi inter ſe aſſimilantur; ita ut nemo de identitate concludenter deponere poſſit; niſi caſu quo ſacculo obſignato traduntur, *l. 1. §. ſi pecunia 36. ff. depoſiti*, Valenz. *conſ. 64. num 6. cum ſeqq.* & maximè conſideratur ea incertitudo, ſi nummi per diverſas manus divagáverint, antequam apprehendi poſſint.

Apparet ergo deficere probationem corporis delicti in 6
facto controverſo, quia moneta, nec potuit per peritos recognoſci, cum penès Curiam non fuerit, neque teſtes de identitate monetæ depoſuerunt, ſed tantùm de facto fabricationis.

Nec ſuppleri potuit probatio corporis delicti, ex con- 7
feſſione inquiſiti; quia generaliter eſt verum in omnibus delictis, per confeſſionem rei, corpus delicti non probari, ut diximus *def. 9. num. 5.* & punctim tradunt Farinac. *in prax. quæſt. 2. num. 22.* Guaz. *def. 4. capit. 9. num. 4.* Conciolus *reſol. crim. 1. ver. Falſa moneta, num. 4.*

In contrarium fuit decretum, ſupponendo primitus, 8
quod in moneta tria conſiderantur, materia, quoad valorem, forma quo ad authoritatem, pondus quoad uſum, & ſic, quod tribus modis moneta adulteratur, & corrumpitur, videlicèt ratione materiæ, quæ pura non eſt; ſed admixtam habet vilioris metalli ſpeciem. Formæ, ſi non habeat impreſſionem monetæ currentis. Ponderis, quia ſit deſtituta pondere conſtituto, ut poſt Innocen. Hoſtienſ. Joan. Andre. Panormitanum. Beyerlinck *in theat. vit. hum. ver. Moneta, pag. 593. col. 2. lit. E*, & in relatis modis falſum committitur, *l. 1. C. de vet. num. poteſt. lib. 11.* Peguera *dec. 85. num. 2.* Fab. *in C. tit. de falſ. mon. num. 5.* Manfrella ad Latrò *d. dec. 179. n. 5. & ſeq.*

Ulterius ſupponere oportet, quod ab eo, qui habet po- 9
teſtatem cudendi monetam, falſum committitur, ſi fabricat monetam adulterinam in materia, vel forma, vel pondere, Cruſius *de indiciis par. 2. capit. 35. num. 60. cum pluribus ſequentibus* (ubi, quod forma, falſum committitur, quoties monetæ ſignum incompetens, & adulterinum imprimitur) comprobant Peguer. *in prax. crim. cap. 16 num. 7.* Farinac. *in prax. q. 115. num. 36.* Reg. Cortiada *dec. 87. nu. 22.*

Ut enim ſit bona, & perfecta moneta, tria debet conti- 10
nere, & ſunt imago Principis. Ut ſit proba. Et debiti ponderis; hæc Principis imago eſt forma, & character monetæ; qui cum ſummi Imperii authoritatem, Regiæque Poteſtatis, Majeſtatem, & Dignitatem referat, frequenter evenit, ut Princeps, ſi quid eis unquam gratiſſimum, ac acceptiſſimum fuerit, eius imaginem in nummis inſculptam proponi, & monetæ publicæ adiecta forma imprimi curet, ait Anneus Robert. *rer. judi. lib. 1. cap. 16.* dixit Caſſiodor. *var. 7. cap. 32.* ibi: *Omninò moneta debet integritas quæris, ubi & vultus noſter imprimitur, & Generalis utilitas invenitur. Quidnam erit tutum, ſi in noſtra*

ſtra peccetur effigie ? & quam ſubiectus corde venerari debet, manu ſacrilega violare feſtinet? Hinc Ulpianus *de imagine Philippi in pecunia loquitur in l. Quintus Mutius* 27. §. *cui legatum, ver. Sin autem, ff. de aur. & arg. legat.* Et de ſiculis, & pileo, quibus moneta ſignabatur, dixit Aleiatus *emblem.*150. in illis verbis.

Cæſaris exitio, ſeu libertate recepta,
Hæc Ducibus brutis cauſa moneta fuit
En ſiculi in primis, quæis pileus inſuper aſtat;
Qualem miſſa manu ſervitia accipiunt.

De his plura eruditè ſcripſit Solorzan. *emblemmate* 81. *tota.*

11 Quoad probitatem non denotatur niſi, quod materia non ſit adulterata : debet enim eſſe pecunia aurea, argentea, vel ærea, & inter has ſpecies non eſſe mixturam, puta aureum cum argento, vel æs, cum auro, aut argento, vel illas decolorando, alteriuſvè coloris, quàm illæ ſint, eas reducendo, contra *leg. quicumque nummos* 8. *ff. ad leg. Cornel. de falſis*, & hinc concinit Geneſis *cap.*23. ubi Abraham, ut ſepeliret Saram uxorem emit agrum ab Ephren quadrigentis ſiclis argenteis, probatæ monetæ publicæ, & expoſuit Caſſiod. *var.*7. *d. cap.*32. ibi: *Sit mundum, quod ad formam noſtræ Serenitatis adducitur. Claritas Regia nihil admittit infectum. Nam ſi vultus cuiuſlibet ſyncero colore depingitur, multo juſtius metallorum puritatè principalis gratia cuſtoditur. Auri flamma nulla iniuria permixtionis albeſcat, argenti color gratia candoris arrideat, æris rubor in nativa qualitate permaneat.*

12 Quoad pondus exigitur, quod ſit æquale in maſſa, ſive materia, & hæc omnia amplè explicat Borrell *de præſt. Reg. Cathol. cap.*12. *num.*21. *cum pluribus ſeqq.* ubi eruditè agit de monetæ origine, uſu, tonſione, falſificatione, probitate, & de pœnis contra monetarios plurima colligit Loter. *de re benef. lib.*1. *quæſt.*39. *à num.*179. & recitat Jo. Baptiſta de Luca *in theat. verit. lib.*2. *diſ.*127. *num.*8. & 9. Et hinc etiam Caſſiod. *d. lib.*7. *var. dict. capit.*32. ibi : *Pondus quin etiam, Conſtitutum denarijs, præcipimus debere ſervari, qui olim, tàm penſo, quàm numero vendebantur : unde verborum vocabula competenter ab origine trahens, compendium, & diſpendium, pulchrè vocitavit Antiquitas, pecunia enim à pecudis tergo nominata, Gallis auctoribus.*

13 Ultra prædictos tres caſus committitur, etiam falſum in moneta, re ipſa, per eum ſcilicet, qui non habens cudendi poteſtatem, monetam cudit, quantumvis juſtæ quantitatis monetam efficiat, *l.*2. & 3. *C. de falſ. moneta, l.*19. *eod. t.t.* Peguer. *in prax. crim. cap.*16. *num.*6. *dec.*46. *num.*7. & *dec.*85. *num.*2. Latro *dec.*179. *à num* 15. *ad* 19. *lib.*2. Maſſin *de confica. bonor. qu.*6. *num.*18. Conciol. *reſ. crim.*2. *ver. Moneta falſa, num.*5. Cruſius *de indiciis, p.*2. *c.*35. *n.*60. & *ſeqq.* Cortiad *dec.*87. *n.*21.

14 Ratio eſt, quia reſervatum eſt Principi, & de ejus regaliis eſt, monetam cudere, *l.*1. & *fin. C. de vet. num. poteſt. l.*2. *C. de falſa moneta, cap. unico, quæ ſint regalia, in uſibus feudorum, uſat. ſimili modo,* §. *moneta de jure Fiſci.* Reg. Cortiada *dec.*87. *num.*8. Xammar *de privilegiis Civitatis Barcin.* §. 10. *num.*37. Peguera *dec.*46. *num.*1. & 2. & *in prax. crim. cap.*6. *in principio*, Farinac. *in prax. qu.*115. *num.*53. Merlinus *cont. cent.*3. *cap.*26. *num.*1. & 11. Sanfel. *dec.*59. *num.*9. Manfrella ad Latro *lib.*2. *dec.* 179. *nu.*23. Joan. Baptiſta de Luca *in theat. verit. lib.*2. *de regalibus, diſcurſ.*127. *num.*8. Maſſin *de confiſ. bon. dict. qu.*6. *num*4. Maſtril. *de magiſtr. lib.*3. *cap.*10. *num.* 130. & *ſeqq.* Robertus *rer. jud. lib.*1. *cap.*16. Solorz. *emblem.*81. *num.*2. Borrell. *de Catholi. Reg. præſt. cap.*12. *nu.* 2. *cum pluribus ſeq.* Cruſius *de indiciis par.*2. *d. capit.*35. *num.*60. Larrea *dec* 12. *num.*6. propterea, qui propria authoritate monetam fabricat, Principis poteſtatem uſurpat : *In monetis etenim inquit* Conſtantinus Imperator *in l. ſi quis nummos* 2. *Cod. de falſ. moneta, tantummodo noſtris cudendæ pecuniæ ſtudium frequentari volumus, cujus obnoxii mateſtatis crimen committant*, & reputunt DD. citati.

15 His præhabitis, reſpondetur dubitationi antepoſitæ cum diſtinctione ; nam aut delictum conſiſtit in fabricatione monetæ, ab eo, qui cudendi non habet poteſtatem (pro ut in caſu controverſo) aut conſiſtit in adulteratione monetæ, materia, forma, vel pondere, commiſſa per eum, qui habet cudendi poteſtatem : ſi eſt in fabricatione ab eo, qui non habet facultatem fabricandi, de corpore delicti conſtabit, per ſolos teſtes facti dictæ fabricationis, pro ut per teſtes de viſu cognoſcentes, cujus eſſet cadaver, deponentes de qualitatibus vulnerum, probatur in homicidio corpus delicti, Guaz. *def.*4. *cap.*2. *num.* 10. Conciol. *reſol. crim.*3. *verſ. Corpus delicti. num.*3. & Nos *deciſ.*9. *num.*15. & *ſeq.* & hoc eſt, quod idem Guaz. affirmat in noſtris terminis *def.*4. *cap.*9. *num.*4. quod omnia, quæ conſiſtunt in facto, oculis perceptibili, probantur per teſtes, vel per ocularem inſpectionem, & elicitur à Giurb. *conſ.*85. *num.*10. ubi tradit in hoc crimine, teſtes ſingulares de viſu facere indicium ad torturam, Anſald. *conſ.*128. *numer.* 161. ibi ſcribit condemnari poſſe monetarios per depoſitiones teſtium ſingularium.

Si conſiſtat falſitas in pondere, materia, vel forma mo- 16
netæ, per Officiales ad fabricandum deſtinatos, & ſic in adulteratione monetæ factæ ab his, qui facultatem habent cudendi, tunc ut de crimine falſi puniri poſſint, requiritur falſæ monetæ inventio, ut recognoſci poſſit per teſtes, ſeu peritos deponentes, non eſſe perfecti ærtis, ponderis, aut ſigni, & in his terminis loquuntur Farinac. *in prax. qu.*2. *num.*22. & alii ſupra laudati, & ſic per expertos fuit recognita compoſitio metalli, in facto contra fabricantes monetam in Civitate Illerdæ, contra licentiam privilegii.

Adhuc pro majori intelligentia obſerva, ſuper corpo- 17
re delicti probando in falſitate, nam ſi ſuper ea reſtant veſtigia, & factum eſt apparens, & permanens, ut ſi fuerit abraſum inſtrumentum, vel laceratum, ut in caſu Farinac. *conſ.*23. *per totum*, vel ſi fuerit cancellatum, vel additum, vel diminutum, ſicque habeat vitium viſibile, & oculis corporeis perceptibile, vel ſi aliqua res, vel merces fuerit alterata, vel depravata, aut aliqua menſura non fuerit juſta, poterit in illis caſibus per viſum oculorum fieri experientia, in quibus de corpore delicti poterit conſtare verè per teſtes, vel per ocularem inſpectionem, & relationem, medio juramento faciendam, Guaz. *def. dict. cap.*9. *num.*3. qui 4. in individuo ſubdit, ibi : *Pro ut tradunt Doctores in terminis, in crimine falſæ, vel diminutæ ſeu alteratæ monetæ, ut de ea plenè conſtare debeat per teſtes, vel per peritos deponentes de ipſa falſa cuſſione, vel diminutione, ſeu alteratione ejuſdem monetæ, vel de qualitate materiæ, an aurum, vel argentum, quibus moneta cuſſa reperitur, ſint juſtæ ligæ, vel juſti ponderis.*

Dubium ſecundum fuit ; an dictus Joannes N. pro dicta 18
fabricatione eſſet pœna ordinaria mortis plectendus, cui dubio reſponderi videbatur pro pœna extraordinaria ; tum quia fabricantes falſam monetam æneam, modici valoris, non ſunt puniendi pœna ordinaria mortis ; ſed extraordinaria, niſi in ea, imago Principis inſculpta ſit, ut tradit Reg. Cortiada *dec.*87. *num.*37. & 38. Maſſin *de confiſc. bonor. qu.*6. *num.*22. tum quia dicta moneta *de ardits* eſt propria Civitatis Barcinonæ, & falſificantes monetam Civitatis, non ſunt puniendi pœna mortis, Peguer. *dec.*49. *nu.*16.

In contrarium fuit dictum, quia *in cap.*36. Regiorum 19
edictorum, pœna mortis imponitur fabricantibus monetam *de ardits*, neque inquiſitum aliàs poſſe à pœna ordinaria excuſari, ex traditis à Farinac. *in prax. qu.*115. *num.* 91. quippè, quod etiam dicta pœna imponenda videtur, cum in ea moneta *de ardits* foret inſculpta imago Principis, ut ſuprà jam probatur, & communiter tenent Doctores, pro ut ex Saliceto, Afflictis, Covatrubias, Farinac. *quæſtion.*115. *numer.*87. Gutier. *lib.*3. *practicar. qu.*4. *num.* 5. Reg. Mattheu *de re criminali, contr.* 44. ubi *num.*2. ponderat graviratem delicti falſæ monetæ, *ex l. quicumque* 8. *cum aliis ſeqq. ff. ad leg. Cornel. de falſis, l*1. *ff. ad leg. Jul. pecul. l.*2. *C. de falſa moneta, l. falſa* 9. *C. Theod. eodem titul.* & ibidem expendit in numeris ſequentibus diverſa jura, cum quibus probat, eadem pœna plecti ſtatores, & adulterantes monetam auream, ſive argenteam, ad monetam æream, ea ſignata ratione, quia monetæ eſſentia pendet ab auctoritate Principis, quæ vulneratur in ærea, ſicut in aurea.

Et fuit declaratum in Senatu die 10. Novembris 1670. 20
referente Nob. Petro de Amigans, tunc I. R. C. nunc tertiæ Aulæ D. in actis Famada Not. contra Antonium N. qui fuit condemnatus ad mortem, & ad torturam in caput ſociorum, ex fabricatione falſæ monetæ æreæ *de ardits*, & convictus fuit ex duobus teſtibus, conteſtibus, deponentibus de fabricatione, & duobus aliis ſingularibus, & ex repertura inſtrumentorum ad cudendum mone-

monetam. Similis, referente eodem R. S. de Amigant, actis Famada Not. contra Jacobum N. Loci de Castells Diœcesis Urgel. die 20. Novembris 1670.

21 Difficultas major in facto controverso fuit, an Inquisitus excusari posset à pœna mortis per furcam (quæ apud nos imponitur monetariis, ut docet Reg. Cortiada *d. dec.* 87. *num.* 19.) propter modicitatem quantitatis fabricatæ, & dubitatio exordiebatur ab eodem Reg. Cortiada *dicta dec.* 87. *num.* 39. ubi non assentit pœnæ ordinariæ contra fabricantes, si quantitas fabricata esset modica, ex traditis per eum ibidem *num.* 30. quod comprobat cum duobus exemplaribus nostri Senatus, ibi relatis, & idem docet in fabricante Manfrella ad Latro *d. dec.* 179 *num.* 11 & in expendente, Novar. *qu. forens. lib.* 1. *quæst.* 37. *num.* 3. Cabal. *resol. crim. cas.* 199. *à num.* 15. fundamenta expendit Sanfel. *lib.* 1. *dec.* 59. Crusius *de indic. par.* 2. *capit.* 35. *num.* 62.

22 Attamen fuit animadversum, hæc procedere non, quoad ad fabricatores, sed tolum quoad tondentes, radentes, diminuentes, vel expendentes monetam. Primò, quia magis delictum considerabatur in fabricante, quam in aliis, ut agnovit in casu relato Peguera *dec.* 85. in quo, non obstantibus in contrarium erudite discussis, admittit appellationem, seu supplicationem ab ipsis interpositam, denegando illam dictis fabricatoribus, quod probat idem Reg. Cortiada *dec.* 87. *num.* 42. *ad* 44. Luca ad Franc. *dec.* 401. *num.* 4.

23 Expendentes etenim scienter falsam monetam, pœna tantùm extraordinaria plectuntur, Bartol. *in l. Cornelia* 9. *in princ. ff. ad leg. Cornel. de falsis*, Clarus *in* §. 4. *falsum num.* 37. *vers. Expendentes*, ubi Bajard. *num.* 338. Peguer. *dec.* 46. *num.* 14. Cabal. *casu* 199. *num.* 14. & alii allegati per Reg. Matheu *de re crim. cont.* 46. *nu.* 5. & prosequitur *num.* 15. rejectis in contrarium opinionibus (pro arbitraria inspecta qualitate expendentis, inclinat dictus Peguera *in prax. cap.* 16. *num.* 11. cum Menoch. *de arbitr. cent.* 4. *lib.* 2. *cas.* 316. *nu.* 60. & 61.) recitat Luca ad Franc. *dec.* 401. *num.* 2. *vers. Expendentes* (qui rem declarat *n.* 3.) Merlinus *cont. par.* 2. *cap.* 26. Conciol. *resol. crim.* 4. *ver. Moneta*, *num* 15. Farinac. *in prax. qu.* 115. *num.* 127. ubi docent, ea procedere in terminis simpliciter expendentis monetam falsam, scienter eam falsam esse, secus autem in expendente monetam falsam acceptam ab ipso falsario, quem non ignorat eam adulterasse, in cujus utilitatem cæteros decipit, cum enim is conscius, ac particeps sit ipsius criminis, auxilium præstans nummos adulterinos conficienti, pœnam ordinariam tanquam particeps totius criminis incurrit, sequitur Merlinus *cont. p.* 2. *d. cap.* 26. *nu.* 16. *& seq.* sentit Mastril. *de indult. cap.* 27. *num.* 20. Reg. Matheu *de re crim.* 4. *cont.* 46. *num.* 6. Conciol. *d. resol. crim.* 4. *ver. Moneta falsam n.* 15. ubi id intelligit, præcedente pacto, & tractatu inter fabricatorem monetæ, & expendentem, & refert Luca *d. dec.* 401. ad Franc. *nu. fin.*

24 Expendentem falsam monetam in parva quantitate puniri pœna extraordinaria, admisit N. Senatus in casibus relatis à Reg. Cortiada *d. dec.* 87. *num.* 35. quibus adde sic conclusum, die 7. Decembris 1592. advertsus Gabrielem N. apud quem fuerunt reperti nummi adulterini, & falso fabricati summæ quatuor ducatorum ultrà, qui referente Magnifico Francisco Ubac, fuit condemnatus, quod duceretur per loca solita præsentis Civitatis, & ad servitium Regiarum Triremium remigando ad septennium. Et die 12. Julii 1616. contra Muthiam N. ferrifabrum Villæ Sancti Petri de Auro Diœcesi Vicen. delatum, & inculpatum, quod die 29. Januarii tunc proximè dimissi in præsenti Civitate Barcinonæ, fuit deprehensus cum quantitate septem regalium monetæ falsæ, & falso fabricatæ, vulgo *de ardits del molinet*, & quod paulò antea expenderat ejus monetæ duodecim *ardits* per Nobilem Franciscum Roix & Mendoza, fuit conclusum ex majori parte, quod dictus Mathias N. banniretur à præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rosilionis, & Ceritaniæ per triennium; est in lib. concl. fol. 90. Et die 4. Martii 1617. contra Antonium Viola mercerium loci de Siran Diœcesi de San Folch de Bernis Regni Franciæ, delatum, & inculpatum; quod die 25. Junii 1616. fuit apprehensus in Villa de Cardedeu, cum quadraginta regalibus simplicibus, & decem & septem solidis dictis *de molinet* falsis, & adulterinis stanneis, & plumbeis, ex quibus aliquos expenderat, & per Rollan R. S. fuit conclusum ex majori parte, quod dictus Antonius Viola condemnaretur ad servitium Regiarum Triremium remigando per quinquennium.

Et adhuc expendens immunis erit à pœna, si à quo monetam habuerit, docear. Marin. ad Revert. *obs.* 207. Novar. *in collec. ad prag.* 2. *nu.* 6. *collec.* 3. *de moneta*, Farinac. *in prax. q.* 115. *num.* 145. Manfrella ad Latro *lib.* 2. *dec.* 179. *n.* 10. Reg. Math. *de re crim. cont.* 46 *n.* 21. (ubi per integram controversiam agit de concubinis expendentibus falsam monetam à concubinario fabricatam) & si sit homo bonæ famæ sufficit, quod alleget, quamvis non probet, Farinac. *d. quæst.* 115. *num.* 148. Conciol. *d. resol.* 4. *num.* 5 præsertim si sit mercator, qui non potest recordari, cum à diversis recipiat pecunias, & quantitas sit modica, qui non punietur, Luca ad Franc. *d. dec.* 401. *n.* 3. & infra Nos *num.* 50. *cum seqq.* ubi videas. 25

Pariter etiam tondentes, radentes, seu diminuentes monetam auream, seu argenteam, pœna extraordinaria puniuntur, Peg. *dec.* 86. *num.* 4. Cabal. *resol. crim. cas.* 191. *num* 4 & 5. qui loquitur, attento jure communi, ut recitat Scialoya *in prax. for. jud. cap* 3. *num.* 131. Rovitus *prag.* 1. *de moneta*, *nu.* 6. qui loquuntur in radente monetam in magna quantitate, insequendo Peguer. *d. dec.* 86. *n* 4. ut notat Manfrel. ad Latro *lib.* 2. *dec.* 179. *nu.* 7. & Luca *d. dec.* 401. *n.* 1. *ver. Et licet.* 26

Ac etiam licèt imponatur eis pœna mortis naturalis *in cap.* 39. Regiaru præconizationum, ut notat idem Peguera *in prax. crim. cap.* 16. *num.* 9. & declarat Reg. Cortiada *dec.* 87. *num.* 26. *cum seq.* & de jure digestorum, *ex l. quicumque* 8. *ff. ad leg. Cornel. de fals.* & Codicis jure, *ex l. fin. C. de veter. nummis. pot. lib.* 11. *l. unica*, *C. Theod. de ponderat.* probat Reg. Matheu *de re crim cont.* 47. *num.* 2. & de jure Hispaniæ, *num.* 6. *cum seq.* attamen respectu *d. cap.* 39. in radente, vel tondente monetam disponentis, intelligendum erit in tondente, vel radente monetam in magna quantitate, secus in minima, qui puniendus venit pœna extraordinaria, seu alia minori, ex Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 2. Farinac. *in prax. quæst.* 115. *num.* 111. *& seqq. & num.* 139. (ubi docet, qualis in hoc casu dicatur parva quantitas) Cabal. *resol. crim. cas.* 119. *num.* 20. Peguera *dict. dec* 86. *in fine*. Massin *de confis. bon. d. quæst.* 6. *num.* 39. *& seqq.* Conciol. *resol. crim.* 5. *num.* 9. *ver. Moneta falsa.* 27

Ex quibus sic perpensis, concepta fuit differentia inter fabricantes monetam, & inter eam tondentes, minuentes, vel expendentes, quia licèt hi non puniantur pœna ordinaria, propter modicitatem quantitatis tonsæ, vel diminutæ, non tamen ea procedunt in fabricante monetam, cujus delictum gravius considerator. 28

Secundò; quia DD. de hac materia agentes, hanc communiter limitationem non assignant, quoad fabricantes, ut sunt citati à Reg. Cortiada *d. dec.* 87. *num.* 30 quod repetit *num.* 39. qui loquuntur de radentibus, vel diminuentibus, dempto Peguera, qui *in dec.* 86. *num.* 5. eam amplectitur in fabricante, ex doctrina Bossii *in tract. de falsa moneta*, num. 4. qui loquitur in statuto generaliter prohibente falsæ monetæ fabricationem, quod non comprehendit monetam minimam, & æneam. Et dictus Peguera *in dec.* 46. ubi de fabricante monetam agit, inter limitationes, præhabitam non adducit, sed in *dec.* 86. ubi de tondente edicebat. 29

Nec exemplaria relata à Reg. Cortiada *dict. dec.* 87. *num.* 39. his obstare videntur. Non primum 9. Novembris 1607. quia fuit contra inquisitum, qui signo litteræ B, signavit nummus falsos Barcinonæ, usque ad summam septem solidorum, & quatuor denariorum, & ideò, ob modicitatem, quia non erat propriè fabricator, debuit extra ordinem puniri. Non secundum 5. Septembris 1606. quia fuit contra minorem, qui sciens sculpsit signa Civitatis Gerundæ in instrumentis monetalibus, & aliquos ex nummis dealbavit; undè cum non esset verè fabricator, & esset minor, condemnatus non fuit ad pœnam ordinariam, & comprobat Reg. Cortiad. *d. dec.* 87 *num.* 52. & notat Reg. Matheu *de re crim. cont.* 45. *tot.* ubi tradit decisum in fine controversiæ, & ob minorem ætatem, etiam fuit condemnatus ad pœnam extraordinariam 21. Januarii 1683. referente Magnifico Bernardino de Puig I. R. C. in actis Famada Not. Joannes N. oriundus loci de Lasut Diœcesi Urgelen. delatus, & inculpatus, quod de mense Novembris anni 1681. in Villa de Valdomar ejusdem Diœcesi. in domo Mathiæ N. agricolæ dictæ Villæ fabricavit diversa regalia de octo, & die 23. Junii 1682. Cum quibus fuit apprehensus, & extitit condemnatus ad servitium Regiarum Triremium remigando *ad quinquenium*, in quo exemplari non erat plena probatio delicti. 30

Sed

31 Sed quidquid ſit de veritate antedictorum, quoad fabricantes; cum plures exiſtiment in moneta falſa ænea, ratione modici valoris, illos excuſari à pœna mortis, ex quibus, aliquos jam ſupra allegavimus, & poſt eos citantur pro hac opinione, Menoc. *de arbit. caſ.*316. *num.*33. Decian. *tr. crim. lib.*7. *cap.*27. *num.*2. *in fin.* Farinac. *in prax. q.*115. *num.*9. (ubi contrarium dicit ſervari in alma Urbe, vigore ſtatuti, & in ſtatu Eccleſiaſtico, vigore bannimentorum Generalium) Barboſa *de poteſt Epiſc. alleg.*51. *nu.*63. Cabal. *reſol crim. caſ.*199. *num.*19. Scialoya *in prax. torq. reos cap.*12. *n.*31. & *in prax. for. judic. cap.*3. *num.*131. & poſt hos allegatos, Conciol. *reſol. crim.*2. *ver. Moneta falſa*, *n.*9. Maſtril. *de indult. c.*27. *n.*12.

32 Etſi contrariam teneant Sanfel. *lib.*1. *dec.*59. ubi fabricans falſam monetam æneam modici valoris, in qua imaginem Principis inſculpſit, punitus traditur pœna ultimi ſupplicii.

33 Reg. Matheu *de re crim. cont.*44. *num.*17. qui ait, quod in materia falſificationis monetæ, nunquam poteſt verificari parvitas materiæ, ad excuſandum inquiſitum à pœna delicti ordinaria, ex Solorz. *in emblem* 81. *n* 3. Gothof. *in l. fin. C. Theod. de falſ. monet.* & in fine controverſiæ contra fabricantem, tradit deciſum.

34 Ac etiam laqueo ſuſpenſum recitat, qui æneam monetam duorum Turonenſium cuſſerat, Novar. *lib.*1. *q.*147. *num.*9. *ver. Sed M. C. V.* & notat R. Cortiada *d. deciſ.*87. *nu.*38. (à qua recedit *nu.*39.) quando in falſa moneta ænea modici, & viliſſimi valoris, imago Principis ſculpta eſt, allegans Farinac. *conſ.*48. *nu* 25. Sanfel. *d. deſ.*59. *n.*4. Thoro *in ſupl. dec. ver. Fabricans pag.*218.

35 In contingentia facti, conſiderata fuerunt. Primo, quod generaliter in præconiis Regiis publicari ſoliti in hoc Principatu in ingreſſu Locumtenentium generalium, imponitur fabricantibus monetam, pœna mortis *in c.*39.

36 Secundò, quia attenta qualitate perſonarum, & loci in facto controverſo, non potuit dicta quantitas judicari modica Farinac. *qu.*115. *num.*139. Alex. *conſ.*121. *n.*5. *lib.* 7. ubi hæc relinquit arbitrio Judicis, attenta qualitate perſonæ, & negotii.

37 Tertiò; quia dictus inquiſitus fuit viſus actu ſufflando cum follibus, ex quo apparebat, plures ultra jam factos, & impreſſos cudere velle; & hinc conſiderari poſſe cenſeo, quod ultra nummos perfectos, bracteas ad fabricandum aptas habebat, quas præventus perficere non potuit, quo in caſu fabricans à pœna mortis non excuſatur Cabal. *reſol. crim. caſ.*27. Latro *conſult.*6. *num.* 113. (dicens, quod Grammaticus in hoc caſu non potuit obtinere negationem) & *dec.*179. *num* 24. *lib.*2. Maſtril. *de indult. cap.*27. *num* 13. Maſſin. *de confiſc. bon. qu.*6. *num.*29 Farinac. *in prax. qu.* 115. *num.*92. & *ſeqq.* ubi id limitat, quando moneta eſt ſolùm percuſſa, ſed non formata, & quando illa non eſt perfecta pœnitentia fabricantis, ſecus ſi fabricans à Curia præventus illam perficere non potuit, quia tunc pœna ordinaria punitur Conciol. *reſ. crim.*2. *ver. Moneta num.*6. Danſa *de pœ. D. D. tom.*1. *tit. de falſa moneta cap.*1. *à num.* 39. Luca ad Franc. *dec.*440. *num* 3. (qui ita rem declarat. *cum l. qui falſam* 19. *ff. ad leg. Cornel. de falſis*, ibi: *Nam ſi totum formare voluerint, ſuffragio juſtæ pœnitentiæ abſolvuntur*, quam intelligit procedere quando potuit pœnitere falſificantem; ſecus ſi non perfecerit propter ſupervenientem capturam) Franc. *de cont. inter Epiſc. & Reg. ſuper Bulla Urbani* 8. *tit. de monetariis n.*1272. ubi Paſqualigius *nu. ſeq.* qui plures allegat Giz ad Latro *d. dec.*179. *nu.*9. & ibidem Manfrella *n.*18. Reg Cortiada *d. dec.*87. *n.*41.

38 Quartum dubium fuit, an dictus Joannes N. ultra pœnam corporalem, eſſet condemnandus ad pœnam confiscationis bonorum, quæ dubitatio licèt fundaretur in verbis *uſat. ſimili modo moneta tit. de jure Fiſc.* ubi hæc pœna imponitur, & in privilegio conceſſo per Sereniſſimum Reg Petrum, Civitati Barcin. 4 Kal. Julii ſub *lib.*10. *de las prag y altres drets reals tit.*5. *de moneda, forma, y valor de aquella*, ubi fuit eadem pœna impoſita contra fabricatores, & conſores monetæ fabricatæ in ſicca dictæ Civitatis: attamen; quia dicta pœna non eſt uſu recepta, ut firmat Peguera *in prax. cap.*16. *num.*2. *ver. Sed ſcias*; nam per ſupervenientes Conſtitutiones, quibus cavetur neminem poſſe in perſona, & bonis condemnari, ut eſt Conſtitutio 4. *tit. dels bens dels condemnates* fuit uſatico derogatum, docet R. Cortiad. *dec.*87. *n.*19.

39 Rurſus, quia privilegium illud ſolum loquitur de fabricantibus monetam auri, & argenti in Sicca Civitatis Barcinonæ, ut ex præambulo ejuſdem colligitur, ex quo cauſâ finalis, & totus actus judicatur Cancer. *var.*3. *cap.*3. *num.* 402. Theſaurus *lib.*1. *qu. forenſ. qu.*1. *tota* Caſtillo *tom.*4. *cont. cap.*47. Valenz. *conſ.*119. *nu.*98. *tom.*2. Capic. Galeota *tom.*2. *cont.*47. *à nu.*1. Gratian. *diſcept. forenſ. to.*5. *cap.*809. *num.*8. Molin. *de Hiſp. primog. lib.*1. *cap.*5. *in princ.* & ibi Maldonado, & Pardo.

Et contra fabricatores, & conſores dictæ monetæ æneæ 40
fabricatæ in dicta ſicca apponitur tantum pœna mortis in edictis Regiis *c.*39. prout ſic obſervatur in R. C. ubi fabricator falſæ monetæ, tam auri, quam argenti, ſolum condemnatur in perſona, ut evenit in concluſionibus relatis à R. Cortiada *d. dec.*87. *nu.*19.

Hoc conſiderato, quod ſi moneta eſt auri, vel argenti 41
de ea; quæ fabricatur in dicta ſicca, ultra pœnam mortis condemnantur ad confiſcationem bonorum, ut in concluſione relata per Reg. Cortiada *dict. num.*19. contra Joannem Ters 14. Februarii 1614. qui cum eſſet condemnatus pro fabricatione falſæ monetæ argenti, vulgo *ſous de Molinet*, quos fabricabat Civitas Barcinonæ in dicta ſicca, fuit concluſum, quod confiſcarentur omnia ejus bona, & applicarentur Regiæ Curiæ, ut ibi: *Die* 14. *Februarii* 1614. *in facto F. P. R. C. adverſus, & contra Joannem Ters ſartorem loci de Serrameſau Digceſ. de Comenja Regni Franciæ, delatum, & inculpatum de fabricatione falſæ monetæ ſolidorum Barcinonæ del Molinet in domo Franciſci Sala Magiſtri domorum, ſita in eadem Civitate, de menſe Januarii proxime elapſi, & de fabricatione eiuſdem monetæ die* 4. *præſentis menſis Februarii in domo Magdalenæ Ramoneda, & Rius, ſita in dicta Civitate, facta relatione per Roca I. R. C. meritis proceſſus attentis, & aliàs fuit concluſum, quod eſt reus mortis, & quod condemnetur, quod ſuſpendatur in alta furca laqueo per collum, taliter quod naturaliter moriatur, & illius anima illico ab ejus corpore ſeparetur, & quod poſt latam ſententiam & ante illius Realem exequutionem torqueatur in caput ſociorum fabricationis dictæ monetæ, fautorum, & coadiutorum, & quod omnia ejus bona confiſcentur, & applicentur Regiæ Curiæ*, & ſic eſt intelligendus in alio exemplari, quod allegat Cort. in eodem *num.*19. facto, ut ibi: *Die* 13. *Novembris* 1612. *in facto F. P. R. C. adverſus, & contra Carolum N. delatum, & inculpatum de fabricatione falſæ, & adulterinæ monetæ argenteæ ſolidorum Barcin. vulgo dictorum del Molinet, facta relatione per Rollan, meritis proceſſus attentis, & aliàs fuit concluſum, quod declaretur, bona dicti Caroli N. eſſe confiſcanda, & arariis Regiæ Curiæ applicanda, & quod expediantur commiſſiones, præconia, & alia opportuna.*

Et licèt fuiſſet ſupplicatum ab articulo confiſcationis fuit dictum, ibi: 29. *Novembris* 1612. *in facto ſup. obla. pro parte Marianæ N, qua in effectu ſupplicat à ſententia confiſcationis bonorum contra Carolum N. eius virum, referente Magnifico Michaele Rollan Judice Regiæ Curiæ, lata die* 13. *currentis menſis in vim uſatici Barcinonæ incipientis Monetæ, fuit concluſum, quod fiat crux dictæ ſupplicationi in forma ſolita*, undè ſequitur quod cum dictus inquiſitus in facto occurrenti non eſſet de iſta fabricatione monetæ imperitus, non potuit condemnari ad confiſcationem, ſed ad mortem naturalem.

Sic fuit concluſum in R. C. ref. Magnifico, & Nobili 42
Joſepho Balaguer Tertiæ Aulæ in locum Relatoris prædicti (qui ab hoc ſæculo migravit) quod dictus Joannes N. delatus, & inculpatus de fabricatione falſæ monetæ æroſæ Barcinonæ nuncupatæ *Ardits* de menſe Novembris 1660. in ovili juxta domum Jacobi Marſet agricolæ loci de Rocafort ſito, & de fabricatione ejuſdem monetæ in aliis diverſis locis, & de aliis delictis, & criminibus, erat reus mortis, & quod ſuſpendaretur in alta furca laqueo per collum, donec naturaliter moreretur, & ejus anima illico à corpore ſepararetur, & quod poſt latam ſententiam, & ante illius exequutionem torqueretur in caput ſociorum fabricationis dictæ monetæ, fautorum, coadjutorum, & expendentium, & de aliis criminibus, & delictis, de quibus diffamatus exiſtebat, dies concluſionis fuit 28. Februarii 1667. Scriba cauſæ Famada.

Poſtea fuit dictus Joannes N. tortus, & in tortura fuit 43
confeſſus prædictam fabricationem, atteſtans in complicem fabricæ Iſidrum N. in ovili, illa vice, & alia hujus generis; quare referente Nob. Joſepho Ferrer I. R. C. fuit agitata cauſa dicti Iſidri N. contra quem habebat Fiſcus tres teſtes conteſtes, & depoſitionem dicti Joannis confirmatam in tortura, ex quibus videbatur eſſe condemnandum ad eandem pœnam mortis, pro ut condemnatus fuit ſocius, & hujus

voti

voti fuit Nob. Josephus Martí de Ferran tertiæ Aulæ Doctor; verumtamen conclusum fuit ex majori parte aliorum Regiorum Senatorum, quod dictus Isidrus N. condemnaretur ad servitium Regiarum Triremium remigando in perpetuum die 17. Octobris 1667.

44 Moti fuerunt domini ad excusandum inquisitum à pœna mortis. Primò, quia dictus Joannes N. in tortura, quando narravit factum dictæ fabricationis (hoc forte evenit errore Notarii) dixit fuisse de mense Novembris 1663. & dicti tres testes deponebant de anno 1660. Secundò, quia dicti testes deposuerunt, ut habetur in processu, quod quando ipsi intraverunt ovile, viderunt dictum Isidrum sedentem in quodam scanno in manibus gestantem quasdam magnas forpices, vulgo *estisores* ad scindendos nummos, vulgo *ardits*, & dictus Joannes tortus deposuit, quod eo tunc sedebat dictus socius in terra, *estirant actualment uns sisens per a fer, y fabricar ardits falsos, ab unas estanallas, que tenia en las mans*, qui cum esset testis Fisci, multum aliorum fidem diminuebat, Guaz. *def.* 33. *cap.* 14. *à num.* 11. Farinac. *in prax. qu.* 62. *n.* 214. & 237. Giurba *cons.* 84. *n.* 10. Sperel. *dec.* 69. *n* 48. & 49. *par.* 1. Conciol. *resol. crim. ver. Testis quoad dicta resol.* 16. *n.* 12. *cum seqq* nec cum aliis contestasse dici poterat. Tertiò, quia Fiscus contra dictum Isidrum nulla alia poderabat, nec malam famam, neque qualitatem malam in eodem genere, nec erat confessus, pro ut fuit ejus socius ad mortem damnatus.

45 Quartò, quia post mortem d. Joannis principalis, fuerunt pro parte inquisiti, deductæ, & probatæ ferè innumeræ exceptiones contra personas dictorum testium, ex quibus viles, infames, & delinquentes remanserunt, & judicantium animum ad pietatem inclinarunt, & inter alia præcipuè, quod cùm declararent delictum perpetratum de anno 1660. nihil de eo dixerunt, usque ad annum 1664. contra obligationem revelandi, & accusandi, quam habebant, ut infra dicetur, & ut deposuit dictus Joannes, tacuerunt mercede corrupti, & sic eorum dicto postea non esse standum, & si veritatem deposuissent, probant ad *tex. in cap.* 1. ut ibi notat glos. & Doctores *de testibus*, Farinac. *in prax. quæst.* 67. *num.* 236. Giurba *cons.* 64. *num.* 27. Conciol. *resol. crim.* 19. *verb. falsum*, *num.* 6. quare visum fuit ex his à pœna ordinaria mortis dictum Isidrum excusandum esse, & ad pœnam extraordinariam, ordinariæ proximam esse descendendum, scriba Famada.

46 Tandem tractata fuit causa, quoad interesse dicti Jacobi consilii criminis, & dubium fuit, qua pœna esset plectendus, quia plenè constabat fuisse conscium ejusdem facinoris, in quo articulo, ut certum supponendum est, quod licet regulariter sola scientia criminis non puniatur, *ex l. culpa caret 59. ff. de reg. jur.* nihilominus quando est contra Principem (pro ut in casu) tnam ducit obligationem revelandi, & ex sola scientia punitur, *ex l.* 1. *C. de fal. moneta*, *l.* 9. §. 1. *ff. ad l. Cornel. de falsis*, Bart. *ad dictam lib.* 9. *num.* 3. Decian. *tractat. crim. lib.* 7. *cap.* 25. *num.* 2. Farinac. *q. quæst.* 115. *num.* 9. & 40. Peguera *decis.* 46. *in fine*, Bajard. ad Clar. § *falsum*, *num.* 324. Tuscus *lit. M. concl.* 354. *num.* 22. Larrea *alleg. fiscal.* 65. *num.* 39. ubi quod solum excusatur dominus domus ubi fabricatur falsa moneta, si cum primum id sciverit, manifestaverit, *ex d. l.* 1. *C. de falsa moneta*, ibi: *Nisi dominus ante ignorans, ut primum reperit scelus prodiderit perpetratum*; quod est valdè notandum, quia non solùm punitur, qui delictum cognoverit, & non manifestaverit, sed etiam qui etsi ignoraverit, debuit inquirere, quæ in domo geruntur, ex verbis *d. l.* ibi: *Tutores autem eorum, si in proximo fuerint, quoniam ignorare eos, quid in rebus pupilli geritur non oportet, hæc pœna expectavit*, faciunt tradita per R. Matheu *de re crim. cont.* 47. *n.* 14. *cum seq.* Conciol. *resol. crim. ver. Falsa moneta*, *num.* 3. Luca ad Fran. *decis.* 401. *n* 1.

Quo supposito, concordant omnes DD. quod ista pœna
47 non est ordinaria delicti, sed extraordinaria Judicis arbitrio, Clar. §. *fin. quæst.* 87. *num.* 2. *in fin.* ubi exhortatur, ut potiùs benignitate, quàm severitate Principes utantur, & Decianus *d. num.* 2. dicit, quod conscius punitur, si non revelat, sed multo magis si sit particeps; sed quæ sit ista pœna extraordinaria, videndi DD. *l.* 1. *C. de fals. moneta*, Farinac. *quæst.* 115. & ab eo citati *num.* 40. Faber *in Cod. tit.* 15. *de falsa moneta*, *lib.* 9. *diff.* 6.

48 Die 17. Octobris 1667. in facto F. P. R. C. contra Jacobum N. delatum, & inculpatum, quod erat conscius fabricationis monetæ æneæ, vulgo *ardits*, quæ fabricabatur in quodam ovili juxta domum eiusdem, & quod non denunciavit, nec impedire curavit dictam fabricationem, facta relatione per Ferrer, ex majori parte fuit conclusum, quod declaretur, quod dictus Jacobus N. condemnetur ad serviendum in Regiis Triremibus remigando per quinquennium.

Considerata fuit in hac causa frequentia hujus delicti, ob 49
acerbitatem pœnæ, juxta tradita à Peguera *decis.* 40. *nu.* 7. R. Cortiada *dec.* 96. *n.* 65. *in fine*.

Verùm enim; quia supra *num.* 20. diximus in exemplari relato contra Antonium N. delatum de fabricatione falsæ 50
monetæ, constare inter alia de repertura instrumentorum cudendi fallam monetam; ideò, quæ de hoc indicio agunt DD. aliqua tradenda non omittimus; inquiunt enim, quod repertura falsæ monetæ indicium facit ad torturam, Latro *lib.* 2. *d. decis.* 179. *num.* 31. Pro ut etiam, si in domo inquisiti reperiantur instrumenta ad falsas monetas cudendas, apta, indicium oritur ad torturam, Bossius *in tit. de falsa moneta*, *n.* 7. Franc. *dec.* 440. *n.* 1.

Dummodò simul cum illa inventione concurrat mala fa- 51
ma inquisiti, Mascardus *de probat. concluf.* 1066. *num.* 9. & 10. Thoro *in compend. decis. par* 3. *sec.* 2. *ver. Monetarii, circa medium*, Matinis ad Revert. *decis.* 207. *num.* 1. Manfrella ad Latro *d. decis.* 179. *num.* 10. Luca ad Franc. *dec.* 401. *num.* 4. & *decis.* 440. *num.* 4. (ubi verius existimat, quod inventio instrumentorum non aliter sufficiet ad torturam; sed exigitur potissimùm materia, hoc est aurum, & argentum, & similia, *ex l.* 1. *C. de vet. numis. potest. lib.* 11. Deciano *lib.* 7. *tit.* 2 *de fals. monet. n.* 6. Catal. *de indult. lim* 2. *cap* 28. *num.* 48. & quod requiritur etiam mala fama inquisiti) & infra citandi, & aliàs allegati in expendente, supra *num.* 25. ubi videas.

Bona verò fama indicium illud excludet, Guaz. *def.* 4. *cap.* 52
9. *nu.* 6. Giurba *cons. crim* 85. *num.* 29. (ubi agit per integrum consilium de uxore præstante auxilium marito in tonsione, & diminutione monetæ, de qua re etiam Mastril. *dec.* 246. Sansel. *decis.* 276. *num.* 4. Scialoya *in prax. foriud. cap.* 3. *nu.* 131.] Franc. *de controv. inter Episc. & Regul. super Bulla Urbani Octavi, tit. de monetariis*, *num.* 1267. ubi Pasqualig. *numer.* 1268. ubi idem dicit de instrumentis, quibus monetæ conduntur apud aliquem, repertis.

Non sufficiet tamen quælibet, & vulgaris bona fama, requiritur enim, quod sit notabilis, & vehemens, & ma- 53
ximè si nesciat reus rationem reddere, quomodò dicta instrumenta, vel moneta ad eum pervenerit, Decianus *lib.* 7. *tract. crim. cap.* 26. *num.* 6. qui in hoc multum tribuit Judicis arbitrio, Guaz. *def.* 4. *cap.* 9. *num.* 9. Giurba *cons. crim.* 85. *num.* 29. (ubi quod nemo tam vilis est, & infimæ conditionis, aut perditæ vitæ, qui aliquos non reperiat testes, bonam ejus famam deponentes) Manfrella *lib.* 2. ad Latro *decis.* 179. *num.* 24. *cum seqq.* Conciol. *resol. crim* 6. *num.* 1. *ver. Fama*, & *resol.* 4. *per totam*, *ubi ample de materia*, *ver. Falsa moneta*. Franchis *de contro. inter Episcop. & Regul. super d. Bulla Urbani* 8. *tit. de monetar. num.* 1269. Luca ad Franc. *dec* 440. *in fine*.

Ex supradictis colliges intelligentiam, cap. 39. Regiatum præconizationum, ubi imponitur pœna Triremium illis, penès quos fuerint reperta instrumenta monetalia quod non indistinctè observandam censeo; sed cum declarationibus ante positis.

DECISIO UNDECIMA.

ARGUMENTUM.

Vulnerans, an teneatur de occiso; an de vulnere; pro dubio, an vulnera fuerint lethalia, vel non, & vulneratus decedere præsumatur ex vulnere, vel ex alia causa, controvertitur, & nostri Senatus recitatur resolutio, concilianturque *tex. in l. Item Mela* 11. §. *Celsus, & l. hunc scripturæ* 15. §. 1. *ff. ad leg. Aquil. cum l. ita vulneratus* 51. *ff. eod. tit.* ubi etiam cui relationi peritorum sit standum, data inter eos paritate circa explicationem vulnerum. Expressantur etiam coniecturæ pro reo, & aliæ

pro Fiſco, ex quibus infertur; an vulneratus deceſſerit ex vulnere nec ne. An vulnerans proditoriè, gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, & qua pœna teneatur, cum forma relationis à peritis facienda in delicto vulnerum pro corpore delicti.

SUMMARIUM.

1 *Percutiens, vel vulnerans, quando percuſſus deceſſit ex vulnere, tenetur de occiſo; ſecus ſi alia de cauſa; quia tunc tantum tenetur de vulnere.*

2 *Si ex relatione peritorum conſtat vulnus eſſe omninò lethale, & ſequitur mors, quamvis fuerit ex intervallo, dicitur mors ſequuta ex vulnere, & vulnerans tenetur de occiſo, quod ampliatur, & ibi aliqua de vulneribus lethalibus referuntur.*

3 *Si ex relatione peritorum conſtat, vulnus eſſe ut plurimum lethale, & ſequitur mors, niſi probetur mala cura, aut negligentia, tenetur vulnerans de occiſo.*

4 *Si vulnus eſt à notorio lethale, ut in illis, qui cerebrum, ſpinalem medullam, hepar, ſeptum tranſverſum, cor, veſiccam, inteſtina, pulmonem, venam cavam, vel arteriam habent offenſam, vel laceratam, ſequuta morte tenetur vulnerans de occiſo, & præſumitur, vulneratum ex vulnere deceſſiſſe, nec excuſatur inquiſitus ex cauſis, quæ ibidem explicantur.*

5 *Si conſtat, vulnus non eſſe lethale, tunc præſumitur deceſſiſſe vulneratum non ex vulnere; ſed ex alia cauſa, puta ex malo regimine, ſeu ex culpa medici; etiam ſi vulneratus moriatur intra paucos dies.*

6 *Conſtare dicitur de non mortalitate vulneris, non ſolùm ſi hoc pateat ad ſenſum, & per evidentiam facti, puta, quia ſit in manu, vel brachio, ſed etiam ſi ſit in aliqua parte periculoſa, & medici referant non eſſe mortale.*

7 *Standum eſt in hac re peritorum relationi, etſi in loco non inveniatur niſi unus medicus ejus dicto ſtabitur, imò, & de conſuetudine, quidquid ſit de jure, unus medicus, vel peritus ſufficiet, ubi etiam plura de horum peritorum nominatione, & relatione.*

8 *Quando adeſt dubium, an vulnera ſint lethalia, vel non, an præſumatur vulneratus deceſſiſſe ex vulnere, vel alia cauſa, prima eſt opinio, ſequuta morte præſumi, vulneratum deceſſiſſe ex vulnere, non probata aliqua cauſa, ubi rationes hujus opinionis aſſignantur.*

9 *Alia eſt opinio huic contraria, in dubio judicandum eſſe pro reo, quod vulnerans non deceſſerit ex vulnere; quia in dubio favendum eſt reo.*

10 *Alia eſt opinio conciliatrix, videlicet, quod, aut dubium, an vulnus ſit mortale, procedit, eo quia nulla ſunt facta probationes ſuper illo, nec à Fiſco, nec à reo, & tunc nulla apparente præſumptione in favorem rei, vulneratus præſumitur deceſſiſſe ex vulnere.*

11 *Aut adhibiti ſunt periti, qui inter ſe diſcordant, & pares ſunt, & hinc inde ſunt probationes, & tunc judicandum eſt in favorem rei, ubi rationes aſſignantur.*

12 *Impugnatur hæc diſtinctio.*

13 *Refertur doctrina Peguera in hac controverſia, & eſt, quod aut non conſtat de aliqua negligentia in curatione infirmorum, & tunc vulneratus ex vulnere deceſſiſſe præſumitur, & vulnerans tenetur de occiſo; quia vulnus præſumitur lethale ex effectu ſequuto, qui enim negligentiam allegat, illam probare debet.*

14 *Et tunc quas circumſtantias debeat Judex conſiderare, proſequitur Peguera, & obſervat noſter Senatus.*

15 *Deciſio Senatus.*

16 *Quando diſcrepant periti, & ſunt pares, eligendi ſunt peritiores ad retractandam paritatem, relatio peritorum non tranſit in judicatum, recipitque probationes in contrarium, etiam didiſcitis teſtificatis.*

17 *Exempla negligentiæ in curatione vulnerati recitantur, & num. 18.*

19 *Conjectura pro Fiſco, ex quibus vulneratus dicitur mortuus ex vulnere, expreſſantur.*

20 *Vulnerans, ſeu percutiens aliquem proditoriè, aut per inſidias, aut deliberatè, etiam animo non occidendi, confugiens ad Eccleſiam, non gaudet immunitate, cum declaratione contentionis.*

21 *Vulnerans aliquem proditoriè, punitur ad Triremes, deciſio Senatus.*

22 *Alia deciſio Senatus.*

23 *Forma relationis peritorum in delicto vulnerum, pro corpore delicti.*

NON omnis, qui lethaliter vulneratus eſt, moritur, *l.* 1 *1. §. ult. ff. ad S. C. Silan.* ſicut nec omnis moritur, cui lethalis morbus eſt, teſte Galeno *lib. 6. aphoriſm. Hippoc. aphoriſm.* 18. Ideò propterea, an percuſſus, ſeu vulneratus præſumatur mortuus ex percuſſione; an verò ex alia cauſa, agitata eſt controverſia; quando præſumitur deceſſiſſe ex vulnere, percutiens tenetur de occiſo, *l. ait, lex* 21. *§. quod ſi mortiferè, l. ſi ita vulneratus* 51. *in principio, ff. ad leg. Aquil.* ſecus ſi alia de cauſa; quia tunc tantum de vulnere percutiens tenetur, *l. qui occidit* 30. *§. fin. l. ſi ex plagis* 52. *in principio*, inducendo illam à contrario ſenſu, *ff. d. tit.* Nigro *contro cap.* 394. *in principio, & num.* 73 *cum ſequentibus*, Laganarius ad Rovirum *ſuper prag.* 2. *de cir. in fine*, Muta *deciſ.* 27 *num.* 7 *cum pluribus ſeqq.* Guaz. *def.* 4. *cap.* 10. Farinac. *quæſt.* 127. *num.* 10. Bonden. *de jure contro. colluc.* 46. *n.* 23. & 24.

Plures caſus conſtituerunt Doctores, quos recito, ut 2
facilior foret ſuſceptæ rei exitus. Sit primus, ſi ex relatione peritorum conſtat, vulnus eſſe omninò, vel de neceſſitate lethale, & ſequitur mors, quamvis fuerit ex intervallo, dicitur mors ſequuta ex vulnere, & tenetur vulnerans de occiſo, Guaz. *def. reor. d.* 4. *cap.* 10. *num.* 2. *& ſeq.* Peguera *deciſ.* 14. *num.* 2. *& ſeq* quamvis conſtet de mala cura, & negligentia, Peguera *deciſ.* 78. *num.* 4 *& num.* 16. Clarus *in §. homicidium, num.* 42 Farinac. *conſ.* 100. *num.* 6. & 31. *d. quæſt.* 127. *num.* 11. & 12. & 17 & *num* 91. Giurba *conſ.* 84. *num.* 27. Citiac. *cont.* 394. *poſt princ.* & pluribus laudatis Conciol. *reſol. crim. verbo vulnus, reſol.* 1. *num.* 5. *uſque ad* 7. Matin. ad Rever *deciſ.* 15. *n* 2 ſiquidem certitudini ſtandum eſt, cum in claris, non ſit opus conjecturis, *l. continuus* 137. *§. cum ita, ff. de ver. Oblig.*

Vulnus lethale licèt in una corporis parte recipiatur, totum corpus occidit; tanquam morſus ſerpentis, qui licet modicus ſit, totum corpus deſtruit, Scaccia *de ſent. & re judic. gloſ.* 14. *quæſt.* 13. *num.* 79. Utrutigoyti *reſol. cap.* 16. *n.* 44. de hoc vulnere loquitur Ovidius in metamorph.

Cuncta prius tentanda eſt, ſed immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Et iterum lib. 2. de Ponto Eleg. 2.

Vulneris id genus eſt, quod cum ſanabile non ſit
Non hoc tractari, tertius eſſe putat.

Secundus, ſi ex relatione peritorum conſtat vulnus eſſe, 3
ut plurimum lethale, & ſequitur mors; niſi probetur mala cura, aut negligentia, tenetur vulnerans, de occiſo, ſentit Farinac. *d. quæſt.* 127. *num.* 18. *& ſeq.* & obſervat noſter Regius Senatus, quidquid dicat Guazzin *def. reor.* 4. *cap.* 10. *num.* 13. Notanter dicitur, & ſequitur mors, quia non ſequuta morte ex vulnere lethali, non tenetur vulnerans de occiſo, pro ut non tenetur de occiſo, quando poſtquam fuerit ab aliquo mortiferè vulneratus, mox ab alio occiditur, vel aliqua ruina ſuffocatur, Ricc. *par.* 4. *collec. deciſ.* 1456. Thoro *in compen. deciſ par.* 1. *ver. Vulnerans, per tex. in l. huic ſcripturæ* 15. *§.* 1. *ff. ad l. Aquil. cum qua concordat tex. in l. item* 11. *§. Celſus, ff. eod. tit.* ubi ſi alius mortifero vulnere percuſſerit, alius poſtea exanimaverit: priorem quidem non teneri, quaſi occiderit; ſed quaſi vulneraverit; quia ex alio vulnere periit: poſteriorem teneri; quia occidit, quibus non obſtat *tex. in d. l. ita vulneratus* 51 *eod. tit.* ubi Julianus docet, ſervum vulneratum eſſe ab uno, ex cujus ictu certum eſt moriturum eſſe, & poſtea ab alio occiſum, & utrumque de occiſo teneri exiſtimat, quia tex. iſte loquitur, quando vulnus eſſet de neceſſitate mortale, ut ibi: *Certum eſt moriturum eſſe*, ut in ſimili *tex. in l. in ratione* 11. *§. ſi ſervus ff. ad falcidiam*, ibi: *Qui moriente domino ea valetudine affecti fuerant, ut non poſſe vivere*

vere certum esset, Text. verò *in d. l. item* 11. §. *Celsus, & in d. l. huic scripturæ* 15. §. 1 *ff. ad leg. Aquil.* loquuntur de casibus, in quibus vulnus, etsi foret mortiferum, non tamen erat de necessitate lethale, nec certum omninò erat, de necessitate vulneratos esse morituros, & licèt posteà decesserint, dubium sic fuit, ex primis vulneribus obiisse, sed imò certum, ex ictu, vel ruina, supervenienti, sic sensit Gonzalez Tellez *ad cap. significasti* 18. *de homicidio, n.* 2.

4 Tertius casus est, si vulnus est à notorio lethale, pro ut explicat, ex Hipoc. *lib.* 2 *prænotionum, ver. Moriuntur illi*, Guazin. *in dicta defens.* 4. *cap.* 11. *num.* 7. in illis, qui cerebrum, spinalem medullam, hepar, septum transversum, cor, vesicam, intestina, pulmonem, venam cavam, vel arteriam, habent offensam, vel laceratam, comprobant Giurba *cons.* 51. *num.* 22. Farinac. *cons.* 100. *num.* 15. Thoro 2 *par. vot.* 3. *num.* 9. (qui dubitant de vulnere in intestinis illato, an sit ut plurimum mortale) Beyerlinck *in theat. vit. hum. ver. Vulnus* (subdens inter lethalia vulnera esse, quæ adeò magna sunt, ut multum sanguinis, ac spiritus vitalis simul effluant, quo fit, ut vires deficiant ocyùs, & vita ipsa corpus destituatur] Muta *decis.* 27. *num.* 17. Gonzalez Tellez *ad d. cap. significasti* 18. *de homic. nu.* 2. his verbis: *Sunt enim quædam vulnera insanabilia, veluti cordis percussio, quæ omninò hominem perimit. Julius Solinus Polyst. cap.* 3. *ibi: Convenit inter omnes corda primum ex universa formari carne, eamque in diem quintum, & sexagesimum crescere, deindè minui, ac ex ossibus spinas, ea propter capitale esse, si pars altera noceatur. Similiter percussio cerebri, medulla spinæ, item pulmonis percussio insanabilis est, nec non si diaphragma ruptum sit, nam diaphragma est musculus, qui dividit cor, & pulmones à liene, & jecore. Æquè etiam mortalia sunt vulnera, si arteria rupta sint, veluti arteria venosa, arteria vocalis, & arteria aspera. De quibus, & aliis vulneribus agunt Hippocrat. aphorism.* 18. *sent* 6. *ibi: Cui vesica perforata fuerit, aut cerebrum, aut cor, aut septum transversum, aut tenue quoddam intestinum, aut ventriculus, aut jecur, lethale est, Cornel. Celsus lib.* 5. *cap.* 26. *ibi: Servari non potest, cui basis cerebri, cui cor, cui stomachus, cui jecinoris porta, cui in spina medulla percussa est, cuique aut pulmo medius, aut jejunum, aut tenue intestinum, aut ventriculus, aut renes vulnerati sunt, sivè circa fauces grandes venæ, vel arteriæ præcisæ sunt. Alia autem vulnera sunt, quæ quamvis ad sanitatem vix perveniant, non tamen de eorum incolumitate desperatur*, quæ confirmat Barbosa *in d. cap. significasti*.

In his ergo casibus sequuta morte tenetur vulnerans de occiso, & præsumitur, vulneratum ex vulnere decessisse, Guaz. *def. reor.* 4. *cap* 12. *num.* 25. Farinac. *in prax. quæst.* 127. *num.* 93. Peguera *decis.* 78. *num.* 4. qui affirmat, quod nec se defendere poterit reus, quia nullus fuit adhibitus medicus, vel quia adhibitus fuit imperitus, neque propter aliquam culpam ab infirmo, quia licèt propter ista, fuisset mors accelerata; tenetur tamen vulnerans de occasio; sed quod consulantur medici, tradunt Guaz. & Peguer. citati, & quod in hoc casu eorum stetur dictis, dicitur infra *num.* 6.

5 Quartus casus est, si constat vulnus non esse lethale, tunc præsumitur decessisse vulneratum non ex vulnere, sed ex alia causa, puta ex malo regimine, seu ex culpa medici, & tunc vulnerans non tenetur de occiso, *l. qui occidit* 30. §. *fin. l. si ex plagis* 52. *in princ. ff. ad leg. Aquil.* Bossius *in pract. tit. de homicidio, num.* 115. Clarus *in prax.* §. *homicidium, num.* 42. Menoch. *de arbit. cas.* 275. *num.* 12. Farinac. *in prax. quæst.* 127. *num.* 13. Guazzin *def.* 4. *cap.* 10. *num.* 7 Giurba *cons.* 84. *num.* 27. *vers. Secundus casus*. Cabal. *resol. crim. cas.* 248. *num.* 36. *& seq. cent.* 3. Nigro *contro.* 394. *num.* 6. Anton. *de tempore legali, lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 3. Peguera *d. decis.* 78. *num.* 3. Conciol. *resol. crim. verbo vulnus, resol.* 1. *num.* 1. ubi *num.* 4. id ampliat, etiam quod non mortalitèr vulneratus moriatur intra paucos dies, quia adhuc præsumitur mortuus non ex vulnere; sed ex alia causa, ex Felino, Deciano, Farinac & Guaz.

6 Dicitur autem constare de non mortalitate vulneris, non solùm, si hoc pateat ad sensum, & per evidentiam facti, puta, quia sit in manu, vel brachio, juxta Bald. *cons.* 136. *num.* 4. *in fine, & cons.* 328. *col.* 1. *vol.* 2. Cæpol. *cons. crim.* 28. *num.* 19. Dec. *cons.* 415. *sub numer.* 3. *& num.* 5. Nigro *contro.* 394. *num.* 7. vel sit vulnus illatum in crure, absque fractione, Lagan. ad Rovit. *super prag.* 2. *de citat. ver. Quo verò*, vel in costis, vel in spatula, vel in natica, Giurba *cons.* 17. *num.* 27. verùm etiam, si sit in aliqua parte periculosa, & medici referant non esse mortale, vel potiùs mortiferum, Bald. *d. cons.* 328. *ver. Tertio dixi, quod sumitur argumentum, & d. cons.* 136. *num* 4. *vol.* 2. Barthol. *in leg. si in rixa* 17. *sub num.* 12. *ff. ad leg. Cornel. de sic.* Bossius *de homicidio, sub num.* 115. Menoch. *de arbit. cas.* 275. *num.* 11. Nigro *d. contro.* 394. *num.* 8. *& sequentibus*, recitans Doctores, qui id ipsum affirmant in vulneribus in capite, vel in pectore, Revert. *decis.* 15. *num.* 2. & ibi Marinis, Bonden. *colluc. leg.* 46 *n.* 21. ubi ait, quod non potest ipsum vulnus aliter præsumi à Judice, in cujus arbitrio remissum est judicare, ex quibus vulnus fuerit lethale; quoniam arbitrium istud interponi debet, secundum peritorum relationem, & judicium, Farinac. *in prax. quæst.* 127. *n.* 50. *& num* 51. *& num* 52. ubi quod ita semper servavit in Urbe, & ipse servavit. Marta *digest. to.* 2. *tit. vulnus, cap.* 3.

Sed si periti in relatione peccent, tenentur pœna falsi, Farinac *in prax. q.* 16. *n.* 55. Reg. Math *de re crim cont.* 9. *nu.* 13. ubi in fine tradit judicatum; & inde ergo recedi poterit à relatione peritorum, quando contra eam insurgerent violentæ, & concludentes præsumptiones, Basilic. *dec. penult. n.* 5. ubi tradit judicatum & sic intelligo, scripta à Muta *dec.* 27. *n.* 27. Thoro *par.* 2. *vot.* 3. *n.* 4. *cum seqq.* & facit Fontan. *tom.* 2. *dec. fin. n.* 15. *cum seqq.* & infrà dicitur *n.* 16.

Standum esse in hac re peritorum relationibus probant 7
ultra citatos, Lagan. ad Rovitum *super prag.* 2. *de citat. d. ver. Quo verò ad justitiam causa*. Thoro *par.* 2 *vot.* 21. *nu.* 20. Cabal. *resol. crim.* 248. *num* 39 Crusius *de indiciis par.* 2. *cap.* 28. *num* 9. Barbosa *in cap. significasti* 18. *de homicidio, num.* 2. & 7 ubi probat *num.* 5. quod periti debent jurare, Gonzalez Tellez *in eod. tex. num.* 3. Marinis ad Revert. *decis.* 15. *num.* 2. Peguer. *d. decis.* 78. *num.* 9. *ex leg. semel* 6. *de re militari, lib.* 12. *ubi glosa in verbo Medicis, & in l.* 1. §. 5. *ff. de ven. inspi.* tex. expres. *in cap. significasti* 18. *de homicidio*; & quamvis lex circa judicium medicorum loquatur in numero plurali, ut in *d. l. semel, in verbo Medicis*; si tamen in loco non invenitur nisi unus medicus, ejus tamen dicto stabitur, Nigro *controv.* 394. *num.* 16. *& sequentibus, per tex. in auth. de non alienan. novel.* 7 *cap.* 3. *ver. Quod autem ibi, aut etiam uno*, subdens *num.* 19. quod non est necesse is sit Doctor, sed tantùm quod sit de arte, & solitus exercere professionem, & qui sit reputatus practicus per salubres curationes; & *num.* 20. quod etsi plures sint in loco medici, & in curatione, adhibitus fuerit tantùm unus, sequuta morte vulnerati stabitur dicto ejus solius; & *num.* 23. quod admittitur etiam judicium peritorum, qui non interverunt, nec viderunt vulnus, dummodò sint informati de ejus loco, & qualitate, aut quod viderint vulnus post mortem percussi, & *num.* 25. ait nil interesse, quod periti eligantur de Officio Judicis, & deponant ut periti, vel ut testes attestentur, quia ubique eorum dictis stabitur, latè Guaz. *d. defen.* 4. *cap.* 12 qui *nu.* 3. ait adhiberi posse barbitonsores, vel peritos, etiamsi non sint Doctores, & *num.* 21. post longas in hac re disputationes concludit, de consuetudine, quidquid sit de jure, unum tantum peritum, vel medicùm sufficere, & dixit Cyriac. *d. contro.* 394. *num.* 16. insinuat Reg. Matheu *de re crim. cont.* 9. *n.* 13.

Hæsitatum tradunt DD. in hac re, quando sumus in du- 8
bio; an vulnera fuerint lethalia, vel non, & vulneratus decedit; an præsumatur decessisse ex vulnere, vel ex aliqua culpa, seu negligentia vulnerati. Una est opinio Doctorum, quod sequuta morte, præsumitur vulneratus, ex vulnere decessisse, non probata aliqua causa, Boer. *decis.* 323. *num.* 8. Grammaticus *cons.* 46. *num* 2. & 9. Clarus *in* §. *homicidium, num.* 42. Bajard. *num.* 147. *& seq.* Farinac. *in prax. quæst.* 127. *numer.* 21. & 23. Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *numer.* 9. ubi Ayllon. Conciol. *resol. crim. ver. Vulnus, resol.* 1. *numer.* 8. Giurba *cons.* 84. *num.* 27. *ver. Tertius*, ea ratione, quia exitus acta probant, *l. quidam* 5. *ff. de rebus dub. l. cum Syllanianum* 11. *C. de his, quibus ut indignis, l. rem non novam* 14. *C. de judiciis*, Barbosa *axiom. exitus*; effectus enim, & non verba attenduntur, *cap. in tantum* 36. *de Simon.* Surd. *cons.* 3. *num* 26. *& cons.* 196. *num.* 19. Craveta *cons* 59. *num.* 1. Socinus senior *cons.* 36. *num.* 6. *vol.* 1. & tribuitur causæ proximæ, & originali, & non aliæ, *cap. continebatur* 8. *& cap. lator* 9. *de homicidio, l. quæcumque gerimus* 11. *ff. de action. & obligat.* Ricciul. *de jure personar. extra Eccles. opem exist. cap* 42 *numer.* 10. *lib.* 4. quod probari videtur *ex lege huic scripturæ* 15. §. *si servus, & in leg. item Mela* 11. §. *Celsus, ff. ad leg. Aquil.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Aquil. ubi si is, de quo dubitabatur, an esset mortiferè vulneratus, periit, aliquo casu superveniente, vulnerans non tenetur de occiso; secus vero si non appareat de aliquo accidenti; quam legem ad id ponderat arguendo Nigro *d. contr.* 394. *num.* 36.

Altera est opinio, superiori omninò contraria, in dubio judicandum esse pro reo, quod vulneratus non decesserit ex vulnere, tenent DD. relati per Farin. *d. quæst.* 127. *num.* 22. Menoch. *de arbit. cas.* 275. *num* 13. Grammaticus *cons.* 2. *num.* 9. Riminal. jun. *cons.* 121. *num.* 11. *& seq. lib.* 2. *& cons.* 799. *num.* 31. *lib.* 7. Fachin. *cons.* 82. *num* 66. *lib.* 3. Guaz. *def.* 4. *cap.* 10. *num.* 15. recitat Conciol. *qui supra resol.* 1. *num* 9. 9

Fundantur, quia in dubio favendum est reo, *l. favorabiliores* 125. *ff. de reg. iur. cap cum sunt* 11. *de reg. iur. in* 6. & sumenda est coniectura, ut delictum excludatur, *l. merito* 51. *ff. pro socio*, & in meliorem, & benigniorem partem, *l. cum creditor.* 15. *ff. de furtis*, *l. proxime* 3. *ff. de his, quæ in testam. delen. cap. in pœnis* 44. *de reg. iur. in* 6. Barbosa *axiom.* 78. & in omnibus pro æquitate, *l. in omnibus* 90. *ff. de reg. iur. l. placuit* 8. *C. de iudiciis*.

Alia est opinio conciliatrix, & quæ distinguit, videlicet, quod aut dubium, an vulnus sit mortale procedit ex eo, quia nullæ sunt factæ probationes super illo, nec à Fisco, nec à reo, & tunc nulla apparente præsumptione in favorem rei; vulneratus præsumitur decessisse ex vulnere, *ex d. l. huic scripturæ* 15. *§. si servus*, *d. l. item Mela* 11. *§. Celsus*, *ff. ad leg. Aquil.* quia tunc percussor dedit operam rei illicitæ, & in delictis, præsumptio est contra delinquentem. 10

Aut adhibiti sunt periti, qui inter se discordant, & pares hinc inde sunt probationes, & illo casu, licèt Bald. *in cap.* 1. *in princ. num.* 11. *in fine*, *quibus modi feud. ammit* dixerit judicandum esse contra percussorem, quem sequitur Placa *in epit. delic. cap.* 13. *sub num.* 10. *ver. Sequitur etiam dictum*; attamen præferendas esse voces in favorem rei, placuit Gail. *lib.* 2. *observ.* 111 *num.* 10. *circa finem*; quia in criminalibus probationes contra reum, debent esse luce meridiana clariores, & in dubio favendum est reo, & melius est nocentem absolvere, quam innocentem puniri, relatam distinctionem admisit Nigro *contro.* 394. *num.* 38. *& sequentibus*, & recitat Conciol. *verbo vulnus*, *resolut.* 1. *num.* 8. 11

Contra hanc distinctionem insurgit Basilicus *decis. penultima*, *num.* 1. *cum sequentibus*, ubi dissentientibus peritis circa mortem vulnerati, qui post plures dies vulneris supervixit, duobus medicis, qui curationi interfuerunt, mortem ex vulnere causatam asserentibus, duobus aliis id negantibus, tradit judicatum contra reum, & licèt ex particulari ratione, quia standum erat medicis, qui curationi astiterunt, ex Farinac. *decis.* 365. *num.* 5. *lib.* 2. *& quæst.* 127. *num* 127. posset dici, in eo casu judicatum fuisse; attamen indistinctè profitetur veriorem esse Baldi doctrinam supra adductam, quam sequitur Marsil. *in l. frater tuus*, *num.* 55. *& seq. Cod. ad leg. Cor. de sic.* & post eos la Ratha *cons.* 110. *num.* 10. qui innumeros allegat, & ad id ponderat alias decis. quas recitat. 12

Nec tunc obstabit ratio, quæ inquisito favet in re dubia, pro excludendo delicto, vel præsumendo minùs delicto, quia hæc regula varias patitur limitationes, de quibus Farin. *in prax. quæst.* 85. & inter alias eam assignat *num.* 50. ut procedat, quando constat de aliqua causa exclusiva delicti, tunc enim delictum non præsumitur, & actus interpretatur pro non delicto, secus si de tali causa non constat, quod probat *ex d. l. merito* 51. *ff. pro socio*, prout sic evenit in controversia suscitata, in qua, si constat de causa, veluti culpa, negligentia vulnerati, aut alia, vulneratus non ex vulnere decedere præsumitur, secus si de causa non constat, quia tunc sequuta morte, ex vulnere decessisse, & vulnerantem de occiso teneri existimatur.

Noster Peguer. *decis.* 78. *nu.* 6. sentit, quod aut non constat de aliqua negligentia in curatione infirmorum, & tunc vulneratus ex vulnere decessisse præsumitur, & vulnerans tenetur de occiso; quia vulnus præsumitur lethale, ex effectu sequuto, qui enim negligentiam allegat, illam probare debet, *l. quoties* 18. *§. qui dolo*, *ff. de probationibus*, aut constat de aliqua negligentia in curatione, & tunc non tenetur vulnerans de occiso, qui est casus, Clarus *in l. si ex plagis* 52. *ff. ad leg. Aquil.* in quo textu cavetur, imperitiam medici, vel negligentiam infirmi non esse imputandam percussori, nec ipsam augere delictum; unde Peguera non dissentit à primâ opinione, quam supra contrà vulnerantem retulimus. 13

Atverò prosequitur idem Peguera *dicta decis.* 78. *num.* 8. (& hoc est, quod Senatus noster ad benignitatem, & clementiam promptior observat) *hoc enim casu tantum inspicere debet Judex, infra quod tempus, computando à die illati vulneris, vulneratus decesserit. Et licet hac in re jura varient, ut in cap. si qua fœmina* 50. *distin. ubi ponit, quod si vulneratus infra tres dies moriatur, præsumitur ex illo vulnere mortuus, & alibi, in cap. continebatur extra de homicid. fit mentio de octo diebus. Item etiam in cap. presbyterum dicto titu. de homicid. aliter dicitur, hoc est, si moritur post paucos dies. Denique per tex. in cap.* 2. *extra de Cler. percusso. Sumendo illum à contrario sensu, habetur, quod si quis moriatur infra octo menses præsumitur mortuus ex vulnere. Tamen omissa hac varietate, existimo hoc Judicis arbitrio esse relinquendum: quia cum id propter dictam varietatem indeterminatum videatur, Judex poterit arbitrari tempus, infra quod videat, an ex vulnere, vel ex negligentia vulneratus decesserit per tex. in l.* 1. *§. expilatores*, *ff. de effractoribus*, *vel expilato. & in l. sæcularii de extraord. crimin. Caveat tamen Judex, quod regulet arbitrium suum, secundum qualitatem percussionum, pro quibus consulat medicos, quibus in his standum est l. si semel. C. de re milit. lib.* 12. *& ibi glos. in verbo medicis*, *& in l.* 1. *§.* 1. *ff. de vent. inspi. & in l. comparationes*, *C. de fid. instrument. & ita tenent Bart. in l. si. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & Joan. And. & DD. in cap. presbyterum*, *de homicid.* Ab his non discedit Ayllon ad Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *n.* 30 Thoro *par.* 3 *vot.* 3. *n.* 3. Muta *decis.* 27. *num.* 22. *cum seqq.* Crusius *de indiciis*, *p.* 2. *cap.* 28. *n.* 7. *& seqq.* Bondenius *colluct. legali* 46. *num.* 19. *cum pluribus seqq.* Marta *digest. tom* 2 *tit. vulnus*, *cap.* 3. Farinac. *in prax. d. quæst.* 127. *nu.* 23. ubi docet, quod vix credere potest dari casum, in quo res omninò dubia sit, an scilicèt vulnus sit mortale, nec ne, & an vulneratus decesserit ex vulnere, vel non; nam aut unum, aut aliud facilè dignoscetur, aut ex qualitate vulneris, aut ex parte corporis læsa, aut ex brevitate, aut diuturnitate temporis, in quo vulneratus obiit; sequitur Guaz. *def.* 4. *capit.* 10. *numer.* 15. 14

Et juxta supradictas doctrinas fuit conclusum in nostro R. C. ibi: *Die* 13. *Februarii* 1680. *in facto F. P. R. C. adversus*, *& contra Hieronymum N. aliàs* Rovireta *cultorem Parochiæ de Cugols Vallis de Estoles, Diœcesis Gerunden delatum, & inculpatum de vulnere per eum, unà cum aliis proditorie per insidias, & animo deliberato, illato jactibus tormentorum manualium, sivè* xispas llargas, *in Parochia Villæ Sancti Fœlicis de Pallarols in personam Laurentii Rabugent agricolæ ejusdem Parochiæ in crure die* 15. *Martii* 1677. *qui fuit mortuus* 29. *ejusdem mensis, facta relatione per Magnificum Michaelem Joannem de Taverner, & Rubi I. R. C. meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quod declaretur, quod dictus Hieronymus N. aliàs* Rovireta *condemnetur ad servitium Regiarum Triremium remigando ad decennium*. 15

Quando discrepant periti, & sunt pares, standum esse dicto senioris dixit Barbosa *in cap. significasti* 18. *de homicidio*, *num.* 5. at verò, & rectè, eligendos esse peritiores, & digniores ad retractandam paritatem, tradit Farinac. *d. qu.* 127. *num.* 52. *& num.* 128. *& sequentibus*, ubi, quod illa relatio nunquam transit in judicatum, & recipit probationes in contrarium etiam didiscitis testificatis, & quandocumque, sequitur Guac. *def. reor.* 4. *cap.* 12. *num. fin.* Muta *dec.* 27. *n.* 27. & suprà dicitur *num.* 6. 16

Exempla negligentiæ in curatione, proposuit Peguer. *d. decis.* 78. *num.* 11. *cum sequentibus*, & latiùs Farinac. *in prax. dicta quæst.* 127. *numer.* 87. *usque ad numer.* 101. & recitat Guazzin. *def.* 4. *cap* 10. *num.* 19. allegans novem causas, vel modos, ex quibus inferri potest malum regimen vulnerati, ejus mala cura, & inordinata vita, ibi: *Primus, quando non fuit adhibitus medicus. Secundus, quando fuit adhibitus medicus imperitus, & sufficit solum probare imperitiam medici, neque requiritur probare particularem culpam ejusdem medici in curando. Tertius, quando infirmus, vel vulneratus noluit præceptis medici obedire. Quartus, quando concubuit cum uxore, vel alia muliere. Quintus, quando sibi nociva comedit. Sextus, quando vinum purum biberit. Septimus, quando in curando vulneratum, fuerunt adhibitæ incantationes. Octavus, quando vulneratus parùm pendendo vulnus, de lecto surrexerit, & de die ad solem, de nocte ad serenum*, 17

vel

vel ad ventum ambulverit. Nonus, quando vulneratus moriens asserit decedere ex mala cura, ex vulnere non, concurrentibus aliquibus coniecturis, pro assertione dicti vulnerati, aliàs sibi non crederetur.

18 Et in *ver. Et pro complemento num.* 19. recitat Guaz. supra citat. ex Menoch. *de arbit. lib.* 2. *cas.* 275. coniecturas pro Fisco, ex quibus vulneratus dicitur mortuus ex vulnere, ibi: *Prima est, quando vulneratus obiit intra modicum tempus, & modicum refert, aliquos tenere infra triduum, alios infra quinque dies, alios infra* 40. *alios arbitrio Judicis relinquunt. Secunda est, si perseveraverit in vomitu ex febri. Tertia est magnitudo, & profunditas vulneris. Quarta est armorum qualitas. Quinta est dolor continuus.*

19 Et posteà, alibi subdit alias coniecturas in favorem inquisiti, ibi: *Prima est, si obiit post longum tempus. Secunda, quando cessarunt accidentia vulneris. Tertia, quando intervenit negligentia, vel culpa medicorum. Quarta, quando medici judicarunt, vulnus non esse lethale, neque ex eo esse mortuum vulneratum. Quinta, ex qualitate loci illati vulneris.*

20 Vulnerans, seu percutiens aliquem proditoriè, aut per insidias, aut deliberatè, etiam animo non occidendi, confugiens ad Ecclesiam, non gaudet immunitate Ecclesiastica, ex Molin. Gomez, Bovad. Peg. *decis.* 62. *ver. Et quod praedicti, tom.* 1. *& aliis*, Reg. Cortiada, cujus doctrinam, obsequiosa veneratione colimus *decis.* 103. *num.* 11. ubi diversas observantias recitat, & ipsis adde, ita tentum contra Silvestrem N. agricolam termini Barcinonæ, pro vulneribus lethaliter illatis in personam Francisci Domenec ferrifabri Civis Barcinonæ, proditoriè, & animo appensato, extracti cum sono emisso ab Ecclesia Sancti Sebastiani præsentis Civitatis (non obstante, quod opponebat, quod casu obviam invenit dictum Domenec) ex quo retro irruit in illum, fuit declaratum die 24. Januarii 1680. per Monserrat Cancel. intervenientibus Aleny, Anglasell, & Amigant, immunitate Ecclesiastica non gaudere, scriba Llunell.

Et huic nostræ observantiæ standum esse scribit punctim Illustrissimus Episcopus Urrutigoyti *de comper. quæst.* 80. *num.* 9. cum stylus non repugnans juri naturali, vel divino, pro lege habeatur, *cap. ex litteris de Const. cap. quam gravi, de crimine falsi*, etsi contrarium in suo Regno observari attestetur in eadem quæst. *n.* 5.

Pro pœna vulnerantis, videantur Conciol. *resol. crim.* 2. *ver. Vulnus*. Excel. Crespi *obser.* 78. Rovit. *decis.* 15. *par.* 1. *num.* 2. Manfrella ad Latro *obser.* 78. *num.* 6. & alii allegati per Regentem Cortiada *decis.* 103. *num.* 26. Caballum *cas.* 155.

21 In hoc Principatu, pro ut statuitur in Regiis præconizationibus *cap.* 29. vulnerans aliquem proditoriè, punitur ad Triremes per decennium, Reg. Cortiada *d. decis.* 103. *nu.* 24. & ultra exemplaria per eum relata adde. Ita fuit observatum die 25. Maii 1671. referente Egregio Senatore Michaele Joanne Taverner, scriba Riambau Not. & fuit confirmatum in causa supplicationis, referente Egregio Senatore Josepho Aleny 17. Junii 1671. & condemnatus Josephus N. loci de Codolla Episcopatus Illerden. ad Triremes per decennium, quia proditoriè vulneravit Saldonium Company.

22 Similis contra Silvestrem N. die 20. Februarii 1680. referente Magnifico S. Bonaventura Trissany, scriba Mauricì, ob vulnus lethale proditoriè illatum in personam Francisci Domenec, & fuit condemnatus ad Triremes per decennium, fuitque sententia confirmata in causa supplicationis ref. Nob. Narciso Anglasell. 8. Junii 1680.

Pro forma, qua est relatio à peritis facienda in delicto vulnerum pro corpore delicti, attende, vel vulnus est de necessitate lethale, vel lethale ut plurimum, vel curabile de necessitate, vel curabile ut plurimum, pro relatione vulneris omninò, vel de necessitate mortiferi, vel lethalis, en formam.

Die, &c.

N. Chirurgus Civis Barcinonæ cognitus à me Notario,
23 *ætatis, ut dixit, T. annorum, parum plus, vel minus, qui medio juramento fecit relationem sequentem.*

Coes, Senyor ahir que comptavem à T. del corrent mes, entre tres y quatre horas de la tarde, poc mes, ò manco, me so conferit en T. casa, situada en T. lloc, à effecte de curar à N. alguna ferida me han dit tenia, y en una cambra de la dita casa, ageu ut demunt de un llit, he trobat al sobredit N. y regoneixent sa persona, he vist tenia cerca la mamella dreta una ferida, ò forat rodò, que entrava per dita part, y exia à la esquena à tres travessos de dit mes avall de la espatlla dreta, la qual demostrave ser feta ab bala exida de alguna arma de foc, y per penetrar dita ferida, y passar aquella tota la cavitat vital, y estar tocat, y lesiat lo polmò, per ocasio de dita ferida; segons los senyals he observat, com son traurer sanc per la boca, ab saliva crassa, mesclada ab excraments, per la experiencia tinc en semblants casos, y reglas de siurgia me ensenyan, judico ser dita ferida de aquellas, ques diuhen mortals de necessitat; y esta es ma relaciò, y la veritat, per lo juramente tinc prestat.

N. firmo, &c.
Fuit sibi lectum, &c.

Si vulnus est lethale, ut plurimum, dices: *La qual ferida judico ser de aquellas ques diuhen mortals, ut plurimum.*

Si vulnus est de necessitate curabile, dic: *La qual ferida judico ser de aquellas ques diuhen curables de necessitat.*

Si vulnus ut plurimum sit curabile, dic: *La qual ferida es de aquellas ques diuhen ut plurimum curables.*

Observa pariter si vulnus est illatum punctim, idest ense, pugione, vel aliàs in relatione, debet dici: *La qual ferida demostra ser feta ab instrument punxant, com es, daga, espasa, ò altre semblant.*

Si per talium, seu incisionem, si baculo, vel lapide, aut alio instrumento contundenti, referre tenentur periti vulnera, quo genere armorum fuerint illata, pro ut diximus *in decis.* 9. *num.* 12. super probatione corporis delicti, recognitionis, vel visuræ cadaveris.

Si post vulnus sequitur mors, oportet, quod ultrà relationem peritorum desuper dispositam, fiat etiam visura, seu recognitio cadaveris, ea forma, qua describitur in *d. dec.* 12. *num.* 9.

DECISIO DUODECIMA.

ARGUMENTUM.

De captura reorum, de modo, & qualitate custodiæ, à Judice decernendis, *ad textum in lib.* 1. *ff. de custod. & exhibit. reor.* Ubi cum Senatu terminatur nullitas capturæ exequutæ ab eo, qui nullam prorsùs jurisdictionem habet. Et controversia, quando vasallus Baronis, vel alius exemptus à Regia jurisdictione ordinaria detentus in Regiis Carceribus ex ordine, & ad dispositionem Baronis, vel alterius Judicis deliquerit in carceribus; an puniri debeat à Barone, seu Judice, de cujus ordine detinetur. Et an resistentia, seu injuria facta familiæ mutuatæ per utrumque Judicem ordinantem, & exequentem, possit puniri, & tandèm pro praxi enarrantur formæ, quando exceptio malæ capturæ admittitur, vel quando repellitur.

SUMMARIUM.

1 *Mala mansio est carcer, cujus miseria, & armma repræsentantur, usque ad numero* 4.

5 *Tenentur Judices Regiæ Curiæ visitare Regios carceres per turnum die primò juridico, cujusque mensis.*

6 *In Sabbato non impedito, aut aliàs ultimo die juridico, cujusque hebdomadæ, fit visitatio carcerum per Regium Concilium.*

7 *Quibus diebus anni fit visitatio generalis carcerum per dominium Locumtenentem Generalem hujus Principatus, & per Regium Concilium.*

8 *Consiliarii Civitatis Barcinonæ, quolibet die Veneris juridico, sin minus sequenti non feriato, unà cum Vicario, vel Subvicario carceres visitare tenentur.*

9 *Amici erga carceratos benefici se doceant.*
10 *Prælatis, & Ecclesiasticis personis commissa est cura, & sustentatio carceratorum,*
11 *Captura irrogat quandam infamiam facti, quæ apud bonos, & graves notam aliquam irruit; & sic Judices, ne ex abrupto capturas provideant, præcipitur, & num. 12.*
13 *Pro injuria illata injustè carcerato, tenetur Judex in syndicatu.*
14 *Judici est arbitrarium decernere capturam.*
15 *Debet Judex regulare arbitrium, secundum leges, & Doctorum considerationes, ubi explicatur, qui erant licitores.*
16 *Præcedere debent indicia, anteaquam Judex deveniat ad capturam.*
17 *Quæ sint indicia sufficientia, relinquitur arbitrio Judicis.*
18 *Pro captura providenda, quæ considerare debeat Judex.*
19 *Ex sola querela accusantis, an possit Judex ad capturam procedere, & an ex assertione vulnerati, & num. 20.*
21 *De indiciis, vel informatione, debet in processu constare per depositiones testium; nec sufficit extrajudicialis informatio, ad decernendam capturam; quod declaratur usque ad num. 24.*
25 *Ex sola informatione extrajudiciali, potest captura provideri, quando potest deindè informatio redigi in scriptis.*
26 *An ad capturam possit procedi, non constito de corpore delicti.*
27 *Injustè arrestatus, vel detentus, si discedat à loco arresti, seu detentionis, ad pœnam promissam non tenetur, nec ipse, nec fidejussor, qua ratione, apud nos non admittitur manulenta, nisi ex processu resultet, quale quale delictum.*
28 *An captura nulla convalidetur per cautionem de se repræsentando.*
29 *Judex suprema auctoritatis, an possit à captura incipere, & qui in hoc Principatu, habeant mandatum de capiendo; & num. 30.*
31 *Delinquens repertus in flagranti crimine, potest absque indiciis capi, & carceribus mancipari.*
32 *Captura decreta nulliter, convalidatur ex novis indiciis supervenientibus.*
33 *Exequi potest captura in die feriato, & etiam nocte.*
34 *Circa qualitatem custodiæ, quæ debeat Judex animadvertere; & num. 35.*
36 *Separati esse debent carceres virorum, & fœminarum.*
37 *Ponderatur Ovidius.*
38 *In carceribus subterraneis, & fœtidis, ac foveis, carcerati non debent detineri.*
39 *An vinculis, & manicis ferreis carcerati, constringi debeant.*
40 *Circa carceratos infirmos, quomodo sit procedendum.*
41 *An infirmus possit carcerari.*
42 *In quam pœnam incidat medicus, qui falsò relationem facit circa infirmitatem carcerati.*
43 *Pro relaxando infirmo à carceribus, recitantur quædam conclusiones Regii Concilii, usque ad numer. 45.*
46 *Quibus in causis carceratis sit subtrahenda Audientia.*
47 *Carceratis omnia necessaria sunt subministranda, ne deficiant illis alimenta.*
48 *Decis. Senatus.*
49 *Carceris appellatione, quid contineatur.*
50 *Arrestatus in domo, vel alio loco carceratus reputatur.*
51 *Sivè detineatur sub custodia, sivè sine custodia.*
52 *Detentus in certo loco sub fidejussione, captus etiam dicitur, ubi circa hunc articulum, varię citantur DD. opiniones; usque ad n. 59.*
60 *Relaxatus sub cautione de se repræsentando non est captus, ad differentiam arrestati, ubi an contra arrestatum possit procedi in causa criminali.*
61 *Quas habere debeat considerationes Judex in decernendo arresto, tàm circa personas, quàm circa delicta, ubi de delictis patratis à Nobilibus, & 62.*
63 *Arrestum ore tenus factum, nisi inscriptis fuerit redactum, exequi non potest, nec ex ejus contravention exigi pœna.*
64 *Arrestatus cum fidejussione in domo, vel certo loco, si ex illo exierit, & statim ad eum redierit, pœnali stipulationi contravenisse non dicitur.*
65 *Qui carcerem evadit, impunitus relinquitur omninò, seclusa fractione, si non multa mora interveniente reverit.*
66 *Qui promisit, à domo non discedere, si extra domum à justitiæ ministris fuerit captus, aliqua pœna venit puniendus.*
67 *Quando mora in arresto, & in cautione de se repræsentando, possit purgari.*
68 *Proconsul erat, qui in sua Provincia jurisdictionem contentiosam exercebat.*
69 *Privata persona non potest delinquentes capere, ubi, qua forma Judici id spectet.*
70 *Assessor, sivè Judex jurisdictionem habens, per se ipsum potest capere delinquentes.*
71 *Commissiones generales; an possint in Cathalonia dari, & quid dicendum circa commissiones ad capiendum dardanarios, & usurarios, usque ad num. 73.*
74 *Commissiones non possunt dari inimico personæ capiendæ, nec partibus offensis.*
75 *Non potest fieri excarceratio absque Judicis licentia.*
76 *Commentariensi, & custodibus carcerum Regiorum Barcinonæ prohibetur, eorum nutu, & sine jussu suæ Excellentiæ, & magnificorum Doctorum Regii Concilii facere mutationes ad diversa loca carcerum, ubi Senatus.*
77 *Relaxatio tamen provisa cum conclusione in Regio Concilio facta, non potest impediri per Locumtenentem Generalem suæ Majestatis, aut per Portantem vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ.*
78 *Dominus Rex, ejus Locumtenens Generalis, Vice-Cancellarius, & suo casu Regens Regiam Cancellariam, Judex Regiæ Curiæ, & Gubernator Cathaloniæ, qui habent mandatum ad capiendum, de mandato etiam relaxare præcipiunt, & quomodo.*
79 *Captus injustè; an possit à capiente, propria authoritate relaxari.*
80 *An Judex incompetens possit capere delinquentes, & quid in Crimine flagranti, & an Sæcularis Clericum, usque ad num. 82.*
83 *Officialis in flagranti capere potest delinquentem absq; mandato Judicis, & quando quis dicatur captus in flagranti.*
84 *Captura est actus jurisdictionalis.*
85 *Atvero poterit Officialis, qui verè officialis non est, & qui de facto solum jurisdictione utitur, & communiter ab omnibus pro Officiali jurisdictionali tenetur, ad capturas devenire.*
86 *Persona privata potest capere delinquentes in flagranti, & quomodo.*
87 *Etiamsi persona sit offensa, pro ut licet creditori capere debitorem fugientem.*
88 *Privata persona potest capere furem, cum re furata deprehensum.*
89 *Privata persona potest capere repertum cum armis prohibitis.*
90 *Potest capere servum fugitivum.*
91 *Dinumerantur casus, in quibus privata persona potest capere, sine Judicis authoritate, non solum in flagranti, sed etiam ex intervallo.*
92 *Tam in delicto publico, quàm in privato, privata persona potest capere delinquentes in flagranti (secus ex intervallo) etiamsi interesse non habeat in captura, nec agat de capienda persona, aut bonorum defensione, usque ad n. 95.*
96 *Persona privata in casibus à jure permissis capiendo delinquentes, eos suo Judici tradere debet infrà viginti horas.*
97 *Factum.*
98 *Licèt capiens, nec ratione originis, nec domicilii, nec delicti in captum jurisdictionem habeat, benè tamen illum capere potest, ad effectum eum remittendi ad legitimum superiorem, intellige, ut infrà num. 103.*

99 *Etiam*

99 *Etiam à privato capi potest committens Crimen latrocinii.*

100 *Non solum in flagranti, & immediatè, & dum fugit, sed etiam ex intervallo, post commissum Crimen.*

101 *Decisio Senatus, & infrà.*

102 *Incompetens Judex est, qui nullam habet jurisdictionem, nec ratione originis, nec domicilii, nec loci delicti.*

104 *Latrocinium dicitur commissum, quoties cum armis, vel sine illis, res alienas quis aggreditur in domibus, itineribus, vel in mari.*

105 *Officialis, qui in exercitio sui Officii delinquit, non tenetur de toto; sed de excessu, nec pœna ordinaria punitur.*

106 *Vassallus, Baronis, seu alius exemptus à Regia jurisdictione ordinaria, detentus in Regiis carceribus mutuatis ex ordine, & ad dispositionem Baronis, vel alterius Judicis, si carceres fregerit, aut frangere, vel aliàs ab illis aufugere tentaverit, ob delictum fractionis, aut enixa fuga à Barone, seu Judice, ex cujus ordine reus detinetur, puniri valet, ubi traduntur rationes, & num.* 107.

108 *Sicuti Judici Superiori fuit commissa custodia carcerati, ita etiam fuit commissa omnis correctionis potestas, & impugnatur doctrina Tondut.*

109 *Decisio Senatus.*

110 *Recitatur doctrina Quessada Pilo.*

111 *Fertur tamen, quod resistentia, ac iniuria illata familia mutuata, ac accommodata, per utrumque Judicem exequentem, & petentem auxilium, puniri potest, ita ut sit locus præventioni, quando scilicet resistentia, seu iniuria fit familia mutuata, per non subditos Judicis, cujus jussu reus capiendus erat.*

112 *Ratio assignatur.*

113 *Quando opponitur exceptio malæ captura, debent procedimenta intimari Procuratori Fiscali, & parti privatæ respectivè, & ante omnia est jus dicendum super dicta exceptione intra triginta dies, à quo fuit opposita, nec potest ad diffinitivam reservari.*

114 *Provisio declarationis exceptionis malæ capturæ si ea repellatur, non intimatur parti, nec in ea ponitur, intimetur, sed ea intimatur cum reliquis procedimentis, quando publicatur, & notificatur inquisitio, & idem observatur, ut non intimetur, si declaretur processu offensa jam publicato.*

115 *Forma conclusionis, qua admittitur exceptio malæ capturæ.*

116 *Forma provisionis, quæ scribitur in processu; qua admittitur exceptio malæ capturæ.*

117 *Forma declarationis, quando repellitur exceptio malæ capturæ.*

118 *Forma quando captus, vicit in exceptione malæ capturæ, & debet desguidari.*

1 MAla mansio est carcer, *l. item apud Labeonem* 15. *§. quæstionem* 41. *ff. de iniur. l. si hominem* 7. *ff. depositi* est locus horribilis, qui corpus vinculorum cruciatu, immunditia, fœtoreque consumit: amicorum communione privat; liberam sui dispositionem, arbitriumque tollit, Velasco *de privileg. miserab. person. par.* 2. *q.* 11. *a num.* 1. ubi plura; inimicorum, aut eorum, qui nobis tædio sint, consortio coniungit, eorumque iras comprimit, juxta illud Virgilii *lib.* 1. *Æneid.*

Luctantes ventos, tempestatesque sonoras
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure, montis
Circum claustra fremunt: celsa sedet Æolus arce,
Sceptra tenens, mollitque animos, & temperat iras.

2 Erudite à Cassiodoro *lib.* 11. *in fine*, ita carcer vocatur: *Cella gemituum; Tristitia domus, apud superos Plutonis hospitium, locus perpetua nocte cæcatus, tandem infusione lucis albescat, in qua non unum tormentum sustinet reus, qui antequam incurrat necis exitus à supernis probatur abscisus. Primum pedor ille, collega catenarum abominabili mœrore discruciat auditum alieni gemitus, & lamenta conturbant, gustum jejunia longa debilitant, tactum pondera prementia defatigant, lumina diutius tenebris obtusa torpescunt. Non est unum clausis exitium, multifaria morte perimitur, qui carceris squalore torquetur.*

3 Non dissimilis est descriptio quam congerit Melchior de la Cerda, è Societate Jesu in Camp. eloquentiæ, *vol.* 1. *pag. mihi* 414. ibi: *Ingressus in carcerem vidi cubiculum in ipsis fere primis custodiæ partibus ædificatum, & in illo instrumenta plurima vinctorum, & suppliciis afficiendorum hominum improborum, fidiculas, scilicet equuleos, ungulas, laminas, nervos, cippum, manicas ferreas, compedes, laqueos, cauterium, taureas catastas, culeum, & alia torquendorum hominum maleficiis præstituta tormentorum genera, quæ fugit, ac reformidat oratio nunc enumerare.*

4 Carceris miserias, & ærumnas repræsentant varii, singulariter, R. Vilossa *in tract. de fugit. cap.* 18. §. 1. Reg. Matheu *de re crim. contr.* 18. *num.* 69. Pereira *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *num.* 7. Severini ad Sanfelic. *decis.* 363. *vers. & ex quo*, Salg. *de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. Quessada Pilo *dissert.* 25. *num.* 1. *cum seqq.* Solorz. *emblem.* 70. *num* 34. qui hinc infert: ego non ingratè hæc pungere volui, ut simul pios Principes monitos reddam, suarum esse partium, ut in facinorosos animadvertere, ita de vinctis, & carceratis curam habere, cum Ulpiano *in l.* 8. §. *Solent, ff. de pœnis*, ibi: *Carcer enim ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet.*

5 Nil enim humanius, quàm de carceratis pauperibus conatum tenere, scripserat Burgius *de modo proc. ex abrup. cent.* 1. *quæst.* 60. *num.* 9. eamque curam Judicibus esse injunctam, ait, *text. in l. Judices* 10. *C. de Episcop. Audient.* Hinc, ut gravamina vinctorum instaurarentur, & oppressis promptum adhiberetur auxilium, tenentur Judices Regiæ Curiæ juxta disposita in Const. 25. Cur. an. 1599. ut alter, per turnum, die primo juridico cujusque mensis, Regios carceres visitet; & audiant Divum Ambrosium in Dominica 8. post Pentec. circa medium, his verbis: *Eamus ad carcerem, requiramus vinctos, humanis miseriis, & angoribus condoleamus, in his enim omnibus tibi occurrit Christus, qui cum sit incomprehensibilis secundum Deitatis naturam, invenietur tamen abs te per opera misericordiæ, ipse enim dixit esurivi, & dedistis mihi manducare.*

6 In hanc subventionis beneficentiam dirigitur carcerum cura, & visitatio, quam in Sabbato non impedito, aut aliàs, ultimo die juridico cujusque hebdommadæ amplectitur nostrum Regium Concilium, in observantiam, *Const.* 13. *tit. de custod. de præs. Const. per donar. expeditio* 3. *tit. de Audient. y Consell. Real, & Const.* 53. *cur. an.* 1599. *ad text. in l. fin. C. de custod. reor.* & de simili attestatur, Danza *de pug. DD. lib.* 2. *de visit. carcer. cap.* 2. *in princip.* R. Math. *de re crim. cont.* 1. *n.* 36. Tunc tradit Commentariensis Regio Concilio nomina reorum, ut meliùs, & citiùs causas eorum diffiniri, & determinari valeant, ad tradita per Gomez *var.* 3. *cap.* 9. *num.* 7. *per text. in d. l. fin. C. de custod. reor.*

7 Visitationem omnimodè gratiosam, indulgentiam consuetam, *l. nemo* 3. *C. de Episc. Aud.* Religionem anniversariæ obligationis, *l.* 7. *de indult. C. Thedos.* Excellentissimus dominus Locumtenens Generalis hujus Principatus, cum Regio Concilio annuatim in Regiis carceribus, in vigilia Sancti Thomæ Apostoli, in annuntiatum solemnitatum Nativitatis Domini nostri Jesu-Christi amplectitur, de qua Peguera *in prax. crim. cap.* 12. §. 15. *num.* 4. Berart *in spec. visit. cap.* 9. *num.* 36. (ubi scribit receptum esse, ut dominus Prorex ipse per tres vices, vel ad minus bis, quolibet anno, visitationem generalem in carceribus faciat, de carceratis omnibus, eorumque causis) quam institutam esse in omnibus ferè orbis partibus; longè, latèque diffusam esse Mediolani, Hispania, Sabaudia, & Pedemontio, attestatur etiam de sua Romæ, in omnibus nostræ æquali, Scanat *de visit. carc. lib.* 1. §. 16. *num.* 2. quam ultra observat etiam Regium Concilium, tres visitationes generales, videlicet alteram festivitatis Pentecostes, alteram vacationum æstivalium, & alteram Dominicæ Ramorum, diebus juridicis, sin minus in die antecedenti, utrobique juridico.

8 Non unicam tribuere leges nostræ solicitudinem Concilio Regio criminali, in hanc vigilantissimo; quia statutum habent Consiliarii hujus almæ Civitatis Barcinonæ visitare Regios carceres in quolibet die veneris juridico, sin minus sequenti, non feriato, una cum Vicario Regio, vel Subvicario, & de carceratorum causis, & statu se informare soliciteque pro justitia intendere, & pro

illis obſervandis præſtare debent Sacramentum in ingreſſu muneris, penes Vicarium Regium, ut diſponitur in prag. Reg. Petri 3. data Montiſ. 11. Martii 1368. *in 2. vol. Conſt. tit. de offic. de Conſell.* Berart *in ſpec. viſit. cap. 22. num. 63.* & videant per eum adducta, ut invitentur ad tam plauſibile, & cæleſte opus, quod laudabiliter recitat Novar. *de gravam. vaſſal. tom. 2. grav.* 133.

9 Familiaritatis jure, benefici, & officioſi ſe doceant amici erga detentos; nam turpe foret, eos in adverſitate deſerere, Perrton. *in frag.*

Cum fortuna manet, vultum ſervatis amici, Cum cecidit, turpi vertitis ora, fuga.

Solorz. *emblem.* 59. *num.* 17. cui adde Ovidium de Pont.

Turpe erit miſeris, veteri tibi rebus amico, Auxilium nulla parte tuliſſe tuum.

Cum non difficulter eos in proſperis ſectentur, Lucanus.

Adverſis non deeſſe, deeſt, ſed læta ſequutos, Nulla fides unquam miſeros elegit amicos.

10 Carceratorum cura non ſolum ſæcularibus commiſſa eſt; ſed maximè ad Prælatos Eccleſiaſticos pertinet, ut conſtat ex Concil. Aurelianenſi 5. *cap.* 17. quo ſanctè ſtatutum eſt, quod Archidiaconus, vel Præpoſitus Eccleſiæ, ſingulis diebus Dominicis carceres adeat, ut neceſſitatibus pauperum provideat, & quod Epiſcopus Miniſtrum idoneum præponat, qui ex bonis Eccleſiæ, eis omnia ad victum neceſſaria largiatur, notat Sandoval. *de carcer. cap.* 17. Bovadill. *in polit. tom. 2. lib. 3. cap.* 15. *n.* 198. Faria ad Covarr. *lib. 2. var. cap.* 16. *num.* 96.

11 Hæc deſerviant Judicibus, ne ex abrupto capturas contra acculatos, vel denuntiatos provideant, cum ultro, licèt carcer infamiam juris non irroget, *l. 1. C. ex quibus cauſ. infam. irrog.* Non tamen eſt ſine quadam facti infamia, Canc. *var. 3. c. 17. n.* 139 quæ apud bonos, & graves homines notam aliquam irruit, ait Annæus Robertus *rer. judic. lib. 2. cap.* 6. ſubdens, quod ideò ex lege Ælia Sentia ſervi, qui à Domino vincti fuerant, ſi poſtea manumitterentur, non Cives Romani, ſed de dititiorum numero erant.

12 Et pro iniuria illata iniuſtè carcerato teneri Judicem in Syndicatu, ſcribunt Clarus §. *fin. quæſt.* 28. *verſ. Scias autem, & ibi Bajardus, num.* 3. Farinac. *in prax. quæſt.* 127. *num.* 134. *& ſeq. ubi de pœna*, Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 3. *in fine, & cap.* 94. *ſub num.* 1. Scialoya *in prax. torquen. reos, cap.* 2. *num.* 19. *& ſeq.* Pegue. *deciſ.* 34. *nu.* 2. *& deciſ* 82. Canc. *var. cap.* 2. *tom.* 2. *num.* 134. *&* 153. *& var.* 3. *cap.* 2 *num.* 205, *& cap.* 14. *num.* 15. *& cap.* 17. *num.* 139. Celius Hugo *conſ.* 171. *num. fin.* Berart. *de viſit. cap.* 17. *nu.* 102. *cum ſeqq.* Cyriac. *cont.* 702. *tom.* 4. Concioi. *reſol. crim.* 6. *verſ. Captura, num.* 12. Severin. ad Sanfelic. *deciſ.* 363. *verſ. & licèt.* Ciaz. *def. reor. diſcept.* 9. *num.* 525. Vela *de modo procedendi, cap.* 6. *num.* 1.

13 Non immeritò hinc Juvenalis conqueritur, de infœlicitate temporis, quo impii ex propria cervice in vincula detrudi abuſivè decernebant, *ſatyr.* 3.

Maximus in vinclis ferri modus, ut timeas, ne
Vomer deficiat, ne marra, & Sarcula deſint.
Felices proavorum atavos, felicia dicas
Sæcula, quæ quondam ſub Regibus, atque Tribunis
Viderunt uno contentam carcere Romam.

14 Propterea, ut rem noſtram agere ingrediamur, exiſtimamus, quod licèt decernere capturam, ſit Judici arbitrarium, *l. 1. ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* Peg. *in prax. crim. cap.* 12. §. 3. *n.* 2. Guaz. *def. reor.* 4. *cap.* 1. *num.* 10. Scialoya *in prax. torq. reos cap.* 2. *num.* 15. *cum ſeq.* Conciol. *reſol. crim. verſ. Captura, n.* 11. Farinac. *in prax. q.* 27. *n.* 126. Bonden. *de jur. cont. col.* 32. *n.* 23. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 86. *num.* 3. Vermigl. *conſ.* 142. *num* 6. Fagnanus *in cap. pervenit, num.* 41. *de adulter.* Severini ad Sanfelic. *deciſ.* 363. *verſ. & licèt.*

15 Attamen debet Judex arbitrium ſuum regulare ſecundum leges, & Doctorum conſiderationes, ut tradunt citati Doctores, extat enim ad hanc expreſſus *text. in d. lib.* 1 *ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* in qua habetur, ibi: *De cuſtodia reorum Proconſul æſtimare ſolet, utrum in carcerem recipienda ſit perſona, an militi tradenda, vel fidejuſſoribus committenda, vel etiam ſibi, hoc autem, vel pro criminis, quod obiicitur qualitate, vel propter honorem, aut propter ampliſſimas facultates, vel pro innocentia perſonæ, vel pro dignitate ejus, qui accuſatur, facere ſolet.* Sic igitur Judex utrùm reus ponendus ſit in carceribus, vel militibus, id eſt lictoribus (hi erant Magiſtratus, qui inſignia ferebant, *l. ego cum in Villa* 8. *l. manumiſſio* 23. *ff. de manum. vind.*] Vel nuntiis tradendus, ut cuſtodiatur, vel fidejuſſoribus dandus, qui caveant de reo iſtendo, & exhibendo, decernere debet Judex ex criminis probatione, ejus qualitate, ac acculati perſona, ita notat *gloſ. d. lib.* 1. *ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* vel, ut ego intelligo, delicti probationem, vel probabilitatem, ejus qualitatem, & æſtimationem perſonæ carcerandæ conſiderare debet Judex in decernendis captura, modo, ac qualitate cuſtodiæ. Per ſingulas has circunſtantias percurremus, ut innoteſcat materia, tam Forenſi uſui quotidiana.

Circa criminis probationem, communis eſt DD. ſen- 16
tentia, quod antequam Judex deveniat ad capturam curare debet, ut præcedant indicia, Peg. *in prax. crim. cap.* 12. §. 3. *num.* 2. Berart. *de viſit. cap.* 17. *num.* 98. *& ſeqq.* Font. *tom.* 1. *deciſ.* 141. *num.* 8. *tunc. num.* 19. Clarus §. *fin. quæſt.* 28. *verſ. Scias autem, num.* 3. Farinac. *in prax. qu.* 112. *num.* 111. *& ſeq.* Souſa *in aphoriſm. inquiſit. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 5. Carena *de Offic. Sanct. Inquiſit. part.* 3. *tit.* 2. *nu.* 19. Guaz. *def. reor.* 5. *cap.* 3. *num.* 15. Conciol. *reſol. crim.* 6. *verſ. Captura, num.* 2. Mayorana *in opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. Severin. ad Sanfelic. *lib.* 3. *deciſ.* 363. *verſ. & licèt*, Ciaz. *def. reor. diſcep.* 9. *n.* 532.

Quæ autem ſint ſufficentia indicia, ut ad capturam de- 17
veniri poſſit, poſitum eſt in prudentis Judicis arbitrio, Farinac. *in prax. d. quæſt.* 27. *num.* 126. *& ſeq.* Souſa *in aphoriſm. Inquiſit. lib.* 2. *d. cap.* 26. *num.* 7. Carena *de Offic. Sanct. Inquiſit. par.* 3. *d. tit.* 2. *num.* 22. Guaz. *def. reor.* 5. *d. cap.* 3. *num.* 15. Conciol. *d. reſol. crim.* 6. *verſ. Captura, numer.* 8.

Propterea poterit Judex attendere ad qualitatem delicti, 18
& acculati perſonam, ut diſponitur *in d. 1. ff. de cuſt. & exhibit. reor.* aliter enim procedendum eſt contra Nobilem, & contra divitem, qui non præſumitur velle aufugere, quàm contra pauperem, & vilem perſonam; & ideo fortiora debent haberi indicia ad carcerandum perſonam nobilem, & inſignem, quàm ad pauperem, minora ſufficient indicia ad decernendum capturam in crimine occulto, quàm in publico, & minora etiam contra vilem, quàm contra virum gravem in Civitate, bonæ conditionis, & famæ, Farinac. *in prax. d. quæſt.* 27. *num.* 126. (ubi quod diſcretus Judex alia multa conſiderabit; cum in his non poſſit dari certa regula) quem ſequuntur Peg. *in prax. crim. d. cap.* 12. §. 3. *num.* 2. Carena *de Offic. Sanct. Inquiſit. d. tit.* 2. *par.* 3. *num.* 22. *cum ſequenti*, Clarus *in §. fin. d. quæſt.* 28. *verſ. Scias autem*, Conciol. *d. reſol. crim.* 6. *verſ. Captura, num.* 8. ubi ex Farinac. *d. quæſt.* 27. *num.* 133. ſcribit in delictis occultis, & gravibus, & contra perſonas viles & malæ famæ ſufficere leviora indicia, quam contra Nobilem, & in delictis levibus, ſentit Guaz. *def.* 5. *d. c.* 3 *n.* 29. *& ſeq.* ubi dicit in delictis gravibus ſufficere qualem qualem informationem, quę ſumi poteſt ex diſpoſitione teſtium infamium, & aliàs inhabilium, quod etiam habetur, per Mayorana *in opoprax. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 2. & in delictis gravibus ex diffamatione, vel levioribus indiciis delinquentes carcerari, ſcripſit Larrea *par.* 1. *deciſ.* 24. *num.* 14. Marta *vot* 234. *n.* 7. & ex quali quali informatione, vel ſuſpicione, Vela *de modo procedendi, cap.* 6. *num.* 1. Salg. *de Regia protect. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 137. & in levibus delictis, majorem informationem requiri, ait Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 7.

Obſervabit etiam Judex qualitatem accuſantis, nec ex 19
illius ſola querela deveniet ad capturas, niſi cum eadem querela concurrat informatio querelantis, Ciaz *def. reor. diſcept.* 9. *num.* 525. *& num.* 532. Salg. *de Reg. protect. par.* 2. *d. cap.* 4. *num.* 140. vel ſi vulneratus jacens in lecto nominaverit vulneratores tempore, quo viſitatus à Notario maleficorum factum vulnerum habitorum recenſuit, Farinac. *in prax. d quæſt.* 27. *num.* 129. Salgad. *de Reg. protect. par.* 2. *d. cap.* 4. *num.* 141. Peg. *deciſ.* 17. *num.* 6. ubi atteſtatur de communi opinione in praxi obſervata, quod aſſertio vulnerati ſufficiat ad capturam, Conciol. *cum pluribus, verſ. Aſſertio vulnerati reſol.* 1. *num.* 1. Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 5. *verſ. Limita ſecundò* (ubi loquitur quando querelans eſſet lethaliter vulneratus, & quod procul dubio ea procederent, quando vulneratus deceſſiſſet cum illa depoſitione] Bonden. *colluc. leg.* 32. *n.* 25.

Vel quando ipſe accuſans probat ſummariè querelatum 20
eſſe ſuſpectum de fuga, & præſtet cautionem, ſeu ſi dives ſit, ſe obliget de reficiendo expenſas, damna, & intereſſe, in caſu non verificatæ querelæ, & hanc tantùm limitationem admittit, alio non citato, Peguer. *in prax. crim. cap.* 12. §. 3. *num* 4. & eam antea habuerat Boſſius *in prax.*

prax. crim. tit. de captura, *num.* 3. *in fine*, & post eum Farinac. *in prax. dict. quæst.* 27. *num.* 128. Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 5. ubi docent hæc procedere, quando querelatus esset homo non multæ conditionis, & dignitatis, urgeretque aliqua suspicio fugæ, essemus in delicto magno, & querelans se obligasset de solvendi s expensis, casu quo incontinenti non daret debitas informationes, & explicat Scaccia citatus, suspicionem fugæ non requiri de per se, sed sufficere illam, quæ resultat ex gravitate delicti & qualitate querelantis, & ab his non dissentit Guaz. *def.* 5. *capit.* 3. *num.* 23. Conciol. *dict. resol. crim.* 6. *ver. Captura*, *num.* 9.

De dictis indiciis, & informatione, debet in actis con-
21 stare per depositiones testium examinatorum, nec sufficit esse extrajudicialem, etiam quod versemur in quocumque delicto, etiam gravi, & enormi, ac etiam contra quascumque personas, sive nobiles, sive divites, sive viles, sive pauperes, Peguera *in prax. crimin. dict. capit.* 12. §. 3. *num.* 3. Farinac. *in prax. dict. quæst.* 127. *num.* 113. Conciol. *resol. crim.* 6. *ver. Captura*, *num.* 5. Severin. ad Sanfelic. *libr.* 3. *decis.* 363. *ver. Debent*, Ciaz. *defen reor. diceptat.* 9. *numer.* 533. Salgado *de reg. protect. libr.* 2. *caput.* 4 *numer.* 138.

Benè verum est, quod quandoq; ex sola informatione extra-
22 judiciali, potest decerni captura, tribus concurrentibus, & nō aliàs. Primò, quod delictum sit grave, & enorme. Secundò, quod impuratus sit suspectus de fuga, & sic sit periculum, quod fugiat, eo interim, quo recipiuntur in actis informationes. Tertiò, quod Judex sit securus, quod post capturam factam, venient testes ad se examinandum, scribit Farinac. *in prax. dict. quæst.* 27. *numer.* 130. & *seqq.* Guaz. *dict. def.* 5. *cap.* 3. *num.* 19. (ubi quod si delictum sit leve, de indiciis debet constare in actis, & quod in levibus delictis majora indicia requiruntur (Conciol. *resol. crim.* 6. *ver. Captura*, *num.* 5.

Glarus *in prax. crim.* §. *fin. quæst.* 28. *ver. Scias autem*, explicat duo requisita ad procedendum ad capturam, scilicet suspicionem fugæ, & enormitatem delicti, ut recitat Farinac. *in prax. dict. quæst.* 27. *num.* 131. & clariùs dixit Novar. *de gravam. vassal. tom.* 1. *grava.* 279. *num.* 12. maximè in delictis occultis, Severin. ad Sanfelic. *decis.* 363. *ver. Et cessare gravamen*.

Carena *de offic. sanct. Inquisit. part.* 3. *dict. titul* 2. *n.* 20. etiam duo requisita petit (omittendo illud enormitatis delicti) videlicet, quod reus sit suspectus de fuga, & moraliter sit certus Judex, quod post capturam venient testes ad se examinandum, juxta illud vulgatum dictum Poetæ *nocuit differre patratis*, & in hanc inclinat Peguer. *dict. cap.* 12. §. 3. *num.* 3. si attentè legatur, ubi referendo illa tria requisita, quibus ex informatione extrajudiciali potest deveniri ad capturam, litteraliter recitando eadem verba, quibus utitur Farinac. *dict. quæst.* 27. *num.* 131 scribit ibi: *Tertiò, quando Judex est securus, quod post capturam venient testes ad se examinandum, hoc enim casu non erit inconveniens dicere, quod bene poterit Judex capi facere reum suspectum de fuga, ex sola extrajudiciali informatione*.

Sed ex his ne discedas à suprædictis, nam isti DD. qui
23 de duobus illis requisitis loquuntur, supponunt antecedenter gravitatem delicti, pro ut in his terminis loquitur Clarus *dict.* §. *fin. quæst.* 27. *ver. Scias autem*, videlicet in delicto, pro quo, pœna sanguinis debetur, & sic debet intelligi Carena *dict. tit.* 2. *num.* 20. *cum seqq.* qui inter alios allegat Farinac. & Sousa *in aphoris. Inquisit. libr.* 2. *cap.* 26. *num.* 6. & iste scribit, ibi: *Ex sola informatione extrajudiciali non redacta in scriptis, non devenitur ad capturam nisi delictum sit grave, & periculum fuga interveniat, & Judex etiam sit certus, quod post capturam venient testes ad se examinandum*.

Considero tamen principale ex tribus requisitis esse,
24 enormitatem, & gravitatem delicti; nam suspicio fugæ, non videtur requisitum de per se, cum sufficiat illa suspicio, quæ resultat ex gravitate delicti, & qualitate querelati, ut supra diximus cum Scaccia *de judiciis lib.* 1. *capit.* 42. *num.* 5. pro ut etiam non requiritur, ut omnino sit certus Judex, quod post capturam venient testes ad se examinandum; quia sufficit, quod moraliter de illo certus sit Judex, ut diximus cum Carena *de Offic. sanct. Inquisit. part.* 3. *dict. tit.* 2. *num.* 20. nam in delictis atrocibus, & gravis exempli, ordo est, ordinem non servare, Majorana *in opoprax. crimin. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 5.

Et ampliùs affero, quod ex sola informatione extrajudiciali, & non in forma judicii, potest deveniri ad capturam; quia potest deindè informatio redigi in scriptis ad ju- 25
stificandum capturam, & carcerationem factam, Novar. *de gravam. vassal. tom.* 1. *gravam.* 279. *num.* 13. ubi attestatur de prax. ut testis ocularis, Severin. ad Sanfelic. *libr.* 3. *dec.* 363. *ver. Imò inquit*, Bovadil. *in polit. lib.* 3. *cap.* 3. *numer.* 8. *in notis liter. E*, ubi quod dicitur constare Judici semiplenè per informationem per se habitam à pluribus, non in figura judicii, & quod hoc sufficit ad capturam, & ab hoc discedere non videntur Peguer. & antea Farinac. supra citati.

Hinc etiam potest Judex devenire ad capturam, habita 26
notitia delicti contra suspectos, etiā non constito de corpore delicti, si periculum sit in mora, vel aliqua subsit justa causa, puta stante gravitate criminis, & attenta qualitate personæ, si sit bonæ famæ, vel rixosus, & solitus delinquere, dives, vel pauper, vel aliàs, ne, dum Judex corpus delicti investigat, reus impunitus evadat. Conciol. *resol. crim.* 6. *ver. Captura*, *num.* 11. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 1. *capit.* 7. *numer.* 4. cum quibus pertransit Guaz. *def.* 4. *cap.* 1. *numer.* 7. *& sequentib.* diximus *decision.* 9. *numer.* 2.

Circa hoc obiter animadversum trado, quod iniustè ar- 27
restatus, vel detentus, si discedat à loco arresti, seu detentionis, ad pœnam promissam non tenetur, nec ipse, nec fidejussor, Farin. *in prax. quæst.* 30. *numer.* 61. *& sequentibus* Conciol. *resolut. crimin.* 5. *ver. Fideiussor*, *numer.* 1. ubi rem ampliat in num. seqq. Guaz. *def. reor.* 5. *cap.* 4. *numer.* 16. Faria ad Covar. *var.* 1. *capit.* 2. *numer.* 77. Ramon. *conf.* 43. ubi latiùs docet captum, nullo contra eum, fulminato processu, nulla præcedente provisione capturæ, nullo commisso delicto, sed pro redimenda longi carceris vexatione coactum præstare cautionem, seu manuleutam, se observaturum arrestum sub pœna pecuniaria, non teneri, nec ejus fidejussores astrictos esse ad pœnam ullam, quamvis arrestum non observaverit, & à loco detentionis aufugerit, & hoc est fundamentum, quo in Regia Curia, captis non admittitur manulenta, nisi contra eos fuerit fulminatus processus, ex quo resultet quale delictum, super quo recedere possit manuleuta, ac principalis, & fidejussoria obligatio.

Prout etiam captura, quæ nulla est, non censetur ap- 28
probata per cautionem præstitam à carcerato de se repræsentando, ut tradit decisum Peguera *decis.* 74. *tom.* 1. Cancer *var.* 2. *cap.* 2. *num.* 174. ubi *num.* 176. attestatur, & Senatus servat, quod si publicato processu præstetur cautio, vel sit reus traditus sub manuleuta, censetur per manuleutam approbata captura, secus si ante processus publicationem manuleuta præstetur, quod comprobant Glurba *decis.* 105. *num.* 12. Rota apud Merlinum *decis.* 79. *num.* 6. Vermigl. *conf.* 308. cum aliis citatis à Conciol. *resol. crimin.* 10. *ver. Captura*, *num. fin.* qui docent, quod qui processum non viderit, neque Judicis facultates, præstando cautionem de se præsentando, non censetur, nullitatem capturæ approbasse, cum nullitas non sit purgabilis sine scientia nullitatis.

Judicem supremæ auctoritatis motu proprio posse à cap- 29
tura statim incipere, sive querela præcesserit, sive non, & non examinatis testibus, etiamsi periculum non sit in mora, dummodò audierit, delictum esse factum, & esset hoc verisimile, & motus sit propter bonum publicum, docet Caval. *de brach. Reg. part.* 2. *num.* 8. ubi *num.* 9. ait, nihilominus est vigilandum in concedenda captura, ne Judex cujusque supremæ authoritatis sit, arguatur de inscientia, vel corruptione, & sequitur Guaz. *defen.* 5. *capit.* 3. *numer.* 23.

Quod expresè cautum habent in nostris juribus, Domi- 30
nus Rex, Locumtenens Generalis, Vicecancellarius, & suo casu Regens Regiam Cancellariam, Judex Regiæ Curiæ, & Gubernator Carbaloniæ, quibus impertitur facultas, reos capiendi de mandato, ut disposuit *const.* 1. *tit. de capturas*, & comprobat *cap.* 19. *Cur. ann.* 1599. Peguera *in prax. crim. cap.* 12. §. 3. *n.* 8. *&* §. 15. *n.* 1.

Delinquens repertus in flagranti crimine, absque indiciis 31
potest capi, & carceribus mancipari, Cavalc. *de brach. Reg. par.* 2 *num.* 6. Guaz. *def. reor.* 5. *cap.* 3. *nu* 18. Vermigl. *conf.* 279. *num.* 7. Conciol. *dict. resol. crimin.* 6 *num.* 6. ubi *num.* 7. referens concordantes idem asserit contra vagabundum, fugitivum, & de fuga suspectum, qui propter periculum in mora, potest capi, & carcerari, etiam non præcedentibus indiciis, si de fugæ suspicione Judici summariè constet, allegans Scacciade *judic. libr.* 1. *cap.* 42. *numer* 5.

Fari-

Farinac. *in prax. dict. quæstion.* 27. *numer.* 125 Guaz *def.* 5. *dict. cap.* 3. *num.* 24. Gomez. *var.* 3. *cap.* 9. *numer.* 1. ubi additio.

Captura etiam absque indiciis, decreta, & sic nulliter; 32 an possit convalidari ex novis indiciis supervenientibus, controvertitur; nam quidam DD. affirmant, capturam non justificari ex supervenientibus indiciis; quia ordo præposterus inducit capturam iniustam, ut cum pluribus citatis tenet Berart *de visit. capit.* 17. *num.* 98. *cum seqq.* Saccia *de judic. lib.* 1. *dict. cap.* 42. *num* 3. *in fine*, & *cap.* 94. *num.* 8. Guaz. *def.* 4. *cap.* 3. *num.* 17. Contrariam, quod confirmetur captura per supervenientiam indiciorum, tenent Guaz. sibi contrarius *def.* 5. *cap.* 2. *num.* 8. Bovad. *in polit. libr.* 5. *cap.* 3. *num.* 8. Scialoya *in prax. torquen. reos, cap.* 2. *num.* 16. Conciol. *resol. crim.* 6. *ver. Captura, in addit. num. fin.* Majorana *in opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 4. *ver. Et si*, ubi ex Guaz. asserit ita servari de consuetudine, & quod fatuus esset Judex, si relaxaret carceratum pro causa criminali, quando captura contra eum esset de novo concedenda, Canc. *var. part.* 2 *cap.* 10. *num.* 28. (ubi: quod si superveniant probationes, quibus, si ille captus non fuisset, capi posset, confirmatur mala captura, ut circuitus evitentur) Novar. *de gravam. tom.* 1 *grava.* 279. *num.* 13. Severin. ad Sanfelic. *decis.* 363. *ver. Imo inquit*, nisi captura esset nulla, ex defectu jurisdictionis, ut declarat Reg. Cortiada *decis.* 73. *num.* 18. notat Cancer *var.* 2. *dict. capit.* 10. *num.* 28. Fontanell. *dec.* 24. *num.* 11. Peguera *dec.* 66. *num.* 19. *ver. Nec officit.*

Exequi potest captura, in criminalibus, in die festo; & 33 per Episcopum, seu alium Ordinarium impediri non potest, tradit resolutum Nicolius *in elucub. jur. canon. libr.* 2. *tit.* 9. *numer.* 5. *ver. Limita*, 2. *tom.* 2. *per Sacram Congregationem Episcop. in una Croton. 9. Septembris* 1593. & *in una Cirenz. 17. Maii* 1604. ut recitat Bonden. *de jure controver. collect.* 32. *num.* 23. Farinac. *in prax. quæst.* 27. *num.* 109. Guaz. *def. reor.* 5. *cap.* 1. *num.* 22. cum quibus rem declarat Conciol. *resol. crim.* 4. *ver. Captura*, *numer.* 2. *cum seqq.* ubi etiam, quocumque tempore, etiam de nocte, posse capturam fieri, asserit ex Ripa *de nocl. temp. capit.* 71. *num.* 1.

Qualitas custodiæ carceris licèt à Judicis arbitrio pendeat 34 ut DD. *ex leg.* 1. *ff. de custodia*, & *exhibit reor.* attamen debet Judex arbitrium regulare, & inhærere juris regulis. Hinc dicitur, quod cum carcer sit ad custodiam, non ad pœnam, *leg. aut dammum* 8. §. *solet*, *ff. de pœnis*, Canc. *var.* 2. *capit.* 2. *num.* 65. (ubi quod carcer debet esse honestus, & juxta criminum, ob quæ puniri quis potest, qualitatem) Fontanell. *de pact.* 1. *claus.* 4 *glos.* 18. *part.* 4. *numer.* 30. Capiblanc. *de Baron. lib.* 2. *super prag.* 19. *cap.* 93. *numer.* 10. *cum seqq.* Vela *de modo proced. in cas. crim. cap.* 6. *num.* 37. debet prudens Judex ea in re animadvertere distinctionem personarum, & delicti qualitatem, utrùm persona sit vilis, & Judici suspecta, sit nobilis, si crimen est leve, seu non atrox, Menoch. *de arbitr. dict. cas.* 305. *numer.* 6. Novar. *tom.* 1. *grav.* 261. quippè Doctores non carcerantur pro omni crimine, nec nisi sint valdè indiciati, Farinac. *in prax. quæst.* 27. *num.* 86. Berart *de visit. capit.* 17. *num* 110. *cum seqq.* (ubi quod contra virum clarissimum captura decerni non potest, quin præcedat talis probatio, quæ ferè sufficiat ad condemnandum, nisi in casu, quo timetur fuga) quod magis procedit in Consiliariis Testay *alleg.* 7. *num.* 8. & *alleg.* 9 *num.* 175. qui in honesta, & libera custodia detineri debent, & non inter homicidas in tenerrimo carcere, ex Divo Hieronymo adversus Vigilant. scribit Reg. Mar. *de re crim. cont.* 67. *num.* 15. ubi plures citat, & sic pro personæ dignitate totam aliquam Civitatem, vel Palatium loco carceris assignari solere, pro ut in nobilibus, & egregiis personis id fieri passim, scribit Prato *resp. crim.* 33. *n.* 16. & comprobat Pasc. *de jurib. par. pot. par.* 4. *cap.* 2. *n.* 79. & *seq.* & infra dicitur.

Carceres enim Nobilium, debent esse diversi ab aliis 35 ignobilium, Novar. *de grava. vassal. tom.* 1. *dict. grav.* 261 *in prine.* nec custos carceris debet ita custodire nobilem sicut plebejum, *leg. fin. Cod. de accusat.* ibi: *Habita tamen dignitatis æstimatione, non ita senem, sicut juvenem, non ita de die, sicut de nocte.* Gomez *var.* 3. *cap.* 9. *num.* 6. Capiblanc. *de Baron. super prag.* 19. *capit.* 93. *numer.* 14. *cum sequentib.* Menoch. *de arbitrar. dict. cas.* 305. *numer.* 6. & *sequentibus.*

36 Separatum esse debere carcerem virorum, & fœminarum, statuitur *in leg.* 3. *Cod. de custod. reor.* & sic prisci legumlatores consuluerunt, qui discretas mulierum, ac virorum mansiones esse voluerunt, adeò ut Plato *lib.* 7. *de legibus*, jam inde à septennio utrumque sexum segregari dixerit, & pueros quidem unà cum pueris, puellas autem patitet cum puellis exerceri: unde providè in hac alma Urbe, ubi de carcere mulierum, nec virorum carceres videri valent, ut omnino ex occursu visus peccandi occasio tollatur, & apud Ovidium Medæa ajebat:

Tunc ego te vidi, tunc capi scire, quis esses: 37
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Et vidi, & perii.

Quæ omnia illustrat Gonzalez Tellez *ad cap.* 1. *de cohab. Cleric. num.* 10.

In carceribus subterraneis, vel fœtidis, aut foveis detineri carcerati non debent, Menoch. *de arbit. cas.* 305. *nu-* 38 *mer.* 5. Berart *de visit. cap.* 16. *numer.* 25. & 26. etiam si sint homines malæ conditionis, pessimi, ac facinorosi, & inquisiti de gravibus delictis, Novar. *de grava. vas. tom.* 1. *grav.* 208. ad tempus ex causa, quod sit licitum, scribit Capiblanc. *de Baron. super prag.* 19. *cap.* 93. *n.* 7. Vela *de modo proced. in caus. crim. cap.* 6. *n.* 37. Salgado *de reg. protect. par.* 2. *cap.* 4. *n.* 120. & *seqq.*

Interea reo exhibito, non in ferreas manicas, & inhæ- 39 rentes ossibus mitti oportet, sed prolixiores catenas, si criminis qualitas postulaverit, ut excruciatio desit, & permaneat sub fida custodia, nec verò sedis intimæ tenebras pati debebit inclusus, sed usurpata luce vegetari, ac sublevari; & ubi nox geminaverit custodiam in vestibulis carcerum, & salubribus locis recipiatur, quæ disposuit, *leg.* 1. *ver. Interea*, *Cod. de custod. reor.* quæ ad id ponderat Gomez *var.* 3. *cap.* 9. *num.* 6. maximè, quando carcerati detinentur ibidem longo tempore, & pro levi delicto, Berart *de visit. cap.* 16. *num.* 26. Novar. *grav. vassal. tom.* 1. *gravam.* 273. ubi id limitari docet, quando qualitas delicti id exposcet, *ex leg.* 1. *ff. de cust. reor.* vel si fuerit confessus, & convictus, vel valdè suspectus, *leg. confessus*, *ff. de custod. & exhibit. reor.* vel quando carcer non foret tutus, vel nisi in gravibus delictis, & esset suspicio fugæ, Severini ad Sanfel. *decis.* 363. *ver. Carcerati*, & quod hoc pendeat ab arbitrio Iudicis, dixit Vela *de modo proced. in causis crimin. cap.* 6. *num.* 37 Salgado *de Reg. protect. part.* 2. *dict. cap.* 4. *num* 123. Menoch. *de arbit. cas.* 305 *num* 6. ubi *numer.* 7. docet, quod si delictum sit atrox, sed de eo non est convictus, tunc in carcere debet custodiri, etiam sine vinculis, nisi habeat illum suspectum, vel carcer esset parum tutus; si verò crimen sit atrox, & de eo sit convictus, non solùm in carcerem, sed etiam in vincula, & compedes conjici reus poterit.

Infirmi carcerati, debet curari, & ad meliorem locum carceris adduci, Novar. *de gravam. vas. tom.* 1. *gravam.* 272. vel excarcerari cum fidejussione, Muta *tom.* 1. *in cap.* 40 *Regni Siciliæ*, *cap.* 15. *num.* 11. ex Gomez, Berart, Foller. & Farinac. Capiblanc. *de Baron. prag.* 19. *cap.* 93. *num.* 10. (ubi quid in debitoribus civilibus) cum Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4 *glos.* 18. *par.* 4. *numer.* 100. Peguer. *in prax. crim. cap.* 12. §. 15. *num.* 7. vel debent portari in hospitale, attenta eorum gravissima infirmitate, habita in omni casu relatione medicorum, quæ debet in processu continuari, Peguera *dict. cap.* 12. §. 15. *num.* 7. ubi tradit formas meliorandi infirmum ad alium locum carcetis, vèl ipsum arrestandi in domo, aut ipsum portandi ad hospitale, quas passim observatas vidi, secundùm distinctiones delictorum.

Prout etiam, infirmus gravi infirmitate, seu graviter vulneratus, qui non potest carcerari sine periculo vitæ, non debet per Judicem pro delicto per eum commisso, car- 41 ceri mandari, sed ejus persona debet assecurari, mediante cautione fidejussoria, & si fidejussorem non inveniat, per appositionem custodiæ, sumptibus ipsius infirmi, donec convalescat, ut tradunt Gram. *cons.* 55. *numer.* 9. & *seqq.* Farinac. *in prax. quæst.* 27. *num.* 87. Conciol. *resol. crimin.* 5. *ver. Captura*, *numer.* 1. & *numer.* 3. subdit ex Guaz. *def. reor.* 5. *cap.* 1. *num.* 23. inter alia, sufficere attestationem unius medici tantùm, quando in loco alius non reperitur, pro probanda gravi infirmitate) Salgad. *de Reg. protect. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 99.

Si tamen medicus falsò relationem in supra allegatis fa- 42 ciet, & apparet contrarium, tenetur medicus eadem pœna, qua inquisitus teneretur, ut judicatum per Albericum tradit Caroc. *in tract. de locato*, *pract.* 3. *quæst.* 3. *num.* 19. sequitur Muta *tom.* 1. *in capit. Regni Siciliæ*, *d. cap.* 15. *n.* 11. de hac re videndus Reg. Math. *de re crim. cont.* 9. & quæ diximus in dec. antec. *n.* 6. & 16.

Pro

Pro praxi harum relaxationum infirmorum à carceribus
43 observavi conclusiones sequentes. Primam ad effectum, ut infirmus pauper portetur ad hospitale, ibi: *Die 22. Septembris 1617. in facto Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ adversus, & contra Idelphonsum Guttieres, facta relatione per Ramon, fuit conclusum, quod dictus Idelphonsus Guttieres portetur ad hospitale sanctæ Crucis presentis Civitatis Barcinonæ, attenta illius gravissima infirmitate, & notoria paupertate. Similis eod. die, & anno.*

Alteram, quando dives, vel qui pauper non est, arre-
44 statur in domo ad effectum se curandi, ut ibi: *Die 14. Aprilis 1616. in facto Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ, adversus, & contra Michaelem Pelegri, facta relatione per D. Franciscum Roig, & de Mendoza, fuit conclusum, quod dictus Michael Pelegri tradatur idoneæ manuleutæ, arrestatus in aliqua domo præsentis Civitatis, & quod recuperata sanitate, absque aliqua requisitione, & interim quandocumque fuerit requisitus, se reponet intus Regios carceres Barcinonæ, ad pœnam centum librarum, attenta illius gravissima infirmitate.*

Alteram, quando imponitur arrestato, ut recuperata
45 sanitate adimpleat pactum, sic: *Die 12. Maii 1617. in facto Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ, contra Petrum Pujol, facta relatione per Magarola, pro Ramon absente, fuit conclusum, quod dictus Petrus Pujol tradatur idoneæ manuleutæ, arrestatus in aliqua domo præsentis Civitatis, ad pœnam ducentarum librarum monetæ Barcinonæ, attenta eius gravissima infirmitate, & quod rato manente pacto, recuperata sanitate, servet provisionem die octava eiusdem mensis, relegationis per quinquennium ad Insulam Majoricarum, sub pœna serviendi in Regiis Triremibus, remigando per quinquennium, si dictam non servaverit relegationem.*

Carceratis non est subtrahenda audientia, ut cum nullo
46 loquantur, *leg. 1. Codic. de cust. reor.* ibi: *Aut suberactos audientiæ longa tabe consumere*, quam ad id ponderat Gomez *var. 3. cap. 9. num. 6* (ubi id permittit, quando Judex prohiberet cum aliis loqui pro eruenda veritate, & qualitas delicti, & personæ hoc exposceret) Novar. *de grav. tom. 1. gravam. 284.* (declarat in criminibus gravibus, & ante data defensiones; secus autem ubi alloquutio esset publica, nec tenderet in aliquod prohibitum, neque Fisci præjudicium) Capiblanc *de Baron. super prag. 19. cap. 93. num. 8.* id intelligit à principio, & ante datas defensiones. Observatur in hoc Regio Concilio juxta occurrentias casuum, & passim in delictis gravibus, in quibus prohibetur alloquutio inquisiti, tempore institutionis processus criminalis, & ante exactam à reo depositionem, ob periculum subornationis, maximè cum complicibus ejusdem facinoris, qui solent ea ratione separatim, & in diversis cameris carceris detineri, & custodiri, sic Severini ad Sanfelic. *lib. 3. decis. 363.* scribunt, quod quando carcerati sunt de momento, possunt poni separati, imò debent, ne unus, alterum instruat, quia in carceribus est schola, ex Afflict. *in Const. Reg si damna clandestina, num. 63.*

Præterea cura custodis est, ut carcerati habeant omnia
47 necessaria, & non deficiant sibi alimenta, Gomez *var. 3. dict. cap. 9. num. 6.* Etenim delinquentibus humanitatis, ac miserationis intuitu subsidia sunt exhibenda; licet enim peccata odio sint habenda; homo tamen diligendus est, ac juvandus, *cap. odio 86. distinct. cap. duo ista 35. 23. quæst. 4. cap. quamobrem circa medium*, ibi: *Nec enim Deus hominibus, sed vitiis irascitur, de pœnit. distinct. 1.* Undè ex bonis Ecclesiæ carceratis alimenta præstari debent, ne fame pereant, Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 16. num. 96.* Hinc pariter impediri non potest carceratis, ne in carceribus introire faciant cubilia, sive lectos, ut quiescere, & dormire valeant, Medicos, medicamenta, Chirurgos, & alia necessaria, Novar. *de grav. vassal. tom. 1. grav. 276.*

Salubriter ergo decretum fuit die 13. Martii 1618. in fa-
48 cto propositionis, factæ per Magnificum Regentem Cancellariam, ut Commentariensis justo, & moderato pretio venderet carceratis omnia ad victum humanum necessaria, cum ut plurimum vendantur carceratis miseris, & in extrema pauperie, & egestate constitutis, sub pœna ibi statuta, ubi etiam aliqua opera præclara, & sanctissima circa miseros carceratos tenenda, fuerunt decreta, utinam observarentur.

Ulterius, carceris significatione *in d. leg. 1. ff. de custod.*
49 *& exhibit. reor.* non solum comprehenditur locus publicus ad custodiendos reos, destinatus, sed quilibet locus à Judice constitutus, à quo reus liberè exire non potest, ut explicat Reg. Math. *de re crimin. cont. 67. num. 15.* aliud est enim terrimus carcer, in quo Tullianum visitur, compedes sonant, catenæ trahuntur, atque ad horridum, torumque Commentariensis, aut trium viri aspectum trepidatur, & denique ubi nil minus morte metuitur: aliud est proprii lares, propriaque domus, ubi jocosi sunt liberi, mater solatrix; & tandem ubi interdictionis consortes sunt statuæ majorum, & hic ultimus libera custodia dicta fuit à Divo Hieronymo adversus Vigilant. ibi: *Senatoriæ videlicet dignitatis sunt, ut non inter homicidas teterrimo carcere, sed in libera, honestaque custodia recludantur* & doctè animadvertit Nob. Joseph. Fernandez de Retes *ad tit. de interdict. & releg. ad l. potest Præses 9.*

Quomodocumque igitur decernat Judex locum, à quo
50 inquisitus non possit discedere, locus destinatus carcer dicitur, & qui in eo custodiendus tradetur carceratus reputabitur, & ita intelliguntur Ulpianus *in dict. leg. potest Præses 9 ff. de interdict.* in illis verbis; *Potest Præses quendam damnare, ne domo sua procedat*, & Gajus *in leg. solutum 48. ff. de verb. sig.* ibi: *Ac ne eum intelligimus solutum, qui in publico, sine vinculis servatur*; Reus etenim detentus, seu arrestatus in Palatio, domo, camera, Civitate, vel alio loco in carcerem à Judice assignato, sub præcepto, ne à Palatio, domo, camera, Civitate, vel à loco exeat, dicitur carceratus, Mascardus *de probat. volum. 1. concl. 265. num. 8. cum seqq.* Cabal. *resol. crim. cas. 8. numer. 13. & seqq. & cas. 212. num. 1.* Guaz. *def. reor. 6. cap. 1. num. 51. cum seqq.* Ferrer *3. par. obs. cap. 180* (ubi quod non dicitur captus propriè; sed largo modo, quem eo non citato sequitur Reg. Vilosa *de fugit. cap. 18. §. 3. num. 13. cum seqq.*) Ciaz. *def. reor. discept. 9. nu. 566.* Vela *de modo proced. in caus. crimin. cap 6. num. 28. in fine* Rovitus *super prag. 1. de custod. reor. num. 15.* Magon. *decis. Luc 90. num. 5.* (ubi quod propriè dicitur carceratus, & locus ille designatus, publicus carcer est) Pascal. *de tut. pat. pot par. 4. cap. 2. num 79. & seq.* Reg. Cortiada *dec. 9. num. 62. cum plurib. seqq.*

Quod indistinctè procedit sive detentus, aut arrestatus
51 in aliquo loco, quàm in solito publico carcere, detineatur sub custodia, sive sine custodia, Cabal. *dict. resol. 8. num. 16.* Prato *resposn. crimin. 33. numer. 17. cum sequentib.* Caval. *libr. 5. decis. 14. numer. 2.* Reg. Cortiada *dict. decis. 9. num. 65.*

Dubitant; an detentus in aliquo Palatio, domo, seu
52 Civitate sub promissione, ac fidejussoribus datis de illinc non recedendo, dici possit carceratus, & in vinculis, Farinac. *in prax. quæst. 30 num. 55. cum sequentib* Ramon *cons. 53. num. 16. & 17.* Mascardus *de probat. conclus. 265. num. 30.*

Reiolvunt quidam, quod detentus in aliquo Palatio,
53 domo, seu Civitate, sub præcepto de non recedendo, datis fidejussoribus, carceratus dici valet, quod probant *ex l. in eadem 10. §. in vinculis, leg. nec non 28. §. item si quis, ff. ex quibus caus. maior.* Marius Muta *in capit. Reg. Siciliæ, tom. 1. cap. 15. num. 15.* Rovit. *super pragm. 1. de custod. reor. num. 13. & seqq.* Reg. Cortiada *decis. 9. numer. 64. & seqq.* Giurba *cons. crim. 34 num. 1.* Prato *resp. crim. 36. num. 6. & per totum* Novar. *de gravam. tom. 1. gravam. 261. num. 7. & in prax. elect. fori quæst. 36. numer. 14. in fine, sect. 3. in ult. impres. Neapolit. & quæst. forens. tom. 1. quæst. 138. num. 6. cum seqq. & ad prag. Regni Neapoli, rub. de carceratis, collect. 1. num. 10.* Marinis *quot. resol. cap. 194. à num. 11.* & ibi Rodoerius *num. 7.* Thoto *in compend. dec. tom. 3. ver. Debitor condemnatus, pag 271. col. 1.* Sanfelic. *dec. 153. & dec. 363. in princ.*

Alii verò contrariam sectantur, & fundantur ex eisdem
54 juribus *in leg. eadem 10. §. in vinculis, & in l. nec non 28. §. item si quis, ff. ex quibus caus. major. & ex leg. 1. ff. de custod. & exhibit. reor.* relati per Farinac. *d. quæst. 30 num. 58.* Reg. Cortiada *d. decis. 9. num. 64.* Carena *resol. crim. 80. n. 13. cum seqq.*

Quorum ratio est, quia recipiendo Curia fidejussores à
55 reo accusato, nil aliud facit, quàm ipsum, fidejussorum custodiæ committere, *ex tex. in dict. leg. 1. ff. de custod. reor.* ibi: *Vel fideiussoribus committenda*, tuncque Curia non videtur habere ipsum capturatum, Ramon *cons. 53. nu. 17.* comprobat Canc. *var. 2. cap. 5. num. 130.*

Alii, opiniones concordant, quod qui stat in certo loco
56 sub præcepto Judicis datis fidejussoribus, non censetur carceratus, quando apposita est ei custodia; secus verò si solùm fuerint dati fidejussores de non recedendo, ita Capyc. *decis. 154. num. 4.* Guaz. *def. 6. cap. 1. num. 53.* & in hanc opi-

opinionem ſnclinari videtur, Farinac. *in prax. dict. queſt.* 30. *num.* 58. Ramon *d. conſ.* 53. *num.* 17. Ciaz *def reor. diſcept.* 9. *num.* 566.

Certè tamen indiſtinctè teneo, quod ſi in propria domo, 57
vel aliena, aut certo loco, quis carceratus, aut arreſtatus ſe conſtituat, cum cautione, vel ſatisfatione, aut ſine ea, de non diſcedendo, vel de tenendo arreſtum loco carceris in loco aſſignato Judicis præcepto, ſive cum cuſtodia ſit detentus (ut quia cuſtodibus, ideſt lictoribus, Officialibus Juſtitiæ, nuntiis, vel birruatlis cuſtodia committatur) ſive ſine cuſtodia, ſemper detentus judicatur carceratus, vel captus, ex rationibus, quas aſſignant DD. quia carceratus non ſolùm dicitur, qui ſub clavibus manet, ſed etiam, qui à loco deſtinato diſcedere nequit, cum carcer dicatur omnis locus, à quo pro velle is exire non poteſt: & cauſæ, ac rationes, quæ militant in eo, qui ſub præcepto ſtrictus eſt ſtare in certo loco, militant illo, qui eſt in vinculis, aut carcere ſtricto, quia poteſt detineri eodem modo ad beneplacitum Judicis, nec poteſt aufugere ſine pœna, ut pro omnibus ſcripſit Cavalcanus *libr.* 5. *deciſ.* 14. *num.* 2. ibi: *Et quando eſt aſſignata Civitas, vel Caſtrum, aut territorium alicui pro carceribus, ſub præcepto pœnali, cum fideiuſſione de ſolvendo pœnam in caſu contraventionis, dicitur ſub arreſto ille talis poſitus, & ſic carceratus. ideo ſi recedat, & aufugiat, dicitur ita carcerem fregiſſe, ſicut ſi eſſet in proprio carcere, Grammatic. conſ.* 57. *numer.* 4. *cart.* 146. *in criminalibus, ſequitur Becius dict. conſ.* 44. *& apoſtilla ad Bertazzol. dict. conſ.* 35. *lit. A. pulchrè Menoc. de arbit. Iud. lib.* 2. *centuria* 4. *caſ.* 301. *num.* 9. *car.* 352. *& num.* 10. *Et quod ille cui fuit aſſignata Civitas pro carcere ſub precepto, ſine cuſtodia dicatur carceratus, & propriè, ſi non ita ſtrictè, prout quando eſt in compedibus, & in aliquo arcto carcere, eſt tex. meo judicio in l. ſuccurritur, ff. ex quibus cauſis major, ubi dicitur, quod qui aliquo modo diſtringitur, ut evadere non poſſit, dicitur carceratus, ſed arreſtatus in Civitate dicitur aliquo modo diſtrictus, ex quo ad libitum haberi poteſt; ergo in carceribus eſſe nulli dubium eſt, & propriè ſi non propriiſſimè, quia plus, & minus non differunt ſpecie, vulgatis juribus.*

Hoc tamen conſiderato, quod iſti ſub fidejuſſore deten- 58
ti pœnam effractoris carcerum non incurrent, nulla ſupponatur fractura, & Judex contentus fuerit pœna illa pecuniaria in præcepto, vel fidejuſſione contenta, ut docte animadvertit Reg. Viloſſa *de fugit. capit.* 18. §. 3. *num.* 12.

Ac etiam conſiderato, quod in materia noſtrarum Con- 59
ſtitutionum Generalium Cathaloniæ, quæ conceptæ ſunt materna lingua, cacerari non dicentur, qui ſunt ſub fidejuſſore detenti, Reg. Viloſſa *de fugit. dict. cap.* 18. §. 3. *nu.* 13. *& ſeqq.* qui loquitur in terminis Laudi, cujus verba ſunt ſtrictè intelligenda, motus ex doctrina Carena *reſol.* 80. *à num.* 6. & pariter id ipſum profitetur in terminis ſtatuti, cui additur Ferrer. 3. *par. obſerv. cap.* 180. ubi de intelligentia Conſt. *com ſie ordenat* 2. *tit. de content. de juriſdict.* in qua ſub verbis: *eſtraura de preſons*, non comprehendi arreſtatum, obſervat.

Relaxatus verò à Regiis carceribus ſub fidejuſſione de ſe 60
repræſentando, carceratus non dicitur, Reg. Cortiada, *dict. deciſ.* 9. *num.* 67. allegat Farinac. *queſt.* 30. *num.* 80. Jul. Chart. *deciſ.* 31. *num.* 58. & ratio eſt manifeſta, nam obligatus ſub fidejuſſione de ſe repræſentando, eſt relaxatus, nec iterum carcerari poteſt, niſi requiſitus, & niſi nova ſuperveniant indicia, Novar. *tom.* 1. *de gravam vaſſal. gravam.* 275. & declarant Canc. *var.* 2. *cap.* 5. *nu.* 132. Peguera *in prax. crimin. capit.* 12. §. 15. *num.* 5. *& ſeqq. & num.* 10. *cum ſeqq.* Ciaz. *def. reor. diſcep.* 9 *num.* 559. & Nos *in hac* 1. *part. deciſ.* 22. *& par.* 2. *deciſ.* 83. quod diverſum eſt ab illo, qui eſt arreſtatus in domo, quia ille detentus eſt ſub præcepto Judicis, quo jubente iterum ad carceres recluditur ſine nova cauſa, & apud nos obſervatur, quod ut ad concluſionem in facto poſſit procedi arreſtatus ducitur ad carceres (in hoc arreſtatus non videtur captus) ab eo exigitur depoſitio, & publicatis defenſionibus concluditur in cauſa, nec aliàs auditur arreſtatus extra carceres, nec ſui defenſiones admittuntur, niſi cum effectu ad carceres detruſus ſit, licet DD. dicant in delictis levibus extra carceres arreſtatum audiri. & poſſe ſuas informationes exhibere, *per text. in leg. Cornelia* 25. §. *præterea, ff. ad Suc. Cong. Silan.* Novar. *tom.* 2. *gravam.* 112. Nam apud nos habetur, ut non audiatur reus pro definitiva, niſi revera carceratus ſit, nec admittitur exceptio rei, per quam factum redditur impunibile ante ipſius rei captionem, Cancer *var.* 3. *cap.* 5. *num.* 81. de hac re Fontanella *tom.* 1. *deciſ.* 241. *num.* 13. & 16.

Vidi paſſim, & ſignanter in una cauſa contra Gabrielem Moragas Olitorem Civem Barcinonæ arreſtatum ob iniuriam verbalem parti illatæ, quæ formaliter inſtavit cauſam contra inquiſitum, hic propterea debuit ad carceres detrudi à quo fuit exacta depoſitio, & admiſſus ad defenſas, & tandem relaxatus die 21. Novembris 1672.

Ulterius Judex arreſtum decernet, juxta qualitatem per- 61
ſonæ accuſati, & delicti qualitatem, interdum, cum ſolo ſacramento, & homagio arreſtatur, interdum datis fidejuſſoribus, interdum cum cuſtodia, vel ſine ea, interdum in domo, vel aliàs in Civitate (quas differentias inſinuat pro noſtra praxi Michael Ferrer *obſ. par.* 3. *cap.* 180.) juxta occurrentias factorum.

Ad eandem rem conſiderer perſonas inquiſitas; nam pro 62
Nobilibus ſolet dari arreſtum in domo, Novar. *tom.* 1. *gravam.* 261. *num.* 3. & 4. (ubi ſub nobilium nomine comprehendere ſcribit populares divites cum hi nobiliter viventes, nuncupentur) Capiblanc. *de Baron. ſuper pragm.* 19. *capit.* 93. *num.* 21. *lib.* 2. ubi tem declarat Vela *de modo procedendi in cauſ. criminal. cap.* 6. *num.* 38. & ſupra etiam dicitur. Si tamen atrocia, & immania eſſent delicta à Nobilibus commiſſa, tanta ratio circa diverſitatem carcerum non eſſet habenda, Capiblanc. *de Baron. ſuper pragm.* 19. *d. cap.* 93. *num.* 22. *lib.* 2. Novar. *tom.* 1. *dict. gravam.* 261. *num.* 11. ubi inquit refrenanda namque eſt audacia nobilium, eorumdemque claritatem fraudare intendentium, qui enim abuntuntur nobilitatis clypeo, illo ſe tutari nequeunt, & ſuo proprio enſe vulnerati perire debent, juxta illud axioma, vulgò circumferri ſolitum, ex Antheone in metamorph. Ovidii.

Hen patior telis vulnera facta meis.

Et huc alludit Juvenalis *ſatyr.* 8. *in princ.*

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo.
Sanguine cenſeri, pictoſq; oſtendere vultus.
Majorum; & ſtantes in curribus Æmelianos?
Et Curios jam dimidios? Naſumque minorem.
Cornini, & Galbam auriculis, naſoque carentem?
Quis fructus generis tabula jactare capaci.
Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros.
Si coram Lepidis malè vivitur.

Ulterius arreſtum ore tenus factum, niſi in ſcriptis fue- 63
rit redactum, exequi non poteſt, nec ex contraventione mandati ore tenus facti, poteſt exigi pœna, diximus de mandato ſupra *deciſion.* 9. *numer.* 17. & de arreſto tradit Thoro *in compend. deciſion. part.* 1. *pagin.* 394. *ver. Pœna ſpreti mandati, in fine*, Novar. *de gravam. vaſſal. tom.* 1. *gravam.* 220. *num.* 2. Vela *de modo proced. in cauſ. crimin. cap.* 6. *num.* 4.

Pariter arreſtatus cum fidejuſſione in domo, vel certo 64
loco, ſi ex illo exierit, & ſtatim ad eum redierit, pœnali ſtipulationi contraveniſſe non dicitur, & fidejuſſor ad pœnam promiſſam ſolvendam non tenetur. Giurba *conſ.* 34. *num.* 8. *& ſeqq & num.* 14. *& ſeqq.* Conciol. latè, *reſolut. crimin. ver. Fideiuſſor, reſol.* 3. *tota, & reſol.* 5. *ver. Fuga;* vel ſi infra congruum tempus ad arreſtum redierit, Thoro *in compen. deciſ. part.* 3. *ſect.* 2. *ver. Pœna fideiuſſionis, pag.* 272. Farinac. *in prax. queſt.* 30. *num.* 148. Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 212. *numer.* 10 *& ſeqq.* & quando dicatur incontinenti, vel congruo tempore reverti, relinquitur arbitrio Judicis, Carena *de Offic. ſanct. Inquiſit part.* 2. *tit.* 17. *num.* 77. *in fin.* Giurba *conſ.* 33. *num.* 27. ubi latè de hac re, *& conſ.* 34. *per tot.* & ad octo dies poſſe extendi, dixit Theſaurus *deciſ.* 77. *nu.* 4. recitat Conciol. *dict. reſol. crim.* 5. *ver. Fuga.*

Sic etiam, qui carcerem evadit, impunitus relinquitur 65
omninò, ſecluſa fractione, ſi non multa mora interveniente ultrò revertatur, *arg. leg.* 3. *ff. de divort.* probant Parlad. *deſcit.* 51. §. 1. *numer.* 2. Clarus §. *final. quaſtion.* 21. *numer.* 28. Faria ad Covar. *var. libr.* 1. *capit.* 2. *numer.* 77.

Si autem, quis promiſit à domo non diſcedere, ſi extra 66
domum à Juſtitiæ miniſtris fuerit captus, tunc licet ipſe dicat, non diſceſſiſſe animo fugiendi, aliqua pœna venit pumendus, & cum eo ad compoſitionem pœnæ promiſſæ eſt deveniendum, ex verioti ſententia Farinac. *conſ.* 122. *nu.* 31. ubi ſubdit, quod ſi exiens à domo, quam habet pro tuto carcere, ad illam rediit, & ante reditum, à Curia deprehenſus non fuerit, nunquam vidiſſe, nec eum, nec

ejus

ejus fidejussores condemnatos, nec in aliquam pœnam compositos, & Farinac. sequitur Giurba *consil.* 34. *numer.* 14. Conciol. *resolut. crimin.* 3. *ver. Fideiussor*, *numer.* 1. & *num.* 7.

Quæ adeo vera profitentur; quia si redierit arrestatus ad
67 locum designatum, pœna stipulata exigi non potest, nam nisi fuerit cum effectu exacta, & realiter imbursata, & Fisco incorporata, ad pœnam solvendam non tenetur, Ramon. sic intelligendus *cons.* 43. *numer.* 8. præsertim in hoc Principatu, in quo de æquitate canonica admittitur moræ purgatio, Canc. *var.* 2. *cap.* 5. *num.* 137. & *seqq.* prout est certum, quod reus, quia infra certum tempus se repræsentare tenetur, & ejus fidejussor post moram incursam, & adhuc post pœnæ condemnationem contra eos factam, si reus se sponte præsentaverit, poterunt moram purgare, si pecunia à Fisco non dum realiter, & cum effectu fuerit imbursata, Giurba *per integrum consilium* 33. Conciol. *ver. Fideiussor*, *resol.* 5. *num.* 8. & cum hac æqua opinione transimus.

A Proconsule decernendam esse capturam, expressit *text.*
68 in sæpiùs citata *leg. prima*, *ff. de custod. & exhibit. reor.* Proconsul erat, qui in sua Provincia contentiosam jurisdictionem exercebat, *leg.* 1. *ff. de offic. Proconsulis*, & in ea delicta coercebat, *leg. congruit* 13. *ff. de offic. Proconsulis*; quæ est Ulpiani *lib.* 2. *de offic. Proconsulis*, de quo officio plenè apud Reg. Vilossa *post tractatum de fugitivis*, *dissert.* 6. §. 7. *num.* 15.

Hinc inferunt Doctores privatam personam, nullam
69 prorsus jurisdictionem habentem capere non posse delinquentes, Berart *de visit. cap.* 25. *num.* 10. & Judici hoc spectare, Canc. *var.* 2. *cap.* 2. *num.* 158. (ubi quod commissio facta per Judicem de capiendo aliquem, expirat morte committentis, nisi esset commissio facta cum causæ cognitione, & comprobat Reg. Vilossa *de fugit. cap.* 19. §. 5. *nu.* 7.) Vela *de modo procedendi*, *cap.* 6. *num.* 3. non tamen Ordinario id spectat sine consilio assessoris, *leg. neminem* 3. *Codic. de exhibendis reis*, ibi: *Neminem in judicio exhibendum esse præcipimus*, *nisi de cujus exhibitione Judex pronuntiaverit Const.* 1. *tit. de captivis*, *Const.* 4. *cod. titul. juncta Const.* 5. *tit. de officio de Juges*, *y Assessors*, quæ licet loqui videantur de Ordinariis Regiis, at vero idem est in ordinariis Baronum, *const.* 2. *tit. de penes corporales*, *y pecuniarias*, Canc. *var.* 3. *capit.* 17. *num.* 388. Peguera *in prax. crim. cap.* 12. §. 3 *num.* 9. Font *de pact. nup.* 20. 1. *claus.* 4. *glos.* 10. *par.* 1. *num.* 162. & 163. *cum Senatu*, & *decis.* 141. *num.* 16. Novar. *de gravam. vassal. tom.* 1. *grava.* 190. *num.* 3. Bovad. *in polit. lib.* 1. *cap.* 12. *à num.* 8. ubi latè de limitationibus, Farinac. *in prax. quæst.* 27. *num.* 8. & alii, qui infra allegantur.

Potest etiam Assessor, sive Judex jurisdictionem habens
70 per se ipsum capere delinquentem, ac proprijs manibus eum apprehendere, Xam. *de offic. Judic. par.* 1. *quæst.* 24. *n.* 135. *cum sequent.* qui secus esse ait, si jurisdictionem non habeat, cum tunc solùm sit consultor, & captura sit actus jurisdictionalis.

In Cathalonia non possunt dari commissiones generales, *Constit. per tolrer vexationis* 2. & *const.* 3 *titul. que novells Officials*, quod declarat Cancer *var.* 3 *cap.* 9. *à num.* 20. dicens, benè verum esse, quod illa generalitas debet restrin-
71 gi, & terminari per memoriale; nam commissio potest dari, vel memoriale ad capiendum certas personas, aut ad inquisitiones capiendas pro criminibus commissis, ut sic Commissarius non habeat liberam facultatem capiendi, quem velit, sed tantum contentum in commissione, vel datum in memoriali (quod præcedere supponit provisionem capturæ) aut culpabilem inventum in inquisitione per eum recepta super criminibus commissis. Mieres *super dict. Const.* 2. *coll.* 10. *cap.* 31. *num.* 15. *pag.* 478. Oliba *de act. par.* 1. *lib.* 3. §. *pœnales*, *num.* 21. ubi dicit, quod ita servabatur, & hoc jure utimur.

Ex quibus intelligitur *cap.* 10. *Cur. ann.* 1599. in quo sta-
72 tuitur, quod in regaliis recipiatur informatio summaria de casu, per aliquem ex Judicibus R. C. præcedente denuntiatione Procuratoris Fiscalis, & quod Commissarius non possit capere personam aliquam, nisi habeat provisionem contra illam, excepto, quod capturam illorum, qui fuerint reperti culpabiles, in quibus servetur, quod hactenus est consuetum ablatis abusibus, quod in effectu est dicere, quod supra habetur expressum, nempè, quod Commissarii non dentur ad generalitatem causarum, sed, vel debent habere memoriale personarum, quas capere tenentur, quæ supponunt provisionem capturæ per Relatorem, factam, vel commissionem ad informationes super delictis commissis, & culpabiles repertos capiendum.

Hæc limita in dardanariis, & usurariis, qui non possunt 73
capi per commissarios, nec per ordinarios, quin præcedat provisio capturæ per Relatorem causæ, aut per Judicem, vel Assessorem, *capit.* 21. *Cur. ann.* 1599. in quibus itaque practicari non poterit, quod præcedente summaria informatione de delicto, possit dari commissio ad inquisitiones fortificandas, & aprehendendi culpabiles, sed præcedere debet provisio capturæ contra certam personam, & debet dari memoriale, vel commissio particularis ad eam capiendam.

Commissiones illæ dari non possunt inimico personæ capiendæ, ut ponderat Canc. *var.* 3. *cap.* 13. *num.* 337. *cum seqq.* nec partibus offensis, Majorana *in opopraxi. crimin.* 74
lib. 1. *cap.* 7. *num.* 5. Vela *de modo proceden. in causa. crim. cap.* 6. *num.* 4. Novar. *de gravam. vassal. tom.* 1. *grava.* 278. ubi tamen asserit, quod pro cautela Officialium benè erit, si una cum familia Curiæ transmitteretur aliquis ex offensis, qui assistendo, favorem, & auxilium præstaret ipsi familiæ, non autem ut ad ipsius capturæ manum apponeret, quod etiam non nisi ex urgenti necessitate fieri debere existimavit, ex Claro *pract. quæstion.* 28. *in fine*, *ver. Solet etiam.*

Sicut regulariter non potest deveniri ad capturam, nisi præcedente Judicis decreto, ita etiam non potest fieri excarceratio, absque Judicis licentia, Vivius *decis.* 202. Ma- 75
jorana *in opopraxi criminal. lib.* 1. *dict. capit.* 7. *numer.* 5. nam dum in carceribus est reus sub Judicis dispositione existit, de cujus ordine detinetur, ex traditis à Canc. *var.* 3. *cap.* 1. *numer.* 40. ubi ad resolvendum dubium, an carcerati obligatio teneat absque Judicis authoritate docet, quod hic, & ubi practicatur, ut in contractibus, qui fiunt per carceratos, cum quocumque, interveniat Judicis authoritas, quæ omnem metum excludit, de qua re Carena *resol.* 117. *numer* 9.

Prohibitum etiam fuit Commentariensi, & custodibus carcerum Regiorum hujus Civitatis Barcinonæ, ut eorum 76
nutu, & sine jussu suæ Excellentiæ, & Magnificorum Doctorum Regii Concilii, facere mutationem ad diversa loca dictorum carcerum, die 14. Martii 1618. est in libro fol. 360. in facto propositionis factæ per Magnificum Regentem Cancellariam, super gubernio administrationis carcerum; nam puniri possunt carcerarii, si carceratos permittant stare in largiori carcere, quàm à Judice decreto, Vivius *d. dec.* 202. Capiblanc. *de Baron. super prag.* 19. *lib.* 2. *cap.* 93. *num.* 14. & pœna arbitraria eos puniri dixit Font, *de pact.* 1. *claus.* 4. *glos.* 18. *par.* 4. *n.* 31.

Relaxatio tamen provisa cum conclusione in Regio Con- 77
cilio facta, non potest impediri per Locumtenentem Generalem Suæ Majestatis, aut Portantem vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, *Const.* 13 *tit. de custod. de presos* etiam in casu, quo fuerit facta conclusio de relaxando reum in visita carceris, *cap.* 53. *Cur. anni* 1599. Berart *de visitat. cap.* 9. *num.* 26. Et vidi observatum in Regia Visita 19. Dec. 1671. Præsidente Excellentiss. Duce de Cessa Locumtenente Generali hujus Principatus.

Pariter Dominus Rex, ejus Locumtenens Generalis, 78
Vicecancellarius, & suo casu Regens Regiam Cancellariam, Judex Regiæ Curiæ, & Gubernator Cathaloniæ, qui habent mandatum ad capiendum, ut suprà diximus *num* 29 de mandato etiam relaxare præcipiunt, Peguera *in prax. crim. cap.* 12. §. 15. *num.* 1. (nullis solutis expensis, aut illis satisfactis, pro ut mandantis arbitrio apparet) capti enim sæpè à principio in libro, seu repertorio carceratorum scribuntur, scilicet, quod detinentur ibi de mandato, vel Locumtenentis Generalis, vel alterius, qui mandatum dedit. Sed si isti, qui eo modo carceres ingrediuntur, verè culpabiles per informationes in scriptis receptas reperiuntur, & quod sunt rei, qui debent inter nomina reorum describi, tunc consignantur Judici Curiæ, qui incæperat in illo facto inquirere, & tunc relaxati non possunt de mandato, sed cum conclusione in Regio Concilio facienda; pariter interdum licet scripti fuerint inter reos in libro Visitæ, si appareat Regio Concilio nullatenus culpabiles esse, nec ex processu resultare merita, ex quibus detineri possint, ultra modos, reos relaxandi, quos docet Peguera *in prax. crim. dict. cap.* 12. §. 15. practicatur, quod cum conclusione Regii Concilii, delentur de libro Visitæ, & iterùm scribuntur in libro carceratorum de mandato, quod multoties vidi observatum, & signanter in conclusione sequenti.

Die

Die 1. Decembris 1684.

In facto F. P. R. C. adversus, & contra Ignatium Barbet, & alios, facta relatione per Magnificum Bernardinum de Puig. I. R. C. fuit concluſum, quod dictus Ignatius Barbet ætatis quindecim annorum extrahatur à libro Viſitæ.

Scriba Mauricii Not.

Et poterit tunc Judex, de cujus mandato inquiſiti detinentur, etiam de mandato relaxari eos mandare:

Dixi, quod regulariter non poteſt fieri excarceratio ſine
79 Judicis decreto; quia captus iniuſtè poteſt impunè à capiente propria authoritate, & ſine mandato Judicis relaxari *ad text. in leg. quis uxori* 53. §. *ſi fugitivum*, *ff. de furtis*, tradunt Farinacius *in prax. quæſtion.* 31. *num.* 94. *in fin*, Guaz. *def. reorum* 5. *capit* 4. *numer.* 18. *& def.* 26. *capit.* 1. *num.* 6. Bajard. ad Clar. *in prax. quæſtion.* 28. *num.* 17. Conciol. *reſolut. criminal.* 9. *ver. Captura*, ubi *numer.* 2. id declarat ut habeat locum, quando capiens relaxat captum iniuſtè, antequam carceretur, vel ſit deſcriptus in albo carceratorum, ſecus tamen eſt, quando captum duxit ad carceres, & in albo carceratorum illud deſcripſit, quia tunc non habet ampliùs poteſtatem illum relaxandi, etiamſi nulliter, & iniuſtè captus fuerat, ut declarant etiam Farin. *d. qu.* 31. *n.* 94. Guaz. *d. def.* 26. *cap.* 1. *n.* 6.

Primordia praxis tradita ſunt ad intellectum ſæpè allega-
80 tæ, *l.* 1. *ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* quatenus in ea agitur de captura, & cuſtodia reorum à Proconſule, ideſt ab eo, qui juriſdictionem habet decernenda: nunc pro majori cognitione ſuſceptæ rei quæritur, an Judex incompetens; an qui revera Judex non eſt; an vè, qui nec in æſtimatione habet juriſdictionem, ſed perſona privata eſt, poſſit modo ad capturas reorum procedere.

Judicis incompetentis, vel illius, qui juriſdictionem
81 non habet, carceratio iniuſta eſt, Farin. *in prax. quæſt.* 30. *num.* 135. Severin ad Sanfel. *lib.* 3. *deciſ.* 363. *ver. Ad juſtificandum*, limitant ad ipſum Doctores in crimine flagranti, in quo Judex incompetens capere reum poteſt, proindè Judex ſæcularis poteſt capere Clericum repertum in flagranti delicto, ut ad ſuum Judicem ducat abſque metu excommunicationis, Aviles *in capit.* 47. *Prætorum*, *ver. Clerigos*, *num.* 4. *& in cap.* 1. *ver. Cartas*, *num.* 6. Bolanus *in Cur. Philippica* 3. *par.* §. *priſion*, *num* 4. *& 6 & tom.* 2. *verb. navegantes*, *num.* 7. Vermigliol. *conſ.* 276. *numer.* 7. Farinac. *in prax. quæſt.* 21. *num.* 141. Gomez *var.* 3. *capit.* 9. *num.* 3. & ibi Ayllon. *numer.* 4. Vela *de modo procedendi in cauſ. crim. cap.* 6. *num.* 6. Salgad. *de Reg. protect. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 13. (ubi ex Azavedo aſſerit, quod in flagranti, quis dicitur deprehendi, quando nec fugere, nec inficiari poteſt) Peguera *in prax. crim. cap.* 12. §. 3. *num.* 7. Salzedo *in prax. crim. cap.* 123. *nu.* 3. ubi in additionibus aſſerit, quod ſi Laicus videt Clericum in alterius iniuriam præparatum, & non adeſt Prælatus ſuus, ſi Clericum ipſum aliàs compeſcere non poſſit, poterit eum ſine excommunicationis metu capere, ligare, & in carcerem mittere, ut Judici ſuo tradat, Fermoſinus *in cap. cum ab homine* 10. *de judic. quæſt.* 9. ubi *num* 8. aſſerit, quod in delictis prævifis Laici non poterunt comprehendere Clericos, ſine mandato Epiſcopi, ſecus verò in criminibus inopinatis, & repentinis, in quibus poterunt comprehendere ad effectum remittendi illos ad ſuos Judices Eccleſiaſticos, & *numer.* 9. docet, optimè facturos Judices Laicos, ſi ſtatim Clericos remittant deprehenſos, non exſpectando viginti quatuor horas, idem Fermoſ. *in dict. cap. cum ab homine* 10. *de judic. quæſtion.* 17. *numer.* 2. docet, quod Judex, qui commodè poteſt remittere Clericos comprehenſos ante viginti quatuor horas, ſi id non faciat, incidit in excommunicationem.

Et in vim proceſſus facti, cum ſono emiſſo, poteſt Do-
82 minus Rex, ejuſque Officiales in hoc Principatu capere quoſcumque malefactores, quos deprehenderit, dictum ſonum inſequendo, & eos carceribus mancipare, licet inter dictos malefactores aliqui ſint Clerici, dummodo Clericos non detineat, niſi per viginti quatuor horas, & poſtea Judici Eccleſiaſtico tradat, Cancer *var.* 3. *cap.* 5. *num.* 3. qui allegat Oliba *de jure Fiſci*, *capit.* 14. *numer.* 43 citans jura municipalia, & per eadem jura ſcribit Peguera cit. quod Eccleſiaſticæ Perſonæ in ſacris Ordinibus conſtitutæ, vel religioſæ, aut beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, non debent carceribus communibus mancipari, ſed honeſtè in aliquam domum deferri, a qua infra ſpatium viginti quatuor horarum tradendi ſunt Iudicibus Eccleſiaſticis, ad quos ſpectat, & hanc remiſſionem fieri oportere cum maximo decore, & ſine ullo opprobrio, & ignominiâ Clerici, quia, qui aliàs maneret ſæcularis excommunicatus, Fermoſ. *ad dictum cap. cum non ab homine* 10 *de judiciis*, *qu.* 9. *num.* 9. Vela *de modo proced. in cauſ crim. cap* 6. *n.* 6. & de hac remiſſione cum pluribus citatis Reg. Cortiada *dec.* 24. *n.* 139. *& ſeq.*

Pariter Officialis in flagranti capere poteſt delinquentem,
abſque mandato Judicis, Guaz. *def.* 5. *cap.* 8. *numer* 1. ubi 83
n. 2. aſſerit, quod in flagranti, quis dicitur captus, quando ipſe delinquens apprehenditur poſt commiſſum delictum ſive capiatur in ambulatione, ſive in latitatione, dummodo non pervenerit ad locum deſtinatum.

Rursùs licet, qui juriſdictione caret, non poſſit procedere ad capturas reorum, ut ſupra diximus *nu.* 68. *& ſeqq.* 84
quia captura eſt actus juriſdictionalis, Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 25. *& 756. cum infinitis citatis* Reg. Cortiada *deciſ.* 2. *num.* 25. Vela *de modo proced. in cauſ. crim. cap.* 6. *num.* 9.

At vero poterit Officialis, qui verè Officialis non eſt, &
qui de facto ſolùm juriſdictione utitur, & communiter ab
omnibus pro Officiali juriſdictionali tenetur ad capturas 85
devenire, & ab eo facta captura valida judicatur ex errore communi, propter publicam utilitatem, *per tex. in l. Barbarius* 3 *de offic. Prator.* ex fundamentis, & DD. per nos citatis *deciſ* 4 *num.* 4. *& num.* 22. & punctim ſcribit Carena *reſol.* 62. *tota*, ubi de captura facta à birruario, vel currerio, qui non fidejuſſit ad formam ſtatuti, quæ valida judicata fuit, ex quo ille communiter tentus fuit pro birruario, vel ex quo currerii munus publicè in Civitate exercebat.

Ulterius, qui Officialis juriſdictionalis non eſt, nec in
veritate, nec æſtimatione, ſed eſt perſona privata, nul- 86
lam prorsùs juriſdictionem habens, licet capere delinquentes non poſſit, ut ſupra diximus *num.* 69 hoc tamen ei licebit in crimine flagranti, vel dum delinquens fugit, dummodo eos ad Iudicem ducat, *per text. in leg. capite quinto* 25. *ff. ad leg. Jul. de adult. leg. interdum* 56. §. *qui finem*, *ff. de furtis*, Gomez *var.* 5. *cap.* 9. *num.* 3. *in fine*, & ibi Ayllon *num* 4. Clarus *in prax.* §. *fin. quæſt.* 28. *num.* 7. Michael Ferrer 3. *par. obſer. cap.* 99. qui notat hoc eſſe de mente Senatus, Canc. *var.* 2. *cap* 10 *num.* 65. Giurba *conſ.* 98. *n.* 3. Farinac. *in prax. quæſt.* 21. *num.* 137. Cruſius *de indic. part.* 4. *cap.* 9. *num.* 5.

Etiamſi perſona ipſa offenſa ſit, Gomez *var.* 3. *dict. cap.*
9. *nu.* 3. & ibi Ayllon *num.* 4. Farinac. *in prax. d. quæſt.* 21. 87
num. 139. Vela *de modo procedendi*, *d. cap* 6. *nu.* 5. Cavalc. *de brach. Reg. par.* 4 *num.* 336. pro ut licet creditori debitorem fugitivum capere, ut Iudici conſignetur, *arg. leg. ait Prator* 10. §. *ſi debitorem. ff. qua in fraud. credit.* plenè apud Ramon. *conſ.* 11. & 12. Font. *tom.* 1. *deciſ.* 241. *nu.* 6. Reg. Viloſſa *de fugit. cap.* 19. § 4 *num.* 3. *cum pluribus ſeqq.* Cruſius *de indic. par.* 4. *d. cap.* 9. *num.* 5. Canc. *var.* 2. *cap.* 10. *n.* 11. *& ſeqq.* ubi *num.* 14. id ampliat. ſequitur Ripoll. *de conſult. cap.* 7. *num.* 54.

Qua ratione cum fur ſecum exportando res furatas, ſem-
per delinquat, & ratione contrectationis novum furtum 88
committat, Bartol. *in leg. ſi dominus* 48. *num.* 2. *ff. de furtis*, Peguera *deciſ.* 28. *tota*, Reg. Cortiada *deciſ.* 109. *numer.* 29 Luca ad Franc. *deciſ.* 129 *numer.* 6. Cabal. *reſolut. crimin.* 163. *in fin.* Capiblanc. *de Baron. prag.* 8. *num.* 234. Vermigl. *conſ.* 271. *numer.* 3. Carleval. *de judic. quæſtion.* 2. *diſp.* 7. *ſect.* 1. *num.* 720. *& ſeqq. lib.* 1. Conciolus *reſol. criminal.* 8. *ver. Furtum*, (qui omnes ea ratione docent, quod fuit repertus in loco cum re furata poteſt ibi puniri, licet Iudici loci non ſit ſubditus) ideo fur repertus cum re furata, deprehenſus dicitur in flagranti, & à perſona privata capi poterit, Vermigl. *conſ.* 276. quanto magis, quia apud nos fur exceptionem malæ capturæ opponere non poteſt, ut dicitur infra in dec. ſeq.

Et cum etiam in flagranti, vel in actu delicti deprehen-
ſus dicatur, qui cum armis prohibitis repertus fuerit, ſic à 89
privata perſona poterit capi cum armis prohibitis inventus, & apprehenſus, Giurba *conſ* 98. *per tot.* ex Claro *in prax. qu.* 8. §. *fin. num.* 2. Tuſc. *lit. D, concluſ.* 185. *num.* 25. Ferrer. 3. *par. obſ. cap.* 99.

Pariter ſervus fugitivus cum ſui ipſius furtum faciat, *leg.* 90
ultim. § *ſervi*, *ff. de public. & vect. l.* 1. *l. mancipia.* 5. *Cod. de ſervis fugit. l. ult.* §. *ſanè ſi ſervus*, *C. de his*, *qui ad Eccleſ. conf.* Reg. Viloſſa *de fugit. capit.* 5. *numer.* 16. ideò rationibus ponderatis, poterit ſervus fugitivus à quocumque privato capi.

Caſus etiam dantur in quibus privata perſona poteſt ca- 9

pere

UAB Biblioteca de Ciències Socials

pere sine Iudicis authoritate, non solum in crimine flagranti, sed etiam ex intervallo post delictum commissum, Gomez *var.* 3. *cap.* 9. *numer.* 3. *ver. Item adde*, & ibi Ayllon. *num.* 4. Berat *de visit. cap.* 25. *num.* 12. *& seqq.* Bolanus *in Curia Philip.* 3. *part.* §. *prision*, *numer.* 2. *capit.* 10. quos dinumerat Farinac. *in prax. quæst.* 27. *numer.* 23. ut sunt monetarum falsarii, latrones, & viarum grassatores, violenti fœminarum raptores, milites stipendiarii fugientes, Duces, arborum, & vinearum incisores, venefici, & incantatores (& apud non sunt etiam) Assassini, sacrilegi, homicidæ accordati, qui explicantur *in Const. fin.* tit. *quam sia licit, ò nò venjarsele*, & alii, qui recitantur in dec. seq. de qua re latius.

Extra casus numero antecedenti assignatos, etiamsi de-
92 linquens committat publicum delictum ex multis, quæ refert Farinac. *quæst.* 18. *à num.* 8. non licet capere delinquentes etiam à quocumque de populo ex intervallo, sed tantùm in flagranti delicto, vel immediatè, vel dum delinquens aufugit, Farinac *quæst.* 21. *à n.* 133. *ad* 141. *& qu.* 27. *n.* 23. Guaz. *def.* 5. *cap.* 4. *n.* 14.

Nec in hac re ulla consideratur differentia inter delictum
93 privatum, & publicum, quia in utroque privata persona delinquentes capere poterit in flagranti, secus ex intervallo, Gomez *var.* 3. *capit.* 9. *numer.* 3. ibi: *dicebat tamen Floria in leg.* 3. *ff. ad Aquil. hoc procedere, & esse verum in delicto publico, non tamen in privato; quia cum non sit licita, nec permissa accusatio cuilibet de populo, à fortiori non erit licita captura personæ, sed nihilominus teneo primâ opinionem tanquam veram, & æquam; quia in punitione delicti, etiam privati, vertitur favor publicus, & Judex ex officio potest punire, etiam non existente parte*, sequitur Farinac. *in prax. q* 21. *n.* 140. Scaccia *lib.* 1. *de judic. cap.* 78. *n.* 10. Cavalc. *de brac. Reg. part.* 1. *n.* 228. Guaz. *def. reor.* 5. *cap.* 9. *n.* 4. Giurba *cons.* 98. *n.* 3.

Undè cavendum esse existimo à Peguera *in prax. dict.*
94 *cap.* 12. §. 3. *num.* 9. *&* 10. Ferrer 3. *part. obs. cap.* 99. dicentibus, quod committens delictum privatum in flagranti repertus capi benè potest à quocumque Officiali Regio, & etiam Commissario; quos appellamus *dels quatre usatges*, etiamsi memoriale non habeant, nec Judicis decretum, à privatis tamen solùm illis, quorum interest, ut puta pro defensione personarum, aut bonorum.

Quia verùs esse dico, quod indistinctè quilibet delin-
95 quens in flagranti repertus, sive sit privatùm, sive publicum delictum, quod committit, capi potest à quocumque privato, etiamsi interesse non habeat in captura, nec agat capiendo de persona, aut bonorum defensione, expressè Farinacius *quæstion.* 21. *numer.* 137. ex Bart. Bald. Foller. & Gomez, *& quæstion.* 27. *numer.* 23 *& quæstion.* 167. *numer.* 93. Vermigl. *cons.* 276. *numer.* 7. Majorana *in opo prax. lib. . . capit.* 7. *numer. final.* Canc. *var.* 2. *capit.* 10. *numer.* 65. qui indistinctè loquuntur, pro ut impersonaliter, ac generaliter loquitur, *Constit.* 1. *titul. de capturas*, ibi: *Statuim, y ordenàm, que no puga esser algu mès en presò sino crim fragant, o ab llirentia, o provisio de Nos, ò Lloctinent General nostre, ò del Vicecanceller, ò en son cas Regem la Cancellaria, ò de Jutja de Coct. E a cò mateix sia servat per lo Governador, è portan veus de Governador, è quant als ordinaris Reals, provechim, que no puga esser mes algu en presò sino à consell del Assessor ò tenint lloc de aquell, sino crim fragant.*

Ubicumque tamen persona privata capiat delinquen-
96 tes (in casibus supra relatis, & à jure ei permissis) eos suo Judici tradere debet infra viginti horas, aliàs committit crimen privati carceris, Gomez *var.* 3. *cap.* 9. *numer.* 3. *per text. in dict. leg. capite quinto* 25. *ff. ad leg. Jul. de adult.* Ayllon ad Gomez *loc. citat. num.* 4. Farinacius *in prax. qu.* 27. *num.* 21. *cum pluribus sequentib.* Guaz. *def. reor.* 5. *cap.* 1. *numer.* 16. Sousa *in aphorism. Inquisit. libr.* 2. *capit.* 26. *num.* 4.

In his terminis fuit suscitata quæstio, ut sequitur. Die
97 18. Augusti 1656. ordinarius Assessor Villæ de Convallis de Ager, unà cum Bajulo, & quibusdam militibus æquestribus accessit ad locum de Corca in dicta Valle, subtulitque violenter à locis incolis triginta quinque frumenti modios, seu quarterias, unam farinæ, & tria scopeta, sub prætextu, quod collectam quandam granorum solvere recusabant. Litteraria Universitas Illerden. (cujus esse dicitur civilis dicti loci jurisdictio) instavit, quod Illerden. Vicarius caperet eundem Assessorem, quod fecit, causa ducta ad Senatum prætextu, quia erat agendum de puniendo gaudentem militari privilegio, coram eo exceptionem malæ capturæ opposuit captus. Syndicus Universitatis eam exceptionem locum non habere declarandum fore dicebat seqq. argumentis.

Primo, quia quamvis Vicarius Illerden. capiens, nec ratione originis, domicilii, delicti, nec aliàs jurisdictio- 98
nem haberet in personam capti; bene tamen illum capere potuit; quia id solùm fuit ad effectum remittendi captum ad legitimum superiorem Locumtenentem Generalem, docent, & probant Farinac. *quæst.* 27. *num* 5. *&* 21. Guaz. *def.* 5. *capit.* 1. *numer.* 8. *&* 9. Berart. *de visit. cap.* 25. *numer.* 14. pro ut cum effectu elapsis aliquibus diebus tradidit Commissario Regio ad effectum prædictum memoriale habenti.

Secundo, quia Assessor propter delictum per eum commissum pœnam corporalem merebatur, & illa plecti poterat, latrocinium enim commisisse dicebat, ex Farin. *quæst.* 99
166. *num.* 7. quapropter non solum à Judice competenti capi potuit, sed etiam ab incompetenti, & etiam à privato, maximè probato delicto post capturam, Guaz. *def.* 5. *capit.* 1. *num.* 16. 17. *&* 18.

Tertio, quia tritum esse dicebat apud Doctores quod non solùm incompetens Judex, verùm etiam quilibet privatus capere potest reum publici criminis, non solùm in 100
flagranti immediatè post, aut dum fugit, sed etiam ex intervallo, post commissum crimen, maximè latrocinium Guaz *def.* 5. *cap.* 1. *numer.* 17. Cavalcan. *de brac. Reg. par.* 4. *num.* 338. Farinac. *quæst.* 27. *num* 23. & delictum commissum per dictum Assessorem cum latrocinium esse diceret, publicum crimen esse affirmabat, Farinac. *quæst.* 165. *num.* 12.

Attamen negotio per Senatores rectissimos maturè discusso, die 31. Octobris 1658. fuit conclusum exceptioni oppositæ locum fuisse, & esse, & dictum Assessorem re- 101
laxandum, & guidandum fore per spatium sex dierum, Relator Magnificus Josephus Rull I. R. C. non in S. R. C. vigilantissimus Regens, scriba Oriol.

Ratio decisionis fuit, quia Vicarius Illerden. qui Assessorem carceribus mancipaverat, nec ratione originis, nec domicilii, nec loci delicti, nec aliàs in illum jurisdictio 102
nem habebat, quapropter incompetens Judex erat ad eum capiendum, Fontanella *tom.* 1. *decision.* 241. *num.* 14. & sic ex defectu jurisdictionis captura nulla erat, Farinac. *quæst* 27. *num.* 4. *& quæst.* 30. *num.* 135. Guaz. *def.* 5. *capit.* 1. *numer.* 8. Peguer. *in prax. crimin. capit.* 12. §. 3. *numer.* 12. ubi non solùm nullam esse capturam, verùm, & peccare mortaliter Iudicem, qui non subditum capit, affirmat.

Comprobaverat antea Senatus, ibi: *Die* 14. *Februar.* 1632. *in facto exceptionis malæ capturæ oppositæ per Honoratum Fornet, aliàs* Soca *loci de Sahorra terræ Confluentis, cum supplicatione oblata* 21. *Novembris proximè elapsi facta per Michaelem Carreter Regium Commissarium in loco de Ventallo Diœcesf. Gerund. ex quo, nec in dicto loco delictum commisit, nec domicilium habuit, nec originem sumpsit, supplicantem dictæ exceptioni malæ capturæ locum fuisse, & esse declarari, facta relatione per Mir R. A. tertiaque Aulæ Doctorem, pro Guiamet I. R. C. absente, meritis processus attentis, & aliàs, fuit conclusum, quod declaretur prædictæ exceptioni malæ capturæ per dict. Fontet oppositæ locum fuisse, & esse, & consequenter, quod d. Fontet relaxetur à Regiis carceribus, in quibus detinetur, & quod guidetur per tempus sex dierum.*

Commissarius in hac decisione, debuit procedere, aut sine commissione, aut cum ea, informiter tamen, & nulliter expedita, pro ut in casu dec. à Peguera *dec* 9. *n.* 4.

Argumenta adducta non urgere dixerunt, non primum, quia non constabat quod Vicarius Illerden. Assessorem carceribus mancipasset ad effectum remittendi illum ad 103
Principem superiorem, imò per plures dies in carceribus Illerden. illum suo nomine retinuit, & donec Regius Commissarius nomine Regiæ Curiæ illum petiit; & etiam quia quamvis dicatur posse incompetentem Iudicem capere, non subditum ad effectum illum remittendi ad competentem, hoc procedet dummodò illum remittat infra 20. horas, Farin. *quæst.* 27. *num.* 21. Guaz *def.* 5. *cap.* 7. *num.* 2. *&* 3. *& cap.* 8. *num.* 6. aliàs enim privati carceris crimen committit, ut supra dicitur.

Ad tertium fuit responsum, quod etsi Peguer. supra *in* 104
prac. crimin. cap. 12. §. 3. *num.* 10. & Ferrer. 3. *part. obs. cap.* 99. teneant, quod Judici incompetenti, vel privato, solum licet capere delinquentem in flagranti repertum, aut immediate post, vel fugientem, quando delictum commis-

sum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sum publicum sit (modo quo supra diximus) verumque sit, latrocinium dici commissum quoties vi cum armis, vel sine illis res alienas quis aggreditur in domibus, itineribus, vel in mari, Farinac. *quæst.* 166. *num.* 7. & latrocinium publicum crimen dicatur, Farinac. *quæst.* 105. *num.* 12. fuit tamen per dominos conclusum, dictum Assessorem latrocinium non commisisse, quia nec Judex, & pro exequutione collectæ, dictum triticum, & alias res ab incolis Convallis de Ager subtulit, quapropter, si quid malè egit Assessor, excessus in jurisdictionis exercitio commisisse dici debuit, & non latrocinium. Et ex his etiam dimanat responsum secundi argumenti.

Officialis enim, qui in exercitio sui officii delinquit,
105 non tenetur de toto, sed de excessu, nec pœna ordinaria punitur, Bucar. *de diff. inter judic. civil. & criminal. diff.* 124 *num.* 12. facit Farinac. *in præx. quæst.* 37. *numer.* 122. & quod in exercitio jurisdictionis excessisset, constabat, quia quando triticum è loco abstulit, secum Bajulus aderat, & aliqui milites ad effectum tantum, ne fieret resistentia Bajulo; pariter incolas, quæ domibus aufugerant, voce Præconis, quod venirent requisivit, ut collectam solverent, qui comparere recusarunt, & postea civiliter triticum apprehensum perierunt, contendentes impositionem decretam in Universitate de Ager, illos non ligare, ex quibus omnibus latrocinium dici non posse evidenter constare dixerunt, quibus omnibus perpensis, fuit exequuta provisio, quod dictus Assessor relaxaretur, & guldaretur per sex dies, ut in tuto se ponere posset illorum spatio, de qua declaratione mentionem facit Reg. Cortiada *decis.* 72. *num.* 18. *in fine*.

In dubio, an vassallus Baronis, seu alius exemptus à Re-
106 gia jurisdictione ordinaria detentus in Regiis carceribus mutuatis, ex ordine. & ad dispositionem Baronis, vel alterius Judicis, si carceres fregerit, aut frangere, vel aliàs ab illis effugere tentaverit, à quo puniri debeat ob delictum fractionis carcerum, ac enixæ fugæ; utrum à Barone, seu Judice, de cujus ordine in carceribus detinebatur, vel à judicibus, in quorum Territorio carcer reperitur, videndus Quesada Pilo *disert. quotid. tom.* 1. *disert.* 25. *latè per totum* ubi ad plenum quæstionem hinc inde discussam, *à numer.* 26. illam in favorem Baronis sui Judicis, ex cujus ordine reus detinetur in Regiis carceribus mutuatis, resolvit, & ita declaratum in Regia gubernatione Sardiniæ testatur, & fuit ita decisum in Collaterali Consil. Neapol. docet Sanfel. *decis.* 63. *num.* 13. *tom.* 1. Tondut. *de prævent. judic. tom.* 2. *cap.* 46. *n.* 11. & 12.

Ex duplici ratione, ut tradit ipse Quesada; prima, quia
107 quando Judex permittit in propriis carceribus reum alterius jurisdictionis detineri, tunc auxilium facti præstat coercioni, exequutioni, ac punitioni, ex alterius Judicis imperio promananti, ac ideò delictum à carcerato perpetratum, tendit immediatè in offensam Judicis, ex cujus ordine detinetur, & consequenter ad illum spectat vindicta, & licet etiam fieri videatur in odium Judicis detinentis de facto, ratione territorii, hoc tamen tanquam secundarió, & per accidens non attenditur; secunda, quia carcer mutuatus, magis debet intelligi Baronis in illo actu, quam commodantis.

Et quamvis Tondut. *dict. cap.* 46. *numer.* doceat, posse
108 dari locum prævention in hoc casu inter ordinarium, de cujus ordine detinetur carceratus, & Judicem detinentem; attamen impugnatur à Quesada, ubi supra *num.* 30 ea ratione, quia quando carceratus in mutuatis carceribus delinquit, jam est sub fortiis Curiæ, & sic prævenius prævention reali, quæ est potentior, & præferenda verbali. Verum tamen asserit, quod talis carceratus, si rixatus fuerit intra carceres, poterit puniri per Judicem, in cujus Territorio carcer reperitur, ictibus cordæ, sivè alia pœna levi, absque judicii strepitu, & figura, cum hoc tendat solum ad correctionem momentaneam, quæ alludit æconomicam potestatem, & concernit tuitionem carceris, tendentem in commodum ipsiusmet Baronis, & sicut Judici superiori fuit commissa custodia carcerati, fuit etiam commissa omnis coercitionis potestas ad illam obtinendam, Sanfel. *decis.* 63. *numer.* 13. ubi tradit judicatum, & quod non prorogatur jurisdictio alterius Judicis ratione delicti commissi in carceribus.

Ex quibus cum die 1. Octobris 1672. quidam carcerati
109 fractis Regiis carceribus præsentis Civitatis fugere intentarent, inter quos erant duo milites, qui de ordine sui Judicis militaris ordinarii ibi detinebantur; die 8. prædictorum, insequendo conclusionem in Regio Concilio factam fuit decisum milites ad suum Judicem remittendos, nec esse locum prævention, Relator Nob. de Amigant, scriba Famada Noe.

Et licet scribat Quesada Pilo *disert. quotid. dict. disert.* 25. *numer.* 29. ex Tonduto *de prævent. part.* 2. *dict. cap* 46. *num.* 12. quod quia resistentia, ac injuria illata familiæ mutuatæ, ac accomodatæ tendit in odium, & offensam Judi- 110
cis petentis auxilium, ei per consequens competit punitio, & vindicta injuriæ Judici auxilianti inflictæ; tunc namque resistens, seu impediens, ne quisquam capiatur, seu captum eripiens turbare videtur solùm illius jurisdictionem cujus jussu reus capiendus erat.

Verior tamen est communis opinio, quod per utrumque Judicem exequentem, & petentem auxilium, resistentia punirì potest, ita ut sit locus prævention Iuli. Chartar. 111
decis. criminal. 96. *numer.* 29. & 30. Tondut. *dict. cap.* 46. *num.* 9. Franc. *decis.* 147. *per totum par.* 1. Cabal. *resol. crimin. cas.* 117. *per tot* Scialoya *de foro comp. cap.* 48. *nu.* 10. quod tamen intelligendum censeo, quando injuria, seu resistentia fuit facta familiæ mutuatæ per non subditos Judicis, cujus jussu reus capiendus erat, & in his terminis loquuntur Franc. *d. decis.* 147. Cabal. *d. cas.* 117 *in principio*, Scialoya *d. num.* 10. ibi: *Et circa hoc scias, quod si Alguziris magnæ Curiæ sit facta resistentia in exequendo litteras exequutoriales Curiæ meretricium per aliquem non subditum dictæ Curiæ meretricium, in hoc casu, si ipsa magna Curia prævenit, ipsa cognoscit resistentem, & non tenetur remittere resistentem ad Curiam meritricium*, allegat ad id Cabal. & Franc. locis prælegatis idem Scialoya *capit.* 25. *num.* 11.

Ratio diversitatis considerari potest inter utrumque ca-
sum, videlicet, quod quando resistentia fuit facta familiæ 112
mutuatæ per non subditum Judicis, de cujus ordine reus capiendus erat, injuria principaliter illata videtur, tam Judici ordinanti, quàm exebuenti, & sic locus est prævention; si verò resistentia sit facta per subditos Judicis ordinantis, videtur principaliter illi illata injuria, non Judici exequenti, cum injuria facta per subditum, sit gravior, quam per non subditum, & ideò nihil mirum si eo tunc punitio spectet privativè ad Judicem, de cujus ordine reus capiendus erat.

Pro praxi observa, quod quando opponitur exceptio
malæ capturæ, debent procedimenta intimari Procuratori 113
Fiscali, & parti privatæ respectivè, & ante omnia est jus dicendum super dicta exceptione intra triginta dies, à die quo fuit oppositа, nec potest ad diffinitivam reservari, *Constit.* 5. *tit. de guiatges*, Canc. *var.* 3 *cap.* 17. & *nu.* 538. & *cap.* 18. *num.* 94. Peguer. *decis.* 9. & fuit dictum in Senatu 7. Novembris 1684. ubi diffinitivè fuit sententiatum contra inquisitum, declarando ipsum reum mortis, referente Magnifico Bernardino de Puig. I. R. C. in actis Famada, & in eodem die, ante tamen diffinitivam in provisione separata, fuit declarata exceptio malæ capturæ per reum oppositа

Provisio tamen declarationis exceptionis malæ capturæ, si ea repellitur, non intimatur parti, nec in ea ponitur intimetur, sed ea intimatur cum reliquis procedimentis, 114
quando publicatur, & notificatur inquisitio, sic, die 1. Decembris 1621. in causam Pauli Tabesca, & 20. Novembris 1623. in causa Balthasaris Serda, & si post publicationem offensæ, & factas defensiones, proferatur exceptio, provisio etiam non intimatur, sed ad ulteriora proceditur ad definitivam, ut nunc noviter in provisione desuper Kalendata, facta 7. Novembris 1685. fuit observatum, si autem admittitur exceptio malæ capturæ intimatur reo, & in provisione ponitur intimetur, & ita practicatur.

Forma conclusionis, qua admittitur exceptio malæ capturæ.

Die 27. *Januarii* 1683. *&c. in facto exceptionis malæ capturæ oppositæ pro parte N. cum supplicatione per eum oblata die, &c. mense, &c. anno, &c. qua supplicat dictæ exceptioni locum fore, & esse declarari, & relaxari à carceribus, in quibus detinetur. Attento, &c.* (narra motiva cum quibus fundata provisio) *facta relatione per N. Judicem Regiæ Curiæ meritis processus attentis, & aliàs, fuit conclusum, quod declaretur, exceptioni malæ capturæ per dictum N. allegatæ locum fuisse, & esse, & consequenter quod dictus N. relaxetur à carceribus Regiis, in quibus detinetur.* 115

Forma provisionis, qua scribitur in processu, qua admittitur exceptio malæ capturæ.

Die 27. *Januarii* 1683 *viso processu, & signanter supplica-*

plicatione oblata pro parte N. die, &c. mense, &c. anno, &c. qua opponit exceptionem malæ capturæ, & supplicat dictæ exceptioni locum fore, & esse declarari, & relaxari à carceribus, in quibus detinetur. Attento, &c. His & aliis meritis processus attentis, & aliàs insequendo conclusionem in Regio Concilio factam providet, exceptioni malæ capturæ per d. N. allegatæ locum fuisse, & esse, & consequenter, quod dictus N. relaxetur à Regiis carceribus, in quibus detinetur, & intimetur.

117 Poteris uti eadem forma, quando repellitur exceptio malæ capturæ, narrando motiva Senatus, & conclude, *exceptioni malæ capturæ per dictum N. allegatæ locum non fuisse, nec esse, imò ea non obstante ad ulteriora in causa procedendum fore, & esse*, & in fine hujus provisionis non ponitur *intimetur*, ut supra annotatur.

118 Quando captus venit relaxandus, quia vicit in exceptione malæ capturæ, & debet desguidari, provisioni desuper scriptæ, debes addere potest clausulam, *& consequenter quod dictus N. relaxetur à Regiis carceribus, in quibus detinetur*, illam, *& quòd desguidetur cum termino T. dierum, & intimetur.*

DECISIO XIII.

ARGUMENTUM.

Extra territorium bannientis capi bannitus non potest, quid si insequutus à familia ad aliud confugerit territorium, & ibi captus fuerit. Declaratur regula, malè captus, & benè detentus, in quibus casibus procedat, ubi latè de his, qui exceptionem malæ capturæ opponere non possunt, ad intelligentiam *Const. fin. tit. quant sit licit, ò no à quisqu venjarse*. **Bannitus per Regium Concilium à Principatu, si illum intraverit, & moram contraxerit, à quocumque capi potest; ubi etiam quando liceat Judici bannire, vel relegare à loco, vel in loco sibi non subdito; & an pœna bannimenti voluntarii sit commensuranda delicto; cum observantia Regii Concilii practicabilitèr exploratur.**

SUMMARIUM.

1 *Bannitus à territorio non potest capi extra territorium bannientis; etiamsi captus fuerit in alieno territorio ab executoribus, seu officialibus Judicis loci delicti.*

2 *Nullus Judex potest capere delinquentem in alieno territorio, & si capiatur, est dimittendus.*

3 *Captura est actus jurisdictionalis, qui in alieno territorio exerceri non potest.*

4 *Decisio Senatus.*

5 *Si quis existens in suo, & delicti territorio, à familia, & exequutoribus illius territorii insequutus ad aliud confugerit territorium, ibidemque à familia insequente capiatur, debet pariter relaxari, quod limitatur in eo, qui captus, & nunquam ab Officialibus dimissus ad alienum se confert territorium.*

6 *Hæc sine dubio procedunt in Cathalonia, ubi jurisdictiones sunt separatæ per Vicarias, & Bajulias distinctas, & ad insequendum, in casibus à jure permissis malefactores, habetur remedium soni emissi.*

7 *Regula malè captus, sed benè detentus procedit, quando probationibus deficientibus, vel cum alio defectuositas, seu solemnitatum fuit facta captura, quæ per confirmationem convalidari potest, non autem in casu, quo nullitas capturæ ex defectu jurisdictionis procedit, nam tunc reus omninò relaxandus est.*

8 *Decis. Senatus.*

9 *Si per Regium Concilium bannitus à Principatu illum intraverit, moram in eo contrahendo, fueritque captus, exceptione malæ capturæ juvari non poterit.*

10 *Decis. Senatus.*

11 *Exceptionem malæ capturæ opponere non possunt ejecti à pace, & treuga, latrones, assassini, incendiarii, sacrilegi, homicidæ acordati, & appensati.*

12 *Homicida animo deliberato exceptionem malæ capturæ opponere non possunt; ubi decis. Senatus.*

13 *Non possunt juvari exceptione malæ capturæ raptores, vagabundi, monetarum falsarii, sivè violatores, milites stipendiarii, qui furtim Duces effugiunt, arborum, & vinearum depopulatores, venefici, & incantatores, hæretici, magistratus effugiens à loco suo, & demum rei in crimine flagranti reperti.*

14 *Fures simplices apud nos, non possunt opponere exceptionem malæ capturæ.*

15 *Fures de jure communi possunt capi ab eo, cui res furatur, vel fures reperti cum re furata. Falliti, & decoctores uti latrones publici, si fuerint uti falliti declarati, & publicati, & non antea, non possunt opponere exceptionem malæ capturæ.*

16 *Exulatus moram non faciens in loco prohibito, non frangit exilium.*

17 *Judici prohibetur relegare, vel bannire nisi à loco, vel in loco sibi subdito, declaratur usque ad numer. 22.*

23 *Pœna imposita in pacto voluntario; an debeat commensurari delicto, usque ad fin.*

BANNITUS à territorio non potest capi extra territorium bannientis, imò si de facto capiatur, ante omnia relaxandus est, & debet poni in pristinum statum, quasi spoliatus naturali libertate, Marinis *resol. quotid. lib. 1. cap. 116. num. 8.* Paschal. *de pat. potest. par. 4. cap. 3. nu. 25. ver. Primo autem*, Farin. *in prax. par. 3. quæst. 103. n. 208.* Reg. Cortiada *tom. 1. decis. 2. num. 27.* etiamsi captus fuerit in alieno territorio ab exequutoribus, seu Officialibus Judicis loci delicti, Farinac. *in prax. quæst. 7. num. 40.* Novar. *de gravam. tom. 1 grava. 312.* 1

Nullus enim Judex potest capere delinquentem in alieno territorio, & si capiatur, est dimittendus, Anton. Gomez *var. tit. de delict. cap. 9. num. 4.* & ibi Ayllon, Farinac. *in prax. d. quæst. 7. num. 40. & quæst. 27. num. 88.* Cevallos *com. contra com. quæst. 59.* Guaz. *def. 5. cap. 1. num. 27.* Carleval. *de judic. disp. 2. num. 25. & 756.* Reg. Cortiada *d. decis. 2. n. 25.* 2

Ratio prædictorum est, quia captura est actus jurisdictionalis, qui in alieno territorio exerceri non potest, *leg. extra territorium fin. ff. de jurisdic. omn. judic. cap. 2. de const. in 6.* Oliba *de jure fis. cap. 11. num. 10.* Reg. Cortiada *d. decis. 2. num. 25.* Vela *de modo proced. in caus. crim. cap. 6. num. 9.* & alii supra citati. 3

Sic fuit in R. C. decisum 18. Januarii 1666. ref. Mag. Joan. Bap. Roca & Julia, Not. Badia, in causa recursus interpositi à mala captura per Michaelem Puig exularum in perpetuum à Ducatu Montisalbi, qui captus fuit ab Assessore Bajuli Villæ de Monblanc in loco Guardiæ dels Prats del Rey, jurisdictionis Monasterii de Poblet, & sic extra dictum territorium Ducatus, & ductus ad carceres de Monblanch quia visus fuerat in territorio de Monblanc, fuit dicto die 18. Januarii declaratum, recursui locum fuisse, & quod mandaretur Bajulo, & Assessori, ut eum relaxarent, & guidarent per duos dies. 4

Etiam, si existens in suo, & delicti territorio, à familia, & exequutoribus illius territorii insequutus, ad alienum confugerit territorium, ibidemque à familia insequente capiatur, debet pariter relaxari, Gomez *d. cap. 9. num. 5.* & ibi Ayllon. Farin. *d. quæst. 7. num. 41.* Bovad. *in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 13. num. 66. & 67.* Guaz. *def. 5. cap. 1. num. 27.* Carleval. *d. num. 756. in fine*, Cabal. *cas. 291. num. 1. cum seqq.* Reg. Cortiada *d. decis. 2. num. 26. & to. 2. dec. 84. num. 10.* quæ omnia procedunt, ne dum, quando territoria sunt sub diversis dominiis, & Principibus, ut voluit Farinac. *d. quæst. 7. num. 41. in fin.* & faciunt ab ipso tradita *par. 3. quæst. 103. num. 208. & 209.* sed etiam quando territoria sunt sub uno, & eodem Principe, quando jurisdictiones sunt distinctæ, & sub diversis patritis, Bajullis, & Vicariis, ut contra Farinac. tenet Bovad. *in polit. tom. 1. lib. 2 cap. 13. num. 68. ver. Esta opinion*, Reg. Cortiada *d. dec. 84. num. 10.* qui prædicta limitat in eo, qui 5

captus, & nunquam ab officialibus dimissus ad alienum se conferat territorium.

6 Hæc omnia confirmantur, & sine dubio procedunt in Cathalonia, ubi jurisdictiones sunt separatæ per Vicarias, & Bajulias distinctas, *const. fin. tit. de officii de Veguers, Sotsveguers, &c.* Canc. *var.* 3. *cap.* 5. *num.* 40. & ad insequendum in casibus à jure permissis malefactores, habetur remedium processus soni emissi, quo Regii officiales possunt ingredi aliena territoria absque licentia ordinariorum, & ibi omnia ea facere, quæ in proprio, sibi ipsis licetet, ad effectum capiendi delinquentes, quos insequuntur, Oliba *in usatico aliam namque cap.* 14. *num.* 50. Fontanel. *de pact. clan.* 4. *glos.* 11. *num* 41. Canc. *d. cap.* 5. *ferè per tot.* quod inutile esse videretur, si absque sono emisso posset Bajulus malefactores insequendo aliena ingredi territoria, & ibi eos capere, ac ad proprium territorium adducere.

7 Quin obsit vulgata juris regula, male captus, sed bene detentus, quia dicta regula procedit, quando probationibus deficientibus, vel cum alio defectu ritus, seu solemnitatum, facta fuit captura, quę per confirmationem convalidari potest, Farinac. *quæst.* 27. *à num* 151. Giurba *decis.* 17. *à num.* 7. Bajard. *quæst.* 28. *num.* 8. Canc. *var.* 2. *c.* 10. *num* 28. Guaz. *def. reor.* 5. *cap.* 2. *num.* 8. Scialoya *in prax. torquen. reos, cap.* 2. *num.* 16. Majorana *in opoprax. crim. cap.* 7. *num.* 4. *in fine*, Conciol. *verbo captura, resol.* 6. *in addit. num. fin.* non autem casu, quo nullitas captæ ex defectu jurisdictionis procedit; nam tunc non potest sanari defectus per confirmationem, sed reus omnino relaxandus est, Peguer. *decis.* 66. *num.* 19. *ver. Nec officit*, Canc. *var.* 2. *d. cap.* 10. *num.* 28. Fontan. *decis.* 241. *num.* 11 Reg. Cortiada *decis.* 73. *num.* 18. videas per nos scripta in decis. antecedent. *n.* 32.

8 Et ita fuit declaratum die 27. Januarii 1681. in facto exceptionis malæ capturæ allegatæ per Hyacinthum N. textorem lini è loco Sanctæ Eulaliæ de Riuprimer Diœcesis Vicen. ortundum, ubi fuit conclusum exceptioni malæ capturæ per dictum Hyacinthum N. allegatæ, locum fuisse, & esse, & consequenter, quod dictus Hyacinthus N. relaxaretur à carceribus Regiis, in quibus detinebatur, & guidaretur per tempus trium dierum, refer. Magnifico Regio Senatore Michaele Joanne Taverner & Rubi I. R. C. in actis Riambau Not. Motivum fuit, quia ex depositionibus testium, tàm in offensam, quàm in ejus defensam ministratorum constabat, dictum Hyacinthum N. delatum de violatione pacti per eum die 23. Decembris 1678. in Curia Bajuli Villæ Granulariorum voluntatiè susceptì bannimenti à dicta Villa, & ejus termino per tempus decem annorum, sub pœna in casu contrafactionis, serviendi in Regiis Triremibus, remigando per quinquennium; fuisse die 12. Octobris anni 1680. insequutum per Bajulum dictæ Villæ Granulariorum intra terminum dictæ Villæ, & postea captum in diversorio, vulgo *hostal* Pauli Ganduxer sito in termino de Corro, & sic extra territorium, & jurisdictionem ante dicti Bajuli capientis.

9 Sed si per Regium Concilium bannitus à Principatu illum intraverit, moram in eo contrahendo, fueritque captus, exceptione malæ capturæ juvari non poterit, quia inobservando bannimentum continuo delinquit, & in flagrantia delicti non solum à quocumque officiali, sed etiam à persona privata capi potest, Peguer. *in prax. crim. cap.* 12. §. 3. *num.* 10 Canc. *var.* 2. *cap.* 10. *num.* 65. Ferrer 3. *par. obser. cap.* 99. Gomez *var.* 3. *cap.* 9. *num.* 3. ubi Aylon *num.* 4. Farinac. *in prax. quæst.* 21. *num.* 140. *& quæst.* 27. *ex num.* 7. *& num.* 125. Guaz. *def.* 5. *cap.* 3. *num.* 18. Vermigl. *cons.* 276. *num.* 7. Majorana *in opoprax. crim. c.* 7. *num.* 6. Berart *de visit. cap.* 25. *num.* 10. *& seq.* Font. *tom.* 1. *decis.* 241. *num.* 16. *const.* 1 *tit. de capturas*, & nos latius *decis.* 12. *n.* 86. *cum seqq.*

10 Vidi observatum in R. C. referente Nob. Petro de Amigant tertiæ Aulæ Doctore pro Magnifico Jacobo de Potau & Molas infirmo, die 5. Martii 1681. scriba Badia, in facto Matthæi N. laboratoris, qui in Regia Curia accepit pactum serviendi in Insula Majoricensi per tempus trium annorum, & in casu contrafactionis, fustigationis, & duplicati servitii, & captus à Bajulo loci de la Garriga, in quo per duos menses circa versatus fuit, & opposita exceptione malæ capturæ, quia nec originarius, nec domiciliatus in eo loco erat, ob flagrantiam delicti, fuit ab illa repulsus, & die 10. ejusdem mensis condemnatus ad pœnam contrafactionis.

Limitatur principalis conclusio in facinorosis, & delinquentibus, qui exceptionem malæ capturæ opponere non possunt, & expressantur in Constitutione *fin. tit. quant sia licit, ò no venjarse*, veluti ejecti à pace, & treuga in vim constitutionis *com instigant eod. tit.* latrones, assassinii, incendiarii, sacrilegi, homicidæ acordati, & appensati, ibi: *Ordenàm, que si algu haurà comès algun delicte, per lo qual hagues lloc la disposicio de dita constitucio, si aquell tal serà pres, ans que fos publicat en virtut de dita constitucio, puga allegar qualsevol excepcio de mala captura, ò altra, la qual altrament no se li admetria, exceptats los lladres, assassinis, incendiaris, sacrilegos, homicidas acordats, y apensats*, Ferrer 3. *par. obser. c.* 472. *in fin.* 11

Die 20. Septembris 1607. per R. Crim. C. fuit conclusum, Constitutionem illam non excludere alios casus à jure communi dispositos, in quibus delinquentes non possunt opponere exceptionem malæ capturæ; quia verba Constitutionis non sunt restrictiva, sed demonstrativa, & regulam non arctant, & die 24. Septembris 1632. fuit concluium, referente egregiò Senatore Antonio Vinvola I. R. C. exceptioni malæ capturæ allegatæ per Raymundum Sangui homicidam animo liberato, locum non esse, facit Molin. *de brac. seculari, lib.* 3. *c.* 40. *n.* 26. Farinac. *in prax. quæst.* 7. *n.* 18. *ver. Limita.* 12

Et sic apud nos exceptionem malæ capturæ opponere non potuerunt, ultra relatos in dicta Constitutione, raptores, *ex l. unica in fin. C. de raptu virginum*; ibi: *Sine fori præscriptione*, vagabundi, per DD. *in l.* 1. *& ibi glos. C. ubi de crim. agi oportet* monetarum falsarii, sivè violatores, *l.* 1. *Cod. de falsa moneta*, milites stipendiarii, qui furtim duces effugiunt, *l.* 3. *ff. de re milit. l.* 1. *C. de desertorib. lib.* 12. arborum, & vinearum depopulatores, *l.* 2 *ff. arbor. fur. cæs.* venefici, & incantatores, *l. fin. C. de maleficis* hæretici, Farin. *quæst.* 7. *num.* 17. sodomitæ, Molin. *de brac. secul. lib.* 3. *cap.* 40. *num.* 29. & rei in crim. flagranti reperti (de his in *dec.* 12. *n* 86. *& seq.*) latissimè probant cuncta relata Molin. *de brac. secul. lib.* 3. *d. cap.* 40 *nu.* 21. *cum seqq.* Farinac. *quæst.* 7. *num.* 7. *cum seqq. & quæst.* 27. *num.* 23. Bolano *Curia Philip. par.* 3. §. *prision* 11. *num.* 2. Aylon ad Gomez *tom.* 3. *cap.* 9. *num.* 4. *in fin.* & antea Gomez *n.* 3. *ver. Item addo*, Berart *de visit. cap.* 25. *num.* 12. *& seq.* nos diximus *dec. antec. n.* 91. 13

Fures simplices opponere non posse exceptionem malæ capturæ, apparet in compertò; quia *in d. Const. fin.* quando disponit quod latrones non possint opponere exceptionem malæ capturæ, utitur idiomate Cathalano, ibi: *lladres*, dictio enim illa *lladres*, vulgari sermone nostro frequentiùs, & aptiùs significat id, quod latina lingua dicimus *fures*; pro ut ad intelligentiam capituli 15. Cur. anni 1599. dixit R. A. junctis tribus Aulis 12. Julii 1600. quam resolutionem ad litteram expendit Reg. Cortiada *dec.* 106. *num.* 114. *cum seqq.* 14

Quod fures etiam de jure communi possint capi ab eo, cui res furatur, scribit Berart *de visit. cap.* 25. *num.* 12. vel fugientes, populo acclamante, Farinac. *tom.* 1. *in prax. quæst.* 27. *num.* 23. vel fures reperti cum re furata, Farinac. *d. quæst.* 7. *num.* 7. juxta tradita à Reg. Cortiada *decis.* 109. *num.* 29. & nos cum pluribus citatis *decis.* 12. *num.* 88. falliti verò, & decoctores, uti latrones publici, si fuerint uti falliti declarati, & publicati, & non antea, non juvantur exceptione malæ capturæ, Font. *decis.* 241. *tota.* 15

Notanter suprà dicitur, quod si per Regium Concilium bannitus à Principatu illum intraverit, moram in eo contrahendo, fueritque captus, exceptione malæ capturæ juvari non poterit, quia exulatus moram non faciens in loco prohibito non frangit exilium, ut si transierit non animo faciendi ibi moram, Rovitus *in prag.* 1. *de guidat nu.* 17. Joseph. Mele ad Gizz. *decis.* 23. *num.* 33. *& seqq.* Novar. *quæst. foren. lib.* 1. *quæst.* 28. ubi *à num.* 5. *usque ad finem*, subdit, quod exulatus ab aliquo loco non incurrit pœnam fracti exilii, si iterfaciens, per illum locum transierit, quamvis ibi aliquam brevem moram fecerit ex causa comedendi, vel bibendi; Rodoerius ad Marin. *lib.* 1. *resol. cap.* 116 *num.* 4. qui addit, ut si aliquantulum in loco requiesceret, aliisque corporis necessitatibus succurreret, & ex Nello *in tract. de bannitis, par.* 1. *quæst.* 58. infert ad statutum, per quod prohibetur sub certa pœna vicinis alicujus loci, ne ibi morari faciant certas personas, concludique, quod si fortè permittant, eas per transitum morari in loco illo, & in hospitio comedere, bibere, ac quiescere non subsunt pœnæ statuti, ea ratione, quia si banniti ipsi principales non possunt puniri pro simplici transitu, eo minus 16

nus puniri valent vicini, qui uti accessorii considerantur, non obstante, quod transitorium accessum non prohibuerunt, faciunt per nos tradita *decis.* 36.

17 Sicuti non licet capere bannitum extra territorium bannientis, quia Judex non potest excedere metas suæ jurisdictionis; ita eadem ratione Judici, vel officiali Regio, vel Baroni prohibetur relegare, seu bannire nisi à loco, vel in loco sibi subdito, *l. relegatorum 7. §. primo, ff. de interdict. & releg.* ibi: *In insulam relegare Præsides Provinciæ possunt, sic tamen, ut siquidem insulam sub se habeant, ideſt ad ejus Provinciæ formam pertinentem, quam administrant, & eam specialiter insulam adsignare possint, inque eam relegare;* & infrà ibi: *Caterum non possunt damnare in eam insulam, quam in ea Provincia, cui præsunt, non habeant,* & §. 10. ibi: *Interdicere autem quis ea Provincia potest, quam regit alia non potest, & ita divi fratres rescripserunt,* si hoc Præsidi Provinciæ interdicitur? multo fortius officialibus ordinariis, & minoribus ab ipso Præside interdictum erit, quam conclusionem comprobant Gomez *var. 3. cap. 8. num. 3. ver. Unum tamen est,* & ibi Ayllon *num. 4. ver. Exilium,* Belluga *in specul. Princ. rub. 24. §. & primo videamus, nu. 4.* Clarus *in prax. §. fin. qu. 71. num. 4.* Bajard. *ibidem, num. 11. & 12.* Bobad. *in polit. lib. 2. cap. 21. num. 210.* Farinac. *in frag. ver. Bannitus à num. 69. & lib. 2. conſ. 113. num. 9.* Mastril. *de magiſt. lib. 4. cap. 17. num. 98.* Guaz. *def. 33. cap. 27. num. 17. cum ſeqq.* Thesau. *quæſt. forenſ. 10. lib. 2.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sardin. lib. 2. tit. 26. cap. 9. num. 6. & 7.* Excellent. Crespi *obſer. 15. num. 112* & his citatis Reg. Cortiada *deciſ. 106. num. 126.* & ipsi adde Peguera *deciſ. 189. per tot.* Capiblanc *de Baron. prag. 7. num. 17.* Riccius *deciſ. Archiep. 18. par. 2.* Novar. *de gravam. vaſſal. par. 1. gravam. 312.* Nicolaus Antonius *de exilio lib. 1. cap. 14. num. 10.* D. Josephus Fernandez de Retes *ad d. l. relegatorum 7. §. 6. & ſeq. ff. de interdic. & releg.* Joseph. Mele ad Gizzatel. *deciſ. 23. nu. 41.* ubi amplè de hac re.

18 Quamvis si Barones, vel officiales plures, & diversas possiderent terras, possent relegare vassallos, vel subditos criminosos in unam ex illis. Franchis *deciſ. 526. in fine,* Cabal. *reſol. caſ. 120. in fine,* Novar. *de gravam. vaſ. d. grava. 312. num. 4.*

19 Poterit Judex relegare extra suum territorium, & in locum non subditum, si concurrat voluntas domini, seu superioris illius loci, in quo fuit relegatus, aut bannitus, ut insinuat Farinac. *frag. d. ver. Bannitus, num. 70.* & probat expressè Novar. *d. gravam. 312. num. 2* Riccius *par. 2. deciſ. Archiep. 18.* ubi quod Curia Archiepiscopalis Neap. quæ non relegat suos subditos, nisi in Provincia, solet extra Provinciam relegare, accedente consensu Ordinarii loci, in quo sita est insula, ad quam relegatur, Excellent. Crespi *d. obſer. 15. num. 11. & ſeq.* ubi *num. 114.* scribit, ibi: *Hæc omnia quoad effectum non possunt locum sibi vindicare, nisi accedente consensu eorum, qui extra Provinciam jus dicentis, & relegantis præsunt, vel cum facultate Principis illius,* & infra ibi: *Et quamvis consuetudine receptum esset, ut extra ditionem Principes, vel Judices relegarent, aut in exilium mitterent, id non posset effectum habere ex sola condemnatione; nisi accedente consensu Judicis alterius territorii, vel Provinciæ, ad quam relegatio assignatur, vel à qua sit reus exul,* qui sic intelligit DD. asserentes de consuetudine generali, etiam in statu Ecclesiastico observari, ut Judex possit extra suum territorium relegare, vel bannire, & quod Judex possit non solum à Provincia, quam regit, sed etiam ab ea, cujus delinquens est naturalis, vel domiciliatus, vel delictum commiserit, in exilium damnare, quamvis non sit Judex, nisi unius eorum: docens, quod ea in effectum deduci non poterit, nisi obtento consensu Judicis alterius territorii.

20 Apud nos remedium, quod experimur est (& disponitur *in d. l. relegatorum 7. §. 2. ver. Si vero, ff. de interd. & relegat.* in illis verbis: *Si vero non habeant, pronuntient quidem in insulam se relegare: ſcribant autem Imperatori, ut ipse insulam adsignet*) quòd ubi Præses Principatus, ideſt Locumtenens Generalis suæ Majestatis relegat in insulam, solet dicere in sententiis, quod sua Excellentia pronuntiat, sententiat, & declarat, N. fore, & esse in insulam nominandam per suam Majestatem relegandum, &c. ut animadvertit Peguer. *d. deciſ. 89. in fine;* nam cum Præses hujus Provinciæ non habeat insulas sub sua jurisdictione, neque jurisdictionem ultra territorium sibi commissum, & extra territorium jus dicentis, impune non pareretur. Propterea opus est, quod in condemnatione dicatur in insulam nominandam per suam Majestatem. Quam insulam postea Locumtenens Generalis tanquam Alter nos nominare solet, notat Peguera *in prax. crim. cap. 12. § 14. n. 15.*

Si vero per pactum voluntariè susceptum inquisitus in insulam relegatur, potest ipse in pacto exprimere, & adsignare insulam, nec tunc per suam Majestatem insula est nominanda, sed tenetur sic relaxatus relegationem observare, & hac praxi quotidie utimur, quam insinuat Peg. *in prax. crim. cap. 12. §. 15. num. 9. ver. Die tertia,* & vidi obtentam, signanter, ibi: *Die 7. Septembris 1619. in facto F. P. R. C. adversus, & contra Gabrielem Reig, facta relatione per Ferrus pro Rollan absente, fuit concluſum, quod dictus Gabriel Reig relaxetur, attenta relegatione, per ipsum voluntariè susceptâ ad Insulam Majoricarum per tempus trium annorum, ad pœnam relegationis ad arcem per suam Majestatem nominandam in perpetuum, ſi dictam relegationem non ſervaverit,* est in lib. conclus. crim. fol. 452. 21

Similis 21. Maii 1633. in Regia Visita. Similis die 2. Junii ejusdem anni. Similis *die 3. Februarii 1638. in facto F. P. R. C. contra Sebastianum N. facta relatione per Rollan, fuit concluſum, quod dictus Sebastianus N. relaxetur à carceribus, attento pacto per eum voluntariè ſuſcepto exilii, ſcilicet in Insulis Majoricarum, ſeu Minoricarum per tempus quinque annorum, cum pœna ſerviendi in Regiis Triremibus per idem tempus remigando in caſu contrafactionis,* est in lib. conclus. fol. 238. Similis 25. Septembris 1638. est in fol. 294.

Et nunc novitèr 20. *Decembris 1684. referente Magnifico Bernardino de Puig Judice Regiæ Curiæ, fuit concluſum, quod Maria Elisabeth Barò & Ortoneda relaxetur à carceribus, attento pacto per eum voluntariè ſuſcepto relegationis in perpetuum in Insulam Majoricarum ſub pœna in caſu contrafactionis, quod proceſſus contra eam formatus remaneat in ſuo robore, & valore.*

Ea enim relegatio, seu exilium voluntarium dicitur, quia id quod imperatur necessarium est, illud quod permittitur voluntarium, ait Tullius *secundo de inventione.* Hoc scilicet non à Judice, sed ab ipso reo est, quod sibimet ipse irrogat: quamquam & alio respectu necessarium sit, & coactum, ut scribit Nicol. Anton. *in tract. de exilio, cap. 6. num. 1.* & ad illa pacta multoties audiuntur illi, qui convinci non possunt de criminibus, pro quibus detinentur, sunt tamen de illis multum infamati, & aliàs malæ famæ, & conditionis, ut sic Respublica malis purgetur hominibus, juxta *l. congruit 13. de offic. Præſid.* Peguer. *in prax. crim. cap. 12. §. 15. num. 8.* 22

Ad cujus pacti observantiam, quis non solum se obligare potest ad pœnam, quam ex dispositione legis propter delictum esset subiturus, ut scribit Thoro *in compend. deciſ. par. 3. ſect. 2. ver. Pœna mortis, fol. 274.* Giurba *conſ. 83. num. 3. & num. 7. cum ſeqq.* & alii citati per Reg. Cortiada *deciſ. 85. num. 27.* sed etiam ad graviorem pœnam, quam imponit jus commune, quia talia bannimenta non nisi ad coarcenda delicta, frequentius committi solita, fiunt, quare eveniente casu, nisi exequutioni demandarentur essent frustratoria, & ab omnibus irriderentur, & propterea conveniens esse illa servare, voluit ex Grammat. *deciſ. 36. in primo dubio, num. 1. & ſeqq* Farinac. *frag. par. 1. ver. Bannimenta, num. 2.* refert Reg. Cortiada *d. deciſ. 85. num. 28.* qui cum eodem Farinac. concludit benè verum esse posse Judices à rigorosa pœna banni recedere ex aliqua alia causa; imò potius docet, posse à tali rigorosa pœna recedere, in nostris terminis pacti voluntarii, sine alia causa, ex Thoro *in compend. deciſ. par. 3. ſect. 2. ver. Pœna mortis, fol. 274.* 23

In Senatu die 14. Novembris 1670. referente Nob. Hieronymo de Magarola tunc I. R. C. nunc R. A. D. in causa Mariæ Jordi, aliàs *Mariæ de Vic,* quæ ex contraventione pacti, fuit condemnata ad pœnam fustigationis, & ad bannimentum, in actis Badia Not. & fuit confirmata in causa supplicationis, referente Nob. Josepho Ferrer, & Vinyas R. A. D. 14. Januarii 1671. fuit habita consideratio, quod pœna imposita in casu contraventionis pacti erat commensurata delicto. 24

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO XIV.

ARGUMENTUM.

In quibus delictis, & delinquentibus possit irrogari tortura practicabilitèr discutitur; & an exculpatio socii contra inculpationem consocii factam in tortura, tollat vires inculpationis; & an possit repeti tortura quando reus in ea defecit propter syncopem, & alia usu frequentia enodantur, cum praxi, & decisionibus nostri Regii Criminalis Concilii. Ubi etiam aliqua circa usum forensem necessaria complectuntur pro testibus cogendis ad testimonium perhibendum, & veritatem propalandam; & an testis possit corrigere suam depositionem.

SUMMARIUM.

1 *Tortura gravior est pœna, quàm membri abscissio, & aliàs ponderatur gravitas tortura, & cur fuit inventa.*
2 *Allegatur doctrina Peguera.*
3 *Tortura reo inferri non potest, nisi constet de corpore delicti.*
4 *Et non nisi in illis delictis, pro quibus imponitur pœna ultra relegationem, & quæ sint hæc delicta, explicantur.*
5 *Tortura inferri non potest in delictis levibus.*
6 *Ad torturam deveniri non potest, nisi in subsidium, quando alia probationes haberi non possunt.*
7 *Sufficienter tortus ob violenta, & indubitata indicia; si fuerit negativus condemnari potest in pœnam extraordinariam, secundum opinionem aliquorum Doctorum.*
8 *In hoc Principatu reus tortus, qui vicit in tortura, purgat omnia indicia contra se existentia, & absolvendus est, nec extra ordinem puniri potest.*
9 *Decisio Senatus.*
10 *Etiamsi contra reum ad sit plena probatio; nam eam purgat in tortura.*
11 *Quamvis Judex in tortura protestatus fuerit cum clausula, probatis in suo robore remanentibus.*
12 *Prodest illa clausula quando quis inquisitus fuerit super diversis delictis.*
13 *Pro ut etiam prodest, quando reus super qualitate delicti, quæstionibus tormentorum subiicitur.*
14 *Solet etiam tortura inferri in crimine læsæ Majestatis in primo capite, & circa idem delictum apponi clausula, probatis in suo robore remanentibus, ubi Senatus.*
15 *Similis decisio.*
16 *Indicia, quæ sufficient ad torturam, Judex arbitrabitur.*
17 *Ad torturam inferendam debet adesse saltèm unum indicium, quod non debet inferri à remotis; sed à semiplena probatione.*
18 *Unus testis de visu facit indicium ad torturam.*
19 *Quando testis dicatur omni exceptione major.*
20 *Recitantur indicia sufficientia ad torturam.*
21 *Cum unico indicio remoto, si concurrant adminicula, poterit ad torturam deveniri, & quid apud nos observetur.*
22 *Indicia debent esse probata in sua specie per duos testes, contestes de loco, & tempore.*
23 *Etiam in delictis majoribus, & in atrocissimis pro tortura inferenda, debent concurrere indicia, & quæ in delictis difficilis probationis.*
24 *Judex aliquem indebitè torquens, & sic non præcedentibus legitimis indiciis, tenetur in syndicatu.*
25 *Confessio emanata in tortura, non præcedentibus legitimis indiciis, confitenti non præjudicat.*
26 *Nec nocet aliis in tortura nominatis.*
27 *Poterit confessus in tortura sine legitimis indiciis in aliqua pœna non capitali, sed exilii puniri.*
28 *Decisio Senatus.*
29 *Alia decisio Senatus.*
30 *Ad hanc levem pœnam adhuc subrogandus est alius Judex.*
31 *Possunt torqueri omnes personæ, nisi expressè à jure prohibeantur.*
32 *Doctores non possunt torqueri.*
33 *Torqueri non possunt persona constituta in dignitate, equites, capitanei, & doctores militum.*
34 *Minores quatuordecim annorum non torquentur, proximus pubertati potest, & quomodò, & quid apud nos observetur.*
35 *Senes torqueri non possunt, quod explicatur.*
36 *Mulieres prægnantes torqueri non possunt, nec post partum editum, nisi elapsis quadraginta diebus purgationis, & statur dicto obstetricium circa prægnatum.*
37 *In quibus casibus mulieres lactantes torqueri possint, ubi Senatus in causa, in qua mulier fuit excusata à pœna fustigationis.*
38 *De obsessis à dæmone, de furiosis, de muto, & surdo, & aliis, an torqueri possint.*
39 *Compelluntur testes ad testimonium perhibendum, quamvis jurassent se non testificaturos.*
40 *Quomodò cogantur testes ad deponendum.*
41 *Torquentur testes, qui respondere, vel jurare nolunt, & apud nos, quid eo in casu observetur.*
42 *Compelluntur testes jam examinati ad se confrontandum cum reo, & ad se repetendum.*
43 *Coguntur testes ad veritatem propalandam per torturam.*
44 *Quando scilicet verisimiliter informati recusant dicere veritatem.*
45 *Ut si essent præsentes in loco, vel domo, vel ante domum, vel stationem ubi fuit commissum delictum, & recusarent dicere veritatem, quod declaratur num. 46.*
47 *Vicini torquentur pro delicto facto in vicino, si recusant dicere veritatem, sed declaratur num. 48. & 49.*
50 *Domestici, & familiares torquentur pro delicto facto in domo, quando nolunt veritatem propalare, usque ad num. 53.*
54 *Oblivioſus testis, quando torqueatur, respondens se non recordari de facto, de quo interrogatur, usque ad num. 56.*
57 *Convictus duobus testibus de confessione extrajudiciali se interfuisse in loco delicti, si ipse postea neget, potest torqueri pro habenda veritate.*
58 *Testis vocatus in contestem ab aliis, qui dixerunt interfuisse; si id neget, potest torqueri: declarat in num. 59.*
60 *Testes varii, & contrarii torquentur, & an denegatis defensionibus.*
61 *Attamen apud nos, torqueri non valent testes pro veritate habenda.*
62 *Quando, & quomodò testes compellantur ad veritatem eruendam.*
63 *Non requiritur, ut compellatur testis, quod convincatur duobus testibus, quia sufficit uno solo idoneo.*
64 *Per carceres congruo tempore, pro ut Judici videbitur, purgant testes omnes præsumptiones contra se.*
65 *Traduntur Regiæ declarationes, in quibus testis varius fuit condemnatus ut quæstionibus subiiceretur.*
66 *Socii in criminum pro veritate eruenda quæstionibus tormentorum subiiciuntur pro criminibus exceptis contra consocios, post latam sententiam mortis.*
67 *Tunc socius torquetur etiam pro criminibus de quibus in processu diffamatus extitit, ubi decisiones Senatus.*
68 *Confessus, vel convictus potest interrogari in tortura super aliis delictis, pro quibus extant indicia, vel de quibus extitit diffamatus.*
69 *Si inculpatio socii in tortura contra consocios est nuda*

nuda, exculpatio socii in articulo mortis, super furca, in patibulo, vel aliàs, inculpationis vim tollit, secus si inculpatio sit adminiculata aliis indiciis, & conjecturis, nam tunc exculpatio non tollit inculpationem, quod declaratur.

70 *Expenditur decisio Sanfelicii.*

71 *Exculpatio facta extra articulum mortis, non tollit inculpationem in tortura factam, quod declaratur; & infra amplius.*

72 *Decisio Senatus.*

73 *Damnatus ad mortem non debet ultra audiri, quidquid is dicere velit, licet de salute Principis se dicturum dicat.*

74 *Ponderatur doctrina Revert. cum Marinis.*

75 *Exculpatio defuncti in mortis articulo quando prosit inquisito.*

76 *Authoris opinio circa articulum, quando exculpatio liberat consocium, qui antea fuerat per eumdem exculpantem in tortura inculpatus, & numer. 77.*

78 *Assertio vulnerati, an sufficiat ad torturam, & num. 79.*

80 *Quando reus propter syncopem deficit in tormentis, ne tortura possit repeti, requiritur judicis protestatio, & n. 81.*

82 *Infirmi, & validitudinarii non possunt torqueri, quando morbus est talis, ut reus torturam pati nequeat sine periculo vitæ, & si torqueatur, confessio in ea extorta nulla sunt.*

83 *Quando potest irrogari tortura, sed est periculum negationis, eo quod inquisitus parui faciat tormenta, ne totaliter reus impunitus maneat, solet condemnari ad pœnam extraordinariam, quod declaratur.*

84 *In tortura non est à reo exigendum juramentum, nec assignandus curator, nec curator nominatus debet assistere, ubi an minor major factus possit torqueri pro delicto facto in minori ætate.*

85 *In ratificatione torturæ quid agendum.*

86 *An ad torturam possit deveniri denegatis defensionibus, aut illis concessis, non tradita copia indiciorum, & nominum testium offensionalium, usque ad num. fin.*

1 TORTURAM ad veritatem eruendam agnoscimus, juxta illud Cicer. ad Heren. *lib.* 2. ibi : *Majores nostros veri inveniendi causa tormentis, & cruciatibus voluisse quari, & summo dolore, homines cogi, ut quidquid sciant, dicant*, & scripserat Seneca in Troad.

Coacte dices, sponte quod fari abnuis.

Torturam graviorem esse pœnam, quam membri abscisionem, *auth. ut nulli judic.* §. *fin.* Peguet. *decis.* 26. *numer.* 5. Canc. *var.* 2. *cap.* 2. *numer.* 57. quam utriusque manus incisionem, Latro *decis.* 132. *num.* 16. Conciol. *resol. crim.* 5. *verbo tortura, num.* 2. & ipsa morte duriorem, illustrat Manfrella ad Latro *decis.* 161. *num.* 20. idcirco non de facili inferendam, docuit Guaz. *def.* 30. *cap.* 4. *num.* 3. & aliàs esse fragilem, fallacem, & periculosam, *l.* 2. §. *quæstionem*, & ibi Gotof. *in not. ff. de quæst.* Carena *de offic. Sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 9 Conciol. *resol. crim.* 9. *num.* 2. *ver. Tortura*, & satis demonstrant exempla; nam in tortura perierunt innocentes, delictum fassi ultimo supplicio, volentes potius affici, quàm ejusmodi cruciatum sustinere, Majorana *in opopr. crim. libr.* 2. *cap.* 8. *num.* 37. ubi, & è contrario ratissima eorum, qui tantæ fuerunt duriciei, ut vim tormentorum protsus contempserint, plura Basilic. *decis.* 8. *à num.* 11. & dixerat Cicero *in orat. partit.* ibi: *Sæpe etiam quæstionibus resistendum est, quod & dolorem fugientes multi in tormentis ementiti persæpe sunt, moriqne maluerunt falsum fatendo, quàm inficiando, dolere. Multi etiam suam vitam neglexerunt, ut eos, qui his cariores, quàm sibi ipsi essent, liberarent Alii autem, aut natura corporis, aut consuetudine dolendi, aut metu supplicii, aut mortis, vim tormentorum pertulerunt. Alii ementiti sunt in eos, quos oderunt. Atque hæc exempla firmanda sunt, neque est obscurum, quin, quoniam in utraque parte sunt exempla, & item ad conjecturam faciendam loci in contrariis contraria sint sumenda. Atque etiam incurrit alia quædam in testibus, & in quæstionibus ratio. Sæpe enim ea, quæ dicta sunt, si aut ambiguè, aut inconstanter, aut incredibiliter dicta sunt, aut etiam aliter ab alio dicta, subtiliter reprehenduntur.*

Non discedam in hac re à considerationibus, quas doctissimè pro praxi excogitavit Senator noster D. Ludovicus à Peguera *in prax. crim. cap.* 12. §. 9. *& seqq.* quas ad litteram collegit à Claro *in prax.* §. *fin. cap.* 64. solum in eorum ornatum quædam proferam Doctorum responsis fulcita, & decisionibus stabilita. 2

Primò, quod tortura per Judicem reo inferri non potest, nisi constito de corpore delicti, Peguer. *in prax. crim. cap.* 12. §. *d.* 9. *nu.* 1. probant Farinac. *cons.* 19. *num* 4. *& cons.* 37. *num.* 12. *lib.* 1. *& in prax. quæst.* 38. *num.* 3 Giurba *cons.* 37. *num.* 46. Guaz *def. reor.* 4 *cap.* 1. *num.* 15. *& cap.* 3. *num.* 13. *& seq.* Carena *de offic. Sanct. Inquisit. par.* 2. *tit.* 12. *num.* 171. *& seq. & par.* 3. *tit.* 10. *num.* 156. Vermigl. *cons.* 42. *n.* 1. Scialoya *in prax. torq. reos, cap.* 3. *num.* 16. ubi hoc procedere docet etiam vigore cuiuscunque arbitrii, & torturam non justificari, etiamsi superveniat corporis delicti probatio, cuncta hæc recitat Conciol. *resol. crim.* 2. *verbo tortura, & in verbo corpus delicti, resol.* 1. *nu.* 9. diximus nos *dec.* 9. *n.* 3. 3

Secundò, tortura inferri non potest, nisi in his delictis, pro quibus imponitur pœna ultra relegationem, Peguet. *in prax. cap.* 12. *d.* §. 9. *num.* 2. *& decis.* 16. *nu.* 2. Burg. *de modo proced. ex abrupto, quæst.* 100 *num.* 1. *&* 2. Vermigl. *cons.* 81. *num* 10 Scialoya *in prax. torq. reos, cap.* 1. *num.* 18 *& num.* 22. ubi attestatur de hac praxi in Regno Neapoli, recitat Conciol. *resol. crim.* 11. *verbo tortura*, Mastril. *decis.* 191. *lib.* 2. *num.* 20. Prat. *resp. crim.* 1. *num.* 36. *& resp.* 17. *num.* 52. Rovitus *in prag.* 2. *num.* 59. *&* 65. *de jurisd. invio non turb.* Farinac. *in prax. qu.* 42. *num.* 3. *cum seqq.* Cabal. *resol. crim. cas.* 28. *num.* 4. *& cas.* 170. *num.* 14. Guaz. *def.* 30. *cap.* 3. *per tot.* Thoro *in compend. decis. ver. Tortura de jure communi*, Ciaz. *discep.* 2. *num.* 98. *& discep.* 23. *num.* 31. Giurba *cons.* 14. *num.* 4. *cons.* 73. *num.* 7. *&* 11. *cons.* 82. *num.* 24. *& cons.* 91. *num.* 19. Reg. Matheu *de re crim. cont.* 27. *num.* 24. *& cont.* 52. *n.* 14. Manfrella ad Latro *decis.* 132. *num.* 17. Pœnæ ultra relegationem dicuntur, ut explicat idem Peguera loco mortis naturalis, qua vita adimitur, mortis civilis, quę est hodie Triremium in perpetuum, vel quando imponitur pœna abscisionis membri. 4

Et licèt cum hac opinione non transeat Basilicus *decis.* 8. *num.* 32. respondetur cum Claro *in prax. quæst.* 64. *nu.* 37. quod Judex in hac materia torturæ, debet servare consuetudinem Provinciæ, in qua jus dicit, & ita faciendo non errabit, sequitur Farinac. *in prax. quæst.* 38. *num.* 55 *cum duobus seqq.* idem Peguet. *d. c.* 12. §. 11. *num.* 3. Reg. Matheu *de re crim. cont.* 25. *n.* 19.

Sic tortura inferri non potest in delictis levibus, in quibus venit imponenda pœna pecuniaria, vel exilii, ne modus probandi delictum, habeat plus acerbitatis, & vindictæ, quàm ipsa pœna principalis, nec medium sit acrius, quam finis, Gomez *var.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. ubi Ayllon, Farinac. *in prax. quæst.* 42. *num.* 9. *& seqq.* & cum aliis laudatis Conciol. *resol. crim.* 11. *verbo tortura, num.* 3. quam rationem comprobat Peguer. *in prax. crim. d. c.* 12. §. 9. *n.* 3. Manfrella ad Latro *d. dec.* 132. *n.* 18. 5

Tertiò, ad torturam deveniri non potest, nisi in subsidium, quando aliæ probationes haberi non possunt *per tex. in l. edictum* 8. *& in l. divus Pius* 9 *ff de quæst. l.* 1. *in fin. C. de juram. calum.* cum aliis alleg. per Gomez *var.* 3. *d. cap.* 13. *num.* 2. & ibi Ayllon, Cabal. *resol. crim. cas.* 288. *nu.* 26. Peguer. *in prax. d. cap.* 12. §. 9. *num.* 4. ubi quod si aliter constat de delicto, reus torqueri non debet, & fatuus esset Judex, qui torqueret aliquem contra quem esset plenè probatum. 6

Et licèt tortus sufficientèr ob violenta, & indubita indicia, si fuerit negativus condemnari possit in pœnam extraordinariam, scribant Gomez *var.* 3. *d. cap.* 13. *n.* 20. ubi Ayllon. etiam in pœnam Tritemium, Thesau. *lib.* 1. *quæstion.* 45. *num.* 7. & 10. Cabal. *resol. crim. cas.* 288. *nu.* 25. *cum seqq.* Farinac. *in prax. quæst.* 40. *num.* 3. *& seqq.* Guaz. *def. reor.* 30. *cap.* 40. *num.* 2. & 18. Giurba *cons.* 43. *num.* 30. Scialoya *in prax. torq. reos. cap.* 4. *nu.* 25. comprobet Conciol. *resol. crim. verbo reus, resol.* 4. *num.* 6. Reg. Matheu *de re crim. cont.* 26. *tota*, qui contrariis satisfacit plenissimè, ubi *num.* 15. DD. citat, & antea *cont.* 3. *n.* 61. & amplius etiam (imò fortius) id docent, quando reus de facto fuit tortus, cum convictus esset, qui si negativus sit, veniat nihilominus condemnandus in pœnam extraordinariam corporalem, etiam Triremium in perpetuum, 7

petuum, vel ad tempus quando agitur de pœna capitali, Menoc. *de arbitr. caſ.* 273. *num.* 14. *in addit.* Farinac. *in prax. d quæſt.* 40. *num.* 13. Guaz. *def reor.* 30. *cap.* 9. *num.* 11. *ver. Vera, & cap* 40. *num.* 2. *ver. Sed modernus*, Cabal. *reſol. crim d. caſ.* 288 *num.* 34. Giurba *conſ.* 43. *num.* 30. Carena *de offic ſanct. Inquiſit. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 180. Conciol. *dicta reſolutio. crim.* 5. *verbo reus*, *num.* 9. *& verbo tortura*, *reſol.* 14. Thoio *in comp. deciſ. tom.* 1. *ver. Tortura reiteratis vicibus*, *et par.* 3. *ſect.* 3. *ver. Tortus ſi non fuerit confeſſus*, *pag.* 377. Latro *deciſ.* 132. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 10. Fab. *in C. lib.* 9. *tit.* 21. *def.* 15. Baſilic. *deciſ.* 8. *num.* 59 *cum ſeqq.* ubi ad rem diverſas recitat opiniones, Reg. Math. *de re crimin. controv.* 26. *num.* 36.

8 Attamen in hoc Principatu contrarium obſervatur, ut docet noſter Senator Peguer. *in prax. cap.* 12. §. 12. *num.* 5. *dec.* 70. *tota*, ubi tradit cum Senatu, quod reus tortus, qui vicit in tortura, purgat omnia indicia contra ſe exiſtentia, quia ex quo reus nil confeſſus eſt, cenſetur purgatus quaſi puram veritatem dixiſſe videatur (ut innuit Cicero ad Trebat. ibi: *Nam, et verberibus, tormentis igni fatigati, quæ dicunt ea videtur veritas ipſa dicere*) & definitivè eſt abſolvendus, quam ſententiam ſequuntur Farinac. *conſ.* 10. *num.* 18. *et* 39 *et conſ.* 11. *num.* 46. Clarus §. *fin. quæſt.* 64. *num.* 38. *ver. Illata verò tortura*, Citiacus *cont.* 354. *n.* 23. Ciaz *diſcep.* 9 *n.* 277.

Quæ adeò procedunt, dixit Peguer. *d. deciſ.* 70. *et in prax. d.* §. 12. *num.* 6. quod ſi nova indicia, novæque probationes ſuperveniant, ex quibus poſſet ſequi condemnatio, nec tortura reperi poteſt, nec ampliùs moleſtari, & hanc ſequimur in judicando benigniorem ſententiam, quidquid dicat Reg. Matheu *de re crim. cont.* 26. *n.* 24. *et ſeq. et alii per eum allegati*.

9 Inde in R. C. die 8. Junii 1676. in facto recurſus interpoſiti per Gabrielem N. agricolam loci de Lloret Vallis de Cardus, Marchionatus Pallarien. à ſententia contra eum lata 2. Maii 1675. per Procuratorem Generalem ejuſdem Marchionatus de conſilio ordinarii Aſſeſſoris, qua propter necem in rixa perpetratam fuerat condemnatus ad Triremes per biennium, eo quia ſuper eadem nece fuerat antea tortus, ut veritas ab ejus ore haberetur, & in tortura vicerat, fuit concluſum referente R. S. Triſtany I. R. C. recurſui locum eſſe, & dictum N, relaxandum fore à Regiis carceribus, revocando modo prædicto ſententiam Judicis primitivi.

10 Quæ non ſolum procedunt in hoc Principatu, quando vicit in tortura, & contra reum tortum erant violenta, & indubitata indicia, ſed etiam in caſu, quo contra reum eſſet plena probatio; nam etiam probationem plenam purgat in tortura, adeo quod, nec poſt torturam poſſit moleſtari, nec amplius puniri pœna aliqua extraordinaria, Peguer. *d. deciſ.* 70. *num.* 2. & eo citato, illud eſt, quod docet Giurba *conſ.* 43. *num.* 30. ex Cabal. *reſol. crim. caſ.* 288 *n.* 28. quod ſi plenè convictus ita acriter ſit tortus, ut ſublata ſit ei omnis defenſio, nec extra ordinem puniendus erit, refert Conciol. *d. reſol. crim.* 5. *verbo reus*, *num.* 9.

11 Quæ omnia etiam vera cenſeo, ſi quando Judex torqueret reum ſuper plene probatis, proteſtatus fuiſſet cum clauſula probatis in ſuo robore remanentibus, vel ſine præjudicio probationum, quia purgat nihilominus probationem plenam, ut non poſſit ad aliquam pœnam condemnari, quia proteſtatio illa contraria eſt facto, ex traditis à Conciol. *d. reſol. crim.* 5. *num.* 12. Farinac. *conſ.* 11. *n.* 46. (etſi contrariam teneat cum ſuis citatis in hanc rem, Reg. Matheu *de re crim. cont.* 26. *num.* 31. *cum ſeq.*) & patet ex infra dicendis.

12 Si verò de diverſis delictis fuerit inquiſitus, & ſolùm pro altero ex his fuerit declaratum tormentis ſubiici debere, cum proteſtatione illa probatis in ſuo robore remanentibus, exprimendo, pro ut oportet, in ipſa declaratione tormentorum delatum illius delicti tantum, pro quo ad torturam condemnatur, tunc etſi reus vicerit in tortura, & purgaverit indicia illius delicti, pro quo ad torturam ſubiicitur, non tamen purgat probationes alterius delicti, cujus probatio fuit per proteſtationem reſervata, & ſic pro hoc delicto reus condemnatur, & pro eo proteſtatio ſuffragatur, quia non eſt contraria facto, & ita paſſim obſervamus, & comprobant Clarus *in prax. quæſt.* 64. *ver. Veritas*, *num.* 8. Scap. *de jure non ſcript. lib.* 5. *cap.* 111. *in princ.* Reg. Matheu *de re crim. cont.* 26. *num.* 20. Farinac. *in prax quæſt.* 40. *n.* 16. Scaccia *de judic. c.* 78. *n.* 13. *lib.* 1. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 10. Guaz. *def.* 30. *cap.* 9. late de materia (ubi *num.* 4. ſecus eſſe ait ſi non adeſſet proteſtatio ſine præjudicio probatorum, quia per torturam purgaret indicia, & probationes) Et adhuc hoc in caſu non condemnatur ad pœnam delicto debitam, ſed ad aliam mitiorem propter pœnam, quam occaſione torturæ (etſi alterius delicti) apportavit, juxta tradita à Catena *de offic. ſanct. Inquiſit. par.* 3. *tit.* 10. §. 24. *nu.* 180. cujus eſt ratio, quia per torturam, etiam cum clauſula probatis in ſuo robore remanentibus, probationes debilitantur, Majorana *in opoprax. crim. d. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 10. Gram. *dec.* 8. *n.* 5. cum multis per ipſum allegatis, Fab. *in C. lib.* 9. *tit.* 21. *def.* 15. ibi: *Non poteſt enim illa exceptio facere, quin tanta rei patientia, & conſtantia de probationum fide aliquid detrahat, aut commiſerationi, quæ ſincera juſtitiæ comes eſt, aliquid adiiciat*, & infrà traditur deciſum.

Pro ut etiam prodeſt illa proteſtatio, probatis in ſuo robore remanentibus, quando ſuper qualitate delicti inquiſitus quæſtionibus tormentorum ſubiicitur, ſentit Peguer. *deciſ.* 63. *n.* 5. *& deciſ.* 76. in fine, deciſionem tradit Reg. Cortiada *tom.* 2. *deciſ.* 98. *num.* 24. *in fine*, ubi de tormentis ſuper auxilio, vel opere præſtito in nece, probatis in ſuo robore remanentibus, comprobat Guaz. *def.* 33. *c.* 22. *n.* 9. *& ſeqq.* & antea *def.* 30. *c.* 7. ubi; an ſuper qualitate confeſſionis poſſit tortura inferri. 13

In crimine læſæ Majeſtatis in primo capite inferri ſolet tortura ad eruendam veritatem, probatis in ſuo robore remanentibus, etiam circa idem delictum, pro ut fuit declaratum die 7. Septembris 1677. in Villa Hoſtalrici contra Raphaelem N. agricolam loci de Cabanes Diœceſ. Gerundæ delatum de crimine læſæ Majeſtatis in primo capite, & referente Mag. Jacobo de Potau I. R. C. fuit concluſum, quod dictus N ſubiiceretur quæſtionibus, & tormentis, ut veritas ab ejus ore haberetur, probatis in ſuo robore remanentibus, & ita fuit exequutum. 14

Similis in eadem Villa Hoſtalrici dicto die, & anno contra Joannem N. Sancti Petri Piſcatoris, (hæc duæ concluſiones inveniuntur in itinerario anni 1677.) ſed quia iſte negando in tortura perſeveravit, facta conſultatione, cui adhæſit Excellentiſſimus D. Locumt. deliberatum fuit mitius puniendum, quia ei tortura aliquid prodeſſe debebat pro pœna aliàs debita minoranda, quia tortura enervat quodammodo probationes proceſſus, ut ſuprà diximus. Similis, ref. eod. Relat. Potau 8. Novembris 1677. contra Michaelem N. de Petralata; & hæc invenitur in libro Concluſionum Criminalium. Obſervantia hæc ſingularis fundatur in atrocitate, & gravitate delicti, propter id, quod communiter circumfertur in criminibus exceptis, & gravioribus tranſgredi leges licere, non ſolùm quoad impoſitionem pœnæ, verum etiam quoad modum procedendi, *l. Si quis filio*, 6. §. *Quid tamen*, *ff. de inuſt. rupt.* Salg. *de Reg. protect. par.* 3. *c.* 14. *n.* 31. *& 32. cum pluribus allegatis* Reg. Math. *de re cr. cont.* 25. *n.* 26. 15

Quartò licèt indicia ad torturam non ſint à lege definita, & omne circa eam rem in arbitrium Judicis relinquatur, *l. de minore* 10. §. *Plurimum*, *ff. de quæſt. l.* 3. §. *Ejuſdem quoque*, *ff. de teſti. l.* 1. §. *Expilatores*, *ff. de effract. & expilat.* Peguer. *in prax. cr. d. c.* 12 § 9. *n.* 5. Boſſius *in prax. tit. de indic. n.* 30. Guaz. *def. reor.* 30. *c.* 4. *n.* 10. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 200. *n.* 145. Gomez *var.* 3. *c.* 13. *ſub n.* 13. Farinac. *in prax. q.* 37. *num.* 192. *& ſeqq.* Conciol. *reſol. crim* 9. *verbo Tortura*, *num.* 4. Carena *de Offic. Sanct. Inquiſit. par.* 3. *tit.* 10. *n.* 19. *&* 20. Scialova *in prax. forjudic. cap.* 4. *num.* 8. Manfrella ad Latro *deciſ.* 161. *num.* 17. Math. *de re crim. cont.* 26. *n.* 1. Hoc tamen Judicis arbitrium non eſt abſolutum, ſed à jure regulatum, videlicet, ex ſententiis, & dictis Doctorum, ut notat Farin. *in prax. d. q.* 37. *n.* 193. Chriſtinæus *dec. Supremæ Curiæ Belg. tom.* 4. *lib.* 9. *tit.* 41 *deciſ.* 204. *n.* 15. Carena *de Offic. Sanct Inquiſit. d. tit.* 10. *nu.* 20. Scialoya *in prax. de forjudic. d. c.* 4. *num.* 8. Conciol. *d. reſol. crim.* 9. *verbo Tortura*, *n.* 4. Peg. *in prax. crim. d. c.* 12. §. 9. *num.* 5. Proprerea poterit prudens Judex arbitrari, an indicia ſingulis caſibus occurrentia, ſint ad torturam ſufficientia nec ne; conſiderata indiciorum qualitate, ut ſint probabilia, veriſimilia, gravia, & luce meridiana clariora, Manfrella ad Latro *d. dec.* 161. *n.* 18. 16

Indicia quæ ſint proxima, & quæ remota, quæ ſufficiant ad torturam, & quæ ad condemnandum dicimus diffuſim *in dec.* 41. nunc videas Giurba *conſ.* 13. *per tot.* & cum doctrina noſtri Peg. *in d c.* 12 §. 9. *n.* 5. Docemur, quod Judex ſaltem habere debet unum indicium movens animum ipſius, quod accu- 17

accusatus sit culpabilis maleficii, de quo imputatur, sed hoc indicium non debet inferri à remotis, sed à semiplena probatione.

18 Hinc communiter habetur, quod unus testis de visu facit indicium ad torturam, idem Peg. *d.§.6.num.* 5. Farin. *in prax.quæst.*37.*num.*54.*ubi num.*56.concordando opiniones, docet quod testis debet esse omni exceptione major. Guaz. *def.*30.*cap* 30 *num.*2.Gram.*consil.*1.*num.*1.Scialoya *in prax. for.jud.cap.*4.*num* 9.Peg.*decis.*17.*num.* 1. Majorana *in opo prax.crim.lib.*2.*c.*8.*n.*47.Roccus *de offic.* §. 14. *de modo proceden.n.*21.*& seqq.rub.*14.

19 At ut testis sit omni exceptione major, non requiritur ut à fisco articuletur, & probetur, ut latè dicimus *decis.* 41. *num.* 27. nam debet reputari omni exceptione major, ut faciat indicium ad torturam, postquam de aliquo crimine infamatus non extitit, pro ut indubio unusquisque præsumitur omni exceptione major, nisi contrarium probetur. Hodierna ad Surdum *decis.*227.*num.* 9. Farinac. *in prax. quæst.* 62. *num.* 13.*&* 15. Majorana *in opoprax.crim. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 49. ubi talem qualitatem esse probandam quando statutum requirit testes omni exceptioni maiores, vel si fuerit à parte oppositum; sed hoc ultimum, si à parte opponatur, quod debeat probari qualitas testis, apud nos non attenditur; nisi aliqua exceptione à parte opposita testis repellatur, probat Peg. *dec.*17.*num.*1.2.*& num.*40.ibi: *Qui cum sit idoneus, & omni exceptione major ex eo, quod non fuit repulsus aliqua legitima exceptione*, ubi non esse omni exceptione majorem ait, si minima qualitate, aut defectu notaretur, & tunc ejus dictum non sufficeret ad torturam, aliter rem distinguit Roccus *de offic.rub.* 14. §. 14. *de modo proceden. num.* 23. *& seqq.* Bene verò si testis unus de visu deponat de maleficio, & non sit omni exceptione major, si concurrant alia adminicula, facit indicium ad torturam, Bossius *d. tit. de indiciis, num.*14.Scialoya *in prax forojudic.cap.*4.*num.*10 Gram.*consil.crim.*1.*num.*6.*& decis.* 34.*n.* 54.Farinac.*in prax.q.*37.*num.*56.

20 Hinc etiam, non solum in casu quando adest testis de visu super ipso delicto, poterit deveniri ad torturam, verum etiam si alia sint indicia valde delictum inferentia, unico ex his indicio, veluti confessione extrejudiciali cum requisitis, de quibus, *in decis.*41.*num.*46.*& seqq.* repertura rei furatæ in homine malæ famæ, prout dicitur *in dec.*67.*par.* 2.ex comparatione litterarum, & ex scriptura privata verificata, Peg.*d.cap.*12.§.9.*nu.*5.(vide in hac re dicta *dec.*8.*nu.* 18.*& num.*21.) Majorana *in opoprax.crim.lib.*2.*cap.*8 *n.* 40. *& seqq.* Cum tamen si indicia sint remota, & generalia non valdè ad delictum inferentia, ut sunt inimicitia, fuga, fama, & similia ad torquendum plura sint necessaria, Peg. *in prax. d.cap.*12.§.9.*num.*8.vel saltem debent esse duo, Farinac. *in prax. d. q.* 37.*num.*43.Guaz.*d.def.*30.*cap.*4.*num.*12. Cytiac.*cont.*106.*num.*49.Majorana, etiam aliis laudatis *in opoprax.crim.lib.*2.*cap.*8.*num.*44.Marinis ad Revert *decis.* 365.(ubi an ex sola fama vehementi concludenter probata, possit tortura inferri) sed adhuc his ne assentias, sed infra scripta vide pro observantia nostra.

21 Si verò unum sit indicium remotum, & aliter cum eo concurrant plura adminicula, poterit cum unico indicio remoto, & adminiculis ad torturam deveniri, Farinac.*dict. quæst.* 37. *num.* 45. Guaz. *d. def.* 30. *cap.* 40. *num.* 12. Majorana *in opoprax. crim. lib.*2.*d.cap.*8.*num.*44. *vers. Et Licet*, ubi post Gram. & citatos ait, quod dicta adminicula debent esse plura, vel saltem talia, ut Judex ex qualitate personæ, vel facti arbitretur talia sat esset ad indicium principale corroborandum, Scialoya *in prax. foriud. cap.* 4. *num.* 101. Farinac. *in prax. quæst.* 43.*num.* 157.*&* 162. *cum seqq.* ex traditis à Peg.*dec.*5.*num.*33.Apud nos, ut vidi aliquando practicatum, sine aliquo ex indiciis multum delictum inferenti, prout est confessio extrajudicialis, vel repertura rei furatæ, vel visus armatus circa locum delicti, vel fuga à loco delicti, & aliis hujus generis, & concurrentibus adhuc indiciis remotis veluti fama, latitatione, & similibus non condemnatur reus ad torturam pro eruenda veritate.

22 Indicia illa delictum inferentia, & alia remota, & generalia debent esse probata in sua specie per duos testes contestes de loco, & tempore, Guaz.*def.*30.*cap.*31.*nu.*1.Scialoya *d.cap.*4 *num.*11.Gomez *var.*3.*cap.*13.*num.*18.ubi Ayllon *num.*19.Conciol. *in verbo Indicium*, *resol.*5.*num.* 1.*cum seqq.* & ita confessio extrajudicialis probanda est, Guaz. *def.*32.*cap.*34.*num.*13.Vermigl.*consil.*33.*num.*1.Conciol. *in verbo Confessio*, *resol.*13.*num.* 11. cuncta hæc tradit Majorana *in opoprax. crim.lib.*2.*d.cap*8.*num.*45.Peg.*dec.*17.*n.*3. *& per tot.*

Hæc non solùm obtinent verum in delictis minoribus, 23
sed etiam in majoribus, & atrocissimis, imò etiam in crimine læsæ Majestatis, Peg. *in prax.crim.d.cap.*12.§.9.*n.*5. in quibus non procedituri ad torturam non præcedentibus legitimis indiciis, *l. fin.ff. de quæst.l.Cum cognitionaliter* 3.*l. Milites* 8.§.*Oportet*, *C. eod.* Farinac. *d. cap.* 37. *num.* 79. *& seq.& consil.*16.*num.*21.*& consil* 20. *num.* 8. *& consil.*56. *num.*21.*& de hæresi*, *qu.*185.*num.* 121. *& seqq.* Guaz. *def.* 30.*d.cap.*1.*num.*8.Giurba *observ.* 33. *n.* 15. Carena *de Offic. Sanct.Inquisit.par.*3.*tit.*10.*num.*11. ubi etiam in crimine hæresis in Tribunali S. Officii eadem observari docet, *& eod. tit.*10.*num.*118.P.Delrio Disq Mag. *lib.*5.*in* 2.*apend. qu.* 21. Majorana *in opopr.crim. lib.* 2.*d.cad.*8.*num.*26 (*ubi num.*33. id procedere docet non solùm in hominis libert, sed etiam in servi tortura inferenda,) *& seqq.* refert Conciol. *resol.crim. verbo Tortura*, *resol.*9. *num.* 9. *&* 10.*ubi num.*14. ait in delictis difficilis probationis leviora, legitima tamen, & non equivoca sufficere indicia, ob difficultatem probationis, ex Guaz. *d.cap.*4. *num.*9. Carena *d.tit.* 10. *sub num.* 118. Scialoya *in prax. torq. reos*, *cap.*2.*num.*9 *& in prax.do foriud. cap.* 4. *num.* 98. dixerat idem Conciol. *verbo Tortura*, *resol.* 3 *per tot.& verbo Indicium*, *resol.*7.*n.* 4. Majorana *in opopr.crim.lib.*2.*c.*8.*n.*50.

Et hæc adeò vera sunt, ut Judex aliquem indebitè tor- 24
quens, & sic non præcedentibus legitimis indiciis, teneatur in Syndicatu, Farinac. *in prax.d.q.*37.*num.*74.*& seq.& num.*111. *& pluribus*, Guaz.*d.def.*30.*cap.*42.*per tot.*Scaccia *de judic.lib.*1.*cap.*97.*sub n.*181.Scialoya *in prax.torq. reos*, *cap.*12.*per tot.*ubi qua pœna puniatur, recitat Conciol.*verbo tortura*, *resol.*9. *num.finali*, Majorana *in opopr.d. cap.* 8. *num.* 28.

Prout etiam est certum, quod confessio emanata in tor- 25
tura non præcedentibus legitimis indiciis non valet, nec confitenti præjudicat, *l.* 1 §. *Divus Severus*, *ff. de quæst.* adhuc si millies fuerit juramento ratificata, Farinac. *in prax.quæst.*41.*num.*95 *& quæst.*83.*nu.*1.*cum seqq.*Guaz.*def.* 30.*cap.*38.*n.*4.*& def.*31.*cap.* 31. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit.par.*3.*tit.*8.§.2.*à num.*18.*& tit.*10.§.3.*à num.*8.*&* §.18. *num.* 118. *cum seqq.* Dansa de Pug. Doctorum *tom.* 3. *tit. de confesso*, *cap.*1.*num.*7.*& cap.*12. *ver.* '*Et primò est sciendum*, Gram. *vot.*6. *num.*8. *& seq.* Gomez *var.* 3.*cap.* 13. *num.* 25. ubi Ayllon *num.* 26. Conciol. *resol. crim. verbo Confessio*, *resol.*2. *num* 3.*& resol.*10.*num.*4.*& verbo Tortura*, *resol.*9. *num.* 13. Scialoya *in prax. torq. reos*, *cap.*3. *num.*17.*& seq.* Majorana *in opopr. crim. lib.* 2.*cap.* 8. *num.* 31. Latro *decis.*161.*num.* 15. Butilier *de success. ab intest. theor.*44. Roccus *de offic. rub.* 14. *de modo proced.*§. 14. *nu.* 35. Pasc. *de juribus pat. pot. par.* 3.*cap.* 1. *num.* 45. Novar. *de gravam. vas al.tom.*2.*grav.*100.*num.*44. R. Matheu *de re crim.cont.*27.*n.*26.

Nec nocet aliis nominatis per dictum confitentem, Fa- 26
rinac. *q.*43.*num.*193.*& dicta qu.*83.*nu.*8. Gram. *consil.crim.* 21.*num.* 18. Guaz. *def.reor.* 32.*cap.* 31.*num.*9. Caval. *de Brac.Reg.par.*3.*num.*123. Scialoya *in prax.torq. reos*, *d.c.* 3.*num.*21.& post eos Roccus *de offic.rub.*14.*de modo proced. d.*§.14.*num* 37.Matin.ad Revert.*decis.*43. *latè num.* 1.*&* 2. *& decis.*365. Conciol.*resol. crim. verbo Confessio*, *resol.* 2. *num.*7.*ubi antea*, *nu.*6. ubi quod nec validatur per indicia supervenientia, *& num.* 8 est nulla cum omnibus inde sequutis, *& num.*9. etiam si illa sit verificata per oculorum inspectionem.

Poterit tamen confessus in tortura sine legitimis indiciis 27
puniri aliqua pœna extraordinaria, Matheu *de re crim. cont.*27.*num.*28. non capitali, sed exilii, Farinac. *in prax. d. quæst.*83.*num.* 13. *in fin.* Guaz *d. def.* 30. *cap.* 39. *num.* 4. *in fine*.

Sic Senatus die 4. Martii 1681. ref. R. S. Taverner, scri- 28
ba Riambau Not. in causa recursus gratiæ interpositi pro parte Joannis N. aliàs *Cusi* à sententia mortis naturalis per Vicarium Vallis de Ribes facta, ex vi confessionis in tortura legitimis non præcedentibus indiciis extorta, quæ sententia fuit revocata, & condemnatus reus, quod banniretur à Principatu Cathaloniæ, & Comitatu Ceritaniæ ad quinquennium, sub pœna in casu contrafactionis triremium per idem tempus, de hac decisione mentio habetur *in decis. 9. num.* 31. *in fin.*

Similis die 22. Martii 1658. ref. Nob. S. Don Michaeles 29
de Pallares I. R. C. in causa recursus interpositi per Jacobum N. agricolam minorem, à sententia triremium in perpetuum contra eum lata in Villa de Tora admittendo pactum dicto Graells serviendi militando in Regio Exercitu præsentis Principatus per quinquennium.

30 Ad hanc levem pœnam infligendam adhuc subrogandus videtur alius Judex in locum primi Judicis, qui confessionem extorsit, juxta tradita per Guaz. *def.* 30. *cap.* 39. *n.* 1. & per ipsum allegatos.

31 Quintò considerandum est, quod tortura inferri potest omnibus personis, nisi expressè à jure prohibitis, Peg. *in prax. cap.* 12. *d.* § 9. *num.* 9. Gomez *var.* 3. *d. cap.* 13 *num.* 3. ubi Ayllon *nu.* 4. Clarus *in prax.* §. *fin. quæst.* 64. *ver. Ubi subsint*, *num.* 15. Cart. *in prax. inter reos*, *lib.* 4. *cap.* 1. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.* 3. *d. lib.* 10. *nu.* 125. & alii allegati per Conciol. *resol. crim.* 1. *verbo Tortura*, Farinac. *in prax. quæst.* 41. *n.* 1. Scialoya *in prax. torq. reos*, *c.* 13. *n.* 1. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 24.

32 Undè quædam sunt personæ, quæ ob earum qualitatem, & conditionem minimè torqueri possunt, quales primo sunt Doctores, & hoc jure utimur in hoc Principatu, Peguera *in prax. crim. d. cap.* 12. § 9. *num.* 9. de qua re videndi Gomez *var.* 3. *cap.* 13. *sub num.* 3. ubi Ayllon *num.* 4. Clarus §. *fin. quæst.* 64. *num.* 26. Farin. *in prax. q.* 41. *num.* 37. *& seq.* Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 10. *n.* 126. Abavo *de reat. q.* 19. *n.* 73. Guaz. *def. reor.* 30. *c.* 17. *n.* 6. Scialoya *in prax. torq. reos*, *c.* 13. *n.* 40 & 41. Conciol. *verbo Tortura*, *resol.* 1. *n.* 8. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 55. *cum seqq.*

33 Torqueri non possunt personæ constitutæ in dignitate, milites qui hodierno tempore equites appellantur, Capitanei, & Doctores militum, nobiles, Peg. *in prax. crim. c.* 12. § 9. *num.* 9. pro qua re videndi, Clarus *prax. quæst.* 64. *num.* 17. *cum seqq.* Guaz. *def* 30. *d. cap.* 17. Farin. *in prax. qu.* 41. *per tot.* Tusc. *litt. T. conclus.* 328. *num.* 6. *cum seqq.* Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 136 *& seqq.* recitat Conciol. *resol. crimin. verbo Tortura*, *resol.* 1. *num.* 20. Et de nostris militibus, ut non possint quæstionibus ad eruendam veritatem subiici ex Marquilles, Mieres, Ferrer *in const.* hac *nostra*, Fontan. *decis.* 228. *n.* 5. & 6. Vilaplana *de Brac. Milit c.* 4. *n.* 329. *& seq.*

34 Minores quatuordecim annorum torqueri non possunt, Peg. *d. cap.* 12. § 9. *num.* 9. *probat text. in leg. de Minore* 10. *leg. ex Libero* 15. *ff. de quæst. l.* 1. §. *Impuberi*, *ff. ad Silan.* Gomez *var.* 3. *cap.* 13. *num.* 3 ubi Ayllon *num.* 4. Clarus *prax. d. q.* 64. *num.* 21. Cartat. *in prax. torq. reos*, *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 49. Farinac. *in prax. d. qu.* 41. *num.* 16. Guaz *def. reor.* 30. *cap.* 11. *num.* 1. *& seqq.* Carena *de Offic. Sanct. Iquisit. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 138. *& seq.* Conciol. *resol. crim.* 1. *verbo Tortura*, *n.* 2. ubi in notis declarat, Paz. *in prax. tom.* 1. *par.* 5. *cap.* 3. §. 12. *num.* 50 *ver. Quo fit*. Narbona *anno* 14. *quæst.* 42. tota, Scialoya *in prax. torq. reos*, *c.* 13. *num.* 3. Basilius *dec.* 4. *num.* 36. Majorana *in opoprax. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 25. *cum seqq. & num* 30. ubi quod potest minor quatuordecim annorum, proximus pubertati torqueri in crimine læsæ Majestatis, & in atrocibus, leviter tamen.

Licèt tamen minores quatuordecim annorum non possint torqueri; si tamen sit proximus pubertati potest terreri habena, aut ferula, seu virgis cedi, aut alio leviori genere tormentorum, pura sibilorum, torqueri, *d. l.* 1. §. *Impuberi*, *ff. ad S. C. Silan.* ut declarant Gomez *var. tom.* 3. *d. cap.* 13. *num.* 3. & ibi Ayllon *num.* 5. Clarus *d. quæst.* 64. *num.* 21. Majorana *in opoprax. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 31. Farinac. *d. quæst.* 41. *num.* 17. Guaz. *d. def.* 30. *cap.* 11. *num.* 8. *& cap.* 13 *num.* 3. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.* 3. *d. tit.* 10. *num.* 138. cum his, & aliis Conciol. *verbo Tortura d. resol.* 1. *num.* 3. & in notis alleg. Scialoya *in prax. torq. reos*, *cap.* 13. *num.* 4. Narbona *anno* 14. *d. quæst.* 42. *num.* 5. Giurba *consil.* 73. *num.* 6 Peg. *in prax. crim. d. cap.* 12. §. 9. *num.* 9. ubi ait in hoc Principatu communiter tales impuberes solent duci ad hospitale, quod dicitur de la *Misericordia*, ut ibi laborent, & virgis atque flagellis corrigantur.

35 Nec senes decrepitæ ætatis tormentis subiici debent, colligitur *ex text. in leg.* 3. §. *Ignoscitur*, *ff. ad Silan.* Peg. *in prax. crim. dict. cap.* 12. §. 9. *n.* 9. Clarus §. *fin. d. quæst.* 64. *n.* 22. Veluti septuaginta annorum, de quo tempore incipit decrepitas, Farinac. *in prax. d. q.* 41. *num.* 25. & 26. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. d. part.* 3. *tit.* 10. *num.* 141 Guaz. *def.* 30. *c.* 11. *tot.* Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 41. *& seq.* Caval. *de Brac. Reg. par.* 3. *num.* 126. Grat. *discept. forens. to.* 2. *cap.* 328. *num.* 8. & 9. *& tom* 5. *cap.* 805. *num.* 30. Conciol. *resol. crim.* 1. *verbo Tortura*, *n.* 12. *& seq.* ubi etiam non potest torqueri senex valetudinarius, vel debilis complexionis, licèt septuagenarius non sit, & cum in hoc non possit dari certa regula, multum est tribuendum Judicis prudentis arbitrio, Natbona *in anno* 70. *q.* 5. tota, ubi regulam comprobat in septuagenario, & sexagenario.

Torqueri etiam non possunt mulieres prægnantes, *l. Prægnantis*, 3. *ff. de pœnis*, nec post partum editum, nisi elapsis quadraginta diebus purgationis, Peg. *in prax. d. c.* 12. § 9. *num.* 9. *in fine*, Gomez *var.* 3. *c.* 13 *sub num.* 3. Farin. *d. q.* 41. *num.* 78. *& seqq.* Clarus § *fin. d. quæst.* 64. *num.* 23. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 144. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *d. cap.* 9. *num.* 52. Guaz. *d. def.* 30. *c.* 14. *num.* 1 Scialoya *in prax. torq. reos*, *d cap.* 13. *num.* 29. Conciol. *d. resol.* 1. *num.* 6. & 7. *verbo Tortura*, & statut dicto obstetricium circa prægnatum, pro ut vidi practicatum, & tradit Guaz. *citat. n.* 3. 36

Nec mulieres lactantes torqueri possunt, nec terreri, ne lac amittant, neque curare debet Judex, ut alia nutrix reperiatur ad effectum torquendi ipsam mulierem lactantem, nisi in casibus atrocibus, & ubi aliter veritas haberi non posset, Clarus *in prax. q.* 64. *n.* 23. Farinac. *in prax. d. q.* 41. *n.* 80. Cavalc. *de Brac. Reg. part.* 3. *nu.* 126. his & aliis citatis Guaz. *def.* 30. *cap.* 15. Peg. *in prax. d. cap.* 12. §. 9. *num.* 9. *in fine*, Majorana *in opoprax. crim lib.* 2 *cap.* 9. *num.* 51. Ex his mitiùs punita fuit Margarita Soler inculpata de furto, quę quia lactabat quandam filiam suam, solum fuit ad exilium condemnata, propter illam causam, condonata fustigationis pœna 25. Novembris 1678. ref. R. S. Nob. Petro de Amigant, scriba Maurici. 37

Plura alia de personis privilegiatis, quæ torqueri non possunt, Paz *in prax. p.* 5 *tom.* 2. *cap.* 3 §. 12 *num.* 43. *cum seq.* Caval. *de Brac. Reg. par.* 3 *num.* 124. *cum pluribus seqq.* Farinac. *in prax. d. q.* 41. Guaz. *def.* 30. *cap.* 6. *cum pluribus seqq.* Conciol. *resol. crim. verbo Tortura*, *resol* 1. *ubi nu.* 11. Quod obsessi à dæmone torqueri non possunt, ex Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 146. Basilic. *dec.* 8. *num.* 71. *& num.* 73. Quod furiosus torqueri non potest, & de Muto, & Surdo, Diana *resol. Moral. tract.* 6. *resol.* 31. *par.* 4. Guaz. *def.* 30. *c.* 13 *& per tot.* Majorana *in opoprax. lib.* 2. *c.* 9. *nu.* 23. *cum pluribus seqq.* 38

Dinumerare hic decrevi casus, in quibus coguntur testes per torturam deponere veritatem, nam licèt in hoc Principatu ad compellendum testes non practicetur remedium torturæ; sed aliud, ut infra dicitur; at vero ad testes cogendum non discedimus ab his, quæ DD. docent circa testes compellendos per torturam ad veritatem manifestandam, imò ex eisdem indiciis, & præsumptionibus, quibus apud DD. habetur, testibus esse torturam inferendam, apud nos, testibus carceratio (interdum etiam strictior) adhibetur. Modò sic, prænotandum censeo, quod in criminalibus ad testimonium perhibendum possunt compelli testes, ne veritas occultetur, *c* 1. *de crim falsi*, *c. Quamquam* 14. *q.* 2. Gonzalez Telles *in c. Venerabilis* 11. *num.* 9. *de test. cogen.* Fermos. *in c.* 1 *eod. tit. quæst.* 2. *per tot. & maximè à n.* 7. ubi quod compelli etiam possunt, quamvis jurassent se non testificaturos, ex Farinac. *in prax. q.* 78. *n* 149. Barbosa *in c. Pervenit de test cog.* Fagnanus *ibidem*, apud quos traditur; an tunc sit testi necessaria absolutio juramenti. 39

Et quando testes in casibus permissis compelli possunt ad testimonium perhibendum coguntur mulcta indicta, captis pignoribus, aut per carcerationem, Guaz. *def.* 14. *c.* 11. *num.* 14. Scaccia *de judic. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 162. *& pluribus seqq.* Conciol. *resol. crim. ver. Testium*, *Miscel. resol.* 1. *num.* 7. ubi ex pluribus, quos citat ait, quod ad dictam compulsionem attendendus est stylus loci. Qui apud nos servatus est, indicere mulctam, aut carcerationem attenta qualitate personæ, & consideratis facti circunstantiis, pro ut Judicis religioni opportunum judicatur ad cogendum testes, ut testimonium perhibeant, quæ fundantur à DD. in ratione publica, ne scilicet delicta remaneant impunita, qui propterea docent, testis officium esse publicum, & necessarium. 40

Torquentur testes, qui respondere, vel jurare nolunt, Guaz. *def. reor.* 19. *cap.* 1. *num.* 18. Catena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 7. *nu.* 7. Conciol. *resol. crim. ver. Testium*. *Miscel. resol.* 1. *num.* 5 *& ver. Tortura*, *resol.* 6. *num.* 2. qui rem declarat Majorana *in opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 9. ubi idem ait de reo, qui respondere, vel jurare recusat. Apud nos observatur, quod testis carceribus detruditur, reus verò carceratus constringitur, vel carcere strictiori, aut aliàs in Catena apponitur, ut audivi observatum in reo, qui noluit interrogatus explicare nomen, & probat hanc praxim Peg. *in prax. crim. cap.* 12. §. 5. *num.* 26. *vers. At quando*. 41

Eadem suadente utilitate compelluntur testes jam examinati ad se confrontandum cum reo, Guaz. *def.* 20. *cap.* 19. *num.* 8. Conciol. *resol. crim. ver. Testium Miscel. resol.* 1. *num.* 2. 42

num 2. *ubi nu.*4. ait, quod etiam cogi possunt ad se repetendum.

43 Ad propalandam veritatem pariter stringuntur per torturam in casibus hic assignandis; & licèt in duobus tantum affirmet Peg. *dec.*16. *num.*8. *in princ.* posse testes torqueri, videlicèt si negent interfuisse facto, & si dicant interfuisse, recusent dicere veritatem, vel in ea dicenda vacillent, ut notat Guaz. *def. reor.*19. *cap.*2. *in princip.* Alios etiam casus complectuntur DD. in quibus permissum tradunt Judici, decernere posse torturam testibus pro veritate indaganda.

44 Nunc ergo; testes verisimiliter informati si recusant dicere veritatem possunt torqueri ad veritatem propalandam, Novar. *de grau. vasal. lib.*2. *grau.*143. *num.*12. & de verisimilitudine debet in actis constare. Farin. *consil.*22. *num.* 23. Guaz. *def.* 19. *cap.*5. *num.* 2. *in fine*, Scialoya *in prax. torq. reos*, *cap.*14. *num.*15. Conciol. *resol.*20. *ver. Tortura*, *num.*1.

45 In hanc Regulam Generalem, in verisimilitudine fundatam, referuntur reliqui casus, in quibus testes torquentur pro propalanda veritate. Sic si esset testis præsens in loco, vel domo, in qua reus delictum commisserit, & interrogatus dixerit, se nil vidisse, vel audiisse, poterit torqueri, dummodo de his in actis constet. Majorana *in opoprax. crim. lib.*1, *cap.*5. *num.*3. Conciol. *resol. crim.*20. *ver. Tortura num.*1. ubi ex pluribus citatis refert, testem esse verisimiliter informatum de delicto, puta quia illud fuit commissum ante ejus domum, apothecam, vel stationem, vel quia testis fuit in loco commissi delicti, sequitur Guaz. *d. def.*19. *c.*5. *n.*1. quæ tamen infrà declarantur.

46 Nisi aliquam testis allegaret justam causam, & rationabilem, ex qua Judex posset dubitare, an sciret, vel nesciret; quia testis tunc foret non torquendus, Majorana *in opoprax. crim. d. c.*5. *lib.*1. *nu.*4. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. p.*3. *tit.*7. *n* 56. ubi id affirmat in teste, qui ne nocte neminem cognovisse, asserit.

47 Sic etiam vicini, quando delictum fuit in vicinio commissum, torquentur pro facto vicini, si recusant dicere veritatem, Novar. *lib.*2. *grau.*143. *num.*9. Farinac. *in prax. qu.*70. *cap.*6. Majorana *in opoprax. lib.*1. *d. cap.* 5. *num.*5. Guaz. *def.*19. *cap.*8. *num* 1. *ubi num.*7. id intelligit procedere in illis, qui verisimiliter possunt habere notitiam de delicto, quod contingere potest in his, qui sunt magis vicini.

48 Quæ declarant procedere modo gesta facta in vicinio sint continuata, secus si essent momentanea, vel quando à communiter accidentibus facta solent esse nota vicinis, secus in aliis Guaz. *def.*19 *d. c.*8. *n.*3. Majorana *in opoprax. crim. lib.*1. *d. c.*5. *n.*5.

49 Et non esse torquendum vicinum pro delicto facto in vicinio, si sit vicinus persona bonæ famæ, scribit Novar. *lib.*2. *d. grau.*143. *num.*11. Majorana *in opoprax. crim. lib* 1. *cap.* 5. *num.*5. Guaz. *d. dif.*19. *cap.*8. *num.*2. *qui num.*4. ait, nec esse vicinum torquendum, quando præsumptio verisimilitudinis, quæ oriri potest ex loco vicino, tolleretur per contrarias conjecturas, quod etiam confirmat Majorana citatus.

50 Domestici, & familiares possunt torqueri pro delicto facto in domo, si recusant dicere veritatem, quia præsumptio est contra eos delictum commisisse, vel saltem quod ipsi sciunt delinquentem, Majorana *in opoprax. lib.*1. *d. c.*5. *n.*6. Farinac. *in prax. qu.*52. *n.*98. *& seq. & qu.*96. *num* 82. *& seq.* Guaz. *def.*19. *c* 9. *nu.*1. *&* 2. prout pariter torqueri possunt qui soliti fuerint practicare in loco, quo successit delictum, Novar. *de grau. vasal. grau.*143. *nu.*12. *lib.*2. Incipiendo torturam ab illo domestico, qui est malæ famæ, ut tradit Majorana citatus.

51 Dominum domus fore torquendum etiam si sit bonæ famæ si delictum sit commissum in domo, & illud statim Curiæ non denuntiavit, scribit Majorana *in opoprax. lib.*1. *d. cap.*5. *n.*7. Guaz. *def.*19. *c.*9. *n* 3. ubi quod magis id procedit quando Dominus domus, & familiares, ac domestici, reperto aliquo occiso in domo statim Curiæ non denuntiarunt, vel tarde denuntiaverint permittendo, quod cadaver marcescat, & incipiat malè olere.

52 Farinac. *qu.*52. *num.*107. *& seq.* distinguit, vel Dominus domus torquetur tanquam principalis, & non torquetur, nisi alia concurrant indicia, vel Dominus domus torquetur tanquam testis, & verisimiliter informatus, & nil aliud tunc requiritur, nisi verisimilis scientia, & quod recuset dicere veritatem, etiam quod non sit malæ famæ, ut dixit etiam ipse Farinac. *num.*103. sequitur Majorana *in opoprax. lib.*1. *d. c.*5. *nu* 7. & 8. Guaz. *def.*19. *c.*9. *nu.*4. ubi ex eodem Farinac. scribit per hæc verba: *Si Dominus domus torqueri prætendatur tanquam principalis, non posse torqueri nisi alia indicia concurrant, vel sit solitus similia facere: si verò tanquam testis, & verisimiliter informatus, tunc Judex ex suo arbitrio, & religione consideret, si dictum homicidium potuerit committi ab alio, quàm à Domino domus, vel domesticis, & tunc non possint torqueri tanquam testes, nisi concurrat mala eorum fama: si verò consideret ex aliqua circumstantia, quod non potuit committi, nisi à Domino domus, vel à familiaribus, & domesticis, tunc ipsi possint torqueri, & ibi refert casum num.*112. *Late considerandum à Judicibus, quod fuerit tortus quidam Dominus domus ob vulnera illata in quendam mercatorem, & ob furtum commissum, & cum fassus fuerit dicta vulnera intuliisse, ac furtum commisisse, fuit ultimo supplicio punitus, & illinc ad plures annos, cum devenisset in fortiis Curiæ quidam famosissimus Latro nuncupatus, il Pretino di Luca detectum fuit, dictum latronem, dicta vulnera intuliisse, ac præfatum furtum feciisse, non autem hæc ab illo commissa fuisse, qui talia fassus ultimo supplicio punitus fuit. Et ideò caveant Judices ne torqueant Dominos domus, familiares, ac domesticos, nisi fuerint mala famæ, ac alia contra eos militent indicia, & ego possem plura exempla afferre, & præcipue de furto facto in domo R. P. D. Justi, cujus occasione fuerunt omnes sui domestici carcerati, & aliqui ipsorum torti, & tandem fuit detectum furtum fuisse ab aliis, quàm ab ipsis domesticis, prout etiam mensibus elapsis vidimus fere omnes familiares R. P. D. Oricellarii fuisse carceratos, & contra eos deventum fuisse ad rigorosum examen, & tamen fuit detectum, quod furtum factum fuit ab aliis extra domum, & præcipuè à quodam suo staffierio jam ab eo Licenciato, qui de nocte ingressi fuerunt dictam domum, & furtum commiserunt, prout quidam eorum fassi fuerunt, & pœna condigna etiam puniti fuerunt, & alii in contumaciam fuerunt condemnati, juxta qualitatem delicti, pro ut etiam admonet Joan. Bapt. Bonif. in tract. de furt. §. est, num.*40. *in fin. quod similes personæ habentes practicam domus solent ædes conscendere, & ad loca clausa suis instrumentis aditum facere, & multa furta committere.*

Proinde considerare debet Judex, an delictum fuerit commissum ab alio, quàm à Domino domus, vel à domesticis committi potuerit, Majorana *in opoprax. lib.*1. *d. cap.* 5. *nu n.*8. Guaz. *def.*19. *cap.*9. *num.*5. ubi etiam tenent quod considerari ampliùs tenetur, an fuerint extra domum tempore commissi delicti, & talis absentia fuerit probata. 53

Obliviosus testis verisimiliter informatus torquetur, ut si recordari possit de delicto, de quo interrogatus se non recordari respondet, Scialoya *in prax. torq. reos*, *cap.* 14. *num.*4 Conciol. *resol. crim.*20. *vers. Torturam*, *nu.* 1. *in Audit.* maximè si de aliis recordetur, de quibus minùs, vel æquè recordari debeat, Guaz. *def* 19. *capit.* 7. *nu.*1. Majorana *in opoprax. crim. lib.*1. *capit.*5. *nu.*11. Conciol. *vers. Tortura*, *resol.*20. *nu* 2. Farinac. *in prax. qu.*79. *nu.*43. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 7. *nu.*59. qui post alios hoc procedere, declarat post plures Judicis monitiones, & carcerationem aliquot dierum. 54

Hæc docent DD. citati habere locum, quando obliviosus foret verisimilis, & interrogaretur testis de facto Principalis, & de qualitatibus substantialibus, aliàs secus, Guaz. *def.*19. *dict. cap.*7. *nu.*3. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit.p.*3. *d. tit.*7. *nu.*59. Conciol. *resol. crim* 20. *ver. Tortura*, *num.*2.

Et factum esset recens, si autem testis diceret non recordari de facto antiquo, de quo verisimiliter recordari non potest, tunc cogendus per torturam non est, Majorana *in opoprax. crim. lib.*1. *d. cap.*5. *num.*11. & sufficiens dici tempus quinquennii, triennii, biennii, & interdum minùs biennii ad præsummendam oblivionem ex variis DD. opinionibus recitat Guaz. *def.*19. *d. c.*7. *n.*4. *ubi nu.*6. *ait*, id potissimum procedere in actibus momentaneis, & qui tractum successivum non habent, de qua re etiam Farinac. *in prax. q.*79. *n.*44.

Oblivionem cadere faciliter posse si agatur de die præciso, quàm si agatur de mense, vel anno, scripserat etiam Guaz *d. def.*19. *c.*7. *n.*6. Majorana *in opoprax. crim. lib.*1. *d. cap.*5. *nu.*11. 56

Convictus duobus contestibus de confessione extrajudiciali 57

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ciali se interfuisse in loco delicti, si ipse postea neget, potest torqueri pro habenda veritate, Farinac. *in prax. q.* 89. *n.*22. Guaz. *def.*19. *d.c.*3. *n.*3. Majorana *in opoprax. crim. lib.*1. *c.*5. *n.*13. Novar. *de gravam. vasal. lib.*2. *grav.*143. *nu.* 14. per ea quæ nos diximus *dec.*7. *n.*9.

58 Testis vocatus in contestem ab aliis qui dixerunt interfuisse, si id negaret poterit torqueri, Novar. *de grav. lib.*2. *grav.*143. *nu.*13. Farinac. *qu.*79. *nu*17. Guaz. *def.*19. *cap.*1. *nu.*8. *& c.*4. *in princ.* Gomez *var.*3. *c.*13. *nu.*29. ubi Ayllon *nu.*30. Conciol. *resol. crim.*20. *vers. Tortura nu.*5. *&* 7. Bovad. *in polit. lib.*5. *c.*3. *nu.*17. Catena *de Offic. Sanct. Inquis. lib.*3. *tit.*7. *num.*57. ubi ex Thesauro filio in addit. Patris *ad dec.*42. affirmat, testem esse torquendum ex quo interfuit absque alio indicio mendacii, vel variationis, quidquid contrarium teneat Peg. *dec.*18. *n.*8.

59 Nisi testis allegaret aliquam bonam rationem, quæ illum excusaret, puta si factum successerit in multitudine gentium, aut in foro, in nundinis, in choreis, vel si delictum fuerit commissum extra conspectum testis, & à tergo, & dum cum aliis loqueretur, & nocte, & similibus; quia tunc testis non est torquendus, Guaz. *d.def.*19. *cap.*1. *nu.*21. *& c.*4. *num.*4. ubi etiam scribit, quod ut testis possit torqueri ultra præsentiam, vel interessentiam in facto, requiritur constet, quod testis potuerit videre, & percipere quod factum fuit, quia non valet consequentia præsens, ergo vidi, Catena *de Offic. Sanct. Inquisit. p.*3. *tit.*8. *nu.*56. Mastrill. *dec.*91. *fere per tot.* Conciol. *resol. crim.*20. *ver. Tortura, nu.*8.

60 Testes varii, & vacillantes, aut contrarii torquentur, Guaz. *def.*16. *c.*2. *per tot.* Gomez *var.*3. *c.*23. *num.*29. ubi Ayllon *nu.*30. Farinac. *qu.*66. *nu.*98. *& seqq.* ubi ponit quinque ampliationes, & quatuor limitationes, Conciol. *resol. crim.*5. *ver. Tortura*, Majorana *in opoprax. crim. lib.* 1. *c.*5. *nu.*15. Peguera *d. dec.*16. *in addit.* ubi quod si testis convincitur ex suo proprio dicto, & ex propria confessione contra quam nil probabiliter deducere possit, sit torquendus denegatis ei defensionibus; secus tamen si de mendacio testis constaret aliunde per testes, quia in defensionibus est audiendus, Farin. *in prax. qu.* 39. *num.*148. *& seq.* Guaz. *def. recr. c.*14. *nu.*73. Pareja *de instrum. edit. p.* 1. *tit.*6. *resol.*8. *nu.*51. Sanfelic. *p.*1. *dec* 24. *num.*1. *&* 2. Majorana *in opoprax. lib.*1. *c.*5. *n.*15. Conciol. *resol. crim.*5. *verbo Tortura.*

61 Attamen de observantia hujus Regni testes nullo modo torqueri solent, Peg. *d. dec.*16. *in addit. vers. Secus verò est*, ubi dat intelligentiam, *Const. unic. tit. de torments*, quæ licèt disponat quod servata forma ibi data, possit procedit propter variationes, & per indicia ad torturam, tamen dicta constitutio non loquitur in testibus, sed solùm in reis, & de hac observantia antiquissima ibidem ipse attestatur, & cum illa nos indifficulter transimus.

62 Observamus nos, quod in re substantiali, si testis in casibus desuper designatis, & sic si verisimiliter informatus, neget propalare veritatem, & signanter quando negat interfuisse facto, & de eo convincitur, aut dicit se interfuisse, & negat dicere veritatem in eo quod allegatur, aut in ea dicenda vacillat, carceribus subiicitur, & interdum cum catena brevi, seu *Curta* in illo apposita per spatium congruum, quod solet esse vigintiquatuor horarum constringitur, & hoc communiter in Regia Curia magis practicatum vidimus, quando ab aliis testibus in contestem allegatur, & recusat contestare in eo, quod aliis testes deposuerunt, quæ omnia à relatoris causæ arbitrio pendent, qui pensatis circunstantiis facti, qualitatis testium, & præsumptionibus, quæ contra testem negantem occurrunt, consulto plerumque Regio Consilio, ad compellendum testes pro veritate dicenda procedet.

63 Et tunc non requiritur, ut testis convinci debeat per duos testes, quia sufficit quod convincatur ab uno solo idoneo, ut carcerari, & in Catena brevi constringi possit, pro ut sæpiùs vidi observatum, & comprobantur ea, quæ DD tradunt, quod quando quis negat interfuisse facto, & convincitur ab uno solo teste, qui sit dignior ipso negante torqueri potest, Ambrol. *de modo form. proces. in form. lib.* 1. *cap.*4. *nu.*10. Gomez *var.* 3. *cap* 13. *nu.*20. ubi Ayllon *nu.*30. R. Sanfelic. *dec.*24. *num.*1. Thesaurus *dec.*42. *nu.*3. ubi Thesaurus filius, & his laudatis, Majorana *in opoprax. crim. lib.*1. *cap.*5. *nu.*4. Novar. *de grav. vasal. lib.*2. *grav.* 142. *nu.*13. Farinac. *in praax. qu.*79. *nu.*21. *&* 22. Guaz *def.* 19. *c.*2. *nu.*8. *& c.*3. *num.*2. (ubi docet quod si testes sint dignitate pares nemo torquetur) Conciol. *resol. crim.* 20. *ver. Tortura. ubi addit. nu.*5. hoc intelligit procedere posse, si agatur de probando indicio proximo, secus si de remoto, quia tunc duo testes requiruntur.

Si verò testis, carceratus fuerit per tempus congruum, 64
aut in suo casu, ut factum requirit, per vigintiquatuor horarum spacium, vel minùs sicut Judici videbitur, steterit in carceribus cum catena brevi in collo, & firmiter adhuc negaverit relexandus veniet, quia per illud genus carcerationis purgasse dicitur omnes præsumptiones, quæ contra eum militare potuerunt, & vide quæ scripsimus *dec.* 7. *num.*9.

In notis tamen manuscriptis omnimodè fide dignis obser- 65
vatum legi per Regium Visitatorem Generalem Cathaloniæ declaratum fuisse 5. Octobris 1604. Benedictum N. quæstionibus, & tormentis subjici, prout ita fuit exequtum absque ulla defensione, & pariter resolutum die 6. Octobris 1604. (votum vidi originale) per assessores ordinarios domus Deputationis Generalis Cathaloniæ non esse in his contrafactum Generalibus constitutionibus, & signanter *Const. ordenam.* 3. *tit. de penas corporals*, ubi disponitur, quod nemo possit condemnari pena mortis aut tormentis subiici, defensione debita non admissa, moti fuerunt ex Mieres *par.*1. *collat.*5. *c.*26. *in Cur. Alf.* 3. *Montis albi in novis, pag.*275. *nu.*7. *& signanter, nu.*10. ibi: *Et regulariter verum est quod anteaquam torqueatur reus, sibi danda est defensio, fallit tamen, ut dixi in vacillante, & offendente aures judicis, ut notatur per glos. Bartol. in l. Ex libero, ff. de quæst. ex per Doctores in l. Nullum, C. de testibus, & in auth. Presbiteri, C. de Episcopis, & Clericis, & ita intelliguntur, & servantur Constitutiones Cathaloniæ, quæ recipiunt talem interpretationem à jure communi, & ita servatur inconcusse, & sic minimè sunt mutanda, & c. l. Minimè, ff. de legibus.* Pariter die decimaseptima. Martii 1579. fuit concluſum ex majori parte, quod quia Dominicus Barreta Francigina interrogatus uti testis super quodam homicidio variaverat quatuor vicibus, subjiceretur quæstionibus, & tormentis adeò, ut veritas ab ejus ore haberetur, probationibus tamen quoad falsitatis crimen in suo esse remanentibus.

Sed non propterea recedimus ab inconcussa observantia, 66
per R. S. Peg. *dec.*16. *in addit.* tradita, ut non possint testes pro eruenda veritate tormentis subiici, excipiuntur tamen, ut notat ibidem Peg. socii criminis, qui ut testes contra consocios pro criminibus exceptis, & post latam sententiam mortis torquentur, ut ipse docet *in decis.* 5.

Ulteriùs apud nos observatur, quod socius, qui post la- 67
tam sententiam mortis condemnatur in caput sociorum, ex Peg. *d. dec.*5. *nu.*29. *& in prax. c.*12. §.5. *nu.*25. *per text. in l. Qui ultimo* 26. *ff. de pœnis*, ibi: *Sæpe ideò servari solent post damnationem, ut ex his in alios quæstio habeatur.* Tunc torqueretur etiam pro aliis criminibus, & delictis, de quibus in processu diffamatus existit, sic Senatus 16. Februarii 1586. contra Jacobum N. de Llavaneras, qui fuit declaratus reus mortis, quod sustigaretur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis, raptaretur per terram ad locum suplicii, & in eo jugularetur per collum, taliter quod naturaliter moreretur, & ejus anima à corpore separaretur, & illius cadaver in frusta findetetur, & quod post latam sententiam, & ante illius exequtionem torqueretur in caput sociorum, coadunationis, & de aliis criminibus, & delictis de quibus infamatus extitit ref. R. S. Francisco Ubac. Similis die 5. Februarii 1617. contra Antonium Vilanova aliàs *Mala anima* Regni Valentiæ, ubi fuit damnatus ad furcas, & ad torturam in caput sociorum, coadunationis, & pro aliis criminibus, & delictis, de quibus infamatus extitit. Et contra Michaelem Galseran, aliàs *lo Comit* nautam Villæ, & Castri de Palafurgell, qui 12. Februarii 1663. ref. R. S. Nob. Michaele de Pallares I. R. C. fuit ad furcam damnatus, & ad torturam in caput sociorum, & auxiliatorum, & aliorum criminum, & delictorum, de quibus extitit diffamatus. Et die 1. Aprilis 1669. ref. Nob. Josepho Ferrer, tunc I. R. C. contra Joannem Coll dit *Collet* Agricolam Loci de Renau, qui fuit condemnatus ad mortem, & quod post latam sententiam, & ante illius exequtionem torqueretur in caput mandantis homicidii, & de aliis criminibus, & delictis ejusdem speciei, de quibus diffamatus extitit. Et infinita exemplaria poteram ad rem adducere.

Fundantur etiam in his, quæ tradunt DD. quod confes- 68
sus, vel convictus potest interrogari in tortura super aliis delictis pro quibus extant indicia, vel de quibus extitit diffamatus, Clarus *in prax. qu* 64. *ver. Successivè*, Farinac.

in

in prax. qu.37. nu.167. num.167. & 171. cum pluribus latè Guaz. *def. reor.30. c.8. & 9. tot.* Et de hac nostra observantia torquendi reos condemnatos ad pœnam mortis, ad dicendum de complicibus, scribit Reg. Matheu *de re crim. contr. 26. nu.28. & antea nn.26.* & eandem receptam esse tradit Sardiniæ ex Dexart *dec.27. ex nu.5.* Valentiæ, ex eodem Matheu *de regim. Valent. to.2. c.8. §.9. num.99.* Italiæ ex Claro §. *fin. qu.64. n.8.* ubi Bajard. *nu.23.* Farin. *in prax. qu.40. num.28.*

69 Non alienum erit hìc tangere quod animaversum est à DD. in quæstione illa ; an credatur reo, qui in articulo mortis super furca in patibulo, vel aliàs exculpaverit consocios in tortura inculpatos, qui consideratis hinc, & illinc rationibus concludunt, ubi inculpatio priùs facta est sola, & nuda, & nullis aliis indiciis, & probationibus associata, hoc casu exculpatio subsequens à moriente omnem inculpationis vim tollit, ex Marsil. Grammat. Marcel. Fortunat. Surdo, Follerio, Mascardo, & alii comprobat Valenzuela *tom.2. consil.102. n.96. cum seqq.* Farin. *in prax. qu.46. nu.72.*

Subdit idem Farinac. quod exculpatio, etsi non tollat inculpationem adminiculatam, & indiciis corroboratam, eam tamen debilitat, & indicia concurrentia cum inculpatione sunt levia, & de se non sufficientia ad torturam, tunc exculpatio prodest exculpato, ut nec torqueri possit ex illis super existentibus indiciis, licèt benè posset, si exculpatio non interveniisset, at si concurrentia indicia sunt gravia, & urgentia, & de se sola ad torturam sufficientia, tunc utique per exculpationem non evitat exculpatus torturam, & hanc declarationem Farinac. sequutus noviter Basilic. *dec.33. nu 8. ubi ait*, quod exculpatio subsequens morientis tollit primam inculpationem nudam, & tollit etiam inculpationem indiciis associatam, & adminiculatam, sed non ejus indicia, & adminicula, remanentibus iis in suo robore, ex quibus reus, si erunt sufficientia, torquebitur, sin minùs liberabitur, & citat Mastril. *dec. 195. ota ubi tradit dec.* Calvin. *de æquit. lib.2. c.142. per tot.* & dem Basilicus, binas allegat decisiones *à n.1. usque ad 10.* materiam pertractans.

70 Adde Sanfel. *tom 2. dec.238.* qui loquitur in confessione socii convalidata in tortura, & postmodùm pro exoneratione conscientiæ, publice tempore quo ducebatur ad Patibulum, coram Sacerdotibus tet revocata, cui confessioni jungebantur alia indicia levia, & scribit, ibi: *Multum in hoc versatur Judicis arbitrium in casu de quo agitur, adminicula erant levia ex quibus nuda inculpatio rei poterit dici, quod consideravit Valenzuela unà cum DD. per eum adductis, consil.102. nu.95. ver. In primis enim, imò acerrima fuit tortura per quam credibile est inculpasse innocentem, quia cruciatus non poterat nimio senio persistere, ponderavit Garcia, Mastril. dec 105. num 9. ver. Eo magis, repetita ter fuit revocatio quo casu vi geminationis servatam confessionem fundat D. Valenzuela loco citato, nu.102. vers. Facit quod de vi geminationis, ex quibus sub die 25. Aprilis 1635. fuit liberatus in forma.*

71 Hæc procedere docet Farinac. *in prax. d. qu.46. nu.74.* in teste, seu socio criminis existente in articulo mortis, seu in patibulo, ac exculpante eum, quem judicialiter inculpaverat, secus si hanc exculpationem faciat in carcere absque eo, quod sit in puncto mortis, talis enim exculpatio, sine dubio non tollit præcedentem inculpationem judicialem cum absurdum sit quod actus extrajudicialis tollat actum judicialem, allegat Marsil. post Baldum, pro ut nec secundæ dispositioni testis statur, quæ primæ juratæ contrariatur, *c. Cum inter 44. circa fin. de test. c. Per tuas de probat.* Menoch. *consil.37. nu.146. to.1.* Covar. *var.2. c. 13. nu.8. vers. Tertium est*, ubi Faria *in addit. nu.88* Farinac. *in prax. qu.64. nu.124. & seq. & dec.414. num.3. par.2. to.2. & dec.167. nu.10. par.1. tom.1.* pluribus laudatis apud Valenz. *consil.102. tom.2. num.2.* Nisi sit in tortura secunda depositio, & prima judicialis sit extra torturam, cum Claro *in prax. qu.53. nu.15.* Farinac. Gabriel. Alciat. Menoch. Caval. Guaz. *def.19. c.16. nu.2. & 8.* Faria ad Covar. *lib.2. d. c.13. nu.93.* vel nisi testis legitimè docuerit se errore deceptum in prima depositione, ex Menoch. Alciat. Farinac. Capic. idem Faria *d. lib.2. c.13 nu.85.* & aliàs justas suæ revocationis causas probaverit. Carena *de Offic. Sanct. Inq. p.3. tit.9. n.59. & seqq.*

72 His sine dubio ponderatis, die 19. Julii 1596. in causa, instante F. R. Generalis Gubernatoris Cathaloniæ contra Antonium Rainalt Gallum inculpatum de furtis, fuit conclusum, quod fustigaretur, auricula ei amputaretur, & suspenderetur in alta furca taliter quod naturaliter moreretur, & torqueretur in caput sociorum, ex voto majoris partis dominorum, quod votum sequuti fuerunt Proceres sorte extracti juxta formam privilegii Civitatis Barcinonæ, & evenit quod postquam in tortura socios furtorum inculpaverat, quam depositionem postea ratificavetat, petiit, ut iterùm depositio exigeretur detegendo alia plura furta ab eo commissa, per spacium septem annorum, exculpando per eum nominatos in tortura, dicens se metu tormentorum eos falso inculpasse, fuit tamen resolutum in R. C. dicto die quod exigeretur ab eo depositio super delictis, quæ noviter detegere volebat, non autem super dicta exculpatione, & quod si saluti ejus animæ, ut asserebat, expediret eam exculpationem facere, consuleret confessorem, pro ut fecit, & publicè in patibulo socios in tortura nominatos exculpavit, quæ resolutio fuit fundata in stylo hactenus observato, de quo antiquiores attestati fuerunt, & habita resolutio fuit extracta à notis manu inscriptis nobilis Salvatoris Fontanet Regii Concilii, & postea Regentis in Supræmo Aragonum Concilio.

Fundatur dicta resolutio in expresso *textu in l.6. ff. de* 73
pœnis, ibi : *Si quis fortè ne supplicio afficiatur, dicat se habere, quod Principi referat salutis ipsius causa, an remittendum sit ad eum, videndum est. Et sunt plerique Præsidum tam timidi, ut etiam post sententiam de eo dictam, pœnam sustineant, nec quicquam audeant; alii omnino non patiuntur quicquam tale allegantes : nonnulli neque semper, neque nonnumquam remittunt, sed inquirunt quid sit, quod allegare Principi velit, quidque quod pro salute ipsius habeat dicere, post quæ aut sustinent pœnam, aut non sustinent, quod videtur habere mediam rationem, cæterum ut mea fert opinio, prorsus eos non debuisse, postaquam semel damnati sunt, audiri, quidquid allegant : quis enim dubitat eludendæ pœnæ causa ad hoc eos decurrere ? magisque esse puniendos, qui tamdiu conticuerunt quod pro salute Principis habere se dicere jactam? nec enim debebant tàm magnam rem tandiu reticere* ex quo text. infert Peguera *dec.22. in addit. vers. Adverte*, quod damnatus ad mortem non debet ultra audiri, quidquid is dicere velit, licèt de salute Principis se dicturum dicat.

Ulteriùs quando casus eveniet, ponderabilis erat *dec.* 74
44. Revert. ubi in crimine læsæ Majestatis socium criminis, qui consocium culpaverat, & ad torturam elevatum, depositionem in consocii crimen ratificaverat, demum cum ad mortem damnatus dum Sanct. Eucharistiæ Sacramento reficeretur, se revocasse, & declarasse falsam esse depositionem illam, sic usque ad mortem perseverando, pro ut apparuit ex publico instrumento, quod pro ejus conscientiæ exoneratione confici jussit, & tradit decisum, consocium liberatum, & ad suum honorem restitutum. Et ibidem Marinis has exculpationes maximoperè commendans, scribit, ibi : *Singularis profectò est decisio hæc quam Judices causarum criminalium semper præoculis, & in corde haberent magnoperè exoptarem. Etenim sæpè sæpius contingit, ut rei tormentorum atrocitate, sive impunitatis spe, alios in complices delicti vocent, quos crimen illud nunquam patrasse, plusquam certum est : demum ad mortem damnati pro eorum conscientiæ exoneratione declarant, quod dixerant contra vocatum, verum non esse, sed cruciatuum rigore confessionem illam emanasse, hæc declaratio, attentis decisis hìc, cum singulariter dictis per Ægidium Bosf. in prax. crim. in tit. de indiciis, & considerationibus ante tortur. num 191. & seq. omninò videndum, & per D. Reg. Sanfel. dec.238. Summa relevantiæ est ? ut eò jam devenit nostri temporis calamitas, ut Judices illam prorsus parvipendant, ac si emanata non esset, ajuntque à Partibus super negotio interesse habentibus magno conatu procurati : sed certè decipiuntur, et non sine suarum animarum detrimento, quandoquidem declaratio hæc, quæ à damnato ad mortem sit, recipitur apud nos, cum maxima circunspectione à Sacerdotibus sæcularibus, et regularibus Congregationis, vulgò dicimus la Compagnia di Bianchi, viris equidem summa probitatis, et doctrinæ : et ego ab aliquibus illorum accepi, adeò prudenter, et circumspectè in his declarationibus recipiendis procedi, ut impossibile sit, à partibus aliquo artificio eas procurari posse, non enim sine lethali peccato illius, qui morti proximus est, hæc declaratio procederet, si vera non esset, ut quia procurata ad exonerandum illum, qui verè fuit delicti particeps : undè fore omninò credendum damnato ad mortem sic exculpanti, dixerunt pariter Marcellus de Mauro alleg.83. num.5.*

num.5. Grammat. conſ.21. num.27. ver.3. num.15 & voto 11. num 18. & dec.56. nu.10. Campagna in d. cap. frequens, à num.79. uſque & per totum 81. ubi dixit opinionem iſtam eſſe tenendam, quia magis communiter ita tenent qui quæſtionem iſtam tangunt.

75 Confirmant hanc deciſionem Revert. & Marinis *in cit. dec.44.* nimirum, quia ſi vulneratus declaravit, vulnus non fuiſſe illatum à Titio, qui pro illo delicto inquirebatur, & contra eum indicia aderant, ad quæſtionem inferendam ſufficientia, nullo pacto Titius torqueri poteſt, Guaz *def.30. c.4. nu.23.* Gomez *var.3. c.13. nu.17.* ubi docet, quod ſi delictum verè, & realiter non probatur contra reum inculpatum; ſed tantùm contra eum indicia ſint talia, per quæ aliàs juſtè poterat torqueri, exculpatio defuncti in mortis articulo enervat, & tollit vires, & effectum omnium præſumptionum, & indiciorum, ut ex eis torqueri non poſſit; ſecus verò ait, ſi contra reum inculpatum, verè, & realiter ipſum commiſiſſe delictum eſſet probatum, quia tunc illa defuncti confeſſio, inquiſito non prodeſſet, nec aliquid operaretur, ita ut ea non obſtante poterit reus ad mortem delicti ordinariam diffinitivè condamnari; quam doctrinam comprobat Faria ad Covar. *var.2. c.13. nu.75.* Valeron. *de tranſact. tit 4. qu.7. nu.* 8. Ayllon ad Gomez *d. c.13. nu.18.* qui aſſerit, quod in ſecundo caſu, quando delictum erat probatum, exculpatio habebit vim remiſſionis, & pacis, & allegat Farinac. *in prax. qu.43. ex num.10. qu.46 ex num.104. & 110. & ſeqq.* quapropter ea exculpatio præjudicium non inferet probationi plenæ Fiſci; contra quem pactum, ſeu remiſſio partis fieri non poteſt, ut in his terminis ſcribit Marinis ad Revert. *d. dec.44. num.3.* ſed adhuc vide infrà *num. 77. & ſeqq.*

76 Exiſtimo in hac re, quod ſi levia forent indicia contra inculpatum, licèt per ſe ſufficientia ad torturam, exculpatio ſocii tollet vires inculpationis, adeò, ut ex illis indiciis per exculpationem debilitatis, non poſſit inquiſitus torqueri; at ſi indicia contra inculpatum forent urgentia, & gravia, & non ſolum ſufficerent de per ſe, ſed excederent adhuc pro tortura inferenda, tunc ſubſequens exculpatio non impediret, ut ex dictis indiciis gravibus, & efficacibus ad torturam deveniri non poſſet, pro ut & ad condemnandum ad pœnam ordinariam delicti ſufficerent, ſi plenè, & concludenter delictum eſſet probatum, & etiam cenſeo in hac re multum verſari Judicis arbitrium ad diſcernendum indicia efficacia à levibus, exculpationem nudam, ab ea, quæ multum adminiculata, & indiciis eſt corroborata, ut poſſit habita conſideratione exculpationis, quæ aliquantulum debilitat vires inculpationis, torturam inquiſito decernere.

77 Hanc opinionem confirmo ex his, quæ tradunt DD. & dixerat Faria ad Covar. *var.2. d.c.13. nu.74.* ibi: *Concluſio verò proxima limitatur* (loquitur de antedicta reſolutione, quod in extremis agens, ſi profiteatur à Titio non fuiſſe enecatum, Titius non poterit torqueri, etſi contra eum adſint indicia) *ſi adverſus exculpatum urgentiſſima indicia extant, ex quibus poterit, non obſtante exculpatione torqueri, Pacian. de probat. cap.38. nu.24. Placa in epit. delic. lib.1. c.13. nu.17. Clarus in prax. §. fin. qu.52. nu.6. Menoc. de præſumpt. lib.1. qu.90. in fin. Hoc tamen totum à judicantis arbitrio pendet, qui perpenſis indiciis, ac exculpationis qualitate æſtimabit, an reus tormentis ſit ſubiciendus? ut notant Farinac. nu.118. Clar. d. nu.6. in fin. Pacian. nu.25. & 26. illud obſervando, quod ſi cum exculpatione, aliæ etiam conjecturæ indiciatium tueantur, non erit torquendus, quamvis plurimùm urgeant in contrarium indicia, Farinac. cum aliis, n.117.*

78 Non multum diſtant ponderata, & reſoluta ab his, quæ tradunt DD. quod licèt declaratio occiſi, ſeu aſſertio vulnerati non faciat indicium ad torturam, Clarus *in prax. §. fin. quæſt* 21. latiſſimè Farinac. *in prax. quæſt.46. nu.* 10. *& ſequent.* Gomez *var.* 3. *cap.*13 *num* 16. ubi Ayllon *num.*17. Marin. ad Revert. *dict. deciſ.44. num.*3. Peguer. *dec.*17. *num.*5. Fachin. *cont. lib.9. cap 9. & pluribus allegatis*, Faria ad Covar. *var. lib.*2. *cap.*13. *nu.*67. Cirlac. *cont.*250. *n.*6. & 7. Conciol. *reſol. crim. unica, ver. Aſſertio vulnerati*.

Attamen aſſertio vulnerati, concurrentibus adminiculis, ſufficiens erit ad torturam, Farinac. *in prax. dict. cap.* 46. *nu.*35. Ayllon ad Gomez *var.*3. *dict. cap.*13. *num.* 17. Ciriac. *dict. cont.*250. *num.*15. *& antea cont.* 80. *numer.* 3. maximè in delictis occultis, Maſtrill. *dec.*232. *numer.* 5. *par.* 3. *& cum pluribus citatis*, Faria ad Covar. *var. lib.* 2. *dict. c.*13. *num.*69. Conciol. *reſol. crim. unic, ver. Aſſertio vulnerati*, *nu.*10. requiſita aſſertionis vulnerati ponderat ad hoc, ut illa aliquid operetur, ibi: *Primo, quod dicta aſſertio ſit facta in mortis articulo. Secundo, quod ſit facta cum juramento. Tertio, quod vulneratus ſit in plenitudine intellectus, Quarto, quod ſit bonæ famæ. Quinto, quod delictum non poſſit per alios probari. Sexto, quod delictum fuerit commiſſum tempore quo videri & cognoſci potuerit delinquens ab offenſo, & ultimo, quod alia non contradicant circumſtantiæ.*

His tamen ponderatis in hac re exiſtimo, quod apud nos 79
(ubi tortura non eſt levior) aſſertio vulnerati ſufficere debet ad aperiendum viam ad inquirendum, etiamſi fuerit cum juramento, & uti teſtis recepta, & interdùm ad decernendum capturam, ut in caſu, quem expreſſimus *in dec.12. num.19. & ſeq.* & ſic licèt cum aſſertione vulnerati concurrant indicia, & adminicula, non ideò poterit inquiſitus quæſtionibus tormentorum ſubjici, niſi illa indicia, & adminicula de per ſe ſint ſufficientia ad torturam inferendam, quo in caſu aſſertio illa vulnerati utilis judicabitur, ut faciliùs poſſit Judex probationi indiciorum deferre.

Ulteriùs conſiderandum eſt, quod ſi reus in tormentis 80
deficiat propter ſyncopem, Notarius debet diligenter annotare, & deſcribere modum deficiendi, quomodò ab ipſis tormentis deponatur, ac etiam deſcribat aſperſionem aquæ, vel aceti in faciem torti, vel alia remedia adhibita, & tunc tutius eſt, quod ſtatim quod reus incidat in ſyncopem dimittatur à tortura, & oſtendatur peritis, & eorum relationis Judex ſtabit, cum proteſtatione tamen (quæ perſcribam cauſæ in actis torturæ apud nos debet continuari) quod reum à tormentis dimittit animo eam repetendi, quia ſi ſine proteſtatione reum à tortura dimitteret, amplius ea compleri non poteſt, Guaz. *def reor.30. cap.16. num.3. &* 4. ubi admonet Advocatos, ut ſuper hoc invigilent, quia ut plurimum Judices territi ex ſyncope inquiſiti, non advertunt apponere dictam clauſulam, pro ut ita obſervatum noſtris temporibus vidi, & fuit reus liberatus (ac ſi tortura perfecta fuiſſet) ex quo Judex actum illum proteſtatorium omiſit.

Pro ut è contrario proteſtatio illa operatur, ut quod ex 81
impedimento adimpleri non poteſt, iterùm adimpleri ceſſante impedimento poſſit, ex Claro, Chartar. Caval. Guaz. novitet Baſilicus *dec.8. à num.1. uſque ad nu.* 7. ubi plures deciſiones allegat, ſed ſi detecta ſyncope adjuncta corporis valetudine, periti relationem fecerint repeti non poſſe ſine vitæ periculo, tunc iterùm torqueri non debet, ſentit Guaz. *dict. def.30. cap.16. num. fin.* ita fuit concluſum in noſtro Regio Concilio in tortura Ludovici N. 18. menſis Martii 1671. cui non fuit repetita, quia infirmus remanſit, & ex relatione medici, & chirurghi conſtitit non poſſe torturam compleri, abſque magno illius vitæ periculo, referente Nobili S. Magarola, ſcriba Badia Not.

Per ea quæ tradunt, quod infirmi, & valetudinarii non 82
poſſunt torqueri, quando morbus eſt talis, ut reus torturam pati nequeat ſine periculo vitæ, & corporis, & ſi torqueatur, tortura, & confeſſio in ea extorta nullæ ſunt, Farinac. *in prax. qu.41. num.*93. ubi dicit in hoc ſtandum eſſe judicio peritorum, & meditorum, Guaz. *dict. def.* 30. *cap.*16. *num.*1. *et antea cap.*4. *num.*25. ubi idem docet in reo membro debilitato, & de laborantibus aliis morbis, Scialoya *in prax. torq. reos, cap* 13. *nu.*36. ubi, quod laborans febri quartana, poteſt torqueri, ſed non in die febris, & leviter ex Bajard. ad Clar. *§. fin. qu.64. num.* 73. refert. Conciol. *reſol. crim.1. verbo tortura, n.19.* & in notis, Baſilic. *dec.8 nu.*79. ubi, quod laborans febri quartana, mutus, ſurdus, & cæcus, qui torqueri non poſſunt, poteſt dari eis pœna extraordinaria, Majorana *in opopr. crim. lib.2. cap.9. nu.*23. ubi, quod Judicis erit perſpicere, an torquendus in corpore aliquod habeat vulnus, an anhelitus difficultate, an morbo gallico laboret, an malum Erniæ, vel ruptura, ſeu quid ſimile, & practicam tradit, qualiter in ſimilibus caſibus ſe gerere Judex debeat, nimirum quod ſtatim atque reus ad torturam effugiendum ſe infirmum dixerit, aut aliquo membro debilitatum, ſeu aliàs inhabilem, ne tormentum patiatur, adhibeat unum, vel duos peritos, qui juramento deponant, an is poſſit abſque periculo torqueri, & quo tormenti genere, & juxta illorum depoſitionem in actis redactam procedere, cum in his judicio medicorum ſtandum ſit, Giurba *conſ.8. nu* 2. & *ſeqq.* ubi de habente febrem quartanam.

Ruſus

83 Rursus considerandum est, quod quando potest irrogari tortura, sed est periculum negationis, eo quod inquisiti parvi faciant tormenta, practici Judices, ne toraliter delictum impunitum remaneat, solent condemnare reum ad Triremes, vel aliam extraordinariam, juxta occurrentias facti, Guaz. *def.*30. *cap.*41. ubi de materia Farinac. *in prax. qu.*86. *num.*64. ubi loquitur de casu, in quo vigeat plusquam semiplena probatio (& hoc observamus) & quod tunc pœna est pecuniaria, si præsumptiones sint hominis, & non juris, & de jure, Ponte *dec.*16. *nn.*21. Castillo *dec.*164. *nu.*37. unde existimo rectiùs esse reos ad pœnam extraordinariam condemnare, quàm ad torturam; nisi decernatur tortura ad probanda delicta, quæ aliàs probari nequeunt, aut si videant Judices reos aliàs delictum non negaturos.

84 Ultimò tenendum est, quod in actu torturæ non est à reo exigendum juramentum, nec assignandus curator, neque curator nominatus debet assistere, Peguer. *in prax. crim. c.*12. *§.*12. *nu.*3. & 4. quia tortura infertur ad indagandam veritatem, non ad solemnizandum judicium, attestatur Diana *de consuet. sanct. Offic. tr.*6. *resol.*31. *p.*4. tenent Farinac. *in prax. qu.*81. *nu.*367 Scialoya *in prax. torq. reos*, *cap.*13. *sub nu.*11. Majoran. *in opoprax. crim. lib.*2. *c.*9. *nu* 38. *& seq.* (ubi *nu.*40. an minor major factus possit torqueri pro delicto facto minori ætate) ubi rationem tradit Narbona *de stat. an.*14. *q.*42. *nu.*6. Reg. Matheu *de re crim. cont.*25. *nu.*12.

85 In actu tamen ratificationis extra locum, & aspectum torturæ exigitur juramentum tortis in forma reorum, & si est minor, vocatur suus curator, aut datur illi ad istum actum, & legitur sibi depositio facta in tortura, & interrogatur, an perseveret in ea, & eo perseverante dicitur ratificasse confessionem factam in tortura, juxta praxim nostram, quam tradit Peguer. *in prax. crim. d. c.*12. *§.*12. *nn.*8.

86 Ad provisionem torturæ contra inquisitos apud nos nunquam devenitur, nisi reo plenariè audito, & copia tradita indiciorum, quibus gravatur, ut expressè disponitur in *Const.*3. *tit. de penas corporals*, ibi: *Ordenam, que ningu sia condemnat à mort, o à mutilació de membres, o encara posat en torment per nos, o per la Illustre Reyna muller nostra, o per lo inclit Infant en Pere Primogenit, à general Procurador nostre, o per Lloctinent, dells, o per altres Officials, o juges nostres, o de aquells, defensio alguna no admesa, è que contra la forma demunt escrita, de nostra Cort, o de aquells ninguna lletra no puxa exir*, comprobant Peguer. *in prax. crim. capit.*12. *§*9. *per tot.* Farinac. *in prax. qu.*38. *nu.*3. *& qu.*39 *ex nu.*1. Guaz. *def.* 24. *cap.*9. *tot.* Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.*3. *titul.* 10. *§.*21. *nu*159. Ciaz. *def. reor. discep.*22. *nn.*15. Ciatlin. *cont. forens. tom.* 2. *cap.*181. *num.*89. Thoro *in compend. decis. tom.*1. *ver. Tortura, an de jure*, *pag.* 555. Valenz. *cons.*163. *num.*17. *cum seqq.* Pateja *de instrum. edit. par.*2. *tit.*6. *resol.*8. *num.*2. (*per tex. generaliter disponentem, in l.*2. *C. de edendo, l. desertorem* 3. *§. si ad diem, ff. de re milit. l. unius* 18. *§. cognitum, ff. de qu. l. custodias* 12. *ff. de public. judic. l. defensionis facultas* 7. *C. de jure Fisc.*) *cum seqq. & per tot.* Reg. Matheu latissimè *de re crim. cont.*25.

97 Ac etiam nomina testium examinatorum reo sunt exprimenda, ut validè adversus eorum personas, & dicta objectiones opponere valeat, *cap. qualiter, & quando, §. debet de accusat.* ibi: *Et non solum dicta; sed etiam nomina ipsa testium sunt ei, ut à quo sit dictum appareat publicanda, nec non exceptiones, & replicationes legitimæ admittenda, ne per suppressionem nominum infamandi, per exceptionem verò exclusionem deponendi falsum audacia præbeatur*; comprobant Farinac. *in prax. q.*39. *nn.*85. *& seqq.* Scaccia *de judic. lib.*1. *c.*100. *nu.*11. *&* 12. *cum pluribus citatis*, Pateja *de instrum. edit. p.*2. *d. tit.*6. *resol.*8. *num.* 24. latissimè Excel. Crespi *observ.*89. *tota*, quidquid in terminis diversis asserat Reg. Matheu *de re crim. cont.*74. *num.*41. *cum seqq.* alia practicabilia videas apud Peguet. *in prax. crim. d. c.*12. *§§. seqq.*

DECISIO XV.

ARGUMENTUM.

Socius itineris est idoneus testis ad probandam injuriam factam socio, quando injuriam ad animum non revocat, & cum socio teste de visu, & aliis indiciis efficaciam unius testis omni exceprione majoris superantibus, condemnari potest ad pœnam ordinariam delicti-

SUMMARIUM.

1 *Prima opinio est, socius itineris non est idoneus testis, quando deponit super injuria facta socio, cum etiam ipsi facta censeatur, & sic dicatur deponere in causa propria.*

2 *Societas habet vices fraternitatis, & sic pax rumpitur ex offensione facta socio itineris, quod declaratur.*

3 *Quod eo magis locum habet, quando ex injuria facta socio itineris, etiam ipse socius ladi posset, pro ut evenire potest ex jactu lapidis, vel ex exoneratione archibusci, quia tunc socius non est idoneus testis.*

4 *Ac etiam illud, magis locum habet, quando socius injuriam factam socio, ad animum revocavit, quod ex signis, & conjecturis dignoscitur; quia tunc ut mere deponens in causa propria non probat.*

5 *Secunda opinio est, socius itineris est idoneus testis, dum deponit de injuria facta socio, quando socius injuriam factam socio ad animum suum non revocaverit.*

6 *Ad hanc secundam opinionem, qua vera est, est prima declaratio, quod exceptio, qua ad diminuendam fidem socii itineris objici solet, non procedat in eo, qui est socius itineris per accidens, quia proprie non est socius, nec ita continetur sub indulto prose, & sociis concesso.*

7 *Secunda declaratio est, quod tunc socius itineris repellitur, quando inquisitus fatetur delictum, sed dubitatur de modo, & circumstantiis, secus verò quando inquisitus negat totum factum.*

8 *Tertia declaratio est, ut socius itineris sit idoneus testis, quando veritas aliter haberi non potest; cum tunc etiam testes inhabiles plenè probent.*

9 *Præcipua verò, & prima est in hac materia declaratio, ut probet socius itineris injuriam factam socio, si illam ad animum non revocaverit, aliàs secus, & ea opinio maximè procedit, si aliqua ex circumstantiis concurrat, ut si sit socius accidentalis, vel si inquisitus negat omnino factum, vel si aliter veritas haberi non potest, & hanc amplectitur Senatus noster.*

10 *Decisio Senatus cum circumstantiis facti.*

11 *Alia decisio Senatus traditur.*

12 *Hujus decisionis ponderatur probatio cum adminiculis, & circumstantiis.*

13 *Alia decisio Senatus proponitur cum probationibus processus, & nn.*14.

15 *Ex mero jactu archibusci sine animi deliberatione non consideratur in partem offensio.*

16 *Alta decisio Senatus adducitur, cum facti enarratione.*

17 *Istius probationes ex processu resultantes in medium circumferuntur, & adducuntur indicia, & adminicula favoris, & nu.*18.

19 *In delictis difficilis probationis per unum testem de visu junctis aliis indiciis efficaciam unius testis superantibus condemnatur ad pœnam ordinariam delicti, cum Senatu.*

20 *Indistincte hæc procedunt in omnibus delictis, in quibus proceditur ad pœnam ordinariam delicti, cum teste de visu, & aliis indiciis, quæ superent efficaciam alterius testis.*

IN hac re duæ sunt Doctorum opiniones invicem pugnantes; prima est, socius itineris non est idoneus testis, quando deponit super injuria facta socio, cum 1

etiam

etiam ipsi facta censeatur, & sic dicatur deponere in causa propria, ex Bart. *in l.3. §. si tutor, ff. de susp. tut.* Alba. *in l. ut vim 3. nu.18. ff. de just. & jur.* Cæpol. *cons.* 32. Gram. *dec.* 25. *num.*2. Thob. Non. *cons.*101. *num.*11. Vulpel. *cons.*12. *num.*10. *& cons.*33. *num.*22. *& seq.* Campeg. *de test. reg.*101. *in 3. falcen.* Mascard. *de probat. conc.*1313. *in fin. lib.*3. & latè comprobat Conciol. *alleg.*84. *num.* 3. *cum pluribus sequentibus*, & sequitur *in resol. crim. ver. Testis quoad personas, resol.*20. Ricci. *dec. Archiep.* 2. *par.*1. additionator ad Clarum *in ultim. addit. anni* 1636. *q.*21. *sub n.*54. *ver. Assertio vulnerati.*

2 Societas namque vicem fraternitatis habet, *l. verum* 63. *ff. pro socio*, Decius *cons.*469. *num.* 3. Cuenca *de sui defens. lib.*5. *qu.*1. *num.*11. undè scripsit Crispol. *cas. milit.* 20. *Istum autem dolum*, quod pax rumpitur ex offensione facta socio itineris, allegat *glos. in l. apud Labeonem, §. si quis virginem, ver. Tenetur, ff. de iniur.* Farin. *in prax. q.*107. *art.*30. *n.*388. (ubi *nu.*394. intelligit id procedere, quando offensa est illata socio in contumeliam consocii itineris, cujus iniuriam ad animum revocavit) & facit de jure nostro usat. *constituerunt igitur tit. de defensio permesa*, Peguer. *in c. item ne super laud. ver.*8. *nu.*114. Canc. *var.*2. *c.*10. *n.*81. *& seq.*

3 Ampliat dictam opinionem Conciol. *dict. resol. crim.*20. *num.*4. ut eò magis habeat locum, quando ex injuria facta socio itineris, etiam ipse socius lædi posset, pro ut evenire potest ex jactu lapidis, vel ex exoneratione archibusci, quia tunc socium non esse idoneum testem scribit ex Rim. jun. *cons.*524. *num.*23. *lib.*5. & Vermigl. *cons.* 42. *num.*5.

4 Et ampliat ulterius dictam regulam ipse Conciol. *in citata resol.*20. *n* 5. ut eo magis habeat locum, quando socius iniuriam factam socio ad animum revocavit, quod ex signis, & conjecturis dignoscitur; quia tunc uti merè deponens in causa propria nil probat, Gram. *dict. dec.* 25. *num* 2. Rim. jun. *dict. cons.*524. *numer.*23. & aliis citatis.

5 Secunda opinio est, socium itineris esse idoneum testem, dum deponit de injuria facta socio, Bald. *in l. quoniam liberi* 10. *sub. num.*4. Salic. *num.*8. *C. de test.* Castillo *tom.* 3. *dec.*210. *num.*11. (ubi asserit, quod tunc ex iniuria alteri illata, socio fides non adhibetur, quando actus fuisset præmeditatus, secus si fuisset casualis) Farinac. *quæst.*60. *in prax. num.*402. *& sequentibus*, qui tamen asserit, & rectè, hoc esse verum, quando socius iniuriam socio illatam ad animum suum non revocaverit, & quod iniuria ad animum revocata probatur verbis, signis, & conjecturis, idem Farinac. *qu.* 107. *art.*30. *num.* 394. ex eodem Baldo, & aliis, & in hac sistunt sententia Pasc. *de virib. pat. pot. par.*1. *cap.*10. *num.*36. Vermigl. *cons.*42. *num.* 5. *& cons.*146. *num.*2. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.*5. *num.*61. Thoro *in compen. dec. Cur. Archiep. Neap. in verbo socius itineris*, ubi tradit ita decisum in duobus sociis itineris etiam ligatis adversus duos latrones, qui latrones tertium socium itineris magis divitem ligaverunt, & tentaverunt ipsum recaptare.

6 Ad hanc conclusionem duas principales declarationes notat Pasc. *de virib. pat. pot. par.*1. *in d. cap.* 10. *num.*36. ex Vulpel. *cons.*87. primam, quod exceptio hæc, quæ ad diminuendam fidem socii itineris obici solet, non procedit in eo, qui est socius itineris per accidens, nam hic est integer testis, & omni exceptione maior; nam & socius per accidens, etiam in favorabilibus pro socio non reputatur, & ideò quando est concessum guidaticum alicui pro se, & sociis suis debet intelligi de sociis, qui à principio socialiter venerunt, & non de illis, qui casu se associarunt, Boerius *dec* 179. *n.*5. Farinac. *in prax. q.*29. *nu.*66. Danza *ad tit. de guidatico, cap.*11. *ver. Etsi fuerit*, Sialoya *de for. jud. cap.*23. *nu.*46.

7 Secundam, quod tunc socius itineris repellitur, quando inquisitus fatetur delictum, sed dubitatur de modo, & circumstantiis ipsius, tunc enim quidquid socius offensi deponit ad aggravandum inquisitum de insultu contra ejus socium, videtur esse suspectus ob participationem iniuriæ; secus autem est, quando inquisitus omninò negat totum factum, tunc enim creditur socio itineris; alioquin si inquisitus allegat, ei non esse credendum, ex quo erat socius offensi, videtur quodammodo fateri delictum, quæ summoperè notanda esse censet; nam penès alium Doctorem eam declarationem non vidisse meminit, utramque declarationem sequitur Danza *de pug. doc. tom.*2. *cap.*5. *de homic. à nu.*22. *ad* 25. & allegat Mari. *ad dec. Gram.*25. *nu.*3.

Tertiam declarationem adducit addit. ad Clarum qui supra *quæst.* 21. *ver. Assertio vulnerati, sub num.* 54. ut socius itineris de iniuria facta socio sit idoneus testis, quando veritas aliter haberi non potest, quam comprobat Decius *cons.*100. *num* 9. Azeved. *ad leg. recopil. lib.*8. *tit.*13. *l.* 1. *nu.*72. ex regula, quod testes etiam inhabiles in casibus difficilis probationis habentur pro idoneis, & plenè probant (quidquid dicat, Conciol. *resol. crim. ver. Testium Miscel. resol.*7.) tenent Farinac. & per eum cit. *in præx. q.*62 *num.* 74. Reg. Matheu *de re crim. cont.*2. *nu.*36. *&* 37. *& cont.*68. *num.*5. & latissimè *cont.*76. *num.*26. *& sequentibus*, ubi varia exempla testium inhabilium, adducit, Giurba *cons.* 64. *nu.*18. *cum seq.* 8

At verò præcipua, & prima in hac materia est supra stabilita declaratio, ut ita probet socius itineris iniuriam factam socio, si illam ad animum non revocaverit, aliàs secus, nam ea principaliter attenta, & maximè si aliqua concurrat ex circumstantiis ponderatis, ut si socius itineris est accidentalis, vel si reus omninò negat totum factum, aut si aliter veritas haberi non potest, Senatus integram tribuit fidem socio itineris. 9

Sic fuit observatum die 3. Martii 1671. referente Magnifico Michaele Joanne de Taverner & Rubi I. R. C. in facto F. P. R. C. contra Bonaventuram N. delatum, & inculpatum de homicidio in nemore, & nocte perpetrato proditoriè in personam Joannis de Bornom militis, qui fuit condemnatus, ut suspenderetur in alta furca, & ad torturam in caput sociorum; in hac causa solum aderant duo testes socii itineris de visu, & quatuor de fama sine requisitis, & quia dicti socii ad animum suum iniuriam non revocarunt, & homicidium fuit sequutum de nocte in nemore, fuit habitum pro constanti esse testes idoneos, & plenè probare. 10

Sic etiam die 12. Octobris 1678. declaravit Senatus, referente Magnifico Jacobo de Potau & Moles, in facto F. P. adversus, & contra Jacobum N. aliàs *lo Princep*, agricolam Sancti Stephani Villænovæ de la Roca, delatum, & inculpatum de nece per eum proditoriè perpetrata jactu instrumenti manualis in personam Joannis Ferrer, aliàs *lo gullut*, qui solummodo fuit condemnatus ad servitium Regiarum Triremium remigando per septennium. 11

In hac causa aderant contra reum duo testes formales de visu socii itineris, & quatuor testes de fama; sed quia testes socii necem dicti Ferrer in animum suum revocarunt, non fuerunt à Dominis integri testes judicati, & sic fuit pœna ad Triremes moderata. 12

Pariter die 15. Decembris 1678. referente Magnifico Michaele Joanne Taverner & Rubi, Salvius N. de Sant Madir, delatus, & inculpatus de nece appensatè, proditoriè, & per insidias perpetrata in personam Antonii Roquer agricolæ ejusdem loci, die 17. Aprilis 1674. in itinere publico, quo itur à vicinatu de Pontmaior Civitatis Gerundæ ad locum de Sant Madir, fuit condemnatus ad furcas. 13

Aderant in processu duo testes formales socii itineris, & licèt adversus eos etiam aggressor proiecisset instrumentum manuale, attenderunt Domini quod non fuerunt offensi, ex quo iniuriam in animum non revocarunt; & etiam quia ex tali jactus emissione sine animi præmeditatione in partem offensio non consideratur. Marinis *var. resol. lib.*1. *c.*2. *n.*33. & allegat Rovit. *in prag.*11. *tit. de abolit. num.*11. Thoro *in compen. dec.*2. *p. in verbo remissio, seu exculpatio, fol.*575. eis adde Sesse *de inhibit. c.*1. §.5. *n.*21. *&* 86. Excel. Crespi *obser.*5. *numer.*218. Capiblanc. *de Baron. prag.*6. *num.*52. 14

Ultra hæc testes isti adminiculati existebant ex confessione extraiudiciali rei geminata, per testes singulares inducta, & per octo testes de fama sine requisitis. 15

Ac etiam die 3. Junii 1683. referente Nobili Francisco de Caneet I. R. C. fuit declaratum contra Laurentium N. aliàs *Not* agricolam de Castellar Diœcesis Selson. delatum de nece appensatè, proditoriè, & per insidias perpetrata in personam Balthasaris Comeras loci de Hombreny die 1. Aprilis 1678. in itinere, quo itur à domo dicta *la Espulga* ad aliquas petias terræ cultivas dicti Comeras in loco dicto Altafore, & de aliis criminibus, & delictis, qui fuit condamnatus ad furcas, & ad torturam in caput sociorum dictæ necis, & pro aliis delictis, in quibus extitit diffamatus. 16

Hic aderat unus testis de visu socius itineris in quo cŏcurrebant omnes circumstantiæ, quæ idoneum illum reddebant, nam iniuriam socii in animum non revocavit, erat 17

socius

UAB Biblioteca de Ciències Socials

socius accidentalis; reus omninò factum negabat, & opponebat adversus testem esse socium itineris, & tandem aliter veritas haberi non poterat, & licèt delinquens in aggressum, secundum projecisset jactum instrumenti manualis, cum fugeret socius itineris, & ob jactum maneret vulneratus bos aratorius socii itineris, offensa hæc habita non fuit in consideratione, quia eam ad animum socius non revocavit.

18 Hæc semiplena probatio juncta fuit cum alia, quæ ex indiciis in sua specie plenè probatis resultabat, nam primò plenè fuerat probata causa homicidii procedens ex inimicitia capitali, quæ inter delinquentem, & occisum aderat, quia idem aggressor in rixa non multum ab his annis occiderat quendam fratrem dicti Barthazaris Comeras, in eodemque conflictu pariter hunc ipsum vulneraverat, quem nunc occiderat; secundò fuerunt probatæ per testes singulares (qui admittuntur ad plenam probationem faciendam in hoc genere indicii) minæ, quas de occidendo intulerat criminosus in insultatum; tertiò, concludenter probata fuerat fama per sufficientem numerum testium, cum expressione causæ ante habitæ de rixa, insultu in fratrem, & vulnere in nunc occisum; quartò, constabat etiam plenè de mala qualitate homicidæ in eodem genere facinoris, & præter hæc alia resultabunt adminicula; cuius ponderationis sunt hæc, & alia indicia, & adminicula in probatione homicidii, latè ago in *dec.*41. & hic non repeto.

19 Hæc inducere plenam probationem contra reum fuit concluſum; nam in delictis difficilis probationis, admissa est sententia, per unum testem de visu, cum aliis indiciis in sua specie perfectè probatis, quæ superent efficaciam unius testis de visu, adimpletam esse probationem in criminalibus ad condemnandum in pœnam ordinariam delicti, scribit Petrus Barbosa *in l.*2. *par.*1. *num.*93. *ver. Quarto, & ultim. ff. solut. mat.* Farinac. *conſ.*189. *num.* 4. & 5. *lib.*2. August. Barbos. *in cap. præterea* 27. *de test.* quos allegat Reg. Cortiada *dec.*93. *num.*38. & in hac specie sunt exemplaria, quæ ipse tradit, & nos *in dec.*8. *n.*49. *cum seqq.*

20 Et indistinctè in omnibus delictis, unicum testem de visu cum aliis indiciis in sua specie probatis, quæ superent efficaciam unius testis, plenam facere probationem ad condemnandum ad pœnam ordinariam delicti, scribit cum exemplaribus noster R. S. Peguer. *dec.* 17. & eam sequuntur Font. *par.*1. *dec.*258. *num.*8. & 9. Guaz. *def.*33. *cap.*14. *num.*12. Giurba *conſ.*2. *nu.*45. sequitur Senatus Valent. per Reg. Leo *dec.*125. *num.*35. *lib.*2. quos allegat Reg. Cortiada *d. dec.*93. *nu.*38. ipsis adde Vermigl. *conſ.*94. *nu.*4. de quare latius per nos *dicta dec.*8. *n.*44. *cum pluribus seqq.*

DECISIO XVI.

ARGUMENTUM.

Qualis probatio antecedere debeat rei interrogationem, qualis ad interrogandum socios criminis de consociis, & quam probationem faciant socii legitimè interrogati contra consocios, etiam in casu quo sociis promittitur impunitas ad revelandum consocios. Et quam derobati contra derobantem, aut aliàs inhabiles probationem faciant. Et domestici de delicto domi commisso. Quamvè birruarii, & capita justitiæ in delicto resistentiæ, & aliis delictis, juxta nostrum usum non indistinctè agitatur. Ubi, quod minor viginti quinque annorum; major verò viginti in delictis atrocissimis in hoc Principatu condemnetur ad pœnam ordinariam delicti, cum nova intelligentia observantiarum antiquarum exploratius enodatur.

SUMMARIUM.

1 *Interrogari tantum potest à Judice reus de delicto, de quo est diffamatus, vel indicia, aut semiplena probatio præcedunt.*

2 *Si confessio fuerit ex tortà à reo nullis præcedentibus legitimis indiciis, confessio non afficit confitentem, nec tertium à confitente nominatum.*

3 *Socius criminis de consociis regulariter interrogari non potest, ubi ratio assignatur.*

4 *Nisi contra consocios in processu, vel sint indicia, vel saltem resultet diffamatio.*

5 *Si nullis præcedentibus indiciis, aut diffamatione contra consocios interrogetur, non probant, nec contra eos indicium faciunt ad torturam.*

6 *Quamvis socii dictum fuerit adminiculatum.*

7 *Generaliter est verum in criminalibus, quod socius criminis contra socium, non recipitur in testem, nec receptò creditur, ubi ratio traditur.*

8 *In delictis à jure exceptis, potest reus de consociis interrogari, & interrogatus tenetur consocios revelare.*

9 *Dinumerantur delicta excepta, & nu.*11.

10 *Quando contra consocios extant indicia, vel saltem diffamatio, aut delicta sunt excepta, socius de consociis interrogatur.*

12 *Quomodò socius de consociis, debeat interrogari in delictis exceptis, & nu.*13.

14 *In Regio Concilio compulsio rei, ut manifestet socios, sit post latam sententiam mortis ante illius exequutionem.*

15 *Unius socii criminis dictum in casibus, in quibus de consociis potest interrogari, non facit indicium ad torturam contra consocios.*

16 *Cum adminiculis, & indiciis, cum juramento, & tortura dictum socii contra consocios facit indicium ad torturam.*

17 *Quid si socius criminis alios pateretur defectus, quod & declaratur num.*18

19 *Apud nos depositionibus sociorum criminum cum juramento, etiam sine tortura tanta fides adhibetur ad condemnandum pœna ordinaria delicti contra consocium nominatum, concurrentibus tamen aliis indiciis, seu adminiculis, & non aliàs, quanta adhibetur cuicumque testi, etiam omni exceptione maiori; expostulantur tamen duo socii, cum indiciis, & adminiculis, cum quibus aparent probatio duorum sociorum comperta, & quod reus sit impetitus de pluribus delictis, licet regulariter necessarii videantur ad condemnandum pœnam ordinaria delicti tres socii criminis, cum aliis indiciis, & adminiculis.*

20 *Dictum stuprati contra agentem, vel stupratæ contra stuprantem, quale indicium faciat.*

21 *In criminibus occultis juncta infamia rei, quæ in hac re multum consideratur, ex dicto socii insurgit semiplena probatio, & si cum eo concurrant plura indicia excedentia efficaciam unius testis omni exceptione maiorit, censetur plena probatio impleta ad condemnandum pro pœna ordinaria delicti.*

22 *Decisio Senatus.*

23 *Alia decisio Senatus.*

24 *De infamia rei, quomodò debeat constare.*

25 *In Regno Neapoli per trium sociorum dicta, juncta infamia rei condemnatur consocius ad pœnam ordinariam.*

26 *Infamia rei, an possit suppleri ex aliis adminiculis, & num.*27.

28 *Temperatur pœna, etiam in atrocissimis si inquisitus non habeat viginti unum annum completum, licet illum habeat incæptum, quia in odiosis annus incæptus non habetur pro completo, & datur intelligentia exemplaribus Senatus.*

29 *Duo socii sufficiunt ad torturam, etiam si sit bona fama consocius.*

30 *Ex unius socii dicto si concurrant adminicula condemnatur consocius ad torturam.*

31 *Socius criminis, qui revelat consocios sub spe impunitatis, nullam fidem facit.*

32 *Tantum valere potest pro instruendo, & movendo animum Judicis.*

33 *Etiam si adsit consuetudo, quod stetur dicto socii sub spe impunitatis, nihilominus socius non probat, & num.*34.

35 *Quid in hac re author sentiat.*

36 *Quam probationem faciant testes derobati adversus furem, quando renuntiarunt eorum interesse, non*

non est expeditum; sed quando interesse debeant renuntiare, & quo tempore traditur, n.37.

38 *In Regno Neapoli tres derobati conteſtes de loco, & tempore, qui renuntient intereſſe, ſi aliam non patiantur exceptionem, plenè probant contra ſuremi; idem in Regno Sicilia.*

39 *Solum apud nos in puris terminis teſtium derobatorum inveniturdeciſum etiamſi renuntiaverint eorum intereſſe, non eſſe integros teſtes, citatur deciſio.*

40 *Alia deciſio ubi aderant tres conteſtes de loco, & tempore, & renuntiarunt intereſſe.*

41 *Juxta Auctoris ſenſum tres derobati contra latronem, ſi renuntiant intereſſe plenè probant ad pœnam ordinariam delicti.*

42 *Majus obiectum patitur ſocius criminis quam teſtis derobatus, qui renuntiat ſuum intereſſe.*

43 *Circa hanc rem recitatur quod obſervatur in Regno Neapoli.*

44 *Teſtes inhabiles qualem probationem faciant, & num 45.*

46 *Reſpondetur doctrinæ Franchis.*

47 *Adverſus latrones publicos privilegiata eſt probatio.*

48 *Plerumque alii non inveniuntur teſtes, quàm ipſi derobati ad probandum contra latronem publicum.*

49 *Domeſtici in delictis domi commiſſis, quàm probationem faciant.*

50 *Teſtes intereſſati non probant.*

51 *Teſtes derobati, qui non renuntiant intereſſe non probant, etſi renuntient tanquam deponentes de facto proprio ſine intereſſe probant, ubi de facto proprio ſuper negativa deponentes, non tenentur illam coarctare.*

52 *Teſtibus intereſſatis creditur, ſi renuntiant intereſſe.*

53 *Teſtes deponentes perſolviſſe intereſſe, probant contra uſurarium, ſi renuntient intereſſe.*

54 *Teſtibus derobatis concurrit indignationis affectio.*

55 *Odioſus, ſeu non benevolus non repellitur à teſtificando, quando odium procedit ex cauſa publica.*

56 *Teſtis inhabilitas, qui propter intereſſe omninò repellitur à teſtificando, non ſuppletur ex magna alterius teſtis habilitate.*

57 *Teſtis derobati, qui renuntiat intereſſe inhabilitas ſuppletur ex ſuffragio alterius teſtis, & numer. 61.*

58 *Numerus teſtium derobatorum, qualis requiratur ad condemnandum ad pœnam ordinariam, & qualis ad torturam, & num.59.*

60 *Teſtis attentatus tantum derobari eſt integræ fidei.*

62 *Teſtibus birrnariis, an credatur, & auctoris ſenſus, num.63.*

64 *Circa reſiſtentiam miniſtris illatam, quia eſt de re ad Officium, & illius exercitium pertinente, multo magis concurrentibus aliis adminiculis, & qualitatibus, tàm miniſtrorum, quàm reorum birruarii ſunt teſtes idonei.*

65 *Inter birruarios, & alguacellos, datur differentia, nam capita juſtitiæ plenè probant, ſed illos non eſſe teſtes omni exceptione majores, licèt ſint barricelli, vel Capitanei nuncupentur ſcribunt quidam Doctores.*

66 *Senatus deciſio, ubi fuit declaratum capita juſtitiæ, veluti bajulos eſſe idoneos teſtes, & in his multum operari arbitrium Iudicis, probatur.*

1 SIcuti à Judice interrogari tantùm poteſt reus de delicto, de quo eſt diffamatus, vel indicia, aut ſemiplena probatio præcedunt, & non de aliis, de quibus contra reum aliqua ſaltem non eſſet diffamatio, Peguer. *in prax. crim. cap.12. § 5. num.7. per text. in l.1 §. divus Severus, ff. de quæſt.* in illis verbis: *Divus Severus reſcripſit confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat.*

2 Adeò, quod ſi confeſſio fuerit extorta à reo nullis præcedentibus indiciis, non afficiat confitentem, Farinac. *in prax. qu.81. num.14.* Vermigl. *conſ.305. nu.8. & conſ.370. nu.1.* Sanfelic. *dec.263. nu.1. & ſeq.* Conciol. *reſol. crim.3. ver. Confeſſio*, neque tertium à confitente nominatum, Guaz. *def. reor.32. cap.31. nu.9.* & latiùs de confeſſione facta in tortura, non præcedentibus legitimis indiciis, diximus *dec.14. nu.25. & ſeq.*

Pariformiter ſocius de conſociis criminis regulariter in- 3
terrogari à Judice non poteſt, quia juris authoritas non finit de ſe confeſſos, de aliorum conſcientia interrogari, *l. fin. C. de accuſat. l. reperti 16. ff. de qu. cap.1. extra de conſ. cap. nemini 15. qu.3.* Peguer. *dec.5. num.1. & dec.37. num. 2. & in prax. cap.12. §.5. num.16. cum ſeq.* Clarus §. *fin. q. 21. num.3. ver. Dictum ſocii*, Conciol. *reſol. crim.1. num. 1. ver. Socius criminis.*

Niſi contra conſocios in proceſſu, vel ſint indicia, vel 4
ſaltem reſultet diffamatio, Peguer. *in prax. crim. d. cap.12. §.5. nu.18. ver. Ex quibus, & dec.5. nu.7.* Farinac. *in prax. q.40. nu.26.* Conciol. *reſol. crim.10. ver. Reus, n.1. cum pluribus ſeq. & d. reſol.1. ver. Socius criminis, nu.4.* Gomez. *var.3. c.12. n.17.* & ibi Ayllon. *nu 18.*

Adeò quod ſi nullis præcedentibus indiciis, aut diffama- 5
tione contra conſocios de his ſocius interrogetur non probabit, nec contra eos indicium faciet ad torturam, Peguer. *in prax. crim. d. cap.12. §.5. num.17. 19. & 20. & dec.5. nu. 2. & 3.* ubi *num.30.* & 31. cum Reg. Conciol. obſervat, dictum iſtius ſocii non eſſe dictum teſtis, ſed denuntiatoris, vel notificantis, qui tantummodò aperit viam Judici ad inquirendum, quod facile dilui poteſt probando bonam famam ipſius nominati, *& dec.37. num.2. ver. Quod ideò ſit* Farinac. *in prax. qu 43. num.4.* Clarus §. *fin. qu.21. nu. 4 & num.7.* Conciol. *reſol. crim.1. num.1. d. ver. Socius crim. & in eodem ver. reſol.2. num.1. cum ſeqq.* Carena *de Offic. Sanct. Inquiſit. par.3 tit.10. §.8. num.49.* aſſerit tamen Gomez *var.3. cap.12. num.17.* quod indiſtinctè in quolibet delicto, modo reus ſi interrogatus, modo non, illa confeſſio prodeſſit ſaltem ad ſimplicem Judicis informationem, & inquiſitionem formandam, & ſimiliter ad capturam perſonæ, quem ſequitur Fermoſ. *ad c. fin. de teſt. cog. qu 2. num.3.*

Quantumvis ſocii dictum fuerit adminiculatum, Pe- 6
guer. *in prax. crim. cap.12. d. § 5. num.20.* diſtinguit Farin. *qu.43. num.129. & 130.* ubi quod tunc faciet indicium ad inquirendum, *& num.152. & ſeq.* Conciol *reſol.1. d. ver. Socius criminis, num.1. & reſol.2. nu.4.* Carena *de Offic. Sanct. Inquiſit. p.3. tit.10. n 33. & ſeq.* Severini ad Sanfelic. *dec.382. ver. In caſibus.*

Prout generaliter eſt verum quod in criminalibus ſocius 7
criminis contra conſocium non recipitur in teſtem, nec recepto creditur, *l. quoniam liberi 11. C. de teſtibus, c. veniens 10. cap. per perſonas 20. de teſtibus extra, cap.1. de confeſſis, cap. nemini 15. qu.3.* ea ratione principali; quia per delicti confeſſionem, qui ſe ſocium criminis dicit, infamem, & criminoſum ſe declarat Peguer. *dict. dec.5. num.2. & ſeq. & in prax. cap.12. d. §. 5. num.18.* Farinac. *in prax. qu.43. num.8.* Conciol. *d. reſol. crim.2. ver. Socius criminis, num.1.* Gomez *var.3. cap.12. num.16.* Carena de *Offic. Sanct. Inquiſit. par.3. tit.10. §.8. num.33.* cum infinitis Manfrella ad Latro *dec.132. nu.1.* Sanfelic. *dec.382. n.1.* & ibi Severini *nu.1.* Prato *reſp. crim.23. num.35.* Reg. Matheu *de regim. Reg. Valen. c.8. §.8. n.215.* Fermol. *in cap. fin. de teſt. cog. q.1. nu.2.*

Procedunt hæc omnia in delictis communibus, nam in 8
delictis à jure exceptis poteſt reus de conſociis interrogari, & interrogatus tenetur conſocios revelare, ſicuti quicumque etiam non vocatus proferre ſe in teſtem tenetur, ut bono publico provideatur, & Provincia malis hominibus purgetur, *ex l. congruit 13. ff. de offic. Præſid.* Peguer. *in prax. crim. cap.12. d. §. 5. num.21. ver. Quæ autem dicantur, & d. dec.5. num.24. cum ſeqq.* Conciol. *d. reſ. crim.2. ver. Socius criminis, num.6.* Severini ad Sanfelic. *d. dec.382 ver. Et licèt*, Gomez *var.3. cap.12. num.16. ver. Adde*, ubi Ayllon *num.18.* Larrea *alleg. Fiſc.66. num.26. cum ſeqq.*

Et licèt inter delicta excepta dinumerent DD. illa, quæ 9
ſine ſociis perpetrari non ſolent; eorum tamen ſcripta non aſſequimur, niſi contra conſocios præcedant indicia, vel ſaltem diffamatio, ex quibus reſultet, delicta illa, cum ſociis commiſſa fuiſſe, Peguer. *in prax. c.12. d.§.5. n.18. ver. Ex quibus infero, & dec.5. n.8.*

Propterea in delictis communibus, ac etiam in his, 10
quæ ſine ſociis non ſolent committi, ſocius, de conſociis interrogari non poteſt, & interrogatus non tenetur conſocios

cios revelare; benè verò de consociis interrogari potest, & tenetur consocios propalare, quando contra consocios extant in processu indicia, vel saltèm diffamatio, vel delicta sunt excepta, Peguer. *in prax. crim. cap.* 12. *dict.* §. 5. *num.* 18. *ver. Ex quibus infero, & decis.* 5. *num.* 8. *& seqq.* Severini ad Sanfelic. *d. dec.* 382. *ver. Et licet socius criminis & ver. Regulariter.*

Delicta excepta (quæ communiter à Doctoribus des-
11 signantur) sunt crimen læsæ Majestatis, divinæ, & humanæ, Assassinii, Grassationis viarum publicarum, falsæ monetæ, sacrilegii, maleficii, conspirationis, & conjurationis, ut pluribus citatis recitat Conciol. *resol. crim.* 1. *numer.* 3. *verb. Socius criminis*, Peguer. *in prax. crimin. cap.* 12. *dict.* §. 5. *num.* 21. *& dict. dec.* 5. *à numer.* 11. *ad* 20. (ubi quod permittitur interrogatio socii criminis adducti in testem, quando proceditur in judicio per accusationem, quod impugnat Farin. *qu.* 43. *n.* 119. quia hodie in omnibus delictis proceditur per inquisitionem, & de officio) *& decis.* 37. (ubi cum Senatu docet posse in furtis de nocte cum scalis commissis, quæ sine sociis committi non solent, de quibus veritas aliter sciri non potest quàm per eosdemmet socios, reum de consociis interrogari, quia modus ille delinquendi, & illa societas, & coadunatio latronum judicatur contra omnium salutem, sequuntur Peguer. & nostrum Senatum Farinac. *in prax. quæst.* 43. *n.* 45. Conciol. *resol. crim.* 1. *ver. Socius criminis, num.* 2. Scialoya *de forindic. cap.* 4. *num.* 70.) *& decis.* 76. (ubi etiam inter delicta excepta dinumerat sodomiam propter immanitatem criminis, quem sequuntur Severin. ad Sanfelic. *dict. decis.* 382. *ver. Patiens*) Farinac. *in prax. quæst.* 43. *num.* 36. *& seqq.* ubi ultra relata describit delicta exceptuata esse, videlicet adulterium, lenocinium, & crimen suppositi partus, & alia, recitat Prato *resp. crim.* 23. *n.* 41. Fermos. *in cap. fin. de test. cog.* addit simoniam, *num.* 9. & crimen blasphemiæ *n.* 4. *& q.* 2. docet servum posse indistinctè, tam in criminibus exceptis, quàm in aliis interrogari, ex Gomez *var.* 3. *capit.* 12. *num.* 17. ubi Ayllon, Gonzalez Tellez *ad cap.* 1. *de confes. num.* 7. Carena *de offic. sanct. Inquisit. part.* 3. *titul.* 10. §. 8. *num.* 35.

In his delictis à jure exceptis interrogatio fieri debet in
12 genere, interrogando scilicet, an aliqui fuerint socii in illo delicto, non autem in specie, videlicet de Cajo, seu Sempronio, Gomez *var.* 3. *cap.* 12. *num.* 17. Fermos. *in cap. fin. de test. cogend. quæst* 2. *n.* 4. Carena *de offic. sanct. Inquisit. par* 3. *tit.* 10. §. 8. *num.* 53. Severini ad Sanfel. *d. dec.* 382. *ver. Et quando*, Peguer. *in prax. crim. cap.* 12. *d.* §. 5. *num.* 22. ubi quod si reus interrogatus generaliter, an habuerit socios, respondeat, quod sic, tunc Judex potest, & debet illum reinterrogare, quod manifestet, & nominet illos, & dicto casu reus tanquam secundùm juris ordinem interrogatus, tenetur consocios propalare, & manifestare, sequitur Farinac. *in prax. quæst.* 43. *num.* 137. ubi impugnat dictum Peguer. *decis.* 5. *num.* 7. *in princ.* qui aliter loquitur quam in *prax. dict. num.* 22. & cum approbat *in cad. dec.* 5. *num.* 20.

Poterit etiam Judex interrogare reum de consociis spe-
13 cialiter, quando ex processu apparet delictum fuisse commissum cum sociis, contra quos in individuo præcedunt indicia, seu infamia, hoc est contra Petrum vel Joannem, idque procedit nedum in delictis exceptis; sed etiam in communibus, & non exceptis, quando contra consocios indicia, vel infamia præcedunt, Farinac. *in prax. d. quæst.* 43. *num.* 132. Peguer. *in prax. d. capit.* 12. §. 5. *num.* 23. *& decis.* 5. *numer.* 7. *verb. Aut ex processu constat*, Conciol. *dict. resol.* 1. *verb. Socius criminis*, *num.* 5. Vermigl. *conf.* 15. *num.* 22.

Solet in Regio Concilio fieri compulsio reis, ut manife-
14 stent consocios in casibus à jure permissis per torturam in caput sociorum, post latam mortis sententiam ante illius exequutionem, Peguer. *in prax. cap.* 12. *dict.* §. 5. *num.* 25. *& dict. dec.* 5. *n.* 19. ubi docet, quod in nostro Regio Concilio non est receptum, quod incontinenti, quo reus interrogatus per Judicem recusat propalare consocios, possit dictus Judex illum compellere per torturam, sed tunc demum quando reus est convictus testibus, vel propria confessione, & morte condemnatus; nam tunc Judices Regiæ Curiæ solent torquere reos in caput aliorum sociorum, fautorum, vel receptatorum, post latam d. sententiam, & ante illius exequutionem, & in dicta tortura rei, tantum de illis criminibus exceptis, & de his similibus, vel de quibus infamati existunt ad sciendum de consociis interrogantur, & diximus nos *dec.* 14. *n.* 66. *& seqq.*

Nunc ergo, unius socii criminis dictum in casibus, in quibus de consociis potest interrogari, indicium non facit 15
ad torturam contra consocium, Carena *de offic. sanct. Inquisit. part.* 3. *tit.* 10. §. 8. *num.* 36. ubi *num.* 49. dicit, quod dictum unius socii cum juramento, & tortura sufficit ad formandum inquisitionem specialem, Severini ad Sanfelic. *dec.* 382. *ver. Nominatio*, Fermos. *in cap fin. de test. cogend. quæst.* 1. *num.* 20.

Cum indiciis, & adminiculis, juramento, & tortura
16 dictum socii in casibus, quibus potest de consociis interrogari, contra consocios facit indicium ad torturam ex veriori sententia, Peguer. *decis.* 5. *à numer.* 31. ubi ex Baldo infinuat unum adminiculum non sufficere, & in hac re videndus Guaz. *def.* 32. *cap.* 8 *numer.* 2. *cum ab eo allegatis*, latè probant Farinac. *in prax. quæst.* 43. *num.* 156. *cum pluribus seqq.* ubi explicat adminicula, & antea rem susceperat *à num.* 134. Jul. Chart. *decis.* 88. *num.* 4. *& dec.* 92. *num.* 10. Latro *tom.* 2. *decis.* 132. *numer.* 13. *& 24.* & ibi Manfrella *nu.* 2. *& 9.* (undè cavendum esse censeo à Peguer. *in prax. crim. capit.* 12 §. 5. *num.* 21. sibi contrario, & à Reverter. *decis.* 42. ubi Marinis) Majorana *in opoprax. libr.* 2. *cap.* 8. *num.* 106. Clarus §. *fin. quæst* 21. *ver. Sed quid, n* 8. Franch. *decis.* 577. Scialoya *in prax. foroind. cap.* 4. *numer.* 70. *cum pluribus seqq* Reg. Matheu *de re crim. controv.* 2. *num.* 35. Barbosa *in capit. veniens* 10. *de testibus, num.* 2. Carena *de offic. sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 37. *& seq.* (ubi *num.* 48. enumerantur sequentia adminicula, restes de auditu, fama publica, fuga nominati, & stricta cum nominante amicitia) Severini ad Sanfelic. *dec.* 382. *ver. Adminicula*, (ubi subdit inimicitiam nominati cum occiso, assiduam conversationem nominantis cum nominato, vel alloquutionem inter nominatum & nominantem) Thoro *in compend. de. tom.* 1. *ver. Confessio socii solum, pag.* 111. (loquitur læsæ Majestatis), Cabal. *resol. crim. cas.* 200. *cent* 2. *numer.* 126. Diana *in summa, verb. inquisitores, n.* 117. ubi *nu.* 118. pariter recenset adminicula, Conciol. *resolut. crim.* 2. *ver. Socius, num.* 13.

Ea procedere subdit Conciol. *dict. resol. crim.* 2. *ver. So-*
17 *cius, num.* 20. nisi socius criminis alium patiatur defectum, ut puta, quia sit inimicus, periurus, varius, contrarius, criminosus, & similes, quia tunc, nec stante tortura dictum socii facit indicium, cum ea non suppleat nisi unum defectum, Farin. *in prax. d. quæst.* 43 *num.* 178. ubi reprobat Bajardum contrarium tenentem, & dicit nunquam vidisse à bonis Judicibus fuisse ad torturam deventum ex depositione socii criminis patientis plures defectus, nisi alia concurrerent, quæ de se sola indicium facerent, ut ibi: per eum, *& conf.* 80. *num.* 23. *conf.* 99. *num.* 65. *& seq. lib.* 1. *& conf.* 192. *num.* 8. *libr.* 2. Carena *de offic. sanct. Inquisit. dict. part.* 3. *titul.* 10. *num.* 51. *& 52.* Citiac. *contr.* 80. *num.* 9. *& controv.* 150. *num.* 78. *& seqq.* Vermigl. *conf.* 15 *numer* 39. *& conf.* 184. *num.* 16. P. Diana *in sum in verb. inquisit n.* 120. quos recitat Conciol. qui supra *d. num.* 20. Reg. Matheu *de reg. Reg Valen. cap.* 8. §. 8. *num.* 217. Ciarlin. *contro. libr.* 1. *cap.* 10. *num.* 121. *cum seqq.* ubi *num.* 127. ait, hæc procedere in delictis atrocibus; & difficilis probationis, etiamsi essent duo socii patientes plures defectus, quia testis inhabilis per alium inhabilem non suppletur, quoniam quod nihil est, supplementum non præstat, ut latiùs ibid. Guaz. *def.* 32. *d. cap.* 8. *n.* 4. *ver. Quæ contraria*, Prato *respons. crim.* 23. *num.* 44.

Ab his discedit Bajardus ad Clarum *q.* 24. *num.* 128. *in fine*
18 qui de consuetudine asserit omnes testes cum tortura admitti, etiam si mille defectus paterentur, aliàs ratò socius criminis indicium faceret, quia pauci sunt socii criminis, qui pluribus defectibus non sint notati, & sic delicta remanerent impunita, Scialoya *de forindic. cap.* 4. *n.* 72 & ita decisum tradit Riccius *decis. Archiep.* 149. *part.* 3. & ab ea sententia non recedit Farin. *in prax. d. quæst* 43. *n.* 184. *ver. Nisi forsan, & n.* 185. *& seq. in fine*, ubi id admittit, quando cum dicto socii periurii, varii, vel contrarii, concurrerent adminicula, & illa quidem gravia, idem sentit Major. *in opoprax. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 106.

Apud nos autem depositionibus sociorum criminum cum
19 juramento, etiam sine tortura tanta fides adhibetur ad condemnandum ad pœnam ordinariam delicti contra consocium nominatum, concurrentibus tamen aliis indiciis, seu adminiculis, & non aliàs, quanta tribuitur cuicumque alii testi, etiam omni exceptione majori, sentit Reg. Cortiada *decis.* 77. *in fine*, Peguer. *d. decis.* 5. *num.* 38. *&* 39. qui in additionibus expostulat duos socios cum indiciis, & adminiculis, cum quibus appareat duorum sociorum pro-

probatio comperta, & luce meridiana clarior, & reus sit imperitus de pluribus delictis, & valdè malæ famæ, & opinionis, & quod regulariter sint necessarii ad condemnanddm pro pœna ordinaria tres socii, cum aliis indiciis adminiculari, & fomentari, hanc opinionem sequitur Cabal. *resol. crim. cas.* 185. *num.* 2. & rigorosissimam quoad pœnam ordinariam exclamat Guaz. *def.* 32. *cap* 8. *numer.* 5. & concludit pro extraordinaria, recitat Luca ad Franc. *decis.* 577. *num.* 4. Ciarlin. *controv. forens. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 128. ubi scribit doctrinam Caballi fundari in consuetudine loci, in quo ipse judicavit.

Id ipsum admittit apud nos Peguer. *decis.* 76. in dicto stu-
20 prari contra agentem, & sodomitam sine tortura, quod indicium facit concurrentibus aliis indiciis, & adminiculis contra stuprantem, vel agentem ad torturam, & tradit decisum, licet apud alios etiam cum adminiculis sine tortura indicium illud non faciat, de hac re, Jul. Chart. *decis.* 88. ubi refert adminicula, Sperel. *decis.* 38. *numer.* 7. 9. & 10. Muta *dec.* 5. *n.* 5. & *seqq.* Severin. ad Sanfelic. *dec.* 382. *ver. Patiens, cum seq.* Reg. Matheu *de re crim. contr.* 52. *in fine*, ubi etiam sine tortura admittit indicium assertionis puellæ stupratæ, cum adminiculis ad decernendum torturam contra stuprantem, & non sine illis.

In criminibus tamen occultis juncta infamia rei (quæ in
21 hac re multum urget, Latro *dec.* 132. *lib.* 2. *n.* 27. Sanfel *d. decis.* 382. *num.* 4. Luc. ad decis. Franc. 577. *numer.* 2. *in fin.* Ciarlin. *cont. lib* 1. *cap.* 12. *nu.* 36. Scialoya *de feriud. cap.* 4. *num.* 75.) ex dicto socii causatur semiplena probatio, & sic cum ea concurrant alia plura indicia excedentia efficaciam unius testis omni exceptione majoris censetur plena probatio impleta ad condemnandum pro pœna ordinaria delicti Peguer. *decis.* 17. *num.* 44. & *seqq* cum Senatus dec. & facit idem *dec.* 37. *num.* 3.

Fuit nuper decisum in Regio criminali Concilio in deli-
22 cto tractatus de occidendo proditoriè, & per insidias, & sic occultò, & difficilis probationis, homicidioque sequuto contra N. qui fuit damnatus ad pœnam ultimi supplicii Regia sententia lata per Magnif. Michaelem Joannem Taverner & Rubi die 15. Februarii 1675. in actis Riambau Not. diximus *dec.* 8. *n.* 56.

Ita pariter contra Jacobum N. Villæ Aqualatæ, qui cum
23 dicto socio criminis in tortura delatum de homicidio, & furto duorum Maurorum in nemore commisso, ex quo dictum socii manebat adminiculatum, cum depositione alterius ex Mauris vulnerati, sine explicatione delinquentis, deponentis de facto aliundè justificato, & cum indiciis, quod visus fuit dictus N. cum socio secretè alloqui ante delictum, quod visi fuerunt armati propè locum delicti cum illis, qui postea occisi apparuerunt, & cum à sociatione post delictum cum armis, & quia dictus N. visus fuit cum cingulo, idest *faixa de Moro*, & fuit mendax in substantialibus, & cum fama sine requisitis, de qua depofuerunt tres testes; cum fuga non immediata, sed post quinque dies commissi sceleris, & cum confessione extrajudiciali per unum testem aliquo modo ambigua, fuit condemnatus ad Triremes in perpetuum, ad fustigandum, bullandum, & quod duceretur vestitus suptus furcam, die 6. Jul. 1683. ref. Mag. Bern-Puig. I. R. C.

Obesse huic ultimæ decisioni videbatur, quod de mala
24 fama rei in processu non apparebat, & in exemplari relato à Peguer. *decis.* 5. *num. final. in addit.* ubi ex duobus sociis cum aliis adminiculis fuit deventum ad pœnam mortis, constabat, quod reus erat valdè malæ famæ, & opinionis, & impetitus de pluribus delictis, & in relato *in dec.* 17. *n. fin.* ubi ex dicto socii criminis in delicto difficilis probationis junctis indiciis fuit reus condemnatus ad pœnam ordinariam homicidii, constabat valdè de rei infamia; inde Peg. *in ead. dec.* 5. *n.* 44. ex Aymon, Cravet *cons.* 178. *n.* 3. ait, quod ex dicto socii in criminibus occultis, juncta infamia rei, causatur semiplena probatio, & si cum his concurrant alia plura indicia excedentia efficaciam unius testis omni exceptione majoris, censetur plena probatio impleta.

In eam difficultatem fulciendam fuit etiam ponderatum,
25 quod in Regno Neapoli per jus particulare statutum est, tres socios criminis plenam facere probationem contra socium malæ famæ, & tamen ut obtineat locum ea dispositio, apud acta Judici constare debet, inquisitum esse levem, & infamatam personam, Rovit. *in pragm.* 6. *num.* 8. *de recep. delinq.* Luca ad Franc. *decis.* 570. *num.* 2. & *decis.* 577. *num.* 1. insinuat Latro *decis.* 132. *libr.* 2. *numer.* 26. & *seqq.* & expressiùs dicit ibi Manfrella *num.* 7 quia subdit, quod cum in quadam contingentia Fiscus habuisset quatuor sociorum criminis confessiones, ex quo de infamia, & levitate nominati non constabat, decisum fuisse contra Fiscum, & testatur Sanfel. *dec.* 382. *num.* 4. ubi additio Severini *num.* 2.

Quia fuit responsum citatos Doctores loqui de jure spe-
26 ciali sui regni, nec visum fuit necessarium constare debere de infamia rei, ut deferatur dicto socii criminis pro semiplena probatione in delictis difficilis probationis, si aliundè deposito illius testis est adminiculata, pro ut sentit Craveta *dict. cons.* 178. *num.* 3. *circa medium* in illis verbis: *Alibi scribit Calc. in cons.* 110. *col.* 1. *in fin. quod dictum socii criminis cum diffamatione rei, facit semiplenam probationem, & si cum socio criminis concurrat unus alius testis idoneus fit plena probatio, quod Calc. dictum est valdè notandum, & singulare in casu nostro, non constat de diffamatione rei accusati, quæ quidem diffamatio processit ex causis plusquàm verisimilibus, de quibus in actis; ergo ex solo testimonio socii criminis conjuncta infamia, jam apparet de probatione semiplena, licèt in criminalibus proprie non cadat semiplena probatio, Bald. consil.* 364. *quia quæstio column.* 2. *libr.* 3. *sed illud intelligitur, quoad hoc, ut unus testis faciat semiplenam probationem in criminalique, pro ut fit in civilibus, sed concurrente alio adminiculo, etiam in criminalibus, consideratur probatio semiplena.*

Et amplius patet; quia ut dictum socii cum adminiculis
27 in casibus, quibus de consociis potest interrogari, indicium faciat ad torturam, adminicula præstare debent supplementum testi aliàs inhabili, ut supra diximus. Ac ulteriùs comprobatur, nam in delictis, quæ non sunt difficilis probationis, in quibus condemnatur ad pœnam ordinariam, ex tribus sociorum dictis, concurrentibus indiciis, seu adminiculis, nec requiritur præcisè, ut de infamia inquisiti appareat, quia sufficit, ut de aliis adminiculis constet, scrisit Peguer. *dict. decis.* 5. *num.* 38. *in fine*, ibi: *Et sic plures vidi multos in Regio Concilio fuisse ad mortem condemnatos, ex solis sociorum criminum dictis, concurrentibus tamen aliis indiciis, seu infamia, & præsumptionibus contra eosdem*, unde cum depositio socii in facti contingentia adminiculata adesset, & aliundè concurrerent indicia efficaciam unius testis omni exceptione majoris excedentia, & sat sit, quod concurrat dictum socii cum infamia rei, vel dictum socii cum adminiculis, & alia adsint indicia excedentia efficaciam unius testis, nam mala fama præstat supplementum adminiculis, & adminicula famæ, nec fama de alio servire valet, quam de supplemento depositionis socii; sequitur adimpletam fuisse plenam probationem sufficientem ad pœnam delicti ordinariam.

Considerarunt igitur domini, quod ex dicto illius socii
28 adminiculati, & ex indiciis, quæ superabant efficaciam alterius testis omni exceptione majoris resultabat plena probatio contra reum ad eum plectendum pœna ordinaria homicidii, & furti; attamen temperandam esse pœnam ordinariam censuerunt, quia delatus erat ætatis viginti annorum, novem mensium, & quinque dierum, tempore commissi delicti, sicque non accedebat ad viginti unum annum completum. Nec his obesse exposuerunt exemplaria relata à Regent. Cortiada *decis.* 96. *à numer.* 58. *usque ad num.* 65. cum quibus docet in atrocissimis minorem viginti quinque annorum, majorem viginti annorum pœna ordinaria puniri, quia in illis minores criminosi excedebant ætatem viginti unius annorum, & nequit dici major viginti annorum quousque compleverit vigesimum unum annum, nam appellatione anni venit annus totus, & perfectus, Gratian. *tom.* 3. *discept. cap.* 946. *num.* 30. *et seq.* Surdus *decis.* 178. *num.* 13. *et* 14. ubi Hodierna, Rota *decis.* 208. *nu.* 3. *par.* 1. *recentiorum*, & in odiosis annus incæptus non habetur pro completo, ut cum citatis scribit Utiel. *concl. leg.* 116. *num.* 9. & passim.

Hinc infero, quod in delictis, quæ non sunt difficilis
29 probationis, duo socii criminis, cum tortura sufficiunt pro decernenda tortura, docuit in criminibus exceptis Guaz. *def.* 32. *cap.* 8. *n.* 4. *et* 5. *ver. Item ista*, sivè bonæ, sivè malæ famæ reus sit, Giurba *cons.* 50. *n.* 42. & apud nos idem existimo dicendum etiam sine tortura, ex regula, quam supra ex nostris statuimus ut in hoc Principatu tanta fides adhibeatur sociis contra consocium sine tortura cum juramento, quanta adhibetur sociis cum tortura, & juramento.

Pariter ex unius socii dicto cum juramento apud nos, etiam sine tortura, condemnabitur ad torturam, si cum eo concurrant indicia, & adminicula, ex ead. ratione proximè dicta, quia in hoc Principatu tanta fides adhibetur socio criminis, cū juramento deponēti sine tortura cum adminiculis,

quanta

quanto adhibetur cuicumque testi omni exceptione majori; pro ut hinc inferes in delictis difficilis probationis, in quibus non tam exactæ petuntur probationes, qualem indicium faciens socii criminis contra consocium ad torturam.

Ante dicta non procedunt in socio criminis, qui relevat
31 consocios sub spe impunitatis illi debitæ per legem, edictum, vel Judicis promissionem; nam is nullam fidem facit contra consocios, quia reus ex tali revelatione succedit loco accusatoris, vel denunciatoris, Farinac. *in prax. quæstion. 43. num. 192* Bossius *ad tit. de oppositionibus contra testes, num. 21.* Guaz. *dict. def. 32. capit. 8. num. 4 in fin.* Carena *de offic. sanct. Inquisit. d. par. 3. tit. 10. num. 55* Vermigl. *conf. 3. num. 14. & conf. 15. num. 20. & conf. 273. num. 1.* Conciol. *verb. socius criminis, resol. 2. num. 18. & resol. 4. testium Miscellanea num. 1. & per totam*, Citiac. *cont. 488. num. 67. & seqq.* quia deposuit spe emolumenti, & sic non probat, *cap. quoties de testibus, l. si quis, in fin. C. eodem, l. 1. §. 1. & ibi glos. verbo advocationem, ff. de falsis, l. non omnes, §. fin. ff. de re milit.*

Tantum socii depositio valere potest pro instruendo, &
32 movendo animum Judicis, cum ipse socius se complicem esse in delicto fateatur, *ex tex. in l. 1. §. si quis ultro, ff. de q.* ibi: *Neque enim invalidum argumentum haberi debet mendacii, sive calumniæ in se instructa si quis ultro de maleficio fateatur*, Basilic. *dec. 2 n. 33.*

Et licèt socium criminis sub spe impunitatis deponentem
33 cum tortura afficere socium nominatum, vel facere aliquam probationem, aut indicium contra eum, sentiat Cabal. *resol. crim. cas. 29. in fin. cent. 1.* Conciol *resol. crimin. 2. in ver. Socius. crimin. num. 19.* Franc. *decis. 459.* ubi Luca *num. 1.* & ex Bayardo ad Clarum, Pascali, Riccio, Thoro, Capiblanc. Farinac. tradat Reg. Cortiada *dec. 77. n. 17.* Rovit. *pragm. 5. de recep. bannit. numer. 9.* Mastril. *dec. 244. num. 10.*

Ac licèt etiam scribat Reg. Cortiada *decis. 77. num. final.* quod in Cathalonia testis, cui promissa est impunitas, faciat indicium contra socium, etiam sine tortura, ut legit observatum contra Didacum Perez Diez, & contra Joannem Purdor, referente Magnifico Bernardo Olzina, & de Villalonga 20. Februarii 1663. quæ in hoc extitit confirmata in Regia Audientia, referente Nob. Hieronymo de Codina 25. Maii 1663. scriba Famada, idque ex eo, quia in Cathalonia non est in usu tortura contra testem socium criminis, Peguer. *dec. 5. num. 88. par. 1.*

Attamen huic observantiæ, & doctrinæ non acquiesco,
34 quia non explicat quale indicium resultet ex dicto socii, & an faciat indicium ad inquirendum, an ad torturam, nec aliàs edictat, si concurrebant adminicula in exemplaribus citatis ad corroborandum dictum socii, nec adhuc si deponebat in delicto difficilis probationis, unde concludi videtur, cum Basilico *dict. dec. 2. num. 33.* ibi: *Et Bayardus ad Clarum quæst. 21. num. 33. dicit, quod etiamsi adsit consuetudo, quod dictum socii criminis confirmatum in tortura adiunctis adminiculis faciat indicium ad torturam, talis consuetudo servari non debet, si depositio fiat sub impunitate, licet enim in occultis criminibus socius contra consocium probet, & sit bonus testis, maximè ubi veritas aliàs haberi non posset; ex Viv. dec. 157. Ricc. dec. 237. Marant. conf. 18. num. 14. si tamen sub spe impunitatis socium manifestet ratione illius impunitatis, quasi causa illius testimonii, non est testis idoneus, nisi aliunde dictum suum probet, & confirmet*, Farin. *qu. 43. num. 192.* Guaz. *def. 20. cap. 24. num. 2.* Giurba *conf. 22. num. 19.*

In hoc tamen Principatu socium criminis sub spe impu-
35 nitatis deponentem aliquam facere probationem non dubito, etiam sine tortura, non tantam, quam alii socii criminis faciunt, cum socius criminis sub spe impunitatis deponens sit criminosus, & corruptus, quos defectus non patitur socius criminis sine impunitate deponens.

Quæ fides sit adhibenda testibus derobatis contra latro-
36 nem, controversum invenitur, DD. regulam statuunt, quod licet sint interessati, si eorum interesse renuntiarunt, & declararunt, quod ex eorum depositionibus nullum intendunt commodum reportare, probant contra latronem, faciunt tradita per Baldum *in l. dictantibus 22. num. 3. C. de testam.* Decium *conf. 342 n. 4.* Crav. *conf. 73. num. 29.* Roland. *conf. 98. n. 31. lib. 4.* Olasc. *dec. Pedem. 99. n. 40.* Menoc. *de arbit. cas. 235. n. 25.* Farin. *de testibus qu. 60. nu. 51.* Vermigl. *conf. 342. n. 7.* & punctim Giurba *conf. 50. n. 40. & conf. 90. n. 24. & conf. 93. n. 7.* Conciol. *resol. crim. verb. furtum, resol. 13.* Thoro *in compend. dec. tom. 1. in dec. Curiæ Archiep. Neapol. ver. Socius itineris.*

Quod ut renunciatio interesse operetur illa faciendæ sit apud acta, vel ante depositionem, vel saltem tempore de- 37
positionis, secus tamen sit, si illa fiat post perfectum examen, tradunt Vermigl. *conf. 290. num. 15.* Conciol supra citatus *num. fin.*

Sed quam probationem faciant, non est expeditum, qua-
lem qualem probationem facere scripsit ex Zuff. *de legitim.* 38
proces. quæst. 34. num. 1. & sequentibus Conciol. *resol. crimin. 13. ver. Furtum in addit. num. 1.* Et in Regno Neapoli est statutum, ut tres testes derobati plenam fidem faciant contra latronem, dummodo sint contestes de loco, & tempore, quod aliam non patiantur exceptionem, & quod ipsi derobati renuntient eorum interesse, Giurba *conf. 90. n. 18. ver. Tertia dubitatio, junctis nn. 24.* & declarat *conf. 93. maximè n. 10.* & in Regno Siciliæ idem adest statutum, pro ut recitat Muta *in dec. 60. n. 7.* in nostro verò Principatu nihil constitutum habemus.

Si ad observantias recurrimus nullam, aut fere nullam
adinveni in puris, & nudis terminis testium derobatorum, 39
solùm eos non esse integros testes, etiamsi renuntiaverint eorum interesse, ex Farinac. *quæst. 60 numer. 53* Giurba *in conf. 50. num. 40. conf. 90. num. 24. in fine & conf. 93. num. 8. in fin.* Conciol. *d. resol. 13. verbo furtum, n. 3.* Zuff. *de legitim. proces. crim. qu. 34. n. 1. & seqq.* fuit decisum 30. Aug. 1628. adversus Stephanum N. blanquerium calidarum de Montebovino.

Et nuper 23. Februarii 1680. referente egregio Senato-
re Jacobo de Potau & Molas I. R. C. scriba Badia, in cau- 40
sa Fisci Procuratoris contra Franciscum N. minorem Villæ de Torellò, in qua aderant tres testes derobati contestes de loco, & tempore, & fuit condemnatus ad pœnam extraordinariam, prout sequitur. *Die 23. Februarii 1680. in facto F. P. R. C. adversus, & contra Franciscum N. minorem Agricolam Villæ de Torello Vicen. Diœcesis delatum, & inculpatum, quod die 28. Decembris 1679. hora quinta post meridiem parum plus, vel minus in Regio itinere, quo itur à præsenti Civitate ad oppidum de Esplugues in loco vulgariter nuncupato lo torent gornal, unà cum alio armatus instrumento manuali parvæ mensuræ, vulgo* pistola, *quod in manibus gerebat, derobavit pecunias, & tunicam æstivatam, vulgo* gambeto *à Baymundo Soler Agricola Sancti Martini de Sesgayoles, à Salvio Saliervech Ferrifabro præsentis Civitatis, à Hieronymo Tardin Parochiæ Sancti Justi Desvern, & à Christophoro Romagosa Agricola ejusdem Parochiæ de Esplugues per dictum Regium iter itinerantibus, facta relatione per Magnif. Jacobum de Potau I. R. C. dicta causa relatorem meritis processus attentis, & aliàs, fuit conclusum, quod declaretur quod d. Franciscus N. fustigetur palàm, & publicè per loca solita præsentis Civitatis & bulletur in scapulis juxta formam novæ Constitutionis, & ad servitium Regiarum Triremium remigando per septennium.* Observa, quod in processu solum aderant tres testes derobati, qui suum renuntiarunt interesse, & cum inquisitus esset minor viginti quatuor annorum, fuit arbitratum per Senatum ad pœnam extraordinariam; unde nec ex hac decisione inferri liquidò potest, quam speciem probationis faciunt testes derobati, quando casus evenerit, poteris recurrere ad DD. super hac re citatos.

Nunc in hac re existimo tres testes derobatos contestes
de loco, & tempore, qui suum interesse renuntiant, ple- 41
nam, & perfectam facere probationem contra latrones publicos, & grassatores stratarum, & viarum publicarum, ex triplici fundamento; primo illud comprobat Marius Muta *in dec. 60. num. 10.* qui licet loquatur de particulari Pragmatica id disponente, etiam extra eos terminos id ipsum procedere sentire videtur in illis verbis. *Quia dum per eand. Pragmaticam est dispositum, quod renuntient interesse Regio Fisco, tunc non est dubium valere tales depositiones, ratione quia illi deponentes nullum commodum intendunt sibi reportare, & colligitur ex dictis per Campeg. de testibus reg 56. ver. Sed hoc fallit Corrad. in prax. §. 2. tit. de offic. Prat. in caus. civil. tit. de testibus rub. personas testium aggrediendo, num. 68. Mascard. de probat. libr. 3. cont. 1357. num. 57. Farinac. d. quæst. 60 n. 41. cum duobus seqq. & 51. dum enim renuntiant eorum interesse creditur, Bald. in l. dictantibus n. 3. & ibi Celsus, & Andr. Barbat. in addit. lit. F ver. Nisi protestetur, C. de testamentis.*

Secundo, quia majus obiectum opponitur socio crimi-
nis, quam testi derobato qui renuntiat interesse, nam ille 42
contrahit infamiam, ex quo criminosus, & socius se declarat, & hic quandam indignationem, seu odium concipit contra derobantem ejus vindictam publicam affectando,

at qui in hoc Principatu trium sociorum dicta etiam extra torturam, juncta infamia rei probant plenè contra inquisitum, & consocium pro pœna ordinaria, ergo quid minus est petendum in hoc Principatu ad convincendum latronem cum depositionibus derobatorum; perfectam inde existimo facere probationem, etiam sine adminiculo infamiæ, trium testium derobatorum depositiones; nàm licet trium sociorum numero adiungatur circumstantia, seu adminiculum infamiæ inquisiti, adhuc censeo numerum trium testium derobatorum superare efficaciam trium sociorum criminis, quia obiectum quod hi pariuntur renuntiando suum interesse parvi momenti est, cum odium, quod contrahunt contra contrectantes magis sit ex vindicta publica, quam ex causa particulari, ut infra ponderatur.

Quæ omnia comprobantur ex jure, quod cum Regiis
43 pragmaticis stabilitum citant Regnicolæ Neapolit. ubi sancitum tenent, tres socios criminis juncta levitate, vel infamia Rei plenam inducere probationem contra consocium ad pœnam ordinariam, Rovit. *pragm. 8. de recep. delinq.* Luca ad Franc. *dec. 570. num. 2. & 577. num. 1.* Sanfelic. *dec. 382. num. 4.* Basilic. *dec. 2. num. 3. & seq.* Manfrella ad Latro *dec. 132. num. 4.* Mari. ad Gizzarel. *dec. 78. num. 5.* Et tamen contra latronem publicum, & grassatorem stratarum publicarum, solum statutum habent requiri tres testes, etiam singulares derobatos, cum tribus tamen qualitatibus, vi. delicet quod sint conteſtes de loco, & tempore, quod renuntient suum interesse, & quod aliam non patiantur obiectionem, ut declarat Giurba *conſ. 93. num. 10.* & supra diximus; pariter ergo in hoc Principatu, ubi observatum habemus tres socios criminis, juncta infamia rei plenam contra consocium facere probationem, observare debemus ex trium derobatorum dictis, si conteſtes de loco, & tempore sint, renuntient suum interesse, & aliam non patiantur obiectionem, plenam, & perfectam resultare probationem contra latronem publicum ad eum condemnandum ad pœnam delicti ordinariam.

Tertiò adiuvantur hæc fundamenta opinione existimantium,
44 testes inhabiles ultra duos plenam facere probationem ad pœnam ordinariam, quam sequitur Castr. Palaus *in opere morali tom. 1. tract. 4. disp. 8. punct. 15. §. 4. num. 1.* Diana *par. 4. tract. 8. resol. 123.* sentit Sousa *in aphorism. inqu. libr. 2. cap. 13. numer. 13.* (nec dissentit Carena *de offic. sanct. Inquisit. par. 3. tit. 5. nu. 77.* ubi relata doctrina existimantium ex quatuor testibus inhabilibus posse damnari ad penam ordinariam, ait id relinquendum esse in arbitrio rectè judicantis) Farinac *in prax. quæst. 188. §. 4.* & antea expressiùs dixit *quæst. 62. n. 89.* qui loquitur in crimine hæresis, & asserit, quod testes inhabiles admittantur, & probent, dummodo sint numero plures, quàm duo, vel si duo cum eorum dicto concurrant adminicula, & circunstantiæ, secus si sunt solùm duo, & aliud non concurrat, quia tunc plenè non probabunt ad infligendam pœnam ordinariam, sed tantummodo, vel ad inquirendum, vel ad torquendum, vel ad plus condemnandum ad pœnam extraordinariam, & hanc, quam statuit regulam, Farin. in crimine hæresis, generaliter procedere assero, in criminibus exceptis ob immanitatem criminum, & sentire videtur Conciol. *ver. Miscellanea testis, resol. crim. 7.* De testibus inhabilibus in casibus difficilis probationis diximus *decis. 25. num. 8.*

Et licet contrarium teneant in crimine parricidii difficilis
45 probationis probato per tres domesticos, & sic inhabiles, Franch. *decis. 538.* ubi Luca, & dicant decisum, eos non sufficere ad pœnam ordinariam, quia duo testes, non omni exceptione majores loco unius habentur, ex eodem Farinacius *quæstion. 62. num. 79. & 266.* Castillo *decis. 160. à num. 18.* Respondeo tamen in delictis difficilis probationis in hoc Principatu, eas doctrinas non procedere, quando in his delictis, cum socio criminis, & sic cum teste inhabili juncta infamia rei, & aliis indiciis condemnatur ad pœnam ordinariam, & cum trium sociorum dictis etiam in delictis, quæ non sunt difficilis probationis juncta infamia rei, condemnatur ad pœnam ordinariam, ut supra probatur.

Et ulterius in decisione Franchis 538 pro parricidio domi
46 commisso in fratrem in proprijs domibus fratris, erant tres testes de visu tantum, scilicet ancilla mortui, & duæ filiæ ejus mortui, & nil mirum si non perfectè probarent, cum coniunctæ, & nimis affectæ essent personæ offensi, ex latè traditis à Major. *in opopr. lib. 2. cap. 6. à n 44.* sin autem defectu hoc non laborarent, quamvis domestici, & familiares essent, utiq; plenè probarent, ut patet ex dictis in decisione sequenti, quæ ab his non multum distat.

Ulteriùs considerari debet, quia adversus latrones publicos, & grassatores viarum publicarum privilegiata est pro- 47
batio, ut dixit Sanfelic. *decision. 382. numer. 3.* Luca ad Franch. *decision. 570. numer. 2.* nam latrocinium inter delicta excepta dinumerati, pro quibus dispensatæ sunt admodum probationes, tradit Farinac. *libr. 2. quæstion. 62. numer. 83.*

Ac etiam, quia adversus latrones publicos alii plerumque non inveniuntur testes, nisi ipsi derobati, unde est re- 48
gula, quod ubi actus de sui natura esset talis, ut in eo non soleant intervenire, nisi hi qui interesse habeant, utique plenè probant Farinac. *in prax. quæst. 60. num. 58. & signanter numer. 61.* & punctim scribit Muta *d. decis. 60. num. 12.* in illis verbis, *Profectò eorum dicta, & testificationes fidem facerent, quippe quod esse commissa talia furta, similesque captivationes in campis, quis testium inveniri potest, nisi iidem derobati, captivati, & consequenter sequitur regula, quod ubi actus de sui natura esset talis, ut in ea non solerent intervenire, nisi ii, qui interesse haberent, utique facerent fidem, etiam quoad plenam probationem, ut per Alex. conſ. 64. in princ. lib. 1. Marsil. sing. 73. Anton. de But. conſ. 24. de quo benè per Jo. Mar. Montisel. in report. suo testium, ver. Testes inhabiles, &c.*

Cum illa regula docent DD. quod testes domestici, qui
licet propter affectionem, & reverentiam, quam erga do- 49
minos, & res familiares habent, arceantur à testimonio in judicio dicendo, *cap. in litteris 24. extra de testibus*, ubi Gonzallez Testes *num. 7.* sunt tamen legitimi testes, & aliis præferuntur in his, quæ intra domum secretò contingunt, quia melius, quam alii ea scire possunt, *l. 3. C. de numfrag. lib. 11.* Gonzalez Tellez *ad cap. insuper de test. num. 6.* Farinac *in prax q. 58. num. 59 & seqq. & per tot.* Cabal. *resol. crim. cas. 282. num. 12.* Carena *de offic. sanct. Inquisit. par. 3. tit. 5. num. 20.* Reg. Matheu *cont. 2. num. 37. & cont. 76. numer. 27.* ubi, quod ea ratione, idonei sunt testes meritrices, & lenones de gestis in lupanario, Farinac. *quæst. 56. n. 369.* Aleatores de gestis in alea, vel ludo, Farin. *qu. 56. n. 430.* Cives de rebus factis in corpore Universitatis, Farin. *quæst. 60. num. 515.* Canonici de gestis in capitulo, Barbosa *ad cap. veniens 18. n. 8. de test.* latè Luca ad Franc. *decis. 538. ver. Testes domèstici, n. 4.* Carena *de offic. sanct. Inquis. par. 3. tit. 5. n. 29.* Thoro *in comp. dec. Cur. Archiep. tom. 1. ver. Socius itineris*, Majorana *in opopr. crim. lib. 2. cap. 6. nu. 48. cum plurib. seqq.*

Nostræ resolutioni non obstat pariter dicere, quod testes
derobati sunt interessati, & testes interessati in causa non 50
ptobant, *ex reg. leg. nullus 12. ff. de test.* ubi testi in causa propria non creditur, Gonzalez Telles *in cap. 1. de confeſſ. nu. 6.* latissimè Farinac. *in prax quæst. 60. numer. 1. cum pluribus seqq.* Reg. Matheu *de re crim. cont. 61. num. 4. & contr. 68. numer. 22.*

Quia respondetur, quod testes derobati, qui non renun-
tiant interesse nil probant, Giurba *conſ. 50. nu. 40. & conſ.* 51
90. numer. 24. & conſ. 93. num. 10. & alii supra laudati, & quando renuntiant interesse judicari possunt testes de facto proprio, ex traditis à Craveta *conſ. 93. num. 29.* & testes de facto proprio sine eorum interesse deponentibus credatur fortius, quam testibus ordinariis, ex annotatis per Grat. *discept. foren. cap. 446. num. 32. & cap. 509. nu. 33. & 514. num. 23.* Post. *resol. 128. n. 90. & 91. & post tract. de manut. dec. 162. num. 4.* Merlinus *dec. 714. num 9. tom. 3.* & eis defertur super negativa, quamvis illam non coarctent, addendo aliter esse non potuisse, quin ipsi scirent, cum deponant super eo, quod oculis eorum subiectum fuit, Otthobon. *dec. 247. n. 4.* Bonden. *de jure contr. collect. legal. 5. nu. 41. cum seq & signanter n. 46.*

Pro ut pariter testibus interesse in causa habentibus cre-
ditur, si tamen eorum interesse renuntiaverint, Farinac. *in* 52
prax. quæst. 60. n. 51. cum pluribus seqq. Conciol. *resol. crim. 13. verb. furtum, n. 1. ver. licet.*

Ac etiam eadem ratione, licet testes deponentes persol-
visse interesse non probent contra usurarium, si tamen in- 53
teresse renuntiant, probationem facere scribunt Baldus *in l. dilantibus 22. Cod. de testam. numer. 3.* Farin. *in prax. d. quæst. 60 num. 86.* Vermigl. *conſ. 288. num. 3. & conſ. 290. num. 11. & seqq.* ubi ait, quod hæc renunciatio non debet esse verbalis, sed realis, & cum juramento apud acta, vel ante depositionem, vel depositionis tempore, Conciol. *d. resol. crim. 13. verb Furtum, nu. 2. & verb. Usura, resol. 3. num. 5. cum seqq.* Majorana *in opopr. crim. libr. 2. cap. 6. num. 64.*

Non officit etiam dicere, quod in testibus derobatis con-

54 concurrit indignationis affectio, optando illos stratarios furcari, quo casu saltem ex hoc repelli deberent, *cap. accusationes 3. quæst. 5.* pro ut ita argumentatur Mutta *in d. decis. 60. num. 9.*

Quia bis satisfactio, quod affectio illa, quam habent te-
55 stes derobati contra latrones publicos eos derobantes, non est odio privato sed publico, juxta Farin. *in prax. qu. 53. n. 31.* ubi ait, quod regula, qua repellitur odiosus, seu non benevolus à testimonio, procedit, quando odium est privatum, secus si publicum, & illud esse publicum recitat, puta, cum quis aliquem odio habeat, qui facinorosus, infamis, vel peccator, *cap. odio 86. distinct.* privatum verò odium est carnale, & familiare, Reg. Matheu *de re crim. cont. 76. num. 20.* docuit punctim Mutta *d. dec. 60. nu. 13.* & id ipsum in duobus sociis itineris à latronibus ligatis, & inde dimissis contra latronem deponentibus, respondit Thoro *tom. 1. comp. dec. Cur. Archiep. Neapol. ver. Socius itineris.*

Nec relevat, quod tanquam inhabiles testes derobati
56 fidem facere non possunt contra latrones publicos; quia inhabilitas, quæ considerari potest in testibus derobatis, qui renuntiant interesse, est ob suspicionem odii, quod habere adversus latrones præsumi potest; sed hæc jam suppletur ex numero testium, ut supra probatur, nec tunc obstabat, quod testium inhabilitas, qui propter interesse repelluntur à testificando, non suppletur ex magna alterius testis habilitate, Farin. *in prax. d. qu. 60. n. 14.* nec numerus suppler tunc inhabilitatem, Vermigl. *conf. 290. n. 21.*

Quia respondetur hoc procedere, quando testes omni-
57 nò sunt inhabiles, vel repelluntur omninò à testificando, ut explicat Farinac. *in d. qu. 60. n. 14. & qu. 62. n. 318. & n. 341.* latè Conciol. *resol. crim. 5. ver. Testium Miscellanea tota*, ubi rationem assignat; nam quod non est, adminiculari non potest, cum non entium nullæ sint qualitates, testis verò derobatus, qui suum renuntiat interesse, etsi omni exceptione major dici non possit, admittitur tamen in testem, & el creditur, ut hic probamus *n. 36. & seqq.* & sic suffragio alterius testis, vel ex numero aliorum juvari poterit.

Ex his omnibus affirmo, tres testes derobatos contra latrones publicos, & grassatores viarum, & stratarum publi-
58 carum, plenam, & perfectam facere probationem ad pœnam ordinariam delicti, & inde infero, quod duo testes derobati sufficiunt ad torturam, ac etiam quod ad torturam sufficiat unus derobatus concurrentibus contra derobantem indiciis, & adminiculis, pro ut supra de sociis criminis probavimus, & in testibus inhabilibus scripsit Castrus Palaus *in opere morali tom. 1. tract. 4. disp. 8. punct. 15. §. 4. numer. 1.* qui sic asserit, depositio unius testis inhabilis raro ad torturam sufficit, nisi aliis adminiculis, & præsumptionibus gravibus adiuvetur, depositio duorum sufficiet ad torturam, vel ad condemnandum reum, in pœnam extraordinariam, trium, vel quatuor depositio ad condemnationem ordinariam sufficiet, quia multitudine deponentium inhabilitas illorum reparatur, sequitur Diana *part. 4. tract. 8. resolut. 123* qui allegat Lellum, Zechium, Rojas, & Peguera.

Pariter existimo, quod si cum duobus testibus derobatis, qui renuntient interesse, concurrant indicia, & adminicu-
59 la efficacia, ex quibus appareat duorum derobatorum probatio luce meridiana clariot, & reus sit imperitus de pluribus delictis, & malæ opinionis, & valdè malæ famæ, poterit latro publicus ad pœnam ordinariam delicti condemnari in hoc Principatu, pro ut diximus supra circa probationem, quam socii criminis contra consocium faciunt.

Hic & nunc agitamus controversiam, an ex unico te-
60 ste derobato, qui renuntiavit suum interesse, & alio teste non derobato, sed furari attentato, cum indiciis malæ famæ qualitatis inquisiti in eodem genere mali, frequentationis loci delicti, & mendacii in substantialibus, plena, & perfecta resultet probatio contra grassatorem viarum publicarum, nunc detentum in Regiis Carceribus; & censeo plenam, & perfectam resultare probationem, coniungendo probationes processus contra inquisitum; prænotando primo, quod testis ille, qui derobatus non fuit, testis est idoneus, ut punctim in casu forctiori tradit Thoro *in comp. decision. Archiep. tom. 1. verb. Socius itineris*, quia iniuria illa non afficit attentatum furari, absque offensione dimissum.

Secundo, quod licet alter testis derobatus, qui renun-
61 tiavit interesse, integræ, & omnimodæ fidei non sit, suppletur tamen ejus inhabilitas ex conte testis idoneitate, ut scribunt latè Berart *de visit. d. cap. 5. num 44. & seq.* Farinac. *in prax. quæst. 62. num. 328. cum seqq.* ubi *num. 335.* quod testis defectus, & inhabilitas suppletur ex adminiculis, conjecturis, probationibus, & verisimilitudinibus, cum pluribus Manfrella ad Latro *d. 180. cap. 1. n. 28. lib 2.* & nos *dec. 8. n. 25. & seqq.* unde cum in casu controverso concurrat testis idoneus ex una parte, & ex alia testis derobatus, cujus idoneitas suppleri potest per indicia designata, non sine jure intelligo coniungi posse probationes ad plenam faciendam pro pœna ordinaria delicti.

An testibus birruariis credatur similiter adinvenio con-
62 troversum, & pro puncto generali ubi adeas in contingentia, trado remissivè, Conciol. *in verbo birruarius, resolut. crimin. 3. 4. & 5.* Crispolt. *cas. milit. 14.* Reg. Matheu *de reg. Regn. Valen. cap. 8. §. 8. num. 229. & de re crimin. contr. 18. num. 48. & 53.* Luca ad Franch. *dec. 379.* Ciaz. *def. reor. discept. 19. num. 8. & seqq.* Farinac. *in prax. quæst. 56. num. 370. cum seq.* Sperellus *decis. 149. num. 22. & 23.* Guaz. *def. 5. cap. 9. num. 8.* Cabal. *resol. crimin. 126. & 127.* Roccus *de offic. tit. de privil. extrac. rub. 14. § 1. num. 16.* Transeo cum Carena *part. 3. tit. 5. §. 7.* & Majorana *lib. 2. cap. 6. n. 65. & n. 100.* ubi ex pluribus quos allegat, infert, quod birruariorum depositionibus non statur, quem reperisse inflagranti crimine deponentibus, etsi essemus in casu difficilis probationis ad finem condemnandi, ubi agitur de pœna corporali, sed tantum ad finem torquendi, adhuc tamen arbitrio Judicis, & quod si non simus in casibus pœnam mortis merentibus, & tractatur de his, quæ ad eorum officia spectant, si nulla adducitur pro reo defensio, utcumque viles, & infames existimentur, plenam faciunt probationem, allegat Giurba, Farinac. & alios.

Apud nos pariter in hoc articulo generaliter censeo, quod
63 tres birruarii sufficient pro pœna ordinaria, duo, vel unus cum indiciis, vel adminiculis ad torturam, quia etsi birruarii viles, & infames apud Doctores notentur, etiam infames sunt socii criminis, qui in hoc Principatu etiam sine tortura, & sic infamia non purgata, tres perfectam faciunt probationem juncta infamia rei, duo, vel unus cum indiciis sufficiunt ad torturam, ut sæplus in hac decisione est dictum.

Circa resistentiam (quidquid contradicant alii) mini-
64 stris illatam, quia est de re ad officium, & illius exercitium pertinente multo magis concurrentibus aliis adminiculis, & qualitatibus, tam ministrorum, quàm reorum, birruarios esse idoneos testes, & eis esse credendum, scribit Vico *ad l. Sardinia lib. 2. tit. 26. cap. 13. num. 2. & 3.*

Differentiam habeas inter birruarios, & alguacellos apud
65 Farinac. *in prax. quæst 56. numer. 393.* Reg Matheu *de reg. Regn. Valen. cap. 8. §. 8. num. 229. & seqq.* Novar. *part. 1. qu. foren. 16. tota*, qui probat, quod duo capita justitiæ plenè probant, Luca ad Franc. *dec 379. n. 3.* Riccius *dec. Archiep. 1. par. 4.* Sanfelic. *lib. 1. dec. 98. tota*, sed eos non esse testes omni exceptione majores, quoniam negari non potest, quin birruarii sint, licet barricelli, & capitanei nuncupentur, ajunt ex Farinac. citato loco.

Cum casus incidisset, in Regio Concilio habitum fuit pro constanti, capita justitiæ veluti bajulos testes idoneos esse, & concludere, juxta dicta à Novario, & aliis supra citatis (atverò multum in his operari arbitrium judicantis, an deponant in casu resistentiæ, vel in quo habent interesse pecuniarium, an in crimine, in quo nullum expectare possunt lucrum, veluti homicidio, an in delictis difficilis probationis, pro ut considerat Cabal. *resolution. 126. & 127.* Reg. Matheu *cap. 8. § 8. de reg. num. 131. cum seqq.*) & sic depositionem Procuratoris, vel Bajuli Villæ Torricellæ de Montegrino, qui non fuerat à reo impugnatus, quoad personam, semiplenam facere probationem, & junctis adminiculis, & aliis probationibus efficaciam unius testis omni exceptione majoris antecedentibus, juxta doctrinam Peguer. *decis. 17.* plenam facere probationem, quoad pœnam delicti ordinariam in causa Jacobi N. qui fuit condemnatus à pœnam mortis ob resistentiam factam dicto Bajulo Villæ Turricellæ de Montegrino, & in ea fuit sequuta neces consulis ejusdem Villæ, qui assistebat Bajulo, refer. Egr. S. Taverner, scriba Riambau, *die 20.* Martii 1680. At ex indulgentia domini Proregis fuit commutata pœna ad Triremes perpetua. Pro eadem verò resistentia, & nece sequuta die 1. Octobris 1680. Galcerandus N. aliàs *Busca*, fuit condemnatus, quod raptaretur per terram, & quod suspenderetur in alta furca, & ita fuit exequutum. Hoc homicidium fuit declaratum proditorium, quia fuit commissum in assistentem Officialem occasione Officii, & in ejus exercitio, ex traditis à R. Cottiada *decis. 94.*

num. 41. *cum duobus seqq. & dec.* 96. *n.* 27. & annotavimus *dec.* 8. *num.* 58.

DECISIO XVII.

ARGUMENTUM.

Uxor homicidæ, & filia occisi in delicto parricidii difficilis probationis est idoneus testis contra maritum, ubi de testibus consanguineis, qui deponunt contra consanguineum in favorem consanguinei, familiaribus, & domesticis, pro domestico contra domesticum, & de testibus privilegiatis, qui licet regulariter ad testimonium faciendum non compellantur; coguntur tamen in delictis difficilis probationis.

SUMMARIUM.

1 *Ex unico teste de visu, & aliis indiciis superantibus efficaciam alterius testis condemnatur ad pœnam ordinariam delicti, cum dec. Senatus, & 2.*

3 *In delictis difficilis probationis, quia magis verisimiliter sciunt veritatem, admittuntur in testes, coniuges.*

4 *Dinumerantur personæ privilegiatæ, quæ non coguntur ad testimonium perhibendum, usque ad numer.* 6.

7 *Imò quando veritas aliter haberi non potest uxor cogitur ad se examinandum contra virum, & privilegiati, qui hic recitantur, etiam in eo casu possunt cogi ad testimonium perhibendum.*

8 *Pater idoneus est testis pro filio contra filium, consanguineus pro consanguineo contra consanguineum, quia est par affectio.*

9 *Domestici, qui hic notantur non sunt idonei testes pro domino (ob affectionem, quam ad dominum habere præsumuntur) parte opponente.*

10 *Famula idonea est testis in delicto uxoricidii ex defectu probationis, & in delictis difficilis probationis testes familiares, & domestici admittuntur, cum Senatu.*

11 *Testis domesticus deponens contra alium domesticum, & in domestici favorem non repellitur.*

12 *Uxor sponte dicere potest testimonium contra virum.*

13 *Testis inhabilis ex duobus defectibus non est idoneus in delictis difficilis probationis, & remissivè.*

14 *Inimicitiæ defectus cessat ex reconciliatione.*

Die 9. Decembris 1670. referente Egregio Senatore Michaele Joanne Taverner, scriba Riambau, Joan-
1 nes Vaquer francigena, delatus, & inculpatus de nece proditoriè per eum perpetrata in personam Dominici Colomer Agricolæ Villæ de Olesa soceri sui, jactu instrumenti manualis, vulgò *carrabina*, die 12. Martii 1670. inter unam, & duas horas post meridiem, in via, qua itur à Villa Terratiæ ad Cimbam dictæ Villæ de Olesa, fuit condemnatus pro majori parte, quod suspenderetur in alta furca, & ita fuit exequutum.

In hac causa aderant testis formalis de visu, scilicet Ca-
2 tharina Vaquer, & Colomer uxor homicidæ, & filia occisi, & alia indicia superantia efficaciam alterius testis omni exceptione majoris, & practicata fuit doctrina Nobilis Ludovici Peg. *decis.* 17. quam sequitur Font. *decis.* 258. *n.* 8. & 9. *pars.* 1. R. Cortiada *decis.* 93. *n.* 38. & nos *dec.* 8. *n.* 44. & *num.* 47. *cum pluribus seqq.*

Solummodo controversia fuit, an depositio filiæ contra
3 maritum, in nece patris, faceret semiplenam probationem, & pro constanti habuit Senatus idoneam esse testem ad semiplenam probationem faciendam, ex infrascriptis rationibus. Prima, quia hoc delictum fuit atrocissimum, utpotè parricidii, Reg. Cortiada *decision.* 96. *numer.* 52. & nos *decision.* 45. & difficilis probationis, in quo veritas aliter haberi non poterat; tum quia commissum de nocte, tum quia commissum in heremo, quod utrumque probatur à Novar. *lib.* 2. *gravam.* 200. *num.* 3. Quesada Pilo *cont.* 30 *num.* 42. & nos *decis.* 41. *nu.* 2. & in hujusmodi delictis difficilis probationis, in quibus verisimiliter sciunt veritatem magis conjuges, quam alii, admitti in testes voluerunt, Mascard. *de probat. concl.* 1420. *nu.* 13. Clarus *in prax.* §. *fin. qu.* 24. *n.* 19. Farinac. *in prax. q.* 54. *n.* 227. Guaz. *def.* 14. *cap.* 11. *n.* 13. Conciol. *resol. crim.* 6. *ver. Testis quoad personas, n.* 3. & *in eod. ver. resol.* 7. *n.* 2.

Licet namque filius contra patrem, de consensu ipsius pa-
4 tris, nec pater contra filium possint cogi ad ferendum testimonium, *l. parentes* 5. *C. de testibus, ubi Bart. pater contra filium, eod. tit.* Canc. *var.* 1. *cap.* 20. *nu.* 75. & *seqq.* Conciol. *resol. crim.* 3. *ver. Testis quoad personas* (ubi ampliat *num.* 3. ut neq; volentes admittantur parentes contra filios, & è contra, quidquid sit in aliis consanguineis, & affinibus, ut in fratre, qui volens potest ferre testimonium in frattem, id. Conciol. *resol.* 5. *d. ver. Testis quoad personas, n.* 6.) Majorana *in opoprax. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 12. ex Farinac. *quæst.* 54. *num.* 170. & *aliis*.

Nec uxor propter reverentiam quam debet viro, & quia
5 est una cum eo caro, possit cogi ad testificandum contra virum, etiam viro consentiente, Farinacius *in prax. quæst.* 54. *numer.* 219. (ubi *numer.* 220. voluit, quod vir benè possit cogi ad testificandum contra uxorem) Conciol. *resolut. criminal.* 7. *ver. Testis quoad personas* (ubi *numer.* 4. ait, quod maximè in subsidium vir cogi potest ad testificandum contra uxorem) Majorana *in opoprax. libr.* 1. *cap.* 2. *numer.* 14.

Nec gener adversus socerum, & è contra, Privignus
6 adversus vitricum, & è contra, frater contra frattem etiamsi sit frater consobrinus, Farinac. *in prax. quæst.* 54. *num* 83. ubi in sobrino, & sobrina, natisve ab eis locum habere dicit, idem Farinac. *quæst.* 78. *num.* 83. & infert ad patruum, amitam, avunculum, & materteram, Majorana *in opop. crim. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 14. Fermol. *cap.* 1. *qu.* 2. *num.* 34. *cum seqq. tit. de test. cogend.* Gonzalez Tellez *cap. venerabilis* 11. *eod. tit. de test. cogen. num.* 6. plura de hac re *decis.* 14. *num.* 39. & *seqq.*

Attamen quando veritas aliter haberi non potest, uxor
7 cogitur ad se examinandum contra virum, Scaccia *de judic. libr.* 2. *cap.* 10. *num.* 91. Farinac. *in prax. d. quæst.* 54. *nu.* 221. dummodò delictum sit grave, & consulto Principe, ut sentit Carena *de offic. S. Inquisit. par.* 3. *tit.* 5. *n.* 16. & cogi possunt parentes contra filios, & filii contra parentes, *leg. parentes* 5. ubi DD. *C. de testibus*, Gomez *var.* 3. *cap.* 12. *sub num.* 24. Farinac. *in prax. quæst.* 54. *num.* 170. & *conf.* 29. *n.* 8. *lib.* 1. Guaz. *def.* 14. *d. cap.* 11. *num.* 13. Vermigl. *conf.* 258. *num.* 58. frater contra frattem, Michal. *de duobus fratribus, par.* 3. *cap.* 50. *num.* 21. & hæc omnia cum Carena, Farinac. & aliis comprobat Conciol. *d. resol. crim.* 3. *numer.* 5. & 6. (ubi antea *num.* 4. in crimine læsæ Majestatis, divinæ, & humanæ parentem contra filium, & e contra, cogi posse ad testimonium perhibendum, & de aliis consanguineis, idem ait in relolutionibus hic citandis) & *resol.* 5 *n.* 4. & *resol.* 7. *n.* 2. *ver. Testis quoad personas, & seqq. & ver. Testis Miscellana, resol.* 1. *n.* 10

Et id ipsum docet Peguer. *in prax. crim. cap.* 12. §. 2. *num.* 11. ubi asserit, quod licet aliquæ sint personæ, quæ invitæ ad testimonium ferendum non cogantur, ut gener adversus socerum, & è contra, privignus adversus vitricum, & è contra, agnati adversus agnatos, affines adversus affines, collaterales usque ad tertium gradum (usque ad quartam exclusivè, & usque ad tertium inclusivè dixit Farinac. *in prax. quæst.* 54. *num.* 23.) liberti contra patronos, & eorum liberos, & è converso, uxor contra virum, attamen quando veritas aliter haberi non potest privilegiati cogi possunt ad testimonium perhibendum, si delictum esset atrox, consulto Principe, ubi etiam admonet, ut Judex quantum fieri potest, se abstineat ab his testibus examinandis, ad cujus doctrinæ practicabilis ornatum allegantur DD. in antecedenti numero citati, qui cum hac declaratione loquuntur, & sequitur Majorana *in opoprax. crimin. lib.* 1. *capit.* 2. *num.* 12. *cum pluribus sequentibus* Cancer *var.* 1. *capit.* 20. ubi *numer.* 78. docet Judicem debere multum, etiam hoc casu, se abstinere à cogendo tales testes, nisi delictum esset valdè atrox, Luca ad Franc. *decision.* 538. *in fine*.

Secundò, quia uxor attestata fuit pro patre contra mari-
8 tum, & idonea est, sicut dicitur de patre, qui idoneus est testis pro filio contra filium, Farinac. *in prax. quæst.* 54. *numer.* 205. Conciol. *ver. Testis quoad personas, resolut.* 2. *num.* 5. de fratre, qui idoneus est testis contra fratrem pro fratre, Farinac. *d. quæst.* 54. *nu.* 116. Conciol. *d. ver. resol.* 4. *num.* 5.

num. 5. & in consanguineo pro allis consanguineis contra consanguineum, Farinac. *dict. quæst.* 54. *num.* 46. *& seqq.* ubi de affinibus utriusque partis æqualis gradus; & de consanguineis loquitur Conciol. *resol. crimin.* 18. *num* 4. *ver. Testis quoad personas*, ea ratione, quia par affectio suspicionem tollit, juxta tradita à Xammar *de offic. judic. par.* 1. *quæst.* 14. *num* 63. igitur pari ratione in uxore contra maritum, pro nece patris ea procedere debent; eleganter alludit Poeta Oven.

Sunt duo vir, & uxor, erant duo corpora: at unum
Corpus erant, duo sunt filius atque pater.

Tertiò, quia in casu uxoricidii relato à Regent. Cortiada *decis.* 93. *numer.* 38. testis unicus de visu fuit famula, quæ idonea non est regulariter ob affectionem, quam habere domestici præsumuntur ad dominum suum, Farinac. *in prax. quæst.* 58. *num.* 1. Majorana *in opopr. criminal. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 18. *& lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 48. *& seq.* (ubi testes domesticos vocat Colonum, servum, familiarem, libertum ascriptitium, mercenarium, qui opera locat alicui, rem declarat Farinac. *quæst.* 58. *tota*) latè Carena *de offic. sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 20. Conciol. *alleg foren.* 85 *n.* 19. *& resol. crim. ver. Testis quoad personvs, resolut.* 24. diximus *dec. antec. n.* 49. 9

Et tamen idonea testis fuit judicata, quia deposuit de uxoricidio domi nocte commisso, & sic in delicto difficilis probationis, in quo aliter veritas haberi non poterat, quo in casu testes familiares, & domestici admittuntur ad probandum, Mascardus *conclus.* 1174. *num.* 30. *libr.* 2. Cabal. *resol. crim. cas.* 282. *num.* 2. *cent.* 2. Farinac. *in prax. dict. quæst.* 58. *num* 59. *& seqq.* ubi rem declarat, Carena *de offic. sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 20. Conciol. *resol. crimin.* 24. *num.* 5. *ver. Testis quod personas*, diximus *decis. antec. num.* 49. 10

Ac etiam quia deposuit in casu relato à Regent. Cortiada *dict. decis.* 93. *num.* 38. pro nece uxoris contra uxoricidam in communi domo commissa, & testis domesticus, & familiaris deponens pro domestico contra alium domesticum, non repellitur à testificando, quia cessat suspicionis causa, ut propter affectionem non præsumatur dicere veritatem, Farinac. *de testibus in prax. quæst.* 58. *numer.* 89. *& 92.* Conciol. *resolut. crimin.* 24. *num.* 8. *ver. Testis quoad personas*, ut suprà. 11

Quartò, quia nullo jure prohibitum est uxori spontè in criminalibus dicere testimonium adversus maritum, ut notat Gram. *conf.* 14. *num* 4. Fab. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 15. *de testibus, def.* 1. 12

Nec habita fuit consideratio, quod dicta uxor odio habebat maritum, & erat adultera, ex testibus de fama, & sic cum duos defectus pateretur non erat idonea, etiam in delictis occultis, & difficilis probationis Guaz. *def.* 29. *cap.* 3. *sub num.* 9. Cancer *var.* 1. *cap.* 20. *num.* 15. Citiac. *contr.* 89. *num.* 20. Vermigl. *conf.* 432. *num.* 22. Andreol. *controv.* 172. *num.* 9. Conciol. *ver. Testis quoad personas, resol.* 25. *nota*, ubi *num.* 7. declarat ex allegatis, quod sufficiant duo defectus, & duæ exceptiones, diximus *decis. antec. num.* 17. *& seq.* ubi de hac re. 13

Nam constabat ex serie facti de reconciliatione, & ideò cessabat effectus inimicitiæ, Guaz. *defens.* 28. *capit.* 1. *numer.* 16. Conciol. *resolut. criminal.* 1. *numer.* 15. *ver. Testis quoad personas*, & nos dicimus *decis.* 38. quanto magis quod & sola inimicitia capitalis est, quæ repellit testem, & non alia, Gomez *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 14. Farinac. *in prax. quæst.* 53. *numer.* 52. ut dicimus *decis. seq.* de adulterio non constabat. 14

Tandem alia aderant adminicula, quibus omnibus pensatis fuit conclusum pro pœna ordinaria.

DECISIO DECIMAOCTAVA.

ARGUMENTUM.

Testes inimici capitales in criminibus à testificando repelluntur, & admissi non probant plenè, nec semiplenè, etiam in delictis difficilis probationis, & junctis adminiculis. In quibus casibus testes inimici probent, signanter quando inimicitia oritur ex causa publica. Socii itineris, etiam insultati, qualem probationem faciunt contra insultantem, & & è converso insultans contra insultatos. An ex simplici insultu committatur pœna fractæ pacis. Et in provocantem irruens, qua pœna afficiatur, accuratius pertractatur.

SUMMARIUM.

1 *Facti enarratio.*
2 *Probatio sceleris.*
3 *Inimicitia capitalis oritur, ex conatu ad occidendum, & ex minis.*
4 *Inimicus dicitur non solum, qui nocet, sed etiam qui noceret si posset, licet actu non noceat, unde jacere cultrum evaginatum in uxorem, tanquam actus ad vulnerandum tendens inter sævitias commemeratur, ad effectum separationis tori.*
5 *Testis inimicus, inimicitia capitali, omninò repellitur à testificando, nec probat plenè, nec semiplenè, nec indicium facit, nec præsumptionem, sed tantum aperit viam ad inquirendum generaliter, etiam in criminibus exceptis, & quæ sunt difficilis probationis.*
6 *Testis inimicus, qui per se nil probat, nec cum adminiculis probare potest, etiamsi sit bonæ vitæ, & famæ, & idem procedit in testibus omninò inhabilibus.*
7 *Quamvis militent aliquæ ex causis à Doctoribus ponderatæ pro præsumenda inimicitia capitali, adhuc tamen diligenter attendet Judex, maximè supremus, an illa causa sint sufficientes ad inimicitiam capitalem producendam, idem procedit ad dignoscendum, quantum testi diminuatur de fide ob inimicitiam ex causa levi.*
8 *Non sufficit dicere testem esse inimicum, ut non probet, sed ulterius requiritur, quod inimicitia habeat causam gravem ex odio privato, & non publico ortam.*
9 *Odium privatum est familiare, & carnale, publicum verò, ut cum habetur odio quis, quia peccator, sed non est habendus odio, ut ei ob hoc neceamus.*
10 *Si testis pro odio deponit, omnimodè repellitur; si verò odio habet, sed pro odio non deponit: tunc si odium illud est prblicum non repellitur à testificando; secus autem, si sit privatum.*
11 *Advocatus Fiscalis, ut suspectus removeri potest, si tales inimicitiæ præcesserint, quæ animi eius motum satis detegant, ut magis moveatur persona odio, quàm causa publicæ vindictæ.*
12 *In Cathalonia Advocatus Fiscalis, ut Advocatus Fiscalis non potest tanquam inimicus, ut suspectus removeri, sed tantum ut alter ex Judicibus Regii Concilii, & quomodo hæc procedant.*
13 *Judex non redditur suspectus, si ex mero officio procedat, & non odio particulari moveatur, sed ex debito sui officii, ubi de teste qui fuit condemnatus, vel carceratus an probet contra Judicem.*
14 *In Congregatione Sancti Officii accusator in crimine hæresis admittitur in testem, si non moveatur ad accusandum odio particulari, sed zelo justitiæ, & infrà num.* 30.
15 *Testis inimicus utriusque partis admittitur in testem sicuti & admittitur amicus inter pariter amicos, & conjunctus inter conjunctas personas, & infrà numer.* 31.
16 *In delictis noctu in nemore commissis, si testes deponant de facto inquisiti tantum, quamvis inimici, cæteris adminiculis probant, sed quomodo id procedat, infra num.* 32.
17 *Ex solo ictu, sine animi deliberatione non sequuto vulnere, nulla resultat offensio insultati, nec ejus consideratur interesse, nec admittitur instantia, nisi quatenus voluerit Fiscus causam prosequi.*
18 *De simplici insultu, prima evaginatione, provocatione, armorum delatione, ictu sine vulnere, & animi deliberatione, potest fieri remissio, etiam parte non concordata.*
19 *Quando promittitur sub certa pœna ut persona non offendatur, ex simplici insultu, vel ictu sive damno,*

no, pœna commissa non dicitur, sed contrarium, infrà num. 21.

20 *Affectus amicitiæ facit cessare offendendi suspicionem, & amicus interficiens amicum, præsumitur potius casu, quam dolo illum interfecisse; quia ex amicitia tollitur præsumptio doli, etiam in his, quæ sunt de genere malorum, & amicus occidens amicum data opera, præsumitur animum occidendi non habuisse, nisi vulnus illatum fuisset in loco corporis periculoso.*

21 *Non tam ex causa, quàm ex odioso animo inimicitia oritur, ubi an pax censeatur rupta ex sola explosione archabusii non sequuta offensione.*

22 *Provocator dicitur, qui prius arma capit, & eo magis si illa evaginet, & provocatus si illum interficiat pœna ordinaria non plectitur; quia id dicitur commisisse justo calore iracundiæ, & si provocans remanet occisus, à sua temeritate dicitur occisus.*

23 *Aggressor si illato vulnere aufugiat, & aggressus aufugientem occidat, ad sui defensionem occidisse non præsumitur, sed ad vindictam, & pro excessu tenebitur pœna extraordinaria.*

24 *Illationes pro materia, & num. 25.*

26 *Non est considerandæ inimicitia, quæ opponitur testi resultans ex eadem depositione, quam fecit in delicto, de quo agitur; quia alias omnes testes in criminalibus repellerentur, quod foret absurdum.*

27 *Testis qui una vice examini sponte se subiecit, cum ex illo examine præsumatur inimicus, in alia causa contra eundem à testimonio repellitur; secus autem, si coactus, quia tunc non prohibetur alia vice testificari, & propriè coactio est, aggravatio; qua fit per primam citationem, licet is contra quem deposuit, verè possit tanquam inimicus repelli, & infrà n. 36.*

28 *Testis, qui primùm pro informatione Curiæ parte non citata examinatur, si postea repetatur, testi repetito in eadem causa non obstat prima depositio, quin dicatur integer, & omni exceptione major.*

29 *Testis ut inimicus repellitur à testificando, etiamsi de inimicitia non appareat, dummodò causæ inimicitiæ probentur, quas causas testis de inimicitia deponens reddere tenetur, etiam non interrogatus, ut probet.*

30 *Respondetur obiectionibus usque ad 33.*

34 *De inimicitia affectata nulla ratio habetur contra testem, & num. 35.*

38 *Decisio Senatus.*

1 PEtrus N. Agricola Parochiæ Villæ de Sancta Pau Diœcesis Gerunden. fuit delatus de nece per eum proditoriè, & appensate jactu archabusii, vulgo *escopeta*, perpetrata in personam Josephi Llensa, & Barrega Lintearii Villæ de Olot, die 1. Maii 1679. noctu prope Capellam vocatam de Sant Aniol de Aguja, sitam in Subvicaria Bisuldini Gerunden. Diœcesis.

Homicidam fuisse Petrum N. constabat in processu,
2 ex duobus testibus formalibus de visu, & quatuordecim testibus de fama incontinenti post homicidium orta, quatuor testibus deponentibus, quod aggressor, & alii visi fuerunt armati circa locum delicti, ex confessione extrajudiciali geminata per duos testes singulares, & de fuga immediata à loco delicti per duos testes habiles.

Difficultas hujus causæ exorta fuit à depositionibus illo-
3 rum duorum testium formalium, qui pariter attestati fuerunt, ipsos post commissum scelus explosisse in homicidam fugientem instrumenta manualia rotata, an ex relato insultu testes cum criminoso inimici capitales appareant, ut eorum fides inanis reddatur, & videbatur, & ex illo insurgi inimicitiam capitalem inter testes, & aggressorem, quando oritur inimicitia capitalis ex conatu ad occidendum, Pegna *in directorio inquisit. par. 3. coment. 116. causa 2.* Et ex minis ad mortem, Farinac. *in prax. quæst. 49. num. 48.* Pegna *in direct. inquisit. dict. part. 3. com. 116. causa 3.* Rovitus *in prag. 15. de suspic. Official. §. 19. num. 24.* Conciolus *resol. crimin. ver. Inimicitia, resol. 2. in addit. num. 1.* qui Doctores explicant latissimè causas inimicitiæ capitalis. Aviles *in cap. Prætorum, ver. La pragmatica, cap. 25. nu. 8.* Merlinus *controv. forens. cent. 1. cont. 98. n. 10. & seqq.* Larrea *alleg. Fisc. 48. nu. 42.* Bonden. *collect. leg. 46 num. 48. cum seqq.*

Præmaximè; quia testes illi pervenerunt ad actum noc-
4 endi, etsi non nocerent, & inimicus dicitur non solum ille, qui nocet, sed etiam qui noceret, si posset, licet actu non noceat, Farinac. *in prax. dict quæst. 49. num. 51.* Bucaron *de differ. inter Judic. civil. & crim. differ. 98. num. 40.* unde jacere cultrum evaginatum in uxorem, tanquam actum ad nocendum tendentem inter sævitias connumerari ad effectum separationis thori, scribit Sperel. *dec. 130. nu. 67.* Valenz. *cons. 41. num. 15.* Rota *recent. part. 6. dec. 230. numer. 11.*

Atqui testes inimicus, inimicitia capitali, omnino re-
5 pellitur à testificando, *l. testium 3. ff. de testibus*, nec probat plenè, nec semiplenè, nec indicium facit, nec præsumptionem, sed tantum apetit viam ad inquirendum generaliter, ex infinitis Farinac. *in prax. quæst. 52. num. 3.* Carena *de offic. sanct. Inquisit. part. 3. titul. 5. numer. 3.* Jul. Chart. *de. cis. 60 num. 4. & 5.* Valenz. *cons. 161. num. 57. cum seqq.* Prato *resp. crim. 6. num. 44.* Delbene *de offic. sanct. Inquisit. part. 2. dub. 198. sect. 2. tota*, Reg. Matheù *de re criminal contr. 76 numer. 19. & antea contr. 18. num. 49.* Escobar *de puritate, par. 1. quæst. 12. §. 2. tot.* Conciol. *resol. crim. ver. Testis quoad personas, resol. 1. num. 1. 2. & 3.* etiam in criminibus exceptis, & in illis, quæ sunt difficilis probationis, & ubi aliter veritas haberi non potest; tradunt Doctores citati, Berart *de visit. cap. 5. nu. 33.* Ciazzius *disc. crim. discep. 12. nn. 31.* Reg. Matheù *de re crim. d. cont. 76. nu. 19.* de hac re Quesada Pilo *disert. 16. nu. 77. cum seqq.* Vermigl. *cons. 159. nu. 9.* Majorana *in opoprax. crim. lib. 2. cap. 6. n. 18.* & monet Eccleſiast. *cap. 12.* ibi: *Non credas inimico tuo in æternum*, ubi notabiliter additur, ut nec ei credatur, quantumvis humiliatus vadat curvus, ut ibi: *Etsi humiliatus vadat curvus adiice animum tuum, & custodi te ab illo*, ut notat Rubeus *de validit. legal. cap. 13. num. 21. & seqq.* Noluerunt enim ii, qui judicabant (inquit Cicero) hanc patere inimicitiis viam, ut quem quisque odisset, posset lædere, & recitat Ærod. *rer. judic. lib 4. cap. 4.*

Et licet dicat Bayardus ad Clar. *quæst. 24. num. 22. & seq.*
6 quod testis inimicus capitalis si est bonæ vitæ, & famæ, cum adminiculis probat; attamen adversus eum recta ratione insurgit Farinac. *quæst. 53. num. 12.* & eum sequuntur Conciol. *resol. crim. in ver. Testis quoad personas, resol. 1. num. 8.* Escobar *de puritate, part. 1. d. quæst. 12. §. 2. num. 10.* Sousa *in aphoris. inquisit. lib. 2. cap. 10. num. 11.* qui docent, quod testis inimicus, etiamsi sit bonæ vitæ, & famæ, qui per se nil probat, nec cum adminiculis probare potest, quia cum inhabilis sit, & omninò repellatur à testificando, adminiculis adiuvari non valet, quia non entium nullæ sunt qualitates, ut de testibus omninò inhabilibus ex pluribus tradit Conciol. *resol. crim. ver. Adminicula, resol. 2. & in Miscel. testium resol. 5.* igitur concludendum apparebat ex depositionibus dictorum testium inimicorum capitalium, etsi veritas aliter haberi non posset, quia fuit commissum noctu in nemore, etiam junctis adminiculis delictum manere improbatum.

Atverò depositionibus antedictorum testium fore stan-
7 dum, suadebant aliæ rationes non minus urgentes; prima, quia quæ causæ sufficiant pro inimicitia capitali arguenda ad repellendum testes à testificando, pendet à religione judicantis, Farinac. *in prax. qu. 49. num. 86.* Escobar *de pur. pa. 1. qu. 12. §. 1. in fine*, Castillo *tom. 3. dec. 210. n. 13.* Conciol. *resol. crim. ver. Inimicitia, resol. 2. in addit. nu. 1. in fine*, Delbene *de offic. sanct. Inquisit. part. 2. dub. 198. sect. 2. num. 6.* quamvis namque militent aliquæ ex causis, à Doctoribus explicatæ pro præsumenda inimicitia capitali; adhuc tamen diligenter attendet Judex, maximè supremus, an illæ causæ sint sufficientes ad inimicitiam capitalem producendam, ut egregiè dixit Pegna *in direct. inquisit. part. 3. com. 116. causa 16. ver. Atque ex his, & ver. Denique*, Mascard. *de probat. conclus. 898. num. 44.* Maynard. *libr. 4. decis. 83. numer. 4.* ibi: *Religioni itaque Judicum præsertim supremorum incumbit, ut diligenter attendat inspectare de qua agitur, æstimatione, personarumque qualitate, aliisque variis causarum figuris, an verisimile sit aliquem inimico animo testimonium dicturum, an id minus, ut sic ei fidem habeat, vel testimonium ejus, ut inimicum reiciat*, pro ut de inimicitia levi dicitur, quæ testificare non impedit, sed quantum ei de fide diminuatur, Judicis arbitrio relinquitur, Farinac. *in prax. quæst. 53. n. 54.* Conciol. *alleg. 83. num. 14. & in resol. 1. verbo testis quoad personas, num. 11.* ex pluribus Majorana *in opoprax. lib. 2. cap. 6. numer. 23.* unde sic pensatis circunstantiis simplicis insultus, & difficilis probationis facti, quod aliter quam per illos duos

testes

testes probari non poterat, Senatum cum adminiculis deferre posse depositionibus illorum testium apparebat affirmandum.

8 Secunda, quia dantur casus, in quibus etiam inimicus capitalis admittitur in testem, & ex circunstantiis fidem facit, primum recitat Nobilis Regens Laurentius Matheu *in tract. de re crim. cont. 76. num. 20.* docens, quod non sufficit dicere inimicum testem, sed probari debet esse inimicum, cum causa gravi procedente ex odio privato, ex Farinac. *in prax. d. quæst. 53. num. 31.* aliàs deponentem ex odio publico probare, ut in casu, quem refert, de quo infra latius. Verum scribit, quod arbitrio Judicis remittitur, quanta fides adhibenda sit his testibus, præsertim, quando constat, quod odium oritur ex eodem crimine, de quo agitur; quia per hoc nullus testis excluditur; quia ex causa privata, & non publica oriri inimicitia debet, diximus *decis. 16. num. 55.*

9 Materiam quando inimicitia oriatur, an ex causa publica, an ex privata enodandam capiunt DD. *in cap. quoties 5. extra de testibus, & attest.* & ibi, Felinus, & Andreas, Mascardus *de probat. vol. 3. conc. 1127. nu. 9* qui affirmant, quod odium privatum est familiare, & carnale; publicum verò, cum habetur odio quis, quia peccator Can. *odio dist. 86.* Abbas *in d. cap. quotiens 5. de testibus, num. 3. in fine*, ibi: *Nota, quod non omne odium repellit à testimonio, sed privatum tantum; secus ergo in publico, nam duplex est odium, quoddam est privatum, aliud est publicum, privatum est secundum Joannem Andream, familiare, & carnale, publicum cum odio habetur quis, quia peccator all. 86. dist. can. odio, & sic videtur, quod licitè habemus peccatores odio, & pro hoc illud psalmistæ odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium; tex. tamen in d. Can. odio videtur innuere contrarium, dicit enim odio habeantur peccata, & non homines, sed corripiantur, ad idem Can. duo ista nomina 23. quæst. 4. sed potest dici, quod non sunt habendi odio, ut eis ob hoc noceamus, sed odiendi sunt propter peccata eorum.*

10 Quod etiam in dicto *cap. quoties 5.* comprobat Bellamera *num. 1.* asserens, quod aliud est dicere testis deponit pro odio, quod habet contra illum, contra quem deponit, & tunc ex omni odio repellitur inimicus à testificando, aliud est dicere, quòd ille, qui deponit odio habet, sed pro odio non deponit, & tunc recipienda est distinctio odii publici, & odii privati, videlicet propter odium privatum, quod inimicus habet contra delinquentem, non admittitur in testem, sed propter odium publicum, à testimonio non repellitur.

11 Pariter quia odio publico procedere præsumuntur, qui pro munere officii ad inquirendum tenentur; si Advocatus Fiscalis ex necessitate sui officii vindictam prosequitur, & in causis publicis, & privatis, culpat quod malè agitur, & laudat quod bene, & modum, ac normam in negotiis, rebusque omnibus, quæ geruntur servat, ut suspectus amoveri non potest, Solorzano *de jur. indiar. lib. 4. cap. 6. nu. 24.* addens, quod si ultra modum in reos excanduisse probetur, vel graves minæ, aut tales inimicitiæ causæ præcesserint, quæ fiscalem suspectum reddere possint, & animi ejus motum satis detegant, quod magis personæ odio, quam causæ profectu, vel publica vindicta in ea movenda, vel prosequenda procedit, tunc non dubitat illum recusari posse, ex regula generali, quæ docet, quod recusari potest omnis, qui potest occultè nocere, ut per Valesc. *2. par. consult. 124. num. 5.* comprobat Reg. Matheu *de re crim. cont. 65. num. 28. & seqq.*

12 Sed hæc non procedunt in hac Patria, in qua est stabilitum, ut Advocatus Fiscalis propter inimicitiam recusari non possit; uti Advocatus Fiscalis; quatenus verò in Regio Concilio fungitur alterius judicis officio potest ut suspectus removeri, ut fuit determinatum junctis tribus Aulis 23. Februarii 1612. Peguer. *decis. 33. par. 2.* Fontanel. *tom. 1. decis. 30.* asserens, quod si ex constantis inimicitiæ causa, suspicio oriatur, ille Advocatum Fiscalem nullo modo admitteret.

13 Hinc etiam si Judex ex mero officio contra aliquem de crimine processerit, & si ex parte inquisiti cum Judice inquirente inimicitia contrahatur, qui propterea contra Judicem à testimonio repellitur, ut de condemnato, vel carcerato docent Berart *de visit. cap. 5. num. 34.* Farinac. *in prax. quæst. 111. num. 269.* Giurba *cons. 72. num. 57.* Reg. Matheu *de re crim. cont. 18. num. 56. & seq.* ex parte tamen Judicis, non oritur inimicitia, ut suspectum reddat, si ad agendum moveatur ex debito sui officii, & non ex aliquo alio odio particulari, sique juris ordine servato, & non extra ordinem, & rigorosè processerit, Farinac. *in prax. quæst. 49. num. 65.* Bars *decis. 33. num. 8.* Bucar. *de diff. inter Judic. civil. & crim. diff. 98. num. 13.* Reg. Matheu *de re crim. cont. 65. num. 25.* ubi rationem illam assignat, quia in Judice cessat omnis causa inimicitiæ, dum non proprium jus, seu propriam injuriam persequitur, imò exercet virtutem justitiæ. Cum quibus concluditur manere explicatum, quando inimicus debet in testem admitti, quia odio publico deponit, & quando repelli, quia odio privato attestatur.

14 Secundum casum proponit Chartarius *decis. 33. tota.*, ubi tradit, quod in crimine hæresis in congregatione Sancti Officii Inquisitionis accusator in testem admittitur, quando non perversè, & malignitatis fomite, sed zelo justitiæ, sanctissimæque religionis impulsus id agere videtur, ut quando non agitur de causa propria, nec ipsius privatim interesse, nec prætendit commodum, vel incommodum, laudem, aut vituperium; sed ut hæreticus convertatur, ut à peccato retrahatur, vel ut unius pœna sit merus multorum, quod publicè interest, affirmans etiam, quod tunc accusator de illo crimine inimicus præsumi non valet accusari; quando non odio, sed zelo justitiæ accusat; quia ad præsumendum inimicitiam, potissimùm animi affectus est considerandus, & id arbitrio Judicis fore remittendum, ex qualitate personæ, & ex aliis circunstantiis judicabit, an accusator moveatur ex odio, an ex zelo justitiæ, de hac re agunt Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par. 3. tit. 5. num. 6.* Farinac. *in prax. quæst. 185. num. 25. & seqq.* Delbene *de Offic. S. Inquisit. par. 1. dub. 182. num. 4.* ubi probabilius esse docet in crimine hæresis admitti inimicum capitalem in accusatorem, cautè tamen, & ut suspectum.

15 Tertium casum tradit Antonius Gomez *var. tom. 3. cap. 12. num. 14. ver. Item etiam limita, circa finem*, videlicet si testis pariter sit inimicus utriusque partis, tunc benè admittitur, quod fundat *ex l. extraneo 17. §. de quæstione, ff. de quæstionibus*, ubi habetur, quod servus communis potest torqueri pro uno domino contra alium, & ex doctrina Bart. & communi dicit, quod conjuncta persona, potest esse testis pro conjuncta, quando iis veritas inter pariter conjunctas, quia causa affectionis fraudem suspitionis amovet, ad idem est Mascardus *concl. 857. num. 17.* & latius cum Senatu dixit nus *dec. 17.* punctim Farinac. *in prax. quæst. 53. num. 66. & 67* quos allegat Soula *in aphorism. inquisit. lib. 2. cap. 10. num. 10* & ratio etiam est, quia licet inimicus habeat odium particulare contra inimicum offendentem, non est præsumendum, quod odio contra ipsum deponat, quia æquale odium in offensum habuit, & sic non odio, sed æquali animo omnimodum veritatem attestantem deponere præsumitur.

16 Quartum casum scribit Riccius *par. 1. decis. Archiepis. 196.* ubi fuit dictum, quod in delictis noctu, & in remote commissis, & sic difficilis probationis, & in quibus aliter veritas haberi non potest, si testes deponunt de facto inquisiti, & non facto proprio, quamvis inimici, junctis aliis adminiculis convincunt; sed quomodo id procedat videatur infra; cum igitur in specie controversa, ex zelo justitiæ propter odium publicum, deposuerint illi duo testes in facto difficilis probationis, junctis adminiculis, eis esse fidem adhibendam videbatur dicendum.

17 Tertia, nam considerabatur, quia licet verum sit, quod ex jactu sclopeti rotati quod exploserunt testes, licet actu non nocerent, cum nocere possent, ortam videri inimicitiam capitalem in insultatum, attamen hæc intelligenda excogitavimus, quando, qui explosit sclopetum, habuit animum nocendi, secus si de improviso, & impensatè, quia ex jactu solo, non sequuto vulnere, sine animi deliberatione, nulla intervenit offensio, resolvit Marinis *var. resol. lib. 1. cap. 2. num. 33.* nec tunc pars insultata est attendenda, cujus nullum ferè interesse consideratur, Sesse *de inhibit. cap. 1. §. 5. num. 22.* & solus Princeps interessatus videtur, idem Sesse ibidem *num. 86.* Capiblanc. *de Baron. prag. 6. n. 52.* qui *num. 60. ver. Hoc attento* affirmat, quod hoc casu poterit pars ad jus accusandi admitti pro publico interesse, ut delicta puniantur, & adiuvando partes Fisci, & ejus instantia attendetur, quatenus Fiscus voluerit causam prosequi.

18 Ex quibus rationibus tradunt citati Doctores, quod de simplici insultu, prima evaginatione, provocatione, armorum delatione, ictu sine vulnere, dummodò animus deliberatus in his non præcesserit, potest fieri remissio, etiam parte non concordata, ex Farinac. *quæst. 6. num. 21.*

Claro

Claro *prac. crim. quæst.* 59 *num.* 4. *circa finem*, docet Excel. Crespi *obser.* 5. *num.* 218. quibus adde Thoro, & alios per ipsum allegatos *in compend. decis. par.* 2. *verbo remissio, seu exculpatio, pag.* 575. Rovitus *super prag.* 2. *de abolit. num.* 9. Quesada Pilo *disert.* 1. *num.* 47. & dicimus *decis.* 32. *num.* 36. *& seq.* & supra *decis.* 15. *num.* 14.

19 Sicuti quando promittitur sub certa pœna, ut persona non offendatur, ex simplici insultu, vel ictu sine damno, quia persona non dicitur offensa, pœna commissa, non dicitur, ex insigni consilio Gabrielis 171. *vol.* 1. Guaz. *in tractatu de pace, quæst.* 52. *par.* 1. tradit idem Thoro *in compend. decis. par.* 2. *verbo remissio, seu exculpatio, pag.* 575.

20 Ex quibus sic pensatis apparebat affirmandum ex ictu solo instrumenti manualis non sequuto vulnere, inter testes, & reum ortam non fuisse inimicitiam aliquam, quia testes archibusium versus eum exonerarunt de improviso, moti ex homicidii atrocitate, non animo deliberato, & pensato, præmaximè ea ratione, quia ut probatur in facto, dicti testes amici, & socii itineris erant homicidæ; & affectus amicitiæ, facit cessare offendendi suspitionem, Farinac. *quæst.* 126 *num.* 182. *& conf.* 142. *num.* 3. Muta *decis.* 16. *num.* 12. Giurba *conf.* 51. *num.* 9. & amicus interficiens amicum præsumitur potius casu, quam dolo illum interfeciſſe, Grassis *de effec. amicitiæ, num.* 203. Rota *decis. Avinyonen.* 20 *num.* 7. Giurba *conf.* 51. *num* 9. & ex amicitia tollitur præsumptio doli; etiam in his quæ sunt de genere malorum, Grassis qui supra *num.* 217. qui antea *num.* 204 & 205. probaverat, quod si amicus occidit amicum, licet probetur illum occidisse data opera, nihilominus nunquam præsumi potest, quod animum occidendi habuit, sed tantum vulnerandi, nisi vulnus illatum foret in loco partis periculoso.

Quæ omnia corroborata manent ex probatis in *decis.* 15. *num.* 13. *cum seq.* ubi ex duobus testium sociorum itineris, offensi, dictis [non obstante, quod per offendentem adversus eos projectum fuit instrumentum manuale, ea ratione, quia ex tali jactus emissione in eos non considerata fuit offensio, ex DD. hic allegatis) fuit judicata concludens probatio ad condemnandum reum ad furcas die 15. Decembris 1678. referente Egregio Senatore Taverner.

21 Verùm his non obstantibus in contrarium fuit resolutum ex fundamento, quod supra in initio hujus decisionis fuit stabilitum, quia negari non potest ex ictu insultantes inimicitiam in reum fugientem manifestasse, etsi non fuerit reus in persona damnificatus, cum ictus fuerit actus ad nocendum aptus. Et licet non sequuto vulnere ex solo insultu sine animi deliberatione, interesse, iniuria, nec offensa considerari possit respectu insultati; ut gratia insultanti à Principe concessa impediatur, ut supra affirmavimus', & diximus etiam *decis.* 15. *num.* 14. & latiùs traditur *decis.* 32. *num.* 36. utique nec negari potest ex facto illo explodendi, declarasse testes animum, & odium contra reum insultatum, & inde inimicitiam resultare; quæ exorditur, non tam ex causa, quam ex odioso animo, Rota apud Seraphin. *decis.* 1076. *num.* 4. *& decis.* 1069. *sub num.* 2. & aliis relatis, Escobar. *de puritate, par.* 1. *quæst.* 12. §. 1. *num.* 9. Bucar. *de differen. inter Judic. civ. & crim. diff.* 98. *num.* 8. ubi exempla tradit Majorana *in opoprax. crim. cap.* 6. *num.* 22. Prout etiam præcedente nocendi affectu, & animo odioso existimatur verior opinio, quod eo solo insultu, & invasione contra aliquem dicitur pax rupta, & solvenda est pœna ab invadente in casu fractæ pacis promissæ, nam ex ejus parte fecit quidquid potuit, licet alter fortuito casu, vel aliàs, se defenderit, Canc. *var. par.* 2. *cap.* 11. *nu.* 53. & 54. quod esse de mente facti Senatus tradidit ex Peguer. *in decis. crim.* 21. per const. 4. *tit. de trevas convencionals*. quos DD. sic intelligendos, & conciliandos censeo cum aliis in contrarium supra allegatis; nam Cancerius fundatur in *decis. Vivii* 368. *num. fin.* qui pro pœna fractæ pacis animum nocendi in exoneratione archibusii expostulat. Regius verò Senator Peguera in facto deciso (pro ut apparet in principio decisionis) affectum nocendi in insultante, & invadente cum archibusiis manualibus supponit; propterea cum in facto controverso ex parte testium insultantium adversus homicidam, ex conatu, & affectu nocendi, animus odiosus apparuerit, sequitur inde testes inimicos capitales inquisiti, & insultati forè judicandos.

Amplius in quæstione; an ex simplici insultu sine offensione dicatur rupta pax, videas Conciol. *resol. crim. ver. pax. resol.* 14. *tota*, ubi eam terminat considerando verba promissionis de non offendendo, ut si fuerit promissum non offendere in personam pax non dicatur rupta per solam exonerationem archibusii; secus autem si simpliciter, vel impersonaliter, aut per verba universalia, & prægnantia, ut puta per verba quomodocumque, qualitercumque, directè, vel indirectè, & similia, nam tunc dicitur contraventum promissioni per quamcunque offensionem, sive impersonaliter, sive personæ, sive in personam illatam, & per omnem offensionem provenientem ex actu ad iracundiam provocante, & punibili, cum dicta verba importent omnes modos excogitabiles, & allegat nostrum Peg. *d. decis.* 21. Farin. *in prax. quæst.* 307. *num.* 157. Cabal. *resol.* 152. *num.* 17. *& alios.*

Ulteriùs, quia reus jactu illo instrumentorum manua- 22
lium, ad calorem iracundiæ adversus insultentes provocatus fuit, quia dicitur provocator, qui priùs arma capit, & eo magis, si illa evaginat. Farinac. *in prax. quæst.* 125. *num.* 514 Conciolus *resol. crim. ver. Provocatio resol.* 2. *nu.* 7. etsi in continenti provocantem interficeret, licet fines defensionis excederet, non veniret pœna ordinaria puniendus, quoniam parcendum est ei, qui provocatus ulciscitur, ex *const.* 1 *part aco verf. En aquestas empero cosas, tit. de homicidis*, probat Cancer. *var.* 2. *cap.* 11. *num.* 48. Cabal. *resol. crim. cas.* 154. *num.* 19 *cent.* 2. *& de omni genere homicidii, n.* 105. 111. 127. & 136. Guaz. *def.* 29. *cap* 4. *n.* 33. plenè Farin. *addend. ad consil.* 67. *litt. D. lib.* 1. Andreol. *com.* 435. *final. n.* 7. Rubeus *de validit. leg. cap.* 41. *num.* 86. & plenissimè Conciol. *resol. crim in ver. Provocatio, resol.* 1. *tot.* Cortiada *dec.* 98. *num.* 79. (ubi apud nos docet quando delictum in continenti fieri videatur, ut non dicatur commissum ex proposito, sed iracundiæ calore) quorum est ratio; quia si provocantem offendat, id dicitur commisisse justo calore iracundiæ accensus, & justa ira commotus, Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 24. & ibi Ayllon *num.* 25. Farinac. *de pœnis temp. quæst.* 91. *num.* 7. Vermig. *consil.* 173. *num.* 5. & plurib. relatis Conciol. *resol crim. ver. iracundia, resol. unica, num* 4. & provocans cum armis, si remaneat occisus, à sua temeritate dicitur occisus, noviſſimè Rubeus *de validit. legis, d. cap.* 41. *num.* 86. & illum citat Conciol. *in dic. ver. Provocatio resol.* 1. *n.* 2. *in fine*.

Et tandem, quia testes, etsi amici inquisiti essent, ver- 23
sus illum exoneraruntarchibusium non ad sui defensionem, sed ad vindictam, quorum excessus puniri poterat pœna extraordinaria, Placa *in epit. delic. cap* 28. *num.* 7. Avend. *reg.* 192. *in* 5. *ampliat* Gomez *var. tom.* 3. *de delictis, cap.* 3. *num.* 24. latè Marsil. *consil.* 137. *num.* 11. *& seqq. & num.* 19. *& seqq.* Farinac *consil.* 2. *num.* 6 *&* 14. & his allegatis Guazin *defens. reor.* 29 *cap* 4. *num* 19. *verf. Quod intellige in fine*, quia aggressor, si illato vulnere aufugiat, & percussus ipsum aufugientem occidat, ad sui defensionem occidisse non præsumitur; sed ad vindictam, timere enim non poterat, à fugiente ulteriùs percuti, Sesse *decis.* 104. *num.* 7. Guaz. *def. reor.* 29 *cap.* 4. *num.* 20. Farinac. *in prax. quæst.* 125. *num.* 80. post percussionem namque, percutientem repercutere ad vindictam est, Sesse *d. decis.* 104. *num.* 8. 9. 10. 11. & 13. Farinac. *consil.* 35. *num.* 21. & hæc omnia accepi', plurib. aliis allegatis, à Giurba *conf.* 17. *num.* 7. *usque ad num.* 11. qui *num.* 12. docet quod si post acceptum vulnus percussus occidat percussorem, non ordinaria, sed extraordinaria pœna, & mitiori afficiendus est occissor, quia ob justum sui dolorem, ex præambula percussione commotus occidisse censetur.

Cum igitur testes illi in sua depositione declaraverint, 24
illico in homicidam effugientem instrumenta manualia projecisse, manifestè sequitur provocantes motos fuisse ad vindictam, ac ulteriùs commotos non ex odio publico, sed ex particulari vindicta, & ex calore iræ, & sic inter testes, & reum inimicitiam capitalem exortam fuisse.

Solum superest introspicere, an estò quod testes fuerint 25
inimici capitales, nihilominus homicidium probent junctis adminiculis, quod dubium pariter fuit resolutum in favorem rei, ex regula superiùs fundata, quod testes inimici capitales omninò repelluntur, & eorum fides suppleri non potest ex aliorum numero, vel adminiculis, etiamsi versemur in delictis difficilis probationis, & sit delictum exceptuatum.

Nec casus supra relati applicantur occurrenti, non pri- 26
mus nobilis Laurentii Math. *controv.* 76. *n.* 21. *& seqq.* qui loquitur de testibus quibus ex eademmet depositione (qui de factis Præsidis inquisiti deponebant) inimicitia arguebatur, & pro causa inimicitiæ allegabatur id ipsum, quod ipsi deponebant, & inde considerandum non erat, quia odium illud ortum fuit ex eodem crimine, de quo agebatur, & docet,

eet, quod per hoc nullus testis debet excludi cum aliàs nullum delictum probari posset, si in testes, ex quo deponunt, oppositum inimicitiæ ortæ ex eadem depositione admitteretur, quod esset contra bonum publicum, & omnes testis in criminalibus repellerentur, quod esset absurdum.

27 Solummodo Doctores tradunt, quod testis, qui una vice se examini sponte subiecit contra aliquem in causa criminali, cum ex illo examine præsumatur inimicus in alia causa, contra eundem à testimonio repellitur; secus autem si coactus primo loco deposuerit, quia tunc non prohibetur alia vice testificari, Farinac. *in prax. quæst. 53. num. 47. & sequentibus*, Bucar. *de diff. inter Judic. Civil. & crim. diff. 98. ubi num. 14.* recitat, quod propriè testis coactio est, aggravatio quæ fit per primam citationem, & quoad hunc testem coactum, non potest odium præsumi, licèt is contra quem deposuit, verè possit tanquam inimicus repelli, Farin. *in prax. quæst. 49 num. 76. & 77. & d. quæst. 53. n 47* Regens Matheu *in dicta cont. 76. n. 25.* Chartarius *decis. 33. n. 14. cum seq.*

28 At verò quod testis arguatur inimicus ex eo ipso, quod deponit in illo crimine, de quo agitur nemo affirmare potest, prout, nec utique in jure nemo negavit, quod testis, qui primùm pro informatione Curiæ, parte non citata examinatur, si posteà repetatur, testis repetitus in eadem causa, non obstante prima illa depositione non dicatur integer, & omni exceptione major, Chart. *dic. decis. 33. n. 14. cum sequentibus.*

29 Quæ omnia cessant in casu de quo agimus, quia illi duo testes non quia deposuerunt in facto, eis non adhibetur fides, sed eo quia in sua depositione declarant irruisse inquisitum, adversus eum explodendo archibusium, affirmando sic inter ipsos, & reum adesse causam inimicitiæ capitalis ortam ex jactu: & licèt non asserant se inimicos ex ea causa fuisse, id ipsum fatentur, dum exprimunt causam inimicitiæ; quia testis ut inimicus repellitur à testificando, etiamsi de inimicitia non appareat, dummodo causæ inimicitiæ probentur, Farinac. *in prax. q. 53. num. 21.* Giurba *consil. 13. num 7.* Conciol. *resol. crim. ver. Testis, quoad personas resol. 1. num 4.* Majorana *in opoprax. crim. cap. 6. numer. 22.* quas causas etiam testes reddere tenentur, etiam non interrogati, Farinac. *in prax. quæst. 49. num. 131.* Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par. 3. tom. 10 n. 95.* Vermig. *consil. 15. n. 10.* P. Gras *de nece prodit. §. 33. num. 7.* Conciol. *resol. crim. verbo Inimicitia resol. 2. n. 3. 4. & 5.*

30 Casus Chartarii in dec. 33. est extra terminos quæstionis, quia illa procedit in Congregatione Sancti Officii Inquisitionis, in qua accusator tanquam testis admittitur, & ejus depositio non fit separatim ab accusatione, vel denuntiatione, & ex intervallo, sed unico contextu, & id agere judicatur non perversè, & malignitatis tomite, sed zelo Justitiæ, Christianæque Religionis impulsu, & ad publicam Catholicæ Ecclesiæ utilitatem, quæ regula locum non obtineret, ut asserit, *num 2. ver. Neque* quando ageretur, de causa propria accusatoris; & ipsius privatim interesset, quia tunc, à testificando repelleretur, ut scribunt Farinac. *in prax. quæst. 185. n. 29.* & alii suprà citati, Delbene *de Offic. Sanct. Inq. par. 1 dub. 182. num 4.*

31 Ulteriùs etiam respondetur, ad casum nil pertinere limitationem desuper stabilitam, quod testis par inimicus utriusque partis admittatur in testem propter æquale odium, quod habet in offendentem, & offensum, quia recognoscimus hanc limitationem veram esse; at non applicari casui.

32 Non obstat *dec. Riccii par. 1. dec. Archiepisc. 196.* quia non constat loqui de inimicitia capitali, & in terminis testis inimici in quibus fuit resolutum in ea decisione, quod probet in casu difficilis probationis junctis adminiculis, id intelligit *num. 2.* quando deponit tantummodo de facto inquisiti, sive inculpati, ut in casu de quo verba facit, secus autem si deponeret de aliquo facto proprio, scilicèt de eo quod ipse testis fecit; quia tunc ei non crederetur; unde cum in specie in qua versamur testes non solum deponant de facto inculpati, sed etiam de facto proprio, apparet ex eodem Riccio ipsis credendum non esse.

33 Ultimo non obstat decisio nostra facta 15. Decembris 1678. in contrarium supra ponderata; quia homicida in eo facto insultavit in testes socios itineris occisi, adversus eos emittendo instrumenta manualia (damno tamen in effectu non sequuto) In hoc facto testes insultarunt adversus homicidam in eum instrumenta manualia proiiciendo; in eo testes non revocarunt in animum iniuriam; in hoc ex ipso jactu instrumentorum manualium offensam in animum revocarunt, nil ergo mirum, quod in eo fuerint socii ituneris occisi declarati testes idonei, non etiam in isto.

Ulteriùs si ob simplicem insultum ab homicida in testem, minus idoneus, vel omnino inhabilis testis judicaretur, aperiretur via homicidæ, cum qua facilius subtrahere posset fisco probationem, testes eo modo inhabilitando, quod ferendum non est, ut percludatur via fraudibus, ut non in dissimili re scribit Majorana *in opoprax. crim. lib. 2. cap. 6. num. 25.* his verbis: *Advertendum est, ne illa sit affectata* (loquitur de inimicitia) *puta delictum patravi, & à nemine nisi à Titio fui visus, ideo timens ejus examen, eum verberavi, vel iniuria affeci, vel ab alio affici curavi nulla causa, vel rixa præcedente, ea occasione, & malitia, ne produceretur in testem, quo in casu de dicta inimicitia sic affectata, quod nulla debeat haberi ratio dixit Fontan. decis. 14. num. 13. Larrea alleg. 48. num. 42. & proinde talem offensum bene posse contra offensorem admitti, tutatur Imbrian. d. consid. 4. num. 45. post Gomez lib. 3. var. resol. cap. 12. num. 14. ver. Item etiam limita, ubi Ayllon num. 15. Farinac. d. quæst. 53. num. 18. & 64. Baron. effect. prad. num. 27. & seqq. D. R. Valenzuela consil. 171. num. 36. & seqq. ex Rainal. Corso lib. 1. indagat. juris, cap. 24. num. 2. & Gerard. Maynard. in dec. 84 num 1. d. lib. 4 ubi dat rationem; quia hoc modo per indirectum probationes suo adversario subtrahere quereret, Mascard. in concl. pral. 857. num. 54. Hieronym. Gigas de crim. læs. Majest. 2. par. §. Quomodo, & per quos prohibetur, quæst. 2. num. 24.* Franc. Marc. *quæst. 291. par 2. num. 1. utilitatem cum consequi non debeat ex eo, pro quo pœnam meruit, & punitionem, D. R. Valenc. in præcit. loco num. 41. & seq. post Velasc. cons. 58. num. 14.* 34

Et quamquam contrariam sententiam sectari videatur D. R. Capyc. Latro quem semper ipse observatione magna prosequutus sui, tanquam frater consanguineus, D. Joanne de Januario matris meæ in consult. 101. num. 32. & 33. ex illa ratione, quoniam ex parte testis, etiam hoc in casu contingit odium, & consequenter rationis, & veritatis perturbatio, D. Consil. Pascal. de pat. pot. par. 3. cap. 2. num. 43. rejecta ista, prima per S. R. C. fuit amplexa, teste Thoro in compen. decis. par. 3. in verbo inimicitia quelibet, & quod inimicitia affectata ab inquisito contra testem, nullum ejus fidei præstet obstaculum, probant Carena *de Offic Sanct. Inquisit. par. 3. tit 5. nu* 10. Delbene *in eod. tract. par. 2. dub. 198. sect. 2. nu. 10. & seqq.* Reg. Matheu *de re crim. contr. 76. n. 22.* 35

Præterea licèt ex parte insultantis consideretur inimicitia erga insultatum; non ideò insultatus, qui damnum passus non fuit, odiosus est insultanti, nec offensus manifestatur, nisi casu, quo iniuriam ad animum revocaverit, prout de teste, præcepto Judicis deponente dicitur, qui non præsumitur inimicus inquisiti contra quem deposuit, licèt è converso, ille contra quem deposuit, ex ea depositione ad inimicitiam provocetur, Buccar. *de diff. inter judic. civil. & crim. dif. 58. n. 12. & diximus suprà n. 27.* 36

Et dicitur etiam de Judice sententiam justam proferente in causa criminali, contra quem præsumitur inimicus is, qui in sententia sucubuit, & non præsumitur Judex inimicus ejus, contra quem sententiam tulit. & diximus suprà *num.* 13. Ex quibus omnibus patet manifesta ratio diversitatis inter casum controversum *in decis.* 15. *n.* 13. & casum, in præsentiarum dispunctum. 37

Die 29. Octobris 1680. facta relatione per Magnificum Michaelem Joannem Taverner I. R. C. fuit conclusum, quod dictus Petrus N. condemnaretur, quod subiceretur quæstionibus, & tormentis, ut veritas ab ejus ore haberetur, probatis in suo robore remanentibus, vicit in tormentis positus, eodem die 29 Octobris. Sed quia die 7. Novembris ejusdem anni, unà cum aliis magna violentia, & armis nocte invasit quandam cellulam Conventus Beatæ Mariæ de Monte Carmello Villæ Oloti, & violenter extraxit Isidrum Peyro aliàs Trollo à manibus custodum, qui illum captum detinebant de ordine Locumtenentis Vicarii dictæ Villæ, & de portu instrumentorum manualium paruæ mensuræ vulgo *pistolas* in præhabita invasione, & de aliis criminibus, & delictis fuit condemnatus ad servitium Regiarum Triremium remigando in perpetuum. 38

UAB Institut de Ciències Socials

DECISIO XIX.

ARGUMENTUM.

De pœnis testium falsum deponentium in causa criminali, vel civili, producentium scienter testes, vel instrumenta falsa, falsificantium acta etiam judicialia, subornantium testes, & subtrahentium probationes fisco, ad intelligentiam const. 3. de crim falsf.

SUMMARIUM.

1 *De atrocitate, & gravitate falsitatis, & pœnis apud diversas gentes, usque ad num.3.*
4 *Tria requiruntur in falsitate, ut sit punibilis, primum veritatis immutatio, secundum dolus, tertium nocumentum, & uno ex his deficiente non intrat pœna falsi.*
5 *In teste falso idem requiritur, & in locum illius requisiti, nocumentum, petitur commodum.*
6 *Expenditur const.3 tit.de crim.de falsf.*
7 *Cujus littera quinque dubia resoluit, qua recitantur.*
8 *Testis falsum deponens in causa criminali capitali ad offensam contra reum, & in favorem fisci puniri debet eadem pœna, qua puniretur reus, contra quem falsò deposuit, si illius dictum verum esset, & sic pœna testis est mortis, cum quis falsum testimonium dixit contra inquisitum in crimine capitali, pro qua pœna mortis esset indicenda.*
9 *Hac pœna attenditur tam in delictis capitalibus, quàm non capitalibus, qua irrogaretur reo, si de crimine convictus foret.*
10 *Senatus decisio.*
11 *Procedunt hac etiam si testis sit tantum unus qui falsum deposuit.*
12 *An ea procedam quando ex falsa depositione nec sententia, neque mors sequuta est, vel quando reus absolvitur, controvertitur, & affirmant aliqui; tunc testem falsò deponentem puniendum esse pœna extraordinaria.*
13 *Alii contrarium affirmant, quia per testem non stetit, ut sententiam contra reum promulgaretur, & exequeretur.*
14 *Testi qui falsum deposuit in defensam, eadem pœna debetur, qua in offensam deponenti secundum opinionem quorundam DD.*
15 *Non tamen Senatus quando testis deponit falsò in offensam, & reus absolvitur, vel quando deponit in defensam, solet hac severitate uti, sed mitius agendo, aliquando ad triremes, aliquando ad fustigandum, vel aliàs condemnat.*
16 *Punitur pœna extraordinaria testis qui falsum deponit circa accessoria, & extrinseca negotii.*
17 *Decisio Senatus in causa minoris ætate, qui falsum deposuit.*
18 *Consideranda in hac re principaliter est qualitas testium, an rustici, an nobiles, an sagaces, an simplices, & alii hujus generis.*
19 *Testibus qui falsum deposuerint in causa civili imponitur pœna amputationis manus, vel pugni, & erit manus qua sit debilior, veluti sinistra, vel arida.*
20 *Nefas non erit dicere quod pœna amputationis manus, vel pugni commutetur in exilium, & si falsitas fuerit magna, in relegationem, vel ad triremes, flagellis superadditis, si qualitas facti id requirat.*
21 *Practicari potest pœna amputationis manus in casu, quo prater illam declaratur inquisitus reus mortis.*
22 *Pœna statuta in falso teste habet locum in subornante.*
23 *Non sequuto effectu subornans testem ad deponendum falsum nulla pœna punitur in delictis non atrocibus, est una opinio aliquorum DD. contraria est aliorum qua hic recitatur.*
24 *Adducitur opinio conciliatrix.*
25 *Sequitur opinio existimantium subornantem in omni casu teneri pœna extraordinaria.*
26 *Subornans testem non punitur pœna amputationis manus, sed alia extraordinaria.*
27 *Decisio Senatus in causa minoris ætate.*
28 *Testis qui veritatem negat in judicio, ex quo proximus damnum patitur, qua pœna puniatur.*
29 *De pœna testis se retrahentis à testificando.*
30 *Et de pœna subtrahentis testes, vel probationes adversario.*
31 *Et an subtrahens habeatur pro convicto.*
32 *Producens scienter testes falsos, vel instrumenta falsa in causa criminali incurrit pœnam testium falsorum, in causa verò civili pœnam perdendi causam, etiamsi tantum unum testem produxerit.*
33 *Si criminaliter agatur contra ministrantes, vel producentes testes, vel instrumenta falsa, non requiritur quod præcedat interrogatio partis, & responsio producentis, an uti velit testibus, vel instrumentis à se productis, prout in civilibus.*
34 *In criminalibus pro pœna falsi debent esse probationes clara, in civilibus sufficiunt præsumptiones.*
35 *Sola etiam falsi suspicio in civilibus pro veritate, & falsitate habetur, ne instrumento fides detur.*
36 *Ut imret pœna falsi requiritur quod producens sciens sit, esse testes falsos, vel instrumentum falsum.*
37 *Falsitas sine dolo non punitur, maximè quando in statuto requiritur dolus, juxta quorundam opinionem.*
38 *Falsificantibus instrumenta pœna mortis imponitur.*
39 *Recitatur opinio Regentis Cortiada.*
40 *Pœna mortis contra Notarium falsificantem instrumenta practicari potest quando falsitas est magna.*
41 *Si falsitas sit pluries commissa, & sit modica importantia, mitior pœna quàm mortis infertur.*
42 *Respondetur Farin. ubi quod DD. intelligi debent juxta jura, qua ab his allegantur.*
43 *Respondetur Caballo.*
44 *Fur simplex qui triplex furtum commisserit suspendi debet, intellige, ut infrà n.46. si non sint rerum vilium, nec sint furta exigua, sed magna.*
45 *An procedat hac regula in furtis impropriis, tractatur.*
47 *Falsificans acta judicialia an teneatur pœna mortis naturalis, dispungitur.*
48 *Quod teneatur pœna legis Cornelia de falsis, & sic pœna extraordinaria citra mortem, quæ est hodie pœna falsi, sequitur.*
49 *Falsificans litteras Regias punitur citra pœnam mortis.*
50 *Comprobatur ex DD. placitis, & n.51.*
52 *Decisio Senatus.*
53 *Alia decisio.*
54 *Alia decisio.*
55 *Alia decisio.*
56 *Potest esse falsitas tam gravis, ut pœnam mortis exigat.*
57 *Ultra pœnam falsi tenentur falsarii ad damna, & interesse.*

ATrox Crimen est falsi, & gravi pœna plecti solet, Menoch. *de arbit. cent. 4. lib. 2. cas. 306. num. 1.* homicidio, & aliis delictis atrocius, Staiban. Jun. *resol. 11. num. 1.* de atrocitate hujus sceleris plures citantur à R. Cortiada *decis. 88. num. 1.* Manfrella ad Latro *decis. 172. num. 3.* Font. *decis. 257. num. 7.* Hinc nullo jure impunitum fuisse falsum testimonium dicere, docuit Annæus Robertus *rer. judic. lib. 2. cap. 10.* Quin, & olim Romæ falsos Testes à Tarpejo Monte deiici solitos, testatur Gellius *lib. 20. cap. 1.* est enim falsitas, mutatio veritatis, hæc est attributum Jesu Christi Filii Dei omnipotentis, qui de se ipso dixit: *Ego sum via, veritas, & vita* Joan. *cap. 14.* unde Salomon *prover. cap. 6.* inquit: *Testem fallacem odit Dominus*, plura apud Legan. *in Prag. 1.* Rovit. *tit. de falsis lit. A.* Alexander verò Severus (ut in illius vita scriptum reliquit Lampridius) Notarium, qui falsum causæ Breve in Consilio Imperatorio retulerat, ea pœna plecti jussit, ut incisis digitorum nervis, ita ut nunquam posset scribere deportaretur, notant Menoch. *d. cas. 306. n. 6.* Gonzalez Tellez *cap. ad Audientiam 3. tit. de crim. falsi, num. 6.* ubi plura de pœnis falsariorum apud diversas gentes. 1

Apud

Apud Turcas, testes falsos omni vestitu præter interulam spoliari jubentur, eosque inversa facie mulo imponi, caudamque freni loco manui eorum inseri, fœtentibusque pellibus, quæ à carnifice cadaveribus pecorum sunt detractæ, circumdari, atque onerari: quos ita amictos, affixa eis tabula, cui pœnæ eorum culpa, nempè quod falsum perhibuerint testimonium grandioribus litteris inscripta est, per totam urbem circumducunt, & stigmata candenti ferro inuruntur in fronte, & in utraque manu, qua pœna affecti in pristino statu vitæ suæ perdurant, sed infames, nec posthac testimonii dicendi unquam ipsis fit potestas, recitat Beyerlinck *in theat. vit. hum. ver. Testis* ubi alia.

4 Hæc ideo à nobis memorantur, docet Annæus Robertus *rer. jud. d. lib. 2. cap. 10.* ut exemplis liqueat, quam variis pœnarum generibus antiqui falsa testimonia arcere studuerint. At hoc perditissimo sæculo quanto magis à testium mala, & corrupta fide cavendum est; ne prece, vel pretio, aut per gratiam, vel sordes corrupti falsas in judicio proferant assertiones, quando Juvenalis satyr. 8. admonet.

Ambigua si quando citabere testis,
Incertæque rei Phalaris, licèt imperet, ut sis
Falsus, & admoto dictet perjuria tauro,
Summum crede nefas, animam præferre pudori,
Et propter vitam, vivendi perdere causas.

Detestabilitatem falsitatis in teste, in producente instrumenta, & in Notario, & de ipsorum pœnis enodandam suscepi pro contingentiis casuum, quas terminatas cum decisionibus nostri Regii Consilii proferam. Tria requiruntur in falsitate, ut si punibilis, primum veritatis immutatio, secundum dolus, tertium nocumentum, & uno ex his deficiente non intrat pœna falsi, *l. Quid sit falsum*, 23. *ff. ad leg. Cornel. de falsis*, *l. Nec exemplum*, 20. *l. Damnus* 23. *C. eodem Gabriel conclus.* 169. *num.* 14. *& seq. & consil.* 180. *num.* 6. *lib.* 1. Genua *de scrip. privat. lib.* 1. *quæst.* 4. *nu.* 38. *& seq.* Farinac. *consil.* 114. *num.* 2. *&* 36. *lib.* 2. Batbosa *de pot. Episcop. alleg.* 51. *num.* 32. Cyriac. *cont.* 637. *num.* 65. *tom.* 4. quos laudat Conciol. *resol. crim.* 2. *verbo Falsum*, Rovitus *super prag. de falsis*, *prag.* 4. *num.* 4. Roccus *de offic. rub.* 14. §. 6. *num.* 45. *& seqq.* Basilic. *decis.* 40. *nu.* 16. Peguera *decis.* 80. *n.* 15. *in fine*.

5 In teste, ut crimine falsi puniatur, illa tria requisita cumulativè expostulari, docet Latro *decis.* 172. *num.* 28. Prato *resp. crim.* 15. *num.* 44. at in locum illius requisiti *nocumentum* dicit *commodum*, Rovitus *in d. prag.* 4. *de falsis numer.* 4. notat Manfrella ad Latro *dicta decis.* 172. *numer.* 15.

6 In crimine falsi respectu testis, & producentis, ac Notarii disponitur pœna *in consi.* 3. *de crim. de fals.* ibi: *Per esser lo crim de fals molt detestable statuim, y ordenam que los testimonis qui deposaran falsament en las causas criminals, axi en offensas, com defensas, y en las causas civils, axi per lo actor, com per lo reo, à qui tals testimonis falsos scientment daràn, ò produiràn actes falsos, si seràn en causas criminals incorregan en la pena que incorreria aquell contra qui, ò en favor del qui seràn donats dits testimonis falsos, si lo crim fos ver, ò provat, si empero las causas seràn civils incorregan en pena de perdrer la causa, è lo testimoni fals de esserli llevat lo puny, è lo qui falsificarà actes sia punit de pena de mort natural.*

7 Cujus littera quatuor dubia resoluit. Primum, circa pœnam testium falsum deponentium in causa criminali. Secundum, circa pœnam testium falsum deponentium in causa civili. Tertium, circa pœnam producentium scienter testes, vel instrumenta falsa. Et ultimum circa pœnam falsificantium acta.

8 Circa primum, indubitatum est quod testis falsum deponens in causa criminali capitali ad offensam contra reum, & in favorem fisci, puniri debet eadem pœna, qua puniretur reus contra quem falsò deposuit, si illius dictum verum esset, & sic pœna testis est mors, cum quis falsum testimonium dicit contra inquisitum de crimine capitali, pro quo pœna mortis esset indicenda, sic legitur Deuteronom. 19. *à num.* 18. ibi: *Cumque diligentissimè perscrutantes, invenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium: reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit*, & infra *num.* 21. *non miserebéris ejus, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Daniel.* 13. *num.* 61. comprobant, *l.* 1 §. *Præterea*, & ibi Marsil. *ff. ad leg. cor. de siccar.* Farinac. *in prax. quæst.* 67. *à num.* 2. Præcipuè, *num.* 9. & 14. *& consil.* 115. *num.* 2. Guaz. *def.* 28. *cap.* 18. *num.* 1. Peg. *decis.* 19. *tota*, *signanter*, *num.* 5. *& decis.* 80. *num.* 7. & infinitis allegatis R. Cortiada *d. decis.* 88. *num.* 37. (qui rem hanc latè, & doctè complectitur, cujus observantiam doctrinam in præsentiarum colligam) Marta *digest. tom.* 2. *tit. falsitas in testibus*, *cap.* 17. Buccaron. *de different. inter jud. civil. & crim. diff.* 110. *num.* 2. cum pluribus, Faria ad Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 13. Delbene *in tract. de juram. cap.* 5. *dub.* 13 *num.* 36.

Et licet quidam asserant, quod hæc talionis pœna habeat 9
locum solum, quando testis falsum deposuit in causa capitali; secus verò si in causa non capitali, in qua non eadem pœna, sed pœna falsi est puniendus, quæ nunc est arbitraria; attamen etiam relata hac opinione, docuit Farinac. *in prax. q.* 67. *num.* 11. se nescire quam magis condignam pœnam possit Judex arbitrari, quàm illam qua fuit punitus innocens reus, vel ut melius docuit R. Cortiada *d. decis.* 88. *num* 52. quàm illam, qua reus veniret puniendus, si illius dictum verum esset, & proinde fit certum, quod ad pœnam infligendam testi falsò tam in delictis capitalibus, quàm in non capitalibus solum attenditur pœna, quæ reo irrogaretur, si de crimine convictus foret.

Sic noviter Senatus in causa Joannis N. termini de Mol- 10
let die 5. Februarii 1680. ref. Magnifico Bonaventura Tristany, tunc I. R. C. scriba famada Notario, qui deposuit falsum attestans cum juramento, de mandato ad occidendum sibi per alterum tributo, quod recusavit, quive in tribus depositionibus in Regia Curia coram relatore factis, ubique mentitus fuit (pro ut evenit in casu exposito per Peg. *decis.* 19.) quia mandans, non sequuto effectu, si mandatarii testis dictum esset verum puniretur tantum pœna extraordinaria arbitrio Judicis, R. Cortiada *decis.* 101. *num.* 43. ideo fuit solummodo testis ille, falsum deponens simili pœna extraordinaria damnatus, fustigationis videlicet, & relegationis in insulam per quinquennium.

Hæc adeo certa proferuntur, quod pro mensuranda pœ- 11
na testis falsi solùm attendatur pœna debita inquisito de crimine capitali si depositio foret vera, ut procedant etiamsi testis sit tantum unus, qui falsum deponit, Clarus *in §. Falsum*, *num.* 4. Giurba *consil.* 71. *n.* 7. R. Cortiada *d. dec.* 88 *num.* 38.

Et licet controverratur; an ea procedant quando ex fal- 12
sa depositione, nec sententia, neque mors sequuta est, vel quando reus absolvitur, & affirment aliqui, pœna extraordinaria tunc testem falsò deponentem esse plectendum, allegati per R. Cortiada *decis.* 88. *num.* 41. quia ejus depositio apta fuit ad nocendum, quod considerant ad pœnam extraordinariam, Conciol. *resol. crim.* 3. *verbo Falsum*, quorum placitum assequi videtur Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 9. *num.* 14. Manfrella ad Latro *decis.* 172. plures etiam allegans, præcipuè Novar. *quæst.* 62 *par.* 2. ubi de teste qui falsum deposuit, & tamen ejus depositio, aliqua de causa nulliter recepta inventa fuit, & extraordinarie esse puniendum fuit voti, & Thoro *in compend. decis. par.* 2. *vers. Actuarius scienter* ubi de Actuario qui testium falsorum depositiones scienter receperat, & vita durante fuit ad triremes damnatus, quamquam illæ receptæ fuissent non citata parte, atque adeò nulliter, Vargas Machuca *decis.* 25. ubi testis falsum deponens in causa civili, nulliter ex defectu formæ, vel solemnitatis, fuit condemnatus ad pœnam extraordinariam, videlicet ad exilium per decem annos, cum comminatione in casu fractionis, perpetui totius Regni.

Tamen ea ratione, quod eadem pœna debeat puniri te- 13
stis falsus, qua reus criminis capitalis si convictus foret puniretur, alio non considerato, affirmant alii, testem falsum puniri pœna ordinaria delicti principalis, quia per testem non stetit, ut sententia contra reum promulgaretur, & exequeretur, R. Cortiada *d. decis* 88. *nu.* 40. & 46. cum observantia nostri Senatus, recitat Manfrella ad Latro *d. decis.* 172. *num.* 5. *& seq.* & in terminis nostræ *Const.* 3. *tit. de crim. de fals.* id ipsum asseverantes affirmat R. Cortiada *ibidem num* 44. quia ut docet, lex nostra pœnam illam imponens solum respicit factum, non verò effectum.

Non dissimili jure statuit *d Const.* 3. eandem pœnam de- 14
beri Testi, qui falsum deposuit in offensam, & in favorem fisci, ac testi deponenti in defensam in favorem inquisiti quod comprobant allegati per R. Cortiada *d. decis.* 88. *nu.* 56. qui *num. ant.* recitaverat alios tenentes tantum tunc puniri pœna extraordinaria, & his adde Capic. Latro *decis.* 172. *numer.* 36. & ibi Manfrella *numer.* 12. Conciol. *resol. crim.* 13. *verbo Falsum*, Carena *de Offic. Sanct. Inquisition. par.* 2. *tit.* 17. §. 15. ubi de stylo Sancti Officii.

Non

15 Non tamen Senatus quando testis deponit falsò in offensam, & reus absolvitur, vel quando deponit in defensam, solet hac severitate uti, sed quandoque mitiùs agendo aliquando ad triremes, aliquando ad fustigandum, vel aliàs condemnat, ut ex Claro *in §. Falsum, num. 5. ver. Testis qui falsum*, Cabal. *resol. 165. num. 14.* Farinac. *in prax. par. 2. quæst. 67. num. 16.* Guaz. *def. 28. cap. 18. num. 3.* confirmat cum nostro Senatu, R. Cortiada *d. decis. 88. n. 48. & n. 57. circa finem*.

16 Ac etiam antedicta de pœna capitali intellige, quando testis falsò deponit circa substantiam negotii principalis; secus verò si circa alia extrinseca, & accessoria, nam tunc pœna solum extraordinaria puniendus est crimine Stellionatus Judicis arbitrio, Peg. *decis. 19. num. 5.* cum pluribus R. Cortiada *d. decis. 88. num. 49.* cui adde Vermigl. *consil. 242. num. 4.* Rovit *in pragm. 1. de falsis, num. 36.* & ibi Laganar. Prato *respons. crim. 15. num. 83.* pluribus citatis Manfrella ad Latro *d. decis. 172. num. 12.* Conciol. *resol. crim. 15. verbo Falsum*, Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par. 3. tit. 6. §. 9. numer. 69.* Delbene *de juramento cap. 5. dub. 13. num. 38.*

17 Sic minores ætate qui media subornatione deposuerunt in causa capitali ad rei defensam non super substantialibus, sed ad probandum iniuriam per occisum reo homicidæ illatam, annis duobus ante homicidium, quorum testium falsitas detecta fuit, quia Judex inter eos examinandum suspectos tenuit, & carcerari mandavit, & statim carceribus detrusi extrajudicialiter, & posteà judicialiter falsum deposuisse agnoverunt, Senatus, quia confessiones illorum non erant adminiculatæ, & erant minores, & rustici admodum, accepravit ab eis pactum oblatum bannimenti per quinquennium à Vicaria lata Barcinonæ ad pœnam in casu contrafactionis remigandi in Regiis triremibus per triennium de 23. Januarii 1659. R. nob. Mich. de Pallares, scriba Cortes Notario.

18 Consideravit Senatus principaliter rusticos, ac simplices testes esse, & considera in hac re quæ docte circa pœnam testium falsorum animadvertit Carena *de Offic. Sanct. Inquis. d. par. 3. tit 6. §. 9. num. 75.* ibi: *An eorum dicta sint nulla, invalida, iniurata, an, & quantum parti nocuerint, an falsum deposuerint, an verum, sed falsò quia sibi ignotum, cujus qualitatis sint ipsi testes, an rustici, an nobiles, an sagaces, an simplices, an probationibus claris convicti, an præsumptionibus solis gravati, an sponte se in S. Officii detulerint, an potiùs convicti, vel gravati indiciis com. parverint, vel capti fuerint, ex his enim, vel augetur, vel minuitur ordinaria eorum pœna, bene Penia in direct. par. 3. com. 122. Castro Palao in opere morali tract. 4. disp. 8. punct. 15. §. 6. num. 12.* Hæc de testium falsorum pœnis in causa criminali.

19 Secundum dubium resolvit *d. Const. 3. tit. de crim. falsi.* Imponens pœnam amputationis manus, vel pugni testibus, qui falsum deposuerint in causa civili, comprobat R. Cortiada *d. decis. 88. num. 53.* & cum non exprimat Constitutio, an dextera, anve sinistra, truncabitur ei manus, quæ sit debilior, ut sinistra, vel arida, *Mos. in verbo una sola Aut. sed novo jure, C. de ser. fug. Cart. de exeq. sent. cap. fin. nu. 282. cum seqq.* Menoch. *de arbit. cas. 589. n. 1.* Tusch. *lit. M concl. 77. num. 1. & 2* Clarus *in prax. qu. 69. num. 4.* Cabal. *resol. crim. cas. 236. num. 33.* Guaz. *def. reor. 33. cap. 5. num. 3.* Nec aliud fieri licèt etsi ipse reus consentiat, qui membrorum suorum dominus non est, nec valet humanitati renuntiare, Salicet. *in d. Auth. sed novo jure, quæst. 5. numer. 4.* Cabal. *d. cas. 236. num. 37. & 80.* Guaz. *d. cap. 5. num. 3.* Faria ad Covar. *lib. 2. var. cap. 9. num. 65.* ubi de aliis hujus pœnæ quæstionibus.

20 Sed quia inhumana videtur ea pœna amputationis manus, vel pugni, Reipublicæque nociva esse potest, quia pœnarum finis est, ut reipublicæ, & delinquentibus medeatur, & non rectè medetur qui manum, vel pedem amputat, cum ex inopia, vel desidia pleraque mala nascantur, notat Anton. Math. *lib. 47 ff. tit. 1. cap 2. num. 5. ad fin.* inde licèt *in d. Const. 3.* disponatur pœna amputationis pugni in teste, qui falsum deposuit, & id ipsum sit ordinatum in Præconizationibus Regiis, *cap. 20.* arbitrio tamen concesso in eisdem præconizationibus *cap. 61.* augendi, commutandi, vel diminuendi pœnas certas statutas in constitutionibus, & capitulis Curiæ, & Regiis Pragmaticis, nefas non erit dicere, quod similis pœna commutetur in exilium, quæ pœna loco deportationis successit, ut probat Larrea *alleg. fisc. 97. in princ.* & si falsitas fuerit magna, aut qualificata in relegatione, vel ad triremes, flagellis superadditis, si qualitas facti id requirat, ut doctè advertit in simili lege statutaria, Reg. Math. *de re crim. controv. 38. numer. 30.*

Hanc pœnam amputationis manus practicari posse cen- 21
seo in casu quo præter illam pœnam, propter immanitatem delicti, declaratur inquisitus reus mortis, veluti in sacrilegio, in exemplaribus relatis per R. Cortiada *decis. 93. n. 32.* ubi recitantur condemnati ad mortem, cum additamento, ut eis amputaretur manus dextera, quia cessant tunc rationes suprà expensæ à R. Math. *d. cont. 38. num. 30.* imò ad exemplum, & ut alii detrahantur à facinoribus detestabilibus committendis, Reipublicæ opportunum judicatur.

Et quia statutum imponens pœnam falso testi, habet 22
etiam locum in subornante per Ossalc. *decis. 67.* & alios per R. Cortiada *citatos d. decis. 88. n. 58.* & ex traditis à Fermol. *in cap. sicut vobis, 9. de testibus quæst. 2. num. 18. cum seqq.* ubi de teste corrupto ad deponendum, *& quæst. 3.* ideo subornans mandans, vel persuadens testi ad falsum deponendum, si testis cum effectu deponit, subire tenetur pœnas statutas *in d. Const. 3. tit. de crim. de falsi.* ut punctim disponit *Const. final. eodem tit.* & tradit R. Cortiada *d. num. 58.* nam subornans incurrit pœnam falsi, sicut & testis, ac si ipse falsum deposuisset *ad tex. in l. 1. ff. de falsi. in l. jubemus 24. C. de probat. in l. fin. C. de fide instr.* Farinac. *in prax. q. 67. num. 258.* quem, & alios laudat R. Cortiada *d. decis. 88. num. 58.* latè Conciol. *resol. crim. verf. Subornatio, resol. 1. tota*, (& in Tribunali Sancti Officii condemnari ad triremes ad tempus, ait Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par. 3 tit. 6. num. 67.*) Buccar. *de dif. inter jud. civil. & crim. dif. 110 n. fin.*

Non sequuto effectu subornantem testem ad deponen- 23
dum falsum nulla pœna puniri in delictis non atrocibus, voluerunt Bald. Alberic. Laderc. Guaz. *def. 28. cap. 18. num. 8.* qui alios dat concordantes, Giurba *consil. 64. num. 3.* Thor. *in comp. decis. par. 3. sec. 3. ver. Testis, ut falsitatem, pag. 366.* Contrariam opinionem, imò tunc subornantem puniendum esse pœna extraordinaria, scripserunt Covar. Bartaz Azevedo, Avendanno, quos refert Giurba *d. consil. 64. num. 5.* & antea *consil. 5. num. 19. & seqq.* cum quibus pertransit Cabal. *res. crim cas. 144. n 6. cent. 2.*

Concordandas has opiniones censet Conciol. *d. resol.* 24
crim. 1. verf. Subornatio n. 8. ut prima habeat locum quando subornans devenit tantùm ad actum remotum, nempè ad loquelam cum ipso teste, illi explicans suam voluntatem; secunda verò procedat quando subornans devenit ad actum proximum, puta ad pecuniæ traditionem, ita ut nullus alius actus sequi debeat, & declarant Landerc. *consil. 209. num 4.* Guaz. *d. def. 28. cap. 18. num. 9.* Giurba *d. consil. 64. num. 6. & seq.*

Sed huic distinctioni non acquievit noster R. Cortiada 25
qui d. decis. 88. num. 59. in fine, constanter docet, quod non solum tentans testem ad deponendum falsum puniri debet pœna extraordinaria, quando devenerit ad actum consumationi proximum, sed etiam quando devenerit ad actum remotum, & allegat Thoro *in C. rer. judic. alleg. 46. per tot.* ubi ita decisum testatur.

Quoad subornantes testem falsum deponere in causis ci- 26
vilibus, si testis in effectu deponit, ex regula ante dicta, juxta terminos *Const. 3. tit. de crim. de falsi.* subornans puniri deberet pœna amputationis manus, quæ est pœna, quæ testibus falsum deponentibus in causa civili statuitur; at ultra quod in teste falsum deponente esset inhumanum eam pœnam exequi [in cujus locum aliam pœnam extraordinariam substitui posse exposuimus supra) ea fortiùs in subornante observari suademur, quia instruens, vel subornans testes non deponit, nec fit periurus, sed ex subornatione delinquit, unde non pœna amputationis manus testibus in effectu deponentibus infligenda venit, sed alia extraordinaria, ut in simili dixit Afflictis *de Const fals. & moneta, rub. 40 per tot. in princip.* ex Cravet. *super prag. 2. de falsis nu. 132* notat Basi lic. *decis. 34. n. 4.*

In Regio Criminali Concilio die 28 Martii 1680. ref. 27
Mag. Consillar. Taverner, & Rubi, vidi observatum contra Josephum N. qui fuit relegatus in insulam per quinquennium, quia de subornatione, & falsitate in causa civili vertenti in R. A. plenè non constabat, & erat inquisitus minor viginti quinque annorum, in actis. Riambau Not.

Testis veritatem negans in judicio, ex quo proxi- 28
mus damnum patitur, reus falsi efficitur, Farinac. *in prax. quæst. 67. num. 220.* Barbosa *de potest. Episc. alleg. 51. num. 24. part. 3.* Delbene *in tract. de juram. cap. 13. dub. 13. num. 33.* & videas quæ dixi *decis. 7. numer. 9.*

Et

29 Et æquè punitur testis in casu, quo falsum dicit, ac in casu quo per dolum veritatem occultat, Farin. *in prax. d. qu. 67. num. 14.* Faria ad Covar. *var. 2. cap. 9. n. 15.*

Testis pariter qui se retrahit à testificando pretio inductus, incidit in falsum, si pretio non sit corruptus, ad pœnam contumaciæ, vel etiam extraordinariam, Farinac. *in prax. quæst. 78. num. 134.* ad extraordinariam criminis stellionatus dixit Menoch. *lib. 2. præs. 55. num. 5. in fine, & de arbit. cas. 381. num. 28.* Fermos. *in cap. 1. quæst. 2. num. 30. & seqq.* ubi quod testis etiam punitur de falso, si jam vocatus ad testificandum se subtrahit, vel si jam examinatus se subtrahit à repetitione, de quibus loquimur *decis. 14. num 40. cum seqq.*

30 Etiam qui adversario instrumenta, vel testes subtrahit, punitur; quia experiri debet in se Judicis auctoritatem elisam, *cap. pervenit 4. de test. cog. cap. Constitutis 45. de test. & attest. l. Providendum penult. C. de postulando* pœna falsi, Judicis arbitrio, Farinac. *in prax. quæst. 150. num. 154. & seqq.* ubi de occultante, seu surripiente scripturas, ut veritas occultetur, & antea, *quæst. 78. num. 138.* ubi de subtrahente testes a testificando (licet hic dicat puniendum esse subtrahentem pœna extraordinaria, non falsi, hodie etiam falsi pœna extraordinaria est, ut idem Farin. animadvertit *d. quæst. 150. num. 21. & 157.* & nos infrà dicimus] Fermos. *in d. cap. constitutis 45. de testibus, quæst. 1. num 1.* Fagnan. *in d. cap. pervenit de test. cog. num 24. & seqq.* ubi de Archiepiscopo Neapolitano de gravibus criminibus inquisito, subtrahente contra se processum fulminatum per Commissarium Auditoris Cameræ, tradit decisum fuisse condemnatum in pœnam extraordinariam relegationis in Monasterium Nursiæ, suspensionisque à divinis, & ab exercitio jurisdictionis per triennium, ac deinde ad beneplacitum Sanctissimi, & eam sententiam, re accuratè discussa, fuisse in gradu revisionis confirmatam, ubi etiam *num. 25.* de surripiente scripturas nullas, & informes.

31 Subtrahens malitiosè probationes ab adversario, an habeatur pro convicto in causis criminalibus, tractant Farin. *in prax. q. 78. num. 139. & seqq.* Fermos. *in cap. Constitutis 45. de test. quæst. 1. num. 5. & seqq.* Barbosa *in cap. intimavit 18. de testib. & attest. num. fin. & per eum citati*, & in hanc partem admitto distinctionem Fagnani *in d. cap. pervenit de test. cog. num. 19.* ibi: *Aut reus non est convictus ad plenum de hujusmodi subtractione callida, vel malitiosa, & tunc ex hoc solo non habetur pro convicto, nec præsumitur contra ipsum in negotio principali; nam etsi præsumptionem probare non oporteat, quia jus illam inducit, tamen factum ipsum, ex quo resultat, concludenter probari debet. cap. cum inter N. Seniorem, supra de elect. cap. tertiò loco de probat. & cap. illud, & cap. tertiò loco de præsumption. Aut de subtractione est plenè convictus; & tunc aut quaris utrum talis habeat contra se præsumptionem, quod malam causam foveat: & concludendum affirmative, ut hic patet, & ita intelligas opinionem gloss. & Innocent. hic, dum exponunt verbum ostendit, id est præsumptivè. Aut quaris, an pro convicto habeatur in negotio principali, & tunc subdistingue: nam aut talis non ostendit claris, & evidentibus documentis innocentiam suam: & tunc pro convicto habetur, & ita procedat opinio Hostiens. arg. dict. l. 1. C. d. pœn. jud. qui mal jud. & l. si de possessione, C. de prob. Aut ostendit claris, & evidentibus documentis justitiam causæ suæ, & hoc casu non habebitur pro convicto, sed in sua justitia auditur: & sic intellige opinionem Vincentii, & sequacium: nam cum talis propter subtractionem pro motu judicis extraordinarie puniri debeat, ut mox dicetur in secunda parte quæstionis, iniquum esset ipsum alia pœna, scilicet amissionis causæ, & sic duplici pœna puniri, ut in cap. At si Clerici, supra de judic. & arg. cap. Ex parte, infrà de Cleric. agrot. & l. Divus, ff. de offic. Præsid. quam distinctionem totidem ferè verbis sequitur Bellam. hic num. 1. & Boer. d. decis. 292. num. 9.*

Et cum sit satis æqua, & opiniones conciliat, videtur omnino amplectenda.

32 Tertium dubium resolvit *d. Const. 3. tit. de crim. de falsi.* statuens pœnas contra producentem scienter testes, vel instrumenta falsa, scilicèt in causa criminali, quod incurrat pœnam testium falsorum: in causa verò civili pœnam perdendi causam, cum qua Const. concordat *text.* quoad producentes falsos testes, in usu *quoniam conquæstione tit. de testibus* instituti nostri non est agere de pœna illa perdendi causam civilem, de qua re latissimè agunt Fon. *dec. 290. & 291* (ubi quod hæ Constitutionis pœnæ habent locum in producente unum solum testem, quia pluralitas resolvitur in singularitatem, & quia solum consideratur veritas delicti, Cabal. *ref. crim. cas. 145. num. 3.*) Cancer. *var. 1. cap. 20. num. 60.* & plures relati per Ripoll. *in addit. ad prax. civilem* Peg. *rub. 17. num. 27.* Ramon *consil. 88.* & de materia falsitatis in causa civili, Marinis *var. 2. resol. 78.* Staybanus Junior *resol. 11.* Hodierna *cent. 38.* Rovitus *ad prag. 1. de fals.* ubi Laganarius, Marta *digest. tom. 2. tit. falsitas in scripturis, cap. 33.* Bonden. *de jure controver. collect. leg. 24.* sed agere de pœnis criminalibus falsitatis in producente.

Si criminaliter agatur contra Ministrantes, vel producentes testes, vel instrumenta falsa non requiritur, quod 33
præcedat interrogatio partis, & responsio producentis, an velit uti instrumentis, vel testibus à se productis, prout in civilibus, & tradunt DD. citati, quibus adde latissimè de hac re agentem Conciol. *resol. crim. 8. vers. Falsum*, sed proceditur contra illos, prout in aliis delictis, Vivius *decis. 71. num. 3.* Petra ad Capic. *decis. 67. lit. D.* Cavalc. *decis. 39. num. 5. par. 5.* Anna *alleg. 2.* Macerat. *lib. 3. resol. 6. num. 22.* Font. *decis. 290. num. 18. & decis. 291. num. 5.* Giurb. *consil. 5. num. 19 subdens*, ibi: *Nec interrogandus est is qui testes per corruptionem produxit, imo si eis nollet uti pœna tamen falsi, ex sola corruptione, adhuc teneretur*, Boer. *decis. 339. num. 6. quo in casu, nec requiritur usus*, Tusc. *lit. F. conclus. 58. num. 17. Nec obstat tertium, quia si interrogatus responderit reus, falsis testibus nolle uti, puniendus etiam esset, si eos ad falsum deponendum induxit*, Bald. *in l. si adversarius ad fin. C. de fid. instrum.* Anchar. *consil 173. n. 8* Gabriel *d. conclus. 7. n. 8.* Surdus *dec. 263. n. 1. & dec. 282. num. 2.* Farinac. *q. 159. n. 32. quæst. 150. num. 53.* Macerat. *d. resol. 6. num. 21.* Tusc. *lit. P. conclus. 876. n. 7* Menoch. *d. cas. 315. num. 14 Falsi namque crimen, in sola testium productione scienter facta, fuit consumatum*, Scholiast. *ad Bertaz. consil. 218. lit. A. Rim Jun. consil. 345. num. 24* Cabal. *resol. crim. 144. n. 10. 11.* Menoc. *d. cas. 315. num. 9.* Farinac. *qu. 159. n. 42. Quod enim dicimus de sistentem ab usu falsi testis omni pœna esse absolutum ex l. si falsos, C. de falsis*, Bald. *in d. l. si adversarius*, Farinac. *d. q. 159 n. 39. Tusc. lit. P. conclus. 877. num. 12. Bossius tit. de fals. num. 116. Natta cons. 132. num. 8. & 9. Honded. cons. 109. num 71. in 1 consil. 91. n. 24. in 2. Burs. at. consil. 311 num. 65 66. 67. 109. consil. 322. nn. 12.* Guaz. *def. reor. 28. cap. 14 num 9.* Stratic. *de judic. cap. 33. num. 16. & 17.* Cabal. *d. num. 11. procedit solum, si usus est simplex, & bona fide*, Salic. *in l. si falsos, C. de falsis*, Farinac. *d. q. 159. num. 63.* Guaz. *d. num. 9. At si constructio falsi, & falsitatis instrumento sint admixta, puniretur reus, etsi millies renunciasset usui d. l. si falsos, & ibi Cin. Bartol. Bald. Salic. & reliqui*, Bartol. *in l. Divus 2. num. 3. C. de fals.* Cast. *l. 2. num. 5. C. de fid. instrum.* Caravita *R. N. prag. 4. num. 160. & ibi* Rovit *num. 2. de fals.* Tusc. *d. conclus. 877. nu. 13.* Ruin. *consil. 86. num. 6. in 4.* Masull. *ad Capic. decis. 67. num. 6.* Vivius *decis. 71. num. 6.* Tepat *d. tit. de fals. col. 4.* Cravet. *consil. 315.* Honded. *consil. 91. num. 2. 23. 25. in 2.* Menoch. *de arbit. cas 315. num. 10. 30. erudite* Pappon. *lib. 22. de arrest. tit. 12. ar. 6. 7.* Rim. *Jun. consil. 345. n. 24.*

In criminalibus pro pœna falsi debent esse probationes 34
claræ, & distinctæ, quod secus est si civiliter, veluti ad pœnam amissionis causæ agatur, quia sufficiunt tunc quod præsumptiones extent, & resultent pro falsitate, Natta *cons. 633. num. 8.* Jason. *consil. 168. num. 2. lib. 4.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 99. num. 5.* Masc. *de probat. conclu. 739. num. 2. & seqq.* Fermos. *cap sicut nobis. 9. de testibus quæst. 2. num. 11. & num. 30* Farin. *in prax. q. 152. num 2. et consil. crim. 11.* Sesse *decis. 218. num. 1.* Calanate *consil. 38. num. 19.* Grat. *discep. forens. 889. num. 16. et 18* quos laudat Ripoll. *ad prax. civil.* Peg *rub. 17. num. 38.* Hodierna ad Surdum *dec. 263. num. 2. et cont. cap. 38.* Calvin *de æquit. lib. 2. cap. 190. num. 56.* Vermigl. *consil. 236. num. 9. cons. 230. num. 2. cons. 256. num. 1. consil. 281. num. 1. cons. 430. num. 2.* Conciol. *alleg. Forens. 88. num. 3. et alleg. 91. num. 3.* & latissimè *resol. crim. 5. verbo Falsum*, de hac latè Crusius *de indiciis par. 2. cap. 36. tot.* ubi de indiciis ad falsitatem probandam, Galeota *resp. 15.* ubi etiam latè de præsumptionibus falsitatis.

Sola falsi suspicio in civilibus pro veritate, & falsitate ha- 35
betur, ne instrumento fides detur, Capic. *dec. 30 numer. 4.* ubi ad hoc allegat. *text. in can. in memoriam 19. distinct.* Jul. Clar. *§. Falsum n. 30. et seq.* Ric. *decis. 17. par. 2.* Farinac. *in prax. quæst. 152. num. 10.* Gaito *de credito cap. 2. tit. 5. nu. 913. cum seqq.* Marin *par. 2. resol. cap. 78. num. 2. cum pluribus*, Galeota *resp. crim. 15. num. 17.* Hodierna *cent. 38. n. 1. et 39. cum duobus seqq.* ubi rem declarat. Marta *digest. tom. 2. tit. falsitas scripturæ, cap. 31.* Font. *to. 1. dec. 257. n. 6.*

Incur-

36 Incurrit ergo pœnas falsi testis, qui in causa scienter producit testem, vel instrumenta falsa, nam ut intret delictum in utentem falsis testibus, & falsis instrumentis, & falsum dicatur committere, necessarium est quod scienter faciat, id est sciens esse testes falsos, vel instrumentum falsum, tunc enim intrat dolus, & cum eo falsitas punibilis, non verò sine eo, Farinac. *in prax. quæst.* 150. *num.* 2. & *ex num.* 273. *cum pluribus seqq. & quæst.* 159. *num.* 41. & *ex num.* 48. Fab. *in C. lib.* 9. *tit.* 13. *def.* 2. Pet. Greg. *Syntag. lib.* 36. *cap.* 5. *num.* 2. *in fine*, Gonzalez Tellez *in cap. Ad Audientiam* 3. *de crim. falsi num.* 6. Fagnanus *in cap. ad falsariorum de crimine falsi num.* 11. Giurba *consil.* 5. *num.* 3. *cum seqq.* Font. *decis.* 290. *num.* 7. & *seqq.* Ripoll. *in prax. d. rub.* 17. *num.* 27. & *seq.* Gaito *de credito cap.* 2. *tit.* 5. *numer.* 912. & *seq.* Vermigliol. *consil.* 250. *num.* 6. *consil.* 237. *num.* 3. *consil.* 499. *n.* 7. Calvin. *de æquitat. lib.* 2. *cap.* 190. *num.* 7. 80. & 83. Citiac. *cont.* 131. *num.* 15. & *cont.* 637. *num.* 34. Barbosa *de pot. Episc. par.* 3. *alleg.* 51. *num.* 27. quos cum aliis laudat Conciol. *resol. crim.* 2. *verbo Falsum num.* 2.

37 Adeo quod nec desunt, qui affirmant falsitatem sine dolo, nulla pœna puniri neque extraordinaria, neque Stellionatus, Corneus, Socin. Jun. Becc. Hond. Farinac. *de falsitate quæst.* 150. *num.* 288. Calvinus *de æquitat. dict. cap.* 190. *num.* 7. & 80. & *seq.* (sequitur Conciol. *resol. crim.* 2. *ver. Falsum*, *num.* 3. ubi *numer.* 5. ea magis procedere scribit quando in statuto (pro ut in nostra Constitutione) ad falsitatem puniendam requiritur dolus, quia tunc eo minus falsitas commissa sine dolo punitur, ut docent Beccius *consil.* 78. *num.* 7. *lib.* 1. Laurent. *decis. Avinonen.* 107. *num.* 3. Farin. *d q.* 150. *num.* 285. Citiac. *d. cont.* 131. *num.* 16. idem Conciol. *alleg. Forens.* 89. *num.* 30.

38 Ultimum dubium quod resolvit *Const.* 3. *tit. de crim. de fals*, est statuere falsificantibus instrumenta pœnam mortis naturalis, comprobant Peg. *decis.* 80. *n.* 12. *in fine tom.* 1. Ferrer. 3. *par. obs. cap.* 360. *in fine*. Reg. Cortiada *d. decis.* 88. *num.* 26.

39 Præter in duobus casibus, videlicèt quando falsitas est magna, vel quando falsitas est pluries iterata docet R. Cortiada *d. dec.* 88. *nu.* 28. Notarium fabricantem falsum instrumentum non pœna mortis naturalis, sed pœna falsi arbitrio Judicis puniendum esse, & licet ex addit. ad Farinac. *consil.* 11. *lit. A.* recitet falsitatem debere esse pluries iteratam, & gravis præjudicii, ut possit Notarius falsificans acta puniri pœna mortis naturalis; attamen huic opinioni non videtur assentire, pro ut nec eam tenent idem Farinac. *d. qu.* 155. *num.* 11. *ex ante dictis in quæst.* 150. *num.* 24. Cabal. *cas.* 145. *num.* 4. Guaz. *def.* 28. *cap.* 13. *num.* 10. Thoro *in comp decis. par.* 1. *vers. Notarius communiter pag.* 361. & *in C. rer. judic. alleg.* 45. *n.* 18. Clarus *in* §. *Falsum*, *nu.* 16. *vers. Fabricans in fine*, Reg. Math. *cont.* 5 *num.* 20.

40 Constanter affirmo quod pœna mortis naturalis imposita contra Notarium falsificantem instrumenta practicari potest quando falsitas est magna Farinac. *q.* 155. *num.* 11. quidquid dicat addit. Farinac. *consil.* 11. *lit. A.* quia id ipsum procedit in quocumque falsi crimen patrante, si magnitudo commissi id suadeat, probant *text. in l. Eos qui* 27. §. *fin. ff. ad leg. Corn. de falsis*, & *melior text. in l. ubi falsi* 22. *in fin. C. eod.* ibi: *Supplicio capitali si id exigat magnitudo commissi*, & comprobant Boer. *dec.* 82. *n* 8. & 9. Afflict. *dec.* 404. *nu.* 17. Cabal. *resol. crim.* 165. *n.* 11. & *cas.* 206. *num.* 4. Peg. *dec.* 80. *num.* 6. Farinac. *quæst.* 150. *num.* 24. Thoro *in comp. decis. vers. Falsitas commissa in subscriptione*, *in princ. par.* 3. *pag.* 417. Vela *de delic. par.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. & *seqq.* & plures quos allegat R. Math. *de re crim. contr.* 37. *num.* 11. & 12. & antea *contr.* 5. *num.* 15. & 20. Lagan. ad Rovit. *super prag.* 2. *de falsis*, *num.* 1.

41 Ac libenter affero, quod etsi falsitas sit pluriès repetita, si sit modicæ importantiæ, & parui præjudicii, æquius, & magis juridicum est, quod mitior, quam mortis pœna inferatur, ut comprobat cum decis. addit. Farinac. *ad d. consil.* 11. *lit. A. vers. In hac contrarietate*, ibi: *In hac contrarietate ego multum Judicis arbitrio tribuerem. Si enim falsitates commissæ essent non modicæ importantiæ, gravisque præjudicii, pro ut fuerunt illæ commissæ per medicum, de quo suprà, & per Notarios, de quibus suprà; quæ ex dictis falsitatibus maximam pecuniariam quantitatem furati sunt, & tunc non existimarem absurdum esse mortis pœnam imponere, ut ex gravitate supplicii deterreantur alii, abstineantque se ab hujusmodi scelere perpetrando. Si verò falsitates non sint tanti præjudicii, nec ex illis Notarius, aut alius multum lucratus fuit, & æquius, & magis juridicum tunc arbitrarer, si mitior quàm mortis inferatur pœna; & ad sic dicendum moveor, quia nec etiam in jure absolutè verum est, quod propter delinquendi consuetudinem pœna mortis, de necessitate inferri debeat, sed tunc demum si Judex ita statuerit; & sic isto casu Judex non cogitur, sed potest si vult ultimum inferre supplicium, propter delinquendi iterationem, & consuetudinem, pro ut benè advertit Fabian. à Montelcon in sua praxi arbitrar. in* 3. *& ultima par. quarta partis principalis, num.* 769. *fol. mihi* 259. *Et secundum hanc distinctionem. Scio pluries fuisse in urbe servatum tam in Notariis, quam in aliis qui licet plures commisserint falsitates, fuerunt tantummodo, aut fustigati, aut ad triremes transmissi.*

Nec his obstat doctrina Farinac. *d. qu.* 155. *num.* 11. ubi se refert ad *qu.* 150. *num.* 24. qui contrariam opinionem solum comprobat ex Jodoc. *in prax. cap.* 123. *num.* 23. & iste non necessariò pœnam capitalem imponendam censet ex crimine falsi reiterato, sed imponi posse opinatur jux. *text. in l. Aut falsa* 16. §. *Nonumquam*, *ff. de pœnis*, ubi non frequentiam delinquendi ab eodem reo, ut pœna augeatur, contemplatur, sed quoties multis personis grassantibus, exemplo opus est, in illis verbis, ibi: *Quoties nimium multis personis grassantibus exemplo opus est*, ac etiam *text. in l. Si quis forte* 6. §. *Si quos*, *ff. eod. l. Si quis servo*, *in fin. C. de furtis*, *l.* 1. *C. ad leg. Jul. rep.* quos idem Jodocus allegat, non de pœnæ aggravatione usque ad mortem, sed de exemplo ex punitione resultante, loquuntur, & cum Doctoris doctrina intelligi debeat iuxta jura ab eo allegata, Bartol. *in l. Non solum* 8. §. *Liberationis verba num.* 7. *ff. de lib. leg.* Gutier. *lib.* 1. *pract. qu.* 2. *numer.* 22. ideò Jodoci doctrina intelligi debet de pluribus personis idem delictum perpetrantibus, cuncta hæc doctè animadvertit R. Math. *de re crim. contr.* 37. *num.* 30. ibi: *Et ratio disparitatis est manifesta, nam magis Respublica gravatur ex frequentia delinquendi, per plures, quam per unum alterumve, cum enim in nostra specie non de pluribus personis grassantibus in eodem genere criminis ageretur, sed de uno pluries crimen patrante, licet ex incorrigibilitate gravius puniri debuit, citra mortem tamen, ita ut exemplum alios deterreret, & ipse ab acerbitate mortis liberaretur*, & ita intelligendus est idem Math. *de re crim. cont.* 5. *num.* 20. & quod iteratio gravet delictum, Font. *decis.* 257. *num.* 20. 42

Nec contrarium scribit Cabal. *resol.* 145. *num.* 4. qui solum docet, quod gravior esse debet pœna propter iterationem, & post eum, Guaz. *def.* 28. *cap.* 13. *num.* 10. ubi quod acrius puniatur pro reiteratione falsitatis, nec Thoro *par.* 1. *in comp. dec. vers. Notarius communiter*, *pag.* 361. quia loquitur in divertis terminis quæstionis susceptæ de eo videlicet, qui plura conficit instrumenta falsa, & Notarius revera non est, licèt communiter pro Notario reputetur, pro ut in hanc partem eum allegat. R. Cortiada *d. dec.* 88. *nu.* 33. *cum seqq.* & idem Thoro *in C. rer. jud. alleg.* 45. *num.* 18. se refert ad Farinac. citat. Clarus *in* §. *Falsum*, *num.* 16. Non declarat casum, si fuit in falsitate iterata in causa magni præjudicii. 43

Quin etiam his officere possit, quod in falsitate inesse furtum dubitari non possit, Reg. Math. *de re crim. cont.* 5. *nu.* 20. & quod fur simplex, qui triplex furtum commisserit suspendio pereat propter reiterationem, Peg. *decis.* 26. *nu.* 3. & *decis.* 27. *num.* 3. *tom.* 1. *cum pluribus*, R. Cortiada *decis.* 106. *num.* 71. *cum seq.* Faria ad Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 82. R. Mat. *de re crim. cont.* 37. *num.* 25. quia ut ipse respondit *num.* 18. hæc regula de tribus furtis puniendis pœna mortis, procedit ex generali consuetudine, ut docent citati cum allegatis per eosdem, & cum consuetudo sit stricti juris, idem R. Math. *cont.* 36. *num.* 41. extendi non potest de casu ad casum, sed est observanda in terminis expressis quibus loquitur. 44

Præterea illa regula non admittitur in furtis impropriis, & interpretativis, ut cum comodatarius, ac depositarius re comodata, aut deposita contra Domini voluntatem utitur Farinac. *quæst.* 167. *num.* 84. Faria ad Covar. *lib* 2. *var. cap.* 9. *num.* 83. Nec sic in falsitate, prout ita huic objectioni satisfaciens, docuit R. Math. *d. cont.* 37. *num.* 20. qui ideo ait, ibi: *Ideo nisi casu quo excessus reiterationis, ita maximus sit ut proportionem obtineat cum hominis vita, similis pœna non est imponenda* (loquitur de pœna ultimi supplicii) *cum in delictis semper mitior sententia ampletti debeat* & in fin. controversiæ tradit his rationibus reum extra ordinem fuisse punitum in pœnam fustigationis, quam meruerat, in triremium commutando. 45

Ac etiam regula de tribus furtis puniendis pœna ultimi sup- 46

supplicii, non procedit in furtis rerum vilium, nec pro furtis exiguis, sed pro magnis, & rerum æstimatione dignarum, Farinac. *in prax. quæst.* 167. *num.* 80. Cabal. *resol. crim. cas.* 19. *à num.* 3. Ayllon ad Gomez *var.* 3. *cap.* 5. *num.* 7. Faria ad Covar. *var. lib.* 2. *d. cap.* 9. *n.* 82. Reg. Cortiada *dict. decis.* 106. cum nostro Regio Concilio, *num.* 74. unde tantum abest, regulam illam resolutioni nostræ obstare, quinimò ex illa infertur non ex reiteratione furti, sed cum concurrentia magnitudinis trium furtorum posse puniri simplicem furem pœna ultimi supplicii; ergo non ex reiteratione falsitatis tantum, sed ex magnitudine illius, pœna mortis falsario deberur, aliàs secus.

47 Licèt controversum reciter Reg. Cortiada *d. decis.* 88. *num.* 27. an puniendus sit pœna mortis naturalis Notarius falsificans acta judicialia, & affirmativam teneant Farinac. *prax. dict. quæst.* 155. *num.* 16. Berart *in spec. visit. cap.* 19. *num.* 69. Bajardus ad Clarum *in dict.* §. *Falsum*, *num.* 95. & 289. Gram. *decis.* 27. *n.* 1. Thoro *in comp. decis. tom.* 3. *vers. Falsicans provisiones*, *pag.* 417. Salerti *decis.* 27. quos refert R. Math. *cont.* 38. *n.* 13.

48 Attamen in his terminis negari non potest, quod Notarius, qui falsificat acta judicialia, puniri debet pœna legis Corneliæ de falsis, *leg. Qui nomine* 25. *ff. ad l. Corn. de falsis*, ibi: *Qui nomine Prætoris litteras falsas reddidisse, edictumve falsum proposuisse dicetur, ex causa, actione in factum penali tenetur, quamquam lege Cornelia reus sit*, & sic pœna extraordinaria citra mortem, juxta DD. communiter receptam sententiam, Gram. *dec.* 27. *num.* 9. & 10. & *vot. crim.* 25. *num.* 9. Boer. *decis.* 82. *num.* 6. Guid. Pap. *decis.* 455. *in fin.* Bajard. ad Clarum §. *Falsum*, *nu.* 187 *cum seqq.* Farinac. *quæst.* 155. *n.* 10. *cum seq.* Ursil. *decis.* 404. Thoro *in comp. dec. in addit. ad decis.* 27. Salernit. *num.* 5. *cum pluribus*, quos allegat, & sequitur R. Math. *de re crim. cont.* 35. Spretis Solern. *decis.* 27. tamquam communiter reprobata, & aliorum contrariis opinionibus; quia ut ipse subdit. Pœna hodie arbitraria est, ex Menoch. Farinac. Vela, Larrea *allegat.* 97. Gonzalez Tellez *ad cap. ad Audientiam* 3. *de crim. falsi*, *num.* 6. Fagnanus *in cap. ad falsariorum*, *de crimine falsi*, *num.* 45. & *seqq.* Galeota *resp.* 15. *nu.* 9. & *seq.*

49 Sic falsificans litteras Regias, Proregis, Locumtenentis, Senatus, Magistratus, Vicarii, aut alterius Tribunalis, aut cujusvis Judicis, non punitur pœna mortis, Peg. *decis.* 80. ubi tradit decisum, Caballus *resolut. crim. cas.* 266. *num.* 1. *cum seqq.* addit. Farinac. *ad consil.* 11. *lit. A.* DD. *in cap. ad Audientiam* 3. *de crim. falsi*, & ibi Gonzalez Tellez *num.* 6. Galeota *dic. responf.* 15. *nu.* 9. & *seq.* & apud eos, quid in falsificante litteras Pontificis, vel Imperatoris.

50 Hæc omnia differtè comprobat Thoro *in comp. decis. p.* 1. *vers. Falsificans acta*, *pag.* 204. ubi de actuario falsificante in quadam commissione manus Judicum, & Regentis, & fuit condemnatus ad remigandum vita durante.

51 Idem Thoro *d. par.* 1. *vers. Falsificans litteras sub nomine Regis*, *pag.* 204. ubi de falsificante litteras sub nomine Regis, contrafaciendo ejus signaturam, ac etiam aliorum manus de stylo Curiæ perquisitas, & non fuit pœna mortis punitus, & *in ead. par.* 1. *ver. Falsificans litteras Regis*, *pag.* 205. (cum Peguer. *decis.* 80. & *aliis*) ubi de Auditore Provinciæ falsificante manum Gubernatoris, qui fuit perpetuò deportatus, post degradationem Doctoratus, & in scribà Fiscali, qui falsificavit manum Judicis, & fuit ad remigandum perpetuò condemnatus.

52 Comprobat N. Senatus, nam die 9. Martii 1593. adversus Joannem N. qui falsò fabricavit Regias litteras, commissionem, & instructionem, falsò se faciendo Regium Commissarium, insignia, sive baculum Regii Commissarii deferendo, cum revera non esset, eo nomine jurisdictionem exercendo, eum condemnavit, quod duceretur per loca solita præsentis Civitatis, & ad servitium Regiarum triremium remigando in perpetuum. Et contra Bernardum N. qui se faciebat Reg. Portarium illius Commissarii, cum non esset, eum condemnavit, quod banniretur per quinquennium à Principatu, & Comitatibus.

53 Et die 30. Octobris 1592. adversus Joannem N. qui ficto nomine Commissarii Regii aliquas personas captas detinuit, ab eis quantitates aliquas extorquendo pro libertate, & fuit conclusum quod condemnaretur ad fustigandum, & ad servitium Regiarum triremium remigando per quinquennium.

54 Die 1. Julii 1593. adversus Antonium N. qui attulit, seu dare fecit quandam litteram falsam, seu falsò fabricatam Excellentiss. D. Locumtenenti missivam, & directam suæ Excellentiæ, sub nomine D. Margaritæ de Borgia, & fuit conclusum quod condemnaretur ad servitium Regiarum triremium remigando per quinquennium.

Die 14. Julii 1594. adversus Guillelmum N. sartorem Regium Commissarium, qui absque memoriali, aut litteris Regiis, Josephum Lancella Papirerium, & Antonium Ferrer, & alios vinctos, & ligatos, per aliquod tempus cepit, tenuit, & ab illis, sic vinctis, & ligatis indebitè, & per vim extorsit, scilicè à d. Josepho Lancella quindecim Ducatos, à d. Antonio Ferrer decem libras, & de aliis criminibus, & delictis sub prætextu dictæ commissionis, fuit conclusum ex majori parte, quod condemnaretur, quod fustigaretur, &c. & bullaretur, &c. & ad servitium in Regiis triremibus remigando per quinquennium, & ad restituendum, &c. de alio exemplari scribit R. Cortiada *decis.* 106. *n.* 85. facto in Reg. Concilio die 5. Septembris 1616. contra Officialem Regium simulantem se habere mandatum ad capiendum. 55

Potest etiam falsitatis crimen esse tam grave, ut in his etiam terminis pœnam mortis exigat, Boer. *d. decis.* 82. *sub num.* 8. & 9. Bajard. ad Clarum §. *Falsum*, *num.* 249. Afflict. *d. decis.* 404. *sub num.* 17. *ver. Secundò respondetur*, & *num. seq.* & antea, *decis.* 21. *sub nu.* 8. Cabal. *resol. crim. cas.* 206. *nu.* 4. Farinac. *in prax. q.* 155. *nu.* 11. & reliqui suprà citati. 56

Ultra pœnam falsi tenentur falsarii ad damna, & interesse, ut ex Farinac. *in prax. d. quæst.* 155. *nu.* 12. in terminis Notarii instrumenta falsificantis, cum diversis exemplaribus nostri Senatus docet R. Cortiada *d. dec.* 88. *n.* 31. actione in factum pœnali, ut probat *l. Qui nomine* 25. *ad l. Cornel. de falsis*, quæ pertinet ad eos quorum interest, ut rem recuperent, & damnum eis reficiatur, *leg. Nec quidquam* 56. *ff. pro socio*, notat Accursius *in d. l. Qui nomine*, ubi etiam Bartol. & Jason, R. Math. *de re crim. cont.* 38. *num.* 4. 57

DECISIO XX.

ARGUMENTUM.

Confessus spontè mitiùs punitur; aliquando verò pœna delicti ordinaria. Et interdum testis deponendo, reus revera se constituit, & ut reus punitur, ubi delicta, quæ atrocia reputantur, demonstrantur.

SUMMARIUM.

1 *Parcendum est spontè confitenti, usque ad n.* 4.
5 *Spontè confessus mitiùs punitur, ubi quando pater filium Judici obtulit, qua pœna filius sit puniendus, & num.* 7.
6 *Contrarium tenentes recitantur.*
8 *Mitiùs agitur cum sponte confesso, etiamsi talis confessio emanaverit metu probationis, si aliquo onere probandi fiscus, vel accusator fuerit relevatus.*
9 *Huic ultimo dicto non desunt contrarii, qui citantur.*
10 *Quando quis sponte confessus dicatur, & quando metu probationum.*
11 *In gravibus, & atrocioribus delictis punitur reus sponte confessus pœna delicti ordinaria.*
12 *Delicta atrocia qua sint.*
13 *Citantur Doctores, qui limitationem antedictam admittere non videntur, ubi de atrocitate criminum falsæ monetæ, & homicidii, usque ad n.* 16.
17 *Respondetur eorum doctrinis.*
18 *Comprobatur limitatio antedicta, usque ad n.* 20.
21 *Qui primò sponte confitetur delictum, si postea confessionem revocat, non gaudet beneficio spontaneæ confessionis.*
22 *Hæc procedunt, etsi non expressis verbis revocet, sed facto, puta introducendo defensionem, & faciendo actus confessioni contrarios.*
23 *Decisio Senatus.*
24 *Receptus in testem non desinit esse reus, si revera talis reperitur.*

25 *Furtum, atrox, grave, & enorme delictum judicatur.*
26 *Iterum expeditur decisio Senatus.*
27 *Quæstiones diversæ circa confessionem sponte factam, traduntur remissivè.*

1 SEcundùm Athenienſium legeſ, teſte Livio 1. *decad. lib.* 1. manifeſtanti ſe ipſum etiam impunitas conſtituebatur. Cujus legis profugio ſuadente Timeo, ut recenſet Plutarc. Cheronen. in Alcibiade, Andocides, qui ob Mercurii ſtatuam perfractam juſſu populi in carcerem truſus fuerat, ſeſe innocentem nocentem confeſſus, ob id liberatus eſt, recitat Tiraq. *de pœn. temp. cauſ.* 30. *n.* 4. *& ſeqq.*

Æquum eſt
Peccatis veniam poſcentem reddere rurſus.
Claudius in Epigr. ſatisfactionis.
En adſum, & veniam confeſſus crimina poſco.
Manibus Hectoreis atrox ignovit Achilles.
Victrices furias matrix placavit Oreſtes,
Reddidit Alcides Priamo quas ceperat arces.
Pelleum Juvenem Regum flexere ruinæ,
Darium famulis manibus doluiſſe peremptum.
Fertur: & ingenti ſolatus facta ſepulcro.
Tradita captivo ſpatioſior, India Poro.
Hæc Beyerlink *ver. Confeſſio, pag.* 357. *litt. G.*

2 Sed quid plura, in Supremo, & Cœleſti Regis Supremæ poteſtatis tremendo Tribunali, nil potentius ad obtinendam plenariam remiſſionem omnium delictorum, quàm ipſa peccatorum, ſeu delictorum humilis confeſſio: In illo enim Tribunali, qui ſe accuſat, excuſatur, & coronatur, & qui ſe excuſat, accuſatur, & condemnatur, necnon ille magis impius eſt qui ſe impium negat; & qui in eo vulnera oſtendit, ſanatur, & qui tegit, illa in æternum putreſcunt, notat Rubeus *de valid. leg. cap.* 6. *n.* 110. *& ſeqq.*

3 Liberè igitur, & dolenter, quilibet peccata ſua Sacerdoti fateatur, nam ſecurus erit ab omnipotenti Deo abſolutionem obtinere, & quidem ardentiori deſiderio, quàm ipſe peccator eam non recipit, juxta illud Pſal. 31. *Dixi confitebor adverſum me injuſtitiam meam, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*, ſuper quo loco admiranter ſic exclamat D. Auguſtinus: *O magna Dei pietas, peccator nondum pronuntiat, ſed promittit ſe pronuntiaturum, & Deus peccatum dimittit*, plura apud Rubeum *in deciſ. p.* 9. *recent. tom.* 2. *n.* 256. *uſque ad n.* 300

4 Hinc, & interdum omninò parcitur ſponte confitenti ſe ipſum deferenti, *l. edicto* 13. *ff. de jure fiſci, l. Unic. C. de his qui ſe deferunt, lib.* 10. Rubeus *de valid. leg. c.* 6. *nu* 108. & in delictis occultis ſcribit Theſaurus *qu. Forenſ. lib.* 2. *qu.* 56. *ex Auth. novo jure, C. de pœna judic. qui mal. & per tex. in l. Quiſquis*, 5. §. *Sanè, C. ad leg. Jul. Majeſt.* ubi revelans initam factionem in ipſius exordio, præmio, & honore donatur; & ſi ſerò, etiam uſus aliquo conſilio, & factione, rem patefacit, abſolutionem criminis meretur. Idem in publicante ſimoniam deciditur *in c. Si quis, Papa diſt.* 79. & notat Theſaur. *lib.* 3. *d. q.* 56. ubi mandatarium homicidii miſſum cum alio ſocio ad perpetrandum delictum, & ſpectantem per aliquot dies opportunitatem exequendi mandatum, & manifeſtantem ſponte mandatum, & conjurationem, eſſe abſolvendum reſolvit, & judicatum tradit.

5 Communiter tamen habetur, quod ſponte confeſſus mitiùs plectitur quàm convictus, *c. Non dicatis* 12. *quæſt.* 1. Abbas, Aret, Felin, Bero, & alii *in dict. cap. Non dicatis*, Farinac. *in prax. q.* 81. *n.* 172. *& conſil.* 106. *nu.* 22. *lib.* 2. Guaz. *in def.* 32. *cap.* 36. *in princ.* Latro *deciſ.* 172. *n.* 45. *& ſeq. lib.* 2. & ibi Manfrella, *n.* 17. *cum ſeq.* (ubi de teſte qui falſum ſe depoſuiſſe Judici declaravit) quos laudat Conciol. *reſol. crim.* 20. *verb. Confeſsio in princ.* Fab. *in C. lib.* 9. *tit.* 25. *def.* 2. Bonden. *collect. leg.* 12. *n* 63. Thoro *in compend. deciſ. p.* 3. *tom.* 1. *pag.* 197. *ver. Confeſsio Rei inquiſiti facta*, Roccus *de Offic. rub.* 15. *nu.* 97. *& ſeq.* Sanfelic. *deciſ.* 234. Bellonus *de his quæ fiunt in contin. lib.* 2. *c.* 19. Matta *digeſt. tom.* 2. *tit. de Confeſs. c.* 11. Paſcal. *de viribus pat. pot. p.* 3. *c.* 1. *n.* 69. Barboſa *in c. Cum ſit* 10. *de ſimonia nu.* 8. Prout ſolet etiam temperari pœna filii delinquentis, quem Pater ipſe obtulit Judici, *l. Milites* 13 §. *deſertorem, ff. de re milit.* Rubeus *de valid. legal d. c.* 6. *n.* 107. & punitur eadem pœna, quam pater dici volnerit, *l. Si filius*, 3. *C. de pat. pot.* Sanfelic. *in prax. judic. ſect.* 22. *n.* 6. ubi ait, filium ad patris inſtantiam carceratum, repertum cum armis prohibitis, vel aliàs inquiſitum, patri eſſe conſignandum, ne videatur pater ad ſupplicium filium obtuliſſe, & tradit judicatum.

Contrarium quod ſponte confeſſus non gaudeat benefi- 6
cio ſpontaneæ confeſſionis, quatenus ad pœnas luendas ſuorum delictorum, tenent Clarus *in prax.* §. *fin q.* 60. *n.* 34. Carena *de Offic. Sanct. Inquiſit. p.* 3. *de Confeſs. reor. tit.* 8. §. 7. *nu.* 40. Qui ſcribunt numquam vidiſſe ob ſpontaneam confeſſionem reos mitiùs puniri, ſed pœna ordinaria ſuorum delictorum condemnatos.

A prima opinione, æquitate fulcita ne recedas, nam ſe- 7
cunda procedere poſſet attento juris rigore, Sanfel. *d. dec.* 234. *nu.* 3. ubi, etſi de rigore, confeſſus ſponte veniret puniendus pœna ordinaria, attamen ex ſcripta æquitate mitiùs punitur, cum æquitas ſcripta præferatur rigori ſcripto, *leg. Placuit* 8. *C. de judic.* Ratio hujus indubitatæ ſententiæ eſt quia fiſcus per ſpontaneam confeſſionem liberatur ab onere probandi, & ſic cum ex confeſſione utilitatem ſentiat, conveniens eſt etiam, quod ex eadem gravitur, mitiùs confitentem puniendo, Cabal. *reſol. crim.* 56. *in princ.* Guaz. *in d. defenſ.* 32 *c.* 36. *n.* 1. Conciol. *reſol. crim.* 20. *verb. Confeſſio, nu.* 1. *ver. Cum enim, in princ.* & quando reus negat, gravat fiſcum onere probandi, ideò dignus eſt reus graviori pœna, Cabal. & Guaz. citat. locis.

Habet etiam locum ea ſententia, ut ſit mitiùs agendum 8
cum ſponte confeſſo, etiamſi talis confeſſio emanaverit metu probationum, arbitrio tamen Judicis, maximè ſi aliquo onere probandi, fiſcus, vel accuſator fuerit relevatus, ut notant Hoſtin. Andr. Butr. Felin. *in c. de hoc* 11. *tit. de ſimon.* Tiraq. *de pœn. temp. d. cauſ.* 30 *nu.* 13. Bertaz. *conſ.* 505. *n.* 29. *lib.* 2. Farin. *in prax. q.* 81. *n.* 174. *& ſeq.* Guaz. *d. def.* 32. *c.* 36. *verſ. Et eſt vera*, Latro *lib.* 2. *d. deciſ.* 172. *n.* 49. quos laudat, & ſequitur Conciol. *d. reſol. crim.* 20. *n.* 3. Barboſa *in c. Cum ſit*, 10. *de ſimonia n.* 8.

Licèt contrarium tenuerint Abbas, Boſſius, & relati 9
per Farinac. *d. q.* 81. *num.* 175. *& ex glaſ. in d. c. de hoc* 11. *ver. Confeſs. de ſimonia*, Sanfel. *d. dec.* 234. *n.* 5.

Metu probationum confeſſus dicitur ille, qui primò ne- 10
gat, & poſteà dubitans convinci fatetur, & ſic poſt litis conteſtationem, ſponte autem confeſſus dicitur ille, qui primo examine nulla præcedente interrogatione liberè delictum fatetur, etiamſi vocatus, & citatus exiſtat, Farin. *in prax. d. q.* 81. *nu.* 177. ubi etiam dixit, ſponte confeſſum dici, non ſolum eum, qui tractus ad judicium ſtatim interrogatus, antequam teſtes recipiantur, fatetur; ſed etiam eum, qui poſt negationem ſtatim confitetur, dummodo accuſator, vel Judex ex illa negatione non fuerint onerati probandi neceſſitate.

Communis tamen antedicta opinio, duas limitationes 11
admittit. Primam, ut in gravibus, & atrocioribus delictis puniantur rei ſponte confeſſi, pœna delicti ordinaria, & mitiori, ex traditis per Farin. *in prax. d. q.* 81. *n.* 173. Conciol *reſol. crim.* 20. *verſ. Confeſſio nu.* 2. exaſperatur enim pœna propter nimiam immanitatem delicti, Aret. *in l. Et ſi ſævior in princ. ff. Ex quibus cauſ.* & recedit ab æquitate ob gravitatem criminis, *l.* 3. §. 1. *C. de Epiſc. And.*

Quæ ſint delicta gravia, & atrocia, arbitrio Judicis re- 12
linquitur, R. Cottiada *dec.* 34. *nu.* 124. ubi docet, *nu.* 125. 126. 127. & *ſeqq.* quod delicti atrocitas, & gravitas dijudicatur ex qualitatibus, & circumſtantiis facti, & perſonæ delinquentis, & contra quam delinquitur, & his deficientibus recurri debet ad pœnam, quæ pro delicto à jure imponitur, ut ſi ea ſit gravis, & atrox, grave etiam, & atrox delictum eſſe cenſeatur.

Et licèt contra d. limitationem ſcribat Bellonus *de poteſt.* 13
eorum quæ fiunt in continenti lib. 2. *c.* 19. *n.* 3. quod captus ob ſuſpicionem furti confeſſus fuerat delictum, quo perduellionis pœna ſecundùm Regia edicta tenebatur, & ſolùm tribus ictibus funis publicè judicarum recitat, quia inquit, ibi: *Profuit capto confeſsio illa ſpontaneè facta, nam primò creditum eſt pœnam eſſe minorandam, maximè cum de ea re, non eſſet interrogatus, deinde potuit ex illa confeſsione delictorum ignorantia colligi, & dolus excludi*, Beccius *conſ.* 96. *n.* 15.

Idem Bellonus *in eod. c.* 19. *num.* 4. ubi in cauſa duorum 14
monetariorum, quorum unus fuerat captus, alter autem incontinenti eo capto, & nondum examini ſubjecto adiverat Judicem, omniaque ordine, prout geſta erant narraverat, & licèt initio veritati nonnulla mendacia miſcuiſſet, tradit judicatum, primum qui captus erat in pœnam ordinariam damnandum, alterum extra ordinem puniendum pœna remi perpetui. Nec dici valet crimen impetitum minus

atrox

atrox esse, quia fabricatio falsæ monetæ delictum atrox, & grave judicatur, *l.3. §.1. C. de Episc. Aud.* Gambac. *de immunit. lib. 5. c.21. n.1. in fine*, comprobat R. Cortiada *dec.34. n.100.* & tamen in d. decis. relata à Bellono suprà citato, fuit minorata pœna sponte confesso.

15 Licèt etiam Basilicus *decis. 34. n. 31.* proponat Latrones receptos in testes contra alios, & reos contra se ipsos, sponte crimen furti confessos fuisse, commissi in campis vi, & violentia, & cum facie personata, & ex sociis contra quos isti fuerunt confessi, alterum laqueo suspensum, alium perpetuò ad triremes damnatum, & sponte confitentes per decem annos ad remigandum, & in causa revisionis per M. R. C. ex quo illi sponte confessi fuerant, contra quos mitiùs est agendum, pœna triremium diminuta fuit ad annos quinque, & tamen indubitatum est delictum illud fuisse ex atrocibus, ut infrà probatur.

16 Ac tandem licèt Sanfelic. *dec.234. à princ. usque ad ver. Ad contrariam. 1. & 2.* ubi de eo, qui confessus fuit interfuisse in homicidio, sub die 13. Octob. 1635. recitet condemnatum fuisse ad pœnam remigationis, vita durante. Et homicidium atrocissimum, & gravissimum sit delictum, ex Can. *Miror. 50. distinct.* scribat Gomez *var.3. cap. 3. in princ.* Fatinac. *in prax. q. 119. nu. 1. & 2.* & inter majora crimina reputetur, Fernos. *in c. Ab homine 10. de judiciis qu 27. n. 32.* cum aliis quos laudat, & sequitur R. Cortiada *dec. 34. n.44.* prout enormissimum, detestabile, & de numero atrocissimorum proditorium dicitur, cum proditione nil sit detestabilius Cabal. *de omni genere homic. n. 400. & seq.* Mastril. *de indult. c.29. nu.1.* plenè P. Grafferus *de nece prodit. §.1. nu. 3. & seq.* Conciol. *resol. crim. 5. verb. Homicidium nu. fin.* adhuc tamen is, qui in homicidio interfuit tamquam sponte confessus, in citata *decis.* Sanfelic. fuit condemnatus ad remigandum in perpetuum.

17 At verò his, & similibus decisionibus responderi potest, vel quod limitatio suprà tradita, quod in gravibus, & atrocibus delictis sponte confessis non temperetur pœna, non fuit admissa, vel consideratæ fuerunt circumstantiæ, ex quibus gravia, & atrociotia delicta, impetita in illis decisionibus, non fuerunt excogitata; nam in comperto in aliis exemplaribus hic assignandis, eo quia fuerunt gravia, & atrociora delicta, sponte confessus fuit punitus pœna delicti ordinaria, & non mitiori.

18 Sic Sanfelic. *d. decis.234. nu.4.* ubi tradit judicatum, illum qui sponte confessus fuerat furtum cum sacrilegio, & scalatione in Ecclesia cum fractura Sacrarii, in quo repositum erat SS. Sacramentum, sub die 7. Junii 1632. laqueo fuisse suspensum, quam decis. recitat Thoro *supplement. decis. vers. Confessus sponte, pag. 109.*

19 Roccus *de Offic. rub. 15. n.184. usque ad num. fin.* ubi contra eum, qui per plures annos per campaneam incesserat, & multa delicta enormia, atque enormissima commiserat, & ducem se constituerat, qui sponte confessus plura declaravit homicidia, furta, & recaptus, & alia delicta per ipsum commissa die 28. Januarii 1668. tradit judicatum declaratum reum mortis, & quod ejus corpus in frusta divideretur, & ad interesse partium, verum ante exequutionem sententiæ torqueretur tamquam cadaver ad sciendum alia delicta, & alios complices, fautores, protectores, & receptatores.

20 Giurba *consil. 71.* scribens testem, qui sponte Judici detegit commissam falsitatem in causa assassinii, furcis fuisse laqueo suspensum; & demonstravimus in decis. ant. gravitatem, & atrocitatem delicti falsitatis.

Unde pro constanti existimo in delictis gravibus, & atrociotibus sponte confesso pœnam delicti ordinariam non esse temperandam.

21 Secundam limitationem expendit Caballus *resol. crim. 56. n.21. cum seq.* in eo scilicèt, qui primo sponte confitetur delictum, & postea confessionem revocat, ut is non possit gaudere beneficio statuti minuentis pœnam ob spontaneam confessionem, quia illud non indulgetur nisi confitenti cum perseverantia, & durabilitate, ex duplici ratione. Prima; quia cum confessio, & negatio sint contraria, negando renuntiat confessioni, *l. fin. C. de codicil. l.1. C. Si servus extero*, secunda, quia revocatio confessionis arguit mendacium, propter quod punitur, & tamquam indignus amittit concessum sibi beneficium, not. per Bartol. Bald. Salyc. & alios *in Auth. contra qui propriam, C. de non num. pec. & per eumdem* Bald. Salyc. & alios *in l. Contra negantem 14. C. de leg. Aquil. & per Dec. & Cagnol. in l. Nemo ex his 43. ff. de reg. jur.*

22 Hæc etiam procedi possent si quis post confessionem non negaret expressis verbis, sed facto tantum, puta introducendo defensionem, & faciendo actus confessioni contrarios, qui censetur recessisse à confessione, & ejus beneficio renuntiasse, ut voluit Bald. *in l. eum qui 30 sub n. 2. post ver. Ex hoc videtur, ff. de jur. juran. & in l. Ea quæ, nu. 23. C. de condict. indeb.* notat Cabal. *resol. crim. d. cas. 56. nu. 28. & seq.*

Limitationes hæ fuerunt visæ in facto Antonii N. pro 23
falsitate ad triremes damnati, qui in causa supplicationis voluntariè se obtulit manifestare furtum magnum in hac Civitate commissum, quod judicialiter uti testis sponte testatus fuit, & protulit se complicem cum aliis sociis, cum hac confessione fuit, uti reus principalis quoad se, & uti testis, quoad alios interrogatus, & confessionem spontaneam ratificavit, postea contra socium fuerunt confrontationes factæ, ad dignoscendum eum quem in illa confessione designaverat, & falsus fuerat ejus nomen, & cognomentum ignorasse, & in hoc actu confessione contenta, ac iterum in defensionibus, quas pro novo delicto exposuit, facto se opposuit confessioni spontaneæ, introducendo articulos confessioni contrarios, & hinc in Regio Concilio controversum vidi, an pœna delicti confessati minueretur ob confessionem spontaneam, cum qua relevavit fiscum ab onere probandi; an autem spontaneæ confessionis indulgentia privaretur, ex quo verbis, & facto ab illa recessit, & sic pœna ordinaria furti magni foret puniendus.

Non ex hoc, quod aliquis receptus fuit in testem, desi- 24
nit esse reus, & principalis, si revera talis reperitur, Farin. *conf.84. n.10.* Basilic. *dec 34. n.31 & 32.* ubi recitant casum similem decisum, in quo testes, in depositione se ipsos reos, & complices esse falsi fuerunt, & cum ea confessione fuerunt puniti, ut suprà exposuimus, & fuit observatum in casu relato *in dec. 7. n.9.*

Insurgebant argumenta ex antedictis; nam pro mino- 25
randa pœna militabat regula, sponte confessum mitiùs plectendum, econversò contra inquisitum obstabant limitationes regulæ; nam in delictis atrocibus confesso non minorari pœnam suprà fundavimus inter quæ numeratur furtum, quod atrox, grave, & enorme judicatur, Farin. *in prax. par.1. q.8. n.59. & de furtis, q.165. nu. 1.* Gamb. *de immunit. Eccles. lib.5 c.21. n.1.* Sanfelic. *dec.13. n.18.* cum laudati sper R. Cortiada *dec.34. n.89.* ubi comprobat majus delictum furtum esse, quàm homicidium, ex Ciarlin. *cons. c.207. n.17. p.2. & aliis.*

Amplius, quia licèt bis sponte confessus fuisset furtum illud, posteà bis negavit, confessionem revocando, quo in casu limitari regulam spontaneæ confessionis, & confessum pœna negantis puniendum, suprà exposuimus.

His tamen minimè refragantibus fuit condemnatus per 26
Regium Concilium dictus Antonius N. ad pœnam extraordinariam, ref. Mag. S. Michaele Joan. Taverner, & Rubi I. R. C. 12. Novemb. 1676. scriba Riambau Not. ex admissa regula, confessus sponte mitiùs est puniendus, & in terminis primæ limitationis, non versari censuit, quia delictum confessum non erat ex atrocioribus, cujus immanitate posset admittere rigorem pœnæ, & à benigniori recedere, nec admisit secundam limitationem, quia revera ex confessione illa spontanea, quam posteà revocavit, liberavit fiscum ab onere probandi, quia præter illam confessionem (& probationem corporis delicti) nil in Processu offensionali fiscus probarum obtulit, & sic mitiùs puniendus veniebat, quàm si convictus fuisset, potuit enim propter revocationem confessionis strictiori pœna arceri, extraordinaria tamen, non etiam mortis, & pœna tanta indebita, & in æquali inficiatione, æquitatem hanc semper respicit Senatus ex sua scripta, & innata benignitate, sequendo semper Ulpiani dictum *in l.4. ff. de eo, quod certo loco.*

Circa suscitatam materiam, edicenda videas apud cita- 27
tos, & signanter Cabal. *resol. crim. cas. 56.* ubi si à principio inquisitus neget, & posteà ante litem contestatam confiteatur, & quid si post litem contestatam, vel si cum aliqua qualitate exclusiva delicti, & etiam ubi à principio sponte confitetur, & postea confessionem revocat, & ulteriùs postea in revocatione persistit, & an in his casibus gaudeat beneficio spontaneæ confessionis, prout alterum ex his remissivè reassumunt Guaz. *d. def 53. c.36. n.1. vers. Et est vera, & n. fin.* Conciol. *d. resol. crim. 20. verb. Confessio in fine.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO XXI.

ARGUMENTUM.

Quando confessio in criminalibus possit scindi tam ad pœnam ordinariam, quam extraordinariam amplè enodatur, ubi Senatus nostri observantia proscribitur, & Authoris opinio in re tam dubia proponitur; ubi an reus, qui dubiè, & cum qualitate fatetur, possit quæstionibus tormentorum subjici, ut absolutè, & præcisè, ac sine qualitate respondeat,

SUMMARIUM.

1 *Nulla sunt partes Judicis in confessum nisi in condemnando, & prævalet confessio, testium depositionibus.*
2 *Confessio delicti cum qualitate potest scindi, & à fisco acceptari.*
3 *Quando sumus in prohibitis, & in his, quæ habent præsumptionem contra se, ut puta homicidium, injuria, & similia, secus in non prohibitis.*
4 *Assignantur rationes.*
5 *Confessio qualificata potest scindi, & remanet pura, & cum illa confessione condemnatur confitens ad pœnam extraordinariam, est una DD. opinio.*
6 *Traduntur rationes hujus opinionis, usque ad numer. 8.*
9 *Secunda est opinio, si delinquens confiteatur delictum cum qualitate illud diminuente potest ordinaria pœna puniri, non probata per reum qualitate.*
10 *Assignantur hujus opinionis rationes, & respondetur rationibus prima, usque ad n. 14.*
15 *Dicunt aliqui, quod confessio qualificata probat ad pœnam extraordinariam etiamsi contra qualitatem plures, & urgentes laborem conjecturæ, præsumptiones, & indicia, quia illa solum operantur, ut confitens graviori pœna mulctetur.*
16 *Alii existimant, quod etsi qualitas adjecta confessioni habeat præsumptionem contra se, & sit admodum inverisimilis, confitens tantum puniri potest pœna extraordinaria.*
17 *Alii affirmant, quod quando qualitas adjecta confessioni, non solum habet præsumptionem contra se, sed est admodum inverisimilis, contra confitentem imponi potest pœna ordinaria.*
18 *Comprobatur hæc opinio.*
19 *Amplius probatur.*
20 *Alia est opinio, quod ex confessione qualificata ad torturam deveniri potest.*
21 *Cave ab hac opinione, quia in Cathalonia non solent torqueri Rei, quando dubiè respondent, vel nihil respondent, quia tunc strictioribus carceribus respondere compelluntur, & ita Senatus.*
22 *Volunt aliqui, quod quoties reus confitetur delictum cum qualitate, & post adjectam qualitatem apponit clausulam, & non aliter, &c. Condemnari ex hac confessione non potest, ubi remissivè de aliis casibus in quibus condemnari non potest reus ex confessione qualificata.*
23 *Quando qualitas adjecta confessioni justificatur aliunde, confitens nulla pœna puniri potest.*
24 *Quando de delicto constat aliter, quàm per confessionem rei, scindi potest confessio, & si aliunde de delicto pleni constat, confitens condemnatur pœna ordinaria.*
25 *Prout etiam quando qualitas fuit adjecta confessioni ex intervallo, potest scindi confessio ad pœnam ordinariam.*
26 *Alia est opinio, quod relinquatur arbitrio Judicis, an qualitas à confessione possit dividi.*
27 *An confessio qualificata in civilibus possit dividi remissivè.*
28 *Quid observetur, apud nos.*
29 *Fundatur observantia.*
30 *Respondetur objectionibus, usque ad num. 32.*
33 *In quæstione illa quando contra confessionem adsunt indicia, vel præsumptio, vel adest inverisimilitudo, quid observet Senatus, & n. 34.*
35 *Authoris opinio.*
36 *Quæ comprobatur.*

NUllæ sunt partes Judicis in confessum, nisi in condemnando juxta illud Evangelii: *In ore tuo te judico serve nequam*, Tertull. in Scapulam *quid*, inquit, *amplius tibi mandatur, quàm nocentes confessos damnare, negantes autem ad tormenta revocare*, recitat Anna, Rober. *rer. judic. lib. 1. cap. 4. pag. 39. in fine*, probat Farinac. *in prax. quæst. 81. num. 3.* & prævalet confessio testium depositionibus, Gratian. *discept. 736. nu. 68.* Rota *post 2. vol. consil.* Farinac. *decis. 251. nu. 2.* & plura ex his tradit Majorana *in opoprax. crim. lib. 2. cap. 4. num. 76.* de hac re Hector de Guido *de confess. part. 3. cap. 1. num. 47.* Giurba *consil. 16. num. 1. & seqq.* Greg. *decis. 317. num. 3. ibique addent. num. 7.* Burat. *dec. 317. num. 8.* Duran. *decis. 90 num. 8, & decis. 214. num. 4.* Rota *in recent. part. 10. decis. 309. num. 14. & par. 17. decis. 28. num. 3.* Bonden. *de jure cont. collus. 12. nu. 3. cum seq.* addentes ad Peg. *in prax. civil. rub. 27. n. 170. & seqq.* Urseol. *consult. 89. n. 52.* 1

Hæc procedunt etiam, quando confessio Rei, cum qualitate est facta, Bartol. *in leg. Aurelius, §. Idem quæsivit, num. 2. ff. de lib. leg.* ubi statuit generaliter, confessionem ab inquisito factam cum qualitate tollente, vel minuente delictum, à qualitate posse scindi, & à fisco delicti confessionem posse acceptari, & in reum onus probandi qualitatem rejici, quam doctrinam sequuntur Hodierna ad Surdum *decis. 258. num. 7.* Sanfel. *decis. 228. n. 5.* Clarus *in prax. quæst. 55. num. 15. vers. Posset quoque reus*, Tusc. *lit. C. conclus. 674. num. 1. & seqq.* Fachin. *lib. 1. cont. jur. 27.* Merenda *lib. 1. cont. 6.* Farinac. *in prax. d. qu. 81. nu. 110.* & post eos Majorana *in opoprax. crim. lib. 2 d. cap. 4. n. 66.* Trivilan. *decis. 46. n. 9. lib. 2.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 25. num. 13.* Mastril. *decis. 246.* Riccius *collect. decis. 1250* Fab. *in C. lib. 7. tit. 24. de confess. def. 1.* Buccar. *differ. 40. num. 5. ver. Sed his non obstantibus*, Macerat. *lib. 3. resol. 35. num. 17.* Marinus *lib. 1. quot. resol 83.* & ibi Rodoer. Basilic. *decis. fin. num. 21.* Guaz. *def. 32. cap. 35. in princip.* Cabal. *resolut. crim. cas. 254. num. 1. centur. 3.* Carena *de Offic. sanct. Inquisit part. 3 tit. 8. num. 1. & 2.* Sperel. *decis. 64. num. 15. par. 1. & decis. 136. num. 26 part. 2.* Vermigl. *consil. 238. num. 6. & consil. 282. num. 11.* Conciol. *ver. Confess. resol. 24. in princ.* 2

Hæc intelligenda recensent, quando sumus in prohibitis, & in his, quæ habent præsumptionem contra se, ut puta homicidium, injuria, & similia, ita ut confitens homicidium commisisse, sed ad sui defensionem, si defensionem non probat, possit condemnari; secus autem in non prohibitis, & in his, quæ contra se præsumptionem non habent, quia tunc confessio qualificata non potest pro parte acceptari, & pro parte impugnari, notat Gabriel *Com. conclus. de malef. conclus. 19. nu. 10. & consil. 170. num. 24. lib. 1.* Hond. *consil. 96. num. 25. lib. 1.* Guaz. *def. 32. cap. 35. num 9.* Cabal. *resolut. crim. 254. num. 1. & 3* Vermigl. *consil. 347 num 2. & 3. & seqq.* Ciriac. *cont. 578 num. 18.* Conciol. *verbo Confessio resolut. 24. num. 14.* & in notis, ubi agunt de confitente extraxisse merces, frumentum, & similia cum licentia. 3

Rationes quibus fundatur stabilita regula sunt. Prima, quia adjicere qualitatem est quodammodo excipere, & excipiens tenetur exceptionem probare, *leg. Ab ea, part. 5. ff. de probat.* Barbol. *axiom. 198. num. 3.* Secunda, quia versamur in his, quæ sunt de genere prohibitorum, in quibus excusatio est probanda, Franc. *decis. 556. num. 4.* Rodoer. ad Marin. *ad d. resol. 83. num. 2.* Mastril. *dec. 246. num. 3.* Tertia, quia aliter daretur materia delinquendi, delictaque remanerent impunita, si standum esset confitentis dicto, Fachin. *d. cont. 27. lib. 1.* quas rationes expendit Majorana *in opoprax. crim. lib. 2. d. c. 4. num. 67. cum seqq.* 4

Suscitata quæstio inter DD. frequens in judiciis criminalibus est, an confessio qualificata possit scindi adeò, ut rejecta qualitate confessio remaneat pura, & cum illa confessione possit reus condemnari ad pœnam delicti ordinariam. Prima est opinio, confitens delictum, cum qualitate potest tantum condemnari pœna extraordinaria. Abbas *in c. Auditis 15. nu. 32. de præscr.* Menoc. *de arbit. cas. 93. n. 38. & cas. 279. n. 6. & seq.* Clarus *in pract. §. fin q. 55. ver.* 5

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ver. Fortè posset, num. 10. Gomez *var. cap.* 3. *num.* 25. & ibi Ayllon *Thesau. decis.* 13. *nu.* 7. Gruivel. *decis. Dolan.* 12. *num.* 18. Argel. *de acq. possess. quæst.* 3. *art.* 10. *nu.* 148. *& seqq.* Farinac. *in prax. d. quæst.* 81. *num.* 137. Guaz. *d. def.* 32. *c.* 35. *nu.* 2. Sperel. *decis.* 64. *par.* 1. *n.* 16. *& dec.* 108. *num.* 36. *& decis.* 136. *num.* 27. *part* 2. Vermigl. *consil.* 325. *n.* 6. Scialoya *in prax. torq. reos, c.* 1. *n.* 14. Marinis *quot. resol. lib.* 1. *cap.* 83. Conciol. *resol. crim. verbo Confessio, resol.* 24 *n.* 17. *& in notis*, Basilic. *dec. final. n. fin.* Surdus *decis.* 258. *num.* 7. recitat Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 74. Caldas *de emp. cap.* 19. *num.* 39. Marta *d. gest. tom.* 2. *tit. de confes. cap.* 12. R. Matheu *de reg. Reg. Valent. c.* 8. §. 4. *à n.* 26. *ad* 28. *ubi tradit decisum, & de re crim. cont.* 18. *n.* 60. Cabal. *resol.* 254. *n.* 1. *& seq.* ubi quod hoc procedit nedum, quando qualitas est adjecta sub duplici structura verborum, sed etiam si sit facta sub unica verborum structura.

6 Pro hac opinione inducitur primò, *text. in leg. Cum de indebito* 25. §. *Sin verò, ff. de probat.* ubi confitens recepisse pecunias, sed tamen fuisse illas ei debitas, non est ad restitutionem condemnandus; quamvis, qua ratione ei fuisse debitas non probet, ibi *: Sin verò ab initio confiteatur quidem suscepisse pecunias, dicat autem non indebitas ei fuisse solutas præsumptionem videlicèt pro eo esse, qui accepit, nemo dubitat.*

7 Secundò, quia regulariter reorum confessiones, cum sint individuæ, non possunt pro parte recipi, & pro parte rejici, & sic non possunt scindi *ad text. in l. Publia* 26. §. *fin. ff. depositi*, ubi DD.

8 Tertiò quia etsi verum sit, quod in delictis, & in actibus illicitis juris præsumptio sit contra qualitatem confessionis, at verò ad condemnandum ad pœnam ordinariam, requiruntur probationes luce meridiana clariores, nec in obscuro per præsumptiones est ambulandum, *leg. sciant cuncti fin. Cod. de probat.* ubi DD. *can. sciant cuncti*, 2. *quæst.* 8. *& confert text. in c.* 1. *de homicidiis in* 6. has rationes pro hac opinione recito ex Rodoer. ad Marin. *lib.* 1. *quot. resol. d. c.* 83. *à n.* 8. *usque ad n.* 13. & refert Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 74.

9 Secunda est opinio, quod si delinquens confiteatur delictum eum qualitate illud diminuente potest ordinaria pœna puniri, non probata per eum qualitate, Bartol. *in leg. Aurelius*, § *Idem quæsit, ff. de lib. legat.* quem sequuntur Hipolit. de Matsil. *cons.* 41. *incipiente divini numinis, nu.* 11. *vol.* 1. Andreas *in c. Quoniam divina, num.* 6. *de pac. renen.* Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 867. *nu.* 9. Boer. *decis.* 164. *n.* 10. Vivius *decis.* 394. *num.* 3. *& in com. opin.* 363. Fachin. *cont. jur. lib.* 1. *com.* 27. Hodierna ad Surdum *decis.* 258. *num.* 7. Rodoer. ad Marin. *lib.* 1. *quot. com. d. c.* 83. *n.* 13. qui contrariis respondet, & in eandem inclinat Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 4. *num.* 75. qui etiam rationibus pugnantibus satisfacit, amplè in hanc sententiam rem complectens Sanfelic. *dec.* 228.

10 Hujus sententiæ rationes sunt. Prima quia lex præsumit contra delinqueotem, *l.* 1. *C. ad leg. Cornel. de Siccariis, cap.* 1. *de præsumpt.* & sic non est capienda præsumptio in favorem Rei confitentis delictum, cum qualitate tamen, quod illud commiserit, vel in sui defensam, vel pro vindicando honore, vel casualiter, vel per itacundiam.

11 Secunda, quia si contraria opinio admitteretur, tutissima, ac facilis cautela delinquentibus præberetur ad vitandam criminus dignam pœnam, contra *text. in l. per omnes* 6. *C. de def. Civit.* ac fieret fraus Reipublicæ, cujus interest delicta puniri, *l. Ita vulneratus* 51. *ff. ad l. Aquil. glos. in l. Si longius* 18. *ff. de judic.*

12 Tertia, quia allegans qualitatem facti illam probare tenetur, aliàs factum remanebit simplex, & purum, per inde ac si numquam qualitas adjecta fuisset, & confitens debet succumbere, idque sive allegans qualitatem sit Actor, sive reus, quoniam idem est non allegare, seu allegata non probare, quas rationes ad litteram colligo ex Rodoer. ad Marin. *d. lib.* 1. *quot. d. c.* 83. *à n.* 2. *usque ad n.* 7. qui rationibus contrariæ opinionis satisfacit, *à num.* 13. *usque ad finem*, ibi *: Primò non obstat text. in d. l. Cum de indebito, quia ibi agitur de causa civili, in qua præsumptio urget pro reo, ut ibi : Secundò, non obstat, quod confessiones reorum non possunt scindi, & sic pro parte recipi, & pro alia verò parte rejici; quia hoc non procedit, quando præsumptio est contra confitentem, ut scilicèt qualitas per eum allegata non sit vera (ut in casu nostro) prout in confesso est apud eumdem Abbat. in c. cum venissent, n.* 7. *de institut.* quem alios allegando sequitur Camil. *de medic. cons.* 139. *n.* 42. *post Alex. cons.* 39. *n.* 3. *vol.* 7. *Sicut nec minus procedit, quando confessio continet plura capita, atque factum separatum, sicut concedit idem Abbas in c. Bone, il secundo de postulat. prælat. Trivisan. d. dec.* 46. *n.* 29. *cum seq. Farinac. in prax. q.* 32. *n.* 60. *& qu* 81. *nu.* 7. *quos sequitur Macerat. var. resol. lib.* 3. *c.* 35. *n.* 16. *Camil. de medic. loco citat. nu.* 43. *Et finaliter, non obstat, quod condemnationes reorum, non debent fieri ex præsumptionibus, sed ex probationibus liquidis, & manifestis, quia hoc procedit quando urgent præsumptiones extrinsecæ; secus autem si præsumptiones essent juris* [*ut in casu nostro fundavimus suprà n.* 2.] *notabiliter Angel. in l.* 2. *sub n.* 2. *ver. Ex hoc dico, C. de petit. hæredit.*

13 Aliter huic ultimæ objectioni respondet Majorana *in opoprax. crim. d. lib.* 2. *c.* 4 *n* 75. *ver. Contrariis.* Scilicet, quod licèt ob præsumptiones haud quis possit puniri pœna ordinaria quoniam plenissimæ debent esse præsumptiones, hoc tamen procedit, quando agitur, de probando delicto, cæterùm, quando tantum tractatur de probando dolo, quia de homicidio constat per partis confessionem, equidem fas est legis præsumptio, nempè quod dolo occiderit, ideoque pœna ordinaria homicidii etit puniendus, ex quo constat verè per cõfessionem de delicto, & de dolo per legis præsumptionem, quæ loco veræ præsumptionis succedit, ex text. *in l. Dolum* 6. *C. de dolo, l. ult. C. de probat.* Prat. *cons. crim.* 46. *n.* 87. *& seqq.* Sed hanc, & anteriorem solutionem ad responsum objectionis complectitur Sanfelic. *d. decis.* 228. Thoro *in comp. dec. par.* 3. *ver. Confessio Rei inquisiti, pag.* 195. Subdens, quod illa præsumptio juris, quæ oritur *ex l.* 1. *C. ad l. Cornel. de Siccariis*, tendit ad requisitionem qualitatis, non autem ad probationem delicti, quinimò non diceretur condemnatus ex ea præsumptione, sed ex confessione, quæ pura remanet ob illam juris præsumptionem rejicientem qualitatem oppositam, & confitens sic qualificatè debet omninò qualitatem probare, cum habeat juris præsumptionem contra se, cuncta hæc antecedenter dixerat Mascard. *de probat. concl.* 867. *num.* 9.

14 Quod comprobat idem Thoro suprà citatus ex consimili doctrina, nam si quis esset de homicidio convictus, per plures testes, non tamen de dolo deponentes, seu deliberatione, si tamen per conjecturas, & præsumptiones de dolo, & appensamento constaret pœna ordinaria homicidii sibi locum vindicaret, cum ad probandum dolum, non requirantur plenæ probationes, sed indicia, & præsumptiones sufficiant ad not. *in d. l. Dolum*, 6. *C. de dolo*, R. Cortiada *cum pluribus decis.* 98. *n.* 32.

15 Pro conciliatione, & declaratione harum opinionum Abbatis, & Bartoli, ex diametro oppositarum, varias DD. excogitarunt considerationes, in singulares abientes ponderationes; at nos illis in medium prolatis, tandem certa ab incertis separantes, nostri Regii Senatus proferemus sententiam, in judicando omnino tenendam; asserunt itaque quod confessio qualificata probat contra confitentem ad pœnam extraordinariam, etiamsi contra qualitatem adjectam plures, & urgentes laborent conjecturæ, præsumptiones, & indicia, quia illæ solùm operantur, ut confitens graviori pœna mutiletur, non autem, ut pœna ordinaria plecti valeat, Farin. *in prax. q.* 81. *n.* 135. *&* 157. *ad* 162. Guaz. *def.* 32. *c.* 35. *nu.* 1. Catena *de Offic. sancti. Inquisit. par.* 3. *tit.* 8 §. 1. *n* 8. *& in decis. Granat. post d.* §. 1. *nu.* 178. Surdus *decis.* 258. *n.* 7. Griuel. *decis.* 12. *nu.* 18. Camil. Borrel. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 3. *nu.* 294. Vela *dissert.* 25. *n.* 86. Mastil. *decis.* 246. *n.* 26. 40. *&* 46. *tom.* 3 Sperel. *dec.* 108. *n.* 42. Conciol. *resol. crim.* 24. *verbo Confessio, nu.* 19. Luca ad Franc. *dec.* 556. *n.* 6.

16 Rursus dicunt, quod etsi qualitas adjecta confessioni, non solùm habeat præsumptionem contra se, sed sit etiam admodum inverisimilis, contra confitentem tantum imponi potest pœna extraordinaria, Conciol. *d. resol. crim.* 24. *ver. Confessio, n.* 22. ubi id ipsum comprobat ex Thesau *dec.* 13. *per tot.* ubi de muliere, quæ confessa fuit peperisse filium mortuum, illum cecidisse in latrinam, vel sepelisse nesciendo esse gravidam, licèt illa qualitas adjecta confessioni esset admodum inverisimilis, post torturam ei illatam in pœnam extraordinariam fustigationis, & exilii fuisse condemnatam, quem sequitur Farinac. *in prax. q.* 122. *nu.* 156. Utsel. *concl. legal.* 7. *n.* 5. *to.* 1. Otalcus *dec.* 60. *tot.* Sperel. *dec.* 108. *n.* 41. Grivel. *decis.* 19. *in simili casu.*

17 Existimant alii contrarium, nempè quòd quando qualitas adjecta confessioni, non solùm habet præsumptionem contra se, sed est etiam admodum inverisimilis, contra confiten-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

firentem imponi potest pœna ordinaria, Fachin. *contr. jur. lib. 1. cap. 27. in fine*, Carena *de Offic. sanct. Inquisit. p. 3. tit. 8. num. 5.* (ubi dicit ita pluries in facto servatum, & quod si confessio à communiter accidentibus est verisimilis condemnatur reus ad pœnam extraordinariam, vel torquetur, prout arbitrabitur, Judicis prudentis arbitrio) recitat Conciol. *resol. crim. 24. ver. Confessio, n. 21.*

18 Comprobat Sanfelic. *decis. 228.* in casu decisо quem refert, ubi cum confessione qualificata, & indiciis, seu præsumptionibus adversus qualitatem, fuit inquisitus ad mortem damnatus, eandem decis. recitaverat Marin. *resol. lib. 1. c. 83. in fine*. Thoro *in compend. decis. par. 3. verb. Confessio rei inquisiti, pag. 196.* ubi refert præsumptiones, & inverisimilitudines, quæ urgebant contra qualitatem confessionis, quæ in favorem qualitatis ponderabantur, & tandem tradit reum condemnatum ad mortem.

19 Et ampliùs comprobatur ex Quessada Pilo *cont. forens. cap. 30.* tota, ubi de muliere asserente fœtum mortuum editum, & ex inverisimilitudine qualitatis confessionis, quia in dubio præsumitur fœtum editum in lucem, fuisse vitalem, & ex indiciis, quæ ibidem recitat, decisum tradit, *num. 62.* furcis ream suspensam, & antea *num. 39* respondit doctrinis Thesauri, & Grivelli citatis, ibi: *Nec doctrina Thesauri, & Grivelli ei arrisit, cum hi non simpliciter credant in dubio partum haud vitalem fuisse; sed ad excusandam matrem à pœna ordinaria, quando hæc illico, & absque involucro verborum fatetur, ac deponit abortum feciſſe, vel fœtum jam mortuum peperisse, ex qua spontanea, & simplici assertione dum alia indicia contra eam non urgeant, nequit pœna ordinaria affici*, nec ab his discedit idem Grivell. qui *in d. decis. 19. nu. 17.* alium simile casum refert, & ex indiciis aliam matrem pro infanticidio ream mortis declaratam tradit, ibi: *Aliter tamen post aliquot annos judicatum fuit, sed in facto non omnino simili: cum enim mulier quædam celata semper graviditate, partum tandem edidisset in lectulo suo, nullius mulieris implorato auxilio, illamque statim à partu inter scrinium, & parietem nudum occultasset, ubi mortuus paulo post repertus fuerat Senatus eam ultimo supplicio tanquam parricidii ream damnandam esse censuit, licèt non constaret (nisi conjecturis, & indiciis) fœtum vivum eam edidisse, diceretque se mortuum enixam.*

20 Alia est opinio, quod ex confessione qualificata, ad torturam deveniri potest Mastril. *decis. 246. num. 6.* Bajard. ad Clarum *in prax. q. 55. nu. 46. post princ.* ex magist. Bald. *in l. 1. num. 45. C. de confes.* Majorana *in opoprax. lib. 2. d. c. 4. n. 82.* ubi *num. seq.* subdit, posse reum qualitatem doli negantem si in probanda ea defecerit, ob hujusmodi confessionem quæstionibus, & torturæ subjici, ut absolutè, & præcisè, & non qualificatè respondeat, & in ver. *Nihilominus* allegat Carena *de Offic. sanctæ Inquisit. dict. tit. 8. par. 3. n. 10. & 11.* Grammat. *vot. 2. n. 4. & seqq* Ludovic. *decis. Lucen. 19.* Boet. *decis. 164. nu. 16.* Thesaur. *decis. 13.* Mart. *digest. to. 2. tit. de confes. c. 12.* Conciol. *resol. crim. 24. ver. Confessio nu. 24. & seq.* (ubi etiam recitat contrarium tenentes) quod ampliari docent, etiamsi negativa præcederet, ut puta non occidi, sed si apparet me occidisse, feci ad meam defensionem, vel inciplendo à conditione, ut si occidi ad defensam occidi, Guaz. *def. 32. cap. 35. n. 8. & 9.* Farinac. *in prax. d. q. 81. n. 142. & seqq.* Majorana *suprà citatus, n. 84.*

21 Cave tamen ab hac opinione in Cathalonia, quia non solent Rei torqueri quando dubiè respondent, sed continuatur dubia responsio, ut dicant non recordor, vel quando nihil respondent, minimè torquentur, sed carceribus strictioribus compelluntur, Pegu. *in prax. crim. cap. 12. §. 5. n. 16.* legitur tamen in libris conclusionum crim. quod die 28. Maii 1632. torti fuerunt duo Rei, quia recusabant præstare juramentum de veritate dicenda in facto alieno, & de mense Aprilis 1658. successit, quod N. Vessa de Arsias interrogatus à Magn. Petro Ant. Serra, R. Consil. meritissimo, quomodo vocaretur recusavit nomen suum dicere, & casu relato in Concil. Regio fuit conclusum, quod non torqueretur, sed strictioribus carceribus compelleretur, ad suum nomen proferendum, & ita fuit exequutum, & dictus Vessa suum propalavit nomen, & postea pro suis delictis fuit furca suspensus, videas per nos dicta, *in decis. 14. n. 13. & n. 41.*

22 Scribunt quidam, quoties reus confitetur delictum cum qualitate, & post adjectam qualitatem apponit clausulam, *& non aliter &c.* condemnari non potest ex hac confessione tantum, nec scindi potest confessio per fiscum à qualitate, Farinac. *in prax. d. q. 81. n. 148.* Guaz. *def. 32. c. 35. num. 8.* Ciriac. *cont. 505. nu. 35.* Vermigl. *cons. 347. num. 9.* & his laudatis Conciol. *resol. crim. 24. ver. Confessio, n. 11.* alios casus referunt citati in quibus confessio à qualitate scindi, non potest, videlicèt quando agitur de exequenda pœna contraventionali pro tregua facta, item in depositione testis, & alios videas ibidem signanter apud Guaz. *dict. def. 32. c. 35. n. 10. & 11.* de teste diximus, *dec. 7. n. 5.*

Alii referunt quod quando qualitas adjecta confessioni 23
justificatur aliunde ex probationibus, vel præsumptionibus, cum ad probandam defensionem sufficiant conjecturæ, præsumptiones, vel testes inhabiles, confitens nulla pœna venit puniendus, neque ordinaria, neque extraordinaria, Farinac. *in prax. d. qu. 81. num. 169.* Cabal. *res. crim. cas. 254. nu. 10.* Conciol. *d. resol. crim. 24. ver. Confessio, n. 12.* Thoro *in compend. decis. par. 3. ver. Confessio Rei inquisiti*, Sanfel. *lib. 2. decis. 228. n. 9.* in contrarium eo in casu intrare pœnam extraordinariam censet Fachin. *cont. jur. lib. 1. cap. 27. in fine, ut in casu decis.* Mastril. 246. ubi uxor inquisita de tonsione, & diminutione monetæ, confessa fuit cum qualitate, quod ex mandato, & metu viri monetas tondebat, & quia in defensionibus apparuit, quod vir erat persona rigorosa, & quasi in uxorem tyrannus, & econtrà mulier persona timida, & obediens viro, fuit in exilium mulier damnata per annos quinque, prout de confessione homicidii ex metu viri facti, metu justificato extraordinariè esse puniendam inclinasse Senatum inquit Thesaur. *lib. 3. qu. forens. c. 46.* notat Hodierna ad Surdum *decis. 258. n. 7.*

Docent omnes quod quando de delicto constat aliter, 24
quàm per confessionem rei, scindi potest confessio, & si plenè, & legitimè de eo constat aliundè per concludentes probationes, condemnari potest confitens pœna ordinaria, Farinac. *in prax. d. qu. 81. n. 123.* Guaz. *def. reor. 52. d. c. 35. n. 1.* Carena *de Offic. sanct. Inquisit. in dec. Granat. post §. 1. par. 3. tit. 8. nu. 78.* Cabal. *resol. crim. d. casu 254. n. 2.* Luca *ad d. dec. Franc. 556. n. 6.* Scialoya *in prax. torq. reos, c. 1. n. 14.* Conciol *res. crim. 24 ver. Confessio, n 23. in notis, n. 17.* Marta *digest. tom. 2. tit. de confes. cap. 12.* quæ opinio nullum habet contradictorem.

Prout etiam quando qualitas fuit adiecta confessioni ex 25
intervallo, quo in casu potest scindi confessio, quoad pœnam ordinariam, Farinac. *in prax. d. qu. 81. num. 164. & cons. 125.* Guaz. *d. def. 32. cap. 35. num. 5.* Conciol. *ver. Confessio, d. resol. 24. num. 23.* Luca ad Franc. *dict decis. 556. n. 6. in fine.*

Quædam est opinio, quam suscitat Majorana *in opoprax.* 26
crim. lib. 2. d. c. 4. num. 80. ubi ex Bellis *var. lib 2. qu. 21. n. 5.* arbitrio Judicis considerandum reliquit, quando qualitas in confessione sit admittenda, vel rejicienda, & an pœna extraordinaria confitens puniendus veniat, attentis facti circumstantiis, & personarum conditione, Menoch. *de arbitr. qu. 77. n. 5.* an pœna ordinaria, si criminis atrocitatem, vel aliam causam pœnæ mitigationem impedientem animadvertat, allegat Decium *in l. Si fugitivus in fine, C. de ser. fugit.* Ripa *in c. Inter cæteras, n. 59. de rescrip.* Menoch. *de arbit. q. 85. n. 3.* & ibi: *Quod fuit consideratum in causa relata per Sanfelic. dec. 228. & latè Thoro in comp. dec. par. 3. tom. 1. ver. Confessio inquisiti facta cum aliqua qualitate, & Marinis resol. 83. aliquando namque pœna exasperatur ob nimiam delicti immanitatem ab æquitateque receditur, R. Sanfel. decis. 234. n. 4.*

An confessio qualificata possit in civilibus dividi, & re- 27
jecta qualitate probet plenè contra confitentem, tractant Surdus *decis. 258.* ubi Hodierna, latè Grat. *discept. forens. c. 339.* Marta *cons. 133.* Ripoll. *de consult. Legis Maris, cap. 9. n. 30.* Caldas *de empt. cap. 19 n. 36. cum seqq.* Rosa *consult. 57. nu. 8.* & de differentia in hac re inter judicium civile, & criminale, Buccar. *de different. inter judic. civil. & crim. diff. 40.* Fabet *in C. lib. 7. tit. 24. de conf. d-f. 1.* Joan. Anton. Ab Ecclesia *in observ. Senat. Pedem. observ. 63. tota.*

In re tam dubia, quid consilii capiam? ignorarem utiq; 28
si præcepta à Senatu nostro impensa nobis non essent, quæ extra, nil agam; sed ea ultrà, decidenda relinquam in comperto apud nostros est. Primò quod in criminalib. confessio qualificata scindi potest. Secundò, si per concludentes probationes aliunde, & extra confessionem de delicto constat, potest confitens puniri pœna ordinaria, prout existimo certum esse ad pœnam ordinariam posse deveniri, quando qualitas fuit adjecta confessioni ex intervallo. Tertiò, si per indicia (in casibus quibus potest ad pœnam ordinaria in

Sena-

Senatu ex indiciis deveniri, prout latè *decis.* 41.) de delicto aliter quam per confessionem constat potest confitens puniri pœna delicti ordinaria. Quarto, pro vera observamus doctrinam Abbatis *in cap. Auditis*, 15. *de præscript. nu.* 32. quod ex sola confessione qualificata confitens non potest puniri pœna ordinaria delicti, sed tantum extraordinaria.

29 Ex unica, & explorata ratione, quia nil dubitationis habet, quod illa confessio qualificata, non est pura, simplex, & absoluta; sed modificata: unde probatio delicti redditur dubia, conditionalis, incerta, & illa confitens magis negare videtur, quam aliquid contra se fateri ad favorem adversarii, notat Baldus *in l. Non codicillos, num.* 2. *de codicil.* Mascat. *de probat. l.* 2. *concl.* 867. *n.* 8. *& seq.* Sperel. *dec.* 108. *n.* 43. Et meritò sic contra confitentem non debet imponi pœna ordinaria, quæ requirit concludentes, & certas probationes: quam rationem etiam magistraliter assignavit Ant. Gomez *var.* 3. *c.* 3 *nu.* 26. Subdens, quod ista est vera, & perfecta declaratio, & intelligentia hujus articuli.

30 Quin obstare videantur rationes tenentium, cum sola confessione qualificata, inquisitum puniri pœna ordinaria delicti; non prima, quia lex præsumit contra delinquentem, *ex l.* 1. *C. ad leg.* Cornel. *de Siccar.* & sic non est capienda præsumptio in favorem confitentis; nam respondetur, quod illa ratio est fallax, & nimis generalis, & omni delicto quadrat, & cum illa juris præsumptione veniret semper delinquens puniendus pœna delicti ordinaria, nisi casu quo per contrariam, præsumptionem aliam elideret, quando patet, quod ut possit homicida puniri pœna ordinaria, non sufficit illa doli præsumptio, sed requiritur quod probetur qualitas homicidii, ut puta si prætendatur appensatè commissum, fiscus, sive actor probare tenetur qualitatem animi deliberati, quia in dubio non ex proposito, & animo deliberato, sed in rixa, casu, & de improviso perpetratum præsumitur; cum semper per minus delictum præsumendum sit, nec tunc homicida plectitur pœna ordinaria, sed extraordinaria tantum, R. Cortiada *decis* 98. *n.* 29. *& seq. & nos decis.* 39.

31 Non secunda ratio obstat, quod si hæc opinio admitteretur, tutissima, ac facilis cautela delinquentibus præberetur ad vitandam criminis dignam pœnam, ac fieret fraus Reipublicæ, cujus interest delicta puniri; quia respondetur, quod hæc ratio non concludit pro pœna ordinaria, ac etiam, quod posset inquisitus alia cautela faciliori uti, delictum omnino negando, & à pœna liberaretur, & majus sic inferretur Reipublicæ damnum, cum delictum omninò remaneret impunitum, quod non evenit, quando pro confessione qualificata confitens extra ordinem punitur.

32 Non tertia ratio, nempè quod confitens tenetur probare qualitatem, quia est fundamentum suæ defensionis, aliàs confessio remanet pura, quia respondetur reum teneri qualitatem probare, ut à pœna delicti omninò liberetur, si qualitas est exclusiva delicti (prout ita intelligo DD. supra allegatos) at verò quod non ideò remanet pura confessio, quia qualitas à confitente non fuerit probata, quia illa confessio est ab initio dubia, & incerta ex Gomez *d. lib.* 3. *c.* 3. *nu.* 26. contra quam insurgere debet fiscus, vel actor, ut imponi possit pœna ordinaria, quæ requirit certas, & concludentes probationes; ex quibus concludirur certam esse sententiam à nostratibus amplexam, ex sola confessione qualificata solùm extra ordinem posse inquisitum puniri.

33 Quintò in illa quæstione, si qualitas adjecta confessioni habet indicia contra se, vel in illa, si qualitas habeat præsumptionem contra se, & sit etiam admodum inverisimilis; an possit scindi confessio à qualitate, & confitens puniri possit pœna delicti ordinaria, observavi in duobus casibus terminatam fuisse quæstionem. Primò contra Margaritam N. viduam, inquisitam de infanticidio, judicialiter confessam partum mortuum edidisse, & licèt contra eam urgebant illa indicia. Primò, quia semper partum celavit. Secundò, quia in partu nullas obstetrices convocavit. Tertiò, quia in præsepio infantem enixa fuit, & in eum locum illum mortuum occultasse, fassa; & alia considerabantur adminicula. His non obstantibus (maximè considerato quod apud nos in his delictis mulieres non solent condemnari ad sustigandum, nec sic potuit pœna extraordinaria condigna practicari) ref. Mag. Vincentio Sabater, I.R.C. die 29. Martii 1683. fuit condemnata ut subjiceretur quæstionibus, & tormentis non ut liberè fateretur, quod dubiè fassa fuerat, sed ad eruendam veritatem, & quia vicit in tortura, fuit liberè relaxata.

Secundò contra Paulum N. confessum judicialiter occidisse uxorem suam inventam in crimine flagranti cum homine, quem ipse non cognovit, & non obstante, quod aliqua indicia fuerunt contra reum ponderata, quæ resultabant ex inquisitione, & bona qualitas occisæ esset probata, quia tamen in defensam inquisitus fovendo qualitatem, probavit antiquo tempore mulierem adulterasse, & semel malus semper præsumitur esse malus in eodem genere mali, *cap. Semel malus de reg. jur. in* 6. fuit uxoricida extra ordinem punitus, quia ei admissum, fuit pactum serviendi in Regiis triremibus remigando per septennium conclusione sequuta in R. C. die 8. Julii 1683. ref. Nob. S. Narciso de Anglasell tertiæ aulæ D. pro Nob. S. Francisco de Cancer I.R.C. absente. 34

Censeo tamen in hac re, quando contra qualitatem confessionis adsunt indicia, vel præsumptiones, & qualitas est inverisimilis, quod indicia, & præsumptiones non debent esse taliter vehementia, ut cum eis solum, & præter confessionem posset deveniri ad pœnam ordinariam (in Senatu per indicia condemnatur ad pœnam ordinariam delictis, prout declaratur *in decis.* 41. latius) at verò præsumptiones, & indicia debent esse efficacia, & non levia contra qualitatem confessionis, ut possit rejecta qualitate ad pœnam ordinariam deveniri, notat Thoro *in compend. dec. par.* 3. *ver. Confessio Rei inquisiti, pag. mihi* 197. Censeo inde considerare Judicem oportere, indiciorum efficaciam, qualitatem personæ confitentis, & atrocitatem delicti, & alia quæ impediunt mitigationem pœnæ, ut doctè animadvertit Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *d. c.* 4. *n.* 80. 35

Et in hanc partem pondero *decis. Lucen.* 19. Josephi Ludovici, quam recitat Marta *digest. tom.* 2. *tit. de confess. cap.* 12. ubi de confesso cum qualitate, qui aliunde præter confessionem convictus non aderat, sed contra ipsum urgebat aliqua juris præsumptio, sive semiplena probatio, & pro explicita veritate habenda torquendum esse judicatum fuit; prout nos judicavimus in casu controverso suprà allegato, non ad præcisè, & sine qualitate respondendum, sed ad eruendam veritatem, non tormentis levibus, sed acribus, cum quibus rea indicia purgavit, & fuit liberè relaxata. 36

Nec contra hanc prolatam opinionem nostram obstant placita DD. existimantium quod etiamsi contra qualitatem confessionis extent indicia, non ideò potest reus confessus, pœna delicti ordinaria puniri, quos citavimus suprà *num.* 15. Quia respondetur, ea non procedere in nostro Senatu in casibus quibus per indicia indubitata deveniri potest ad condemnandum Reum ad pœnam ordinariam, ut latiùs de his loquimur *in decis.* 41. *hujus* 1. *par.* benè verò procedent in illis in quibus per indicia indubitata ad pœnam ordinariam criminosus puniri non valet, nam in his, quamvis qualitas confessionis sit inverisimilis, & contra eam insurgent indicia gravia, tantùm confessus poterit puniri pœna extraordinaria gravi, & acriori, Sperellus *dec.* 108. *num.* 42. *cum pluribus seqq.* Propterea cum in Curiis ordinariis inferiorum hujus Principatus nunquam per indicia indubitata possit inquisitus puniri pœna delicti ordinaria, ut dicimus in citata *decis.* 41. ideò in Curiis inferioribus, etsi contra qualitatem confessionis laborent indicia, & urgentissimæ præsumptiones, etiamsi indicia indubita forent, & confessionis qualitas esset inverisimilis, non potest confessus condemnari ad pœnam ordinariam, sed tantum ad extraordinariam gravem. 37

Et ratio illa esse videtur, ut tradit Thoro suprà citatus, quia si requirerentur plenissimæ probationes, elusoria quæstio esset, an confessio scindi possit, quia per illas probationes condemnaretur, *l Qui sententiam, C. de pœn.* & Doct. sequentes Abb. loquuntur, quando nulla adessent indicia, sed sola confessio esset, secus tamen indiciis, aut præsumptionibus existentibus, & ita in terminis loquitur Bald. *in l. Non verisimile, ff. quod met. caus. & in l. Excipiuntur ad Syllan.* dicendo, quod ex pluribus indiciis, & argumentis quis condemnari potest, cum ex illis plena oriatur probatio, cujus opinionem sectantur Marsil. *in d. l. Repeti num.* 24. *in fine.* Addit. ad Farinac. *conf.* 82. *lit. A.* Guaz. *in d. def.* 32. *cap.* 1. *nu.* 4. quinimò ad propositum Bertaz *conf.* 42. *n.* 4. censuit confessionem extrajudicialem plene probare, quando concurrerent aliæ conjecturæ, & præsumptiones, Ciazzius *in tract. de conf. Rei contra fiscum, c.* 2. *n.* 22. & fortiùs hoc erit attendendum, quoties delicta essent gravissima, & atrocia, in quibus regulæ juris exceduntur Jas. *in l. Licet, C. de prec. Imp. offer.* Innocen. *in cap.* 1. *de const. extent. in l. Aut facta, §. fin. de pœn.* 38

l. 3. Cod. de Episcop. Aud. quæ sunt verba I. Bapt. Thoro *in compend. decis. part. 3. verb. Confessio inquisiti pagin. 179. verb. Et ratio illa esse videtur.* Aliàs opiniones suprà in hac recitatas, in Senatu, non etiam dispunctas, & decisas, dinumeravi pro materiæ indagine si casus eveniat.

DECISIO XXII.

ARGUMENTUM.

Quæ requisita debeant continere articuli, qui pro Reo in defensionem allegantur ad obtinendum revocationem confessionis judicialis sponte factæ, ubi de causis, quibus revocatur confessio plenissimè agitur.

SUMMARIUM.

1 *Factum.*
2 *Dubia.*
3 *In articulis defensionalibus illa verba, dicant testes, sunt delenda, ubi rationes assignantur.*
4 *Confessio judicialis in effectu revocatur introducendo defensionem, & allegando actus confessioni contrarios.*
5 *Exponendo in articulis rem aliter se habere, quàm fuerat confessata, revocatur confessio.*
6 *Confessio judicialis sponte facta de delicto, revocari potest etiam quandocumque, & ex intervallo, docto tamen de errore confessionis, declaratur infrà.*
7 *Confessio jurata revocari potest ex intervallo, docto de errore, declara infrà.*
8 *Etiamsi confessio fuerit geminata, repetita, & ratificata, declara, ut infrà.*
9 *Etiam post conclusum, in causa appellationis potest revocari confessio, docto de errore, ut infrà.*
10 *Etiamsi plura indicia præcesserint, & etiamsi præcesserit alia confessio extrajudicialis, vide infrà.*
11 *Confessio extorta per torturam, & ratificata potest etiam docto errore revocari, & infrà n. 16. & vide ulterius infrà.*
12 *Et ad effectum probandi errorem confessionis sufficiunt conjecturæ, præsumptiones, vel indicia.*
13 *Infertur ratio dubitandi ex præmissis.*
14 *Confessio judicialis, ut confitenti noceat, debet esse certa, de delicto certo, cum præcisione loci, temporis, & aliarum circumstantiarum.*
15 *Observantia nostra recipiendi in defensam testes incarceratos, procedit quando pro parte fisci super substantialibus delicti, extat efficax probatio.*
16 *Decisio, & latius infrà.*
17 *Confessio erronea incontinenti, id est, in eodem examine, antequam reus à Judicis præsentia recedat, potest etiam non docto de errore revocari.*
18 *Confessio per torturam extorta potest revocari, etiam non docto de errore, antequam fuerit ratificata, & an iterum reus sit torquendus.*
19 *Confessio facta per Advocatum inquisiti potest revocari, nec requiritur probatio erroris.*
20 *Confessio judicialis propriò ore facta deliberatè, sine tortura, & sponte, ut ex intervallo possit revocari, tria concurrere debent, primum ipsa revocatio, secundum quod debeat in specie error probari, tertium quod constet de causa erroris, non igitur solum sufficit probare rem aliter se habere, quia quis id facile probare posset, & numquam esset dare Rei finem, sed requiritur, quod causa erroris probetur, & nu. 21.*
22 *Practica revocandi tunc confessionem judicialem exploratius traditur.*
23 *Conclusio Senatus.*
24 *Respondetur doctrinis contrariis.*
25 *Causa quæ probari debent pro revocanda confessione, sunt metus, ignorantia, oblivio, ira, fatuitas, mens non sana, & persuasio.*
26 *Metus, ut relevet requiritur quod sit justus, probabilis, necessarius, & cadens in constantem virum, nec sufficit, quod in genere probetur, nisi etiam in specie probetur qualitas metus illati.*
27 *Metus tormentorum in confessione facta debet in specie allegari, & quæ considerandæ sint ad metus probationem.*
28 *Cum metu debet concurrere alia causa probabilis, ut confessio possit revocari.*
29 *Et quando allegatur aliqua causa, ultra metum, quomodo ea debeat probari.*
30 *Si confessio per probationem metus redditur dubia, poterit reus torqueri, vel aliqua pœna extraordinaria puniri.*
31 *Causa revocandæ confessionis est ignorantia, qualis est illa, qua rustici, & imperiti homines laborant, qui os aperiunt, & nesciunt quid dicunt, vel illiterati, idiota, & grossus, vel interdum urbici, quod explicatur.*
32 *Ignorantia in virum sagacem, & versutum non cadit.*
33 *Ignorantia cadit regulariter in facto alieno.*
34 *Ignorantia non debet esse crassa, & supina.*
35 *Oblivio est causa revocandæ confessionis, & idem dicitur de ea, quod dictum est de ignorantia, & quomodo oblivio inducatur.*
36 *Ira impedit animum ne possit tenere verum, & equiparatur furori.*
37 *An ira sit sufficiens causa revocandæ confessionis, enodatur.*
38 *Persuasio an sit causa justa revocandæ confessionis, enodatur.*
39 *Quis effectus sequatur, probata una causa sufficienti ad revocandam confessionem.*
40 *Quando est locus revocationi, quilibet pro suo interesse admitti debet, ut pater, filius, consanguineus, & amici confitentis, sed quod debeat fieri à confitente, vel ab habente speciale mandatum confitentis traditur, & ad tollendum difficultates, caveat causa defensor, ut illa revocatio fiat per ipsummet confitentem.*
41 *Confessio negativa de facto proprio, ut in teste super negativa absoluta de facto proprio, ut probet non requiritur quod sit coarctata loco, & tempore.*
42 *Confessio partis prævalet testium depositionibus.*
43 *Caveat Judex ne admittat revocationem confessionis, absque aliqua oblatione de probando errore, cum aliis requisitis ne posset hinc dici, quod ex quo reus sit admissus ad probandam suam innocentiam per testes, illam probando debeat absolvi.*

INquisitus de nece proditoriè, & appensatè commissa, ad Judicis interrogationem respondit, non esse inimicum invasi, imò pro amico eum habere, quia se consalutabant, & inter eos rixa, aut verba aliqua, non adfuerunt, quæ ad odium valerent eosdem adducere; At in defensam exposuit articulos, se referentes ad testium recipiendorum dicta; articulos pariter confessioni contrarios, videlicèt quod una hora ante scelus perpetratum insultatus adivit domum suam, & interloquendo super solutione cujusdam quantitatis à se illi debitæ, in atrio domus passa fuerunt verba iracunda, deambulantibus per vicum nota, & ampliùs invasus minas eum excidendi intulit, incitatoria verba in grave ipsius dedecus ejiciendo, ac ulteriùs in hora commissi delicti, in loco necis, ex gestu invasi fuit provocatus, & in justo terrore constitutus ne invaderetur. 1

Super admissione articulorum tria fuerunt proposita dubia. Primum circa primos an forent repellendi ex quo continebant verba incerta, & generalia. Secundum an contrarii confessioni judiciali forent admittendi. Tertium an in omni casu testes super illis deberent carcerati recipi, tamquam de fallo suspecti. 2

Primo dubio absque hæsitatione aliqua fuit dictum, in articulis verba, *dicant testes*, & alia verba, *y altres consemblants paraulas, com diràn los testimonis ministradors*, esse delenda, prout in effectu ea delere mandavit Senatus per alterum ex Regiis scribis mandati, insequendo conclusionem in R. C. factam, quæ infrà Kalendatur, fundamenta fuerunt, quæ antea punctim observaverat cum Regio Concilio, Fontanell. *decis.* 374. tota, & pluries in nostro Regio Concilio, de meis temporibus admissa, ex quo articuli, seu positiones continebant verba dubia, & generalia non clara, & specifica, prout requiritur, & 3

notat

notat Bellamera *decis.* 120. Ursel. *conclus. legal.* 168. *n.* 99. & quia ut docet Fontanella citatus ex verbis illis, *dicant testes*, invitebantur testes ad dicendum, quidquid voluissent, licèt nec positum, neque explicatum esset per partem absque metu reprobationis.

4 Circa secundum dubium, quoad admissionem articulorum, qui impugnabant confessionem judicialem inquisiti, magna fuit exposita controversia, & eos esse admittendos ad probandum per testes apparebat, quia etsi verbis expressis non revocasset inquisitus confessionem judicialem, eam tamen in effectu revocavit, introducendo defensionem, & allegando actus confessioni contrarios, ut voluit Baldus *in l. Eum qui* 30. *sub n.* 2. *post ver. Ex hoc videtur*, *ff. de reg. jur. & in l. ea quæ*, *nu.* 23. *C. de condict. indeb.* observat Cabal. *resol. crim. cas.* 56. *num.* 28. *& nos dicimus decis.* 20. *n.* 22.

5 Et exponendo in articulis rem aliter se habere, quàm fuerat confessata, allegavit confessionis errorem, probat Alexandr. *consil.* 802. *num.* 8. *vol.* 1. Roland. *consil.* 69. *num.* 48. *vol.* 3. Craveta *consil.* 157. *num.* 7. *& cons.* 188. *num.* 9. Macerat. *lib.* 3. *resolut.* 21. *num.* 3. quod procedit etiamsi agatur de facto proprio, Craveta *d. consil.* 157. *nu.* 8. *& consil.* 188. *nu.* 10. Natt. *consil.* 630. *n.* 11. *& consil.* 674. *n.* 13. Farinac. *in prax. q.* 81. *nu.* 343. Macerat. *d. resol.* 21. *n.* 3. cuncta hæc tradit Guaz. *def. reor.* 32. *c.* 12. *n.* 2. *ver. Necnon*.

6 Quando certum est, quod confessio judicialis sponte facta de delicto, revocari potest etiam quandocumque, & ex intervallo docto tamen de errore confessionis, Clarus *in pract.* §. *fin. qu.* 55. *num.* 18. *& qu.* 65. *nu.* 2. Farinac. *in prax. d. qu.* 81. *nu.* 315. *&* 335. *& cons.* 16. *in princ. lib.* 1. Cabal *resol. crim. cas.* 186. *in princ. cent.* 2. Carena *de Offic. sanctæ Inquisit. par.* 3. *tit.* 8. *n.* 52. Conciol. *ref. crim.* 18. *num* 4. *ver. Confessio*, R. Math. *de reg. Regn. Valent. c.* 8. §. 4 *nu.* 25. Argel. *de adq. poss. qu.* 2. *art.* 12. *tot.* Guaz. *def. reor.* 32. *c.* 10. *n.* 1. *& c.* 12. *tot. ubi n.* 8. ait, quòd caveat Advocatus, ut deducat talem errorem, seu causam erroris, quæ cadat in latam culpam.

7 Quæ procedunt in confessione jurata, quæ etiam revocari potest ex intervallo docto de errore, Bajard. ad Clar. §. *fin. qu.* 55. *num.* 61. *& seq.* Cevallos *in com. qu.* 652. *in princ.* Mascard. *de probat. concl.* 345. *nu.* 39. *lib.* 1. Gomez *var.* 3. *c.* 1. *num.* 66. ubi Ayllon, Farinac. *in prax. d. qu.* 81. *nu.* 319. Guaz. *d. def.* 32. *cap.* 10. *sub num.* 1. Giurba *d. cons.* 16. *n.* 5. Conciol. *d. ref. crim.* 18. *ver. Confessio*, *n.* 4.

8 Ac etiamsi confessio fuerit geminata, repetita, & ratificata, Clarus § *fin. qu.* 64. *ver. Sin autem reus in fine*, Cart *in pract. inter reos*, *lib.* 4. *c.* 2. *n.* 26. Cabal. *d. cas.* 186. *n.* 2. Farinac. *d. q.* 81. *n.* 324. Addent. ad eumdem *cons.* 346. *lit. F.* Guaz *d. def.* 32. *c.* 10. *nu.* 1. *vers. Imò etiam*, Giurba *d. cons.* 16. *n.* 5. circa medium, Conciol. *d. resol. crim.* 18. *n.* 5. *verb. Confessio*.

9 Prout etiam post conclusum, in causa appellationis potest revocari confessio docto de errore, Bajard. ad Clar. *qu.* 55. *n.* 17. Addent. ad Farinac. *cons.* 16. *lit. A. lib.* 1. *& in prax. de reo conf. d. q.* 81. *nu.* 327. *& qu.* 101. *num.* 151. Guaz. *d. def.* 32. *c.* 10. *n.* 3. Carena *de Offic. sanct. Inquis. par.* 3. *tit.* 8. *n.* 52. Giurb. *d. cons.* 16. *sub nu.* 5. Conciol. *d. resol. crim.* 18. *n.* 8.

10 Et revocari potest docto de errore, confessio, etiamsi plura indicia præcedant, Farinac. *in prax. d. qu.* 81. *num.* 330. *& seqq.* Addent. ad eumdem Farinac. *dict. consil.* 16. *lit. C. lib.* 1. Guaz. *d. def.* 32. *c.* 10. *nu.* 4. ubi idem scribit etiamsi præcesserit alia confessio extrajudicialis, Carena *de Offic. sanct. Inquisit. d. par.* 3. *tit.* 8. *num.* 52. Conciol. *d. ref. crim.* 18. *ver. Confessio*, *n.* 8.

11 Hæc etiam procedunt in confessione extorta per torturam, & ratificata, quia etiam illa docto de errore potest revocari per confitentem, Boss. *in prax. tit. de confes. n.* 59. *& seq. & tit. de tortura*, *num.* 49. Clarus *in prax.* §. *fin. q.* 55. *n.* 18. *& q.* 64. *n.* 44. Cabal. *d. cas.* 186. *num.* 4. Farinac. *in prax. d. q.* 81. *nu.* 346. Guaz. *def.* 32. *d. c.* 10. *n.* 6. *& seq.* Giurba *cons.* 16. *nu.* 6. Conciol. *d. ref. crim.* 18. *ver. Confessio*, *nu.* 9.

12 Et ad effectum probandi errorem confessionis sufficiunt conjecturæ, præsumptiones, vel indicia, non etiam requiritur plena probatio, quia quod probatio per præsumptiones, & conjecturas favore defensionis habeatur plena probatione, docent Farinac. *in prax. dict. quæst.* 81. *num.* 339. *& seq.* Guaz. *d. def.* 32. *cap.* 12. *num.* 6. Giurba *cons.* 16. *n.* 7. Conciol. *d. resol. crim. verb. Confessio*, *resol.* 18. *nu.* 10.

Hæc omnia probant admittendum esse inquisitum ad probandum errorem confessionis, quia plenissimè ex suprà ponderatis Doctorum auctoritatibus constat posse revocare confessionem, docto de errore, quem probare valebit per admissionem articulorum, qui aliter se rem haberi, quàm quod fuit confessata, demonstrant. 13

Circa ultimum dubium allegabat inquisitus, quod etiam testes recipiendi super confessionis errore probando, non debebant incarcerari; tum quia ut suprà habetur, permissum sine ullo obstaculo ei videtur; tum etiam quia confessio judicialis rei in casu controverso, fuit nimis vaga, & confessio judicialis, ut confitenti noceat debet esse certa, de delicto certo, cùm expressione loci, temporis, & aliarum circumstantiarum, Farinac. *in prax. d. qu.* 81. *num.* 31. Carena *de Offic. sanct. Inquisit. tit.* 8. *par.* 3. §. 9. *sub n.* 49. Guaz. *def. reor* 32. *c.* 1. *n.* 3. *ver. Ac etiam, & ver. Ac etiam debet esse specifica*, Conciol. *ref. crim.* 16. *ver. Confessio*, *n.* 3. Pegu. *decis.* 17. *n.* 3. Buccard. *de diff. inter judic. civil & crim. diff.* 34. *n.* 6. 14

Unde sic, cum pro fisco, ex confessione illa tamquam incerta, vaga, & sine loci, & temporis præfinitione ulla non resultaret probatio, nequibat affirmari testes impugnantes illam confessionem posse de falso suspectos esse, nam observantia nostra recipiendi testes incarceratos, procedit, quando pro parte fisci super substantialibus delicti, extat efficax probatio, quam per contrarios testes intendit Reus destruere, secus autem quando insubsistens est (prout in casu) & nullius momenti, de hac re agimus, *decis.* 8. 15

At his minimè refragantibus apparuit secundo dubio respondere, quod articuli contrarii confessioni judiciali inquisiti repelli, & deleri ex integro debebant, & fuit consideratum. 16

Quod non versamur in confessione cujus revocatio prætenditur incontinenti quo fuit emanata, nam hæc uti erronea revocari potest, etiam non docto de errore, & incontinenti dicitur revocatio fieri nedum anteaquam confessio redigatur in scriptis, sed etiamsi postquam fuerit redacta in scriptis fiat in eodem examine anteaquam reus à Judicis præsentia recedat, vel meliùs id remittitur Judicis arbitrio, qui confessionem revocatam incontinenti judicabit ex quantitate temporis, & ex qualitate facti intricati. Farinac. *q.* 81. *nu.* 348. Carena *de Offic. sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 8. *n.* 51. Anton. *de temp. leg. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 3. cum allegatis, quos sequitur Conciol. *resol. d. crim.* 18. *n.* 1. Guaz. *def.* 32. *d. c.* 12. *n.* 9. 17

Prout etiam confessio per torturam extorta potest revocari etiam non docto de errore, anteaquam fuerit ratificata, Caval. *de Brac. reg. par.* 3. *n.* 226. Sousa *in aphor. inquisit. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 55. Castro Palao *in opere moral. tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 16. §. 1. *nu.* 3. Carena *de Offic. sanctæ Inquisit. par.* 3. *tit.* 8. *nu.* 54. Guaz. *def.* 32. *cap.* 12. *num.* 9 *in fine*. Conciol. *dict. resol. crim.* 18. *ver. Confessio*, *num.* 2. *& ver. Tortura resol.* 19. *num.* 1. *cum seq.* Crusius *de indic. par.* 1. *cap.* 60. apud quos agitur; an tortura tunc repeti possit, ex quo reus revocavit confessionem factam in tortura. 18

Nec sumus in casu, quo confessio fuit facta per Advocatum inquisiti, quia in Advocato non requitur probatio erroris, Farinac. *in cap. Causam*, *num.* 3. *de appellat.* Caval. *de Brac. reg. par.* 3. *num.* 207. (qui secus esse ait in confessione Procuratoris, nisi Procurator de errore doceat, *cap. fin. de Confess.* ubi Gonzalez Tellez, & alii rem declarant) Crusius *de indic. par.* 1. *cap.* 47. *num.* 18. nec in minore, qui restituitur adversus confessionem, etiam non docto de errore, Clar. *in* §. *homicidium*, *num.* 10. Grach. ad eumdem Clarum *qu.* 55. *lit. F. in princ.* Guaz. *def.* 32. *cap.* 12. *n.* 3. 19

Sed versamur in confessione judiciali proprio ore facta, deliberatè, sine tortura, & sponte, cujus revocatio fieri prætenditur ex intervallo, quo in casu indubitatum est, quod tria concurrere debent ad effectum revocationis. Primum ipsa revocatio. Secundum, quod debet in specie error probari. Tertium quod constet de causa erroris; non igitur solùm sufficit probare rem aliter se habere, quia quis id facilè probare posset, & nunquam esset dare rei finem, sed requiritur, quod causa erroris probetur, Caval. de Brac. *reg. par.* 3. *n.* 108. *& seq.* (*& antea n.* 207. ubi quod causa debet esse specifica, possibilis verisimilis, & probabilis.) Farin. *in prax. d. q.* 81. *n.* 344. Guaz. *def.* 32. *d. c.* 12. *n.* 7. Giurba *cons.* 16. *n.* 11. quos recitat Conciol. *ref. crim.* 18. *ver. Confessio*, *n.* 12. 20

Quæ

21 Quæ adeò verà sunt, (& cum his terminata fuit disputatio) ut revocans confessionem non sit audiendus, nisi alleget errorem, & causam erroris, ut scribit Caval. *de Brac. reg. par.* 3. *num.* 208. & 209 ibi: *Ideò in facto proprio quis non est audiendus post perfectam confessionem volens probare rem aliter se habere, nisi prius doceat, de legitimo errore cur fassus sit Bos. in tit. de confes. num.* 34. & 64. *Clar. quæst.* 55. *sed potest probare tale quid, quod stare possit cum dicta confessione, ut puta si confessus sum hoc propter timorem tortura, vel propter oblivionem, vel quia nesciebam, quid dicerem, vel ira mentem impedivit, & hæ excusationes sint verisimiles Soc. reg.* 64. 65. & 66. *vide Donat. in lib. reg. de indic. in verb. Confessio, & Marsil. sing.* 257. & *sing.* 339. *Benè advertendo ad subornationem testium in hac specie revocandæ confessionis valdè usitatum.*

22 Et exploratius practicam in hac re tradit idem Caval. *d. par.* 3. *n.* 223. ibi: *Quando igitur quis vult revocare suam confessionem, vel pratextu erroris, vel aliter per aliquam ex supradictis causis, practica est, ut Advocati, seu Procuratores reorum scripturam componant in qua dicant, quod etsi, N. confessus est tale delictum, & postea ratificavit, nihilominus erravit, & errasse se dicit, & protestatur, verum, quia defensionem, seu excusationem suam citius parare nequivit, nunc est paratus, & se offert probare per testes errorem suæ confessionis, & præcipuè dixit confessum fuisse metu tormentorum, vel quia ignorabat quid diceret, vel sensu carebat, vel quia non recordabatur, vel quia ira impeditus fuit, & his similibus causis, vel una earum deductis in specie, & non in genere, ut dixi, debet assignari terminus probatorius, alioquin si quis tantummodo dixerit revocare confessionem suam ex intervallo, & non allegaverit errorem in specie, sed tantum in genere succumbet, & non audietur, & in hoc incauti Advocati decipiuntur cum primum* [*revocatione simpliciter facta*] *statim formant capitula probatoria directo contraria confessioni, sine ulla erroris præfatione, & ut dicitur jungunt plaustrum ante boves. Alii formant scripturam in qua tantummodo dicunt reum revocare confessionem, & velle per torturam sustinere contrarium, & isti pariter decipiantur per ea, quæ suprà dixi num.* 220. *& optimè tenet Bossius in tit. de confess. sub num.* 65. & 79. *ver. Sed difficultas ubi num.* 80. *dicit quæstionem juris non debere esse in arbitrio rei, per testes igitur, & non per torturam est defensio facienda Addit. ad Bertaz. cons.* 103. *Mascar. de prob. conc.* 637. *& in casu præcedenti capitula non sunt admittenda, quoniam negativa est ipso jure improbabilis, DD. in clem.* 2. *de test. Hercul. tract. de negat. in princip. dixi in pract. de testibus* 3. *par. num.* 111. *Masc. de probat. concl.* 70. *unde si quis confessus est delictum, de quo constat, non potest capitulare, non fuisse commissum tale delictum, de quo quæritur, nec potest, sine præfatione statim articulare, illud non fuisse, vel si quis dedit mandatum ad delinquendum, & confessus sit se verè dedisse mandatum, & illud non revocasse, non potest immediatè capitulare non fuisse sequutum delictum, vel revocasse mandatum (quando de delicto, & mandato constet) sed practica est quod prius dicat, licèt confessus fuerim me fecisse tale delictum, vel dedisse tale mandatum, tamen confessio fuit erronea ob talem, & talem causam, & volo probare me non fecisse, vel mandatum revocasse, & tunc sunt admittenda capitula probanda per testes, si causa deducta est verisimilis per supradicta.*

Ab his omnibus in tantillo non discedit Guaz. *d. def.* 32. *cap.* 12. *num.* 2. ibique subdit: *Aliàs nisi facta dicta declaratione, articuli non possunt admitti, ut benè docet Caval. de Brac. reg. par.* 3. *num.* 225. *& ita observatur in practica, licèt pauci his temporibus illam sciant, & observent ob calamitatem temporum,* & posteà *in cap.* 13. post relatas causas ad revocandum confessionem sufficientes, *num.* 6. repetit praxim à Cavalcano desuper recitatam, *& num.* 8. scribit ibi: *Et præcipuè confessum fuisse metu tormentorum, vel ignorantia, vel ira, vel fatuitate, vel alia simili causa in specie exprimenda, quia si simpliciter quis ex intervallo revocaret suam confessionem, & non allegaret errorem etiam in specie, non audiretur, nec admitterentur articuli ad probandum contraria confessioni.*

23 Cum igitur Advocati nostri inquisiti articulaverint confessioni judiciali in scriptis redactæ contraria, sine ulla erroris præfatione, & expressione causæ dicti erroris, fuerunt ideò d. articuli ex integro per scribam mandati cum Cruce Sanctæ Eulaliæ deleti, & lineati, & in eis reus auditus non fuit, conclusione inde in R. Concilio sequuta, ibi: *Die* 31. *Januarii* 1684. *in facto dubii propositi per Magnificum Advocatum Fiscalem R. C. an ex articulis oblatis pro parte, N. die* 28. *Januarii proximè dimissi sint ex articulo* 40. *delenda verba illa, com diràn los testimonis ministradors, & pariter ex articulo* 41. *debeant quoque deleri verba illa, ò altres consemblants paraulas, com diràn los testimonnis ministradors, & an articuli* 130. *& 131. ex integro debeant deleri, & signari Cruce Sanctæ Eulaliæ. Fuit conclusum, quod supradicta relata verba articulorum* 40. *& 41. deleantur, & quod suprà memorati articuli* 130. *& 131. in totum, & ex integro deleantur, & signentur Cruce S. Eulaliæ.*

Nec his obstare poterunt doctrinæ in principio pro contraria ponderatæ, quia etsi veræ sint; attamen intelligi debent, si ultra erroris expressionem, & probationem, adsit legitima causa, & ea probetur, aliàs subsistet confessio, nec revocatio proderit, Cavalc. *de Brac. Reg. d. par.* 3. *num.* 212. & *num.* 231. ubi si aliquo pacto confessio dubia reddatur, tunc poterit reus torqueri, vel puniri aliqua pœna extraordinaria, Guaz. *def.* 32. *cap.* 13. *nu.* 2. *in fin.* & etiam nos infrà. 24

Et ne extra urbem studiosi in hac re trajectitia decipiantur, quibus haud facilè est requirere Doctorum dicta, ubi plerumque desunt; composita à citandis recito, ut instruamur; causæ igitur, quæ probari debent pro revocanda confessione ultra probationem erroris sunt, metus, ignorantia, oblivio, ira, fatuitas, mens non sana, & persuasio, docet Caval. *de Brac. Reg. par.* 3. *num.* 210. & post eum Guaz. *def. reor.* 32. *c.* 13. *n.* 1. qui eum ad litteram recitat, prout & nos amborum doctrinas ad unguem observamus, ut sequitur. 25

Prima causa est metus, nam ut dixit Ovid. *Epist.* 13. *ad Heroid.* 26

Nos sumus incerta, nos anxius omnia cogit.
Quæ possint fieri, facta putare timor.

Nil enim tam consensui contrarium est quàm vis, & metus, *l. Nil consensui* 116. *ff. de reg. jur.* qui ut relevet requiritur, sit justus probabilis, & necessarius, & cadens inconstantem virum, *l.* 1. *ff. quod met. caus. leg. Metus autem,* 3. *ff. ex quibus caus. maj. cap. Cum dilectus* 6. *de his quæ vi metusve causa fiunt,* Menoch. *de arbit. cas.* 135. cum pluribus, ubi latè de hac re Gonzalez Tellez *in d. c. Cum dilectus* 6. & ibi Barbos. (ubi quod arbitrio Judicis relinquitur, qui metus dicatur cadere in constantem virum) Sperel. *decis.* 79. *num.* 43. ubi de requisitis metus, Fontanel. *de pact. claus.* 7. *g.* 2. *par.* 5. *num.* 33. *cum pluribus seqq.* Cavalc. *de Brach. Regio par.* 3. *num.* 210. Guaz. *def. reor.* 32. *cap.* 13. *num.* 2. (ubi quod nec metus per ratificationem tollitur justa causa subsistente) Farinac. *frag. crim. par.* 2. *arg. metus num.* 63. *cum pluribus seq.* ubi *num.* 167. *de metus probatione, & num. seq.* quod non sufficit in genere metum probare, nisi etiam in specie probetur qualitas metus illati, & quod minor metus requiritur in fœmina, quàm in viro, ex eodem Farinac. *frag. ver. metus ex n.* 73. Manfrella ad Latro *lib.* 2. *dec.* 138. *num.* 27.

In confessione facta metu tormentorum, debet in specie, & in individuo allegari metus, & non in genere, Bossius *in prax. tit. de confes. num.* 73. *& seq.* Mascard. *de probat. conclus.* 105. *& concl.* 354. Caval. *d. p.* 3. *nu.* 210. Guaz. *d. def.* 32. *cap.* 13. *nu.* 2. & quando confessio dicatur facta metu tormentorum, tradunt Farinac. *qu.* 83. *num.* 32. 33. *& seqq. & cons.* 106. *num.* 9. *lib.* 2. Adden. *apud eumd. cons.* 16. *lit. H. lib.* 1. Guaz. *def.* 30. *cap.* 37. *num.* 1. *& seq. & per tot. cap.* ubi de confessione in carcere, maximè valdè atroci, de facta in loco tormentorum, de facta à detento in cipis, catenis, & manicis ferreis, & ab eo cui non præstantur alimenta, recitat Conciol. *resol. crim.* 19. *ver. Tortura, num.* 5. ubi, quia circa hoc non potest dari certa doctrina, prudentis Judicis arbitrio hoc est remittendum, qui considerabit personam confitentis, an sit debilis, & timida, seu sit audax, ferox, & similia, ex Farinac. & Guaz. citat. 27

Cum metu debet concurrere aliqua alia causa probabilis, ut verisimile sit quod per metum confessus fuerit, alioquin si cum metu nil aliud concurrat, nisi allegare quod per metum fassus sit, posset torqueri tamquam varius, Bossius *tit. de Tortura, num.* 46. Vel sequuta ratificatione, nil sibi prodesset, nisi aliud deducat cum ipsa allegatione metus, maximè quando confessio aliis indiciis co- 28

adjuva-

adjuvatur, Bos. *de conf. num.* 79. *& seq.* Caval. *de Brac. Reg. d. par.* 3. *n.*211. Guaz. *def. reor.* 32. *c.* 13. *n.* 2. *verb. Necnon.*

29 At si cum metu deducta sit aliqua alia causa verisimilis, & probabilis, tunc non debet torqueri, & sibi dantur defensiones ad docendum de errore suæ confessionis, & illum probandum per testes, vel per indicia, vel per præsumptiones, Bois. *tit. de tortura, num.* 49. Scial. *in prax. torq. reos, cap.* 11. *num.* 14. *in fin.* Conciol. *resol. crim.* 1. *num.* 7. ac etiam ad probandum causam (ultra metum) ob quam revocatio teneat, vel rem aliter se habere in parte, vel in totum, in totum probando contrarium, in parte quando qualificatè deliquit, vel ad necessariam defensionem, vel quod ignoranter, aut non principaliter deliquit, & sic per plus, aut minùs secundùm excusationes propositas à Jul. Clar. *in prax. qu.* 64. at si nil probaverit quod relevet, confessio Rei firma manebit, post Brun. Bald. & Put. Caval. *de Brac. Reg. d. par.* 3. *num.* 212. Guaz. *def.* 32. *d. c.* 13. *n.* 2. *ver. Si verò.*

30 Si aliquo pacto confessionem dubiam reddiderit poterit torqueri, juxta tradita à Farinac. *q.* 38. *num.* 100. vel poterit puniri aliqua pœna extraordinaria, Caval. *dict. part.* 3. *num* 213. Guaz. *def.* 32. *d. cap.* 13. *num.* 2. *ver. Etsi non potest.*

31 Secunda causa pro revocanda confessione est ignorantia, qualis est illa qua rustici, & imperiti homines prorsus rudes laborant, qui os aperiunt, & nesciunt quid dicant, sive pro, sive contra se, & de hac ignorantiæ causa loquuntur DD. *in l. Error* 7. *C. de juris, & facti ignorantia*, Menoch. *lib.* 6. *præs.* 23. *n.*16. Gram. *decis.* 76. *nu.*10. & 11. Capyc. *dec.*159 *n.* 22. & plurib. laudatis Farin. *frag. crim. p.* 2. *arg ignorantia, n.*273. *& seqq.* ubi de rusticis, minoribus, & mulieribus, in quibus regulariter cadit ignorantia, & comprobant Caval. *de Brac. Reg. d. p.* 3 *n.* 214. & post eum Guaz. *def reor.* 32. *c.* 13. *n.* 3. ubi idem docent in urbicis, qui semper domi commorati sunt, & cum ignaris diu conversati, & in agibilibus mundi sunt adinstar asini, & in hominibus illiteratis, idiotis & grossis explicat Farinac. *in frag. d. arg. ignorantia, n.*275.

32 Econtra ignorantia in virum sagacem, & versutum non cadit, & si eam allegat non est ei credendum, quia aut scit, aut scire præsumitur, *l. Quod te* 5. ubi DD. *ff. si cert. pet leg. Qui fundum* 7. *§. Servius, ff. pro emp.* Cavalc. *de Brac. Reg. p.* 3. *num* 216. Guaz. *d. def.* 32. *c.* 13 *nu.*4. ubi idem ait de surdo, vel fatuo, & quod hujusmodi qualitates bene deducantur per testes, ut excludatur surditas, vel fatuitas affectata, quas multi confingunt.

33 Præterea ignorantia regulariter cadit in facto alieno, *leg. Qui in alterius locum* 42. *ff. de reg. jur. l. Verius* 21. *ff. de probat. leg. Hoc autem* 6. *ff. de adm. tut. l. fin. §. fin. ff. pro suo*, ibi: *Alieni facti ignorantia tolerabilis error est, l. Super servis* 6. *C. qui milit. possunt*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 23. *num.*51. *& seq.* Nedum in civilibus, sed etiam in criminalibus, Farin. *frag. crim. argum. ignorantia, n.*97. *& seqq.* Cavalc. *de Brac. Reg. d. part.* 3. *nu.* 215. Guaz. *def.* 32. *c.* 13. *n.* 3. *ver. Ac etiam.*

34 Verùm ignorantia non debet esse crassa, nec supina, quia hæc non excusat, *c.* 1. *de post. pral. c. Cum in tua. Qui matr. accus. possint, l. Nec supina* 6. *l. Regula est*, 9. *ff. de jur. & fact. ignorant* Costa *de jur. & fact. ignorantia inspec.* 81. *n.* 16. prout nec excusat ullo pacto ignorantia affectata, *c. eos Clericos* 2. *de temp. ordin. in* 6. Costa *d. insp.* 81. *nu.* 9. *& seq.* Farinac. *frag. crim. p.* 2. *arg. ignorantia, n.*16. *cum plurib. seqq.* (ubi quæ dicatur ignorantia crassa, & supina, & quæ affectata) Caval. *de Brac. Reg d. p.* 3. *nu.* 215. & Guaz. *d. def.* 32. *c.* 13. *num.* 3. *ver. Ac etiam.* Cadit regulariter ignorantia, & oblivio in factis antiquis, Gram. *cons.*47. *n.*13. Medic. *de cas. fortuit. par.* 1 *quæst* 3. *num* 17. Mascard. *de probat. lib.* 2. *concluf.*637. *num.* 18. *& seqq. & concluf.*879 *nu.* 41 *& seq.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 23. *num.* 38. *& seq.* Caval. *de Brac. Reg. d. p.* 3. *n.*215. Guaz. *d. def.* 32. *c.* 13. *n.* 3 *ver. Ac etiam*, & comprobat latè Farinac. *frag. crim. arg. ignorantia, num.*209. ubi rem declarat.

35 Tertia causa est oblivio, de qua idem est dicendum, quod dictum est de ignorantia, Caval. *de Brac. Reg. d. p.* 3. *nu.* 216. Guaz. *d. def.* 32. *cap.* 13. *num.* 4. de materia, Gram. *cons. crim.* 4. *num.* 3. *& seq.* & post alios Farinac. *frag. par.* 2. *arg. ignorantia, n.*210 ubi quod oblivio inducitur per decem annos etiam in re gravi, & in facto proprio secundùm magis communem opinionem, licet aliqui dixerint per octo annos, & alii istud remiserint arbitrio Judicis, & in teste, quando præsumatur oblivio, idem Farin. *in prax. de testibus, qu.* 66. *n.* 34. & nos latius *decis.* 14. *nu.* 54. *cum seqq.*

Quarta causa est ira juxta illud vulgare, quod circumfertur, *impedit ira animum, ne possit tenere verum*, unde Beyerlinck *in theat. vit. hum. ver. Ira* docuit, quæcumque ira commoti faciunt homines, ea necessum est cæci fiant, & imprudentia, & omnino errata. Non enim fieri potest, ut concitatus ira ratione utatur, & hinc iram esse comprimendam dixit Horat. 1. *Epist. ad Lollium.* 36

Qui non moderabitur iræ.
Infectum valet esse, dolor quod suaserit & mens:
Dum pœnas odio per vim festinat inulto.
Ira furor brevis est, animum rege: qui nisi paret,
Imperat, hunc frenis, hunc tu compesce Catena.

Hinc obligatio, juramentum, votum, pactum, quæ calore itacundiæ fiunt, jure non subsistunt, probat Crusius *de indic. par.* 1. *c.* 35. *nu* 9 & comprobat Paulus *J. C. in l. Quidquid in calore* 48. *ff. de reg. jur.* nam ira accensus non dicitur esse in plenitudine intellectus, Gram. *cons.* 56. *n.* 17. Bellon. *de his quæ fiunt incontin. c.* 8. *nu* 1. *& seqq.* Giurba *consil.* 17. *num.* 14. Vermig. *cons.* 26. *num.*8. Merlin. *cent.* 1. *cont. cap.* 66 *num.* 16. *& seq.* cum ira æquiparetur furori, Pascal. *de pat. pot. part* 3. *c.* 6. *nu.* 13. Conciol. *resol. crim. unica, ver. iracundia* & hinc fit quod confessio per iram facta revocari possit, Cavalc. *de Brac. Reg. d p.* 3. *n.* 218. Farin. *in prax q.* 8 .*n* 56. ubi idem esse dicit, in confessione properè, repentinè, & ex abrupto, & non deliberatè emanata, Guaz. *def. reor* 32. *d. c* 13. *n.*5.

At perquirendum est diligenter an ira sit verisimilis, an tempore emanatæ confessionis confitens ira accensus fuerit, & ad id coadjuvandum, aliæ conjecturæ, & præsumptiones allegentur, quod verisimiliter ille erat tali ira accensus, ut potuerit decipi, & fateri per errorem, quod ipse nesciebat, quinimò confessio per iram facta si fuerit ratificata, vel perseverata afficit, *c. si quis iratus* 2. *q.* 3. *d. l.* 48. *ff. de reg. jur.* ibi: *Quidquid in calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit judicium animi fuisse*, Caval. *de Brac. Reg d. par.* 3. *n.*218. Guaz. *d. def* 32. *c.* 3. *n.*5. 37

Quinta causa est persuasio, ob quam quis confessum esse dicit, quo casu perfecta confessione (si de delicto constat, & adsint indicia contra revocantem confessionem) quis ei dicenti fidem adhibebit? Cum non sit verisimile, quod ob persuasionem solam quis confiteri voluerit delictum, quod non fecit, *c. Quia verisimile, de præsump.* nisi esset verè fatuus, aut semifatuus, vel nisi confessio extorta esset impunitate promissa, aut blanditiis, vel suggestionibus, si autem revocatur confessio, & simul cum hac exceptione concurrat fatuitas, vel carceris impacientia, aut tædium vitæ, sunt omnia probanda, & tunc posset admitti revocatio, qua revocatione stante in parte, aut in totum, contrarium probat deberet ejus, quod fassus est, Caval. *de Brac. Reg. p.* 3. *nu.*219. Guaz. *d. def.* 32. *c.* 13. *n.* 6. & faciunt tradita à Farin. *frag. crim arg. ignorantia, n.*214. ubi ignorantia facti proprii excusat, quando est causata persuasione alterius, & rem declarat. 38

Effectus revocationis insurgit ab una ex supradictis causis, quarum una probata non dicitur circumscripta confessio, sed stat in suspenso, & ideò contra eam tenetur probare reus in totum, aut in parte contrarium, & si nil quod relevet probabit, confessio firma manebit, ut suprà diximus, & comprobat Caval. *de Brac. Reg. d. p* 3. *n.* 222. *cum seq.* ubi quod si reus sit convictus, & in tortura, aut sponte sit confessus, sequuta ratificatione confessionis in casibus in quibus requiritur, tunc nullo modo est audiendus, *ex text. in l* 2. & ibi DD. *C. quorum appellat. non recip.* sed conceduntur Reo defensiones, & non admittuntur illæ, quæ sunt directò contrariæ confessioni, & convictioni. 39

Quando est locus revocationi quilibet pro suo interesse admitti debet, ut patet, filius, consanguinei, & amici confitentis, Caval *de Brac. Reg. par.* 3. *n.* 222. Farinac. *in prax. q.*81. *n.*320. cum pluribus Guaz. *def. reor.* 32. *cap.* 11. licè Cabal. *resol. crim. cas.* 186. *n.* 7. teneat à confitente, vel habente speciale mandatum confessionem debere revocari; sed ad tollendum difficultates, caveat causæ defensor, ut talis revocatio fiat per ipsummet confitentem, docet Guaz. *d. def.* 32. *cap.* 12. *n.* 2. 40

Dubium ultimum percurrere non apparuit, quia perclusa fuit via inquisito testes recipiendi *ob repulsam* articulorum; fiscus tamen ponderabat, quod licèt verum sit, quod ut noceat confitenti confessio debeat esse certa, & specifica 41

UAB Biblioteca de Ciències Socials

alca de delicto, cum expressione certi loci, temporis, & filia tum circumstantiarum, ut diximus, hæc non procedunt quando confessio est super negativa de facto proprio, ut in teste super negativa absoluta de facto proprio, quam testis probat etiamsi non sit coarctata loco, & tempore, tamquam pendens à facto suo, ut si Titius fuerit productus in testem poterit testificari se non feciſſe, & valebit ejus testificatio, latissimè Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 48. *tot.* (& idem in confessione de facto proprio procedere insinuat, *num.* 14.) Farinac. *in prax. q.* 65. *num.* 239. & nos dicimus *decis.* 16. *nu.* 51.

42 Unde cum inquisitus confessus fuisset inter ipsum, & insultatum nulla verba, neque rixam ullam adfuisse, & sic absolutè, & non coarctando locum, & tempus; confessio tamen illa confitenti nocere debuit, ac proinde testes eam confessionem impugnantes, tamquam suspectos de falso juxta nostram praxim incarceratos recipi debere; nam carcerati recipiuntur, quando reus impugnat probationem per testes à fisco factam, ut latè dicitur, *decis.* 8. quæ praxis majori ratione procedere debet, quando reus intendit impugnare probationem inductam per confessionem propriam, quia confessio superat quamcumque testium probationem, Majorana *in opoprax. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 76. & *diximus decis.* 21. *n.* 1.

43 Non quod per hoc tollatur reo, ut non possit revocare per testes ex legitima causa confessionem docto de errore, Math. *de regim. Regn. Valent. cap.* 8. §. 4. *n.* 25. Sed in hac re nota, quod caveat Judex ne admittat revocationem confessionis, absque aliqua oblatione de probando errore (cum aliis requisitis) ne posset hinc dici, quod ex quo Reus sit admissus ad probandam suam innocentiam per testes, illam probando debeat absolvi, ut concludunt Bots. *de def. reor. n.* 4 Cabal. *resol. crim. cas.* 186. *num.* 11. Guaz. *def.* 32 *d. c.* 12. *n.* 4

DECISIO XXIII.

ARGUMENTUM.

De recursu antè sententiam, qui à procedimentis dicitur: ubi enodantur gravamina subditorum, qui propterea possunt ad superiorem recurrere, & agitur paritèr de formis interponendi, & declarandi recursuum causas. An tempus carcerationis extrahatur à tempore exilii, vel triremium ad forensem usum agitur. Et de manuleutis, earum differentiis, & variis formis, quibus Rei relaxari solent.

SUMMARIUM.

1 *Regibus est injunctum relevare ab oppressione quacumque personam injustè oppressam.*

2 *Etiamsi oppressus Principem non adierit.*

3 *Recursus ad Principem est de Suprema Regalia, & Coronæ Regis inhærens, & ab ea non potest separari, salva in Principe Regia potestate.*

4 *Recurrere alius pro alio potest, sine mandato, sed habebit effectum recursus, gravato ratum habente.*

5 *In Cathalonia duæ sunt species recursuum in criminalibus. Prima ante sententiam ob oppressione, quæ interim reis fieri prætenduntur. Secunda post sententiam, quando in illa prætenditur injusta oppressio.*

6 *Recursus ante sententiam, quæ à procedimentis sit, tribus modis evenire potest, qui explicantur.*

7 *Si recursus est à procedimentis factis ab Officiali Regio, non tam exacta petitur informatio oppressionis, quàm si recursus fuerit interpositus à procedimentis factis per Baronem.*

8 *Quando recurritur à procedimentis, & captura, pendente causa recursus debet per Ordinarium Regiũ, vel Baronem conservari, & detineri captus, eodem modo, quo tempore interpositionis recursus detinebatur.*

9 *Ex causa tamen etiam pendente recursu, Senatus providet, ut captus ducatur ad Regios carceres Barcinonæ, ubi Senatus, & nu.* 10.

11 *Non licet Baroni extrahere vassallos carceratos de una terra ad aliam; nisi in causa ardua, & quando dubitaretur de fractione carceris, vel urgeret aliqua causa necessaria.*

12 *Carceres non debent esse obscuri, & subterranei; Testes tamen possunt teneri in carceribus secretis, sine lumine, & tenebrosis, si nolunt dicere veritatem, prout etiam inquisiti ante defensiones, ne alloquantur cum aliqua persona.*

13 *Quando declaratur recursui locum esse, solet Regium Concilium interdum captos per inferiores ad Regios carceres Barcinonæ adduci mandare, ut ad ulteriora procedatur, vel interdum reos in carceribus inferiorum detinere, vel eos sub manuleuta, vel sub Sacramento, & homagio liberare.*

14 *Ad ulteriora fore procedendum, & captos ad Regios carceres Barcinonæ adduci declaravit Senatus in exemplaribus hic allegatis.*

15 *Interdum rei non ducuntur ad Regios carceres, & de novo inquiritur, cum Senatu.*

16 *Alia decisio Senatus, ubi recurrens declaratur guidatus.*

17 *Rei recurrentes traduntur idoneæ manuleutæ sub duplici forma, & explicatur cum decisionibus Senatus, usque ad n.* 19.

20 *Casu quo recurrens traditur idoneæ manuleutæ ad se præsentandum intus Regios carceres infrà tot dies, tenetur se præsentare infrà terminum assignatum absque interpellatione.*

21 *Casu verò, quo relaxatur sub manuleuta cum reincidentia ad se præsentandum infrà tot menses, ut possit pro pœna incursa manuleutæ procedi, requiritur interpellatio.*

22 *Tribus modis manuleuta practicatur.*

23 *Quando reus relaxatur sub idoneæ manuleutæ cum clausula meriti Processus attentis, ampliùs agi non potest contra relaxatum, ubi de forma hujus manuleutæ.*

24 *Quando reus traditur idoneæ manuleutæ ad requisitionem dierum, supervenientibus novis indiciis iterum reus in carceres conjicitur.*

25 *Quando reus traditur idoneæ manuleutæ cum reincidentia, potest reus per Judicem ad carceres revocari ad sui libitum, etiam novis non supervenientibus indiciis, & traditur forma hujus manuleutæ.*

26 *Reus quando possit relaxari sub idoneæ manuleutæ.*

27 *Etiam pro delicto, pœnam corporalem exigente, relaxatur reus sub fidejussione post Processus publicationem, si de rei innocentia constat.*

28 *Id procedit adhuc pendente Processu.*

29 *Etiam sub Sacramento, & homagio relaxantur rei recurrentes, ubi Senatus.*

30 *Similis, ubi fuit injunctum, ut Cancellaretur debitorium per recurrentem antea firmatum in favorem Judicis à quo.*

31 *Etiam reus relaxatur cum emenda damni, cum Senatu.*

32 *Alia Senatus decisiones super eadem re.*

33 *Similis, ubi condemnatio emendæ damni fuit facta de officio.*

34 *Eximitur oppressus si ratio id expostulet, à jurisdictione Baronis, ubi decisio ad litteram tradatur.*

35 *Notabilis est oppressio quando Baro cogit vassallum litigare in sua Curia in casu non sua jurisdictionis, tunc namque ab ejus procedimentis admittitur recursus, ubi decis.*

36 *Similis.*

37 *Opprimitur vassallus, vel subditus à Judice procedente in casu à jure sibi non concesso, ut si in facto civili criminaliter Judex procedat; tunc enim ad Judicem civilem remittuntur causa, & partes, & reus relaxatur, ubi decis.*

38 *Opprimitur vassallus, quando senior in suo casu non dat Judicem, vel dat Judicem suspectum, vel imperitum, vel sibi domino familiarem.*

39 *In terminis Judicis suspecti allegatur decis. Senatus.*

40 *Qui habet Judicem inimicum, vel suspectum meritò timet, & perhorrescit, & ratione perhorrescientiæ admittitur causa recursus ad Principem.*

41 *Decis. Senatus.*

42 *Opprimitur vassallus, quando à Domino ducitur per ambages eum detinendo, & procrastinando, cumque laboribus, itineribus, & expensis gravando, vel si Judex datus moram faciat in jure reddendo, & ipsam causam differendo, & tunc potest Princeps excitando jurisdictionem inferioris, ei mandare, ut intra certum tempus causam expediat, ubi decis.*

43 *Si verò Judex intra terminum præfixum causam subditi non expedierit, ob illius negligentiam elapso termino potest evocari causa ad superiorem.*

44 *Opprimitur vassallus carceribus mancipatus longo tempore.*

45 *Carceris detentio minuit pœnam criminis, & prodest ante sententiam ad alleviandum, vel extinguendum pœnam delicti, & tempus carceris computatur post sententiam in tempus exilii, usque ad n. 48.*

49 *Relegato, exulato, Bannito, seu confinato, qui frangit fines exilii, bannimenti, relegationis, seu confinium, cui non duplicatur tempus relegationis, confinium, bannimenti, seu exilii, in quo fuit condemnatus; sed tantum ejus, quod superest, in ipsa duplicatione indulgetur tempus, quo ipse stetit in carcere post sententiam, at illud computetur in tempus exilii, non autem tempus illud, quo in carcere mansit ante sententiam.*

50 *Carceratio ante sententiam contrafactionis exilii non extinguit tempus duplicationis, sed declara.*

51 *Extrahitur à tempore exilii tempus carcerationis post sententiam; dummodo detentus post sententiam diu in carceribus non steterit culpa sua.*

52 *Tempus quo condemnati ad triremes in carceribus detinentur post sententiam, si culpa, & facto Judicis, non sua culpa detinentur, computatur in tempus triremium, & à quo tempore sit illud tempus computandum, & n. 53.*

54 *Decis. Senatus super ea re.*

55 *In delictis levibus diutius detineri non debent inquisiti in vinculis, & quid in his observet Senatus.*

56 *In delictis à notario levibus solet Senatus in eadem supplicatione, qua recursus interponitur, reum à carceribus liberare, ubi decis.*

57 *Etiam observat Senatus attento consensu Judicis à quo, & cum clausula, sine præjudicio causæ recursus recurrentem à carceribus relaxare.*

58 *Si post introductionem recursus pars recurrens compareat coram Ordinario, recursui renuntiare videtur, ubi quando debitor condemnatus petit dilationem ad solvendum, an appellationi renuntiare censeatur, & quid quando adest protestatio.*

59 *Quando in causa recursus declaratur recursui locum non esse, non potest Regium Concilium in restitutione causæ apponere cõditionem aliquam Ordinariis, quod exemplificatur.*

60 *Sed reponitur causa ad statum primum ante recursum, & tollitur inhibitio, & restituitur captus, ubi decisio.*

61 *Injungitur interdum reo, ut compareat coram Ordinario, ubi decis.*

62 *Per recursus interpositionem, & ejus repulsam, nullum inferri debet præjudicium parti recurrenti, quoad merita defensionis.*

63 *Nec Judici à quo inferri intenditur præjudicium, vel alteri Judici eandem jurisdictionem contendenti.*

64 *Forma supplicationis ad interponendum recursum à procedimentis, decretationis causæ, & provisionis Judicis.*

65 *Ab evocatione causæ recursus potest supplicari, & observa decis.*

66 *Quando præsentantur litteræ recursus Notario, vel Scribæ causæ Judicis inferioris, ei debet fieri ostentio realis pecuniæ pro salario ei debito, nec aliàs compelli possunt Notarii ad scripturas tradendum, cum Senatu.*

67 *Contra Bajulum, & Notarium Judicis inferioris recusantes tradere copiam Processus, quid agendum, & n. 68. & 69.*

70 *Forma conclusionis admittendi recursum interpositum per hominem captum.*

71 *Forma declarationis admittendi recursum interpositum per hominem captum.*

72 *Forma quando declaratur recursui locum non esse, & num. 73.*

74 *Quando recusat Ordinarius tradere hominem recurrentem captum, quomodo procedatur.*

75 *Et quid, quando recusat tradere manuleuta recurrentem.*

76 *Nota conclusionem recursus interpositi à procedimentis Deputatorum Generalis Cathaloniæ.*

77 *Quando sententia in gradu recursus, vel appellationis reformatur, in eo capite, quo pecuniarum condemnationem inter Judices dividendam continet, possunt illi, & cæteri Officiales etiam non citati compelli ad restitutionem quantitatum.*

78 *Decis. Senatus.*

79 *Similis decisio.*

REgibus est injunctum, populum sibi commissum defendere à calumniis, oppressionibus, & afflictionibus, can. *Regum* 23. *quæst.* 5 *Epist. inter Claras, C. de summ. Trinit. & de fide Cath.* & patet ex Theodorici Regis apud Cassiodorum rescripto, dum ait: *Cordi nobis est cunctos in commune protegere, sed eos maximè, quos sibi novimus defuisse. Sic enim æquitatis libra servabitur, si auxilium largiamur imparibus, & metum nostri pro parvulis, insolentibus opponamus.* Et subdit Solorzano *Emblem.* 65. *num.* 20. quod notanda sunt illa verba, *æquitatis libra servabitur*, quæ indicant, è Principis munere, & Majestate esse, sua potentia æqualitatem inter impares facere, & ad sui Judicii trutinam inferiorum, à Potentioribus oppressorum causas attrahere, & iterum Cassiodorus *lib.* 4. *Epist.* 9. inquit: *Innocentiæ professio est nostram elegisse præsentiam, ubi nec violentia locus datur, nec avaritia vitia formidantur: ubi & innocentia profugium, & calumniatores jus possint invenire districtum.* 1

Est itaque Princeps Præsidium, & salus, subditorum ideò non nemo affabrè Principem Pharo assimilavit, qui ut in æquore laborantibus inter pericula nautis viam ostendit, qua securitatem inveniant, ita subditorum vota in sinum Principis, velut in gratiarum portum confluunt, ut ditiora redeant. Spadazza *in theat. viduili disq.* 77. *n.* 10. quibus arridet Alciatus *Emblem.* 143.

Titani quoties conturbant æquora fratres,
Tum miseros nautas anchora jacta juvat.
Hanc pius erga homines Delphin complectitur, inis,
Tutius, ut possit figier illa vadis.
Quam decet hæc memores gestare insignia Reges,
Anchora quod nautis, se populo esse suo.

Hinc dicitur, quod Reges ex debito Regalis Officii tenentur, & debent relevare quamcumque personam injustè oppressam infrà Principatum, & suum dominium, usat. *alium namque, tit. de dret del Fisc.* ibi: *Et manuteneret oppressum, & occurreret oppresso*, qualitercumque oppressio ad notitiam Principis pervenerit etiamsi oppressus non adierit Principem, Oliba *de jur. fisci c.* 14. *n.* 113. Font. *dec.* 286. *n.* 12. Mastril. *de mag. lib.* 4. *c.* 18. *num.* 112. 2

Illud est quod vulgariter dicitur, recursus ad Principem est adeò Supremæ Regaliæ, & Coronæ Regis inhærens, ut ab ea non possit separari, salva in Principe Regia potestate, & nec possit hoc jus à se abdicare, nisi Regiæ Sedi renuntiet, Calic. *in extrav. cur. c.* 7. *num.* 71. Oliba *de jur. fisc. cap.* 3. *num.* 40. & *cap.* 4. *num.* 67. ubi subdit quod hæc regalia communicatur Locumtenenti, Vico *in leges Sardin. tom.* 1. *tit.* 11. *cap.* 2. *nu.* 6. & *c.* 6. *num.* 2. & *cap.* 10. Canc. *var.* 3. *cap.* 18. *nu.* 16. Fontan. *part.* 1. *decis.* 286. *num.* 2. *part.* 2. *decis.* 316. *à num.* 20. R. Cortiada *decis.* 29. *nu.* 70. Bovad. *in Polit. lib.* 2. *c.* 16. *num.* 90. Pereg. *de jure fisc. lib.* 1. *tit.* 1. *nu.* 43. Salgad. *de retent. Bullar. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 124. Excel. Crespi *obser.* 60. *nu.* 77. Peg. *in prax. crim. c.* 22. *nu.* 3. & *seq.* Giurba *consil.* 66. *n.* 12. 3

Est recursus remedium extraordinarium in omnibus causis civilibus, & criminalibus, tam in terris Regiis, quàm Baronum, quod alius pro alio allegare potest sine mandato; sed habebit effectum, gravato rarum habente, Oliba *de jur. fisci, cap.* 14. *num.* 118. Peg. *in prax. crim. d. rub.* 22. *num.* 6. 4

Sub prætextu hujus Supremæ Regaliæ practicantur, & admittuntur in Cathalonia duæ species recursuum in criminalibus, ad Regem si præsens est, & ad Proregem in 5

Regis

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Regis abſentia, tam ab Ordinariis Regiis, quam Baronum. Prima ante ſententiam ob oppreſſiones, quæ interim reis fieri prætenduntur. Secunda poſt ſententiam, quando in illa prætenditur injuſta oppreſſio, Fontanella *tom. 1. deciſ. 286. num. 5.* de prima ſpecie agit Peg. *in rub. crim. 22.* & de altera Fontan. *d. deciſ. 286.* & 287. & ſuper his ſtatuunt, *conſt. 12. 13. & 14. tit. de appellacions, & conſt. 57. cur. an. 1599.*

6 Recurſus ante ſententiam (qui à procedimentis dicitur) evenire poteſt tribus modis. Primò quando reus eſt captus, & in carceribus exiſtens ab oppreſſione, & captura recurrit. Secundò quando timet capi, & arripit iter ad ſuperiorem; vel quando eſt captus, & rupto arreſto, vel fractis carceribus aufugiens arripit iter ad ſuperiorem. Tertiò quando non eſt captus, nec timet capi, ſed recurrit à procedimentis, ut ab injuſta mercium apprehenſione, ob prætenſam fraudatam gabellam, vel ab injuſta, vel exceſſiva compoſitione; de his ſpeciebus recurſuum, videlicèt de recurſu à procedimentis, & captura, de recurſu per arreptionem itineris, de recurſu à mercium apprehenſione, vel ab injuſta compoſitione, & de recurſu poſt ſententiam, qui communiter apud nos gratiæ dicitur, in quatuor deciſionibus ſequentibus ſeparatim pro praxi ordinatia agemus.

7 Nunc ergo circa recurſum à procedimentis, & captura ante ſententiam per reum in carceribus detentum interpoſitum agendo, obſervamus ſequentia. Primò quod licèt ſufficere ſcribat Oliba *de jur. fiſci, cap. 14. à n. 105. ad* 108. recurrentem cauſam oppreſſionis exprimere in ſupplicatione, etſi eam non probet; attamen Senatus non ſolet admittere recurſum, niſi recepta prius aliqua ſummaria informatione, ut annotavit Ferrer. *3. part. obſ. c. 25. in fine;* & adhuc apud nos cum diſtinctione hæc practicantur; nam ſi recurſus eſt à procedimentis factis ab Officiali Regio, non tam exacta petitur informatio oppreſſionis, quàm ſi recurſus fuerit interpoſitus à procedimentis factis per Baronem.

8 Secundò quando recurritur à procedimentis, & captura, pendente cauſa recurſus debet per Ordinarium Regium, vel Baronem detineri, & conſervari captus, eodem modo, quo tempore interpoſitionis recurſus detinebatur, donec, & quouſque jus dictum ſit ſuper oppreſſione prætenſa. Peg. *in prax. crim. c. 22. nu. 9. conſt. 12. 13. tit. de appellat. y recurſ.* Barboſa *in collect. deciſ. Apoſtolic. collect. 37. nu. 10.*

9 Ex cauſa tamen etiam pendente recurſu Senatus providet, ut captus ducatur ad Regios carceres Barcinonæ. Sic die 31 Octobris 1591. in facto ſupplicationis oblatæ pro parte Valentini Faneca Villę Acrimontis detenti in Regiis carceribus d. Villæ, qui recurſum interpoſuit à procedimentis contra eum factis per Bajulum dict. Villæ, *& facta relatione per Fort meritis informationis attentis, & aliàs fuit concluſum, quod aliquis ex Regiis Alguziriis accedat ad dictam Villam Acrimontis, & ad ſuas manus apprehendat dictum Valentinum Faneca, & captum, & benè cuſtoditum adducat ad Regios carceres Barcinonæ, & pro his, &c.*

10 Sic etiam his verbis, ibi: *Die 15. Decembris 1661. in facto ſupplicationis oblatæ eodem die pro parte Pauli Seriol Agricolæ Villæ de Torrellas, in cauſa recurſus interpoſiti à captura, & procedimentis contra eum factis per Bajulum dictæ Villæ de Torrelles, qua deduxit, quod cum eſſet captus in carceribus d. Villæ de Torrelles, Bajulus eum traduxit ad locum de Caſtell de Fels alterius dominii, & juriſdictionis, ibique eum detinuit in carceribus obſcuris, humidis, & ſubterraneis, vulgò la ſitia cum imminenti periculo, & diſcrimine vitæ, maximè cum ſit ætatis pluſquam ſexaginta annorum, & quia ex informatione recepta ſuper contentis in ſupplicatione, de prædictis plenè conſtat, ref. Balaguer I. R. C. & præſentis cauſæ relatore fuit concluſum, quod declaretur, quod ſine præjudicio dictæ cauſæ recurſus jurium, & prætenſionum partium, ita quod per præſentem proviſionem, nullum jus partibus accreſcat, neque deſcreſcat, quod aliquis ex Regiis Alguziriis accedat ad dictum locum de Caſtell de Fels, & dictum Paulum Seriol ad ſuas manus apprehendat, & benè cuſtoditum ad Regios carceres Barcinonæ adducat, & in eis nomine domini, qui dicitur eſſe dictæ Villæ de Torrellas ponat, donec, & quouſque in d. Regio Concilio ſit declaratum in d. cauſa recurſus.*

11 In hoc ultimò exemplari duo conſiderata fuerunt. Primum, quod non licèt Baroni extrahere Vaſſallos carceratos de una terra ad aliam (niſi in cauſa ardua, & quando dubitaretur de fractione carceris, vel urgeret alia cauſa neceſſaria) Franc. *deciſ. 527. numer. 7. & ſeq.* ubi Luca *num. ſin.* Cabal. *reſol. 120. num. 1. & 12. ac tota*, Rovitus *ſuper prag. 2. tit. ubi de delicto nu. 10.* Capiblanch. *de Baron. lib. 2. cap. 16. num. 1. 20. & 21. ſuper prag. 3.* Novar. *de gravam. lib. 1. grav. 277.* ea ratione, quia carceratus in patria cum minori diſpendio, & majori commoditate poteſt vivere propter conſanguineos, attinentes, & amicos, & facilius inveniet Advocatum, & Procuratorem, & teſtes ad defenſam, Canc. *var. 3. c. 13. à nu. 224.* Ferrer 2. *par. obſ. Gener. Guber. Cath. c. 44.* ubi exemplaria refert, Font. *de pact. clau. 4. gloſs. 10. p. 2. à num. 1.*

Secundum, quia non debent eſſe carceres obſcuri, & ſubterranei, & ſic in foveis, & ſi vaſſalli in his reponantur, à Baronibus opprimuntur, Novar. *de grav. vaſ. lib. 1. grav. 268.* Capiblanc. *de Baron. ſuper prag. 19. cap. 93. lib. 2.* ubi limitat *nu. 7.* in teſtibus nolentibus dicere veritatem, qui poſſunt teneri in carceribus ſecretis, ſine lumine, tenebroſis, & in inquiſitis in principio ante defenſionem ne alloquantur cum aliqua perſona, diximus *dec. 12. n. 38.* & ipſi adde Peg. *in prax. crim. c. 12. §. 5. in princ.* 12

Quando declaratur recurſui locum eſſe, ſolet Regium Concilium criminale interdum captos per inferiores ad Regios carceres Barcinonæ adduci mandare, ut ad ulteriora in cauſa procedatur quoad merita, Peguer. *in prax. crim. cap. 22. in fine.* Interdum ad ulteriora in cauſa procedit detinendo reos captos in carceribus inferiorum, interdum illos ſub manuleuta tradit ad ſe præſentandum intus Regios carceres Barcinonę; interdum ſub manuleuta eos relaxat, ac interdum eoſdem ſub Sacramento, & homagio liberat, prout qualitas delicti, ipſius probationes, & circumſtantiæ expoſtulant, ut quotidiana praxi docemur, & patet ex infrà dicendis. 13

Ad ulteriora in cauſa fore procedendum, & ad Regios carceres reccurrentem adduci declaravit Senatus, prout ibi: *Die 29. Novemb. 1625. &c. In facto recurſus interpoſiti pro parte Antonii Sabater aliàs Borras Agricolæ loci de Aldover, Dioceſ. Dertuſen. die 26. Junii proximè effluxi à procedimentis contra ipſum factis per Vicarium, & Patiarios Civitatis Dertuſen. facta relatione per Paulum Guiamet I. R. C. & cauſæ relatorem, meritis proceſſus attentis, & aliàs fuit concluſum recurſui per D. Sabater interpoſito locum fuiſſe, & eſſe, ſicque in d. cauſa in Regio Concilio procedendum fore, & eſſe, & quod aliquis ex Regiis Alguziriis accedat ad omnia loca Præſentis Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Roſilionis, & Ceritaniæ, qui inquirat, inquiſita fortificet, & quos culpabiles invenerit capiat, & dictum Antonium Sabater in carceribus Regiis d. Civitatis Dertuſæ detentum, & captum ad ſuas manus apprehendat, & ad Regios carceres Barcinonæ adducat, & alia faciat in ſimilibus fieri ſolita, & aſſueta, & pro his expediantur, & fiant littera, & aliæ &c.* Similis die 31. Julii 1626. ref. Gujamet in facto recurſus Petri Llobeta, & infinita exemplaria poſſem in hanc rem adducere. 14

Declaratur recurſui locum eſſe, & quod de novo inquiſatur, ut poſſit ad ulteriora in cauſa procedi, abſque eo, quod mandetur, ut Rei ducantur ad Regios carceres Barcinonę, imò detinendo ipſos in carceribus inferiorum, de Ordine R. C, prout fuit concluſum: *Die 26. Novembris 1624. in facto &c. Fuit concluſum, quod declaretur, recurſui per Petrum Joannem Murat interpoſito locum fuiſſe, & eſſe, & quod aliquis ex Regiis Alguziriis accedat ad omnia loca Præſentis Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Roſilionis, & Ceritaniæ, qui inquirat, inquiſita fortificet, & alia faciat in ſimilibus fieri ſolita, & pro his fiant litteræ, & aliæ proviſiones, &c.* ref. Nob. Franciſco Roig. I. R. C. Similis die 10. Aprilis 1525. in cauſa recurſus Jacobi Gibert Agricolæ Parochiæ de Alguaviva Vicariæ Gerunden à captura, & procedimentis interpoſiti, & paſſim hac praxi utimur. 15

Capti in carceribus Judicum inferiorum, poſteà ducuntur ad Regios carceres Barcinonæ ad exigendum ab eis depoſitiones, & publicato Proceſſu admiſſis defenſionibus ad eos condemnandum, vel liberandum, aut etiam quando ex Proceſſu conſtat non eſſe delictis gravatos, pendente Proceſſu mandatur Judicibus inferioribus, quatenus eos tradant idoneæ manuleutæ nomine R. C. aut ſub Sacramento, & homagio, prout id expoſtulat juſtitia, ac juris ratio exigit.

Ad

16 Ad hanc partem refero fuisse observatum, admisso recursu, reum venire relaxandum in vim cujusdam gûidatici, per reum expositi, & tamen fuit declaratum fortificandum esse Processum, ut eo capto posset condignè puniri, ut ibi: *Die 29. Novembris 1667. in facto recursus interpositi pro parte Francisci Garriga, & Moner Villa de Tordera, cum supplicatione oblata 12. Octobris 1667. à captura, provisione super exceptione malæ capturæ, & guidatici facta 5. Octobris 1667. denegatione appellationis, & à cæteris procedimentis contra eum factis per Locumtenentem Procuratoris Generalis, Vicecomitatuum de Capraria, & Basso, de Concilio sui Ordinarii Assessoris, facta relatione per Josephum Ferrer I. R. C. meritis Processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quod declaretur recursui interposito per d. Garriga locum fuisse, & esse, & consequenter, quod d. Franciscus Garriga, relaxetur à carceribus Castri Villæ Hostalrici, in quibus detinetur, & quod desguidetur cum termino sex dierum, & quod aliquis ex Regiis Alguazirilis accedat ad Villam de Tordera, & ad omnia loca Præsentis Principatus Cathaloniæ, quò opportuerit, qui inquirat, inquisita fortificet, & alia faciat in similibus fieri solita, & assueta, & pro his expediantur litteræ, & alia provisiones opportunæ, juxta Regia Curiæ stylum.*

17 Rei recurrentes traduntur idoneæ manuleutæ sub duplici forma; prima ad se præsentandum intra tot dies ad Regios carceres Barcinonæ, ut ad ulteriora in Regio Concilio possit procedi; secunda cum reincidentia intra tot menses ad se præsentandum ad Regios carceres Barcinonæ, quæ est forma relaxandi reos à carceribus, ut infrà enodatur.

18 Traduntur recurrentes sub idonea manuleuta ad se intra tot dies præsentandum ad Regios carceres Barcinonæ, ut ibi: *Die 6. Julii 1591. in facto recursus interpositi pro parte Salvatoris Sala, Jacobi Coscoy, & Antonii Costa Agricolarum Villæ Olesiæ captorum in carceribus d Villæ, à procedimentis contra eos factis per Bajulum dictæ Villæ pro Abbate Monasterii Montisserrati, facta relatione per Fort, meritis Processus attentis, & aliàs fuit conclusum quod declaretur recursui interposito pro parte dictorum Salvatoris Sala, & Jacobi Coscoy locum fuisse, & esse, & ad ulteriora in Regio Concilio procedendum, & quod mandetur dicto Bajulo Villæ Olesiæ, ut dictos Salvatorem Sala, & Jacobum Coscoy tradat nomine Reg. Curiæ, idoneæ manulentæ, quatenus intra dies sex teneantur se reponere in Regiis carceribus Barcinonæ ad pœnam centum librarum pro quolibet, & quod pro his fiant litteræ, commissiones, & provisiones opportunæ, juxta R. C. stylum.* Similis 5. Novemb. 1591. Similis 18. Decembris ejusdem anni. Similis die 10. Junii 1661. In his casibus, reis præsentatis, & captis, proceditur ad ulteriora in Processu forma ordinaria, & assueta, prout in aliis casis.

19 Rei recurrentes sub manuleuta relaxantur à Regiis carceribus promittendo se repræsentare intus Regios carceres cum reincidentia per tot tempus, & tunc dicitur recursui locum esse, & quod mandetur inferioti, ut recurrentem tradat nomine Regiæ Curiæ, idoneæ manuleutæ cum reincidentia, &c. Ea forma qua concipitur manuleuta cum reincidentia, infrà *num.* 25. & fuit observatum, die 30. Aprilis 1591. in recursu Andreæ Ponsati ref. Mur. *in lib. concl. crim. pag.* 32. Et die 28. Januarii 1592. in facto recursus Jacobi Gras.

Et die 25. Junii 1618. ref. Roig. in facto recursus Barbaræ Subirats matris, & filiæ, ubi fuit conclusum, ibi: *Et quod d. Barbara Subirats, & Sancho, mater, & filia nomine R. C. tradantur idoneæ manuleutæ cum reincidentia, quod hinc usque per totum mensem Decembris proximè venturum absq; aliqua requisitione, & interim quandocumque fuerunt requisitæ se reponent intus Regios carceres Barcinonæ ad pœnam quinquaginta librarum pro qualibet, & pro his fiant litteræ juxta Regia Curiæ stylum.* Idem 19. Decembris 1670. ref. Nob. Petro de Amigant, tunc I. R. C. in facto recursus Hieronymi Puig.

20 Observatum trado in hac re, quod casu, quo recurrens traditur idoneæ manuleutæ ad se præsentandum intus Regios carceres infra tot dies, tenetur se præsentare intra terminum assignatum, aliàs eo elapso proceditur exequutivè pro pœna in manuleuta imposita contra personam, & bona Rei, & ipsius fidejussorum, etiamsi interpellati non fuerint, & ita apud nos practicatur.

21 In casu verò quo relaxatur sub manuleuta cum reincidentia, ut teneatur se præsentare infrà tot menses, ut possit pro pœna incursa manuleutæ procedi, requiritur interpellatio, juxta formam, quam tradit Pegue. *in prax. crim. cap.* 12. §. 15. *n.* 10. comprobant Farinac. *in prax. q.* 34. *n.* 125. *& seq.* Guaz. *def. reor.* 6. *c.* 4. *nu.* 21. Vermigl. *consil* 323. *num.* 6. Conciol. *resol. crim.* 12. *ver. Cautio de se præsentando.*

Pro complemento quotidianæ materiæ manuleutarum 22
observamus, quod solet Regium Concilium reos non multum gravatos sub manuleuta relaxare, quod tribus modis contingere potest. Primò, quando traditur idoneæ manuleutæ cum clausula, *meritis Processus attentis*. Secundò, quando traditur idoneæ manuleutæ ad requisitionem dierum. Et tertiò, quando traditur idoneæ manuleutæ cum reincidentia, Peguer. *in prax. crim. cap.* 12. §. 15. *nu.* 5. *cum seqq.*

Quad primum, quando reus relaxatur sub idonea ma- 23
nuleuta, cum clausula, *meritis Processus attentis*, fit relaxatio cum causæ cognitione, & Processu publicato, & tunc provisio, quæ pro illa relaxatione fit habet vim absolutoriæ sententiæ, Peg. *in prax. crim. d. c.* 12. §. 15. *nu.* 7. *ver. Adverte propterea*, & ea ratione licet supervenïant nova indicia amplius agi contra relaxatum non potest, Canc. *var. p.* 2. *c.* 5. *n.* 132. & hoc jure utimur, licèt secus sit de jure communi, ut patet ex DD. infrà allegandis, & forma provisionis est, ut sequitur.

Die T. Januarii 1685. insequendo conclusionem in Regio Concilio factam providet, quod meritis Processus attentis, & aliàs N. tradatur idoneæ manuleutæ ad requisitionem dierum ad pœnam T. librarum. Quam formam tradit Peg. *d. c.* 12. §. 15. *n.* 7. *sub ver. Adverte.*

Quoad secundum, quando reus traditur idoneæ manu- 24
leutæ ad requisitionem dierum, tunc nonnisi supervenientibus novis indiciis iterum reus in carceres conjici potest. Peg. *d. c.* 12. §. 15. *n.* 6. qui attestatur de observantia Regii Concilii, & fundatur in doctrina Bossii *in prax. tit. de sententt. n.* 61. Clari *in prax. §. fin. qu.* 41. *ver. Pariter etiam, n.* 10. diximus suprà *dec.* 12. *n.* 60. & hoc genus relaxandi parum apud nos, frequentatur.

Quoad tertium, quando reus traditur idoneæ manuleu- 25
tæ cum reincidentia, promittendo se infrà tot tempus rediturum intus Regios carceres, tunc Judex cogere potest reum ad se repræsentandum etiam novis non supervenientibus indiciis, ut passim vidi practicatum, quod confirmatur ex his, quæ apud DD. communiter traduntur, quod quando reus relaxatur cum fidejussione de se repræsentando non factis defensionibus, & adhuc indiciis non purgatis, potest per Judicem ad carceres revocari ad sui libitum, etiam novis non supervenientibus indiciis, Farinac. *in prax. q.* 4. *nu.* 25. *ver. Limita*, Conciol. *resol. crim.* 3. *ver. Cautio de repræsentando*, *nu.* 3. (ubi id dicunt esse Judici arbitrarium) Guaz. *def. reor.* 6. *c.* 4. *nu.* 36. *in fine*. Severini ad Sanfelic. *decis.* 377. *ver. Circa*, ubi docent, quod si non discussis indiciis, nec lite mitestata, nec datis defensionibus, quis liberatur sub fidejussione de se repræsentando toties quoties, vel ad omnem ordinem, tunc etiam non supervenientibus novis indiciis possint molestari reus, & fidejussor, ex Crispol. *cas. milit.* 39. *n.* 3. *cum n.* 9. *& seq.* Forma relaxandi reos sub idonea manuleuta cum reincidentia est, ut sequitur.

Die T. Martii 1685. insequendo conclusionem in Regio Concilio factam providet, quod N. tradatur idoneæ manulentæ cum reincidentia per totum mensem Septemb. proximè venturum absque requisitione, & interim quandocumque fuerit requisitus, teneatur se reponere intus Regios carceres Barcinonæ, sub pœna T. librarum.

Hanc observa, & non traditam à Peg. *in prax. crim. c.* 12. § 15. *n.* 7. *ver. Solent.*

Animadvertsum hìc traditur, quod reus relaxandus est 26
sub fidejussoribus, quando ex Processu non venit imponenda pœna corporalis, secus ubi ex Processu imponenda venit pœna corporalis, quia tunc reus sub fidejussoribus relaxandus non est, utramque conclusionem probant *text. in l.* 1. *& l. Divus*, 3. *ff. de custod. & exhibit. reor.* Covar. *var.* 2. *c.* 8. *n.* 8. & ibi Faria *num.* 122. *cum pluribus seqq.* (ubi rationes assignat) Guaz. *def. reor.* 6 *c.* 1. *n.* 32. Farin. *in prax. qu.* 33. *num.* 48. *& seqq.* Salgad. *de Reg. protect. par.* 2. *c.* 4. *n.* 157. *&* 164. Gomez *var.* 3. *c.* 9. *nu.* 7 *&* 8. ubi Ayllon, Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *qu.* 7. *sect.* 1. *num.* 750. juxta tradita à Canc. *var.* 2. *c.* 5. *num.* 95. plures de hac re citati per Severin. ad Sanfelic. *decis.* 363. *ver. Quando carceratus.*

Pariter pro delicto pœnam corporalem exigente relaxa- 27
tur

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tur reus sub fidejussione, quando ex actis constat post Processus publicationem, de Rei innocentia, & absolutione debita, Farinac. *in prax. q.* 33. *à n.* 67. (ubi *nu. seq.* affirmat cum Julio Claro in omnem eventum, & casum tempore quo ferenda est sententia definitiva, reus sub fidejussore relaxatus debet revocari in carcerem, ne forsan si sequatur corporalis condemnatio, illam possit fugiendo eludere) Salgado *de Reg. protect. p.* 2. *c.* 4. *nu.* 187. *& seq.* Gomez *var.* 3. *c.* 9. *n.* 7. Ayllon *ibid. nu.* 8.

28 Hinc quando pendente Processu apparet reum non esse culpabilem delicti de quo imputatur, quia in hoc casu debet relaxari, ut *text. in l.* 1. *C. de exhibit. reor.* qui text. licèt non videatur requirere fidejussores, sed simpliciter dicat illum debere relaxari, nihilominus practica observat, quod præstetur fidejussio. Et ita in Regio Concilio practicatur, Peg. *in prax. crim. d. c.* 12. §. 15. *n.* 5.

29 Etiam sub Sacramento, & homagio Rei recurrentes relaxantur juxta formam, quam tradit Peg. *in prax. crim. d. c.* 12. §. 15. *nu.* 4. prout die 5. Julii 1593. in facto recursus Antonii Illas, ref. Mur. & die 23. Augusti 1593. in facto recursus interpositi per Petrum Graupera à captura, & procedimentis. Similis die 7. Julii 1595. in facto recursus Francisci de Monserrat. Similis die 27. Novembris 1595. in facto recursus Monserratæ Ereva Viduæ. Similis die 24. Decembris 1599 in facto recursus Petri Palau Agricolæ Villæ de la Espluga 27. Maii 1661. in facto supplicationis oblatæ pro parte Joannis Salavert, & Joannis Capdevilla, 27. Aprilis ejusdem anni, qua recursum interposuerunt à capturis, & procedimentis contra eos factis per Dominum, qui dicebatur esse Villæ S. Vincentii dels Horts, Diœcesis Barcinonæ, & ref. R. S. Pallarès, fuit conclusum recursui locum esse, & quod d. Salavert traderetur sub Sacramento, & homagio ad requisitionem dierum ad pœnam vigintiquinque librarum, & quod aliquis ex Regiis Algutziriis accederet ad dictam Villam, & d. Capdevilla ad suas manus apprehenderet, & illum traderet sub Sacramento, & homagio ad pœnam vigintiquinque librarum. Similis ante R. Guiamet 16. Decembris 1626. in facto recursus interpositi per Josephum Riera Agricolam de Banyolas. Etiam nullis solutis expensis mandatur reum relaxari, prout sequitur. Die 7. Decembris 1661. in facto recursus interpositi pro parte Josephi Serra Agricolæ de Palol de Savaldoria &c. *Meritis Processus attentis, &c. fuit conclusum recursui per dictum Serra interposito locum fuisse, & esse, & quod dictus Serra relaxetur à carceribus in quibus detinetur, nullis solutis expensis, & pro his, &c.* refer. Nob. Michaele de Pallarès, Judice R. C. Sim.. 17. Decembris 1674. in facto recursus Isidri Odena.

30 Similis ubi fuit injunctum, ut Cancellaretur debitorium per reccurrentem antea firmatum in favorem Judicis à quo die 17. Martii 1608. ref. Sala, in favorem Jacobi Mensa Agricolæ Villæ Prat[illegible] Regis recurrentis à captura, & procedimentis contra eum factis per Dominum, qui dicebatur esse Loci de Segur, seu per ejus Bajulum, & injunctum, quod Cancellaretur, & annullaretur instrumentum debitorii quantitatis centum quinquaginta librarum per dictum Mensa firmatum Petro Vidal Subbajulo dicti Loci de Segur die 1. Julii 1607. penès Jacobum Bernardum Vidal Not. Villæ de Calaf, & quod dictus Mensa traderetur sub Sacramento, & homagio ad requisitionem dierum ad pœnam vigintiquinque librarum, & pro his &c. Et 22. Martii 1630. ref. Vinyola, ubi fuit injunctum, quod mandaretur Procuratori Generali Vicecomitatuum de Capraria, & Basso ut restitueret sexagintaquinque libras Joanni Adroer recurrenti à captura, & procedimentis.

31 Similis ubi reus relaxatur cum emenda damnorum, ut ibi: *Die* 24. *Maii* 1631. *&c. in facto causæ recursus, &c. facta relatione per Vinyola I. R. C. meritis Processus attentis, & aliàs fuit conclusum, recursui per Petrum Llensa interposito locum esse, & damna per Bajulum de Prats de Molló, occasione procedimentorum illata resicienda fore, & esse, ut cum præsenti resici, & emendari mandat, illorum liquidatione reservata, & quod d. Petrus Llensa tradatur sub Sacramento, & homagio ad requisitionem dierum, donec aliter sit provisum ad pœnam vigintiquinque librarum, & pro his, &c.* Et antea Senatus declaraverat, die 1. Decembris 1625. ref. Besturs in causa recursus interpositi per Villacetru.

32 Similis die 26. Octobris 1658. ref. Mag. Ludovico Ferrer, tertiæ Aulæ D. pro Nob. Michaele de Pallarès I. R. C. scriba Cortes in facto recursus interpositi per Mariam Serra viduam, à procedimentis contra eam factis per Petrum Texidor Procuratorem Generalem Ducatus Cardonæ, & Ægidium Boix Bajulum termini de Llobera, & fuit declaratum recursui locum esse, & quod manderetur dictis Texidor, & Boix, quod restituerent quatterias tritici, pecora, & alias res à Dominio dictæ Serra appræhensas, seu earum valorem, quatenus non extarent, cum refectione damnorum liquidatione reservata, & pro his fierent litteræ, &c. Similis 24. Octobris 1665. in favorem Margaritæ Pons Villæ de Calaf. Similis 17. Decembris 1674. ref. R. S. Taverner in favorem Isidri Odena, & Petri Joannis Escoter.

Similis die 24. Januarii 1685. ref. Mag. Francisco de 33
Portell I. R. C. omni litteratura præstantissimo, in causa recursus interpositi pro parte Syndici Civitatis Urgellen. tam nomine dictæ Civitatis, quàm Josephi Artigalas Not. Pub. & Secretarii Concilii dictæ Civitatis, declarando recursui per dictum Syndicum dictis nominibus interposito locum fuisse, & esse, & quod dicto Josepho Artigalas Cancellaretur manuleuta, & quod Canonicus Joannes Rovira Procurat. jurisdictionum Capituli sedis Urgellen. solveret, & reficeret d. Josepho Artigalas damna, & expensas ei occasione dictæ capturæ, & procedimentorum illata; liquidatione reservata, & quod pro his expedirentur litteræ, & aliæ provisiones opportunæ juxta R. C. stylum.

Observa in hac causa de officio fuisse condemnatum inferiorem ad damna, & expensas; quia ob injustam capturam tenetur eam decernens in Syndicatu, ut diximus *decis.* 12. *nu.* 13. in quo judicio Judex de officio procedit, Berart *de visit. c.* 3. *n* 56. pariter cum reccurrentes damnificentur occasione procedimentorum à Judicibus; ideò ab eis damnum consequi debent, ex regula damni causam dans, illud resarcire tenetur, *l. Videamus* 11. §. *fin. l. Qui domum* 47. *ff. locati* cum recollectis per Tusc. *concluf.* 6. *lit. D.* & faciunt tradita per Xam. *de privil. Civitat. Barcinonæ*, §. 11. *num.* 19. Canc. *var.* 3. *cap.* 17. *num.* 139. *& antea var.* 2. *cap.* 14. Oliba *de jure fisci, cap.* 14. *n.* 113. Fontanel. *decis.* 286. *num.* 12. Mastril. *de Magist. lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 112.

Et eximitur etiam tunc oppressus, si ratio id expostulet, 34
à jurisdictione Baronis, Avend. *de exeq. reg. mandat. p.* 1. *cap.* 11. *num.* 3. Cavalc. *de Brac. Reg. part.* 2. *nu.* 268. *& seq.* Ponte *de potest. Proreg. tit.* 10. *de diverf. provif. rub. de insig. & arm. n.* 13. & sub alio Judice collatur, Matra *clauf.* 7. *num.* 11. *p.* 2. Pascal. *de vir. pat. pot. p.* 3. *c.* 4. *n.* 35. *& seqq.* Canc. *var.* 2. *c.* 2. *n.* 185. *& seqq.* & pluribus laudatis Giurba *conf.* 66. *nu.* 20. Sic Senatus die 23. Novembris 1666. ref. R. S. Anglasell, scriba Cortes, ubi fuit declaratum recursui locum esse, & Joann. Alòs Agricolam Villæ de Cubells, qui recursum interposuerat remanere exemptum à jurisdictione Marchionis de Camarasa in criminalibus, & subjectum jurisdictioni Vicarii Illerdæ, prout ibi: *In facto causæ recursus interpositi per Joan. Alos Agricolam Villæ de Cubell, Marchionatus de Camarasa, in supplicationibus per eum oblatis, die* 25. *Septembris, & 30. Octobris* 1666. *cum quibus recursum interposuit à procedimentis, & arresto contra eum factis per Officiales d. Marchionatus, & Bajulum d. Villæ, supplicando declarari locum esse d. recursui, & à jurisdictione d. Illust. Marchionis de Camarasa eximi, quia passim injustè, & indebitè per dictos Officiales fuit gravatus, & gravatur, facta relatione per Nob. Narcisum de Anglasell, & Roca I. R. C. meritis Processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quod declaretur recursui per dictum Joannem Alos interposito locum fuisse, & esse, & quod relaxetur ab arresto quo detinetur in præsenti Civitate.*

Et attento, quod ex meritis Processus constat dictum Alòs anno 1660. *fuisse indebitè, & injustè molestatum per Officiales dicti Marchionatus, providendo contra eum capturam, citando illum per edictum ad pœnam bannimenti, banniendo eum in perpetuum, quia non comparuit, & condemnando, ut solveret Joanni Pedrol expensas, quas fecerat in causa, & 15. Lib. pro injuria, & 100. Lib. Procuratori Fiscali dictæ Curiæ pro pœna, quæ procedimenta in causa recursus per dictum Alos interpositi 21. Martii* 1661. *cum provisione facta 31. dictorum mensis, & anni ref. quondam Mag. Bernardo de Olsina, & de Villalonga I. R. C. insequendo conclusionem in Reg. Conc. factam, fuit declaratum, nulliter, & injustè facta fuisse, & recursui locum esse. Rursus attento quod constat anno* 1665. *indebitè, & injustè fuisse dictum Alos molestatum per dictos*

Officia-

Officiales, contra eum inquirendo, eundem habendo arrestatum per multum tempus, sub prætextu, quia proposuerat patiario de Camarasa, quod T. Lacasa, qui exercebat Officium Procuratoris generalis dicti Illust. Marchionis non poterat uti illo exercitio tanquam externus; unde dictus Lacasa obstrictus fuit die 13. Octobris 1666. Officium renuntiare, & revocare procedimenta, uti illud exercentem facta, usque ad dictam diem, ex quibus resultat dictum Alos pluries fuisse à dictis Officialibus gravatum, & posse timere, de ea causa ulterius molestari. His & aliis meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quod dictus Alos eximatur à jurisdictione dicti Illust. Marchionis, & suorum Officialium, quoad causas criminales durante vita dicti Illust. Marchionis & quod dictus Alos submittatur quoad dictas causas Vicario Ilerdæ, & quod pro his fiant, & expediantur, &c.

35 Tertiò, notabilis oppressio est, quando Baro cogit vassallum litigare in sua Curia, in casu non suæ jurisdictionis, Oliba *de jur. fisc. d. cap.* 14. *n* 113. *in fine*, ex defectu enim jurisdictionis in inferiore Judice procedente, à procedimentis admitti debet recursus, prout fuit observatum die 20. Novembris 1631. in facto causæ recursus interpositi pro parte Dominici Cassanyat juvenis flaquerii Barcinonæ habitatoris, à captura, & procedimentis contra eum factis per Consiliarios dictæ Civitatis Barcinonæ, facta relatione per Jacobum Mir tertiæ Aulæ Doctorem pro Gabriele Berart I. R. C. absente; quia ex depositionibus testium ministratorum pro parte dicti Cassanyat, constabat dictum Cassanyat fuisse detentum in Turri portalis Sancti Antonii præsentis Civitatis Barcinonæ à die 17. Augusti dicti anni, qua die fuit captus de ordine dictorum Consiliariorum, usque ad dictum diem 20. quæ dilatio longè excesserat tempus necessarium ad excludendum quamcumque suspicionem epidemiæ, nec constabat ultra custodiam comperere dictis Consiliariis jurisdictionem ad illum detinendum, condemnandum, vel absolvendum, fuit concluſum, quod declararetur dicto recursui locum esse, & quod aliquis ex Regiis Algutzirlis accederet ad dictam Turrim Santi Antonii, & quò oporteret, & dictum Cassanyat in ea detentum ad suas manus apprehenderet, & captum, & benè custoditum ad Regios carceres Barcinonæ adduceret, & alia faceret in similibus fieri solita, assueta, & pro his expedirentur Cartella, & aliæ provisiones opportunæ, juxta R. C. stylum.

36 Et die 25. Augusti. 1656. in facto recursus per arreptionem itineris interpositi per Josephum Martinum Miro alterum ex operariis Civitatis Barcinonæ, à procedimentis capturæ contra eum comminatis per Consiliarios ejusdem Civitatis, cum fuisset dictus Miro arrestatus, & prolongaretur expeditio causæ, cum supplicatione per illum oblata, die 25 Augusti anni 1656. ref. R. S. Miralles, fuit provisum, ut ibi: *R. dd. & anno, attento quod Consiliarii Barcinonæ processerunt in casu, in quo jurisdictionem non habent, ideo, & aliàs insequendo conclusionem in R. C. factam providet, quod dictus Iosephus Martinus Miro, relaxetur ab arresto, sub quo detinetur, juxta stylum. Est fol.* 109.

37 Quartò, opprimitur vassallus, vel subditus à Judice procedente in casu à jure non concesso, ut post Mieres scribit Oliba *d. cap.* 14. *num.* 113 *in fine*, nam Judices aliquid contra jus facientes, vassallos gravant, Novar. *de gravam. vassal. to.* 1. *pralud* 4. *num.* 2. ut si in facto civili criminaliter Judex procedat, tunc enim relaxatur reus, & remittuntur causa, & partes ad Judicem Civilem, ita Senatus: *Die* 5. *Julii* 1624 *in facto recursus, &c. facta relatione per Ramon fuit conclusum recursui interposito per Joannem Sarrat, & Mariner, locum fuisse, & esse, & quod dictus Mariner tradatur sub Sacramento, & homagio ad requisitionem dierum ad pœnam vigintiquinque librarum, remittendo causam, & partes ad Judicem causarum civilium ad quem spectet, & pro his fiant, &c.* Similis 16. Decembris 1626. ref. R. S. Guiamet I. R. C. & fuit declaratum, recursui interposito per Bou, Palau, Roca, & Balsells locum fuisse, & esse, & quod dicti, &c. traderentur sub Sacramento, & homagio nomine Regiæ Curiæ ad requisitionem dierum, donec aliter foret provisum, ad pœnam vigintinque librarum remittendo partes, & causam ad Judicem causarum civilium, ad quem spectaret. Similis 22. Octobris 1628. ref. R. S. Guiamet in favorem Bernardi Major Agricolæ de Vilassar. Similis 7. Maii 1663. in favorem Petri Franquet, Thomæ Torras, & aliorum ref. R. S. Bernardo de Olzina I. R. C. Similis 18. Martii 1665. in favorem Petri Joannis Castellar, Isidori Ferrer, Raphaelis Torras, Joannis Vallbona, Franciſci Alcover, & aliorum incolarum de Granyena, ref. R. S. Balaguer pro R. S. Olzina infirmo Similis 29. Januarii 1676. in favorem Franciſci Fabrega Agricolæ.

Quintò, opprimitur vassallus, quando Senior in suo casu non dat Judicem, vel dat Judicem suspectum, vel imperitum, vel sibi Domino familiarem, Oliba *de jur. fisc. d. cap.* 14. *num.* 113. Quando assignat imperitum, quod Baro gravet vassallum, probant tradita à Canc. *var.* 3. *c.* 17. *n.* 386. Font. *de pact. claus.* 4. *glos.* 10. *n.* 162. *p.* 1. Bovadilla *in polit. lib.* 1. *cap.* 12. *à nu.* 8. *cum seq.* & his laudatis comprobat Novar. *de gravam. vasal. to.* 1. *grav.* 190. 38

Et quando dat suspectum, dixit Senatus die 5. Novembris 1658. ref. Mag. Ludovico Ferrer, tertiæ Aulæ D. pro Nob. Michaele de Pallares I. R. C. infirmo, ubi fuit declaratum recursui interposito per Joannem N. & alios Villæ de Arenys de Munt, captos in carceribus dictæ Villæ, locum fuisse, & esse, scriba Cortes, qui erant delati de homicidio perpetrato in personam cujusdam famuli Don Joannis Mata Gubernatoris Vicecomitatuum Captariæ, & de Basso, nam oppressus dicitur, qui Judicem non habet, vel si habet est ei suspectus. De hac re latiùs in alia decis. 39

Qui enim habet Judicem inimicum, vel suspectum meritò timet, & perhorrescit, Mieres *in Curia Reg. Ferdinandi Barcin. col.* 9. *n.* 122. *par.* 2. *c.* 35. & ratione perhorrescentiæ Officialis, vel potentiæ collitigantis, evocantur causæ ad Principem, cum in his casibus, & eorum similibus, oppressio intervenire judicetur, Oliba *de jure fisci, c.* 3. *num.* 36. Ferrer *par.* 1. *obser. R. A. cap.* 7. Font. *tom.* 2. *decis.* 522. *num.* 22. Ripoll *ad prax. civilem* Peg. *rub.* 4. *num.* 93. & quod sola inimicitiæ causa sufficiat, ut Judex suspectus dicatur de jure, affirmant Font. *decis.* 14. *per tot.* Farinac. *in prax. quæst.* 49. *num.* 62. *cum seqq.* & nos de hac re latius *decis.* 18. & adesse dicitur inter accusatum, & accusantem, & ejus Procuratorem, in causa capitali, Farinac. *in prax. d. quæst.* 49. *num.* 73. *cum seqq.* 40

Quibus, & aliis rationibus motus Senatus, ref. Mag. Josepho Aleny 20. Septembris 1658. declaravit recursui interposito die 20. Junii ejusdem anni, per Celidonum N. Villæ Cardonæ, per arreptionem itineris à procedimentis contra eum factis per Procuratorem Generalem Excellentissimi Ducis Cardonæ, locum fuisse, & esse, quia jamdiu dicto Duci cum supplicatione exposuerat, uti Syndicus dictæ Villæ, dictum Procuratorem Generalem aliqua gravia delicta commisisse, qua propter Dux contra Procuratorem informationes recipi mandaverat, Commissarium ad illas recipiendas exercuerat, & testes, ad inquisitiones formandas ministraverat, quibus adesse inimicitiæ causam visum fuit Senatui, sicque recursum admisit cum clausula, quod ad ulteriora in causa in Regio Concilio procederetur, & quod aliquis ex Regiis Algutzitiis &c. Eadem ratione fuit admissus recursus Josephi Domingo Agricolæ Villæ de Batet, à captura, & procedimentis contra eum factis per Bajulum ejusdem Villæ, provisione facta 11. Decembris 1673. ref. R. S. Jacobo de Potau, & Molas, quia Syndicus Universitatis instabat criminaliter contra recurrentem, & Bajulus cum judicio Procerum illius Villæ, debebat causam judicare, ne sic pars instans fungi judicantis Officio valeret. 41

Sextò, opprimitur vassallus, quando à Domino ducitur per ambages; tum detinendo, & procrastinando, & eum laboribus, itineribus, & expensis gravando; tum si Judex datus moram faciat in jure reddendo, & ipsam causam differendo, ut post Mieres scribit Oliba *de jur. fisc. d. cap.* 14. *num.* 113. Paris. de Put. *de Syndic. ver. Negligentia*, Mastril. *decis.* 236. Cacher. *decis.* 12. *num.* 9. Novar. *de grav. vassal. lib.* 1. *grav.* 265. & tunc potest Princeps excitando jurisdictionem inferioris, ei mandare, ut intra certum tempus causam expediat, *cap. Pastoralis* 11. *de Offic. judic. Ordin.* Cancer. *var.* 3. *cap.* 13. *num.* 310. Xammar *de Offic. judic. part.* 1. *quæst.* 24. *num.* 22. Vico *in prag. Regni Sardiniæ lib.* 1. *tit.* 8. *cap.* 8. Regiæ Cortiada, *decis.* 24. *num.* 90. & fuit observatum in Regio Concilio 20. Martii 1568. in recursu interposito per Antonium Mora, à procedimentis contra eum factis per Officiales præceptores Villæ Spluga de Francoli, ref. Sorts, eis injungendo quatenus intra sex dies causam expedirent. Et me ref. durante infirmitate. R. S. Nob. Petri de Amigant I. R. C. 6. Martii 1675. in favorem Joannis Belluert, & Joannis Guiot Agricolarum Villæ de Monblanc, in facto recursus per arreptionem itineris per eos interpositi, mandando Bajulo de Monblanc, & aliis ad quos spectaret, infrà quindecim dies expedirent causam. Similis 11. Januarii 1667. 42

33 Si verò Judex intra terminum præfixum causam subditi non expedierit, ob illius negligentiam, elapso termino potest evocari causa ad superiorem, Gramat. *vot.* 28. Vic. *ad Reg. prag. Sard. lib. 1. tit. 18. cap. 4. num.* 11. *&* 24. Mastrill. *de Magist. lib. 4. cap. 16. n. 226. & lib. 2. decis.* 147. *à n.* 20. & his laudatis R. Cortiada *d. dec. 24. n. 91.*

44 Septimò, opprimitur vassallus, carceribus mancipatus longo tempore, nam aut carceratus meretur pœnam, & debet puniri, aut pœnam non meretur, & debet liberari, *ex l. fin. C. de custodia reor.* & hac de causa semper sunt menti tenenda verba Theodosii *in l. de his 6. C. Theodos. de cust. reor.* ibi: *De his quos tenet carcer id aperta definitione sancimus, ut aut convictum, velox pœna subducat, aut liberandum custodia diuturna non maceret*, docet Reg. Vilosa *in tract. de fugit. cap.* 18. §. 1. *num.* 35. Novar. *de grav. vassal. grav.* 265. *n.* 3. *& seqq.* non enim, inquit, carcerandus quis est, si inquirendus, vel puniendus non est.

45 Inde dicitur, quod carceris detentio minuit pœnam criminis, & prodest ante sententiam ad alleviandum, vel extinguendum pœnam delicti, ut optimè concludit cum Franchis Luca *decis.* 317. *num.* 1. Guaz. *def. reor. 2. cap. 2.* Giurba *consil.* 30. *num.* 47. Prato *resp. 6. à num* 49 *& resp.* 29. *num.* 34. Et licèt DD. communiter id admittant post sententiam, quod tunc tempus carceris computetur in tempus exilii, secus verò ante sententiam, relati per Reg. Cortiada *decis.* 85. *num.* 16. Danza *de pœn. DD. tom. 1. tit. de exil. & releg. num.* 42. Reg. Matheu *de re crim. cont. 67. num.* 10. *& seqq.*

46 Existimo tamen certum esse, quod tempus in carcere consumptum post sententiam, computatur in exilium per sententiam inflictum, *l. Omnes* 23. *C. de pœnis*, ibi: *Omnes quos damnationis conditio diversis exiliis destinatos, metas temporis præstituti in carceris implesse custodia deprehenderit, solutos pœna, vinculisque laxatos, custodia liberari præcipimus, nec formidare miserias ullas exilii. Sit satis immensorum cruciatuum semel luisse supplicia, ne hi, qui diu privati sunt aura communis hausta, & lucis aspectu, intra breve spatii Catenarum ponderibus prægravati, etiam exilii pœnam sustinere iterum compellantur*, & hanc conclusionem firmant Tiraq. *de pœn. temp. cau.* 41. *n.* 2. Vincent. de Franc. *dec.* 317. *num.* 4. Cabal. *resol. crim. cas.* 142. *ex n.* 1. Thesaurus *decis.* 76. *num.* 4. *cum seq.* Farinac. *in prax. quæst* 10. *n.* 48. Guaz. *def. 2. cap.* 3. *num.* 18. *& seqq. & def. 6. cap.* 1. *num.* 30. *& def.* 33. *cap.* 27. *num.* 3. Greg. Lopez *in l. 2. tit.* 28. *par.* 7. *glos.* 4. *ad medium*, Giurb. *consil.* 47. *num.* 36. Reg. Matheu *de re crim cont. 67. num.* 10. *& seq.* Danza *de pœn. DD. tom. 1. tit. de exil. & releg. num.* 42. Capiblanc. *tom. 2. super prag. 19. de Baron. cap.* 94. *num.* 4. *& seqq.* Luca ad Franc. *d. decis.* 317. *num.* 1. Fontan. *decis.* 257. *num.* 23. (ubi tradit declaratum contra reum exulatum, ut solveret tot libras pro juribus defraudatis Generali, & quod non relaxaretur à carceribus, donec solveret, nec ei tempus exilii curreret interim, donec ob id detineretur) Reg. Cortiada *decis.* 85. *num.* 16. *& decis.* 86. *num.* 58. *& seqq.* Velasco *de privil. miserab. pers. quæst.* 11. *num.* 11. Riccius *decis. Archiep.* 45. *par.* 2. Nicol. Anton. *de juribus exulum, cap.* 15. *num.* 7. *&* 8. Latro *lib. 2. dec.* 177. *num.* 21. & ibi novitèr Manfrella *num.* 9. *cum seqq.* Thoro *in compend. decis. par. 1. vers. Tempus*, Rovit. *in prag. 1. num.* 7. *de releg.* Reg. Vilosa *in tract. de fugit. cap.* 18. § 1. *n.* 32. *cum seqq.* rationem assignant, quia acerbior pœna carceris est, quàm ipsum exilium, ob quod computandum tempus detrusionis, cum exilio in sententia assignato, fuit *in d. l.* 23. rescriptum ne duplici pœna pro eodem delicto rei puniantur.

47 Etiam indubitatum profero, quod diutina carceratio reo prodesse debet ad minorandum pœnam delicti, & quandoque ad pœnam extinguendum (si causa id patiatur) unde in hoc nostro Regio Concilio dimanat observantia declarandi interdum, *ut carcer cedat in pœnam*, ut probavimus infrà cum diversis exemplaribus, & de sua, eademque observantia attestantur Luca *ad dec. Franc.* 317. *n.* 1. Manfrella ad Latro *lib. 2. dec.* 177. *n* 10. Sicque erit verum, ante sententiam longam carceris detentionem reo opitulari, ut in sententia minori pœna, aut interdum nulla gravetur, excomputando in partem pœnam delicti reo debitam, & plerumque juxta criminis qualitatem reum omnino liberando, & paritèr est verum, quod post sententiam, reo computatur tempus detrusionis in partem pœnæ exilii, in qua fuit in sententia condemnatus.

48 Et hoc est, quod doctè animadvertit Luca *d. decis.* 317. *n.* 1. & post eum Manfrella ad Latro *d. dec.* 177. *nn.* 9. Velasc. *de privil. miserab. person. quæst.* 11. *num.* 12. Capiblanc. *de Baron. super prag.* 19. *lib. 2. cap.* 94. *nu.* 3. ibi: *Item carcer excomputatur in partem pœnæ temporalis exilii per sententiam dati, unde si quis diu carceratus steterit, & in exilium missus fuerit, carcer in partem compensabitur, tex. in l. omnes, C. de pœnis; sed est intelligendum, quando reus post sententiam tacitè, vel expressè acceptatam, distulerit, nun sui culpa accedere, & ire ad exilium, vel relegationem, nunc tempus carceris cum exilio excomputatur; secus si ante sententiam diu steterit carceratus in se defendendo, vel appellando nam hoc casu non fit compensatio, Franc. decis.* 317. *verum est, quod Judices circumspecti debent habere rationem longi carceris, in sententia pœnali proferenda, ut Cinus, & Odof. in d. l. Omnes arg. text. in l. Si diutino, ff. de pœnis, Ioan. de Platea in l. Si quis, C. de coment. lib.* 11. *Mut. a decis.* 80. *n.* 9. *Thesaur. decis.* 76. *num.* 2. *Farinac. quæst.* 10. *ex num.* 85. *imò in delictis privatis, multoties decernitur, ut carcer succedat in pœnam, Magon. decis. Lucen.* 50. *num.* 18. *Cabal. cas.* 142. *Vivius dec.* 504. *num.* 25. *Burs. consil.* 445. comprobat Riccius *par.* 2. *dec. Archiep.* 45. *in fine, ibi: Licèt de carcere ante sententiam passo soleat in condemnatione haberi ratio, ut dictum est suprà.*

Paritèr relegato, exulato, bannito, seu confinato, qui frangit fines exilii, bannimenti, relegationis, seu confinium, non duplicatur tempus relegationis, confinium, banimenti, seu exilii in quo fuit condemnatus; sed tantum ejus quod superest, & in ipsa duplicatione, consideratur tempus quo ipse stetit in carcere post sententiam, ut illud computetur in tempus exilii, non autem tempus, illud quod in carceribus mansit antè sententiam per *tex.* sic intelligendum *in l. Aut dammum*, 8. §. *Quisquis, ff. de pœnis*, ibi: *Quisquis autem in opus publicum damnatus refugit, duplicato tempore damnari solet; sed duplicare cum id temporis oportet, quod eicum supereffet, fugit, scilicèt ne illud duplicetur, quod apprehensus in carcere fuit*, pro ut eam legem sic intelligit Guaz. *def.* 33. *c.* 27. *n.* 3. Reg. Cortiada *dec.* 85. *nn.* 15. qui allegat Peg. *dec.* 41. *n* 2. 49

Quando igitur quis fregit exilii fines, & captus, ac carceratus fuerit, ista carceratio quandiu duraverit ante sententiam contrafactionis exilii, non erit extinguenda à tempore exilii, nam tantum in partem exilii computabitur illa carceratio, quam passus fuit post primam sententiam in qua fuit condemnatus ad exilium, anteaquam revera illud adimplere incæpisset, & carceratio illa quam sustinuit post secundam sententiam contrafactionis exilii, non enim computabitur in exilium tempus, quandiu carceratus manserit dum instruitur, & declaratur processus contrafactionis, & novi delicti fractionis exilii (licèt etiam considerari possit in favorem rei illud carcerationis tempus, si fuerit diutinum in sententia pœnali contrafactionis proferenda.) Sic cavendum censeo à Capiblanc. *de Baron. d. c.* 94. *n.* 7. qui contrarium sentire videtur. 50

Etrahitur à tempore exilii, tempus carcerationis post sententiam, dummodo detentus post sententiam diu incarceratus non steterit culpa sua, nam tunc carceratio in tempus exilii non computabitur, Capiblanc. *de Baron. prag. 19. lib. 2. d. cap.* 94. *num.* 4. Vilosa *de fugit. cap.* 18. §. 1. *num.* 32. sed steterit in carceribus facto, vel culpa Judicis, Guaz. *def.* 33. *c.* 27. *n.* 3. Reg. Cortiada *dec.* 85. *num.* 16. *& dec.* 86. *nu.* 56. *& seqq.* 51

Quæ omnia procedunt in condemnatis ad triremes, nam tempus, quo in carceribus detinentur post sententiam, si culpa, & facto Judicis non sua culpa detinentur, computatur in tempus triremium, Reg. Vilosa *de fugit. cap.* 18. §. 1. *num.* 32. & plures relati per Reg. Cortiada *decis.* 86. *num.* 57. *cum seqq.* Reg. Math. *de re crim. cont. 67. num.* 13. Rovit. *prag.* 1. *de releg. num.* 5 Giurba *consil.* 30. *num.* 34 Luca ad Franc. *decis.* 317. *num.* 2. & hoc est, quod observamus ex expressa *const. 8. tit. de pœnas corporals*, ibi: *Perque no es raho, que los dits condemnatus à galera temporalment sian mes agraviats, y se sapia quant comensa à correr lo temps de la sua condemnacio, statuim, y ordenam ab consentiment de la present Cort, que lo temps al dit condemnat à galera temporalment, comense à correr apres de quinse dies, que contra ells serà proferida la dita sentencia attes que estàn ia condemnat, y detingut per aquest effecte, y no està per ell de servir, es just lo dit temps li correga.* 52

Ubi animadvertit Reg. Cortiada *d. dec.* 86. *n.* 60. quod apud nos computatio illa (de jure communi à tempore sententiæ) fieri debet post quindecim dies à tempore latę sententiæ triremium temporalium connumerandos. 53

Sena-

54 Senatus, antedicta *num.44.cum seqq.* comprobavit die 1. Junii 1663. ref. R. S. Joanne Baptista Roca, & Julia J. R. C. in favorem Antonii Segues, Joannis Boria, & aliorum, & die 4. Septembris ejusdem anni in favorem Francisci Brunet, ref R.S. Bernardo de Olzina & de Villallonga, & die 30. Maii 1664. ref. R.S. Joanne Baptista Roca, & Julia, & 25. Februarii 1665. ref. R. S. Nob. Michaele Pallares J. R. C. in facto recursus interpositi pro parte Mathæi Genoves à sententia, quæ fuit revocata, & declaratum quod longa ejus detentio in arresto cederet ei loco pœnæ, & quod ab eo relaxaretur, & similis die 27. Januarii 1667. in recursu Joannis Torras Villæ de Olesa, & 13. Martii 1671. refer. R. S. Taverner, & Rubi, scriba Riambau, in facto supplicationis pro parte Joannis Christophol Villæ Cardonæ, Diocœs. Celsonen. oblatæ die 25. Novembris 1670. qua recursum interposuit à captura, & procedimentis factis per Bajulum dictæ Villæ, & fuit declaratum recursui locum esse, & quod dictus Joannes Christophol, attenta ejus longa detentione relaxaretur à carceribus Villæ Cardonæ, in quibus detinebatur.

55 Hinc paritèr in delictis levibus diutius detineri non debent inquisiti in vinculis, juxta tradita à Novar. *de grav. vassal.grav.112.tom.2. num.* 3. & per nos suprà; propterea observat Senatus in causis criminalibus levibus, sine præjudicio causæ recursus illico mandare reos à vinculis relaxari. Sic die 30. Aprilis 1591. in facto supplicationis oblatæ, die 19. ejusdem mensis, & anni pro parte Andreæ Ponsati in causa recursus per eum interpositi à procedimentis contrà eum factis per Subvicarium Bisulduni, ref. R.S. Mur, ubi fuit declaratum, quod sine præjudicio causæ recursus mandaretur Subvicario, & aliis Officialibus ad quos spectaret quatenus dictum Andream Ponsati traderent idoneæ manuleutæ, cum reincidentia, quod per totum mensem Septembris, absque requisitione, & interim quandocumque, &c. teneretur se reponere intus carceres, in quibus tunc detinebatur ad pœnam 100. librarum. Similis 28. Januarii 1592. in causa recursus Jacobi Gras. Similis die 10. Januarii 1662. ref. R. S. Nobili Michaele de Pallares I. R. C. in favorem Petri Ribalt Agricolæ, & asserti Bajuli de Vilallonga. Similis in favorem Petri Gassol Villæ de Limiana, 29. Maii 1663. ref. R. S. Bernardo de Olzina de Vilallonga, & 21. Octobris 1663. in favorem Francisci Pujals, Stephani Guia, Josephi Uro, Gabrielis Fores, Joannis Geltruc, omnium Villæ de Vilaseca, ref. R.S. Joanne Baptista Roca, & Julia I.R.C. Similis die 6. Septembris 1664. ref. R. S. Balaguer tertiæ Aulæ Doctore, pro R. S. Pallares I.R. C. absente, & fuit injunctum Bajulo Villæ de Calaf, cum clausula pro nunc, & sine præjudicio causæ recursus, quod incontinenti nomine Regiæ Curiæ traderet idoneę manuleutæ Hermenigildum Vidal in carceribus Villę prędictę detentum, ad pœnam ducentum librarum, & pro his fierent, &c. Similis 16. Martii 1674. ref. R. S. Tavetner, & fuit dictum in facto supplicationis eodem die oblatę pro parte Josephi Lluśa in causa recursus per eum interpositi à procedimentis contra eum factis per Procuratorem Generalem Marchionatus de Pallas, & conclusum, quod sine præjudicio causæ recursus relaxaretur dictus Lluśa ab arresto, sub quo detinebatur, & traderetur idoneæ manuleutæ, cum reincidentia per totum mensem, &c. & interim, &c. sub pœna ducentum librarum. Similis, me ref. 19. Octobris 1675. in favorem Bartholomæi Marti Bajuli Loci de Vinebra.

56 Etiam in delictis à notorio levibus solet Senatus in eadem supplicatione, qua recursus interponitur reum à carceribus liberare, ut ibi: *Die 28. Januarii 1668. insequendo conclusionem in R.C. factam providet, quod mandetur Bajulo Villæ, et Termini de Limiana, et aliis ad quos spectet quatenus intra decem mittat inquisitiones, si quas habet contra Michaelem Olzina minorem dierum Agricolam Loci de Santerni, et quod interim, nil innovent, et quod pro nunc, et donec aliter sit provisum, et sine præjudicio causæ recursus dictum Michaelem Olzina relaxet à carceribus, in quibus detinetur, et eum tradat idoneæ manuleutæ nomine Regiæ Curiæ ad pœnam quinquaginta librarum, et pro his expediantur litteræ, et alia provisiones opportunæ. juxta Regiæ Curiæ stylum.* Similis antea, sub die 2. Septembris 1664. in favorem Jacobi Bogonna Villæ de Olesa, ref. R. S. Balaguer pro R. S. Pallares absente, & die 10. Martii 1665. & 9. Octobris 1667. ad pœnam quinquaginta librarum pro interesse fisci, & quinquaginta librarum pro interesse partis. In recitatis casibus debet fieri verbum in Regio Concilio, & non concluso, quia cum relaxatio fiat in supplicatione qua interponitur recursus, hæc providetur facto verbo in Regio Concilio, & non insequendo conclusionem.

Prout etiam observat Senatus attento consensu Judicis à quo, & cum clausula sine præjudicio causæ recursus, recurrentem à carceribus relaxare. Sic die 26. Februarii 1676. in facto supplicationis oblatæ per Josephum Angles Villæ de Valls, in causa recursus interpositi à procedimentis contra eum factis per Bajulum Villæ de Valls, ubi fuit conclusum, ibi: *Quod sine præiudicio causæ recursus, dictus Iosephus Angles, qui nomine Admodum Reverendi in Christo Patris Archiepiscopi Tarraconæ Domini, qui dicitur esse dicta Villa de Valls, detinetur in Regiis carceribus hujus Civitatis Barcinonæ tradatur idoneæ manuleutæ arrestatus per totam præsentem Civitatem, cum reincidentia per totum mensem Aprilis proximè venturum, absque ulla requisitione. et interim quandocumque fuerit requisitus teneatur se reponere intus Regios carceres præsentis Civitatis Barcinonæ ad pœnam mille librarum attento consensu Iudicis à quo recursum interposuit.* 57

Octavò, si post introductionem recursus pars recurrens comparet coram Ordinario, recursui renuntiare videtur Gallerat. *de renunt. cent. 2. renunt.* 173. *num.* 31. *tom.* 3. si tamen comparet cum protestatione, quod non intendit se recursui præjudicare, non censetur recursui renuntiasse, Iranso *de protest. cap. 79.* & patet; quia licèt debitor condemnatus, si petierit terminum ad solvendum, appellationi interpositæ, aut interponendæ renuntiasse videatur, *ad tex. in l. Ad solutionem 5. C. de re judic.* Scaccia *de appel. quæst.* 17. *limit* 2. *num.* 19. *et* 28. *ver. Pone*, Fab. *in C. tit. quar. appel. non recip. lib.* 7. *tit.* 29. *def.* 12. Xam. *de Offic. judic. par.* 2. *q.* 7. *num.* 86. Si tamen debitor condemnatus quando petit dilationem ad solvendum fuerit protestatus, eum non intendere appellationi interpositæ, aut interponendæ renuntiare, eo in casu non censebitur appellatio renuntiata, Gallerat. *de renunt. cent.* 2. *d renunt.* 173. *tom.* 3. *num.* 31. *ver. Non procedit*, Grat. *discep. Forens. cap.* 524. *num.* 29. Oival. ad Donel. *lib.* 28. *com. cap.* 6. *lit. O.* & his laudatis, Iranso *de protest. d. cap.* 79. 58

Nonò, quando in causa recursus declaratur recursui locum non esse, non potest Regium Concilium in restitutione causæ recursus apponere conditionem aliquam Ordinariis Judicibus, quod declarent, & decidant illam causam quoad merita, cum voto, & consilio Doctorum Regii Concilii, sed tenetur Senatus super recursu simplicitèr providere, benè, vel malè recursum interpositum, *const.* 57. *cur. an.* 1599. Peg. *in prax. crim. cap.* 22. *num.* 13. Canc. *var.* 3. *cap.* 13. *num.* 309. Xam. *de offic. judic. par.* 1. *q.* 24. *num* 22. *in fine*. Font. *decis.* 318. *num.* 13. *p.* 2. & his laudatis latè comprobat R. Cortiada *decis.* 24 *num.* 88. & 89. qui illud declarat *n.* 90. prout suprà diximus, videlicèt quod *possit Princeps* excitando jurisdictionem Baronis mandare, ut intra certum terminum causam decidat. 59

Reponitur enim causa ad statum quo erat, tempore quo interpositus erat recursus, & sic tollitur inhibitio ordinario, & partes, & causa ad illum restituuntur, & si fuerat reus captus, restituitur captus. Sic Senatus die 7. Octobris 1664. in facto recursus interpositi per arreptionem itineris, per Franciscum Benet V.I.D. Villę Acrimontis ab arresto, & procedimentis contra eum factis per Franciscum Cercos V. I.D. Vicarium dictæ Villæ Acrimontis, ref. R. S. Olzina, ubi fuit conclusum recursui per dictum Benet interposito locum non esse, imò causam, & partes esse restituendas dicto Vicario, & inhibitionem tollendam, & quod dictus Benet qui sub certo detinebatur arresto per præsentem Civitatem, traderetur idoneæ manuleutæ, de se repræsentando infrà dies sex in Villa Acrimontis ad tenendum ibi arrestum factum per dictum Vicarium, quod fuerat provisum, sub pœna quinquaginta librarum. Similis 19. Octobris 1665. in recursu Antonii Roig Jurati Villæ de Palamos, ref. R.S. Balaguer. 60

Injungitur interdum reo, ut compareat coram Ordinario, sic Senatus, ibi: *Die 4. Septembris 1625. in facto recursus, &c. Facta relatione per Bestiuri J.R.C. fuit conclusum, quod declaretur recursui per Franciscum Duran interposito locum non fuisse, nec esse, inhibitionemque factam Bajulo tollendam, dictumque Duran, qui sub certo detinebatur arresto, tradendum idoneæ manuleutæ cum reincidentia, quod per totum mensem currentem, sine aliqua requisitione se reponet intus carceres Villæ de Sities ad pœnam quinquaginta librarum, & pro his expediantur litteræ, & alia provisiones opportunæ, juxta R. C. stylum.* Similis 61

UAB Biblioteca de Ciències Socials

de comparendo coram Ordinario 16. Julii 1591. Similis 6. Martii 1675. me ref. durante infirmitate Nob Petri de Amigant I. R. C. in facto recursus per Joannem Balluert, & Joannem Guiot Agricolas de Villalonga interpositi.

62 Quæ adeo procedunt quod per recursus interpositionem, & repulsam, nullum inferri debet præjudicium patti recurrenti quoad merita defensionis, ut fuit dictum in R. C. die 11. Augusti 1607. ubi addita fuit clausula: *Salvo jure si quod ei competit super exceptione opposita de mala captura.* Et die 19. Decembris 1630. in causa recursus interpositi per N. Perris, ref. Vinyola, in qua fuit declaratum recursui locum non esse, hoc intellecto, & declarato, quod per dictam provisionem nullum partibus fieret præjudicium in per eas respectivè prætensis super jurisdictione loci, & termini de Villafacta, partes quoad dictam prætensionem ad Judicem causarum civilium remittendo, est in lib. conclusionem dicti anni, fol. 295. & in causa recursus Antonii Joannis Paret 17. Julii 1666 ref. R. S. Joanne Baptista Roca, & Julia, & fuit relaxatus ab arresto cum clausula, ibi: *Sine præjudicio jurium, & partium pretensionum quoad interesse civile.*

63 Nec Judici à quo inferri intenditur præjudicium quoad ipsius jurisdictionem, nec alteri eandem jurisdictionem contendenti, juxta disposita *in constit.* 14 *tit. de appellacions*, Ferror *obs.* 3. *part. cap.* 167. propterea die 11. Julii 1630. in facto recursus interpositi per Gasparem Soler Bajulum de Castellnov à captura, & procedimentis contra eum factis per Vicarium, & Patiarios Villæ Cervariæ, ex quo non denuntiavit Vicario quoddam delictum commissum in Bajulia, fuit conclusum recursui locum esse, & dictum Soler relaxandum esse sub Sacramento, & homagio ad requisitionem dictum ad pœnam vigintiquinque librarum, & quod per eam provisionem nullum fieret partibus præjudicium quoad jurisdictionem loci, & termini de Castellnov, sed salvum, & illæsum maneret, est in lib. conclusionum dicti anni fol. 259. Similis 5. Novemb. 1665. in favorem Raymundi Buisach Agricolæ loci de Vilanova de la Muga Dioc. Gerunden. ref. R. S. Cellers pro R. S. Roca, & Julia. I. R. C.

Forma supplicationis qua recursus interponitur per hominem captum à captura, & procedimentis, &c.

Exc. Senyor.

64 *N. de la Vila, &c. està pres, y capturat per lo Balle, y per aquell gravat, y oprimit (narra factum, & gravamina) Per tant, y altrament sentintse oppres, y gravat, y entenent que està baix lo amparo, y protectiò de V. E. constituit, recorre à V. E. y son Real Consell de ditas oppressions, y agravis suplicant esserli dit recors admes, y la present causa esser comesa à algun Magnifich, ò noble Iutie de la Regia Cort; lo qual prouheesca de lletras opportunas, manant al dit Balle, y altres à qui especte, remeta las enquestas si algunas ne tindrà contra dit N. y justicia ministre omni meliori modo, offerint de ditas cosas donar sufficient informaciò, Officio, &c.*

Altissimus, &c.
N.

Decretatio.

Magnificus N. Judex Regiæ Curiæ recognoscat supplicata, et super eisdem debitè provideat, et si hæsitet verbum faciat.

Provisa per Nob. Reg. Cancellariam die 20. Martii 1684. Barcinonæ.

N. scriba mandati.

Provisio Judicis.

Recepta D. D. et anno, facto verbo in Regio Concilio providet, quod mandetur Baiulo, &c. et aliis ad quos spectet quatenus intra dies decem mittant inquisitiones si quas habent contra dictum N. et interim nihil innovent, et pro his fiant, et expediantur litteræ, et aliæ provisiones opportunæ, juxta Regiæ Curiæ stylum.

N Judex R. C.

65 Ab evocatione causæ recursus potest supplicari, juxta formam *cap.* 10. *Cur. anni* 1599. de qua re per nos latius, *decis.* 6. & observa quod declaratum fuit, ibi: *Die 6. Octobris 1618. &c. in facto causæ supplicationis vertentis in R. A. inter egregium Comitem de Vallfogona ex una, et Franciscum Cabestany, et alios Villæ Sanctæ Mariæ de Mari Elnen. Diœcesis ex altera, facta, &c. per D. Petrum Soler R. A. D. causæ relatorem.*

Attento ex meritis processus constat non fuisse aliquid deductum, allegatum, & probatum pro parte dicti egregii Comitis, propter quod provisio evocationis causæ, facta die 6. Julii 1618. ref. D. Francisco Roig de Mendoza I. R. C. à qua pro parte dicti Comitis fuit supplicatum, debeat commutari, His, & aliis meritis, &c. fuit conclusum, quod declaretur benè fuisse provisum in dicta provisione 6. Julii 1618. facta, & male per dictum Comitem ab ea supplicatum. Hoc intellecto & declarato quod evocatio prædicta tantum comprehendat causas recursuum interpositorum per Honoratum Sanso, Philippum Vaquer, Anticum Axada, Guillelmum Turic, Franciscum Cabestany, Iacobum Fillo, qui hodie sub arresto nomine Regiæ Curiæ detinentur, ab inquisitionibus factis per dictum Comitem 10. Martii, & 12. Junii 1618. Ita quod in vim dictæ evocationis causa, nec contra Comitem, nec contra suos Officiales possit procedi, imò quod declarentur nulla procedimenta contra eos vigore dictæ evocationis causa facta, & quod verba posita in supplicatione evocationis causæ ad obtinendum evocationem, de quibus conqueritur dictus Comes cum supplicatione per eum oblata 5. Octobris 1618. deleantur, & quod neutra pars in expensis condemnetur, Est in libro conclus Civil.

Quando præsentantur litteræ recursus Notario, vel scribæ causæ Judicis Ordinarii, à quo recurritur debet per partem fieri oblatio realis (cum ostensione pecuniæ dicto Notario) eidem solvendi salarium copiæ Inquisitionis. Et ita compelli possunt Notarii, & non aliàs, ad scripturas, & instrumenta tradendum, *const. 1. tit. de Notaris*, in illis verbis: *Per salari competent*, de qua Mieres *super ead. const. collat. 4. cap. 19. num. 1. et 2. pag. mihi* 148. *par.* 1. Bosc. *tit. de Cath. lib. 5. cap.* 28. *pag.* 548. *lit. Q. ver. Tots Notaris*, Font. *decis.* 360. *num.* 10. *et* 517 *num.* 14. & concordat *l. Placuit 4. C. de collat. fund. patrim. lib.* 11. Sic fuit declaratum inter Narcisum Martorell Not. Gerundæ ex una, & F. P. patrim. & Mathæum de Varela ex alia, ref. eruditissimo Josepho Aleny R. A. D. scriba Melchiore Cortes, die 11. Octobris an. 1678 non incidere Notarios ad pœnas dictæ *const.* 1. nisi sint requisiti, & satisfacti in suo competenti salario per oblationem realem, nec aliter instrumenta petita conficere, recipere, aut illa edere tenentur. Et hæc oblatio cum ostensione pecuniæ debet continuari in instrumento præsentationis dictarum litterarum, vel separatim de oblatione, & ostensione pecuniæ debet constare cum alio instrumento, aliàs iterum litteræ recursus sunt præsentandæ, ad id requisitum supplendum, nec contra recusantes tradere inquisitiones procedit Regium Concilium criminale ad remedia juris, pro cogendis Ordinariis ad copias illas tradendum, nisi præcedente illa oblatione, & pecuniæ ostensione. 66

Quando ergo præsentatis Baiulo, & Notario inferioribus litteris recursus, emanatis à Regio Concilio, intra terminum prefixum mittere omittunt inquisitiones, proceditur contra Bajulum, & Notarium ad compellendum illos, ut inquisitiones mittant, & potest per partem offerri supplicatio suæ Excellentiæ, & Regio Concilio, exhibendo litteras cum earum præsentatione, petendo mandata, & litteras pœnales, & provisiones opportunas fieri mandari, & tunc per relatorem fit provisio sequens. 67

Recepta DD. et anno facto verbo in Regio Concilio providet, quod inserantur exhibita; et quod mandetur Baiulo Villæ de N. et aliis ad quos spectet quatenus intra dies quinque mittant inquisitiones si quas habent contra dictum Franciscum N. sub pœna quingentum librarum de bonis propriis ex contrafacientibus exigendarum, et pro his expediantur litteræ, et aliæ provisiones opportunæ, juxta R. C. stylum.

N. Judex R. C.

Vigore dictæ provisionis expediuntur secundæ litteræ, & si eis in debita forma, ut supra ennarratur, præsentatis, adhuc non obtemperant inquisitiones mittendo, tunc per partem offertur alia supplicatio, & exhibendo litteras cum earum præsentatione petitur, exequutionem decerni pro pœnis incursis, & fit per relatorem causæ provisio sequens. 68

Recepta D. D. et anno facto verbo in R. C. providet, quod inserantur producta, et fiat instata exequutio in personis, et bonis, N et N. prout cum debitis fiscalibus, et regalibus est fieri assuetum, pro quantitate quingentum librarum, ita ut uno solvente ceteri liberentur, et pro his expediantur litteræ, et aliæ provisiones opportunæ, juxta R. C. stylum.

Aliquando secundæ litteræ mittuntur per Regium Porta- 69

Portarium, expensis Notarii, qui copiam inquisitionis non misit, & aliorum contrafacientium, prout fuit observatum, die decima Februarii 1659. ref. R.S. Nob. Jos. Rull, nunc Reg. in sup. Arag. scriba Oriol, ubi fuit provisum facto verbo in R. C. quod mandaretur Francisco Famades Subvicario, Augustino Pinyana V. I. D. & Jacobo Cortes Piscatori Patriariis Civitatis Dertusen, quatenus intra dies tres traderent inquisitiones, si quas haberent contra Jacobum Pla, ad pœnam ducentum librarum de bonis propriis, & quod ad dictum effectum aliquis ex Regiis Portariis accederet ad dictam Civitatem, expensis dictorum Subvicarii, & Patiariorum.

Forma conclusionis pro admittendo recursu interposito per hominem captum.

70 *Die* 11. *Aprilis* 1684. *in facto causæ recursus interpositi per N. Agricolam Villæ de Monistrol à captura, & procedimentis contra eum factis per Baiulum, &c. facta relatione per Mag. N. Judicem Regiæ Curiæ, meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quod declaretur recursui per dictum Franciscum N. interposito locum fuisse, & esse, & consequenter quod aliquis ex Regiis Algutziriis accedat ad dictam Villam de Monistrol, & alia loca præsentis Principatus, & Comitatuum Rossilionis, & Ceritaniæ, quò oportuerit, qui inquirat, inquisita fortificet, & dictum N. in carceribus dictæ Villæ, detentum, ad suas manus apprehendat, & captum, & benè custoditum ad Regios carceres Barcinonæ adducat, & alia faciat in similibus fieri solita, & assueta, & pro his expediantur litteræ, instructiones, & aliæ provisiones opportunæ, juxta Regiæ Curiæ stylum.*

Forma declarationis pro admittendo recursu interposito per hominem captum.

71 *Die* 11. *Aprilis* 1684. *visa supplicatione oblata T. Martii anni currentis pro parte N. qua recursum interposuit à captura, & procedimentis contra eum factis per Baiulum, &c. Visis inquisitionibus contra eum in Curia ejusdem Villæ fulminatis. Visis videndis meritis processus attentis, & aliàs, insequendo conclusionem in Regio Concilio factam providet, recursui per dictum N. interposito locum fuisse, & esse, & consequenter, quod aliquis ex Regiis Algutziriis accedat ad dictam Villam de Monistrol, & alia loca præsentis Principatus, & Comitatuum Rossilionis, & Ceritaniæ, quò oportuerit, qui inquirat, inquisita fortificet, & dictum N. in carceribus dictæ Villæ detentum ad suas manus apprehendat, & captum, & benè custoditum ad Regios carceres Barcinonæ adducat, & alia faciat in similibus fieri solita, & assueta, & pro his expediantur litteræ, instructiones, et aliæ provisiones opportunæ juxta Regiæ Curiæ stylum.*

N. Index R.C.

72 Quando verò declaratur recursui locum non esse conclusionem poteris eadem norma, prout suprà, disponere, ut ibi: *Die, &c. anno, &c. in facto causæ recursus, &c.* & infrà *fuit conclusum recursui interposito per N. locum non fuisse, nec esse, et quod causa, et partes restituantur dicto Bajulo de N. et sibi inhibitio tollatur, et pro his fiant litteræ, juxta Regiæ Curiæ stylum*, provisionem declarationis pro non admittendo recursu, tradit Peg. *in prax. crim. cap.* 22. *in fine*, prout infrà hìc.

Forma declarationis, quando non admittitur recursus.

73 Poteris formare declarationem, *die T. an. T. visa supplicatione, &c.* prout suprà, & conclude: *Dicto recursui per dictum N. interposito locum non fuisse, nec esse, sed causam, & partes dicto Bajulo de N. restituendam, & restituendas fore, & esse, prout cum præsenti restituit, & inhibitionem sibi factam tollendam fore, prout cum præsenti tollit, & pro his fiant litteræ, juxta R.C. stylum.*

N. Index R.C.

74 Observa ne ab his discedas, quod quando Ordinarius recusat tradere Algutzirio reum captum in vim provisionis declarationis recursus, poteris uti remedio sequentis conclusionis: *Die* 24. *Novembris* 1631. *in facto supplicationis oblatæ pro parte Dominici Cassanyat deducentis se recursum interposuisse ab oppressionibus, & procedimentis tam longæ detentionis ipsius in carcere portæ Sancti Antonii præsentis Civitatis, & fuit pro eo declaratus dictus recursus* (suprà de declaratione fit mentio) *pro cujus exequutione Michael Rodo Regius Algutzirius extraordinarius, se contulit ad custodes turris prædictæ, & ad Magnificos Consiliarios in capite, & tertium, & quartum, & alios Officiales ipsius Civitatis, ut ipsum Cassanyat traderent, quod usque modo obtinere non potuit, supplicans propterea, sibi de condecenti remedio provideri, ut ipsi Michaeli Rodo tradatur, & ad Regios carceres præsentis Civitatis portetur Civitatis idem fisci Procuratore Regiæ Curiæ firmante, facta relatione per Mir, pro Berart I. R. C. absente, fuit conclusum meritis processus attentis, & contentis in requisitionibus penes Franciscum Busquets Not. Regium Civem Barcinonæ, receptis, & præsentatis Joanni Balle, & dictis Magnificis Consiliariis, & responsionibus, & diligentiis factis ad inveniendum Franciscum Burguya, quæ inferantur, seu consuantur, attenta illorum recusatione obtemperandi Regiis mandatis in dictis requisitionibus contentis, quod aliquis ex Regiis Algutziriis accedat ad turrim portalis Sancti Antonii præsentis Civitatis, & manu forti, & militari, & cum clave Comitis aperiat januas dictæ turris, & exequutioni mandet cum omni effectu provisionem factam in causa recursus interpositi per dictum Dominicum Cassanyat die* 20. *prædictorum, juxta stylum, & pro his fiant Cartellæ, & aliæ provisiones opportunæ, juxta R. C. stylum.*

Si in declaratione recursus mandatur Ordinario, ut re- 75
currentem tradat idoneæ manuleutæ, si id facere negligit, expensis recusantis mittitur Algutzirius, ut provisioni obtemperet, ut sequitur. *Die* 18. *Martii* 1633. *&c. in facto recursus, &c. fuit conclusum, quod aliquis ex Regiis Algutziriis accedat, &c. expensis gerentis Vices Generalis Gubernatoris Comitatuum Rosilionis, & Ceritaniæ, ex quo recusavit Joannem Losent manuleutæ tradere, prout fuit provisum, dictoque gerenti Vices Generalis Gubernatoris mandatum, litteris Regiis die* 22. *Novembris ejusdem anni, & pro his, &c.*

In admissione recursus à procedimentis Deputatorum 76
hujus Principatus, singulatem conclusionem vide, ibi: *die* 18. *Martii* 1659. *in facto recursus per Syndicum Villæ Tarregæ interpositi supplicatione per eum oblata die* 11. *ejusdem mensis, à procedimentis per Deputatos, & Auditores Generalis Cathaloniæ, contra Patiarios dictæ Villæ, & alios* ubi fuit conclusum, etiam ibi: *quod intimetur dictis Deputatis, & Auditoribus ad dicendum intra sex, cur dictus recursus admitti non debeat, & quod interim nihil innovent, & pro his expediantur litteræ, &c.*

Audivi, & annotatum perlegi, ea forma disposita fuisse provisionem in eo casu, quia Senatus extrajudicialiter percepit, procedimenta Deputatorum, & Auditorum fundari contra Patiarios Tarregæ, ex quo hi intendebant recuperare taleas, sive contributiones à quodam Deputato Militari, contra quem durante officio prætendebatur procedi non posse (de hac re latè Monras in Addit. ad Xammar. *in tract. de privil. Civit. Barcinonæ, in primo juris discursu post tractatum*) cum nec valeant eo durante pro debitis conveniri quominùs lædatur, & turbetur exactio jurium generalitatis, & cum à capitulis Curiæ, & privilegiis Magistratuum hujus præeminentiæ allegata non discederent, admisit Senatus eam formam decretandi in supplicatione recursus.

Quando sententia in gradu recursus, vel appellationis re- 77
formatur in eo capite, quo pecuniarum condemnationem inter Judices dividendam continet, possunt illi, & cæteri Officiales, etiam non citati compelli ad restitutionem quantitatum, quæ à reorum bonis virtute sententiæ receperunt, notant interpretes *in l. Chirographis* 57. §. *Ab eo ff. de administ. tut. cap. Sacro* 48. *de sentent. ex com.* & cum his Excellent. Dominus Crespi *obs.* 5. *n.* 267. & 268. cum observantia Supremi Concilii Aragonum.

Sic fuit in R. C. observatum, ref. R.S. Taverner die 18. 78
Martii 1676. ubi non citato Subvicario Illerdæ, fuit declaratum recursui per Jacobum Descarrega interposito à sententia contra eum per dictum Subvicarium lata locum fuisse, & esse, dictumque Subvicarium condemnandum ad restituendum dicto Descarrega centum libras ratione antedictæ sententiæ, seu condemnationis exactas, & non obstante, quod pro parte dicti Subvicarii ad causam decreti exequutionis prosequendam citati, fuisset oppositum de prædicto citationis defectu ante primitivam sententiam, fuit eodem Taverner referente facto verbo provisum exequutionis decretum die 10. Maii 1679. scriba Riambau.

Similis fuerat antea facta declaratio ref. Nob. & R.S. de 79
Balaguer, die 24. Octobris 1665. in favorem Margaritæ Pons contra Josephum de Regner Procuratorem Generalem Admodum Illustris Ducis Cardonæ, & Raymundum Ballester Bajulum Villæ de Calaf, quæ fuit facta unà cum refectione damnorum, cujus decretum exequtio-

quutionis fuit provisum facto verbo in R. C. die 1. Aprilis 1666. ref. Nob. & R. S. de Anglasell I. R. C. scriba Riambau. In liquidatione damnorum proceditur more civili.

DECISIO XXIV.

ARGUMENTUM.

De recursu per arreptionem itineris ad superiorem, & quando recursus causa efficiatur consistorialis. Si fugiens ex carcere, vel domo, in qua detinebatur cum fidejussione, recurrat arripiendo iter ad superiorem; an fidejussio dicatur commissa, & si carceres fregerit arripiendo iter ad superiorem; an aliqua pœna puniatur, ubi agitur cum Senatu de pœna fugæ, & fracti carceris, etiam violentia, cum custodibus commissa. Et de formis recursuum per arreptionem itineris.

SUMMARIUM.

1 *Arreptio itineris ad superiorem habetur loco recursus, ubi de Regularibus recurrentibus ad superiorem per arreptionem itineris sine licentia.*

2 *Quando recurritur ab homine capto, vel arrestato à Barone, vel Ordinario Regio, detinetur captus, vel arrestatus, eo modo, & forma, quibus apud Judicem Ordinarium captus erat, si tamen non erat captus, vel arrestatus, nihilominus per Reg. Concil. arrestatur, vel capitur, juxta qualitatem facti.*

3 *In casu quo recurritur ab homine capto, sive arrestato ab Ordinario, si declaratur recursui interposito locum esse, ex tunc causa efficitur consistorialis; sed quando non est captus (adhuc si sit sub manuleuta traditus) sed timendo per suum Judicem molestari recurrit, in continenti quo per Regium Concilium arrestatur, vel capitur, causa efficitur consistorialis.*

4 *Tunc quando ab homine non capto, aut non arrestato recurritur, & per Regium Concilium capitur, vel arrestatur, non declaratur recursui locum esse, sed ad ulteriora in causa proceditur, prout in reliquis causis criminalibus.*

5 *Interdum non proceditur ad ulteriora, sed relaxatur reus, ubi Senatus.*

6 *Casu quo captus ab Ordinario Regio, vel Barone recurrit per arreptionem itineris, & declaratur recursui locum non esse, tunc Ordinario, vel Baroni restituitur captus.*

7 *Forma supplicationis interponendi recursum per arreptionem itineris, & provisionis in pede supplicationis.*

8 *Si contra recurrentem nulla per ordinarium sunt fulminata inquisitiones, transactis diebus (quibus injungitur Ordinario, ut tradat inquisitiones) mandatur Notario Judicis à quo, liberet recurrenti certificatoriam, ex qua constet non esse formatas inquisitiones, & per recurrentem in causa exhibetur, & petitur ab arresto relaxari, ubi Senatus.*

9 *Forma declarationis recursus per arreptionem itineris.*

10 *Apud nos, non est agitanda quæstio, an si quis fugiat ex carceribus, vel domo in qua erat detentus sub fideinssione de non discedendo, & recurrat ad superiorem fideiussio dicatur commissa, de qua quæstione remissive.*

11 *Injustè captus si aufugiat à carceribus non tenetur pœna enixa fugæ, nec alia pœna.*

12 *Prout nec tenetur ad pœnam conventionalem, nec ipse, nec ejus fideiussor, si injustè detentus, vel arrestatus discedat à loco arresti, seu detentionis.*

13 *Injustè carceratus, qui aufugit frangendo carcerem, nulla pœna tenetur, quod declara.*

14 *Nec ex dicta fuga ullum resultat indicium.*

15 *Citantur contrarium tenentes.*

16 *Contra eos admittitur opinio.*

17 *Injustè captus, qui fractis carceribus aufugit arripiendo iter ad superiorem, nulla pœna tenetur.*

18 *Non tenetur recurrens pœna fracti carceris, sed mitiori, si causam non habuerit justam (quæ relinquenda est arbitrio Principis, ad quem confugit) ad recurrendum, & ratio assignatur.*

19 *Auctoris opinio.*

20 *Pœna aufugientis ex carcere cum fractura est arbitraria, juxta facti, & personæ qualitatem, ubi Senatus.*

21 *Si ultra fractionem carceris, aliud sit commissum crimen, quia sequuta sit violentia, utpote mors, aut vulnus custodibus, tenetur effractor pœna ultimi supplicii, ubi Senatus.*

22 *Recursus per arreptionem itineris ad superiorem est provocatio de facto, ad superiorem.*

ARreptio itineris ad superiorem habetur loco recursus, 1
cap. 4 de rest. spol. cap. 3. de constr. util. cap. Meminimus 9. cap. Pervenit 28. cap. Dilecti 52. de appellationibus, cap. 7. de dol. & contum. Barb. *in collect. ad d. tit. de appellat. cap. 15. num. 2. & cap. 52. num. 1.* Gonzalez Tellez *eod. tit. cap. Meminimus 9. num. 2. l. Sed etsi per Prætorem, 26. §. fin. ubi Bald. ff. ex quibus causis majores*, R. Vilossa *in tract. de fugit. cap. 2. num. 10.* Marta *dec. 234. n. 6.* Giurba *consil. 66. n. 5.*

Hinc licèt prohibitum sit Regularibus à suis Conventibus recedere, etiam prætextu ad suos superiores accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint, ex Sacro Concil. Trid. *sess. 25. de regul. cap. 4.* attamen ubi religiosus fuerit nimis gravatus, & inique vexatus per viam justi gravaminis, & appellationis justæ, verbo, vel facto interpositæ, potest adire superiorem ad conquerendum de illo, & hoc Concilium non vetat, Diana *resol. moral. par. 3. tract. 2. de dubiis regular. resol. 56.* ubi asserit quod licèt Ordinarius justè posset capere talem Regularem per suum territorium transeuntem, juxta tenorem prædicti Concilii, non tamen justè retinere, nec punire, si fidem faceret se gravatum appellasse, vel de gravamine protestatum iter arripuisse ad superiorem, & ideo licentiam scriptam non deferre, quia noluit eam dare Prælatus, à quo appellavit, vel justè metuit petere, vel quia ob appellationem, vel licentiæ petitionem, in carcerem injustè conjectus fugit, & comprobat Novar. *de gravam. vasal. tom. 1 grav. 25. n. 4. & seqq* Barbosa *in collect. ad Concil. Trid. d. sess. 25. de Regul. c. 4. n. 10.* Lezana *in summa quæst. Regul. par. 2. vers. Appellatio num. 26. cum seqq.*

Quando recurritur ab homine capto, vel arrestato à Barone, vel Ordinario Regio iter arripiendo ad Dominum Locumtenentem, & ad Regium Concilium, debet detineri captus, vel arrestatus eo modo, & forma, quibus apud Judicem suum Ordinarium captus existebant, *const. mes havam 12. const por quant 13. tit. de appellacions, y recorsos*, ut dixi *in decis. 23. num. 8.* Si verò non erat captus, nec arrestatus ab Ordinario, nihilominus arrestatur, vel capitur juxta qualitatem facti. 2

In casu, quo recurritur ab homine capto, sive arrestato ab ordinario, si declaratur recursui interposito locum esse, ex tunc causa efficitur consistorialis, & quoad merita illa deciditur in Regio Concil. Peg. *in prax. crim. cap. 22. num. 14* prout fuit dictum die 10. Februarii 1620. in facto recursus per arreptionem itineris interpositi per Margaritam Oliber, ubi fuit declaratum recursui locum esse, & ad ulteriora in Regio Concilio forè procedendum, & quod aliquis ex Regiis Alguzirilis accederet, &c. ref. Magarola, pro Rollan infirmo, & ita passim observamus. 3

Sed quando ille qui recurrit per arreptionem itineris non est captus, (adhuc si sit sub manuleuta traditus quia propriè ille non est captus, ut diximus *decis. 12. num. 60.*) sed timendo per sunm judicem molestari, & inquietari, sponte recurrit ad Dom. Reg. seu ejus Locumtenentem Generalem, & Regium Criminale Concil & ponit se in illius posse captum incontinenti, quo ille reus est captus per Regium Concilium, vel arrestatus, causa illius efficitur Consistorialis, & cognoscit Regium Concilium de illius meritis, per ea, quæ tradit Peg. *in prax crim. d. cap. 22. num. 15.* & quotidiè observamus.

In hoc ultimo casu, quo causa efficitur consistorialis, quia ille, qui arripit iter ad superiorem non erat captus, nec arrestatus, quamvis esset manuleutatus ab Ordinario, non declaratur recursui locum esse, sed ad ulteriora in causa proceditur, undè interdum, qui fuerat per Regium 4

Conci-

Concilium arrestatus, requiritur ut se ponat intus Regios carceres, vel capitur, & ad Regios adducitur, & eo capto exigitur depositio, publicatur inquisitio, & admittitur ad defensam, prout fieri est assuetum in reliquis causis criminalibus.

5 Interdum (veluti quando delictum est leve, aut aliàs id petunt circunstantiæ facti) non proceditur ad ulteriora in causa, sed relaxatur reus, ut cuncta hæc observanda fore dixit Senatus, ref. R. S. Bernardo Olzina, & de Vilallonga die 18. Julii 1661. in recursu interposito per arreptionem itineris per Franciscum Marti Notar. Villæfranchæ Peniten. declarando quod dictus Marti, ab arresto in quo in præsenti Civitate detinebatur relaxaretur sub Sacramento, & homagio, ad pœnam vigintiquinque librarum, scriba Badia Not. conclusio est, ut sequitur *die 18. Julii 1661. &c. In facto causæ recursus* (exprimi debebat per arreptionem itineris) *interpositi per Iosephum Marti Not. Villæfranch. Peniten. cum supplicatione oblata die 13. præsentis, & currentis mensis Iulii à procedimentis contra eum factis per Baiulum dictæ Villæ Villafranc. Penit. facta relatione per Mag. Bernardum de Olzina, & de Vilallonga I. R. C. fuit conclusum, quod declaretur, quod dictus Iosephus Marti, qui sub certo detinetur arresto per præsentem Civitatem ab illo relaxetur, & tradatur sub Sacramento, & homagio, ad requisitionem dierum donec aliter sit provisum, ad pœnam vigintiquinque librarum, & pro his, &c.* Similis die 5. Maii 1663. in favorem Joannis Romagosa Agricolæ loci de Cervello Diocœs. Barcinonæ, ubi relaxatus fuit dictus Romagosa ab arresto, sub quo detinebatur, nec fuit declaratum recursui locum esse, ref. R. S. Nob. Michaele de Pallares I. R. C. Similis eod. ref. 12. Maii ejusdem anni, in favorem aliorum ejusdem Loci de Cervello. Et in facto recursus per arreptionem itineris interpositi per Franciscum Romani Villæ de Capallades nomine proprio, & singularium dictæ Villæ à procedimentis contra eos factis per Præpositum Sancti Cucuphati Vallen. Ordinis Sancti Benedicti claustralium, ubi fuit conclusum die 11. Julii 1644. quod dictus Romani, qui sub certo detinebatur arresto traderetur idonæ manuleuræ cum reincidentia, &c. ad pœnam quinquaginta librarum. Similis ref. R. S. Nob. Hieronymo de Magarola 21. Augusti 1671. In favorem Onuphrii Ortiols, qui recursum interposuit per arreptionem itineris à procedimentis factis in Curia Bajuli Civitatis Gerundæ, & fuit conclusum, quod relaxaretur ab arresto, & traderetur idoneæ manuleuræ &c. ad pœnam centum librarum.

6 Cæterùm in casu, quo captus ab Ordinario, vel Barone per arreptionem itineris recurrit ad R. C. & declaratur recursui locum non esse, tunc Ordinario, vel Baroni restituitur captus; ex traditis in *Const.* 57. cur anni 1599. & latius diximus *decis. ante. nn.* 60.

Forma supplicationis interponendi recursum per arreptionem itineris, & provisionis in pede supplicationis.

Exc. Sennor.

7 *A noticia de N. ha pervingut que lo Balle, &c. intenaria capturarlo sens haver comes delicte algu, y sols à fi de composarlo (vel aliàs narra factum, & gravamina.) Per tant, y altrament entenent estar baixe lo amparo de V. E. recorra à V. E. y Real Consell per arreptionem itineris de dits agravis suplicant esserli dit recors admes, offerim possarse pres, ò baix arrest per la present Ciutat ab la pena à V. E. ben vista, y la present causa esser comesa à algun Magn. ò Noble Iutge de la Regia Cort, qui de lletres oportunes provehesca manant al dit Balle, y altres à que especte que dins un breu termini ennien las enquestas, si algunas ne tindràn contra dit N. y justicia omni meliori modo ministre Offic.*

Altissimus, &c.

N.

Decretatio.

Michael N. I. R. C. recognoscat supplicata, & super his debitè provideat, & si hæsitet verbum faciat.

Provisa per Magnificum Regentem Cancellariam 15. Ianuarii 1678. Barcinone.

N. scriba mandati.

Provisio Iudicis.

Recepta 18. prædictorum mensis, & anni facto verbo in Regio Concilio provideat, quod mandetur Baiulo &c. & aliis ad quos spectet quatenus intra dies decem mittant inquisitiones si quas habent contra N. et interim nil innovent, et quod dictus N. tradatur idoneæ manuleutæ arrestatus per præsentem Civitatem ad pœnam, etc. et pro his fiant, et expediantur littera, et aliæ provisiones opportunæ, juxta R. C. stylum.

N. Iudex R. C.

Illa supplicationis forma poteris uti, & non tradita à Peg. 8 *in prax. civili rub. 4. in fin.*

Si verò contra recurrentem nullæ per Ordinarium sunt fulminatæ inquisitiones, transactis diebus (quibus injungitur Ordinario, ut tradat inquisitiones) mandatur Notario Ordinarii, ut certificatoriam de hoc ipso liberet recurrenti, per quem illa posteà in causa exhibetur, & petitur ab arresto relaxari, quod consequitur provisione sequenti: *Recepta. d. d. & anno insequendo conclusionem in Regio Concilio factam provident, quod inserantur producta, & quod dictus N. relaxetur ab arresto, sub quo detinetur, nullis per eum solutis expensis, & pro his fiant, & expediantur provisiones opportunæ.* Ita ref. R. S. Jacobo de Potau, & Molas, fuit provisum die 12. Junii 1673. in causa recursus interpositi per Joannem Rafeques Agricolam Quadræ de Torragassa, & de Giminells, Parochiæ Sancti Jacobi de Diumenys, Vicariæ Pœnitent.

Conclusionem declarationis recursus formabis eadem 9 norma, qua in *decis. 23. num. 70. et seq.* recitatur conclusio recursus à procedimentis, tantundemque ei subdere oportet, ibi: *Die, etc. anno, etc. in facto causæ recursus per arreptionem itineris interpositi etc.* Et id ipsum explicari debet in provisione, expressando sic qualitatem recursus interpositi.

Apud nos per Regium Concilium, tam capti, quam ti- 10 mentes capi, vel aliàs molestati ab inferioribus ordinariis, per arreptionem itineris recurrentes audiri debent, & de eorum recursu juxta normam anteactam cognosci debet, quibus sic retentis, inanis judicatur apud nos dispunctio illa, quam in hanc rem suscitant DD. an si quis fugiat ex carcere, vel ex palatio, seu domo, in quibus erat detentus, sub fideiussione de non discedendo, & ex eis discedat ad effectum recurrendi ad superiorem, fidejussio dicatur commissa, quia licet Farinac. *in prax. quæst.* 30. *num.* 174. affirmet, non nisi ex justa causa excusari ab stipulatione commissa, & declarat R. Vilossa *de fugit c.* 18. §. 3. *n.* 36. Giurb. *consil.* 66. *sub num.* 6. qui inquit, modò protestatorium penes Notarium recedendi actum ipse fecerit, & recta via Principem adivetit, Font. *tom.* 1. *decis.* 286. *num.* 7. Olasc. *decis.* 7. *sub num.* 5. Ruginel. *de appellat. in præfat. num.* 55. in quo convenit Conciol. *resol. crim.* 3. *vers. Fuga, nu.* 3. & in Addit. ibidem, qui insurgit contra Caballum, attamen ea in praxi non observamus (de hac materia agunt Mastril. *decis.* 296. *in fine*, Ciazzius *discep. crim. ad def. reor. discep.* 27. *num.* 19. cum Puteo *de Syndicatu in verbo fuga Officialis, cap.* 2. *num.* 3. ubi eo in casu scribit sufficere recurrentem saltem probabiliter timere, etiam non justè, & sequitur Nicol. *in lucubrat. ad instit. civil. lib.* 3. *tit.* 21. *num.* 3. *ver. Nec rumpitur* Sac. Congreg. Episc. in una Torton. 10. Decembris 1602. in una Nullius 15. Aprilis 1603. in una Lucen 24. Novembris 1623. ut recitat Bondenius *collue. legal.* 32. *num.* 21.) docet Font. *tom.* 1. *d. dec.* 286. *n.* 8. nam ut inquit; non tam prompti sunt Ordinarii in exequendo, quin recurrens comprehendat, anteaquam litteræ recursus expediantur, quibus omnia superseduntur, & si ad pœnam conventionalem stipulatæ fideiussionis proceditur, interposito recursu omnia acta per inferiorem declarantur nulla, & attentata, ut notat summa eruditione præditus, & juris præstantia conspicuus Nob. R. S. de Amigant, cum Senatu *in prax.* ad Peguera *rub.* 27. *num.* 118. *ver. Hæc tamen*. Mastril. *decis.* 296. *lib.* 3. *num.* 29. qui asserit, quod pendente itinere, & recursu ad superiorem suspenditur jurisdictio Judicis inferioris, & acta medio tempore facta sunt nulla, ex pluribus quos allegat. Cautiùs tamen erit, ut per reum protestatorium actum penes Notarium conficiatur de itineris arreptione ad Principem, per ea, quæ tradit Giurba *d. cons.* 66. *num.* 6. Font. *tom.* 1. *d. decis.* 286. *n.* 7. & insinuat Peg. *in prax. civil. rub.* 4. *in fine*.

Non audivi discussum in R. C. an si quis fractis carceri- 11 bus aufugerit iter arripiendo ad superiorem teneatur pœna fracti carceris, vel alia pœna mitiori; ad cujus dubii resolutionem suppono quod tradunt DD. quod injustè captus si aufugiat à carceribus non tenetur pœna enixæ fugæ, nec ulla alia pœna, ex Bart. Socin. Alex. Marsil. Ripa, Follet, Clar. Faquin. & aliis, refert, & sequitur Farinac. *in prax. quæst.* 30. *num.* 120. & post cum Conciol *resolut. crim.* 5. *ver. Fideiussor, num.* 1. *cum seq.* Reg. Vilossa *de fugit. c.* 18. §. 4. *num.* 1. *cum seqq.*

12 Prout nec tenetur ad pœnam conventionalem, nec ipse, nec ejus fidejussor, si injustè detentus, vel arrestatus discedat à loco arresti, seu detentionis, diximus *dec.* 12. *num.* 27.

13 Etiam affirmant DD. quod injustè carceratus, qui aufugit frangendo carceres, nulla pœna tenetur, Clar. §. *fin. qu.* 21. *num.* 26. *& seq.* Farinac. *in prax. qu.* 30. *num.* 86. *& num.* 120. Menoch. *de arbitr. cas.* 301. *num.* 14. *& de præsum. lib.* 1. *qu.* 89. *num.* 43. Giurba *cons.* 30. *num.* 32. Guaz. *def.* 5. *cap.* 4. *num.* 11. *& seqq.* ubi testatur de veriori, & magis communi opinione quando constat notoriè de injustitia capturæ, prout citatos cum aliis allegat Conciol. *resolut. crim.* 1. *vers. Carcer*, *num.* 11. Faria ad Covar, *var.* 1. *cap.* 2. *num.* 83. & 84. qui quam plures allegat (& id admittit in detento in carcere injusto notoriè, & secus esse ait in verè innocente, justè tamen ob indicia, & præsumptiones detento, qui anteaquam de innocentia constet, carceres fregerit ad fugam, nam probata innocentia mitius punietur Judicis arbitrio propter fractionem, quam si nocens fugisset, ex Gomez, Bovadilla, & aliis, *& n.* 86. asserit quod effringens carcerem, ut fugiat, sive justè sit captus, sive injustè sit captus, tenetur ad resarciendum damnum parietis perforati, aut vinculorum ruptorum, non verò ad illud, quod occasione fugæ, Commentariensi, Reipublicæ, vel aliis contigerit, ex pluribus quos allegat) Barbosa qui plures allegat remissivè *in cap. Nullus* 4. *de præsump. num.* 4. Ayllon ad Gomez *var.* 3. *capit.* 9. *num.* 12.

14 Neque ex dicta fuga ullum contra injustè captum à carceribus fugientem, eis fractis, resultat indicium, Conciol. *dict. resol. crim.* 1. *vers. Carcer*, *num.* 11. Carena *de Offic. Sanctæ Inquisit. par.* 3. *tit.* 10. *num* 86. ubi de fuga facta à carceribus, & eorum fractura cum protestatione eundi ad superiorem.

15 Quidquid in contrarium, videlicèt quod injustè carceratus aufugiens, fractis carceribus, teneatur pœna extraordinaria, teneant Cabal. *resolution. crim.* 42. *nu.* 2. *& seq.* additio Peguer. *decision.* 1. Latro *decision.* 76. *nu.* 2. *part.* 1.

16 Quia contra eos adest verior, & magis communis DD. opinio, de qua suprà, & contra Cabal. insurgit Farinac. *in prax. d. qu.* 30. *num.* 142. in addit. ut recitat Conciol. *resol. crim.* 3. *ver. Fuga*, *num.* 3. *in addit.* qui asserunt in practica semper vidisse ita observari, quin obstet *textus in l. in eos* 13. *ff. de custod. reor.* quia loquitur in conspirante in carceres, ut patet ex ejus littera, ibi: *In eos qui cum recepti essent in carcerem conspiraverint, &c.* & notat Farinac. *in prax. d. q.* 30. *n.* 170. *in fine*.

17 Hinc sine difficultate aliqua affirmare possumus, quod injustè carceratus, qui fractis carceribus ab eis aufugit, arripiendo iter ad superiorem, nec pœna fracti carceris, nec ulla pœna tenetur, Mastril. *lib.* 3. *dec.* 296. *num.* 33. qui attestatur de quotidiana praxi, & loquitur de recurrente qui justam habuit causam recurrendi, secundum DD. quos allegat, & ex Boerio Marsil. & aliis scribit Manfrella ad Latro *dec.* 76. *nu.* 7. sentiunt Farinac. *in prax. d. qu.* 30. *nu.* 174. Conciol. *ver. Fuga resol.* 3. *num.* 3. Guaz. *def. reor.* 5. *cap.* 4. *num.* 13.

18 At verò quando frangens carceres per arreptionem itineris ad superiorem recurrit, etsi pœna carceris fracti non teneatur, aliqua tamen mitiori venit plectendus, si causam non habuerit justam (quæ relinquenda est arbitrio Principis ad quem confugit) ad recurrendum, ut declarant ex Boss. Hercul. & aliis Giurba *consil.* 66. *num.* 6. Conciol. *in verbo Fuga resol. crim.* 3. *num.* 3. N. Reg. Vilosa *in tract. de fugit. cap.* 18. §. 3. *num.* 33. *& seqq. ubi num.* 40. tradit decisum, & in his terminis venit admittendus Cabal. *cent.* 1. *cas.* 42. qui *num.* 2. *&* 3. rationem assignat, quia res est mali exempli permittere, quod carceratus possit uti via facti, cum per viam justitiæ valeat ejus indemnitati providere, remedio appellationis recursus, aut querelæ, nec tolerandum est, ut se ipsum à carceribus vi, & cum fractura se eximat, nam nimis aperiretur via fugiendi carceratis.

19 Ex quibus omnibus teneo concludendum, quod injustè capto (qui fractis carceribus ad Excellentissimum Dominum Locumtenentem, & Regium Concilium recurrit) recursus admitti debet, & declarari recursui locum esse, & à carceribus relaxandum, à quibus impunis omninò liberabitur; at si ille qui recurrit ad superiorem non habet justam causam recurrendi, & propterea declaratur recursui per eum interposito locum non esse, & restituitur causa inferiori, tunc poterit injungi inferiori, cui restituitur causa, ut de justitia provideat contra recurrentem, qui fregerat carceres, ad eum plectendum, non pœna fracti carceris, sed mitiori, ut noviter scribit Manfrell. ad Latro *dec.* 76. *num.* 6. & tradit judicatum, ibi: *Et Ann. in cap.* 1. *tit. de vassall. decrepit. ætat. decisum refert unum singulare per S. R. C. vassallum quemdam: qui facto carcere Baronali ad M. C. V. aufugit, illius causam ad eandem Baronalem Curiam fuisse remissam, cum carcerato; injuncto, ut de justitia provideret citrà pœnam fracti carceris: etenim fugiens ad superiorem, frangendo carcerem, non punitur.* Poterit apud nos hoc genere declarandi uti; quin obstet *Const.* 57. *cur. an.* 1599. quia in hoc solùm demonstratur inferiori, quid de jure tenetur pronuntiare, ut juri dicundo obtemperet.

Pœna fugientis ex carcere cum fractura est arbitraria pro facti, & personarum qualitate, secundum opinionem consuetudine in judicando approbatam, Farinac. *in prax. qu.* 30 *num.* 22. *ver. Primus erit casus*, ut explicando *l.* 1. *ff. de effrac. & l.* 13. *ff. de cust. reor.* & aliàs docet Reg. Vilosa *in tr. de fugit. cap.* 18. §. 4. *nu.* 24. *cum seqq.* comprobat Latro *dec.* 76. & ejus additionatores Gizzius, & Manfrella, Laganarius ad Rovitum *ad prag. in rub. de carcerat. num.* 3. Luca ad Franc. *obs.* 442. *num.* 2. Conciol. *in ver. Carcer resol. crim.* 1. Non etiam pœna confessati criminis, pro quo detinebatur, Peguer. latius *dec.* 1. quam pro verissima resol. agnovit Bajardus ad Clarum *in prax. qu.* 21. *num.* 95. Reg. Vilosa *in tract. de fugit d. cap.* 18. §. 2. *num.* 39. *cum seq.* Nisi adsit statutum, prout in Regno Valentiæ attestatur adesse R. Matth. *de reg. Valent. cap.* 8. §. 9. *num.* 64. & sic apud nos observatur, superaddita in plebeis pœna fustigationis, ut licèt videre apud Reg. Cortiada *dec.* 82. *num.* 20. Quibus adde decisum 4. Feb. 1656. ref. R. S. Miralles contra Joannem N. Parochiæ de Samalus, & contra Franciscum N. Sartorem Minoritæ, & die 6. Julii 1658. ref. nob. Josepho Rull I. R. C. postea Reg. Regiam Cancellariam, & nunc in Supremo Concil. Arag. & in omnibus dignitatibus insignis, contra N. laboratorem Villæ Rivipulli, quæ fuit confirmata in causa supplicationis, ref. R. S. Francisco Llunes die 16. ejusdem mensis, & anni, & die 28. Aprilis 1677. ref. R. S. Tristany contra Antonium Arbona Remigem Majoricensem, Petrum Farrer francigenam, Michaelem N. Agricolam Loci de Llorà. 20

Si ultrà fractionem carceris aliud crimen sit commissum, quia secuuta sit violentia, utpotè mors, aut vulnus, custodibus, tenetur effractor pœna ultimi supplicii, Farinac. *in prax. d. qu.* 30. *num.* 202. qui *num.* 203. tradit ibi: *At si violentia custodibus facta, sanguinem non habuit, pœnam mortis nunquam infligerem, si judex essem, licet benè fracti carceris pœnam assignarem, propter aggravantem qualitatem violentiæ.* Quibus sic generalis regula à R. Matth. in hac re tradita *in tract. de re crim. cont.* 17. *num.* 14. qui allegat dic. Farin. qui suprà, venit declaranda, prout etiam sic intelligitur D. Vicecan. Crespi *obs.* 79. *nu.* 3. ubi docet effractores carcerum puniri extra ordinem verberibus cæsos, ad triremes missos, & nunquam ad capitalem pœnam damnari; utraque distinctionis pars fuit observata in N. R. C. ubi N. Remex parator Lanæ Villæ de Sabadell delatus de conspiratione, fractura, & violentia, cum vulneribus sequutis, fuit decleratus reus mortis, & damnatus ad torturam in caput sociorum, fautorum, & auxiliatorum; & ejus Socii, quia minores, fuerunt condemnati ad fustigationem, & ad triremes in perpetuum. Et secunda ejusdem distinctionis pars, data violentia non sequuto vulnere, fuit obtenta die 22. Octobris 1676. ref. Mag. R. S. Bonaventura Tristany I. R. C. contra quosdam Majoricenses remiges delatos, quod die 30. Septembris ejusdem anni in undecima hora noctis, habita conspiratione de frangendis Regiis carceribus, & fugiendi, ruperunt cum malleo, & aliis instrumentis ferreis tres januas carcerum, vim custodibus inferendo, cum eos funibus comprimerent, & unum ex eis suffocare tentarent, & fuerunt condemnati ad fustigandum, & ad pœnam triremium, augendo eam, ad quam erant propter alia facinora condemnati, non etiam ad pœnam ultimi supplicii, quia violentia illa non fuit cùm vulneribus, nec ex ea aliqua mors fuit sequuta. 21

Tandem in hac materia repete, quæ dicta sunt in recursu ab oppressione, quia recursus per arreptionem itineris ad superiorem est provocatio de facto ad superiorem, & recursus ille ab oppressione est provocatio verbo interposita, & adhuc plus operatur provocatio de facto, quam 22

ver-

verbis, ut notat *textus in cap. Dilecti filii* 52. *de appell. extra*, in illis verbis: *Idem Archiepiscopus post iter arreptum in eos excommunicationis sententiam promulgavit, cum autem plus sit ad Sedem Apostolicam facto provocare, quàm verbo, & ipsis propter prædictam causam ad Romanam Ecclesiam venientibus, intelligitur ad Sedem Apostolicam provocatum; discretioni vestræ per Apostolica rescripta mandamus, quatenus si verum sit quod asseritur dictos Joan. & Hub. appellatione postposita denuntietis excommunicationis vinculo non teneri*, comprobant Barbos. Gonzalez Tellez, & DD. *super d. c.* 52.

DECISIO XXV.

ARGUMENTUM.

De recursu ad superiorem à sententia etiam in judicatum transacta, qui recursus gratiæ dicitur, & ejus formali praxi, tam ab interposito per captum extra, quàm etiam per eum, qui captus reperitur intus Regios carceres Barcinonæ, ubi de intelligentia Const. 57. cur. anni 1599.

SUMMARIUM.

1 *In casibus prohibitis appellare à sententia criminali, non est prohibitum ad superiorem recurrere.*
2 *Praxis recurrendi post sententiam etiam in judicatum, transactam, recitatur, & n.* 3.
4 *Notario recusanti tradere copiam processus expeditur mandatum in forma Cancellariæ.*
5 *Conclusio Senatus.*
6 *Forma Supplicationis interponendi recursum gratiæ, decretationis, & provisionis Judicis, usque ad num.* 8.
9 *Forma supplicationis interponendi recursum per captum in Regiis carceribus hujus Civitatis post sententiam, qui gratiæ dicitur.*
10 *Mandatum ad habendum copiam processus.*
11 *Supplicatio ad exhibendum copiam processus primitivi.*
12 *Forma conclusionis in causa recursus, qui gratiæ dicitur.*
13 *Forma sententiæ in causa recursus gratiæ.*
14 *Plerumque sententia primitiva per Superiorem in causa recursus revocatur, tradunturque exemplaria.*
15 *Quandoque in mitiorem pœnam commutatur, & traduntur exemplaria, & nu.* 16.
17 *Interdum declaratur quod de novo inquiratur, ubi exemplaria, & quando id præticetur, usque ad finem.*

1 IN casibus prohibitis appellare à sententia criminali, non est prohibitum ad Superiorem recurrere, *c. Licèt 6. in fine de electione*, Font. 1 *dec.* 286. *n.* 1. & *n.* 16. Ferrer. 3. *p. obs. R. A. c.* 25. Farinac. *in prax. qu.* 101. *n.* 105. *et seq.* Franc. *dec.* 148. & ibi Luca *nu.* 2. Marinis *lib.* 1. *resol* 150. *nu.* 1. ubi Rodoet. *nu.* 11. Latro *dec.* 165. *n.* 18. & ibi Manfrella *nu.* 4. Salgado *de Reg. protect. p.* 1. *c.* 1. *prælud.* 3. *num* 84. *et cap.* 7. *num.* 16. Vico *ad leg. Sardin. lib.* 1. *tit.* 11. *cap.* 6. *num.* 2. *et* 4. Cancer. *var. p.* 3. *cap.* 18. *num* 16 *et* 19. Giurba *cons.* 66. *num.* 12.

2 Recursus post sententiam etiam in judicatum, transactam, qui gratiæ dicitur, praxis est hæc; offertur pro parte condemnati supplicatio Excellentissimo Domino Locumtenenti Generali, & Regio criminali Concilio cùm copia authentica Inquisitionis fulminatæ per inferiorem Judicem, ut fieri consulit Font. *d. dec.* 286. *nu.* 17. aut adminus, cum copia authentica sententiæ Ordinarii, & cum clara expressione gravaminum, & injustitiæ sententiæ, quæ supplicatio cum copia Inquisitionis, vel sententiæ verbo remittitur alteri ex Magnificis, aut nobilibus Judicibus Regiæ Curiæ, qui in Regio Concilio lecturam facit de supplicatione, & exhibitis, & si ex meritis illorum appareat de injustitia sententiæ Ordinarii; tunc causa committitur formiter eidem Judici Regiæ Curiæ, per quem in calce supplicationis introductoriæ recursus, fit provisio, inseratur in processu unà cum exhibitis, & postea immediatè assignatur ad relationem, & ad sententiam, & hæc, die assignata profertur, primitivam sententiam in totum revocando, vel eam mitigando, & in mitiorem pœnam commutando, Font. *tom.* 1. *dec.* 286. *num.* 21. *et dec. seq. num.* 9. in quo processu admittuntur ad injustitiam detegendam instrumenta, si sint in promptu, Font. *d. dec.* 286. *num.* 21. & *dec.* 287. *num.* 5.

Si verò lecto processu, & aliis forsan documentis non apparet de injustitia sententiæ primitivæ tunc non admittitur recursus, imò nudo verbo reppellitur, nec amplius de negotio tractatur, Font. *d. dec.* 286. *n* 20. 3

In recursu gratiæ si Notarius recusat tradere copiam authenticam processus, ei injungitur, ut satisfactus in salario, eam petenti liberet, non enim expeditur mandatum judiciale Notario ad eum cogendum, ut copiam petitam tradat, sed extrajudicialiter per mandatum Cancellariæ, quia ante inspectionem processus primitivi, & donec constet de gravamine, & injustitia sententiæ, Senatus nil judicialiter agit; sed tantum admittit supplicationem recurrentis, ac proinde contra Notarium recusantem, solùm proceditur per mandatum in dicta forma. 4

Sic die 28. Aprilis 1682. in facto propositionis factæ per nob. Josephum de Balaguer antiquiorem in aula fuit conclusum, his verbis: *Quod fiant, & expediantur litteræ in debita forma Cancellariæ quibus mandetur Baiulo Villæ de Asco, Joanni Villa Notario Curiæ ejusdem Villæ, & aliis ad quos spectet quatenus dictus Villa satisfactus in suo salario, & alii tradant, seu tradi faciant Josepho Franquet Solearto Canapis copiam authenticam processus formati in dicta Curia contra dictum Franquet.* Prout etiam quando pauper post sententiam contra ipsum per Ordinarium suum prolatam recurrit, quia pauper præsentare non valet copiam authenticam primitivi processus, constito de paupertate coram nobili, vel Magnifico Regente Regiam Cancellariam, expediuntur litteræ in forma Cancellariæ, quibus mandatur ordinario, quod remittat suis expensis coplam authenticam processus, sic passim observamus, & ante fuerat obtentum de tempore Excellentissimi Ducis de Alburquerque instante Michaele Marsal. & de tempore Excellentissimi Ducis de Monteleon, instante Joanne Pinyol, primæ directæ Episcopo Illerden. Secundæ Vicario, & Judicibus Detruisen, & de mense Martii 1659. instante N. Cusal, & quotidie. 5

Forma supplicationis interponendi recursum post sententiam, qui gratiæ dicitur. 6

Exc. Sennor,

N. de la Vila, &c. detengut en las presons, &c. fon condemnat per lo Balle, &c. de consell de sou Ordinari Assessor à servir remant en las galeras de sa Majestat per temps de deu anys, la qual sentencia es prejudicial, y gravatoria, com resulta de la copia del proces autentica que se exhibeix ut inseratur; Per lo que, y altrament recorrent à V. Excellencia de dita oppresio, y gravamen, per modum gratiæ. Suplica sia de son Real servey admetrer dit Recors de gratia peraque vist dit proces, y sentencia en lo Real Consell, sia aquella revocada, y justicia, omni & quocumque modo meliori, ministrada Off. &c.

Altissimus, &c.
N.

Decretatio.

Magnificus N. Judex R. C. recognoscat supplicata, & super eisdem debitè provideat, & si hæsitet verbum faciat. 7

Provisa per nob. Reg. Cancellariam die 4. Julii 1680. Barcinone.
N. Scriba mandati.

Provisio Judicis.

Recepta d. d. die & anno facto verbo in Regio Concilio providet, quod inseratur unà cum exhibitis. 8

N. Judex.

Postea assignatur ad relationem, & sententiam more solito, prout in aliis causis criminalibus.

Forma supplicationis interponendi recursum per pauperem (captum in Regiis carceribus hujus Civitatis) post sententiam, qui gratiæ dicitur. 9

Exc.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Exc. Sennor.

N. de la Vila, &c. poble miserable vuy detingut en los carcers Reals desta Ciutat, fou condemnat per lo Balle, &c. de Consell de son ordinari Assessor, à servir remant en las galeras de sa Majestat, per temps de deu anys, la qual sentencia es prejudicial, y gravatoria al dit N. per esser feta contra tota disposicio de dret, y altrament per las nullitats que pateix dit proces, y sentencia; per lo que recorrent à V. Excelencia de dita oppresio, y gravamen per modum gratia, suplica sia V.E. y Real Consell servit manar, li sia admes dit recors de gracia: Y per quant lo dit N. es probre miserable, y no te en dits carcers pera sustentarse, ni menos possibilitat per fer traurer la copia authentica de dit proces, y sentencia contra ell preferida devant dit Ordinari, de tot lo qual, y de sa miserabitat, y pobresa offereix donar plena informacio, constant, com constarà de aquella. Suplica humilment à V.E. y Real Consell sia servit manar que sia dit N. posat à la almoyna, y despedida cartilla per Cancellaria in forma pauperis, dirigida als dits Balle Assessor, y à N. actuari, que es de esta causa criminal, peraque dins un termini competent envien copia authentica de dit proces, y sentencia, franca de tots gastos, peraque vista en lo Real Consell, sia aquella en millor commutada, y justicia ab tot complimem, omni, & quocumque modo meliori ministrada Offic. &c.

Altissimus, &c.

N. Advocatus pauperum.

Recepta informatione si de paupertate recurrentis constat, forma mandati est.

Mandatum expeditum in forma Cancellaria, pro paupere ad habendam copiam Inquisitionis à Notario primitivi processus.

Lo Duch de San German, &c. 10

Llochtinent, y Capita General, &c.

Amats, y fabels de la Real Majestat, N. Balle, N. Assessor, &c. N. Notari, &c. actuari del proces criminal actuat en eixa Cort ordinaria contra, &c. Per quant lo dit, &c. pobre miserable de la almoyna, pres en los carcers Reals desta Ciutat, nos ha representat, que es estat condemnat per vos dit, &c. de Consell, y vot de vostre Ordinari Assessor, ab sentencia contra ell feta, y promulgada, en hover de servir remant en las galeras de sa Majestat, per temps de deu anys, la qual sentencia diu esserli prejudicial, y gravatoria hagut respecte al delicte de que feu acusat: suplicant nos sia de merces nostra manem se li admetta recors de gracia, peraque dita sentencia sia minorada, y en millor commutada y antes de pendrer resolucio en la admicio de dit recors, havem resolt ab parer del Real Consell enuiar, per lo proces, en questa; y sentencia fet, y feta en vostra Cort contra lo dit, &c. Y havent nos constat per informacio rebuda devant lo Noble, y Amat Conseller de la Real Maiestat N. Regent la Real Cancellaria, que dit, &c. es persona miserable, y sens comoditat alguna per fer traurer, y pagar lo cost de dit proces, y sentencia, Perso os diem, y manam que dins deu dies comptadors de la presentacio del present à vosaltres fahedora en avant, donen orde, y fassau que dit Notari, y actuari de dit proces trague copia authentica de aquell, y de la sentencia; lo qual, y la qual enuiareu per persona segura, y fareu que se entregue en ma y poder de dit Noble Regent la Real Cancellaria, peraque vist en lo Real Consell se provehesca lo que serà de justicia, manantuos juntament que al dit, &c. lo tracteu, y fassau tractar como à pobre miserable, sentlo franc de tots gastos, quant altrament no obstant tot lo contengut en aquest nostre orde, manarem enuiar per dit proces, y sentencia, à costas, y despesas vostras, que per fer axi de justicia, es tal nostra voluntat, Dat en Barcelona à xxxi. de Gener 1679.

El Duque de San German.

V. D. Josephus Rull Regens.

Con Antonius de Reart.

V. Exc. concede recurso de gracia à N. que le condenò el Bayle, &c. à diez annos de galeras.

Tradita copia inquisitionis illa exhibetur forma sequenti.

Exc. Sennot.

N. de la Vila, &c. pobre miserable vuy detingut en los carcers Reals desta Ciutat, fou condemnat per lo Balle, &c. de Consell de son Ordnari Assessor à servir remant en las Galeras de sa Magestat, per temps de deu anys, la qual sentencia es preindicial, y gravatoria al dit N. per esser feta contra tota disposicio de dret, y altrament per las nullitats que pateix dit proces, y sentencia, que se exhibeix, ut inseratur, seu confuatur, si & quat. Per lo que, y altrament recorrent à V. Exc. de dita oppresio, y gravamen, per modum gratia. Supplica sia de son Real servey admetrerli dit Recors de gracia, peraque vist dit proces, y sentencia en lo Real Consell, sia aquella revocada, y justicia, omni, & quocumque modo meliori, ministrada Offic. &c. 11

Altissimus, &c.

N.

Decretatio, & provisio prout suprà habetur.

Forma conclusionis in causa recursus interpositi post sententiam, qui recursus gratia dicitur.

Die 13. Octobris 1627. &c. in facto recursus interpositi per Hieronymum N. cum supplicatione oblata, &c. à sententia per Baiulum, &c. lata, &c. in & cum qua delatus, & inculpatus de portu, &c. condemnatus, &c. Attento quod ex meritis processus non constat de intentione, F. P. R. C. taliter quod dictus Hieronymus N. potuerit ad penam in dicta sententia contentam condemnari, facta relatione, per N. Judicem R. C. meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quod declararetur recursui per dictum, &c. interposito à sententia per dictum Baiulum, &c. de Concilio sui Assessoris lata, &c. locum fuisse, & esse, & quod dictus, &c. tradatur sub Sacramento, & homagio, &c. & quod modo predicto sententia per dictum Baiulum lata revocetur. 12

Forma sententiæ in causa recursus interpositi post rem judicatum, qui recursus gratia dicitur. 13

Nos Don Michael Santos de San Pedro, &c. visa in primis supplicatione oblata die, &c. pro parte Hieronymi N. &c. recurrentis à sententia per Baiulum, &c. die 27. &c. lata in, & cum qua delatus, & inculpatus de portu, &c. condemnatus fuit, &c. visa copia authentica, &c. viso denique, &c. Attento quod ex meritis processus non constat de intentione Fisci Procuratoris Regia Curia, taliter quod dictus Hieronymus N. potuerit ad penam in dicta sententia contentam condemnari. His igitur, & aliis &c. meritis processus attentis, et aliàs sententiamus, pronuntiamus, et declaramus recursui per dictum Hieronymum N. interposito à sententia per dictum Baiulum, &c. de Concilio sui Assessoris, lata die, &c. locum fuisse, et esse, et quod dictus, &c. tradatur sub Sacramento, et homagio, etc. modo predicto sententiam per dictum Baiulum latam revocando.

N. Judex R. C.

Exemplar hoc tradit citatus Font. *dec.* 286. *et* 287. factum die 13. Octobris 1627.

Sententia recursus per scribam mandati coram duobus testibus, instante F. P. R. C. publicatur præsente Excellentissimo Locumtenente Generali.

Hæc sunt formæ sententiarum in causis recursuum quando in totum revocatur sententia primitiva, prout frequenter evenit. Sic 4. Septembris 1625. per Besturs I. R. C. in recursu interposito per diversos, qui fuerunt condemnati per Juratos, & Proceres Villæ de Valls, ad fustigandum, & ad triremes, & in sententia recursus fuerunt relaxati liberè nullis solutis expensis, & ref. Guiamet decima tertia Octobris 1627. in favorem Hieronymi Castells, quæ suprà recitatur. 14

Quandoque verò sententia primitiva pœnalis in mitiorem commutatur, quod non minùs passim experimur, & fuit observatum die 16. Martii 1624. in favorem Josephi Pauli N. Ligni Fabri Villæ de Castellò, per Monserratum Ramon, & 14. Octobris 1628. in favorem Joannis N. Agricolæ Villæ de Guissona, & die 22. Martii 1620. ref. Vinyola in favorem Joannis N. minoris. Similis 14. 15

Mali

Maii 1668. ref. R. S. Ferrer. in favorem Guillelmi N scriba Famada, & antea, prout ibi : *Die 29. Octobris 1625. &c. in facto recursus, &c. facta relatione per Ludovicum Bestiurs I. R. C. attento, quod constat N. ætate confectum esse, & adeò morbosum, quod penitus inutilis est ad remigandum, & sic non constat de intentione F. P. R. C. propter quod ad talem pœnam condemnari debuerit. His, & aliis meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum quod declaretur recursui interposito per dictum N. à sententia contra eum lata per Baiulum Villæ Franchæ Penitent. dicta die 19. Julii locum fuisse, & esse, & quod dictus N. condemnetur quod banniatur à præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comitat. &c. ad quinquennium, et quod modo prædicto sententia Judicis primitivi revocetur*, & hac conclusione poteris formare sententiam, quando casus occurrerit moderandi pœnam impositam à Judice primitivo.

16 Idem 21. Februarii 1634. in favorem Josephi N. qui fuerat condemnatus in Villa de Bellpuig ad servitium Regiarum triremium remigando per decennium, & ref. Magarola tertiæ Aulæ D. pro Vinyola I. R. C. fuit reformata dicta sententia ad quinquennium, & deinde hæc pœna ex gratia Principis fuit commutata, ut serviret Regiæ Majestati in partibus Italiæ, militando per quinquennium, & solveret Regenti Regiam Thesaurariam centum libras, scriba Llobera, & ibi fuit pariter resolutum, *Const.* 57. cur. anni 1599. in qua Dominus Rex abdicavit sibi facultatem remittendi, aut componendi reos recurrentes, in casu præhabito non habere locum, quia dicta *Const.* loquitur quando declaratur recursui locum non esse, & ibi fuit declaratum recursui locum esse, & moderata fuit primitiva sententia, unde causa fuerit effecta consistorialis, potuit Princeps pœnam mitigare, hæc animadversa vidi in notis nobilis Jacobi Mir Regentis Regiam Cancellariam, & ex his intelliges Peg. *dict. cap.* 22. *num.* 12. & per nos dicta *dec.* 23. *num.* 59.

17 Interdum neque in totum revocatur sententia primitiva, neque in partem commutatur, sed declaratur, quod de novo ex integro inquiratur, sic ut sequitur *die 14 Aprilis 1627. &c. In facto recursus interpositi per Monserratum N. Sartorem Villæ de Granollers, cum supplicatione oblata 12. Aprilis currentis anni 1627. à sententia diffinitiva per spectabilem Gerentem Vices-Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, de Consilio sui Ordinarii Assessoris, contra eum lata in Villa de Caldes de Monbuy, die 26. Martii dicti anni, in & cum qua dictus N. delatus, & inculpatus de jactu instrumenti manualis vulgò dicti Pedrenyal, in personam Antonii Joannis Blancafort in Villa de la Garriga, die 3. Augusti 1629. & de aliis criminibus, & delictis fuit ad mortem naturalem condemnatus. Attento constat contra dictum Monserratum N. non concesso guidatico per eum petito pro testibus ministrandis ad sui defensam, illis non receptis, & aliàs nulliter fuisse processum facta relatione per Ludovicum Bestiurs I. R. C. meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quod declaretur, quod aliquis ex Regiis Algutziriis accedat ad omnia loca Principatus Cathaloniæ, et Comitatuum Rosilionis, et Ceritaniæ, quo oportuerit, qui ex integro contra dictum N. inquirat, inquisita fortificet, et dictum N. captum, et detentum in carceribus Villæ de Caldes ad manus suas apprehendat, captum et bene custoditum ad Regios carceres Barcinonæ adducat, et alia faciat in similibus fieri solita, et assueta, et consequenter recursui per dictum N. interposito locum fuisse, et esse, et quod pro his fiant, et expediantur litteræ, et alia provisiones, &c.*

18 Similis die 30. 1628. in facto recursus interpositi pro parte Jacobi N. Sartoris Villæ Sancti Martini de Arenys cum supplicatione oblata 24. Junii ejusdem anni à sententia diffinitiva per Procuratorem Generalem Vicecomitatuum Caprariæ, & de Basso, de Consilio Pauli Sexonera V. I. D. sui Ordinarii Assessoris contra eum die 30. Maii dicti anni in Castro Villæ de Hostalrich lata, in & cum qua dictus Jacobus N. delatus, & inculpatus de portu instrumenti manualis vulgo *Pedrenyal* parvæ mensuræ, fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando in perpetuum.

19 *Attento constat contra dictum Iacobum N. nulla concessa dilatione pro testibus ad sui defensionem ministrandis, in et cum supplicatione die 30. Martii petita, illisque non receptis, sequenti die fuisse contra eum latam sententiam, et aliàs nulliter processum, facta relatione per Guiamet I. R. C. meritis processus attentis, et aliàs fuit conclusum, quod declaretur recursui pro parte dicti Iacobi N. interposito locum fuisse, et esse cum hac clausula, et quod ex integro inquiratur, et quod aliquis ex Regiis Algutziriis accedat ad omnia loca præsentis Principatus Cathaloniæ, et Comitatuum Rosilionis, et Ceritaniæ, quo oportuerit, qui inquirat, inquisita fortificet, et alia faciat in similibus fieri solita, et assueta, et pro his fiant, et expediantur litteræ, et alia provisiones opportunæ, juxta R. C. stylum.*

Similis die 21. Januarii 1652. in facto recursus interpositi pro parte Antonii N. Agricolæ, & Baiuli de Massaneto de la Selva, supplicatione oblata 20. Septembris 1661. à sententia contra eum lata per Procuratorem Generalem Vicecomitatuum Caprariæ, & de Basso de Consilio Isidori Coli & Cardona V. I. D sui Ordinarii Assessoris 24. ejusdem mensis, & anni in Villa de Blanes, qua fuit dictus N. condemnatus ad servitium Regiarum triremium per decennium. 20

Attento constabat ex depositionibus testium per dictum N. in defensam ministratorum fuisse vocatum per Procuratorem Generalem, & sic guidatum, & coram eo perventum fuisse captum, fuit, ref. R. S. Orsina, conclusum cum hac clausula, ibi : *Quod declaretur dicto recursui pro parte dicti Antonii N. interposito, & exceptioni malæ capturæ ratione dicti guidatici oppositæ locum fuisse, & esse, & consequenter quod dictus Antonius N. relaxetur à carceribus Regiis in quibus detinetur, & quod desguidetur, cum termino sex dierum, & quod ex integro inquiratur, & quod aliquis ex Regiis Algutziriis accedat ad dictam Villam de Blanes, & ad omnia loca præsentis Principatus, &c.* De simili in causa recursus ab oppressione diximus *dec.* 23. *num.* 16.

Similis 20. Septembris 1673. in facto recursus interpositi pro Josepho N. ref. R. S. Nob. Petro de Amigant, ex quo per inferiorem fuit nulliter processum, & fuit posita illa clausula *recursui locum esse, etc. et. quod ex integro inquiratur, et quod aliquis ex Regiis Algutziriis, etc.* Similis 13. Maii 1677. ref. R. S. Trissany in facto recursus interpositi per Antonium N. ubi fuit declaratum nulliter processum fuisse per inferiorem, quia in testium receptione pro parte Fisci ministratorum non fuit dictum eos esse cognitos per Baiulum, seu ordinarium, vel per alium bonæ opinionis, & famæ, & quia testes adhibiti in instrumento cadaveris, non juravetant penes Ordinarium. 21

Audivi à Regiis Senatoribus tantundem practicari declarationem illam, quod de novo inquiratur, quando per Judicem primitivum fuerit nulliter processum, at si injustè, tunc declarandum est super meritis causæ, primitivam sententiam in totum revocando, vel in partem moderando. 22

DECISIO XXVI.

ARGUMENTUM.

Oppressi à gabellaris possunt conqueri coram Judice civili, vel per viam recursus coram Regio criminali Concilio, ubi quomodo procedere debeant Judices in crimine fraudatæ gabellæ, an per inquisitiones Generales, an per apprehensiones, & sequestra mercium, & an possint compellere mercatores; ut edeant libros ad fraudes consequendas, & an qualitas fraudis debeat justificari ante mercium apprehensionem, anuè apprehensio convalidetur ex supervenienti fraudis probatione, disputatur, & deciditur, ubi etiam quod ex compositionibus excessivis, licèt recurrere ad Regium criminale Concilium.

SUMMARIUM.

1 *Oppressis à gabellariis succurritur dupliciter, vel civiliter, quia causa est civilis, quando agitur ad persequendam rem commissam, vel de solutione gabellæ; vel criminaliter per viam recursus in Regio Concilio, ubi remissivè de recursibus à condemnationibus Clavarii hujus Civitatis.*

2 *Factum, & dubia in casu controverso.*

3 Do-

3 *Dolus regulariter non præsumitur, sed per allegantem debet probari, nec defraudata gabella pœna intrare potest, quin præcedat dolus, & probetur, & adhuc constito de fraude requiritur sententia declaratoria.*

4 *In apothecis mercerionum adsunt merces obnoxiæ denuntiationi, & impositionibus, & aliæ non, ut puta illæ quæ fabricantur in Civitate, & sic debet probari in crimine fraudatæ gabellæ, merces esse de illis quæ subiiciuntur denuntiationi, cum in criminalibus non sufficiat probatio per possibile.*

5 *Portans blada prohibita extrahi, si reperiatur in via, quæ tendit tam ad exteras partes, quàm ad alium locum territorii, non dicitur fraudasse, nisi probetur, quod volebat fraudare, vel repertus fuerit in confinibus.*

6 *Fraus non præsumitur quando possibile est, quid fuisse factum sine fraude.*

7 *Fiscus executivè non procedit contra debitores Fiscales, nisi quando debitum est liquidum, & constat de debito per probationem probatam, nec lite super debito pendente, executivè Fiscus procedit, nec bona describere, seu sequestrare potest.*

8 *Negata qualitate, quod sit causa debitoris Civitatis potest evocari causa ad R. A. non obstante privilegio quod habet Clavarius cognoscendi de causis debitorum privativè ad R. A. ad quam evocari non possunt aliquo prætextu.*

9 *Judex limitatæ jurisdictionis debet ante omnia probare qualitatem suæ jurisdictionis.*

10 *Non potest procedi per inquisitiones generales, & solum debet accusatio contingere, quod resultat ex informatione testium, absque alia criminis, aut qualitatis, aut circumstantiæ additione.*

11 *Fieri non potest generalis inquisitio contra mercatores ad puniendum fraudes, & dolos, quos commisisse prætenditur.*

12 *Fiscus etsi actor sit potest petere arma de domo rei, & ipsum compellere, ut sibi edat instrumenta, quando civiliter agit, non autem quando criminaliter, & num.* 15.

13 *Pro justificanda inquisitione in causis vectigalium fraudatorum non sunt compellendi mercatores, ut edant libros suos.*

14 *Decisio.*

15 *Nec sunt cogendi mercatores, ut edant fisco libros correspondentium cum aliis mercatoribus.*

17 *Non probant libri manifesti, merces non fuisse denuntiatas, quia poterant administratores hujusmodi librorum, dolo, vel oblivione, aliquas non scribere.*

18 *Sufficit quod præcedant levia indicia ad perquirendum certam rem, prout ædilis, qui scrutatur domus etiam Clericorum ad apprehensionem mensurarum falsarum, administrator platearum ad inquirendum certas res prohibitas, & alii ad indagandas res determinatas, veluti ad quærendos reos fugitivos, vel ad quærendam rem furtivam, ubi utilitas commercii ponderatur, & in dubio est pronuntiandum contra gabellarios.*

19 *Clavarius Civitatis Barcinonæ non potest procedere per inquisitiones generales, & cum eis apprehensiones, vel sequestra facere mercium in domibus mercatorum, ubi decisio Senatus.*

20 *A procedimentis gabellariorum interponitur recursus in R. C. criminali.*

21 *Unde quia nullis præcedentibus legitimis indiciis processit Vicarius Barcinonæ ad apprehendendum certas merces, fuit admissus recursus in Regio Concilio.*

22 *Non sufficit post factam mercium apprehensionem, quod justificetur qualitas fraudis, quæ tribuit jurisdictionem procedendi, si illa non fuerit recepta in actis Curiæ ante apprehensionem, ubi decisio.*

23 *Alia decisio.*

24 *Vassallus Baronis, ac etiam alius subditus potest recurrere ab exorbitanti compositione, sive ab alio gravamine in compositione illato, tunc enim potius extorsiones, quàm compositiones dicuntur.*

1 OPpressi à gabellariis succurritur dupliciter, vel civiliter, quia civilis est causa quando agitur ad persequendam rem commissam, Rocus *de Officiis rub.* 14. §. 5. *num.* 59. quia ita intelligit Moles *dec.* §. 6. *qu.* 7. vel quando agitur solum de solutione gabellæ, Luca *in theat. verit. tom.* 2. *disc.* 69. *num.* 11. vel criminaliter per viam recursus in Regio Concilio, ut infrà patebit (quando procedituur per Clavarium hujus Civitatis, quomodo per eum condemnati possint recurrere, vel appellare, agitur à Xam. *de priv. Civitatis Barcinonæ* §. 10. *num.* 11. *cum seq.* in addit. & ait Vermigl. *consil.* 277. quod à sententia pœnali ob fraudatam gabellam prolata, datur appellatio quoad utrumque effectum, non obstante privilegiorum prætextu in gabellis exigendis) Actum fuit civiliter in R. A. & criminaliter in Regio Concilio in casibus, qui recitantur.

Instabat Syndicus confratriæ merceriorum huius Civitatis in Regia A. declarationem nullitatis apprehensionis mercium, quam fecerat Clavarius ejusdem Civitatis titulo fraudatæ gabellæ; & hinc duo suscitata fuerunt dubia. 2

PRIMUM.

An Clavarius Civitatis Barcinonæ per Inquisitiones Generales, & non præcedente specifica fraudis jurium Civitatis informatione, possit procedere contra merceriοs ejusdem Civitatis, merces illorum sequestrando.

SECUNDUM.

An pro fundamento fraudis possit apprehendere libros, scripturas, ac schedulas merceriorum.

Circa primum dubium diversas agnovimus rationes ad denegandum Clavario facultatem procedendi, non præcedente specifica fraudis informatione. Primam quia ignorantia in hoc genere delicti excusat, Vermig. *consil.* 278. *num.* 4. (ubi de juvene, qui denuntiaverat quandam partitam piperis, absque garofolorum denuntiatione, ignorante illorum inclusionem in balla) & *consil.* 279. *num.* 8. Nec dolus regulariter præsumitur; sed per allegantem debet probari, Bettaz. *cons. crim.* 207. *num.* 16. Sixtin. *de regalibus lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 195. nec ex fraudata gabella pœna intrare potest, quin dolus præcedat, & probetur Carena *resol.* 206. *num.* 5. & 208. *num.* 9. & 10 Latro *consult.* 18. *n.* 7. *cum pluribus seqq.* Giurba *cons.* 16. *nu.* 30. ubi docet dolum non præsumi, maximè in homine rudi, & ignaro, nisi in his, quæ sunt de genere prohibitorum, Conciol. *res. crim.* 1. *ver. Gabella*, *num.* 6. ubi rem ampliat. & antea, *nu.* 2. asserit, quod in hac re lata culpa non æquiparatur dolo, ex Farinac. *in prax. q.* 173. *sub num* 45. & idem Conciol. *res.* 9. *ver. Gabella*, *num.* 3. *ubi num.* 4. probat quod adhuc si fuerit captus in flagranti; debet probari flagrantia, & super illa formari processus, Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 78. *tot.* Massin. *de confisc. bon. q.* 21. *num.* 13. & *seq.* & constito de fraude, sententia declaratoria adhuc requiritur, Farin. *in prax qu.* 173. *num.* 4. Conciol. *resol. crim.* 8. *vers. Gabella*, *num.* 3. Valenzuela Velazquez *cons.* 52. *num.* 74. (ubi ait quod etsi ageretur super dictarum mercium commisso non poterat ante sententiam illarum possessione privari) Menoch. *tom.* 12. *cons.* 1125. *num.* 29. & comprobant Fermos. *de judic. cap.* 4. *Cum ab homine* 10. *q.* 12. *num.* 2. Barbosa *tom.* 4. *decret. in* 6. *lib.* 5. *tit.* 2. *cap. Cum secundum* 19. *nu.* 6. *de Hæreticis*, Marin. ad Revert. *dec.* 516. *num.* 4. & *lib.* 2. *resol. cap.* 130. *nu* 8. & *seqq.* ubi agit, quæ dicatur sententia declaratoria, & quæ privativa. 3

Secundam, quia in apothecis merceriorum adsunt merces obnoxiæ denuntiationi, & impositionibus, aliæ non etiam, veluti illæ, quæ fabricantur in Civitate: unde punctim scribit Nigro *cont.* 109. *num.* 1. ibi: *Quia cum gabellarum causa sit criminalis, Farinac. cons.* 85. *num.* 40. *vol.* 1. *accusator debebat probare has gallulas esse tales, quæ essent obnoxiæ gabellæ, vel denuntiationi, cum aliquæ reperiantur, quæ non sunt affectæ aliquo ex dictis oneribus, puta si sint natæ in burgis, & suburbiis Civitatis, & num.* 3. ibi: *Cum igitur gallulæ istæ potuissent esse de illis natis in suburbiis, ut verè erant, & asserebantur tales, sicuti & de natis extra, accusator debebat probare esse de natis extra burgos, quia in criminalibus probationes debent esse concludentes, & non per possibile.* 4

Et *num.* 6. ibi: *Ita videmus quod si quis portans blada prohibita extrahi, reperiatur in via, quæ tendit tam ad exteras partes, quam ad alium locum territorii, talis non dicitur fraudasse, nisi probetur, quod volebat extrahere, vel repertus fuerit in confinibus, Bald. in l.* 3. *num.* 5. *C. de ser. fug. & numer.* 7. in illis verbis: *Et sicuti ad evitandum deli-* 5

delictum actus, qui potuit fieri loco tempore, & modo licito, & illicito, præsumitur factus licitè, Bartol. in l. Non solum 8. §. Sed ut probari num. 1. in fin. & num. 2. ff. de novi op. nunt. Crot. cons. 41. num. 15. & cons. 47. num. 26. Socinus Jun. cons. 83. num. 4. vol. 2. Menoc lib. 5. præs. 2 num. 10. Ita quoque gallula istę, alio non edocto per accusatorem, debent præsumi natę in loco ex quo nullum resultat delictum.

Amplius Nigro *cons. 512. à num. 1. cum seqq.* resolvit, accusatos introduxisse merces forenses sine denuntiatione, & solutione gabellæ, ex eo quod tales merces apud eos fuerunt repertæ, nec in libris datiorum fuerunt descriptæ pro introductione, & solutione gabellæ, & tamen debere liberari, quia potuerunt habere ab aliis, qui illas servatis servandis introduxerint, & probationes, ut res cadat in commissum, debent necessariò concludere, non autem per possibile, *l. fin. C. de probat.* Farin. *in prax. q. 86. n. 6.* idem Nigro *cons. 370. n. 17.* quam resolutionem admittit Luca *in theat. verit. tom. 2. ad mat. vectigal disc. 69. tot.* & signanter *n. 9. & 11.* quando agitur ad commissum, seu ad pœnam, & sic criminaliter.

6 Igitur cum in domibus merceriorum reperiantur merces, quæ intra Civitatem nascuntur, vel fabricantur, quæ nec debent gabellam, nec denuntiari habent, & aliæ quæ extra, Clavarius concludenter ante omnia probare debet, merces ex illis esse, quæ non fuerunt natæ, nec fabricatæ in Civitate, aliàs namque, alio non edocto, præsumi debent natæ in loco, ex quo nullum resulter delictum: cum fraus nunquam præsumatur quando possibile est quid factum, sine fraude fuisse, Nigro *d. con. 370. num. 17* Valenzuela Velazquez *cons 52. nu. 81. ex l. Meritò 51. ff. pro socio, & passim.*

7 Tertiam, nam nec fiscus executivè procedit contra debitores Fiscales, nisi quando debitum est liquidum, & constat de debito per probationem probatam. Trentac. *var. li. 3. vol. 1. q. 16. n. 3. vers. In his igitur.* Oliba *de jure fisci cap. 15. num. 3.* Calic. in *Marg. fisci dub. 3. num. 27.* Berart *de visit. cap. 14. num. 10.* Fermos. *alleg. fisc. 55. num. 11. cum seqq.* Alfaro *de Offic. fisc. glos. 16. num. 53.* pluribus citatis Bolero, & Caxal. *de decoc. debit. fis. tit. 1. qu 5. num. 1 cum seqq.* & declaratum fuit in R. A. ref R. S. Serra 3. Augusti 1570. inter Antonium Palau ex una, & consiliarios hujus Civitatis alia, Canc. *var. p. 2. c. 3. n. 31.* qui indè infert, quod lite super debito pendente, executivè fiscus non procedit, & nec describere, aut bona tunc sequestrare potest, Pereg. *de jure fisci lib. 7. tit. 3. num. 10.*

8 Hinc, quod negata qualitate, puta quod sit causa debitoris Civitatis, possit evocari causa ad R. A. *f* non obstante privilegio, quod habet Clavarius cognoscendi de causis debitorum privativè ad R. A. ad quam evocati non possunt aliquo prætextu) docet R. Vinyes *in discur. pro justificatione Villa Mataronis §. 4.* Xam. *de privil. Civitatis §. 10. n. 14. in additionibus, vers. At insignis.* Quando scilicet est dubium, an sint debitores Civitatis, Xammar. *rer. judic. p. 2. def. 130. nu. 14.* & faciunt tradita à Ferrer. 3. *p. obs. cap. 169.* unde invaluit, quod quando probabiliter dubitatur, an sint debitores, negata qualitate evocantur ad R. A. ita Senatus 25 Augusti 1682. ad relationem Magnifici Jacobi de Potau R. A. D. in causa Petri Galuany mercatoris, contra Syndicum Civitatis, Not. Galceran scriba mandati, & per eundem relatorem in causa Josephi Cabanyes mercatoris, contra eundem Syndicum, & pariter in causa fidejussorum ejusdem Galvany, contra eundem Syndicum, Not. eodem. Et 24. Aprilis 1684. ref. Magnifico Josepho Aleny R. A. D. in causa Francisci Potau mercatoris, contra eundem Syndicum. Secus autem si sit debitor, & adversus obligationem juvare se velit aliquâ exceptione, quia cum fuerit Judex competens Clavarius per ortum obligationis, & debiti, Judex esse debebit exceptionis, ita Senatus in causa Raphaelis Guinart mercatoris, contra Syndicum Civitatis, de mense Decembris 1682. ref. nob. Josepho Pastor, & Mora R. A. D. N. Thoar, ubi eo motivo non fuit causa admissa in R. A.

9 Quartam indè infer, quia Clavarius habet limitatam cognitionem in fraudibus, & nil tam certum in jure invenitur, quàm quod Judex limitatæ jurisdictionis debeat antè omnia probare qualitatem suæ jurisdictionis, Conciol *resolut. crim. unica, ver. Qualitas, num. 3.* Valenz. Velazquez *cons. 52. nu. 4. cum pluribus seqq.* quod probat ex *l. Hac autem 5. §. 1. ff. quibus ex caus. in posses. eat.* R. Vinyes *in disc. pro justif. procedim. Villæ Matar. §. 4. pag. 16. & §. 7. pag. 48. v. Reducida,* saltem per summariam informationem R. Cortiada *dec. 15. n. 3.* Cancer. *var. 2. c. 2. n. 201.* cum qua constet de semiplena qualitatis probatione, probat idem R. Cortiada *dec. 21. à nu. 61. & dec. 81. tota,* Sesse *de inhibit. c. 8. §. 4. nu. 68.* Sanfelic. *dec. 137. num. 3.* Luca ad Franc. *dec. 329. nu. 6.* Manfrella ad Latro *dec. 173. num. 23.* Valenz. *d. cons. 52. num. 67.*

Quintam, nam absurdum in jure est, procedi per viam 10
inquisitionis generalis contra delinquentes *cap. Tuę 5. de procurat. l. Libellorum de accusat.* Farinac. *in prax. q. 1. nu. 11.* Bovadilla *in polit. lib. 4. c. 5. nu. 11.* non enim inquisitio debet inchoari, nec fieri, nisi priùs constet delictum fuisse commissum, *ad text. in l. 1. §. Item illud, ff. ad Silan.* latè diximus *dec. 9. in princ.* & sint indicia concludentia contra inquisitum, Alex. *cons. 138. nu. 12. & 15.* Menoc *lib. 1. præs. q. 8. nu. 9. & seq.* neque ad utilitatem publicam inquirendo particulariter contra aliquem, potest Judex procedere non præcedente fama judicialiter probata, per ea quæ tradit Bald. *in tit. de pace constant. v. Damna, nu. 3.* Grat. *respons. 59. nu. 8. vol. 2.* Valenzuela Velazquez *cons. 52. num. 65. & seqq.* & nullo modo potest Fiscus accusare, nisi præcedente Judicis inquisitione, & solùm potest accusatio continere, quod ex informatione testium recepta resultat, absque alia additione criminis, aut qualitatis, aut circunstantiæ. Excellentissimus Crespi *obs. 4. c. 2. n. 14.*

Ex quibus omnibus concludit in hac materia gabellarum, 11
impositionum, & vectigalium Joan. Bapt. Valenz. Velas. *d. cons. 52.* quod fieri non potuit generalis inquisitio contra mercatores habentes merces Regni Valentiæ, super eo, an solverint jura, & decimas portus Regii, inter Valentiæ, & Castellæ Regna ad puniendum dolos, & fraudes, quas eos commisisse prætenditur, maximè *à num. 58. usque ad num. 68.* & nos pariter concludimus, quod Clavarius Civitatis Barcinonæ, per inquisitiones generales, & non præcedente summaria fraudis informatione, non potuit procedere, merces sequestrando, & ad puniendum fraudes, mercerii quas commisisse in juribus Civitatis prætendidit.

Quoad secundum dubium pariter defendimus ad probandum fraudem, Clavarium juvari non posse sequestro 12
librorum scripturarum, & schedularum merceriorum, ex unico, & invincibili dicto; namque licèt fiscus, etsi actor sit, possit petere arma de domo rei, & ipsum compellere, ut sibi edat instrumenta, *l. Ne quis quam 3. aliàs Senatus censuit, ff. de edendo, l. 2. §. Item divi fratres, ff. de jure fisci, l.* ubi Doctores communiter *C. de edendo, & in cap. 1. extra de probat.* ubi Abbas *num. 18.* Decius *n 52.* Felinus *colum. 4. vers. Fallit secundo in fisco,* Bossius *in tract. de fisco, & privilegiis eius n. 10. & 11.* Grammaticus *cons. crim. 9. num. 2.* Alexand. *in l. fin. num. 16. v. Nono fallit, C. de edendo,* & plures alii laudati à Fulvio Patiano *de probationibus lib. 1. c. 63. n. 46.* Peregrin. *de jure fisci lib. 7. tit 3. nu. 11.* Mari Giurba *dec. 94. nu. 4.* Alfaro de *Officio Fiscalis glos. 16. privilegio 15. ex num. 74.* cum pluribus sequentibus Buccaronio *de differentiis inter jud. civil. & crimin. differ. 67. numer. 3.* Farinac. *in fragm. crimin. 1. part. littera F. num. 159.* Barbosa *in collectan. ad textum in l. 2. C. de edendo, num 4.* Pareja *de inst. edi. tit. 5 resol 3. num. 42.* Excellentissimus Crespi *ob. 110. num. 23.* tamen hoc procedit quando fiscus civiliter agit, non autem quando criminaliter, Barbosa *in l. 2. C. de edendo,* Pereg. *de jur. fisci lib. 7. tit. 3. num. 23.* Valenzuela Velazquez *d. cons. 52. nu. 68. cum seqq.* & his laudatis Pareja *de instrum. edit. titul. 5. resol 3. nu. 51. cum seqq.* ubi *num 52.* scribit quid in delictis atrocibus ob eorum immanitatem.

At gabellarum materia est maximi momenti, & crimi- 13
nalis reputatur, unde pro inquisitione justificanda non potest procedere Clavarius arma de domo rei sumendo punctim, Velazquez *d. cons. 52. nu. 67.* ibi: *Maximè cum dictus Judex ad fundamentum inquisitionis suæ intraverit domus dictorum mercatorum intempesta nocte, & libros ipsorum, & quascumque scripturas, & schedulas ibi invenit, abduxerit, & sequestraverit, quamvis enim in causis civilibus, quilibet teneatur edere Fisco ad fundandam intentionem, hoc tamen fallit in causis maximi momenti, quæ criminalibus æquiparantur, ut dixit Bald. in l. parentes, C. de test. Petrus de Ancar. cons. 25. & notatur, in l. qui testamento, §. mulier, ff. de testam. Andreas Siculus cons. 46. num. 16. vol. 4. & in causis criminalibus, ut est ista l. 2. §. Item divi fratres, ff. de jure Fisci glos. in verbo exhiberi, ubi DD. in l. 2. C. de edon. Abbas, & Felinus in cap. 1. ubi Decius nu. 13. de probat.*

Hos sequitur Gabr. de Pareja *de inst. edit. tit 5. resol. 3.* 14
nu. 55. ibi: *Optimè in proposito Jacobus Menoc. cons. 405.* ubi
refert

UAB Biblioteca de Ciències Socials

refert pluribus fundamentis motus solidisque rationibus, quod mercatores non tenebantur edere libros rationum ad instantiam Cameræ Archiducalis, aut ejus Fisci, ut ex illis posset deprehendi, an maior summa, aut quantitas lignorum esset incisa in loco ferræ Feltrensis, quam ipsi patefecerant conductoribus gabellarum, & deveniri posset ad condemnationem, licèt pecuniariam ob vectigal fraudatum, & num.56. ibi : *Et hanc etiam opinionem fulcitam adinvenimus ex praxi huius Sacri Consilii in causis mercatorum Civitatis Hispalensis, in quibus Regius Iudex delegatus ad cognoscendum, & puniendum inculpatos in extractione mercium auri, & argenti vulgo Juez de sacas, y cosas vedadas, fuit conatus dictos mercatores compellere ad exhibitionem omnium librorum, ut ex illis posset deprehendi an plures res extractæ essent, quàm in libris datiorum continebantur, & causa delata ad consilium fuit denegata generalis editio dictorum librorum, & declaratum dictos mercatores, non esse compellendos ad editionem ex supradictis ; & limitata ad casus, & causas, & partitas, in quibus constaret dolum, & delictum per dictos mercatores fuisse admissum, & non in aliis, qua de causa amplius in comprobationem huius doctrinæ immorari non licet.*

15 Et ibi : *Quamvis enim in causis civilibus, quilibet teneatur edere Fisco ad fundandum intentionem, hoc tamen fallit in causis maximi momenti, qua criminalibus æquiparantur, ut dixit Bald. in l. parentes, C. de testibus, Pet. de Anchar. cons.25. & notatur in l. Qui testamento, §. mulier, ff. de testament. Andr. Sicul. cons.46. num.16. vol.4. & in causis criminalibus, ut est ista, l.2. §. Item Divi fratres, ff. de jure Fisci, Glossa verbo exhiberi, ubi Doctores in l.2. C. de edendo, Abbas, & Felin. in cap.1. ubi Decius num.13. de probat. Alexand. cons.132. Visa facti narratione colum. fin. volum.1. Bossius tract. crim. titulo de Fisco, & de jure Fisci, & suis privilegiis num.1. Peregrin. tract. de jure Fisci, lib.7. titulo de his, qua spectant ad ordinem judiciorum, nu.23. cum seqq. fol. mihi 603. & est bonus textus in l. nimis grave, C. de testibus, Alexand. cons.132. incip. visa colum. fin. lib.1. Claud. Battandier in praxi rerum crim. regul.11. num.1. Gregor. Lopez in l. 17. tit.2. par.3. gloss 7. ex quibus limitatur, l.10. tit.18. lib. 5. Recopil. et quod de editione librorum, tradit Stracha tr. de mercatur. par.1. num.60.*

16 Quæ præcipue considerari debent, quia ut plurimum solent Clavarii libros apprehendere, qui continent forsan rationes correspondionis cum aliis, quod reprobat *text. in l.3. ff. de edendo*, & considerat Pareja *de inst. tit.5. resol. 3. num.56. in fine*, Valenzuela Velazquez *qui suprà dict. cons.52. nu 73. edit.* ibi : *Præcipuè cum non solum abstulerit libros, qui rationem forsan continebant correspondionis cum mercatoribus Valentinis, sed omnes alios, merceque seorsum habitas contra textum in l.3. ff. de edendo, qua ait, nullum eorum, à quibus quid à Fisco petitur alia instrumenta edere cogendum, quàm quæ ad causam pertinerent ex qua deferre professus esset.* Hactenus Valenzuela.

17 Nec pro fraudis probatione juvari poterit Clavarius ex libris manifesti, in quibus continuant denuntiantes merces, quia illa non est concludens probatio, cùm aliquæ sint merces (sunt illæ quæ fabricantur in Civitate) quæ nec denuntiantur, nec debent, neque solvunt gabellas ; imò, & quamvis non reperiantur in dictis libris manifesti, merces, quæ debent gabellas ; inferre non inde licèt, non solutas fuisse, quia poterant librorum administratores dolo, vel oblivione aliquas non scribere partitas. Valenzuela *d. cons.52. n.80.* ibi : *Accedat in favorem dictorum mercatorum non adduxisse dictas merces, nec ipsos adstrictos esse ad registrandum ipsas ; et solvendum decimas portus, cum correspondentes ipsorum, Valentiæ degentes ipsas transmiserim eis ad hanc Regiam Curiam, ut juxta commissionem ipsorum de mercibus disponerent, et præsumi debeat eas registratas, et jura pro eis soluta, cum non præsumatur delictum, l. Marito. ff. pro socio, Bartol. in l. Gallus, §. Quod si his, nu.13. vers. Quidquid, ff. de lib. et post, Bald. in l. Moveor, n.2. C si ser. exp. veneat. Covar. in cap. Quamvis pactum 2.p. §.3. nu.2. in fin. Menoch. lib.3. præs.86. nu.5. Etiamsi non inveniretur scripta ratio registri, & solutionis in libris portus, solent enim administratores dolo, vel oblivione aliquas non scribere partitas, sed supprimere, ut ex ritu Regiæ Cameræ Sum. Reg. Neapoli, tit. de non positis, aut subtrac. tradit Joan. Paulus Mont. in præg.5. de administ. universit. §.5. n.5.*

18 Non negatur tamen Clavario posse ad perquirendam certam rem, quæ gabella n fraudavit illius rei facere scrutinium, prout Ædilis qui scrutatur domus etiam Clericorum ad apprehensionem mensuratum falsarum, Cortiada *dec.* 11. *num.*68. Administrator placarum ad perquirendum certas res prohibitas, Vinyes *id disc. jurisd. Reg. §.7. pag.53.* & aliis, ad indagandas res determinatas, veluti ad quærendos malefactores fugitivos, Canc. *var. par.3. cap.5. n.* 78. & ad quærendum rem furtivam, quo in casu sufficis pro earum rerum inquisitione præcedant levia indicia, Guaz. *def. reor.17. cap.1.* nam etsi hæc procedant ; distant tamen utroque tramite ab eo ; an possint generiçe fieri perquisitiones, & quod Clavarius eo colore, quia intelligit, vel præsumit adesse merces fraudatas, possit procedere, omnes merces investigando, ipsas sequestrando, libros ac schedulas negotiationis secum ducendo, quod facere de jure posse omnino negamus, & jura, & Doctores laudati respuunt.

Consideranda sunt in hac materia, quæ communiter docent DD. quod in dubio contra gabellam est pronuntiandum, Cyriac. *cont* 141. *nu.*58. *et cont* 297. *nu.*55. *et* 56. *et cont.*674. *nu.*14. Urceol. *consult.*73 *num.* 14. Rota *recent. p.*11. *dec.*118. Et ulterius sunt considerandæ, quæ scripserat Valenzuela *in d. cons.*52. *num.*86. (præmaximè in hac Civitate, ubi propter temporum calamitates deperditum commercium experimur) in illis verbis, ibi : *Et cum magnoperè conveniat Reipublicæ conservatio mercatorum, & negotiantium, l. Semper §. Negotiatores, ff. de jure communit. l.2. ubi Bartol. C. de nundin. Baldus in l. Macedoniani num.6. C. ad S. C. Maced. Greg. Lopez in l.4. tit. 7. p.5. Avend. in l.4. tit. de las except nu 53. Bartol. in l. Ambitiosa num.23. ff. de decret. ab ord. facien. Strac. de mercat. p.1. n.16. & seqq. & p 2. n.4. Aldovin. cons.21. n.7. Rebuf. tom.2. ad leg. Gallic. tit. de mercatura minut. vend. num.9. docet Plat. lib.2. de Repub. & ex l.2. ff. de nund. Per. Greg. lib.4. de Repub. cap.7. num.12. & 14. Solorz. de jure Indiar. tom.2. lib.5. num.60. & 73. Ribadeneir. li.2. de virtut. Princ. Christ. cap.11. non debet admitti, quod sub prætextu inquisitionis præfatæ, & molestiarum eius, rumpant, & foro cogantur cedere dicti mercatores, & alii ipsorum correspondentes, cum quibus habent negotiationes pendentes, quandam veluti catena multis confecta annulis, & quo sub prætextu apparentis cuiusdam utilitatis, qua consequi speratur ex d. commissione ad Regium Patrimonium, quasi hamo aureo piscando consequatur majora incommoda ex commerciorum defectu.* Et hinc dixit Casiod. *lib.5. Epist.39. exigentes verò essem publicum per gravamina ponderum, premere dicuntur patrimonia possessorum, ut non tam exactio, quam præda esse videatur*, cum tamen commercia sint ita Reipublicæ necessaria, ut sine his societas hominum consistere non possit, & si commercia tolleretur, oporteret homines aliena rapere, ut sustentari possent, aut fame, aut nuditate, aut aliis miseriis perire, ut notat Scaccia *de commerciis*, §.1. *q.*1. *n.*68. Gaito *de credito*, *c.*4. *qu.* 11. *n.*1994. *et* 1995.

His rationibus, me patrocinante, sententia Regia facta 19
die 10. Decembris 1663. in actis Ribes, ref. egregio D. Josepho Rull, tunc R. A. D. & nunc Reg. in sup. Cocil. Arag. in causa inter Syndicum merceriorum hujus Civitatis ex una, & Clavarium ex alia, fuit conclusum non posse Clavarium pro inquisitione fraudum iurium Civitatis, procedere cum inquisitionibus generalibus, & apprehensiones de aliquibus mercibus, quas secum adduxit, & sequestra de aliis, quæ domi Josephi Matheu mercerii reliquit, esse nulla, & nullas, tanquam non facta præcedentibus legitimis indiciis.

Et quia diximus causam fraudatæ gabellæ esse crimina- 20
lem, R. Cortiada *dec.*35. *num.*89. *ubi additio tom* 2. Ferrer. 3. *par. obser. cap.*446. Capit. Latro *consul.*18. *num.*5. Bertaz. *in additionibus ad cons.*110. *eius Patris*, *nu.*2. Menoc. *de arbit. qu.*79 *num.*9. *lib.*2. Clarus *in prax. crim.* §. *fin. q.* 1. *vers. Tertius est casus*, Farinac. *cons. crim.*85. *num.*40. *tom.*1. Roccus *de Officiis rub.*14. §.5. *num.*56. Carena *ref.* 207. *num* 9. *in fin.* Conciol. *resol. crim.*1. *ver.* Gabella, *n.*1. & *resol.*9. Ciriac. *cont.*109. *num.*1. & *cont.* 512. *nu.*3. Luca *in theat. verit. tom.*2. *tract. de vectig. disc* 69. *num.*10. Valenzuela Velazquez *consil.*52. *num.*68. *cum seqq.* Siquidem crimen est fraudare gabellas, *l.*1. *in fine ff. de pub. Jud* §. *Sunt præterea inst. eodem*, *l. Fraudati* 8. *ff. de publicanis*, & *vectigalibus*, Quesada Pilo *dissert.*22. *num.*80. Thoro *vot.* 49. *numer.*5. *tom.*1. à procedimentis gabellariorum interponitur recursus in Regio criminali Concilio.

Unde

21 Unde sic, quia nullis præcedentibus legitimis indiciis processit apprehendendo in Villa Mataronis, Vicarius Barcinonæ (gerens Officium Baiuli in eadem Villa, quando in ea reperitur) fuit admissus recursus in Regio crim. Concilio, die 12. Aprilis 1680. ref. Magnifico Michaele Joanne Taverner I. R. C. in actis Riambau Not. ab apprehensione facta cujusdam partitæ piperis per dictum Vicarium prætextu fraudis in juribus lesdæ per Consulem nationis Olandæ, commissæ, & injunctum dicto Vicario ut revocaret procedimenta.

22 Supervenit dubitare in eadem causa, an sufficeret post factam mercium apprehensionem, quod justificaretur qualitas fraudis, quæ tribuit jurisdictionem procedendi, & fuit dictum nil prodesse, quod superveniat probatio qualitatis, si illa non fuit recepta in actis Curiæ ante apprehensionem, ex Valenz. *cons* 52. *num.*18. Salga. *de suppl. ad Sanct. part.* 2. *cap.* 5. §.1. *num.*30. Gutier. *cons.*44 *nu.* 3. & 7. Giurba *cons.*99. *nu.*10. *et* 11. & sic accusator, qui obtulit in R. C. facere novas probationes fraudis prætensæ, ad convalidandam mercium apprehensionem, non fuit auditus, sed resolutum 22. Maii 1680. recursui locum esse, & sequestrum tollendum, adinstar recursus interpositi à provisione malæ capturæ, facta à Judice non habente qualitatem ad reum capiendum, de qua Peg. *to.*1. *dec.*2. *tot.*

23 Idem fuit observatum die 17. Junii 1681. in favorem Joannis Baptistæ Laxarma francigenæ, in causa recursus interpositi ab apprehensione cujusdam partitæ molvæ ponderis centum quintalium.

24 Vassallus Baronis, ac etiam alius subditus potest recurrere ab exorbitanti compositione, sive ab alio gravamine in compositione illato, tunc enim potiùs extortiones, quàm compositiones dicuntur, Gizzarel. *dec.*57. & Mese ad eundem Gizzarel. *dec.*55. ubi in fine ait, quod discant Barones conservare, & non excotiare vassallos præsertim in levi causa, Rovitus *in prag. rub. de compos. num.*11. ubi allegat Bajardum ad Clarum *in praxi crim. qu.*49. *num.*63. Novar. *de gravam. vassal. gravam.*11. Ita fuit observatum in R. C. 9. Aprilis 1666. in facto recursus interpositi per Joannem Sor, ref. R. S. Narciso de Anglasell, ubi fuit concluſum compositionem, & inde debitorum quantitatis sexaginta duplarum auri, in favorem Gubernatoris Vallis de Aran, & Alcaydi Castri Leonis, annullandam, & cancellandum fore, & esse. Et 16. Octobris 1670. in facto recursus interpositi à Francisco Rigual Loci de Corbera, ref. R. S. Balaguer tertiæ Aulæ Doctore pro Reg. S. Magarola absente, scriba Badia.

DECISIO XXVII.

ARGUMENTUM.

Præludia super materia guidaticorum, à quibus, & qua forma concedi valeant, á quibus servanda, & de excubiarum necessitudine, & utilitate, ubi diversæ concluſiones Regii Senatus expressantur, in quibus statuta fuit forma custodiæ Civitatis Barcinonæ, & exactè consutatur fallax placitum Joannis Andreæ in prologo decretal. ubi allucinatur, in Cathalonia non dari actionem ex promiſſo, & ejus levium sectatorum, encomiaque Cathaloniæ, & quædam gesta Cathalanorum recitantur.

SUMMARIUM.

* *Facultas concedendi guidatica est de regaliis Principi reservatis.*

2 *In Catholonia guidandi facultas est communicata omnibus Judicibus tam Regiis, quàm Baronum, qui exercent jurisdictionem.*

3 *Prohibitum est Judicibus inferioribus concedere guidatica in criminalibus, ex quibus de jure civili, vel patriæ, sive ex consuetudine debetur pœna mortis naturalis, vel civilis, vel mutilationis membri.*

4 *Comprobatur hoc ex Regia Pragmatica Serenissimi Regis Petri.*

5 *Prohibitum est concedere guidatica parte læsa non satisfacta, ejectis à pace, & tregua, assassinis, Egipciis, & quibus olim.*

6 *Crimina debent exprimi in guidaticis, & tempus ad quod conceduntur, quod currit de momento in momentum, & concessum per mensem intelligitur per triginta dies.*

7 *Guidatico pendente nil est innovandum, nec persona assecurati potest à testibus recognosci.*

8 *Concesso guidatico non potest guidatus molestari, nec offendi.*

9 *Decisio Senatus.*

10 *Alia decisio Senatus.*

11 *Salvus conductus à Principe concessus est omnino servandus, sive justè, sive injustè concessus sit.*

12 *Omnibus est fides servanda.*

13 *Impugnatur assertum Joannis Andreæ in prologo decretalium.*

14 *In detractionibus victoria est certa in solo contemptu.*

15 *Apud oratores quomodo est laudanda persona.*

16 *Eduntur aliqua ex virtutibus Sanctissimi Raymundi à Penyafort.*

17 *Dictio saltim significat saltuatim, & saltem significat ad minus.*

18 *Apud Historicos non dicitur Cathelanus, sed Cathalanus.*

19 *Ex conventione nuda nulla nascitur obligatio, ubi expenditur locus Senecæ.*

20 *Fides data est servanda in Cathalonia.*

21 *Quo tempore prodiit in lucem efformatio usaticorum, & quo compilatio decretalium.*

22 *Ex pacto nudo efficax nascitur obligatio de jure Canonico, vel jure actionis, vel Officio Judicis.*

23 *Verbum promissio supponit efficacem stipulationem.*

24 *Decisiones nostri Senatus sunt magnifacienda, & amplexanda.*

25 *Iterum impugnatur Ioannes Andreas.*

26 *Barcinonenses habent jus Italicum, ubi diversa de encomiis Cathalanorum.*

27 *Principes hujus Principatus Cathalonia oculatissimè respexerunt fidelitatem Cathalanorum.*

28 *De fidelitate Hispanorum, usque ad nu.*33.

34 *Impugnantur sequaces Ioannis Andreæ.*

35 *Principaliter Principi convenit rectam fidem servare, etiam inimicis fidei.*

36 *Salvus conductus est species pacti, & quando ei est promissio adiecta, importat proprium, & verum juramentum, quod est servandum etiam inimico.*

37 *Ex jure naturali fides publica est servanda per eum, qui eam dare potuit, ubi referuntur casus diversarum decisionum super guidaticis concessis.*

38 *Ad idem recitatur decisio Tapia.*

39 *Factum, & decisio Senatus.*

40 *A' Principe possunt concedi guidatica verbo.*

41 *Sicuti assecuratus manet, qui à Principe vocatur, ita assecuratus restat, qui vocatur à Commissario Principis.*

42 *Quando Princeps sub fide Regia promittit ob præmium capturæ famosi delinquentis indulgentiam alterius facinorosi quem adimplens nominaverit, ab ipso nominatus sub tuto securitatis ponitur.*

43 *Guidaticum concessum ex justa causa etiam ab inferiore non habente potestatem, per superiorem debet observari.*

44 *Decisio Senatus.*

45 *Excubiæ tam in pace, quàm belli sunt necessariæ, ut nihil incommodi Respublica patiatur, illustratur.*

46 *Diversæ concluſiones Regii Senatus in quibus per regiones, & Vicos Civitatis Barcinonæ fuerunt distributæ excubiæ, usque ad nu.*50.

ANte quæstionis cardinem, ex ponderatis doctissimè per antiquos Senatores in specie infrà relata, & ex nunc pensatis, seligo quædam indubitata præludia scitu digna, quæ non impertinenter subnectam pro hac materia usufrequenti.

Sit primum, facultas concedendi guidatica est de regaliis Principi reservatis, *l. relegati* 4. *in fine*, *l. Ad bestias.* 31. §. *Ex Provincia*, *ff. de pœnis*, docent Grammat. *voto* 25. *nu.*11. 1

*nu.*11. Menoch. *de arbitr. cas.*337. *n.*11. Afflictis *dec.*4. *per totam*, Farinac. *in prax. q.*29. *num.*80. Cabal. *cas.*50. *per totum*, Guazzin. *def.*12. *cap.*1. *nu.*58. *vers. Sed solus Princeps*, Giurba *consil.*80. *nu.*3. & 15. Ex Crespi *obs.*85. *nu.*33. his laudatis R. Matthæu *de re criminali com.*10. *nu.*11. Capiblanc. *de baron. to.*2. *c.*31. *n.*1. Sperel. *p.*2. *dec.*148. *nu* 48. *cum seqq.* Latro *dec.*105. *nu.*6. Luca ad Franc. *dec.*258. *n.*1. Conciol. *resol. crim. verbo Salvus conductus resol.*1. *num.*1. Basilicus *dec.*24. *nu.*10.

2 Secundum, in Cathalonia guidandi facultas est communicata omnibus Judicibus, tam Regiis, quàm Baronum, qui exercent jurisdictionem, juxta disposita in Constitutione *com instigant, tit. quant. sia licit, ò no venjarse, vol.*1. Marquilles *in usat. Quoniam per iniquum, ver. Nota, quod fidantiam*, & colligitur ex Mieres *collat* 4. *in Curia Iacobi secundi Gerunda pag.*248. *in novis par.*1 *num.*39. Canc. *var.* 2. *c.*2. *n.*113. *cum seqq.* Capiblanc. *de baron. to.*2. *c.*31. *nu.*2. Ramon *consil.*12. *nu.*11.

3 Tertium, quod prohibitum est Judicibus inferioribus concedere guidatica in criminibus, ex quibus de jure civili, vel patriæ, sive ex consuetudine debetur pœna mortis naturalis, vel civilis, aut mutilationis membri, prout scribit Mieres suprà citatus, qui refert Regiam pragmaticam, *num.*37. ut hic.

4 *Petrus Dei Gratia, Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, Corsicæ, & Comes Barcinonæ. Dilectis, & fidelibus nostris Vicariis Subvicariis, & Baiulis Civitatum, Castrorum, & Villarum nostrarum Cathaloniæ, Procuratori de Basso, & de Turricella de Montegrino, vel eorum Locatenentibus præsentibus, & qui pro tempore fuerint præsentium seriem inspecturis salutem, & dilectionem. Ad Audientiam nostram relatu veridico noveritis pervenisse, quod vos prædecessorum vestrorum in dictis Officiis, qui super infra scriptis imprudenter se habuerunt vestigiis inhærentes per insolertiam indifferenter, & interdum ob aliquorum favorem, & interdum per sordes tolleditis guidatici criminosis, ex quibus Respublica læditur, injuriatis satisfactio differtur, vel confertur, processus inquisitionum impediuntur, & bonorum annotationes interrumpuntur, & criminosis præbetur audacia delinquendi, sanè cum prædicta, & qua in lesionem justitiæ, & damnum Curiæ nostræ cedunt pati nullatenus intendamus. Idcirco per hoc nostrum Generale edictum providemus, & vobis ac vestrum cuilibet inhibemus expressè, & damus firmiter in mandatis, quatenus in criminibus ex quibus de jure civili, vel patriæ, sive ex consuetudine debetur pœna mortis naturalis, vel civilis, aut mutilationis membri non guidetis, nec guidare tentetis verbo, vel scriptis aliquem de dictis criminibus inculpatum, sub pœna quingentorum morabatinorum Auri Regio erario applicandorum, qualibet vice, qua contra præsens mandatum feceritis, ultra Officii amissionem quo privati censeamini ipso facto, & nihilominus inhabiles reddamini perpetuo ad Officia exercenda, quodque sub earundem pœnarum incursu in omnibus guidaticis, quæ ex aliqua rationabili causa concedere generaliter vos contigerit, excipiatis crimina, pro quibus de jure civili, vel patriæ, sive ex consuetudine pœna mortis naturalis, vel civilis, aut membri mutilatio debetur, iniungentes vobis nihilominus sub eisdem pœnis, quod in prædictis omnibus guidaticis, & eorum singulis generalibus, ac etiam specialibus excipiatis, & retineatis expressè, quod salva remaneat bonorum annotatio, & quod anni cursus per ipsa guidatica non interrumpatur ullatenus, seu lædatur, decernentes irrita, & nullius valoris quæcumque guidatica contra, vel ultrà præsentem ordinationem nostram de cætero per vos, vel vestrum aliquem facienda. Et ne aliquis super hoc possit ignorantiam allegare, statuimus vobisque præcipiendo mandamus quatenus in continenti quisque vestrum, nunc dicta Officia regentium, & deinceps quilibet ex aliis futuris confestim in principio sui Regiminis faciatis, & faciant prædicta omnia, prout supra contenta sunt voce præconis una vice singulis mensibus, & præsertim in diebus mercati in locis assuetis publicè nuntiari. Et in registris Curiæ cuiuslibet registrari. Data Barc.* 4. *Decem.* 1339. utinam observaretur Pragmatica hæc.

5 Quantum sit, quod etiam est prohibitum concedere guidatica, parte læsa non satisfacta, ex Constitutione incipiente *Lo senor Rey* 4. *tit. de custodia de presos*, Cancer. *var.*2. *c.*11. *n.*113. ex aliis juribus, quæ recitabo *dec.*31. *n.*13. *cum seq. & nu.*22. cum limitatione expressa *in dec.* 32. *n.*22. Item ejecti à pace, & tregua per *Const. com intigant, tit. quant sia licit, ò no venjarse*, Mieres *coll.*10. *in Curia Barcinonæ Reginæ Mariæ, cap.*3. *num.*38. *par.*2. *pag.* 364. Font. *de pactis* 2. *clau.*4. *glos.*15. *num.*152. Item assassinis juxta tradita *in d Const. com instigant, tit. quant sia licit, ò no à quiscu venjarse*, ubi certa delicta explicantur, & per Peguera *dec.*39. *n.*1. Olim erat etiam prohibitum concedi guidaticum fallitis. Item debitoribus censualium. Item ad arma deferenda; at verò in his tribus casibus guidatica conceduntur, Mieres *in Curia Gerundæ Jacobi secundi, collat.*4. *c.*13. *n.*15. & 16. *pag.*232. *p.*1. & *collat.*6. *in Curia Regis Petri* 3. *pag.*401. *tit. de abatus, n.*5. & *collat.*11. *tit. de Const. de censals, y violaris, n.*9. & *collat.*10. *in Curia Barcinonæ Reginæ Mariæ, c.*25. *nu.*5. *pag.*448. sed adhuc in his observa, quæ scripsi *dec.*32. *n.*46. Item Ægyptiis non potest concedi guidaticum, ut dicam *dec.*31. *n.*51.

Quintum sit, quod post pragmaticam domini Regis Petri, desuper expressam, emanavit alia domini Regis Alphonsi, data Barcinonæ 4 die Decembris anno à Nativitate Domini 1418. quæ confirmando illam, statuit, quod crimina de quibus guidatur, exprimantur in scriptis, & etiam tempus ad quod guidantur, quam recitat Mieres *in Curia Gerundæ Jacobi Secundi collat.*4. *cap.*27. *pag.*249. *num.*39. & 40. & comprobant tradita per Menoc. *de arbit. quæst.*81. *num.*13. Farinac. *in prax. quæst.*29. *num.*90. & *sequen.* ubi dicit tempus debere esse breve, & *consil.*53. *num.*22. *lib.*1. Cabal. *resol. crim.*50. *n.*2. Merlin. *cent.*1. *cont. cap.*53. *nu.*14 Massin. *de confisc. bonorum, qu.*5. *num.*26. ubi *num.* 35. quod tempus currit de momento ad momentum à die datæ, & *nu.*42. *cum seqq.* ubi quod concessus salvus conductus per mensem, intelligitur per triginta dies, cum per tantùm spatium remoretur luna in circuitu solis, & latè cum distinctione ibi, quorum memor est Conciol. *resol. crim. verbo salvus conductus resol* 1. *num.*4. Scialoya *in prax. foriud. cap.*23. *num.*7. Luca ad Franc. *dec.*258. *nu.* 1. Xam. *de Offic. Jud. p.*2. *qu.*6. *num.*93. Ramon *cons.*12. *num.*11. 6

Sextum præludium sit, quod guidatico pendente nihil est innovandum, & guidatus nullam vim pati debet, nec cum armis, nec sine armis, nec cum auctoritate judiciali, nec extrajudiciali, nec directè, nec indirectè, Bossius *in prax. tit. de remed. ex clem. Princ. n.*65. latè Giurba plures referens *cons.*80. *n.*10. Marinis ad Reverter. *obs.*187. Ramon *cons.*44. *n.*10. adeò, quod nec pendente guidatico potest recognosci persona assecurati ac testibus deponentibus de vitu, qui non cognoscebant homicidam, sed debet reponi assecuratus in pristinam libertatem, Franchis *decis.* 590. qui post bina decreta refert fuisse provisum, comprobat additio Luca, ex Merlino *cen.*1. *cap.*53. *nu.*4. (licèt in contrarium videatur inclinare Thoro *p.*1. *in compend. dec. verbo recognitio*) Ramon *con.*53. *n.*20. Scialoya *in prax. foriud. cap.*23. *n.*15. 7

Septimum præludium sit, salvus conductus reo, vel delinquenti à Principe concessus est ei puntualiter servandus, ita ut sub salvo conductu, & securitate à Principe concessa nemo carcerari, molestari, nec offendi possit, tradunt Bertaz. *cons.*259 *n.*1. & *seq. lib.*2. Decian. *tr. crim. lib.*7. *cap.*16. *num.*3. Herculan. *de cant. de non offend. cap.* 37. *num.*6. & *num.*11. ubi testatur de magis communi Doctorum opinione, Vinc. de Franc. *dec.*258. *in prin.* Giurba *cons.*80. *nism.*10 & *seq.* plenè Farinac. *de carc. & car. q.* 29. *nu.*1. & *seq.* ubi quamplures dat concordantes, & dicit ab hac opinione uti magis communi magis, æqua, & magis servata, non esse recedendum ullo pacto in consulendo, & judicando, & quod mostruosum esset videre contrarium, ut ibi per eum, Massin *de confisc. bonorum, q.*5. *n.*2. Capic. Latro *dec.*105. *num.*27. *par.*1. Calvi *de aquit. lib.*2. *cap.*106. *num.*12. P. Grasset *de nece prodit.* §.12. *num.* 16. *vers. Vel nisi*, &c. Conciol. *resol. crim. resol.*4. *verbo Salvus conductus*, Roccus *de Offic. tit. de facultatibus plateru.*17. §.1. *nu.*30. & 31. Oliba *de jure fisci, cap.*14. *n.*147. Marquilles *in usat. quoniam per iniquum* per illum text. *tit. de guiatges*, cum pluribus Ramon. *cons.*11. *num* 3. & *seq.* & *cons.*54. *num.*16. ubi si Princeps aliquem guidaverit in casu prohibito, valet guidaticum, atque omnino est observandum, & respectu ejus nulla datur exceptio personarum. 8

Vidimus observatum 21. Octobris 1683. ref. Mag. R. S. Sabater. I. R. C. scriba Riambau Not. quia fuit declaratum exceptioni malæ capturæ locum esse, in favorem Jacobi N. publicati pro inimico Domini Regis, & ejecti à pace, & tregua, nam ex quo fuit vocatus, de ordine Excellentissimi Domini Lucumrenentis Generalis hujus Principatus fuit declaratus guidatus, non obstante *Const. com instigant, tit. quant* 9

sia

sa licit. Et fuit assertio Proregis in scriptis redacta per eundem firmata, quam in R. Concilium misit, & ea in processu consuta fuit, & dictus N. deguidatus per terminum decem dierum, & relaxatus à Regiis carceribus, erat enim vocatus ad deponendum in defensam pro causa criminali vertente coram Auditore militum.

10 Et in favorem Josephi N. Villæ de Ceret 4. Feb. 1676. ref. R. S. nob. Petro de Amigant, ubi ex quo Regius Algutzirius Ordinarius dixit dicto N. quod cum eo accederet ad domum d. nob. Relatoris pro negotiis cum eo tractandis, & dum accederet fuisset captus, fuit relaxatus, & deguidatus cum termino decem dierum.

11 Et tunc salvus conductus, aut guidaticum est omino servandum, tam ab inferioribus Judicibus, quàm ab ipsomet Principe, sive justè, sive injustè concessum sit, ab inferioribus, scilicèt, quia ipsi debent exhibere omnem reverentiam, & honorem mandatis à Principe factis, nec eis datum est disputare de potestate Principis, sed si quis sentit se læsum debet adire eundem Principem pro revocatione gravaminis, ab ipso etiam Principe multo fortius, quia ipse tenetur servare proptiam fidem ne incurrat in notam proditoris. Rovitus *super prag. 1. tit. de guidaticis num.* 53. Nec decet Principem loqui, quod non videatur posse compleri. Cassiod. *lib. 7. Epist.* 39. Errat, si quis existimat tutum esse ibi Regem, ubi nil à Rege tutum est. Securitas enim securitate mutua paciscenda est. Senec. *de clement. cap.* 19.

12 Omnibus etenim commune est fidem servare, *l. 1. ff. de pecunia constit. l. Conventionum* 5. & ibi Doctores, *ff. de pactis, l. Meminerint* 6. *C. unde vi, cap. 1. & cap.* 3. *de pactis*, Senec. *lib. 5. de benef. cap.* 10. De hac fide docet Arist. *de secretis secretor. lib. 1. cap.* 26. caveas ne infringas fidem alicui donatam, quia per fidem Civitates servantur, & sic hominum multiplicatio, Civitatum, Castrorum, ac virorum communio, Regis dominatio, & per fidem castra tenentur, Reges dominantur, & si quis frangit fidem, sequuntur improprietates sequentes, Civitas, & Castra depopulantur, guerræ moventur, Populi affliguntur, homines exhæredantur, & Regna in finalibus de uno ad alium transferuntur. Unde Augustinus *in soliloquio* ait, heu jam fides perit, fides ablata est, fides nunquam tuta, quia nulla est, si vèritas judicii tacetur, si æquitas abjicitur, si ius non creditur, si justitia à cunctis negatur, pereunt leges, avaritia judicante, cupiditatis amore, iura nihil valent: præmia, & dona legibus vires tulerunt, ubique pecunia vincit, ubique venale judicium est, injustitia manet, malè vivendi licentia, nemo peccantibus contradicit, & probant Angel. Doct. 2. *Secundæ, q. 70. ar. 1. ad* 1. D. Ambrosius *de Officiis lib. 1. cap. 29. ad finem*. Doctor gentium ad Hæbreos *cap. 6. ver. 13. et cap. 10. ver. 23. et 1. ad Corinthios, cap. 1. vers. 19. et cap. 20. vers. 13. et 1. ad Thessalon. cap. 5. vers. 24. et 2. ad Titum, cap. 2. ver.* 13. & facit Salomonis sententia *Proverb. cap. 6. ver. 1. Fili mi, si fpoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus* plura apud Gonz. Tel. *c. 3. de pactis, n. 6.* Etiamsi delinquenti, vel hosti detur, R. Cortiada *decis. 77. n. 2.* Roccus *de Offic. tit. de facult. plat. rub. 17 §. 1. nu.* 30. (& infrà ulterius probatur) & adeo conveniens esse, ut fides servetur, *ut si fides abrogaretur, omnem humanam societatem tollere* dixerit Appius apud Livium *lib. 6.* cujus meminit Annæus Robertus *rer. jud. lib. 4 cap. 14.*

Qua sine non Tellus pacem, nec æquora norunt.
Justitiæ Concors tacitumque in pectore numen.

Quam ideo pro Dea habitam, eidemque templum antiquitarem sacrasse ex Livio, Cicerone, Plinio, Divo Augustino, Alex. ab Alex. Tiraquello, scribit Velasco *de Judice perfecto, rub 14. adnot. 4. cum seqq.* ubi plura.

13 Hìc pondero, quæ nimis audacter scripserat Joannes Andreas in prologo decretalium super Bulla Gregorii Noni, pro compilatione decretalium, edita, & in initio eorundemmet decretalium transcripta, ubi repetendo verba: *Raymandum*, &c. disposita in illa Pontificia Sanctione, scribit, ibi: *Nota Raymundum virum religiosum, & valdè litteratum, oriundum de Cathalonia, ubi non datur actio ex promisso, teneri tamen debet Cathalanus, qui variis promissionibus, & inutilibus mutationibus detinet viatorem, saltem de dolo, ff. si quis cau. l. Si actio.*

14 Hæc quàm sint à veritate aliena, sine alicujus approbati Auctoris testimonio, tradita, ostenderunt ex nostris Franciscus Molino *de ritu nuptiarum, lib. 1. comparatione 2. nu.* 24. *cum seqq.* Fontanella *de pactis 1. claus. 4. glos. 8. num.* 15. *cum seqq.* Bosch *dels titols de honor de Cathalunya, lib. 1. cap.* 13. §. 2. Et licèt in detractionibus victoria sit certa in solo contemptu, ut politicè animadvertit Carolus Scribanus è Societate Jesu in politica Christian. *lib. 1. cap.* 17. in illis verbis: *Vis vincere, hostem frangere, triumphum de inimico agere? Contemne, vis illum mœroribus exedi? ride, vis indignationibus lancinari? nec verbo dignare*, attamen ne quis exacerbescat morsu illo, & in cœteros non exurgat hæc vipera, statui testimonium illud confutare, ut ruant illius sequaces.

In illo brevi versiculo, odiorum simultatibus appetitum firmat, & fluxuosa calumniarum fraude veritatem in omnibus dictionibus circumvertit, singulas perquirendo dico, in illo præcepta oratoria offendisse, nam Raymundum laudat virum religiosum, & valde litteratum, oriundum de Cathalonia nominat; & dolo Cathaloniam ejus patriam, & ipsorum Cathalanorum ossa emedullat, præceptumque laudationis personæ, erroribus mille irretitus, infami nota maculat; exposcit enim illius genus laudandum, & secatur genus in quatuor partes, videlicèt in nationem, patriam, majores, & parentes; quoad nationem sic laudatur Aristoteles, *Natus Aristoteles est apud Macedonas, nationem bellicosissimam, & imperio orbis terrarum, & duobus Regibus potentissimis postea Clarissimam*, & si quid in his parum ornamenti adinveniatur, aut omittendum prorsus est, aut dicendum, *Nos properare ad alias laudes illustriores*, docet Joannes Nunnen. institutionum Rehetoricatum *lib. 1. cap. de laudatione*. 15

Fallaciter etiam se gessit illepidè, & in concinnè in edendis virtutibus Sanctissimi, & præclari viri Raymundi à Penyafort, divini, ac humani scientissimi, eximiæ pietatis, & scientiæ viri, compilatoris decretalium, Capellani, & Pœnitentiarii Gregorii Noni Pontificis, cujus canonizatio per Clementem Octavum Pontificem 29. Aprilis 1601. fuit declarata, ut patet in Bullario Cherubini, *tom. 3. c. 77.* ejusuè sanctissimum corpus veneramur sepultum in religiosissimo Cœnobio Ordinis Prædicarorum, hujus Civitatis Barcinonæ, & nunc etiam perpetuò experimur, quod ex primo ejus sepulcro, terra quædam tenuis, seu pulvis celeberrimus enascitur, qui licèt magnà in copia inde exportetur, nunquam tamen deficit, ac multæ, magnæque corporis infirmitates, eo curantur, quod id ipsum etiam expressit Bulla Canonizationis citata, ubi de excellentibus meritis glorioßissimi Sancti. 16

Quid mirum in tot piacula execrabilia errabundus fuerit prolapsus Andreas in versiculo suprà citato, in præcepto promulgandi debitas laudes viro tam excelso, & ejus nationi insigni, transgrediendo præcepta Oratoris, si neglexit primordia litterarum tyronis, dum ait, *teneri tamen debere Cathalanum, saltem de dolo*, cum dicere deberet *saltem*, id est *ad minus*, & non *saltim*, id est *saltuatim*, ut utriusque verbi significatum adipiscitur, qui idiomaris tyrocinium exorditur, & decernit Virgilius *lib. 1. Æneid.* 17

At freta sicania saltem, sedesque paratas.

Cathalanum scripsit, improvidè quidem, non ex defectu typi, sed inscitè, ut in omnibus veritatem mentiretur: licèt namque varient Historici, unde originem traxerit nomen Cathaloniæ, & recepta sit opinio ortum habuisse à campis Catalonicis Aquitaniæ, quorum multi ingressi fuerunt ad expellendos Mauros, qui occupatam terram habebant, associati cum Gotis, qui in montibus se recuperarunt, & Mauros dejecerunt; tamen in recitandis opinionibus fuit indubitatum dici non *Cathelanos*, sed *Cathalanos*, ut videre licet penes Laurentium Valla *in historia Regis Don Ferdinandi*, Franciscum Calca in *sua Cathalonia, cap. 2. per totum*, Reg. Vinyes *in discurs. celebrandi Curias discurs. 10. num. 9. cum seqq.* Bosch. *lib 1. dels titols de honor de Cathalunya, cap. 21.* Zurita *par. 1. annalium, lib. 1. cap. 6.* Garibay *in compend. historiar. lib. 31. cap. 22.* Blondo *lib. 7. prim. decad.* Pandolphus Collentius *histo. Neapol. lib. 1.* Albertus Cranfius *in Sueva cap. 29.* Joannes Magn. *histor. Gotor. & Sueva lib. 16. cap. 17.* Onuphrius Menesal *in sermone Domini Jacobi Secundi Aragonum Regis pag. 11. colum. 2.* Vuolfangus Lazius *de migrationibus gentium lib. 10 fol. mihi 770. n. 20. fol. 772. n. 20. fol. 577. n. 20. & expressius n. 50. & fol. 587. n. 20. & 30.* Carel. *in histor. de Lengued. lib. 2. cap. 23.* Unde quid mirum ignoraret merita Cathalanorum, si adhuc eorum nomenclatura, & vox propria Cathalanorum eum latebat.

Quando Joannes Andreas scripsit, in Cathalonia non dari actionem ex promisso, vel consideravit promissionem nudam, vel vestitam, & legitimam, utrobique erravit in promulgatione asserti, quoad primum, nam apud omnes 19

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nes gentes attento jure communi, & civili Romanorum, ex nuda conventione nulla nascitur actio, *l. Juris gentium 7. §. Nulla, l. Divisionis 45. ff. de pactis, l. Legem 10. l. In bona fide 13. C. eod. l. Nuda 5. C. de contrahenda stip. l. Si tibi 27. C. locati, l. Divisionem 1 5. C. famil. Ercis. l. Solent 15. ff. præscriptis verbis, l. 1. ff. de rer. permut. l. Ex placito 3. C. eod. l. Quod si locus 11 ff. de religiosis, l. 1. C. de pactis convenis, l. 2. C. de exceptionibus* Donellus, *lib. 19. Commentariorum, cap. 2.* ubi Osvaldus *lit. A.* cum pluribus citatis. Gonzalez Tellez *in cap. 1. de pactis extra. num. 11.* Valentia *Epist. 3. exerc. 4. & Epist. 4 resp. 4. & Epist. 5. exercit. 7.* D. Iosephb. Retez *lib. 2. opusc. sect. 4. cap. 1.* Borgia contra Fabrum *lib. 7. cap. 8. num. 5.* & hinc explicandus Seneca *lib. 5. de Beneficiis, cap. 21.* ibi: *Qua lex ad id præstandum, nos quod promittimus, obligat? nulla. Queram tamen cum eo, & fidem datam, nec servatam indignabor.*

20 Legem quam non invenit Seneca ad fidem datam servandam, in hoc Principatu Cathaloniæ adinvenitur [in hoc singulariter demonstrantur nostri, qui obstringuntur ad fidem datam servandam, ubi cæteræ gentes jure communi attento, nullatenus obligantur] *in usatico quoniam per iniquum tit. de guiatges in primò volumine nostrarum Constitutionum*, ubi Principes nostri, legem sibi dixerunt (quam à cæteris esse observandam decreverunt) perpetuo custodiendam, obstringendo se ad tenendam sinceram, perfectam fidem, & veram loquutionem, ut omnes homines nobiles, & innobiles Reges, & Principes, Magnates, & Milites, Rustici, & Pagenses, mercerii, & negotiatores, Peregrini, & camina tenentes, Amici, Christiani, & Sarraceni, Iudæi, & Hæretici possint se in illis fidare, & credere, non solum illorum personas; sed etiam Civitates, & Castella, & honorem, uxores, & filios, & cuncta quæ habuerint, sine timore absq; ulla mala suspectione, quę sunt verba usatici.

1 Usaticus iste, est ex eis, quos in scripturam redegit, leges Goticas emendando, Dominus Raymundus Berengarius antiquus primus Comes Barcinonæ in Curiis Generalibus ip eadem Civitate celebratis anno 1163. ut probat Usaticus *cum Dominus 2. tit. de proem. in 3. vol. const. inter superfluas*, & habetur in genealogia Comitum Barcinonæ, descripta in princ. volum. Const. & tradit R. Vinyes *in tract. celebrandi Curias discurs. 1. in principio*, ad cujus singularis legis observantiam tenebantur nostri, anteaquam Ioannes Andreas excogitare posset insidiosè contra Cathalanos, scribere super repetitione Decretalium, cujus compilatio decreto Gregorii Noni prodiit anno Domini circiter 1230. scribit Vallensis *super paratillis Juris Canonici in proœmio*, §. 8. *num. 6.* vel ut melius docet Penya in vita Sancti Raymundi de Penyafort *l. 1. cap. 9.* compilationem decretalium non fuisse perfectam ante annum 1234.

22 Et successive Cathalani Pontificias admittendo sanctiones, firmiter ex nuda fide, & promissione teneri observarunt, pro certo habentes, æquitate Canonica, ex nudo pacto efficacem nasci obligationem, ex *dicto cap. 1. de pactis, cap. Qualiter 3. eod. cap. 1. de Judiciis, cap. 1. de probationibus, cap. ex rescripto de jure jurando, cap. indicante de testamentis, cap. Quia Joannes 12. quæst. 5. cap. Quicumque 66. 12. quæst. 2.* jure actionis, Cancer. *var. 3. cap. 7. num. 255.* & communiter tenent Doctores, vel Officio Judicis, ut subtiliter agnovit Gonzalez Tellez *in cap. 1. d. tit. de pactis*, juxta dispositum *in Const. 40. Cur. an. 1599.* unanimiter admittendo, quod defficiente jure municipali iudicari debeat in hoc Principatu, secundum dispositionem Juris Canonici.

23 Præterea, vel consideravit Joannes Andreas quando scripsit, in Cathalonia non dari actionem ex promisso, promissionem causa vestitam, quia verbum *promissio* supponit efficacem stipulationem, *§. fin. instit. de fide jus. l. 5. §. Satis, l Titia 134. §. penul. ff. de verborum obligationibus, l. Pluribus 12. C. de fide jus.* Cancer. *var. 3. cap. 7. num. 159. cum seqq.*

24 Et tunc quis hæsitare poterit apud nos efficacem non nasci obligationem ad persequendum promissorem in iudicio? quando ut suprà habetur, ex nuda conventione obstringimur iure actionis ad servandum fidem promissam, regulas enim iuris observarunt nostri, & nos observamus, qua ratione decisiones nostras magnifaciendas, & amplexandas esse scripsit Antonius Gizzarellus *decis. 14 num. 14.* subdens illa verba. *Scio enim in illo Senatu utros graves, doctos, & eminentis doctrina adscitos, qui non perperam, sed oculatissimè per regulas artis judicam*, & recitat religiosissimus Thomas Munyessa è Societate Jesu, insignis Magister in omni litteratura *tom. 2. suarum prædicationum quadragesimalium*, assiduis peracto vigiliis, pro documento universali nostræ Sacratissimæ Religionis, diligenter considerato, & eruditè elaborato, in Epistola dedicatoria directa huic nostro Admodum Illustri, docto, iusto, Sacro, & Catholico Senatui Regiæ Audientiæ huius Principatus.

Sed quid scribere tentavit fallax ille Auctor in Cathalo- 25
nia non dari actionem ex promisso; teneri tamen debere *Cathalanum*, qui variis promissionibus, & inutilibus mutationibus detinet viatorem saltem de dolo, *ff. si quis cau l. Si actio*, nam in primis erravit in allegatione legis; quia nulla lex reperitur in eo titulo, quæ incipiat *si actio*, sed datur Jurisconsulti Pauli *l.* (Quæ incipit) *sed actio 3.* cuius verba sunt, *Sed actio ei datur adversus eum qui detinuit in id quod ejus interest.* Ubi de privato qui detinuit eum, qui ad iudicium venire volebat, & in eum dari actionem in id, quod interest, respondit consultus: manifestè ex his elicitur, ex hoc jure nullatenus probari quod allucinando, Joannes Andreas probare conatus fuit. Ac etiam ulterius si lex illa disponit in casu singulari super cautione committenda in judicio, respectu tertii, quoad interesse, quomodo inferre valuit *Cathalanum* teneri de dolo, quando detinet viatorem variis promissionibus, & inutilibus mutationibus? quando lex non singulariter pro Cathalanis; sed communiter pro omni gente disposuit, nec ex casu illo limitato deduci potest contemptus universalis Cathalanorum; nam non rectè quid sequitur à particulari ad universale, nam ex particulari nil infertur, juxta Philosophum.

Latebat pariter Joannem Andream expressissima dispositio juris communis *in l. 1. juncta, l. in Lysitania 8. ff. de censibus*, ubi quia Cathalonia (Barcinonenses, quos lex exprimit, Cathalani sunt; nam Barcino Emporium Nobilissimum est Cathaloniæ) erat nobilis, serie sæculorum antiquissima, armipotens, immoto, & fixo animo manens, promissis, fide, & verbis stabilis, ethicarum, virtutum omnium in Romani Imperii obsequium peragens; huic ergo (utimur verbis Ulpiani *in l. 1. de censibus*) *Divus Severus, & Imperator noster ob egregiam in Rempublicam, Imperiumque Romanum, insignem fidem, jus Italicum dedit*, quo honorifico jure locupletati fuerunt Cathalani summis immunitatibus, eximiis prærogativis, & omnibus exemptionibus, veluti alterimet Romani, quæ probatio est adeo efficacissimi roboris, ut cæteris deficientibus, præcipitem, & incautam redderet talis Auctoris inopinabilem mentem. 26

De Cathalanis protulit Lozoya *in orat. funeban. exequi. Cathalanor.* quod illorum verba, & pectus generosum plus eò perpollent ethico, & politico, quo ipsis deest fœcunda multiloquorum ubertas. O pectora, quænam tam nescia fraudum! Nullatenus invenitur in his tecta mendacis adulationis fraus, in talium generis splendore præstanti, non fucatum genas, & amictum dolosis illecebris chroma velat, sed egregia quædam, & inclyta nobilitatis amplitudo suæ tractationis, sine ullo prorsus dolo in vultu insculpta referatur. Animi iras in oculis luce palam ostendunt, tractationem claram, & apertam detegunt, illorum pectus nullo falsitatis involucro, & veri tegumento panditur omnibus rectum, ac apertum.

Hieronymus Blancas Aragonensis *in historia Regis Martini, pag. 232.* de Cathalanis, & Aragonensibus, sic loquitur: *Sed Cathalanorum adhibitam operam tacitus nullo modo præterire possum, quandoquidem in ea Reipublicæ jactura tametsi nostri cum ipsis conditione pares, & fortuna socii extiterunt, atque interdum etiam ob graves nostrorum eventorum casus inferiores, longe tamen nostros sedulitate, ac concordia superarunt, in quo nihil eis tribuimus, quod non res, & veritas ipsa concedat, semper enim primi in exquirendis consiliis fuerunt, in exequendis autem haud novissimi, tum magis inter se concordes, & coniuncti privatas suas inimicitias, quamquam graves, ac veteres, alacri animo, & vultu ob communem, & publicam causam deponentes. Denique licèt illis natura insitum sit, quod nobis cum ipsis est commune, ut sententiis magis, quàm verbis abundemus, in his rebus adeo, & verbis, & sententiis abundarunt, & vi si certè fuerint sese metipsos, ac suam etiam naturam superasse.* Et iterum Blancas *in comment. Reg. Arag. comment. 2.* ait: *Est hæc natio, & omni temporis intercapedine, summa integritate, & fidelitate fuit referta, & maximè ditata.* Gratian. *critic. 2. cris. 3.* scribit, Gnari sunt Cathalani sese coniungendi suis amicis arctissimo, & indissolubili necessitudinis vinculo, multum mente, & pectore agitant,

ante-

antequam amicitiam iniant, tamen semel inita, amici usque ad Atas.

Athaulphus primus Gothorum Rex Hispaniæ, in hac Civitate Barcinonæ suis militibus in expeditione commorantibus, eos ad prælium invitantes, exposuit, Hispanos vincendos forè cum ratione, cum justitia, cum Religione, cum amicitia, & cum urbanitate, recitat Saavedra Faxardo *in Coron. Gothic. par. 1. cap. 2. an. 416.*

Athanasius Kircherus Soc. Jesu in Archetypo politico, ubi de splendore, & gloria domus Joanniæ *lib. 2. cap. 3.* sic ait: *Si ulla Hispanicarum Provinciarum apud historiographos, celebrem nominis famam assequuta est, sive in iis rerum gestarum gloriam, sive ex fertili solo copiosam rerum omnium ubertatem, sive denique populi multitudinem spectes, illam ego audacter Cathaloniam esse dixerim, neque diffitebuntur hi, qui historias hujus Regni diligenter excoluerint*, & infrà eodem *C. Fuit autem Cathalonia omni tempore in Hispania fœcundissima hominum, tum litteris, tum exquisitæ nobilitatis, illustrium mater.*

Cathalonorum fidem in suos Reges multis spectatam periculis, historiæ commendant, egregia facinora in amplum diadematis Regii incrementum demirantur, & tot denique Officia secunda, & ingentia privilegia, quibus potitur Cathalonia, clarisonis vocibus expromunt, placidus amor, & benevola in advenas hospitalitas, quam incolæ profitentur, horum nativus robur hostibus semper formidandus, atque tremendus; æquarum legum, & moderaminis matura prudentia, adeò evidentiæ lumine clarent, ut teste non citato sit opus; quotidie enim attrectant manibus, gressum in illam ferentes, illustrat Corbera *in Cathal. illust. lib. 1. cap. 1.*

27 Fidelitatem nostram oculatissimè respexerunt Principes hujus Principatus, Ferdinandus primus in privilegio concesso statui, vel stamento militari hujus Principatus 21. Junii 1413. *est prag. 1. in secundo vol. Const. tit. de Offici de Camerlenc.* per illa verba: *Grandia, notabilia, plurima, & accepta servitia quæ vos dilecti, atque fideles nostri Barones, Magnates, nobiles, milites, ac homines de paratico Cathaloniæ Principatus nostris prædecessoribus gloriosa memoriæ Aragonum Regibus liberaliter præstitistis, antiquorum, ac etiam modernorum memoria prædicat, Cronica commemorant, & exteri, ac privati divulgant, quæ cum memoriter volvere in nostra mentis scrinio procuramus, occurrunt profectò nobis, ne longius quæramus exempla, tam honorifica, virilia, animosa, & perpetuæ memoriæ valdè digna armorum gesta, quæ in Sardiniæ Regno à manibus rebellium adquisitione mirabili per vos non sine aliquorum vestrorum non modica effusione cruoris, membrorum mutilatione præmia, grandique excidio diræ mortis, ac maxima dilapidatione bonorum, egistis, quibus merito commovemur, erga vos nostræ liberalitatis dexteram porrigere, ac gratiis pluribus vos, & prærogativis decentibus confovere, & aliter de vobis disponere, quod velut singulare membrum nostræ Coronæ Regiæ, Regiam domum nostram radianti dilucidetis fulgore, nostræque personæ continuè assuetos, adhibeatis placidos famulatus, &c.* Et Ferdinandus Secundus *in alio privil. concesso stamento militari Barcinonæ 9. Octobris 1481. est prag. 2. de privil. militaris*, Hieronymus Zurita *annal. lib. 1. cap. 3.* alloquens de nobilitate Cathaloniæ, inquit, esse nobilitatem longè clarissimam, ac notissimam inter cæteras Hispaniarum; & illi primævi Reges, qui dominati fuere variis titulis, & honoris dignitatibus nobilitarunt: etenim quia sua dextera, & strenua virtute, plagas, & æquora à Maurorum faucibus debellabat, tulit illorum corde voluntas, quod haberent radices, & robora, quæ animos ad illam conatu majori defendendam excitarent, recitat Corbera *in Cathal. illustrata lib. 1. cap. 19.* de his plura scripsit D. Emanuel de Vedoja J. C. Hispanus in speculo veræ Jurisprudentiæ *lib. 3. disc. 11.*

Alia laudanda statuit Joannes 1. in prag. data Barcinonæ 6. Martii 1395. pro fidelibus Notariis Barcinonæ, collocata in titulo *de Notaris in 2. vol. Const.* indistinctè pro omnibus Petrus Secund. *in sec. Cu. Barcinonæ an. 1283. cap. 1. est Const. 1. tit. de privil.* ubi prælatis Templariis, Hospitaleriis, Ecclesiis, Religiosis personis, Ecclesiasticis, Baronibus, militibus, & omnibus Regnicolis hujus Principatus fuerunt confirmatæ franchitiæ, & libertates, attenta ipsorum fidelitate, recto consilio, bona fide, favore, & subsidio impeso Regibus, & Dominis suis. Dominus Rex Martinus in Curia Perpiniani 1405. in propositione, Cathalanos declarat fideles, usque ad mortem, propter suam innatam fidem, servitia, arma, & mores. Et Cathaloniam præbere leges fidelitatis, scripsit Beuter in *Chro. p. 1. cap. 4.* Bosch. *dels titols de honor. de Cathal. lib. 1. §. 3.*

In obsidione Valentiæ stationes militum Cathalanorum semper propinquiores fuisse muris ipsius Civitatis testatur ipsemet Rex Jacobus 1. & refert Bernardus Desclot *in hist. Cathaloniæ lib. 1. cap. 14* & Raphael Cervera in notis marginalibus ad ipsum, Fr. Franciscus Diagus Ordinis Prædicatorum *lib. 7. anna. Reg. Valen. cap. 21. fol. 310. col. 2.* concessitque ipse Rex Jacobus Illerdensibus qui mœnia Civitatis, tempore obsidionis in tribus partibus concusserunt, ut deinceps mensuras omnium rerum à Civitate Illerdensi, Valentini peterent, & tercentum Virgines Illerdenses Rex dotavit, in uxoresque diversis exercitus militibus constituit, prout refert Bernardinus Gomez Miedes *lib. 12. histo. cap. 6. & cap. 8.* qui asserit, eundem Regem Iacobum primos foros, seu leges Valentinis, lingua Cathalanorum dedisse, & fuisse Valentiam pro majori parte populatam à Cathalanis Civitatis Illerdæ, & aliorum locorum, recitat Zurita *lib. 3. anna. cap. 34. pag. 154. col. 4.* sed, & Majoricam fuisse à Cathalanis populatam, tradit Raymundus Montaner *in sua hist. cap. 8.* & facit Rubrica nostrarum Constitutionum, ubi quod omnes Officiales in Cathalonia, & Majorica sint Cathalani, & Murciam fuisse captam, & populatam à Cathalanis, & etiam Oriola, Elche, Guardamar, Alicant, & Cartagena, Auctor est idem Montaner *cap. 17.* de Sardinia, tradit Don Joan Daxart *in comment. super cap. 30. cur. an. 1545.* Don Antonl. de Cardona *lib. 2. tit. 6. cap. 4. num. 1.* quæ cuncta observavit Vilosa *post trac. de fugit. disert. 5. §. 1. n. 174. & seqq.*

De rebus gestis à Cathalanis longum opus, multis voluminibus dignum, adeat quisque Tomich, & Calca *in suis historiis*, Pujades *in Coronica Cathal.* Marchio de Aytona *in expeditione Cathalanorum, & Aragonensium*, Carbonell *in Chronica Hispan.* Montaner *in Chronica Aragoniæ*, P. Diago *in hist. Comitum Barcin.* Andreas Bosc. *tit. de honor. de Cathalunya*, P. Langueglia *nelli Retrati de la Casa de Moncada*, Stephanus Corbera *in Cathalonia illustrata* Marineus Siculus, Mariana, Bernardus Desclot *in histo. Cathalana*, cum notis Raphaelis Cervera, Don Franciscus Gilabert *in discurs. super Princ. Cathal.* Reg. Vilosa *post tract. de fugit. disert. 5 §. 1. n. 171. cum seqq.* Hieronymus Zurita *in annal. Arag lib. 4 cap. 64. pag. 291. & seq. & eod. lib. 4. cap. 40. par. 1. pag. 267. col. 3.* Bernardinus Gomez Miedes *in histor. Reg. Jacob. 1. lib. 5. cap. 2. & lib. 18. cap. 1.* Roman. *in serm funeb. Cathal. pag. 7.* Menescal. *in serm. Regis Jacobi Secundi*, Joan. Boter *in descrip. univer.* F. Jacob Rebullosa *in Hispan. fol. 5.* Don Emanuel Vedoja I. C. Hispanus *in spec. veræ Jurisprudentiæ lib. 1 dis. 9. num. 59.* D. Didicus Savedra *in idea Principis politi. empres. Et juvisse nocet*, F. Petrus del Campo *histor. gener. Eremit. Ordinis Sanct. Augustini lib. 2. cap. 39* Emanuel Marsillo è Societate Iesu *in Crisi. Cathal. par. 2. cap. 11. §. 1.* quæ nunc typis mandatur, ubi ætatis vetustæ, & recentis, Cathaloniæ monumenta, ex exteris solum Authoribus deprompta, mirabili tanti ingenii dexteritatis vinculo nectit.

Hinc etiam Imperatores Romani consueverunt semper 28
milites Hispanos ob ipsorum fidem, & constantiam in custodiam habere, recenset Sueronius in Augustum *cap. 49. num. 86. Suspicionem* (inquit) *Cæsar quibusdam suorum reliquit, neque voluisse se diutius vivere: neque curasse, quod valetudine minus prospera uteretur: ideoque, & quæ religiones monerent, & quæ renuntiarent amici, neglexisse, sunt qui putent, confisum eum novissimo illo Senatus Consulto, ac jureiurando etiam custodias Hispanorum cum gladiis, se inspectantium removisse.*

Ita Sertorius de cognatis non fidens ex incolis Hispanis 29
custodiam habuit, ut observat Morales *lib. 8. cap. 19. & 20.* Sextus Pompejus Magni Pompei filius evadens liber è prælio Mundæ, ad Cathaloniam, ut in asylum confugit, & sub Cathalanorum custodia, horum amicitiæ fisus, ab effera, & sæva Iulii cæsaris ira superstes evasit, Puiades *lib. 3. in Coron. cap. 83.*

Numantia, quæ, Livio, Floro, aliisque vetustissimis 30
Historiographis Auctoribus, à Romanis, Scipione Duce, obsessa annos quatuordecim, cum haberet tantum hominum quatuor millia, non solum sustinuit, sed, & vicit quadraginta millia Romanorum. Tandem à Scipione posteriore, post longam, & arctissimam obsidionem, delata, cum etiam fame (ne inclytam Regum, quorum tunc imperio parebant fidem, fallerent) laborarent, nec eis daretur justi certaminis copia, omnia sua simul, & se ipsos igni immiserunt.

31 Saguntini ſocialem fidem, uſque ad extremum vitæ tutati fuere, cum enim Saguntus obſeſſa fuiſſet, Nobiliſſimi quoque Curia egreſſi; omne aurum, & argentum ex publico, & privato in focum contulere; eoque in ignem repentè excitatum coniecto, in eandem ipſi ſe flammam coniecerunt, mox ubi hoſtes in urbem irruperunt, multi ſe, & filios ædibus incenſis concremarunt, alii armati pugnando conciderunt, ut canit Lucanus *lib.* 3.

Nec pavet hic populus pro libertate ſubire.
Obſeſſum Pœno geſſit quod Marte ſaguntum
Pectoribus raptí matrum fruſtraque trahentes.
Ubera ſicca fame, medios mittentur in ignes
Uxor, & à charo poſſet ſibi fata marito
Vulnera miſcebunt fratres, bellumque coacti.

Et Sili Itali.

Quod tanto cecidit molimine graja ſaguntos,

Idem ipſe alibi.

Eſt animoſa Saguntos, conceſſere Alpes
Infelix fidei, miſeriſque ſecundo Segunto.

Pariter Mantuanus ſaguntum fideliſſimam modulatur.

Tarraco ſcipiadum labor, atque fidele Saguntum
Pompeyo.

32 Quibus non diſpar eſt, quod in obſidione Perpiniani de tempore Regis Joannis Secundi, fideliter demonſtrarunt Cathalani, ubi ob tutamen arcis, neceſſitates, & pericula obſtruxerunt, de ipſis refert Marin. ſiculus *de rebus Hiſpania lib.* 18. omnes enim multis diebus nihil præter mures, ac feles, & domeſticos canes, quos mulieres per vicos oppidi linteis, & longis, latiſque pallis venabantur commanducavere, nonnullæ mulieres cum peperiſſent, rabie famis agitatæ, utero ſuo continuo reddiderunt fœtus. O rem admirablem, & cibi genus infandum! O rarum famis, & extremæ neceſſitatis exemplum! Quod in Hiſpania tamen tertio nunc accidit. Bis enim antea contigerat, & Numantinis à Romanis obſeſſis, & Saguntinis à Cartaginenſibus ſed Perpignanenſium fuit tollerantia major, qui cum tot mala, & ſuprema pericula, ſuo etiam Rege monente vitare potuiſſent, noluerunt. O ingentem hominum, & admirandam in laboribus, & periculis, perſeverantiam! notat Boſch *dels titols de honors de Cathalunya lib.* 1. § 13.

33 Hiſpaniam, Hiſpanorumque fidelitatem (eſt Cathalonia Hiſpania citerior) mirè extollunt Titus Livius *decad.* 4 *lib.* 4. Mar. Sicul. *de Hiſpanorum moribus lib.* 4. *prope finem*. Joan. Rendina *de Majeſtate Principis in verbo non ſolum armis decoratam num.* 17. *cum ſeqq.* Valerius *in hiſtor. Eccleſ. tit.* 6 *ex cap.* 3. Dictionarium *Hiſtor. & Poet. in verbo Saguntus*, Hieronymus Blancas *in comment rer. Arag. de Sereniſ. Reg. Joan. Secundo*, Beuter *in Chron. gen. Hiſp. par.* 1. *cap.* 4. Cenedo *in collect. ad jus Canonic. collect.* 110. *n.* 3. Barboſa *axio.* 98. *n.* 2 *cum ſeq* qui duo inſurgunt contra Joannem Andream, & ejus ſectatores.

34 Nunc ergo conviciis præſcindatur Joannis Andreæ commentatoris decretalium, audacia, tanquam denſa nebula obductus, & cum tenebris colluctetur, & creſcente cum magnitudine veneno ipſius claſſis, quæ in eandem fallaciam cecidit, poſt eum ſequatur Baldus in primis ſuper proœmio decretalium, *num.* 44. qui ſubdit: *Cave ergo tibi à Cathalanis*, Boerius *deciſ.* 179. *num.* 8. Gomezius *in* §. *Sic itaque num.* 18. *inſt. de actionibus*, Menoch. *de arbit. lib.* 2. *cent.* 1. *caſ.* 57 *num.* 48. & 49. Bajardus ad Clarum *quæſt.* 32. *nu.* 26. hi enim aſſeclæ qui ſordes illius mendacis Auctoris, alio non ducto teſtimonio, Hiſpanorum exiſtimationem lædunt, confutati amplius non loquantur, quorum calumnia vileſcit, & tantum poterunt, quod fluctus rupibus, & huc quadrat quod docet Ludovicus *deciſ. Lucen.* 52. *num.* 13. & poſt eum Theſau. *deciſ.* 134. *nu.* 15. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 3. *num.* 20. quod unus inde poſt alium currit, velut oves, vel grues; quare habuimus tantarum avium aſparſas voces ſe gregare, & non diſſoluta colligere, juxta poetam.

Scribere me voces avium Philomena coegit,
Quæ cantu cunctas exuperat voces.

35 Principaliſſimè Principi convenit rectam fidem ſervare, *l.* 1. *C. de his qui veniam at.* Epiſt. *inter Claras*, *C. de Summa Trinitate*. Farinac. *quæſt.* 29. *ſub num.* 5. Ridoff. *de abſol. Princip pot cap.* 6. *num.* 183. Barboſa *axiom.* 98, *num.* 4. & 5. Conciol. *reſol. crim. verbo Salvus conductus reſolut.* 2. *num.* 2. docent geſta per invictiſſimum Imperatorem Carolum Quintum, qui obſervavit ſalvum conductum Martino Lutero, non obſtante conſilio Conſtantiæ, quo cautum erat fidem non eſſe ſervandam inimicis fidei, ita refert Gubernator Chriſtianus *l.* 2. *cap* 24. Taſſon *in prag. de antefat. verſ.* 10 *obſer.* 2. *n.* 1. & his allegatis obſervat Roccus *de offic. fit. de facultatib. plat rub.* 17. §. 1. *n.* 30. & 31. rem illuſtrant noviter, J. C. Manfrella *in obſer. Capic. Latro dec.* 105 *n.* 6. & ante ipſum Prato *reſp.* 16. *n.* 11.

Securitas quippe, ſive ſalvus conductus eſt ſpecies pacti, 36
Surd. *conſ.* 298. *num.* 10. & tranſit in quaſi contractum, Burſat. *conſ* 177. *num.* 37. & ob id debet omninò ſervari, & ut ſervetur, ſpectat ad honorem Principis, Farinac. *conſ.* 45. *ſub num.* 28. præſertim ubi eius fides in promiſſione adiecta eſt, nam importat proprium, & verum juramentum, ut docet Burſat. *conſ.* 78. *num.* 19. Surd. *deciſ.* 154. *num.* 3. & ita deciſum refert in pulchro caſu Mynſig. *cent.* 1. *obſer.* 17. & ſequitur Chriſtoph. Matt. *examinat.* 17. *num.* 21. *poſt dec.* 28. cum pluribus relatis per Gratian. *diſcep. for. tom.* 5. *cap.* 284. *num.* 23. Merlin. *cent* 1. *cont. cap.* 53. *num.* 9. & faciunt tradita per Gonzalez Tellez *ad cap.* 1. *de pactis numer.* 17. Hinc dixit Patet Carolus Scribanus, e Societate Jeſu *de Super. Relig. lib.* 1. *cap.* 9. ibi: *Aut non danda dediſti? ne falle, etiam in hoſte ſervandam fidem, & non conſiderandum cui, ſed per quem juraveris, Hieronymus docet in Ezechiell.* 5. *cap.* 17. *hinc illud Poetæ.*

Optimus ille.
Militiæ, cui poſtremum eſt primumque tueri.
Inter bella fidem.

Et infrà ibi: *Laudatus Nerva Imperator, quod, cum interpoſito jurejurando Senatui addixiſſet nullum ſe Auctore Senatorem morti tradendum, abſtinuerit à ferro in eos quos in caput ſuum conjuraſſe ſciret, tantum potuit in alta gentilitate jureiurando fides confirmata, ut religione illius tactus Imperator parceret ferro, & ſanguini, etiam in capitis periculo, periclitabatur fortuna Cæſaris, & in unius capite Imperium; maluit periclitari, & noxium ſtare ſanguinem, ne fidem falleret, ne poſteritas diceret, non potuiſſe ſtare Cæſarem, niſi fuſo poſt datam fidem ſanguine, ſtetit, nec fudit, ut ſciret poſteritas certius ſceptra fide, quàm ſanguine ſtare, pepercit ergo Cæſar, pluſque potuit ad incolumitatem Cæſaris, hoſtibus ſervata fides, quam fuſus ſanguis.*

Ad hanc partem refero *deciſ.* 39 Don Ludovici de Paguera, ubi de caſibus in quibus Prorex hujus Principatus conceſſit remiſſiones, ſeu indulta contra leges, & Conſtitutiones, prout docet R. Rovitus *ſuper prag.* 1. *de abolit. num.* 56. *ver. Nec huic*, Ramon *conſil.* 54. *num.* 16. & refero *deciſ. Reg. Leo* 206. ubi fuit conceſſum guidaticum adhibita cauſæ cognitione in Regia Audientia Civili per Proregem Valentiæ, & caſum Giurba *conſ.* 80. quo Capitaneus guidaticum conceſſit ex delegatione Proregis; ut ibidem *num.* 15. *in fine*, hæc omnia animadvertit punctim R. Matthæu *de re criminali cont.* 10. *num.* 23. prout fuit in eo quem cenſuit collaterale Concilium Neapol. ubi agebatur de re magni ponderis, & multum intererat retinere carceratum quendam Capitaneum in aliquo Caſtro per aliquos menſes, & tamen quia retinebat ſalvum conductum Domini Proregis fuit ille relaxatus, deciſum tradit Reverterius *deciſ.* 187. & ibi Marinis, Roccus *de Offic. rub.* 17. *tit. de facultatibus plat.* §. 1. *num.* 33. & in caſu Merlini *cont. cent.* 1. *cap.* 53. & 54. in quo fuit ſalvus conductus conceſſus per Commiſſarium Generalem Campaneæ Principe demandante, & tradit deciſum *in fin. cap.* 54. (licèt contra guidaticum ſcripſiſſet Capiblanc. *de Baron. tom.* 2. *cap.* 31 ut recitat Prato *in addit. ad Paſc. par.* 4. *cap.* 3. *num.* 16. J in his omnibus citatis caſibus, & deciſionibus cum fides publica data ſit per eum, qui eam poteſt dare (etſi nulliter) ex jure naturali debet ea obſervari *ex l.* 1 *ff. de pactis*. 37

In eandem partem recito caſum deciſum à Carolo Tapia *deciſ.* 55. in quo quis fuit aſſecuratus ſub aſſertione falſa amici dicentis, & litteratorie ſcribentis obtinuiſſe gratiam à Principe, & fuit deciſum, guidatico reum gaudere, tequitur Rovitus *in prag.* 1. *de guidaticis num.* 57 circa finem, Prato *reſp.* 16. *num.* 18. Molfelius *in conſuetudines Neapoli par.* 4 *q.* 57. *in additionibus* Merlinus *cent.* 1. *d. cap.* 53. *nu.* 10. Roccus *de Offic. rub.* 17. *de facultatibus plat* §. 1. *num.* 33. Giurba *conſ.* 80. *num.* 14. qui idem eſſe ait, ſi invalida ſit ſecuritas, Farinac. *conſ.* 53. *num.* 1. & *in prax. q.* 6. *num.* 27. Guazz. *de pace par.* 1. *q.* 38. *num.* 18. 38

Nunc ad caſum, in excubiis carniſprivii anni 1659. dies quibus bacchatur hominum effrænata licentia, ut interciderentur noxæ, audaciæ pœnæ luerentur, & evitarentur infœlices, crudeleſque voragines tantorum infortunato exitu nobilitatæ, præcepit egregius Senator Joſephus Aleny, tunc Judex R. C. nunc R. A. D. & Advocatus Fiſ. Patrimonialis magnæ, & venerandæ ſemper auctoritatis, Joſepho 39

Tries

Tries Subvicario Barcinonæ, ut cum familia eum assectaretur, constabat hæc ex numero certarum personarum quarum nomina edita habebat Reg. Concilium, quibus uti instrumentis manualibus indultum ad illum effectum erat; aliter ex familiaribus Officialis vocati paulò ante post commissum crimen jactus instrumenti manualis sine vulnere, accessit ad comitativam, & in ipsa assectatione fuit de mandato Domini Consiliarii Regii à Subvicario apprehensus, & carceribus Regiis mancipatus; at exposuit se vocatum fuisse à Subvicario, sub clypeo securitatis Regiæ, ad libertatem propterea proclamavit, & quia vocatus fuit de ordine Superioris in beneficium administrationis justitiæ licèt verbo, & sine carta, meritam causam habuit, & guidatus fuit declaratus, atque à carceribus liberatus extitit die 15. Maii 1659. ref. egregio Sen. Petro Antonio Serra T. A. D. (doctrina, & prudentia primo, vel inter primos) pro dicto Senatore Aleny.

40 Non obesse visum fuit in scriptis concedendam oportere salvam guardiam juxta disposita in prag. domini Reg. Alphonsi suprà allegata *num.* 6. & fortius *ex Constitutione 6. tit. de Guiatges*, ibi: *Plan à sa Magestat, que si algu ab carta del Lloctinent. General vindra à hont será lo dit Lloct. General, siaguiat*, quia consultò responsum fuit *prag.* loqui de inferioribus, & Constitutionem non limitare facultatem Locumtenenti Generali concedendi verbo guidatica, & à Principe concedi verbo, aut cum scriptura posse guidarica, non ambigitur à Ramon. qui hanc intelligentiam dedit Constitutioni, *cons.* 53. *num.* 1. *usque ad num.* 15. & *cons.* 54. *num.* 1. Cancer. *var.* 2. *cap.* 2. *num.* 313. Font. *dec.* 339. qui attestatur eam Constitutionem practicatam semper fuisse in Officialibus, & Ministris inferioribus, comprobant tradita per Guazz. *defen.* 12. *cap.* 1. *num.* 58. *ver. Judex etiam*.

41 Pariter nec ex defectu potestatis concedentis agi potuit ad inobservantiam guidatici, affirmando Regium Senatorem à Principe non habuisse facultatem guidandi, sed tantum nominandi Officialem in comitiva; quia responsum habeo certum fuisse, quod ex sola nominatione superioris, nominatus guidatus remansit pro præterito delicto, ne Judicis auctoritate, exequentis suprà mam cognitionem, deceptus maneret, nam sicuti assecuratus maneret, si ab ipso Principe nominatus assisteret, mandatis Principis obtemperans, ita pariter opitulari debet ei securitas, si assistat obsequens mandatis exequentis commissionem Principis; quia nedum factum proprium tenetur Princeps observare, verum etiam factum præsidis ipsius, ex speciali mandato Principis *ad tex. in l.* 1. §. *Qui mandata, & l.* 3 *ff. de off. ejus*, alioquin deceptus sub fide Præsidis diceretur etiam deceptus sub fide Principis, *l.* 1. *C. de his, qui ven. stat.* Prato *resp.* 16. *num.* 13. *& seq.*

42 Nec extra casum in id ipsum pondero, quod fides illibata debet à Principe servari, quæ data est per publicum proclama, quando sub fide regia promittit ob præmium capturæ famosi delinquentis, indulgentiam alterius facinorosi, quem, adimplens nominaverit, nam nominatus ab eo, qui eum nominandi facultatem à Principe habet ex ipsa sola nominatione, & adhuc absque indultu sub tuto securitatis ponitur, adeo quod si capiatur, ad libertatem reponendus venit, singulariter docuit Merlinus *cent.* 1. *cons.* 53. *num.* 12. ibi: *Nec tantum id servandum est casu quo reus Indulgentiam criminis obtinuit, cum Princeps facultatem nominandi dedit, sed quod magis est, si nec Indulgentiam, nec securitatem, sed nominationem tantummodo obtinuit ab habente nominandi potestatem. Nam, & si is captus sit cum ipsa sola nominatione, adhuc pristinæ libertati restituendus est; quoniam paria sunt reum captum esse cum indultu, vel intuitu indultus, prout censetur ille, qui nominationem obtinuit, & expectat indultum. Alberic. in l. Præsenti, C. de his qui ad Eccles. confug. & per hos terminos fuit annis præteritis decisum contra fiscum in causa Marci Antonii de Falconibus, prout refert Ascanius Tholomeus eximius criminalista in addit. ad Num. Tartagl.* 2. *par. prax. cap.* 1. *sic inquiens, sed in causa Marci Antonii de Falconibus inquisiti, & contumacis de homicidio, qui fuit captus cum nominatione tantum absque indultu, cum esset decretum, quod non gauderet, Regius Fiscus prætendebat ipsum non esse reponendum in pristinam libertatem, ex quo fuit captus cum simplici nominatione, & per hoc fuit captus tui contumax, & delinquens; & cum per Magnam Curiam Vicariæ fuisset provisum quod non reponeretur in libertatem, interposita appellatione ad Sacrum Reg. Conc. ref. Domino Solernitano determinatum est, reponendum*

pristinæ libertati, nam paria sunt captum esse cum indultu, &c.

Et etiam fuit responsum quod licet relatæ difficultates 43
sufficere possent pro deneganda securitate, & guidatico; concessum tamen, justa causa præexistente, etiam ab inferiore non habente potestatem, per superiorem debet observari, Merlinus *cent.* 1. *contro.* 53. *num.* 15. latius dicam *in decis. sequenti*, causa justa fuit guidandi veluti, ut justitiæ in excubiis assisteret, propterea fidem reo, justitiam ipsam servare oportere, patet ex illo.

Non necat accipiter temnit quam nocte volucrem.
Sic servare solet gens generosa fidem.

Prout etiam in simili casu fuit declaratum, ibi: *Die* 24. 44
Januarii 1662. *&c. in facto exceptionis malæ capturæ oppositæ per Vincentium N. Agricolam Loci de Vallromanes in defensionibus per eum oblatis decima Decembris proximè dimissi ex causa guidatici, eo quia cum Segismundus Casadevall Regius Algutzirius extraordinarius eum vocasset ad eundem comitandum in excubiis, eique dixisset quod cum expectasset unà cum aliis, in platea Sancti Jacobi præsentis Civitatis, in qua expectando dictum Casadevall, fuit captus per Subvicarium dictæ præsentis Civitatis, & Regiis carceribus mancipatus, & quia constat de relatione, & depositione facta per dictum Segismundum Casadevall, factarelatione per Nob. Michaelem de Pallares I. R. C. & præsentis causæ relatorem, meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quod declaretur exceptioni prædictæ malæ capturæ per dictum N. oppositæ locum fuisse, & esse, & consequenter quod dictus Vincentius N. relaxetur à Regiis carceribus, in quibus detinetur, & quod desguidetur cum termino sex dierum.*

Ut nihil incommodi Respublica patiatur, aut dedeco- 45
ris, excubiæ tam in pace quam belli sunt necessariæ, quarum solicitudo magna, & assidua censeri debet pro salute, & securitate Reipublicæ, quam sanè tanti fecit Augustus Cæsar, ut per se illi consuli maluerit, quàm per alios Magistratus, septem Cohortes locis opportunis per urbem constituit, ut testatur J. C. Paulus *in l. Non solum* 3 *ff. de off. præf. Vig.* quo binas urbis regiones unaquæque tueretur; ipse interim per se obire nonumquam, ac cum vitæ discrimine vigiles explorare. Beyerlinck *in theatro vitæ humæ. verbo Excubiæ littera F.* & Imperatores Theodosius, & Valentinianus, præfectos vigilum inter Ordinarios Magistratus recensent *in l.* 1. *C. de offic. præf. urb. & in l.* 1. *C. offic. præf. vigil.* quorum Officium fuit per totam urbem noctu coercare fures, incendiarios, effractores coercere si levi coertione indigerent, aut servilis conditionis forent, *l. penul. ff. de condit. eau. dat.* at si atrox esset crimen, ad Præfectum urbis remittere, *l.* 1. *C. de præf. vig.* Cassiodor. *lib.* 7. Præfecti formulas præscribit Annæus Robertus *rerum judic. lib.* 2. *cap.* 11. unde Beyerlinck docet loco citato, quod ad illud munus non quivis adsciscatur, sed delectus instituendus. Ut observavit Socrates apud Platonem, certè quo meliores cives, ac lautioris fortunæ, eo ad custodiam urbium aptiores sunt. Quod secus in benè Constitutis Civitatibus cernimus observari, in quibus operarii, Bajuli, & inopes id muneris præstant, à quo omnium fortuna, & salus dependet.

Non minùs providi Senatores Regii hæc observare man- 46
darunt in hac Civitate Barcinonæ, in qua per regiones, & vicos fuit distributa custodia (utinam non inobservarentur Vigiliæ hæ pro statu Reipublicæ dispositæ] en normam, & conclusionem.

Die 19. *Februarii* 1660. *Barcinonæ.*

In facto propositionis facta per nobilem Regentem Cancellariam super excessibus, & criminibus quæ noctu perpetrantur, fuit conclusum quod fiant, & expediantur mandata tenoris sequentis.

De Part del Excellentissim Senator Lloct. y Capità General en lo present Principat de Cathalunya, y Comptas de Rosello, y Serdanya inseguint la conclusio lo dia present, y devall escrit, feta en lo Sacre Real Consell se notifica al amat de la Real Magestat, Joan Baptista Codina Alguzir Ordinari, com per obviar als delictes, y excessos ques cometè en la present Ciutat, y especialment en la nit se ha deliberat ques mane à tots, y sengles Officials Reals fassen quiscuna nit continuament, ronda en la present Ciutat ab gran diligencia, y puntualitat ab la forma que avall se dirà; y perque sie mes facil, y de major effecte que la ronda fahedora en la nit per la present Ciutat sia reperida en sinch parts de aquella per que accudint à totes elles en un matex temps no puguen

los delinquents deixar de donar en mans de la justicia, y vinguen à ser castigats com merexen, is pugue axi millor obviar à llur temeritat, y audacia evitant en quant sie possible que nos cometan crimens, ni delitts alguns. Perço, y altrament se diu notifica, y mana al sobredit Joan Batista Codina Alguzir predit, que del die present en avant continuament, y sins altra cosa vos sie ordenada, rondeu en companya de Antoni Rig Capdeguayta del Veguer de la present Ciutat, cada vespre per lo quart de la present Ciutat, tot lo raval, y rambla regonexent, y escorcollant totas, y qual sevols personas de qual sevol estament, grau, o condicio que sien, y que capturen, y posen en los carcers Reals de ta present Ciutat à tots los que trobareu ab armes desonestas, y prohibides, o faran, o cometran, o auran comes altres delicties, y excessos, y que assenyaladament haja de ser dita ronda sens intermissio, falta, ni escusa alguna, desde el principi del enfoscar fins à las deu horas de la nit precisament, y que lo endema demati immediadament seguent acudian à donar raho del que auren trobat, y fet en la ronda de la nit precedent à algu dels Magnifics Jutges de la Regia Cort, perqua informats per los altres puguen millor entendrer, y provehir lo que sia de justicia, &c, y quietut de la present Ciutat, y si en las sobreditas cosas à alguna delles sereu trobat negligens, se provehirà contra vos conforme de justicia serà vist sabedor. Dat. en Barcelona die, ut supra.

„ Et quod simile mandatum expediatur directum Segis-
„ mundo Casadevall Regio Alguzirio extraordinario as-
„ signata ei parte quæ discurrit à porta dicta *de la Boqueria*
„ usquæ ad Plateam Divi Jacobi à manu dextera, & à dicta
„ Platea ad muros proximos maris recta via progrediendo
„ per viam vulgò dictam *lo Regomir*. Et quod simile man-
„ datum expediatur Vicario Barcinonæ assignata ei parte
„ discurrente à porta Nova præsentis Civitatis, usque ad
„ Plateam Divi Jacobi, & à dicta Platea ad portam Ange-
„ li recta via progrediendo, & quod includitur in dicta par-
„ te in manu dextera.

47 „ Et quod simile mandatum expediatur Subuicario præ-
„ sentis Civitatis, assignata ei parte discurrente à porta An-
„ geli ad Plateam Sancti Jacobi, & à dicta Platea ad portam
„ *de la Bocaria*, & omni eo in dicta parte, incluso.

48 „ Et quod simile mandatum expediatur Bajulo Barcino-
„ næ, assignata ei parte discurrente à porta Nova, usque ad
„ Plateam Sancti Jacobi, & à dicta Platea ad muros proxi-
„ mos maris recta via incedendo per viam dict. *lo Regomir*,
„ & cum omni eo incluso in dicta Platea in manu sinistra.

49 Similis conclusio fuit facta 5. Novembris 1664. eo tamen addito quod Officiales Regii in excubiis pernoctarent à Vespere, usque ad primam Auroram diei sequentis. Similis 13. Januarii 1668. absque assignatione temporis.

50 Similis 17. Aprilis 1670.

DECISIO XXVIII.

ARGUMENTUM.

De potestatibus, quæ facultatem habent concedendi guidatica criminosis, & quando ab illis concessa, à superioribus debeant observari. Ubi de salvoconductu, concesso à magistratu inferiori reo criminis læsæ Majestatis, in quo læditur supræma potestas. Et quando gratia, seu indultum tanquam subreptitium, vel obreptitium sit ipso jure nullum, exactè pertractatur.

SUMMARIUM.

1 *Factum.*
2 *Dubia usque ad num. 4.*
3 *Licet salvus conductus sit nullus ex defectu potestatis, aut solemnitatis, debet nihilominus servari, nec assecuratus poterit capi, absque eo quod revocetur salvus conductus, & intimetur revocatio assecurato.*
6 *Qua habent locum etiamsi salvus conductus sit contra legem, vel statutum habens decretum irritans.*
7 *Dummodo concedens salvum conductum habeat jurisdictionem, nam si datus sit à non habente aliquam jurisdictionem, puta à Notario, Baricello, ab Advocato Fiscali, & similibus, non est servandus.*
8 *Salvusconductus concessus ab inferiore, ab ipso, & ejus subditis debet servari.*
9 *Salvus conductus ab inferiore concessus in casibus à jure prohibitis, vel à non habente potestatem, vel absque solemnitatibus, & sic nulliter, à superiore non est servandus, est una Doctorum opinio.*
10 *Hac procedere fortius existimant, si salvus conductus esset concessus in casu prohibito à lege, vel statuto cum clausula anullativa, sive decreti irritantis.*
11 *Inferior non potest imponere legem superiori.*
12 *Bannito, vel condemnato à Superiore, inferior non potest concedere salvumconductum etiam ex causa.*
13 *Solvuntur obiectiones, & num. 14.*
15 *Cum causa, & causa cognitione ab inferiore concessus salvusconductus in casu prohibito, est servandus à Superiore.*
16 *Expressantur causæ.*
17 *Alia est opinio superiori contraria, existimantium, quod licet salvus conductus sit nullus ab inferiore concessus, nihilominus debet à Superiore servari, nec assecuratus poterit capi, absque eo quod revocetur salvusconductus, & intimetur illi revocatio.*
18 *Dubius mansit in opinionum conflictu, Merlinus.*
19 *Favorabilem sequitur noster Senatus, nam in dubiis quæstionibus contra Fiscum facilè est respondere.*
20 *Etiam stante clausula irritanti in statuto, ubi Senatus.*
21 *Alia decisio Senatus.*
22 *Post processum regalia, remissionem ab inferiore factam non valere in vim guidatici, & à Senatu non debere servari, non sine diversitate votorum fuit conclusum in Regio Concilio, & hic recitatur conclusio.*
23 *In casibus, quibus pendet causa coram Superiore, guidaticum per inferiorem concessum non esse servandum, refertur.*
24 *Decisio Senatus, ubi declaratur validum guidaticum in favorem mulieris ob præsumptam juris ignorantiam, quam habere præsumitur.*
25 *In consideratione non est, quoad nullitatem guidatici, evocata causa coram Superiore, nisi sit particulariter evocata.*
26 *Salvusconductus ab inferiore concessus reo læsæ Majestatis, à Superiore, seu Principe non est servandus; at contrarium observat Auctor, qui contrariis respondet usque ad num. 38. ubi remissivè de quæstione; an reus exiens ab Ecclesia sub promissione guidatici, si extra eam capiatur, gaudeat immunitate Ecclesiæ.*
39 *Judex inferior salvum conductum concedere potest, causa publica præexistente.*
40 *Guidatici jus in sola credulitate consistit.*
41 *Subreptio, seu obreptio ipso iure vitiat gratiam, & nullam meretur exequutionem, siea, quæ tacentur in gratia, movere possent Principem ad non concedendam eam, vel difficilius faltem, & num. 47.*
42 *Indulta sive guidatica sunt obreptitia, si delicta in supplicatione non exprimantur, vel si delicti qualitas non explicetur.*
43 *Subreptio, seu obreptio, ut annullet gratiam debet esse dolosa.*
44 *Dolus impetrantis ipsi opitulari non debet.*
45 *Quando guidaticum culpa Superioris est nullum, ne remaneat reus deceptus, lex providit, ut is in libertatem ponatur.*
46 *Consideratur dolus in impetrante, si non servat conditiones salviconductus, nam tunc abutitur salvoconductu, prout abutitur quando concessus est ad se conferendum ad certum locum, & assecuratus non curat reverti.*
48 *Quod in precibus debeant exprimi omnes qualitates delicti, procedit quando securitas impetratur pro aliquo particulari, specificato delicto, secus quando generaliter petitur.*
49 *Princeps in abolitione spontanea criminum non cense-*

censetur voluisse comprehendere atrociora, secus in dispositione facta ad petitionem partis, quia ubi verba sunt apta omnia comprehendere, nisi aliqua excipiat, dicitur omnia concessisse, & in salvo conductu generali omnium delictorum, sive concesso motu proprio, sive ad partis petitionem, veniunt omnia delicta, etiam enormia, & etiam læsa Majestatis.

50 *Decisio Senatus.*

51 *Non sunt à Criminalistis in salvis conduct. subtilizanda affectata nullitates, ut homines sub fide publica perdant, & sibi ipsis æternam damnationem parent.*

1 RAphael Sabater Vicarius Civitatis Minoriſſæ 30. Mali 1658. concessit salvum conductum perpetuum Jacobo N. Loci de Suria, Diœcesis Vicen. ea adiecta causa, *quia Regiæ Majestatis servitio oportebat*, dictus Jacobus N. jam pridem immane læsæ Majestatis Crimen commiserat, & post guidaticum, Latrocinium, de quo delatus fuit coram Vicario, qui ea ratione illum carceribus mancipavit, pariterque in actu capturæ penes eundem reperit duo instrumenta manualia parvæ mensuræ, id est *pistolas*, causa ad Senatum evocata, & opposita per captum exceptione malæ capturæ in vim guidatici, duo fuerunt pro causæ decisione discussa dubia.

Primum.

2 *An guidaticum ex defectu potestatis Vicarii adeo nullum esset, ut eo non obstante puniri posset assecuratus pro delictis per illum patratis.*

Et:

3 *An guidaticum fuerit subreptitium, & nulliter obtentum, nec ita observandum.*

Secundum.

4 *An propter scelera commissa post guidaticum, beneficium securitatis amiserit, adeo, ut pro delictis per eundem antea commissis plecti per Senatum posset.*

5 Quoad primum dubium pro guidatico pugnabat favor publicus, & cum eo communis Doctorum assertio, quod licèt salvus conductus sit nullus ex defectu potestatis, aut solemnitatis, debet nihilominus servari, nec assecuratus potest capi absque eo, quod revocetur salvus conductus, & intimetur revocatio assecurato, ut per Oldrad. Bartolum, Albericum, Castro, Baldum, Bellum, Menochium, Sinum, Clarum, Bossium, quos ad litteram expendit, & sequitur Farinac. *in prax. qu.* 29. *nu* 95. docent etiam Franc. *dec.* 258. *num.* 1. *in fine*, ubi Luca, Fachin. *contro. juris lib.* 9. *cap.* 63. Caballus *cas.* 50. *num.* 7 & 118. *num.* 12. *ver. Bene verum*, &c. Canc. *var. resol. par.* 2 *cap.* 2. *nu.* 314. Ant. de Ball. *tract. crim. lib.* 4. *quæst.* 10. *num.* 26. plenè Giurba *consil.* 22. *nu.* 14. & *consil.* 57. *num.* 5. & *consil.* 80. *num.* 10. & *seq.* & *nu.* 26. Merlin. Pignatell. *contro. foren. cent.* 1. *cap.* 53. *numer.* 10. ubi plures dat concordantes, & dicit ita fuisse decisum, Vernigl. *conf.* 246. *ferè per tot.* Massin *de confisc. bonorum, qu.* 5. *num.* 31. Calvi *de æquitat. lib.* 2. *cap.* 106. *num.* 12. & *seq.* ubi hanc declarationem latè comprobat, & testatur ita pluries in contingentia facti fuisse decisum, ut ibi per eum, Capicius Latro *decis.* 105. *num.* 27. & *seq.* ubi addit Gizzy. & ibi noviter Manfrella *num.* 6. Surdus *consil.* 281. *num* 9. & 10. & *consil.* 298. *num.* 22. & *decis.* 307. *num.* 1. Nigro *cont.* 399. *num.* 19. Conciol. *resol. crim.* 1. *verbo salvus conductus num.* 6. Sperell. *decis.* 148. *num.* 50. Belluga *in spec. Princ. rub.* 22. *de jurisd. num.* 73. Leo *decis.* 206. *nu.* 6. R. Matth. *cont.* 10. *num.* 3. Scialoya *in prax. forind. cap.* 23. *num.* 11. Marin. ad Revert. *decis.* 187. *num.* 2. Borgnin. *dec.* 1. *num.* 45. *p.* 1. Tapia *super rit. Mag. Curiæ* 287. *tit. de morat. & salu. conduc. num.* 9. *vers. Sed nunc videamus lib.* 4. Rovit. *in prag.* 1. *de guidat. num.* 3. Paschal. *de virib. pat pot. par* 4. *cap.* 3 *num.* 37. & ibi Prato *num.* 16. Molf. *in consuet. Neapol. par.* 4. *q.* 57. *in addit. num.* 2. Quessada Pilo *dissert.* 7. *num.* 17. Pratus *respons* 16. *ex num.* 18 *ad* 21. ubi refert nostras, & diversorum Senatuum decisiones, Thoro *in comp. decis. par.* 1. *ver. Captus pendente securitate an sit*, &c.

6 Quæ habent locum etiamsi salvus conductus sit contra legem, vel statutum habens decretum irritans, Bajard. ad Clar. *q.* 59. *in princ.* Farinac. *d. quæst.* 29. *num.* 97. & *conf.* 131. *num.* 6. *lib.* 2. Giurba *d. conf.* 80. *sub num.* 14. Merlin. *contro. d. cap.* 53 *num.* 11. Massin *de confisc. bonor. d. quæst.* 5. *num.* 33. & *seq.* Conciol. *resol.* 1. *verbo Salvus conductus n.* 8. Luca ad Franch. *decis.* 258. *num.* 2. *vers. Quidquid*, Molfes. *ad consuet. Neap. par.* 4. *q.* 57. *in addit. nu.* 2. Capiblanc. *de Baronibus tom.* 2. *cap.* 31. *num* 3. & 28. Latro *dec.* 105. *nu.* 53. *tom.* 2. Quessada Pilo *d. dissert.* 7. *num.* 18. *vers. Hinc est.* Exc. Crespi *obs.* 5. *n.* 190. & *obs.* 85. *n.* 8.

Dummodo concedens salvum conductum habeat aliquam jurisdictionem, nam si datus sit à non habente aliquam jurisdictionem, puta à Notario, à Barriccllo, ab Advocato Fiscali, & simil. Illum non esse servandum, pro certo habetur, Farin. *de carc. & carcer. d. q.* 29. *num.* 98 benè comprobans Ubert. *de citat. cap.* 9 *sub num.* 471. & Massin. *de confisc. bon. d q* 5. *num.* 34. Luca ad Franch *decis.* 258. *n.* 2. *vers. Limitatur*, Quessada Pilo *disser.* 7. *nu.* 43. Jul. Chartar. *decis. crim.* 44 *num* 24. R. Matth. *cont.* 10. *num.* 23. Xam. *de Offic. Judic. par.* 2. *qu.* 6. *num* 93. & *seq.* Exc. Crespi *d. obs.* 5. *num.* 191. 7

Nunc ergo dubium non restat super ponderatis, si consideras salvum conductum, quoad Judicem inferiorem concedentem; utique enim ipse Judex, qui illum concessit, & alii Judices inferiores eidem subordinati, absque dubio tenentur illum observare; ipse tenetur, quia non debet ullum fallere sub fide Regia, nec debet venire contra factum proprium, sui inferiores subordinati ob reverentiam quam tenentur exhibere superiori, ut dictum est in salvaguardia concessa à Principe, Rovitus *super prag.* 1. *de guidaticis num.* 55. 8

Atverò anteacta tanquam nimis diffusè tradita non sufficere pro dubii decisione apparuit, & sic ad terminos rem perstringendo, fuit dubitatum; an guidaticum nulliter ab inferiore concessum, deberet à Superiore servari, in qua controversia dissidentes proponuntur Doctorum opiniones, & prima sit contra assecuratum, existimantium, quod salvus conductus concessus in casibus à Jure prohibitis, vel à non habente potestatem, vel absque solemnitatibus, & sic nulliter, & de facto, à Superiore non est observandus, Jason *in l. Conventionum* 5. *num.* 4. *ff. de pactis*, Blan. *in prag. crim. ver. Datis defensionibus, num* 40. post eos Cancer, de mente Senatus, *var. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 314. *ver. An autem*, sentit Xam. *de offic. Judic par.* 2. *qu.* 6 *num.* 94. Quessada Pilo *dissert.* 7. *num.* 41. Capiblanc. *de Baronibus tom.* 2 *cap.* 31. *num.* 13. R. Matth. *de re crim. cont.* 10. qui *n.* 17. & *seq.* terminat illam quæstionem inter Doctores sat agitatam, prout licet videre ex laudatis *suprà num.* 5. an bannito securitas ab inferiore concessa sit observanda, docens servandam non esse à Superiore, sed tantum ab ipso Judice inferiore concedente, aut ab altero inferiore subordinato, & ante eum id ipsum docuerat Rovitus *super prag.* 1. *de guidat. num.* 55. *ver. Judices*, qui illud similiter extendit ad Judices habentes æqualem jurisdictionem, qui securitatem ab altero nulliter concessam non tenentur observare, ex regula, quia par in parem non habet imperium. 9

Fortius opinio principalis superius stabilita procedit, ubi essemus in casu prohibito à lege, vel statuto, cum clausula anullativa, sive decreti irritantis, ut in specie tradit Menoch. *de arbitrariis casu* 337. *num.* 7. Farin *in prax. qu.* 29. *num.* 97. & probatur *ex* §. *Neque autem homicidis Auth. de mandatis Principum*, *juncta ibi glossa* Rovitus *super prag.* 1. *de guidaticis num.* 56. qui tradit per bina decreta decisum die 6. Mali 1630. & sentiunt Cart. *de exequendis sententiis, cap. fin. num.* 315. *ver. Nec etiam*, Scialoya *in prax. forind. cap.* 23. *num.* 13. 10

Ratio suprà dictorum est; quia Inferior non potest imponere legem Superiori, ne imperare incipiat, qui subesse debet, & pariare se audeat, & possit inferior Superiori, comprobant *cap. Solita* 6. *cap. Cum inferior* 16. *de majori. & obedientia*, *cap. Cum inferior* 4. *dist.* 21. *cap. fin. de offic. Archiepis. & c.* 2. *de electionibus. l. Ille à quo* 13. §. *Tempestivum*, *ff. ad Trabel. l. Nam Magistratus* 4. *ff. de receptis*, Tiraquellus *de pœnis temp. in præfat. num.* 26. Lopez *ad l.* 5. *tit.* 15. *par.* 1. Azevedo *l.* 2. *num.* 56. *tit.* 14 *lib* 4. *Novæ Recop.* Surdus *cons.* 58. *num.* 6. Barbosa, & Gonzalez Tellez *in decretal. ad d. cap.* 16. *de majorit. & obed.* Bovadilla *in politica lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 44. punctim Cancer. *var. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 314. Rovitus *super prag.* 1. *de guidaticis d. n.* 55. *ver. Judices*, R. Matthæus *contr.* 10. *n.* 18. 11

Ea ratione tradunt Doctores quod bannito, vel condemnato à Superiore, Inferior non potest concedere salvum conductum, etiam ex causa, cum inferior non possit contra factum Superioris dispensare, Hercula. *de caut. cap.* 37. *n.* 8. Menoch. *de arbitrariis casu* 337. *num.* 11. & *conf.* 100. *num.* 227. *lib.* 1. Farinac. *in prax. qu.* 29. *num.* 88. ubi dicit idem esse in condemnato de mandato Superioris, Cabal. *resol. crim. cas.* 50. *n.* 3. & *seq.* Guazzin. *in def. reor.* 12. *cap.* 1. *sub n.* 58. Massin. *de confisc. bonorum q.* 5. *num.* 30. & his citatis 12

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Conciol. *resol. crim. verbo Salvus conductus resol.* 1. *num.* 5. Giurba *cons.* 80. *num.* 3. Luca ad Franch. *decis.* 258. *numer.* 1.

13 Nec tunc obstabit publica fides guidatici, quia ea non deficit, nam non est data, dum inferior ea uti non poterat, & durum esset, quod observare deberet Princeps promissum, ab eo, qui auctoritatem dandi non habet, Capiblanc. *de Baronibus tom.* 2. *cap.* 31. *num.* 13. Nec fidei contra legem scriptam standum est, cujus ignorantia non præsumitur, ac proinde non excusat, *cap. Ignorantia de regul. juris in* 6. punctim Farinac. *in prax. quæst.* 29. *num.* 97. recitat Fonta. *de pactis* 1. *claus.* 4. *glos.* 15. *num.* 156. *circa medium*, comprobat Pilo *differ.* 7. *num.* 41.

14 Nec pariter dicunt obstare Peguera *decis.* 39. ubi *à nu.* 14. plerisque Senatus nostri exemplaribus concludit, guidaticum concessum in casu Constitutionis *Com. instigant, tit. quant sia licit, o no venj.* & si nulliter. concessum sit, ex clausula irritanti ejusdem Constitutionis, servandum nihilominus ob dictam fidem publicam, quia ut animadvertit Rovitus *super prag.* 1. *de guidaticis num.* 56. Peguera loquitur in guidaticis concessis à Principe, seu Locumt. Principis, qui casus est extra omne dubium, prout comprobatum fuit *decis. antecedenti num.* 37. & sic etiam responderi potest Fonta. *de pactis nuptialibus clausula* 4. *glos.* 15. *d. nu.* 156. Farinac. *in prax. d. q.* 29. *nu.* 97. & post eos Exc. Crespi *obs.* 85. *num.* 8. qui nostrum Peguera allegant, & eum videntur sequi.

15 Doctores qui sectantur hanc opinionem docent etiam, quod poterit inferior à Principe concedere hujusmodi salvos conductus, aut salvasguardias cum causa, ac etiam adhibita causæ cognitione, & quando cum hujusmodi circunstantiis est concessus, & non aliàs, ab omnibus est servandus, etiamsi sint Judices Superiores, & ratio est, quia cum sit concessus ex justa causa, ipsimet tenerentur illum concedere, si non fuisset concessus, quasi nec tali casu censeatur factus citra Superioris licentiam, seu consensum, Blanc. *in prag. crim. ver. Datis defensionibus, num.* 54. Cancer. *var.* 2. *cap.* 11. *num.* 314. *vers. An autem*, Rovitus *super prag.* 1. *de guidaticis num.* 54. ubi Laganarius, ibi: *Attendendam esse causam ex qua motus sit inferior ad securitatem concedendam, nam si ea justa sit, etiam à Superiore servanda est, per Frec.* 45. *auctoritat. Baron. & Vital de Gambæ de claus. in claus. nihil innovari secur. pend.* Mieres *in Curia Gerundæ Jacobi Secundi collat.* 4. *cap.* 27. *pag.* 249. *in novis n.* 41. & tenit R. Matth. *cons.* 10. *num.* 22. & additio nova Conciol. *resol. crim. verbo Salvus conductus resol.* 1. *n.* 1. certum enim est, quod quando datur à Judice inferiore ex justa causa, & cum causæ cognitione, salvus conductus tunc servandus etiam est à Superiore, præsertim ubi conceditur ex aliqua urgenti causa, Merlinus *contro. centu. d. cap.* 53. *num* 14. Fontan. *de pact. claus.* 4. *glos.* 15. *num.* 256.

16 Causas propter quas ab inferioribus in casibus à jure prohibitis guidatica concessa, sunt etiam à Superioribus observanda, infero ex Conciol. *resol. crim. verbo Salvus conductus resol.* 1. *num.* 3. Luca ad Franch. *decis.* 258. *num.* 1. Solet enim criminosus guidari, quia promisit facere aliquod servitium in beneficium administrationis justitiæ, Scialoya *in praxi foriud. cap.* 23. *in principio*, Franc. *decis.* 433. Surdus *decis.* 307. *num.* 18. noviter Basilic. *decis.* 24. *nu.* 10 aut interdum non habens nec volens, sed imo compulsus, & mandatis pœnalibus constrictus ducitur à persona publica ad aliquid agendum quod publicè interest, puta ad testimonium perhibendum in aliqua causa, Font. *de pactis claus.* 4. *glos.* 15. *num* 156. *circa medium*, Sesse *de inhibit. cap.* 1. §. 5. *à num.* 64. *ad* 69. *cum seq.* vel ad firmandum pacem, & treguam cum inimico suo, Peguera *decis.* 39. *num.* 12. & *decis.* 65. *num.* 9. & universaliter pro administratione justitiæ, Ramon *cons.* 54. *num.* 19. ubi ex Cavalcan. *de Brachio Regio par.* 2. *num* 317. & Mastril. *de Magistrat. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 223. animadvertit differentiam inter guidaticum justitiæ, & guidaticum ex gratia, nam hoc potest à solo Principe concedi, illud verò ex causa administrationis justitiæ cuilibet Judici est permissum, & concessum est omnino servandum, quia cum sit temporaneum, brevique tempore duraturum, nullum Reipublicæ damnum importat.

17 Alia verò est opinio, directo contraria antedictis, quod licèt salvusconductus sit nullis ab inferiore concessus, nihilominus debet à Superiore servari, nec assecuratus poterit capi absque eo quod revocetur salvusconductus, & intimetur illi revocatio, eam tenet Guazz. *def. reor.* 12 *cap.* 1. *n.* 58. *vers. Bene verum est secundo*, non dissentit Farinac. *q.* 29. *in prax. n.* 97. assentit Font. *de pactis claus.* 4. *glos.* 15. *n.* 156. qui asserit non catere primam opinionem urgenti ratione, atverò quod ipse non recedit ab hac secunda opinione, quia sufficit quod res dubia sit, ut in favorem Rei pro observantia fidei datæ, quæ nec etiam hosti infringitur, judicandum sit, ne quis sub fide publica deceptus dici valeat, sequitur Xam. *rerum jud. definitione* 128. Carolus Tapia *dec.* 21. qui tradit decisum, nec obstare dixit *glossam in* §. *Neque autem Authent. de mandatis Principum* (quæ est fundamentum opinionis contrariæ) nam ea non fuit usu recepta.

In hac opinionum varietate dubius remansit Merlinus *cont. cent.* 1. *cap.* 53. *num.* 14. qui relicta varietate illarum opinionum, an securitas concessa ab inferiore, obliget Superiorem ad illus observantiam, ipse tamen pro certo tradit, quod quando datur à Judice inferiore ex justa causa, & cum causæ cognitione, tunc servanda est, etiam à Superiore, dummodo perpetua non sit, quoniam tunc præsumitur data cum consensu, & licentia Superioris. 18

In hac re dubia ac controversa nulla mora est, quin adversus Fiscum pronuntiari possit, *non puto* (inquit Modestinus *in l. Non puto* 10 *ff. de his, quæ in test. del.*) *delinquere eum qui in dubiis quæstionibus contra Fiscum facile responderit*, propterea Senatus nostet semper moderatissimus (justitiæ, & æquitatis exemplar, clementiæ laude clarus, & de ipso liceat divulgare, quia exercitatus diu in eodemque fuit quod de Romano Reipublicæ Senatu punctim scribit ex Livio *lib.* 7. *hist. ab urbe condita* 408. ibi: *Fides tamen publica privatis difficultatibus potior ad curam Senatui fuit*, Merlin. *cent.* 1. *contr.* 53. *num.* 1.] In hanc opinionum conflictu sequutus fuit favorabilem opinionem dicentium suffragari salvum conductum ab inferiore concessum guidato, & à Superiore ei esse servandum, nec contra assecuratum posse procedi, quin prius desguidetur, decisionem nostri Senatus refert Xam. *definitione* 128. in qua, die 21. Januarii 1593. tradit conclusum, quod remissiones pro bono publico factæ per Gerentem Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ Joanni Folcras 6. Junii 1592. de nece, & Paulo, & Andreæ Montserrats 20 Junii 1592. de necibus, & Bartholomæo Miro 16. Martii 1588. in præjudicium partium instantium, & commutatio pœnæ Vincentii Pons 17. Junii 1589. fuerunt declaratæ nullæ, quia non licuit, nec licet Gubernatori Cathaloniæ, nec cuiquam Judici ordinariam jurisdictionem exercenti, eas facere, quia solus Rex, & ejus Locumt. Generalis, qui est alter nos, eas facere possunt, & commeatum, vel remeatum solus Princeps concedit. & tamen non obstante nullitate ex defectu potestatis concedentis, fuit declaratum, remissiones, & commutationes nulliter concessas importare guidaticum, ac proinde indultatos ante omnia desguidandos fuisse. 19

Et ulterius pondera, quod remissio facta Bartholomæo Miro, fuit in præjudicium partium instantium, & sic contra Constitutionem *lo fennor Rey* 4. *tit. de custodia de presos*, in qua disponitur, quod non possit guidari persona aliqua nulla causa, & ratione, quin prius pars fuerit satisfacta, & concordata, & guidaticum aliter concessum, ipso facto sit vanum, & nullum, inde remissio illa Bartholomæi Miro, quæ valuit in vim guidatici fuit nulla tum ex defectu potestatis concedentis, tum etiam, quia fuit facta contra Const. anullantem guidaticum cum cluausula irritanti, & tamen à Superiore servari oportere, nec contra guidatos posse procedi, quin forent desguidati, fuit conclusum. 20

Et nunc noviter in eisdem terminis fuit declaratum in Regio Concilio, ref. egregio S. Michaele Joanne Taverner, scriba Riambau, nam cum essent remissi Antonius N. & alii delati de raptu Mariannæ M. domicellæ à Subbajulo Civitatis Gerundæ, parte non satisfactæ, imò formaliter in processu instante, contra *Const.* 3 & 5. *tit. de injurias*, & *dict. Const.* 4. *tit. de custodia de presos*, fuit facto verbo provisum, quod desguidarentur cum termino sex dierum. 21

Et licèt in nostro Regio Senatu fuerit decisum, remissionem delicti factam per inferiorem post processum regaliæ, non valere, nec in vim guidatici à Senatu debere observari; quia per impositionem manus Regiæ Judex inferior censetur de jure inhibitus, etiamsi expresse per Superiorem non sit facta inhibitio, & recitat decisiones Michael Ferrer *observationum tertia parte cap.* 379. 468. & 469. sequitur Cancer. *var.* 2 *cap.* 2. *num.* 314. quam rationem comprobant ex *cap. Ut nostrum* 56. *de appel. cap. Pastoralis* 28. *de Offic.* & interim gesta sunt nulla, & attentata Lancel. *de attent.* 2. *p.* 2. *cap.* 10. Leo *decis.* 88. *n.* 2. *tom.* 1. Exc. Crespi *obs.* 118. *n.* 8. & 18. etiam absque expressa Superioris inhibitione 22

Mastril. *decis.* 127. *num.* 6. & 7. Xammar. *rer. judic. par.* 1. *def.* 13. nisi inferior eam ignorasset, Ripoll. *var. cap.* 3. *n.* 205. & 206. dummodo non fuerit facta inhibitio cum clausula irritanti, quia tunc afficit ignorantes, Amigant *in prax. civil.* Peguer. *rub.* 27. *num.* 188. *ver. Hac tamen*, ut diximus *decis.* 14. *num.* 10. non tamen id fuit, sine magna altercatione, & votorum diversitate, ut licet videre ex illa, quam in Archivio Regio adinveni, ex citatis per d. Ferret, prolatam die 2. Maii 1524. in qua ex majori parte fuit concl usum sub verbis sequentibus.

Die 2. Maii 1524. in Reg. Conc. Præsidente Locumt. Generali interfuerunt DD. sequentes.

Magnificus Vicecancellarius.
Vincentius Orrit F. A.
Joannes Suryer.
Joannes Pasqual,
Franciscus de Vallesicca.
Vincentius Gibert,
Petrus Carolus de Albalat,
Michael de Hospital,
Gabriel Joannes.
Hieronymus Dalman,
Franciscus Cavila Judices Curiæ,
Joannes Andreas Riquer.

„ In facto remissionis allegatæ pro parte Jacobi Lleopar „ eidem factæ per Regentem Vicariam Barcinonæ, super „ morte Jacobi Camps, attento quod tempore dictæ re„ missionis dictus Lleopart erat processatus de dicta morte „ de processu regaliæ, & aliàs meritis processus attentis, „ facta relatione per Cavila, dictus Cavila est intentionis, „ quod procedatur in dicta causa, non obstante dicta præ„ tensa remissione.

„ Riquer est intentionis, attenta remissione facta per „ Vicarium Barcinonæ, antequam haberet notitiam de „ processu regaliæ, quod licet dicta remissio sit nulla, ex „ quo Superior manus appossuit; tamen quia dictus Lleo„ part non debet hoc modo decipi in fide Regia, dicta re„ missio debet suffragari dicto Lleopart saltem in vim gui„ datici, pro prima captura de ipso facta, non obstante d. „ processu regaliæ.

Idem Martinus Suryer,
Idem Gibert.

„ Omnes alii, & etiam d. Magnificus Vicecancellarius „ fuerunt voti, & intentionis d. Cavila.

„ D. Locumt. Generalis concludit cum voto dicti Cavi„ la, & aliorum ejus voto adhærentium.

Et idem non solum in casibus regaliæ, sed etiam in aliis
23 in quibus de delicto, pro quo fuit concessum guidaticum adest processus coram Superiore, ab eo guidaticum per inferiorem concessum non esse servandum, docet Quessada Pilo *dissert.* 7. *num.* 41. in illis verbis, ibi: *De quo delicto in Tribunali Regiæ Gubernationis fabricatus aderat processus, sic Regius Vicarius Judex inferior, respectu gubernationis, potestate carebat remittendi, vel assecurandi hujusmodi delictum, & remissio impetrata obicis, non apparet quin reus pœna condigna afficiatur, absque repositione in pristinam libertatem.*

Die 21. Octobris 1683. refer. R. S. Puig, scriba Mauricii
24 Notar. fuit declarata exceptio malæ capturæ in favorem Margaritæ N. nam licet fuisset guidata à Vicario Gerundæ in casu per Constitutiones generales prohibito, & à non habente potestatem, quia dicta Margarita N. ei non erat subdita, nec ratione originis, domicilii, vel delicti, & haberet inferior ligatas manus per evocationem causæ ad Regium Concilium, attamen observavit guidaticum ob credulitatem, quæ dictæ mulieri ex præsumpta ignorantia juris ob sexum, suffragari debebat, juxta tradita à Farin. *frag. par.* 2. *verbo Ignorantia juris*, *num.* 276.

Hæc ultimò exposita obesse non debere in casu contro25 verso censuit Senatus, quia de crimine quo fuit impetitus criminosus, non fuit evocata causa particularis ad Regium Concilium, nec in consideratione habuit evocatam causam generalem contra culpatos in crimine læsæ Majestatis, quia hæc nullum producit effectum, nisi postquam expeditæ fuerint instructiones, ut recipiantur informationes super crimine à reo commisso, & in casu non nisi post concessum guidaticum.

Sed nec nunc stabilita apta visa fuerunt pro decisione con26 troversiæ, nam majorem animadversionem expostulavit Senatus, & ita magis, punctum arctando hæsitavit; an in crimine læsæ Majestatis guidaticum ab inferiore concessum, foret à Principe servandum, at nec in hac dubitatione susceptam æquitatem deposuit; licet verò affirment communiter Doctores, quod salvus conductus ab inferiore concessus reo læsæ Majestatis, à Superiore, seu Principe non est observandus, quia ipse solus offensus est, & infesto non licet securitatem offensori dare, comprobant hoc assertum *ex Auth. de mandat. Princ. col.* 3. §. *Neque autem homicidis, & ibi glos. in verbo Custodies*, sequuntur Bart. *in leg. Non omnes*, §. *Qui transfugit*, *num.* 1. *verb. Non tamen*, *ff. de re milit.*, Bald. §. *Item Sacramenta num.* 19 *de pace juramento firmanda*, Alex. *in addit.* ad Bartol. *in leg.* 1. §. *Non fuit*, *in appostilla lit. N.* Jas. *in leg. Conventionum* 5. *ff. de pactis*, *num.* 5. decisum tradit his laudatis Afflict. *decis.* 4. Menoch. *de arbit. quæst.* 81. *num.* 14. *vers. Declaratur quarto, & casu* 337. *num.* 10. *vers. Declaratur secundo*, Farinac. *in prax. quæst.* 29. *num.* 89. Cabal. *resol. crim. casu* 50. *per totum*, Guazzin. *defens. reor.* 12. *cap.* 1. *num.* 58. *vers. Beneverum est secundo*, Giurba *cons.* 80. *num.* 4. Massin. *de confisc. bonor. q.* 5. *n.* 30. Conciol. *resol. crim. ver. Salvus conductus resol.* 1. *n.* 5. *in fine.* Luca *ad decis. Franch.* 258 *num.* 1. *in fine*.

Cæterùm etiam in speciali crimine læsæ Majestati credi27 dit Senatus in casu controverso discedendum non esse ab observatione publicæ fidei, cujus fundamento, fuit supra expensum, & comprobatum, guidaticum ab inferiore concessum à Superiore esse observandum, & recitavit ad punctum Menoch. *cons.* 100. *num.* 197. & 198. *in fine*, & hanc sententiam veram esse assero, si attentè perscrutentur fundamenta contraria.

Textus namque dispositio in §. *Neque autem homicidis*, *col.* 3. *Auth. de mandatis Principum* solum statuit, quod Judices non debent dare securitatem triginta dierum homicidis, & aliis ibidem relatum, fugientibus ad Ecclesiam, 28 ut ibi notat Bart. *n.* 2. & 3.

Glossa in dicto §. *Neque autem homicidis* juxta terminos ejusdem textus *in verbo Custodies*, scribit ibi: *Neque custodies, idest, neque dabis: & si dederis, non serves, neque poterat contra te legem, vel justitiam invocare, quam conprensit: ut ff. de minor. leg. Auxilium in fine, & quod his specialibus casibus dicitur, idem dicas si pro quacumque maleficio fugerit, ut subiicit, & suprà de monaster. §. Si vero.*

Contra hanc glossam (quæ nil facit pro occurrenti dubio) scripsit Bart. *in dicto* §. *Neque homicidis*, *numer.* 4. in illis verbis: Quæ faciunt pro opinione quam sequimur, 29 ibi: *Tamen si fiducia est data per Judicem, debet observari, licet dari non debuit.* Et nulla ratione nulloque jure fulciri glossam illam scribit latissimè Sperel. *decis.* 148. *tota* decisum tradens, quod reus ab Ecclesia egrediens sub promissione sibi à Judice facta de eum non carcerando, vel molestando, illi restituendus est, quia hoc casu fides reo est servanda, aliàs fieret violentia Ecclesiæ, & delinquenti, comprobat hanc sententiam Cevallos *commun. contra communes*, *quæst.* 292. *in fine*, Gomez *var. tom.* 3. *capit.* 12. *num.* 8. & ibi Ayllon, Bovadilla *in politica lib.* 2. *capit.* 14. *num.* 79. & *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 17. Farinac. *de immunit. num.* 301. Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 16. & ibi Faria *num.* 109. Mastril. *decis.* 169. *num.* 12. & 13. Diana *tract.* 1. *resolut. moral.* 26. *part.* 1. & alii per Sperellum relati, inter quos controvertitur; an tunc Judex teneatur servare promissionem impunitatis, seu guidalici, si reus immunitate Ecclesiastica de jure gaudere non debebat, de qua quæstione, quam cum distinctione terminat, videndus est Reg. Cortiada *decis.* 76. & 77.

Baldus *in* §. *Item Sacramenta numer.* 19. *super feudis de pact. jur. fir.* inquit ibi: *Quæro utrum si Judex dat securita*30 *tem bannito in persona, & rebus, vel in altero tantum, & juret eam servare, numquid istud juramentum aliquid operetur? respondeo, nisi fiat jure permittente, ut notat Authent. de mandat. Princ.* §. *Sed neque hac col.* 3. iste enim nil scribit de guidato in crimine rebellionis, prout nec de illo loquitur Alex. in appostilla Bartoli *in l.* 1. §. *Non fuit*, *ff. de dolo*, qui tantum recitat verba Baldi.

Bartolus *in leg. Non omnes*, §. *Qui transfugit*, *ff. de re militari*, scribit, ibi: *Non tamen auderem dicere per istum* 31 *tex. quod Potestas, vel Capitaneus posset aliquem exbannitum rebannire si alium exbannitum sibi repræsentet: per hunc textum, qui dicit, posse ei parci. Nam puto, quod hoc non pertineat ad Rectores Civitatis, sed ad Superiorem: volum. 1. in fine supra de quæst. ultimo Notar. quod multa pollicenti non est fides adhibenda.* Non enim loquitur de salvo conductu, nec fidantia data, quia hæc observari deberet, licet dari non debuit, ut docet idem Bartol. *in dicto*

dicto §. Neque homicidis de mandat. Princip numer. 4. Afflict. *decis.* 4. quem postea omnes supra citati sequuntur tenet salvum conductum concessum ab Advocato Fiscali, absque speciali mandato domini, cuidam bannito rebelli nullum esse, & observandum non fore ratione publicæ fidei, quia Advocatus Fiscalis nullam prorsus jurisdictionem habuit, & tanquam privata persona reputatur respectu concessionis fidantiæ, notat hanc decisionem, Marta *ff. verbo salvus conductus, capit.* 2. & sequitur noster Xammar. *de offic. jud. part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 93. his verbis: *At Fisci Advocatus non est Judex, unde Cæsar Ursilis ad Afflict. ad dict. decis.* 4. *approbat Senatum decisum, quia Fisci Advocatus non videtur habere jurisdictionem, & numer.* 95. ita apud nos concludit: *Ego crederem, neque in Cathalonia Fisci Advocatum solum posse concedere salvum conductum, licet votum det in Concilio ad judicandum, quia non est Judex causæ Constit. statuim.* 9. *tit. de Advocats, y. Procuradors Fiscals.* 32

Intelligentia decisionis Afflictis 4 pendet à veridica distinctione, quam adhibuimus *supra num.* 7. ex Farinacio *quæst.* 29. *num.* 98. & aliis, ut quando quis salvum conductum concessit habet jurisdictionem illum concedendi, si non generaliter, & indistinctè saltem in aliquibus casibus, & ex aliqua causa, tunc salvus conductus, etiam in casu prohibito concessus debet servari, ne quis sub fide publica decipiatur: *Secus*, inquit, *si is, qui salvum conductum concedit, nullam prorsus, nec in aliquo casu habet facultatem illos concedendi: tunc enim servari non debet, ut in casu Afflict. in decis.* 4. *in qua fuit decisum, non suffragari bannito fidantiam datam à Fisci Advocato: quia Fisci Advocatus nullam prorsus habet jurisdictionem concedendi fidantias, nec sine causa, nec cum causa, ut benè annotavit Ursill. in addit. ad dictam decis.* 4. *num.* 4. (*nec dissentit Peregrin. in tractat. de privileg. Fisci, lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 9. *in fine, per text. in l.* 2 *& ibi Bald. ff. de Offici. Procon. Cæsar.*) *ideo habetur in isto casu tanquam privatus, & non tanquam publica persona.* 33

In his terminis debet intelligi Menochius *quæst.* 81. *num.* 14. ibi: *Declaratur tertio non procedere, quando is accusatus abesse ex causa criminis læsæ Majestatis, tunc illi securitas hæc concedenda non esset, ità Afflictis dicta decis.* 4. *in fine, post Jason in leg. conventionum, num.* 4. *ff. de pactis, & casu* 337. *num.* 10. ibi: *Declaratur secundo, ut locum non habeant pœnæ jam relatæ cum offenditur is affidatus, qui nullo modo affidari debuit, vel potuit; ut in casu decisio in Sacro Neapolitano Concilio, quemadmodum refert Afflictis decis.* 4. *concesserat Advocatus Fisci fidantiam bannito rebelli, qui jam à Principe condemnatus fuerat, fuit decisum in illo Concilio illi rebelli fidantiam non prodesse, tum ob criminis atrocitatem, tum quia inferior non potest dispensare contra factum superioris.* 34

Farinaccius *in praxi dict. quæst.* 29. *numer.* 89. scribit referens se ad Afflictis Jason. & Menoch. supra expensos, ibi: *Et ex hac limitatione judicem, nec etiam ex causa posse concedere salvum conductum bannito pro rebellione, vel pro alio capite criminis læsæ Majestatis scripserunt Afflictis dicta decis.* 4. *num* 4. *Jason. in leg. Conventionum num.* 4. *ff. de pact. qui alios adducunt concordantes, & Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 81. *num.* 14. Imo tantum abest, quod Farinaccius sit contrarius sententiæ, quam prosequitur, quia nihilominus illam confirmat, nam postquam in dicto *num.* 89. scripserat non posse salvum conductum concedi bannito pro rebellione, postea *num.* 95. sublimitat omnes præcedentes limitationes ante dictas (& per consequens etiam illam limitationem, quam de rebellione tradiderat) declarans illas intelligi ante salvi conductus concessionem; nam si Judices illum concesserint, debet servari, ne quis sub fide publica deceptus remaneat. 35

Caballus *resol. crim. casu* 50. etiam se refert ad Jasonem *in leg. Conventionum num.* 4. *de pactis*, & ad Alex. *in addit.* ad Bartol. *in leg.* 1. §. *Non fuit, ff. de dolo*, & ad decisionem *Afflictis* 4. & ad Menochium *in locis supr. citatis*. Guazz. *def.* 12. *capit.* 1. *num.* 58. *vers. Benè verum, quod si fuerit concessus*, nil etiam de novo addit, sed se confert ad Petrum Caballum *dict. casu* 50. & ad aliòs per ipsum allegatos. 36

Giurba *cons.* 80. Caballum, & Guazzin. citans breviter se expedit ajens guidaticum pro crimine læsæ Majestatis non esse servandum, & sic venit intelligendus juxta Doctores quos allegat.

Ad Giurba se refert Massin *de confisc. bonorum num.* 32. *quæst.* 5. Conciolo ad Giurba, Cabal. Guazzin, & Massin, *resol. crimin. verbo Salvus conductus resol.* 1. *num.* 5. *in fine* & tandem Luca ad Franc. *decis.* 258. *num.* 1. *in fine*, solum allegat Giurba, & Massin, & hi duo ultimi nil de casu quando salvus conductus est jam concessus. 37

His fideliter examinatis luculenter apparet, & luce clara innotescit devlandum non esse à supra fundata sententia quam indistinctè propter rutamen fidei publicæ expressavimus, videlicet, salvum conductum ab inferiore concessum etiam in casu prohibito servandum à Superiore esse, dummodo salvus conductus non sit datus à non habente aliquam jurisdictionem. 38

Novissimè ponderata fuerunt pro securitate guidatici, illud concessum fuisse ab inferiore justa causa præexistente, ibi: *Per cosas que convenen al servey de sa Magestat*, ex causa autem Judicem inferiorem à Principe salvum conductum concedere posse pro certo habetur, scripsimus supra *num.* 15. *& seqq.* maximè si causa respiciat publicam utilitatem, Farinac. *d. qu.* 29 *num.* 84. Merlin. *d. q.* 53. *cent.* 1. *n.* 14. Cancer. *var.* 2. *cap.* 2. *num.* 314. & urgentibus Bellis ob servitium Regium concessum salvum conductum ex justa, & publica causa concessum dici oportere docet Latro *decis.* 105. *num.* 11. 39

Ex expressione hujus causæ dubitari non potuit, nullo aliàs existente dolo, positum esse assecuratum in credulitate, & bona fide, quæ ei suffragari debuit pro beneficio guidatici. Nam guidàtici vis in sola credulitate consistit, Molf. *ad consuetudin. part.* 4. *quæst.* 57. *in addit.* Tapia *libr.* 4. *Jur. Reg. tit. de Morat. in tit.* 287. *& in decis.* 55. *Prat. respons.* 16. *num.* 18. *&* 21. Marin. ad Reverter. *in obser.* 187. *num.* 2. quos cum Latro *decis.* 105. laudat novissimè additionator Manfrella *numer.* 6 & ad propositum scripsit Mieres *collat.* 6. *tit. de homicidio, & guidatico, pag.* 405. *tom.* 1. *in novis.* ubi postquam statuit nulliter concessum esse guidaticum ab eo, qui dare non poterat, *num.* 5. sic docuit, ibi: *Si verò habuit justam causam credendi, nec fuit in dolo, vel lata culpa, & crassa ignorantia, & supina, nunc tali casu subveniendum est, ne decipiretur*, & ita forsan intelligenda sunt, quæ scripsit idem Mieres *collat.* 2. *part.* 1. *numer.* 45. *pag.* 14. *& collat.* 4. *num.* 37. 40. *&* 41. *pag.* 249. 40

Allegabat novissimè Fiscus pro inobservantia guidatici, & ejus nullitate assecuratum in salvi conductus impetratione non expressisse Vicarios rebellionis crimen, quod commiserat, atque ideò vitio obreptionis affectum esse, nec ei prodesse oportere, quia subreptio, seu obreptio ipso jure vitiat gratiam, *cap. Super litteris* 20. & ibi Baldus *num.* 20. *de rescriptis, cap. Si motu proprio*, 23. *de prabendis in sexto, cap. Dudum* 54. *verb. Insuper de elect. cap. Cum teneamur* 6. *de prabend. capit. Dicenti* 26. *vers. Etsi Regibus* 25. *quæst.* 2. *cap. Causam* 18 *cap. Significantibus* 38. *de offic. deleg. leg.* 1. §. *Quæsitum, ff. de appellat. l.* 1. *ff. de nat. rest. leg. Si quis* 29. *ff. ad leg. Corn. de falsis.* & his ac aliis pluribus allegatis Gonzalez Tellez. *ad dict. cap. Super litteras* 20. *de rescriptis*, & nullam meretur exequutionem; si ea, quæ tacita sunt in gratia movere possent Principem ad non concedendum, vel difficilius saltem, docet punctim Giurba *cons.* 80. *num.* 8. & 20. *cum seqq.* & post Socinum seniorem; & juniorem, Felin. & Crav. docet, & decisum refert Surdus *decis.* 307. *num.* 17. Menoch. *cas.* 337. *de arbit. num.* 7. Valenzuela *cons.* 59. *num.* 44 Capiblanc. *de Baronibus tom.* 2. *in prag.* 6. *capit.* 31. *numer.* 29. Latro *dec.* 105. *numer.* 56. Conciol. *resolut. criminal. verbo Salvus conductus resolut.* 1. *numer.* 6. *in fine*, Luca ad Franc. *decis.* 258. *num.* 2. 41

Sic considerant Doctores indulta, sive guidatica esse subreptitia, seu obreptitia, si delicta in supplicatione non exprimantur, Mieres in Curia Gerundæ Jacobi Secundi *collat.* 4. *cap.* 27. *num.* 42. *pagin.* 249. in novis, Latro *dict. decis.* 105. *num.* 57. aut si delicti qualitas non explicetur, ex Bald. Bossio, Ruin. Bertazol. Bajard. ad Clarum *in praxi quæst.* 32. *num.* 37. Farinac. *cons.* 3. *num* 10. Giurba *cons.* 80. *num.* 8. Surdus *decis.* 307. *numer.* 17. Thoro *in supplemento decis. verbo Guidaticum*; Quessada Pilo *dissertat.* 7. *numer.* 52. sufficit tamen, quod exprimantur majora delicta, quando omissa sunt minora expressis Farinac. *d. quæstion.* 29. *numer.* 57. Conciol. *verbo Salvus conductus resol.* 4. *num. final.* Luca ad Franc. *decis.* 258. *num.* 2. *versic. Puncti tualiter*, Guazzin. *defens.* 12. *capit.* 1. *num.* 58. Massin. *de confisc. bonorum quæst.* 5. *num.* 17. (vel in secundo guidatico de primo non fit mentio, Rovitus *decis.* 11. Scialoya *de foriud. capit.* 23. *num.* 35.) Basilicus *dec.* 24. *num.* 4. qui supradicta ampliat, etiamsi de aliquo delicto non fuissent captæ informationes. 42

Edicta-

Edictavit tamen Senatus ea non procedere in casu con-
43 troverso, quia non constabat de supplicatione aliqua oblata ex parte assecurati, nec aliàs de dolo interpetrantis resultabat, imò concessum erat guidaticum de officio, generaliter pro omnibus delictis, non etiam pro scelere particulari, & pro certo edocuit quod subreptio, seu obreptio, ut annullet gratiam debet esse dolosa, Giurba *cons.* 80. *num.* 20. Rota *decis.* 128. *num.* 1. *inter collectas per* Farinacium *num.* 1. (ubi fuit resolutum textum in dicto *capite super litteris de rescriptis* procedere etiam in gratiosis, Metlin. *controv. cent.* 1, *contr.* 54. *num.* 18. latè Gonzalez Tellez *ad d. cap. Super litteris* 20. *de rescriptis num.* 8.) & ex parte impetrantis extitit dolus in casu decisо per Larto *decis.* 105. sequuntur Conciol. *resolut. criminal. verbo Salvus conductus dicta resolut.* 1. *num.* 6. *in fine*. Luca ad Franc. *dict. decis.* 258. *num.* 2. & consideravit Quessada Pilo *dissertat.* 7. *num.* 52. Capiblanc. *de Baronibus tom.* 2. *pragm.* 6. *cap.* 31. *num.* 29. & eo relato noviter Manfrella *in observat. ad Latro decis.* 105. *num.* 8. ubi apertiùs rem exponit ajens, quod vel salvus conductus superioris culpa nullus redditur; & eo casu; cum reum illius fidem sequutum fuisse videatur, nulli dubitationi locus est, illum sibi opitulari: nam aliter deceptus remaneret, vel Superiorem reus decepit, qui fidem ei publicam dedit, hortando; ut ea, quæ sciret, sine metu indicaret, & tamen panca ex suis delictis fassus fuit; imo nec ea expressit, quæ sat fuissent ad gratiam denegandam, & tunc salvum conductum, sive guidaticum vitiari concludit.

Dolus enim impetrantis ipsi patrocinari non debet, *leg.*
44 *Itaque fullo*, 12. §. 1. *ff. de furtis*, rumpit fidei vinculum, juramentique relaxationem subministrat Valenzuel *consil.* 173. *à num.* 59. *usque ad num.* 73. *tom.* 2. neminem patrocinari debet, *cap. Ad nostram* 5. *de empt. leg.* 1. *in princip. ff. si quid in fraud. patro.* Ganaver. *decis.* 6. *numer.* 5. ex Surdo, Belleto, Farinac. Gratian. Barbosa *axioma. dolus* 79. *num.* 5.

Sicuti igitur quando guidaticum culpa superioris est nul-
45 lum, ne remaneat reus deceptus lex providit, ut in libertatem ponatur. Similiter quando ille decepit superiorem, libertate est privandus; nam contrariorum eadem debet esse disciplina, *l.* 1. *ff. quod quisque jur.* & regula stat, quod frangenti fidem, fides frangantur eid. *l. Cum proponas* 16. *C. de pact.* & non potest jure conqueri, quia damnum quod quis sua culpa sensit, sibi imputare debet, *capit. Damnum* 86. *de reg. jur. in* 6.

Consideratur dolus in impetrante, si non servat condi-
46 tiones salvi conductus, ex Paschali Franch. Cabal. scribit Capiblanc. *de Baronibus super pragm.* 6. *to.* 2. *cap.* 31. *num.* 30. Rovit. *super pragm.* 1. *de guidaticis num.* 3. Veral. *dec.* 39. *part.* 2. Farinac. *tom.* 2 *in post. dec.* 184. *numer.* 1. Rota Rubei *decis.* 602. *num.* 38. *par.* 1. *tom.* 2. quos laudat Manfrella ad Latro *decis.* 105. *num.* 9. (ubi de salvo conductu concesso cum ablativo absoluto quod importat conditionem, & in limitato non verificata qualitate, Pilo *dissert.* 7. *num.* 56, Conciol. *resol. crimin. verbo Salvus conductus*, *resol.* 4. *num.* 9. Luca ad Franc. *decis.* 258. *num. fin. ver. Obtinens*;) nam tunc abutitur salvo conductu, ut probant tradita à Farinac. *quæst.* 29. *num.* 55. *& seqq.* prout etiam eo abutitur quando conceditur, ut tutè quis ire posset ad aliquem locum, & id ipsum in supplicatione expressit, & domi stetit per plures dies, nec se ad iter præparavit, nec discessit, vel quando concessus est ad effectum se conferendi ad aliquem locum, nam licet concessus intelligatur tam eundo, quam redeundo, Guazz. *def.* 12. *cap.* 1. *numer.* 58. Massin. *de confisc. bonorum quæst.* 5. *num.* 9. Conciol. *resol. crimin. verbo Salvus conductus resolut.* 2. *per totam*, abutitur tamen quando assecuratus non curat reverti, sed imò multum aliò divertens, ad alia negotia tractanda, peragit, decisum tradit Fontanell. in illa famigerata causa Petri Masso *clan.* 4 *glos.* 15. *numer.* 156. sequitur Regent. Cottiada *decis.* 77. *num.* 13. qui reprehendit Berart. *de visit. cap.* 3. *num.* 12.

In his igitur casibus in quibus versatur dolus ex parte im-
47 petrantis non exprimendo delicta, vel qualitatem eorum, quæ vel movere possent Principem ad non concedendum salvum conductum, vel difficilius saltem, dubium non restat tanquam nullum subreptionis vitio, non esse observandum, sed hæc absunt in casu, quia salvus conductus non cernitur concessus ad partis impetrationem.

Præterea responsum fuit, quod ante suppositа, ut in pre-
48 cibus debeant exprimi omnes qualitates delicti, procedunt quando securitas impetratur pro aliquo particulari specificato delicto, nam tunc omnes ejus circumstantiæ, quæ potuissent retardare Principem ad illum concedendum, sunt exprimendæ, secus quando generaliter petitur pro omnibus delictis, verbis prægnantibus, universalibus, tunc, quia omne genus delictorum comprehenditur, non est necessaria dicta expressio, per ea, quæ benè ad rem tradit Castrens. *cons.* 30. *circa finem, volum.* 1. sequitur Nigro *controv.* 399. *num.* 25. *& seqq.* sentit Farinac. *qu.* 29. *n.* 57. Conciol. *verbo Salvus conductus resol.* 4. *n.* 12. Luca ad Franc. *dec.* 258. *n.* 2. *vers. Punctualiter*.

Et tandem responsum fuit quod etiamsi versaremur in salvo conductu concesso ad impetrationem partis, adhuc 49
tamen servandus foret, quia obiectum procedit in abolitione, & sic in dispositione proveniente ab ipso Principe, in qua verisimile non est, voluisse comprehendere atrociora crimina, secus in dispositione facta ad petitionem partis, quia ubi verba non repugnant, verisimile est impetrantem sibi pleniùs providere voluisse, & ideo Princeps debebat excipere casus, quos non intendebat complecti, ob id cautè semper locuti sunt Doctores docentes, quod assassinium non veniat in generali abolitione criminum, nam nunquam hoc dixerunt de generali securitate criminum impetrata, & quod ipsi, nec lex dicunt, nec nos dicere debemus, aliàs multi decipi possent sub fide publica, & quod in generali securitate omnium delictorum, sivè concessa motu proprio, sive ad partis petitionem, veniant omnia delicta etiam enormia, & etiam læsæ Majestatis, latè concludit Mugalot. *in tract. de salvo conductu part.* 3. *à numer.* 10. *usque ad num.* 18. & hæc cuncta recitat Nigro *d. controv.* 399. *num.* 34. *& seqq.*

Die 3. *Decemb.* 1659. *in R. C. Præsidente sua Exc. inter-* 50
fuerunt sequentes.

Nob. Josephus de Boxados, & Llull. Reg. Cant.
Paulus Puig Fisci Advocatus.
Ioannes Cellers.
D. Michael Pallarès.
Ludovicus Fercer.
Petrus Antonius Serra.
Josephus Aleny.
Josephus Rull.

Et disputato dubio fuit tand. concluſum ex majori parte salvum conductum observandum esse Jacobo N. hoc dubio 51
primo tantum inspecto.

Interim pondera scripta per Sperellum *decis.* 48. *num.* 50 ibi: *Quod quasò considerent criminalistæ, qui lucri, vel gloriæ cupidi, sæpè etiam in salvis conductis ab habente facultatem datis, cavillando, & subtilizando affectatas nullitates diligentissimè conquirunt, ut homines sub fide publica perdant, & sibi ipsis æternam damnationem parent*.

Secundum dubium resolvitur in dec. seq.

DECISIO XXIX.

ARGUMENTUM.

Salvo conductu pendente delicta committens, an puniri possit etiam pro delictis præteritis quando delicta noviter commissa sunt punibilia, & gravia, ubi traditur delictum delationis armorum, si illa sint proditoria, & insidiosa, esse grave propter pœnam triremium, qua illa deferens plectitur.

SUMMARIUM.

1 *Salvus conductus non comprehendit delicta futura, quod fortius procedit si quis commiserit delictum ante publicationem decreti abolitionis sub spe ipsius gratiæ.*
2 *Delinquens pendente salvo conductu plecti potest tam pro delictis noviter commissis quàm etiam pro delictis pro quibus salvum conductum obtinuit.*
3 *Hæc procedere quando post securitatem ex proposito deliquit procurans illam ad delinquendum, aliàs secus, est una opinio DD.*
4 *Ratio hujus opinionis assignatur, & explicatur quando do*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

do dicatur post securitatem delictum ex proposito committi.

5 *Ulterius opinantur quod si assecuratus aliqua justa causa, de novo deliquerit non punitur pro delictis preteritis.*

6 *Alia est opinio, & quidem verior, assecuratus committens delictum verè punibile ex proposito, & nulla causa de novo intervenienie (ut provocatio, aut propria defensio) perdit salvi conductus beneficium, & potest puniri pro delictis commissis ante securitatis impetrationem, maximè si nulla causa interveniente de novo, tale maleficium paulò post securitatem commisit.*

7 *Dictio maximè est augumentativa, & ampliativa.*

8 *Rationes assignantur.*

9 *Explicantur Peguera, & alii Doctores alterius opinionis.*

10 *Factum.*

11 *Ratio dubitandi.*

12 *Est certum, ut beneficium salvi conductus amittatur per subsequens delictum, quod requiritur, ut sit verè punibile.*

13 *Non sufficienter probato delicto noviter commisso reus ponitur in pristinam libertatem.*

14 *Si pro novo delicto adsint indicia ad torturam, inquisito dantur defensiones, & si tortus non confitetur delictum, reponitur in vim salvi conductus in pristinam libertatem.*

15 *Decisio Senatus.*

16 *Assecuratus non perdit beneficium guidatici si noviter delinquat, quando delictum est leve.*

17 *Armorum delatio est delictum leve, quod limitatur nisi arma essent insidiosa, & proditoria, num. 19 & 20.*

18 *Pro armorum delatione puniri non debet, quia ea defert videntibus, & tollerantibus superioribus; debet tamen tollerantia probari, quia in dubio ea non præsumitur, & tollerantia extra Civitatem Barcinonæ, licentiam non inducit n. 22.*

21 *Pœna triremium tam perpetuò, quàm ad tempus gravis dicitur, & grave dicitur delictum quod illam pœnam meretur.*

23 *Decisio Senatus, & num. fin.*

24 *Alia decisio junctis tribus aulis.*

25 *Alia decisio.*

26 *Ponderatio harum decisionum, & n. 27.*

NUlli dubium est, quod salvus conductus non comprehendit delicta futura, Marta *vot.* 143. Luca *in decis. Franc. observ.* 468. *num.* 1. *& in observ.* 360. Latro *dec.* 105. *num.* 40. & ibi Manfrella *num.* 10. Mastrill. *de indult. cap.* 6. *num.* 5. *verbo Amplia*, Salgado *de Reg protect. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 56. Peguer. *part.* 2. *decis.* 30. *numer.* 4. Fontanel. *decis.* 583 *à num.* 7. *part.* 2 Cabal. *resol. crimin.* 115. Thoro *in comp. decis. part.* 1. *verbo Indulgentia delictorum fol.* 267. *& verbo indultus, fol.* 286. pluribus laudatis Reg. Cortiada *decis.* 73. *num.* 13. *& seqq.* quia licet dolus præteritus remitti possit, non tamen potest dolus de futuro; ne detur occasio delinquendi, Latro *decis.* 105. *numer.* 29. quod fortius procedit, si quis commiserit delictum ante publicationem decreti abolitionis, sub spe ipsius gratiæ, ut Mastril. latè, & Manfrella, qui allegat Farinac. *q.* 6 *n.* 57. Clarum §. *fin. q.* 59 *n.* 21.

1

At verò in ancipiti versatur cura DD. an pro delictis pendente salvo conductu commissis infringatur salvus conductus, non solum quoad ipsa delicta noviter perpetrata, verùm etiam quoad delicta præterita, in qua re video tenere nostrum Canc. *var.* 2 *capit.* 2. *numer.* 314. Deci. *in capit. Constitutus num.* 7. *de appellat.* Gran. *de bel. exul. quæstion.* 2. *num.* 9. quoad delicta præterita non amittere beneficium salvi conductus, contra quos est verior, & communior opinio, videlicet quod delinquens pendente salvo conductu plecti potest pro illis delictis pro quibus salvum conductum obtinuit, quam sequuntur Jodocus *in prax. capit.* 29. *num.* 7. Hercul. *da caut. de non offend. cap.* 37. *num.* 2. Menoch. *de arbit. cas.* 337. *num.* 15. *& consil.* 244 *num.* 32. *& seqq. lib.* 3. Farinac. *in prax. quæst.* 29. *num.* 60. *& conf.* 131. *num.* 15. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 118. *num.* 1. 2. *& seqq. cent.* 2. Guazzin. *defens. reor.* 12. *capit.* 1. *num.* 58. *& seqq.* Massin. *de confisc. bonorum, quæst.* 5. *num.* 18. *& sequent.* Conciol *resol. crim. verb. salvus conductus resol.* 5. Peguer. *tom.* 1. *dec.* 30. Font. *de pact.* 1. *cap.* 4. *gloss.* 15. *n.* 157 Ramon. *consil.* 11. *n.* 28. *& conf.* 53. *n. fin* Xam. *de privil. Civit. Barcinonæ* §. 16. *n.* 29. *cum dec. Senatus*, Pasc. *de viribus patr. pot. par.* 4. *cap.* 3. *n.* 18. Franc. *dec.* 258. *&* 717. Merlin. *q.* 40. *tom.* 1. *n* 16. Novar. *de guidat. prag.* 1. *n.* 8. Basil. *dec.* 24. *n.* 5. Scialoya *de foroiud. cap* 23. *n.* 16. *cum seqq.* Luca ad Franc. *dict. dec.* 258. *n.* 3. Thoro *in compend. dec. par.* 1. *ver. Captus pendente securitate*, Rovit. *in prag.* 1. *de guidat. n.* 1. Sanfelic. *dec.* 48. *tom.* 1. Quessada Pilo *dissert.* 7. *n.* 25. Salgad. *de Reg. protect. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 56. cum pluribus R. Cortiada *dec.* 73. *num.* 15.

Variè tamen loquuntur DD. citati circa antedictam opinionem, quia affirmant aliqui, quod tunc amittitur salvi conductus beneficium, & puniri potest assecuratus pro antiquis delictis, quando post securitatem, ex proposito, & deliberatè delinquit, apparerque, quod salvum conductum sibi procuravit causa committendi delictum, existimantes, quod ut puniri possit pro antiquis delictis requiritur animi deliberatio, & intentio committendi delictum, capta antequam salvus conductus concedatur, & ideò si deliberatè, & ex proposito post salvum conductum delinquit, si non apparet delinquendi deliberationem captam fuisse ante salvi conductus concessionem, ex quo ejus intentio non fuit delinquere à principio, puniri tantùm potest pro delictis post securitatem commissis, & non pro antiquis: hujus opinionis Antesignanus est Deci. *in cap. Constitutus Lo primer.* 23. *col.* 2. *vers. Ex quibus extra de appellat. & in l. Cum proponas* 21. *num.* 6. *Cod. de pactis*, ibi: *Quod si ille qui habet salvum conductum, & securitatem à Republica pro delictis commissis, novum committat delictum quo casu Respublica offenditur, non tamen per hoc securitas data rumpitur*, quia fides non debet frangi, etiamsi frangatur ab adversario, quando promissio fuit facta ad diversa, sequitur Blanc. *in pract. crim.* §. *datis defensionibus num.* 54. Caballus *resol. crim. casu* 118. *à n.* 6. Farin. *qu.* 29. *n.* 61. *in princip.* Bello *de potest. cor. qua sunt in continent. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 11. Peg. *dec.* 30. *n.* 4 *tom.* 4. Ramon. *consil.* 11. *nu.* 28. citatur etiam pro hac opinione, Menoc. *de arbitr. cas.* 337. *nu.* 15. Joseph Ludovic. *dec. Lucen.* 11. *n.* 37. Xam. *de privil. Civit. Barcinonæ* §. 16. *nu.* 31. Paschal *de virib. pat. potest. part.* 4. *cap.* 3. *n.* 18. Rovit. *super prag.* 1. *de guidat. in princ.* qui affirmant etiam præsumi animo delinquendi salvum conductum petitum, quandò paulò post illum impetratum, quis deliquit.

3

Ratio in qua fundantur istius opinionis Doctores, est, quia hoc casu impetrans salvum conductum prævia delinquendi deliberatione Rempublicam fraudare voluit, & causa salvi conductus fuit falsa, qua aliud erat in intentione, aliud in verbis, & salvum conductum perdere debet, eo quia salvo conductu abutitur, docent Blanc. Pegu. & Caballus *supr. citati*, qui pariter ajunt quod prævia delinquendi deliberatione impetrasse salvum conductum dicitur, quando paulo post securitatem delictum ex proposito nulla causa interveniente, de novo committit. Cabal. *dict. cap.* 118. *n* 9. Menoc. *cap.* 337. *n.* 15. Xam. *de privil. d.* §. 16. *n.* 30. Farin. *d. quæst.* 29. *num.* 61. hanc rationem mutuarunt à Nello *in tract. de bann.* 2. *part.* 2. *tempor. quæst.* 16. *n.* 16. ibi: *Quod maximè verum est si nulla causa interveniente de novo tale maleficium parum post securitatem commisit, præsumitur enim dolosè illam impetrasse, & sic eum juvare non debet.*

4

Et ulterius affirmant quod si assecuratus aliqua justa causa de novo interveniente deliquerit, ut puta lacessitus, provocatus, aut ad sui defensionem non pro antiquis delictis, sed pro excessu puniri potest.

5

Secunda adest Doctorum opinio, quam sine dubio veriorem esse credo, & in judicando observandam, quod assecuratus committens delictum verè punibile, ex proposito, & deliberatè, nullaque causa de novo interveniente (utpotè provocatio, aut propria defensio, quia tunc tantum punitur de excessu) perdit salvi conductus beneficium, & potest puniri pro delictis commissis ante securitatis impetrationem, Nellus *in tract. de bann.* 2. *par. secund. temp. dic. quæst.* 16. *num.* 16. ubi affirmat quod bannitus assecuratus committens aliquod grave maleficium, puta, quia aliquem vulneravit, vel interfecit, perdit securitatis beneficium, & impunè offendi potest, & illum capiens habebit præmium ab statuto ordinatum; & postea subdit, verba sup. jam relata *n.* 4. Ex qua doctrina concludi non potest, ergo ex Nelli doctrina, ut salvi conductus beneficium amittatur requiritur delinquendi deliberatio præcedens salvum conductum prout argumentantur Caball. *d. cas.* 118. *nu.* 8. *&* 9. & alii citati pro contraria opinione.

6

Quia

Quia dictio *maximè* ibi posita denotat solum quod ibi
7 ratio est potentior, & non excludit casum præcedentem, est enim augumentativa, & ampliativa, Barb. *dec.* 197. *n.* 5. & 6. hanc eandem secundam sententiam tuentur Farin. *qu.*29. *n.*59. & 61. *in fine*, Joseph Ludovic. *dec. Lucen.* 11. *à n.*29. Guazzin. *def.*12. *cap.*1 *nu.*58. *vers. Habens autem*, Surdus *dec.*307 *nu.* 13. & 14. Ricc. *collect.* 1385. Franc. *dec.* 258 & ibi Addit. Amendola (& noviter Luca *n.*3.) & *dec.* 717 Farin. *cont.*131. *à n.*15. Font. *de pact.*1 *claus.*4. *glos.* 15. *n.*157. sentit Scialoya *de forjud. cap* 23 *n.*18. & *seqq. juncto n.*21. Salgado *de Reg. protect. par.*2. *cap.*4. *n.*56. & *seq.* Thoro *in comp. dec. part.* . *ver. Captus*, *pag.* 75. & cum aliis citatis R. Cortiada *dec.*73. *n.*15 Massin *de confisc. bon. quæst.* 5. *num.* 20. Basilic. *decis.* 24. *num.* 5. Conciol. *resolut. crimin.* 5. *verbo*, *salvus conductus*, *num.* 5. Crespi *obser.* 87. *num.* 32.

Rationes quibus fundantur Doctores isti sunt, quia sal-
8 vus conductus habet in se tacitam conditionem, nisi assecuratus concedentem offenderit, aut offensionis causam præbuerit *argum. l. Quæro* 54. §. *interlocutorem*, *ff. locati*, *l. Quid ergo* 53. §. *Si hæres*, *ff. de leg.* 1. & satis dicitur offendi concedens per delictum ab assecurato commissum, cum per illud Princeps, & Respublica offendatur. *l. Si quis ingenuam* 21. §. *In Civilibus*, *ff. de capt. & post. rever. l. Ita vulneratus* 51. *ff. ad leg. Aquil.* 2. ulterius quia salvus conductus est privilegium, sine illo enim non potest delinquens in Civitate commorari, & ideo delinquendo dicitur abuti salvo conducto, qua propter ipso jure privatus illo remanet, has, & rationes referunt Farinac. Nellus, Franch. & alii ubi proximè.

Nec ab hac opinione dissentire videtur Peg. *d. decis.* 30.
9 *num.* 4. *tom.* 2. quia etsi dicat quod ut amittatur salvi conductus beneficium requiritur, quod appareat sibi assecuratum procurasse salvum conductum causa committendi delictum dicit tamen *eodem numer.* 4. *in princip.* Quod, *committendo post securitatem concessam, de novo delictum, nulla causa interveniente, præsumitur delinquentem dolosè securitatem impetrasse*, & ideo præsumitur, quod eam impetravit causa committendi delictum, quod unum in verbis, aliud in intentione gerebat, & sic quod voluit Rempublicam fraudare, idem tenet Farin. *d. q.*29 *n.*61. circa medium, Menoch. *casu* 337. *n.*15. ibi: *Nisi ex proposito sub Clypeo salvi conductus deliquisset*, quasi idem sit delinquere ex proposito, ac sub Clypeo salvi conductus, & observavit Senatus Neapol. ut testatur Franch. *decis.*258. Rota Lucens. Joseph Ludov. *d. dec.*11. *à num.*59. & Tribunal Urbis Romæ, per Farinac. *cons.* 132. *à num.* 14. in puncto delicti delationis instrumentorum manualium parvæ mensuræ commissi post salvum conductum, & etiam Senatus noster, die 3. Febr. 1541. ut infra patet.

Ex quibus, ut super facto certum proferatur judicium
10 illud iterum refertur, Jacobus N. salvum conductum obtinuit, die 30. Maii 1658. & latrocinium (de quo accusaba Fiscus) commisit 25. Novemb. 1658. & delictum delationis armorum parvæ mensuræ, die quo fuit captus, scilicet 25. Novembris ejusd. anni, quapropter delicta perpetravi quinque mensibus ferè elapsis post securitatem, sicque verè, & ex proposito, nullave ex causa post illam de novo delinquit, unde illius securitatis beneficium amisisse dicere jam oportet, hujus indubitatæ sententiæ rationem, ut evitaret reus, sequentia exposuit.

Quod si secunda supra relata opinio verior foret, & ser-
11 vanda esset in praxi, tamen ipse puniri non poterat pro delictis præteritis, quia beneficium securitatis per scelera noviter patrata perdere non valuit. Non propter latrocinium quod ei imputabatur commisisse 25. Novem. 658. quia de illo, nec plenè, nec semiplenè constabat nec indicia aderant sufficientia, ut super illo torqueri posset.

Et est certum etiam juxta secundam opinionem, quod ut beneficium salvi conductus amittatur per subsequens de-
12 lictum requiritur, quod sit verè punibile, aliàs non amittitur. Ramon *cons.* 53. *in fin.* Xam. *de privil. Civit. Barcinon.* §. 16. *num.* 30 Luca *dec.* 258. ad Franc. *num.* 3 Basil. *d. dec.*24. *n.*5. Tapia *super ritu* 287. *nu.*9. Capibianc. *de baron. ad prag.* 1. *n.*57. Merlin. *cent.* 1. *cap.*40. *n.*17. Thoro *in compend. dec. par* 1. *verbo Captus pendente securitate*, Font. *de pact.* 1. *clav.*4. *glos* 15. *n.*158. & quod sit grave, & punibile Pascal. *de virib. pat. pot. par.*4. *cap.*3. *n.*18

Et non sufficienter probato delicto noviter commisso,
13 reus ponitur ad pristinam libertatem, prout bis observatum fuisse à Senatu Neapol. refert Franch. *decis.* 717. ubi Gregorius Arcurus assecuratus propter servitia Regiæ Curiæ præstita, fuit accusatus, quod securitate pendente in strata publica latrocinium, & raptus commiserat, & fuit decisum per Senatum, quod reponeretur in pristinam libertatem, quia ex informatione recepta non resultabat aliquid ex quo contra eum procedi posset, nec ad torturam, nec ad condemnationem, *& decis.* 590. excarceravit Joannem Baptistam de Lama impetitum de homicidio pendente guidatico, quia nihil ex informatione resultabat contra captum, & quamvis testes dicerent quod cognoscerent homicidam, si viderent, locum dare noluit recognitioni personæ per Fiscum instatæ.

Licet igitur (ut præhabetur) non constito de novo delicto assecuratus non perdat beneficium securitatis, si tamen 14
pro novo delicto adsint indicia ad torturam, ipsi inquisito dantur defensiones, & non purgatis indiciis torquetur, & si tortus non confitetur delictum, reponitur ad pristinam libertatem, ita decisum testatur Sanfelic. *decis.*48. *tota* & sequitur Scialoya *in prax. forjud. cap.*23. *n.*20.

Hanc exculpationem uti veram admiserunt Domini, nec d. Jacobum N. privandum beneficio salvi conductus propter latrocinium censuerunt, quia meritis processus atten- 15
tis ad aliquam pœnam propter relatum delictum condemnari non poterat.

Pariter non amisisse beneficium salvi conductus ob delationem armorum exponebat reus, ob duplici ratione, 16
prima quia, ut suprà probatur, assecuratus non perdit beneficium guidatici, si noviter delinquat, quando delictum est leve.

Armorum delatio, licet de jure sit prohibita *in authent. de armis in princ. l.*1. *ad legem Jul. de vi. l. Unica*, *C. ut armorum usus*, quod verum est, maximè rusticis, *c.* 1. §. *Iniuriarum de pace tenen. verb. Si quis rusticus in usi. feud.* tam 17
Laicis, quam Clericis *cap. Clericis* 2. *de vita, & honest. Clericorum*, cum arma Clericorum sint lacrymæ, & orationes Can. *cum verior* 23. *q.*8. Sperellus *dec.*122. *nu.*1. *part.*2. Conciol. *resol. crimin.* 24. *ver. Arma*, latissimè Gonzalez Tellez *in d. cap. Clerici* 2. *de vita, & honest. Cler.* comprobant Rovitus *super prag.*4. *de armis*, *num.*15. & 22. Massin *de confisc. bonor. quæst.*8. *n.*1. Urtel. *conclusione* 143. *nu.*26. Farinac. *in prax. qu.* 108 *n.*3. Leve tamen delictum reputatur, & viginti solidorum pœna deferens plectabatur, recitat idem Farinac. *ibidem n.*7. qui *num.*52. ait quod gravius meretur puniri, qui defert magis insidiosa, Giurba *obs.*45. *nu.* 1. Massin *suprà cit. num* 2. & sic inspecto jure communi delationem armorum esse leve delictum prosequitur ex Bartol. Decian. Chartar. Thoro, Daniel. & aliis, R. Cortiada *dec.*71. *num.*5.

Secunda quia, reum defendebat tolerantia Officialium non prohibentium illa extra Civitatem Barcinonæ deferri, 18
& puniri non debet ex armorum delatione, qui ea defert videntibus, & tolerantibus superioribus, Butsat. *cons.* 77. *num.*9. *& sequenti, & cons.* 141. *num.*4. *& cons.* 331. *nu.*5. Urtel. *concl.*143. *n.*95. R. Vinnes *in disc. celeb. cur. discurs* 8. *num.*160.

At primæ rationi fuit dictum, delationem armorum (quæ proditoria, & insidiosa sunt) grave esse delictum, & de u- 19
re verè punibile ex lege Julia de vi publica per legem 1. *cotit* Farin *d. qu.*108. *à n.*1. & 52. Giurba, & Massin. supra citati, & in Cathalonia vigore, tunc, edictorum Exc. Locumt. Generalis *cap.*28 puniebatur deferens pœna remigandi per decennium.

Sic Roccus *de off. rub.*16. *num.*37. scribit ibi: *Quia delictum asportationis armorum in Civitate nostra non dicitur* 20
*leve, nam pro eo imposita est pœna triremium, & ad cognoscendum an crimina sint gravia, & atrocia, vel levia, recurrendum est ad pœnam impositam pro illo delicto. Bart. & Ang. in l. Levia, ff. de accusat Barb. in apostil. ad Abb. in cap. Etsi Clerici §. de adulteriis n.*7. *de Jud. Host. in cap. Non asseramus* 24. *q.*1. *Aym. cons.*6. *num.*18. *idem Barb. cons.* 48. *l.*2. *Socc. cons.*157. *n.*5. *l.*2. *Dec. cons.*65. *Cepol. cons.* 11. *nu.* 25. *Brun. in tract. de ind. & tort. qu.* 3. 3. *part. n.*4 *Conrad. in pract. tit. de iniuriantibus*, *n.*8. *pag mihi* 404. *col.*1. *Hieron. de Monte*, *q.* 16. *nu.* 14. *Clar. in pract. §.*1. *vers. Sunt etiam Sforz. Odd. in tract. de restit. in integ. q.*80. *Farin. de delict. & pœn. q* 18. *n.*83. *in pract. crim.*

*Pœna autem Triremium tam perpetuò, quàm ad tempus, cum gravis dicatur ex eo, quia in locum damnationis ad metallum succedit, Capic. dec.*153. *num.*3. *Gram. decis.*32. *nu-* 21
*mer.*4. *Carrer. in pract. in tract. de homicid. §. Circa quartum, & ultimo primo quæro, quæ pœna erit imponenda, nu.* 8. *& 9 pag. mihi* 252. *Diaz. pract. Canon tit. de corporalibus rub.*135. *Mantua in l. Transigere*, *num.* 5. *Cod. de transact.*

alii-

aliique adducti per Farin. in tit. de delict. & pœn. q. 19. num. 14. *uti capitalis, & privativa libertatis gravis existimatur, Julius Clarus in §. fin. q. 67. nu. 1. & Farin. in pract. crim. de delict. & pœn. d. q. 19. nn. 14. ideo hujusmodi delictum asportationis armorum grave dicitur*, plures relati Conciol. *resol. crim. ver. Arma, resol. 4. n. 4. & verbo Birruarius resol. 3. n. 2.* & nos *dec. 8. n. 7.*

De tolerantia Officialium non constabat in processu, &
22 per eum qui illam allegabat probari oppottebat, quia in dubio ea non præsumitur, Farinac. *q. 103. n. 292.* & fuit decisum à Rota per Gregorium *decis. 371. num. 3.* Ursel. *conclus. 143. num. 95. vers. Declara* nec tolerantia Officialium extra Barcinonam, reum defendere potuit, quia licentiam non inducit, nec deferentes excusat. Farinac. *q 108. n. 125. & 126.* Ursel. *d. concl. 143. n. 26.* an consuetudo excuset, Conciol *resol. crim. 21. ver. Arma.*

Ex quibus omnibus apparebat dicendum, Jacobum N.
23 salvi conductus beneficium amisisse, & puniri posse non solum pro delatione armorum parvæ mensuræ, sed etiam pro crimine læsæ Majestatis ante salvum conductum commisso, pro ut in simili decisum refert Farinac. *d. conc. 131. à nn. 14.* & etiam junctis tribus aulis decisum fuit in Senatu Cathaloniæ.

24 *Die 29. Januarii 1541. Barcinonæ in R. C. Præsidente sua Exc. interfuerunt, &c.*

Petrus Arnaldus Gort R. Cancel.
Franciscus de Vallesica.
Hieronymus Dalmau.
Franciscus Castello.
Bartholomeus Marti.
Franciscus Montaner.
Petrus Clariana.
Stephanus Salavardenya.
Franciscus Cavila.
Antonius Piquer.
Petrus Onuphr. Font.
Bernar. Ribalter.
Ludovicus Vilana.
Franciscus Romeu.
Estephanus Puig.

„ In facto F. P. & partis instantis contra Felicium Balda-
„ lo, &c. (sunt 30. delati) facta relatione per Romeu me-
„ ritis processus, &c. d. Romeu est intentionis quod proce-
„ datur ad ulteriora in causa, & de prætenso guidatico habea-
„ tur ratio in diffinitiva, qualis de jure, habenda sit, idem
„ Clariana, Salavardenya, Cavila, Ribalter, Vilana. Steph.
„ Puig. est intentionis attento quod deliquit post guidati-
„ cum, quod procedatur ad ulteriora causæ, idem Castello,
„ Vallesicca, Dalmau, Marti, Montaner, Piquer, Magnifi-
„ cus Reg. Cancel. Exc. Dom. Locumt. Generalis conclu-
„ dit cum voto dicti Puig.

25 „ Die 3. Februarii 1541. Barcinonæ in Regio Concilio,
„ Præsidente sua Exc. interfuerunt omnes prædicti dempto
„ Castello.

„ In facto F. P. & partis instantis contra Salvium Ponsich,
„ &c. (& quatuor alios extriginta in antecedenti conclu-
„ sione delat.) delatos, & inculpatos de resistentia facta Illu-
„ strissimo Dom. Locumt. Generali, & aliis suis Officialibus, &
„ Ducibus diversarum personarum, & de aliis criminibus,
„ & delictis, facta relatione per Romeu, &c. Romeu est in-
„ tentionis, attento, quod prædicti excesserunt in eorum
„ defensione, guidaticum eis non suffragari, sed quod pro d.
„ excessu puniantur ad servitium Regiarum triremium in
„ perpetuum, idem Puig., Salavardenya, Ribalter, Font.,
„ Vilana, Franciscus Montaner Fisci Advocatus est inten-
„ tionis, quod quia dicti Salvius Ponsich, &c. deliquerunt
„ post guidaticum, eis non suffragari, & quod sunt Rei mor-
„ tis, & quod suspendantur in alta furca, &c. taliter, quod
„ naturaliter moriantur, &c idem Vallesica, Dulmau, Mar-
„ ti, Clariana, Cavila, Piquer, Reg. Conc. Locumt. Gene-
„ ralis concludit cum voto d. Montaner, &c.

Hoc exemplar punctim decidit dubium, juxta sententiam,
26 quam secundo loco exposuimus, quia guidati deliberatè resisteruot, cujus delicti committendi intentio, non potuit præcedere guidaticum; & licet sex primi discordare videantur; non tamen in effectu discordarunt, quia delictum commissum non existimarunt esse resistentiam, sed propriam defensionem, & ideo nihil mirum si pro excessu reum damnarunt, si verò delictum resistentiæ, juxta eorum opinionem fuisset; pro certo habeo, pronuntiassent, ut reliqui.

27 Omnibus hucusque dictis maturè discussis, die 3. Decembris 1659. Barcinonæ in R. C. quo interfuerunt omnes fuit conclusum: *In facto exceptionis malè capturæ per Jacobum N. Agricolam Parochiæ, &c. cum supplicat. oblata 17. Junii 1659. ob pretensum guidaticum ei concessum per Vicarium Minoriss. die 30. Maii 1658. facta relatione per Magnificum Josephum Rull, I. R. C. meritis, &c. fuit conclusum, quod procedatur ad ulteriora non obstante pretenso guidatico, Scriba Oriol, & Marcer*, de his exemplatibus mentionem facit R. Cortiada *dec. 93. n. 15.*

DECISIO XXX.

ARGUMENTUM.

A quibus sit pax, vel remissio obtinenda; an in adulterio remissio mariti sufficiat, & si consanguineus concurrat cum hærede extraneo quis præferatur in remittendo necem defuncti, cum intelligentia diversorum jurium, & an si concurrat cum filio, & quid si filius cum uxore, & quando ex his alter negligit accusare, & reliqua ad materiam pacis habendæ à personis coniunctis, juxta ordinem succedendi latè discutitur, & de requisitis remissionum pariter indagatur.

SUMMARIUM.

1 *Accusare, & remittere sunt correlativa, & regulariter, qui accusare potest, remmittere potest, ubi remissivè de personis, quæ valent accusare.*

2 *Pars, quæ tanquam unus de populo admittitur ad accusandum, non potest impedire Principis gratiam.*

3 *Qui iniuriam patitur, potest illam remittere: remissio tamen de vulnere non extenditur ad mortem, nisi expressè de morte quoque, si sequatur, à vulnerato mentio facta sit, vel ex conjecturis constet, animum vulnerati fuisse ad mortem etiam remissionem extendere, ubi ratio assignatur.*

4 *Decisio Senatus, ubi an remissio recepta per Confessarium sit sufficiens, & an in testamento, remissivè.*

5 *Judex non potest remittere iniuriam sibi factam, cum nedum Judici illata sit, sed & dignitati.*

6 *Vivente filio in quem iniuria facta est, pater remittit iniuriam, etiam invito, & ignorante filio.*

7 *Limitatur primo, si iniuria facta filio sit atrox, & ubi intervenerunt cades, vel vulnera.*

8 *Observantia Senatus Mediolanensis, ubi quod si filii personaliter offensi rumperent pacem cum patre factam, non tenentur uti fractores pacis.*

9 *Limitatur secundo, quando pater esset vilis persona, & infimæ conditionis, & filius esset persona honesta, vel in dignitate constituta.*

10 *Limitatur tertiò, quando filius est emancipatus, vel à patris potestate solutus.*

11 *Limitatur quartò, quando iniuria fuit facta filio à persona coniuncta.*

12 *Monachus ante professionem rectè agit pro iniuria sibi, aut suis illata, eamque remittit, post professionem si de iniuria ei facta, ejusque nece vindicanda agatur, Monasterio jus competit, & ei communicatur lucrum proveniens ex remissione, si sit bonorum capax; si de patris, consanguineorumve iniuria Monachi tractetur, non Monacho, nec per eum Monasterio, sed proximioribus post Monachum jus defertur.*

13 *Filius non admittitur pro iniuria patris ad accusandum vel remittendum, nisi pater honorem prosternens agere nequeat; pro cognati iniuria, qua familiaris sit, & & totam familiam denigret, poterit non iniuriatus agere, prout ibi declaratur.*

14 *Si pater de filio, qui cum iniuriavit conqueratur apud Judicem, remittente patre filius absolvitur, nisi iniuria atrox sit, nam & Judex carcerare debet filium ad instantiam patris, si pater sit persona honesta, & discreta, & debet filium punire pœna à patre designata, quæ non procedit respectu matris, quæ tantum habet modicam coercitionem.*

15 *Pro iniuria facta uxori maritus accusat, & remittit, quia crescit delicti magnitudo ex dignitate viri.*

16 *Idem procedit, si iniuria sit facta sponsæ de præsenti, & si quid dabitur huius remissionis causa, coniugalis societatis ratione communicatur, at sponsus de futuro si accuset, fiscus accusationem prosequitur.*

17 *Permittitur etiam uxori accusare, quando ei principaliter, vel in consequentiam iniuria sit.*

18 *In iniuria facta nurui competit actio socero, & quando concurrunt pater, & socer, quis sit præferendus.*

19 *Si iniuria est facta marito, mulier pro ea non agit, nisi principaliter tangeret honorem uxoris, ubi exempla.*

20 *In adulterio voluntariè per uxorem commisso sufficit sola remissio mariti.*

21 *Hodie est in facultate mariti, ut adulterium puniatur, nec ne.*

22 *Apud criminalistas communiter traditur, quod in crimine adulterii ex officio procedi non potest, ubi remissivè de gravitate delicti adulterii, & idem procedit in sponso.*

23 *Limitatur primò, quia Iudex Ecclesiasticus, cum adulterium sit mixti fori, procedit de officio.*

24 *Limitatur secundo in delicto adulterii notorio, ubi explicatur quando sit notorium.*

25 *Ea ratione poterit procedi de officio, quando mulier nupta est vulgaris, & ob præsumptam scientiam, maritus, ut leno tunc punitur.*

26 *Limitatur tertiò, quando adfuit accusator, licèt postea ab accusatione desistat, quod declaratur.*

27 *Non est permissum uxori virum de adulterio accusare, ubi ratio assignatur, & remissivè an in concubinatu successivo etiam contra personas, ubi non procedit sine instantia partis, possit de officio procedi.*

28 *Quoties per vim mulier est adulterata, & viro, & ipsi competit actio ad accusandum, & requiritur etiam remissio uxoris, prout etiam requiritur in crimine raptus.*

29 *Competit ius accusandi, & per consequens remittendi primò descendentibus, usque in infinitum, secundo ascendentibus, etiam usque in infinitum, & collateralibus, & usque ad quem gradum, iuxta gradus prærogativam eo ordine, quo defertur successio ab intestato.*

30 *Leges aliquem in accusando, & per consequens in remittendo præferentes considerant majorem affectionem.*

31 *Adducuntur duæ fallentia in quibus in iure accusandi, & remittendi receditur ab ordine succedendi ab intestato, quæ amplius infrà enodabuntur.*

32 *Ius faciendi pacem competere, non ratione hæreditatis, sed sanguinis probatur.*

33 *Ex remissione facta per filium, nulla dicitur adita hæreditas.*

34 *Filius, se abstinet ab hæreditate paterna potest accusare, & remittere necem patris.*

35 *Filius exhæredatus potest accusare, & remittere necem patris, stante statuto, ne remittatur delictum, nisi obtenta pace ab hæredibus occisi, nam statutum intelligendum erit de hæredibus sanguinis.*

36 *Stante statuto, ne remittatur delictum, nisi obtenta pace ab hæredibus occisi, statutum intelligendum erit de hæredibus sanguinis.*

37 *Mulier licet per transitum ad secunda vota de acquisitis libenter à viro efficiatur usufructuaria, proprietate salva favore filiorum ex illo matrimonio, attamen quod consequuta fuerit ex remissione facta necis viri, non tenetur illud reservare, ubi ratio assignatur.*

38 *Filius, aut alius coniunctus aliquid recipiens pro necis remissione, ad nihilum pro dicta quantitate tenetur creditoribus defuncti.*

39 *Unde sic, refertur opinio existimantium, quod si ex una parte concurrat hæres extraneus, & ex altera consanguineus, is extraneo præferri debet in accusando, & remittendo.*

40 *In contrarium ius faciendi pacem esse hæreditarium, & sic hæredes esse præferendos consanguineis, cum rationibus à Doctoribus amplectitur, ut infrà nu. 53.*

41 *Si plures sunt hæredes ab omnibus est pax habenda, nec sufficit, si à maiori parte pax habeatur, & hoc iure utimur in Cathalonia.*

42 *Tradunt quidam DD. ab hæredibus bonorum, & sanguinis pacem habere tutius esse.*

43 *Opinio Auctoris est, quod non solum tutius, sed imò necessarium est, ut ab hæredibus extraneis, & simul à consanguineis pax habeatur, & servatur in hoc Principatu.*

44 *Hæc non procedit respectu filii, nam is præferendus est hæredibus extraneis in accusando, & remittendo necem patris.*

45 *Ex Generali Cathalonia, & Orbis consuetudine non privatur hæreditate hæres qui non vindicat necem defuncti.*

46 *Ius accusandi, & remittendi etiamsi sit sanguinis adquiritur titulo hæreditario.*

47 *Actio vindicandi, & remittendi necem defuncti considerata dupliciter, uno modo, quo competit hæredibus sanguinis, & tunc nil habet hæreditarium. Alio modo quo competit hæredibus, & dicitur ius illud hæreditarium.*

48 *In hærede extraneo consideravit ius identitatem personæ cum defuncto, ac illius representationem retrosfictitiè.*

49 *Sicut ius consideravit in consanguineo affectionem ex vinculo naturæ, consideravit in hærede affectionem ex vinculo Civili.*

50 *Hæres succedit in universum ius, & consanguineus concurrente hærede non succedit.*

51 *Filio factum simulat ita ac si verè, & naturaliter id quod non evenit contigisset, perindeque id observari valet.*

52 *Si tantum existit hæres extraneus, ab isto solum est pax habenda, si tamen plures concurrunt in accusando ab omnibus est remissio habenda.*

53 *Respondetur argumentis contrariis.*

54 *Auctoris opinio est, quod etiam defendi potest, quod ius accusandi, & remittendi non est hæreditarium quia non fuit in hæreditate tempore mortis defuncti & hæreditas est successio in jus defuncti.*

55 *At verò non ex hoc infertur non deferri hæredibus extraneis, quia his competit ratione affectionis, nam ad eos pertinet existimatio, & fama defuncti, & affectio potentior est, quàm consanguinitatis gradus, & traditur intelligentia, l. 3. §. Item, & §. Etsi fortè, ff. de iniuriis.*

56 *Etiam adducitur intelligentia l. Si verò plures 5. §. Hæc autem actio, ff. de his qui deiec. vel effud. & infrà numer. seq.*

57 *Emenda damni in homine libero consideratur, & ratione curationis, & operarum amissarum, & amittendarum, & ratione æstimationis, hanc non recipit homo liber.*

58 *Pro emenda damni occusione curationis, & operarum oritur actio directa, & utilis, illa non competit homini libero, quia non est dominus membrorum suorum, hæc quia competit homini libero transit ad hæredem, & de actione utili loquitur dict. leg. Si verò plures 5. §. Hæc autem actio.*

59 *Traditur dubium; an cum vidua concurrere debeat filius in accusando, & remittendo necem mariti prima est opinio viduam præferri oportere, quia est una caro cum viro.*

60 *Secunda est opinio jus accusandi, & remittendi filiis primò competere.*

61 *Pro filiis assignantur rationes, quia est una caro cum Patre, & aliæ.*

62 *Tertia est opinio, æquale jus esse uxoris, & filiorum.*

63 *Idem tradunt quando quæritur de morte uxoris, & concurrunt filius, & maritus.*

64 *Opinio admissa in Senatu fuit, quod quando filius, & vidua non concurrunt, quia filius negligit, tacet, aut non vult, sufficit remissionem obtinere à vidua, & id. observatur in consanguineis remotioribus quando proximior est negligens.*

65 *Ut negligens filius in accusando dicatur sufficit, quod permiserit labi tempus, infra quod querelam proponere potuerit, idque omiserit, sed quid apud nos observetur.*

66 *Quando concurrunt filius, & uxor in accusando inter eos communicabitur compendium ex remissione resultans.*

67 *Uxor præfertur in accusando, & remittendo consanguineis, & parentibus defuncti.*
68 *Etiam hæredibus extraneis.*
69 *Illud jus amittit uxor transiens ad secunda vota, & id est in marito secundo nubente.*
70 *Antedictum limitatur primò, si vidua antequam transeat ad secundas nuptias fuisset litem contestata.*
71 *Limitatur secundò, quando nupsit de licentia viri occisi.*
72 *Limitatur tertiò, si nupsit de licentia filiorum occisi.*
73 *Uxor per secundas nuptias amittit prælationem in accusando, & remittendo quoad filios, parentes, & proximiores viri.*
74 *Si vir occidat uxorem, remissio filiorum communium non sufficit, sed requiritur consensus, vel à filiis occisa ex alio matrimonio, vel à proximioribus uxoris interfecti, ubi aliqua limitationes, & quid si uxor occidat virum.*
75 *Decisio Senatus.*
76 *Vidua luxuriosam vitam agens ad remittendum necem viri non admittitur.*
77 *In remittendo æquale jus habent filii, sive masculi sint, sive fœmina.*
78 *Jus illud habent, sive sint legitimi, & naturales, sive naturales, & spurii, qui certum patrem agnoscunt, & præferuntur consanguineis (idem est in adoptivis, qui transeunt ad potestatem adoptantis) & de nece matris cum semper certa sit possunt pacem facere.*
79 *Si pater filii mortem condonaverit, potest mater ex persona sua accusare non obstante patris remissione, & renuente marito licentiam præstabit Judex in hoc, & aliis casibus, quibus iniuste eam adhibere recusat.*
80 *Pater, vel mater præfertur fratri tantum consanguineo, & avia præfertur fratri consanguineo tantum.*
81 *Mater præfertur avo paterno, & avus maternus præfertur patruo.*
82 *Æquale jus habent fratres, & sorores.*
83 *Præferuntur utrinque coniunctis eis, qui coniunguntur ex uno tantum latere, cum dec. Senatus.*
84 *Postea consanguinei admittuntur, & usque ad quem gradum, & si post transactionem nascatur proximior non poterit transactionem, vel remissionem rescindere, nec requiritur nova remissio.*
85 *Quando agitur de remissione partis intelligitur illius quæ priores, & potiores partes in accusatione delicti habet, habita enim ab ea concordia, cæteris nullum jus manet.*
86 *Quando in uno eodemque gradu sunt plures quibus competit jus accusandi, omnes simul admittuntur, & omnes simul remittere debent, prout in consanguineis eiusdem gradus, nec sufficit obtineri remissionem à maiori parte, & tunc inter eos lucrum ex remissione resultans est communicandum.*
87 *Nisi proximiorum, accusantium, vel alterius in eodem gradu suspicaretur collusio, quia à quocumque remissio collusione interveniente facta, nulla est.*
88 *Pariter si remissio fiat per vim, vel metum nulla est.*
89 *Partium remissiones fisco non præiudicant.*
90 *Procurator sine speciali mandato non admittitur ad remittendum, prout non admittitur ad accusandum.*
91 *Pro posthumo tutor pacem facere non potest.*
92 *Nec infans etiam cum tutoris authoritate potest facere pacem, & infantia protrahitur usque ad decennium, licet aliàs ad septennium extendatur.*
93 *Tutor pro infante potest facere pacem.*
94 *Si maior est infante cum tutoris authoritate potest remittere delictum, & solus tutor pro pupilla.*
95 *Quod in remissione tutoris sit necessarium Judicis decretum existimant aliqui DD.*
96 *Alii contrarium tenent.*
97 *Alii distinguunt.*
98 *Alii dubitant, & probabilem dicunt utramque opinionem.*
99 *Sequitur opinio non esse necessarium in remissione tutoris decretum Judicis, etiam quoad damna, & interesse.*
100 *An minor teneatur de rupta pace; an possit restitui in integrum, tam quoad vindictam; quàm quoad remissionem damnorum, & interesse, & an decretum Judicis suppleat authoritatem tutoris remittentis.*
101 *Pubes factus cum authoritate curatoris, & si est maior decem, & octo annorum potest facere pacem sine authoritate curatoris, adhibito iuramento, in minore viginti quinque annorum; cum iuramento traditur observatum ex decisione Regii Concilii, ubi quid de impubere doli capace, & de pubere cum iuramento.*
102 *Remissio potest fieri coram Judice, vel per actum publicum tam in die juridico, quàm feriato, & offensori absenti si interveniat Nuntius, epistola, vel Notarius, qui accepet pro absente.*
103 *Remissio partis offensæ potest probari per testes.*
104 *Senatus decisio.*

PRo certo in hac re statuendum est, accusare, & remittere esse correlativa, & regulariter eum, qui accusare potest, non repelli à remittendo, & transigendo, Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 65. Plaza *de delict. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 17. Molina *de just. & jur. tract.* 3. *disput.* 45. Clarus *in prax. quæst.* 58. Farinac. *in prax. quæst.* 13. *numer.* 1. Mastril. *de indult. cap.* 24. *n.* 56. Canc. *var. par.* 2. *cap.* 11. *n.* 62. Pasch. *de virib. pat. pot. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. Narbona *annal. jur. an.* 25. *quæst.* 19. *n.* 18. Valet. *de transact. tit* 4. *qu.* 7. *num.* 16. de personis, quæ accusare possunt agit Clarus *in prax. qu.* 14. & ibi Bajard. Paschal. *de virib. pat. pot. par.* 1. *cap.* 10. Farin. *in prax. qu.* 12. 1

Unde pro intelligentia susceptæ materiæ quærimus de duobus casibus, primo quando pars accusat, vel remittit suam iniuriam. Secundo, quando suorum iniuriam vindicat, vel remittit; nos ergo non loquimur de illa parte, quæ tanquam unus de populo, in actionibus popularibus accusationem instituit; hæc enim nec impedit, neque impedire potest Principis gratiam, quia nil in particulari ejus interest; sed tantum causam publicam agit, in qua Principis censura, judicium, & libertas potior est, ut doctissimè animadvertit Exc. Crespi *obs.* 5. *n.* 234. & ex doctrina Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *nn.* 57. Molina *de just. & jur. tract.* 3. *disp.* 47. *num.* 8. Larrea *dec.* 27. *n.* 9. Valet. *de transact. tit.* 4. *qu.* 7. *n.* 11. & 12. Severini ad Sanfelic. *lib.* 3. *decis.* 378. *verb. Et licèt*, Merlin. *cont. cent.* 1. *cap.* 58. *n.* 2. 2

Quoad primum casum, quando quis vindicat propriam iniuriam, certum est, quod qui damnum, iniuriamve patitur, transigere de ea potest, in quo primo observandum esse oportet, quod si de vulnere remissio fiat, & ex vulnere mors sequatur, nova remissio requirenda est à consanguineis, vel eis, ad quos pertinet, nec transactio, aut remissio de vulnere facta, ad mortem extenditur, nisi expresè de morte quoque, si sequatur, à vulnerato mentio facta sit, vel ex conjecturis constet animum vulnerati fuisse ad mortem etiam remissionem extendere, de eaque cogitasse, sic tenent & declarant Cepola *consil. crim.* 41. *col.* 4. Boer. *dec.* 323. *n.* 5. *part* 2. Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 67 & ibi Ayllon Plaza *de delict. cap.* 12. *num.* 15. Padilla *in l. Transigere, Codic. de transact. num.* 28. Clarus *in prax. qu* 58. *ver. Unum tamen*, ubi Bajard. & *quæst.* 28. *num.* 51. Farinac. *quæst.* 14. *à num.* 28. qui *num.* 32. ex Alciato, Jul. Claro, Caravita, Bossio, asserit solere tales remissiones ab occisis factas non æstimari, etiamsi in eis mortis mentio fiat, & adhuc ab hæredibus, vel consanguineis novam remissionem requirendam esse; cum nullus ferè sit, qui christianè vixerit, & mortis periculo pressus, vindictam amet, atque ideo, pax illa remittendæ potius inimicitiæ causa, quoad Deum, quàm non instituendæ accusationis facta creditur, & sic non obstare similes remissiones, quominus homicida puniri debeat, post Villalp. & Jul. Clar. Azevedo *in l.* 2. *tit.* 10. *libr.* 8. *Recop. nu.* 159. & 162. *consil.* 29. *n.* 7. & cunctis his relatis Valet. *de transact. tit.* 4. *qu.* 7. *n.* 6. & 7. 3

Sic Hieronyma uxor Francisci Civis honorati Barcinonæ delati de uxoricidio in ea commisso, etsi ad interrogationem Sacerdotis, qui in articulo mortis ei ministraverat Sacramenta, respondisset, quod parcebat omnibus iniuriantibus, & illis, qui eam posuerant in eo statu, quo reperiebatur: ea ex scelere defuncta, admissa fuit instantia sororis occisæ, & evocata causa in Regio criminali Concilio, & licet 4

licèt ab evocatione causæ fuisset supplicatum pro parte criminosi, prætendendo contra ipsum tanquam personam militarem non posse procedi propter illam remissionem quam obtinuerat ab uxore vulnerata, attamen repulsam passus fuit in Senatu die 18. Martii 1618. ref. dom. conf. Roca R. A. D. scriba Cesilles Not. & ad ulteriora in punitione delicti fuit processum, & tandem fuit reus decapitatus; & an remissio per Sacerdotem recepta sufficiat, Caballus *resol. crim. cas.* 141. Danza *de remiss. par. cap.* 1. *nu.* 22. Scialoya *in prax. foriud. cap.* 24. *num.* 24. & 54. Guaz. *de pace, q.* 11. *nu.* 5. Conciol. *resol. crim. verbo pax resol.* 11. *in fin.* & an in testamento, Novar. *quæs. forens.* 68. *lib.* 1. Rovit *prag.* 8 *n.* 18. *de compos.* Scialoya *d. c.* 24. *n.* 53.

5 Interdum tamen qui patitur injuriam, illam remittere non potest, ut si injuria illata sit Judici, cum nedum in propriæ personæ, sed officii, & dignitatis contemptum vergat, remittere eam non potest, Avendano *in verbo iniuria* Curia Philipic. *par.* 3. §. 8 *num* 9. & non debeat, nec possit officii authoritatem minuere, aut ea se spoliare, Bovadilla *lib.* 3. *polit. cap.* 1. *num.* 31. Giurba *obs.* 8. *n.* 17. Per. Greg. *de Repub. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 11. Tiraq. *de primog. in præf. num.* 13. Mastril. *de magist. lib.* 5. *cap.* 4. *num* 1. Larrea *alleg. fisc.* 51. *num.* 1. & his recitatis, Valeron *de transac. tit.* 4. *quæst.* 7. *num.* 9. & 10. qui *num.* 14. *& seqq.* latè agit, quando Judex possit remittere pœnam sibi applicandam.

6 Quoad secundum casum si pars suorum injuriam vindicet, subdistinguendum est veluti, aut quis ex injuria in alium commissa proprio nomine agit, vivente eo in quem injuria commissa est, vel eo mortuo. Vivente filio in quem injuria commissa est, pater proprio nomine agere potest, & remittere, etiam invito, & ignorante filio; quia ratione patriæ potestatis, magis patri, quàm filio injuria facta existimatur, *l.* 1. §. *Usque adeo, & §. fin. l. Sed si unius* 17. §. *Filiæfamilias, ff. de iniuriis, l. In persona* 31. *ff. de pact. l. Si longius* 18 §. *Filius, ff. de judic. c. Quintavallis* 23. *de jure jurando*, Gomez *var.* 3. *c.* 6. *n.* 7. Clarus *in prax. quæs.* 58. *n.* 21. ubi Bajard. Farinac. *in prax. qu.* 14. *à num.* 14. Mastril. *de indult. c.* 24. *à num.* 72. Paschal *de virib. pat. pot. par.* 1. *c.* 10. Giurba *in consuet. Messan. c.* 1. *glos.* 3. *à num.* 27. Tondut. *de prævent. judic. par.* 2. *c.* 17. *à num.* 13. & his ac aliis citatis Valeron *de transac. tit.* 4. *d. q.* 7. *num.* 17. Scialoya *de foriud. c.* 24. *num.* 48. Marin. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 151. *nu.* 2. 5. *& seqq.* & ibi Rodoerius *nu.* 1. Conciol. *resol. crim. in verbo Pax resol.* 20. Sed hæc regula diversas patitur limitationes.

7 Limitatur primò, si injuria filio irrogata atrox sit, descendens ex lege Cornelia, quia eam pater non potest remittere, solum enim potest remittere invito filio injuriam levem, ut si pulsatus, verberatusve sit, vel domus ejus vi ingressa, & tunc patri actio prætoria competit, *l. Lex Cornelia* 5. §. *Illud quæritur ff. de iniur. l. Non solum* 39. § *Si pater, ff. de Procurat. l. Si sine*, §. 9. & 10. *ff. rem rat. hab.* Farin. *d. qu.* 14. *num.* 37. Paschal. *de vir. pat. pot. par.* 1. *c.* 10. *à num* 6. Tondutus *supra cit.* Marinis *lib.* 1. *var. resol. c.* 2. *num.* 13. & *c.* 151. *num.* 8. *& seq.* ubi Rodoet *num.* 4. Valeron *de transact. tit.* 4. *d. q.* 7. *n.* 18. Scialoya *de foriud. c* 24. *n.* 48. Rovitus *dec.* 49. *nu.* 6. & 11. Guaz *de pace q.* 12. *n.* 29. Conciol. *resol. crim. verbo Pax d. resol.* 20. *n.* 7.

8 Unde Julius Clarus *in prax.* §. *fin. quæst.* 58. *ver. Quæro numquid pater, num.* 22. dicit, quod Senatus Mediolanensis non consuevit admittere remissionem patris sine cõsensu filii, nisi ubi non intervenerunt cædes; vel vulnera, & Farin. *d. q.* 14. *n.* 37. docet etiam, quod ubi injuria est personalis, & verbalis numquam vidit in Curia Romana recipi remissiones paternas invitis filiis, & quod quotidie ita servatur, & quod nec consultò, nec prudenter agunt, qui solo consensu patris sunt contenti, & quod si filii personaliter offensi rumperent pacem factam cum patre, non tenerentur uti fractores pacis, quæ recitat Marin. *lib.* 1. *d. c.* 151. *n.* 8. & 9. Conciol. *in verbo Pax d. resol.* 20. *n.* 7.

9 Limitatur secundò, ut non habeant locum, quando pater esse vilis persona, & infimæ conditionis, & filius esset persona honesta, vel in dignitate constituta, quia patri minus de honore filii confidendum est, *l. Sed si unius* 17. §. *Interdum ff. de iniur.* Guaz. *de pace d. q.* 12. *n.* 27 Pasch. *de virib. pat. pot. d. par.* 1. *c.* 10. *num.* 10. *& seqq.* Farinac. *d. q.* 14. *num.* 42. Valeron *de transf. d. tit.* 4. *q.* 7. *n.* 19. Sesse *de inhib. c.* 1. §. 5. *n.* 62. Conciol. *in verbo Pax d. resol.* 20. *n.* 9. Rodoet. ad Marin. *lib.* 1. *d. c.* 151. *n.* 2.

10 Limitatur tertiò, ut non habeat locum, quando filius non est in potestate patris, sed est emancipatus (si contraxit filius matrimonium de consensu parentum, liberatur à potestate, *const. Unic. tit. de emancip.* Peg *dec.* 134. *n.* 2. Canc. *var.* 1. *c.* 10. *n.* 2. *& 22. & p.* 3. *c.* 21. *à n.* 20. *usque ad* 31. Font. *de pac.* 1. *c.* 4. *glos.* 18. *n.* 28.) pro quo non posse pacem facere, & injuriam filio illatam remittere, affirmant Clarus *in prax.* §. *fin. q.* 58. *ver. Quæro numquid n.* 22. *in fin.* asserens ita fuisse servatum in Civitate Mediolani, Farinac. *de accusat. d. q.* 14. *n.* 40. ubi infert matrem non posse pro filio pacem facere, Guaz. *de pace d. q.* 12. *n.* 25. Pasch. *d. par.* 1. *c.* 10. *n.* 14. alios adducens, quos recitat Conciol. *resol. crim. verbo Pax d. resol.* 20. *n.* 10.

Limitatur quartò, quando injuria fuit facta filio à persona conjuncta, cum illa dicatur gravis injuria, Clarus *d. q.* 58. *ver. Hanc tamen conclusionem, num.* 22. *ubi attestatur de com. opin.* Farinac. *in prax. d. qu.* 14. *num.* 39. Guaz. *de pace d. quæst.* 12. *num.* 23. *& seq.* Conciol. *resol. crim. in verbo Pax d. resol.* 20. *num.* 11. Marin. *lib.* 1. *d. cap.* 151. *num.* 6. & ibi Rodoer. *num.* 3. Pasch. *de pat. pot. d. par.* 1. *cap.* 10. *num.* 7. *& seqq.* ubi limitat idem esse, si pater sit furiosus, absens, & Similia. 11

Succedit hic de Monacho disputare, sed post varia Doctorum placita, de quibus apud Farinac. *in prax. q.* 13. *à nu.* 18. Rodriquez *tom* 2. *regul. q.* 42. *artic.* 3. Sanchez *lib.* 6. *ad præcep. decalog. cap.* 12. *à num.* 39. Carol. de Tapia *in Auth. ingressi, C. de Sacros. Eccles. cap.* 13. *num.* 46. Arias de Messa *lib.* 3. *cap.* 8. *num. fin.* Mastril. *de indult. cap.* 24. *à num.* 75. Boer. *decis* 121. *num.* 12 Foller *in prax. crim. verbo Audiantur exceptiones, num.* 45. Jul. Clarum *in prax. q.* 56. §. *fin. n.* 25. Marinis *var. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 18. Sic rem expendit, (quem omnino sequimur) Valeron *de transac. tit.* 4 *qu.* 7. *num.* 77. Monachus ante professionem rectè agit pro injuria sibi, aut suis illata, eamque remittit, ex ratione *text. in cap.* 1. *cap. ad Apostolicam de regular & transf. ad relig. c. Si servus* 54. *distinc. cap.* 1. 17. *q.* 2. Post professionem, si de injuria ei facta, ejusque nece vindicanda agatur, monasterio hoc jus competit, eique, si sit bonorum capax, applicandum est, quod ab homicida ex transactione datum sit; si autem de homicidio patris, consanguineorumve monachi tractetur, non monacho, nec per eum Monasterio, sed consanguineis post monachum proximioribus, accusandi, & remittendi jus defertur, nisi & hi deficiant, alia ad rem tradit Guaz. *de pace, q.* 13. *n.* 7. Luc *de illeg. Cleric. & reg. c.* 5. *n.* 15. Conciol. *resol. crim. in verbo Pax resol.* 18. *num.* 11. Pasch. *de virib. pat. pot. par.* 2 *c.* 1. *n.* 11. 12

E converso autem, filius non admittitur pro injuria patris ad accusandum, nec remittendum, Surdus *dec.* 89. *nu.* 12. Pasch. *de virib. pat. pot. d. cap.* 10. *num.* 4. nisi pater honorem posternens agere nequeat, *l.* 1. §. 1. *ff. de lib. causa*, Valeron *de transac. tit.* 4. *d. qu.* 7. *num.* 20. qui *num. seq.* ait, quod ea ratione, & pro cognati injuria, quæ familiaris sit, & totam familiam denigret, poterit non injuriatus agere, si injuriatus hoc facere contemnat, non ad privatum commodum, vel ad pœnam ei applicandam, sed ut familiæ illatum dedecus vindicet, honorisque restitutionem consequatur, ex ratione *text. in l.* 1. §. 2. *ff. de lib. caus.* ib: *Id circo visum est cognatis etiam hoc dari debere, juncta l.* 2. ibi: *Quoniam servitus eorum ad dolorem nostrum, injuriam que nostram porrigitur.* 13

Annotandum patrèt est, quod si pater de filio, qui eum injuriavit, apud Judicem conquestus sit, remittente patre, filius absolvi debet, nisi adeò atrox injuria fuerit, ut publici exempli ratio punitionem exposcat, alioquin si levis sit, paternæ misericordiæ, & veniæ locus relinquendus est. Anton. Fab. *in C. tit. de pat. pot. def.* 1. & animadvertit Valeron *de transact. d. tit.* 4 *qu.* 7. *num.* 22. & judex debet carcerare filium ad instantiam patris, si pater sit persona discreta, & honesta, ratione patriæ potestatis. Et debet filium punire pœna à patre designata, *l.* 3. *C. de pat. potest.* Pasch. *de viribus pat. pot. par.* 3. *c.* 4. *num.* 2. *& seq.* latè cum allegatis, Conciol. *resol. crim. verbo Capturare resol.* 3. ubi *num.* 3. ea non procedere declarat ad instantiam matris, neque aliorum propinquorum, quibus licèt permissa sit quædam modica correctio, non tamen eis competit potestas, ut Judex illum faciat carcerare, & punire ad relatorum instantiam, faciunt per nos dicta *in dec.* 20. *n.* 5. *in fine.* 14

Pro injuria etiam facta uxori marius accusationem proponere, ejusque relaxationem, sive remissionem facere potest, & ea facta amplius uxor accusare non poterit, *l.* 1. §. *Item aut, ff. de injur.* Plaza *de delictis, cap.* 6. *num.* 23. Valeron *de transact. tit.* 4. *qu.* 7. *num.* 24. qui refert, adeò marito illatam existimari injuriam uxori factam, ut si ille magistratus sit, aliave dignitate corruscet, crescat delicti magnitudo, eademque injuranti pœna imponenda veniat, quæ, si ipsi magistratui illata fuisset, deberet imponi, & in eandem recitat sententiam Pasch. *de vir. par. pot. par.* 1. *c.* 10. *num.* 22. 15

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Clarus *in §. Iniuria ver. Item iniuria facta uxori*, Flores de Mena *lib. 1. var. q. 7. num. 11.* Surdus *decis. 86.* Giurba *consil. 61. num. 12. & in consuet. Messan. cap. 1. glos. 3. num. 30. & seqq.* Azevedo *in l. 8. tit. 1. lib. 5. Recop. num. 31.* Costa *de retrotrac. cap. 2. num. 20.* eis adde Ric. *in prax. fori Eccles. resol. 580. num. 7. par. 3.* Novar. *in prax. elect. fori. tom. 1. sect. 3. q. 3. n. 10.* Scialoya *in prax. foriudic. c. 24 n. 47.*

16 Idemque procedere, si iniuria fit facta sponsæ, *l. Apud Labeonem 15. §. Sponsum, ff. de iniuriis*, ait Decian. *lib. 3. tr. crim. cap. 7 n. 10.* Farinac. *in prax. q. 13. nu. 14.* Giurba *in consuet. Messan. d. cap. 1. gloss. 3. nu. 31.* Pasch. *de vir. pat. pot. par. 1. d. cap 10 num. 23.* & cum his, & aliis Valeron *de transact. tit. 4. qu. 7. num. 24.* qui *num. 26.* subdit, quod si quid hujus remissionis causa datum sit, conjugalis societatis rationi communicabitur cum traditis à Giurba *d. glos. 3. ex n. 24.* In sponsa de præsenti loquitur, Farinac. ar pro injuria sponsæ illata agere potest sponsus de futuro; sed ejus necem, etsi accuset (ex Padilla *in l. Transigere nu. 58 C. de transaction.*) Fiscus tamen prosequitur, Trivis. *decis. crim. 15. lib. 5.* Riccius *collect. dec. 538.* Giurba *d. glos. 3. n 31.*

17 Imò etiam permitti uxori accusare ubicumque ipsi principalitèr, vel in consequentiam injuria fit, perbellè notat Joan. Fab. *in §. Patitur num. 4. Inst. de iniur.* ubi Aret. *num. 4.* Farinac. *in prax. quæst. 105. num. 275.* dicens sic limitari dispositionem *l. 2. ff. de injuriis*, comprobat Merlinus *controv. cen. 1. cap. 58. num. 10. cum seqq.* & sequitur Scialoya *in prax. foriud. d. c. 24 n. 47.*

18 Et in injuria facta nurui competit actio socero cum loco patris habeatur, *l. 1. §. Item aut, cum ibi not. per DD. ff. de iniuriis*, verùm si concurrant pater mulieris, & socer, tunc pater præfertur, ut inquit Fab. *in d. §. Patitur num. 4.* sed Aretin. ibi intelligit, quando agerent nomine mulieris, secus si nomine proprio, tanquam particularitèr offensi ex illa injuria, nam tunc unus alium non impediret, sed eq ualitèr in agendo concurrerent, Pasch. *de virib. pat. pot. par. 1. c. 10. num. 24. & 25.*

19 Si injuria est facta marito, mulier pro ea non agit, quia ipsa est in potestate viri, non è contra ut dicitur *in d. §. Patitur, & in l. 2. ff. de injuriis*, nisi injuria esset talis, quæ principalitèr tangeret honorem uxoris, ut si quis vocasset virum cornutum, vel maritum meretricis, ut considerat Aret. *in d. §. Patitur*, Bajard. ad Clar. *in §. Injuria num. 39.* Pasch. *de virib. pat. potest. par. 1. d. cap. 10. num. 26. & 27.*

20 In adulterio voluntariè per uxorem commisso sufficit sola remissio mariti, nec cum muliere facienda est pax, cum ea non possit dici injuriata; quia in eam volentem fuit adulterium patratum, & de ipsa injuria non potest conqueri, accusando adulterum, quia socia criminis est, *l. Si filium, C. de lib. causa cap. Nemini præterquam 15. quæst. 3.* Nec ab ea requiritur remissio, apud quam non est hujus injuriæ prosequutio, *arg. l. ait Prætor ff. de jur. delib. l. Papinianus in princ. ff. de inof. testam. l. Sed etsi unius, §. Filiofamilias cum glossa in super verbo filio, ff. de iniur. & famos. libel.* Cabal. *resol. crim. cent. 3. resol. 245. n. 7.* qui latè hanc rem prosequitur, & post eum, Scialoya *in prax. foriud. d. c. 24 n. 47.*

21 Est enim hodie ex novo jure Authenticorum in facultate mariti, ut adulterium puniatur, vel non, Bolog. *consil. 23. col. 1.* & post Gomez, & Cabal. prosequitur Sanfel. *lib. 3. decis. 351. num. 8.* quia hodie constante matrimonio, nemo, nisi maritus admittitur ad accusandum mulierem adulteram, ut ex Authent. *sed novo jure*, & ibi *glos. C. ad leg. Jul. de adult.* qui textus tantùm procedit in viro, ut voluit glossa *in l. Constante 26. ff. ad leg. Jul. de adult. & in l. Crimen adulterii 11. C. eodem*, notat Sanfel. *in d. decis. 351. num. 9.* & eum sequitur Luca *ad decis. Franc. decis. 94. & 184. & 240. num. 4.* ubi cum Sanfel. & Cabal. interpretationem tradit *ad l. Miles 11. §. Volenti, l. Constante 26. ff. ad leg. Jul. de adult. l. Crimen adulterii 11. C. eod. cum l. Quamvis 30. in princ. & in §. In primis C. eod.*

22 Propterea apud criminalistas communiter traditur, quod in crimine adulterii ex officio procedi non potest; quia maritus probatam habens uxorem, non debet alius, quiescente eo, matrimonium turbare, Peg. *in prax. crim. c. 25. num. 9 & 22. & decis. 95. num. 6.* Farinac. *in prax. par. 4. q. 141. num. 41. & seq* Gomez *ad l. 80. Tauri num. 49.* Barbosa *solut. matrim. tom. 1. part. 1. l. 2. in princ. num. 116 & seq.* Giacharius ad Clarum *in prax. §. Adulterium num. 4. lit. B.* & Bajard. *ibidem num. 29.* Sanfel. *lib. 3. d. decis. 351. num. 5. & 6.* Latrea *alleg. 50. num. 7.* Ramon *consil. 23. num. 30.* & alii per Reg. Mat. *de reg. Regn. Val. cap. 8. §. 8. nu. 187.* Sperel. *decis. 116. n. 48. ubi in tota decis.* de gravitate delicti, & in sponso idem procedere defendit Anfald. *de jurisd. par. 4. tit. 3. cap. 1. n. 48. cum seqq. & antea num. 24.* de gravitate delicti adulterii cum pluribus, sequentibus.

Enimverò quod suprà jecimus, quod solum ad mariti querelam procedi possit ad vindictam adulterii, non etiam ex officio, tres patitur limitationes, primam, nam judex Ecclesiasticus procedit ex officio in concubinatu, aut adulterio, juxta dispos. S. Concil. Trid. *sess. 24. cap. 8. de refor.* ubi Barbosa, Font. *dec. 138. n. 22. & fin.* Giach. ad Clarum *in prax. lib. 5. §. Adulterium num. 4 lit. B.* Bajard. *ibidem num. 30.* Farinac. *in prax. qu. 141. num. 45.* quia adulterii crimen mixtum esse dicitur, & in eo procedunt, Judex sæcularis, & Ecclesiasticus, Barbosa *in d. cap. 8. sess. 24. de refor num. 9.* Sperel. qui materiam doctè distinguit *decis. 9. tom. 1. num. 29.* Anfald. *de jurisd. par. 4. tit. 3. c. 2. n. 59. & seqq.* Font. *tom. 1. dec. 138. n. 7.* 23

Secunda limitatio est in delicto adulterii notorio, in quo procedi posse ex officio ait Farinac. *in prax. d. q. 141. nu. 44.* Latro *decis. 121. num. 21.* Sanfel. *decis. 351. num. 2.* Franch. *decis. 240. num. 3.* ibi Luca *num. 4. vers. Quando adulterium*, ubi ex Sanfel. *num. 14.* recitat, quod ut notorium dicatur adulterium requiritur, quod uxor palam detineat adulterum in propria mensa, & publicè cum eo moretur, vel si recedens mulier à viro, sobolem procreaverit, & quod in ea decisione judicatum fuit non esse adulterium notorium, si mulier peperit, & maritus erat carceratus, nam potuit mulier ad carceres accedere. 24

Et ea ratione poterit procedi de officio, quando mulier nupta vulgaris est, & palam omnibus patet, vitam meritriciam ducendo, tunc etiam cum mariti scientia præsumatur, & cesset ratio reverentiæ, puniri potest simul cum uxore tanquam leno, Farinac. *in prax. q. 143. n. 27.* Ramon. *consil 23. n. 30.* Reg. Mat. *de reg. Regn. Valent. cap. 8. §. 8. num. 19. & seqq.* 25

Tertia limitatio est, quando jam in judicio adfuit accusator, & postea ab accusatione destitit, tunc enim posse Judicem ex officio procedere, & prosequi scribit Bajard. ad Clar. *in §. Adulterium num. 7.* ubi loquitur etiam stante statuto, quod in crimine adulterii non possit procedi, nisi ad querelam partis, *num. 14. & num. 20.* sequitur Farinac. *in prax. quæst. 130. num. 43.* Cancer. *var. 2. cap. 11. num. 95. cum seq* sed nihilominus dic verius cum Luca ad Franc. *dec. 240. num. 4.* ibi: *Quod si nomen adulteri nondum receptum est inter reos, vel si receptum est, ut quia fuit lis contestata, post constitutum, seu depositionem principalis, & statim deinde maritus remisit querelam, tunc fiscus non potest prosequi querelam remissam, nec alius, ut latè probat Latro in decis. 121. tota.* 26

Non esse permissum uxori virum de adulterio accusare statuit *l. 1. C. ad leg. Jul. de adult.* quia verè injuria non fit uxori per viri concubitum, sicut viro per uxoris adultetium (licèt dura videatur inæqualitas hæc divo Augustino *in lib. de verb. Apost. ser. 4.*) *glossa Bald. & cæteri omnes in d. l. 1.* Marc. *decis. 514. num. 16. & seqq.* Berous *in cap. 1. de accusat. num. 39.* Bajard. ad Clarum *in §. Adulterium num. 18.* cum aliis relatis per Farinac. *qu. 131. num. 104.* Grat. *discep. forens. tom. 1. cap. 35. num. 21. & seq.* & his citatis Merlinus *cont. cap. 58. num. 6. cent. 1.* An in crimine concubitus, ubi & in casu quo per speciale privilegium contra criminosum procedi non potest sine querela partis, si concubitus est successivus, & repetitus possit procedi de officio tradit Font. *tom. 1 decis. 138* 27

Quoties per vim mulier adulterata est, & ipsi, & viro competit actio ad accusandum, & tunc etiam requiritur remissio uxoris, ut decisum tradit Merlin. *cent. 1. d. cap. 58.* Scialoya *de foriudic. cap. 24. num 47.* prout etiam in crimine raptus requiritur remissio mariti, & uxoris raptæ, Cabal. *resol. 245. num. 9. cum seqq.* tradit idem Scialoya *d. cap. 24. num. 47.* 28

Hucusque scripta pertinent ad casum, quando pars suorum injuriam vindicat, proprio nomine, vivente eo in quem injuria illata est: nunc ergo indagandum sequitur quando pars injuriam suorum vindicat, mortuo eo, in quem injuria commissa est; unde indubitata est regula, quod attento jure communi (cum nulla ex nostris legibus id ipsum cautum habeamus) competit jus querelandi, & per consequens jus deli cta remittendi filiis, & ipsis deficientibus, pertinet ad proximiores defuncti, Canc. *var. 2. c. 11. n. 64.* & sic primò descendentibus usque in infinitum, secundò ascendentibus etiam in infinitum, & collateralibus (usque addecimum gradum, ex veriori sententia scribi- 29

bit

bit Pasch. *de virib. pat. pot. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 61. dissentit Valeron *de transact. tit.* 4. *q.* 7. *nu.* 61. jure communi attento, qui admittit consanguineos usque ad septimum gradum) & sic primò filiis, & eorum descendentibus præferendo proximiores, Conciol. *resol. crim. in verbo Pax resol.* 18. *num.* 1. *cum seqq.* eodem ordine, quo defertur successio ab investato juxta gradus prærogativam, ut ait idem Paschal. & post eum Botillier *de succes. ab intest. theor.* 10. *cap.* 1. *num.* 20.

30 Ratio supradictorum animadvertitur; quia leges aliquem in accusando [& per consequens in remittendo) præferentes considerant majorem affectionem, ut infra enodabitur, & signanter *in l. Si plures* 16. *ff. de accusat.* Valeron *de transac. tit.* 4. *qu.* 7. *num.* 28. & affectio arguitur ex proximitate; quia quanto remotior est gradus, tantò frigidior est affectio, & quanto proximior est gradus, tantò magis ardet affectio, ut in simili re considerat Cabal. *resol.* 114 *n.* 4. Luca ad Franc. *decis.* 94. *n.* 1. *in fine*.

31 Atverò supra stabilita regula inter alias, duas principales patitur fallentias in hac re indaganda, in quibus ab ordine succedendi discedimus; primam in casu, quando concurrit cum hærede sanguinis, vel consanguineo proximiori in vindicanda, & remittenda nece, hæres extraneus; secundam quando cum filio concurrit vidua in vindicanda, & remittenda nece mariti, & de his omnibus gradatim agemus, ut nostris patefiat exitus, quem in hac usufrequenti materia salubrem optamus.

32 Circa primam fallentiam, quando cum hærede sanguinis, qui patris hæres non est concurrit hæres extraneus, an is, an vero consanguineus præferri debeat in vindicanda, & remittenda nece, variè contendunt DD. & ad eorum asserta capessendum incipere debemus dubium, ab illo, quod etiam quærunt, an jus accusandi, & remittendi sit hæreditarium, an verò sanguinis. Jus faciendi pacem non competere ratione hæreditatis, sed sanguinis, probant DD. ex divertis juridicis fundamentis, primò *ex l. Si verò plures* 5 §. *Hac autem actio ff. de his qui effud. vel deiec.* in illis verbis: *Quippè, quod in corpore libero damni datur, jure hæreditario transire ad successores non debet, quasi non sit damnum pecuniarium, nam ex æquo, & bono oritur. l. Nam sicut* 36. §. *Si dominus, ff. ad leg. Aquil.* ibi: *Nam sanè absurdum accidet, ut hæres prætium quasi occisi consequatur ejus, cui hæres extitit, l. Pro hærede* 20 §. *fin. ff. de adq. hær.* in illis verbis, ibi: *Si sepulcri violati filius aget, quamvis hæreditarii; quia nil ex bonis patris capit, non videtur bonis immiscere, hæc enim actio pœnam, & vindictam potius, quàm rei persecutionem continet*, cum qua concordat *l. Quæsitum* 10. *ff. de sepulc. violat.*

33 Secundò, quia ex remissione facta per filium nulla dicitur adita hæreditas, Conciol. *resol. crim. in verbo Pax resol.* 13. *num.* 1. Botillier *de succes. ab intest. theor.* 10. *cap.* 1. *num.* 4. quod procedere dicit etiam existente statuto dictante pacem fore habendam ab hærede, ex Bartol. *in l. Si filius qui patri*, ubi Jason *& alii, ff. de vulg. substit.* Ruin. *in l.* 4. §. *Cato num.* 102. *ff. de verb. oblig.* Salyc. *in l. Eum qui bonis C. arbitrium tutelæ*, Cumanus *in l. Prohærede* §. *si sepulcri ff. de adq. hær.* Phanuc. *de invent. par.* 6. *num.* 56. *&* 57. Mantica *de coniec. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 9. *num.* 18. *&* 19. & alii per eum allegati, Rodoer. ad Marinis *var. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 8.

34 Tertiò; quia filius, qui se abstinuit ab hæreditate paterna, potest accusare, & remittere necem patris, Franc. *decis.* 690. *n.* 2. Ponte *de potest. Proreg. tit. de provis. fieri solit.* §. 4. *nu.* 20. Parlador. *dif.* 51. §. 2. *num.* 5. Lata *de Anniversf. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 1. *&* 2. Arias de Messa *lib.* 3. *var. cap.* 8. *num.* 5. *et* 6. Botillier *de succes. ab intest. theor.* 10. *cap.* 1. *num.* 4. Valeron *de transac. tit* 4. *qu.* 7. *num.* 72. Conciol. *resol crim. verbo Pax resol.* 13. *num.* 1. Rodoer. ad Marin. *lib.* 1. *d. cap.* 8. *num.* 7.

35 Quartò, quia etiam filius exhæredatus, non privatur à jure accusandi, & remittendi necem patris, ut tenet Farinac. *in prax. quæst.* 14. *num.* 20. *ver. Sed quod* & eo relato Valeron *de transact. d. quæst.* 7. *num.* 72. quidquid dicat Arias de Messa *lib.* 3. *var. d. cap.* 8. *à num.* 7. & idem esse in emancipato, ex Claro, & Guazzin. Conciol. *resol. crim. in verbo Pax resol.* 18. *n.* 8.

36 Quintò, quia ut dixit Bartolus *in l. Si filius qui patri num.* 8. *ff. de vulg.* existente statuto, ne remittatur delictum, nisi obtenta pace ab hæredibus occisi, statutum illud intelligendum erit de hæredibus sanguinis, quem sequuntur DD prout refert Vulpel. *de pace q.* 11. Franc. *dec.* 611. *num.* 3. Pasch. *de virib. pat. pot. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. Botillier *de succes. ab intest. d. theor.* 10. *c.* 1. *n.* 8. Guaz. *de pace p.* 1. *q.* 13. *n.* 4. *et q.* 16. *n.* 1. Farinac. *in prax. q.* 14. *n.* 21. Zuffi *in tract. de legit. proces. q.* 5. *n.* 5. latè Conciol. *in verbo Pax d. resol.* 13. *n.* 1.

Sextò, quia licèt mulier per transitum ad secunda vota de adquisitis libenter à viro efficiatur usufructuaria, proprietate salva favore filiorum ex illo matrimonio, juxta *text. in l. Femina C. de secun. nupt.* attamen si mulier illa fuisset aliquid consequuta pro remissione facta necis viri, non tenetur illud reservare, cum possit ad libitum de eo disponere, & non dicitur pervenisse à substantia viri, decisum refert Maynard. *decis.* 77. *lib.* 1. quidquid dixerit Marinis *lib.* 1. *cap.* 273. *n.* 6. Botillier *de succes. ab intest. d. cap.* 1. *theor.* 10. *num.* 9. qui addit P. Bossium *de contract. matrim. cap.* 11. *à num.* 350. qui sequitur Maynardum docens, illud jus non venire tanquam ex successione, sed proprio jure, Valeron *de transact. tit.* 4. *q.* 7. *n.* 50. 37

Septimò, quia si filius, aut alter conjunctus aliquid receperit pro necis remissione, ad nihilum pro dicta quantitate tenetur creditoribus defuncti, decisum refert Thoro *in comp. decis. verbo Pecunia perventa ex remissione fol.* 434 *et fol* 427. *verbo Pecunia perventa ex pace*, Rovit. *super prag.* 8. *de comp. à num.* 59. Botillier *de succes. ab intest. cap.* 1. *theor.* 10. *num.* 10. Lara *de Anniversf. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 1. Valeron cum aliis *de transac. d. tit.* 4 *q.* 7. *n.* 73. Rodoer. ad Marin *var. resol. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 9. 38

Ex quibus fundamentis existimant, jus accusandi, & remittendi non esse hæreditarium, sed sanguinis, & sic concurrentibus ex una parte extraneis hæredibus, & ex alia consanguineis, hos extraneis præferendos esse in jure accusandi, & remittendi. Plaza *de delictis c.* 45. *n* 3. Farinac. *in prax. q.* 14. *à num.* 19. *et quæst.* 13. *num.* 8. Parladorus *diff.* 51 §. 2. *num* 5. Franc. *decis.* 611. Visconte *in suis conclus. verbo jus faciendi pacem*, Marinis *resol. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 8. ubi Rodoer. Valeron *de transac. tit.* 4. *q.* 7. *num.* 70. *cum seqq.* qui contrariis respondent, Conciol. *resol. crim. in verbo Pax. resol.* 13. qui alios allegat, & attestatur hanc esse veriorem, & communem opinionem, Scialoya *in prax. foriudic. c.* 24. *n.* 35. R. Tapia *decis.* 28. *n.* 13. 39

In contrarium verò jus faciendi pacem esse hæreditarium, & ideò tam in accusando, quam in faciendo pacem hæredes esse præferendos consanguineis; quia scilicèt in hæredibus concurrit duplex causa, & ratio. Prima siquidem est; quia hæres repræsentat defunctum in omnibus, & per omnia, *l.* 2 §. *fin.* ubi glossa de com. DD. *ff. de Prætor stip.* & in eum transeunt actiones activæ, & passivæ, *l. Unica C. ut actiones ab hæred.* Secunda; quia de juris necessitate tenetur accusare, & vindicare illius necem, *l.* 1. *ff. de his quibus, et indig. l.* 1. *et per tot tit. C. eodem* Solor. *in tract. de parric. cap.* 19. *num.* 21. eam sectantur opinionem, Ripa *in l.* 4. §. *Cato de verb. oblig.* Padilla *in l. Transigere, C. de transact. num.* 59. Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 64. Cevallos *com. contra com. quæst.* 77. *nu.* 2. ubi de veriori, & semper eam practicasse tradit Pichard. *in relec. ad tit. de legatis cap.* 11. *num.* 7. Per. Barbosa *in l. Si ab hostibus* §. *fin. n.* 18. *ver. Vel debent accipi ff. solut. mat.* Molina *de just. et jure tract.* 3. *disp.* 45. *num.* 7. Arias de Messa *lib.* 3. *var. resol. cap.* 8. *à num.* 1. *et* 15. quos in hac opinione recitat Valeron *de transac. tit.* 4. *quæst.* 7. *num.* 69. quibus accedere videtur, Faria ad Covar. *lib.* 1. *var. c.* 13. *n.* 40. Giurba *obs.* 27. *n* 11. 40

Comprobatur horum opinio in tantùm, ut si plures sint hæredes, secundùm veriorem sententiam pax ab omnibus habenda sit, nec sat est à majori parte eorum, pacem habere; quia quilibet ex hæredibus pro sua parte repræsentat personam defuncti, & sic eis dictum jus competit, ut singulis, *l.* 3. §. *Si ad plures, ff. de sepulc. viol. l.* 1. *& per tot. tit. ff. et C. de his quibus, ut indig.* Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 63. *ver. Sed his non obstantibus*, & ibi Ayllon *num.* 64. Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 13. *post num.* 8. & ibi Faria *num.* 40. Menchaca *quæst. usuf. cap.* 30. *num.* 39. ut benè fundat Botillier *de succes. ab intest. cap.* 1. *theor.* 10. *num.* 5 Canc. *var.* 2. *cap.* 11. *num.* 70. qui tradit ita hoc jure in Cathalonia uti, prout ipse non semel vidit, Clarus *in prax.* §. *fin. qu.* 58. *num.* 34. Guazzin. *de pace par.* 1. *quæst.* 18. *num.* 4. & alii relati per Conciol. *resol. crim. in verbo Pax resol.* 13. *n.* 3. Hering. *de fidei. c.* 10. *n.* 355. Giurba *obs.* 27. *n* 11 *&* 12. 41

Cui ex his opinionibus obsequemur non facile est differere, erit ne permissum affirmare, bonum, & tutius esse ad effugiendas disputationes ab utroque hærede, & sanguinis, & bonorum pacem accipere; prout inquit Clarus *in prax. q.* 38. *ver. Quæro nunc pone num.* 32. Farin. *in prax. q.* 14. *num.* 24. Pasch. *de virib. pat. potest. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. refert Ayllon ad Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 65. Conciol. *resol.* 42

reſol. crim. verbo Pax, reſol. 13. *in princ.* & recitat etiam Valeron *de tranſac. tit.* 4. *q.* 7. *n.* 69. *in fine*.

43 At verò conſtanter affirmamus in hac Doctorum altercatione non ſolùm bonum, & tutius eſſe ab utroque hærede ſanguinis, & bonorum ſi concurrant, pacem accipere, ſed imò neceſſarium eſſe, adeò, ut ſi alter ſit hæres ſanguinis, & alter extraneus ſit hæres bonorum, requiritur, ut pax ab omnibus habeatur, Botillier *de ſucceſ. abinteſt. cap.* 1. *theor.* 10. *num.* 5. *in fine*; aliter ſi ab uno ex eis pax habeatur poteſt alter pro ſuo intereſſe accuſationem proſequi, Clarus *in prax. §. fin. quæſt.* 58 *num.* 32. ubi tradit judicatum de anno 1551. 27. Septembris quod approbaretur gratia cujuſdam Joſephi Farinæ, qui habebat pacem ab hærede ſanguinis, qui non dicebat ſe hæredem bonorum. Fuit tamen appoſita conditio, quod ſi aliquando appareret hæres bonorum, teneretur Farina ab eo legitimam remiſſionem, termino duorum menſium obtinere, alitèr gratia eſſet nulla, & hanc opinionem veriorem eſſe dixit Canc. *var.* 2. *cap.* 11. *num.* 67. quam etiam in praxi in hoc Principatu obſervari intellexit.

44 Et quia DD. principalem quæſtionem ſuſcitant in caſu, quo concurrit hæres ſanguinis cum hærede extraneo, ne hæſitare poſſis, in his terminis proſcripta, an procedant, quando concurrit filius (qui eſt prima cauſa in accuſando, & remittendo) cenſeo, filium hæredibus extraneis forè præferendum; cum diverſa ſit cauſa filiorum, & conſanguineorum, propter majus illorum jus, quod in accuſando habent, quam conſanguinei, ut in ſimili dixit Giurba *conſil.* 61. *num.* 15. Luca ad Franch. *deciſ.* 382. *num.* 2. & terminanter ſcripſit Botillier *de ſucceſ. ab inteſt. cap.* 1. *theor.* 10. *num.* 6. Paſch. *de virib. pat. pot. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. (qui tamen aſſerunt tutius eſſe à filio, & hærede extraneo pacem, & remiſſionem obtinere) & manifeſtum fiet infrà, quia licèt indubiè ſcribant DD. viduam hæredibus extraneis præferendam eſſe in jure accuſandi, & remittendi necem viri, attamen uxorem concurrere cum filiis reddetur manifeſtum.

45 Et certo certius judico, hanc noſtram reſolutionem non fundari in illa ratione deſuper expreſſa; quia hæres de juris neceſſitate tenetur accuſare, & vindicare necem defuncti; nam ſi citra moram à conſanguineo præveniatur, immunis erit à pœna indigni, nec aufertur ab eo hæreditas, juxta *tex. ſic intelligendum in leg. Sororem* 10. *C. de his quibus, ut indig.* ut per Joan. Per. à Plaz. ſcribit Farinac. *in prax. d. quæſt.* 14. *num.* 23. Valeron *de tranſac. tit.* 4. *d. quæſt.* 7. *nu.* 75. Canc. *var.* 2. *cap.* 11. *num.* 89. qui docet, quod in Cathalonia illa quæſtio, an hæredes defuncti poſſint facere concordiam, ſeu pacem cum reo accuſato, abſque eo, quod incurrant in pœnam privationis hæreditatis, parum, aut nil prodeſt; quia ex generali Cathaloniæ conſuetudine licitum eſt pacem facere pro quocumque crimine, & quod de communi conſuetudine ab aula receſſit, quod hæres teneatur vindicare mortem defuncti, eo quod vix reperiatur aliquis, qui ſine animi livore, & ſic ſine peccato ad vindictam, etiam medio jure accedere poſſit, ex Anton. Scap. *in tract. jur. non ſcrip. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 31. Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 62. ubi Ayllon *num.* 63. Molina *de juſtit. to.* 4. *diſp.* 47. *num.* 10. Plaza *de delict. cap.* 39. *num.* 25. Caſtillo *de uſuf. cap.* 40. *num.* 40. Noguerol. *alleg.* 3. *num.* 24. Valeron *de tranſact. tit.* 4. *d. quæſt.* 7. *num.* 102. *cum ſeqq.* Clarus *in prax. §. fin. quæſt.* 79. *n.* 4.

46 Fundatur tamen ex alio invincibili fundamento, quod etiam à DD. contraria ſententia non negatur, & eſt, hoc jus querelandi, & remittendi (etiam ſi ſit ſanguinis) adquiritur alio titulo ſcilicet hæreditario, ſanguinis conjunctione nulla exiſtente, *l.* 1. *& tot. tit. C. & ff. de his quibus ut indig. l. Portionem* 21. *ff. eod.* Corral. *in rub. C. de impub. & aliis ſubſt. num.* 26. Pet. Barboſa *in l. Si ab hoſtibus §. fin. ff. de ſolut. mat. ex num* 17. Clarus *in prax. d. §. quæſt.* 79. *num.* 4. Valeron *de tranſac. tit.* 4. *d. quæſt.* 7. *n.* 102. Botillier *de ſucceſ. ab inteſt. cap.* 1. *theor.* 10. *num.* 5. Cancer. *var.* 2. *cap.* 11. *num.* 65. Caſtillo *cont. lib.* 1. *cap.* 40. qui latè comprobat, hæredem præferendum eſſe uſufructuario in vindicanda, & remittenda nece defuncti, & ei eſſe applicandum commodum ex tranſactione proveniens, ſequitur Grat. *diſceptat.* 518. *num.* 29. *cum ſeqq.* & recitat Valeron *de tranſac. tit.* 4. *d. qu.* 7. *num. fin.*

47 Sicque actio vindicandi, & remittendi necem defuncti conſideratur dupliciter, uno modo, quæ competit hæredibus ſanguinis ratione affectionis, & vinculi naturalis, & tunc nil habet hæreditarium, & alio modo, quæ competit hæredibus extraneis, ratione actionis, & vinculi civilis, & iſto modo, jus iſtud eſt hæreditarium, & tranſit in hæredem cum hæreditate, & bonis defuncti, prout hanc diſtinctionem probare intendit Canc. *var.* 2. *cap.* 11. *num.* 66. & poſt eum Botillier *de ſucceſ. ab inteſtato, cap.* 1 *theor.* 40. *num.* 1. *uſque ad num.* 5. & tanto efficacius, quanto ſtrictius judicatur jus in utroque hæredes in his actionibus perſequendis; nam ſi attendatur ad jus proximioris in accuſando, non minus viget in hærede per effectus civiles neceſſitas in vindicando.

Nam in hærede extraneo conſideravit jus idemtitatem 48
cum hæreditate, & defuncto, *l. Hæres* 22. *ff. de uſurp. & uſucap.* in illis verb. *Hæres, & hæreditas tametſi duas appellationes recipiunt, unius tamen perſonæ vice fungnntur.* Videlicèt hæreditas per juris fictionem repræſentando perſonam defuncti, & hac fictione retro ſublata per aditionem hæredis, in hæreditatis locum ſubintrando hæredem, perſonam defuncti pariter repræſentando, retrofingi hæredem fuiſſe ab inſtanti mortis teſtatoris, nullo inſtanti conceſſo, in quo dominium defuncti, vel in hæreditatem, vel in hæredem non continuetur, *l. Hæres* 54. *ff. de adq. hæred. l. Si ex re* 28. *§.* 1. *ff. de ſtip. ſer. l. Omnis* 138. *l. Omnia* 193. *ff. de reg. jur. Auth. de jure jurand. à moriente præſt. in princ.* Anton. Fab. *in rat. in l. Hæreditas* 50. *ff. de petit. hæred.* Donel. *lib.* 7. *com. cap.* 7. Valentia *illuſt. lib.* 1 *tract.* 3 *cap.* 2. *num.* 5. *et lib.* 3. *tr.* 1. *c.* 1. *num* 16.

Et ſicut in conſanguineo juxta gradus prerogativam con- 49
ſideravit jus debitam affectionem, præſumptam ex vinculo naturæ, ut ſuprà affirmavimus, ita pariter in hærede extraneo conſideravit affectionem debitam ex vinculo civili, quod contraxit ex aditione hæreditatis; & vel ratione ſanguinis, vel affectus conceditur actio injuriarum, *l.* 1. *§. Item.* 3 *ff. de iniur.* ibi: *Spectat enim ad nos iniuria, quæ in his fit, qui vel poteſtati noſtræ, vel affectui ſubiecti ſunt*, & ex affectionis cauſa in hæredem tranſite actionem injuriarum pro vindicanda injuria facta funeri, vel cadaveri teſtatoris, reſpondit Ulpianus *in d. l.* 1. *§. Et ſi fortè, ff. de iniur. poſt dictum verſ. Spectat enim*, ibi: *Et ſi fortè cadaveri defuncti fit iniuria, cui hæredes, bonorumve poſſeſſores exiſtimus, injuriarum noſtro nomine habemus actionem; ſpectat enim ad exiſtimationem noſtram, ſi qua ei fiat injuria. Idemque etſi fama ejus, cui hæredes exiſtimus laceſſerat, & infrà in §. Quotiens.* 6. ibi: *Quotiens autem funeri teſtatoris, vel cadaveri ſit iniuria, ſiquidem poſt aditam hæreditatem fiat, dicendum eſt, hæredi quodammodo factam, ſemper enim hæredis intereſt, defuncti exiſtimationem purgare, quoties autem ante aditam hæreditatem, magis hæreditati, & ſic hæredi per hæreditatem adquiri.*

Et quid amplius in hærede, quàm in proximiori conſide- 50
ratur; nam hæres ſuccedit per hæreditatem in univerſum jus defuncti, & ſic in omnes obligationes activas, & paſſivas, *l. Hæres* 54 *ff. de adq. hæred. l. Omnis* 138. *l. Omnia* 193. *ff. de reg. jur.* & paſſim, & conſanguineus in nullum jus defuncti ſuccedit, extante hærede ſcripto, *l. Quamdiu* 89. *ff. de reg jur.*

Atque ita dicendum ſupereſt, quod jus Romanum in 51
hac re ita obligationem vindicandi necem defuncti in hærede conſideravit, propter idemtitatem perſonæ hæredis cum defuncto, propter repræſentationem de perſona defuncti, & ex ſucceſſione univerſali, propter debitam affectionem, ac ſi verè, & naturaliter concurreret in hærede naturalis affectio ex ſanguinis conjunctione inducta; nam quoties æquitas, vel utilitas aliquid à jure civili conſtitui deſideravit, quod non alitèr cæteris juris principiis poterat eſſe conſonum, quàm ſi factum aliquod intereſſiſſet, non intercedente veritate, jus civile factum ſimulavit, *l. Contractus* 54. *ff. de oblig. & act.* perindeque obſervari voluit, ac ſi verè, & naturaliter, id quod non evenit contigiſſet, ut conſtat ex fictionum exemplis relatis *in l. Qui in utero* 7. *J. penult ff. de ſtat. hominum, l. Si vivo* 7. *de ſuis, & legitim. hæred. l. Si filium* 5. *ff. de grad. l. Lege cornelia*, 12. *ff. de teſtam. l. Pater* 10. *in princ. l. Vero* 16. *l. In omnibus* 18. *ff. de captivis, l. Bello* 18. *juncta l.* 2. *§. Oportet, ff. de excuſat. tut. l. Stipulatio iſta* 38. *§. Alteri, l. Dominus* 39. *cum l. Seq. l. Quandocumque in princ. ff. de verb. oblig. l.* 3 *§. Penult. & ult. ff. de donat. inter l. Singularia* 15. *ff. de rebus creditis*, ſemper enim fictio naturam imitatur, *l. Pater familia, §. ult. cum l. ſeq. ff. de adoption. §. Minorem inſt. eod.* & eam naturæ imaginem appellat *l. Filio quem* 23. *ff. de lib. & poſt* quæ cuncta illuſtravit, de noſtra juris Philoſophia bene meritus D. Melch. à Valentia *illuſt. to.* 3 *tract.* 3. *c.* 1. *n.* 1. *cum ſeqq. & tract.* 1. *c.* 1. *num.* 2. *cum ſeqq.*

Sequitur igitur, quod ſi in nece defuncti vindicanda, & 52
remit-

remittenda concurrant consanguineus proximior, & hæres extraneus omnes accusare possunt, & ab omnibus est pax, vel remissio habenda, aliàs si ab uno tantum pax habeatur, ab altero potest pro suo interesse accusatio prosequi; modo tamen dicendum est, quod si proximior ille non concurreret, sed tantum hæres extraneus, ab isto tantum remissio obtenta sufficiet, ut sentire videtur Marin. *resol. lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 13. *in fine*, & clarè constabit ex infrà dicendis in altero dubio, quando concurrit uxor occisi cum filio, quis præferatur in jure accusandi, & remittendi, quæ accomodare poteris ad resolutionem hujus limitationis, quam veram judico.

53 Non obstant relata pro contraria opinione, videlicet, quod jus accusandi, & remittendi defertur jure sanguinis, & non hæreditario, prout probant jura in contrarium ponderata, & urgent etiam rationes supra expensæ, & signanter, quod sic hæres sanguinis, qui se abstinuit ab hæreditate, & qui fuit exhæredatus potest de nece defuncti accusare, quia huic objecto respondetur, quod hæc sunt vera, & procedunt, quando ratione sanguinis proceditur ad vindictam necis; at vero alio modo potest ea vindicari jure hæreditario, per extraneum hæredem scriptum, & tunc etiam sanguinis conjunctione nulla existente, ratione hæreditatis, & ex persona defuncti competit hæredi jus accusandi, ait Canc. *var.* 2. *cap.* 11. *num.* 63. *cum sequentibus*, Botillier *de succes. ab intest. cap.* 1. *theor.* 10. *num.* 1. *& seqq usque ad num.* 5.

54 Ac etiam responderi potest, quod illud jus accusandi necem, non est hæreditarium; quia hæreditas est successio in universum jus defuncti, *l. Hæreditas* 62. *ff. de reg. jur. l. Nil alius* 24. *ff. de verb. signifi.* & hæres in omne jus mortui succedit, *l. Hæres in omne* 37. *ff. de adq. hæredit. l. Cum hæres* 11. *ff. de diverf. & temp. præscript.* & sicut eo vivente non potuit agere de homicidio, ob quod decessit, ita nec ad hæredem potuit vindictam de homicidio transmittere, *l. Nam sicut* 36. *§. Si dominus, ff. ad l. Aquil. l. huic* 15. *§. fin. cum l. seq. ff. eod.* & sicuti defunctus non habuit sepulcri violati actionem, quæ illo vivente competere non potuit, neque sepulcrum esset, ubi non adhuc corpus fuit venundatum, *tot. tit. ff. de relig. & sumpt. funer.* ita nec illud jus potuit hæres habere ex jure hæreditario, *ut probant l. Pro hærede* 20. *§. fin. ff. de adq. hæred. l. Quæsitum* 10. *ff. de sepulc. viol.* quæ jura sunt, quæ in contrarium allegantur, & ponderat Botill. *de succes. ab intest. cap.* 1. *theor.* 10. *num.* 31. *qui num. seq.* tanto magis ea urgere refert; quanto illud jus accusandi hæredi competit etiam ante aditam hæreditatem, dicit *glos. in l. Cum frater, ff. de his, quibus ut indignis, l.* 1. *§. Occisorum, l.* 3. *§. Non tantum l. Propter veneni, ff. ad fil. lan.* multa ad rem concernentia videas apud Valeron *de transac. tit.* 5. *q.* 6.

55 At verò pro certo traditur, quod ex juribus ponderatis inferri non valet, jus accusandi, & remittendi necem defuncti tantùm competere posse hæredibus sanguinis, & non competere hæredibus extraneis, nulla sanguinis conjunctione existente; nam ad hos pertinere vindictam (in comperto jam probabimus) ratione affectionis, quam civiliter contraxerunt, non etiam jure hæreditario, punctim probat *dict. l.* 3. *§. Item* 3. *juncto §. Et si forte seq. ff. de iniuriis.* Nam in his juribus actio injuriarum defuncto competere non poterat; quia cadaveri, vel funeri testatoris fuit injuria facta, & tamen ad hæredes spectat actio injuriarum; quia ad eos pertinet existimatio, & fama defuncti, cum quodammodo dicatur hæredibus injuria illata, & propter proprium interesse agunt nomine proprio, *ut in l.* 1. *§. Et si forte*, in illis verbis: *Injuriarum nostro nomine habemus actionem*, non igitur nomine hæreditario, sed propter proprium interesse, ex ratione affectionis.

56 Nec tandem obstat *l. Si verò plures* 5. *§. Hac autem actio ff. de his qui deiect. vel effud.* in qua disponitur, quod si ex eo, quod dejectum, vel effusum fuit, quid damni datur in corpore libero, jure hæreditario transire ad successores non debet, quasi non sit damnum pecuniarium; quinimo argumento à contrario sensu sumpto, probat, quod si eo quod dejectum effusumve fuit, quid damni datur in corpore libero; si damnum est pecuniarium jure hereditario transire ad successorem debet, prout ita ex hac l. argumentatur Jacobus Cancer. *var.* 2. *cap.* 11. *num.* 82. & resolvit, quod operarum interesse, seu æstimatio hominis liberi damnificati non pertinet ad hæredem sanguinis, sed ad hæredem bonorum; quia est interesse, & damnum pecuniarium.

57 Aut si majus poteris respondere, quod emenda damni in homine libero dupliciter consideratur, vel ratione curationis, & operarum amissarum, & amittendarum, vel ratione æstimationis hominis liberi; respectu curationis, & operarum potest fieri æstimatio, non etiam respectu hominis liberi; quia corpus liberum non recipit æstimationem, hoc probat J. C. Cajus *in l. fin ff. de his qui deiec. vel effud* ibi: *Cum liberi hominis corpus, ex eo quod deiectum, effusumve quid erit, læsum fuerit, judex computat mercedes medicis præstitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta sunt; præterea operarum, quibus caruit, aut carituras est, ob id quod inutilis factus est; cicatricium autem, aut deformitatis nulla fit æstimatio, quia liberum corpus nullam recipit æstimationem*, cum quibus concordat *l. Qua actione* 7. *ff. ad leg. Aquil. l.* 3. *ff si quad. paup. fec. dic. l.* 1. *§. Sed cum homo ff. d. tit. de his qui deiec. vel effud. &c.*

58 Et pro emenda damni occasione curationis, & operarum duplex oritur actio, directa una, & utilis altera, directa non competit homini libero, sed tantùm utilis ad eum spectat, ut probat Ulpianus *in l. Liber homo* 13. *ff. ad leg. Aquil.* ibi: *Liber homo suo nomine utilem aquiliæ habet actionem, directam enim non habet: quia Dominus membrorum suorum nemo videtur*, modo sic, quando Ulpianus *in d. l. Si verò plures* 5. *§. Hac autem actio ff. de his qui deiect. vel effud.* denegat hæredi jure hæreditario actionem pro emenda damni illati homini libero, loquitur de actione directa, quæ cum homini libero defuncto competere non potuit, nec competere potuit hæredi, qui tantùm succedit in juribus defuncti, non enim loquitur de actione utili curationis, & operarum hominis liberi, & quatenus continet quid pecuniarium, quę ad hęredem transire debet jure hęreditario, quia penes defunctum, & in ejus hęreditate fuit.

59 Post absolutam altercationem hæredis extranei concurrentis cum hætede sanguinis in vindicta necis defuncti, transimus ad aliam non minùs intrincatam, an vidua, anue filius, qui concurrunt, præferatur in vindicanda, & remittenda nece mariti; prima est opinio uxorem præferri oportere; eo quia major affectio, dolor, & damnum, ex occisi mariti morte ei contigit, & leges aliquem in accusando præferentes considerant majorem affectionem, *l. Si plures, ff. de accusat. l. Quod & lex, §. Si tamen, ff. de lib. exhib. l. fin. ff. de collus. deteg. l. Interest, ff. de lib. can. l.* 2. *§. Si simul, ff. ad leg. Iul. de adult.* major affectio, & majus damnum est in uxore, nam vir, & uxor sunt una caro per matrimonium, Genes. *cap.* 2. Matthæi *cap* 10. *cap. Gaudeamus de divor.* hanc defendunt Plaza *in epist. dilect. cap.* 45. *à num.* 1. Curia Philippica *cap.* 3. *§.* 8. *num.* 8. Flores de Mena *lib.* 1. *var. quæst.* 7. *num.* 7. Villadiego *in politica cap.* 3. *nu.* 150. Gironda *de privil. num.* 1423. Faria *in addit. ad Covar. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 40. & magis receptam affirmat Valeron *de transac. tit* 4. *qu.* 7. *num.* 37. Canc. *var.* 2. *cap.* 11. *num.* 71. Azevedo *respon.* 30. *n.* 35. Cevallos *quæst.* 77 *in fine*, Clarus *in prax. §. fin. quæst.* 14. *num.* 8. ubi Bajard. Plaz *in prax. tom.* 1. *par.* 5. *cap.* 3. *num.* 14. *& seqq.* Lara *de Anniverf. lib.* 1. *cap.* 13. recitat Ayllon ad Gomez *var.* 3 *cap.* 3. *n.* 66. *ver. Uxorem*, Valenzuela *consil.* 153. Matth. *de re crim. cont.* 27. *n.* 25.

60 Secunda est opinio, jus accusandi interfectores patris filiis primò competere, Ipsosque esse matri viduæ præferendos per ea, quæ tradunt Franc. *dec.* 382. ubi addit. Luca Bajard. ad Clarum *§. fin. quæst.* 14. *n.* 27. Grat. *discep. Forens. cap.* 518. *num.* 3. Giurba *consil.* 61. *num.* 14. *& obs.* 27. *num.* 15. Messa *lib.* 3. *var c.* 8. *n.* 16. Merlinus *cont. cent.* 1. *cap.* 16. *num.* 4. Rovitus *de comp. super prag.* 7. *nu.* 1. Novar. *ad prag. de compos. collec.* 7. *num.* 4. & 21. Tondutus *de prævent. judic. par.* 1. *cap.* 19. *tot.* Papon. *lib.* 24. *arrest.* 5. Fab. *in Cod. lib.* 9. *tit.* 1. *def.* 1. Thoro *in comp. decis. tom.* 2. *verbo Remissio*, *et tom.* 3. *verbo Accusare*, Pasch. *de virib. pat. pot. par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 12. *et seqq* Scialoya *de furindic. cap.* 24. *num.* 34. nec dissentit Farinac. *in prax. quæst.* 13. *num.* 15. Conciol. *resol. crim. in verbo Pax*, *resol.* 19. *num.* 4. Reg. Matth. *de re crimin. contr.* 27. *num.* 25.

61 Pro filiis illæ assignantur rationes; nam filius etiam una caro cum patre, & paterni corporis portio, eademque cum eo persona existimatur, *l. fin. C. de impub. et aliis subst. §. Ei verò inst. de inut. stip. cap. Iam itaque* 1. *q.* 4. & hoc naturaliter per sanguinem, non accidentaliter per matrimonium, unde fortior filii, quàm uxoris conjunctio videtur, cum naturalis causa semper accidentali præferatur, *l. Qui habebat, ff. de tutel.* uxor nec consanguinea viri est, & si ex dolore, affectione, interesse, & damno existimandum est, tanto magis filius dolore afficitur, quanto est cæteris omnibus per sanguinem conjunctior, & majus est damnum filiorum, nam uxor alium virum habere potest; sed filii alium patrem sibi quærere non valent.

62 Tertia eſt opinio, præcedentium opinionum conciliatrix, aſſerentium æquale eſſe jus uxoris, & filiorum ejus, cum æqualiter eos amor conjungat, & dolor afficiat, unde ab uxore filiiſque ſimul, & non ab uno ſine altero faciendam eſſe remiſſionem, exiſtimarunt Vulpel. *de pace quæſt.* 24. Farinac. *in prax. q.* 13. *num.* 15 *in fine*, Paſch. *de viribus pat. poteſt. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 18. Carier *in prax. crim.* § 29. *nu.* 36. Malarat. *lib.* 3. *reſol.* 41. *num* 1. Caſtillo *de uſuf. lib.* 1. *contr. cap.* 40. *num.* 18. *& num. fin.* & in hanc ſententiam inclinat Valeron *de tranſac. tit* 4. *q.* 7. *num.* 37. *& ſeq.* Guazzin. *de pace par.* 1. *q.* 15. *num.* 7.

63 Idemque obſervari, ſi de morte uxoris quæratur, & concurrant maritus, & filii, tenet Vulpel. *de pace d. qu.* 24. Farinac. *in prax. quæſt.* 13. *num.* 15 *in fine*, Paſch. *de viribus pat. pot. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 18. Valeron *de tranſac. tit.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 40. licèt non deſint contrarium ſentientes, & Vulpel. *in trac. de pace*, *q.* 24. dicat, quod occiſſa uxore pax ſit habenda à marito, patre, & filiis copulativè, propter unitatem perſonarum, & offenſæ, quæ omnibus pariformitèr facta dicitur, cuncta hæc refert Conciol. *reſol crim. verbo Pax reſol.* 19. *num. fin.*

64 Die 19. Septembris 1659. Domini Senatores intellexerunt ea procedere, quando filii cum matre vidua ſimul concurrunt in accuſatione; at quando filii cum illa non concurrunt, nec necantes accuſant, imò tacent, nolunt, aut negligunt accuſare, ſufficere dixerunt pacem obtineri à vidua accuſante, nec expectandum eſſe, quod reliqui filii, qui pariter jus accuſandi habent, pacem, & remiſſionem faciant, per ea quæ tradit Portol. ad Molinam *in verbo Accuſatio*, *nu.* 4. (ubi de conſanguineis loquitur, & quod remotiores habent jus accuſandi quando proximiores negligunt, & vidi aliàs obſervatum) Luca ad Franc. *dec.* 382. *to.* 2. *num.* 5. ſupponit Farinac. *quæſt.* 13. *à num.* 14. Giurba *conſil.* 61. *num* 8. quod maximè in Cathalonia procedere debet, ubi vidua eſt tenutaria, & ſuſtinet omnes actiones activas, & paſſivas, & eſt vicehæres, per ea, quæ latiſſimè tractat Font. *tom.* 2. *claus.* 7. *gloſ.* 3. *par.* 3. *num.* 25. *& ſeqq* & de hac obſervantia atteſtati fuerunt Curiales Regii, & ſcribæ mandati à Regio Concilio percontati, & in eandem ſententiam inclinavit Senatus de menſe Junii 1674. in cauſa necis Joſephi Vilar Sancti Martini de Riu de Peras, Diœceſ. Vicen. ref. egregio Senat. Michaele Joanne Taverner J. R. C. ſcriba Riambau Not.

65 Poſt hæc animadverſa, habui diſpungere, an ut filii dicantur negligentes, requiratur, quod mater filios requirat, ut ad accuſandum proſiliant, aut ſe id facere nolle declarent, & reſponſum accepi nullam requiſitionem fore neceſſariam, ut docet idem Portoles ad Molinam *in verbo Accuſatio*, qui tradit judicatum ex Boer. *deciſ.* 120. *nu.* 8. & qui rem latè contrariis rationibus ſatisfaciendo tractat eſt Merlinus *cont. cent.* 1. *cap.* 16. ubi punctim deciſum recitat, quod ut filii dicantur negligentes, non oportet eos interpellari, ſed ſufficit, quod permiſerint labi tempus, infra quod commodè querelam proponere potuerint, & id omiſerint, nec ab eis ultro explorandum eſt, *ad reg. tex. in l. Si ita ſtipulatus eſſem* 14. *ff. de verb. oblig.* per quam ita in ſpecie tenuit *gloſſa in l.* 1. *verbo Reddere*, *C. de his quibus ut indig.* quam ſequitur Bartol. *ibidem num.* 3. poſt eos Luca ad Franchis *deciſ.* 100. *num.* 2. *& deciſ.* 382. *num.* 5 Reg. Tapia *deciſ.* 28. (ubi deciſum tradit *num.* 13. *&* 33. non eſſe negligentes qui remittunt) At verò juxta noſtram Regii Concilii obſervantiam ſupra relatam ſufficit pacem obtineri à vidua, ſi filii taceant, aut nolint accuſare, vel in accuſatione non concurrant, unde inquiri non oportet in eo caſu de negligentia filiorum, ut vidua in remittendo necem viri, præferatur, quia ex quo non concurrunt in accuſando, à vidua ſolùm pax eſt habenda.

66 Quando concurrunt uxor, & filii in accuſando, & remittendo, inter eos compendium ex remiſſione quæſitum communicabitur, ut ſi à pluribus hæredibus, vel conſanguineis in eodem gradu exiſtentibus facta fuiſſet, ſentire videtur Garzia *de coming. q. num.* 173. *in fine*, quem recitat Valeron *de tranſac. tit.* 4. *q.* 7. *n.* 42. *&* 43.

67 A conſanguineis viri, imò & à parentibus ejus, uxorem non excludi, ſed imò eis præferri indubitati juris eſſe tradunt DD. citati, quos laudat Giurba *obſ* 27. *n.* 13. *& d. conſil.* 61. *n.* 7. quin obſtet, quod parentum, & proximiorum ſit potior cauſa in ſucceſſione, quàm uxoris, *l. Unica*, *C. unde vir. l. fin. C. quor. legat.* ob id enim magis præferri oportet, ne aliàs, & amiſſi mariti, & omnium bonorum ejus jacturam ſentiat, cum ejus magis, quàm parentum, & agnatorum interſit mariti mors, Fab. *in C. tit. qui accuſ. non poſſ. def.* 2. Curia Philip. *cap.* 3. §. 8. *num* 8. Giurba *d. conſ.* 61. *n.* 8. *& obſ.* 27. *num.* 14 Valeron *de tranſac. tit.* 4. *quæſt.* 7. *nu.* 44. Meſſa *var. lib.* 3. *reſol.* 8. *num.* 16. Caſtillo *de uſuf. cap.* 40. *nu.* 7. Luca ad Franc. *deciſ.* 382. *num.* 4. Marin. *lib.* 1. *reſol.* 2. *nu.* 17 Sanſel. *deciſ.* 26. *num.* 25. Scialoya *in prax. foriudic. cap.* 24. *num.* 34. Conciol. *reſol. crim. in verbo Pax reſol.* 20. *nu.* 1. Creſpi *obſ.* 5 *num.* 231. ubi tradit deciſum Canc. *var.* 2. *cap.* 11. *num.* 71.

Idem DD. citati tradunt uxorem præferri hæredibus ſcriptis in vindicanda nece defuncti, Caſtillo *de uſuf. cap.* 40. *num* 7. Luca ad Franc. *deciſ.* 382. *num.* 4. Giurba *obſ.* 27. *num.* 13. qui *num.* 14. ſubdit ipſam præferri hæredibus ſcriptis, & omnibus occiſi conſanguinei tum in accuſatione, tum in remiſſione, etiamſi ejus hæres non ſit, & fortiùs ſi hæres ſit, nullis exiſtentibus filiis, & idem procedere in marito, ex Meſſa *var. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 17. Canc. *var.* 2. *cap.* 11. *n.* 71. ubi idem de ſponſa, Conciol. latè *reſol. crim. in verbo Pax reſol.* 19. *num.* 1. *&* 2. in ſponſa ſcilicet de præſenti, Giurba *conſil.* 61. *n.* 8. 68

Illud tamen jus amittit uxor ex quo tranſit ad ſecunda vota, *arg. tex. in* §. *Non tamen Auth. de nuptiis*, ubi habetur mulieri tranſeunti ad ſecundas nuptias non permitti uti dignitatibus, & privilegiis prioris viri, cum effecta ſit una caro cum ſecundo viro, ita Flores de Mena *lib.* 1. *var. quæſt.* 7. *num. fin.* Lata *de Anniver. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 5. *&* 6. Guazzin. *de pace par.* 1. *qu.* 15. *num.* 9. Canc. *var.* 2. *cap.* 11. *nu.* 2. qui ita practicari vidit, quidquid in contrarium teneat Paſchal. *de viribus pat. pot. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 58. quem impugnat Rodoer. ad Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 12. *& ſeqq.* Giurba *conſil.* 61. *num.* 9. qui idem ſtatuit in marito ad ſecundas nuptias tranſeunte, ſequitur Valeron. *de tranſ. tit.* 4. *q.* 7. *num.* 45. 69

Sed antedictum limitatur primò ſi vidua anteaquam ad ſecundas tranſiret nuptias, litem conteſtata fuiſſet, quia tunc non eſt extincta ejus remittendi actio, Gironda *de priv. n* 1541. Rovitus *ad tit. de compoſit. prag.* 7. *n.* 2. Valeron *de tranſac. tit.* 4. *q.* 7. *n.* 47. 70

Secundò limitatur, ut dictum jus prælationis, quod habet in jure accuſandi non amittat uxor per ſecunda vota, quando ſecundo nupſerit de licentia viri occiſi, ex Bald. *in l. Filium quem habentem*, *C. famil. ercis. & in l.* 1. *C. de his qui pœna nom.* Farinac. *in prax. q.* 13. *n.* 17. Conciol. *reſol. crim. in verbo Pax reſol.* 19. *n.* 5. 71

Limitatur tertiò, nam illud jus non ammittet uxor, ſi de licentia filiorum occiſi nupſerit, ex Bald. *in locis citat.* cum plenè congeſtis per Roland. *conſil.* 81 *num.* 10. *& ſeqq. vol.* 3. *& conſil.* 62. *num.* 26. *& ſeqq. vol.* 1. quos ſequitur Farinac. *in prax. q.* 13 *n.* 17. recitat Conciol. *reſol. crim. in verbo Pax d. reſol.* 19 *num.* 5. 72

Quartò limitari ſcribit idem Farinac. in loco cit. ut licèt mulier tranſeundo ad ſecundas nuptias, amittat in accuſando jus prælationis, debeat intelligi quoad filios, quibus, ſi ſecundò nupſit non præfertur, ſed non quoad alios: ſed contrarium, & verius, etiam à parentibus, & conſanguineis eam excludi, quia omnem amorem primi mariti, parentum, & conſanguineorum per ſecunda vota renuntiare vila fuit, idem ſentire videtur Lata *de Anniverſ. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 5. & eo cit. Valeron *de tranſ. tit.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 48. 73

Si pater tamen occidat uxorem ſuam, remiſſio communium filiorum non ſufficit, ſed requiritur conſenſus, vel à filiis occiſæ uxoris ex alio matrimonio ſuſceptis, vel à proximioribus ipſius uxoris interfectæ, Boſ. *in tit. de pace num.* 21. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 58. Maſtril. *de indult. cap.* 24. *num.* 79. ubi *num.* 80. docet, quod quando filii ſunt majores, vel habitant ſeparatim à patre, vel ſunt emancipati, vel mater propter adulterium interfecta ſit, tunc ſufficit remiſſio filiorum tantum, *& num.* 81. ſcribit, quod ſi uxor occidat maritum, tunc ſufficit remiſſio communium filiorum, cit at Clar. *in prax.* §. *fin. quæſt.* 58. *num.* 30. *in fine*, Marin. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 20. & de hac re Valeron *de tranſ. tit.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 55. *&* 56 Scialoya *in prax. foriudic. cap.* 24, *num.* 49. 74

Sic Senatus de menſe Junii 1671. ref. Nobili Hieronymo de Magarola J. R. C. ſcriba Badia Not. in cauſa N. Civis honorati Barcinonæ delati de uxoricidio per eum commiſſo; in puncto ferendæ ſententiæ fuit oppoſitum non dari legitimam inſtantiam, quam faciebat pater occiſæ, cum adeſſent filii communes reo, & uxori interfectæ, at verò rejecta fuit oppoſitio, & ad ulteriora in cauſa fuit proceſſum admittendo ſuprà fundatam ſententiam, quod ſi vir occidat uxorem, accuſatio (& per conſequens remiſſio) communium 75

num filiorum legitima non reputatur; sed tantum proximiorum occisæ.

76 Vidua luxoriosam vitam agens, ad remittendum necem viri non admittitur, *ex l. Iis solis C. de revoc. donat. glossa in Auth. Sacramenta Cod. quando mulier off. tut.* Placa *de delictis cap. 45. num. 1.* Farinac. *in prax. q. 13. num. 16.* illa enim vidua est honoranda, quæ verè vidua est; nam quæ delitiis vacat, vivens mortua est, *ex 1. ad Timoth. c. 7.* notat Lucas de Penna *in l. Quoties 3. C. de privil. Scholar. verbo Permanentes, idest continentes, num. 4.* inquiens, quod solent viduæ, jugo servitutis excusso, agere se liberius, adire balnea, volitare plateas, & vultus circumferre meretricios, ut ait Hieron. *ad Ocean. de morte Fabiolæ*, & tunc viduam à parentibus, & consanguineis etiam excludi, asserit Valeron *de transac. tit. 4. q. 7. n. 48.*

77 Redeundo ad jus accusandi, & remittendi, quod deferri diximus juxta ordinem succedendi ab intestato, in eoque prælationem habere filios in vindicanda, & remittenda nece patris: nunc rem prosequendo tradimus, quod æqualiter in accusando, & remittendo, attento jure communi concurrunt filii, sive masculi sint, sive fœminæ, sicut æquales sunt in succedendo, Pasch. *de virib. pat. pot. par. 2. cap. 1. num. 7.*

78 Et illud jus habent filii, sive legitimi, & naturales sint, sive naturales, aut spurii, qui certum tamen patrem agnoscunt, Farinac. *in prax. quæst. 13. num. 69.* Guazzin. *de pace quæst. 13. num. 24.* Valeron *de transac. tit. 4. quæst. 7. nu. 57.* deficientibus tamen legitimis, & naturalibus, Lucidor. *de illeg. cap. 5. num. 20.* ut cum DD. citatis, & aliis, quos allegat, declarat Conciol. *resol. crim. verbo Pax resol. 18. num. 4. cum seqq.* qui *num. 5* ait, hos, consanguineis præferendos esse, *& num. 7.* retert respectu matris cum certa sit, filios ex damnato coitu natos, posse de morte matris pacem facere.

Hæc etiam procedere in filiis exhæredatis, & emancipatis diximus suprà *n. 35.* Guazzin. *de pac. q. 13. num. 33. & seqq.* ubi docet idem esse quoad filios adoptivos, qui transierunt in potestatem adoptantis, sequitur Conciol. *resol. crim. verbo Pax resol. 18. n. 8.*

79 Si mater concurrit cum patre, præferendus est pater ratione patriæ potestatis; sed si pater mortem filii condonaverit, potest mater ex persona sua accusare, non obstante remissione mariti, Salic. *in l. Uxor, C. qui accus. non pos.* Pasch. *de virib. pat. pot. par. 2. cap. 1. num. 56.* ex Parlad. Valeron *de transac. tit. 4. quæst. 7. n. 67.* Subdens, quod renuente marito licentiam præstare, supplet Judex in hoc, aliisque casibus, quibus injustè eam adhibere recusat, allegat Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. n. 212.* Valencuela *consil. 132. n. 26. & 33.* Olea *de cess. jur. tit. 5. q. 8. n. 21.*

80 Pater, vel mater, fratri tantùm consanguineo præfertur, Marin. *resol. lib. 1. cap. 151.* Paschal. *de viribus pat. pot. par. 2. cap. 1. num. 60.* ubi avia præfertur fratri consanguineo tantùm.

81 Sic pariter juxta gradus prærogativam in ascendentibus concedi jus remittendi fit manifestum, cum eo ordine succedant ab intestato, unde mater præfertur avo paterno, & avus maternus præfertur patruo, Pasch. *d. par. 2. c. 1. n. 59. & 60.* & secundùm hæc, quę refero, dinumerare poteris gradus quibus jus prælationis in remittendo competit.

82 Post descendentes, & ascendentes intrant collaterales cum intelligentia superiùs relata *n. 30.* nulla sexus differentia considerata; nam æquale jus habent fratres, & sorores in remittendo, Paschal *de viribus pat. potest par. 2. d. cap. 1. num. 57.* Farinac. *in prax. qu. 14. n 25. & 26.* Valeron verò *de transac. tit. 4. q. 7. n. 59.* debet intelligi quando extat statutum excludens fœminas.

83 Præferuntur utrinque conjuncti eis, qui ex uno tantum latere conjunguntur, Plaz. *in epit. delic. cap. 45. num. 4.* Marin. *lib. 1. var. cap. 151. num. 3.* Valeron *de transac. tit. 4. quæst. 7. num. 59.* Farinac. *in prax. quæst. 13. num. 29.* juxta ordinem succedendi, Canc. *var. 1. cap. 5. num. 23.* dixit Senatus, ref. egregio S. Nobili Josepho Rull tunc J. R. C. nunc in Supremo Regioque Conc. Aragonum vigilantissimo Regente 19. Julii 1659. in causa Petri Pauli Lor argentifabri Civis Barcinonæ, qui obtinuit compositionem per Regiam Thesauratiam.

84 Postea consanguinei vocantur, usque ad decimum gradum, ut diximus, at si post transactionem nascatur alius qui proximior sit, non poterit ille transactionem rescindere, nec requiritur, quod alia denuo cum eo fiat, ex Gomez, & Pasch. Valeron *de transac. tit. 4. quæst. 7. num. 63.* qui *in num. seq.* id ideo affirmat; quia major proximitas superveniens non attenditur, sed ea quæ mortis tempore contingit, ut in successione, *l. 1. §. Si quis proximior ff. unde cognati §. Cognati, ver. Planè inst. de hæred. quæ ab intest. l. Si quis filio, ver. Sed hoc ita, ff. de inius. rup. l. Titius cum seq. ff. de suis, & legitim. hæred.* Olea *de cess. jur. tit. 3. qu. 4. num. 1.*

Quando agitur de remissione partis intelligitur illius, 85 quæ primas, & potiores partes in accusatione delicti habet, habita enim ab ea concordia, cæteris nullum jus manet, Exc. Crespi *obs. 5. nu. 231.* Boer. *dec. 110. n. 7.* Covar. *var. 2. c. 10 n. 5.* & ibi addit Faria, Gomez *var. 3. c. 3. nu. 61.* & ibi Ayllon, Giurba *obs. 28. n. 15.*

Attamen quando in uno eodemque gradu sunt plures, 86 quibus principaliter competit jus accusandi, omnes simul admittendi sunt ad accusandum, & omnes simul remittere debent, ex Gomez, Padilla, Paz, Claro, & aliis Castillo *com. lib. 1. cap. 40. num. 21.* & diximus in hæredibus *supra num 41.* & idem in consanguineis ejusdem gradus, ut ab omnibus sit pax habenda, nec sufficere eam obtinere à majori parte, pro certo habetur, & scribunt Farinac. *in prax. quæst. 13. n. 1. & 2.* Guazz. *de pace par. 1. qu. 17.* Novar. *ad prag. de compos. collec. 7. num 2. & 3.* & alii supra citati, quos & alios recitat Giurba *d. obs. 27. num. 11. & seq.* Cancer. *var. 2. cap. 11. num. 70.* & hoc jure nos uti attestatur, & cum infinitis sequitur Valeron *de transac. tit. 2. quæst. 7. num. 46. & tit. 4. quæst. 7. num. 65.* qui antea *nu. 42.* asserit quod inter æquales in gradu lucrum ex remissione resultans est communicandum.

Nisi proximiorum accusantium, vel alterius in eodem 87 gradu suspicaretur fraus, vel collusio, nam tunc reliqui forent admittendi, quamvis essent remotioris gradus, ex traditis à Fab. *in C. ad tit. qui accus. non poss. def. 2.* Giurba *obs. 11. per tot.* Valeron *de transac. q. 7. tit. 4. num. 52 & seqq.* qui idem procedere asserit, in viro, aut uxore in vindicanda, & remittenda alterius occisi morte, & quod à quocumque remissio, collusione interveniente, facta est nulla, probatur ex *c. 1. de collus. deregen.*

Pariter si remissio fiat per vim, vel metum, nulla est, 88 Mastril. *de indult. cap 24. num 31.* Sanfel. *decis. 229.* Danca *de remis. c. 2.* Scialoya *in prax. for jud. c. 24. nu. 56.*

Hæ tamen partium concordiæ, & remissiones fisco præ- 89 judicium non pariunt, ex Bart. Bald. Gram. Menoc. Pacian. Heringio, Valeron *de transac. tit. 2. quæst. 7. num. 47.* Guazz. *def. 3. cap. 6. num. 8.* & ex Gomez, Farinac. Lopez, scribit Faria ad Covar. *lib. 2. c. 10. num. 29.* ubi Judici de eo crimine inquirere non prohibetur.

Unus pro alio non potest remittere delicta, sine speciali 90 mandato, post plures sequitur Valeron *de transf. d. tit. 4. q. 7. n. 3.* qui idem statuit, & si mandatum vulgare, & consuetam clausulam cum libera; &c. haberet, adhuc enim non poterit ejus virtute Procurator transigere, sed opus erit speciali mandato, Scialoya *de for jud. c. 24. n. 57.* & eandem regulam observamus, ut nomine alieno nullus admittatur ad accusandum, nisi habeat speciale mandatum, Farinac. *de accus. quæst. 12. num. 53. & adden. consil. 55. lit. A.* Guazz. *def. 3. c. 8. n. 3.* Scaccia *de judic. lib. 1. c. 101. n. 44.* cum aliis citatis per Conciol. *resol. crim. verbo Accusatio resol. 11. n. 3.* Sanfel. *dec. 137. n. 9 & seq.*

Circa tutores, & curatores in jure accusandi, & remit- 91 tendi, observa quod pro posthumo tutor pacem facere non potest cum delinquentibus, quia dum est in utero, in rerum natura esse non censetur, Plaz. *in epit. delict lib. 1. c. 42 n. 1. & seq.* Farinac. *de accus. quæst. 13. n. 48. cum seq.* ubi hanc rem benè comprobat, & contrariis respondet, Guaz. *de pace p. 1. quæst. 13. num. 37.* ubi alios dat concordantes, & post eos Conciol. *resol. crim. verbo Pax resol. 18. n. 10.* Novar. *quæst. forens. 9 lib 2.* Luca ad Franc. *dec. 535. n. fin.*

Infans, nec cum tutoris auctoritate potest pacem facere, 92 cujus in ea re nullum judicium est, *l. 3. §. Proinde ff. ad S. C. Macedon. l. Qui jurasse 26. ff. de jure juran. l. Pupillus 189. ff. de reg. jur.* tradunt Clarus *in pract. §. fin. quæst. 58. ver. Quæro an tutor*, Farinac. *in prax. quæst. 15. in princ.* Guaz. *de pace part. 1. quæst. 14. num. 25.* Conciol. *resol. crimin. in verbo Pax resol. 22. num. 10.* Gutier. *de tutel. par. 2. cap. 7. num. 2.* Mastril. *de indult. cap. 24. num. 62.* Valeron *de transact. tit. 4. quæst. 7. num. 81.* qui *num. seq.* ex Narbona *annal. jur. anno. 25. quæst. 19. num. 2. & 3.* & iste ex Villalp. *in rep. leg. 22. tit. 1. par. 7. cap. 67. numer. 5.* infantiam hoc casu protrahit, usque ad decennium, licèt aliàs, usque ad septennium extendatur, *l. Si infanti 18. Cod. de jur. delib. leg. 1. § Sufficit ff. de administ. tutor. leg. in sponsalibus 14 ff. de sponsa.* Narbona *in annal. jur. anno. 7. quæst. 1.* Olea *de*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ceſſ. jur. tit. 2. q. 6. num. 42. & cum aliis Valeron. *de tranſac. loco citat.*

93 Poteſt tamen ſolus tutor pro infante pacem facere, cum poſſit pro infante accuſare, Gomez *var. 3. cap. 3. num. 66.* Farinac. *in prax. quæſt. 15. num. 42.* Guazz. *de pac. par. 1. quæſt. 14. num. 35.* Conciol. *reſol. crim. verbo Pax reſol. 22 num. 11.* Valeron *de tranſac. tit. 4. q. 7. num. 83.* Luca ad Franc. *deciſ. 535. num. 3.*

94 Si major eſt infante, poteſt ipſe accedente tutoris auctoritate remittere delictum, Paſchal. *de viribus pat. pot. par. 2. cap. 1. à num. 81.* Narbona *in annal. jur. anno. 25. quæſt. 19. num. 4.* Valeron *de tranſac. tit. 4. quæſt. 7. num. 85.* Grat. *diſcept. forenſ. par. 3. cap. 518. nu. 7.* plures laudati à Conciol. *reſol. crim. verbo Pax reſol. 22. num. 1.* nec tunc prohibetur ſolus tutor pro pupillo impubere pacem inhire, cum ſolus tutor pupilli nomine poſſit accuſationem proponere, *l. Pollaquidem 2. C. de his, quibus ut indig. l. Tutorem 22. ff. eodem*, & ſolus juramentum deferre, *l. Tutor 35. ff. de jur. jur. an. l. Videamus §. Si tamen ff. de jure jurand. l. 2. §. Quod obſervari C. de juram. calum.* & tranſactio & juramentum æquiparantur, *l. 1 ff. de jur. jurand. l. Si parens C. de tranſac. l. Interdum §. Qui tuelam ff. de furtis*, & cum his juribus, ex infinitis DD. comprobat Farinac. *in prax. q. 15. n. 42.*

95 Nunc diſputant DD. an in remiſſione tutoris ſit neceſſarium Judicis decretum, aliqui tenent eſſe neceſſarium, præcedente inſtantia, ut capiatur informatio, qualiter expediat remittere, Franc. *deciſ 535.* Novar. *quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 9.* Simoncel. *de decret. lib. 2. tit. 6. ſpec. 16. num. 139.* Caſſan. *in conſuet. Burgund. tit de juſticies, ver. Si le graſſe, n. 164.* Plaza *de delictis cap. 45. num. 7.* Joan Baptiſta Thoro *tom. 1. in compend. deciſ. verbo Remiſſio facta à tutore, fol. 467. & in eod. verbo fol. 457.* ratione hujus opinionis ponderat Farinac. *in prax. q. 15. n. 6. cum ſeqq.*

96 Contrarium defendit poſt plures Gomez *var. 3. cap. 3. nu. 66.* Padilla *in l. Tranſigere, C. de tranſac. nu. 64.* Julius Clarus *in prax. §. fin. quæſt. 58 ver. Quæro an tutor*, Gutier. *de tutelis par. 2. cap. 7. num. 6. & in Auth. Sacramenta pub. C. ſi adverſus venditionem num. 138.* Azevedo *in l. 2. tit. 10. lib. 8. Recopil. num. 140.* Maſtril. *de indult. cap. 24. num. 63.* Narbona *annal. jur. anno 25. quæſt. 19. num. 5.* Grat. *diſcep. forenſ. cap. 518. num. 10. 15. 16. & 18.* Marinis *reſol. lib. 1. cap. 2. num. 25.* Molina *de inſt. tract. 3. diſp. 45. num. 6.* Barboſa *in collect. ad l. 22. C. de pactis, num. 10.* Farinac. *in prax. quæſt. 15. à num. 9.* quos recitat Valeron *de tranſ. tit. 4. quæſt. 7. num. 94.* Guazz. *de pace par. 1. quæſt. 14. num. 14.* Conciol. *reſol. crim. verbo Pax reſol. 22. n. 2.*

97 Alii verò DD. exiſtimant, quod aut ſolus tutor querelam remittit, ut quia pupillus ſit infans, & in hoc caſu requiritur Judicis decretum; aut minor cum tutore, & tunc procedit ſecunda opinio, præſertim, ſi à pupillo doli capaci cum juramento ſit facta remiſſio, quia ratione juramenti ſuſtineretur; quam diſtinctionem tradit Caravita *in vit. in cap. 279. num. 9.* & ei adhærere videtur Paſch. *de virib. pat. pot. par. 2. cap. 1. num. 90.* recitat Luca ad *deciſ. Franc. 535. num. 3.* nec ab ea diſcedere videtur Valeron *de tranſ. tit. 4. q. 7. n. 83. et 95. cum ſeqq.*

98 Articulum eſſe difficilem ſcripſit Prato ad Paſchal. *de pat. pot par. 2. d. cap. 1. in addit. ad nu. 8.* & utramque opinionem eſſe probabilem ait P. Fragoſ. *de reg. Reip. Chriſt. par. 1. lib. 6. diſp. 36. ex num. 19.* prout eos recitat Luca ſuprà citatus.

99 Nos verò à ſecunda opinione Farinacii non diſcedimus, qui latiſſimè hanc juribus, & rationibus fundat, & contrariis ſatisfacit, ad quem nos remittimus, ut ergo ſaluti animæ ipſius minoris magis conſulatur, utque etiam Reipublicæ quieti magis provideatur, libere abſque Judicis decreto minorem cum tutoris interventu, vel ipſum tutorem ad pacem, quæ ſemper utilis, & expendiens eſt devenire poſſe omnino concludendum cenſeo; & dato, quod minor in injuriarum remiſſione expreſſè etiam remiſerit jus, & actionem, quam habet ad damna, & intereſſe, & conſequenter iſto reſpectu pax non dicatur ei utilis, non tamen ex hoc eſt in tali remiſſione neceſſarium Judicis decretum, quia ut inquit Farinac. *loco ſuprà citato. num. 14.* iſto caſu remittitur actio, & jus non ad quid immobile, ſed ad pecuniam, & ad quid immobile.

100 Pro quæſtionibus illis, an ſi minor ruperit pacem, teneatur de pœna pacis fractæ, an minor reſtitui poſſit in integrum, tam quoad vindictam, quàm quoad remiſſionem damnorum, & intereſſe, & an valida ſit pax ſine tutoris auctoritate, ſi in illa intervenerit Judicis decretum, videas eundem Farinac. *in prax. d. quæſt. 15.* Guazz. *de pace par. 1. quæſt. 15.* & cum aliis Conciol. *reſol. crim. in verbo Pax reſol. 22.*

101 Pubes factus, ſi eſt major decem & octo annorum poteſt ſolus facere pacem ſine auctoritate curatoris, cum dicatur habere legitimam perſonam ineundi pacem, *ad tex. in l. Hac edictali 1. §. 1. in fin. de pace iurand. firm.* adhibito juramento recitat Conciol. *reſol. crim. in verbo Pax reſol. 22. num. 12. & 13.* Ayllon ad Gomez *var. tom. 3. cap. 3. num. 67.* Nos verò obſervamus, quod minor viginti quinque annorum, quia ſine curatore de conſuetudine accuſare poteſt, Farinac. *in prax. quæſt. 12. num. 15. in fine*, pacem facere valet cum delinquentibus, & tenet pax ſi per illum eſt jurata, ex eod. Farinac. *dict. q. 15. n. 31.* (ubi idem de impubere doli capace, & de adulto, adhibito juramento) & ita fuit reſolutum in Regio Concilio in facto remiſſionis factæ per Thereſiam N. minorem in favorem Franciſci N. Medicinæ Doctoris delati de ſtupro in dictam Thereſiam commiſſo, & proviſum quod relaxaretur à carceribus, attento partis conſenſu, die 17. Septembris 1659.

102 Remiſſio poteſt fieri, vel coram Judice, vel per actum publicum, ut noſtra Regia Curia obſervat, & valet fieri tam in die juridico, quàm feriato, Danza *d. tit. de remiſſ. cap. 3. num. 35.* & per offenſum offenſori abſenti, ſi interveniat Nuntius, Epiſtola, vel Notarius, qui acceptet pro abſente, Cabal. *reſol. 141. num. 7.* & cum aliis Scialoya *de forinſ. cap. 24. n. 58.*

103 Remiſſio partis offenſæ an poſſit probari per teſtes dubitatur, aſſerunt debere probari per ſcriptum Clarus *in prax. §. fin. quæſt. 58. num. 40. de iure Reg. Neap.* Caravita *in vit. M.V. c. 273. num. 15. & ſeq.* at de jure communi contrarium eſſe verius, quod remiſſio poſſit per teſtes probari tenent Guaz. *defenſ. reor. 34. cap. 3. poſt num. 2.* Rovit. *ſuper prag. 5. de abolit. n 54. et ſeq* Cabal. *reſol. crim. caſ. 141. n. 10.* Maſtril. *de indult. c. 24. n. 43. cum ſeqq.* Farinac. *in prax. q. 5. n. 11.* Scialoya *de forinſ. c. 24. n. 59.*

104 Sic Senatus 19. Julii 1659. ref. Magnifico Joſepho Rull J. R. C. nunc meritiſſimo Regente in Supremo Concilio Regni Aragonum, nam cum Petrus Paulus N. argenti Faber delatus fuiſſet de homicidio cum jactu inſtrumenti manualis perpetrato in perſonam Don Bernardi de Vilanova, & vellet componere cum fiſco, noluit aſſentire Senatus, donec conſtaret proximiores occiſi eſſe ſatisfactos, atverò data fuit pro ſufficienti probatione atteſtatio duorum Religioſorum Sancti Dominici, qui depoſuerant nobilem Ludovicum de Areny, & nobilem Violantem Uxorem ſuam, & ſororem ex utroque latere, hæredemque, & proximiorem dicti Don Bernardi occiſi eis pluries dixiſſe, nunquam querelas propoſituros contra dictum Llor, imò, quod remittebant injuriam, & ita pariter vidi ſemper obſervari, quando caſus evenit.

DECISIO XXXI.

ARGUMENTUM.

Poteſtates ſupremæ in quibus delictis à ſe abdicarunt facultatem remittendi criminoſos, & per conſequens eam facultatem denegatam inferiores habeant, ac etiam aliunde poteſtates inferiores in quibus delictis prohibitam facultatem habeant remittendi, vel componendi criminoſos,

SUMMARIUM.

1 *Dominus Rex poteſt delicta, et pœnas remittere, quia facultas remittendi delicta, et eorum pœnas eſt de regalibus.*

2 *In Cathalonia Dominus noſter Rex etiam exiſtens extra Cathaloniam poteſt remittere delicta Cathalanis.*

3 *Traditur intelligentia conſt. Clari ſicant, tit. de iuriſd. de tot. Iuries, ne ea loquatur in iuriſdictione contentioſa, non in voluntaria, qua exerceri poteſt à Domino Rege extra territorium.*

4 *Paripaſſu Locumtenentes Generales D.N. Regii in hoc Principatu habent facultatem remittendi delicta, et eorum pœnas.*

5 *Officiales Regii, et poteſtates, qua habent merum imperium habent poteſtatem remittendi delicta, & eo-*

& eorum pœnas, ad merum imperium pertinentia.

6 Apud nos per consuetudinem scriptam habent Barones facultatem remittendi.

7 Ne prolives sint Magistratus in remissionibus agendis salubriter statuit D. Rex Alphonsus Tertius, nam ex impunitate scelerum, invalescit audacia perversorum.

8 Nulla maior victima Deo offerri potest, quàm ut iniqui puniantur.

9 Punctim rem suscitat D. Regina Maria Consors D. Regis Alphonsi Quarti, prohibens extorsiones, & imponit pœnam Officialibus pecuniam extorquentibus.

10 Et licèt opponi videatur prag. ult. de remiss. delict. quæ hìc ponderatur.

11 Facilè occurritur, distinguendo casus, in quibus facultas remittendi impartitur, & in quibus illa denegatur.

12 Potestates suprema in quibus delictis à se abdicarunt facultatem remittendi criminosas, & per consequens eam facultatem denegatam inferiores habent.

13 Primò D. Rex, & eius Officiales non possunt remissiones, & compositiones, cum reis facere, nec eos à carceribus liberare, nisi parte læsa satisfacta, & Officialibus contrafacientibus adducitur pœna.

14 Et idem in Baronibus id statutum traditur.

15 De jure communi non possunt fieri remissiones, nisi parte læsa satisfacta, & peccat mortaliter Princeps, invita parte reos remittens.

16 Et debet remissio partis præcedere, non verò subsequi.

17 Quia Princeps non potest tollere jus tertii sine causa: in quo consistat interesse partis offensa emendatur.

18 Decisio Senatus.

19 Ampliatur primò, ut remissio compositio, seu transactio nequeat fieri, etiam de plenitudine potestatis, parte non concordata, nec per viam gratiæ, neque per viam commutationis pœnæ, etiamsi dictum fuerit salvo interesse partis.

20 Valet tamen Principis gratia, si fiat, dummodo inquisitus procuret remissionem partis infrà tot menses, & an si remissionem non obtinet, nihilominus valeat gratia, & an per Baronem possit hæc remissio fieri, & de aliis quæstionibus remissivè.

21 Secundò ampliatur, ut nec valeat cautela, ut Judex præfigat parti offensæ terminum ad accusandum, nam nec elapso termino fieri petierit compositio, parte non satisfacta.

22 Tertiò ampliatur, ut non concordata parte, criminosus non possit gaudari.

23 Nec indulta generalia à Principe conceduntur in delictis, nisi in illis in quibus adest desistentia partis, nec sive ea gaudet inquisitus indultu generali, etiam si ante indultus publicationem, non esset formata inquisitio, nec publica querela.

24 Desistentia partis est necessaria, dato etiam quod pars non se querelaverit.

25 Secundo Dominus Rex, & eius Officiales non possunt per compositionem remittere latrones, grassatores viarum publicarum, incendiarios, occissores pecudum, assassinos, devastatores vinearum, & arborum & num. 26.

27 De indultu generali secernuntur publici latrones, & derrobatores stratarum, etiam pro unico furto.

28 Tertiò Dominus Rex promisit compositiones non facere de crimine sacrilegii, donec illi, qui manus violentas in Clericos, vel Religiosos imposuerint, plenariè satisfecerint injurias, & absolutionem ab Ecclesia Romana obtinuerint.

29 Quarto condemnatis in judicio tabula, non est permissum fieri remissio per D. Regem, & eius Officiales, solum sibi retinuit Dominus Rex, quod de sententia condemnationis, quoad pœnam corporalem possit facere gratiam, postquam lata fuerit sententia, & non antea.

30 Quintò inhibuit compositiones pro pecunia de licentiis extrahendi à Principatu grana (pro caristia extrahi prohibita) & disposuit quod prohibitio duret tantùm usque ad messes, tunc proximè venturas.

31 Posse à Principe illam prohibitionem fieri tempore carestiæ traditur, aliàs licere in hoc Regno commerciari comprobatur.

32 Sextò, nec fallitis potest fieri remissio, nec guidaticus si primitus creditoribus non satisfecerint, nisi de voluntate creditorum, & quomodo id practicetur, remissivè.

33 Septimo non possunt remitti à D. Rege, & ejus Officialibus offendentes casu acordato, & nullis præcedentibus diffidamentis, ex Const. com instigant tit. quant sia licit, ò no venjarse, nisi ante Const. haberent facultatem remittendi, usque ad 35.

36 Decisio Senatus.

37 Octavò interposito recursu, & declarato recursui locum non esse, causa est restituenda Baroni, quin possit delinquens per compositionem remitti. Per Principem non potest fieri remissio, seu gratia vassallis Baronum, & citantur DD. qui contrarium tenent, potest tamen fieri gratia condemnatis ab Ordinario Regio.

38 Potest tamen vassallis Baronis à Principe fieri remissio, si concurrat publica utilitas.

39 Nonò etsi à portu instrumentorum manualium idest Pedrenyals non possent delinquentes remitti ex Constitut. 3. tit. de prohibicio de armas, atverò cum dicta Constitutio foret temporalis, usque ad conclusionem primarum Curiarum, in sequentibus Curiis anni 1599. non fuit prorogata, & mansit abolita.

40 Decimò non possunt remitti crimina, & excessus pro quibus mors naturalis, vel civilis, aut membri mutilatio debetur, & crimen incestus.

41 Possunt tamen ex causa compositionis pecuniaria, & non precibus, vel gratiosè remitti crimina, & de eis guidatica concedere, dum tamen per jura patria, & ipsis deficientibus per justitiam, non esset infligenda pœna mortis naturalis, aut civilis, & exilii perpetui in insulas, aut mutilationis membrorum, aut gravium flagellorum ex causa furti, sive alcavotaria hominum tenentium mulieres prostibulantes in lupanaribus, aut in hospitiis, sive hostalibus, vel jurantibus enormiter de Deo, Beata Maria Virgine, seu Apostolis, & Sanctis Dei, aut maledicentibus Deo, & Beata Maria Virgini, & Apostolis, & Sanctis, & traditur observantia, & infrà num. 52. & 53.

43 Undecimò prohibita est remissio, si non constat de delicto, nec adsunt legitima indicia in processu, quia tunc remissio esset extorsio.

44 Duodecimò, nec remittuntur falsificatores monetæ.

45 Et sunt casus in quibus potestatibus superioribus prohibetur remissio, seu compositio, & per consequens inferioribus; etiam respectu inferiorum subsequuntur.

46 Primo in contrahente matrimonium cum puella sine consensu personarum, quæ hìc expressantur, aut in crimine raptus prohibetur remissio, vel compositio, & num. 47.

48 Secundò prohibita est remissio delictorum, si sint commissa per Francigenas, Pastores, aut vagabundos.

49 Tertiò non possunt remitti qui ad duellum provocant universitates, capitula Ecclesiarum, vel Cathedralium, vel collegiatarum, Collegia, Monasteria, & quascumque alias personas Ecclesiasticas, cuiuscumque status, aut conditionis sint, in Sacris Ordinibus constitutas.

50 Quartò non potest dispensari pœna quingentum solidorum contra ludentes aliquo ludo taxillorum, intra domos, hortus, & alia loca occulta, cum intelligentia, quæ expressatur.

51 Quintò sine spe venia debent puniri deferentes falsam barbam, & fabricatores barbarum fictarum.

52 Sextò non possunt guidari Ægyptii, imò repellendi sunt à Principatu.

53 Septimò non possunt indulgeri delati per Vicarios cum compositione pecuniarum remittendo affectationem gentium ad prosequendum delinquentes in foro emisso.

54 De octavo suprà num. 40.

55 De jure communi admitti non debent compositiones in crimine sodomiæ, sacrilegii, raptus Virginum, vio-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

violationis sepulcrorum, in Reis Maiestatis, Parricidis, & similibus, & nu.56.

57 *Nonò extra Vicariam, in qua delictum est commissum non potest Portans Vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ illius delicti facere remissiones, quia causa Vicaria intra Vicariam, & Baiulie intra Baiuliam debent terminari.*

58 *Constitutiones loquentes de Ordinariis in prohibitione remissionum, seu compositionum delictorum comprehendunt Geremem vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ, via ordinaria procedentem.*

59 *Si procedat Vice regia, Gerens vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ, maximam habet potestatem, & exercet Regalias communicabiles, quatenus expressè cautum reperitur, aut quatenus habet de consuetudine, & tunc observare tenetur Constitutiones, quas sibi statuit D. Rex; non verò ligatur Constitutionibus, de Officialibus Regiis tantundem loquentibus.*

60 *Decimò Ordinarii non possunt compositiones facere lata sententia, quia functi fuerunt suo Officio, & commutare pœnas est de regalibus, nec vices gerens Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, procedens via ordinaria, poterit eas compositiones, & commutationes facere, & nu.61.*

62 *Undecimò de delictis in Officio non potest fieri abolitio, nec gaudent Officiales indultu generali, quia eorum delicta reputantur graviora, & quomodo hoc intelligatur, traditur usque ad n.66.*

67 *Constitutiones, quæ loquuntur de Ordinariis non comprehendunt supremas potestates.*

68 *Licèt pragmatica 2. 3. 4. & 5. tit. de remis. dirigantur Ordinariis, eas tamen observat R. Criminale Concilium denegans remissiones Criminosis ob delicta, quæ merentur pœnam mortis naturalis, aut civilis, aut mutilationis membrorum.*

1 DOminus Rex potest delicta, & eorum pœnas remittere, quia facultas remittendi delicta, & eorum pœnas est de regalibus, *l. Relegati 4. in fine, l. Moris 9. §. Ista ferè, l. Divi fratres 27. l. Ad bestias 31. ff. de pœnis, l. §. fin. ff. de qu. l. Si intervenient 12. ff.* ad S. *C. Turpilian. l. Generalis 7. l. Cum indulgentia 10. & passim, C. de sement. pas.* Cabal. *cent.1. cas.58 num.4 & 5.* Cassan. *in Cathal. gloriæ mundi par.5. cons.24.* & plures quos per duas columnas allegat Sueluez. *cons.40. num.10.* Exc. D. Vicec. Cresp. *obs.5. n.2. 6. 7. & seq.* Scial. *in prax. for jud. c.24. nu. 96.* ubi quid in Baronibus.

2 Etiam eo jure utitur in hoc Principatu, nam Dominus noster Rex etiam existens extra Cathaloniam potest remittere delicta Cathalanis, tradit decisum Ferret. *obs. c.471. par.3.* Peg. *tom.1. dec.13.* Cancer. *var. par.2. c.2. n.232.* Gylum tradit Exc. Crespi *obs.5. num.287.* & nuper vidimus observatum in remissione quorundam facinorosorum hominum Villæ de Sitjes, quibus fuit facta remissio pro bono publico, non obstante partis instantia.

3 Nec his obesse docent Practici nostri insuper relati *Const. clarificant 14. tit. de jurisdiccio de tots Juges*, quia illa loquitur in jurisdictione contentiosa, non verò in voluntaria, idest in concernentibus jurisdictionem voluntariam (prout est delictorum remissio) nam hæc etiam extra territorium exerceri à Rege potest, juxta doctrinam communiter scribentium, quam recitant Tondut. *tom.2. qu. Canon. cap.200. num.7. 8. & seq.* Carleval *de judic. to.1. disp. 2. num.21. 25. & 756.* Cancer. *var.3. cap.13. num.294.* latissimè pluribus rem comprobantibus Exc. D. Vicec. Crespi *obs.15. num.17. & seqq.* & ex nostratibus, quos allegat, addo Font. *de pactis to.1. clau 4. gl.10. p.1. n.108. & seqq.*

4 Pari passu Locumtenentes Generales Domini nostri Regis in hoc Principatu habent illam facultatem remittendi delicta, & eorum pœnas, ut disponitur in *Const. per posar en degut orde 3. tit. de compos. y avar.* scribit Xam. *de Offic. jud. p.1. q.24. nu.104.*

5 Officiales Regii, & potestates, quæ habent merum imperium habent potestatem remittendi delicta, & eorum pœnas, ex Usat. *qui justitiam, §. Mulieribus tit. de jure fisci in 1. vol. Const.* ait Mieres *in comment. Regis Per.3. to. 1. col.6. in novis pag.300. num 3.* crimina scilicet ad merum imperium pertinentia, ut tradit Ferret. *par.1. guber. cap. 84.* & antè eum Calicius in Margar. *fisci dub.8. vers. 32. incipient de jure usat.* Sentiens ibidem quod hodie per pragmaticas sanctiones, quæ extant *in 2. vol. Const. tit. de remis. crim.* Illud jus remittendi est communicatum Gubernatoribus, Vicariis, & Bajulis Cathaloniæ.

Præterea ulterius apud nos, in vim consuetudinis scriptæ in dic. Usat. *qui justitiam, §. Mulieribus tit. de jure fisci*, sub nomine potestatis ibidem expresso, veniunt comprehensi Barones, qui propterea habent facultatem remittendi delicta, & eorum pœnas, quam consuetudinem approbatam agnovimus in diversis Constitutionibus, quæ infrà allegantur. 6

Atverò ne proclives sint Magistratus in remissionibus criminum, salubriter statuit D. Rex Alphonsus Tertius *in prag. edita Valentiæ 6. Idus Aprilis 1335. in secundo vol. Const. tit. de remissionibus in ordine 3.* Inquiens, ex impunitate scelerum invalescit audacia perversorum, & quod sic decet, ut illi quibus jurisdictio populi est commissa, sic attentiùs circa traditæ sibi potestatis Officium vigilent, quod gladius, qui ad vindictam malorum, laudem verò bonorum inventus extitit, in facinorosos sic sæviat, ut innoxios tueatur, neve defectus pœnæ, criminosis delinquendi tribuat incentivum, cum plures malefaciendi summant audaciam, dum facinorosos hujusmodi, publicè impunitos conspiciunt, quos & jus, & ratio finali supplicio meritò condemnaret. 7

In eadem re observa dictum Senecæ in tragediis ajentis, quod nulla major victima Deo offerri potest, quàm ut iniqui puniantur, & ne omittas tradita à Rocca *de Officiis rub.14. §.13. num 9.* qui ad ipsum latissimè Doctores cum juribus allegat, & de calamitatibus, quæ ex nimia delictorum remissione proveniunt, latè, & benè agunt Cabedo *dec.71. num.1.* Mastril. *de Magistrat. lib.3. cap. 7. à numer. 6.* Christian. Sesse *de inhibit. capitul. 1. §. 5. numer. 13. & 14.* Fragos. *de regim. Reipub. part.1. lib.4. disp.11. §.3. à n.304.* Diana *p.6. tract.6. resol.1. & pluribus laudatis*, Sueluez *cent.2. cons.40. n.12.* Intrig. *dec.40. in fine.* 8

Punctim rem tuscitat Domina Regina Maria Consors, & Locumtenens Generalis Domini Regis Alphonsi quarti in Curia Barcinonæ anni 1422. *c.14. & est Const. ab aquest. edicte 18. tit. de cosas prohibidas als Officials in vol. Const.* ubi statuit, ut Portans vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, & alii quicumque Officiales Regii non possint, neque compellere præsumant, ab Universitatibus, nec singularibus cujuscumq; status sint, aliquo quæsito colore, vel aliquo modo, directè, vel indirectè accipere remissiones, & ea causa quantitates, aut res recipere, sub pœna restitutionis extortorum faciendæ Universitatibus, aut singularibus, à quibus extorserunt, unà cum duplo, & quod ex inde eorum officia exercere non possint, quousque restitutioni cum duplo satisfecerint, & quod remissiones sint nullæ, nisi partes, quæ eas obtinuerint, voluerint ipsis lætari. 9

Quibus oppositis apparent dispositæ *in prag. ultima, tit. de remis. crimin. in secundo vol Const.* ubi eisdem Officialibus (præterquam in casibus ibidem expressis) concedit Dominus Rex Ferdinandus facultatem, ex causa compositionis pecuniariæ, & non precibus, vel gratiosè, remittendi crimina, excessus, sive delicta, & de eisdem guidatica quæcumque concedere. 10

Enimverò cuicumque videbitur facile his juribus occurri, reducendo generalitatem *Const. 18. tit. de cosas prohibidas*, ad specialitatem dispositam *in prag. ult. tit. de remis. crimin.* attendendo ad casus, in quibus facultas remittendi, potestatibus denegatur, & casus, in quibus illa impartitur, quorum emedulatio confert ad capescendos nostrorum jurium diversos sensus, qui sparsim à Practicis petuntur. 11

Potestates supremæ, in quibus delictis à se abdicarunt facultatem remittendi delicta criminosis, & per consequens eam facultatem denegatam inferiores habeant. 12

Primum; nam Dominus Rex, & ejus Officiales non possunt remissiones, & compositiones cum Reis facere, nec eos à carceribus relaxare, nisi parte læsa satisfacta, ut dispositum extitit per D. Regem Alphonsum secundum in prima Curia Montissoni anno 1289. *cap.14.* & D. Regem Jacobum secundum in prima Curia Barcinonæ anno 1291. *cap.7.* & per Dominum Regem Petrum tertium in Curia Montissoni anni 1363. *cap.4.* ubi Officialibus contrafacientibus statuit pœnas privationis Officiorum, & solvendi centum morabatinos auri, pro qualibet vice, & per Dominum 13

Regem

Regem Ferdinandum primum in Curia Barcinonæ anni 1413. *cap.*13. ubi præter eas pœnas ampliùs statuit, ut Officiales contravenientes teneantur, parti damnificatæ, aut læsæ solvere ex bonis propriis omnes expensas, damna, & interesse passa, quæ sunt *Const. in Ordine* 2. 3. 5. & 6. *tit. de iniur. y danys donats, in* 1. *vol. Const.*

14 Id ipsum disposuerat Dominus Rex Petrus tertius in prima Curia Barcinonæ anni 1365. *cap.*7. *et est Const.* incipiens *lo Senyor Rey in ordine* 4. *titul. de cust. de presos*, ubi statuitur, ut nec possit reus pro negotio civili, vel criminali captus ulla ex causa à carceribus liberari, parte non satisfacta, aut si res erit incerta civilis, aut criminalis, quo usque præstiterit convenientem cautionem de stando juri partis; & ne dubitari valeret, an sub his dispositionibus comprehenderentur Barones, in eosdem idem observari statuit Dominus Rex Ferdinandus secundus in Cur. Montissoni an. 1512. *c.*16. quod est *Const. com per experiencia* 3. *in fine tit. quant sia licit, ò no venjarse*, ubi disponitur, quod Dominus Rex, nec ejus successores, nec Locumtenens, Generalis Gubernator, & Portans vices illius, nec alii Officiales Regii, ac etiam Barones possint, nisi parte læsa satisfacta, dictas remissiones facere, quæ Constitutio fuit confirmata per Dominum Regem Philippum in Curia Barcinonæ ann. 1641. *cap.*15. *et est Const. per llevar* 7. *eod. tit.* concordat cum dictis Const. prag. Dom. Regis Ferdinandi, quæ est ultim. *tit. de remis. crim.* comprobat id ipsum, juramentum Vicariorum in ingressu officii, quod ordinatum fuit per Dom. Regem Petrum secundum, & est collocatum *in* 1. *vol. Constit. tit. de Offici de Veguer post Const. las Vegerias in ordine* 8. *eodem titul.*

15 Quibus accedit jus commune, ex expresso jure *in l. fin. C. de abolit.* ibi: *Nisi forte ille, qui hac passus est suum consensum ad petendam abolitionem accommodaverit*, & docent communiter DD. Ciriac. *cont.*343. *tota*, Castillo *cont. tom.*7. *cap.*41. *num.*145. Quesada Pilo *tom.*1. *disert.*1. *num.*17. Sanf. *dec.*52. *num.*39. *et dec.*253. *num.*10. ubi *nu.* 13. subdit maxime ea procedere in Regno, ubi adsunt Ritus, & pragmaticæ, eadem disponentes. Thoro *in comp. dec. ver. Compositio, tom.*1. Guaz. *def. rear.*34. *cap.*3. *n.*1. *et* 4. Farinac. *in prax. crim. de inquisit. qu.*6. *num.*18. *cum seqq.* à Ponte *de potest. Proreg. tit.*3. §.1. *nu.*17. Capiblanc. *de Baronibus prag.*6. *post num.*36. *et* 42. Mastril. *de indult. cap.*24. *nu.*1. *cum seqq.* Ricc. *collect.*216. & his relatis Scial. *in prax. foriudic. cap.*24. *num.*16. Roccus *de Offic. rub.* 14. §.13. *num.*63. Excellentissimus Crespi *obs.*5. *num.*217. (ubi quod peccat mortaliter Princeps, invita parte reos remittens) & ex nostratibus Mieres *in com. Pet.*3. *in Curia Montis. col.*6. *pag. mihi* 37. *in cap. nos, & primogenitus, num.*1. Ferrer. *obs. par.*3. *cap.*473. Canc. *var.*2. *cap.*11. *nu.* 111. Xammar *de Offic. judic. p.*1. *q.*6. *nu.*11. Berart. *in spec. visit. capit.*13. *num.*9. *& capit.*16. *num.*43. & 44. Peguera *dec.*65.

16 Et debet remissio partis præcedere, non verò subsequi, R. à Ponte *con.*69. Capiblanc. *de Baronibus dict. pragm.* 6. *num.* 34.

17 Ratio est; quia Princeps non potest tollere jus tertii sine causa, *l. venditor* 13. §. *si constat, ff. com. præd. l. fin. C. si contra jus, vel utilit. pub.* sed partis offensæ interest delinquentem puniri, & condemnari: primò ad damna, & interesse, quæ ob mortem defuncti, & occisi, ejus hæredibus debentur, ad tradita *in l. liber homo* 13 *& in l. qua actione* 7. *& ubique glos. & Doctores, ff. ad leg. Aquil.* Secundò ad pœnam delicto convenientem, cum offensi nedum recompensationem, & honoris quodammodo restitutionem in pœnam delinquentis accipiant, sed offensi hæredibus, & conjunctis maximum est solatium videre delinquentem, via juris debitam pœnam pati, *l. capitalium* 28. *v. famosos ff. de pœnis*, S. Thom. 2. 2. *qu.*67. *art.* 4. has rationes prosequitur Farinac. *in prax. qu.*6. *num.*18. qui *num.*20. eas extendit, non solùm in offensionibus factis in persona, sed etiam in rebus, ut in furto, rapina, & similibus, sequitur Sesse *de inhibit. cap.*1. §.5. *num.* 24. *& sequentibus.*

18 Quæ omnia passim observamus, & fuit dictum in Regio Concilio, sub relatione Magnifici Michaelis Joannis Taverner & Rubi I. R. C. in actis Riambau Not. die 7. Julii 1671. in Subbajulo Civitatis Gerundæ delato, quod non obstante formali partis instantia die 26. Januarii 1671. fecerat remissionem criminosi de raptu cujusdam domicellæ, qui fuit privatus d. Officio Subbajuli, etsi post capturam dicti Subbajuli, supervenisset partis offensæ remissio.

Ampliatur primò dicta prohibitio, ut remissio, compositio, seu transactio fieri nequeat, etiam à Principe de plenitudine potestatis, parte non concordata, Gram. *vot.* 35. *& cons. crim.*34. Capiblanc. *de baron. prag.*6. *num.*43. Cabal. *resol. crim.*58. *in princ.* Scial. *de foriud. cap.*24. *nu.*16. neque per viam gratiæ, neque per viam commutationis pœnæ, etiamsi dixerit salvo interesse partis, probat *ex l. quoties* 2. *C. de prec. Imp. offer. l. fin. ff. ad Turpil.* Farinac. *de inq. qu.*5. *num.*11. Caval. *de brac. reg. par.*4. *nu* 205. Ruin. *cons.*60. *vol.*5. Baldus *in l. unica, C. de in jus vocan.* Pav. Ghirland. *qu.*5. *in princ.* Roccus *de Officiis, rub.* 14. §. 13. *num.*63. *&* 64. Sanfel. *lib.*1. *dec.*53. *num.*16. *& num.* 39. Thoro *tom.*1. *in comp. dec. verbo compositio in princ.* Nigro *cons.* 343. *tota*, ubi latè de commutationibus pœnarum. 19

Valet tamen Principis gratia sub modo, dummodo inquisitus procuret remissionem partis infrà tot menses, Mastril. *de indult. cap.*24. *num.*85. Scial. *in prax. foriud. cap.* 24. *num.*17. ubi addit, quod solet apponi clausula *dummodo interim inquisitus non accedat ad locum partis offensæ*, & per Barones id non posse fieri, scribit Capiblanch *de baron. d. prag* 6. *num.*17. Franc. *dec.*509. in qua Luca *num.* 1. ait, quod illa verba obtenta partis remissione intelligi debent infra sex menses, inspecta consuetudine Regis in gratiis concedendis, & ad hos recurre pro quæstionibus, an illa verba importent conditionem, vel modum, & si inquisitus procurat remissionem, & eam non obtineat, an nihilominus valeat gratia, & an si contrafecit, accedens remissus ad locum partis offensæ, an possit puniri pro delicto, in quo fuit aggratiatus, & ad Rovit. *prag.*1. *d n.*8. *usque ad fin. de guidat. & dec.*4. Sanfel. *decision.*49. *& decision.* 51. 20

Ampliatur secundò, quod nec valeat cautela, ut Judex præfigat parti offensæ terminum ad accusandum; nam nec elapso termino poterit fieri compositio, vel remissio parte non satisfacta, & concordata, Caravita *in ritu* 272. ubi pluribus rationibus, & auctoritatibus id comprobat, & post eum à Ponte *de potest. Proreg. tit. de provis. fieri solit*, §.4. *num.*33. Farin. *de inq. qu.*5. *ver. Amplia primo, sub n.* 1. quos & alios recitat Capyc. Latro *lib.*1. *dec.*71. *n.*10. & ibi Manfrella, Luca ad Franch. *dec.*509. *n.*4. 21

Ampliatur tertiò dicta prohibitio, nam nec Dominus Rex, nec ejus Officiales, non satisfacta, & concordata parte, possunt criminosos guidare; imò, quod tunc guidaticus sit nullus, disponitur *in d. Const* 4 *tit. de custodia de presos, & in Const.*3. *tit. quant sia legut*, & ratio est, quia guidare est, quodammodo remissionem facere, & sicut prohibita est remissio, non satisfacta parte, ita & pariter guidaticus prohibitus censetur, ut punctim tradit Michael Ferret *observ. gubern. in* 2. *parte, c.*13. *circa medium*, Canc. *var.*2. *c.*11. *n.*113. Berart. *in specul. visit. c.*16. *n.*47. Xammar *de Offic. judic. p.*1. *q.*6. *n.*11. *remissivè, & rer. jud. p.*2. *dif.*128. *n.*3. *& seqq.* 22

Ampliatur quartò, ut nec indulta generalia à Principe conceduntur, nisi in delictis, in quibus adest desistentia partis, tradit sic per litteras Regias declaratum Sesse *de inhibit. c.*1. §.5. *num.*119. Larrea *dec.*26. *num.*11. ubi id refert decisum in generali indultu ob Principis nativitatis jucunda solemnia, & in eisdem terminis est doctrina Latro *dec.*71. ubi scribit, non gaudere inquisitum indultu, etiamsi ante indultus publicationem non esset formata inquisitio, nec publicata querela, & contrariis argumentis in hanc rem satisfacit, quos recitat Quesada Pilo *disert.*1 *num* 28. adde Luca *dec.*509. *num.*3. & 5. ubi latè de materia Prato ad Pasc. *de pat. par.*2. *c.*1 *in annot. nu.*10. de hac re agens, ea ratione in Curiis generalibus indultu Principis conceduntur, excipiendo carceratos, qui habent instantiam partis, & formam indulti, scribit Regens Vinyes *in disc. celeb. Cur.* 3. *n.*18. *& seqq.* 23

Hæc utique indulta generalia, & publica fiunt à Principe, vel ob diem insignem, vel ob publicam gratulationem, vel ob rem prosperè gestam, vel ob lætitiam ingentem, vel ob honorem divinæ domus, ut loquitur *l.*7. 8. 9. & 12. ad S C. Turpil. & à Constantino ob nativitatem filii Crespini concessam fuisse, legitur, & scribit Basil. *dict. decis.* 35. *num.*16.

Hæc adeò subsistunt, ut etiamsi pars offensa non se querelaverit, sed ex officio per inquisitionem processus fabricatus fuerit, nihilominus desistentia partis offensæ optetur, Larrea *dec.*26. *num.*10. Barbat. *de divis. fruct. par.*1. *cap.*13. *num.*40. *& 58.* & his relatis Quesada Pilo *disert.*1. *num.* 28. Roccus *de Offic. rub.*14. §.13. *nu.*76. Scial. *in prax. foriud.* 24.

*cap.*24.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cap.24. num.21. quibus adde Sesse *de inhibit. c.1.§.5. n.* 126. qui ait, quod dicitur pars extare, si illa sit in rerum natura, licèt non agat in processu, quidquid dicat Cancer. *var.2. cap.11. numer.114.* sed pro his vide *in decision. seq.*

25 Secundum casum statuit Dominus Rex Philippus in Curia Montissoni anno 1585. *c.9.* est *Const. perque, fin. tit. de composit. in primo volu. Const.* disponens, ut nullo modo possint remitti per compositionem latrones, grassatores viarum publicarum, incendiarii, occisores pecudum, assassini, devastatores vinearum, & arborum, sed debeant puniri juxta leges terræ, & in earum defectu, juxta jus commune, quæ constitutio fuit prorogata in Curiis anni 1599. *in Const.1.* & eam allegat Berart *in specul. visit. cap.* 13. *num.14.*

26 Et licèt prænarrata constitutio, de Domino Rege, & ejus Officialibus non loquatur, at vero cum simpliciter prohibeat remissiones in recitatis delictis majoribus, credendum est voluisse etiam ipsos comprehendi, Mieres *tom.2. in com. Dom. Reg. Ferdinandi in Curia Barcin. coll.9. c. contra la pensa part.2. pag.* 260. *in novis. numre.33. & in ead. Cur. c. com ser ò contrauer, pag.240. n.188.*

27 Ad hæc faciunt, nam de indultu generali secernuntur publici latrones, & derrobatores stratarum, etiam pro unico furto ex rationibus adductis à Mastril. *de indult. c.33. nu.7.* Merlinus *contr. forens. cap.17. nu.24. tom.1.* Basilic. *decis. 33. num.7.*

28 Tertium stabilivit Dominus Rex Petrus primus in Curia Illerdæ anno 1210. cap. unico, *est Const.1. tit. de hereties*, & promisit compositiones non facere de crimine sacrilegii, donec illi, qui manus violentas in Clericos, vel Religiosos imposuerint, plenariè satisfecerint injurias, & absolutionem ab Ecclesia Romana obtinuerint, quæ fuit confirmata cum bulla Romani Pontificis Gregorii noni, data Lataranen. 5. Kalendis Februarii, Pontifi. an. 4. quæ post allegatam Constitutionem est collocata in eodem *titul. de hereties*, de qua Berart *in spec. visit. capit.* 16. *num.46.* & de simili Excellentissimus Crespi *obser. 5. num.19.*

29 Quartum disposuit Dom. Rex Jacobus secundus in tertia Curia Barcinonæ anno 1311. cap.2. *est Const. ordenam 7. tit de Offic. de Juties de Taula*, statuens, quod ipse, & sui Officiales non possint impedire in totum, vel in partem, nec sibi reservare inquisitionem, vel pronuntiationem Judicum tabulæ, vel partem ejusdem, quinimo teneantur mandare executioni judicata per dictos judices, sive inquisitores tabulæ, quantum ad satisfactionem damni, vel injuriæ illis, quibus illud, & eam intulerunt, solùm sibi retinens Dominus Rex, quod de sententia condemnationis, quoad pœnam corporalem, possit facere gratiam, postquam lata fuerit sententia, & non antea, de qua Mieres *in com. Jacob.2. in Cur. Barcin. col.4. to.1. cap. item ordinamus, pag.196. num.71.* Berart *de visit. cap. 3. num.15. & seqq.*

30 Quintùm, Dom. Rex Jacobus secundus, in secunda Curia Barcinonæ *an.1299. cap.* 10. *est Constit.* incipiens *lo cap.6. tit. de vectigals*, statuit, quod quislibet cujuscumque conditionis sit, possit deferre, vel remittere frumentum, & commeatum, & omnes alias res, & merces ad terras Christianorum, & Sarracenorum, & alium quemque locum voluerit sine contradictione Domini Regis, & Officialium, excepta terra inimicorum Domini Regis, cum quibus bellum adest, ac etiam, quod aliquis non possit extrahere à terra Domini Regis, has videlicet res prohibitas, picem, sevum, butimen, babylonicum, canabis filum ad navalia instrumenta, ferrum, nec arma, nec equos pro mercatura, excepto, quod pro necessitate carestiæ Terræ, possit apponere inhibitionem extractionis frumenti, & commeatuum, ita tamen quod valeat sine fraude facere gratiam, sicque licentiam alicui non concedat pro pecunia, aliter inhibitio præhabita in continenti abolita sit, ac etiam, quod aliquis Regius Officialis pro his pecunias non accipiat, & si contrarium faciat, puniatur, aliter inhibitio sit sublata incontinenti, & quod inhibitio durare tantùm possit usque ad messes tunc proximè venturas, salvis privilegiis, & franquitaribus concessis locis, ac personis, quibus per supradicta præjudica non intendit.

31 Infertur ex adductis, ut compositio pro pecunia ad gratiam, seu licentiam extractionis obtinendam vetita sit, & de simili statuto videndus Excellentissimus Crespi *obs. 5. nu.* 23. *cum seqq.* comprobant *dict. Const.6.* in eo, quod disponit, posse tempore carestiæ fieri à Principe inhibitionem, alias libere licere in hoc Regno commerciari, *Const. com segons 3. titul. de commersis, Const. statuim encara 2. eod. titul. usat. Christiani 1. titul. de compra, y venda*, Mieres *in Cur. Perpiniani Dom. Reg. Petri 3. col.6. capit. cum secundum, par.1. pag.336. & Pet.2. col.2. in Curia Barcin. c.28. pag.33. in prima par. in novis. & Iacobi* in 2. *secunda Curia Barcin. cap.11. pag.142. & in Curia Gerundæ, cap.8. pag.230.*

Sextum casum disposuit Dom. Rex Jacobus secundus in Cur. Gerundæ an 1321. *c.13.* ubi statuit, quod nec Dom. Rex, & admodum altus Infans, nec ejus successores possint remissionem, seu gratiam facere fallitis, si primitus creditoribus non satisfecerint, *est Const. statuim 3. titul. de abatuts, y latitans*, cum qua concordat *Const. part ieò 15. & Const. jat sia 6. & Const. fin. eiusdem tit.* quæ ultima fuit prorogata in Const. an.1599.cap.1. & subdit Dom. Rex Ferdinandus *in dict. Const. jat sia 6.* quod Dom. Reges, & ejus successores, Barones, & Domini locorum guidare, assecurare, nec restituere ad pacem, & treguam, nec fallitos remittere valeant, quousque omnibus creditoribus facisfecerint, aut nisi dictus guidaticus, aut aliæ res prædictæ de voluntate dictorum creditorum processerint, non minus tamen in suo robore remanentibus aliis pœnis in præcitatis Constitutionibus contentis, de his Const. de pœnis, & praxi latissimè R. Cortiada *dec.70. tota, & inf. decis. seq.* 32

Septimum disposuit Dom. Rex Ferdinandus secundus in Curia Barcinonæ anni 1503. *cap.40. est Const. com instigant 1. tit. quant sia licit, ò no à qui se cu venjarse, in 1. vol. Const.* statuens quod offendentes in casu accordato, & nullis præcedentibus diffidamentis, ejiciantur à pace, & tregua, & incidant in pœnas traditionis, seu proditionis, & confiscationis bonorum, & non possint per Dom. Reg. Locumtenentes Generales, Gubernatorem, portantem vices Gubernatoris, per alios Officiales Regios, nec Barones etiam Ecclesiasticos remitti; at verò hæc Const. tùm quoad pœnas, tùm etiam quoad denegatam facultatem remittendi, fuit in sequentibus Curiis modificata, & temperata. 33

Quoad pœnas; nam in Curiis Generalibus ann. 1510. *cap.* 58 *est Const.2.* incipiens *experiencia, tit. quant sia licit, ò no venjarse*, fuit correcta pœna proditionis, seu traditionis, & confiscationis, & publicationis bonorum, ac etiam in ea fuit statutum, quod si quis fisci nomine alium ad duellum provocaverit, amittat pugnam sine spe veniæ, & in reliquis maneat dicta *Const. com instigant*, in suo robore, & firmitate, & in Curiis anni 1534. *c.12. est Const. per quant 5. eod. tit.* disponitur, quod ultrà pœnas supra expressas facinorosi incidant in pœnam ducentum librarum, medietatem scilicèt parti damnificatæ, & aliam medietatem Officiali exequenti applicandam, & in Curiis anni 1585. *capit.8. est Const. ultim. eod. tit.* statuitur, quod qui commiserit delictum per quod locum habet dispositio dictæ Const. *com insigant*, & fuerit captus, antequam fuerit publicatus, in vim dictæ Const. possit allegare exceptionem malæ capturæ, aut aliam, quæ ipsi aliter admittenda non foret, exceptis latronibus, assassinis, incendiariis, sacrilegis, homicidis deliberatis, & appensatis. 34

Quoad prohibitionem remittendi admisit modicationem *Const. com instigant*, nam per Dominam Reginam Germanam in Curiis an. 1512. *cap.16. est Const. com per experiencia 3. tit. quant sia licit, ò no venjarse*, fuit dispositum, quod Dom. Rex, & sui successores, Locumtenens Generalis, Gubernator, Portans vices illius, & aliis Officiales, ac etiam Barones possint guidare, & remittere dictos criminosos, si ante dictam Const. *com instigant*, haberent talem facultatem remittendi, & guidandi, vel essent in consuetudine ejus facultatis, quæ Const. licèt fuerit temporalis, fuit tamen per diversas prorogationes in Curiis sequentibus perpetuata, in Curiis namque anni 1564. *cap.15. est Const. per llevar, eodem tit.* de quibus videndus est Michael Petrer *obs. p.2. cap.471.* 35

Sic fuit observatum in R. C. die 22. Aprilis 1545. nam Hieronymus N. & Michael filius den Jacot inculpati de invasionibus, & vulneribus illatis in personam Petri Coltell, absque diffidamentis præcedentibus, qui inciderunt in pœnam Constitutionis *com instigant*, cum modificatione aliarum Constitutionum, & consequenter fuerunt ejecti à pace, & tregua, & concluso extitit, quod pro talibus erant publicandi, non obstante remissione eis facta per 36

Mar-

Matthiam Santelement Regentem Vicariam Barcinonæ die 2. Februarii ejusdem anni, nulliter, & contra Constitutionem facta, & fuit dicto Santclement injunctum ut deponeret in posse Regiæ Curiæ, octo ducatos, quos indebitè exegerat à prædictis, & aliis in inquisitione nominatis, alia exemplaria recitat Michael Ferrer *obs. par.3. c.* 472. & de materia dictæ Const. *cum instigant*, Oliba *in usat. alium namque de jure fisci, c.12. num.10.* Font. *de pact. nup. Pact.1. claus.3. nu.34.* & illius praxim tradit Peguer *in prax. crim. cap.21.*

37 Octavum, Dom. Rex Philippus secundus in Curiis an. ni 1599. in Const. *mes statuim* 58. disposuit scilicet, quod si de sententia lata per Baronem fuerit recursum ad Regium Concilium, & declaratum recursui locum non esse, quo casu est remittenda causa, & processu Baroni, non possit Locumtenens, nec alius remittere delinquenti per compositionem, ex quacumque causa, & ratione, sub pœna relatori imposita, solvendi damna, & expensas, & remissione, non obstante quod possit Baro in causa procedere ad executionem sententiæ, scribit de dicta Const. Peguer. *in prax. crim. c.22. num.7. & 13.* & Nos *in dec.23. num.59. & dec.24. nu.6.* Certum igitur hoc jure censeo, remissionem, indulgentiam, seu gratiam non posse per Principem concedi vassallis Baronum nisi causa evocata, qui jurisdictionem habent privativè ad Dom. Regem, ut tenent Novar. *qu. forens. par.1. qu.30. per tot.* quem sequitur Excellentissimus Crespi *obs.5. à num.92.* (limitat indultis generalibus Curiarum, in quibus tria Brachia concurrunt) licèt contrarium teneat Larrea *dec.30. num.7. & 8.* & alii plures, quos refert, & sequitur Matthæu *de regim. Reg. Valent. par.1. cap.6. §.1. à num.105.* exceptis pœnis pecuniariis Baroni applicandis, latè Sanfel. *dec.55.* præcipuè *num.12.* & anteà *dec.53. num.22.* Condemnatis ab Ordinario Regio, indulgentia à Principe potest fieri, nam de eis Constitutio citata non loquitur, & fuit observatum die 20. Decembris 1659. in Regia Visita generali, celebrata in Regiis carceribus, ubi Jacobus N. aliàs Molinet Civitatis Illerdæ condemnatus per Ordinarium dictæ Civitatis ad servitium Regiarum Triremium remigando, fuit conclusum, ut relaxaretur liberè, ex gratia speciali sibi per suam Excellentiam facta.

38 At hæc procedunt jure ordinario, nam vigente publica utilitate, in præjudicium Baronum potest Princeps ejus vassallos indultari, scribit Grand. *in tr. de bel. exul. in spec.*38. & eo allegato Sanfel. *lib.1. d. dec.53. n.22.* nam ut ipse ait, potest in præjudicium tertii statuere, & jus tertii ex causa publicæ utilitatis, & pro bono pacis tollere, ut infrà in sequenti dec. latiùs dicemus.

39 Nonum casum expressit Dominus Rex Philippus in Curiis anni 1585. *cap.*104. est Const.3. *tit. de prohibició de armas*, prohibens sub pœnis gravissimis omnibus personis cujuscumque conditionis essent, deferre archibusia, vulgò *pedrenyals*, & quod Constitutionis violatores non possent de hujusmodi delicto, per Locumtenentem Generalem, Portantem vices Generalis Gubernatoris, vel per alios Officiales Regios, nec Baronum remitti, & liberari; atverò cum dicta Constitutio temporalis forat usque ad conclusionem primarum Curiarum, de qua Peguer. *decis.* 65. in sequentibus Curiis anni 1599. non fuit prorogata; & sic mansit abolitas; quare ad puniendum criminosos in hoc genere delicti, recurrendum est ad disposita in præ. conizationibus Regiis, ut ait Regens Vinyes *in disc. celeb. Cur. disc.8. nu.77. & seq.*

40 Decimum casum disposuit Dom. Rex Alphonsus tertius in prag. directa Vicario, & Subvicario Cervariæ, data Valentiæ 6. idus Aprilis 1325. & per eundem Dom. Regem in alia prag. directa Bajulo Generali Cathaloniæ, data Valentiæ 6. idus Aprilis 1335. & alia prag. per Dom Regem Petrum dicti Regis Alphonsi filium, directa Bajulo Generali Cathaloniæ, data Illerdæ 6. kalend. Julii 1336. & per eundem Dom. Regem alia prag. edita Barcinonæ 4. non. Decembris 1339. directa omnibus, & singulis Officialibus, quæ pragmaticæ sunt in ordine 2.3.4. & 5. *tit. de remis. de crim. in 2. vol. Const.* in quibus omnibus cavetur, ut Officiales Regii non possint remittere, componere, vel perdonare crimina, & excessus, de quibus mors naturalis, vel civilis, aut membri abdicatio debetur, & crimen incestus, quas prag. recitat Ferrer *obs. guber. par.1. cap.*84. de simili in Regno Valentiæ loquitur Excellentissimus Crespi *obs.5. num.125. & seq.* Reg. Matthæu *de regim. Reg. Valent. tom.1. cap.4. §.2. num.16. cum seqq. & de re crim. cont.* 10. *num.20.*

Quæ concordant cum alia prag. Domini Regis Ferdinandi, data Gerundæ 18. Februarii 1416. quæ est 11. *tit. de remis. de delictes*, disponens, ut singuli Gubernatores, & alii Officiales Regii, qui potestatem habent crimina remittendi, possint ex causa compositionis pecuniariæ tamen, & non precibus, vel gratiosè remittere crimina, excessus, seu delicta, & de eisdem guidatica quæcumque concedere, dum tamen per jura Principatus Cathaloniæ, & ipsis deficientibus, per justitiam, non esset pœna mortis naturalis, aut civilis, & exilii perpetui in insulis, aut mutilationis membrorum, aut gravium flagellorum ex causa furti, sive alcabotariæ hominum tenentium mulieres prostibulantes in lupanaribus, aut in hospitiis, sive hostalibus, vel jurantibus enormiter de Deo, Beata Maria Virgine, seu Apostolis, & Sanctis Dei, aut maledicentibus Deo, & Beatæ Mariæ Virgini, & dictis Apostolis, & Sanctis, non fuerit per jura patriæ, aut aliàs per justitiam infligenda, sub pœna privationis Officiorum, cum quibus concordat Const. *pensant. 2. tit. de adulteris*, & super ea Mieres *pag.221. tom.2.* Beratt *in spec. visit. cap.13. num.26.* dicemus infra *dec. seq.* 41

Quæ non solùm observantur per Gubernatorem Cathaloniæ, & per Officiales Regios, ut denotat hæc pragmatica; sed intrepidè pragmaticas 2.3.4.5. non verò ampliationem prag.7. *tit. de remissions*, in aliis casibus ultrà expressos in antecitatis pragmaticis, observamus in remissionibus agendis pro Regia Thesauraria, ut de pluribus remissionibus, & compositionibus, actis in R. C. ex dictis pragmaticis repulsis, attestamur. 42

Undecimus casus, in quo prohibetur compositio, est quando non constat de delicto, & inde deo adsunt legitima indicia in processu, quia si nihil constat ex actuatione, vel denuntiatione facta, compositio fieri nequit, scribit Pur. *de syndic. in verbo compositio, num.6. ver. Tamen*, Mausonius *de contraban. q.16. n.54. & 55.* nam tunc venit Reus absolvendus, *§. oportet el segundo, auth. de mandat. Princ.* Rovitus *in Rub. de composit. num.4.* Farin. *de inq. qu.6. num.5.* imò eo casu diceretur metu facta, & non valeret, & esset potiùs extorsio, quàm compositio, *l.1. C. si per vim*, & teneretur Judex in syndicatu restituere reo quantitatem solutam per transactionem, Gugliel. *in tract. de relax. carcerat. tit. de pœn. com. qu.1. num.4.* Caravit. *in ritu 276. num.3. & seq.* Farin. *in prax. dict. qu.6. num.15.* quæ relata in hoc casu transcripsit à Rocco *de Officio d. rub.* 14. §.13. *num.77. & seq.* ex quibus intelligo Constitut. *ab aquest edicte 18. tit. de cosas prohibides als Officials*, in qua ultrà restitutionem extortorum, unà cum duplo imponit Officialibus Regiis in hoc casu privationem Officiorum, usquequo satisfecerint, quam Constitutionem expendimus in principio hujus decisionis. Hinc quia non constitit de delicto, annullata fuit remissio facta per Procuratorem Generalem Vallis de Aran die 3. Septembris 1683. scriba Famada, referente egreg. Bernard. Puig I. R. C. & fuit injunctum Officiali, ut restitueret pecunias ex compositione extortas, Andreæ Barrau (qui recursum in Regio Concilio interposuit) cum damnis, & expensis, liquidatione reservata. 43

Duodecimum casum disposuit Dominus Rex Carolus in Cur. Barcinonæ an. 1520. *cap.1. est Const. unica titul. de falsificadors de moneda*, in qua ordinavit cum approbatione Curiæ, quod falsificatores monetæ non possint per compositionem remitti; quæ Const. etsi de Officialibus Regiis, nec aliis loquatur; attamen ex ratione desuper expressa; quia in R. C. de delictis, de quibus mors naturalis, vel civilis, aut membri mutilatio debetur, compositiones per Regiam Thesauriam non admittat, cum falsificatores monetæ, pœna ultimi supplicii puniantur, ex R. Cortiada *dec.87. n.37. & seq.* & per nos exposita *in dec.10. n.18. & seq.* repelluntur ideò in Regio Concilio à remissionibus per compositionem. 44

Hæc animadvertuntur quoad remissiones, quas fieri sibi abdicavit Dom Rex. & observare id ipsum mandavit suo Locumtenenti Generali, & reliquis Officialibus Regiis, & Baronis, nam quoad hos alii casus supersunt videndi in nostris juribus provisi. 45

Pote-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Potestates inferiores in quibus delictis habeant prohibitam facultatem remittendi, vel componendi criminosos.

46 Primum casum statuit Dom. Rex Ferdinandus primus in Curia Barcin. anni 1413. *cap.* 35. *est Const. Com per Fer. 3. tit. de Esposalles*, disponens, quod contrahens Matrimonium, vel sponsalia cum puella sine voluntate, aut consensu patris, & si patrem non habeat, Avi paterni, & Matris, si vixerint, sin autem Tutoris, cum consensu etiam Avi paterni, aut Matris superviventis, & si nec Avum paternum, vel maternum puella habeat, cum consensu Tutoris, & duorum vel trium proximorum consanguineorum ipsius puellæ, & in defectum Tutoris cum consensu dictorum duorum, vel trium proximiorum; aut puellam cognoverit carnaliter, aut ad se eam duxerit, aut rapuerit violenter, aut gratis ex causa matrimonii contrahendi, incurrat in pœnam perpetui exilii, & adhuc in pœnam mortis naturalis, aut aliàs, ponderatis circunstantiis arbitrio Judicis, si raptus, vel violentia intervenerit (nisi puella, aut ejus parentes noluerint uti provisione facta per usaticum Barcin. *si quis virginem*; quia tunc cessant pœnæ) puella verò bonis paternis, & maternis, si est minor vigintiquatuor annorum, ipso jure privetur; testibus, & jactantibus, pœna similis exilii immineat, at qui super eo contractu testimonium falsum protulerit, pœnam mortis subeat, & qui scienter tale testimonium falsum induxerit, tanquam falsarius, & proditor, Judicis arbitrio puniatur, de quibus pœnis nequeat fieri remissio per Vicem gerentes Gubernatoris, vel per quosvis alios Officiales Regios, & alios habentes jurisdictionem. Nigro *Const.* 343. latè de materia, ubi tradit decisum, & de commutatione pœnæ mortis naturalis in casu, ob causas quas ponderat.

47 Et in Const. *En carames* 4. ejusdem *tit. de Esposalles, & Matrim.* disponitur ut citata Const. *Com per ser* 3. intelligatur etiamsi non intervenerit raptus, aut violentia, & super his Const. scribunt Ferrer ad Const. *los Impubers*, *glos.* 1. *nu.* 126. *& q.* 4. *à nu.* 83. Canc. *var.* 1. *cap. fin. & var.* 3. *c.* 11. Ferrer *obs. gener. gub. p.* 2. *c.* 30. Betart. *in spec. visit. c.* 13. *nu.* 26. Mieres 2. *p. in Cur. Regis Ferdinandi Barcino. ne col.* 9. *c.* 12. *in novis pag.* 227. Fonta. *de pactis par.* 1. *claus.* 4. *glos.* 2. *tot.*

48 Secundum stabilivit Dom. Rex Ferdinandus secundus in secunda Curia Montissoni, anni 1510. est Const. *per provehir* 1. *tit. de prohibitio de armas* inhibendo Officialibus Regiis, & eis abdicando facultatem remittendi delicta commissa per francigenas, pastores, aut vagabundos, disponendo quod eos debeant punire pœnis corporalibus, pro ut jus expostulaverit, salvis tamen Privilegiis, Civitati Barcinonæ, & aliis Universitatibus, & particularibus concessis, faciendi compositiones, & remissiones, & eam Const. allegat ad id Betart *in spec. Visit. d. c.* 13. *n.* 26. & adde Const. *si autem* 4. *tit. de Bomians*. Peg. *dec.* 3. *n.* 10.

49 Tertium casum disposuit idem Dom. Rex Ferdinandus secundus in ead. Cur. Montissoni anni 1542. cap. 20. est Const. *ajustant* 4. *tit. de Desafius* in qua statuitur, ut Officiales Regii, nec Barones possint remittere eis qui ad duellum, sive singulare certamen provocaverint Universitates, Capitula Ecclesiarum, vel Cathedralium, vel Collegiatarum, Collegia, vel Monasteria, & quascumque alias personas Ecclesiasticas, cujuscumque status, aut conditionis sint in Sacris Ordinibus Constitutas, sub pœna triremium in perpetuum, facultate reservata Domino Regi, & Locumtenenti, ut possint dictas ramissiones, sive compositiones facere, & eam Const. recitat Betart *in spec. visit. d. c.* 13. *nu.* 26. cum qua concordat Prag. *Schedule* 1 & Prag. *etsi solicitudo* 2. *tit. de desafius in* 2. *vol. Const.* in quibus contra Nobiles, Barones, Milites, & alios delidentes, Prælatos, Clericos, Religiosos, vel eorum homines irremissibiliter imponit pœnam duorum mille florennorum.

50 Quartum casum ordinavit D. Rex Ferdinandus primus in Curia Barcinonæ anni 1413. *c.* 3. est Const. *per tal que mal.* 2. *tit. de Jugadors, y Tafureria*, ubi constituit ut non possit dispensari pœna quingentorum solidorum contra Ludentes aliquo ludo taxillorum intra domos, hortos, & alia loca occulta, quæ pœna à vigilia Nativitatis Domini, usque ad festum Epiphaniæ inclusivè, suspendatur, & eam Const. explicat Mieres in Curiis d. Reg. Ferdinandi *in dict. cap. per tal quel, col.* 9. *par.* 2. *pag. in novis.* 187. *ubi num.* 47. scribit, eam pœnam non posse dispensari, duplici ratione; quia est jus quæsitum accusatori, & operibus murorum, & vallorum, pro partibus pœnæ applicandæ, quæ non potest revocari sine causa, saltem eis invitis; & quia pœna est statuta pro utilitate, & salute reipublicæ, & forte non subesset justa causa, quæ est necessaria in qualibet bona dispensatione.

Quintum casum constituit Dom. Rex Petrus Tertius in Curia Perpiniani anni 1351. *c.* 39. est Const. *per tal*, 2. *tit. de Crim de fals*, ubi deferens falsam barbam, seu fictitiam, palàm, vel clam, si miles, vel homo Civis, vel honoratus Villæ fuerit, pœna exilii per decennium, si homo ex plebe fuerit, ex sola delatione, pœna amissionis pugni, absque spe veniæ plectatur, & qui deferens, malum fecerit, cujuscumque conditionis fuerit, incidat in proditionis pœnam, & fabricatores barbarum fictarum in pugni amissionem sine spe veniæ, & de ea Const. Mieres in d. Cur. Dom. Reg. Pet. Tertii, *Perpiniani col.* 6. *c. ut occasione, p.* 1. *pag.* 378. *in novis.* 51

Sextum casum disposuit Dom. Philippus Princeps in secunda Cur. Montis. an. 1553. *c.* 25. *est Const. Com à la expulsio* 5. *tit. de Bomians, Vagamund. &c.* in qua statuit expellendos esse Ægyptios à Principatu, & Comitatibus sub pœnis ibidem contentis, & quod Officiales Regii non possint eos guidare, sub pœna centum librarum, quæ possit ab eis exigi in judicio tabulæ, de qua Const. Betart *in spec. visit. c.* 16. *n.* 46. & pro materia Peg. *dec.* 4 *&* 10. 2. *dec.* 56. Font. *de pact. nup. to.* 1. *claus.* 4. *glos.* 14. *n.* 65. 52

Septimum casum ordinavit Dom. Rex Ferdinandus Secundus *in prag. edita* 5. *Novembris* 1511. *c.* 1. *est in ordine*, *tertia* incipiens *Primieramens tit. de Somatens*, *in* 2. *vol. Const.* disponens, ut Vicarii sub pœna privationis officiorum teneantur persequi facinorosos, & compellere subditos, exeant ad sonum ut eos cum armis affectentur, & assistant, & per Dom. Reg. Philippum Secundum in Curiis anni 1599. *in Consi.* 10. statuitur, quòd non possint Vicarii indulgere Universitates remittendo affectationem gentium, cum compositione pecuniarum, per se, nec per interpositas personas, sub pœna privationis officiorum, & inhabilitationis aliorum, & solvendi ducentum libras ex bonis proprijs, & eorum fidejussorum, pro vice quacumque contingenti. 53

Octavum casum disposuit Dom. Rex Ferdinandus Primus *in prag. edita Gerunda* 18. *Februarii* 1416. *quæ est in ordine* 11 *tit. de remis. Crim. in* 2. *vol. Const.* ubi Officiales Regii, & Gubernator prohibentur facere remissiones, & guidatica de criminibus, & excessibus, dum tamen per jura Principatus, & ipsis deficientibus per justitiam, non esset pœna mortis naturalis, aut civilis, aut exilii perpetui in insulas, aut mutilationis membrorum, aut gravium flagellorum ex causa furti, sive alcavotariæ hominum tenentium mulieres prostibulantes in lupanaribus, aut in hospitilis, sive hostalibus, vel jurantibus enormiter de Deo, Beata Virgine Maria, seu Apostolis, & Sanctis Dei, aut maledicentibus Deo, & Beatæ Mariæ Virgini, & dictis Apostolis, & Sanctis, non fuerit per jura Patriæ aut aliàs per justitiam infligenda, imponens contrafacientibus, pœnam privationis officiorum ipso jure, resumit eam Pragmaticam Ferrer *obs. gubern. par.* 1. *cap.* 84. 54

Ad idem quoad maledicentes, & jurantes adest. Const. d. Reg. Petri in Curiis Montison. anni 1363. quæ est in ordine 2. incipit *qui paranlas tit. de mald. y blasfem in* 1. *vol. Const.* ubi nefandissima dicens de Deo, & Beata Maria Virgine, si id propositò dixerit, pœnam mortis sine spe veniæ incurrat, quam explicat Mieres *in dictis Curiis super dic. Const. p.* 2. *in novis. pag.* 64. 55

Et hic referuntur Doctores, qui tradunt non admitti debere compositionem in crimine sodomiæ, sacrilegii, raptus virginum, violationis sepulcrorum, in Reis Majestatis, Parricidis, & similibus delictis gravibus, Paris. de Puteo *de Syndic. in verbo compositio, c.* 3. *n.* 2. Farinac. *in prax. q.* 5. *n.* 13. Caval. *de brac. reg. p.* 4. *nu.* 232. Guaz. *defens. reor.* 34. *c.* 2. *num.* 11. & aliis allegatis Roccus *de Offic. rub.* 14. §. 13. *num.* 60. *cum seqq.* 56

Nonum casum expendimus in Portante vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ procedente via ordinaria in Vicaria, in qua reperitur juxta disposita *in Const. perque millor* 11. *Const. com per* 13. *& expressius, in Const. suplica la Cort* 14. *tit. de offic. de Gover.* qui existens extra Vicariam, in qua delictum est commissum, non potest illius delicti facere remissionem, ut ait Ferrer *p.* 1. *obs. guber. c.* 85. Betart *in spec. visit. c.* 13. *n.* 24. quia causæ Vicariæ intra Vicariam, & causæ Bajuliæ intra Bajuliam debent terminari, ut disponitur 57

nitur *in Const. volentes* 13. *& aliis tit. de jurisdictio de tots jurjes*, ubi latè Mieres, & post eum Oliba *de jure Fisci, c.* 4. *n.*20. *& multis seqq.* Canc. *var. lib* 2. *c.*2. *nu* 3. late Fon. *de pact. nup. tom.*1. *claus.*4. *glos.*11. *nu.*59 *& seq.* Reg. Vinyes *in disc. celeb. Cur. dis* 8. *n.*222.

58 Eadem ratione, quia Gerens vices Gubernatoris procedens via ordinaria, est Ordinarius in Vicaria in qua reperitur, imò Ordinarius ordinariorum, & major quocumque Ordinario, dum est in Vicaria, ut ait Ferret *obs. Guber. p.*1. *c.*5. Bosch. *de les titols de honors, li.*2. *c.*36. §8. *v. per ralo circa fin.* & aliis laudatis latè R. Cortiada *tom.*1. *dec.*10. *nu.* 76. *cum seqq.* etsi in aliquibus ex supra expressis Constitutionibus (in casibus relatis, prohibentibus criminum remissiones, vel compositiones) expressim non loquatur de Gerente vices Gubernatoris; procedente via ordinaria; attamen cum de Officialibus Regiis, & Ordinariis loquantur, eorum appellatione venit Gerens vices Generalis Gubernatoris, comprehensus, ut punctim scribit Ferret *obs. Guber. p.*1. *c.*84. *& p.*2. *c.*30. ubi expendit ferè Constitutiones relatas prohibentes remissiones delictorum Officialibus Regiis, & eas accomodat Gerentibus vices Gubernatoris in Vicaria, in qua reperitur, & post eum Berart. *in spec. visit. c.*13. *n.*26. & probatur ex Prag.3. *tit. de remis. crimin.* ibi: *Officiales nostri, seu ejusdem infantis*, & indicat idem Ferret *obs. Gub. p.*2. *c.*3. *in notis lit.* A.

59 Cæterùm si procedat vice Regia, scilicet absente, vel mortuo Domino Rege, Prorege, ac primogenito Domini Regis. Gerens vices Generalis Gubernatoris, maximam habet potestatem in Provincia, Oliba *de jure fisci, c.*4. *n.*31. nam tunc exercet Regalias communicabiles, quatenus expressè cautum reperitur, aut quatenus habet de consuetudine, pluribus citatis R. Cortiada *dec.*10. *n.*67. *& seq.* undè Constitutiones, in quibus sibi legem dixit Dom. Rex in non indulgendis criminum remissionibus, sub eisdem etiam continetur vices Gerens Gubernatoris vice Regia procedens; quia statuta in Domino Rege censentur dispositа in vices Gerente Gubernatoris procedente vice Regia, Mieres *in Curia Barcinona, Reg. Maria p.*3. *col.*10. *cap. tollens los abusos, n.*19. *vers. sequitur in tex. pag.*18. Fer. *p.*1. *puber. c.*10. *n.*2. Bosch. *de les titols de honors, li.*2. *c.*36. §. 10. *v. lo quart cas.* Canc. *var. p.*3. *c.*12. *n.*103. & his relatis R. Cortiada *dec.*10 *n.*73. & non ligatur Constitutionibus, de Officialibus Regiis tantum loquentibus, ut ait Ferret *obs. Guber. par.*1. *cap.*85. & post eum Berart *in spec. visit. c.*13. *num.*24.

60 Decimum casum prosequimur; quia sicut Officiales Ordinarii non possunt compositiones delictorum facere, lata sententia; quia functi fuerunt suo Officio, Canc. *var.*2. *c.*2. *n.*155. Berart *in spec. visit. c.*13. *num.*19. *& seq.* ea ratione; quia ut inquit, commutare, vel remittere pœnam post sententiam ad solum Principem, & non alium spectat, *L. relegati* 4. *ff. de pœnis, l.*1. §. *fin. ff. de qu. l.*1. *Cod. de legibus*, Ripoll *var. resol. c.*8. *n.*187. Xamm. *de Offic. jud. p.*1. *qu.*6. *n.*48. *ex l. ad bestias*, §. *ex Provincia, ff. de pœnis, l. actu*, §. *ampliandæ, ff. de re judic.* idem Xamm. *rer. jud. defen.* 128. sic vices Gerens Gubernatoris procedens via ordinaria poterit eas remissiones, vel commutationes facere, ut scribit Berart *in spec. vis. c.*13. *n.*19. *& seq.* & quia id factum extitit per vices Gerentes Gubernatoris Cathaloniæ, ideò in Regia Visita anni 1573. fuerunt querelati; sed quia commutationes fecerunt de Consilio Assessoris, fuerunt exculpati, & absoluti, ipsis tamen injunctum fuit, ut à cætero similia delicta non componerent, nec remitterent etiam de Consilio sui Assessoris, sub pœna privationis officii, tradit cum casibus relatis Ferret 2. *par. Guber. cap.*35. ad idem est Xamm. *def.* 128.

61 Hæc est regula indubitata, quod prolata sententia, non est locus compositioni, & sicuti Judex non potest post sententiam pœnas commutare, ita nec etiam eum delinquentibus tranigere, *l. Judex postquam, ff. de re judic. l. ad omnes*, §. *iste ferè, ff. de pœnis, d. l.*1. §. *fin. ff. de qu. l.*1 §. *fin autem, ff. ad S. C. Turpil. cap. in litteris de offic. de leg.* Covar. *var. resol. li* 2. *c.*9. *nu.*8. Guaz. *ref. Rec.*34. *cap.*1. *nu.*2. Canc. *var.*2. *cap.*2. *nu.*141. Giurba *consil.*35. Farinac. *qu.*6. *nu.*2. Xam. *p.*1. *qu.*6. *num.*47. Marquillas *in usat. hoc quod juris, est fol.*310. & his, & aliis citatis Roccus *de offic. rub.*14. §. 13. *num.*24. qui regulæ, tres limitationes addit *n.*25. *& seq.* quod non procedat in paupere, vel in Reo per contumaciam condemnato, vel si pendeat à sententia appellatio, vel nullitas.

62 Undecimum casum animadvertimus; nam quis de delictis in officio, non potest rescriptum absolutorium impetrare, tenet Baldus *in l. Mancipia Cod. de servis fug.* sequitur Roccus *de offic. rub.*14. §.13. *nu.*4. *qui num.*54. *& seq.* subdit judicatum.

Nec gaudet abolitione, & indultu generali Principis, 63
nam à quacumque elargitione excipitur Officialis pro delictis in officio commissis, ut *in d. l. Mancipia*, & tradiderunt Paris. de Pot. *de Syndic in verbo ausi potestas condemnavit, num.*9. Farin. *in prax. q.*6. *n.*56. Mastril. *de indult. cap.*40. *num.*1. & aliis citatis Rocc. *de offic. rub.* 14. §. 13. *num.*49.

Hæc intelligunt DD. de Officialibus habentibus juris- 64
dictionem, non autem de aliis, qui nihil aliud habent, quàm exercitium, & impropriè dicuntur Officiales, Mastril. *de indult. c.*40. *à nu.*5. Novar. *super Prag.*1. *de abolit. num.*40. Ricc. *coll.* 2872. Latro *to.*1. *consult.*67. *n.*16. Ponte *de potest. Proreg. tit. de elec. offic.*§.5. *n.*27. Basilicus *dec.*35. *nu.*3. *quin. seq.* tradit judicatum DD. qui loquuntur in terminis Indultus, ubi excluſi fuerunt Officiales delinquentes in officio, & dicunt intelligi exclusos tantum Officiales habentes jurisdictionem, & non habentes tantùm exercitium.

At ut excluſi ab indultu censeantur, sufficere juris- 65
dictionem executivam, & demandatam, etiamsi habeant nudum ministerium absque dignitate, scribit Thoto *in compendio decisionum tit.*4. *verbo Officialis, fol.*211. & eum sequitur Sanfel. *tom.*1. *dec.*65. *nu.*5. & ita decisum attestatur, licèt dissentiat Basilic. *d. dec.*25. *n.*6.

Delicta namque Officialium, & Magistratuum in eo- 66
rum factis, & officiorum exercitio, graviora judicantur, ratione eorum, à quibus committuntur; quia omne animi vitium tantò conspectius in se crimen habet, quantò major, qui peccat, habetur, inquit Juven. *satir.*8. An. Robert. *rerum judic. lib.*1. *cap.*4. *in fin.* & sic acerbius eorum delicta sunt judicanda, & majori pœna digni existimandi, Lattea *decis.*92. *num.*3. ex pluribus per eum allegatis, cui adde Petr. Fab. *lib.*1. *semes. cap.* 18. Just. Lipl. *de milit. lib.*5. *Dialogo* 18. quos adducit Solorz. *de crim. parric. lib.*1. *in post. capit.*2. Peguer. *in prax. crim. cap.*5. *num.*3.

Nunc, & ultimò observamus quod Constitutiones, 67
quæ loquuntur de Portante vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, & de Officialibus Regiis, non comprehendunt potestates supremas, nam hæ indigent speciali nota, quia facultas remittendi delicta, vel eorum pœnas, est de Regalibus, ut supra probavimus, & non veniunt Regaliæ in generali dispositione, nisi de illis fiat specialis mentio, Font. *de pact. claus.* 3. *glos.* 3. *numer.* 33. *& claus.*4. *glos.*14. *numer.*11. Canc. *var.*3. *cap.* 2. *numer.*125. *& lib.*3. *cap.*3. *num.*438. *& cap* 9. *num.* 21. Oliba *de jur. fisc. cap.*4. *num.*19. Ferret *obs. par.*1. *cap.*12. *num. fin. & obs. guber. par.*1. *cap.* 20. *num.* 2. Ripoll *in prax. rub.*3. *num. fin.* Lattea *alleg.* 85. *num.* 10. & pluribus aliis in terminis legum foralium, Crespi *obs.*1. *num.*212. & rem, quam agimus, punctim intelligendo (ut habetur) relatas Constitutiones, probat Mieres 1. *par. in Cur. Petri* 3. *Perpinian, cap. ut occasioni, col.*6. *pag.*380. *num.*14. & Ferdinandi in Curia Barcinonæ, *col* 9. *part.*2. *num.*50. *cap. pensat* 11. *pagin.* 223. & illud probat ex usat. *cum Dominus in* 3. *vol. Const. tit. de probemis, ibi: Sola verò potestas Regia erit omnibus libera.*

Cum hac tamen animadversione, quod licèt Pra- 68
gmaticæ 2, 3, 4. & 5. *titul. de remiss. in* 2. *vol. Const.* directæ sint ad Ordinarios Regios, eas tamen inconcussè observat Regium Concilium, & denegat remissiones criminosis, qui propter commissa facinora merentur pœnam mortis naturalis, vel civilis, aut mutilationis membrorum: non verò observat Prag. 7. ejusdem tit. quæ ampliat Pragmaticas allegatas, in aliis casibus ibidem expressis.

DECI-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO XXXII.

ARGUMENTUM.

In quibus casibus permissa est facultas Magistratibus, tàm superioribus, quàm inferioribus remittendi delicta criminosis, & varia circumferuntur in hac re circa intelligentiam diversarum Constitutionum, & jurium Patriæ.

SUMMARIUM.

1 *Accomodatissima est virtus clementiæ in superioribus, & de eius laudibus.*
2 *Nec omnia puniri, nec omnia dimitti debent, nam crudelitas est, tam omnibus ignoscere, quàm nulli.*
3 *Et ad id plura. Et remissivè num. 4.*
5 *Non licet potestate remittendi uti sine causa, & aliqua sunt ponderanda circunstantiæ in remissionibus agendis, videlicet de recenti delicto non est remissio concedenda.*
6 *Consuetudinarius venia dignus non est, è converso remissionem meretur, si primum delictum sit.*
7 *Qui remittitur non sit persona scandalosa, & malæ famæ.*
8 *Compositio fieri permittitur, quando deliquens est senex, vel adversa valetudine vexatur.*
9 *Potestates suprema possunt pro bono publico, parte non concordata remissiones facinorum, etiam majorum facere.*
10 *Decisio Senatus.*
11 *Eadem observari in commutationibus pœnarum, de corporalibus in pecuniarias suadetur.*
12 *Et si subsistat remissio pro bono publico, parte non concordata nec satisfacta, in dubio Princeps non videtur parti præiudicare quoad suum interesse civile, nisi specialiter id dicat remittendo expresse damna, & iniurias partis, vel ad sint verba pragnantia id importantia, etiamsi pro remissione Princeps pecuniam recipiat, non obid interesse partis præiudicatur.*
13 *Pace facta, non intelligitur facta remissio expensarum, dammorum, & interesse partis, quia duæ actiones oriuntur ex delicto, ad pœnam una, altera ad expensas, damna, & interesse, & una per aliam non tollitur.*
14 *Interesse partis explicatur, & ad damna, & interesse non tenetur vulnerans ad sui defensionem, ad quid, si provocatus excedat moderamen inculpatæ tutelæ? agitur.*
15 *In tres gradus dividuntur causæ cum quibus fieri possunt remissiones delictorum, dinumerantur primi gradus.*
16 *Collocantur causæ secundi gradus.*
17 *Assignantur causæ tertii gradus.*
18 *Cum alterutra ex causis tertii gradus licet Principi legum, & fororum observationem, partisque instantiam contemnere, & cum quæstio in hac re sit facti, nulla juris regula, sed prudentia, pensatis circumstantiis est metienda.*
19 *Pro directione justitiæ etiam possunt fieri remissiones pro bono publico, parte non concordata.*
20 *Quando turbatur pax publica solet per præconium concedi remissio alicuius delinquentis, personis, quæ facinorosos capient.*
21 *Sed interdum conceditur capientibus facinorosos, remissio alicuius delinquentis, qui habeat desistentiam partis.*
22 *Guidatica subsistunt sine desistentia partis, quando vocantur delinquentes ad pacem firmandam.*
23 *Potest à Principe post sententiam fieri commutatio pœnæ sine partis remissione, pro ut ita observatur, quidquid sit de jure.*
24 *Ex assertione Principis in remissionibus indulgendis constat de causa boni publici.*
25 *Procedet Princeps cum aliqua saltem cognitione causæ, nisi pro manifesta eam haberet, & ne fiant cum pecuniis, & habeatur respectus principaliter ob bonum publicum, animadvertitur.*
26 *Ex novo Decreto Regio debent fieri remissiones pro bono publico à Locumtenente Generali hujus Principatus, præcedente deliberatione Regii Criminalis Concilii, quod comprobatur.*
27 *In commutationibus pœnarum idem observari ostenditur cum diversis exemplaribus factis in favorem reorum carceratorum, qui ob miserabilitatem in pede supplicationis, sine diplomate expedito in forma Cancellariæ, obtinuerunt commutationes pœnarum, quarum forma recitatur.*
28 *Salubre foret à latere tradi aliquam memoriam in scriptis Locumtenentibus Generalibus, ut pro tali, vel tali crimine non concedant remissiones.*
29 *Minor causa requiritur, quando non extat pars interessata, quia est mortua sine consanguineis, quàm requiritur ubi extat pars.*
30 *Vices Gerens Gubernatoris Cathaloniæ non potest remissiones facere pro bono publico, sive procedat via Ordinaria, vel Vice Regia, quia non est ex regaliis communicatis, ubi dec.*
31 *Obtenta remissione, cum habeatur criminosus pro confesso, statim compelli poterit, etiam per captionem personæ ad solvendum interesse damna passis, vel iniuriatis, ubi Senatus cum limitationibus ibidem.*
32 *Conceditur remissio super aliquo accidenti, non super delicto principali, puta controventionis exilii, quæ ad partem nil attinet, & tunc potest fieri etiam absque partis desistentia.*
33 *Si pars offensa est incognita, vel extera, vel mortua, & de ejus hæredibus non habetur notitia, tunc gratia, sive compositio potest fieri absque partis remissione, præstita tamen cautione de stando juri, cum pars quandocumque supervenerit.*
34 *Diversa exemplaria adducuntur.*
35 *Et cum eis concluditur, quod potest admitti compositio per Thesaurariam, si pars offensa est extera, vel mortua, & de ejus hæredibus non habetur notitia, absque partis remissione, cum cautione, & quomodo cautio sit concipienda traditur cum observantia Senatus.*
36 *In simplici insultu, prima evaginatione, provocatione, armorum delatione, ictu sine vulnere, & sine deliberatione, & similibus, potest fieri remissio sine partis desistentia.*
37 *Si animi deliberatio præcedat, est necessaria tunc partis remissio, ubi exempla adducuntur.*
38 *In delictis levibus aliquando relaxantur rei cum manuleuta, præstita cautione de stando juri, & rei judicanda super pretensis per partem instantem, ubi dec. Senatus.*
39 *Non est necessaria partis remissio, quando interesse est tantum fisci, ubi exempla adducuntur, & signanter in quantitatibus liquidatis pro dammis, & injuriis Officialibus illatis in resistentia, salvo delicto principali, & poterit remittere Princeps pœnas, non obstante instantia partis popularis, non tamen partem pœnæ pecuniariæ ad accusatorem pertinentem.*
40 *Non sequuto damno Officiali Regio, cui fuit facta resistentia, sine desistentia partis potest fieri remissio, cum exemplaribus.*
41 *Alia exemplaria recitantur.*
42 *Pro injuriis, & dammis Laudamenti Curiæ, & pro delicto principali in resistentia facta Officiali sine damno, potest fieri compositio sine desistentia partis.*
43 *In casibus supra expressis, in quibus non requiritur remissio partis, potest Princeps reos indulgere cum causa.*
44 *Multitudini est parcendum, ne strages sequatur, etiamsi delicta sint atrocia, ubi decis. trium Anlarum.*
45 *DD. qui comprobant antedicta conclusionem.*
46 *Potest per Principem guidaticum concedi debitori fallito consentiente majori parte creditorum non numeri, sed quatitatis, ubi dec. Sen.*
47 *Vicarius, & Bajulus Barcinonæ possunt facere remissiones de criminibus majoribus, & homicidiis, ex Privilegio particulari, & idem poterit Gerens Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, procedens via ordinaria in Civitate Barcinonæ secus in aliis Vicariis, nisi ibi esset simile privilegium.*

48 *In-*

48 *Intellige concordata parte; quia in Privilegio iste est casus omissus, & Privilegium in casu omisso debet accipere interpretationem à jure communi, & secundum jus commune non potest fieri remissio, nisi cum partis desistentia.*

49 *Possunt omnes Potestates facere compositiones de omnibus causis, seu negotiis, quibus pœna mortis naturalis, vel Civilis non debetur, aut mutilationis membrorum, aut perpetui exilii in insulis, aut gravium flagellorum ex causa furti, sive aleavotaria hominum tenentium mulieres prostibulantes in Lupanaribus, aut in Hospitiis, sive Hostalibus, & jurantibus enormiter de Deo, B. Maria Virgine, seu Apostolis, & Sanctis Dei, aut maledicentibus Deo, B. Maria Virgini; & dictis Apostolis, & Sanctis, nec etiam de Crimine incestus, & quid observet Senatus.*

50 *Etiam possunt Officiales facere remissiones de omnibus negotiis quamcunque pœnam requirentibus, de quibus plena probatio nequeat obtineri.*

51 *Pro antedictorum intelligentia repete, ut illa non procedant, nisi cum desistentia partis; at parte non concordata observat Senatus, datis deffensionibus admittere reos ad pactum.*

52 *Nec ea procedunt in atrocioribus, in quibus non debet admitti compositio, etiamsi non adsit plena probatio.*

53 *Apud DD. traditur, admitti remissionem, quando pars offensa non accusavit; at verò in homicidio, horum opinio non admittitur, nisi actio ad accusandum sit præscripta per triginta annos, vel per minus tempus, si minus tempus ad præscribendum requiratur, ut in delictis carnis, velati adulterio, stupro, incestu, lenocinio, quæ præscribuntur spatio quinque annorum, & in injuria verbali, quæ per annum dissimulatione aboletur, ita Senatus, & num. 54*

55 *In delicto vulneris, in rixa commisso, morte non sequuta admittitur remissio criminosi; si pars offensa non se querelaverit judicialiter, traditur observatum.*

56 *Quilibet Judex Ordinarius potest salvum conductum concedere testibus ad deponendum per tempus competens arbitrio suo.*

1 QUod immaniter se gerant Potestates non petitur, nam accomodatissima est virtus clementiæ in Superioribus, *l. Imperialis* 23. *C. de nup. l. fin. C. de donat.* dixit Seneca *de Clem. lib.* 1. *cap.* 24. nec minus enim Principi turpia sunt multa supplicia; quàm medico multa funera; quà de causa, Dominus Rex Alphonsus cum de nimia ejus lenitate quererentur ministri, eamque vix Principem decere dicerent: *Quid ergo*, inquit, *vultis Ursos, & Leones regnare? Hominum clementia, belluarum feritas propria est.*

2 At; quod petitur est, ne omnia puniant, neque omnia dimittant, quia tanta crudelitas est omnibus Ignoscere, quanta nulli; debet enim clementia cum justitia temperari, ita ut justitia non sit crudelitas, neque clementia sit vilis remissio, umbraque virtutis, & ait Salzedo *de Reg. Princ. lib.* 1. *cap.* 12. *dis.* 16. *nu.* 236. & observat Frag. *de reg. Reipub. par.* 1. *lib.* 4 *disp.* 11. §. 3. *num.* 64. dicens, quod nimia clementia est dementia, & sic clementia inordinata, duas suas primas litteras jungit, neque enim sceleribus ita est parcendum, ut ad delinquendum potiùs provocari, quàm abreterreri videantur, quod maximè adversatur bono publico; nam bonorum salutem custodit; qui malos punit, imò nocet bonis, qui malis parcit, cum malitiæ medicina sit pœna.

3 A quibus non discedit Scan. *de visit. Car. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 32. & Seneca *de benef. lib.* 2. *cap.* 14. ajens, sævam clementiam, sive bonitatem esse gravibus delictis ignoscere; & optimè omnium decrevit id Pontifex *in cap. licet, dis.* 45. ibi: *Sit itaque amor, sed non emolliens, sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, non immoderate sæviens, sit pietas, sed non plusquam expediat parcens, inueri libet in Moysis pectore, misericordiam cum severitate sociatam. Videmus amantem prè, & strictè sævientem, & in c. annis, c. qui emendat ead. distinct.*

4 Et notat D. Anton. de Fuenmayor in vita D. Pii Quinti Pontificis, *in lib.* 7. per illa verba. *No puede aver Prudencia Politica sin justicia, porque lo que es el Sol en el Mundo, es la justicia en el regimen, sin la qual todo seria tinieblas de confusion, y Monstruos de escandalos. Consiste en medio entre severidad, y ralaxacion: pues ni ha de ser un Principe tan severo, que le aborrescan por cruel, ni tan remisso, que le menospreciem por descuydado.* De his plura invenies apud Mastrll. *de indult. gener. in proœm.* Patrisc. *de regim. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 4. Cassiod. *lib.* 2. *epist.* 4 & *lib.* 3. *c.* 46. Svelvez. *cent.* 2. *conf.* 40. *n.* 11. & *seq.* Vargas *in consid. prac. de Syndic. p.* 6. *Inst.* 1. *consid.* 6. *n.* 10. Claud. *in stilic. Laudes lib.* 2. Pol. Scrib. *lib.* 2. *c.* 6. P. Mendo *de princ. Prof. Doc.* 31. Solorz. *emblem.* 70. *n.* 21. Sesse *de inhib. c.* 1. §. 5. *nu.* 117. Casus idcircò enumerabimus in nostris juribus expressos, in quibus potestates supremæ, ac etiam inferiores ordinata, & temperata uti poterunt clementia, pœnas delictorum remittendo, vel commutando; ut cum his prælatè suo munere fungi valeant.

Annotando primitùs, non licere hac potestate remitten. 5
di sine causa uti, ex *l. relegati, ff. de pœnis*, & aliquas circumstantias attendi oportere ad remissiones, quas jura permittunt indulgendo; nam de recenti delicto, ac condemnatione, nunquam remissio concedenda est, intempestivè enim misericordiam exercere jure damnavit Ulpian. & dolo proximam dixit *in l. si hominem* 7 ibi: *Quia cum sciret, cui res pareretur intempestivè misericordiam exercuit, ff. depositi* recitat. Excellentiss. Crespi *d. obs.* 5. *n.* 235. sicuti, econversò, concedenda apparet, si à die commissi criminis tempus diuturnum intercessit, *l. querela* 12. *C. ad leg. Cor. de falsi.* Roc. *de Offic. rub.* 14. §. 13. *n.* 44.

Consuetudinarius venia dignus non est, & sic delicta 6
iterata non comprehenduntur sub generali abolitione, *leg. nemo* 3 *C. de Episc. aud.* Mast. *de indult. cap.* 28. *à num.* 10. Font. *decis.* 138. *n.* 14. Sesse *de inhib. tom.* 1. §. 5. *nu.* 116. Farinac. *in prax. qu.* 5. *num.* 10. *qu.* 6. *num.* 49. & 50. & aliis relatis Excellentiss. Crespi, *obs.* 5. *num.* 236. & *seq.* Roccus *de offic. d. rub.* 14 §. 13. *num.* 39. qui tradit denegatam per Regiam junctam contrabannorum Neapolis, cum Decreto Proregis illius Regni, secundam compositionem inquisito, qui de eodem delicto fuerat antea remissus; E converso metetur remissionem; si primum delictum sit, nam singularitas delicti facit delinquentem potiri beneficio, ut luat in bursa, *c. licet* 45. *dist.* notat Novarius *in rub. de composit. collect.* 1. *super prag.* & cum sequitur Roccus *de Offic. d. rub.* 14. §. 13. *n.* 45.

Rursus quod, qui remittitur, non sit persona scandalo- 7
sa, & malæ famæ; nam in istis compositio non est medicina correctionis, *d. l nemo* 3. *C. de Episc. aud.* Guaz. *def. reor. c.* 4 *nu.* 1. Novar. *de grav. Vassal. tom.* 1. *qu.* 13. & *eis citatis*, Roccus *de Offic. d. rub.* 14. §. 13. *n.* 39.

Compositio fieri permittitur, quando delinquens est se- 8
nex, vel adversa valetudine vexatur, *c. tanta* 1. 26. *dist.* vel quando delinquens est minor, *l. auxilium* 37. *ff. de minoribus*, vel quando crimen est modicum, *l.* 1. *C. si quis Imp. mal.* Roccus *de Offic. d. rub.* 14. §. 13. *n.* 41.

Et nunc sit primus casus, in quo conceditur supremis 9
Potestatibus facultas remittendi; quæ possunt parte non concordata, & satisfacta, remissiones facinorum, etiam majorum pro bono publico indulgere, Svelvez *ex pluribus semicent.* 2. *conf.* 40. *nu.* 26. Peg. *tom.* 1. *decis.* 39. & *decis.* 65. Canc. *var.* 3. *c.* 3. *n.* 51. Ferrer *par.* 3 *obs. cap.* 473. Ramon *conf.* 12. *nu* 11. & *conf.* 44. *nu.* 9. Berart. *in spec. visit. c.* 9. *n.* 33. Leo *dec.* 34. *n.* 34. *par.* 1. Quesada Pilo *tom.* 1. *differt.* 1. *n.* 29. Oliba *de act. p.* 1. *lib.* 3. §. *penales*, *n.* 59. qui antiquiores nostros allegat. Grand. *de bel. exul. spec.* 38. Roccus *de Offic. rub.* 14. §. 13. *n* 78. Crespi *obs.* 5. *n.* 219. Sesse *de inhibit. c.* 1. §. 5. Anguian. *de l. lib.* 2. *cent.* 7. *n.* 4. Farinac. *in prax. qu.* 59. *nu.* 37. Ciarlin. *cons. forens. lib.* 3. *c.* 224 *n.* 3. & 4.

Sic fuit concluſum 14. Maii 1677. Referente Magnif. Ja- 10
cobo de Potau I. R. C. Not. Badia, in favorem Josephi N. loci de Riu de Cols, qui fuit relaxatus à Regiis Carceribus Villæ de Reus, nomine R. C. pro observantia remissionis, et propter bonum Publicum indulta, & provisum, ut expedirentur litteræ, & aliæ provisiones opportunæ. Similis die 28. Novembris 1679. in favorem Benedicti N. Pharmacopolæ Civis Barcinonæ. Ref. Magnif. Michaele Joanne Taverner, Scriba Riambau Not.

Et ea observa etiam in commutationibus pœnarum de 11
corporalibus in pecuniarias, scribit de Ponte *de potest. Proreg. de divers. provis. de Salvo conductu, num.* 3. & eo allegato Sanfelic. *decis.* 53. *lib.* 1. *num.* 24. de his vide infra *nu.* 23.

Cœterùm licèt adsit causa publica, & ex ea remissio à 12
Prin-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Principe facta subsistat non satisfacta, & concordata parte; attamen in dubio non censetur velle parti præjudicare quoad suum interesse, nisi id specialiter dicat, remittendo scilic. expresè damna, & injurias partis, Mastril. *de indult. c.* 21. *n.* 11. Sanfel. *decis.* 253. *lib.* 1. *n.* 28. *&* 29. *&* 37. Farinac. *quæst.* 6. *n.* 25. vel adsint in remissione verba prægnantia id importantia, Esse *de inhib. c.* 1. §. 5. *n.* 59. *& pluribus seqnentibus*, quod facere posse, *ex l. jure* 5. *Cod. de fabric. lib.* 11. Sesse *num.* 48. *in fine ex l. item verberatum* 15. §. *item si fortè*, *ff. de Rei vindic.* cum suis concord. Farinac. *d. quæst.* 6. *num.* 24. Sanfel. *d. decis.* 253. *n.* 24. quæ procedunt etiamsi pro remissione injuriæ Princeps pecuniam recepisset; nam non ob id præjudicatur interesse partis, Sesse *suprà n.* 33.

13 Imò, & pace facta, non intelligitur facta remissio expensarum, damnorum, & interesse partis offensæ, nisi expresè id actum sit, *juxta gloss. in* §. *fin. in verbo non revocaverint Inst. de injuriis*, tradunt relati per Cabal. *resol. crim. cas.* 248. *in princ.* nam cum duæ actiones oriantur ex delicto, una ad pœnam, altera ad damna, expensas, & interesse, una non tollitur per alteram, Cabal. *sup. n.* 3. & post eum Sanfel. *lib.* 1. *decis.* 253. *n.* 29. *&* 30. Canc. *var.* 2. *c.* 11. *nu.* 73. *cum seqq. & n.* 91. *cum seqq.* Luca ad Franc. *obs.* 460. *nu.* 1. Pasc. *de virib. pat. par.* 4. *cap.* 3. *nu.* 38. Latro *decis.* 75. *n.* 1. & ibi latissimè noviter Manfrella ubi *num.* 2. actionem ad interesse transmitti ad hæredes, & contra hæredes ex pluribus scribit, ex infinitis Conciol. *resolut. crim. in verbo pax resol.* 23. ubi per plenissimam remissionem, & quando adsunt verba prægnantia, an censeantur remissa damnum, & interesse tractat, & in verbo *vulnus resol.* 2. *n.* 5. unde cautè legendus est R. Cortiada *dec.* 35. *n.* 29. qui antedictis se opponit.

14 Interesse partis est, quod hæredes occisi facient per peritos examinari, quot annos naturaliter poterat vivere, & quantum singulis annis potuisset lucrari cum industria, arte, & labore suis, si interfectus non fuisset, vel ex vulnere læsus non remansisset, secundùm dispos. text. *in leg. hæreditatum* 68. *ff. ad falcid.* Canc. *var.* 2. *c.* 11. *num.* 76. *cum pluribus seqq.* Sesse *de inhib. cap.* 1. §. 5. *nu.* 31. & punctim animadverte, quod hoc interesse declarant præstandum I. C. *in leg. ultim. ff. de his qui deject. vel effud. & in l. qua actione* 7. *ff. ad L. Aquiliam*. Sanfel. *lib.* 1. *d. decis* 253. *num.* 34. ubi tradit ad damna, & interesse non teneri, si quis vulneravit, vel occidit ad sui defensionem, Latro *dec.* 75. *n.* 23. Manfrella *ibi*, (qui id ampliat in homicidio commisso ex causa defensionis bonorum, vel ex causa honoris) at si provocatus excedat moderamen inculpatæ tutelæ, ad illa teneri scribit ex Thes. *quæst. forens.* 7. *lib.* 3. latissimè Conciol. *resol. crim. verbo vulnus resol.* 2. *& verbo Occisio resol.* 2. *num.* 7. *& seqq.* Canc. *var.* 2. *d. c.* 11. *nu.* 75. qui tunc teneri ad damna, & interesse propter excessum arbitrio Judicis docet. Hæc deservire possunt pro intelligentia Prag. *ex composito*, 9. *tit. de remis.* de qua infrà *n.* 31.

15 Quæ sit causa boni publici, & quomodo de ea debeat constare, non facilè est investigare: de causis remissionum exactè egit Excellentiss. Crespi *obs.* 5. *n.* 197. ejusque educatione instituti in tres gradus eas traducimus in primo gradu ponit, ibi: *Prima, si plura, aut majora officia, & obsequia, quàm maleficia delinquentis videbuntur constare. Secunda si qua virtus, aut nobilitas erit in eo, qui supplicavit. Tertia si qua spes erit usui futura, si fine supplicio discesserit. Quarta si ille ipse supplex, mansuetus misericors, in potestatibus ostenditur fuisse. Quinta si ea quæ peccaverit, non odio, aut crudelitate, sed officio, & recto Officio commotus fecerit. Sexta si tali de causa aliis quoque condonatum est. Septima si nil ab eo periculi nobis futurum videatur, si eum missum fecerimus. Octava si nulla, aut à nostris Civibus, aut ab aliqua Civitate vituperatio ex venia suscipiatur, & similia.*

16 In secundo gradu collocat illas causas, quæ aliqua ratione universali Principem justè movere possunt ad remissiones concedendas, ibi: *Primam si bella desinunt, secundam si oriuntur victoriæ fastus, tertiam si compositæ pacis erit offerenda tranquillitas, quartam si solemni ritu aliquam Urbem Princeps ingreditur, quintam si nuptiæ celebrentur, sextam si Principi filius futurus regni successor nascatur, Larrea tit.* 1. *dec.* 25. *septimam si Curiæ celebrentur, & finiantur, octavam Paschatum festa, nonam si forsan videri posset, ex remissione reorum publicis perturbationibus quietem dari, sive factionum dissentiones amoveri, decimam defectum pecuniæ apud Thesaurariam,*

In tertio gradu assignat, jam desuper expressam, ibi: *Si forsan videri posset ex remissionibus reorum publicas perturbationes sedari, & factionum dissensiones amoveri*, eam antea scripserat Farin. *in prax. quæst.* 6. *num.* 22. ex Bos. *in prax. tit. de remed. ex sola Clem. Princ. nu.* 50 *& in num.* 224. & in eumdem gradum refert d. Crespi (cujus vestigia, & memoriam colimus) in d. citato loco, singularia merita rei circa Principem, vel Rempublicam, ibi: *Ut si patriam ab obsidione inimicorum liberaverit, opprobria abstulerit, aliquo insigni, ac præclaro facinore à servitute redemerit, & hæc singularia merita sunt, ni fallor, quæ antea ad hanc rem expresserat Farinac. quæst.* 6. *nu.* 22. *ex eod. Bossio, scilicet si tranatando flumen, dedissent causam victoriæ universi exercitus, qui eos insequutus est, aut si in bello licito magnum numerum infidelium, quis occidisset, vel alia similia.* 17

Cum alterutra ex illis causis tertii gradus licere Principi legum fororumque observationem, partisque instantiam contemnere, observamus cum eodem Excellentissimo Crespi *d. obs.* 5. *nu.* 214. *&* 224. & subdimus etiam, quæ antea expresserat in *num.* 213. & dicto *num.* 214. (cui nil addendum existimavimus; quia ut I. C. Paulus loquitur *in l. penult. ff. de dote prælegata, frustra Rei demonstrata demonstratio adjicitur*) quod ut remissio à Principe transgrediendo leges, & partis instantiam, fieri liceat ea debeat esse necessitas, aut utilitas extrema, quæ sic efficiat, ut Princeps justè posset privatorum bonorum subditis dominia auferre, atque ita alio medio occurri ei non posse moraliter certum sit. Et quod cum quæstio facti sit; nulla juris regula deffiniri potest; sed prudentia metienda est, cautissimeque in ea procedendum, quia prudentissimos quousque fallit, & rarissime, si recta ratione, & secluso omni affectu res examinetur, eveniet, & rursus, & res ipsæ, tempora, circumstantiæ, & alia rectè à prudentioribus inspicienda, & observanda ita dictaverint, ut dici posset, hanc causam magis compellere, quàm excitare. 18

At verò in eodem tertio gradu Nostri observarunt alias causas boni publici pro remissionibus delictorum agendis sinè dessistentia partis, primam videlicet quando alicui remittuntur delicta, vel de illis conceditur guidaticum pro directione justitiæ, quam explicat Peg. *decis.* 39. *num.* 14. ut puta, quando in Republica, transeuntes per vicos minus frequentatos spoliantur, & deprædantur, & etiam interficiuntur; potest Dominus Rex jubere fieri proclama, quòd revelans consocios erit immunis, & est servanda immunitas, & attestatur vidisse plures hac de causa in Regio Concilio fuisse absolutos, & est casus decisi. Joseph. Ludovici *Lucen.* 15. *num.* 72. *& seqq. part.* 1. sequitur Farinac. *in prax. quæst.* 6. *num.* 22. ea causa guidari posse sodomitam, qui aliàs de jure guidari non potest, sequendo Peg. *dict. decis.* 39. scribunt Rovitus *in prag.* 1. *n.* 5. Novar. *super eod. Prag. col.* 2. *n. fin.* 19

Sic etiam quando publica pax à facinorosis hominibus turbatur, potest publicum præconium emitti, & sub fide Regia ex parte Domini Regis promitti omnibus personis, quæ facinorosos capient, & illos in posse, & manu Regiæ Curiæ ponent, præmium alicujus remissionis, & liberationis inculpatorum in Regia Curia, prout evenit in casu, quem recitat Peg. *decis.* 65. (comprobat Grandis *de bell exul. in spec.* 38. Sanfel. *decis.* 253. *lib.* 1. *nu* 22.) Qui subdit, & profitetur, posse illa præmia concedi de facinorosis, qui instantiam legitimam haberent, & ea esse observanda, ad quod adducit *num.* 8. quod observavit Regium Concilium 12. Maii 1584. in facto Fisci Procuratoris Reg. Cur. & partis instantis contra Bartholomæum Borra, Villæ de Sant Boy, qui fuit relaxatus pro observantia cujusdam remissionis pro bono publico, sibi in vim Regiorum præconiorum factæ, partis instantia non obstante, & antea dixerat idem Peg. *decis.* 39. *num.* 11. at non ita expresè. 20

Non desunt etiam exemplaria antiqua in quibus, in terminis similium præconiorum observavit Regium Concilium exceptuare delicta atrocia, & illa quæ habent instantiam partis, signanter in adducto per Ferret *obs.* 3. *part. cap.* 473. ubi de Mense Martii 1563. cum publica præconizatione fuit concessa remissio omnium delictorum illis qui caperent Bartholomæum Camps, & alios in præconio nominatos, exceptis criminibus, læsæ majestatis, falsæ monetæ, sodomiæ, & quod non incidissent in pœnas Const. *com instigant, tit. quant sia licit, ò no venj*, & salvo interesse partis privatæ. Quæ omnia attestamur observari, prout urgentia casus occurrit, nam interdum promitti- 21

UAB Biblioteca de Ciències Socials

mittitur liberatio delinquentium, quamvis habeant instantiam; interdum, & magis frequenter, excipiuntur delicta, quæ habent instantiam, & hic quadrat d Berart *in spec. visit. cap.* 19. *n.*43. ibi: *Ideò si Princeps videt ob bonum publicum compositionem faciendam esse, quoad pœnam tantum Fisco applicandam, debet rescribere sine præiudicio partis offensæ, ex l. fin. Cod. de sent. pas. l. l. rescriptum in fin. ubi DD. C. de prec. Imper. offer.*

Guidatica subsistere sine desistentia partis docent nostri,
22 quando Dominus Rex juber sub fide sua vocari delinquentes ad pacem, & tregnam firmandam, ut vidi multoties observatum, & de eadem observantia fatetur Pegu. *d. dec.* 39. *num.*12. qui docet hucusque non dari exemplum, quod durante tempore dictæ fidei, seu guidatici, quis fuisset captus, & punitus; alioquin inquit, si leges municipales hunc casum comprehenderent, ut scilicet guidaticum pro pace firmanda non teneret in criminibus ibidem expressis; nemo ad pacem firmandam veniret, & esset potius totam Reipublicæ pacem destruere, quàm hominum saluti, & quieti providere, & ex Claro *in pract. quæst.* 59. *vers. adde*, idem Peg. *dec.*65. *n.*9.

Præterea sine partis remissione, post sententiam posse
23 fieri à Principe commutationes pœnarum, scribit Ripoll *var.* 8. *n.*187. & 188. Font. *tom.*1. *claus.*5. *glos.*5. *par.*2. *num.* 25. & 26. R. Cortiada *dec.*89. *num.* 40. *in fin.* Sanfelic. *dec.* 320. *tota*, Luca ad Franc. *dec.*395. *nu* 3. *in fine*, prout quotidie observant, & de consuetudine ita servari per Principes, scribit Farinac. *in prax. quæst.*6. *sub n.*17. & hoc ponere in controversiam, reputat crimen sacrilegii Cabal. *resol. crim. cent.*2. *cas.*58. *num* 5. & recitat Nigro *cont.* 343. *tota*, quidquid sit de jure, de quare Roccus *de offic. rubr.* 14. §. 13. *nu.*63. & 64. Basilic. *dec.*12. Nigro qui infinitos allegat loco citato, Regens Vico *in Prag. Sardin. tit.* 25. *num.* 13. & *seqq.*

Ex assertione Principis in remissionibus indulgendis con-
24 stat de causa boni publici, sine alia probatione, Suelues *sem.*2. *conf.*40. Farin. *in prax. quæst.* 6. *numer.* 22. Quesada Pilo *disser.* 1. *num.* 29. Semper enim id facere, præsumitur ex justa causa, Esse *loc. cit. num.*61. *ver. an autem in Principe*, & aliis allegatis Sanfel. *lib* 1. *dec.*53. *num.* 25. & *seq.* cum, & aliàs assertioni Principis stetur, ex Clem 1. *tit de probat.* abundè Larrea, *tom.*1. *alleg. Fisc.*6. *tot* Salgado *de supplicat. ad Sanc. part.*1. *cap.*4. *num.* 58. Reg. Vilossa *post tractatum de fugitivis disc.*6. §. 6. *numer* 12. faciunt in hanc rem tradita per Excellentissimum Crespi *obs.* 5. *nu.*321. & 329. & antea dixerat *obs.* 1. *num* 58. & Canc. Pereg. Franc. Ferrer, Diana, Delbene. Et observavit R. C. die 21. Octobris 1683. ref. Egreg. Sabater I. R. C. Scriba Riamban Not. ubi fuit declarata exceptio malæ capturæ in favorem Jacobi N. aliàs N. ejecti à pace, & tregua, & publicati pro inimico suæ Majestatis, vocati ab Excellentiss. Locumtenente Genhujus Principatus ad deponendum in defensam in causa criminali vertenti cor. Auditore, nam ex sola assertione Excellentiss. Locumtenentis, quam in scriptis misit R. C., ea in processu consuera, declaravit dictum N. vocatum esse guidatum, & sic à carceribus relaxandum, & desguidandum per terminum decem dierum.

Indubitanter tamen Princeps in remissionibus exequen-
25 dis procedet, cum aliqua saltem cognitione causæ præambula; nisi pro manifesta eam haberet, ut scripsit F. Joannes à Madriguera Monachus Cartus. de porta Cœli *in tractatu de Senatu, & sui Princ. cap.* 9. §. 3. *vers.*1. *circa medium*, *usque in finem*, ibi: *Porque hazerlas à pedimiento, y relacion de uno, que no sea persona muy grave, y dr mucha calidad, y confianca, es facil cosa errar, ó ser engannado*, & ut hæ gratiæ fiant sine offensa justitiæ publicæ, vel particularis duo animadvertit idem Auctor adimplenda, ut hæ dispensationes non fiant cum pecuniis, & ut in eis semper habeatur respectus principaliter ad bonum publicum, & commune, propter quod stabiliuntur omnes leges.

Sic salubriter Cath. & Reg. Mag. Dom. nost. Regis Caro-
26 li Secundi (quem Divina Majestas incolumem per cuncta sæcula tueatur) cum suo Regio Diplomare in forma Cancellariæ per suum S. Sup. C. Arag. dato Martriti 16. Junii 1679. directo Excellentissimo Duci de Bournonville ejus Locumtenenti Generali in hoc Principatu, decrevit, ibi: *Tambien he querido deziros, que el medio, que se considera, tiene sumos inconvenientes (segun se ha experimentado) es que los Virreyes hagan las remissiones pro bono publico. Y por esta razon es mi voluntad, que no se hagan en adelante, sino es observando las Constituciones, y Pragmaticas, y por consiguiente interviniendo el parecer del Re-*

gente de essa Real Audiencia, Thesorero, Abogado Fiscal, y demàs Ministros de la Sala Criminal, pues à estos toca el saber si se està en el caso del bien publico, para que sea licita la remission; de que estareys advertido assi vos, como los que os sucedieren en essos cargos, y que à mas que serà nulla la remission, que se hiziere sin esta solemnidad, me darè por muy desservido, y passarè à la demostracion, que la materia permitiere.

Sic Imperatores Theodosius, & Valent. antequam rescriptum ullum legis authoritate sanciretur, voluerunt prius, *id ab omnibus, tàm proceribus nostri Palatii, quàm gloriosissimo cætu vestro, patres conscripti, tractari, ut universorum consensus, nostræ serenitatis authoritate firmetur, L. humanum, Cod. de legib.* nam si, quæ rescripta iniqua obtineantur, conveniens est, ut Senatus ea improbet, & reiiciat, *si quod rescriptum* ajunt Imperatores, *si qua lex fortè prætenditur, abrepta huiusmodi charta ex eorum manibus ad vestram scientiam referantur, leg.*3. *Cod. de pagan. & in leg.* 1. *Cod. de petit. bonor. subl. libr.* 10. ibi: *Quoniam plerumque ita in nonnullis causis inverecunda petentium inhaitione constringimur, ut etiam non concedenda tribuamus, nec rescripto quidem nostro, adversus formam latæ legis, loci aliquid relinquatur*, Robert. *rer. judic. lib.* 2. *capit.* 11. Et Roccus *de offic. rubr.* 12. *à num.* 16 *ad* 19. ait ibi: *Quamobrem non potest Prorex delinquentes aggratiare, & delicta indulgere absque pradictorum Regentium voto, ut expressè habetur in cap.* 176. *instruct. sic notat Reg. Tapia decis.* 3. *numer.* 100. *& si talis gratia sequeretur absque Regentium suffragio, nulla redderetur, pro ut declaratum fuit per S. M. nullas esse, & invalidas gratias factas à Prorege, absq; Regentium Voto in an.* 1620. *ut testatur R. Tapia cit. dec.* 3. *sup. conf. nu.* 101. *quodq; fuit confirmatum peculiari lege in Regno nostro, ut in Prag.* 4. *& 7 de fide mens. ibi enim dicitur quod gratia delicti concessa à Prorege absq; interventu collateralis Concilii, non subsistat.*

Idemque decisum me patrocinante in causa d. Portia Sanseverino, & Victoria de studio, querelante contra Franciscum Antonium Perretta; fuit enim ordinatum per collaterale Concilium coram Dom. Duce Medina de las Torres, tunc Prorege Neap. quod M. C. justitiam faciat in causa Inquisitionis dicti Perretta, non obstante gratia delicti concessa per D. Comitem Montisregit prædecessoris Proregis, dum gratia illa non processit cum voto collateralis Concilii, & fuit deindè confirmatum in gradu reclamationis, ut ego testor in resp. 37. *tom.* 2.

Ratio est, quia interest Reipublicæ, ut delicta puniantur, undè quando agitur de delictis condonandis, tractari debent in collaterali Concilio, causæ, quæ Proregem movent ad gratiam impartiendam, ut notat Reg. Tap. d. dec. 3. *supr. conf. num.* 101.

Vidi observatum commutationes pœnarum per Dominos Proreges indulgeri, habita deliberatione Regii Concili, exprimendo id in Diplomate commutationis; Et adhuc 27
vidi observatum, Bartholomæum N. condemnatum ad mortem, renuntiasse causæ supplicationis à sententia condemnatoria interposite, & die 14. Augusti 1625. obtulisse in Regio Concilio supplicationem, petendo commutationem pœnæ mortis ad triremes, & in pede supplicationis fuisse decretum: *Excellentiss. D. Locumtenens Generalis ex causis pradictis, & aliis animum suum justè moventibus, præcedente tractatu, & deliberatione R. C. commutat sententiam mortis naturalis, in qua fuit condemnatus Bartholomæus N., ad servitium Regiarum triremium remigando in perpetuum.*

Provisa per Excell. Dom. Locumt. Gen. 14. Augusti 1625. Barcin. Perez.

Fuit ad relationem Magnifici Michaelis Carreras L. R. C. Scriba Cesillas, quæ decretatio sine Provisione Judicis fuit consuta in processu, & sine expeditione in forma Cancellariæ fuit exequuta.

Similis in favorem Mariæ N. pauperis eleemosynæ die 6. Maii 1631. Referente Nobili Josepho Balaguer tertiæ Aulæ Doctore, causæ Relatore pro Magnifico Michele Joanne Taverner I. R. C. Scriba Riamban Not. & dictæ N. fuit concessa remissio fustigationis, & bullationis pœnæ remanente in sui vigore pœna bannimenti, & decretatio fuit consuta in processu, & relaxata à Carceribus sine alia expeditione, eo quia ut diximus erat pauper eleemosynæ. Similis dictis die, & anno, in favorem Jacobi N. Cultoris Sancti Baudilii de Lupricato, Referente Magnifico Joanne Baptista Roca, & Julia tertiæ Aulæ Doctore, causæ

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Relatore pro Magnifico Bonaventura Tristany I.R.C. Scriba Famades Not. & fuit facta commutatio de pœna triremium per triennium, ad relegationem in Insulam de Mallorca, per quinquennium, & fuit decretatio consuta in processu, & quia non erat pauper, fuit expedita in forma Cancellatiæ, solutis juribus illius.

Ut inde inferatur omni tempore observari, remissiones,
28 & commutationes pœnarum cum deliberatione Senatus à Dominis Proregibus indulgeri, & si hæc tam stabilita non haberemus, salubriter jam secernitur id, quod scribit Sesse *de inhibit. capit.* 1. §. 5. *num.* 114 suadens justissimè illud fieri, ut scilicet palam data amplissima potestate etiam remittendi crimina Locumtenenti Generali, detur ei à latere aliqua memoria in scriptis, ut pro tali, vel tali crimine non concedat remissiones, pro ut sic inquit legisse de Carolo V. Rom. Imperat. August. in statu Mediolani, cum D. Anton. de Leyva, & D. Alphonso de Avalos Marchione Vasti, refer. Ploto *lib.* 2. *conf.* 73. *num.* 50. & in Regno Aragoniæ id factum fuisse cum aliquo Locumtenente Generali.

Anteaquam ab his discedas, nota quod minor causa re-
29 quiritur, ubicunque pars offensa non datur, quia est mortua sine consanguineis, & solum proceditur per Fiscum ad interesse publicum, quam requiritur, ubi extat pars interessata, nam in primo casu, ad tollendum jus partis, & transgrediendum leges, urgentissimæ illæ causæ, quas supra assignavimus, sunt necessariæ, cum tamen in secundo casu, quando datur solum interesse publicum sufficiant minores, docet Sesse *de inhibit. cap.* 1. §. 5. *num.* 14. 15. & 50. & eum sequitur Sanf. *lib.* 1. *dec.* 53. *num.* 19. & 20.

Remissiones illas gratiosas pro bono publico, ac etiam
30 commutationes pœnarum concedere non poterit Vices Gerens Gubernatoris Cathaloniæ, etiam Vice Regia procedens, quia non est ex Regaliis communicatis, & cum in ea prætensione esset, ei se opposuit Fiscalis, & die 22. Novembris 1592. in facto Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ, fuit in Regio Concilio conclusum, quod intimaretur Nobili, & spectabili Don Petro de Cardona Gerenti Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, ad dicendum intra decem, cur supplicata per Fisci Procuratorem fieri non deberent? & pro his fierent Cartella, & alia, &c. & die 21. Januarii 1593. fuit conclusum, non licere Gerenti Vices Generalis Gubernatoris, etiam Vice Regia procedenti facere remissiones pro bono publico, hanc resolutionem Senatus observat Xamm. *def.* 128. *par.* 2. *ver. judic.* & hoc quod hic etiam dicit de Gubernatore Vice Regia procedente, tradiderunt de Gubernatore via ordinaria procedente, Michæl Ferrer *obs. gen. Guber. cap.* 35. & post eum Canc. *var. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 155. Idem Xammar *de offic. judic. part.* 1. *quæst.* 6. *num.* 48. & eis adde ita etiam fuisse conclusum in R. C. die 21. Januarii 1593. ubi fuit dictum, nec remissiones pro bono publico; nec commutationes posse Gerentem Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ etiam procedentem Vice Regia indulgere.

Indultatus ad solvendum interesse partis compelli potest
31 incontinenti, quia ex quo remissionem obtinuit; habetur pro confesso, quantum ad hoc, ut sine alia dilatione compellatur per captionem personæ ad solvendum interesse damnificatis, aut iniuriatis, Prag. *ex composito* 9. *tit. de remiss.* Canc. *var.* 2. *cap.* 11. *n.* 105. & 106. *& seqq.* ubi docet, d. Pragmaticam procedere, quando reus se componit cum Curia, non quando tertius pro omnibus generaliter quorum interest, composuisset, vel etiam specialiter pro reo, *& n.* 116. intelligit d. pragmaticam esse limitandam respectu interesse civilis partis, non autem quoad alios effectus, de materia Farinac. *qu.* 5. *n.* 12. & 18. *ad* 26. Petra *de potest. Princip. cap.* 8. *num.* 39. *& seqq.*

Sic fuit observatum in casu Bartholomæi N. Villæ de Olot, qui ob servitia urgentia propria, & hæreditaria fuit remissus pro bono publico die 14. Martii 1682. & fuit in remissione expressum, quod teneretur satisfacere damnificatis damna juxta d. Prag. 9. *tit. de remiss.*

Secundus casus est, si concedatur remissio super aliquo ac-
32 cidenti, (non super delicto principali) puta contraventionis exilii, quæ ad partem nil attinet, & potest fieri etiam absque partis remissione, Caravita *tit.* 272. *n.* 2. *ver. Limita hunc ritum*, & eo relato Roccus *de offic. rub.* 14. §. 13. *nu.* 63. Sanfel. *dec.* 53. *num.* 41.

Tertius casus est, si pars offensa esset incognita, vel es-
33 set extera, vel mortua, & de ejus hæredibus non haberetur notitia, tunc gratia, sive compositio potest fieri absque partis remissione, præstita tamen cautione de stando juri, cum pars quandocunque supervenerit, Clarus *quæst.* 58. *n.* 36. *vers. sed quid si nullus*, Guaz. *def.* 34. *cap.* 3. *num.* 5. Reg. de Ponte *de potestate Proreg. tit.* 3. *de elect. offic.* §. 4. *nu.* 32. *vers. sed quid si hæres est incertus*, Novat *super Prag.* 2. *de composit. num.* 5. Reg. Sanfel. *decis.* 53. *num.* 18. qui attestatur pluries observatum in R. Collaterali Concilio, & his relatis, Roccus *de offic. d. rubr.* 14. §. 13. *num.* 71. data autem aliqua publica causa, Sesse *de inhibit. dict. cap.* 1. §. 5. *num.* 36.

Et in hanc partem possem infinita exemplaria in nostro
R. C. facta adducere, at tantum refero sic fuisse observatum 34
die 15. Augusti 1623. in remissione facta per Regentem Regiam Thesaurariam Laurentio N. (præstita per illum cautione parti) delato de vulnere illato in manum dexteram Elisabet Albarite, è Civitate Cæsaraugustæ oriundæ die 2. Januarii 1620. *est in lib. remiss. fol.* 3. *lib.* 2. similis die 20 Septembris 1623. in remissione Antonii Montanya delati de necibus in personas Joannis de Burgos, & Don Joannis de Castellanos, attenta cautione præstita; *est in eodem libr fol.* 5. similis in compositione facta Francisco Ferrer die 10. Januarii 1625. delato de nece commissa in personam Martini Duarte Militis Regni Castellæ die 17. Augusti 1623. attenta cautione præstita, *est in eod. lib. fol.* 48. similis 18. Junii 1625. *in eodem libro fol.* 61. similis die 20 Decembris 1625. facto verbo in Regio Concilio, *est ibidem fol.* 79. similis die 16. Novembris 1626. in compositione Joannis Prunera inculpati de nece in personam Joannis Francisci Militis triremium Pontificis, ut alia die 3. Aprilis ejusdem anni attenta cautione parti præstita pro interesse Civili, *est in libr.* 2. *remiss. folio* 110. similis die 16. Novembris 1627. in favorem Francisci Jonquer Laboratoris delati de nece cum rixa perpetrata in personam Andreæ Seguer de mense Aprilis 1620. attenta cautione præstita per Baudilium Busquers Agricolam Bisuldini, qui se constituit principalem, promittendo stare juri, in eo quod judicatum foret per Judicem, ad quem spectaret, si apparuerit instantia, *est in eod. lib. fol.* 154. similis die 23. Novembris 1627. in favorem Joannis Romeu delati de nece Joannis Llorens Francigenæ die 27. Maii 1625. attenta cautione præstita per Franciscum Celdoni Velluterium promittentem stare juri, in eo quod judicatum fuerit per judicem, ad quem spectaret, *est in eod. libr. fol.* 166. similis die 8. Januarii 1628. in favorem Dominici Pareis uxoriti dæ, attenta cautione præstita in processu consuta, *est in eod. lib.* 2. *fol.* & cum hac observantia transire videtur Prag. Dom. Regis Petri III. data Barcinonæ die 3. Kalendas Augusti 1347. & est 9. *tit. de remissionis de Crimin.* ibi: *Nec præstita satisfactione decenti*, & intelliguntur Const. *Nos, o Officials* 3. *titul. de iniurias*, ibi: *O assegurat convenientment à coneguda de la Cort*, Const. *Lo Senyor Rey* 4 *titul. de Custodia de presos*, ibi: *E feta seguretat de estar à dret à la part.*

Ex his infertur, compositionem per Thesaurariam ad-
mitti, si pars offensa est extera, vel mortua, & de ejus hæ- 35
redibus non habeatur notitia absq; partis remissione, cum cautione tamen parti præstita de stando juri quoad interesse civile illius in eo, quod judicatum fuerit per Judicem, ad quem spectet, si instantia apparuerit, quæ cautio inferi debet in processu. Et ita fuit conclusum in Regio Concilio die 13. Aprilis 1682. in facto dubii propositi per Nob. Regentem Regiam Thesaurariam.

Quartus casus est, in simplici insultu, prima evaginatio-
ne, provocatione, armorum delatione, ictu sine vulnere, 36
& sine deliberatione, & similibus, ex Claro *quæst.* 59. *nu.* 4. Farin. *in prax. quæst.* 6. *num.* 21. Sesse *de inhibit. cap.* 1. §. 5. *num.* 21. & 86. Crespi *obs.* 5. *num.* 218. Thoro, & alii per ipsum allegati *in comp. decis. part.* 2. *verbo remissio, sive exculpatio, pag.* 575. Rovitus *super Prag.* 2. *de abolit. num.* 9. Quesada Pilo *differt.* 1. *nu.* 47. Notanter dicitur *sine animi deliberatione* quia tunc nulla intervenit offensio, nec pars privata attenditur, fatetur Marinis *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 33. & cum nullum partis interesse tunc consideretur, poterit pars ad jus accusandi admitti pro publico interesse, ut delicta puniantur, & adiuvando partes Fisci, & ejus instantia attenderur quarenus Fiscus voluerit causam prosequi. Capiblanc. *de Baron. prag.* 6. *nu.* 52. diximus *dec.* 15. *n.* 14. *& dec.* 18. *n.* 17. 18. 21. *& n.* 33.

Nam si animus deliberatus adsit, ubicumque ille præce-
dat, est necessaria partis remissio, licet nil mali sequutum
fuerit, & sic mandantes fieri homicidia, vel alia similia 37
crimina, licet non fuerint patrata, vel vulnera facta, non sunt sine partis remissione ad gratiam remittendi, & idem in

alapa alicui data dicitur à Clato, & Farin. citatis à Sesse, *de inhibit. cap. 1. §. 5. n. 22.*

Ulterius in delictis levibus aliquando relaxantur rei manuleuta, etiamsi habeant instantiam partis, & si fortè testat aliquod interesse partis instantis, concluditur, quod relaxetur, præstita cautione priùs de stando juri, & rei judicandæ super prætensis per partem instantem, sic fuit observatum contra Bertrandum Solà 6. Aprilis 1591. ubi eodem die pariter fuit conclusum quod Michael Calopa arrestaretur ad pœnam, &c. præstita tamen per eum idonea cautione de stando juri, & rei judicandæ partibus instantibus, per Judicem, seu Judices ad quem seu quos spectaret civilem, vel criminalem; aut quod intra unum diem naturaliter, postquam requisitus fuerit, se reponeret intus Regios Carceres Barcinonæ. Similis, ut prima die 24. Decemb. 1607. ref. Gener I. R. C. 38

Quintus casus est, quando interesse tantum est Fisci, quia tunc remissio, seu compositio fieri potest, veluti in gestione armorum prohibitorum. Sesse *de inhibit. cap. 1. §. 5. nu. 86.* Farinac. *in prax. tom. 1. tit. 1. quæst. 6. num. 21.* sic fuit observatum 29 Januarii 1640. *est in lib. fol. 18.* similis 25. Februarii ejusdem anni, similis 2. Junii 1639. *est in lib. fol. 114.* (quæ intellige juxta infra dicenda *n. 49*) Caravita *ritu 272. num. 2. vers. Limita hunc ritum.* Roccus *de offic. rubr. 14. §. 13. num. 68.* Sanfelic. *lib. 1. dec. 53. num. 41.* qui ideò *num. 42.* docet, posse Principem suspendere sententiam forjudicationis, parte non concordata, firma remanente quoad delictum, & eum sequitur Roccus *de offic. d. rub. 14. §. 13. num. 69.* ac etiam practicamus quotidie pro quantitate taxata pro iniuriis, & damnis illatis Officiali Regio in resistentia illi facta in vim usatici *authoritate, & rogatu, tit. de ret del Fisc.* salvo tamen delicto principali. 39

Et poterit Princeps remittere pœnas, non obstante instantia partis popularis, ut probat Larrea *alleg. 27.* non tamen illam partem pœnæ pecuniariæ, quæ ad accusatorem pertinet, quam illi legum dispositio detulit, ad quam jus habet quæsitum. Amaya *ad l. 1. à n. 73. C. de pœn. Fisc. cred. præf. lib. 10* Excellent. Crespi *obs. 5. n 234.*

Et non sequuto damno Officiali Regio Officianti, cui fuit facta resistentia, sine desistentia partis, factam fuisse compositionem per Thesaurariam, fuit pluries observatum. Sic 17. Februarii 1624. *est in lib. 2 remis. fol. 26.* in favorem Augustini Angles Bajuli de Cambrils, & aliorum ejusdem Villæ, qui validam resistentiam fecerunt Joanni Casas Commissario Regio, & ab ejus manu eximerunt Antonium Joannem Mirò, quem captum habebat. Similis die 21. Novembris 1624. in favorem Joannis Salvador aliàs lo Bonich, qui unà cum alio impedivit Clementi Lliffac, Commissario Regio Subbajulo, & juratis Villæ de Reus extrahere ab Ecclesia ejusdem Villæ Bartholomæum Pamias remigem, *est in eod. lib. fol. 44.* & die 6. Decembris ejusdem anni pro eod. facto. Similis in favorem Josephi Escalas, *est fol. 45* & alia die 1. Octobris 1626. fol. 107. in favorem Petri Ferrando, & Francisci Ferrando illius filii. Similis die 21. Junii 1625. *est in eodem lib. fol. 62.* in favorem Baptistæ Plandesans Not. Civis Minoricæ, qui cum aliis armatus instrumentis manualibus largæ mensuræ validam fecerunt resistentiam Nobili Hyacinto de Peguera Vicario ejusdem Civitatis. 40

Similis 21. Decembris 1625. *est in eodem lib. 2. fol. 80.* in favorem Francisci Arcis Laboratoris Villæ Sancti Joannis las Abadessas, ob resistentiam factam Carolo Tarroga Bajulo dictæ Villæ. Similis die 22. Sept. 1638. pro resistentia facta Subbajulo Gerundæ. Similis 11. Maii 1640. pro resistentia facta Commissario Regio. 41

Etiam pro iniuriis, & damnis laudamenti Curiæ, & pro delicto principali in resistentia facta Officiali sine damno sequuto, observatum vidi fuisse factam compositionem sine desistentia partis per Thesaurariam die 10. Januarii 1626. *est in lib. 2. remis. fol. 82.* in favorem Michaelis N. & alios Civitatis Minoricæ, pro resistentia facta Joanni Cantarell Civitatis ejusdem, contra quos erat provisum laudamentum Curiæ. 42

In his igitur casibus in quibus non requiritur remissio partis, posse Principem reos indulgere cum causa, scribit de Ponte *de potest. proreg. tit. de provis. fieri solit. §. 4. num. 12.* Sanfel. *decis. 52. lib. 1. num. 17.* Sesse *de inhibit. dict. cap. 1. §. 5. num. 15.* 43

Sextus casus est, si adest multitudo delinquentium, quia publica quies turbari posset, nam multitudini ex causa parcendum est, sic Senatus junctis tribus Aulis 20. Febr. 1654. in illis verbis: *In facto propositionis factæ per Nobil. Regentem Regiam Cancellariam in qua proposuit, an possit admitti ad compositionem per Regiam Curiam rei, qui crimina Læsæ Majestatis commiserunt in præsenti Cathalonia Principatu ultima francorum invasione Gerundæ in Civitatis obsidione, attenta illorum multitudine, etiamsi contra illos fuerint plenè delicta probata.* 44

Attento licet de jure regulariter certum sit, quod ubi plenè constat de delicto, non potest reus admitti ad compositionem, præsertim si delictum sit atrox, pro quo pœna mortis naturalis imponenda esset, prout crimine Læsæ Majestatis, in quo non solum ultimi suplicii, sed etiam confiscationis bonorum, ac aliis pœnis propter Criminis immanitatem, & detestationem rei afficiuntur; attamen quia in omni delicto est permissa compositio, quoties adest justa causa componendi, & recedendi à pœna ordinaria, & illam in pecuniariam convertendi, etiamsi delicti adsint plenæ probationes, cum ex justa causa possit Judex minuere pœnas à lege statutas, & reum mitius condemnare, & inter alias, quæ id efficiunt, sit ex præcipuis, delinquentium multitudo, ob quam à regulis juris recedit, & ob multorum stragem severitati detrahitur, minoriq; pœna plectuntur, ita ut etiam in delicto Læsæ Majestatis sumpto de auctoribus supplicio, & memoria illorum damnata, aliisque pœnis corporalibus indictis reliqua multitudini parcitur quoad pœnam corporalem, ut ita pœna ad primos, exemplum verò ad multos pervenerit, præmaximè in statu præsenti, in quo consonum videtur, quod delinquentium multitudo, qui per montes, & nemora vagantur, ad proprios reducantur lares, & inimicorum vires minuantur, ut sic paci, & quieti publicæ consulatur. Attento etiam, quod in hoc crimine Læsæ Majestatis, & hoc est speciale, ut illius cognitio, & punitio ad solum Principem spectet, ut ex inde ad eius criminis absolutionem, & punitionem deveniri non valeat, nisi Consulto Principe, & eius expresso mandato.

His & aliis attentis, fuit per omnes conclusum de consensu Principis expresso, posse reum huius criminis Læsæ Majestatis occurrenti casu ad compositionem admitti.

Postea autem die 26. prædictorum mensis, & anni, lecta d. conclusione Excellentiss. D. Joanni ab Austria Locumtenenti Generali hujus Principatus, sua Celsitudo illi annuit.

Comprobat hanc conclusionem ex Livio *libr. 8. Histor.* Veget. *libr. 3. de re milit.* non solum in hoc crimine, sed etiam in quocumque alio ex atrocioribus. R. Matthæu *de re crim. cent. 15. num. 31. cum seqq.* & allegat Farinac. *qu. 96. per tot. & q. 131. n. 3.* Ponte *de potest. Proreg tit. 1. de provis. fin. solit. n. 1.* Giurba *cons. 2. n. 33. & 65.* 45

Septimus casus est, potest per Principem Guidaticum concedi debitori fallito, consentiente majori parte creditorum non numeri, sed quantitatis, quamvis contradicat minor pars eorundem, Xammar. *decis. 128. in fin.* & eo relato R. Cortiada *dec. 70. nu. 36.* ubi tradit id observatum de consensu, & voluntate creditorum, ut disposuit Const. *jus sic 6. tit. de abatutis* diximus *in dec. antec. n 31.* 46

Sic die 1. Septembris 1581. in Regio Concilio, Præsidente Excellentissimo Prorege, proposito dubio, an posset Princeps concedere Guidaticum Joanni N. fallito pro beneficio majoris partis creditorum, fuit conclusum; quod concedatur d. Guidaticum per tempus suæ Excellentiæ benevisum, & passim observatur.

Octavus casus est, Vicarius, & Bajulus Barcinonæ possunt facere remissiones de criminibus majoribus, & homicidiis, de quibus pœna mortis naturalis, aut membri amissio posset sequi, ut habetur ex privilegio concesso per D. Regem Jacobum Secundum dato Barcinonæ 3 Idus Januarii 1315. *& est Prag. 1. tit. de remis. de crim. in 2. vol. Const.* & tradit Marquillas *in usat. mulieribus, fol. 170. column. 2.* Ferrer *obs. gub. par. 1. n. 3.* qui ideo observat, quod illud idem Privilegium habet Vices Gerens Generalis Gubernatoris procedens via Ordinaria in hac Civitate, non verò si in alia Vicaria reperiatur, nisi ibi esset simile privilegium. 47

Hæc tamen intellige, si pars offensa esset satisfacta, & concordata, quia est casus omissus in dicto Privilegio, aliàs secus, quia dictum Privilegium accipere debet interpretationem à jure communi in casu omisso, ut disponit *cap. 40. incip. axi be statuim*, cur. ann. 1599. Font. *dec. 4. num. 22.* & secundùm jus commune remissio non concordata, & satisfacta parte fieri non valet, ut supra habuimus *dec. antec. n. 13. & seqq.* 48

Nonus casus est, nam poterunt omnes Officiales, & Potestates, qui habent jurisdictionem ad remittendum delicta, compositiones, & avinentias facere de omnibus causis, seu negotiis, quæ pœnam mortis naturalis, vel civilis, aut 49

UAB Biblioteca de Ciències Socials

mutilationis membrorum non merentur, ut disponit Dom. Infans Jacobus Locumtenens Generalis D. Regis Petri Tertii in Prag. Dat. Cæsaraug. 11. Kalend. Aprilis 1339. quæ est in ordine 7. *tit. de remiſ. de criminal. in 2. vol. Conſt.* aut non merentur pœnam perpetui exilii in insulis, aut gravium flagellorum ex causa furti, sive alcavotariæ, hominum tenentium mulieres prostibulantes in Lupanaribus, aut in Hospitiis, sive Hostialibus, vel jurantibus enormiter de Deo, Beata Maria Virgine, seu Apostolis, & Sanctis Dei, aut maledicentibus Deo, Beatæ Mariæ Virgini, & dictis Apostolis, & Sanctis, nec etiam de crimine incestus, ut disponitur in Prag. dict. Regis Ferdin. Primi, quæ est fin. *tit. de remiſ. criminal.* Super his tamen observat nostrum Regium Concilium non admittere per Reglam Thesaurariam compositiones delictorum, quæ pœnam mortis naturalis, vel civilis merentur, prout vidi multoties obtentum, ac ea ratione repulsas compositiones delicti portus instrumentorum manualium vulgo *pistolas*, quod ex quo erat plenè probatum merebatur juxta Regias præconizationes pœnam triremium in perpetuum, & sic mortis civilis, & tantum illos duos casus, in quibus per dictam Regiam Pragmaticam prohibetur remissio delictorum (videlicet in delictis in quibus debetur pœna mortis naturalis vel civilis) vidi admissos in Senatu; non verò alios in eadem Pragmatica expressos, ut id ipsum diximus *in deciſ. antecedenti, num.* 40.

Decimus casus est, qui disponitur in dicta Prag. 7. *tit. de*
50 *remiſ. de crimin.* ut possint Officiales etiam de omnibus negotiis quamcumque pœnam requirentibus, de quibus plena probatio nequeat obtineri, compositiones facere, de simili scribit Crespi *dict. obſerv.* 5. *num.* 181. & 182. sic die 22. Martii 1640. Præsidente Excellentissimo Locumtenente Comite Sanctæ Columbæ fuit deliberatum, posse suam Excellentiam remittere Francisco N. loci de la Roca inculpato de quodam homicidio, & latrocinio facto in itinere publico, & quod remissus, resultans ex prædicta remissione daret Joanni Montalt Alguzirio Extraordinario, (nam sua Excellentia promiserat dicto Montalt unam remissionem ob gratificationem) quia licet ista verè, & propriè non esset bonum publicum, cum dictus Montalt haberet de publico salarium ordinarium; tamen nec plenè, nec semiplenè constabat de dictis delictis, ut ita dixerunt, (vidi in quibusdam notis manu inscriptis omni fide dignis) D. Michael Joannes Magarola, Masso, Joli, Puig, renuentibus Mar, & Gori, Scriba Amat.

Nono, (& huic decimo casui repete antedicta) ut non
51 intelligatur Pragmatica comprehendere casum in quo non est satisfacta, & concordata pars, tantùm enim tunc observat Regium Concilium admittere reum ex defectu probationis plenæ, non obstante instantia formali ad pactum exilii, relegationis, vel aliud juxta speciem delicti. Sic die 14. Novembris 1671. in Regia Visita Carceris, Referente Nob. Petro de Amigant tunc I. R. C. Scriba Famada, fuit relaxatus Joannes N. attento pacto per eum voluntariè suscepto bannimenti, non obstante parte instante, quia jam fuerunt publicatæ defensiones, insequendo exemplaria antiqua.

Rursus antedicta in hoc nono casu intellige, non proce-
52 dere in atrocioribus, ut docet Excellentissimus Crespi *d. obſ. 5. num.* 245. en verba: *Quinta regula est, ut in atrocibus delictis magis circunſpectè procedendum sit, etiam ubi pœna extraordinaria constituta sit ex defectu probationis, vel alia causa, semper enim, & generaliter excipienda sunt hujuſmodi crimina à remissione, etiam cum publica lætitia, liberaliter eas largiri suadeat, & præoculis habenda elegantia verba tex. in hac re in l. 3. nemo (inquiunt Imperatores Valentinus, Theodoſ. & Arcadius) deinceps traditores fortasse affatus noſtræ perennitatis expectet. Exequantur Judices, quod indulgere conſuevimus, ubi primus dies Paſchalis exiterit, nullum teneat carcer incluſum. Omnium vincula diſſolvantur. Sed ab his ſecernimus eos, à quibus contaminari potius gaudia, lætitiamque communem, ſi admittantur, animadvertimus. Quis enim ſacrilegio diebus ſanctis indulgeat? Quis adultero, vel ſtupri, inceſtuſque reo, tempore caſtitatis ignoſcat? Quis non raptorem Virginis in ſumma quiete, & gaudio communi perſequatur inſtantius? Nullam accipiat vinculorum requiem, qui quieſcere ſepultos quadam ſceleris immanitate non ſinit. Patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulter, violatorque monetæ, homicida, parricidaque, quod fecit, ſemper expectet. Reus etiam Majeſtatis de domino, adverſus quem talia molitus eſt, veniam ſpectare non debet, C. de Epiſcop. Aud. Idque multo magis arcendum in his caſibus pro pecunia: ne turpi colludio quæratur ex miſeris pretium gaudiorum in l. 1. C. publ. latit. lib. 12.*

Undecimus casus apud Doctores est, quando pars offen-
53 sa non accusavit, nec instavit *ex l. 2. §. item vanus, ff. de aqua pluv. arc.* Caval. *de brac. Reg. par. 4. num.* 208. Guaz. *def. reor. 34. capit. 5. num. 5.* qui hoc extendit in delicto casualiter sequuto, *verſ. item ſi casualiter*, & hanc principalem limitationem sequitur Novar. *in Prag. 2. de compoſ. num. 6. et in dec.* 63. Regiæ Audientiæ Apuleæ, & adducit Mastril. *de indult. cap. 24. numer.* 23. & sequitur Roccus *de offic. rub. 14. §. 13. n.* 76. Canc. *var. 2 cap. 11 nu.* 114. Nostri verò observarunt, & observamus, quod in delictis homicidii, remissio non admittatur, nondum satisfacta, & concordata parte, etsi pars judicialiter non accusaverit.

Id hęsitatum extitit in R. C. & licet pars non esset judicia-
liter conquesta, & à die offensæ, elapsi fuissent plusquam 54
duo anni, & Canc. asserat *var. 2. cap. 11. num.* 101. iniuriarum actionem lapso anno dissimulatione aboleri: at vero illum intelligi in iniuria verbali censuit Senatus, *ex leg. ſi conviviis, Cod. de iniuriis*, quam allegat, & ponderat Bucaron. *diff. inter jud. civil. & crim.* 172. nec lapsum plusquam duorum annorum dixit esse in consideratione; quia jus accusandi de jure communi durat vigiori annis. Bucar. *d. diff.* 172. Farinac. *in prax. quæſt.* 10. *numer.* 11. 12. & 13. Carena *de offic. Sanct. inquiſ. par. 3. titul. 9. §. 5. num.* 17. & de jure nostro in Cathalonia prescriptiones decem vel viginti annorum sunt sublatæ per *uſat. omnes cauſa, tit. de præſcript.* Canc. *var. 1. cap. 15. num. 1. & 3. & lib. 3. capit. 4. num.* 47. & jus accusandi in Cathalonia durat triginta annis, nisi in delictis in quibus minus tempus statuitur, ut in delictis carnis veluti adulterio, stupro, incestu, lenocinio, quæ quinque annis præscribuntur Font. *cap. 5. gloſ. 5. part. 2. num.* 85. & *clauſ. 7. gloſ. 3. par. 12. num.* 6. quare in causa contra Petrum Paulum N. Argenti Fabrum delatum de homicidio perpetrato in personam Don Bernardi de Villanova, noluerunt domini assentire compositioni, donec constaret proximiores occisi esse satisfactos, & concordatos, die 19. Julii 1659. Ref. Nobil. Joseph Rull I. R. C. & ita intelligo Prag. Dom. Reg. Martini, quę incipit *loos homicidas* in ordine 10. *tit. de remiſ. de crimin. in 2. vol. conſt.* ubi prohibet remissiones, compositiones, & guidatica homicidarum, aut delatorum, & indiciatorum de morte, ut intelligatur non obtenta remissione partis offensæ, etsi hæc judicialiter non fuerit conquesta.

In vulneribus in rixa commissis, in quibus sequuta non
fuit mors, admitti remissionem criminosi, si pars offensa 55
judicialiter non se querelavit, observatum extitit 14 Februarii 1626. in compositione facta in favorem Jacobi Portes Laboratoris Civitatis Dertusen. delati de vulnere in rixa cum aliis commisso in personam Pauli Verdegò Not. *est in lib. 2. fol. 92.* Similis 4. Decembris 1638. *est in lib. fol.* 88. & in his terminis intelligo doctrinam Canc. *var. 2. capit. 11. numer.* 114. nec aliter potest dict. prag. in hoc Principatu practicari.

Duodecimus casus est, nam quilibet Judex Ordinarius
jurisdictionem habens, potest securitatem, & salvum con- 56
ductum concedere testibus, qui deponere debent in causis criminalibus, idque per aliquod tempus competens, arbitrio Judicis taxandum, & ad hoc guidaticum concedendum, non est necessaria voluntas, & consensus partis interessatæ, ea ratione, ne testes timore capturæ contra eos imminentis, propter delictum per eos antea commissum, à perhibendo veritatis testimonio se subtraherent, & ne proindè veritas negotiorum periret, & ne etiam ex defectu probationum crimina multa remanerent impunita, quæ prævalere debent interesse partis, scribit hæc omnia Esse *de inhibit. cap. 1. §. 5. à num.* 64. *ad* 69. qui *nu.* 78. subdit ei debere prodesse tale guidaticum, & esse obtemperandum etiamsi ipse testis ad mortem naturalem esset condemnatus. Font. *de pact. nupt. 1. cap. 4 gloſ. 15. à num.* 155. de hac re egimus *dec. 27. & duabus ſeqq.*

DECI-

DECISIO XXXIII.

ARGUMENTUM.

Practicabilia de remissionibus, avariis, florennis, salariis Regiæ Cancellariæ, & de salariis instrumentorum remissionum.

SUMMARIUM.

1 *Duplex est remissionum species, alia, quæ fit per gratiam, quæ solummodo Principis est, & alia, quæ fit per compositionem, quam concedere possunt omnes Potestates, quæ puniendi habent facultatem.*

2 *Remissio gratiosa fieri non debet pecunia mediante, ubi expenduntur variæ DD. sententia usque ad numer. 4.*

3 *Remissio per compositionem, quæ loco pœnæ est, non precibus, & gratis, sed mediante pecunia fieri oportet.*

4 *Remissio gratiosa, aut commutatio pœnarum debet expediri in forma Cancellariæ cum firma Cancellarii, aut Vice Cancellarii, aut suo casu Regentis Regiam Cancellariam, & recognosci, & firmari per Thesaurarium.*

5 *Aliàs remissio gratiosa est nulla, seu irrita.*

6 *Decis. Senatus, ubi his rationibus remissio fuit declarata nulla, sed importavit Guidaticum.*

7 *Licet gratia ex sola Principis voluntate constet, tamen absque scriptura informis dicitur, & requiritur scriptura ad effectum probationis, & quando agitur de gratia canonizanda.*

8 *Compositio delictorum, quæ excedit summam decem librarum, debet fieri cum interventione Vice Cancellarii, aut suo casu Regentis Regiam Cancellariam, aut Advocati Fiscalis, & processus originalis, aut translata authentica remissorum debent poni in posse Thesaurarii, Locumtenentis, aut Regentis Thesaurariam, & in fine eorum debet continuari remissio per Scribam mandati, qui intervenit in compositione, seu remissione delinquentis.*

9 *Compositiones non fiant, etiam sine ordine Locumtenentis Generalis cum expressione quantitatum, cum quibus fieri deberent, ubi expenditur Regium rescriptum.*

10 *Compositiones delictorum in Principatu per Officiales Ordinarios, veluti Vicarios, & Baiulos fieri non possunt, nisi vocatis Assessore, Advocato, & Procuratore Fiscalibus, aliter facta non valent.*

11 *Nec Gerens Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ potest facere remissiones sine consilio Assessoris, ubi decisio.*

12 *Remissiones, seu gratia ab Excellentissimo Locumtenente Generali, seu alio quocumque Officiali Regio facta, minimè observentur, quousque remissi in sumptibus, & salariis plenè judicibus, & aliis Regiis Officialibus satisfecerint, ubi decis. Senatus, & numer. 15. & 16.*

13 *Remissio obtenta pro uno ex compluribus in delicto inculpatis licet aliis formaliter non prosit, prodest tamen ad temperandum pœnam, ubi an pax obtenta ab uno ex sociis, alteri prosit, remissivè.*

14 *Remissio facta contra statutum, seu legem prohibentem remissionem fieri sub decreto nullitatis nulla est, valet tamen in vim guidatici, & declaratur.*

15 *Decis. Senatus.*

16 *Fiscus potest cedere actiones solventi pœnam pecuniariam, ut pro parte rata possit exigere à correis debendi.*

17 *Sicut remissio gratiosa, vel commutatio pœnarum expeditur in forma Cancellariæ, ita pariter commutatio pœnæ post sententiam, etiamsi de ea pendeat causa supplicationis, & hoc in casu, quomodo concipiatur commutatio, traditur.*

18 *Remissio pœnæ pecuniariæ expeditur in forma Cancellariæ, & quomodo hæc tradenda sit Regenti Regiam Thesauriam, ut constet de pecunia tradita.*

19 *De quantitatibus exequutis pro iniuriis, & damnis liquidatis in vim laudamenti Curiæ debentur avaria.*

20 *De quantitate exacta occasione executionis manutenæ debentur avaria.*

21 *De pecunia contrafactionis pacti, vel de pecunia ex commutatione pœnæ, sive pendeat causa supplicationis, sive non, debentur avariæ.*

22 *Regii Scribæ mandati, & Scribæ Petitionerii Ordinarii, & non alii possunt conficere instrumenta remissionum.*

23 *Scribæ mandati, & Petitionerii Ordinarii tantum possunt recipere florenos, & avarias debitas ex instrumentis remissionum, et compositionum.*

24 *DD. Regii Concilii, Fisci Advocatus, et Procuratores non possunt avarias recipere; quæ directè sunt tradenda receptori avariarum Generalitatis, nec eas potest accipere Thesaurarius, et de avariis Judicum inferiorum, remissivè.*

25 *Decis. Senatus supra relata comprobans ad litteram, traditur.*

26 *Pro salariis, et florennis Regiæ Cancellariæ instrumenti remissionis, et computo avariarum adducitur observantia, et n. 31.*

27 *Licet iudex domicilii, vel originis possit cognoscere de delicto per subditum extra territorium commisso; attamen solum judex loci delicti potest delinquentem remittere.*

28 *Potest Procurator Cæsaris transigere, quando Cæsari utilis est transactio cum duobus exemplaribus, et nu. 34. et num. 35. in uno exemplari fuit facta transactio cum Fiscali Patrimoniali super bonis confiscatis, et sic post confiscationem: in secundo cum Fiscali Regiæ Curiæ super bonis, quæ non fuerunt confiscata, sed tantum sequestrata.*

29 *Declaratio trium Aularum, ubi oppositiones dotales, & aliæ repetitiones super bonis rebellium ante confiscationem, & incorporationem ad Regium Fiscum tractantur in Regio criminali Concilio, post confiscationem, et incorporationem tractantur in Regia Audientia civili, citato Fisci Procuratore Patrimoniali.*

DUplex est remissionum species, alia quæ fit per gratiam, & indulgentiam delicti, quæ solà Principis est, alia quæ fit per compositionem, vel transactionem Fisci cum reo, quam concedere possunt omnes Potestates, quæ puniendi habent facultatem. 1

Observa quoad primam, quod pecunia indulgeri nefas est. Crespi *observ. 5. numer. 206.* ibi: *Continuus tamen harum remissionum abusus, vereor ne sit gravium per scelera suplere, quod & perditissima reipublicæ indignum, & cujusvis bene constitutæ exitium suspicarer*, allegans ad id Mastril. *lib. 3. de Magist. cap. 7. n. 45.* Castillo *lib 7. controv. cap. 41. n. 149.* Sesse *de inhib cap. 1. §. 5. n. 13.* Diana *part. 6. tract. 6. resol. 1.* Farinac. *in prax. qu. 5. n. 2.* qui altè rem exclamant. 2

Et adde quæ sanctè scribit P. Joan. à Madariaga *in suo tractatu de Senatu, & Princip. cap. 9. §. 3.* Ut in his gratiis non offendatur justitia publica, animadvertens, ibi: *Que estas dispensaciones, o remissiones de la Ley Comun, no sean para sacar dineros de bolsa, que es lo que mucho llora Soto de just. lib. 1. quæst. fin. art. fin. Viendo que en algunas Republicas no sirven de otro algunas leyes, que de grangeria para enriquezerse: porque en la dispensacion no ay otra dificultad que la del precio, de aqui es, que los pobres ayan de guardar siempre el regor de las Leyes; porque no tienen à mano un texon de plata para romperles la cabeca. Y si concurren rico, y pobre en culpas iguales, de ordinario se escapa el rico con su buen dinero, y el pobre que vaya à la horca, y por mucha merced al remo*, & infra ibi: *Finalmente son ocasion estas malas gracias, que muchos se atreven à mayores delitos, y insolencias, si esperan que se perdonarán con dineros.* 3

Betart. *in spec. visit. cap. 9. num. 33. in fine*, ibi: *Ideoque Prorex non solum facere non debet, quod non licet, sed etiam, quod non decet, secundum honestatem, juxta ea, quæ tradit Molina de just. & jur. disp. 88. ac ideo domi retinere non debet famulos gratias delictorum ab ipso obtinentes, mediante pecunia, licet illa ad eum non perveniat, alioquin si talia impune permittat, quid aliud erit domus ipsius, quàm scelestorum hominum asylum, & nebulonum receptaculum, ut post Molin. in loco proximè citato notat Mastril. de Magist. libr. 3. cap. 7. n. 50. 51. & 52. debet enim esse domus Principis, & cuiuslibet supremi Judicis, velut signum ad sagittam positum, & Procerum, ac Magistratuum exemplar, ut dicit idem Mastril. d. loco n. 48.* 4

Attende ulterius ſcripta à Don Anton. de Fuenmayor in vita Divi Pii Quinti Pontificis *lib.* 7. in illo ſalubri documento, ibi: *Piadoſiſſimo fue nueſtro Pontifice, y no ſolo Pio con los buenos: pero tuuo ſeveridad, y conſtancia en caſtigar los malos. En tiempo de harta neceſſidad ofrecia por ſu vida un reo, millares de ducados: propuſieronle à Pio le perdonaſſe, pues ſeria de mas utilidad el dinero que dava, que ſu caſtigo, y reſpondio: no conviene, porque ſi perdonamos por dinero, ſolo para los pobres ſe avran hecho las penas: y los malos con oppreſſion de los buenos procuraran enriquezer, aſſegurando con los miſmos maleficos el perdon de ellos.*

Secunda ſpecies remiſſionis, quæ fit per compoſitionem propria remiſſio non eſt quia magis loco pœnæ, quàm gratiæ ſuccedit. Farinac. *in prax. quæſt.* 5. *de Inquiſitione, num.* 10. *verſ. verum* Sanfelic. *deciſ.* 53. *lib.* 1. *num.* 40. quam indulgere, debent Poteſtates, quæ habent facultatem crimina remittendi in caſibus à jure permiſſis, non gratiosè, nec precibus, ſed pecunia, ut diſpoſuit Dom. Rex Fer. I. *in Prag. ult. tit. de remiſ. delict. in* 2. *vol. conſt.* ibi: *Qui Poteſtatem habent crimina remittendi per conceſſiones noſtras, aut prædeceſſorum noſtrorum, aut aliàs de juſtitia, facta prius emenda cum effectu damna paſſis, ſeu leſis, poſſint ex cauſa compoſitionis pecuniaria tamen, & non precibus, vel gratiosè remittere crimina, exceſſus, ſeu delicta, & de eiſdem guidatica quæcumque concedere;* ſed ſanctius animadvertit Excellentiſſimus Creſpi *obſ.* 5. *num.* 204. ibi: *Exiſtimo tamen cautè in hoc agendum, & licèt in aliquibus delictis id tolerabile ſit, ex hac tamen occaſione concedere ea, quæ aliàs concedenda non forent, iniuſtum mihi ſuadeo.*

Remiſſio gratioſa, aut commutatio pœnarum expeditur in forma Cancellariæ, & debet fieri cum firma Cancellarii, aut Vicecancellarii, aut ſuo caſu Regentis Cancellariam, 5 ut diſpoſuit Dom. Rex Martinus in Curia Barcinonæ anni 1409. *cap.* 4. eſt Conſt. 1. *tit. de offic. de Protonot.* & debet recognoſci, & firmari per Theſaurarium, ut diſpoſuit D. Rex Alphonſus IV. *in Prag. data Valent.* 30 *Januar.* 1426. quæ eſt 1. *tit. de offici Theſ. in* 2. *vol.* & obſervat Excellentiſs. Creſpi *obſ.* 5. *n.* 289. *cum ſeq.*

Et licet has remiſſiones gratioſas validas eſſe ex ſola Prin- 6 cipis voluntate, nec pro ejus ſubſtantia requiri firmas, & ſubſcriptiones ſupra expreſſas, ſcribat Ramon *conſ.* 44. & *conſ.* 45. à quo diſſentire non videtur Xam. *de offic. judic. par.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 140. & in aliis reſcriptis, quæ non debent deduci in judicium, idem tradant Mieres *in Conſt.* 1. *de offic. Cancel. & Vicecanc. Martini Regis col.* 8. *à numer.* 1. Oliba *in uſat. aliumnamque de jure fiſci. cap.* 4. *nu.* 44. contra eos tamen doctiſſimè inſurgit Excellentiſſimus Creſpi *obſ.* 5. *à num.* 297. *uſque ad num. fin.* ex littera expreſſa dictæ Conſtit. 1. *tit. de offici de Prot.* quæ annullat gratias aliter quàm ſine ſubſcriptione Cancellarii, aut Regentis Regiam 7 Cancellariam expeditas, ibi: *E encara graciosas no puxau ni degan deſpatxar, & infra ibi: E ſi lo contrari ſerà fet, tals cartas, lletras, ò reſcrits, no haian alguna efficacia, ò valor,* & eas irritat ſi non ſint recognitæ, & ſubſcriptæ per Theſaurarium *dict. Prag.* 1. *tit. de offic. de Theſorer*, ibi: *Eas ac ea eſſe caſſa, irrita, & nulla, & carere pœnitus viribus, & effectu.*

8 His rationibus in R. C. ref. Nobili Hieronymo Magarola tunc I. R. C. 8. Aprilis 1672. Scriba Badia: cum Joannes N. fuiſſet remiſſus ab Excellentiſſimo Duce de Ozuna Locumtenente, & Capitaneo Generali hujus Principatus, & non obtinuiſſet litteras expeditas in forma Cancellariæ, ſed probate remiſſionem per teſtes intentaſſet, fuit concluſum remiſſionem eſſe nullius valoris, & quod cum remiſſio, quamvis nulla importaret guidaticum, fuit dictus N. à carceribus relaxatus, & deſguidatus cum termino decem dierum.

Hanc rem etiam comprobavimus ex eo; quia licet de gra- 9 tia ex ſola Principis voluntate conſtet, attamen abſque ſcriptura informis dicitur, & requiritur ſcriptura ad effectum probationis, & quando agitur de gratia canonizanda. Burat *dec.* 540. *n.* 13. & ibi addit. Tamb. *de jure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 16. *quæſt.* 2. *tot.* maximè *n.* 4. Creſpi *obſ.* 5. *n.* 292. Xam. *de Privil. Civitatis Barcinonæ*, §. 22. *n.* 13. R. Viloſ. *poſt tr. de fugit. diſc.* 2. *n.* 20.

Compoſitio delictorum, quæ excedit ſummam decem 10 librarum debet fieri cum interventione Vicecancellarii, aut ſuo caſu Regentis Cancellariam, aut Advocati Fiſcalis, & proceſſus originales, aut translata authentica remiſſorum debent poni in poſſe Theſaurarii, Locumtenentis, aut Regentis Theſaurariam, & in fine eorum debet continuari remiſſio per Scribam mandati, qui interveniet in compoſitione, ſeu remiſſione delinquentis, diſpoſuit D. Rex Ferdin. II. in tertia Curia Barcinonæ, anni 1503. *capit.* 26. *eſt in ordine* 3. quæ incipit *per poſar tit. de compoſit.* hanc Conſtitut. loqui de compoſitione mediante pecunia, & non de gratioſa, quæ eſt diverſæ ſpeciei, & formæ (ut ſup habetur) probat latè Excellentiſſimus Creſpi *obſ.* 5. *num.* 324. *cum ſequentib.*, & has remiſſiones appellamus compoſitiones per Theſauratiam.

Attende pariter quod diſpoſuit Dom. N. Rex Philip. IV. circa has compoſitiones, ut hæc non fiant ſine ordine etiam 11 Locumtenentium Generalium, cum expreſſione quantitatum cum quibus fieri debeant. Ut ibi:

EL REY.

Nobles, Magnificos, y Amados Conſejeros. He entendido, que los de la Sala Criminal da eſſa Audiencia, ſin noticia de mi Lugartiniente General en eſſe Principado, han hecho algunas remiſſiones, y compoſiciones de delitos, ſiendo coſa que toca à mis Lugartinientes Generales, y que nadie tiene poteſtad para remetirlos. ſino YO, ho Ellos; Y porque quiero ſaber con eſpecialidad lo que ha avido en eſto, os encargo, y mando me auſeys luego la remiſsiones, y compoſiciones, que ſe huuieren hecho, la calidad dellas, y la cantidad con que ſe huuieren compueſto, eſtando advertidos que en lo adelante no ſe han de hazer dichas compoſiciones, y remiſsiones ſin orden de mis Lugartinientes Generales, à quien toca la reſolucion, ſin que por eſto ſea mi intencion, que dexen de intervenir, y dezir ſu parecer en ello los Miniſtros à qui en compete por Conſtituciones, y Coſtumbres de eſſe Principado, como tampoco que dexen de depender de la reſolucion de mis Lugartinientes Generales las cantidades en que pareciere ſe huuieren dè hazer dichas remiſsiones, oyendo tambien al Regente la Theſoreria en lo que ſe le offreciere dezir por ſu officio, que aſsi es mi voluntad, que ſe obſerve, y cumpla con todo cuydado, y hareys que eſta Carta ſe regiſtre en el libro de las Acordadas de eſſa mi Real Audiencia, para que ſe tenga preſente. Dada en Madrid à 4. de Marco 1656.

YL EL REY.

Ut. D. Chriſtophorus Creſpi Vicecancell.
Ut. Comes de Albatera.
Ut. Comes de Robres Regens.
Ut. Marta Regens.
Ut. D. Petrus Villacampa Regens.
Ut. D. Michael. de Lanuca.
Ut. Navarro Reg.

Don Didacus de Sada Secretarius.

Compoſitiones autem delictorum in hoc Principatu per Officiales Ordinarios, veluti Vicarios, & Bajulos fieri non 12 poſſunt, niſi vocatis Aſſeſſore, Advocato, & Procuratore Fiſcalibus, aliter factæ non valent, ex Prag. Ferdin. 1. data Gerundæ 18. Febr. 1416. *eſt cap. ult. tit. de remiſ. de crim. in vol.* 2. *Conſt.* & id ipſum antea erat cautum *in cap.* 5. *eod. tit.* recitat Xam. *de offic. judic. par.* 1. *quæſt.* 24. *nu.* 141. de ſimili Excell. Creſpi *obſ.* 5. *n.* 257. Reg. Matth. *de regim. Regn. Valent. tom.* 1. *cap.* 4. § 2. *nu.* 19. *& de re crim. com.* 10. *n.* 30. *cum ſeqq.*

Pariter nec Gerens Vices Generalis Gubernatoris poteſt facere remiſſiones ſine conſilio Aſſeſſoris juxta obſervata in R. Viſita an. 1573. & anni 1580. in qua fuit Gubernatori 13 facta animadverſio; quia facinoroſis ibidem expreſſis remiſſionem fecerat ſine conſilio Aſſeſſoris, tradit Ferrer *obſ. Guber. par.* 2. *cap.* 33. *& cap.* 35. Berart. *in ſpec. viſit. cap.* 13. *n.* 29. & facit Conſt. incip. *pro valdria, tit. de offic. de gover.* idem Ferrer. *obſ. Guber. cap.* 86. *n.* 3.

Et adhuc pro praxi obſerva quaſdam obſervatas concluſiones hac in re habendas. Sit prima, quod remiſſiones, ſeu gratiæ ab Excellentiſs. D. Locumtenente Generali ſeu alio quocumq; Regio Officiali factæ minimè debent obſervari, quouſq; delinquentes remiſſi, in ſumptibus, & ſalariis, plenè judicibus, & aliis Regiis Officialibus ſatisfecerint, diſpoſuit Prag. 4. *tit. de ſalaris.*

Sic fuit obſervatum in R. C. Referent. Nobili Michaele Pallarès I. R. C. Scriba Corès. Contra Joſephum N. Similis refferente Magnifico Michaele Joanne Taverner I. R. C. die 20. Novembris 1679. Scriba Riambau, contra Benedictum N. Pharmacopolam Civem Barcinonæ, qui

captus,

captus, post obtentam ab Excellentissimo Dom. Locumtenente Generali remissionem pro bono publico, & Regiis carceribus mancipatus, dictam presentavit remissionem, ut excarceraretur, attamen noluit Regium Concilium dictum N. excarcerare, quousque scribis causæ plenè satisfeciset, & quia de remissione fecit constare, fuit facta conclusio sequens.

16 *Die 28. Novembris 1679. insequendo conclusionem in Regio Concilio factam, providet quod dictus Benedictus N. relaxetur à Regiis carceribus, pro observantia remissionis ei pro bono publico factæ ab Excellentissimo D. Locumtenente, & Capitaneo Generali in forma Cancellariæ, expeditæ die 20. Novembris 1669. & quod inseratur in processu unà cum exhibitis.*

17 Secunda, quod remissio obtenta pro uno ex complicibus in delicto, licèt aliis formaliter non prosit, prodest tamen ad temperandam penam *per tex. in l. 1. C. si unus ex pluribus*. Rodoerius ad Marinis *lib. 1 resol. 160. num. 1.* Quesada Pilo *controver. cap. 50. num. 29.* facit Crespi *obs. 5. num. 196.* Manfrella ad Latro *decis. 189. num. 16.* Et an pax obtenta ab uno ex sociis, prosit alteri, disputat Cabal. *cent. 1. resol. crim. cas. 75.*

18 Tertia, quod remissio facta contra statutum, sive legem prohibentem remissionem fieri sub decreto nullitatis, nulla est, valet tamen in vim guidatici, ne quis sub fide publica decipiatur, & remissus tunc debet desguidari, Peg. *decis. 39. tota* Giurba *cons. 22. num. 14. & 57. num. 5.* & in pristinam libertatem restitui, subiectus tamen pœnis delicti, quod commiserat, Mastril. *de indult. cap. 45. nu. 12.* Excell. Crespi *obs. 5. num. 188. cum seqq.* Farinac. *in Prax. quæst. 6. num. 27. & quæst. 29. num. 95.* Font. *de pact. 1. claus. 4 glos. 15. num. 156. cum sequentibus*. Canc. *var. 2. cap. 11. num. 113.* Xamm. *def. 128.* Merlin. *cont. 54. cent. 1. num. 15.* Franc. *decis. 415. in princ.* & ibi addit Luca *num. 4.* qui id intelligit, si gratia pure sit concessa, si verò conditionaliter, nequaquam, conditione non adimpleta, ex Farinac. *cons. 51. n. 21.* Rovit. *in prag. 1. de guidat. num. 3.*

Sic die 3. Septembris 1624. in facto exceptionis malæ capturæ oppositæ per Nicolaum N. Sattorem Civem Derruz. ubi ref. Egr. Sen. Ludovico Bestus I. R. C. fuit declaratum exceptioni locum esse, & quod remissio etsi nulliter obtenta, valeret in vim guidatici, & consequenter, quod desguidaretur cum termino decem dierum.

Similis die 11. Octobris ejusdem anni 1624. in favorem Petri N. per egr. Mich. Carreras I. R. C. Similis die 14. Julii 1626. in favorem Hyacinthi N. per Bestrus I. R. C.

19 Pariter fuit observatum in Reg. Conc. die 14. Decembris 1671. ref. Egregio Michaele Joanne Taverner I. R. C. Scriba Riambau, contra Antonium N. & alios delatos de raptu Mariannæ N. Domicellæ, qui cum essent remissi à Subbajulo Civitatis Gerundæ parte non satisfacta, imo formaliter in processu instante, & sic contra Const. 3. & 5. *tit. de injuriis*, & *aliàs* fuit facto verbo provisum quod desguidarentur cum termino sex dierum, & pro his expeditentur provisiones opportunæ, & etiam idem fuit observatum in exemplari desuper, *n. 8.*

20 Quarta sit conclusio, quod facta executione occasione manuleutæ, vel contrafactionis pacti, vel aliàs contra debitorem in solidum obligatum, non est prohibitum Fisco ut possit cedere actiones solventi, ut possit à correis ratam exigere, tradit ex veriori Olea *de cess. jur. cap. 5. quæst. 4 n. 30. cum sequentibus*, fuit ita observatum die 28. Februarii 1674. per Regium Criminale Concilium, cujus resolutio infra ad litteram expenditur.

21 Quinta, quia ut diximus supra *num. 6.* sicut remissio gratiosa, aut commutatio pœnarum expenditur in forma Cancellariæ, cum firma Cancellarii, aut Vicecancellarii, aut suo casu Regentis Cancellariam, ita pariter commutatio pœnæ post sententiam, etiamsi ex ea pendeat supplicationis causa, expeditur in forma Cancellariæ, sine expressione tamen, quod fiat pro bono publico, sed indistinctè, & absolutè, ex justis causis, & rationibus animum D. Locumtenentis Generalis moventibus, ut multoties vidi practicatum.

22 Sexta; etiam remissio pœnæ pecuniariæ, quæ applicanda venit Regiæ Thesauriariæ debet etiam expediri in forma Cancellariæ, & hæ commutationes, & remissiones, pecunia interveniente authenticæ traduntur Regenti Regiam Thesauriariam, & annotantur in libris suorum computorum, ut constet de intrata pecuniæ in illius debitum, & ipse postea authenticas liberat Officio Magistri rationalis, quando computa reddit has duas, tertiam, & quartam observantias, & annotationes resolvit Regium Concilium visis diversis exemplaribus antiquis die 5. Aprilis 1683.

De avariis, & quomodo hæ computentur, & de Salariis 23
Regiæ Cancellariæ solvendis, per quos illa exigantur, & à quibus instrumenta remissionum confici debeant.

Septima conclusio est; de quantitatibus exequutis pro iniuriis, & damnis liquidatis in vim laudamenti Curiæ debentur avariæ.

Octava; de quantitate exacta occasione executionis ma- 24
nuleutæ debentur etiam avariæ: has sextam, & septimam conclusiones observavit Regium Concilium die 28. Februarii 1674. pro ut infra litteraliter expenditur.

Nona, de pecunia contrafactionis pactis, vel de pecu- 25
nia ex commutatione pœnæ, sive ex sententia pendeat causa supplicationis, sive non, solvuntur avariæ, ut fuit dictum in R. C. dicta die 5. Aprilis 1683.

Decima; Regii Scribæ mandati, & Scribæ petitionerii 26
Ordinarii, & non alii possunt confiscere instrumenta remissionum pœnarum pecuniariarum, & delictorum.

Undecima; Scribæ mandati, & petitionerii Ordinarii 27
tantummodo possunt recipere florennos, & avarias debitas ex instrumentis remissionum, & compositionum pœnarum pecuniariarum ex manuleutis, laudamentis Curiæ, & similibus resultantium.

Duodecima; Doctores Regii Concilii, Fisci Advocatus, 28
& Procuratores Fiscales non possunt avarias recipere compositionum, nec pœnarum, *ex Const. estatuim. 6 tit. de composit.* Crespi *obs. 120. num. 6.* & antea *obs. 5. à num. 269.* & quantitas avariæ debita Generali tradenda est directè receptori avatiarum, quam non debet accipere à Thesaurario, *cap. 43. novi redres. gener. cur. anni* 1599. Crespi loco cit. ubi latè in tota obser. de materia, & intelligentia Const. 1. & 2. *tit. de composit.* quæ ab Ordinariis servantur, & allegat Mieres *in com. R. Petri III. Pag. 397. in novis. supradictis Const.*

Reliquas ex supra jactis conclusiones stabilitas habes in Regia conclusione, quæ subsequitur.

Die 28. Februarii 1674. in facto dubii propositi per Nobi- 29
lem Felicem de Mary Mon Regentem Regiam Thesauriariam, an scilicet compositiones pœnarum ex manuleutis, laudamentis Curiæ, & similibus, resultantium per ipsum fieri possint, & an de illis sicuti de delictorum compositionibus, debeantur avariæ Generali Cathaloniæ, & Offic. &c. & an ipse de pecuniis receptis Apocham cum jurium cessione facere possit. Attento constat ex Regiis litteris in forma Cancellariæ expeditis die 14. Februarii 1618. Excellentissimum Dominum Ducem de Alburquerque tunc Locumtenentem, & Capitaneum Generalem in hoc Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rosilionis, & Ceritaniæ, de Consilio Reverendi Cancellarii, Doctoris Antonii Carmona Regentis Regiam Cancellariam, Don Christophori Gallart, & de Traginer Reg. Regiam Thesauriariam, & Magnifici Michaelis Sala Regii Concilii, & Fisci. Advocati, mandasse, quod Regii Scribæ Mandati, & Scribæ Petitionerii Ordinarii, & non alii possint confiscere instrumenta remissionum pœnarum pecuniariarum, & delictorum, quæ per ipsum Excellentissimum Dominum, & in officio successores, ac per Regentem Regiam Thesauriariam fierent, & quod florennos, & avarias debitas ex dictis instrumentis remissionum, & compositionum pœnarum pecuniariarum ex manuleutis, laudamentis Curiæ, & similibus resultantium recipiant tantummodo dicti Scribæ mandati, & Petitionerii Ordinarii, pro ut hæc, & alia in dictis Regiis Litteris continentur, ad quas fit, & habetur relatio. Constat per Constitutiones estatuim. 6 tit. de compositions, y avarias fuisse dispositum DD. Regii Concilii, Fisci Advocatum, & Procuratores Fiscales non posse avarias recipere compositionum, nec pœnarum, imo illas esse Generali Cathaloniæ applicandas. Constat ex certificatoria facta per Nob. Joannem Baptistam de Mata Locumtenentem in Officio Magistri rationalis Curiæ, & Domus Regiæ in Regnis Coronæ Aragonum, Sigillo dicti Officii sigillata in lib. 2. computorum Martini Joannis Franquesa Regentis Regiam Thesauriariam recondito in Scrinio de nu. 70. dicti Officii fol. 3. inveniri partitam quandam quantitatis 7500. solidorum in debitum dicti Franquesa, qui franchi remanebant Regiæ Curiæ, deductis avariis Generalis Cathaloniæ, & Scribæ Petitionerii ex quantitate 450. lib. quas receperat in vim executionis factæ contra personas, & bona illorum, qui occiderunt Gerardum Serradell Regium Commissarium vigore laudamenti Curiæ contra ipsos provisi. Constat etiam ex eadem certificatoria in fol. 10. dicti libri, inveniri aliam partitam quantitatis

16666.

16666. ſolidorum, & 8. denariorum in debitum dicti Martini Joannis Franqueſa, qui franchi remanebant Regiæ Curiæ, deductis avariis Generalis Cathaloniæ, & Scribæ cauſæ ex quantitate 1000. librarum quas receperat dictus Franqueſa ratione exequutionis facta in bonis Petri Balle V. I. D. in Villa Perpiniani populati, & illius fidejuſſorum propter manuleutam conſimilium 1000. librarum per ipſum Regiæ Curiæ præſtitam, & de conſimilibus pœnis ſolutas fuiſſe Generali Cathaloniæ, & Officialibus avarias pro ut hæc, & alia in dicta certificatoria continentur, ad quam fit relatio. Conſtat in via juris Fiſcum non prohiberi Correo debendi in ſolidum ſolventi, jura, & actiones cedere, imò ad facilius exigendum ſua credita conſimiles ceſſiones ſibi proficuas eſſe, Ideo, & aliter fuit concluſum Nob. Regentem Regiam Thiſaurariam poſſe compoſitiones pœnarum ex manuleutis, laudamentis Curiæ, & ſimilibus reſultantium cum interventu Nob. Regentis Regiam Cancellariam, aut Fiſci Advocati in forma ſolita facere, de dictis compoſitionibus avarias Generali Cathaloniæ, & Officialibus ſolvere teneri, & de pecuniis compoſitionum dictarum pœnarum Apocham cum jurium ceſſione facere poſſe.

Pro ſalariis, & florennis Regiæ Cancellariæ, inſtrumenti remiſſionis, ac etiam pro computo avariarum obſerva infraſcrip.

30 *De perdones, de penas de muerte, y mutilacion de miembro, deſtierro perpetuo, ò relegacion à alguna Isla, ò Fortaleza, ò Galeras, ſi fuere Cavallero, Noble, Ciudadano Honrado, ò tuviere Vaſſallos, treſcientos ſueldos.*

Y ſi fuere Plebeyo la mitad.

Y ſi fuere deſtierro, ò relegacion en Isla, ò Galeras à tiempo, el Cavallero ciento, y ſinquenta ſueldos, y el Plebeyo la mitad.

Y lo miſmo ſe entiende de perdones de delitos, que de ſu naturaleza inducen las penas ſobredichas, aunque no eſten convencidos, ni acuſados por ellas, y eſto mandamos aſſi en reſpeto de perdones graciosos, como de compoſicion, con que tambien de remiſſiones de penas pecuniarias aplicadas à nueſtra Regia Corte, paguen à dos ſueldos por libra, emendiendoſe à mas del drecho que ſe deve por la rimiſſion de la pena corporal.

Deſumptum eſt hoc capitulum litteraliter ex Regia Pragmatica Domini Regis Philippi. Dat. in Villa Vallis Oleti 17. Aprilis 1610. ſuper exactione juris Sigilli Regiæ Aragonum Cancellariæ.

Inter Scribas mandati, ſive *Taula Verda* exigitur pro caſu mortis, ſi obtinens remiſſionem eſt Militaris, vel homo opulentus, aut Civis Honoratus - 5. floren. ſi ſit Baro, vel Nobilis - 10 floren. ſi non ſit caſus mortis medietas reſpectivè dictorum florennorum.

Si plures ſint remiſſi exigitur 1. florenn. prò Plebeis, & duo pro aliis, advertendo non poſſe excedi ultra ſexdecim flor.

Si pœna commutatur in aliam, ſolvitur medietas, ſi primæ pœnæ incœperit obtemperare remiſſus, ſeu obtinens commutationem, ſi verò nunquam cæperit exilium, ſeu aliam priorem pœnam, ſolvitur ut dicitur ſupra ex Regia Pragmatica, nam quæ hic pono ſunt pro jure ſigilli.

Florennorum eſt valor decem ſeptem ſolidorum monetę argenteæ Cathalanæ, & in moneta æroſa eſt unius libræ, quinque ſolidorum, & ſex denariorum.

Advertendum tamen eſt, quod hæc, & reliqua computa, quæ fiunt in Regia Cancellaria, enumerantur in moneta argentea Cathalana.

31 Ex remiſſionibus, per Regiam Theſaurariam exiguntur quatuor ſolidi pro libra, ſcilicet. 3. Generali Cathaloniæ ſolvuntur, & unus ſolidus Scribæ mandati, & Notario ſeu Scribæ cauſæ.

In caſu mortis, ſi remiſſus ſit Militaris, vel gaudens Privilegio Militari exiguntur 5. floren. ſi obtinens remiſsionem, ſit Plebejus. 3 floren. ſi ſit Nobilis 10. floren.

Pro ſalario inſtrumenti remiſsionis, cujuſcumque generis ſit delictum exigitur medietas florennorum, & tam hæc, quàm ſalarium inſtrumenti, diſtribuuntur inter Scribam mandati, & Notarium æqualiter, intellige de florennis mox expreſsis.

Si remiſſus ſit Comes, vel Baro exigitur ut ſupra dicitur, de Nobili, ſcilicet 10. flor. De pluribus remiſsis ſcias exigi unum florennum pro unoquoque, & non poſſe excedi. 16. floren. ſi non ſit caſus mortis exigitur à perſona Plebeja 1. floren. à Militari 3. flor.

Florennum Regiæ Theſaurariæ, eſt valoris unius libræ, novem ſolidorum, & novem denariorum, in moneta æroſa, videlicet. 17. ſolidorum monetæ argenteæ Caſtellanæ duplicis.

Sed ne ab his diſcedas, obſerva tandem pro Judicibus Ordinariis, quòd licèt Judex domicilii, vel originis poſsit cognoſcere de delicto per ſubditum extra territorium commiſſo, Franch. *dec.* 66. & ibi Luca, & *dec.* 68. & 138. Campan. *reſol.* 3. Carleval. *de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 747. Tondut. *par.* 2. *cap.* 11. *de prevent.* attamen ſolummodo Judex loci delicti poterit remittere delinquenti, ex rationibus, quas ponderat Canc. *var.* 2. *cap.* 2. *num.* 74. *cum ſequentibus*, & probat *ex Conſt. Los Veguers* 13. *tit. de Pau, y Treva.* 32

Et iterum obſerva, quod prohibitum non eſt Procuratori Cæſaris tranſigere, ſi tranſactio Cæſari utilis ſit. Revert. *deciſ.* 306. latè Valeron *de tranſact. tit.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 59. *cum ſequentibus*, ſignanter *num.* 68. ſic inter Procuratorem Fiſcalem Patrimonialem, ex una, & Emanuelem Gujamet Civem Honoratum Barcinonæ ex alia, uti Adminiſtratem Joannis Fontanella fuit facta tranſactio in poſſe Balthaſſaris Oriol, & Marcer, Not. Pub. & de Colleg. Notariorum Regiorum Barcinonæ diæ 7. Martii 1656. in qua dictus Procurator Fiſcalis Patrimonialis ceſſit, & tranſtulit dicto Gujamet, nomine quo ſupra, bona Joannis Fontanella, in quibus habebat quædam jura Franciſcus Fontanella, quæ jura, & bona Franciſci fuerant confiſcata. 33

Et die 22. Aprilis 1684. fuit facta alia tranſactio inter Procuratorem Fiſcalem Regiæ Curiæ ex una, & Palladium Boxeda Mercatorem Campirotundi ex alia, penes Hieronymum Badia Not. pub. Civem Barcinonæ Scribam Petitionerium ſupernumerarium, in qua de conſenſu Advocati Fiſcalis Regiæ, Curiæ, & præcedente concluſione in R. C. facta 12. Aprilis 1984. dictus Fiſci Procurator ceſſit, & tranſtulit dicto Boxeda, mediante certa quantitate Regenti Regiam Theſaurariam ſolvenda, bona ſequeſtrata per Regiam Curiam occaſione belli, quæ fuerant Franciſci Domenech. 34

In ultimo exemplari fuit firmata concordia cum Procuratore Fiſcali Regiæ Curiæ quia non fuerant confiſcata, ſed tantùm ſequeſtrata bona Franciſci Domenech; in primo fuit firmata cum Procuratore Fiſcali Patrimoniali, quia fuit facta poſt confiſcationem bonorum Franciſci Fontanella, & ad hæc pondera reſolutionem trium Aulatum, pro ut ſequitur. 35

Die 25. *Novembris* 1653. *Barcinonæ in Domo Nobilis Don Joſephi Mir Regentis Regiam Cancellariam ipſo præſidente interfuerunt.* 36

Don Joſephus Andreu.
Don Joſephus Romeu de Ferrer F. A.
Raphael Viloſſa.
Don Hieronymus de Codina,
Franciſcus Llunes
Don Joſephus Marti.
Don Michael de Cortiada. Advoc. F. P.
Franciſcus de Cartro.
Joannes Cellers
Don Joſephus de Boxadors.
Don Michael de Pallares.

In facto dubii propoſiti per Nob. & Magnificum Don Joſephum Mir. Regentem Regiam Cancellariam, an oppoſitiones, & repetitiones, quas faciunt mulieres pro dotibus, & juribus ſuis, & alii creditores pro ſuis creditis, juribus, & actionibus in bonis confiſcatis rebellium ſint proponendæ, & tractandæ in Regio Criminali Concilio citato Fiſci Procuratore Regiæ Curiæ, an vero in Regia Audientia citato Fiſci Procuratore Patrimoniali.

Attento quod defenſio ante declarationem, & ſententiam confiſcationis, & apprehenſionis bonorum rebellium ſpectat ad P. F. R. C. & ſecuta declaratione, & ſententia confiſcationis, & apprehenſione dictorum bonorum defenſio pertinet ad P. F. Patrimonialem, ideo, & aliàs fuit concluſum oppoſitiones, & repetitiones Mulierum pro ſuis dotibus, & juribus, & aliorum creditorum pro ſuis creditis. juribus, & actionibus ante ſententiam, & declarationem confiſcationis, & apprehenſionis bonorum rebellium proponendas, & tractandas fore, & eſſe in Regio Criminali Concilio, citato Fiſci Procuratore Regiæ Curiæ: atverò facta declaratione, & ſententia confiſcationis, & apprehenſionis bonorum rebellium, oppoſitiones, & repetitiones mulierum pro ſuis dotibus, & juribus, & aliorum creditorum pro ſuis creditis, juribus, et actionibus eſſe proponendas, et tractandas in Regia Audientia citato Fiſci Procuratore Patrimoniali.

Fun-

Fundatur hæc resolutio ex doctrina Chassenæi *in consuet. Burgun. rub. 2. de confisc. num. 7.*

DECISIO XXXIV.

ARGUMENTUM.

Prorex in Cathalonia habet facultatem legis condendæ in forma legis particularis pro administratione justitiæ, secundum casus exigentiam; propterea potest in remissionibus delinquentium pacta, & conditiones cum certa pœna adiicere, quæ omninò sunt servanda, alioquin contrahitur pœna, si autem à parte, pacta, & conditiones apponantur in remissionibus, eis non adimpletis, regressus non datur ad pœnam delicti remissi, sed ad pacti adimplementum, & à declaratione pœnæ incursæ impositæ ab eo, qui habet facultatem legis condendæ, an liceat supplicare, enodatur.

SUMMARIUM.

1 *Factum.*
2 *Remissio delicti debet esse pura, & si fiat sub conditione, quamvis fides ex parte remissi non servetur, regressus haberi non potest ad delictum remissum, sed solum ad pacti adimplementum.*
3 *Pactum in remissione apponi non posse tradunt aliqui DD.*
4 *Docent alii, tale pactum apponi posse.*
5 *Prima opinio sequitur ab Auctore.*
6 *Pœna adjectio in pacto appositio in remissione Principis nullius est roboris, sed tantum agi potest ad observantiam pacti, seu conditionis, quando Princeps non habuit potestatem legis condendæ, quod declaratur.*
7 *In Cathalonia Prorex non habet potestatem legis condendæ, sed solum illas condere potest Dominus Rex cum Curia, quod explanatur infra.*
8 *Traditur Decisio Senatus, quæ declaratur infra.*
9 *Alia decisio citata contraria.*
10 *Expenduntur fundamenta hujus ultimæ decisionis.*
11 *Comprobatur ex decisione Sanfelicii.*
12 *Prorex in Cathalonia habet facultatem legis condendæ in forma legis particularis pro administratione justitiæ, & secundum exigentiam factorum.*
13 *Comprobatur ex Practicis.*
14 *A Prorege potest fieri remissio conditionalis sub pœna in casu contrafactionis, quæ servanda est.*
15 *In remissione partis privatæ pactum adiici non potest, ut ex pacto nascatur actio injuriarum.*
16 *Edicta, quæ sunt in vim provisionis particularis, finito triennio expirant, non quæ sunt per viam statuti, vel sententiæ diffinitivæ.*
17 *Quando in dispositione negativa adjungitur pœna, illa non incurritur, nisi præcedat monitio, & numer. 18.*
19 *Pœna adjecta ignorantiæ, ut reo suffragetur, debet in defensionibus à reo allegari.*
20 *A nulla provisione interloquitoria licet supplicare, nisi à provisione tormentorum, casibus quibusdam exceptis, de quibus remissivè.*
21 *Ab homicidio proditorio, & latrocinio non licet supplicare, non solum à diffinitiva, sed etiam à provisione tormentorum.*
22 *Confessus, & convictus non potest supplicare à sententia contra se lata.*
23 *Decisio in casu controverso.*

1 Die 31. Maii 1657. remissionem obtinuit Joannes N. aliàs *Croquet*, seu melius commutationem, ab Excellentissimo Domino Locumtenente Generali, pœnæ mortis naturalis, cujus reus declaratus fuerat sententia lata in Regio Criminali Concilio die 23. Februarii anni 1657 ob servitia per ipsum Domino Regi impetita sub hac forma. *Per tant ab thenor de la present de nostra certa sciencia deliberadament, y consulta usant de la facultat Real per Sa Magestat à Nos atribuida, commutam, y conmutar y volem al dit Joan N. dit lo Croquet la dita pena de mort à que es estat condemnat, ab que haja de servir militant ab lo solit estipendi dins lo Castell de Gardeny per temps de vint anys continuos: de manera que durant dit temps no puga exir de dit Castell, y que deixant de cumplir la dita commutació, reste la dita sentencia de mort en sa força, y valor, y se puga executar aquella, com si la present nostra commutacio feta no fos, al Fisch Real sobre aco silenci perpetuo imposant, Cancellant, y annullant en y ab la present lo proces, y en questa feta en la Regia Cort, contra dit Joan N. y la dita sentencia de mort de aquell resultant, ab que cumpla la present nostra commutació, com dal està dit, manam, &c.* Dictus Joannes N. gratiatus pactum non servavit, captus fuit, & hinc quæsitum in Regio Concilio, an mortis pœna puniri posset?

Ad observantiam pacti tantùm inquisitum teneri videbatur, quia remissio delicti si sub conditione fiat, quamvis fides ex parte remissi non servetur, regressus haberi non potest ad delictum remissum, sed remissio valet, ac si absque conditione facta fuisset, & solùm ad pacti adimplementum agi potest, *l. si unus 27. §. pactus ne peteret vers. Sed si pactum, ff. de pact.* ubi Bartol. & alii, Reg. Cortiada *dec. 35. num. 95.* 2

Hinc controverunt DD. an valeat pactum appositum per partem in iniuriæ remissione, videlicet quòd unus ex paciscentibus non possit venire, aut stare in Civitate, patria, aut alio loco, aliàs remissio sit nulla, docent tale pactum apponi non posse Vulp. *de pace quæst. 55. nn. 1. & seq.* Ancar. *cons. 37.* Novel. *in prac. crim. cap. fin. 69.* Vinius *com. opin. 574.* ubi dicit; ita fuisse decisum in Senatu Neap. Bajard. ad Clar. *quæst. 58. num. 19. & quæst. 66 num. 21.* Riccius *in collect. 1080. & 1853. in fine.* Farinac. *in prax. quæst. 5. nn. 11. vers. sublimita secundo, & quæst. 107. num. 262.* Gutier. *ad auth. Sacram. pub. Cod. si adversus venditionem, num. 137.* Guazz. *de pace par. 1. quæst. 62. num. 1. & seq.* Gizzarel. *decis. 11* ubi Addentes, Mastril. *dec. 38. n. 5. & seq.* ubi dicit ita fuisse judicatum, *& de indult. cap. 24. num. 34. & seq.* Massin. *de confisc. bonor. quæst. 14. num. 8. & seq.* Rovitus *in comment. ad prag. 8. de compos. num. 8. & 17.* Thoro *in compend. decis. tom. 1. vers. remissio delicti facta, pag. 457. & 460. & par. 3. sec. 1. verbo Una antigua, pag. 636. & sec. 2. pag. 266. & sub eodem verbo, pag. 274.* Bellon. *cons. 27. nn. 33.* Cancer. *var. 2. cap. 11. à num. 94.* Giurba *cons. 74. num. 2. & 3.* Parlad. *lib. 3. dis. 51. §. 2. à num. 7.* Conciol. *resol. crim. verbo pax resol. 9. in prine.* quia exilii impositio ad Judicem spectat, non ad privatum, & quia pactum prædictum est contra libertatem, *arg. tex. in l. Titio centum, §. Titio centum, ff. de condit. & demonst.* 3

Docent alii, tale pactum apponi posse. Bald. *in cap. 1. n. 4. de leg. Conr.* Lopez *ad l. 27. gl. 8. tit. 11. par. 3.* Bajardus ad Clar. *quæst. 67. num. 10.* Gamma *decis. 63.* Amaya *lib. 1. obs. cap. 6. num. 35.* qui rationibus contrariis satisfacit. Thoro *in comp. decis. tom. 2. verbo remissio facta.* Giurb. *cons. 74. n. 1.* hanc opinionem veriorem affirmat Valer, *de transact. tit. 3. q. 5. num. 60.* 4

Et quòd habeat locum in pacto, quod non esset longi temporis, sed ad breve tempus restrictum, puta ad quinquennium ad summum, quia tunc valeret, & esset servandum. Mastril. *d. decis. 38. num. 14. & seq. & de indult. d. cap. 24. num. 38. & seq.* Addent. ad Gizzarel. *decis. 11. num. 1. & seqq.* Pascal. *de viribus par. pot. par. 2. cap. 1. num. 124.* Rovitus *in prag. 7. de compos.* ubi reprobant Amuesca *de potestate in se ipsum* tenentem dictum pactum valere etiamsi sit perpetuum, & plures adducit concordantes Massin *de confisc. bonor. d. quæst. 14. num. 7. & seq.* quos refert Conciol. *resol. crim. 9. verbo pax, n. 6.* Marin. *var. resol. lib. 1. cap. 2. num. 35.*

Sed quid quid sit de hac controversia, pro certo tradunt, ut supra pariter affirmavimus, quòd si reus pacta non servaverit, non poterit actor ad accusationem redire, sed debet ille agere ad adimplementum, ut cogatur reus placitis obedire *l. quamvis Cod. ad S.C. Turpil. d. l. si unus 27. §. pactus ne peteret, vers. sed si pactum, ff. de pactis, l. si donatio, Cod. de donat.* Gutierres, Parlad. Canc. & alii supra citati. Olea *de cess. jur. tit. 8. quæst. 1. n. 22.* ubi tradit judicatum. Valeton. *de transf. tit. 3. quæst. 5. n. 61.* ex Amuesca, Mastril. Thoro, & alii, Regens Cortiada *decis. 35. num. 96.* (licet compositionem esse nullam ob defectum adimplementi pacti remissionis, & inquisitum restituendum esse in pristinam libertatem, 5

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tatem, tradat Marinis *lib.*1. *cap.*2. *num.*36. ubi ait sic judicatum) Bellon. *conf.*27.*num.*33.

6 In casu contingenti nos non versamur in remissione facta per personam privatam (in quibus terminis loquuntur DD. allegati) sed in remissione, seu gratia facta per Principem, inter quas remissiones differentiam considerat Rovitus *decis.*4. *num.*38. Massin. *de confisc.bonor.quæst.*14.*n.*8. *cum seq.* Conciol. *d.resol. crim.*9. *num.*1. *in fine*; at adhuc contrafacientem pacto, pro delictis remissis puniri non valere; sed tantum cogi posse ad observantiam conditionis, vel pacti videbatur affirmandum, nam nullius est roboris pœnæ adjectio in pacto appositio in remissione Principis, quando Princeps non habuit potestatem legis condendæ, ut magistraliter docuit Bartol. *in d. l. si unus*, §. *pactus ne peteret*, *ff. de pactis num.*16. ubi quærit, an si legatus absolverit Præfectum, qui venit ad obedientiam sub certis pactis, hoc adjecto quod non deberet de cætero similia attentare, & si secus fieret reincideret in primas pœnas tam temporales, quàm spirituales, verùm si veniat contra pacta, incidat in primas pœnas, & distinguit aut tale pactum fit cum domino, qui habet potestatem condendi legem, & tale pactum tanquam lex est observandum, & ideo qui contravenit non reincidit in primas pœnas ex priori delicto, quod remissione abolitum est, sed ex delicto inobservantiæ tanquam ex lege inducto in illa pœna: aut fit cum eo, qui non habet potestatem legem condendi, & tunc si pœna talis est, quæ in stipulationem deduci nequeat (qualis est pœna mortis) adjectio talis pœnæ nil relevat, quam doctrinam sequuntur Jasson. *d. dic. tex. num.*46. Gutier. *ad auth. Sacram. pub. C. si adversus vendit. num.*137. Farinac. *in prax. quæst.*5. *num.*11. *vers. sublimita secundo*, *& quæst.*107. *num.*262. Alciat. *conf.*134. *num.*3 *lib.*5. *tom.*2. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.*67. *num* 20. *& antea quæst.* 58. *num.* 19. Riccius *collec.* 2080. *vers. secundo noto*, *& vers. quarto noto*. Gamma *decis.*63. Mastril. *decis.*38. *tot. & de indult. cap.* 24.*num.*41. Amuesca *de potest. in se ipsum*, *lib.*2 *cap.*18.*nu.* 32. R. Cortiada *d. decis.*35. *num.*98. *& seqq. & decis.* 85. *n.*26. Rovitus *d.decis.*4 *num.*38.

7 Atqui in Cathalonia Prorex non habet potestatem leges condendi, sed solùm illas condere potest dominus Rex cum Curia *tot. tit. de celebrar Corts*, *Const. 1. tit. de Usatjes*. Calic. Marquilles, Ferrer, Despujol, Oliba; Mieres, Cancer *var.*1.*cap.*3.*num.*87. *et par.*2.*cap.*1.*num.*3.*vers. accedit*, *et par.*3.*cap.*3.*num.*68. Font. *de pactis*, *tom.* 1. *claus.*3. *glos.*3. *num.*67. *et decis.*3. *num.*25. *par.*1. *et decis.*283. *nu.*7. Xamm. *de Offic. judic. par.*1.*q.*15. *num.*75. Ripoll. ad Peg. *in Prax. Civil. rub.*24 *num.*27. quos allegat, & sequitur R. Cortiada *decis.*35. *num.*101. Ludovicus de Valentia *super Const.*7. *tit. de elect. de DD. de la R. A. cap.*3.*n.*1. *et n.* 16. R. Vimnes *in disc.*1. *Curiarum*.

8 Ergo apparebat dicendum in casu inobservantiæ conditionis pacti in commutatione, vel remissione à Domino Prorege, & Concilio Regio facta, inquisitum solùm posse condemnari pro inobservantia, non verò pro delictis remissis, nec pro pœna in casu contrafactionis in remissione reservata, ut in similibus terminis observat decisum ob rationes desuper adductas R. Cortiada *d. decis.* 35. *à num.* 94. *usque ad num.*104. ubi provisa captura contra debitorem instantibus creditoribus fuit inter eosdem transactio facta cum certis pactis, & in casu non adimplementi creditores sibi reservarunt criminales actiones, & fuit transactio per D. Proregem, & Regium Concilium authorizata, & cum actiones Criminales intentarent creditores, quia debitor placita non adimplevit, ob hoc suscitatum dubium fuit, causam non esse criminalem, sed civiliter tractandam, & in causa dubii fuit declaratum 3. Februarii 1655. dubio locum esse, & causam esse civilem, & tractandam in Regia Audientia civili, non obstante quod dicta transactio fuit per Excellentissimum Dominum Locumtenentem approbata, & per Regium Concilium authorizata, quod in effectu fuit dicere ad criminales actiones per creditores remissas redire non posse ob inobservantiam transactionis, & solùm creditores agere valere ad compellendum debitorem, ut promissa in transactione adimpleret, civiliter agendo.

9 His verò minimè refragantibus declaravit Regium Concilium die 15. Aprilis 1660. Barcinonæ, &c. ut sequitur „ *ibi*: In facto F. P. R. C. adversus, & contra Joannem N. „ aliàs *Croquet* Villæ de Monistrol delatum, & inculpa„ tum, quòd cum sententia Regia lata 22. Februarii 1657. „ condemnatus fuisset esse reum mortis, & quod suspende„ retur in alta furca laqueo per collum, taliter quod natura„ liter moreretur, & anima ab ejus corpore illico separare„ tur, & postea die 31. Maii 1657. obtinuisset ab Excellentis„ simo Dom. Locumtenente commutationem dictæ pœ„ næ mortis naturalis ad pœnam serviendi intus Castrum „ *de Gardeny* per spatium octo annorum continuorum, ita „ ut illis durantibus, à dicto Castro exire minimè posset, & „ quod non adimplendo dictam commutationem remane„ret sententia mortis in suo robore, & valore, & exequi „ posset, ac si commutatio prædicta facta non fuisset, di„ctam pœnæ commutationem non adimplevit, cum die „ 6. Februarii 1660. captus fuerit in Villa Calidarum de „ Monte bovino, in qua per spatium quatuor mensium ha„bitaverat usque ad diem quo in illa captus fuit, facta re„latione per Ludovicum Ferrer tertiæ Aulæ Doctorem „ pro Nob. Michaele de Pallares I. R. C. meritis &c. fuit „ concluſum quod declaretur quod dicta sententia lata 23. „ Februarii 1657. cum qua dictus Joannes N. &c. fuit con„ demnatus quod est reus mortis, &c. exequatur juxta il„ lius seriem, & tenorem.

Fundamentum hujus decisionis fuit quòd commutatio 10
pœnæ mortis ad pœnam serviendi intus Castrum *de Gardeny*, fuit à Domino Prorege facta, cui competit facultas commutandi, & aggratiandi delinquentes, ut latè tradimus *dec.* 31. & cui pariter non denegatur potestas subrogandi illam pœnam pro delicto in pœnam contraventionis, & quòd commutatio illa fuit cum expressa conditione resolutiva, ibi: *Que devant de cumplir dita commutaciò reste la sentencia de mort en sa forca, y valor, y se puga executar aquella, com si la present nostra commutaciò feta no fos*; & conditionis resolutivæ natura est, ut licèt non impediat actum esse purum de præsenti; tamen quantùm ad effectum, & juris dispositionem reddit actum in suspenso respectu resolutionis, & attenditur futurus effectus, & sequuto eventu resolvitur actus, ac si ab initio non esset factus, *l.*2. *ff. de in diem adiect.* proinde quantumvis commutatio fuisset pura quoad absolutionem criminis, donec fuerit contraventum illi conditioni; tamen sequuta contraventione fuit resoluta gratia, ac si nunquam fuisset concessa, & sic ea excluſa, deventum fuit ad executionem pœnæ mortis naturalis, pro ut in his terminis amplè ratione ponderata, & aliis doctè excogitatis, tradit decisum Rovitus *super Prag.*1. *de guidat. n.* 10. *& seqq. & dec.*4 *per tot.*

Id ipsum tradit Sanfel. *lib.*1. *dec* 48. *à n.*6. ubi singulariter 11
recitat decisum, forjudicatum ob homicidium, & ex dispensatione Proregis admissum ad militandum cum pacto inter alia, quod gratiatus non accederet ullo modo ad loca, & plateas ubi degebant partes offensæ, aliàs quod nullum inferretur præjudicium Regio Fisco super forjudicatione, sed quòd illa remaneret in suo robore, & efficacia, interim durante servitio videtì guidatum, quia gratia non fuit perfecta, nisi completo servitio, & sic ob delictum pendente gratia, idest guidatico, commissum ad ulteriora fuisse processum, & tandem reum ad mortem damnatum.

Argumento contrario, videlicet quod facultas apponen- 12
di pœnam in casu inobservantiæ solùm concessa est Principi, qui habet facultatem leges condendi, quam in Cathalonia Dominum Regem non habere nisi in Curiis, diximus; responsum fuit quod hæc procedunt in legibus generalibus in forma legis prolatis; non autem in lege particulari, quæ pro administratione justitiæ, & secundùm exigentiam factorum in casu speciali legitimè à Domino Rege profertur aut ab ejus Locumtenente Generali. Oliba *de act. par.*1. *lib* 3.*cap.*3 *num.*52. ibi: *Lex autem generalis in forma legis in nulla materia fieri potest, nisi in Curiis cum tribus Brachiis, ex Const. Petri Secundi*, *cap.*14. *in forma autem pragmatica, vel crida fieri potest per Regem, & suum Locumtenentem Generalem*.

Comprobat Cancer. *var.*3.*cap* 3.*num.*53. ibi: *Secus tamen* 13
ubi Dominus Rex, cinsue Excel. Locumtenens tanquam iustitiæ administrator secundum exigentiam factorum ad providendum necessitati, & malis Reipublicæ aliquid mandat, quia talia edicta temporalia, quæ fieri dicuntur, publica suadente causa, & secundum quod res exigit, licet facere administratoribus iustitiæ, quibus aliàs non licet legem condere. R. Vimnes *in disc.*8. *cur num* 70. ibi: *Primeramente quando se haze Edicto, ò Pregon general, en forma de ley en Cataluna segun la theorica arriba referida, es sin duda que el tal Edicto, ò Pregon de qual quier materia que sea, aun en los casos de Regalia peca en la forma, &c. & num. seq. secundò, quando se haze Edicto, ò Pregon en Cathaluna no en forma de ley general, sino de provision particular, &c. es cierto vale el tal Edicto, ò Pregon.*

Hæc

14 Hæc autem remissio concepta sub conditione, ut observaret pactum serviendi militando in arce sub eadem pœna mortis naturalis qua damnatus erat, certum est quòd facta fuit pro recta administratione justitiæ, uti casus exigebat, ideoque in modum legis particularis, facit Bolegnet *in d.* §. *pactus ne peteret*, *num.* 66. *vers. sed*, *ibi* testat dubitatio, an „ lex possit facere quod ex delicto primo competat actio „ remissa, & Bart. hic videtur determinare quod non, ta„ men iste tex. non facit, quia loquitur in conventione ho„ minum, qui non possunt facere quod actio injuriarum „ possit nasci ex pacto, sed hoc lex videtur facere suscitan„ do primevam actionem, saltem fingendo eam non esse „ extinctam, vel delictum non fuisse sublatum, sicut fin„ git filium mortuum vivere, lex enim potest facere mira„ cula certo modo, ut per Bart. *in l. juris gentium*, §. 1. su„ per eodem, & ideo ego puto quod per legem generalem „ illud posset fieri, & etiam per legem specialem, si appa„ reat hoc esse actum, ut resuscitaret, vel quod fingeretur „ delictum durare, &c. dicendum est igitur aut disponitur „ per legem quòd actio extincta suscitetur, & tunc com„ petit actio prima, sicut fuit quando restituitur minor in „ integrum, *& infra*, & ideo oportet quod super remis„ sione facta, postea fiat indultum per Principem dictam „ conditionem apponentem, quo casu valebit tanquam „ lex particularis.

15 Nec pariter alia obstant argumenta in contrarium, quia ut jam supra diximus, procedere posse censeo in remissione partis privatæ, quæ non potest facere, ut ex pacto nascatur actio injuriarum, pro ut in his terminis est observantia Regia in contrarium desuper citata, videlicet in remissione, seu transactione facta per creditores cum debitore, & respectu hujus privati interesse non concernentis utilitatem publicam, tanquam conventio privata fuit à Domino Prorege, & Regio Concilio authorizata.

16 Controversum pariter fuit, an ex quo jurisdictio Excellentissimi Domini Locumtenentis est triennalis, finito triennio remissiones, & gratiæ, & per consequens conditio in eis adjecta finiri deberent; sed fuit responsum quòd licèt edicta, quæ fiunt in vim provisionis particularis spirent finita Locumtenentia, quia sunt facta per viam præconii, quod assimilatur sententiæ interloquutoriæ; veruntamen quæ facta sunt per Proregem per viam statuti, aut sententiæ diffinitivæ non spirant. Regens Vinnes *in disc.* 8. *cur. à nu.* 93. Selle *decis.* 328 *num.* 13. Xammar *de Offic. judic. par.* 1. *qu.* 24. *à num.* 47. Beccius *cons.* 4. *vol.* 1. & cum commutatio illa fuerit facta per viam diffinitivæ sententiæ, dixerunt non spirasse cum Locumtenentia.

17 Fuit pariter hæsitatum, utrùm constare deberet in processu de notificatione commutationis, facta inquisito, pro ut requiri affirmat Farinac. *cons.* 93. *num.* 10. nam quando in dispositione negativa adjungitur pœna, illa non incurritur, nisi præcedat monitio. *cap. extirpanda* 30. §. *vero*, *lib.* 3 *decret. tit. de prabend.* Barbos. *in collect. ad dictum rex.* Farinac. *in prax. quæst.* 34. *n.* 128.

18 Sed fuit dictum, quòd dispositio commutationis, seu remissionis, cui adjuncta fuit conditio, & pœna in casu contraventionis non erat negativa, sed affirmativa, serviendi nempè in Castro *de Gardeny*, & ea commutatio fuit concessa ad partis petitionem, & sic apparuit inquisitum, & aggratiatum de conditione plenam notitiam habuisse.

19 Pariter fuit perpensum, quòd dictus Joannes N. remissus, in defensionibus non allegavit pœnæ adjectæ ignorantiam, ut debebat, ut illi suffragaretur. Farinac. *in frag. p.* 2. *lit. f. num.* 86. & 121.

20 At posset condemnatus supplicare, fuit dubitatum, & videbatur supplicare posse, quia juxta *cap.* 15. *cur. an* 1599. non est prohibitum supplicare rumpentibus fines exilii: at negativè respondendum esse suadebatur, quia provisio superhabita fuit interloquutoria habens vim diffinitivæ, & à nulla provisione interloquutoria licet supplicare, nisi à provisione tormentorum, casibus quibusdam exceptis *in d. cap.* 15. & latiùs dicimus *decis.* 51. *& seqq.* quin Officiat dicere, eam provisionem esse conceptam per modum diffinitivæ, quia per hoc non mutatur natura judicii. Font. *tom.* 2. *dec. in addit. n.* 3. *vers. fundabam.*

21 Etiam quia provisio hæc incidens erat, & causæ principalis naturam sequi debebat, & in causa principali non poterat dictus N. condemnatus supplicare, quia erat delatus, & inculpatus de homicidio proditorio, & latrocinio, & reis in his delictis non licet supplicare, juxta dictum *cap.* 15. non solùm à diffinitiva, sed etiam à provisione tormentorum, vel aliis interloquutoriis, quia in his delictis nil immutavit *d. cap.* 15. observantiæ antiquæ juxta quam, & ante dictum *cap.* 15. non admittebatur in criminalibus supplicare, ut dicimus latè *d. dec.* 51. quin obstare his posset Canc. *var.* 3. *cap.* 18. *n.* 35. quia non eramus in statuto prohibente, imò in permittente supplicationem.

Et tandem quidquid esset de veritate prædictarum ratio- 22
num, condemnatus convictus fuit de contrafactione commutationis, quia plenè constitit ipsum captum fuisse in Villa Calidarum extra Castrum *de Gardeny*, nondum elapsis tribus annis à die commutationis, & etiam fuit confessus contrafactionem, & confessus, & convictus non potest à sententia contra se lata supplicare, vel appellare. Pég. *in prax. civil. rub.* 27. *numer.* 34. *& nos latius d. decis.* 51. *& seqq.*

Ex quibus die 16. Aprilis 1660. concordi voto fuit con- 23
clusum non posse dictum Joannem N. supplicare, & die 17. ejusdem mensis fuit executa sententia, & attestatur Magnificus Senator Josephus Aleny qui in causa vovit, pro ut hæc collegi ex suis doctissimis manuscriptis annotationibus (utinam jamdiu eas ad publicam eruditionem in lucem edidisset) quod denegata fuit supplicatio propter fundamentum, quia confessus, & convictus reus fuerat; attamen quòd vidit inclinatos Regios Senatores ad idem declarandum propter primas rationes etiamsi confessus, & convictus non fuisset.

DECISIO XXXV.

ARGUMENTUM.

Aggratiatus non potest redire, aut habitare locum ubi occisus morabatur, intra quinque annos à die remissionis obtentæ numerandos, nisi obtinuerit à filiis, vel consanguineis proximioribus offensi compositionem; at si in rixa fuerit homicidium commissum intra duos annos; nisi pariter ab illis partibus obtinuerit remissionem, aliter remissio sit nulla, & vana ipso facto, in quibus comprehensi non dicantur qui se defendendo, aut in casibus à jure permissis interfecerint, & nullitatis petitio est Fisci, & partis, ad intelligentiam *Const.* 1. *tit. de homicidis.*

SUMMARIUM.

1 *Expenditur Const.* 1. *tit.* de homicidis.

2 *Non potest remissus intrare locum in quo morabatur occisus intra quinquennium, vel biennium respectivè, nisi se composuerit cum filiis vel consanguineis occisi, aliàs nulla fit remissio.*

3 *Ad nullitatem statutam requiritur sententia declaratoria.*

4 *Sustinetur actus nullus parte cujus interest non opponente.*

5 *Remissus si se convenerit cum filiis, vel proximioribus occisi, poterit intrare locum in quo occisus morabatur incontinenti, post obtentam remissionem.*

6 *Actio ut remissus adimpleat pactum de non ingrediendo locum prohibitum, est partis interessatæ pacisscentis, declara infra num.* 25.

7 *Nec tunc Fiscus absque querela partis procedere potest.*

8 *Allegatur declaratio conventionis immunitatis Ecclesiæ in qua fuit dictum, nullitatis actionem adversus remissionem, per disposita in Const.* 1. *tit.* de homicidis *solum parti competere, non verò Fisco.*

9 *Contrarium censet Author, scilicet nullitatem remissionis juxta terminos Const.* 1. *etiam ad Fiscum petinere.*

10 *Gratia delictorum, cum ea conditione facta, ne offendens ingrediatur locum offensi, respicit utilitatem privatam, & publicam, quod comprobatur numer.* 11. *& 12.*

13 *In his quæ utilitatem publicam respiciunt tenetur Judex etiam non requisitus Officium sum impartiri.*

14 *Accedere ad locum prohibitum à Principe, est delictum,*

tium, & in delictis proceditur per Inquisitionem.

15 *De jure communi quando pars paciscitur in remissione, ut non possit remissus ad certum locum redire, in casu non adimplementi, parti solum datur actio ad adimplementum, nec potest ad accusationem redire.*

16 *Actio ad emendam civilem propria est partis; ad puniendum homicidam, propria est Fisci.*

17 *Traditur decisum, ubi etiam regula, taciti, & expressi eadem est virtus, explicatur.*

18 *Per verba*, sit irritum, & inane *intelligitur appositum decretum irritans cujus virtus est ut operetur parte non opponente.*

19 *Verba illa* ipso facto *idem sonant*, ac ipso jure, *& hæ distinctiones nullitatem important incontinenti absque alio Judicis ministerio.*

20 *Quando lex, vel statutum pœnam imponens utitur verbo* sit *significat idem ac lata sententia, & ipso jure.*

21 *In declaratoria pœna, quæ imponitur ipso facto non est necessarium quod pœna declaretur, sed sufficit declarari reum culpabilem, quæ declaratio secum trahit pœnam.*

22 *Quando ingreditur gratiatus locum prohibitum, etiam pars potest opponere de nullitate gratiæ, ubi respondetur argumentis contrariis num.* 23. 24. *&* 25.

26 *Fisco incumbit agere contra violationem pacti à reo voluntarie suscepti sequuta contraventione, nec actio parti competit.*

27 *Allegatur Decisio Senatus, ubi disponitur forma ad obviandum difficultati propositæ, & n.* 28.

1 IN Const. incipiente; *Part aco* 1. *tit. de homicidis in primo vol. Const.* disponitur per illa verba. *Part aco ordenam, è estatuim que algu qui de homey, definiciò, ò remissio de Nos, ò de altre daquem havent potestat rebrà, no puxa tornar, ò esser, ò estar en loc hon lo mort estava dins sinc anns del temps de la remissiò obtenguda comptadors, si donchs no ha feta composiciò, ò avinensa ab los fills, ò cosins pus proismes del mort, si empero lo homey en batalla será perpetrat, llavors lo reebent la diffinicio, ò remissiò de aytal homey, de entrar en lo dit loc per a dos anys tant solament volem abstenir, si dones ans ab la part no será avengut, ò haurà composat segons que demunt es dit, è si lo contrari per algun daqui avant será assejat la diffinicio, ò remissiò del homey ab deliberada pensa, ò en batalla comès, à ell feta, sie nulla, è vana ipso facto: en aquestas empero cosas no volem esser compressos, ò entesos aquell, que si defenent, ò en altra manera en casos leguts de dret homeys se esdevendrà perpetrar.* idem in Const. 2. *seq.* quo ad guidaticum statuitur.

2 Disponitur ergo in d. Const. 1. quòd aggratiatus non possit redire aut habitare locum ubi occisus morabatur intra quinque annos à die remissionis obtentæ numerandos, nisi obtinuerit à filiis, vel consanguineis proximioribus offensi compositionem; at si in rixa fuerit homicidium commissum intra duos annos, nisi pariter ab illis partibus obtinuerit remissionem, aliàs remissio sit nulla, & vana *ipso facto*, in quibus comprehensi non sint qui se defendendo aut in casibus à jure permissis homicidia commiserint, comprobant hanc conclusionem Socarras *in consu. Cath. pag. mihi* 592. *num.* 97. Ferrer 3. *par. obs. cap.* 470. ubi tradit Constitutionem practicatam de anno 1498. Mieres *super d. Const. & seq. pag.* 300. *&* 406. *par.* 1. facit Font. *de pac.* 1. *claus.* 4. *glos.* 15. *n.* 97.

3 Quantumvis disponat Constitutio nullam esse remissionem ipso facto obtentam contra formam ipsius Constitutionis; requiritur tamen sententia declaratoria super facto, argum. tex. *in cap. cum secundum*, §. *confiscationis de hæret. in* 6. & ibi DD. & tradit Cancer *var.* 2. *cap.* 4. *num.* 44. ut latius infra dicitur; ea de causa fuit maximopere controversum, an declaratio nullitatis remissionis posset fieri ad solam instantiam Fisci, an verò partis interessatæ accusatio, & instantia requireretur.

4 Sequentia ponderata fuerunt fundamenta suadentia interesse omnimodum esse partis, non verò Fisci, opponere de nullitate remissionis informis. Primò quia illud dictant verba illa *Si donchs no ha feta composiciò, ò avinensa ab los fills, ò pus proismes del mort*, quorum favorem contemplari Constitutionem apparet, & est conclusio apud omnes indubitata, sustineri actum nullum tum in judicialibus, parte cujus interest non opponente. Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 46. *num.* 20. tum etiam in extraiudicialibus, quoties lex vel statutum annullat actum etiam ipso jure *glos. ultim. in l. universa* 4. *Cod. de prec. imp. offeren.* Cacherano *decis.* 94. *num.* 24. clausulaque irritans contra factum non operatur, si ille velit, & taceat in cujus favorem est adjecta. Tiraq *in l. connub. gl.* 8. *ex num.* 9. latissimè Carleval. *de judiciis disp.* 2. *q.* 7. *n.* 797. ubi ideo infert quod quoties lex, vel statutum quid fieri, vel non fieri mandat, etiam ipso jure, ut id locum, & effectum habeat requiritur petitio, & videtur sub ea conditione à lege statutum si petatur. Surd. *decis.* 57 *ex num.* 2. Giurba *decis.* 13. *num.* 8. *& decis.* 21. *nu.* 8. 9. *&* 10. *& decis.* 103. *num.* 13. Suarez *in l. quoniam in prioribus amp.* 10. *num.* 2. *C. de inof. testam.* Franch. *decis.* 487. *nom.* 9.

Secundò, quia disponitur in d. Constitutione, quod non 5
possit remissus intrare locum in quo morabatur occisus intra quinquennium, vel biennium respectivè, nisi se composuerit, vel convenerit cum filiis, aut proximioribus occisi, aliàs nulla sit remissio, ergo si remissus se convenerit, vel composuerit cum filiis, vel proximioribus occisi poterit intrare locum in quo occisus morabatur, & valet remissio Socarras *in consuet. Cat. cap. item est consuetudo fol.* 592. ergo jus annullandi remissionem eo quod remissus ingressus fuit locum prohibitum, est solum filiorum, vel proximiorum occisi à quorum voluntate, & consensu pendet prohibere remisso ingressum ad locum prohibitum.

Tertiò, quia quando in remissione, vel transactione par- 6
tis cum inquisito adest pactum, ut inquisitus non ingrediatur certum locum, & cum hac remissione est facta compositio cum Fisco, vel gratia indulgetur inquisito, & gratiatus ingreditur locum prohibitum, actio illum compellendi, ut conventa, & pactata adimpleat, est partis privatæ interessatæ, ut supponunt DD. *in l. si unus* 27. *§ pactus ne peteret vers. Sed si pactum, ff. de pactis.* R. Cortiada *decis.* 35. *n.* 95. *cum seqq.* Marin. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 35. & nos *dec. antecedente n.* 2.

Quartò, quod tunc Fiscus absque querela partis proce- 7
dere non possit, tenet Vulpin. *in suc. Farinac. de inquisit. q.* 5. *n.* 9. ibi: *Verum si pax aut remissio fuerit facta sub aliqua conditione, nempe quod offendens per tempus determinatum non ingrediatur Civitatem, vel transeat ante domum offensi, sequuta indè compositione adhuc sustinebitur, licet contravenerit obligatus ingrediendo, seu transeundo, & hoc unum specialiter nota, quod licèt per deficientiam remissionis compositio sit nulla, illa tamen sequuta Fiscus jus perdit, & solum instante parte procedere potest, & ab hac conclusione in judicando non recedas.*

Quintò, quia his fundamentis in terminis immunitatis 8
Ecclesiasticæ fuit declaratum, sic intelligendam esse dictam Const. 1. nam Michael N. loci de Batet, Baroniæ de Santa Pau delatus de homicidiis proditoriè, & per insidias perpetratis, obtinuit de eis gratiam à Domino Locumtenente Generali pro bono publico, ingressus (moram contrahendo) locum in quo occisi morabantur, non obtenta transactione cum proximioribus occisorum, in carceribus detentus allegavit à loco Sacro esse extractum, & gaudere debere immunitate Ecclesiastica. Contrarium opposuit Fiscus, ex quo commiserat homicidia exceptuata, & quod licèt hæc remissa forent, tamen remissio illa fuit conditionata, & concepta sub conditione à Constitutione subintellecta, videlicet ut non posset gratiatus ingredi locum in quo occisi morabantur, quibus contravenit ingrediendo locum prohibitum, ibique longam moram protrahendo, & sic quod illa remissio fuit nulla ipso facto, & propterea ob primæva delicta remissa privari debebat immunitate Ecclesiastica; at nihilominus, ea gaudere fuit declaratum die 30. Decem. an. 1679 per Nobilem Danielem Sayol tertium contentionum, intervenientibus Aleny, Magarola, Carbonell, & Nabona, eo motivo, quia Fiscus non potest procedere ad nullitatem remissionis absque partis instantia adversus illum, qui prætenditur contrafecisse conditioni adjectæ in dicta Constitut. 1. intrando locum prohibitum.

Contrarium censeo, non obstantibus ponderatis, & ob- 9
servo quod Const. 1 *tit. de homicidis*, est quædam lex generalis, qua statuitur super obtinentibus remissiones de homicidio, ne intra certum tempus audeant esse, vel interesse in loco ubi interfectus morabatur, nisi obtenta transactione cum proximioribus offensi, sub pœna in casu contrafactionis, quòd remissio obtenta sit ipso facto nulla, quam legè sic generaliter loquentè limitandâ cèsuit D.R. Petr. III. in

Prag. 1.

Prag. 1. *sub tit. de hom. in* 2. *vol. const.* in marito occidente uxorem adulteram, qui libere sine incursu nullitatis potest stare in loco ubi uxor occisa morabatur, etiamsi non se composuerit cum proximioribus occisæ. Mieres *vol.* 2. *collat.* 6. *c.* 14. *n.* 20.

10 Pariter observo, quod Constitutio illa non solùm respicit utilitatem publicam, sed etiam privatam partium offensarum, ne ex homicidiis homicidia sequantur, ut de bannito cum simili prohibitione scripsit Novar. *tom.* 2. *grav.* 77. *n.* 16. & *n.* 28. & de gratiis delictorum sub eadem lege concessis, loquitur Farinac. *in prax. q.* 6. *num.* 20. quia si remissi sine pace, & parte non concordata in patriam redire possent, vel offensi eos occiderent, vel ab eis occiderentur, & sic orirentur dissensiones civiles, quæ Civitates destruunt, prout consideravit Par. *de Syndic. verbo compositio*, *cap.* 4. *n.* 12. Plot. *conf. crim.* 73. *num.* 52. & legitur in Deuteron. *cap.* 19. *incipiente cum disperdiderit* ubi loquendo de homicida qui casu aliquem occiderit ligna incidendo, sic dicitur: *Hac ad unam supradictarum urbium confugiet, & vivet, ne forsitan proximus ejus, cujus effusus est sanguis dolore stimulatus prosequatur, & apprehendat eum, si longior via fuerit, & percutiat animam ejus qui non est reus mortis.* Sesse *de inhibitionibus cap.* 1. §. 5. *nu.* 112 Sanselic. *decis.* 50. *nu.* 8. Rovitus *decis.* 11. *num.* 6. ubi Altimarus, ibi: *Ratio est duplex, prima ad evitanda scandala, quæ oriri solent, quando offensi (pars offensa dicitur cui competit successio ab intestato defuncti occisi, Danz. tit. de guidat. cap.* 5. *verb. quoad tertium, lib.* 2. *Pascal. de pat. pot. par.* 4. *c.* 3. *n.* 24.) *vel ejusdem consanguinei vident offensorem deambulantem, & absque punitione, ex cujus aspectu contristantur, Capel Lanc. to.* 2. *cap.* 31. *n.* 5. *de Baronibus, & quandoque de judicibus dignati insurgant quasi quod justitiam non consequantur delicta committunt, & multoties crimina pejora primis oriuntur, secunda ratio est; nam quando inquisitum non vident deambulantem ex ejus absentia nedum deficit tristitia verùm consolatio inducitur, & recipiunt de offensa facta honoris compensationem, & sic furoris, & lasionis. Cabal. cas.* 58. *num.* 15. & notat Socarrats *in consuet. Cath. pag.* 592. *n.* 97.

11 Et in eandem partem loquendo de pacto in remissione partis contento, ut remissus non ingrediatur certum locum, allegatur Amaya *obs. lib.* 1. *c.* 6. *nu.* 35. *vers. neque*, ibi: *Neque est contra bonos mores hoc pactum, imò continet in se rem talem, quàm licitè quis potest facere, ut est mutare domicilium, quod minimè infringit utilitatem publicam, sed magis adjuvat, & in maximum Reipublica commodum cedere potest, ne obvius sit occisor, aut malefactor conspectui Civium, aut injuriam passi, quo plerumque solent ira magis incalescere, & incitari: nam ut eleganter dixit Horatius in arte vers.* 180.

Segnius irritant animos demissa per aures,
Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ.
Ipsa sibi tradit spectator.

12 *Si enim picturæ solent animi motus perturbari, & affectus, ut probavi in l. unica C. de Maj. lib.* 11. *num.* 53. *quanto magis offensus irascetur conspecto inimico, etsi injuriam aliàs remiserit? Neque similiter erit incongruum, ut malefactores aliqua pœna afficiantur, saltem illa, ne Civitatem ingrediantur.* Considerarunt ergo Dominus Rex, & Curia, quòd si remissio fieret cum partis concordia, & transactione inconveniens damni eventuri, & dissensionum partium offensarum cum oculis evitarentur, & sic in citata Constitutione 1. statuerunt non esse prohibenda occisori remissio facultatem ingrediendi locum, ubi morabatur offensus, obtenta pace à proximioribus offensi, prout econtrariò experitur turbatio pacis publicæ, quando sine partis interessatæ concordia; remissio indulgetur, ex Crespi. *obs.* 5. *n.* 222. & faciunt à nobis tradita *decis.* 31. *nu.* 13. *cum seqq.*

13 Sequitur ex his prima ratio, ob quam costanter teneo, sine partis querela Fiscum legitimam personam esse ad petendum declarari nullam remissionem, ob contraventionem remissi, qui intravit locum prohibitum in d. Const. 1. *tit. de homicidis*, quæ cum in hoc consideret interesse publicum, ut supradiximus, sit certum interesse Fisci esse, ut observetur; nam in his quæ utilitatem publicam concernunt tenetur Judex etiam non requisitus Officium suum impartiri. Bart. *in l* 4. *ff. de dam. infecto.* Benedict. *in c. Rainutius, verbo cod. n.* 60. Novar. *lib.* 2 *de gravam. Vassal.* 77. *nu.* 5. loquens de banno cum simili prohibitione, ibi: *Expediens enim fuit bannum prædictum fieri prohibitorium ingressus terræ, & territorii partis offensæ, ne ex homicidiis, & delictis, homicidia, & delicta majora orirentur, cum Potestati incumbat obviare quantum potest, ne delicta patrentur, & patrata puniri, ne sanguis occisorum de manibus suis requiratur, & si aliàs dissimulando, vel tacendo permitteret, non esset excusatus, c. quamvis de reg. jur. & tacendo, & negligendo diceretur delicto consentire, c. Epheseos* 43. *c. negligere, & ibi glos* 3. *q.* 2. *quia delictum cui non resistitur, approbatur, c. error* 83. *dist. & judex negligens in puniendo delinquentes, quos punire potest, dicitur fautor eorum, & Princeps criminis, c. quanto de sentent. excom* Craveta *consil.* 314. *col.* 3. *vers. judex negligens, & conf.* 132 *col* 2. *Bajard ad Clar. quæst.* 73. *n.* 32. *vers. Judex negligens, & n.* 44 concludit, quod ideò veniens condemnari potest in pœnam banni, & in eo casu in pœnam delicti principalis, ex Rovit. *in Prag.* 1. *de armis, num.* 7. prout etiam concludit nostra Const.

Secunda est ratio, quia accedere ad locum prohibitum 14
per dictam Const. 1. non obtenta pace ab offensis, est delictum, ut tenet Rovitus *decis.* 4. *num.* 3. ubi accedere ad locum prohibitum à Principe, delictum, vel malefactum esse docet, & in quocumque crimine, sive publico, sive privato proceditur per Inquisitionem ex officio, & Fiscus efficitur accusator, & Advocati, & Syndici Fiscales assumunt partes accusatoris, Clarus *in §. fin. quæst.* 3. *nu.* 6. Farinac. *in prax. quæst.* 1. *nu.* 10. Bajard. ad Clar. *dict. §. fin. quæst* 17. *num.* 4. latè Carlin. *part.* 2. *cont. cap.* 165. *per tot.* maximè *n.* 21. & hæc maximè in Cathalonia ubi Processus criminalis non dicitur Processus partis, sed Fisci, cujus nomine Processus instruitur, & eo instante declaratur. Peg. *in prax. crim. cap.* 12. *nu.* 1. & *Nos decis.* 1. *n.* 1.

Tertia sit ratio, quia negari non potest quod in d. Con- 15
stit. 1. *tit. de homicidis*, expressè non est cautum competere parti offensæ (quando remissus ingreditur locum prohibitum) accusationem ad petendum declarari remissionem esse nullam, prout nec expressè statuitur Fisci instantia remissionem debere annullari, & Constitutiones nostræ in omissis accipiunt interpretationem à jure communi, Fontanell. *decis.* 498. *nu.* 17. Ludov. de Valentia *in constit.* 7. *tit. de elect. de DD. de la R. A. cap.* 1. *n.* 16. atqui de jure communi quando pars pacisci tur in remissione cum remisso, non potetit ad accusationem redire, sed solùm agere ad adimplementum, ut cogatur reus placitis obedire, *l. si unus* 27. §. *pactus ne peteret, vers. sed si pactum, ff. de pactis*, & latius dicimus *decis.* 34. *n.* 3. *cum seqq.* ergo proprie jus instandi remissionem nullam, ut reus possit pœna conventa, vel statuta in casu contraventionis puniri, vel nullius est, vel est Fisci.

Sic non immeritò Fontan. *de pact.* 1. *claus.* 4. *glos.* 15. 16
num. 97. docet, quod in Const. 1. *tit. de homicidis* statuitur, quod homicidia ultra deffinitionem, seu remissionem super crimine à Curia obtentam, debeat se convenire, & componere cum filiis, vel consanguineis interfecti, quia in eo crimine duo sunt prodita judicia, unum criminale ad pœnam corporalem, & aliud civile ad habendam emendam civilem, seu compositionem, quam Constitutionem ita similiter expendit Calicius *in usat. rusticus interfectus, num.* 52. undè sic, actio propria partis offensæ in d. Const 1. est ad emendam civilem, actio verò ad instandum nullitatem remissionis, & sic ad puniendum reum pœna corporali, propria est Fisci.

Quarta sit ratio, quia gratia obtenta à Principe, potest 17
remisso fieri mandatum in obs. *Const.* 1. ut non ingrediatur intra quinquennium, vel biennium, locum ubi morabatur occisus, ut tradit decisum Ferret *obs. p.* 3. *cap.* 476. & tunc quando in gratia ea est adjecta conditio, quod aliàs gratia sit nulla si gratiatus contraveniat conditioni ad Fiscum pertinere jus instandi declaratoriam nullitatis decisum tradit Rovitus *decis.* 4. *tota*, & clarius *decis.* 11. *n.* 2. *in fine*, ubi querelans destitit à persecutione, & Fiscus eam fuit prosequutus, atqui, etsi omissa sit in gratia ea conditio, tamquam à jure subintellecta haberi debet pro expressa, quia omissum non dicitur, quod resultat ex juris dispositione, nam tunc taciti, & expressi eadem est virtus, *l. cum quid, ff. si cert. petat. l. si sponsus, §.* 1. *ff. de donat. inter.* immò quandoque est major virtus taciti quàm expressi, *l. si sine voluntate, Cod. ad Valleyanum*, Rovitus *dict. decis.* 4. *num.* 30 qua ratione gratiatus virtute dictæ Constitutionis non potest ingredi locum ubi morabatur occisus, nisi facta compositione cum filiis,

vel

vel proximioribus occiſi, etſi ea conditio omiſſa ſit in gratia; ergo utroque caſu, tam ſi conditio expreſſa ſit, quàm ſi ſit omiſſa, jus petendi declarari nullam remiſſionem erit Fiſci.

18 Et tandem, quia dicta Conſtitutio 1. *tit. de homicidis*, quatenus in ea diſponitur, quod remiſſio, ſeu gratia delicti facta à Principe, non obſtante pace cum intereſſatis (ſuſtinetur hæc ex cauſa publicæ utilitatis, & pro bono publico, ut nos dicimus latè *deciſ.* 32. *num.* 9. & de hac remiſſione pro bono publico loquitur d. Conſt. 1. *tit. de homicidis*) ſub ea lege, quod remiſſus non poſſit redigere ad locum, vel ſtare in loco in quo occiſus morabatur, per quinque, vel duos annos reſpectivè, eſt concepta cum clauſula annullativa, ſive decreti irritantis, pro ut ibi: *Si contrarium fuerit factum, remiſſio ſit nulla, & vana ipſo facto*, per hæc enim verba ſit irrita, & inanis, adjectum intelligitur decretum irritans, Gonzalez. *ad Reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 67. *à num.* 2. Moneta *de commut. cap.* 7. *n.* 252. & cum his Barboſ. *clauſ.* 40. *num.* 39. *& ſeqq* & clauſulæ decreti irritantis effectus eſt, ut in contrarium acta, ſint nulla ipſo jure, etiam parte non opponente. Gabriel *concluſ.* 3. *num.* 67. Marta *clauſ.* 191. *num.* 6. *aliàs clauſ.* 255. *in ult. impreſ.* Moneta *de commut. ult. vol. cap.* 7. *num.* 130. *prope finem* Gomez. *in tract. de grat. expec. num.* 18. & 19. Burſat. *conſ.* 82. *num.* 21. *vol.* 1. & cum his laudatis Barboſa *d. clauſ.* 40. *num.* 3.

19 Ulterius, quia eadem Conſt. diſponit, ut remiſſio ſit nulla ipſo facto, quod idem eſt ac *ipſo jure* Barboſa *dict.* 178. & hæc dictiones nullitatem important incontinenti abſque alio Judicis miniſterio. Barboſa ibidem *num. fin.*

20 Pro ut etiam, quando lex, vel ſtatutum pœnam imponens utitur verbo ſubſtantivo *ſit* (ut in noſtra Conſtitutione, ibi: *Sia nulla*) ut puta, ſi dicat, infamis ſit, anathema ſit, ſignificat lata ſententia, & ipſo jure, Boſero *de decoction. debit. Fiſcal. tit* 5. *quæſt.* 27. *num.* 28. ex Baldo *in l. ſi qua mulier* 4. *Cod. ad S. C. Tertull. n.* 1. & expreſſius ex eodem do *in l.* 1. *Cod. de ſecund. nup. num.* 3. ibi: *Infamis ſcilicet ipſo facto, quia verbum* ſit *ſignificat ipſo facto, ut hic, & facit ad ſtatutum, quod ſi quis fecerit quid tale, ſit exbannitus, nam intelligitur ipſo facto ſine miniſterio judicis, quod tene menti.*

21 Licet verum ſit, quod in caſibus in quibus per Jus canonicum, vel civile imponitur pœna ipſo facto, vel ipſo jure, neceſſaria ſit declaratoria ſuper facto. Boler. *de decoct. debit. Fiſc. tit.* 5. *quæſt.* 25. *num.* 12. ubi ex Archidiac. *in cap.* 1. *de homic. in* 6. generalem ſtatuit regulam, quod in quovis caſu confiſcationis, vel alterius pœnæ imponendæ ipſo jure, vel ipſo facto, non ſit opus exprimi in ſententia, quod bona confiſcentur, vel quod alia pœna infligatur, ſed ſufficit in genere declarari, & pronuntiari talem eſſe culpabilem ipſius criminis, de quo actum eſt, & ſecum trahit confiſcationem, Catal. *de indult. cap.* 20. *à nu.* 44. Carleval. *de judic. tom.* 2. *diſp.* 1. *num.* 42. *& ſeqq.* Guaz. *de confiſc. bonorum concluſ.* 15. Pereg. *de jur. Fiſc. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 8. *& ſeqq.* Barboſa *in cap. cum ſecundum leges, de haret. in* 6. *num.* 5. *& ſeqq.*

22 Concluditur ergo, quod jus petendi declarari remiſſionem nullam, eo quia gratiatus ingreſſus fuit locum prohibitum juxta d. Conſt. 1. *tit. de remiſſione*, eſt Fiſci, qui ad obtinendum in nullitate opus non eſt querela partis; quin obſtare poſſe cenſeam fundamenta contraria. Non primum, quia etſi favor partis offenſæ conſideratus ſit in d. Conſt. 1. etiam verſatur favor publicus, ut gratiatus non ingrediatur locum in quo morabatur occiſus; ne ſcilicet, ex homicidio homicidia eveniant, & diſſenſiones ſuſcitentur inter offenſos, & aggreſſorem, aliàs namque turbaretur quies publica, ut ſupra fundavimus; affirmandum ergo reſtat in his verſari intereſſe Fiſci, ut Judex etiam non requiſitus de officio inquirat, & procedat.

23 Non obſtat etiam ſecundum fundamentum, quia licet pendeat à pace partis nullitas remiſſionis, nam pace facta cum filiis, vel proximioribus occiſi, convalidatur remiſſio à Principe facta, & tutè ingredi valet gratiatus locum ubi morabatur occiſus; non inde ſequitur, ergo non facta pace, vindicta non eſt publica, ſed partis privatæ, quando conſideratur, pro ut ſupra expenditur, non facta pace cum parte offenſa intrante homicida in locum prohibitum, quod poſſunt ſuccedere ſcandala, & homicidia, quorum actio vindicandi eſt Fiſci.

24 Non obſtat tertium fundamentum, quia non negatur parti offenſæ querela, quando gratiatus ingreditur locum prohibitum, nam poteſt vigore Conſtitutionis opponere de nullitate remiſſionis, & redire ad accuſationem, licet de jure tantum agere ad adimplementum poſſit, quod prætenditur eſt quod idem jus Fiſco competit etiam ſine querela partis, nam cum ingredi locum prohibitum, ſit factum punibile, & ſic delictum, quia per Conſtitutionem diſponitur pœna contra ingredientem, in eo procedi etiam poteſt per remedium ordinarium Inquiſitionis, & ſic ad ſolam inſtantiam Fiſci, ut ſupra ponderatur.

Non obſtat doctrina Vulpini *in ſuc. Farinac. de Inquiſit.* 25
qu. 5. *num.* 9. quæ ponderatur pro quarto fundamento contrariæ ſententiæ, quia loquitur de pacto adjecto in remiſſione facta à parte privata, ſeu ab offenſo, quo in caſu dicta pactione non obſtante, etiamſi fides ex parte remiſſi non ſervetur, non poteſt offenſus ad accuſationem redire, quinimo remiſſio valet, per inde ac ſi pure, & ſine ulla conditione facta fuiſſet, & tantum compellitur offenſor promiſſa ſervare, ut latius diximus *deciſ. ant. tota*, & eo in caſu ob conventionem privatam actio partis tantum eſt, non tamen loquitur de remiſſione, ſeu gratia à Principe facta, non obtenta pace partis, in qua juxta diſpoſita in d. Conſt. 1. ſubintelligitur conditione gratiatus ingrediatur locum, ubi morabatur occiſus; nam tunc indubitatum cenſeo, quod ſi remiſſus contrafaciat conditioni à Conſtitutione diſpoſitæ, Fiſco incumbit inſtare contra remiſſum pro pœna in Conſtitutione ſtabilita.

Pro ut Fiſco incumbit agere contra violantem pactum à 26
reo voluntariè ſuſceptum, ſequuta contraventione, quia valida eſt illa obligatio; latè R. Cortiada *deciſ* 85. *num.* 23. imo pro contraventione exilii à judice impoſiti ſolum agere poſſe Fiſcum tanquam pro novo delicto, nec competere jus parti querelanti pro primo delicto, quia pro eo jam reus ſuſtinuit pœnam, recitat deciſum Sanfel. *deciſ.* 320. ex traditis à Franc. *deciſ.* 595. *in fine*, quod comprobat ibidem additionator Luca *n.* 3. *in fine*, & Nos *deciſ.* 32. *n.* 23.

Apparet ſatisfactum declarationi factæ in cauſa conten- 27
tionis immunitatis Eccleſiaſticæ; citatæ in contrarium ſupra *num.* 8. & fuit proviſum per Fiſcum abſque inſtantia partis die 13. Junii 1680. ref. Egreg. Senatore Michaele Joanne Taverner, Scriba Badia, contra Paulum N. ſed quia in remiſſionibus pro bono publico ab illo obtentis non fuerat appoſita clauſula *ſervada la forma de la Conſt. 1. tit. de homicidis*, pro ut ſolitum erat eam apponi, & in eiſdem aderat pactum expreſſum ſerviendi militando in Arce *de Monjuich* per biennium ſub pœna in caſu violationis pacti ſerviendi militando per quinquennium in Præſidio de Roſas. Fuit viſum nimis rigidum eſſe, reum ad pœnam homicidii condemnare, & ſic, fuit dictus inquiſitus condemnatus ad ſerviendum militando in Præſidio de Roſas per quinquennium, & quod non poſſet præſentem Civitatem ingredi per conſimile tempus quinque annorum, in obſervantiam dictæ Conſt. ſub pœna, quod ſi contrarium tentaret, proceſſus ratione necis remaneret in ſuo robore, & valore, ſub his verbis.

Die 13. *Junii* 1680. *in facto F. P. R. C. adverſus, & contra Paulum N. Dolearium, vulgo* Boter *Civem Barcinonæ delatum, & inculpatum, quod cum eſſet captus delatus in Regia Curia de homicidio proditorie in præſenti Civitate Barcinonæ, per eum perpetrato die* 12. *Januarii* 1675. *in perſonam Petri Prunera Militis equeſtris, &* 21. *Auguſti ejuſdem anni obtinuiſſet remiſſionem pro bono publico, ab Excellentiſſimo Domino Duce de San German, tunc Prorege, & Capitaneo Generali hujus Principatus, cum pacto quod eſſet obſtrictus ſervire militando cum ſolito ſtipendio in Præſidio de Roſas per tempus quinque annorum, & in caſu violationis pacti, remaneret proceſſus contra eum fulminati in ſuo robore, ac ſi remiſſio facta non eſſet, dictumque pactum prædictus N. acceptaſſet, & ſervare promiſiſſet modo, & forma prædictis. Et poſtea die* 20. *Octobris ejuſdem anni* 1675. *obtinuiſſet ab eodem Excellentiſſimo Domino commutationem dicti pacti, ad aliud pactum ſerviendi in Arce de Monjuich per idem tempus ſub pœna in caſu contrafactionis, quod primum pactum remaneret in ſuo robore, & valore, & iterum captus propter contrafactionem dicti pacti ex quo fuerat viſus in præſenti Civitate, menſibus Januarii, Julii, & Auguſti anni* 1676. *& obtinuiſſet die* 28. *Julii* 1678. *ab Excellentiſſimo Domino Marchione de Leganés, tunc Locumtenente, & Capitaneo Generali conſimilem remiſſionem, cum pacto ſerviendi in Præſidio de Monjuich per tempus decem annorum, ſub pacto in caſu contrafactionis, ſeu caſu quo exiret de dicto Præſidio; ſerviendi totum prædictum tempus quinque annorum in Præſidio de Roſas* (pœna Conſt. 1. tit. de homicidis 28

non

non comminata) *Illudque observare promisisset instrumento recepto die 28. Iulii 1678. penes Hieronymum Badia Not. & Scribam Petitionerium supranumerarium, praedictum pactum violavit exeundo à dicto Praesidio de Monjuich contra formam dictæ Const. 1. tit. de homicidis, & ingressus fuit praesentem Civitatem ubi praedictus Prunera proditorie occisus habitationem fovebat in qua fuit visus deambulare de mense Iunii 1679. ibique captus fuit die 29. praedictorum mensis, & anni. Facta relatione per Magnificum Joannem Taverner, & Rubi I.R.C. meritis processu attentis, & aliàs fuit conclusum, quod declaretur, quod dictus Paulus N. condemnetur ad serviendum militando, cum solito stipendio in Praesidio de Rosas per tempus quinque annorum, & quod non possit praesentem Civitatem ingredi per consimile tempus quinque annorum, à die praesenti in posterum computandum, in observantiam dictæ Constitutionis 1. tit. de homicidis; sub poena casu quo contrarium tentaverit, quod processus in Regia Curia contra eum dictæ necis formatus, remaneat in suo robore, & valore.*

DECISIO XXXVI.

ARGUMENTUM.

Prohibitus accedere ad loca, vel Civitatem, non contravenit prohibitioni, si accedat ad suburbia Civitatis, prout nec contravenit, si accedat per transitum, & modicum tempus (quod modicum explicatur) nec pendente termino indulto ad colligendum sarcinolas; contravenit tamen si moram contraxerit, etiamsi in Ecclesia steterit, illa enim est in territorio Principis saecularis, ubi latè expenditur Const. 1. tit. de homicidis.

SUMMARIUM.

1 *Prohibitus accedere ad Civitatem, non contravenit prohibitioni, si accedat ad suburbia Civitatis, est una opinio Doctorum, usque ad n. 6.*
8 *Contrariæ opinionis DD. allegantur, & n. 8.*
9 *Auctor sequitur primam opinionem.*
10 *Respondetur Decisioni Roviti in contrarium citatæ.*
11 *Diversa est quæstio, an prohibitus accedere in Civitatem, prohibeatur accedere ad suburbia, vel ad loca extra muros Civitatis; ab illa, an exulatus à Civitate, exulatus dicatur à territorio, ubi dicto in Idem significat quod intra.*
12 *Patria, & Civitas in effectu idem significant.*
13 *Lex poenalis venit extendenda, quando si non extenderetur remaneret elusoria, & sine effectu.*
14 *Declaratur tex.* in cap. Civitas de sent. exc. in 6.
15 *Quando est conditio non accedendi ubi residet Princeps, prohibitio an comprehendat Urbem, & territorium, ubi residet Princeps agitur.*
16 *Declaratur Const. 1.* tit. de homicidis.
17 *Remissus sub lege, ut non intret locum in quo interfectus morabatur sub poena, in eam non incidit, nec perdit beneficium gratiæ, si ingrediatur territorium, vel Parochiam, si sit extra muros, & hoc servari videtur.*
18 *Declaratur Const. 1.* tit. de homicidis.
19 *Prohibitus stare in loco, prohibitioni non contravenit, si ad eum per transitum accedat.*
20 *Per solum transitum non censetur rupta cautio de non ingrediendo in aliquam Civitatem.*
21 *Receptor non est, quando quis transeuntem recipit exulem.*
22 *Statuto sub certa poena extrahere frumenta ab aliqua Civitate prohibenti, non contrafit, si quis alibi emat frumentum ad illud reportandum ad patriam suam, licet transeat per Civitatem prohibitam.*
23 *Non est contrafactum statuto, quod prohibet sub poena vicinis locis, ne ibi morari faciant certas personas, si eas per transitum permittant.*
24 *Decisio Senatus.*
25 *Respondetur iterum Decisioni Roviti.*
26 *Per transitum non dicitur contraventum prohibitioni Calderò Decis. Pars I.*
de stando in loco, etiamsi aliquantulum ibi moraretur, puta comedendo, dummodo ibi non pernoctet, & quomodo intelligatur modicum tempus.
27 *Indulgetur exulato petenti tempus aliquod ad colligendum sarcinolas, & illud quale sit, latè expenditur.*
28 *Alia Decisio Senatus.*
29 *Tanta potest esse suspicio ne scandala veniant, quòd licebit denegari dilatio ad colligendum sarcinolas.*
30 *Quis accedere potest ad locum prohibitum, ex causis, quæ explicantur.*
31 *Ad colligendum sarcinolas licet vagari in propria patria offensi, quod declaratur.*
32 *Ob parentum, vel consanguineorum affectionem, causa visitandi eos infirmos, excusatur quis ad poenam fracti exilii.*
33 *Nec tenetur ille ad poenam fracti carceris, si patrem visitandi gratia ab eo dicesserit.*
34 *Bannitus à Curia si steterit in Ecclesia suæ patriæ à qua fuit exulatus, non dicitur exilium frangere, secundum unam opinionem DD.*
35 *Contraria est verior, & sequitur.*
36 *Licet Ecclesia sint exempta à jurisdictione temporali, & subiaceant Ecclesiasticis, attamen sunt in territorio Principis saecularis.*

PROHIBET Constitutio 1. *de homicidis*, quod intra quinque, vel duos annos respectivè, non possit homicida redire, vel stare in loco ubi occisus morabatur; quæritur nunc, an prohibitioni contraveniat, casu quo accedit ad locum, sed illum non ingreditur. Pendet hæc controversia à Doctorum non dissimili quæstione, an remissus, seu guidatus sub conditione ne accedat ad patriam, Civitatem, vel urbem, si captus sit extra muros Civitatis, urbis, vel patriæ amittat remissionis, vel guidatici beneficium, quòd non amittit tenet. 1

Novarius *quæst. forens. quæst.* 130. *lib.* 1. ubi de guidatico concesso, cum prohibitione ne accederet ad urbem Neapolis, & tenet guidaticum suffragari capto propè mœnia ipsius Civitatis, & in ejus districtu, & territorio, & idem in inquisito de homicidio intus eandem Civitatem commisso, qui fuit captus in limine januæ dictæ Civitatis infra murum, sed extra clausuram, & pluries in his terminis decisum refert, quia inquit licèt sub nomine Civitatis veniant suburbia, & loca adjacentia, *c. si Civitas de sent. excom. in* 6 hæc intelligit procedere in favorabilibus, nam in pœnalibus Civitatis nomen in proprio significatu est accipiendum, ita ut id tantum quod est intra mœnia comprehendat. DD. *in l. 2. ff. de verb. sig.* sequitur Novarium Riccius *par.* 7. *collec. dec.* 2680. 2

Idem ex eadem ratione docet Novarius in casu quo guidaticum est concessum sub conditione, ut non ingrediatur propriam patriam, ubi ait quod patriæ appellatione etiam suburbia, & loca adjacentia continentur, *l. uxorem* 41. §. *legaverat, ff. de leg.* 3. in favorabilibus, non verò in pœnalibus, & etiam inquit quod patria, & Civitas idem significant, quod probat ex *l. relegatorum* 7. §. *solet ff. de interdict. & relegat.* concurrit in eandem opinionem Pasc. *de pat. pot. par.* 4. *c.* 3. *num.* 23. 3

Post Pascal. & Novarium sequitur eandem sententiam Marinis *lib.* 1. *c.* 161. ubi pluries per Collaterale Concilium decisum recitat prohibitum ad propriam patriam accedere, haud contravenire si ad propriæ patriæ suburbia accedat, ex ratione relata quia in odiosis versamur, ubi strictè proceditur, nec de uno casu ad alium extensio permittitur, ad reg. *odia de reg. jur. n.* 6. 4

Thoro *in comp. dec. p.* 1. *vers. suburbia*, ubi agit de casu in quo salvus conductus fuerat concessus, ne intus Civitatem Neapolis accederet, & ubi pars offensa habitabat, & sub nomine Civitatis suburbia non contineri docet cum nec. nisi tantùm burgum ubi habitaverat pars offensa. 5

Idem Thoro *in comp. decis. par.* 3 *verbo guidatus*, ubi de guidato sub conditione, ne accederet ad propriam patriam, vel terram ubi partes offensæ existebant, & captus fuit propè ipsam terram in loco, qui distabat per miliarium à dicta terra, & fuit decisum, gaudere guidatico. 6

Sed his contrarium annuere videtur Rovitus *dec.* 11. ubi pro homicidio guidatus, cum prohibitione tamen ne accederet, seu introiret in Civitatem Neapolis ejusque suburbia, nec in propriam patriam, vel ubi residebant partes offensæ, captum extra Villam in quadam caupona propè januam turris quæ erat propria partis offensæ, decisum 7

tradit per Collaretale Concilium, guidatico non gaudere, ex sequentibus rationibus. Prima quia cum esset prohibitus ingressus ad propriam patriam guidati, nomen hoc *Patria* ponitur largiùs, quàm Civitas, vel Urbs, & ideò comprehendit non solum continentia edificia, *d. luxorem, §. legaverat, ff. de leg. 2.* quæ dicuntur ea, quæ sunt muris continuata, & censentur esse pars Civitatis, sed etiam se extendit ultra ambitum murorum. Secunda, quia talis prohibitio propriæ patriæ conjuncta prohibitioni ingrediendi loca, ubi residet partes offensæ dicitur potius favorabilis, quàm odiosa, tanquam inducta ad evitanda scandala, rixas, homicidia, & alia, quæ faciliter oriretur, si guidatus palam, & publicè ante oculos partis offensæ deambularet, statim enim sanguis offensi conturbaretur, & prosiliret ad vindictam, & sic tanquam favorabilis Reipublicæ talis prohibitio debet extendi, prout extenditur lex pœnalis, quando extensio est ad favorem Reipublicę. Tertia, quia si guidatis qui non possunt permanere intra muros Civitatis, permitteretur quod possent morari in continentibus edificiis extra muros, redderetur prohibitio elusoria, & nullius momenti foret illa prohibitio.

Non de diverso casu loquitur Sanfel. *decis.* 50 ubi per recitatas rationes tradit decisum, guidatum salvo conductu non gaudere, ex quo apprehensus fuit in continentiis propriæ patriæ guidati, & ubi habitabant offensi.

8 Amplecti videtur eandem opinionem Gizzarel. *decis.* 23. & ibi Mele, tota, ubi exulatus à propria patria, censetur exulatus ab ejus districtu, & territorio, ex fundamentis relatis, opiniones has recitat Basilic. *decis.* 24. (allegato Gizzarello *d. decis.* 23.) *nu.* 7. hanc secundam opinionem magis procedere recitat, quando conditio est non accedendi ubi residet Princeps, quo in casu prohibitio comprehendit urbem, & territorium, ex Rovito *d. dec.* 11. *nu.* 7. & 8. & aliis quos allegat.

9 Resolutivè teneo standum esse primæ opinioni, videlicet guidatum sub conditione ne accederet ad Civitatem, Urbem, vel propriam Patriam non privari guidatico, si accesserit propè mœnia, vel januas Civitatis, extra tamen ejus mœnia, ex rationibus per DD. primæ opinionis allegatis, & quia si in guidatico prohibito accessu ad patriam, intelligeret concedens guidato prohibere accessum ad suburbia, territorium, & loca continentia, extra tamen muros Civitatis, ea expressisset, prout expressit Civitatem, Villam, vel Patriam, & non prohibendo permisisset, *l. tale pactum 40. §. fin. ff. de pactis, l. unica, §. fin. C. de caduc. tollendis, l. si servus 71. §. non dixit, ff. de adq. hæredit.*

10 Nec obstare potuit *decis.* 11. Roviti, quia fuit captus guidatus in caupona propè januam turris, quæ erat propria partis offensæ, ut respondit Thoro *3. par. verb guidatus à Commissario*, & in his terminis loquitur Sanfel. *in cit. decis.* 50. vel responderi potest, quod turris, nec precludebatur murorum circuitu, dum neque habebat alium murum circum circa nisi parvæ quantitatis fabricatum pro erigenda porta, & ille parvus murus non inducebat separationem habitationis extra murum, sed erat potius continuatio habitationis interioris cum exteriori, undè locus capturæ fuit de prohibitis in guidatico, ut animadvertit etiam idem Rovitus *d. decis.* 11. *num.* 3. & 19. ac etiam quia in ea decisione guidaticum fuit ipso jure nullum, quia in eo non fuit facta mentio primi guidatici quod inquisitus obtinuerat, pro ut juxta leges illius regni requirebatur, ut notat ibidem *num.* 21. & Thoro *in d. vers. guidatus à commissario, par.* 3. *in comp. dec.*

11 Nec pariter obstat *decis.* 23. Gizzarelli, quia in sententia præcedebant verba prohibentia ingressum in Civitatem, territorium, & ejus districtum, quæ censebantur repetita postea in verbis, *à propria patria*, in sententia expressis, & ulterius quia quæstio erat, an exulatus à Civitate, exulatus diceretur à territorio, & alia est, an prohibitus accedere in Civitatem, prohibeatur accedere ad suburbia, vel ad loca extra muros Civitatis, quæ controversiæ omninò sunt diversæ, ut animadvertit Mele ad Gizzarel. *d. decis.* 23. *num.* 5. & dixerat Novarius *quæst. forens. par.* 1. *c.* 130. *num.* 10. ibi: *Denique pro corroboratione hujus conclusionis considerandum est, quod illa verba prohibentia ingressum in propriam patriam satis clarè demonstrant, proprium eorum sensum esse quod inquisito prohibeatur ingressus intus Civitatem, nam illa dictio* in *idem significat, quod* intra, *l. gallus in princ. ff. de lib. & pot. Bertaz. de clausi. instrum. clausi. 26 glos. 4. num. 4. Tusc. conclus. 292. num. 11. lit. D. & noviter Barbosa de dic.* 131. *num.* 2. *& recentissimè Grat. in ejusdem nominis trac. dic.* 91. *num.* 6. *ubi allegat tex. in leg.* 2. *§. videndum, ff. de succes. edic. l.* 1. *§. deindè, ff. ne quid in flum pub. l. in annos, ff. de condit. & demonst. l.* 1. *§. quid dicimus, d. tit. de succes. edic. Innocent. in c. propter sterilitatem super verbo non soluisse de locato. Rium. cons.* 82. *vol.* 5.

Cujus vis est solum comprehendere qua intra urbem continentur, l. 1. *§. cum urbem, ff. de offic. Præf. urb. l. fin. ff. de capit. l. ade, ff. de contr. empt. l. quæro, ff. de act. empt. l. uxore, §. item quæsitum, ff. de leg.* 3. *l. intra, ff. de appellat. l.* 1. *Cod. ut intra cert. temp. civilis quæstio terminetur. Vulp. de præpos. seu de ver. sig. in dictione intra pag.* 48. *Mantica de tacit & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 9. *Rota in una Romana Sacret.* 2. *Junii* 1608. *Coram Lancellot. Grat. disc. forens.* 361. *num.* 20. *& ita in individuo animadvertit. Menoch. de arbit. quæst.* 99. *num.* 7. & ponderaverat punctim Paschal. *de viribus pat. pot. par.* 4. *cap.* 3. *num.* 32. *circa finem.*

Rationes pro secunda opinione non officiunt. Non prima, quia Patria, & Civitas sunt synonima, & in effectu idem significant, ut probat *tex. in l. un. Cod. Cur. relict. lib.* 10. & expressis *ex d. l. relegatorum, §. solet. ff. de interdic. & releg* in illis verbis: *Solet præterea interdici quibusdam, ne intra patriæ territorium, vel muros morentur*, & in aliis verbis, ibi: *Ne excedant patriam, vel in vicis quibusdam morentur.* Notat Pasc. *de vir. pat. pot. par.* 4. *c.* 3. *n.* 23. Novarius *q. forens. d. c.* 130. *par.* 1. *n* 8. 12

Non secunda, quia dicere quod prohibitio illa accedendi ad locum offensi contineat favorem publicum, & lex pœnalis admittat extensionem, quando extensio est in favorem Reipublicæ, est multum fallax, pro ut in simili docet Luca ad Franc. *dec.* 315. *num.* 6. & intelligendum adhuc venit, quando si non extenderetur lex pœnalis, remaneret sine effectu, & elusoria, aliàs secus, Osasc. *dec.* 67. *nu.* 6. juncto *n.* 11. Farinac. *in frag. crim. par.* 1. *vers. extensio n.* 150. & quidem elusoria & sine effectu non remanet illa prohibitio, cum illa verificetur intra mœnia urbis, vel patriæ partis offensæ pro ut sic ita respondetur tertiæ rationi secundæ opinionis. 13

Etiam non obstat *tex. in cap. Civitas de sent. excom. in* 6. ubi interdicta Civitate, & suburbia interdicta censentur, nam ille est fundatus in particulari ratione, scilicet ne illius interdicti sententia vilipenderetur, si interdicta Civitate, in suburbiis licitum esset audire divina Officia, ut punctim respondent Pasch. *d. par.* 4. *cap.* 3. *num.* 23. Novar. *dicto cap.* 130. *num.* 9. & tradunt Suarez *de cens. tom.* 5. *disput.* 33. *sect.* 2. *num.* 20. *cum seqq.* Coninck. *de Sacram. & cens. disp.* 17. *dub.* 1. *num.* 8. Bonacin. *de cens. disput.* 5. *punct.* 1. *num.* 20. quos recitat Barbosa *appel. Civitas* 49. *num.* 2. 14

Et tandem ad id, quod dicitur, quod quando conditio est non accedendi, ubi residet Princeps, prohibitio comprehendat urbem, & territorium; respondetur hoc esse verum, quando prohibetur accessus ad territorium, non autem quando simpliciter prohibetur ad loca, ubi residet Princeps, quia tunc licet habitare extra urbem, & habitatum ubi Princeps moratur, ut defendendo Franchis *dec.* 129. docet Luca *ibidem, n.* 7. & probat *ex l. sed & milites* 8. *§. scribit autem, ff. de excusat tut.* 15

Nunc sic Const. prima *de homicidis*, non prohibet accedere ad Civitatem, Urbem, vel Patriam, sed redire ad locum, vel stare in loco, ubi occisus morabatur, & locus vocari potest secundum Varronem, & antiquos, quodcumque continens, sive ubi quicquam consistit, ut notant Alciatus, & Rebuf. *per l. locus* 60. *ff. de verb. sig.* quatenus ergo locus in hac nostra Const. pro Civitate accipitur, ut quia homicidium evenit in Civitate, tunc injunctum est remisso quod non ingrediatur, neque stet in Civitate, ut observat Ferret 3 *par obs. c.* 470. 16

Terminat suscitatam quæstionem Mieres *ad com. Reg. Petri III. in Curia Cervariæ collat.* 6. *pag.* 406. *de homic. & guidat. par.* 1. *num.* 7. & 8. (pro ut supra, eandem resolutivè tenuimus,) ibi: *Quid si iste qui habet remissionem, vel guidaticum infra quinquennium in remisso, vel biennium in guidato de homicidio voluntario, non intrat muros loci in quo delictum est commissum, sed venit juxta, & extra muros, est tamen infra Parochiam, vel territorium loci, ubi interfectus morabatur, numquid iste talis incidit in has Constitutiones, ut sic sibi valeant remissio, vel guidaticum, quidam dixerunt, quod talis non incidit, neque perdit beneficium remissionis, vel guidatici, eo quia non dicitur esse, vel stare in loco, cum sit extra mœnia per l.* 2. *de verb. sig. cum concordantibus; aliis verò contradicentes,* 17

quod

quòd causa Constitutionis, & prohibitionis sit attendenda, quæ est ne parentes, & consanguinei interfecti constristentur, & quia dicit in loco in quo interfectus morabatur, non sit ita strictè intelligendum, aliàs posset astringi ad domum, vel ad campum, ubi fuit occisus, sed hoc esset ridiculum, debet ergo intelligi de Parochia, vel territorio, & hoc fortè verum de æquitate, sed prima est verior de juris istius rigore, & hoc servari videmus.

18 Super dispositis in cad. Const. 1. *tit. de homicidis*, fuit controversum, an gratiatus de homicidio debeat longam moram contrahere in loco, ubi morabatur occisus, ut gratia nulla reddatur, & pro delictis remissis possit puniri. Difficultas exoritur, quia in dicta Const. disponitur, ut remissus non possit redire ad locum, ubi occisus morabatur, aut ad eum locum venire, aut in eo loco stare, vel habitare, ut sonant illa verba, *tornar, ò esser, ò estar*, undè non solùm prohibet habitationem in loco prohibito, sed etiam accessum ad eum locum, & sic in facto momentaneo videtur delictum perfectè consumatum, ut argumentatur non in dissimili casu Rovitus *decis.* 4. *num.* 33. *& seqq.*

19 Sed contrarium apparuit, quia cum transiens, nec stare, nec habitare dicatur, per transitum non dicitur contraventum prohibitioni. Farinac. *in prax. quæst.* 107. *num.* 268. Guaz. *de pace, quæst.* 62. *num.* 6. & 7. Giurb. *conf.* 81. *num.* 13. ubi per transitum, non dicitur contrafactum prohibitioni de stando in loco, etiamsi aliquantulum ibi moraretur, puta comedendo, recitat Conciol. *resol. crim.* 9. *verbo pax num.* 7. & in notis. Navar. *de gravam. tom.* 2. *gravam.* 78. *& in collect.* 2. *super Prag.* 1. *de abolit. & lib.* 1. *quæst. forens.* 28 Rodoer. ad Marin. *lib.* 1. *resol. cap.* 116 *num.* 2. Bellon. *de his quæ sunt incont. cap.* 81. Diximus *decis.* 13. *num.* 16.

20 Sic per solum transitum, non censetur rupta cautio de non ingrediendo aliquam Civitatem, Provinciam, &c. ex eodem Farinac. Paschal. *de vir. pat. pot. par.* 4. *cap.* 3. *num.* 21. *& seq.* Vermig. *conf.* 305 *in fine*. Conciol. *resol. crim. unic. ver. Cautio de non ingrediendo*, nec frangitur exilium. Rovit. *super Prag.* 1. *de guid. num.* 17. Addit. Gizz. *decis.* 23. *num.* 7. Riccius *decis.* 69. *num.* 4. *par.* 4. Novar. *quæst. forens.* 28. *par.* 1. Vivius *decis.* 505. Scialoya *de forina. cap.* 23. *num.* 43. qui indè affirmat, quòd guidatus prohibitus accedere ad suam patriam, vel ad patriam partis offensæ, si per transitum accedat ad dicta loca, non dicitur contravenire. Capiblan. *de Baron. lib.* 1. *Prag.* 7. *num.* 43. Novarius, & Paschal. citati.

21 Sic receptator non est, quando quis transeuntem recipit exulem, & illi cibum præstat, nam receptare est refugium dare, reum abscondendi causa. Peg. *in prax. crim. cap.* 20. *num.* 3. de quo est casus singularis *in l.* 1. §. *quod autem ait prætor, ff. de ser. corrup.* quod non verificatur in eo, qui exuli transeunti cibum præstat. Gail. *de pace, lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 35. Nicol. Ant. *in tract. de exil. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 1. Basilicus *decis.* 35. *num.* 11. (qui refellit tenentes puniendum tunc esse receptantem exulem transeuntem, pœna extraordinaria] Giurb. *conf.* 28. *n.* 9.

22 Hinc si statuto prohibeatur sub certa pœna extractio Frumenti ab aliqua Civitate, illud locum non habebit, si quis alibi emat frumentum, ut illud asportet ad patriam suam, licet transeat per eam Civitatem in qua prohibita repetitur extractio, ut notanter dicit Bartol. *in l. cætera* 53. §. *sed, etsi quis, ff. de leg.* 1. Rodoer. ad Marin. *d. cap.* 116. *num.* 3.

23 Pariter non dicitur contrafactum statuto, quod prohibet sub certa pœna vicinis loci ne ibi morari faciant certas personas, si permittant eas per transitum. Rodoer. ad Marinis *lib.* 1. *resol. d. c.* 116. *n.* 4.

24 Ita juxta disposita in d. Const. 1. *tit. de homicidis*, fuit practicatum in R. C. 14. Aprilis 1657. in causa Josephi N. delati de nece in rixa commissa in personam Josephi Pasapera, qui obtinuit remissionem pro bono publico, & post traditam sibi remissionem in forma Cancellariæ, per quatuor, vel quinque dies stetit in hac Civitate Barcinonę, ubi homicidium fuerat commissum, ibique captus fuit, examinato negotio censuit Senatus remissionem non antea validitatem accepisse, quàm salarium Cancellariæ fuerit solutum, ex Prag. 4. *tit. de salaris*, & post solutum salarium, & traditam inquisito remissionem, tantum per illud modicum tempus in loco prohibito stetisse, & venire excusandum, & sic fuit declaratum, & conclusum, quòd illi mandaretur quòd intra biennium ne ingrederetur, neque staret in præsenti Civitate, quod currere inciperet à die remissionis obtentæ, pro observantia antedictę Constitutionis. Relator fuit Nob. Michael Pallares L. R. C. Actuario Cortes.

Nec obstare potuit Rovitus *in dicta decis.* 4. *num.* 33. *& seqq.* quæ procedit, ut ipse docet in casu, in quo gratia nedum prohibuit accessum ad Civitatem, sed etiam per triginta milliaria circum circa, ultra quem casum, scilicet in prohibito habitare in aliquo loco, certum censet prohibitioni non contravenire, si stet de transitu, ex magistrali doct. Nelli. *de bannit. in* 1. *par.* 2. *temp. n.* 58. comprobat. Paschal. *de virib. pat. pot. par.* 4. *cap.* 3. *num.* 22. ibi : *Cui conclusioni non repugnant novissimè tradita per dominum meum Rovitum in hac postrema editione super Pramatic.* 1. *de guid. in qua refert decreto Magnæ Curiæ confirmato per Sacrum Concilium exclusum fuisse quendam inquisitum à beneficio gratiæ in qua aderat clausula sub his verbis concepta (ita tamen quod non possit accedere ad Civitatem Neapolis, nec per triginta milliaria circum circa) stante quod fuerat postea captus in molo magno hujus Civitatis, nam illa conditio erat nimis stricta, siquidem per eam nedum erat prohibitus accessus ad hanc Civitatem, sed etiam per triginta milliaria circum circa, & illa verba, ita tamen ut non possit accedere enixam demonstrabant Principis intentionem, ut non solum inquisitus non introiret hanc Civitatem, sed etiam ne appropinquaret per triginta milliaria circum circa, ut benè animadvertit idem Rovit. ibidem n.* 47. Scialoya *de for jud. c.* 23. *n.* 43. *circa finem*. 25

Modicum tempus quomodo intelligatur non est constans 26
apud Doctores. Giurba *conf.* 81. *num.* 13. docet quod per transitum, non dicitur contraventum prohibitioni de stando in loco, etiamsi aliquantulum ibi moraretur, puta comedendo, dummodo ibi non pernoctet, *& conf.* 28. *num.* 9 ait quod ut receptator, non punitur qui bannito recessuro, cibum, & potum dedisset per duos dies. Mele ad Gizz. *decis.* 23. *num.* 37. ait per unum diem, & noctem. Paschalis *de viribus pat. pot par.* 4. *c.* 3. *n.* 22 affirmat, modicum tempus extendi ad quatuor dies, quem impugnat Mele *ad d. decis* Gizz. 23. *n.* 37. affirmans, quod redderetur exilium elusorium, si quis posset stare per spatium quatuor dierum in loco, à quo fuit exulatus, subdens ulterius quod Alii dicunt quod in exilium missus accedere possit ad locum prohibitum per modicam moram, quę intelligitur per diem, & noctem, sed in materia guidatici mora debet esse modica, & sic per transitum, ita ut guidatus non assistat in loco prohibito. Danza *tit. de guidat. cap.* 4. *num.* 20. sed in hoc dubio pertranseo cum Rovito, & Capiblanch. quos sequitur Mele *ad d. decis.* Gizz. 23. *num.* 37. affirmans quod transiens non incidit in exilium dummodo appareat de animo non standi, & antea *num.* 35. ex eodem Capiblanc. remissivè tradit quomodo possit probari exulati animus.

Sustinebitur decisio nostri Senatus desuper ponderata, 27
ubi fuit conclusum moram per quatuor, vel quinque dies contractam non fuisse in considerarione, quia apparuit Senatui, exulatum non habuisse animum contraveniendi, & aliàs quia indulgetur exulato petenti, tempus aliquod ad colligendum sarcinolas, quod duorum mensium esse dicit Latro *consult.* 53. *num* 51. & unius mensis esse docent, *ex l. ab hostibus* 15. §. *fin. ff. ex quibus caus. major.* Vinc. de Franch. *decis.* 487. *num.* 5. Guazz *def.* 12. *cap. ult. num.* 58. *vers. sed in proposito, &c.* & Giurb. *conf.* 47. *num.* 29. vel saltem viginti dierum, *l.* 2. *Cod. de exib. re.* Lanat. *conf.* 38. *num.* 3. quos allegat Conciol. *resol. crim.* 8. *verbo exilium, num. fin.* ac recitat has opiniones Luca ad Franch. *d. decis.* 487. ubi etiam, eorum DD qui censent mensem suffragari etiam non petenti. Sed apud nos petitur, & est arbitrarium, & interdum vidi denegatum, & aliàs concessum cum brevi termino : at prorogatur ex justa causa, videlicet infirmitatis, quod comprobat Luca *ad dictum decis. Franc.* 478. ubi, *num.* 4. *ver. agi* docet, quod matris valetudo, vel aliorum conjunctorum excusat ab inobservantia exilii, allegat Sanfel. *decis.* 255.

Pro ut etiam declaravit Senatus in causa Joannæ Reynes 28
majoricensis, ref. R. S. Tristany 13. Maii 1680. Scriba Famada Not. eam contrafecisse pacto bannimenti ab hac Civitate, quia non eundo ad bannimentum, in ea steterat per dies viginti sex, & pro contravention fuit condemnata ad fustigandum, & duplicatum bannimentum, & consideravit patria esse, quòd quis debito tempore non accedat ad confinia, relegationem, exilium, aut bannimentum, vel postquam accesserit, ante finitum tempus recesserit *ex l relegati ff. de interd.* & ibi *glos. verbo excesserit.* Bartol. Cabal. Guaz. Farinac.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

frag. crim. par. 1. lit. B. n. 89. in fine, & his relatis tradit decisum R. Cortiada *dec. 85. n. 22.*

29 Et ideo fuit declaratum contravenisse pacto, quia non perlit tempus ad colligendum sarcinolas, prout nec ei aliquod tempus fuit indultum, aliàs concesso tempore, & eo pendente, pro inobservantia exilii nullatenus condemnari valeret, prout in fortioribus terminis scribit Franc. *decis. 487.* Guazzin. *def. reor. 14. cap. 1. num. 58. vers. sed in proposito*; licèt dubitet Danza *de pug. DD. to. 1. tit. de exil. & releg. num. 39.* & recurrit ad stylum Luca *ad d. dec. Franc. 487. num. 2. vers. pro intelligentia*, & Capiblanc. *de baron. p. 2. super prag. 8. num. 8.* docet quòd tanta potest esse suspicio ne scandala veniant, ut liceat denegari ista dilatio introducta miserationis causa. Fab. *in C. lib. 2. tit. 39. de satisd. an. def. 6.*

30 Limitant similem prohibitionem dispositam in eadem Const. 1. *de homicidiis*, quando inquisitus, seu aggratiatus accederet ad locum prohibitum, propter maximam necessitatem, puta causa recipiendi in Paschate Sacram. Communionem. Giurba *cons. 81. num. 13.* Novarius *quæst. 28. num. 5.* Rovitus *in prag. 1. de guidat. n. 8.* Altimarus *ad dec. 4. Rovit. in fine.* Cabal. *resol. crim. cent. 2 cas. 150.* Rodo. ad Marin. *lib. 1. resol. c. 116. n. 7.* ubi de eo qui missus est à suo domino pro legato, seu ambassiatore ad dominum loci, à quo erat exulatus, & de eo cui pro servitio regio adimplendo conceditur licentia ingrediendi locum prohibitum. Scialoya *de forjud. c. 23. n. 45.*

31 Ulterius rem susceptam limitant in termino dilationis ad colligendum sarcinolas, ut jam diximus, in quo licet vagari in propria patria, ubi sunt partes offensæ. Lanar. *cons. 38.* Guaz. *def. reor 12. cap. fin. num. 58.* nisi adsit clausula, *ne à domo exeat*, quam solent apponere cauti Judices. Capiblanc. *de Baron. par. 1. cap. 34. num. 8.* ubi si repertus sit extra domum contra conditionem appositam in dilatione, licèt de rigore juris possit puniri tanquam fractor exilii, ne comminatio sit frustratoria, *l. si quando 109. ff. de leg 1.* attamen ex æquitate attestatur pluries provisum fuisse, ut exulatus redeat in causam suam, nisi ex dicta inobservantia evenisset aliquod scandalum, vel inconveniens cum partibus offensis, sequitur Luca *d. dec. 487. n. 3.*

32 Limitant etiam, quando quis ob parentum affectionem eos visitandi causa infirmos accesserit, nam non tenetur pœna fracti exilii Tiraq. *de pœn. temp. caus. 20. à nu. 30.* Sanfel. *decis. 255. & 343. num. 1.* & hìc Severini, *vers. secundò infertur* ajunt consanguinitatis ratione excusari consanguineum exulatum, si vadit in locum prohibitum ad visitandum consanguineos infirmos allegant Novar. *de grav. tom. 2. gra. 73. n. 2.*

33 Et quod nec pœna fracti carceris teneatur ille, qui pattem visendi gratia ab eo discesserit, dixit Boerius *decis. 215. num. 17.* Cyril *in sum. crim. 1. par. rub. de Cust. reor. §. fin. num. 4. propè finem.* Sanfel. *d. decis. 343. num. 6. ubi num. 7.* rationem recitat, quia contemptus ex causa discessus cessat *ex glos. in cap. metrop. 45. 2. quæst. 7.* Felin. *in c. cum quidam 12. num. 17. de jur. juran.* Bofl. *de carcer. fidejus. comit. num. 45. ad 50.* & ex tali causa semper præsumitur animus redeundi, non fugiendi, Farinac. *in prax. quæst. 30. num. 157.* ubi *num. 155.* adducit modum probandi animum redeundi.

34 Existens in Ecclesia loci ubi morabatur occisus, an amittat beneficium remissionis, controvertitur. Affirmant aliqui quod si exul, vel bannitus à Curia Sæculari, steterit in Ecclesia suæ Patriæ, à qua fuit exulatus, non dicitur fregisse exilium, seu bannimentum, quia licet Ecclesia sit in territorio Principis laici, non tamen est de illius territorio, nisi quoad protectionem, & tuitionem, sed est de territorio Episcopi: hanc opinionem tradunt Sanchez *in opusc. trac. 2. lib. 6. c. 1. dub. 8. num. 24.* Diana *in summ. verb. immunitas Ecclesiastica num. 36.* ex traditis per Delbene *de immunit. cap. 16. dub. 24. sec. 17. par. 2* Ciatlin. *contr. forens. cap. 10 num. 15.* Spetel. *decis. 127. num. 18.* & alii relati per Conciol. *resol. crim. ver pax resol. 9. num. 8.* Marinis *lib. 1. resol. cap. 116. num. 7.* ubi Rodoet *num. 1. & ad cap. 44. nu. 13.* Castro Palao *Oper. moral. tract. 11. resol. 31. tom. 2.* Graf. *de effect. Cler. 1. n. 617.*

35 Contrariam sequimur, scilicet quòd existens in Ecclesia dicitur contravenire pacto, condemnationi, seu conditioni de non accedendo, seu stando in aliquo loco, & frangit exilium; quia exulatus dum confert se ad Ecclesiam, pertransit per locum prohibitum, & sic contraventio incipit fieri in loco non exempto, comprobat eam etiam cum aliis fundamentis Paschal. *de virib. pat. pot. p. 4. c. 3. nu. 25. & seq.* & tradit decisum Baron. *de effec. inimicit. 45. num. 5.* Conciol. *resol. crim. verbo exilium, resol. 7. & ver. pax, resol 9. num. 9.* Reg. Cortiada *decis. 85. num. 5.* Danza *de pug. DD. tit. de guidat. cap. 10. in fine.* Scialoya *in prax. forjudic. cap. 23. num. 44.*

Eandem sententiam sequitur Capibl. *de Baron par. 2. super Prag 8. cap. 34* ubi *num. 4. ver. in contrarium* docet, quod licèt Ecclesiæ sint exemptæ à jurisdictione Sæculari, & subjaceant Ecclesiasticis; attamen stant in territorio Principis Sæcularis, & propterea de delictis factis intra Monasteria, & Ecclesias, Officialis Sæcularis inquirit, & castigat, uti Judex loci delicti, & allegat adducta à Peg. *decis. 60. par. 2.* ubi ait, arma prohibita, & bona furtiva posse per Judicem Sæcularem auferri in Ecclesia à reo, ut probant DD. per Nos allegati *decis. 9. num. 45. cum seqq. & nu. 61.* quam rationem in armis prohibitis intra Ecclesiam repertis latè prosequitur R. Cortiada *decis. 72. nu. 6. cum seq.* ubi id intelligit agere Judicem Sæcularem non per modum jurisdictionis exercendæ in Ecclesia, sed per modum facti, & juris defensionis naturalis, cum per hoc non inferatur reo nocumentum, sed peccandi occasio auferatur. videndus *ibidem*, cui nil supererat addendum. 36

DECISIO XXXVII.

ARGUMENTUM.

An remittendi sint criminosi de loco ad locum, sive Regium, sive Baronis, & de Regno ad Regnum: ac de diversis formis petendi remissiones ab hoc Principatu per Regna Valentiæ, Aragoniæ, & Castellæ, & remissiones obtinendi à Regnis Valentiæ, Aragoniæ, & Castellæ, ubi latè de hac remissionum materia, cum intelligentia jurium Patriæ, quibus remissiones prohibentur, discutitur, & enodatur.

SUMMARIUM.

1 *Causæ tam civiles, quàm criminales, Vicaria intra Vicariam, & Bajulia intra Bajuliam debent tractari, adeò ut ad instantiam Procuratoris Fiscalis, aut alterius, non possint extrahi persona de Vicaria, aut Bajulia Cathaloniæ, intra quas commiserint delicta, aut fuerint captæ.*

2 *In domo Deputationis fuit multoties declaratum, remissiones delinquentium extra Principatum esse contra generales Constitutiones Cathaloniæ.*

3 *Remissio delinquentis de loco ad locum quinque modis evenire potest. Primò de Vicaria ad Vicariam, seu de Bajulia R ad Bajuliam. Secundò de Barone ad Baronem. Tertiò de Barone ad Vicariam, seu Bajuliam Regiam, aut ad alium Ordinarium Regium. Quartò de Vicario, vel Bajulo Regio, seu alio Ordinario Judice Regio ad Baronem. Quinto de Regno, ad Regnum.*

4 *De Vicaria ad Vicariam, seu Bajulia ad Bajuliam regiam remissio, nec necessaria, nec voluntaria locum habet, quod comprobatur.*

5 *Qui nullam habet jurisdictionem non potest ad alium, delinquentem remittere, quia capere delinquentem non potuit.*

6 *Inter Barones locum non habet remissio necessaria, quia in Cathalonia Barones dicuntur Reguli, & unus alteri non tenetur obedire, voluntaria verò remissio, quæ sponte fit, & ex urbanitate procedit, non est inter Barones prohibita, & quando dicatur remissio voluntaria.*

7 *De Barone ad Vicarium, vel Bajulum Regium tantum locum habere potest remissio voluntaria.*

8 *De Vicario, seu Bajulo Regio ad Baronem, nec voluntaria, nec necessaria remissioni locus est.*

9 *De Regno ad Regnum si regna sint distincta, & non subsint jurisdictioni ejusdem Principis, veluti de Hispania, ad Galliam, & similia, nec etiam de jure communi fit remissio necessaria; potest tamen fieri remissio voluntaria, & quæ ex urbanitate procedit; in Cathalonia verò talis remissio voluntaria ad alia regna locum non habet, quia illi resistunt Constitutiones.*

10 *Si*

10 *Si Regna sint unita, & subsint jurisdictioni eiusdem Principis, si sint unita accessoriè fieri debet remissio, sin autem sint unita eque principaliter, nec de jure communi sit remissio necessaria, sed voluntaria.*

11 *In Cathalonia, nec tunc voluntaria remissio locum habet. Ubi decis. Senatus.*

12 *Limita in casu quo Iudex Provincia in qua delinquens degit ex defectu jurisdictionis, sive ratione domicilii, sive originis, sive alia causa illum punire non posset, & delictum sit adeò atrox, ut totius universalis Reipublica interesit illum non relinqui impunitum.*

13 *Decisio trium Aularum.*

14 *Declaratur doctrina Ferrer in observantiis.*

15 *Forma petendi remissionem delinquentis, cum observantia Senatus.*

16 *Remissio non est facienda, quando timetur aliqua violentia Iudicis requirentis.*

17 *In Cathalonia non est investiganda quastio, an Iudex originis, vel domicilii, qui causam prævenit, requisitus per Iudicem loco delicti, teneatur reum remittere, de qua remissive.*

18 *Quibus modis evenire possit, ut delicta remaneant impunita, & declaratur doctrina Crespi.*

19 *Criminosus qui ad Regna extera confugit non remanet impunitus, ut hic explicatur.*

20 *Iudex loci delicti cum territorio, vel licentia alterius Iudicis, illud ingreditur delinquentem capturus.*

21 *In levioribus delictis ad alia regna non fiunt remissiones delinquentium.*

22 *Decisio Senatus in qua de hoc Principatu ad regnum Aragonia, quia delicta erant atrocia, & criminosus non commisit in Principatu, nec Comitatibus aliquod delictum fuit facta remissio.*

23 *Alia decisio per extensum.*

24 *Casus remissionum de hoc Regno ad Regnum Valentia, cum conclusione Senatus.*

25 *Alia conclusio.*

26 *Alia conclusio Senatus.*

27 *Littera responsiva de hoc Regno ad Proregem, & Regium Concilium Regni Valentia.*

28 *Conclusio Regii Concilii pro remissione alterius criminosi ad Regnum Valentia.*

29 *Casus remissionis ad Supremum Concilium Regni Castella, & littera à Supremo Concilio Regni Castella, pro obtinenda remissione, & n.30.*

31 *Supplicatio qua petitur in hoc R. C. remissio criminosi ad Supremum Concilium Regni Castella.*

32 *Declaratio qua providetur dicta remissio.*

33 *Forma qua requiritur, ut delinquens capiatur ad effectum, ut possit remitti ad Iudicem requirentem.*

34 *Forma petendi per nostrum Regium Concilium à Locumtenentem Generali, & aliis ad quos spectet Regni Valentia, ut remittant reum captum.*

35 *Forma petendi remissionem Rei per nostrum Regium Concilium à Locumtenente Generali, et aliis ad quos spectat Regni Aragonum.*

36 *Forma petendi per nostrum Regium Concilium à Supremo Regio Concilio Regni Castella, ut remittat reum captum in carceribus Regiis Villa Matriti.*

1 CAUSÆ Vicariæ sunt tractandæ in eadem Vicaria, Const. *las causas 2. tit. de jurisdicciò de tots Iut.* hæc fuit extensa ad Bajulias, ut causæ Bajuliæ intra Bajuliam tractentur, Const. *ordenam 10. eodem tit.* Oliba *de jure Fisci cap.4.n.20* quæ id ampliat in omnibus causis, tàm civilibus, quàm criminalibus. Mieres *ad Cur. Reg. Petri Secundi, col.2.cap.15.par.1.pag.23.* Ferret *obser.c.471.par.3.* Peg. *decis.2.decis.18.in princ.& decis.66.* Font. *tom.1.claus.4. glos.11.num.32.cum seqq.* ex Const. *volents 13.d. tit. de jurisdicciò de tots Iut.* in qua disponitur quòd causæ, tàm civiles, quàm criminales debeant tractari in eadem Vicaria, seu Bajulia, adeò ut ad instantiam Procuratoris Fiscalis, vel alterius non possint extrahi personæ aliquæ de Vicaria, aut Bajulia Cathaloniæ, intra quas commiserint delicta, aut fuerint captæ, litteris, & provisionibus in contrarium factis non obedire præcipiens, en litteram: *Volents las Constitucion de Cathalunya, manant que las causas de la Veguería dins la Veguería, è las causas de la Ballia, dins la Ballia sian tractadas esser observadas planament, è à la letra, declaràn, ordenàn, è statuim las ditas Constitucions auer loc axi en las causas criminals, com civil, axi que à instancia del Procurador Fiscal, ne de algu altre no pugan esser tretas algunas personas de la Veguería, ò Ballia de Cathalunya, dins la qual auràn comes lo delicte, ò seràn presas: è qual seuol letras, rescrits, provisions, manaments, è altras cosas fetas, è fahedoras en contrari, sian ipso facto nullas, è que per algun Official, è altra qualsevol persona, no sian obeidas sens encorriment de alguna pena*, concordat *c.70. cur. anni 1599.*

In observantiam earum Constitutionum, & aliarum eidem applicabilium, in domo Deputationis hujus Principatus, fuit per Assessores illius Magistratus, & Consulentes adjunctos, multoties declaratum, remissiones delinquentium extra Principatum esse contra generales Constitutiones Cathaloniæ, signanter 28. Februarii 1607. dietarii triennii 1605. & 19. Septembris 1626. in facto Guillermi Dominici Malla dietarii triennii 1606. 2

Sed pro explicatione dictæ Constitutionis, in re tam usufrequenti, & administrationi justitiæ consentanea, ut scribit R. Mat. *de re crim. contr.10.in princ.* regulas proponam observatas in hoc Regno, & normam accipiam indubitatam ab his, quæ nobis scripta instituit litteratissimus Dominus meus Nobilis Joannes Baptista Pastor, quando sedebat in hoc R.C. nunc in S.C.R.A. Regens, quem ipse semper charissimum Ducem, & Præceptorem meum colui, & sui veneratus; est enim in comperto remissiones delinquentium de loco ad locum quinque modis evenire posse. Primò, de Vicaria ad Vicariam; seu de Bajulia ad Bajuliam R. Secundò, de Barone ad Baronem. Tertiò, de Barone ad Vicariam, vel Bajuliam Regiam, seu alium Ordinarium Regium. Quartò, de Vicario, vel Bajulo Regio, seu alio Ordinario Judice Regio ad Baronem. Quintò de Regno ad Regnum. 3

De Vicaria ad Vicariam, seu de Bajulia ad Bajuliam R. remissio, nec voluntaria, nec necessaria locum habet in Cathalonia: per tex. in dicta Const. *volents 13. tit. de jurisdicciò de tots Iut.* ubi ut supra habetur, disponitur quòd non possint extrahi personæ aliquæ à Vicaria, aut Bajulia Cathaloniæ intra quam commiserint delicta, aut fuerint captæ, quæ quidem ultima verba *aut fuerint captæ* notanter apponuntur in dicta constitutione, ut indè inferatur capientem habere debere jurisdictionem ratione originis, domicilii, vel aliàs, & proinde delinquens in alieno territorio si captus fuerit in loco originis, seu domicilii, ibi est puniendus, & non potest remitti ad Judicem loci delicti. 4

Casu autem quo Vicarius, seu Bajulus loci in quem delinquens aufugit, nullam in eum habet jurisdictionem, frustra quæritur de remissione facienda ad Judicem loci delicti (dempto casu speciali atrocitatis delicti, ut dicam *infra*) illa enim non à quocunque Judice loci ubi delinquens commoratur fieri potest, sed tantum ab eo, qui ratione domicilii, aut originis, alteriusve causæ habet jurisdictionem in ipsum delinquentem; quia si Judex nullam habet jurisdictionem, non poterit delinquentem capere. Peg. cum Senatu *decis.2.per totam, & decis.66. nu.* 19. ubi rationem reddit; quia qui remittit, debet aliquam cognitionem habere, anteaquam remittat. Gratianus *discep. foren. to.2.c.* 389. *num.*50. & 51. Guazz. *def reor.1.cap.17.num.*3. *& seqq.* aliàs namque si jurisdictionem non haberet in reum, tanquam captus à privata persona censeretur possessione fuæ libertatis spoliatus, & in suam pristinam libertatem ante omnia foret restituendus. Peg. *d. decis.66.num* 19. *vers. nec officit:* sequitur ergo non posse fieri remissionem delinquentis de Vicaria ad Vicariam, nec de Bajulia ad Bajuliam, sed in Bajulia, vel Vicaria in qua criminosi delinquerunt, aut capti fuerunt, puniendos esse censuit Font. *de pactis primo claus.4.glos.11.n.34.* 5

Inter Barones locum non habet remissio necessaria in Cathalonia, quia dicuntur Reguli, & unus alteri non tenetur obedire. Peg. *decis.2.num.4.vers. præterea, & dec.66.n.* 7. & aliàs affirmant Sanfel. *decis.68.num.*16. Tondut. *de prævent. judi. par.2.cap.11.num.* 14. voluntaria verò remissio, quæ sponte fit, & ex urbanitate procedit, non est inter ipsos prohibita, quia in dicta Const. non comprehenduntur terræ, & Officiales Baronis; ut declarat Font. *dict. claus. 4.glos.11.n.33.* quod intellige (ut jam supradiximus in primo casu) præsupposita habilitate in Barone remittente, hoc est quod habeat jurisdictionem in reum. Peg. *d. decis. 66. num.19. vers. non officit*, ubi asseritur, non obesse illud quod 6

dicitur in Cathalonia tantùm habere locum remissionem voluntariam (quod regulariter in Baronibus procedere potest) ac proinde ex parte Judicis requisiti nullam ad remittendum requiri jurisdictionem, cum voluntaria remissio sponte, & ex urbanitate procedat; quia respondetur quod hoc, quod dicitur in Cathalonia voluntariam, remissionem tantum habere locum, non esse intelligendum de mere voluntaria, sed de voluntaria commixta cum juris communis necessitate; hoc est, quod in casibus in quibus jus commune necessitat Judicem ad remittendum, tunc in hoc Principatu Judex requisitus utetur suo arbitrio, an velit remittere, vel non, & ita dicitur remissio voluntaria; at vero in casibus in quibus de jure remissio fieri non debet, non erit in voluntate Judicis remittere, vel non remittere; & tunc cessat voluntaria remissio. Et ita censuit Senatus in causa relata per dictum Peg. *decis.* 2. *in fine & decis.* 66. *nu.* 19. *vers. nec officit.*

7 De Barone ad Vicarium, seu Bajulum Regium, tantùm locum habere potest remissio voluntaria, eisdem modo, & forma quibus de Barone ad Baronem dictum est.

8 De Vicario, seu Bajulo Regio ad Baronem, nec necessariæ, nec voluntariæ remissioni locus esse potest, propter rationes superius allegatas, & adductas, dum egimus de remissione delinquentis, de Vicaria ad Vicariam.

9 Tandem de Regno ad Regnum, si Regna sint distincta, & non subsint jurisdictioni ejusdem Principis, veluti de Hispania, ad Galliam, & similia, nec etiam de jure communi fit remissio necessaria; potest tamen fieri remissio voluntaria, & quæ ex urbanitate procedit, jure communi inspecto. Carleval *de judiciis, lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *n.* 827. & 831. recitat Fermosinus *in cap. postulasti* 14. *quæst.* 8. *num.* 1. *de for. comp.* Sanfel. *decis.* 68. *num.* 15. ubi de consuetudine universali Italiæ, & *decis.* 138. *num.* 3. Guazzin. *def.* 1. *cap.* 17. *num.* 24. de materia Merlinus *cent.* 1. *cons.* 95. *tota* in Cathalonia verò talis remissio voluntaria ad alia regna locum non habet, cum illi resistant Constitutiones, & consuetudo, de qua infra.

10 Si verò Regna sint unita, & subsint jurisdictioni ejusdem Principis, distinguendi sunt duo casus; primus, aut sunt unita accessoriè, ita ut unum alteri accedat, & fiat unum cum illo, regaturque legibus illius cui accedit, ut sunt unita Regno Castellæ Indiæ Occidentales, & Regno Lusitaniæ Indiæ Orientales, & nostro Principatui Cathaloniæ Comitatus Rossillionis, & Ceritaniæ, & tunc de jure Romanorum fieri debet remissio ad Judicem loci delicti, & locus est remissioni necessariæ. Secundus, aut non sunt unita accessoriè, sed æque principaliter, & unumquodque regitur suis legibus, quemadmodum regebatur ante unionem, & tunc nec de jure communi locum habet remissio necessaria. Carleval. *de judiciis d. disp.* 2. *à n.* 827 Sanfel. *d. dec.* 68. *n.* 15. & de consuet. universali Italiæ *dec.* 138. *num.* 3. Guazzin. *def. reor.* 1. *c.* 17. *n.* 27. bene verò voluntaria, & eam facilius fieri posse, ait Tondut. *de prævent. par.* 2. *c.* 11. *n.* 13. quàm de Regnis diversis Principibus subjectis.

11 In Cathalonia verò, nec tunc voluntaria remissio locum habet, & sic eas remissiones inter Principatum Cathaloniæ, & Regna Neapolis, Siciliæ, Castellæ, Navarræ, Aragoniæ, &c. fieri non posse testatur Peg. *d. decis.* 66. *num* 8. 9. & 10 Font. *de pac.* 1. *claus.* 4. *glos.* 11. *à num.* 38. & *num.* 60. ubi quod pro observantia Constitutionum 1. & 13. & aliarum applicabilium *tit de jurisdictione de tots lut.* Deputati obtinuerunt à sua Regia Majestate famulum quendam Antonii Perez, qui fuerat captus in Cathalonia, & remissus ad Matritum per Excellentissimum Dominum Locumtenentem Generalem, ad præsentem Principatum reduci, ac restitui.

12 Limitat antedicta Peg. *d. decis.* 66. *num.* 12. & *seqq.* in casu quo Judex Provinciæ in qua delinquens reperitur, ex defectu jurisdictionis, sive ratione domicilii, sive originis, sive alia causa illum punire non posset, & delictum sit adeò atrox, ut totius universalis Reipublicæ interesse illud non relinqui impunitum.

13 Sic die 13. Martii 1603. congregatis tribus Aulis Regii Senatus, in facto propositionis factæ per Dominum Proregem, fuit deliberatum remissionem fieri posse per ipsum Proregem, & Regium Senatum Cathaloniæ, ad Proregem, & Regium Concilium Regni Aragonum de personis exteris, & in casibus, & delictis in quibus de jure remissio locum habere potest, & nota quod Senatus Regni Aragonum pro facto, quod tunc occurrebat, cum litteris requisitoriis in debita forma expeditis, certioraverat Regio Concilio Cathaloniæ de delicto in dicto Regno commisso, quod erat atrox, ut attestatur Regent. Sen. Gamis *in observat. manuscrip. ad dic. Constitut.* 13. *tit. de jurisdic. de tots lut.* ubi addit id deliberatum fuisse, quia delinquens non erat originarius, nec domiciliatus huius Principatus, aliàs enim non fuisset remissus, imò puniendus foret in Cathalonia; quia juxta generales Constitutiones, causæ, tam civiles, quàm criminales à Principatu extrahi non possunt, dictis Const. 1. & 13. *tit. de jurisdic. de tots lut.*

Sic etiam venit intelligendus Ferret 3. *part. observ.* 14 *à num.* 1. *cap.* 100. qui refert quod R. A. cum causæ cognitione, & præcedente magna discussione declaravit capturam cujusdam Aragonensis per Subvicarium Ilerdæ validam fuisse, etsi dictus Subvicarius nullam haberet jurisdictionem in Aragonensem, nec ratione delicti, nec ratione originis, nec domicilii, & licet *num.* 3. *vers. ex prædictis* dicat superfluum esse in Cathalonia disputare de veritate quæstionis illius, an remissio fieri possit de uno territorio ad aliud, non tamen negat in atrocissimis fieri posse.

Notandum superest, quod in casu quo locus est voluntariæ remissioni, in Cathalonia, Judex loci delicti tenetur 15 mittere litteras requisitorias in debita forma, in juris, & justitiæ subsidium expeditas, ad Judicem qui captum detinet delinquentem, ut ad Judicem requirentem puniendum transmittat, in quibus quidem litteris Judex requirens tenetur summariam delicti cognitionem interferere; quia ad hoc, ut fiat remissio ad locum delicti esset necessaria quædam summaria criminis cognitio, & probatio, ne alioquin quis innocens infamia notetur. Peg. *decis.* 2. *num.* 5. & *decis.* 66. *num.* 17. sequitur Merlinus *cent.* 1. *cons.* 95. *num.* 20. & *seqq.* & declaravit Senatus junctis Aulis, die 13. Martii 1603. desuper citatus, & recitat Xam. *def.* 101. *nu.* 12. ubi asserit pariter declaratum ad debitam remissionem faciendam non esse necessarium, quod mittatur processus, nec illius copia, sed sufficere, quod in litteris requisitionis fiat relatio aliqua brevis, & summaria probationis delicti, propter quod remissio petitur, comprobat Tondut. *de prævent. par.* 2. *c.* 11. *num.* 12. Guaz. *def. reor.* 1. *cap.* 17. *num.* 4 *cum seqq.* & ab ipsis allegati, declarat Crespi *obs.* 74. *num.* 20. Vela *de delictis, lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 11. attestor in remissionibus instatis de meo tempore, fuisse semper missam à Judice requirente, ad Judicem requisitum, copiam authenticam inquisitionis criminalis.

Hæc tamen remissio facienda non est, quando timetur 16 aliqua violentia Judicis requirentis, quia tunc Judex requisitus non debet reum tradere, Peg. *decis.* 66. *nu.* 20. vel quando timetur verisimiliter de Judice requirente, eum in ea causa justitiam non administraturum, quod duobus modis contingere potest. Primò cum creditur Judicem per commissionem non puniturum delictum ob amicitiam cum reo, aut ejus cognatis, aut ob nimiam rei potentiam, aut ob alias causas. Secundò cum existimatur, Judicem nimis acriter, aut severè puniturum reum, aut verius sub prætextu justæ punitionis acerbam de eo sumpturum vindictam, aut esse inimicum litigatoris, Carleval. *de judic. disp.* 2. *num.* 862. sic die 8 Martii 1596. fuit conclusum non esse locum remissioni ad Reg. Valentiæ, de persona Joannis Sansò Valentini; quia timuerunt Senatores illius acerbam nimis punitionem, quia per homicidium rixosum erat jam ad mortem damnatus, quam pœnam evadere non posset, si fuisset remissus.

Cum igitur in Cathalonia numquam sit locus remissioni 17 necessariæ, non est investiganda difficilis illa quæstio, an Judex originis, seu domicilii, qui causam prævenit, & præoccupavit, sive ex Officio, & per inquisitionem, sive per accusationem, & instantiam partis, requisitus per Judicem loci delicti teneatur reum remittere ex necessitate, de qua videndi sunt Carleval. *de judic. d. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *à num.* 804. Dom. Vicecan. Crespi *obser.* 74. *ex num.* 1. Guazz. *def.* 1. *cap.* 17. *tot.* Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.* 5. *n.* 13.

Infertur ex omnibus supra habitis, in atrocissimis, à 18 Principatu ad Regna quæ subsunt eidem Principi, & Regi remissiones delinquentium concedi; sed adhuc conqueritur Excellentissimus Crespi *obs.* 74. *num.* 2. de hoc Principatu, qui vix delinquentes remittit, in Reipub. damnum cujus interest malis hominibus Provinciam purgare, *l.* 3. *in fin. ff. de Offic. præsidiis*; verùm huic asserto tripliciter satisfacere intendo; primò transcribendo illa quæ ad punctum doctè ponderaverat Carleval. *de judiciis disp.* 2. *quæst.* 7. *num.* 848. ibi: *Non colligi ex hac sententia delicta manere impu-*

impunita, quod publicæ utilitati foret adversum. Duobus enim modis potest contingere delicta manere impunita. Primò, quoniam à legislatore illis pœna non sit imposita, aut non sint ab illo prohibita, sed permissa; aut quia incuria Judicis, & convenientia dissimulentur omissis necessariis mediis ad illorum punitionem. Hoc autem esset maximum vitium, tum legum, tum magistratus, Reipublicæque maxima pernicies. Secundò, quoniam per accidens, & causa, delicta non possint puniri, quia criminum reus aufugiat, vel latitet, aut tam occultè peccet, ut delictum probari non possit; hoc autem nullum est incommodum, divina enim providentia disponente, sine ullo legislatoris, aut Magistratus vitio qui omnem curam, & diligentiam, quam potest adhibeat in purganda malis hominibus Republica, persæpe contingit, ne omnia peccata nunc suis plectantur pœnis: multa enim futuro judicio reservantur, sic docente Divo August. lib. 1 de Civit. Dei c. 8. & D. Gregorio lib. 5 moralium cap. 15. & lib. 26. cap. 17. & infra alibi : *Ille enim per accidens, & casu consequitur impunitatem, eo quod pervenerit ad locum, ad quem, neque potestas legum, neque jurisdictio Regis, & Judicis loci delicti se extendit, & in quo eum, tametsi velit punire non potest; neque item Judex præpositus eidem loco, quoniam nullam causam habet eum puniendi, cum non sit Officii sui crimina ubicunque commissa punire. Quæ rationes consuetudine etiam receptissima, & omnium gentium moribus confirmata sunt, & approbata.*

19 Ulterius *num.* 849. ibi : *Secundò, respondendum est criminis reum qui ad Regna extera, ejerosque Principatus profugus confugit, ac per ea loca peregrinatur non manere impunitum, eo quod pœnam sanguinis effugiat,* & ibi : *Quid quod? Non parva pœna est exilium illud voluntarium, quod profugus sibi ipsi imponit, si voluntarium dici potest; amissa Patria, procul ab amicis, & consanguineis, interdum absens à liberis, & uxore, charissimis pignoribus, advena, & peregrinus per extranea loca expositus ignotorum injuriis, improperiisque peregrinationis, juxta sententiam sapientis, Ecclesiastici 29. num. 30. Hæc judicetur impunitas? Imò verò pœna non exigua, ut in l. aut facta, §. eventus, ff. de pœnis.*

20 Secundò, responsum habeo ex Font. *de pac. 1. claus. 4. glos. 11. num. 39.* in illis verbis : *Sed quid, dicendum ne erit posse reum intra Cathaloniam in tuto esse, ut non possit capi, maximè quando pervenit in eum locum, ubi judex in eo nullam habet jurisdictionem? Certè non, superest enim remedium, quod supra dicebamus, ut Judex loci delicti cum territorio, & de licentia alterius, eò ingrediatur delinquentem capturus, vel aliud excogitet, qui eo opus habebit: non enim sunt transgredienda faciliter leges, quæ in Cathalonia remissiones prohibent.*

21 Tertiò, quia jam ex enarratis, & adhuc ex allegandis in atrocissimis, vel atrocioribus in Cathalonia fiunt remissiones delinquentium ad alia Regna Dom. N. Regis, quod consentaneum juri censeo, nam in leviotibus delictis, vel in his pro quibus civiliter agitur non conceditur remissio, sed tantum in gravibus, & atrocibus. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 38. *ver. scias tamen*, Farinac. *in prax. quæst.* 7. *num.* 36. & alibi laudatis Guaz. *def. reor. 1. cap. 17. nu.* 11. ajens quòd in levibus non possunt sequi errores, vel affinium consolationes, ex quibus remissio fieri solet, & latè ibi : Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. num.* 853. Crespi *obs.* 74. *num.* 19.

Casus in quibus, de hoc Principatu ad Regnum Aragoniæ fuerunt factæ remissiones delinquentium.

22 Die 22. Novembris 1595. fuit conclusum quod Michael Barber Aragonensis remittatur ad Judicem Ordinarium Sancti Stephani de Littera Regni Aragonum, & quod pro his accedat alius ex Regiis Algurziriis ad Civitatem Ilerdæ, & ad manus apprehendat dictum Barber, & illum in confinibus Principatus, dictæ Justitiæ, seu ejus Officialibus, firmata Apoca tradat, & pro his, &c. Attento, quod non commisit in Principatu, nec Comitatibus aliquod delictum, & attento quod delicta commissa in Aragoniæ Regno, quorum fit relatio in dictis litteris sunt atrocia: similem conclusionem invenies eisdem verbis super propositione facta per suam Excellentiam, pro remissione petita per eosdem de persona Jacobi Corbera die 15. Januar. 1596.

23 Sic *die* 21. *Februarii* 1607. *Barcinonæ in Regio Caldero Decis. Pars I.*

Concil. Præsidente sua Excellentia interfuerunt sequentes.

Magnificus Hieronymus Torner R.
Jacobus Pineda F. A.
Michael Calbà, & de Vallesca.
Franciscus Bonet.
Laurentius Jover.
Michael Sala.

In facto litterarum requisitoriarum à Curia Gubernatoris Comitatu Ripacurciæ Regni Aragonum die 26. Januarii 1607. emanatarum, & Magnifico Regenti Cancellariam, instantibus Ludovico Constanti Infanzono regio Alguzirio dicti Regni, & Philippo Ludovico Preves Procuratore partis instantis, præsentatarum quibus in effectu ex parte dicti Gubernatoris instatur, & requiritur Joannem Gili, & Ioannem Labacus Aragonenses in posse R. C. pro portu archibusii parvi, sive pedrenyal captos, & detentos, & ut in prædictis litteris asseritur, in Curia dicti Gubernatoris delatos, & convictos tanquam contumaces ad mortem naturalem condemnatos pro nece, per dictos Joannem Gili, & Ioannem Ludovicum Labacus proditorie, & per assassinum perpetrata in Villa de Benavarri Regni Aragonum in personam Michaelis Galaro Thesaurarii Domini Regis, in dicto Comitatu Ripacurciæ ad dictum Gubernatorem, seu ejus Curiam remitti, ad effectum ut in loco in quo dictam necem perpetrarunt possint condigna pœna puniri, & aliàs prout in dictis litteris continetur, visis dictis litteris, à dicta Curia Commitatus Ripacurciæ emanatis, visis potestatibus dictorum Ludovici Castany, & Philippi Ludovici Preves, visa remissione per Excellentissimum Locumtenentem hujus Principatus Cathaloniæ, dictis Joanni Gili, & Joanni Ludovico Labacus de dicto portu archibusii, de quo in hac regia Curia hujus Principatus Cathaloniæ erant impetiti, facta. Visis aliis videndis, facta relatione per Hieronymum Torner Regentem regiam Cancellariam, fuit conclusum quod dicti Ioannes Gili, & Ioannes Ludovicus Labacus Aragonenses remittantur dicto Gubernatori Comitatus Ripacurciæ, & eius Curiæ, & pro his expediantur litteræ, seu aliæ provisiones opportunæ, juxta R. C. stylum. Illud exemplar est totaliter adæquatum pro confirmatione resolutionis stabilitæ, nam delictum erat ex atrocissimis, delinquens exterus, & quia propter remissionem non poterat puniri in Cathalonia ratione portus archibusii, prius illi de hoc crimine facta remissio.

Nota insuper, quòd in illo exemplari fuit facta abolitio per Excellentissimum Locumtenentem hujus Principatus Cathaloniæ reis (quorum remissio petita fuit) de delicto portus archibusii, de quo in Regia Curia, ejusdem Principatus erant impetiti; aliàs namque si eis talis abolitio facta non fuisset, nec remissioni locus esset, quia respectu delicti portus archibusii haberet Regium Criminale Concilium jurisdictionem in reos ad eos puniendum pro illo delicto; & ut supra habetur tantum fieri potest illa remissio delinquentis, quando Judex Provinciæ, in qua delinquens repetitur, ex defectu jurisdictionis, videlicet originis domicilii, vel delicti, illum punire non potest, ex Peg. *dec. 66. num.* 12. & sic quia delictum portus archibusii erat leve, habito respectu ad delictum pro quo repetitio, & remissio petebatur, ad tollendum obstaculum jurisdictionis Judicis requisitis, fuit ab eo facta abolitio illius delicti de quo cognoscere potuit, ut possent remitti rei ad Judicem delicti atrocis, & condigna pœna puniri valerent, & hoc etiam observatum invenitur in aliis exemplaribus, infra allegandis, & faciunt tradita per Crespi *obs.* 74. *n.* 22.

Casus remissionum, de hoc Principatu ad Regnum Valentiæ.

Die Sabbati 12. *Novembris* 1593. *Præsidente Excellentissimo Domino Locumtenente generali, intervenerunt cum eo.*

Magnificus Regens regiam Cancellariam.
Hieronymus Planes.
Franciscus Puig. Reg. Thesaur.
Franciscus Vbach,
Iosephus Mur.

In facto propositionis factæ per suam Excellentiam, super pretensione Deputatorum Principatus Cathaloniæ, qui suæ Excellentiæ per personas, ad eum missas verbo exponi fecerunt, remissionem factam per suam Excellentiam Locumtenenti Generali Regni Valentiæ de persona Gasparis Navarro Valentini fieri non potuisse, obstantibus, ut per

UAB Biblioteca de Ciències Socials

eos prætenditur, Generalibus Constitutionibus Cathaloniæ, disponentibus causas Bajuliæ intra Bajuliam, & Vicariæ intra Vicariam tractari debere, & prohibentibus causas, tam civiles, quàm criminales à Cathalonia extrahi, & proindè dictam remissionem revocari, & personam dicti Navarro, ad hunc Principatum restitui petierunt; & attento quod in atrocioribus delictis similes remissiones plerumque factæ fuerunt, & attenta delictorum, quæ in Reg. Valentia dictus Navarro commisit atrocitate, & attento administrationi justitiæ id fieri in similibus delictis maximoperè convenit, prædictis, & aliis attendendis attentis, fuit conclusum dictam remissionem de persona dicti Gasparis Navarro Valentini fieri potuisse, nec per eam aliquibus Constitutionibus Cathaloniæ contrafactum fuisse.

Die 22. Junii 1678. Barcinonæ.

25 In Regio Concilio, Præsidente Nobili Josepho Rull regiam Cancellariam Regente, interfuerunt.

Nob. Josephus Balaguer F. A. 3. A. D.
Magnific. Michael de Calderò 3. A. D.
Nob. Petrus de Amigant 3. A. D.
Magn. Bonaventura Tristany I. R. C.

In facto litterarum requisitoriarum à R. A Regni Valentiæ die 10. Decembris proximè elapsi emanatarum, & Nobili Regenti Cancellariam, instante Bonaventura Torra Not. uti Procuratore Josephi Molina Not. alterius ex Fisci regii Procuratoribus dicti Regni, præsentatarum, quibus ex parte suæ Majestatis dicitur, & exortatur, & expressè à regia Audientia dicti Regni in subsidium requiritur, & rogatur, Augustinum Plancha agricolam dictæ Civitatis in posse Regentis Vicariam Dertusæ captum, & detentum, & ut in prædictis litteris asseritur, delatum, & inculpatum quod die 20. Novembris 1674. in Villa nova de Castello Regni prædicti noctis ingressio, jactu instrumenti manualis mensuræ unius palmi, & medii vulneravit Bartholomæum Marti agricolam in bracchio, eo quia prædictus Plancha inhonestam vitam gerebat cum Elisabet Joanna uxore prædicti Bartholomæi Marti, & quod die 23. Octobris, anni 1676. inter sextam, & septimam horas post meridiem, prædictus Plancha unà cum aliis hominibus armatis convocatis cum fractura fugam arripuit à Carceribus regii dicti Regni, & quod juxta forum 74. rub. de crim. dictus Augustinus Plancha prædictorum criminum, & delictorum remansit convictus, & confessus ad dictam R. A. Valentiæ remitti, & mandari dicto Regenti Vicariam Dertusæ, seu aliis ad quos spectet, quòd illum tradant in confinibus Regni Valentiæ Michaeli Borràs Regio Commissario dicti Regni, forma solita, ad effectum, ut possit condigna pœna puniri, prout in dictis litteris continetur: Visis dictis litteris, à dicta regia Audientia Valentiæ emanatis, visa potestate dicti Petri Sala, visa potestate Bonaventuræ Torras Notarii publici Barcinonæ ei attributa per dictum Molina die quarta junii 1677. Visis processibus in regia Audientia dicti Regni actitatis, in quibus habetur, dictum Plancha esse delatum, & inculpatum de prædictis in litteris requisitoriis enarratis. Visa supplicatione oblata pro parte dicti Procuratoris Fiscalis Regni Valentiæ, qua deducitur juxta regias Pragmaticas ejusdem Regni Valentiæ editas 26. Aprilis 1613. & 31. Augusti 1652. eorumque observantiam, pro jactu tormenti manualis statuitam esse pœnam mortis, eademque puniri domum alienam cum armis, & animo damnificandi aggredientem juxta forum 9. de malefactoribus, sicque uti reum dictorum criminum graviter, & atrociter deliquisse dictum Planca, maximè cum pro confesso habeatur pro fuga cum fractura regiorum Carcerum, & sit homo malæ qualitatis, & vagus per Regnum Valentiæ incedendo illius quietem publicam perturbaverit: ideò, & aliàs facta relatione per Nobilem Doctorem Josephum Rull Regentem regiam Cancellariam fuit conclusum, quod dictus Augustinus Plancha remittatur dictæ Audientiæ Regni Valentiæ, & quod mandetur dicto Regenti Vicariam Dertusæ, seu ejus Subvicario, & aliis ad quos spectet, quatenus prædictum Augustinum Plancha in Carceribus ejusdem Civitatis Dertusæ detentum, tradant in confinibus Regni Valentiæ dicto Michaeli Borras Regio Commissario Regni supradicti; & pro his expediantur littera, seu aliæ provisiones opportunæ, juxta Regiæ Curiæ stylum.

26 Alia decisio, Die 8. Decembris 1678. Barci. in R. C. Præsidente Nobili Josepho Rull regiam Cancellariam Regente, interfuerunt sequentes.

Magn. Joannes Baptista Pastor F. A.
Nobilis Josephus de Balaguer.
Magn. Michael de Caldero.
Nobilis Petrus de Amigant.
Magn. Michael Joannes de Taverner.
Magnificus Jacobus de Potau.
Magn. Bonaventura Tristany.

In facto litterarum requisitoriarum à R. A. Regni Valentiæ die 24. Septembris anni 1678. emanatarum, & Nob. Regenti Regiam Cancellariam (instante Bernardo Famada Not. Regio Collegiato Barcinonæ, uti substituto à Josepho Molina Not. Fisci Procuratore dicti Regni) præsentatarum, quibus ex parte suæ Regiæ Majestatis dicitur, & exortatur, & ex parte R. A. ejusdem Regni in subsidium juris, & justitiæ requiritur, & rogatur, Vincentium Garcia agricolam loci de Beniopa, postea in loco de Miramorante dicti Regni Valentiæ habitatorem in Villa de Rindoms captum, & detentum, & ut in prædictis litteris asseritur in Curia Assessoris Generalis, & in Curia Procurationis, & Bajuliæ Generalis Ducatus Gandiæ delatum, & inculpatum, quòd die 7. Januarii 1674. cum iissent Bajuli, & Procurator Generalis Civitatis, & Ducatus de Gandia ædes Antonii Bellisò, & Francisci Bellisò sitas in loco de Beni pescar, causa illos capiendi propter plurima delicta, per eos commissa, dictus Antonius Bellisò jactu tormenti manualis interfecit Ignatium Crespo de comitiva præmissorum Officialium justitiæ, validam faciendo resistentiam, & eo delicto patrato memoratus Vincentius Garcia, & alii associati cum prafato Francisco Bellisò projecerunt varios jactus tormentorum manualium contra personas declaratæ comitivæ Officialium justitiæ, nonnullos vulnerando, ob quæ tanquam contumaces, idem Vincentius, & alii fuerunt condemnati ad mortem naturalem, et ad alias pœnas in Curia Procuratoris, et Bajuliæ Generalis dicti Ducatus Gandiæ 19. Maii 1674. et quod die 25. Octobris 1667. in loco de Vilamar proditorie, et per insidias hora cauta jactibus tormentorum mannalium occidit unà cum Aliis Andream Manyò, et ingressus deindè domum jam dicti Manyò furtò subtraxit diversas vestes, et alias res, ad dictam R. A. Valentiæ remitti, et mandari Bajulo Villæ de Rindoms, seu aliis ad quos spectet, quod illum tradant in confinibus Regni Valentiæ Alguzirio regio nominando, seu Commissario nominato in litteris dictæ regiæ Audientiæ Regni Valentiæ forma solita, ut in loco in quo deliquit possit condigna pœna puniri, prout in dictis litteris continentur. Visis dictis litteris à R. A. Valentiæ emanatis, visis processibus in dictis Curia Assessoris Generalis, et in prænominata Curia Procuratoris, et Bajuliæ Generalis Ducatus Gandiæ actitatis, et relatione evocationis causæ ad R. A. Valentiæ, in antedictis litteris expressa, visa potestate dicti Bernardi Famada, viso processu in regia Curia actitato contra dictum Vincentium Garcia delatum, et inculpatum quod de mense Novembris 1677. coadunatus cum aliis hominibus Valentinis pessimæ qualitatis, armatus tormentis manualibus incedendo per Campum Tarraconæ perturbabant illius pacem publicam, visa remissione per Excellentissimum Dominum Locumtenentem Generalem hujus Principatus dicto Vincentio Garcia de dicto delicto, facta de quo delicto in regia Curia erat impetitus facta relatione per Nob. Josephum Rull Regentem regiam Cancellariam fuit conclusum, quod memoratus Vincentius Garcia remittatur regiæ Audientiæ regiæ Valentiæ, et quod ad hunc effectum aliquis ex regiis Alguziriis ad manus suas apprehendat prædictum Vincentium Garcia ad præsens detentum in regiis Carceribus hujus Civitatis Barcinonæ, et illum in confinibus Regni tradat Alguzirio, seu Commissario regio nominato, seu nominando, ut in litteris à dicta regia Audientia Regni Valentiæ emanatis continetur, forma solita, et pro his expediantur litteræ, seu aliæ provisiones opportunæ juxta regiæ Curiæ stylum.

Sequuntur littera responsivæ de hoc R. C. ad Excellentissimum Proregem, & R. A. Regni Valentiæ.

Carolus Dei Gratia, Rex Castellæ, Aragonum, &c. Comes Barcinonæ, &c.

Alexander Dux, et Princeps de Bournonvillæ, Comes Hennini, etc. Auri velleris Eques, à Concilio Belli Supremo Domini nostri Regis, ejusque Locumtenens, et Capitaneus Generalis in præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& Comitatus Rossilionis, & Ceritania, & Capitaneus Generalis Regalis Exercitus Principatus ejusdem, Illustri Locumt. & Capitaneo Generali, pro eadem Regia Majestate in Civitate, & Regno Valentiæ, spectabili, Nobilibus, Magnificis Consiliariis, dilectis, & fidelibus Regiis, Gerenti Vices Generalis Gubernatoris in eodem Valentiæ Regno, Regenti Cancellariam, Doctoribus Regii Concilii, Alcaldiis, Judicibus, & Justitiis, Correctoribus, Alguziriis, justitiæ ministris, & quibuscunque aliis Officialibus, Judicibus, & personis quavis auctoritate, potestate, & jurisdictione fungentibus, & functuris in dicto Reg. Valentiæ, eorumque Locatenent. & eorum cuilibet salutem, & honoris continui incrementum. Noveritis quod die 2. mensis Decembris anni proximè prateriti 1678. nos quasdam recepisse papireas subsidiarias litteras vestri ex parte, & à dictis Valentiæ Regni Cancellaria emanatas, ad instantiam Josephi Molina Not. Alterius ex Fisci Procuratoribus suæ Maiestatis dictæ Civitatis, & Regni Valentiæ, & Petri Joannis Alenton Not. & Fisci Procuratoris Illustris Ducis de Gandia, Comitis de Oliva, &c. quarum data fuit in Civitate Valentiæ die 24. mensis Septembris proximè prateriti, Nobis, Nobilibus, & Magnificis, ac D.C. R. Regenti Regiam Cancellariam Doctoribus R. A. huius Principatus Cathalonia, & aliis Regiis Officialibus directas, quibus nos certiores redditos, in Villa de Riudoms huius Principatus, captum, & detentum existere Vincentium Garcia cultarem loci de Beniopa, qui habitare solebat in loco de Miramar dicti Regni Valentiæ, & ut in prædictis litteris asseritur delatum, & convictum de diversis criminibus, & delictis per ipsum unà cum aliis in dicto Regno Valentiæ perpetratis, latius in dictis Regiis litteris expressis, similiterque sententia lata die decima octava, mensis Maii, anni 1674. per Scribam Curiæ dicti Illustris Ducis de Gandia, Comitis de Oliva, &c. Condemnatum fuisse dictum Vincentium Garcia, una cum aliis ad mortem naturalem, & alias pœnas, fecisseque, & perpetrasse alia crimina, prout in dictis vestris litteris, & processibus contra eum actitatis continetur; cumque pro servitio suæ Maiestatis, & rectâ ministratione justitiæ æquum sit, similia delicta puniri in dicto Regno Valentiæ, ubi commissa fuerunt; idcircò per vos in juris, & justitiæ subsidium requisiti, & deprecati fuimus mandare justitiæ, seu Vicario, & aliis ad quos spectet dictæ Villæ de Riudoms, quatenus tradant, & liberent in confinibus dicti Regni Valentiæ Regio Alguzirio, & Commissario per vos nominando dictum Vincentium Garcia. ad effectum illum ducendi in dictâ Civitatem Valentiæ, & in Regios Carceres ejusdem, & in ejus personam exequutionem deducendi pœnas condignas juxta crimina, & delicta per ipsum perpetrata, pro ut hæc, & alia in dictis litteris cerni liquent: Deindè autem eademmet die legitimus Procurator dictorum Josephi Molina, & Petri Joannis Alenton comparens coram nobis, seu in nostro R.C. ad executionem præmissorum consequendam, quandam in scriptis obtulit supplicationem tenoris sequentis. Excellentissim Senyor, Vicens Garcia Llaurador, &c. inseratur supplicatio, & postea &c. Nos verò supplicationi prædictæ benignè annuentes illam providendam commisimus Nob. & D.C. R. Don Josepho Rull Regiam Cancellaria Regenti in dictis Principatu, & Comitatibus, per quem die, & anno supradictis provisum extitit, quod fiat processus unà cum exhibitis. Demque autem die Dat. præsentium, & infrascripta, legitimo præeunte processu, dictoque Nobili Regente Cancellariam referente, insequendo conclusionem in dicto nostro Regio Concilio factam, meritis dicti processus attentis, & attenta remissione per Nos facta dicto Vincentio Garcia de crimine, pro quo erat detentus, & captus in dicta Villa de Riudoms, provisum fuit, quod dictus Vincentius Garcia remittatur Regiæ Audientiæ dicti Regni Valentiæ, & quod ad hunc effectum aliquis ex Regiis Alguziriis, &c. inseratur provisio, & pro his expediantur litteræ, seu alia provisiones opportunæ, juxta Regiæ Curiæ stylum, cujus provisionis vigore, mandata ad debitam executionem dictæ provisionis expediri jussimus, & præsentes responsivas vobis in fidem, & testimonium præmissorum. Dat. Barcinonæ,

Die 14. Decembris 1679.

28 *In Regio Concilio, Præsidente Nobili Josepho Rull Regente Regiam Cancellariam, interfuerunt cum eo Nob. & Magnifici Doctores sequentes.*

Joannes Baptista Pastor Fisc. Adv.
Josephus Balaguer 3. A. D.
Michael de Caldero. 3. A. D.
Michael Joann. de Taverner I. R. C.
Jacobus de Potau I. R. C.

In facto litterarum requisitoriarum à R. A. Regni Valentiæ, die 28. Novembris proximè lapsi emanatarum, & Nob. Regenti Cancellariam? instante Francisco Albalat Portario Gubernationis Villæ Sancti Matthæi ejusdem Regni, ut Procuratore Petri Vinyes Not. Fisci Procuratoris Regii dicti Regni, præsentatarum, quibus ex parte Regiæ Audientiæ dicti Regni, in subsidium juris, & justitiæ requiritur, & rogatur Crisantum Gomis agricolam Villæ de Vilareal prædicti Regni, in posse Regentis Viariam Dertusæ, pro furto cujusdam equi (per eum in Regno Valentiæ commisso, cum quo fuit in dicta Civitate Dertusæ apprehensus) captum, & detentum, & ut in prædictis litteris refertur in Curia Locumt. Gerentis Vices. Generalis Gubernatoris Civitatis, & Regni Valentiæ delatum, & convictum, & tamquam convictum, & tamquam contumacem, ad mortem naturalem, & ad alias pœnas condemnatum pro nece, per illum 23 Feb. proximè perpetrata in itinere Regio circa dictam Villam de Vilareal, jactibus tormentorum manualium, vulgo escopetas, in personam Josephi Bellmuns, amputante ei postea, supradicto Crisanto Gomis auriculam lævam, & de aliis criminibus, & delictis, ad dictam Regiam Audientiam Regni Valentiæ remitti, & mandari Domino Regenti Vicariam Dertusæ, seu aliis, ad quos spectet, quod illum tradant in confinibus Regni Valentiæ supradicto Francisco Albalat Portario Gubernatoris Sancti Matæi dicti Regni, ad effectum ut in loco in quo dictam necem perpeiravit, possit condigna pœna puniri, prout in dictis litteris continetur, visis dictis litteris à dicta Regia Audientia Valentiæ emanatis. Visa potestate dicti Francisci Albalat, viso processu in Curia Dertusæ actitato contra dictum Gomis pro furto equi per eum commisso, & evocatione prædictæ causæ ad Regium Concilium facta, visa remissione per Excellentissimum Dominum Locumtenentem hujus Principatus dicto Crisanto Gomis de dicto furto, de quo in hac Regia Curia erat impetitus, facta, visis aliis videndis, facta relatione per Nob. Josephum Rull Regentem Regiam Cancellariam fuit conclusum, quod dictus Crisantus Gomis Valentinus remittatur dictæ Regiæ Audientiæ Regni Valentiæ, & quod mandetur dicto Regenti Vicariam Dertusæ, seu ejus Subvicario, & aliis ad quos spectet, quatenus dictum Crisantum Gomis in Carceribus prædictæ Civitatis Dertusæ adhuc detentum, firmata apocha tradant in confinibus Regni Valentiæ prædicto Francisco Albalat Portario dicti Gubernatoris Sancti Matthæi, & pro his expediantur litteræ, seu aliæ provisiones opportunæ, juxta stylum.

Casus remissionis ad Regnum Castellæ, cum supplicatione ad instandam remissionem, cum omnibus indè sequutis. 29

Nos Don Carlos, por la gracia de Dios, Rey de Castilla, 30 *de Leon, de Aragon, de las dos Cicilias, de Jerusalen, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdenna, de Cordova, de Consiga, de Murcia, de Jaen, de los Algarbes, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas, de Canaria, de las Indias Orientales, y Occidentales, Islas, y tierra firme del Mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgonna, de Brabante, y Milan, Conde de Asburg. Tirol, y Barcelona, Sennor de Vizcaya, y de Molina, &c. Duque de Bournonville, Virrey, y Capitan General de nuestro Principado de Catalunna, y los de nuestro Consejo criminal del; sabed que Don Juan Antonio de Otazo, y Heredia, en virtud de comission particular nuestra ha procedido, y procede contra los Complices en el robo de los vestidos, y otras alajas de la Imagen de Nuestra Sennora de la Granja, y muerte aleboſa del Hermitanno de su hermita, que está cerca de la milla de la Junquera, en que resultan culpados Lucas de Prades, y Matheo Medel Miranda, los quales has llegado à nuestra noticia se hallan presos en la Ciuead de Barcelona, aviendo ido en su seguimiento el dicho Don Juan Antonio de Otazo, y porque conviene à nuestro servicio sean traidos à la parte, y lugar que cometieron el delito, visto por los de nuestro Concejo, se acordò dar la presente, por la qual os encargamos, y requerimos, que luego que os sea mostrada entregueys, y hagays entregar las personas de los dichos Lucas de Prades, y Matheo Medel Miranda, al dicho Don*

Juan

Ivan Antonio de Otazo, para que con la custodia, y guarda necessaria, para su seguridad los trayga à la Carcel Real de dicha Villa de Iunquera, el qual os entregarà copia autentica de los actos, que contra los susodichos huviere fulminado sobre el referido delito, que para recebirlos, entregarse dello, y conducirlos en la dicha forma, le damos, y concedemos especial comission, y poder tan bastante, como es necessario, y en tal caso se requiere, que en lo assi cumplir, y executar nos hareys mucho servici, y plazer. Dada en Madrid à 22. dias del mes de Enero de 1685. annos.

YO EL REY.

Don Ivan Obispo de Iaen.
Licenciado Don Gil de Castejon.
Licenciado Don Ioseph de Salamanca, y de Forcallo.
Dr. Don Ioseph de Sanclemente.
Don Ivan de Andriano.

Regiſtrada por Don Joſeph Beles, Teniente, &c.

Don Ioseph Beles.

Yo Antonio de Cupide, y Apome Secretario del Rey nuestro Sennor, la hize escrivir por su mandado.

Locus † Sigilli.

Supplicatio qua petitur remissio criminosi ad Supremum Concilium Regni Castellæ.

EXCELLENTISSIM SENYOR.

31 *Lluch de Prades, y Matheu Medel Miranda del Regne de Castella, detinguts en les Presons Reals de la present Ciutat, robaren en la Hermita de Nostra Sennora de la Granja, junt al lloch de Iunquere, diferents prendes, y joyes de la Verge Sacratissima, y mataren proditoriament à Barthomeu Membrillera Hermità de dita Hermità, en lo dit Regne de Castella, als 19. de Noembre proppassat, com consta de la copia autentica del procès fulminat per comissio particular per sa Magestat (Deu lo guarde) per Don Ioan Antonio de Otazo, y Heredia; è com dits delictes sian estats, atroces, y dignes de castic; perco lo mateix Don Ioan Antonio de Otazo, y Heredia tenint comissio tambe particular de sa Magestat per a entregarse de dits dos presos, suplica à V. Excelencia sia servit manarli entregar aquells, y exhibeix ut inseratur, seu confuatur la copia de dit procès, lleires requisitorias despachades en forma de Cancellaria per lo Supremo, y Real Concell de Castella, firmadas de sa Magestat, y selladas ab lo degut Sello, en las quals tambe conста de dites comissions particulars, que perco sian fetas las provisions oportunas, y justicia ministrada. Officio. &c.*

Altissimus, &c.
Ameller.

Committatur Nobili Regenti regiam Cancellariam, qui super supplicatis debite provideat.

Prescripta per eundem Nobilem Regentem Cancellariam die 1. Februarii 1683. Barcinonæ.
Hieronymum Llampillas.

Recepta d. die, & anno fiat processus una cum exhibitis.

Don Michael de Cortiada Regens.

Sequitur provisio.

32 *Die prima Februarii 1683. visa supplicatione die præsenti oblata per Dominum Ioannem Antonium de Otazo, & Heredia, qua supplicat sibi tradi personas Luca de Prades, & Matthei Medel Miranda, Regni Castellæ vigore litterarum requisitoriarum à Supremo Regio Concilio Regni Castellæ emanatarum die 22. Ianuarii proximè elapsi, visis dictis litteris quibus à sua Excellentia, & Regio Cathaloniæ Criminali Concilio requiritur tradi dicto Domno Ioanni Antonio de Otazo, & Heredia personas dictorum Luca de Prades, & Matthei Medel Miranda in regiis Carceribus præsentis Civitatis Barcinonæ detentas. Attento quod dicti Lucas de Prades, & Matthæus Miranda sunt Castellani, & non constat, delictum commississe in Cathalonia, & quod propter delicta furti vestium, & aliorum supellectilium Beatissimæ Virginis Mariæ de la Granja prope Villam de la Iunquera Regni Castellæ in ejus Eremitorio; & homicidii proditorii in personam Bartholomæi Membrillera Eremitæ dicti Eremitorii fuit illius factus processus per dictum Dominum Ioannem Antonium de Otazo, & Heredia vigore specialis commissionis, per suam regiam Majestatem ei concessæ, & dicta delicta furti, & homicidii sunt gravia, & atrocia, & conveniens sit ut puniantur in loco in quo deliquerunt, insequendo conclusionem in Regio Concilio factam, providet, quod dicti Lucas de Prades, & Matthæus Medel Miranda tradantur dicto Domno Ioanni Antonio de Otazo, & Heredia, ad effectum illos asportandi cum custodia, & securitate necessariis ad Regium Carcerem Villæ prædictæ de la Iunquera, ut in prædictis habetur litteris, & pro his expediantur litteræ, seu alia provisiones opportunæ, juxta regiæ Curiæ stylum.*

Don Michael de Cortiada Regens.

A Regio Concilio Militiæ Sancti Jacobi Calatravæ, & Alcantaræ fuerunt aliæ expeditæ litteræ, petendo remissionem cujusdam Rei, prout sequitur.

Die 25. Maii 1612. in regio Concilio, Præsidente Magnifico Michaele de Calbà, & de Vallseca Regente regiam Cancellariam, interfuerunt sequentes.

Magnificus Franciscus Bonet F. A.
Don Petrus Soler,
Laurentius Jover.
Michael Sala,
Michael Rollan.

In facto litterarum requisitoriarum à R. Conc. Ordinum Militiæ Sancti Iacobi Calatravæ, & Alcantaræ 13. Aprilis anni præsentis 1612. emanatarum, & Michaeli de Calbà, & de Vallseca Regenti R. Cancellariam, ad instantiam Francisci Marquez, tam ut Commissarii, quàm ut Procuratoris Fiscalis, constituti à Don Petro Mexica de Jovar Milite dicti Ordinis Sancti Jacobi computatoris majoris Ordinis de Alcantara, præsentatarum, quibus in effectu ex parte dictæ Regiæ Majestatis, ut Administratoris dictorum Ordinum, & Regii Concilii eorundem Ordinum instatur, & requiritur, Lazarum Sandini de Sotomayor Regni Castellæ Thesaurarium Regiorum reddituum herbarum dicti Ordinis de Alcantara, in posse regiæ Curiæ, una cum ejus servo, pecuniis, & aliis papyris, & rebus secum apprehensis detentum, delatum quod provisus per regiam Majestatem in Thesaurarium Regiorum reddituum herbarum supradicti Ordinis de Alcantara dictæ regiæ Majestati pertinentium 20. Februarii 1611. & præstito per ipsum Sandini de Sotomayor 28. ejusdem mensis Februarii in debita forma, solito juramento in posse Regii Concilii Ordinum de bene, & fideliter in usu, & exercitio dicti Officii, & muneris Thesaurarii se habendo, receptis, & exactis quamplurimis quantitatibus, 11. Februarii proximè elapsi fidem frangendo decoxit, & cum quantitate plusquam decem decies dispendiorum, dictæ regiæ Majestati debitorum, quæ partim in pecunia numerata, & partim cum cambii litteris secum asportavit, aufugit, & recessit à Villa Matriti, ad dictum Concilium Ordinum remitti. Visa imprimis supplicatione oblata per dictum Franciscum Marquez dicti nominibus die 23. currentis mensis Maii. Visis dictis litteris requisitoriis, quarum data fuit in Villa Matriti 13. Aprilis proximè elapsi: Visis aliis litteris S. C. & R. Majestatis, sua Excellentia directis, datis Matriti die 18. ejusdem mensis Aprilis, visis aliis litteris vulgo nuncupatis sobre carta, à Regio Concilio Aragonum expeditis, datis Matriti 14. ejusdem mensis Aprilis. Visa potestate, & commissione dicti Francisci Marquez: Viso Regio Privilegio quo dictus Lazarus Sandini de Sotomayor fuit provisus in Thesaurarium dictorum reddituum Regiorum Ordinis prædicti Dat. Matriti die 20. Februarii 1611. Viso juramento per dictum Lazarum Sandini de Sotomayor præstito, ratione dicti Officii die 28. ejusdem mensis Februarii. Viso processu contra dictum Lazarum Sandini de Sotomayor in dicto Regio Ordinum Concilio facto, & per dictum Franciscum Marquez producto, & aliis videndis Visis, meritis processus attentis, & aliàs, facta relatione per Michaelem de Calbà, & de Vallseca Regentem regiam Cancellariam fuit conclusum, quod dictus Lazarus Sandini de Sotomayor Thesaurarius dictorum Regiorum reddituum Ordinis de Alcantara, cum ejus servo, pecuniis, papyris, & aliis rebus secum apprehensis, remittatur, & tradatur

dicto

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dicto R. C. Ordinum, seu dicto Francisco Marquez, dicto nomine cum petenti, & quòd pro his fiant, & expediantur litteræ, provisiones, & commissiones opportunæ, juxta regiæ Curiæ stylum; hæc conclusio est in folio 36.

Forma qua requiritur, ut capiatur delinquens ad effectum, ut possit postea remitti ad Judicem requirendum.

33 *Philippus Dei Gratia Rex Castellæ Aragonum, Legionis utriusque Siciliæ, Hyerusalem, Portugalliæ, Hungariæ, Dalmaciæ, Croaciæ, Navarræ, Toleti, Valentiæ, &c. Et pro sua Majestate.*

Ludovicus Guillelmus à Moncada, Aragon, Luna, & Cardona, Dux de Montalto, & Rivona, &c. Regius Cubicularius, Miles Ordinis Insignis Velleris Aurei, Capitaneus Generalis Militum Equestrium Regni Neapolis, Locumt. & Capitaneus Generalis in præsenti Civitate, & Regno Valentiæ. Serenissimo Don Joanni ab Austria Locumt. & Capitaneo Generali in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ, Nobilibus Magnificis atq; dilectis regiæ Majestatis, Regenti Cancellariam, & Doctoribus regiæ Audientiæ, & aliis quibuscumque Regiis Consiliariis, Vegueriis, Subvegueriis, Justitiis, & Officialibus quibusvis in dicto Principatu existentibus, quibus præsentes præsentatæ fuerint, deque infrascriptis quomodolibet extiterint requisiti, salutem, & regiam dilectionem. Noveritis quod coram nobis, & in hac S. R. A. Criminali Valentina personaliter comparuit Hieronymus Pastor Not. alter ex Regii Fisci Procuratoribus, qui supplicatione per eum dicto nomine oblata hodierna die, inter alia deduxit, & humiliter exposuit, quod sententia in dicta regia Audientia lata, ac per Vincentium Ferrera militem Regium Scribam mandati publicata vigesimo primo die Januarii anni prope elapsi millesimi sexcentesimi quinquagesimi tertii, in pœnam mortis naturalis, & alias pœnas condemnati fuerunt Nicolaus Segarra den Frances, Petrus Joannes Baldovi, Baptista Puig, Onuphrius Comes, & Joanne Baptista Secxoneras Villæ Peninsulæ, Josephus Pellicer nuncupatus lo Misatger, & Balthazar Segarra Villæ de Benicarlò, Josephus Gil nominatus, lo Calicho Villæ de Calig, & Josephus Planes oppidi de Alboraya, omnes præsentis Regni, ob homicidium patratum in Petrum Joannem Serrat Judicem Ordinarium Villæ Peninsulæ, & alia quamplurima delicta, prout latius in regia Sententia præcitata est videre, ob quam causam ab hoc Regno discesserunt, & per dictum Principatum ad præsens divagantur; Nobis propterea ad effectum capiendi personas supradictorum reorum, & delinquentium, & eos captos bene custodiendi, illosque ad nos suis casu, & loco remittendi, præsentes regias litteras requisitorias, modo quo infra vobis directas fieri, & expediri supplicavit; earum serie ad instantiam prædicti Hieronymi Pastor, quo supra nomine expresso, atque nostra certa scientia deliberatè, & consulto, ac regia qua fungimur auctoritate vos, & vestrum quemlibet ex parte prædictæ regiæ Majestatis, in juris, & justitiæ subsidium requirimus, & hortamur, ac ex nostra rogamus quatenus virtute præsentium capiatis, seu capere faciatis per Officiales, & Ministros vestros, personas supradictorum, & nominatorum delinquentium, illosque captos, & benè custoditos teneatis, certiores nos reddendo de dictis capturis, ut transmittere possimus Regium Commissarium, ad effectum illos per Vos, & Vestros Officiales ad Confinia Regni more solito remittendi, ibiq; tradi, & liberari mandandi d. Regio Commissario per Nos transmittendo, ut ad præsentem Civitatem deferantur, & debite juxta tenorem dictæ regiæ Sententiæ (cujus copiam in authentica, & pergamenea forma redactam vobis seorsum mittimus cum præsentibus) plecti, & puniri possint, offerimus enim pro vobis, & vestrum quolibet similia, & majora facturos quoties cumque parte ex vestra fuerimus requisiti. Dat. in Civitate Valentiæ die 2. Martii 1654. Don Antonio Juan. de Centellas Reg. Vt. Berenguer. Vt D Francesch Scorcia R. F. A.

In Curia xviii.
fol. lxiii.

Locus † Sigilli.

Vincentius Ferrera ex Provisione facta per Nob. Don Antonium Juan. de Centelles Regentem Cancellariam Visa per Berenguer An. Do & Don Franciscum Scorcia R. F. Adv.

Michael Garcia Reg.

Scriba mandati.

Forma petendi per nostrum Regium Concilium à Locumt. Generali, & aliis ad quos spectet Regni Valentiæ, ut remittant Reum captum.

Philippus Dei Gratia, &c.

Henricus ab Aragonia Folch de Cardona, &c Illustri Locumt. & Capitaneo Generali, pro eadem regia Majestate in Regno Valentiæ illoque Gerenti Vices Locumt. Gen. in eodem Regno, & demum omnibus singulis Officialibus, tam Regiis quam dicti Regni, ad quem, seu ad quos pertineat, & spectet, salutem, & prosperos ad vota successus. Humili supplicatione nobis, & in Regio Concilio oblata per Fisci Procuratorem regiæ Curiæ hujus Principatus Cathaloniæ, expositum fuit ad ejus notitiam noviter pervenisse, quod in Regiis Carceribus Civitatis Valentiæ captus detinetur Petrus Miralles, dictus Miralletas, naturalis Villæ de Monbrio, Archiepiscopatus Tarraconæ, Principatus Cathaloniæ, qui armatus instrumentis manualibus parvæ mensuræ coadunatus unà cum aliis facinorosis hominibus incessit per præsentem Principatum Cathaloniæ, & signanter in partitas Campi Tarraconæ, tranquillum statum dicti Principatus, & Campi perturbando, & inquietando, & quod in processibus regiæ Curiæ reperitur delatus, & incupatus de pluribus, & diversis delictis, & in eisdem processibus convictus de nece, per eum unà cum aliis facinorosis hominibus proditorie, & per insidia perpetrata jactibus instrumentorum manualium, die 26. Maii 1635. in personam Petri Padret loci de Monbrio in Regio itinere, quo itur à dicto loco de Monbrio ad Civitatem Tarraconæ, & alias partes; & quòd die Lunæ 1. Mensis Septembris anni prope elapsi armati tormentis manualibus, unà cum aliis facinorosis hominibus pariter armatis tormentis manualibus inter septimam, & octavam horas noctis violenter ingressi fuerunt domus Michaelis Fortunyo Medicinæ Doctoris, Villæ de Reus, Campi, & diœcesis Tarraconæ, situatæ in dicta Villa in vico, vulgò dicto den Santi, aliàs Vilanova, & cum vellent ab eo extorquere violenter pecunias, aurum, & argentum dicti Michaelis Fortunyo, & ipse inceperit petere auxilium vociferando, jactibus pugionum, & ensis dicti alfanja crudeliter illum vulnerarunt, ex quibus vulneribus illico mortuus remansit, & deinseps furto subtraxerunt à dictis domibus (frangendo arcas) pecunias, aurum, argentum, & jocalia in dictis arcis reperta, de quo gravissimo delicto, dicto, & depositione Petri Priol socii, & aliis legitimis probationibus, & indiciis ferè convictus extitit; & quod in anno 1634. dictus Petrus Miralles, aliàs Miralletas, in comitiva Petri Oriol, Francisci Heros dicti Xaco Heres, & aliorum facinorosorum hominum instrumentis manualibus domus Petri Royo, Villæ de Candasnos Regni Aragonum, & furto subtraxerunt ab eis pecunias, & alias res valoris plusquam mille librarum, de quo delicto in processu regiæ Curiæ reperitur imperitum, & de aliis plurimis, & gravissimis delictis, Pro quibus delictis dictus Petrus Miralles, aliàs Miralletas in dicta regia Curia fuit provisus de captura, ut de his omnibus latius est videre in dictis processibus in eadem regia Curia factis, & formatis. Cumque bona administrationi justitiæ, et quieti dicti Principatus expediat, ne tam gravia delicta remaneant impunita, quod ad dictum effectum cognoscendi de dictis criminibus, ut delictis, et ipsum Petrum Miralles, aliàs Miralletas puniendi, et castigandi juxta merita processuum, remitatur à dicto Regno Valentiæ, in quo ut prædicitur captus detinetur, ad nos, et Regium Concilium; propterea, et aliàs dictus Fesci Procurator regiæ Curiæ humiliter supplicavit, provideri mandari, quòd dictus Petrus Miralles, aliàs Miralletas in dictis Regiis Carceribus Valentiæ detentus, ad nos, et Regium Concilium remittatur, ut ipse debitè puniri, et castigari valeat pro dictis criminibus, et delictis, per eum, ut præfertur, commissis, et perpetratis, et pro his de litteris requisitoriis subsidiariis opportunis provideri mandari, cum certificatione quod deducta, et expressa in præsenti supplicatione, modo prædicto probata existunt in processibus dictæ regiæ Curiæ, et in omnibus justitiæ complementum fieri, et ministrari, prout in eadem supplicatione continetur Nos dicta supplicatione benignè exaudita illam ad providendam remissimus Magnifico, et dilecto Consiliario Regio Josepho Massò V. I. D. Judicique regiæ Curiæ præsentis causæ Relatori, cujus provisionem

facto

facto verbo in Regio Concilio die presenti, & subscripta factam insequentes, tenore præsentium in juris, & justitiæ subsidium, ex quo una Curia aliam juvare tenetur in his quæ juris sunt, & ne delicta per supranominatum Petrum Miralles, aliàs Miralletas commissa, & perpetrata impunita remaneant, ex parte prefata Sacræ Cathaloniæ, & regiæ Majestatis, & authoritate Officii, qua in hac fungimur parte, vos requirimus, & hortamur, & ex parte nostra deprecamur attente, quatenus visis præsentibus remittere faciatis nobis, & dicto Regio Concilio hujus Principatus Cathaloniæ dictum Petrum Miralles, aliàs Miralletas, ut per nos, & Regium Concilium debitè puniri, & castigari possit, & valeat, pro prædictis per eum commissis delictis, & ad dictum effectum eum tradatis, & liberetis dilecto Alguzirio Regio Michaeli Bola per nos ad id destinato, in Confinibus dicti Regni Valentiæ, & dicti hujus Principatus Cathaloniæ, ut illum in posse nostri adducere possit; certificantes Vos cum præsentibus, quod supranominatus Petrus Miralles, aliàs Miralletas est accusatus, & convictus de dictis delictis, offerentes nos pro vobis, & cultu justitiæ, nedum similia, verùm & multò majora facere, suo adveniente casu. Dat. Barcinonæ die 23. Januarii, anno 1637.

Don Michael Sala Regens.

Ut. Gaspar de Caldès, pro Regente Thesauriam.
Ut. Ferrus F. A.
Ut. Mari.

Michael Bertran, ex provisione facta per Nob. Regentem Cancellariam, visa per Gasparem de Caldès, pro Regente Thesaurariam, Ferrus F. A. & Mari Relatorem.

In Curia Locumt. viiii.
fol. j.

Forma petendi remissionem Rei per nostrum Regium Concilium à Locumtenente Generali, & aliis, ad quos spectet Regni Aragonum.

Philippus Dei Gratia, &c.

Henricus ab Aragonia Folch de Cardona, &c. Illustribus, spectabilibus, & Magnificis Consiliariis Regiis, Locumt. & Capitaneo Generali, Gubernatori, Assistenti, Regenti Cancellariam, & aliis Præsidibus, pro Sacra Catholica, & Regia Majestate in Regno Aragonum, Cæteriisque dilectis, & fidelibus Regiis universis, & singulis Officialibus Judicibus, justitiis, & personis, tam Regiis, quàm aliis quacumque authoritate, Officio, præeminentia, & jurisdictione fungentibus, & functuris constitutis, & constituendis in dicto Regno Aragonum dictorumque Officialium Locatenentibus, & illorum cuilibet, salutem, & prosperos ad vota successus. Noveritis, quod per Fisci Procuratorem regiæ Curiæ hujus Principatus Cathaloniæ, fuit coram nobis, seu in Regio Concilio humiliter in scriptis oblata, & præsentata supplicatio quædam tenoris hujusmodi. Excellentissime Domine Locumtenens Joannes Gallart dit lo Escarraman de Venbodi, Josephus Carrater de Vilarodona, Paulus Andreu, aliàs Llaganya, Villæ Montis Albi, Petrus Meret Villæ de Prades in processibus regiæ Curiæ reperiuntur convicti de pluribus gravibus delictis, & criminibus per eos perpetratis, et signanter quòd armati instrumentis manualibus incesserunt per præsentem Principatum, illius tranquillum, & pacificum statum perturbando, et præsertim dictus Joannes Gallart reperitur convictus, quod 2. Octobris 1625. in Regio itinere, quo iter à Villa Tarragæ, ad Villam de Agramunt jactibus instruventorum manualium, unà cum aliis facinorosis hominibus, crudeliter vulnerarunt, & occiderunt Hyacinthum Mal sanch derrobando eidem pecunias, instrumenta manualia, & alias res quas secum deferebat, et quod decima tertia Septembris 1624. unà cum aliis validam resistentiam fecit Magno Serra Regio Portario, contra ipsum projiciendo plures jactus instrumentorum manualium, & quod 4. Novembris dicti anni 1624. unà cum aliis armatus instrumentis manualibus ingressus fuit domos Petri Oller termini de Pinyatell, ab eis derrobando vestes, jocalia auri, & argenti, et pecunias, et de aliis criminibus, et delictis, et dictus Joannes Carrater de Vilarodona est impetitus, et convictus, quod 4. Julii 1626. in termino de Alba. Archiepiscopatus Tarraconæ, unà cum aliis facinorosis hominibus interfecit jactibus instrumentorum manualium T. Argelaguet Villæ de Tamarit, & Paulus Andreu, aliàs Llaganya, est convictus, quod tertia Decembris 1726. in comitiva Joannis Gallart, dicti lo Escarramant, & aliorum armatus instrumentis manualibus intus Villam Montis Albi, cum illos insequeretur Vicarius Regius dictæ Villæ, et Bajulus ejusdem Villæ in comitiva Consulum ejusdem Villæ, fecit validam resistentiam dictis Regiis Officialibus, & Consulibus, projiciendo contra illos jactus instrumentorum manualium, et quod etiam die 4. Julii 1626. in comitiva dicti Josephi Carrater de Vilarodona, et Francisci Roig, dicti Negre del Moster, jactibus instrumentorum manualium interfecit dictum Argelaguet loci de Tamarit proditoriè, et per insidias, et de aliis criminibus, et delictis, et tandem dictus Petrus Miret Villæ de Prades reperitur convictus, quod in comitiva aliorum facinorosorum hominum fecit validam resistentiam Gubernatori Campi Tarraconæ, qui illum, et alios latrones, et facinorosos homines insequebatur, et quod de mense Aprilis 1626. grassatus fuit in Regio itinere, quo itur à Civitate Tarraconæ, ad locum de Valldare, et graviter vulneravit Petrum Negre Mercerium, et de aliis etiam criminibus, et delictis. Et cum ad notitiam Fisci Procuratoris regiæ Curiæ devenerit, quod prædicti incedunt ad partes Regni Aragonum, et expedit bona, et rectæ administrationi justitiæ captura dictarum personarum, ut pro delictis tam gravibus, et atrocibus per eos commissis possint in Principatu Cathaloniæ, ubi commissa fuerunt, debitè puniri, et castigari, supplicat propterea dictus Fisci Procurator regiæ Curiæ Vestram Excellentiam quatenus dignetur litteras subsidiarias, et requisitorias directas Locumt. suæ Majestatis in dicto Regno Aragonum, et aliis Regiis Officialis, ad quos spectet, ad effectum ut debitas diligentias adhibeant in captura dictorum facinorosorum hominum, et captos ad V. Excellentiam remittant, cum in prædictis casibus juxta fora Regni Aragonum sit locus dictæ remissioni. Et pro his dictas litteras requisitorias subsidiarias, juxta stylum regiæ Curiæ expediri mandari, justitiamque fieri, & ministrari, juribus Fisci Salvis Officio, &c. Altissimus, &c. Ferrus F. A. Nos verò dicta illam ad providendam remisimus Magnifico, et dilecto Consiliario Regio Josepho Massò V. I. D. Judici regiæ Curiæ præsentis causæ Relatori, cujus provisionem facto verbo in Regio Concilio die præsenti, et subscripta factam insequentes, tenore præsentium in juris, et justitiæ subsidium ex quo una Curia aliam juvare tenetur in his quæ juris sunt, et delicta per supranominatos Joannem Gallart, Josephum Carrater, Paulum Andreu, aliàs Llaganya, et Petrus, Miret commissa, et perpetrata impunita remaneant, ex parte Sacræ Catholicæ, et regiæ Majestatis, et auctoritate, Officii, qua in hac fungimur parte, vos requirimus, et hortamur, et ex nostra deprecamur attente, quatenus visis præsentibus, debitas diligentias adhibeatis in captura dictorum Joannis Gallart, Josephi Carrater, Pauli Andreu, aliàs Llaganya, et Petri Miret, et captos ad nos remittatis, seu remittere faciatis nobis, et dicto Regio Concilio hujus Principatus Cathaloniæ, ut per nos, et dictum Regium Concilium debitè puniri, et castigari possint, et valeant de præmissis per eos commissis delictis, certificantes nos cum præsentibus, quod supranominatos Joannem Gallart, dit lo Escarraman, Josephum Carrater, Paulum Andreu, aliàs Llaganya, et Petrum Miret sunt convicti de dictis delictis, offerentes nos vobis, et cultu justitiæ, nedum similia, verùm & multò majora facere advemente casu. Dat. Barcinonæ die 29. Maii anno à Nativitate Domini 1637. Don Michael Sala Regens.

Ut. Caldès, & de Ferran Regens Thesau.
Ut. Ferrus F. A.
Ut. Massò.

Paulus Franciscus Sala, ex provisione facta per Nob. Regentem Cancellariam. Visa per Caldès, et Ferran Regentem Thesaur. Ferrus F. A. et de Massò Relatorem.

Forma petendi per nostrum Regium Concilium à Supremo Concilio Regni Castellæ, Reum captum in Carceribus Regiis Villæ Matriti Curiæ Dominii nostri Regis.

Carolus Dei Gratia, Rex Castellæ, Aragonum, &c. Comes Barcinonæ, &c.

Alexander de Sournoville, &c. Spectabilibus, Nobilibus, Magnificis, & dilectis Regiæ Majestatis.

statis, Præsidi, Præsidentibus. Consiliariis quibuscumvis, Assistentibus, Correctoribus, Alcadiis majoribus, & minoribus, & aliis quibuscumque Regiis Officialibus Regni Castellæ, Caterisque demum universis, & singulis Officialibus Regiis in Villa Matriti constitutis, & Constituendis, ad quem, seu quos præsentes pervenerint, & præsentata fuerint, salutem, & Regiam dilectionem. Noveritis quod in hoc Sacro Regio Criminali Concilio comparuit Marianus Catus Not. alter ex Fisci Procuratoribus Regia Curia præsentis Principatus, & coram nobis obtulit, & præsentavit supplicationem tenoris hujusmodi. Excellentissime Domine, Franciscus N. Burgensis Perpiniani, & Abdon N. Not. Civis Barcinonæ fuerunt convicti commisisse furtum magnum, previo inter eos tractatu die vigesima quinta Martii 1682. diversarum rerum, & jocalium Dionisæ Perramon in domibus, quas fovebat in præsenti Civitate, in vico dels Flassaders. Propterea sententia lata 24 Septembris 1682. ad relationem Magnifici Vincentii Sabater Judicis Regiæ Curiæ precedente conclusione in Regio Concilio, fuit dictus Franciscus N. declaratus Reus mortis, & quod illi amputaretur caput in loco solito præsentis Civitatis, & condemnatus ad restitutionem rerum furto subtractarum; & cum pervenerit ad notitiam Procuratoris Fiscalis Regiæ Curiæ, prænominatum Abdonem N. captum existere in Caceribus Regiis Villæ Mauriti, supplicat V. Excellentiam quatenus dignaretur providere de litteris subsidiariis requisitoriis, directis spectabilibus, Nobilibus, & Magnificis, Præsidi, Consiliariis Regni Castellæ, & aliis Officialibus Regiis ad quos spectat, ut remittant dictum Abdonem N. cum tradendo personæ per Sacrum Supremum Regium Concilium Aragonum Coronæ, nominandæ, & justitiam fieri, & ministrari. Officio, &c. Altissimus, &c. de Calderò F. A. Nos verò dicta supplicatione benignè exaudita, illam ad providendam remissimus Magnifico, & dilecto Consiliario Regio Vincentio de Cabater V. I. D. Judici Regiæ Curiæ præsentis causæ Relatori, cujus provisionem facto verbo in Regio Concilio die præsenti, & subscripta factam insequentes, tenore præsentium de nostra certa scientia deliberatè, & consultò, ac Regia qua fungimur authoritate, vos & quemlibet vestrum de prædictis omnibus certiorem reddendo, ex parte prædicta Regiæ Majestatis requirimus, & hortamur, & ex nostra, injuris, & justitiæ subsidium, & ex quo una Curia alia juvare tenetur in his, quæ juris sunt, & ne delictum per supranominatum Abdonem N commissum, & perpetratum, impunitum remaneat, deprecamur attente, quatenus ad nos remittatis supradictum Abdonem N. Notarium, & ad dictum effectum eum tradatis personæ par Sacrum Supremum Regium Aragonum Concilium Coronæ, nominandæ, ut per nos, & dictum Regium Concilium hujus Principatus debitè puniri, & castigari possit, & valeat de præmisso per eum commisso delicto. Offerentes nos pro vobis, & cultu justitiæ, nedum similia? verum & multò majora facere veniente casu. Dat. Barcinonæ die 28. mensis Januarii, anno à Nativitate Domini 1684. Don Michael de Cortiada Regens.

Ut Don Petrus de Montaner R. Th.

Ut. Michael de Calderò F. Adv.

Ut. Vincentius Sabater.

DECISIO XXXVIII.

ARGUMENTUM.

De homicidio appensatè, & animo deliberato commisso, de ejus pœna, de conjecturis animi deliberati, & quando, ac per quos actus inimicitia dicatur reconciliata.

SUMMARIUM.

1 *Animus deliberatus occidendi signis exterioribus, & præsumptionibus probatur.*
2 *Est conjectura inimicitia capitalis inter aggressorem, & occisum.*
3 *Alia conjectura desumitur ex qualitate armorum.*
4 *Ex convocatione amicorum, & quando plures coadunati, sine causa apparente, in unum invadunt, alia conjectura infertur.*
5 *Etiam ex coadunatione, & associatione eorundem, subsequuta incontinenti post homicidium.*
6 *Et ex mala qualitate insultantis.*
7 *Ex jactu à tergo in personam occisi.*
8 *Ex persecutione in parte periculosa.*
9 *Ex multitudine, & pluralitate vulnerum.*
10 *Ex fuga insultantis post delictum sequuta.*
11 *Ex quo fuit delictum commissum in Ecclesia.*
12 *Ex precedenti Consilio, & tractatu.*
13 *Ex minis precedentibus.*
14 *Quando inimicitia dicatur reconciliata, & ex quibus actibus reconciliato præsumatur, & quibus excludatur, usque ad num. 18.*
19 *Lis super materia honoris est causa inimicitia capitalis; nam pro defensione sedis, & honoris, licèt resistere, & vi rejicere prohibentem, sicut pro vita, cui honor equiparatur.*
20 *Sufficit probari causam inimicitiæ, ut inimicitia dicatur probata, & inimicitia est reciproca inter injuriantem, & injuriatum, & nedum injurians, præsumitur inimicus injuriati; sed etiam injuriatus injuriantis.*
21 *Inter causas inimicitiæ capitalis commeratur illa, quando adest lis super tota, vel majori parte hereditatis.*
22 *Quando inimicitia reputetur capitalis, tribuitur arbitrio Judicis, qui arbitrium regulabit ad qualitates facti, personarum, & alias circunstantias.*
23 *Personæ rusticæ sunt pronæ ad inimicitias, & eorum inimicitiæ sunt atrociores, & implacabiliores.*
24 *Ut rixa verbalis excuset, opus est quod iracundia talis sit, ut mentis alienationem inducat, & sit ex justa causa, secus si injusta, & sit ira magna, secus si parva usque ad num. 26.*
27 *Ad considerandum, quod causa, ex qua quis movetur ad delinquendum, sit magna, quæ attendantur.*
28 *Præsumitur tractatus inter insultantem, & ejus socios, si vociferaverit ante delictum,* ara es hora Fadrins.
29 *Si constat de homicidio, sufficit quod tractatus probetur præsumptivè.*
30 *Conjecturæ aliæ pro excludendo animo deliberato occidendi, recitantur pro facto.*
31 *Conjecturæ fortiores sunt inspiciendæ cum decisione Senatus in facto controverso.*
32 *Ob servitia insultantis fuit minorata pœna.*
33 *Sacrilegium, est delictum exceptuatum, ideò Reus fuit condemnatus ad torturam in caput sociorum.*
34 *Confirmatio in causa supplicationis.*

DElatus fuit N. agricola loci *de Marles* de nece per ipsum unà cum aliis appensate, & animo deliberato perpetrata jactu tormenti manualis parvæ mensuræ, vulgò *pistola* in personam N. agricolæ ejusdem loci, in Ecclesia Parochiali Sanctæ Mariæ dicti loci *de Marles*, die 15. Augusti 1669. dum missa major celebrabatur, & erat festivitas principalis ejusdem Parochiæ, & de aliis criminibus, & delictis, qua de causa cum difficultas versaretur circa conjecturandum animum deliberatum occidendi (quì signis exterioribus, & præsumptionibus concludenter probari potest. Cabal. *de homic. num.* 287. *cum seqq.* Velasq. *consult.* 56. *num.* 2. cum pluribus, R. Matthæu *de re crimin. contr.* 20. *num.* 17. *& de regim. Reg. Valent. cap.* 8. § 8 *num.* 82. Basil. *dec.* 9. *num.* 15. Regens Cortiada *dec.* 98. *num.* 31. Bondenius *collu. legal.* 46. *num.* 54. *&* 63.) Fisci Procuratorem R. C. ad illum inferendum fuerunt ponderatæ sequentes conjecturæ. 1

Prima, inimicitia capitalis inter aggressorem, & occisum ex causa furti armentorum, & pecudum, (quæ fuerant insultati) per insultantem commissi de mense Octobris 1652. nam inimicitia est conjectura animi deliberati. R. Cortiada *d. dec.* 98. *num.* 42. Novar. *ad Prag. Neapol. de offic. magistri, just. prag.* 27. *collec.* 7. *num.* 3. Thoto *to.* 3. *verbo homicidium appensatum, vers. primo de inimicia, in comp. dec. pag.* 523. Far. *in prax. qu.* 49. *num.* 97. *& qu.* 126. *num.* 177. 178. *&* 204. Conciol. *resol. crim. l. num.* 4. *vers. inimicitia*, Reg. Matthæu *de re crim. contr.* 20. *num.* 30. 2

Bon-

Bonden. *d. collut. legal.* 46. *num.*61. *& nu.*69. quos tres ultimos DD. consule pro controversia contingenti.

3 Secunda, ex qualitate armorum, quæ deferebat insultans minoris mensuræ, R. Cortiada *dic. dec.*98. *nu.*45. *ex l. omne delictum*, §. *si quis commilitonem*, *ff. de re milit.* Gram. *vot.*23. Guaz. *def.*33. *cap.*22. *num.*4. Cabal. *de homicid. num.*292. R. Matthæu *d. cont.*20. *num.*21. *& de regim. Reg. Valent. cap.*8. §.8. *num.*79. Peg. *dec.*14. *num.*12. Farinac. *in prax. d. qu.*126. *num.*117. Bonden. *d. collu. leg.*46. *num.*58.

4 Tertia, ex convocatione amicorum, qui in dicta Ecclesia armati reperiebantur, quam conjecturam insurgere dixit Fiscus ex verbis per insultantem prolatis : *Ara es hora Fadrins*, qui post hæc audita incontinenti irruerunt in dictum insultatum, & ejus Fratrem, & eos occiderunt, Regens Cortiada *d. dec* 98. *num.*43. Thoro *in compend. dec. p.*3. *v. quarto associatio*, Farinac. *in prax. d. qu.* 126. *n.*190. *cum seqq.* Azevedo *in l.*2. *tit.*23. *lib.*8. *recopil. num.*3. R. Matthæu *d. cont.* 20. *num.*24. ibi : *Quia coadunati plures unum sine causa apparente invaserunt : nam si consultò prius non deliberassent, eum necare, neque simul tempore insultus armati reperirentur, neque uniti in eum irruerent, quod in rixa repentina atque improvisa contingere non potest*, & infra magis in terminis, *num.*28. hujus decisionis.

5 Quarta ex coadunatione eorundem subsequuta incontinenti post homicidium in presbyterio ejusdem Ecclesiæ, ubi visi fuerunt onerare instrumenta manualia, cum quibus jactus projecerunt, & postmodum in domo Mariannæ N. in qua biberunt, & ab ea postea simul abierunt, Guaz. *def. reor* 33. *cap.*11. latè, ubi quod associatio post delictum illicò, est indicium tractatus antecedentis, ad idem est Giurba *conf.*42. *num* 10. *& seq.* Vermigliol. *conf* 82. *nu.*6. Sperel. *dec.*64. *num.*13 *p.*1. & latissimè cum declarationibus, & limitat Conciol. *resol. crim. verbo associatio*, *res.*2. ubi quod id procedit in sciente commissum fuisse delictum, & quod fit illico, & in loco proximo, prout hæc concurrebant in casu contingenti.

6 Quinta, ex mala qualitate insultantis in eodem delicti genere, R Cortiada *dec.*98. *n.*44. R. Matthæu *d. cont.*20 *n.* 26. *& de reg. Reg. Valent. c.*8. § 8. *n.*79. Peg. *dec.*14. *n* 9.

7 Sexta, ex jactu à tergo in personam occisi. R. Cortiada *d. dec.*98. *num.*41. & in victos Matthæu *de reg. Reg. Val. cap.*8. §.8. *nu.*79. *& seqq.* Bonden. *colln. leg.*46. *n.*67.

8 Septima, ex percussione in parte periculosa ; quia omnia vulnera fuerunt lethalia. R. Cortiada *d. dec.*98. *nu.* 54. Peg. *dec.*14. *num* 9 *&* 10. Cabal. *de homic. num.*293. R. Matthæu *d. cont.* 20. *num.*22. Farinac. *in prax. d. qu.*126. *num.*186. *cum seqq.* Thoro *in comp. dec. p.*3. *ver. homicidium appensatum*, *vers. quinto quod de per se*, est hæc præsumptio animi deliberati. Bonden. *d. colluc. leg.* 46. *n.* 39. *&* 60. *&* 68.

9 Octava, ex multitudine, & pluralitate vulnerum. R. Cortiada *d. dec.*98. *num.*55. (ubi si abest omnis rixa, & occisor est inimicus interfecti), R. Matthæu *d. cont.*20. *nu.* 23. *& de reg. Reg. Valent. c.*8. §. 8. *n.* 80. Farinac. *d. qu.*126. *num* 186.

10 Nona, ex fuga insultantis incontinenti post delictum secuta, Farinac. *in prax. d. qu.*126. *nu.*205. Cabal. *cas.*288. *nu.*43. Giurba *conf.*43. *nu.*25. Ayllon. ad Gomez. *lib.*3. *c.*13. *nu.*11. *v. fugam etiam*. R. Matthæu *d. cont.*20. *nu.*29. Bonden. *d. col. legal.*46. *nu.*62.

11 Decima, quia fuit edictum in Ecclesia. Farinac. *d. qu.*126. *num.*164. idem si fuerit commissum in platea publica. Bonden. *d. colluc. leg.*46. *num.* 64. ex eodem Farinac.

12 Non solùm prædictas conjecturas ponderavit ad animum deliberatum, verùm & quædam adminicula ex processu resultantia, primum ex depositione unius testis de auditu filiæ naturalis insultantis, ex qua audivisse deposuit, ipsam post tres dies subsequuti homicidii dixisse eidem testi, quod dictus insultans dict. die 15. Augusti 1669. mane antequam ad missam audiendum iret, domi habuisse homicidam socios coadunatos, qui tractarunt, & simul resolverunt occidere in platea dicti loci insultatum, & eius fratrem, & ex præcedenti Consilio, & tractatu inferetur animus deliberatus occidendi, R. Cortiada *d. dec.* 98. *num.*52.

13 Secundum, ex minis illatis per insultantem, qui post dies 15. Paschæ Spiritus Sancti ejusdem anni, se jactavit quòd antequam descenderet domum seu casale suum hæreditarium (de quo erat administrator) faceret, ut prius ad offerendum iret quædam famula dictæ domus, quàm hæres domi insultati, de quibus deponit unicus testis ex confessione insultantis, & ex minis præcedentibus insurgit præsumptio animi deliberati Giurba *conf.*97. *nu.* 2. Thoro *in compend. dec. verb. homicidium appensation*, *vers. tertiò ex minis præcedentibus*, & aliis. R. Matthæu *de re crim. d. cont.*20. *nu.*28. R. Cortiada *d. dec.* 98. *nu.*37. Bonden. *d. colluc. leg.*46. *nu.*65. ubi idem dicit de jactationibus.

Verùm pro parte Rei, quoad primam coniecturam 14
ex inimicitia capitali ortam, fuit deductum, nullius esse considerationis, quia quidquid esset de dicta inimicitia, illam fuisse reconciliatam dixit, ex tribus actibus amicabilibus inter dictum insultantem, & insultatum, post prætensum furtum, sequutis; videlicet. Primò, quia visi fuerunt in quadam domo se invicem salutantes bibere. Secundò, quia in domo Rectoris dictæ Parochiæ *de Marles* mutuò conversati fuerunt familiariter. Tertiò, quia ante Ecclesiam eiusdem loci amicabiliter se tractarunt, & alloquuti fuerunt.

Ideò ex inimicitia nullam resultare posse coniecturam, quia fuit reconciliata, Conciol. *resol. crim.*1. *vers. inimicitia*, *num.*10. *& seqq.* (ubi de materia reconciliationis, & quid si fuerit recens, & quando antiqua.) Ursell. *conclus.*100. *num.*31. Gomez. *var.*3. *cap.*12. *num.*14. qui affirmat, quòd reconciliatio probatur, nedum per amicitiam expresè contractam, verùm etiam tacitè, ut si tamquam amici conversabantur ; quia cum amicitia, vel inimicitia dependeat ex affectione, vel rancore animi, non potest probari nisi per coniecturas ; ad idem est Farinac. *de indic. qu.*49. *num.*107. *& de opposit. contra testes*, *qu.*53. *num.*58. Guazz. *def. reor.*28. *cap.*1. *num.*16. *&* 17. *& in tr. de pace p.*1. *qu* 9. *num.*2. *&* 8. Scialoya *de forjud. cap.*4. *num.*42. ubi ex eodem Guaz. dicit, quod tunc tollitur illa difficultas de amico reconciliato de recenti, ut quod post mille reconciliationes non sit confidendum de amico, ut per Jul. Aret. *prac. qu* 24. *num.* 46. nam si sit probatum, quod post dictam reconciliationem intervenerint inter eos actus amicabiles, puta, quia visi fuerunt insimul conversari, comedendo, bibendo, ridendo, & alia similia faciendo, solita fieri inter amicos, tunc omninò cessat opinio. Jul. Clar. cum dicatur omninò extinctus propter hoc effectus primæ inimicitiæ.

Cæterùm pro parte Fisci fuerunt opposita contra dictam 15
reconciliationem. Primò, quòd parvi faciendum est de reconciliatione, cum semper in hominibus huius generis restent vestigia odii, Prato *respons. crim.*13. *num.*18. *& seqq.* latissimè, & ideò dixit Ursell. *con.*128. *num.* 644. quòd injuria, & agravia perpetuò ossibus injuriatorum, & injuriantium inhærere solent, & facit illa regula, *semel talis semper præsumitur esse talis*, cum ferè nunquam in totum inimicitiæ extinguantur, & sunt tamquam ignis, post cujus extinctionem semper remanent vestigia fumi, Paulus Rubeus *de valid. legal. cap* 13. *num.*27. ubi ait quod etiamsi mille intercesserint reconciliationes, reliquiæ præcedentis inimicitiæ præsumuntur durare, ut animadvertit Becius *conf.*67. *nu.*17. ibi : *Quia de inimico reconciliato non confidas in æternum*, *&c.* De hac re eruditè Pater Garau *tom.*1. *Maxima* 13. & inter alia quæ expendit, est assertum Patris Famiani Estrada *lib.*3. *dec.*2. *Tutum autem non esse ingenia odii inmutata*, *novo conciliata beneficio : velut delinitam lactis hausto viperam in sinum admittere.*

Secundò ; quia dicti actus amicabiles fuerunt potiùs 16
honestatis causa facti, quàm sponte, & in his terminis docet Farinac. *tom.*1. *conf.*93. *per totum*, & maxime *n.*4. affirmans quod remissio injuriæ non præsumitur ex refactione insimul edendo, & bibendo, quando hæc sunt honestatis gratia, & quæ aliter facere indecens erat, ut si quis visitat inimicum moribundum, qui est actus potius honestus, quàm liberæ voluntatis.

Tertiò, quia doctrinæ supra contra ponderatæ proce- 17
dunt, quando reconciliatio est antiqua, non verò est de recenti, & quando reconciliatio sit de recenti ; vel antiqua relinquitur arbitrio Judicis, Farinac. qui supra *qu.* 53. *num.*61. qui ex circunstantiis, & qualitate personarum, ac inimicitiæ considerabit, an sit antiqua, vel recens, Giurba *conf.*60. *nu* 27. Clarus *in prax. qu.*24. *in addit. vers. sed quid si sequuta reconciliatio*, *nu.*6. Mascard. *de prob. tom.*2. *conclus.*899. ibi : *Tamen Judex poterit inquirere quales præcesserint inimicitiæ, & qualis fuerit reconciliatio, nam secundum qualitatem inimicitiarum,*

& actum

& actuum reconciliationis admittet testem, vel reppellet. Prato *resp.*13. *num.*21. & quod dicitur in materia testium, idem procedit in materia indiciorum, punctim Farinac. *de indic. qu.*49. *num.*109 & 110. & quod si circunstantia facti, qualitatis, personarum, inimicitiæ urgent, non deferendum dictæ reconciliationi.

18 Quartò; quia post prætensam reconciliationem supervenit alia causa inimicitiæ, namque insultans associatus cum aliis, se contulit domum insultati, & ab ea secum adduxit duas quarterias tritici, ex qua causa concludunt testes, injuriatum remansisse insultatum, & quod propterea inter eos aderat rancor, & mala voluntas, & quando post reconciliationem sequitur alia causa inimicitiæ, etiamsi tunc reconciliatio non fit de recenti, non attenditur reconciliatio, ut in materia testium tradit Farinac. *d. qu.*53. *num.*60. *in fin.* & punctim Ciarlin. *cont. forens. cap.*10. *nu.*110. *p.*1. & *c.*151. *n.*33. & 34. *par.*2. per tradita à R. Cortiada *dec.* 96. *num.*34.

19 Aliam adesse causam prætendit Fiscus, ex qua resultare prætendit dictam adesse inimicitiam capitalem; namque dictus insultatus (ut ex processu plenè constabat) erat in possessione, tam ipse, quàm mulieres domus suæ, offerendi prius in Ecclesia, in contrarium prætendente insultante; quia ex quo habebat meliorem sedem sitam in Ecclesia, exponebat etiam, in offerendo esse præferendum, ex hac controversia probatam esse inimicitiam præhabitam opposuit Fiscus; quia contentio illa erat super materia honotis. Hermoz. *in addit. ad glos.*2. *in prolog. p.*5. *tom.*1. *nu.* 114. *pag.*12. qui asserit pro defensione sedis, & honoris resistere, & vi rejicere prohibentem manu armata, & occi-

20 dere licitum esse, sicut pro vita, cui honor æquiparatur. Hermozilla ubi supra *ver. & pro defensione d. n.*14. & esse in dolo qui honorem suum contemnit, Farinac. *li.*2. *conf.* 141. *n.*30. & 31. plura de hac re nos *dec.*42.

Quin obsset dicere primò, quòd, testes plenè non probant ex hac causa fuisse ortam inimicitiam inter dictos insultantem, & aggressum; quia respondit Fiscus non esse necessarium quod testes illam probarent, cum foret probata inimicitiæ causa; quia sufficit subesse causam odii, etsi odium non probetur, Giurba *conf.*13 *nu.*7. Conciol. *resol.*

21 *crim.*1. *vers. inimicitia*, *num.*3. & *resol.*2. *num.*3. Font. *to.* 1. *dec.*14. *num.*22. ubi *nu.*23. affirmat, quod inimicitia est reciproca inter injuriatum, & injuriantem, & nedum injurians præsumitur inimicus injuriati, sed etiam injuriatus injuriantis.

Quin etiam obesset, quod sola prætensio offerendi non potuit esse causa inimicitiæ capitalis; quia super illa non aderat lis inter aggressorem, & occisum, & inter causas,

22 inimicitiæ capitalis connumeratur illa, quando adest lis super tota, vel majori parte hæreditatis, Farinac. *de indic. qu.*49. *num.*1. *cum seqq.* Conciol. *resol. crim.*2. *vers. inimicitia num.*1. *in addit.*

Quia respondit, extra casus connumeratos à DD. multum tribui Judicis arbitrio, an & quando quis dicatur inimicus, & quando etiam inimicitia reputetur capitalis, vel non, qui regulabit arbitrium suum ad facti, personarum qualitates, & circunstantias, Farinac. *de indic. d. qu.*49. *num.*86. Scialoya *in prax. for judic. cap* 4. *num.*39. Castillo *dec.*210. *num.*13. Majorana *in o. prax. crim. cap.*8. *num.* 71. *Mb.*2. Conciol. *in addit. d. resol.*2. *num.*1. *vers. inimicitia.* (ubi de causis inimicitiæ capitalis) & cum ex causa offerendi in missa, quæ celebrabatur in dicta Ecclesia de Marles dicto die 15. Augusti 1669. commotus fuisset dictus insultans, & ex ejus vociferatione commoti cæteri essent ad dicta homicidia perpetranda, & alias esset mala qualitas dicti insultantis in processu probata, sequi dixit ex dicta causa offerendi, quæ ansam præbuit homicidio, inimicitiam adesse capitalem inter dictos insultantem, & insultatum.

23 Maximè cum versaremur in personis rusticis, quæ sunt pronæ ad inimicitias, ob truces, atque agrestes mores, & sic eorum inimicitias, esse atrociores, & implacabiliores exponit Martial. *lib.*7. *epigram.*57. *ad gallum.*

Hirsutum, & dura rusticitate truculentum.

Et ex experientia docet Decianus *tract. crim. lib.*3. *cap.* 25. *num.*84. & nos ita experimur quotidie in hoc Principatu.

Ex quibus omnibus concludit pro conjectura resultante ex inimicitia capitali, orta ex causa furtorum supra expressorum, & ex causa offerendi in Ecclesia.

24 Non obstare dixit conjecturas exclusivas animi deliberati, non prima quod ante dictum homicidium præcesserit rixa verbalis inter inquisitum, & occisum, quia cum filia naturalis insultantis vellet prius ire ad offerendum, quàm mulieres domus occisi, illam impedivit frater aggressoris ponendo ejus brachium ante ipsam, ne ad offerendum iret, eique dicendo *anires ella*, & respondit dictus insultans *offereixtu*, & dictus insultatus dixit *no*, & iterum dictus insultans replicavit *offereixtu*, & tunc aggressus dixit: *Assi no es lloch de aueriguar estas cosas*, & aggressor dixit: *Defora ò aueriguarem* occisus tunc dixit: *Anemi ara.*

Huic namque conjecturæ ex variis rationibus satisfacere 25
Procurator Fiscalis intendit. Prima, quod ut rixa verbalis excuset opus est, quod iracundia talis sit, ut mentis alienationem inducat, & sit ex justa causa, secus si injusta, & sit ira magna, secus si parva. Cortiada *dec.*98. *nu.* 69. & id etiam arbitrio Judicis esse relinquendum docet ex Peguera. Thesauro, Castillo, & aliis, undè est cavendum à Guazzin. *def.*19. *cap.*5. *in fin.* faciunt per nos tradita *dec.*39. *num.*17.

Cumque ex facto impediendi dictam filiam naturalem 26
insultantis, & verbis supra relatis non posset commoveri insultans, cum justa causa, imò injusta admodum esset; quia ex processu plenè constabat, tam homines, quàm fœminas domus occisi esse in quasi possessione offerendi prius, quàm viros, & mulieres dictæ domus insultantis, nec aliàs ex verbis magna causa oriri posset ad irascendum aggressori, & ipsum alienandum à suo Judicio, sequi dixit prætensam rixam nihil officere.

Ad quod probandum ponderavit *cont.*102. *num.*17. Cy- 27
riaci ubi affirmat, quòd ad considerandum, an causa ex qua quis movetur ad delinquendum sit magna, debet multum considerari conditio personæ, & quod vehementes passiones non mereantur aliquam excusationem, undè cum aliquis humilis conditionis, qui aliàs erat facinorosus interficeret unum Doctorem, ob id quod cum ipse Dr. transeundo secus eum, non fuisset ab illo salutatus, sequutis aliquibus verbis, quia hæc processerunt pro minima causa, propter irrationabilem rationem procedentem à mala voluntate, fuit decapitatus.

Secundò; quia dicta rixa verbalis fuit procurata, & af- 28
fectata per dictum insultantem, namque incontinenti post prima verba elevavit instrumentum manuale, vulgo *pedrenyal*, & postquam insultatus dixit: *Assi no es lloch de aueriguar estas cosas*, & insultans dixit; *Defora ò aueriguarem*, & insultatus dixit: *Anemi ara*, cœpit retrò ire per Ecclesiam versus ostium illius, vociferans insultans: *Araes hora Fadrins*, & intruit à tergo in dictum insultatum, & in ejus fratrem irruerunt amici aggressoris; qui aderant stantes armati, & præventi, ex quibus verbis, & facto subsequuto in continenti, manifestum apparere dixit, inter insultantem, & ejus socios adesse tractatum antecedentem ad occidendum, & non solum præmeditationem, & tractatum relata convincere, sed etiam ex illis apparere de mandato, & de mandatariis statim exequentibus mandatum, ut in simili judicatum in eum qui vociferavit, *Tiraldes amigos*, *mataldes*, attestatur Matthæu *de reg. Regn. Valentiæ tom.*2. *cap.*8. § 8. *à num.*74. R. Cortiada *dec.* 98. *num.*37. sicque habito tractatu, & mandato antecedenti, ad illum simulandum affectasse insultantem præmissam rixam.

Hæc maximopere manent corroborata ex adminiculis desuper ponderatis, ex confessione aggressoris, & auditu ejus filiæ naturalis, quæ tendebant ad conjecturandam associationem prædictam, ad effectum dictarum necium, quæ ut dixit Fiscus arguunt manifestam præmeditationem.

Hæ enim conjecturæ supra expressatæ, quæ faciunt pro 29
animo deliberato, similiter arguunt tractatum antecedentem, ex traditis à Conciolo *in verbo tractatus resol. unica*, *num.*10. & facit R. Cortiada *dec.*98. *num.*61. qui affirmat, quod si constat de homicidio, sufficit quod tractatus probetur præsumptivè, & per conjecturas.

Aliæ sunt conjecturæ exclusivæ animi deliberati, quæ 30
per reum ponderantur, videlicèt. Prima, quæ sumitur ex qualitate loci publici. Secunda, ex qualitate temporis diuturni. Tertia, ex qualitate dicti insultantis, qui erat uxoratus. Quarta, quia accessit ad Ecclesiam, ob aliam causam, nempè ad audiendum divina Officia, quæ in ea celebrabantur, ob solemnitatem festivitatis principalis illius Parochiæ. Quinta, quia accessit ad eam solus. Sexta, quia non se posuit in insidiis, & in occulto. Septima, quia nullam habuit præventionem equorum, & pecuniarum, & similium ad ponendum se in tuto. Octava, ex bona fama

dicti

dicti rei, quas conjecturas esse exclusivas animi deliberati tradit Cortiada *d. dec.* 98. *à nu.* 63. Bonden. *de jure cont. coll, legal.* 46. *n.* 79. *cum pluribus seqq.* maximè *à n.* 97.

31 Sed respondit Fiscus per has conjecturas non remanere elisas contrarias, quia conjecturæ pro animo deliberato sunt fortiores, & sic attendendæ, ex R. Cortiada *dec.* 98. *in fine*, undè sic, cum pro animo deliberato convincerent conjecturæ, & in hoc casu reus pœna ordinaria veniret plectendus. R. Cortiada. *d. dec.* 98. *num.* 19. Bonden. *d. cont.* 46. *tota*, & præcipuè *num fin.* Sic fuit conclusum, quod declararetur, quod dictus N. insultans condemnaretur quod erat reus mortis, & quod suspenderetur laqueo per collum in alta furca, taliter quod naturaliter moreretur, & anima ab ejus corpore illico separaretur, & quod post latam sententiam subjiceretur quæstionibus, & tormentis in caput sociorum, 3. Novembris 1672. ad relationem Magnifici Raphaelis Nabona I. R. C. Scriba Badia Not.

32 In hac causa fuit temperata pœna sacrilegii ratione loci, Ansal. *de jurisdic. par.* 4. *tit.* 1. *cap.* 1. *num.* 32. de qua pœna Cortiada *dec.* 93. *num.* 32. ob servitia insultantis, & fuit admissa supplicatio in hac sacrilegii causa, ex exemplaribus traditis à Cortiada qui *supra*.

33 Et quia delictum sacrilegii est exceptuatum, Farinac. *q.* 42. *nu.* 66. fuit etiam ut supra conclusum pro tortura in caput sociorum, Peg. *in prax. c.* 12. *§.* 5. *n.* 25.

34 Fuit confirmata in causa supplicationis ref. Mag. Alexio Tristany R. A. D. 2. Decembris 1672.

DECISIO XXXIX.

ARGUMENTUM.

Quando omnes qui intervenerunt in homicidio, tenentur pœna ordinaria distinguendo casus agitur. Primum, si præcessit inter eos tractatus. Secundum, si est commissum in mera rixa. Tertium, si constat de occidente. Quartum, si homicidium sit proditorium, insidiosum, aut per assassinium commissum, & quando homicidium dicatur simplex, aut rixosum, & quando proditorium, quia nulla præcessit causa, aut quæ præcessit levissima fuit, controvertitur, & in novam lucem cum decisionibus peragitur, & concordatur.

SUMMARIUM.

1 *Quandò homicidium est deliberatum, & ex proposito, omnes qui in homicidio intervenerunt, tenentur pœna ordinaria homicidii, sive defunctus ex unico tantum vulnere, sive ex pluribus decesserit, & sive unum tantum vulnus esset lethale; cætera verò non lethalia, & sive appareat quod omnes vulneraverint, sive appareat, non omnes vulneravisse, sive sit dubium quinam vulneraverint, vel ne.*

2 *Quando homicidium commissum est à pluribus in mera rixa ex improviso, si non appareat cujus vulnere occisus obierit, omnes ratione incertitudinis puniendi sunt pœna extraordinaria Judicis arbitrio.*

3 *Decisio Senatus.*

4 *Hæc procedunt, & habent locum etiam in auctore rixæ, qui ex incertitudine vulnerantium condemnatur tantum ad pœnam extraordinariam.*

5 *Non ex quo scitur lethaliter vulnerans cujus ictu percussus interficitur in rixa, plectendus venit pœna homicidii ordinaria, quia summopere contemplandus est animus percutientis, an occidendi animum habuerit, rejectis contrariis, usque ad nu.* 7.

8 *Ut habeat locum pœna legis Corneliæ de siccariis requiritur, ut homicidium committatur ex proposito, destinata voluntate, & quidem dolo malo.*

9 *Hæc est differentia inter legem Corneliam de siccariis, & legem Aquiliam; nam illa tantum animum considerat, hæc potius attendit ad factum, quàm ad animum.*

10 *Decisio Senatus de interfectore certo condemnato ad pœnam extraordinariam, in rixa, quia inter alia non constitit de animo occidendi.*

11 *Animus deliberatus occcidendi non præsumitur, imò in dubio præsumitur quod casu, & non appensatè quis in rixa intervenit, ideò Fiscus, vel actor qui dicit, homicidium commissum animo deliberato fuisse, id probare tenetur, quia ista qualitas animi deliberati est facti, separata ab homicidio.*

12 *Si constat de animo deliberato illius qui homicidium commisit, respectu assistentium potuit esse de improviso commissum, & hi tunc absolvendi sunt, ubi exempla proponuntur.*

13 *Potuit evenire quod idem homicidium respectu unius sit commissum animo deliberato, & respectu alterius dicatur commissum ex improviso, ubi exempla.*

14 *Homicidium commissum sine animi præmeditatione, & animi deliberatione dicitur simplex, & punitur tantum pœna extraordinaria.*

15 *Rixa potius simplex, quàm prævio tractatu sequuta censetur, ideò homicidium commissum in rixa punitur tantum pœna extraordinaria, ubi decisiones Senatus recitantur.*

16 *Quando cessante provocatione aliqua, & sine causa præcedente, homicidium voluntariè committitur; cum tunc dolus adsit, homicidium appensatè, & animo deliberato præsumitur perpetratum, & punitur occidens pœna homicidii ordinaria.*

17 *Prout etiam punitur eadem pœna, quando quis occidit de facie ad faciem motus ex levissima causa, traditur dec. Senatus.*

18 *In quæstione; an præcedente rixa inter plures, si constat de interfectore, qua pœna teneatur, aliqui DD. affirmant de occiso teneri, alii de morte, vel de homicidio, alii docent, interfectorem esse puniendum, qui cum ita dubiè loquantur, intelligendi sunt de pœna extraordinaria.*

19 *Data incertitudine vulnerantium etiamsi sit commissum homicidium proditorium, vulnerantes, & interficientes puniri non debent pœna ordinaria homicidii; sed tantum extraordinaria, nisi præcedente inter eos tractatu, prout præcedit inter committentes homicidium per insidias, nam non dantur insidiæ sine industria, quapropter tenentur pœna ordinaria delicti, latè discutiuntur exemplaria Senatus, qua declarantur, & contrariis respondetur, usque ad num.* 25. *ubi etiam quando constat de interfectore, vel vulnerante certo, nulla præcedente rixa, aut ea præcedente, qua pœna illi plectantur.*

26 *Factum.*

27 *Dubia usque ad numer.* 32. *& indè eorum solutiones.*

33 *Per mortis eventum constat, vulneratum scelere interemptum fuisse post illata vulnera, si vulneratus decesserit intra spatium viginti quatuor horarum, maximè non constito de curationis negligentia, & remissivè de hac re.*

34 *Responsio ad secundum dubium.*

35 *Eisdem conjecturis probatur tractatus, quibus animus deliberatus, & præmeditatus, & quibus probetur, & remissivè de hac materia.*

36 *Quomodo dicatur commissum homicidium proditorium, & insidiosum.*

37 *Licèt offensus occidens offensorem, excusetur à pœna ordinaria, & solum teneatur de excessu pœna extraordinaria; intelligitur tamen si committatur homicidium, defensionis calore, & iracundia durantibus, & antequam offensus post offensam ad alios actus se divertat.*

38 *De tempore minarum debet constare, ut minatus à pœna ordinaria liberetur (prout idem dicitur in provocato) & quod ira ex minis fuerit orta.*

39 *Debet minatus habere notitiam minarum, ut dici possit, ea causa ad occidendum commotum fuisse, pro ut nec repellitur testis ob inimicitiam, quam ignorat.*

40 *An propulsans injuriam ex causa honoris, excusetur à pœna ordinaria.*

41 *Decisio Senatus.*

CAsus diversos suscipio enucleandos in hac re contingentes; in duobus primis certas constituimus ampli-

xas

xas conclusiones. Et quoad primum, quòd quando homicidium est deliberatum, & ex proposito commissum, omnes qui in ipso homicidio intervenerunt, tenentur pœna ordinaria homicidii, sive defunctus ex unico tantum vulnere, sive ex pluribus decesserit, & sive unum tantum vulnus esset lethale, cætera verò non lethalia, & sive appareat, quod omnes vulneraverint, sive appareat, non omnes vulneraſſe, sive sit dubium quinam vulneraverint, vel ne? Bossius *in practica, tit. de homicidio, num.* 22. & 24. Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 36. Clarus *in prax. §. homicidium, vers. alia etiam est defensio num.* 37. Farinac. *in prax. quæst.* 96. *num.* 72. Caballus *resol. crim.* 192. *num.* 1. *& seqq.* Giurba *cons.* 2. *num.* 11. Conciolo *resol. crim.* 6. *vers. homicidium, num.* 8. Peg. *decis.* 14. *num.* 6. *& decis.* 63. *num.* 2. Reg. Matthæu *de re crim. cont.* 20. *num.* 10. & 11. Reg. Cortiada *decis.* 98. *num.* 28. quod comprobat cum pluribus exemplaribus *num.* 19. *& decis.* 92. *num.* 32. Ciazzius *ad def. reor. discep. foren.* 15. *num.* 29. Gonzalez Tellez. *ad lib.* 5. *cap. significasti* 18. *tit.* 12. *de homicidio, num.* 4. Azevedo *lib.* 8. *tit.* 23. *de los homicidios, leg.* 1. *num.* 23.

2 Quoad secundum est etiam certum, quod quando homicidium commissum est à pluribus in mera rixa ex improviso, si non appareat cujus vulnere cæsus obierit, omnes ratione incertitudinis puniendi sunt pœna extraordinaria, Judicis arbitrio, Clarus *in d. §. homicidium, vers. alia etiam, num.* 37. Gail. *obser. lib.* 2. *obser.* 109. *num.* 1. Thesaur. *decis.* 31. *num.* 5. Farinac. *in prax. quæst.* 96. *num.* 14. *& cons.* 138. *num.* 27. *lib.* 2. Cabal. *resol. crim.* 192. *num.* 12. *cent* 2. Guaz. *def. reor.* 29. *cap.* 4. *num.* 30. *& def.* 33. *cap.* 22. Cyriac. *controv.* 250. *in fine*. Calvinus *de aquitate, lib.* 2. *cap.* 130. *num.* 11. *& seqq.* Vermig. *cons.* 270. *num.* 9. Giurba *d. cons.* 2. *num.* 2. Giovagnon. *cons.* 87. *sub n.* 8. *lib.* 1. Conciol. *resol. crim.* 6. *verbo homicidium num.* 1. 3. *&* 4. Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 15. *in principio*, Vela *de delictis, cap.* 15. *num.* 39. Ciaz. *discept foren.* 15. *num.* 11. Gonzalez Tellez *ad d. cap. significasti* 18. *de homicidio, n.* 4. Thoro *rerum judicat. cas.* 44. *num.* 7. *cum seqq.* R. Matthæu *de re crim. controv.* 20. *num.* 2. *&* 7. Peg. *decis.* 14. *à num.* 1 *usque ad num.* 8. *& decis.* 63. *num.* 3. in quibus latè quando interfectores possint de tractatu, & animi deliberatione torqueri. Reg. Cortiada *decis.* 98. *num.* 28.

3 Sic Senatus in facto Isidri N. agricolæ Parochiæ Sancti Stephani de Vallspira delati de nece per eum, unà cum alio proditoriè perpetrata jactibus instrumentorum manualium, in personam Eudaldi Salo Ferri fabri Villæ Rivipulli, die 6. Januarii 1680. hora septima post meridiem in dicta Villa, in vico nuncupato *los Cantons de Sant Jaume*, & de aliis criminibus, & delictis, qui ref. Egreg. Sen. Jacobo de Potau, & Moles I. R. C. Scriba Badia Not. fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando per decennium.

4 Hæc procedunt, & habent locum etiam in auctore rixæ, qui ex incertitudine vulnerantium condendemnatur tantùm ad pœnam extraordinariam, Clarus *in §. homicidium, num.* 39. Cabal. *resol.* 192. *num.* 12. *& seqq.* ubi dicit ita pluries practicasse condemnando auctorem rixæ graviori pœna, ut latius ibi, Guaz. *def. reor.* 33. *cap.* 22. *num.* 8. Giurba *cons.* 2. *num.* 2. *vers. Quarta eorum, in fine*. Vermig. *cons.* 39. *num.* 2. quos allegat Concio *resol. crim.* 6. *verbo homicidium, num.* 7. R. Cortiada *decis.* 98. *num.* 28. Peg. *decis.* 63. *num.* 4 ubi testatur punctim de nostra praxi, ibi. *Tamen apud nos non vidi servari: nec ipse consulerem, quod pro homicidio commisso in rixa, quis puniretur pœna ordinaria homicidii*, quid quid contrarium dixerint allegati à Conciolo *d. resol.* 6. *n.* 6. R. Matthæu *de re crim. cont.* 20. *num.* 8. *&* 9.

5 In his duobus casibus adhuc non complectuntur dubia contingentia in factis ubi adest incertitudo vulnerantium, nam transeunt nihilominus DD. ad alios duos casus hic referendos, & enodandos, [ne sub dubio quo loquuntur, dubitetur de pœna condigna in criminibus, tam usufrequentibus) Primum proponunt, si in rixa plures vulneraverint eundem, & constet quis eorum lethaliter percussit, tunc docent, quod is solus cujus ictu vulneratus obierit, puniendus est pœna homicidii ordinaria, & reliqui puniendi sunt pro qualitate culpæ, vulneris vel percussionis illatæ, Giurba *d. cons.* 2. *num.* 9. (is loqnitur in casu rixæ, nullo prævio ea de re tractatu) cum pluribus laudatis, quos sequitur R. Cortiada *d. dec.* 98. *n.* 28.

6 Rigida foret hæc opinio, si ita practicaretur absolutè, & indistinctè; sed cum grano salis salubris redditur, intelligendam censeo, prout doctè, & magistraliter eam exposuerat antesignanus criminalista Nobilis Ludovicus à Peg. *d. decis.* 14 *à num.* 1. *usque ad num.* 8. cujus doctrinam, ne utì præscriptam omittamus, in lucem noviter edendam opportunum judicavi.

Sic igitur, non ex quo scitur lethaliter vulnerans, cujus ictu percussus interficitur in rixa inter plures orta, plectendus venit pœna homicidii ordinaria, quia amplius indagandum est, ut ea pœna puniatur, quia pro infligenda pœna homicidii ordinaria summoperè contemplandus, & considerandus est animus percutientis, ut expressè disposuit text. *in l. finali, ff. ad legem Cornel. de sic.* in illis verbis: *Si in rixa percussus homo perierit, ictus uniuscujusque in hoc collectorum contemplari oportet*, atque ita perpendendum est; an is cujus ictu percussus interficitur, animum occidendi habuerit, ut declarat glosa dictæ legis finalis, verbo *uniuscujusque*, & intelligit Sesse *decis.* 103. *num.* 34. eam glosam de animo deliberato, & ex proposito, & sic Peg. *d. decis.* 14. *num.* 4. ut ejus litteram non perdamus, scribit ibi: *Non enim lege Cornelia solum sufficit, quod quis alium occidat, ut pœna ordinaria homicidii teneatur, sed adhuc opus est, id eum dolo, & occidendi animo admisisse, ita probatur expressissimo, & elegantissimo text. in l.* 1. *§. divus, ff. ad leg. Cornel. de sicar. ibi. Divus Adrianus rescripsit, eum qui hominem occiderit si non occidendi animo hoc admiserit absolvi posse, concordat tex. in leg.* 1. *Cod. eodem titulo, ibi: qui si probaverit, non occidendi animo hominem à se percussum esse, remissa homicidii pœna secundum disciplinam militarem sententiam proferet, concordat etiam tex. in cap. significasti* 2. *extra de homicidiis, ibi: & si percussor voluntatem non habuerit occidendi, & probatur argumento textus in § placuit instit. de obligat. qua ex delic. nasc. ibi: quia furtum sine affectu furandi non committitur.* 7

His adde textum *in lege* 7. *ff. ad leg. Cornel. de sicar.* ibi: *In lege Cornelia dolus pro facto accipitur, nec in hac lege culpa lata pro dolo accipitur*, & ibi glosa, *verbo dolus*, ubi explicat, *dolosum propositum*, & antea *in l.* 4. *§. cum quidam, ff. eodem*. Gail *lib.* 2. *obser. cap.* 110. ubi quod homicidium commitatur ex proposito, destinata voluntate, & quidem dolo malo, ut habeat locum pœna legis Corneliæ de sicariis, allegat antiquiores, comprobant Sesse *dec.* 212. *n.* 18. Giurba *cons.* 2. *n.* 12. 8

Hinc Peg. *d. decis.* 14. *nu.* 6. exponit differentiam, quam etiam agnovit Paz. *ad l.* 57. *styli num* 26. *& seqq.* Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *num* 36 circa medium, Sesse *decis.* 103. *num.* 26. inter legem Corneliam de sicariis, & legem Aquiliam, nam lex Cornelia de sicariis tantùm animum considerat, & sic quando non constat, cujus ictu ex pluribus rixantibus quis interficitur, omnes sunt à pœna homicidii absolvendi, postquam de animo præsumere non possumus, ut sentit *glos. in l. Item Mela* 11. *§ & si plures, ff. ad legem Aquiliam*; Lex verò Aquilia, ex qua tantum actio civilis ad interesse instituitur, potius attendit ad factum, quàm ad animum, & ideò ad interesse omnes tenentur, data etiam incertitudine damnificantium, ut probat text. *in d. l. Item Mela* 11. *§. sed si plures, ff. ad leg. Aquiliam*, ibi: *Sed si plures servum percusserint, utrum omnes quasi occiderint, teneantur, videamus, & siquidem apparet cujus ictu perierit ille quasi occiderit tenetur, quod si non apparet omnes quasi occiderint teneri, Julianus ait.* 9

Et adhuc in hanc rem admitto differentiam inter animum occidendi, & animum deliberatum occidendi, etsi enim utrumque homicidium, commissum scilicet, vel animo occidendi, vel animo deliberato occidendi, possit dici dolosum; tamen commissum absque ulla deliberatione præcedenti, simplex appellatur, & hoc punitur pœna extraordinaria, ut infra etiam dicitur, aliud verò dolosum est cum præcedentia deliberationis, & præmeditationis commissum, & punitur pœna homicidii ordinaria, prout hanc differentiam doctè agnovit Bonden. *de jure controv. colluc. legal.* 46. *num.* 73. *cum seq.* in illis verbis: *Quocirca retento ordine hucusque servato, tam circa homicidium dolosum simplex, scilicet illud, quod absque ulla deliberatione precedenti, præmeditatione, & appensamento, sed quodam impetuitæ, accedente solo animo occidendi, & ut vulgò dicitur à sangue caldo committitur: quàm circa homicidium dolosum ex proposito, nempè illud, quod, cum precedentia deliberationis, & præmeditationis resolvitur in animo occidentis, ut postmodum appensate, & consultò ac ut vulgò dicitur à sangue freddo committitur,*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

juxta tradita à Bart. in l. respiciendum, §. delinquunt num. 1, 2. ff. de pen. Cason. de indic. tract. 2 cap. 1. num. 78. Ayer. de homicid. par. 2 num 104. Clar. §. homicidium sub num. 1. 6. 8. Menoch. de arbitr. d. cas. 361. sub num. 4. vers. sciendum est, & sub num. 6, 8, 15. Farin. in prax. tit. de homicid. d. quæst. 126. num. 6. 7. 8. ubi pulchrè. Giurb. conf. crim. 2. num 13. Vermigliol. conf. 26. num. 13. & conf. 28. num. 4. & conf. 71. nu 5. Caval. de homicid. num. 383. & seq. novissimè Panimod. d. const. 34. num. 12.

Et successivè percurrendo distinctionem præsuppositam, & in se veram inter animum occidendi, & animum deliberatum occidendi; adeò ut ex illo non arguatur ad deliberationem, ac præmeditationem homicidii; ex isto verò desumatur necessariò eadem deliberatio, & præmeditatio; ad congesta per Bertaz. ol. conf. 85. num. 10. & conf. 208. sub num. 7. 8. Burs. at. conf. 271. num. 33. Clar. d. §. homicidium sub num. 8. vers. sed ego, Farin. d. quæst. 126. num. 10. Vermigliol conf. 37. & conf. 67. utrobique num. 3. Surd. conf. 40. num. 29. lib. 1.

10 Casum hunc, quem controvertimus, decisum recitat Peg. decis. 14. in fine, ubi die 22. Maii 1583. in facto F. P. R. C. contra Damianum Vendrell Civitatis Barcinonæ delatum, & inculpatum de vulneribus in rixa, ense evaginato illatis in personam Guillermi Vila, ex quibus postea sequuta fuit mors in ejusdem Guillermi Vila personam, & fuit dictus Vendrell condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando per decennium; sic certus interfector in rixa (inter plures orta, ut licet videre in princ. decis. in effiguratione casus) erat dictus Vendrell, & quia inter alia non constitit de animo deliberato occidendi, fuit à pœna ordinaria homicidii liberatus, & tantùm extraordinaria punitus, en quomodo est certum, quod non ex quo constat de occidente in rixa plurium, potest certus interfector plecti pœna mortis, si aliundè non probetur, animum deliberatum occidendi habuisse.

11 Patet etiam, quia animus deliberatus occidendi non præsumitur, sed imò in dubio præsumitur, quòd casu, & non appensatè quis in rixa intervenit, & ideo Fiscus, vel actor qui dicit homicidium animo deliberato commissum fuisse, id probare tenetur, quia ista qualitas animi deliberati est facti, & separata ab homicidio, Bajard. ad Clarum §. homicidium, num. 16. Giurba conf. 2. num. 16. & 26. Guazzin. defen. reor. 33. cap. 10. num. 14. vers. & in dubio. Vermig. conf. 26 num. 13. cum pluribus laudatis Regia Cortiada decis. 98. nu. 29. & 30. Conciol. resol. crim. verbo homicidium, resol. 6. num. 12.

12 Et adhuc casu quo constet de animo deliberato illius, qui homicidium commisit, si respectu assistentium fuit de improviso commissum, docet Peg. d. decis. 63. num. fin. assistentes esse liberandos, ibi: *Quod facilè ex pluribus deprehendi potest, ut puta si pradicti de comitiva, incontinenti quo homicidium præsentibus illis fuit sequutum, apprehenderint occisorem, vel eum persecuti fuerunt, fecerunique contra eum aliquas fiscales diligentias, vel quia apertè constat, nullam unquam inter ipsos, & occisum interfuisse inimicitiam, imo quod lugent casum inopinatum, quia in hoc casu illos omnino esse absolvendos existimarem, nulla habita ratione solius assistentia illorum*, faciunt tradita per Giurba conf. 51. num. 26. 27. & 29. Conciol. ver. homicidium, resol. 11, num. 8, de hac re latius decis. 40. num. 26. & seqq.

13 Potuit enim evenire quod idem homicidium respectu unius sit commissum animo deliberato, & respectu alterius dicatur commissum ex improviso, ut puta si quis sciens inimicum suum alicubi esse, & deliberans eò accedere, ad illum interficiendum convocet amicos, prætextu quod vellet ire deambulatum per Civitatem, & deindè illos nil cogitantes conducat ad illum locum, & illum interficiat, ut ait Clarus in d. §. homicidium, num. 37. & hoc casu corrixantes deliberatè homicidio interveniisse non dicuntur, nec pœna ordinaria puniendi sunt, etsi gladium strinxerint. Fulgos. l. qui sit fugitivus, §. 1. ff. de ædil. edict. Mars. in prax. §. constante, num. 47. in l. 1. nu. 12. Cod. de ficar. & in l. 1. num. 81. Cod. de raptu virg. Carrer in prax. §. homicidium autem, num. 52. Jul. Clar. §. homicidium, num. 37. & §. fin. quæst. 90. ubi Bajar. num. 22. Molin. de justitia tract. 3. disput. 33. mem. 1. Malvasia conf. 70. num. 5. Caval. de Brach. Reg par. 6. fram. 91. Marant. conf. 122. num. 5. Bertaz. crim. conf. 516. num. 5 Carpan. in nov. Arediai. Const. cap. homicidia num. 1357. Anguil. conf. 22. ad fin. Farinac. quæst. 96. num. 79. Gomez var. tom. 3. cap. 3. de homic. sub num. 48. ut cum DD. relatis comprobat Giurba conf. 2. num. 23. nec si post delictum illum associaverint, Turret. conf. 66. num. 19. in 1. Guaz. reor. defen. 33. c. 11. num. 2. Giurba d. conf. 2. num. 23.

Animus ergo occidendi deliberatus interfectoris ex plu- 14
ribus rixantibus requiritur, ut puniri possit interfector pœna homicidii ordinaria, quia homicidium commissum sine præmeditatione, & animi deliberatione dicitur simplex, ut supra etiam dicitur, & probat Regens Cortiada decis. 92. num. 5. Conciol. verbo homicidium resol. 1. num. 1. & punitur tantùm pœna extraordinaria, Conciol. in eadem resol. num. fin.

Et quia rixa potius simplex, quàm prævio tractatu sequ- 15
uta censetur, Giurba conf. 2. num. 14. ideo homicidium commissum in rixa punitur tantùm pœna extraordinaria, R. Cortiada d. decis. 92. num. 32. & decis. 98. num. 79. cum exemplaribus in utraque decisione relatis. Conciol. resol. crim. verbo homicidium, resol. 2. & fuit noviter observatum, nam die 25. Augusti 1683. Petrus N. delatus de homicidio calore iracundiæ in rixa perpetrato ictibus pugionis in personam Raphaelis Balada Panifici Civis Barcinonæ, ad relationem Magnifici Vincentii Sabater I. R. C. fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando ad septennium.

Similis die 17. Septembris 1683. ad relationem Magnifici Bernardini de Puig I. R. C. contra Franciscum N. delatum de homicidio in rixa in Villa Sancti Felicis de Lupricato perpetrato in personam Joannis Roca jactu instrumenti manualis, vulgo *pessa llarga*.

Hinc à contrario sequitur, quòd quando cessante provo- 16
catione, seu rixa aliqua, & sine causa præcedente voluntariè committitur homicidium, cum tunc dolus adsit, & homicidium appensatè, & animo deliberato præsumatur perpetratum, R. Cortiada decis. 98. num. 2. & num. 46. Reg. Matth. de reg. Reg tom. 2. §. 8 cap. 8. num. 40. vers. imo delinquens, punitur occidens pœna homicidii ordinaria Ferrer 3. par. obser. c. 468. & aliis laudatis cum Senatu Reg. Cortiada d. decis. 98. n. 2. & n. 40. in fine.

Prout etiam eadem pœna punitur, quando occidit de fa- 17
cie ad faciem motus ex levissima causa, quia dicitur commissum sine causa præcavendi, quia parum, & nihil æquiparantur, ut in terminis immunitatis Ecclesiasticæ docet Xammar rerum judicatarum diffin. 48. per totam præcipue num. 19. & seqq. & eo allegato, Reg. Cortiada decis 96. num. 23. & nunc addimus, sic fuisse observatum in fortioribus terminis contra Thomam N. loci de Pi terræ confluentis die 3. Julii 1670. delatum de homicidio contra Dominicum Bonet à tergo ictu pugionis 16. mensis Junii 1670. hora quarta post meridiem propè cauponam dictam la Baraqueta qui fuit declaratus Reus mortis Ref. N. Don Josepho Ferrer I. R. C. Scriba Famada, non obstante quod inter homicidam, & occisum ex re nata ibi, fuisset orta disputatio, quisnam ex his esset magis Cathalanus, & alia inter eos essent prolata verba, & consideravit Senatus, ex levissima causa homicidium commissum fuisse, nec aggressum aliquam præcavendi causam habere debuisse.

Ex quibus omnibus infertur, quod sine dolo, & animi 18
deliberatione, nullum homicidium punitur pœna ordinaria legis Corneliæ de sicariis; ac proindè præcedente rixa inter plures quamvis constet de interfectore (si de ipsius occidendi animo deliberato non constet) puniri non debet interfector pœna homicidii ordinaria.

Et ideò notanter DD. non affirmant, interfectorem certum pœna homicidii ordinaria puniri, sed de homicidio teneri, dixit Placa in Epirome delictorum, lib. 1. cap. 12. ibi: *Proponitur quartus casus, cum unus fuerit à pluribus in rixa subito contingenti, non tamen ex consulto, neque præmisso consilio vulneratus. Etenim si constat, quod ex pluribus vulneribus sit lethale, & quis id intulerit, tenebitur sanè is de homicidio; cateri verò de percussione.*

De occiso teneri tunc interfectorem scripsit Clarus in prax. § homicidium, n. 41. ibi: *Aut verò plura sunt illata vulnera, & certi sunt vulneratores, & certa etiam vulnera ab ipsis singulis illata, sed ignoratur ex quo vulnere in specie mortuus sit. Et tunc aut omnia vulnera erant lethalia, & omnes tenentur de occiso, & in hoc non videtur dubitandum. Aut verò unum, vel plura erant lethalia, & aliqua non lethalia, & tunc illi tantum, qui intulerunt lethalia tenentur de occiso, alii verò de vulneribus tantum.*

Idem

Idem recitavit Fabet *in Cod. lib. 9. tit. 10. def. 9.* ibi: *Si verò plura sint illata vulnera, & certi sint vulneratores, & certa vulnera, illata, ignoretur tamen ex quo vulnere mors secuta sit, tunc omnes teneantur de occiso, si omnia vulnera fuerunt lethalia, vel illi tantum, qui lethalia inflixerunt, si non omnia fuerunt, alii verò de vulnerato, & præterea pœna pecuniaria arbitrio Judicis.*

Gonzalez Tellez *in lib. 5. decret. in cap. significasti 18. tit. 12. de homicidio, num. 4.* ibi: *Sed si non præmeditato consilio, sed casu rixa orta fuerit, & constet quod vulnus lethale sit, & quis illud intulerit, ille tantum, qui hominem mortiferè vulneravit, tenebitur de occiso, cæteri si non vulneraverint, non tenebuntur; si autem vulneraverint, propter ea vulnera solummodo, non propter mortem puniendi erunt, cum singulorum dispar culpa, & inæquale fuerit delictum.*

Vel ut alii dicunt, de morte teneri, Gomez *var. 3. cap. 3. num. 36.* ibi: *Quod si plures non ex proposito, sed mota inter eos rixa occiderunt aliquem, & constat quod unus eorum percussit, alii verò non, ipse solus tenetur, & idem est si unus eorum dedit vulnus mortale, alii verò dederunt alia vulnera levia, & non mortalia, ipse solus tenetur de morte; alii verò tenentur tantum de vulneribus.*

Vel de homicidio teneri, Covarruvias *ad clem. si furiosus de homicidio par. 2. §. 2. num. 3. vers. secundus casus*, ibi: *Secundus casus exponitur: cum unus fuerit à pluribus in rixa subito contingenti, non præmisso consilio vulneratus, & constet quod ex tot vulneribus sit lethale, & quis id intulerit: in hac equidem specie tenebitur qui vulnus lethale intulit de homicidio, cæteri de percussione.*

Andreas Gail *lib. 2. obser. 166. n. 2.* ibi: *Si verò certum sit, quis occiderit, ille solus de homicidio, cæteri de vulnerato tenentur.*

Vel esse puniendum, ut retulit Azevedo, *ad l. 1. recopilationum tit. 23. lib. 8. num. 18.* ibi: *Sed si constat de percussore lethaliter ille solum punietur, quamvis cæteri levia vulnera occiso inflixerint.* DD. qui ita dubiè loquuntur intelligendi sunt de pœna extraordinaria, nam non ex quo affirmant teneri interfectorem certum de occiso, teneri pœna ordinaria homicidii dicere intendunt, cum de occiso teneantur etiam qui pœna extraordinaria plectuntur, juxta notata à Claro *in prax. crim. d. §. homicidium, n. 41.* Peg. *dec. 63. num. 3.*

19 Alium casum proponit Nob. Reg. Cortiada *dicta decis. 98. num. 28.* videlicet, si homicidium est commissum per assassinium, proditoriè, per insidias, aut animo deliberato, tunc omnes qui homicidio interveniunt, pœna homicidii ordinaria puniri debere asserit, sive defunctus, ex unico vulnere, sive ex pluribus decesserit, & sive unum tantum vulnus esset lethale, cæteta verò non lethalia, & sive sit dubium, quinam vulneraverint, vel ne. Atverò hi casus, quando scilicet est homicidium commissum per assassinium, vel per insidias continentur in illo, quem desuper exposuimus, quando plures consultò, & præcedente tractatu homicidium commiserint, qui omnes tenentur pœna ordinaria homicidii, quamvis adsit incertitudo interfectorum, & patet, nam inter committentes homicidium per assassinium adest tractatus præcedens ad interficiendum, & sic omnes plectuntur pœna mortis, ut liquet in exemplaribus relatis per Reg. Cortiada *decis. 95. num. 32.* & inter committentes homicidium per insidias etiam adest tractatus, & consultatio resultans, ex quo occultè, vel insidiosè parati morituro insidiantur, & in eum irruunt, ut patet in exemplaribus in hac re recitatis per Reg. Cortiada *d. decis. 98. num. 28.* & probant scripta à Peg. *decis. 54. num. 6.* qui docet quod insidiæ non possunt esse sine industria, licèt industria possit esse sine insidiis, Castil. *lib. 2. decis. 154. num. 4.* R. Cortiada *decis. 98. num. 4.* & adhuc in his terminis homicidii insidiosi pro scrutando animo delibetato ponderantur conjecturæ in facto contingentes, ut videre licet in Giurba *conf. 2. à numer. 34.* & infra larius in facto.

20 Difficultas solùm est eo in casu, quem idem Reg. Cortiada *dicta decis. 98. num. 28.* recitat, videlicet in homicidio proditorio, ubi affirmat quod data incertitudine interfectorum, plectantur omnes pœna ordinaria homicidii, ad quod comprobandum allegat diversos Auctores, & in versiculo. *Et in casu homicidii proditoriè commissi* ponderat diversa exemplaria nostri Senatus.

21 Sed cum bona venia tanti Magistri, censeo, data incertitudine interficientium in homicidio proditorio, non præcedente tractatu, & animi deliberatione, interficientes puniendos tantùm esse pœna homicidii extraordinaria, nam etiam in homicidio proditorio evenire potest, ut nulla præcedente animi deliberatione, sed de improviso à pluribus commissum sit, pro ut evenit in exemplari relato contra Isidrum N. agricolam, qui ob delictum proditorium cum alio commissum jactibus instrumentorum manualium in personam Eudaldi Salo die 6. Januarii 1680. Ref. R. S. Potau, quia non constitit de præcedente tractatu, fuit condemnatus ad pœnam extraordinariam.

Prout etiam in exemplari relato à Peg. *decis. 63. num. penultimo*, contra Balthassarem Altizen, qui die 15. Octobris 1597. delatus, quod cum Officialis Baronis loci de la Guardia Elada in comitiva aliorum illi assistentium, duceret captum Thomam Garriga, unus de dicta comitiva à tergo, (& sic proditoriè) jactu archabusii interfecit eumdem Gartiga, & cum non esset probatum de occisore, nec essent indicia, vel suspiciones quibus præsumi posset aliquis tractatus, vel deliberatio contra assistentes, & de comitiva, non fuit dictus Altizen tortus, sed condemnatus arbitrariè ratione incertitudinis ad pœnam bannimenti extra Principatum ad quinquennium. Nec hic ulterius dubitari poterat, homicidium fuisse proditorium, quia fuit commissum in hominem captum, ex R. Cortiada *decis. 96. num. 26.* licèt dubitari tunc posset fuisse proditorium in casu quo de ordine Officialis reus fugiens à comitiva occideretur, quia tantum homicida tunc tenetur pœna extraordinaria. Sanfel. *decis. 257. in fine.* 22

Sic intelligenda censeo exemplaria in nostro Senatu facta, quæ recitat idem R. Cortiada *d. decis. 98. num. 28. vers. & in casu homicidii proditoriè commissi*, quod manifestum facit relatum contra Didacum Diaz Molendinerium oriundum Villæ de Repes Regni Castellæ, & Franciscum Xart juvenem agullerium Civitatis Barcinonæ die 2. Decembris 1638. quod ad litteram tradit idem R. Cortiada *decis. 96. num. 47.* & in eo fuerunt declarati Rei mortis cum aliquibus additamentis, ad relationem Magnifici Raphaelis Puig. Judicis Regiæ Curiæ, ut ibi: *Delati, & inculpati, quod prævio tractatu, & animi deliberatione unà cum aliis die 3. Novembris 1638 hora decima noctis in Civitate Barcinonæ accesserunt ad domum seu Cauponam Bernardi Gunella Milanensis quàm habebat in vico de Sant Christofol prope vicum de la Boria, animo furandi, & occidendi impedientes, ubi proditoriè occiderunt Michaelem N. dictum lo Gollut famulum dicti Gunella, & suæ Cauponæ, &c.* 23

Et contra Mariam de Cathalunya bohemiam 21. Junii 1561. quod ad litteram recitat idem R. Cortiada *d. decis. 96. numer. 45.* fuit delata de strangulatione, & suffocatione Antonii Joan, famuli Joannis Arquez cum alia socia, & de derobatione muli, & asini, & sic non tantùm de homicidio, sed etiam de furto cum socia commisso.

Aliud etiam die 3. Decembris 1608. contra Jacobum Salvador del Senglar paratorem Lanæ Parochiæ de Alforia Archiepiscopatus Tarraconæ, qui extitit declaratus reus mortis, fuit delatus, ibi: *De nece proditoriè, & per insidias jactibus tormentorum manualium, vulgò dictorum pedrenyals per eum unà cum aliis perpetrata in Villa Tarregæ 20. Septembris præsentis anni hora quarta post meridiem in personam Nob. Don Francisci de Aragò in eadem Villa populati*, pro ut recognovi in Archivio Regio in conclusionibus illorum annorum, & quando succedit homicidium per insidias præsumi debet inter aggressores, & insidiantes consultò, & præcedente tractatu deliberasse homicidium proditorium, & insidiosum ut dixi. 24

Et pariter in his terminis intelligi debent alia adducta contra Paulum Riera 17 Octobris 1624 quæ expendit etiam Reg. Cortiada *dec. 96. n. 45. in fine*, & contra Joannem Tallades 18 Octobris 1626.

Pariter nec DD. quos allegat dicta *decis. 98. num. 28.* R. Cortiada probant in homicidio proditorio commisso per plures data incertitudine occidentium, non probato prævio tractatu, puniendos esse pœna ordinaria homicidii: non glosa, *in l. fin. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Clarus *in §. homicidium, num. 37. usque ad num. 41.* Bajard. ad Clar. *in d. §. homicidium, num. 119.* idem Clarus *in §. fin. quæst. 90. à num. 1.* ubi Bajard. Plaza *de delictis, cap 12. lib. 1.* Paz *ad leg. 57. styli.* Azevedo *ad leg. 1. à num. 16. lib. 8. tit. 23. recopil.* Maceraten. *lib. 3. resol. 5. numer. 9. cum seqq.* Covar. *ad Clem.* 25

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Clem. si furiosus de homicidiis par. 2. §. 2. num. 3. & sequentibus. Menoch. *de arbit. casu* 362. Riccius *collec.* 1016. *par.* 4. Gail. *lib. 2. obser.* 109. Costa *de scientia, & ignorantia cent.* 1. *disp.* 40. Gomez. *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 36. & ibi Ayllon. Barbos. *cap. quiescamus* 42. *distinc. numer.* 9. Guaz. *defen.* 29. *cap.* 4. *num.* 30. *& defen.* 33. *cap.* 22. Thesau. *decis.* 31. & ibi additio, Gaspar Antonius Thesau. *lib* 1. *quæst. forens.* 46. Sesse *lib.* 1. *decis* 103. *& lib.* 2. *decis.* 212. *à num.* 15. Faber. *in Cod. lib.* 9. *tit.* 10. *deffin.* 9. Marcus *decis.* 707. Rota *Arenionen. dec.* 93. *num.* 12. *cum seqq.* Mura *decis.* 68. Thoro *in comp. decis. par.* 3. *sec.* 1. *in verbo assistens armatus, & verbo assistens homicidio, pag. mihi* 78. Farinac. *in prax. par.* 3. *quæst.* 96. *à num.* 14. *usque ad finem, & conf.* 116. *num.* 13. *& 14. lib.* 1. Giurba *conf.* 2. *& 4.* Ciazzius *discep. forensi.* 15. *num.* 12. *cum seqq.* quia omnes hi citati Doctores nullum verbum faciunt de homicidio per plures proditorie commisso, si inter eos non præcedat tractatus: an teneantur omnes, vel alter ex interfectoribus propter incertitudinem pœna homicidii ordinaria: unde concluditur, quod data incertitudine vulnerantium, etiamsi sit commissum homicidium proditorium, vulnerantes, & interficientes puniri non debent pœna ordinaria homicidii, sed tantùm extraordinaria, Judicis arbitrio.

Sin autem ex his qui in homicidio interveneruntconstaret de certo interfectore, hic teneretur de eo quod fecit, Idem evenit in vulnerante, qui de eo quod fecit plecti debet, nam in rixa plurium, si constat de vulnerantibus, vel occisoribus, unusquisque tenetur de eo quod fecit, & si nil fecerit ad nil tenetur, Cyriac, *contr.* 102. *numer.* 8. *ex l. fin. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Peg. *decis.* 14. *num.* 4. Farinac. *in prax. quæst.* 96. *numer.* 29. Guaz. *def.* 33. *cap.* 22. *numer.* 5. Giurba *conf.* 2 *numer.* 57. Conciol. *resol. crim.* 7. *vers. homicidium per tot.* at verò nulla præcedente rixa, si appareret de certo homicida ex pluribus qui homicidio interveniunt, & quidem proditorio, existimo esse indubitatum puniendum esse pœna homicidii ordinaria, sicut ea pœna puniri deberet, si de animo deliberato homicidæ constaret, si verò præcederet rixa ex improviso suborta, occisor proditorius, & alii homicidio assistentes tantum puniri possent extra ordinem,

26 Nunc ad casum, congressi Petrus N. Jacobus N. Laboratores die 16. Martii 1657. ad occidendum Jacobum Mayans in loco ubi confodiebat, duo parati delituerunt in ripa, & d. Petrus N. scelestum simulans animum ad moriturum accessit, quem præcavens armatum, suasit eidem ut arma deponeret, ajens possum ne tuæ fidei credere? at arma deponere negavit; bene tamen ipsius fidei niti posse dixit, nullis aliis verbis prolatis, illico d. Jacobus N. qui latenter in ripa expectabat, irruit in dictum Mayans, proiiciendo instrumentum manuale, illumque mortiferè vulneravit, & statim in saucium, & jacentem tres accedendo ad corpus vulnerati, cannis cum tangendo, simul sua instrumenta manualia projecerunt, ex quibus confessus obiit.

27 Proposita fuerunt in defensam sequentia dubia. Primum, quod non constabat de corpore delicti, quia scilicet non constabat, Jacobum Mayans scelere interemptum fore, *l.* 1. §. *item illud ff. ad Syllan.*

28 Secundum, quod testes in offensam fidem non faciebant, quia infames erant, uxorum enim suarum adulteria sciebant, & pro eis quæstum participabant, Farin. *quæst.* 56. *n.* 26. *& plures seqq.*

29 Tertium, homicidium fuisse casuale, & ita non omnes, sed interfectorem tantùm in omni casu, pœna mortis puniri posse, Giurba *conf.* 2. *num.* 9. quia tractatus, & animus deliberatus probati non erant concludenter, & in dubio non præsumuntur, Giurba *d. conf.* 2. *n.* 13. 14. *&* 15. Bossi. *tit. de homicid. num.* 23. *&* 25. Guazzin. *def.* 33. *cap.* 22. *num.* 2. Sesse *dec.* 212. *n* 18. & alii supra relati.

30 Quartum, quod dictus Mayans duos annos, & quinque menses, antequam necaretur, jactum instrumenti manualis in matrem dicti Petri N. occisoris projecerat, eamque vulneraverat, quapropter iracundiæ calore, & ad repellendum injuriam matri suæ illatam, dictum Mayans occiderat, & ideo à pœna ordinaria excusandus erat. Farinac. *quæst.* 125. *à n.* 283.

31 Quintum, excusandum esse occisorem à pœna ordinaria homicidii; quia occisus pluries mortem minatus fuerat dicto interfectori, Farinac. *quæst.* 125. *num.* 67. quamvis non constaret, minantem minas exequi solitum esse, nec in exequendi actu esset, cum minas protulit, nec quando interfectus fuit. Farinac. *d. quæst.* 125. *nam.* 68. 69. 70. *&* 71. *& num.* 512.

Sextum, quia uxorem dicti Petri, ex coitu cum Antonio N. stupratore, quinque menses antequam nuberet, gravidam e viri domo stuprator cum dicto Mayans associatus abduxit, tres annos antequam occideretur, quam mulierem dictus Mayans in domo sua absconditam per plures dies retinuit, usquequo peperit, quapropter justo dolore motum fuisse homicidam ad occidendum raptoris socium, & ita à pœna ordinaria liberandum esse, etsi tres elapsi anni fuissent à die associationis, Farinac. *quæst.* 121. *num.* 11. *&* 112. Cabal. *casu* 300. *numer.* 26. Marta *voto* 206. Cabedo *decis.* 172. *numer.* 9. *par.* 1. Gizzarel. *decis.* 18. *numer.* 4. *& 5.* 32

Primo dubio fuit responsum, plenè constare per mortis eventum occisum scelere interemptum fuisse; quia post illata vulnera intra spatium viginti quatuor horarum decessit. Peg. *decis.* 14. *num.* 12. *& dec.* 78. *num.* 6. *&* 8. maximè non constito de curationis negligentia. Giurba *conf.* 84. *n.* 27. & plenius de hac materia agimus *dec.* 11. 33

Secundo dubio fuit dictum, testibus offensionalibus plenè esse deferendum, quia infamia illis objecta probata non fuit. 34

Tertio dubio fuit satisfactum, quod de precedente tractatu, & animi deliberatione constabat ex diversis conjecturis (eisdem conjecturis infertur tractatus, quibus animus deliberatus, & præmeditatus probatur, Guaz. *def.* 4. *cap.* 14. *num.* 11. Giurba *conf.* 2. *num.* 46.] Prima ex inimicitia capitali, quam allegabant delinquentes in defensam adesse inter homicidas, & occisum. Secunda, quia simul coadunati, & armati ad locum delicti accesserunt, & singuli instantaneè in saucium, & jacentem jactus instrumentorum manualium projecerunt. Tertia ex armis, & illorum gestatione. Quarta ex qualitate vulnerum in parte corporis periculosa illatorum. Quinta, quia multi fuerunt occisores, quas conjecturas pro animo deliberato sufficere dicimus late *dec.* 38. *antec. tota.* 35

Proditorie, & per insidias fuisse scelus perpetratum apparuit, quia plenè constitit, quod duo ex aggressoribus delituerunt circa ripam, & propè locum delicti, ubi laborabat occisus, & quod alter lædendum vocavit amicabiliter, simulans propterea ore quod in corde gerebat; & illico quo unus ex sicariis insidiantibus irruit in aggressum, pariter dolosus, & mendax fidem frangendo, & singuli pariter in eum jactus projecerunt: proditorium ergo, & insidiosum fuit homicidium, probant Peguera *decis.* 54. *num.* 2. *& seqq.* Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 38. *num.* 40. Santel. *decis.* 241. *sub num.* 4. Castil. *decis.* 154. *num.* 4. *in fin. lib.* 2. Giurba *conf.* 60. *num.* 20. & latè R. Cortiada *dec.* 96. *num.* 35. sequitur ergo, omnes pœna homicidii ordinaria plectendos esse, ut supra latius probavimus. 36

Nec obstare visum fuit quod quartò proposuerant rei, aggressum in matrem dicti Petri N. alterius ex reis, duos annos, & quinque menses, antequam commissum esset homicidium, projecisse instrumentum manuale, & eam vulnerasse, quia licet offensus occidens offensorem excusetur à pœna ordinaria, & solum teneatur de excessu pœna extraordinaria, hoc tamen intelligitur, si committatur homicidium, defensionis calore, & iracundia durantibus, & antequam offensus post offensam ad alios actus se divertat. Bossius *tit. de homi. num.* 61. Farinac. *quæst.* 125. *numer.* 342. Thesaur. *decis.* 178. *num.* 6. Guaz. *def.* 29. *cap.* 5. *num.* 2. *vers. circa tempus*, secus verò si post multum tempus ab actu defensionis, & ex intervallo, postquam ad actus externos se divertisset, Farinacius *dicta quæstione* 125. *num.* 403. Thesaurus *d. decis.* 178. *num.* 6. & dictus Petrus N. nec quamprimùm potuit, neque antequam ad alios se divertisset, imò elapsis duobus annis, & quinque mensibus prætensæ offensionis, offensorem necavit, & fuit ex injuriis, quæ sine derisu, & dedecore exponi judici possunt, ut dicimus latissimè *dec.* 42. 37

Quinto dubio fuit responsum, quod de minis non constabat nisi per unicum testem deponentem sine temporis præfinitione, ex cujus dicto liquere non potuit, an minatus calore iracundiæ ex causa minarum commotus irruisset, & quod præcisè de tempore minarum constare debebat, ut discerni posset an ex intervallo, an verò incontinenti in minantem irruisset, pro ut requiritur in provocato, ut à pœna ordinaria liberetur, Farinacius *quæst.* 125. *numer.* 403. Thesaurus *decision.* 178. *numer.* 6. nam quod dicitur in 38

provo-

provocato procedit in minato, cum minatus provocatus etiam dicatur, Farinac. *d. qu.* 125. *num.* 512. cum ergo de minarum tempore non constaret, nec appareret, iram ex minis ortam fuisse, quod præcisè reus probaro tenebatur, juxta tradita per Farin. *d. quæst.* 125. *num.* 419. Matth. *de reg. Reg Val. cap.* 8. §. 8. *num.* 47. de defensa hac nulla habita fuit ratio.

39 Ulterius, quia nec liquebat minarum notitiam minarum habuisse, quæ cum sit quid facti, non præsumitur. Mascard. *de prob. concl.* 879. *num.* 1. Farinac. *q.* 49. *n.* 96. Burat. *decis.* 696. *num.* 10. *par.* 3. quod præcisè requirebatur, ut dici posset, ex ea causa commotum fuisse reum ad occidendum, juxta tradita per Bajard. *ad Clar.* §. *fin. quæst.* 60. *num.* 81. Jul. Chatr. *decis.* 81. *num.* 41. pro ut non repellitur testis propter inimicitiam, quam ignorat, Bajard. *ad Clar. d.* §. §. *fin. quæst.* 24. *numer.* 42. Farinac. *in prax. quæst.* 53. *num.* 29.

In ultimo dubio fuit consideratum, quod occisor interfecti uxorem non stupravit, nec in stupro socius fuit, sed solùm Antonium N. stupratorem, & illius amicam comitatus fuit, quando à viri domo fuit abducta, quod factum fuisse dixit ad vitandum scandala, quæ ex partu, elapsis solum à die matrimonii quatuor mensibus resultassent, si in viri domo peperisset, ac etiam fuit dictum, quod dictus Petrus N. uxorem recuperatam post quatuor menses necavit, quod stuprator instante matre dicti Petri captus fuit, & per spatium novem mensium in carceribus detentus pro dicto facto, & donec à matre instante perdonamentum obtinuit, quo obtento cum Regio Fisco se composuit, sicque injuria contra principalem jam in judicium deducta fuerat, & delictum abolitum, quapropter minimè excusandos fore à pœna ordinaria homicidii, animo deliberato, proditoriè, & per insidias perpetrati.

40 Et in injuria ex causa honoris, an propulsans eam ex intervallo occidendo excusetur à pœna ordinaria homicidii latissimè dicimus *in decis.* 42. *tota*, & ad arbitrium judicantis recurrendum censemus pro pœna condigna, eo in casu infligenda, qui considerata qualitate injuriantis, & injuriati, an injuriatus ad actus extraneos se diverrat, vel quamprimùm commodè, vel tutè potuit injuriam vindicaverit, an fuerit injuria atrox, & honoris offensiva; & an fuerit successiva, ex qua quotidie injuriatus offenditur, his pensatis pœnam ordinariam, vel extraordinariam juxta facti occurrentias deliberabit.

41 Sequitur conclusio *die* 30. *Julii* 1658. *in facto F. P. R. C. adversus, & contra Petrum N. aliàs lo Colom, Jacobum N. aliàs lo Gerut, & Antonium N. aliàs lo Bover den Vives, ejectos à pace, & tregua, & publicatos inimicos Regia Majestatis, delatos, & inculpatos de nece per eos proditorie, appensate, per insidias, & præcunte tractatu jactibus tormentorum manualium perpetrata* 16. *Martii* 1655. *in personam Jacobi Mayans agricolæ loci Sancti Geneſii de Vilassar, & de jactibus tormentorum manualium, etiam animo deliberato projectis in personam Pauli Prats Commissarii* 4. *Junii* 1655. *nec non de valida resistentia per eos, & alios cum eis coadunatos facta Antonio Vehils Jurato, & eo nomine per absentiam Bajuli Regentis Bajuliam dicti loci de Vilassar* 5. *Junii* 1655. *ei proiiciendo plures jactus tormentorum manualium vulnerando Antonium Julia, & Pacianum Sabater de comitiva dicti Jurati Regentis Bajuliam, & de aliis criminibus, & delictis, unà cum aliis per eos perpetratis, facta relatione per Dominum Michaelem de Pallares I. R. C. & præsentis causæ relatorem meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quod declaretur quod dicti Petrus N. aliàs lo Colom, Jacobus N. aliàs lo Gerut, & Antonius N. aliàs lo Bover den Vives sunt rei mortis, & quod condemnentur, quod suspendantur in alta furca taliter quod naturaliter moriantur, & anima ab illorum corporibus separentur, & quod post latam sententiam, & ante illius exequutionem torqueantur in caput sociorum, fautorum, & auxiliatorum.*

DECISIO XL.

ARGUMENTUM.

Quando homicidium est ex proposito, & deliberatè commissum, omnes, qui homicidio intervenerunt, tenentur pœna ordinaria homicidii; quia auxilium homicidio præstiterunt, quamvis non occiderint. Et auxiliator ante delictum, vel in ipso delicto, vel post delictum, qua pœna puniatur, cum Senatu resolvitur.

SUMMARIUM.

1 *Quando homicidium est ex proposito, & deliberatè commissum, omnes qui homicidio intervenerunt, tenentur pœna ordinaria homicidii; quia negari non potest, quod etiam illi, qui non occiderunt, præstiterunt auxilium occidentibus, & eo in casu præstans auxilium tenetur pœna mortis.*

2 *Auxilium præstari potest ante delictum, in ipso delicto, vel post delictum.*

3 *Auxiliator ante delictum punitur eadem pœna, qua principalis delinquens, quando auxiliando, delicto causam proximam dederit, vel causam per actum proximum, & immediatum delicto dederit; secus si per remotum.*

4 *Auxilium præstans delicto, punitur eadem pœna, qua punitur ipse principalis delinquens, si scienter, dolosè, & appensatè, ac præcedente tractatu hoc fecerit, sive delicto causam proximam dederit, sive remotam, & sive per actum proximum, sive remotum, ubi citantur DD. qui hoc assertum probant, usque ad num.* 7.

8 *Recitantur contrarium tenentes.*

9 *Quando dicatur auxilium proximum, vel remotum ipsi delicto, demonstratur, & num.* 10.

11 *Exempla auxilii proximi, usque ad num.* 13.

14 *Auctoris judicium, & num.* 16.

15 *Declaratur doctrina Matthæu.*

17 *Quando quis pro furto committendo, commodaverit ferramenta ad infringendum, scalam ad ascendendum, tenetur actione furti, sciens cujus rei gratia commodaverit.*

18 *Mutuans pecuniam, ut emantur arma pro maleficio committendo, tenebitur pœna delicti principalis, si scienter id fecerit.*

19 *Portans litteras, vel ambassiatas alteri de homicidio committendo, tenetur pœna homicidii, non secus ac si illud commisisset, si scienter litteras receperit, & eas portaverit, idem est in tabellione, qui scienter scripsit instrumentum fœneratitium, qui punitur sicut principalis.*

20 *Qui commodavit arma, equum, familiam, vel homines ad delinquendum, dolosè, & scienter, punitur sicut principalis.*

21 *Scientia, vel dolus in dubio non præsumitur, sed probari debet.*

22 *Decisio Senatus.*

23 *Quando auxilium est præstitum in ipso delicto, auxilians tenetur eadem pœna, qua delinquens principalis tenetur, quando est præstitum dolosè, scienter, & præcedente tractatu.*

24 *Auxiliator tenetur, ut principalis, si auxilium ex proposito præstitum in ipso delicto sit cooperativum.*

25 *De assistente cum armis in homicidio, & de opem, & auxilium præstante, præcedente tractatu, quamvis non fuerit occisor, traditur judicatum.*

26 *Quamvis auxilium non sit cooperativum, si auxiliator fuerit in tractatu ab initio, & indè in actu delinquendi appensatè auxilium dederit, animosiorem saltem delinquentem reddendo, tenetur auxiliator eadem pœna, ac principalis delinquens.*

27 *Assistens sine armis delicto, non præsumitur assistere dolosè, & malo animo.*

28 *Citrà tractatum, & assistentiam homicidio, etsi audacior reddatur delinquens, auxiliator, vel assistens*

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

tantùm punitur pœna extraordinaria, ubi exempla recitantur.

29 *Post delictum punitur auxiliator pœna extraordinaria.*

30 *Auxiliator post delictum, qui delinquenti opem præstat, tenetur pœna principalis, si præcessit promissio, quòd explicatur.*

31 *Factum.*

32 *Auxiliator post delictum quando præcedentis tractatus adsunt præsumptiones, potest torqueri propter auxilium (post delictum scienter præstitum) super tractatu, & vincens in tortura exulari debet.*

33 *Tunc non sufficiunt indicia generalia, sed requiritur, quòd indicia respiciant ipsum auxilium, participationem, vel tractatum, & sint talia, ut verè, vel præsumptivè apparere faciant de corpore auxilii, seu participationis, seu tractatus.*

34 *Auxiliator post delictum, nulla præcedente delicti scientia, aut tractatu existente, extraordinariè punitur, quod declaratur.*

35 *Decisio Senatus.*

36 *Alia Decisio.*

1 IN antecedenti decisione diximus, quòd quando homicidium est deliberatum, & ex proposito commissum, omnes, qui homicidio intervenerunt, tenentur pœna ordinaria homicidii, sivè defunctus ex unico tantùm vulnere, sivè ex pluribus decesserit, & sivè unum tantùm vulnus esset lethale, cetera verò non lethalia, & sivè apparear, quòd omnes vulneraverint, sivè appareat, non omnes vulneraſſe, sivè sit dubium, quinam vulneraverint, vel ne: & ratio est quia non potest negari, quòd illi, qui non occiderunt præstiterint præcedente tractatu auxilium occidentibus, quo in casu is qui præstat auxilium tenetur pœna mortis, quam rationem comprobat Pegue *decis.* 63. *num.* 2. & ante eum Clarus *in prax.* §. *homicidium, ver. Alia est etiam defensio n.* 37.

2 Nunc ergo indagare licèt, an sit perpetuò, & indistinctè verum, quòd auxiliator ex quo delicto auxilium dederit, teneatur eadem pœna, qua principalis delinquens, qua in re, ut cum distinctione procedamus docemur, quod auxilium præstari potest ante delictum, vel in ipso delicto, vel post delictum, ut observant DD. infra allegandi.

3 Auxiliator ante delictum punitur eadem pœna, qua principalis delinquens, quando auxiliando, delicto causam proximam dederit, vel causam per actum proximum, & immediatum delicto dederit; secus si delicto causam remotam dederit, sivè per actum remotum causam delicto dederit, Vermiglio. *cons.* 63. Clarus *in praxi* §. *fin. quæst.* 90. Mascard. *de probationibus, vol.* 1. *concluſ.* 159 *num.* 19. Reg. Matth. *de reg. Reg. Valen. cap.* 8. §. 8. *num.* 91. *cum sequentibus.* Farinac. *in prax. quæst.* 130. *num.* 47. qui ita intelligit doctrinam Bartoli, & affirmat negari non posse, hanc declaratio nem esse communiter à Doctoribus receptam.

4 Pariter auxilium præstans delicto punitur eadem pœna, qua punitur ipse delinquens principalis, si scienter, dolosè, appensatè, & præcedente tractatu hoc fecerit, sivè delicto causam proximam dederit, sivè remotam, & sivè per actum proximum, sive remotum, ut voluit Farinac. *in prax. dict. quæst.* 130. *num* 42. & 43. & magis expresè *num.* 48. ubi docet, hanc opinionem esse veriorem, & magis in practica servandam, & *quæst.* 131. *num.* 65. (cujus verba recitanda censeo ad tollendum intricationes, quibus in hac re scribunt DD.) ubi impugnat asserentes, tunc auxiliatorem in delicto puniri eadem pœna, qua principalis delinquens, quando auxilium fuerit cooperativum; aliàs secus, & scribit, ibi: *Verum hac limitatio apud me non solum est dubia, sed etiam minimè eam veram credo. Potest enim hac eadem limitatio verificari in duobus casibus. Primò in eo, qui non intervenerit in rixa, sed solum in eadem rixa stat armatus, nihil faciens, animosum reddens aggressorem, & insultatum timidiorem. Hoc inquam casu, etsi sic assistens nihil operetur, dicant alii quicquid voluerint, magis communis Doctorum est opinio, quòd si talis assistentia intercessit scienter, & præcedente tractatu, punitur assistens eadem pœna, qua ipse principalis, cum per hujusmodi assistentiam dicatur dare delicto causam proximam, & non remotam, ut patet ex allegatis hac eadem qu. par.* 2. *num.* 67. *& num.* 69. *Secundò potest dicta limitatio verificari in eo, qui præcedente tractatu, & scientia vadit cum principali delinquente ad ipsi auxiliandum in delicto, ut puta homicidio, & in rixa inter veniens evaginato ense occurrit, quod neminem vulnerat, neminem percutit, nec ictum aliquem admenat, & sic in delicto non cooperatur, is inquam quòd non teneatur de eo quod non fecit, ex quo principalis fuit ille, qui vulneravit, & occidit, ab omni jure, & ratione alienum est, per ea quæ scripsi in tit. de pœn. temper. quæst.* 86. *num.* 71. *& seq. ubi probavi, quod omnes tenentur de homicidio, si ex proposito, & præcedente tractatu in eo intervenerunt, etiam quòd non omnes vulneraverint, & etiam quod ignoretur vulnerans, & pro ut dixi supra in præcedenti quæst. num* 36. *& seq. Quando inter occisorem, & opem præstantes præcedit tractatus de aliquem occidendo, ex hoc solo tractatu inducitur pœna ordinaria homicidii, etiam quod tractantes penitus abfuerint ab ipso homicidio, & sic etiam quod nihil operati fuerint. Et si pro ut pariter dixi supra in præcedenti quæst. numer.* 1. *& seqq. præstantes arma, ferramenta, pecunias, domum, & similia scienter, & appensatè ad delictum committendum, puniuntur eadem pœna, qua ipse principalis, etiam quòd in delicto manum non apponant, nec aliquid operentur; multò magis debet puniri eadem pœna præstans opem ipsi delicto, etiam non cooperativam, & etiam quòd delicto manum non apponat, pro ut aliis relatis hanc dixit communem Conr. in pract. in rub. de consentientibus, num.* 4. *fol. mihi* 330.

Eandem opinionem prosequi videtur Ciarlinus *cont. lib.* 1. *cap.* 85. *num.* 7. & ante citatos id ipsum docuit Clarus *in prax.* §. *fin. quæst.* 90. *num.* 1. per illa verba: *Deinde sic distingo; aut delictum commissum est prævio tractatu, vel deliberatione, accedente consensu, vel saltem scientia ipsius auxiliatoris, & tunc indistinctè sequor opinionem Bartholi, quòd sit eadem pœna, qua principalis puniendus. Et hoc quocunque tempore auxilium præstiterit, sivè ante delictum, sive in delicto, sivè post; nam licet corpore ipsi delicto non intervenerit, animo tamen censetur interveniſſe, præsertim si illud auxilium erat usque à principio destinatum, puta quia scienter promisisset volenti alium interficere, accommodare equos, super quibus, patrato delicto, posset fugam arripere, & hujusmodi. Et ad hoc propositum allegatur dictum Bart. ad quod omnes non advertunt in l. in furti. §. ope paulo ante fin. ff. de furtis, ubi dicit, quòd spes data auxilii ad evadendum, dicitur auxilium ad maleficium committendum.* 5

Aut verò non præcessit aliquis tractatus, vel deliberatio, & tunc placet opinio contraria, quòd si quidem auxiliator præbuit causam delicto, puniatur eadem pœna. Et in hoc membro omnes Doctores ita concludunt nemine discrepante, ut dicit Gratus cons. 53. *num.* 3. *lib.* 2. *Si verò non præbuit causam delicto, puniatur mitiori pœna, quàm ipse principalis delinquens, præsertim si præstitit auxilium post commissum delictum, nam reverà propriè loquendo præstans auxilium post commissum delictum, non dicitur vere auxiliator, ut dicit Bart. in l.* 3 §. *si quisquam, ff. ad Sylla. & est communis opinio, ut attestatur Ang. ad Ang. de maleſi. in verbo, & Andream numer.* 5. *& ideò regulariter non est puniendus ea pœna, qua principalis, sed mitiori. Et hanc esse frequentiori calculo receptam sententiam dicit Placa lib.* 1. *delict. cap.* 16 *num.* 15.

Sequitur Cabal. *cent.* 2. *resol. crim. cas.* 192. *num.* 2. in illis verbis: *Licet non semper opem præstans delicto teneatur eadem pœna, qua principalis delinquens, sed quandoque mitiori, ut colligi potest ex traditis per Marcil. in locis præditis, & per Deci. in cap.* 1. *num.* 63. *vers. Secunda conclu. extra de Offic. & potest. Judicis delegat. & per Clarum plures casus distinguentem in prac. crim. quæst.* 90. *numer.* 1. *&* 2. *Tamen quando delictum commissum est consulto, & ex proposito, indistinctè auxiliator puniendus est eadem pœna, qua principalis delinquens, ut ibi concludit Clar. sub num* 1. *vers. Aut delictum commissum est prævio tractatu, volens hoc procedere, nedum quando auxilium præstitum est in ipso delicto, sed etiam ante, vel post, quod etiam sensit in dict.* §. *homicidium dict. vers. Alia etiam est defensio, ubi se remittit ad tradita per ipsum d. quæst.* 90. *& serviunt dicta inferius, cas.* 198. *in pluribus locis.* 6

Nec conclusioni prædictæ obstat, quod cum ex generali consuetudine non puniatur affectus non sequuto effectu eadem pœna, illi qui non percusserunt, non debent teneri pœna mortis, ex quo licet percusserint animo occidendi, non tamen de facto occiderunt; quia respondetur, quod istud procederet, quando non esset sequuta mors, secus autem quando mors realiter sequuta fuit, ut in quæstione propo-

propositâ, quia tunc etiam qui non percussérunt, de ea tenentur, ex quo occidenti auxilium, & favorem præstiterunt, & perinde est, ac si omnes mortem intulissent: ita punctualiter prædictæ objectioni respondent Gomez, & Petr. à Placa in locis supra citatis: quam responsionem approbant Thes. d. decis. 31. sub num. 4. vers. Et ita restringendo in fine, in apostilla ad Alexan. super relata d. cons. 15. lib. 1. & ut dicit Jacob de Bellovisu loco relato, sufficit ipsorum non percutientium deliberata occidendi voluntas, per alios ad id congregatos exequuta, quòd, & iisdem fere verbis notat Gandin. d. tit. de homicidiariis, & eorum pœnis sub num. 13. vers. Sed si plures deprehensi dicantur, ubi etiam addit rationem utilitatis publicæ de tali pensato delicto puniendo.

7 Ab his non discedit Mascard. *de probat. vol. 1. conclusione 159. num. 25. & seq.* & eadem probare videtur Peg. *decis. 63. num. 2.* qui indistinctè docet, auxiliatorem eadem pœna puniri, qua principalis delinquens, quando delictum est commissum prævio tractatu, vel deliberatione, accedente consensu, vel saltem scientia ipsius auxiliatoris, ut ibi: *Ut indistinctè tenet Bart. in l. is qui opem num. 5. de fur. ubi dicit, quòd auxiliator eadem pœna puniatur, qua principalis delinquens. Et hanc opinionem dicit esse communem Corneus in consil. 8. littera A. lib. 3. quem refert Decius in cap. 1. num. 12. de Officio delega. Quod quidem auxilium præstari dicitur, quando delictum commissum est prævio tractatu, vel deliberatione, accedente consensu, vel saltem scientia ipsius auxiliatoris; tunc enim vera est Bartoli sententia dicentis, auxiliatorem eadem pœna puniendum esse, qua principalis delinquens. Et hoc existimo quoque procedere, sive auxilium præstitum sit ante delictum, sive in delicto, sive post. Et dico post, nam licet auxiliator corpore ipsi delicto non intervenerit, animo tamen censetur interveniisse, si illud auxilium erat usque à principio destinatum, puta, quia scienter promisisset volenti alium interficere accomodare equos, quibus patrato delicto posset fugam arripere. Vide Bart. in l. in furti, §. opc. paulo ante finem, ff. de furtis. Ubi dicit, quòd spes data auxilii ad evadendum, dicitur auxilium ad maleficium committendum.*

8 Contrarium tamen his innuere videtur Matthæu *de regim. Reg. Val. cap. 8. §. 8. num. 92.* qui ait, quòd tunc auxilians ante delictum, vel in ipso delicto, punitur eadem pœna, qua principalis delinquens, quando auxilium est proximum, & est præstitum cum consensu expresso ipsius delicti; secus verò si sit remotum, nam tunc mitiori pœna punitur; & tradit judicatum, ac fundatur in doctrina Farin. *quæst. 130. num. 1. juncto num. 3.* qui asserit, quòd si auxiliatores ante delictum dederint causam delicto, puniendi sunt eadem pœna, qua principalis delinquens; [cum ex eo quòd delicto causam dederint, dicantur non remotum, sed proximum auxilium dedisse] quando auxilium ante delictum fuit præstitum dolosè, scienter, & præcedente tractatu.

9 Non solùm concertant DD. super articulo assignandi pœnam auxiliatori, sed etiam super puncto demonstrandi, quando dicatur auxilium proximum, aut remotum ipsi facto, vel delicto. Nam quidam considerarunt, auxilium præstitum per actum proximum dici, quando quis sine auxilio delictum committere non potuit, vel quando deficiente illo auxilio delictum cessaret, actum verò remotum esse, quando sine auxilio quis delictum committere potuit, recitat Farinac. *in praxi d. quæst. 130. num. 54.* Ayllon ad Gomez *var. 3. cap. 3. num. 50. vers. Sed pro contraria.* Guazzin *defen. reorum 33. cap. 10. num. 4. circa medium*, ex pluribus recitat R. Matthæu *de re crim. controv. 16. num. 13.*

10 Alii verò docent, quòd tunc dicitur auxilium præstitum per actum remotum, quando sine illo delictum commodè patrari poterat, & quòd auxilium dicitur præstitum per actum proximum, quando ex eo ipsum delictum facilius commissum fuit. Gomez *var. 3. cap. 3. num. 49. vers. Advertendum tamen.* Farinac. *in prax. d. quæst. 130. num. 54.* Giurba *con. 7. num. 5.* Vermiglioli *cons. 63. num. 5.*

11 Exempla diversa tradunt DD. ad demonstrandum auxilium proximum delicto. Guazzin *d. def. 33. cap. 10. num. 4.* ea assignat, veluti in furto, si quis commodaverit ferramenta ad infringendum, scalam ad ascendendum, cum fractura, & ascensio sint actus præcipui necessarii ad furtum, vel si quis subministravit pecuniam ad veneni comparationem, licèt Macerat. *lib. 3. resol. 47. numer. 19.* dicat auxilium proximum in crimine veneni tunc dici, si fuerit porrectum venenum ad bibendum, & comedendum, vel si quis dederit pecuniam sicariis, ut homicidium committerent, & alia plura adducit exempla.

Gomez *var. 3. cap. 3. num. 49.* asserit, quòd bonus Judex 12
considerabit secundùm qualitatem facti, & negotii, an auxilium fuerit facto remotum, & subdit diversa exempla veluti, quando aliquis sciens alium velle committere delictum, requisitus, vel non requisitus dixit, & consulvit quod genus armorum esset aptius, & magis nocivum ad faciliter, & celeriter occidendum, vel quis locus esset securior, vel propinquior ad fugiendum, vel evadendum, vel si dixit, vel persuasit, quòd si fecerit delictum, faciliter posset defendi fuga, vel in Ecclesia, vel loco sacro: vel dixit, quòd faciliter consequetur veniam, & pacem ab hæredibus, & consanguineis occisi, vel ob ipso Principe: vel dixit, quod in eo habebit maximum favorem in ejus defensione, & liberatione, & in omnibus, quæ se tangant: & alia, & similia exempla potest experientia rerum magistra demonstrare.

Farinac. *in prax. q. 130. cum duabus seqq.* refert illa exem- 13
pla, ut qui commodavit arma, vel equum, vel famulos, vel pecuniam, vel domum ad delinquendum, vel qui monstravit domum occisori, aut qui sicariorum sarcinas custodit, aut qui litteras de delicto tractantes, aut ad delictum spectantes alicui transmittit, & alia tradit videndus.

In harum opinionum conflictu judico esse certum, indi- 14
stinctè esse verum, auxiliatorem ante delictum puniri eadem pœna, qua principalis delinquens punitur, quando delictum est commissum prævio tractatu, vel deliberatione, accedente consensu, vel saltem scientia ipsius auxiliatoris, prout eam tenent DD. supra allegati à *numer. 4. ad num. 7.*

Nec ab hac opinione dissentire videtur Matth. *de reg.* 15
Reg. Val. cap. 8. §. 8. num. 92. qui se fundat in doctrina Farin. *dict. quæst. 130. num. 1. juncto num. 3.* cujus fundamentum est sententia Julii Clari *in prax. §. fin. quæst. 90. in fin. prin.* quam ad litteram transcripsimus supra pro nostro asserto.

Ac etiam tanquam certum affirmo, quòd etiam in casu 16
quo auxilium est proximum delicto, vel auxilium dedit causam proximam delicto, ut auxilians teneatur pœna delicti principalis, debet auxilium esse præstitum scienter, deliberatè, dolosè, appensatè, vel præcedente tractatu, sine quibus auxilians tantùm puniri debet pœna extraordinaria, nam auxilii pœnam non incurrit, qui deliberatè ad delictum non accessit, ut generaliter statuit Giurba *consil. 4. num. 23.* quod fit manifestum, quia sine animi deliberatione, vel dolo quis puniri non debet pœna delicti ordinaria, ut latè probavimus *dec. 39. numer. 14. cum pluribus seqq.*

Et comprobatur ulterius, quia DD. assignando exempla 17
auxilii proximi, requirunt scientiam, vel dolum auxiliantis, ut puniri possit pœna, qua puniri debet principalis delinquens. Namque auxilium proximum esse dicunt, quando quis pro furto committendo commodaverit ferramenta ad infringendum, scalam ad ascendendum, & eo in casu opem, & auxilium præstans tenebitur actione furti, quando scienter id fecerit, ut probat tex. *in §. interdum Inst. de obligationibus, quæ ex delicto nascuntur* in illis verbis: *Ope, & consilio ejus quoque furtum admitti videtur, qui scalas fortè fenestris supponit; aut ipsas fenestras, vel ostium effringit, ut alius furtum faceret, quive ferramenta ad effringendum, aut scalas, ut fenestris supponerentur, commodaverit, sciens cujus rei gratia commodaverit.*

Sic qui mutuavit pecuniam ut emantur arma pro male- 18
ficio committendo (quod est aliud exemplum, quod tradunt DD. auxilii proximi in delicto) tenebitur pœna delicti principalis, si scienter tamen pro maleficio committendo dederit pecuniam; secus si ignoranter. Guazzin. *def. reor. 33. cap. 10. n. 4. vers. Exempla autem.*

Pariter portans litteras, vel ambassiatas alicujus alteri de 19
homicidio committendo, tenetur pœna homicidii; non secus ac si illud commisisset, si scienter litteras receperit, & eas portaverit. Cabal. *resol. 243. tota*, subdens ex Angelo, idem esse in tabellione, qui scienter inscripsit instrumentum fœneratitium, qui tenetur ad pœnam, & ad usurarum restitutionem sicut principalis, quod sequitur Guazzin *dict. def. 33. cap. 10. numer. 4. vers. Exempla autem.*

Idem procedit in aliis exemplis, quæ recitat Farinac. 20

in prax. dict. quæst. 130. veluti in eo qui commodavit arma ad delinquendum, quem teneri docuit pœna delicti principalis, si scienter illa commodaverit delinquenti ad delinquendum. Farinac. *ibidem num.* 7. & idem in accommodante equum ad delinquendum, dolosè. & scienter *num.* 11. & in commodante deliquenti suam familiam, vel homines ad delinquendum, scienter *n.* 18. & 19. & alia exempla discurrit videndus.

21 In dubio scientia, vel dolus in præhabitis casibus non præsumitur, sed ignorantia, nisi contrarium probetur ex qualitate temporis, personarum, & aliarum circunstantiarum Judicis arbitrio. Farinac. *in prax. dict. quæst.* 130. *nu* 8. & 24. Cabal. *resol. crim.* 192. *n.* 7.

22 In hanc partem refero decisum die 16. Decembris 1620. per N. R. C. contra Guillelmum Baptistam delatum de ope, & auxilio, per eum præstito illis, qui hora undecima noctis, apposita scala lignea ante fenestram domus Gasparis Carcer Villæ de Copons, quam eis apertam ex propositio jam reliquerat, violenter extraxerunt Jacobum Ferriol à manibus subvicarii dictæ Villæ cum occisione illius, & fuit condemnatus ad pœnam mortis in alta furca, prout recitat R. Cortiada *decis.* 92. *num.* 34. asserens ibi constasse plenè de delicto, concordat cum hac decis. Thoro *in comp. decis. par.* 1. *pag.* 428. *ver. Proditorium*, Sanfel. *tom.* 1. *decis.* 30.

23 Easdem regulas tradunt DD. quando auxilium est præstitum in ipso delicto, nam auxilians tenetur eadem pœna, qua delinquens principalis tenetur, quando est præstitum dolosè, scienter, & præcedente tractatu, Farinac. *in prax. quæst.* 131. *num.* 65. Cabal. *resol. crim.* 192. *num.* 2. *cum seq.* Peguer. *decis.* 63. *numer.* 2. & alii supra allegati *à numer.* 4.

24 Hinc sequitur, quòd auxiliator in ipso delicto tenetur pari pœna cum principali, si auxilium ab eo præstitum sit cooperativum (ideſt si ministerium atque adjutorium ad delinquendum præbuerit, *l. in furti actione* 50. *§. consilium, ver. Opem, ff. de furtis*) quia manum ex proposito in homicidio ipse apposuit, Sesse *decis.* 28. *num.* 19. & 26. *par.* 5. tractatu, scilicet, vel conjuratione præcedente, Peg. *dec.* 14. *num.* 6. *in fine*, Cabal. *resol. crim. cas.* 192. *num.* 2. & 3. & aliis laudatis Giurba *consil.* 2. *num.* 50. Ursel. *conclus. legali* 175. *in princ.* Sperel. *decis.* 64. *num.* 3. *par.* 1. & *decis.* 108. *num.* 32. *part.* 2. P. Grasset *de nece. prod.* §. 20. *num.* 15. Conciol. *resol. crim. verbo Assistentia, resol. unica, num.* 1 *cum seqq.* & signanter *num.* 7. Reg. Matth. *contr.* 16. *num.* 4. & *n.* 10. & 15. & *seq.* Thoro *in compend. dec. par.* 3 *ver. Assistens armatus.*

25 Thesaurus *decis.* 31. in scholiis, ubi Petrus Vercolen. qui interfuerat homicidio perpetrato in personam cujusdam Boriolini, præcedente tractatu cum sociis de illum occidendo, quem introduxit in quandam cellamvinariam ubi ipso non coadiuvante, sed tantùm cum armis assistente, fuit occisus dictus Boriolini, & fuit declaratus reus mortis, quamvis de occisore constaret.

26 Quamvis non sit auxilium cooperativum, si auxiliator fuit in tractatu ab initio, & inde in actu delinquendi appensatè auxilium dedit, animosiorem saltem deliquentem reddendo, tenetur eadem pœna, ac principalis delinquens, etiamsi nihil fecerit, neque ad aliquem actum facti processerit, Gomez *var* 3. *cap.* 3. *numer.* 48. *ver. Secundo casu.* comptobant Clarus §. *fin. quæst.* 90. *nu.* 1. Cabal. *resol. crim. cas.* 192. *num.* 1. Guaz. *def. reor.* 33. *cap.* 10. *num.* 5. ubi quod fortiùs si ipse etiam admenavit, vel sclopum exposuit contra personam occisi, & tunc esse veram Bartoli doctrinam. Giurba *cons.* 2. *num* 51. & *consil.* 4. *num.* 24. cum pluribus laudatis, Sperel. *dec.* 64. *n.* 4. *par.* 1. Conciol. *resol. crim. verbo Assistentia, resol. unica n.* 5. Reg Matth. *de re crim. cont.* 16. *num.* 4.

27 Assistentes delicto sine armis non præsumuntur assistere dolosè, & malo animo ad effectum præstandi auxilium delinquenti, & ideò ad nullam pœnam teneri dixit Farinac. *quæst.* 131. *num.* 98. Sperel. *decis.* 108. *num.* 35. *par.* 2. Conciol. *resol. crim. verb. Assistentia, resol. unica, numer.* 11.

28 Citra verò tractatum ex assistentia in homicidio, etsi audacior reddatur delinquens, auxiliator, vel assistens tantùm pœna extraordinaria plectitur. Clarus *in prax. q.* 90. *num.* 8. Peg. *decis.* 63. *num.* 6. *circa medium*, Thoro *in comp. decis. par.* 3. *ver. Auxilium præstare*, ubi de illo qui occurrit rixæ, & à tergo amplexans aliquem detinuit, ut non posset defendere se ne ab alio occideretur, qui fuit condemnatus in prima sententia ad triremes per decènnium, sed in causa appellationis ad quæstiones tormentorum, & quia adhibita tortura non fuit confessus, fuit liberatus, & in hanc partem refero alios DD. allegatos per Reg. Matth. *cont.* 16. *num.* 15. & *num.* 16.

Post delictum auxiliator punitur pœna extraordinaria, 29
ex Bart. *in d. l. in furti* 50. §. *opem* 1. *num.* 4. *ff. de furtis*, & *l. furtum* 62. *ff. eod.* Burfat. *cons.* 402. *num.* 3. *tom* 4 Menoch. *de arbit. cas.* 349. *num.* 21. Boer. *decis.* 164. *num.* 4. Gomez *variar.* 3. *cap* 3. *num.* 50. Bossius *tit. de homic. num.* 34. Clarus § *fin. q. prac. q* 90. *num.* 2. Guaz. *def. reor.* 33. *cap.* 10. *num.* 7. Giurba *consil.* 42. *num.* 20. Matthæu *de reg. Regn. Valen. tom.* 2. *cap* 8. §. 8. *num.* 94. Thesaurus *lib.* 1. *qu. foren.* 46. *num.* 1. latissimè Farin. *in prax. quæst.* 132. *num.* 1. & 2. Sanfel. *lib.* 2. *decis.* 276. ubi de muliere quæ post delictum insciissuras monetæ conservabat cohabitante cum marito insciissore falsæ monetæ ad mortem damnato (allegat in illis terminis Mastril. *decis.* 246. *lib.* 3. Giurba *cons.* 85.) rationem tradunt signanter R. Matth. quia auxiliator post delictum non dicitur delicto opem ferre, sed delinquenti.

Atverò auxiliator, qui post commissum delictum, de- 30
linquenti opem præstat, punitur eadem pœna, qua principalis puniendus est, si præcessit promissio. Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 50. vel si præcessit tractatus. Giurba *consil.* 42. *num.* 20. Thoro *in compend. decis. par.* 3. *verbo Assistens homicidio*, Costa *in tract. de juris, & facti ignorantia, cent.* 1. *distinc.* 9. *num.* 6. Conciol. *resol. crim. verbo Associatio, resol.* 1. *num.* 11. Peg. *decis.* 63. *num* 2. Farin. *consil.* 106. *num.* 18. *tom.* 2. & *consil.* 113. *num.* 6. & *in prax. quæst.* 132. *num.* 30. ubi vult quod hæc procedant, quatuor concurrentibus, & non aliàs. Primò, quòd auxiliator post delictum etiam fuerit particeps, & consultor futuri homicidii. Secundò, quòd sine illo promisso auxilio homicida homicidium non commisisset. Tertiò, quòd promittens auxilium post delictum, habuerit specialem notitiam dicti homicidii, nec sufficit eum scire, quòd volebat dare, seu percutere. Quartò, quod haberet scientiam personæ occidendæ.

His præhabitis en casum, qui evenit die 24. Septembris 31
1658. ante meridiem hora septima, ubi Franciscus, Paulus, & alius incognitus armati instrumentis manualibus, advenere prædium, in quo Petrus Guardia, Bajulus Locorum de Montornes, & Vallromanes seminabat, illum aceiverunt, & uti consicium impunitæ iniuriæ homini cuidam illatæ, increpavit eum Paulus, qui ibi à Bajulo contumeliam egrè ferente, captus fuit, illicò Franciscus instrumenti manualis actu Bajulum lethaliter vulneravit, & hic humi jacens alterum ab eodem supportavit jactum instrumenti manualis, quibus transfossus statim decessit, homicidio immaniter perpetrato, ad latus occisi stantibus inter fectoribus, tres homines armati accesserunt incontinenti, & sic omnes sex armati irruerunt in agricultores quosdam casu perterritos vociferantes, & quos fugientes insectati fuerunt, quatuor fuerunt cogniti dum insequebantur agricolas, & erant Vincentius, Salvator, Gladius, & Laurentius, & hi ultimi tres cognominati, fuerunt capti, de quorum pœna fuit in Regio Concilio disputatum.

Pro auxilio post homicidium præstito fuit concorditer 32
deliberatum, pœna extraordinaria puniendos, & licèt auxiliatores post delictum, quando præcedentis tractatus præsumptiones adsunt, possint torqueri propter auxilium post delictum scienter præstitum, super tractatu, & vincentes in tortura exulari debeant à Regno. Giurba *consil.* 42. *per tot. & consil.* 87. Peg. *decis.* 63. *num.* 5. *tom.* 1. Guazin. *def. reor.* 33. *cap.* 11. *num.* 1. Clarus § *fin. quæst.* 90. *num.* 2. Farinac. *in prax. q.* 132. *n* 34. Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 50. *ver. Secundo limita.*

Et tunc non sufficiant indicia generalia, quia cum Fiscus 33
procedat contra auxiliatores, & participes in delicto, non uti principales auctores delicti, sed uti auxiliatores, & participes, ad eos torquendum, necesse est, quod indicia respiciant ipsum auxilium, participationem, vel tractatum, & sint talia, ut verè, vel præsumptivè apparere faciant de corpore auxilii, participationis, seu tractatus. Cyriac. *contr.* 106. *num.* 33. & 34. Andr. col. *cont.* 149. *num.* 5. *in fin.* Conciol. *alleg. foren.* 90. *num.* 10. & 11. & *resol. crim. verbo Auxilium, resol.* 2.

Ac licèt etiam auxiliator post delictum, nulla præceden- 34
te delicti scientia, aut tractatu, exilii pœna, aut pecuniaria plecti possit, & in casu propter aliquas præsumptiones tractatus, & scientiæ delicti, cum essemus in Regio Concilio Brachium Regium habente, præsumptionum vigore arbitra-

arbitrari posset pœnam extraordinariam majorem, Farinac. q.86. n.117. Clarus *in prax. §. fin. q.20. n.6.* & sic pœnam triremium temporalem.

Attamen quia obnubilatæ fuerunt per reos in defensam præsumptiones tractatus, & scientiæ, die 24. Januarii
35 1659. in facto, &c. versus, & contra, &c. (minores erant duo, & major unus) delatos, & inculpatos de ope, & auxilio præstito in nece perpetrata instrumentorum manualium jactibus, die 24. Septembris 1658. hora septima ante meridiem in personam Petri Guardia Bajuli Locorum de Montornes, & Vallromanes, dum in suo prædio vocato *Las Quintanas de Paraſſa*, seminabat, illicò post patratam necem cum armis delinquentes comitando, facta relatione per Magnificum Josephum Aleny I.R.C. meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quod declaretur, quod dicti Salvator N. Laurentius N. & Gladius N. condemnentur, quod relegentur in insulam per suam Majestatem nominandam, nempè Gladius N. ad decennium, Salvator N. & Laurentius N. ad septennium, Scriba Oriol, non supplicarunt.

Et quia diximus, propter aliquas præsumptiones tracta-
36 tus, & scientiæ delicti in auxilio post homicidium, posse per Regium Senatum arbitrari pœnam extraordinariam ad triremes temporales, hic ideo assigno, quod fuit declaratum in Regio Concilio die 8. Februarii 1628. contra Lucam N. delatum, & inculpatum de ope, & auxilio per eum præstitis in nece perpetrata in persona Joannis Cantallops jactu instrumenti manualis, vulgo *Pedrenal* homicidam illico comitando, qui ad relationem Magnifici Pauli Guiamet I. R. C. fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando per triennium. Licet ad hanc pœnam triremium condemnatum esse tradat, quia non constabat plenè de delicto, Regent. Cortiada *decis.* 93. *num.* 34.

DECISIO XLI.

ARGUMENTUM.

Sine teste de visu, ex indiciis indubitatis; quando animus Judicis inducitur ad credendum ita esse absque aliqua hæsitatione actuali, sed cum aliqua hæsitatione virtuali, in delictis difficilis probationis potest Judex Supremus procedere ad pœnam delicti ordinariam. Ac in delictis occultis, & difficilis probationis. quamvis indicia non sint indubitata; sed dubitata, ex quibus resultet unum indubitatum; & adsint aliæ probationes, & adminicula, potest condemnari in Senatu ad pœnam delicti ordinariam, Hic enumerantur delicta occulta, & difficilis probationis; indicia dubitata, & indubitata, & requisita indiciorum confessionis extrajudicialis: reperturæ rei furatæ penès hominem malæ famæ: reperturæ falsæ monetæ, vel instrumentorum ad cudendum monetas, ut probent, & alia ad praxim proficua; ac etiam assignantur pœnæ retinentibus, vel expendentibus monetam falsam, vel falsò fabricatam, cum decisione Senatus,

SUMMARIUM.

1 *Delicta difficilis probationis dicuntur quorum probatio à communiter accidentibus (Judicis arbitrio) non facilè haberi suapte potest.*

2 *Connumerantur delicta difficilis probationis.*

3 *In delictis difficilis probationis licet recedere ab ordinariis juris regulis, & jura ipsa transgredi, & ordo est ordinem non servare.*

4 *Indicia levia in casibus occultis, & enormibus dicuntur gravissima, testes inhabiles admittuntur, & probatio minus idonea pro idonea reputatur. attamen non potest pro illis reus torqueri, non præcedentibus legitimis indiciis.*

5 *Indicia alia sunt indubitata, alia dubitata, indubitata varie apud Doctores describuntur, usque ad numer. 10.*

11 *Indicium indubitatum exemplificatur in duobus rixantibus, quorum alter rixa finita repertus est vulneratus, ut ab altero corrixante percussus dicatur.*

12 *Etiam oritur indicium indubitatum contra eum, qui in rixa fuit visus admenare; licet non percuteret, si finita rixa reperiatur adversarius admenantis vulneratus, vel occisus.*

13 *Etiam est indicium indubitatum contra eum, qui visus est ense evaginato persequi alterum fugientem, repertum postea vulneratum.*

14 *Pariter est indicium indubitatum, quando quis visus fuit exire ab aliqua domo, quæ non habuit nisi unum aditum, & exitum, cum gladio evaginato, & sanguinolento, & in ea domo reperiatur aliquis mortuus, vel vulneratus statim post illius exitum, aut si ex alio loco velut agro, vel vinea visus est egredi forma relata.*

15 *Fuga ex loco delicti, in quo fuit commissum homicidium cum armis evaginatis, est indicium indubitatum eo magis quando in loco homicidii nullus alius visus fuit, nisi solus reus.*

16 *In adulterio indicium indubitatum infertur ex concubitu solius cum sola, nudi cum nuda.*

17 *Indicia indubitata sunt duplicis generis, alia in primo gradu, & propriè indubitata, quæ nullam habent hæsitationem, & alia in secundo gradu, quæ aliquam habent hæsitationem, exempla referuntur.*

18 *Quod confirmatur ex observantia nostri Regii Concilii.*

19 *Indicia dubitata sunt, quando animum Judicis movent ad aliquid credendum, vel discernendum; sed non ita, ut in eo judicantis animus conquiescat.*

20 *Indicia alia sunt delicto proxima, & alia remota, & de his recitantur exempla.*

21 *Remota indicia sunt in duplici differentia, nam alia sunt valdè delictum inferentia, & alia generalia, non valdè delictum inferentia, de quibus exempla traduntur.*

22 *Indicia Remota debent probari per duos testes, aliàs nihil relevant, quod etiam procedit in indicio proximo, sed non immediatè ad delictum, ut in confessione extrajudiciali.*

23 *Ad probandum indicia testes debere esse omni exceptione maiores, scribunt quidam DD. vide infra num. 27.*

24 *In criminalibus ad effectum condemnandi probationes requiruntur non solum concludentes, sed etiam luce meridiana clariores.*

25 *Ad constituendum probationem luce meridiana clariorem ad effectum condemnandi, requiruntur depositiones duorum saltèm testium, qui sint omni exceptione maiores, & quod concludant per necesse; sed declaratur infra n. 27.*

26 *Qualitas illa ut sit omni exceptione maior tanquam extrinseca debet articulari, & probari, intelligit ut infra num. 27.*

27 *In praxi non servatur, qualitatem illam testium, ut sint omni exceptione maiores, debere articulari, & probari; sed solum requiritur in criminalibus quod testes sint idonei.*

28 *Ad probandum indicia remota testes singulares non sufficiunt, declara ut infra.*

29 *Indicia imperfectè probata per testes singulares, si tendant ad eund. finem, coniungantur ad torturam, ubi exemplificatur, & declaratur.*

30 *In delictis difficilis probationis sufficit, ut indicia probentur per testes singulares, quod fusè explicatur numer. 31. & 32.*

33 *Testes singulares in delicto coemptionis, in meritricio, lenocinio, & adulterio; an probent pro pœna extraordinaria, remissivè.*

34 *Sine teste de visu ex illis indiciis indubitatis, veluti quando animus Judicis inducitur ad credendum ita esse absque aliqua hæsitatione actuali; sed tantum cum aliqua hæsitatione virtuali; veluti quando Judex existimat illud posse non esse verum, sed pro nunc firmiter credit ita verum esse in delictis occultis, & difficilis probationis potest Judex procedere ad pœnam delicti ordinariam, in aliis autem delictis*

hac

hæc indicia non sufficiunt pro illa pœna infligenda, & quæ sufficiant, remissivè.

35 Imò in delictis occultis, & difficilis probationis, quamvis indicia non sint indubitata sufficit, quod sint plura indicia dubitata, ex quibus resultet unum indubitatum, & adsint aliæ probationes, & adminicula, ut possit condemnari pœna ordinaria, & quomodo indicia non indubitata coniungantur ad faciendum unum indubitatum.

36 Decisio Senatus.

37 Contra socium itineris præsumitur, non invento homicida socii, ubi de socio itineris, qui non detulit, sed tacuit homicidium socii.

38 Inventus in loco delicti præsumptionem habet contra se, vel in loco propinquo, videlicet nimis propinquo, & quasi contiguo, & alia circa intelligentiam huius indicii.

39 Indicium est delinquentis terror.

40 Si aliqua res relicta sit in loco delicti, quæ inculpati esse demonstretur, ex eius inventione, contra ipsum insurgit indicium, ut si reperiatur ensis, gladius, aut aliæ res.

41 Inventio vestium occisi penès inquisitum grave indicium contra eund. facit.

42 Oritur indicium contra illum, qui pauper existens, visus est expendere pecuniarum quantitates, & numer. 43. & 44.

45 Decisio Senatus, & infra n. 51.

46 Confessio extraiudicialis est indicium vehemens contra confitentem, & plus operatur quàm indicium.

47 Confessio extraiudicialis debet esse specifica, & certa de delicto cum expressione loci, & temporis, & absque loco, & tempore, aliisq; delicti circumstantiis facti, sufficit ad torturam, dummodo sit specialis certum continens delictum, & certam personam, in quam delictum sit commissum.

48 Debet esse probata confessio extraiudicialis per duos testes conformes de loco, & tempore, ubi quod non sufficiat, si fiat jocosè, & quid si à minore sit facta.

49 De confessione facta coram Judice incompetenti, & alia de hac re.

50 De indicio repertura rei furatæ remissivè.

51 De fuga, & fama etiam remissivè.

52 Alia decisio Senatus.

53 Alloquutio secreta cum socio criminis, & adhuc conversatio cum malis hominibus facit indicium.

54 Sanguis recens in vestitu inquisiti facit indicium.

55 De indiciis famæ, mendacii, paupertatis inquisiti, & eius familiaritatis, & amicitiæ cum occiso, frequentationis loci delicti, remissivè usque ad 57.

58 Alia decisio Senatus.

59 Barones, & Ordinarii Regii ex solis indiciis indubitatis etiam in delictis occultis, & difficilis probationis non possunt pœna mortis ordinaria condemnare.

60 Si indicia non sint ita clara, & urgentia tantùm reus condemnatur ad pœnam extraordinariam, ubi Senatus.

61 Alia decisio Senatus, & infra.

62 Assertio vulnerati absque juramento per testes probata, solum aperit viam ad recipiendum informationem contra nominatum, etiamsi vulneratus sit bonæ opinionis, & famæ.

63 Assertio vulnerati exculpantis nil prodest, si vulneratus à testibus superatus sit.

64 Alia indicia ad casum remissivè recitantur.

65 Dubia in causa usque ad n. 67.

69 Quamvis in furto requiratur probatio, quod fuerint res in loco unde ablatæ prætenduntur, non est tamen necessarium probare, quod fuerint de tempore commissi furti, sed sufficit quod semel ibi fuerint, ubi declaratur.

70 Repertura rei furatæ in eo, qui incertum auctorem nominat, indicium facit ad torturam, & licet in homine bonæ famæ contrarium procedat; tamen qui in depositionibus variando, non bonam affert rationem, præcipuè si consimiles res non sit solitus emere, potest torqueri.

71 Non ex quo res furata penès aliquem in domo reperitur, probatur quis fur.

72 Quando res furata reperitur penès personam honestam vonæ conditionis, & famæ, cessat contra eam omnis suspicio.

73 Quamvis non doceat à quo rem habuerit.

74 Repertura rei furatæ penès hominem malæ famæ facit semiplenam probationem, & indicium ad torturam.

75 Sola emptio rei furatæ non facit indicium ad torturam, nisi alia concurrant; emptor tamen tenetur rem furatam domino vero restituere sine pretii emenda, etiamsi emisset in foro publico, secus si in hac Civitate Barcinonæ, si res furtiva sit empta publicè, & per cursorem publicum.

76 Repertura rei furatæ in homine malæ famæ, non facit indicium, quando ille apud quem reperta res est, docet à quo illam habuerit, non sufficit tamen sola nominatio auctoris, nam requiritur probatio.

77 Repertura rei furatæ non facit indicium, quando is apud quem invenitur res furata, est Mercator, seu Regaterius, vel Fœnerator, sivè sint bonæ famæ, sive non, etiamsi non doceant auctorem, nisi eas res retineant in abscondito, & infra.

78 Disponitur in Regiis præconizationibus, quod Vestuarii, Argentifabri, Ferramentarii, Serdii, Regaterii, & alii, teneantur domi habere librum, ubi scribant res, quas emerint, diem, personam, & pretium, & in publicum eas res emptas exponere per spatium sex dierum in portica inscripta rotulo Porticæ rerum emptarum.

79 Is apud quem res furata reperitur, quamvis non doceat à quo habuerit, & sit malæ famæ, non poterit condemnari, sed torqueri, ubi res amplius declaratur num. 80.

81 Decisio Senatus.

82 Alia decisio.

83 Indicia probata per testes singulares, si tendunt ad eundem finem, dicuntur plenè probata, ut in terminis fuga traditur decisum.

84 Repertura falsæ monetæ facit indicium ad torturam in homine malæ famæ.

85 Dubia in facto controverso.

86 Bona fama ut purget indicium repertura monetæ falsæ, non debet esse vulgaris, sed notabilis, & vehemens.

87 Sufficit in homine bonæ famæ allegare à quo pecuniam habuerit, vel allegare auctorem ignotum, & si velit per testes hoc probare, sufficit quod testes dicant habuisse monetam ab aliquo, licet nomen ipsius ignorent.

88 Circumstantia facti.

89 Etiam in homine bonæ famæ urget indicium repertura monetæ falsæ, quando contra eum concurrunt aliqua indicia, seu inverisimilitudines.

90 Qui falsam monetam probatur habuisse, & expendisse, non ideò pœnam falsæ monetæ pati debet, nisi probetur falsam sciviſſe, & dolo malo retinuisse, vel expendisse.

91 Scientia non præsumitur, sed est probanda; hæc tamen infertur ex circumstantiis, Judicis arbitrio.

92 Probatur scientia, quando falsitas est notoria, quia ignorantia crassa, & affectata non prodest.

93 Expenditur doctrina Farinacii cum Novario.

94 Ignorantia latens, & occulta juvat expendentem falsam monetam, ut liberetur à pœna.

95 Retinens monetam falsam in magna quantitate, præsumitur in dolo, nec debet ei credi, nisi probet quod eam habuerit sine dolo.

96 Qui suspicatur monetam esse falsam, debet eam Curiæ exhibere ad purgandam suspicionem falsitatis.

97 Inverisimilitudo est imago falsitatis.

98 Ignarus, & dubitans parificantur.

99 Perquisitio facti circa qualitatem inquisiti, & ad investigandum, an in ejus domo aliæ fuerint repertæ falsæ pecuniæ, si nil adinveniatur, multum prodest ejus innocentiæ.

100 Rustici simplicitati subveniendum est.

101 Quantitas est magna in crimine falsæ monetæ, attenta qualitate inquisiti, & aliis circumstantiis ponderatis, arbitrio Judicis.

102 Non est immunis à pœna extraordinaria retinens penès se monetam falsam sciemer.

Cir-

103 *Circumstantia facti.*
104 *Dubitans falsam esse monetam, an puniatur.*
105 *Decisio Senatus.*

1 PRæludia tanquam vera suppono ante decisionis ingressum.

Delicta difficilis probationis dicuntur, quorum probatio à communiter accidentibus (Judicis arbitrio) non facilè haberi suaptè potest. Hercul. *in tract. de negativa, numer.* 310. Menoch. *de arbit. cas.* 116. *lib.* 2. *& de præsumpt. quæst.* 58. *lib.* 1. Simon de Prætis *de interp. ultim. vol. lib.* 3. *interp.* 1. *resol.* 10. Novar. *de grav. vassal. libr.* 2. *post grav.* 200. *in alleg. num.* 3.

Inter delicta occulta, & difficilis probationis connume-
2 rantur dolus, fraus, simulatio, partus suppositus, incendium, adulterium, sodomia, simonia, tractatus, mandatum, conspiratio, venenatio, falsitas, falsa moneta, disrobatio, ostium fractum, & apertus introitus in locum periculosum, usura, delicta domestica, & nocturna, minæ per virum uxori illatæ, matrimonium clandestinum, laceratio scripturarum, & alia his similia, pro ut temporis, regionis, personarumque qualitas requirit, quæ omnia Judex prudens suo marte investigare tenetur, refert Novar. *lib.* 2. *post gravam.* 200. *dict. alleg. num.* 3. Conciol. *resolut. crimin. verb. Indicium ad torturam, resol.* 8. adde delicta in nemore commissa, vel cum alia physicæ, vel moralis probationis difficultate, patrata. Quesada Pilo *cont.* 30. *num.* 42. vel ubi testes actu, nec habitu intervenire possunt. Giurba *cons.* 42. *num.* 16. *& consil.* 87. *num.* 11. *& sequentibus* Majorana *in opopr. criminal. libr.* 2. *capit.* 8. *num.* 50.

In delictis difficilis probationis licet recedere ab ordina-
3 riis juris regulis, & jura ipsa transgredi, & ordo est ordinem non servare. Innoc. *in cap.* 2. *de Const.* Rota Avinon. 15. *num.* 3. Menoch. *de arbit. quæst.* 84. *num.* 7. *libr.* 1. Andreol. *contr.* 8. *n.* 3. P. Grassetus *de nece prodit.* §. 29. *n* 250. *vers. Finem.* Conciol *resol. crimin. verbo Tortura resolut.* 3. *num.* 2. & antea *verbo Delictum, resol.* 11. *num.* 1. Cyriac. *controv.* 219. *num.* 78. *& seqq.* Quesada Pilo *d. contr.* 30. *num.* 43.

Inde dicitur, quod indicia levia reputata, in casibus oc-
4 cultis, & enormibus censentur gravissima, ut suadet tex. *in capit. pro humanis de homicid. in* 6. Guttier. *pract. quæst. lib.* 3. *cap.* 3. Carol. Anton. de Rosa *in prax. crimin. cap.* 8. *num.* 19. & testes inhabiles admittuntur. Farinac. *in prax. qu.* 43. *nu.* 68. *&* 69 & probatio minus idonea, pro idonea reputatur. Quesada Pilo *d. cont.* 30. *nu.* 42. Scial. *de foriud. cap.* 4. *num.* 98. ubi licet in his delictis occultis facilius deveniatur ad torturam, & non requirantur indicia evidentiora, ut requiruntur in delictis diurnis, sed leviora sufficiant, ut diximus *dec.* 14. *num.* 23. Attamen non potest reus torqueri, non præcedentibus legitimis indiciis, Conciol. *resol. crim. verbo Tortura, resol.* 9. *num.* 14. & antea *resolut.* 3, *n.* 4. *& vers. Indicium ad torturam, resol.* 7. *nu.* 4. *& resol.* 8. Cabal. *resol.* 200. *n.* 141. *cent.* 2. Major. *in opopr. crim. d. cap.* 8. *num.* 50.

Indicia idest signa commissi delicti, alia sunt indubita-
5 ta, alia dubitata, quæ dicantur indicia indubitata, non ita facilè licet colligere ex Doctorum placitis. Aretin. *in cap. tertio loco, num.* 17. *extra de probat.* scribit, quod indicia indubitata dicuntur, quando sint talia, quæ inducunt quasi notorium, & ponunt factum quasi ante oculos, sequitur Decius ibidem *num.* 13. Berous *consil.* 199. *num.* 8. *lib.* 3.

Ad idem allegatur Farinac. *in prax. qu* 86. *num.* 67. asse-
6 rens, quod tunc dicuntur indicia indubitata, quando ita sunt clara, ut contrarium credi non possit, & indicium indubitatum non dicitur, nisi quando possibile non est, rem aliter se habere, quàm quod ad sic credendum ex illo indicio Judex inclinet.

Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 288. *num.* 10. est in consimili
7 opinione, quod scilicet in omni casu, in quo præsumptiones, & indicia urgent, taliter quod animus judicantis non potest persuaderi ad credendum contrarium, nec intellectus verti in contrariam conscientiam, tunc dicuntur indicia indubitata.

Anton. Merenda *cont. lib.* 5. *cap.* 25. *n.* 3. asserit, quod in-
8 dicia indubitata verè sunt illa, quibus reus ita convictus sit, ut sine calumnia non possit delictum inficiari, hæc cuncta perlegi in Rovito *dec.* 63.

Alii describunt indicium indubitatum esse, quando ani-
9 mus Judicis violatur, ut necessitetur ad ita credendum. Guaz. *def. reor.* 33. *cap.* 15. *n.* 1. etsi possibile sit rem aliter se habere, indicium non dici indubitatum. Giurba *consil.* 71. *num.* 3. Vermigl. *consil.* 381. & 396. ubi ait, tunc dici indicium indubitatum, quando impossibile sit rem aliter se habere.

P. Graf. *de nece prodit.* §. 29. *num.* 202. *& seqq* reprobat Vermigl. *& num.* 228. refellit Giurba, & post eum Luca ad
10 Franc. *dec.* 372. *num.* 2. resolvens indicium indubitatum induci ex necessitate morali, non metaphysica, quia in actibus humanis semper metaphysicè, & logicè loquendo potest res aliter se habere, & restat formido speculativa, sed remanet moralis certitudo sufficiens ad movendum animum Judicis ad ita firmiter credendum, prout si Parochus faciat fidem de baptismo, fides præsumitur vera secundum rationem communem; non repugnat tamen ejus attestationem esse falsam, juxta illud Prophetæ *omnis homo mendax*, & dubietas, quæ remanet, nulli præjudicat certitudini morali, ut non dicatur vera, ita etiam scriptura Notarii facit fidem, & tamen potest esse quin sit vera, & formido ex aliqua ratione remota non facit obiectum opinabile, sed certum moraliter. In eandem opinionem concurrit Carolus Antonius de Rosa *in prax. crim. cap.* 1. *num.* 31. *cum seqq.* & asserit quod hæc probatio, quæ delinquentem demonstrat morali certitudine, sufficiens est; & moralis dicitur, quæ ex communiter accidentibus, & propriis circumstantiis, & rationibus rei, in pluribus verificatur, & id ipsum demonstrat communi illo exemplo, quod Doctores assignant ad denotandum indicium indubitatum, & infra citantur, videlicet, si in domo unum aditum habente reperitur Cajus occisus, & ab ea visus est Titius exire pallidus, & gladio evaginato, quamvis fallere possit, & innocentis sequi punitio, cum contingere possit, quod Titius tantùm vulneravit, & alius Cajum exanimaverit, aut quod alius illum ense occidit, quo relicto fugit, & quod Titius ensem cruentum apprehendit, occisorem sequens, ut occidat, quem casum contigisse affirmat Cason. *in tract. de indic. cap.* 11. vel quod Cajus se ipsum occidit, & quod Titius tantùm ensem à corpore abstulit, sicut fecit Ulisses ab Ajace, ut notat Menoch. *de arbit. cas.* 270. attamen quia in pluribus contingit, quod qui visus est à tali domo exire pallidus, & cum gladio, ubi occisus reperitur, ille sit delinquens, & rarò evenire potest casus Ulissis, & alius à Casone relatus, & per accidens, ad condemnandum hoc indicium considerandum est, ut evitetur majus malum, quod ex oppositio sequeretur, cum homines certitudinem de delictis habere non possint, & illa in magnam Reipubl. perniciem impunita manerent; indicia igitur, quæ frequentissimè delinquentem indicant, indicia indubitata dicuntur, hæc si concurrant, Judex ultra investigare non curat.

In hanc inclinant sententiam qui affirmant quod indicium indubitatum adeò mentem Judicis, sive animum arctat, ut omninò credat id cujus est indicium, nec se possit in contrarium inclinare. Merlinus *cent.* 1. *cont.* 64. *n.* 17. vel adeò per signa sufficientia factum demonstrat, ut animus in aliquo tanquam in proprio loco existente quiescit, & plus investigare non curat. Latto *decis.* 163. *numer.* 47. Jul. Chart. *decis.* 94. *numer.* 97. *& seq.* Mascard. *de probat. conclus.* 1391. *num.* 22. Conciol. *resol. crimin. verbo Indicium, resol.* 2. *num.* 3. Scial. *in praxi torq. reos, cap.* 4. *nu.* 1. & his laudatis Major. *in opopr. criminal. lib.* 2. *cap.* 8. *numer.* 5. Carena *de offic. Sanct. Inquis. part.* 3. *tit.* 10. §. 2. *nu.* 5. Ciatlin. *cont. lib.* 1. *capit.* 12. *num.* 10. Farinac. *in prax. quæst.* 36. *num.* 36.

Exemplificant indicia indubitata. Primò, in duobus ri-
11 xantibus, quorum alter, rixa finita repertus est vulneratus, ut ab altero corrixante percussus dicatur, ut condemnari possit. Magon *dec. Luc.* 59. Cabal. *resol. cas.* 288. *num.* 8. Farinac. *cons.* 31. *n.* 8. *& consil.* 100. *num.* 12. Guaz. *def. reor.* 33. *cap.* 15. *n.* 2. Altimar. ad Rovit. *dec.* 63. *nu.* 11. Andreol. *cont.* 172. *num.* 3.

Et quod oriatur indicium indubitatum contra eum qui in
12 rixa visus fuit admenare licet non percuteret, si finita rixa reperiatur adversarius admenantis vulneratus, vel occisus, dixit Carrer *in prax. tract.* 2. *de indiciis* §. *indicium autem indubitatum, num.* 6. *&* §. 21. *indicium, n.* 2. *ver. Idem si visus*, Farinac. *in prax. qu.* 37. *nu.* 50. Cabal. & Guaz. citati à Conciol. *resol. crim. ver. Indicium, resol.* 2. *num.* 3. Scial. *in prax. torq. reos cap.* 4. *n.* 4.

Secundò, quando quis visus est cum ense evaginato per-
13 sequi alterum fugientem repertum postea vulneratum, Cabal. *dict. resol.* 288. *num.* 9. & alios refert, & sequitur Guaz. *def.* 33.

def. 33. *cap.* 15. *num.* 2. Altimarus ad Rovit. *dict. decis.* 63. *num.* 11. *vers. Secundo.* Andreol. *cont.* 172. *nu.* 4. P. Graf. *de nece prodit. d.* §. 29. *num.* 204. Conciol. *d. resol.* 2. *nu.* 7. *verbo Indicium.*

Tertiò, quando quis visus fuit exire ab aliqua domo,
14 quæ non habeat nisi unum aditum, & exitum, cum gladio evaginato, & sanguinolento, & in ea domo reperiatur aliquis mortuus, vel vulneratus statim post illius exitum. Clarus *in prax. qu.* 21. *num.* 4. Magon. *dec.* 39. *num.* 12. Surdus *consil.* 132. *num.* 90. *vol.* 1. Cabal. *dict. cas.* 288. *numer.* 9. Guaz. *def.* 33. *cap.* 15. *num.* 2. Altimarus ad Rovit. *d. decis.* 63. *num.* 11. *vers. Tertio* Andreol. *cont.* 172. *num.* 5. *& nu.* 8. ubi de explodente archibusium à domo. Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.* 1. *num.* 32. Giurba *consil.* 43. *numer.* 21 Calvinus *de æquit. lib.* 2. *cap.* 130. *num.* 79. *& seqq.* Latro *decis.* 163. *num.* 45 *part.* 2. P. Graf. *de nece prodit.* §. 29. *num.* 212. Scial. *in prax torq. reos, cap.* 4. *n.* 20. Conciol. *resol. crim. verbo Indicium, resol* 2. *num.* 4. Gomez *var.* 3. *cap.* 13. *num.* 11. *in fine.* Leo *decis.* 125. *n.* 22. Clarlin. *contr. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 6. *& seqq.* ubi non solùm quando quis visus est egredi à domo ubi reperitur mortuus, sed etiam ex alio loco, puta ex agro, vel vinea ex Farin. *in prax. q.* 52. *nu* 55. & si aliud adminiculum concurrit, multo magis ad condemnationem deveniri poterit ex eod. Farin. *d. quæst.* 52 *n.* 59. 61. *& 62.*

Quartò, fuga à loco delicti, in quo fuit commissum ho-
15 micidium cum armis evaginatis. Ctispol. *cas. militar.* 14. *num.* 27. Calvinus *de æquit. libr.* 2. *capit.* 130. *numer.* 76. *& sequentibus.* Conciol. *resol. crim. verb. Indicium*, ubi *nu.* 3. eo magis habere locum, ait, quando in loco homicidii nullus alius visus fuit, nisi solus reus. Gramm. *cons.* 5. Vivius *dec.* 282. *num.* 24. quos refert, & sequitur Giurba *cons.* 13. *sub n.* 17. Scial. *in prax. foriud. cap.* 4. *n.* 18. *in fine, & n.* 22. *& seqq.*

Quintò, quod oriatur indicium indubitatum in adulte-
16 rio, ex concubitu solius cum sola, nudi cum nuda, scribunt Farin. *in prax. q.* 136. *nu.* 171. P. Graf. *de nece prodit.* §. 29. *n.* 207. Rota *dec.* 69. *num.* 7. *& 8. post lib.* 1. *consil. Farin.* ex text. *in cap. litteris* 12. *de præsump.* Conciol. *resol. crim. verbo Indicium dict. resol.* 2. *num.* 6. alium casum ponit Latro *dict. decis.* 165. in delicto sodomiæ, & alium Dexart. *decis.* 39.

Ut rem hanc pro praxi nostra complectamur, conside-
17 randum existimo, quod indicia indubitata sunt duplicis generis, alia in primo gradu, & propriè indubitata, quæ scilicet nullam habent hæsitationem, vel quæ ita rem clarè ponunt, ut res aliter haberi non possit. Paulus Castrensis *in l. sciant cuncti, Cod. de probat.* ubi adducit exemplum, veluti, quando quis visus est exire à domo unicum tantùm exitum habente, cum gladio evaginato, & sanguinolento, & in ea domo reperitur occisus, Farinac. *in prax. qu.* 36. *num.* 86. alia in secundo gradu, & cum aliqua hæsitatione permista, ut hæc scribit Luca ad Franc. *d. dec.* 372. *num.* 3. *ver. Indicia.*

Ab his non discedit quod in hac re observat nostrum Re-
18 gium Concilium ex Reg. Cottiada *decis.* 63. *numer.* 35. post Leo *dec.* 125. *num.* 41. & ante eos Barbosa *ad leg.* 1. *in princip. ff. solut. marim. n.* 90. quem recitat Latro *dec.* 163. *num.* 48. *& seq.* & ibi Manfrella *n.* 19. *& 20.* quod indicium indubitatum duobus modis considerari valet. Primò, quando animus Judicis inducitur ad credendum ita esse absque aliqua hæsitatione actuali; sed tantùm cum aliqua hæsitatione virtuali, veluti quando Judex existimat illud posse non esse verum; sed pro nunc firmiter credit ita verum esse. Secundò quando credulitas est ita firma, ut neque actualem, neque virtualem habeat Judex dubitationem, veluti quando Judex existimat illud esse verissimum, neque alicui dubitationi locum esse relictum.

Indicia dubitata sunt, quando animum Judicis movent
19 ad aliquid credendum, vel discernendum, sed non ita, ut in eo judicantis animus conquiescat. Farinac. *in prax. dict. quæst.* 36. *num* 38. Carter *in prax. tit. de indiciis*, §. *dubitatum, & semiplenam indicium, nu.* 1. Conciol. *resol. crim.* 2. *verbo Indicium, num* 2. Majorana *in opopr. crimin. libr.* 2. *cap.* 8. *num* 6.

Præterea indicia sunt in duplici differentia, alia sunt de-
20 licto proxima, alia remota: illa sunt quæ respiciunt veritatem delicti, per sensum visus, vel auditus juxta subiectam materiam, ut in unico teste qui deponit immediatè de delicto de visu, videlicet vidisse Titium vulnerantem Sejum, vel de auditu proprio, qui deponit audivisse Titium blasphemantem, vel Sempronium mandantem Cajo, ut aliquem occideret, vel similia. Clarus *in prax.* §. *fin. qu.* 21. *ver. unus testis, & qu.* 22. *in princ.* plurib. relatis Conciol. *resol. crimin. vers. indicium resol.* 4. *in princ.* remotum verò indicium dicitur quod solùm respicit circunstantias delicti, ut fuga, fama, inimicitia, & similia, Major. *in opopr. crim. par.* 2. *d. cap.* 8. *num.* 9.

Hæc sunt in duplici differentia, ut alt Zuff. *de legitim. proces. qu.* 47. *num.* 4. *cum seqq.* nam aliqua sunt remota, val- 21
dè delictum inferentia, ut confessio extrajudicialis, res furata pœnes aliquem reperta qui sit malæ conditionis, & famæ, & alia similia relata per Carrer *in prax. d. tit. de homic.* §. *Sed an in unum*, aliqua verò sunt remota, sed generalia non valdè ad delictum inferentia ut sunt inimicitia, fuga, fama, & similia. Majorana *in opopr. crim. lib.* 2 *cap.* 8. *numer.* 40. latè cum pluribus allegatis Conciol. *resol. crim. d. verbo indicium resol.* 1. *n.* 7. inter hæc connumera, si suspectus accedat ad cadaver occisi, & ex vulneribus profluat sanguis, pro quo indicio Thesaurus *dec.* 173. *in fine.* Scialoya *de foriudic. cap.* 4. *n.* 92. Sesse *dec.* 111.

Indicia remota probari debent per duos testes, aliàs non relevant. Clarus *in prax.* §. *fin. qu.* 22. *in princ.* Mascard. *de* 22
probat. conclus. 895. *numer.* 2. *& seqq. libr.* 2. Gomez *var.* 3. *capit.* 13. *num.* 18. ubi Ayllon. *num.* 19. Farinac. *in prax. qu.* 37. *num.* 13. Andreol. *cont.* 172. *numer.* 7. *& 11. vers. è contra.* Scialoya *in prax. foriudic. cap.* 4. *numer.* 11. Guaz. *def.* 30. *capit.* 31. *in princip. & per tot.* (ubi quod habet locum etiam in indicio proximo, sed non immediato ad delictum, ut in confessione extrajudiciali, & quod testis viderit admenare, ut ibi per eum) Carena *de offic. sanct. Inquisit part.* 3 *tit.* 10. *num.* 21. Cabal. *cas.* 193. *num.* 1. Cyriac. *contr.* 104. *n.* 32. *& cont.* 106. *num.* 10. latissimè Conciol. *resol. crimin. vers. indicium resol.* 5. *tota. & in verbo confessio resol.* 3. *nu.* 11. Vermig. *cons.* 33. *nu.* 1. *&* 2. Majorana *in opoprax. crim. libr.* 2. *d. cap.* 8. *num.* 45. *& seqq.* Carol. Anton. de Rosa *in prax. crimin. cap.* 8. *numer.* 21. *& post prax. in defensa evitandi torturam numer.* 11. Crusius *de indic. part.* 2. *capit.* 1. *num.* 13.

Et licet ad probandum indicia, testes debere esse omni exceptione majores, asserant Guaz. *d. def.* 30. *cap.* 31. *num.* 3. *vers. & etiam* Cyriac. *cont.* 106. *num.* 44. Vermig. *d. cons.* 23
33. *n.* 27. *&* 60. *n.* 20. *& cons.* 131. *in princ.* Car. *de offic. sanct. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. *nu.* 22. & alii laudati per Conciol. *resol. crim. ver. indicium resol.* 5. *n.* 3. Carol. Anton. de Rosa *post prax. crimin. in d. def. nu.* 14. *& seqq.* Crusius *de indic. part.* 2. *d. cap.* 1. *num.* 13.

Ea ratione, quia probatione in criminalibus ad effectum condemnandi reum, requiruntur non solum concludentes sed etiam luce meridiana clariores, *leg. sciant cuncti final.* 24
Cod. de probat. cap. sciant cuncti 2. *& ibi glos. & Doctores* 2. *q. ult.* Antonius Gomez. *var. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 25. Farin. *in prax. quæst.* 86. *num.* 6. Cabal. *resol. crim.* 230. *nu.* 24. *cent.* 3. Carena *de offic. sanct. Inquisit par.* 3. *tit.* 3. *n.* 1. Peg. *dec.* 17. *num.* 38. Scanarol. *de visit. carcerat. lib.* 2. §. 2. *cap.* 5. *num.* 7. sive Judex procedat per Inquisitionem, sive per accusationem. Præt. *cons.* 188. *nu.* 14. post eum Guaz. *defen. reor.* 33 *cap.* 14. *num.* 1.

Et ad constituendum probationem luce meridiana clariorem, ad effectum condemnandi, requiruntur depositio- 25
nes saltem duorum testium, ad tex. *in leg. nbi num.* 12. *ff. de test. in cap. in omni negotio* 4. *de testibus*, & declarat Gomez *var.* 3. *capit.* 12. *num.* 9. Clarus *in prax.* §. *fin. qu.* 66. *vers. penult. & fin.* Farinac *de testibus qu.* 63. *num.* 233. *& seqq.* qui sint omni exceptione majores, ita ut contra illorum personas nil opponi possit. Gomez qui *supra nn.* 12. Giurba *cons.* 71. *numer.* 2. Ctispol. *cas. militar.* 14. *numer.* 2. Vermigl. *cons.* 381. *nu.* 2. nec contra eorum dicta, quamplurimis quos refert, & sequitur Guaz. *def.* 33. *cap.* 14. *num.* 2. *& num.* 5. *vers. qui duo*, & concludant per necesse, non autem per possibile. Cyriac. *cont.* 75. *num.* 18. Carena *de offic. sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 6. *n.* 1. & 2. & plenissimè de hac re Conciol. *resol. crim. in ver. Probatio, resol.* 3. *tot.*

Et quamvis qualitas illa, ut sint testes omni exceptione majores, tanquam extrinseca debeat articulari, & proba- 26
ri, ut docent Farinac. *in prax. q.* 62. *nu.* 8. *& qu.* 158. *num.* 2 Speter. *decis.* 27. *num.* 26. *& decis.* 75. *num.* 1. *&* 3. Mascard. *de probat. conclus.* 1336. *tom.* 3. ubi ait quod Advocati sint cauti in articulando, & probando prædictam qualitatem Canc. *var.* 1. *cap.* 4. *ex num.* 127. Ventrigl. *in prax. annot.* 3. §. 3. *num.* 42. *vers. Verum contra*, & his relatis Quesada Pilo *disert.* 16. *n.* 117. Conciol. *resol. crim. verb. Testium Miscellanea resol.* 10. *num.* 1. Majorana *in opopr. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 49. ubi quod probanda est qualitas testium in statuto, si id

ipsum

ipsum requirit, vel fuerit à parte oppositum, allegat Farinac. *in prax. quæst.* 47. *num.* 212. Hodierna ad Surdum *decis.* 277. *num.* 9. post Farinac. *d. qu.* 47. *numer.* 277. *& quæst.* 62. *num.* 13. *& 16.*

Attamen in praxi non servatur, qualitatem illam testium, ut sint omni exceptione majores, debere articulari, & probari, probavimus *decis.* 14. *num.* 19. dixit Carena *de offic. sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 66. qui allegat Farinac. *in prax. qu.* 47. *num.* 215. ubi attestatur de eadem consuetudine in urbe, & alibi in statu Ecclesiastico, in quibus ipse versatus fuit, & post eos sequitur Conciol. *resol. crim. in verbo Fama, resol.* 3. *num.* 4. imò, & in jure id ipsum fundari probat Regens Matth. *de re crim. controv.* 28. *nu.* 14 quia *l. fin. C. de prob.* (ex qua legem capiunt Doctores *num. antec.* laudati) solùm requirit in criminalibus testes idoneos; Et recitati DD. non intra terminos text. se continent, imò addunt requiri omni exceptione majores, quod est valdè diversum, nam ut ipse d. R. Matth. probat *in eodem tractat. cont.* 2. *num.* 25. *& 26.* ex Farinacio *in prax. d. qu.* 62. *nu.* 2. *& seqq.* qualitates majoritatis omni exceptione continet in se plusquam idoneus testis, ita ut hæc in gradu positivo reperiatur; illa verò in comparativo, vel superlativo, cum quibus concordant dicta per Hodiern. ad Surdum *d. decis.* 277. *num.* 8. Sperel. 173. *num.* 30. *par.* 2. Rub. *de valid. leg. cap.* 35. *num.* 195. *& seqq.* Conciol. *resol. crim. in ver. Testium Miscellanea, resol.* 10. *num.* 1. *& seqq.* quare si inquit d. R. Matth. si requisita per DD. ad hoc, ut aliquis omni exceptione major censeatur, speculentur, exclamare possumus cum Sapiente: *Quis est hic, & laudabimus eum,* & allegat Caval. *in pract. de testib. par.* 3. *n.* 34. & Guaz. *def. reor.* 33. *cap.* 14. *n.* 5. *ver. Qui duo testes*, cum qua doctrina, & praxi nos pertransimus.

qualem vix reperit ullum,
Millibus è cunctis hominum consultus Apollo.

Scripsit Poeta.

Ulterius etiam, licet ad probandum indicia remota testes singulares non sufficiant, Farinac. *in prax. qu.* 37. *nu.* 33. *& seq.* Guaz. *def.* 30. *ca.* 31. *n* 3. Cyr. *cons.* 100. *n.* 43. Car. *de offic. sanct. Inquisit. par* 3. *tit.* 10. *nu.* 25. quos recitat Conciol. *ver. Indicium, resol.* 5. *n.* 6. 28

Si tamen indicia imperfectè probata per testes singulares tenderent ad eundem finem, sicque ad unum totum integrandum, ut puta unus testis dicat se vidisse Sejum vulneratum, & in terra prostratum, qui de offendente interrogatus respondit fuisse Titium, alius testis dicat Titium vidisse aspersum sanguine, & madefactum aufugientem cum ense evaginato sanguinolento, alius verò testificetur eundem Titium se abscondentem in nemore, & similia: tunc quamvis indicia sint probata per testes singulares, coniunguntur ad faciendum indicium ad torturam. Guaz. *defens. reor.* 30. *cap.* 32. *ver. Alii videntur tenere* Latro *dec.* 161. *num.* 26. Farinac. *qu.* 37. *num.* 34. Scialoya *de foriud. cap.* 4. *num.* 102. Carena *de offic. sanct. Inquisit. part.* 3. *tit.* 10. *num.* 111. Majorana *in opopr. lib.* 2. *cap.* 8. *num* 48. Conciol. *resol. crim. verb. Indicium resolut.* 5. *numer.* 7. ubi declarat si testes deponant de tribus indiciis valdè proximis delicto, & sint ultra duos; secus si de indiciis remotis, ut puta unus de fama, alius de fuga, tertius de inimicitia, & similibus, & *num.* 8. adhuc eo in casu asserit moderatè esse reum torquendum. 29

In delictis difficilis probationis sufficere testes singulares, scribit Fontanella *de pactis nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 5. *num.* 81. Ferret. *cons.* 168. *numer.* 11. Corneus *consil.* 307 *lib.* 3. *num.* 8. Bertaz. *consil.* 273. *à num.* 5. Fragos. *de regim. Reipublic. part.* 1. *disp.* 13. *n.* 88. *vers. Sed quæres.* Escobar. *de purit. part.* 1. *quæst.* 6. §. 5. *num.* 89. Castillo *decis.* 164. qui *num.* 40. ait, quod etsi quodlibet indicium debeat probari in sua specie per duos testes, at in delictis difficilis probationis licèt testes de indiciis loquentes sint singuli in suo dicto singulares, tamen junguntur, quia ex quolibet oritur qualis qualis præsumptio, & allegat Ponte *d. dec.* 16. *n.* 15. & sequitur Larrea *alleg.* 48. *n.* 18. 30

Et ita metus, qui est difficilis probationis ex singularibus testibus, & indiciis probatur Fontan. *d. claus.* 7. *glos.* 2. *par.* 5. *num.* 39. Surdus *dec.* 194. *num.* 23. Farinac. *part.* 1. *novis. decis.* 643. *num.* 23. *& quæst.* 64. *num.* 276. Larrea *alleg. fisc.* 48. *numer.* 18. Trentacin. *var. lib.* 1. *tit. de His quæ vi met. causa fiunt, resol.* 1. *nu.* 2. *& 24.* ubi terdecim conjecturas ad metum probandum refert Hermos. ad Lopez. *par.* 5. *tit.* 5. *l.* 56. *glos.* 1. *num.* 63. 31

Cæterùm, quod testes singulares in prædictis casibus tantùm faciant indicium, ait Farinac. *in prax. quæst.* 64. *num.* 296. & si plures sint testes singulares de pluribus indiciis deponentes, dici potest plures facere præsumptiones ad torturam, Marcus *decis.* 96. *num.* 14. Ansald. *consil.* 128. *numer.* 91. *& seqq.* & cum aliis indiciis, & conjecturis cum quibus singulares testes junguntur. Fragos. *de reg. Reipubl. part.* 1. *lib.* 5. *disp.* 13. *n.* 88. plusquam semiplenè probabunt, & sufficient ad pœnam extraordinariam, Escobar *de purit. part.* 11. *quæst.* 6. §. 5. *num.* 101. & antea *num* 93. ex Farinac. *in prax. quæst.* 64. *num.* 302. ubi ex veriori cum testibus singularibus concludit, & cum aliis adminiculis pro pœna extraordinaria.

Et ita testes singulares in delicto coemptionis, & extorsionis, juncta infamia Officialis inferioris, quoad pœnam extraordinariam probare, dicimus *dec.* 100. & in meritricio, lenocinio, adulterio, & aliis delictis difficilis probationis pro simili pœna probabimus *dec* 57. 33

His præhabitis considerationibus (quidquid sit de aliorum opinione, nam quidam existimant ex indiciis indubitatis posse deveniri ad pœnam extraordinariam, alii ex illis indiciis torqueri posse, alii affirmant esse in electione Judicis, vel torquere reum, vel eum condemnare ad pœnam extraordinariam, ut hoc videre licet in Manfrella ad Latro *decis.* 163. *num.* 7. *cum sequentibus* & aliis infra allegandis) rem in contingentia facti præstringendo affirmamus, quod sine teste de visu ex aliis indiciis indubitatis, veluti quando animus Judicis inducitur ad credendum ita esse absque aliqua hæsitatione actuali, sed tantùm cum aliqua hæsitatione virtuali, veluti quando Judex existimat illud posse non esse verum, sed pro nunc firmiter credit ita verum esse, in delictis occultis, & difficilis probationis potest Judex procedere ad pœnam ordinariam; quia attenta materia illa censentur indicia indubitata, quamvis in aliis delictis talia non censerentur, quia quamvis Judex habeat in prædictis delictis credulitatem cum aliqua hæsitatione, debet tamen deponere hæsitationem, conformando se cum juris dispositione, quæ in hujusmodi delictis præsumptiones urgentes jubet reputari pro plena probatione, in aliis autem delictis non sufficit præd. credulitas, cum tunc indicia illa non debeant censeri indubitata, cum aliqua adsit hæsitatio saltem virtualis, & ita hanc rem complectitur Leo *decis.* 125. *per totam*, & præcipuè *num.* 41. *& 42.* & ante eum Barbosa *in leg. secunda in princip. ff. solut. matrim. num.* 90. quos sequitur Reg. Cortiada *dec.* 93 *num.* 35. cum aliis quos allegat Rovitus *decis.* 63. *num.* 10. (ubi agit quid in aliis delictis etiam non occultis) Sanfelic. *decis.* 47. *numer.* 8. *vers. Etsi in delicto*, Luca ad Franchis *decision.* 372. *in fine*, & in hanc partem refero Sesse *decision.* 111. 34

Imò in delictis occultis, & difficilis probationis, quamvis indicia non sint omninò indubitata, sufficit, quod sint plura indicia dubitata, ex quibus resultet unum indubitatum, & adsint aliæ probationes, & adminicula, ut possit condemnari pœna ordinaria delicti, Farinac. *in prax. qu.* 36. *num.* 41. *& qu.* 86. *num.* 93. *& cons.* 108. *d num.* 99. *lib.* 2. Jul. Chart. *dec.* 49. *num.* 50. *& decis.* 79. *num.* 38. Guaz. *def. reor.* 33. *cap.* 15. *num.* 4 Xammar. *de offic. judic. lib.* 1. *quæst.* 15 *num.* 99. & his laudatis R. Cortiada cum Senatu *decis.* 93. *num.* 36. & Nos cum exemplaribus *decis.* 8. *numer.* 45. *cum seqq.* 35

Plura namq; indicia non indubitata coniunguntur ad faciendum unum indubitatum, si omnia illa indicia tendant ad eundem finem, ad condemnandum sufficiens, ut ex Baldo, Igneo, Brun. Gandin. Riminaldo Jun. Farinac. Bajardo ad Clar. scribit Clarlin. *libr.* 1. *controv. cap.* 12. *numer.* 43. qui illud admittit in suo casu quem controvertit, in quo erat unum indicium indubitatum de per se, & alterum ex coniunctione aliorum, & sic erant duo indicia indubitata.

Omnibus his attentis fuit sic observatum in R. C. die 28. Aprilis 1667. refer. Nob. Josepho Ferrer I. R. C. contra Petrum N. delatum, & inculpatum de nece per eum die 7. Augusti 1666. proditoriè, & animo furandi perpetrata ictibus pugionis in personam Josephi Rosals, eumque derobando in quadam peria terræ dicta *la vinna* de pertinentiis mansi Aromir, Parochiæ S. Juliani de Vilamirosa, qui fuit pœna mortis ordinaria condemnatus ex ista specie credulitatis, quæ resultabat ex indiciis seqq. 36

Primò constabat dictum Petrum N. toto tempore messium associatum fuisse cum Josepho Rosals, & die 6. Augusti in Villa Sancti Hypoliti paulo antequam noctesceret adfuisse, & die sequenti septima dicti mensis fuisse adventum multò manè, & vix orto sole Josephum Rosals scelere 37

lere interemptum in dicta petia terræ Parochiæ de Vilamirosa, & contra socium itineris præsumitur, non invento homicida socii, *leg.* 1. §. *cum dominus*, *ff. ad Senatus Consultum Syllanianum*, ibi: *Cum dominus in itinere esset occisus; de his, qui una cum eo fuissent cum occideretur, vel cum una fuerunt profugerunt supplicium sumendum est.* Leo *decis.* 125. *nu.* 14. *& seqq.* ubi de socio itineris, qui non detulit, sed tacuit homicidium socii, ex Menoch. *lib.* 1. *præs.* 89. *nu.* 107.

38 Secundò, dicto die ante meridiem fuit repertus dictus Petrus N. in Villa de Manlleu distanti à dicto manso Aromir, ubi erat sita dicta petia terræ, unius horæ quarto, territus ob facinus commissum, & postea fuit in eadem Villa captus. Et inventus in loco delicti habet præsumptionem contra se, *l.* 1. §. *quid ergo*, *& §. hoc autem*, *ff. ad Senatus Consultum Sylanianum*, vel in loco propinquo, videlicet nimis propinquo, & quasi contiguo. Leo *d. dec.* 125. *num.* 20. ubi hoc indicium non esse sufficiens de per se ad torturam ait, nisi repertus sit cum armis, sentit Farinac. *consil.* 213. *libr.* 3. *num.* 5. cum adminiculis id probat Conciol. *resol. crim. verbo Indicium*, *resol.* 15. ubi idem in frequentante locum delicti. Farinac. *in prax. quæst.* 52. *num.* 130. *& seqq.* Giurba *cons.* 13. *num.* 11. ubi quando dicatur frequentari, Scialoya *de forjud. cap.* 4. *num.* 19. *& seqq. num.* 23. *& n.* 87 ubi de visu propè locum delicti cum armis, cum quibus fuit commissum delictum, & de viso manè ubi patratum est delictum, Ciarl. *contr. lib.* 1. *cap.* 12. *n* 38.

39 Pariter indicium est terror. Menoch. *de præsumpt. quæst.* 39. *lib.* 1. *num.* 71. Majorana *in opopr. crimin. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 122. titubatio, & trepidatio. Scialoya *de forjud. cap.* 4. *num.* 34. Suelves *cent.* 1. *cons.* 29 *num.* 11. ex Farinac. *de indiciis quæst.* 52. *num.* 40. & dicebat Seneca *epistola* 97. *proprium autem est nocentium trepidare*. Quesada Pilo *dict. controv.* 30. *num.* 52. ibi: *Pallor, pavor, & horror in actibus, & huius rea vultu apparuere, cum delictum semper vultu demonstretur.* Andreas Gail. *de pace public. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. Cabrer *de metu*, *lib.* 2. *cap.* 48. *num.* 6. Ovid. 6. *metamorph.*

Heu quàm difficile est, crimen non procedere vultu.

Et ratio est, quia vultus est imago animi, Cicer. 2. *de orat. & pro Rosio libr.* 1. *de legib.* Plutarch. *de tranquillitat. anim.* in qua omnes effectus naturales, & accidentales illius lucent, exhibentur, ac dignoscuntur Cicer. *lib.* 2. *de orat.* Senec *in Thyest.* Villalpand. *de Magia*, *libr.* 3. *cap.* 17. *nu* 42. Qui enim habet rectam conscientiam, est fortis, & nihil timet, juxta sententiam Ovidii, 4. *Fasto.*

Conscia mens recti famæ mendacia ridet;

Et Oratii *in odis libro* 3. dum ait:

Justum, & tenacem propositi virum.
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

Et juxta illud Plaut. *in Amphytrione.*

Qua non delinquit
Decet audacem esse, & confidenter pro se, & protervè loqui.

Unde, & Boss. *tract. crim. tit. de respons. à reo facien. n.* 9. admonet reum innocentem, ut audactèr respondeat, non autem modo, quo videatur timere, ne incidat in suspicionem, per text. & ibi Bart. *in l. de minore*, §. *plurimum*, *ff. de qu.* Et per oppositum criminosus timet, & pavet, juxta sententiam Juvenalis Satyr. 1. in fine, ibi:

Rubet auditor cui frigida mens est
Criminibus, tacita sudant præcordia culpa.

Et Ovidius *lib.* 1. *Fast.*

Conscia mens, ut cuiq; sua est, ita concipit intra.
Pectora pro facto spemq; metumq; suo.

Et Cicero in orat. pro Milone: *Magnam vim habet conscientia in utramque partem, ut semper pœnam ante oculos versari putent, qui peccaverint, & nihil timeant, qui nihil admiserint.* Hęc dixit Scaccia *lib.* 1. *de indiciis*, *cap.* 78. *numer.* 11.

40 Tertiò constabat in margine prædictæ petiæ terræ, & juxta occisum, adinventum fuisse ensem, vulgo *espadi* quem deferebat dictus aggressor: & oritur sufficiens indicium ad torturam, quando reperitur ensis sanguine madefactus, & probatur ensem fuisse inquisiti, Leo *dict. decis.* 125. *num.* 23. vel arma propè occisum faciunt indicium contra dominum armorum. Scialoya *de forjudic. capit.* 4. *num.* 61. vel gladius penès occisum, & vagina vacua apta ad gladium penès inculpatum, Majorana *in opopr. crimin. lib.* 2. *capit.* 8. *numer.* 141. Conciol. *resolut. crimin.* 16. *verbo indicium*, *numer.* 4. qui se refert ad verbum *Furtum*, *resolution.* 12. *numer.* 7. vel si res aliqua relicta sit in loco delicti perpetrati, quæ inculpati esse demonstretur, ex ejus inventione delictum ab eo fuisse commissum est præsumendum, Mascard. *de probat. concl.* 830. *numer.* 10. Majorana *in opopr. prax. criminal. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 141. (ubi si concurrunt alia adminicula, cum inventione pallii, pilei, & similium) Morla *in emporio juris*, *part.* 1. *titul.* 12. *numer.* 15. Conciol. *resolut. crim.* 17. *verbo Indicium*, *num.* 4. Carena *de offic Sanctæ Inquisitionis*, *part.* 3. *titul.* 10. *numer.* 100. Crusius *de indic. part.* 1. *capit.* 6. & ibidem *in observat.*

Pariter probatum fuit Petrum N. interfectorem, dum 41
fuit captus ab Officialibus Villæ de Manlleu secum habere archibusium, qui erat, & secum ducebat dictus Rosals interfectus, & etiam pugionem cum vagina, & quandam crumenam, sive *bolsa de tres bolsichs*, & intra eam quoddam dolium fusteum, in quo custodiebantur gariophylla, gingiber, & par bullarum Cruciatæ, in quarum una erat descriptum nomen dicti Josephi Rosals occisi, quas res constabat die antecedenti, & cum nocteseceret secum ducere dictum Rosals, & inventio vestium occisi penès inquisitum, grave indicium facit, Leo *dec.* 125. *num.* 2. Morla *in empt. juris*, *part.* 1. *titul.* 12. *num.* 15. prout etiam si res furto subtractæ reperiantur penès furem, & homicidam, ut dicemus infra.

Quartò constabat die antecedenti dictum Petrum N. 42
carere pecuniis, & dict. Rosals habere duo regalia octuplicia, & sex regalia duplicia argentea in sui posse, & postea die sequenti d. Petrum N. solvisse in Villa de Manlleu pannum, vulgò *Cordellats*, cum duobus regalibus argenti quadruplicibus, & quinque duplicibus, & eas quantitates furatum præsumi potest fuisse, Ciarlin. *libr.* 1. *cap.* 12. *num.* 41. ibi: *Addi potest quod isti Pugolotini sunt pauperes, & tamen vivunt lautè vestibusque utuntur valoris ultra gradum sunm, nullamq; faciunt artem, per quam sibi victum parare valeant, unde verisimile est, quod hæc perpetraverint pretio conducti, pauperes enim suspicione non carent, & maximè si sint mala vita, ad text. in § sed pauperes Inst de suspect. tut. Farinac. quæst.* 57. *nu.* 15. *& 19 Cavalc. de testibus part.* 1. *num.* 81.

Et in vicino qui notam habet domum, in qua furtum est 43
commissum, si postea reperiatur dives, vel plures expendere pecunias, cum antea esset pauper, quod hoc faciat indicium ad torturam docent, & explicant Menoch. *de præsumpt. libr.* 5. *præsumpt.* 31. *numer.* 3. Mascard. *de probat. conclus.* 831. hos, & alios referens Farinac. *in prax. quæstion.* 176. *numer.* 80. ubi *numer.* 82. inquit hoc non procedere in homine bonæ famæ, sequitur Ayllon. *num.* 13. cum Gomez *var.* 3. *cap.* 13. *numer.* 14. *verb. Si post furtum commissum.*

Et punctim quod oriatur indicium contra illum, qui pau- 44
per existens, visus est expendere pecuniarum quantitatem, scribunt Menoch. *de præs. libr.* 5. *præs.* 31. *numer.* 3. Mascardus *de probat. libr.* 2. *conclus.* 831. *nu.* 4. *& 5.* & cum pluribus aliis Farinac. *in prax. quæst.* 176. *numer.* 80. aut si pauper cœperit illico ditescere, Crusius *de indic. part.* 1. *cap* 43 *num.* 10.

Et alia in dicto casu erant adminicula, & præsumptiones, cum quibus omnibus fuit deventum ad pœnam ordinariam.

Idem fuit observatum, referente Nobil. Petro de Amigant I. R. C. qui meritò in Tertia Aula R. A. agnoscitur litteratissimus, & observantissimus Senator, Scriba Famada, die 9. Julii 1671. contra Petrum Rodondo de Alvarada, qui fuit pœna fustigationis, & mortis naturalis condemnatus pro furto magno rerum valoris plusquam tercentum librarum, commisso cum fractura noctu, & hora captata in domibus Franciscæ Fons viduæ præsentis Civitatis Barcinonæ. 45

Constabat in processu contra reum, primò de confes- 46
sione extrajudiciali geminata, & confessio extrajudicialis est indicium vehemens ad delictum, Gomez *var.* 3. *capit.* 13 *num.* 8. & ibi Ayllon, Clarus *§. fin. quæst.* 21. *ver. Confessio extrajudicialis* Peg. *dec.* 17. *num.* 3. Farinac. *in prax. quæst.* 37. *num.* 47. *& quæst.* 82. *num.* 23. Cabal *resol. crimin. cas.* 81. *num.* 2. Guaz. *def. reor.* 32. *cap.* 34. Giurba *cons.* 87. *num.* 26. Carena *de offic. sanctæ Inquisit. par.* 3. *tit.* 10. *numer.* 58. Vermigl. *cons.* 13. *num.* 12. *& cons.* 33. *num.* 1. Latro *decis.* 163. *nu.* 10. *lib.* 2. his laudatis Conciol. *resol. crim. verb. Confessio*, *resolut.* 13. *num.* 1. ubi ex relatis probat confessionem extrajudicialem facere indicium ad torturam. Par. Graf. *de nece prodit.* §. 29. *num.* 191. & facere semiplenam pro-

probationem idem Conciol. *nu.*2. Majorana *in opopr. crim. lib.*2. *cap.*4. *num.*83. (ubi quod confessio extrajudicialis plus operatur quàm indicium, plures allegans) Crusius *de indiciis p.*1. *cap.*5. Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.* 8. *num.*28.

47 Debet tamen esse confessio extrajudicialis specifica, & certa de delicto cum expressione loci, & temporis. Conciol. cum pluribus *d. verb. Confessio*, *resol.*16. *num.*3. Bucat. *diff.*34. *num.*6. Peg. *d. dec.*17. *num.*3. & quod constet de certo delinquente, ut puta occidi Titium, non autem in genere, videlicèt occidi hominem. Conciol. *dict. resolut.*13. *in addit. num.*4. de re latè Majorana *in opopr. crim. lib.*2. *d. cap.*4. *nu*83. *v. Quantumvis* (ubi ait quod absque loco, & tempore, aliisque delicti circunstantiis facta sufficit ad torturam, dummodo specialis sit, certum continens delictum, & certam personam in quam delictum sit commissum, ex Farinac. *in prax. qu.*82. *num* 30. cum quibus pertransit quando ex confessione apparet de delicto commisso in personam certam. Guaz. *def. reor.*32. *cap.*34. *num.*9. cum pluribus allegatis. Conciol. *resol. crim.* 13. *v. Confessio*, *num.*4. qui *num.* 5. etiam allegat contrarium tenentes) Farinac. *in prax. d. qu.*82. *num.*45. Bajard. ad Clarum *in prax.* §. *fin. qu.*2 1. *num.*128. Guaz. *def. reor.* 32. *cap.*34. *sub num.*9. *vers. Sed alii videntur*. Gomez *var.* 3. *cap.*13. *num.*8. *vers. Et intellige*, Crusius *de indic. par.*1. *cap.*5. *num.*4.

48 Indicium facit confessio extrajudicialis, si tamen est probata per duos testes de loco, & tempore contestes, Crusius *de indiciis*, *par. d. cap.*5. *num.*5. Conciolus citatus *num.* 11. Carol. Anton. Rosa *in prax. crim cap* 8. *num.*28. *ver. Ut autem*, qui attestatur de practica communiter admissa, allegans Farinac. *in prax. qu.*64. *num.*145. Major. qui sup. *num.*83. (ubi ait quod non afficit si fuerit jocosè per lasciviam, vel jactantiam facta, & in eod. *num.*83. *vers. Hoc quoque ampliatur*, ait quod si confessio extrajudicialis fuerit à minore sine curatoris auctoritate emanata, si est verosimilis, indicium facit ad torturam in casu quominor sit talis ætatis, ut torqueri possit, ex Farinac. *in prax.*82. *nu.* 24. Guaz. *def. reor.*32. *c.*34. *num.*4.) Ayllon ad Gomez *var.* 3. *cap* 3. *num* 9.

49 Latè de hac materia Scialoya *de forjud. cap.*4. *num.*50. *cum seqq.* ubi de confessione facta coram Judice incompetenti, quæ facit semiplenam probationem coram competenti, Crusius *de indic. p.*1. *d. cap.*5. *& in observat. ad idem cap.*5. Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.*8 *nu.* 28. *verb. Caterum confessio*, Sanfel. *dec.*244. *num.*3. *in fine*, Capiblanc. *de Baronibus tom.*2. *cap.*52. *num.*11. Clarus *in prax.* §. *fin. quæst.*21. *ver. Sed hic quæro*, *& vers. Hanc tamen*, concurrentibus scilicet adminiculis animadvertit idem Scialoya *d. cap.*4. *num.*57. cum Guaz. *def.*32. *cap.*26. *num.*10. Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. d. cap.*8. *n.*28. singulariter tenet, confessionem extrajudicialem etiam per plures testes idoneos, licèt singulares, probari ex variis rationibus. Prima, quia non præsumitur, quod plures testes idonei, & legales in re tam gravi mendacium dicant. Secunda, quia confessio est actus iterabilis, & pluries emitti potest, quo casu testes singulares de loco, & tempore probant. Tertia, quia magis verisimile est, quod delinquens, qui sui natura culpam tacet, eam coram uno, quàm coram duobus simul manifestet. Quarta, quia non tractatur immediatè de probando delictum tali die, & loco commissum, sed de indicio rei iterabilis, quæ infert ad delictum, & insuper dicit quod probatur quoque confessio extrajudicialis per duos testes singulares, si cum eis adminicula concurrant, juxta notata à Farinac. *in prax. qu.*64 *num.*302. & 303. atverò huic singulari assertio non acquiesco, quia praxis nostra, quæ est apud omnes recepta, non admittit ad Indicium confessionem extrajudicialem, nisi fuerit probata per duos testes contestes de loco, & tempore.

50 Secundò constabat de repertura rei furatæ, ad cujus indicii exclusionem allegabatur bona fama dicti Rodondo, quæ fuit in processu plenè probata, pro quo indicio infra latè dicimus.

51 Tertiò de fuga insimul cum rebus furatis, quod indicium exponebat reus destruere, dicendo se fugam facere, ne Regiis carceribus manciparetur, à quibus paulo ante aufugerat. Quartò de fama orta incontinenti, de qua constabat per decem testes probata, de quibus *decis.* 45. *num.*30. & *sequent.* Ultimò constabat de aliis adminiculis, prædicta indicia coadjuvantibus. Quæ sententia executa non fuit, quia reus gratiam à sua Excellentia obtinuit, & fuit pœna mortis commutata cum pœna remigandi in Regiis triremibus per quinquennium.

Sic similiter fuit in Regio Concilio observatum die 12. 52
Decembris 1674. me referente, Scriba Famada Not. contra Joannem N. aliàs *la verdaguera* francigenam delatum, & inculpatum, quòd prævio tractatu, & animi deliberatione cum socio die 18. Martii tunc proximè elapsi accessit ad molendinum Michaelis Riber Civis honorati Barcinonæ, situm in loco Sanctæ Columbæ de Gramanet. Diœc. Barcinonæ, in quo habitabat Franciscus Borgas Molinarius, animo furandi, & occidendi, ubi proditoriè occidit dictum Franciscum Bordas Molinarium in lecto jacentem, & furto subtraxit pecunias, & alias res auri, & argenti à dicto molendino, quæ ibi custodiebantur, cùm quibus captus, & apprehensus extitit, & fuit condemnatus, quòd fustigaretur, & in loco supplicii jugularetur per collum, & cadaver in frusta scinderetur, &c. In processu contra dictum N. aderant indicia sequentia.

Primò secreta alloquutio cum N. socio die antecedenti, 53
probant hoc indicium Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. p.*3. *tit.*10. *num.*101. Scialoya *in prax. forjud. cap.*4. *num.*31. ubi *num.*88. ait quod, & adhuc conversatio cum malis hominibus facit indicium ad torturam cum aliis adminiculis. Secundò constabat, quod dictus aggressor fuit visus die sequenti multo mane in molendino *de la polvora*, distanti unà hora à dicto loco Sanctæ Columbæ, territus ob facinus commissum ex quo oritur indicium, ut sup.

Tertiò inventus fuit sanguis recens in femoralibus dicti 54
interfectoris eadem die matutino tempore, & hoc indicium esse, ait Leo *dec.*125. *num.*21. ubi quod si cruor in vestimentis, aut armis alicujus apparebit, oritur judicium ad torturam secundùm multos, licèt hoc indicium simpliciter non probet, & per se non sufficiat, sed juncto cum alio, veluti si reus in eodem loco fuerit ubi de delicto constet, prout etiam est indicium, quando quis reperitur ense sanguinolento exiens à Domo, vel vinea ubi homo mortuus reperitur, diximus supra. Quartò constabat de repertura cujusdam techæ reliquiarum penès imputatum, quam ordinariè defetebat occisus, & cujusdam duplæ aureæ, & petiæ de quinque adulterinæ, ex chocleariis argenti, vulgo *culleras*, & aliarum rerum, quæ omnia esse dicti Bordas occisi, seu fuisse in ejus posse, fuit probatum, de quo indicio supra.

Quintò fama publica incontinenti orta, per novem te- 55
stes probata. Sextò convictus fuit de mendacio, quia dixit, illa nocte, qua fuit homicidium perpetratum dormisse in molendino *den Pujol*, quod falsum esse fuit probatum, de his duobus indiciis *dec.*45.

Septimò repertura undecim duplarum auri, quatuor octi- 56
drachmatum, & duorum regalium monetæ argenteæ, & constabat dictum N. esse pauperem, & obnoxium creditoribus in aliquibus quantitatibus, pro quibus fuerat contra eum facta exequutio, de quo indicio supra.

Octavò dictus Joannes N. & N. socii erant amici, & fa- 57.
miliares supradicti Francisci Bordas occisi, & soliti in dicto molendino de Sancta Columba commorari, nec non conscii erant pecuniarum, & rerum quæ ibi custodiebantur, de indicio frequentationis loci delicti supra, & aliàs aderant in processu adminicula, supradicta coadjuvantia.

Tandem positus in tortura, quoad caput sociorum, supra 58
perpensa confessus fuit, & ex hac socii confessione, & indiciis desuper ponderatis fuit ad mortem damnatus Antonius N. aliàs *Amuena* socius die 17. Decembris 1674. me etiam referente, alios casus decisos tradimus *in dec.*16. *à n.* 15. ubi latè proponuntur exempla etiam indiciorum.

Quæ omnia limitantur, primò ut solum intelligantur ve- 59
ra esse in Senatu Supremo, nam Barones, & Ordinarii Regii ex solis indiciis indubitatis etiam in delictis occultis, & difficilis probationis, non possunt pœna mortis ordinaria condemnare. Excellentissimus Crespi *ob.*1. *nu.*120. Cortiada *dec.*93. *num* 37.

Limitatur secundò, quando indicia non sunt ita clara, 60
& urgentia, nam hoc casu tantummodo potest reus condemnari ad aliquam pœnam extraordinariam Judicis arbitrio, *l. absentem* 5. *ver. Sed nec in princ. ff. de pœnis*. Farinac. 3. *p. qu.*86. *num.*92. Guaz. *def.*33. *cap.*14. *num.*14. & 15. sic fuit observatum in Regio Concilio de mense Februarii 1671. referente Nob. Hieronymo de Magarola I. R. C. contra Franciscum N. Civem honoratum Barcinonæ delatum de uxoricidio noctu, & hora captata commisso, qui ex indiciis fuit condemnatus quòd deportaretur in insulam,

& re-

& recluderetur in arce per ſuam Majeſtatem nominanda in perpetuum.

61 Sic ſimiliter fuit in R. C. obſervatum, referente Magnifico Michaele Joanne Taverner, & de Rubi I. R. D. contra Antonium Joannem N. delatum, quod die 2. Martii 1676. mane acceſſit ad domum Andreæ Puig Domenech agricolæ, ſitam in Parochia Sancti Juliani dels Huxols, termini de Granera, in qua habitabat Michal Pujades ætatis ſexdecim annorum, animo furandi, & occidendi ubi proditoriè occidit jactu tormenti manualis dictum Michaelem Pujades, & furto ſubtraxit pecunias, & alias res auri, & argenti valoris, & quantitatis pluſquam mille librarum, a dicta domo, qui fuit condemnatus, quòd fuſtigaretur, bullaretur, & ad ſervitium Regiarum triremium remigando in perpetuum, quia in proceſſu contra eum ſolùm aderant ſequentia indicia.

62 Primò aſſertio vulnerati abſque juramento per teſtes probata. Hæc ſolum aperit viam ad recipiendum informationes contra nominatum. Farinac. *in prax. qu.*46. *num.*26. Cyriac. *cont.*250. *n*6. *& ſeq.* Vermig. *conſ.*228. *nu.*5. *&* 6. Calvinus *de æquitat. lib.*2. *cap.*132. *num.*1. *& ſeq.* Conciol. *reſol. crim. ver. Vulnerati*, *reſol. unica*. Peg. *dec.*17. *nu.*5. *&* 6. ubi ait etiamſi vulneratus ſit bonæ conditionis, & famæ, & nullum indicium oriri ex aſſertione vulnerati facta ſine juramento, Gomez *var.*3. *cap.*13. *n.*16. & ibi Ayllon, Farinac. *d. q.*46. *num.*50. Conciol. *d. reſol. num.*9. de hac re Scialoya *in prax. forinſ. c.*4. *n.*65.

63 Prout etiam aſſertio vulnerati exculpantis reum nil prodeſt, ſi vulneratus à teſtibus ſuperatus ſit, Valeron. *de tranſ. tit.*4. *q.*7. *n.*8. Marinis ad Revert. *dec.*48. Scialoya *de forinſ. cap. d.*4. *num.*66.

64 Secundò repertura cujuſdam aciarii argentei, vulgo *agnller*, *ò claver de plata*, quod conſtabat eſſe Magdalenæ Puig Domenech filiæ dicti Andreæ. Tertiò fama per decem teſtes probata. Quartò per teſtem adminiculatum, & per alios teſtes ſingulares conſtabat, inquiſitum ſequuto prædicto furto viſum fuiſſe cum decem, & novem duplis aureis, & aliis conſiderabilibus quantitatibus duplarum auri, octodrachmatum, & aliarum, & conſtabat eſſe agricolam pauperem, de quo indicio ſupra.

65 In hac cauſa tria fuerunt dubia orta. Primum, utrùm ſufficeret probatio facta de dominio, ſive poſſeſſione dicti aciarii argentei, vulgo *Claver*, quia non conſtabat de tempore commiſſi furti eſſe in poſſe, ſeu dominio dictæ Puig Domenech, quia deponebant teſtes de tempore multò ante commiſſum furtum.

66 Secundum, utrùm repertura rei furatæ faceret contra reum indicium ad torturam, & ſic ſemiplenam probationem, conſtando de bona fama Rei.

67 Tertium, utrùm abundantia pecuniarum remaneret plenè probata per teſtes ſingulares.

68 Ad primum dubium reſponſum fuit, quòd quamvis in furto requiratur probatio, quòd fuerint res in loco unde ablatæ prætenduntur: attamen non eſt neceſſarium probare, quod fuerint de tempore commiſſi furti, ſed ſufficit, quòd ſemel fuerint ibi, quia à præterito præſumitur in præſens.

69 Farinac. *de furtis*, *qu.*176. *nu.*18. *conſil.*158. *nu.*7. *& conſil.* 227. *nu.*2. *lib.*2. Conciol. *reſol. crim. verbo Furtum*, *reſol.*1. *n.*7. Guaz. *p.*1. *def.*4. *c.*7. *n.*3. Vermig. *conſ.*266. *n.*2. *&* 268. *nu.*2. ubi dicit, quod huic præſumptioni non eſt locus, niſi ubi ipſe Dominus eam allegat, quod jam adfuit in noſt. caſu, quia Dominus denuntiavit prætenſam ſubtractionem.

70 Ad ſecundum dictum fuit, quòd repertura rei furatæ in eo, qui incertum auctorem nominat, indicium facit ad torturam, Farinac. *de furtis*, *qu.*177. *num.*2. ubi multas adducit limitationes, *& qu.*37. *num.*44. *&* 48. (de hoc indicio latius infra) & licèt contrarium teneat Peg. *tom.* 1. *dec.*73. *num.*2. in homine bonæ vocis, & famæ, illum tamen, qui in depoſitionibus variando, non bonam reddit rationem, præcipuè ſi conſimiles res non ſit ſolitus emere, poſſe torqueri docet ibidem *nu.*3. quæ variatio militabat in caſu.

71 Amplius in hoc indicio, quod inſurgit ex repertura rei furatæ, immorari oportet, non enim ex quo res furata penes aliquem reperitur, probatur quis fur. Fab. *in C. lib.*6. *tit.*2. *def.*4 nec indicium ex hoc ſolo inducitur, quidquid nimis generaliter illud ſtatuat Majorana *in opopr. crim. lib.* 2. *cap.*8. *num.*43. nam nec tunc facit indicium ad torturam, ſed tantum ad inquirendum. Muta *dec.*60. *n.*6 *& ſeq.* Sanfel. *dec.*341. *in addit. ver. Res furata*: quocirca diſtinguendi ſunt caſus infraſcripti.

Primus caſus eſt, quando res furata repetitur penes perſonam honeſtam, bonæ conditionis, & famæ, quo caſu ceſſat omnis ſuſpicio, Menoch. *de præſump. lib.*5. *præſ.*29. *nu.*4. Carena *de Offic. Sanct. Inquiſ. p.*2. *tit.*10. §. 7. *num.*4. Farinac. *in praxi*, *qu.*177. *n.*5. Guazzin *defen. reorum* 17. *c.* 2. *n.*4. & 8. Vermigliol. *conſ.*267. *n.*2. Conciol. *reſol. crim. verbo Furtum reſol.*4. *nu.*1. 72

Quamvis non doceat à quo rem habuerit, Gomez *var.* 3 *c.*13. *nu.*12. Maſc. *de probat. concluſ.*833. *nu.*8. *lib.*2. Menoch. *d. præſ.*29. *n.*3. Farinac. *d. qu.*177. *n.*5. *cum ſeq.* Guaz. *d. def.*17. *c.*2. *n.*5 *& ſeq.* ubi alios dat concordantes, & dicit, hæc non habere locum, quando contra hominem bonæ famæ, apud quem inventa fuit res furata, adſunt alia indicia. Et quando ipſe eſt famulus, ſeu de domo rei furatæ: ſequitur Conciol. *reſol. crim.*4. *ver. Furtum*, *nu.*2. & Peg. *dec.*73. *nu.*3. ait quod etiam repertura rei furatæ facit indicium, quando variando inquiſitus in ſuis depoſitionibus, non bonam tradit rationem, præcipuè ſi conſimiles res non ſit ſolitus emere, & illas non palam teneret. Sequitur. Reg. Matthæu *de re crim. cont.*36 *nu* 33. Guaz. *d. def.* 17. *c.*2. *nu.*7. in homine bonæ famæ animadvertit, interrogatus de re furtiva penes eum reperta dicat non cognoviſſe venditorem, non verò dicat ſe non recordari de venditore, quis fuerit, maximè ſi factum eſſet recens, quia bona fama non tolleret illa duo indicia, nempe quòd res fuerit reperta penes ipſum, & quòd inverosimilia deponit, allegat Boſ. *in prax. tit. de indic. n.*55. *ver. Aut dicit.* 73

Secundus caſus eſt, quando res furata reperitur penes hominem malæ famæ, & opinionis, quo in caſu ſunt duæ Doctorum opiniones. Prima tenet ex ipſa ſola repertura, juncta infamia Rei, poſſe procedi ad condemnandum ad pœnam extraordinariam, Reg. Matthæu *de reg. Reg. Valent. tom.*2. *cap.*8. §.8. *nu.*4. allegat Anton. Mar. & Jodoc. Secunda eſt opinio (quam ſequimur) ex repertura rei furatæ, juncta infamia inquiſiti reſultare ſemiplenam probationem & ſic indicium ad torturam. Peg. *dec.*73. *per tot.* Carena *de Offic. Sanct. Inquiſit. p.*2. *tit.*10. §.7. *nu.*40. Maſc. *de probat. concluſ.*833 *num.*1. Reg. Matthæu *contr.*36. *nu.* 30. & 55. idem *de reg. Reg. Valent. d. cap.*8 §.8. *num* 3. Leo *dec.* 125. *num.*26. & antea *num.*2. Menoch. *de præſump. lib.*5. *præſ.*29. *num.*5. Clarus *in* § *fin. qu.*21. *num.*41. Farin. *in prax. qu.*177. late de hac re, Marinis ad Revert. *deciſ.* 207. Angelis ad Gizzarel. *deciſ.*89. Conciol. *reſol. crim.*4. *ver. Furtum*, *num.*1. Ayllon ad Gomez *var.*3. *cap.*13. *nu.* 13. Sanfel. *in Addit. deciſ.*343. *ver. Ille penes*, Carol. Anton. de Roſa *in prax. crim. cap.*8. *num.* 27 approbat diſtinctionem caſuum relatorum, & aliam ponit diſtinctionem, nimirum, aut res furata reperitur penes aliquem, & in ejus propria perſona, & auctore non docto facit indicium ad torturam, nam non præſumitur, quod pro bona alterius fama conſervanda, propriam negligere velit: aut in domo, & rurſus diſtinguit, aut reperitur in loco ubi externs aditum habere poteſt, & ſi eſt bonæ famæ non facit indicium ad torturam, niſi aliqua conjectura contra eum concurrat, ut ſi celandi animus appareat, ut ſi in loco ſecreto, ut puta in ejus arca, & ſcrinio (cujus claves ipſe retinet) rem furtivam habuerit, ut conſiderat Fab. *in C. lib.*6. *tit.*2. *de furtis*, *def.*4. & auctore non docto indicium urget ad torturam. 74

Etiam ſola emptio rei furatæ non facit indicium, niſi alia concurrant, prout dicitur de re furata, penes aliquem reperta: tradunt Severini *lib.*3. ad Sanfel. *dec.*343. *verbo Solu*; iſte tamen (ut ipſi docent) tenetur, rem furatam Domino vero reſtituere ſine pretii reſtitutione, quod amittit, *l. civilem*, *C. de furtis*, Sanfel. *dec.*166. *nu.*14. *tom.*2. Ripoll. *var. c.*11. *nu.*20. Marinis ad Revert. *d. dec.*207. *in fin.* etiamſi emiſſet in foro publico palàm. Trentacinq. *var. li.*3. *reſ.*12. *n.*2. Menoc. *de præſ. lib.*5. *præſ.*29. *nu.*18. *&* 19. Severini *ad d. dec. Sanfel.* 343. *ver. Hoc ampliatur*, Ripoll. *d. cap.*11. *nu.*203. qui aliud cenſet in hac Civitate Barcinonæ, *ex cap.*24. *tit. del Recognoverunt Proceres*, ubi Dominus, niſi ſoluto pretio non recuperat rem furtivam venditam publicè, & per curſorem publicum, his duobus concurrentibus dum emptor aliàs ſit in bona fide. 75

Ac etiam non facit indicium repertura rei furatæ in homine malæ famæ, quando ille apud quem reperta eſt res furata, docet à quo illam habuerit, Gomez *var.*3. *dict. cap.*13. *ſub num.*12. ubi Ayllon *num.*13. Menoch. *de præſump. lib.*5. *præſump.*29. *num.*3. Farinac. *de furtis*, *qu.*177. *num.*12. Guaz. *def. reorum* 17. *cap.*2. *num.*9. *& ſequ.* & dicunt non ſufficere ſolùm nominationem auctoris, ſed requiri probationem, & dixit Proſp. Farinac. *conſil.* 129. *lib.*2. 76

lib. 2. & recitat Conciol. *resol. crim verbo Furtum*, *resol.* 4. *num.* 3.

77 Nec indicium facit, quando is apud quem inventa est res furata, est Mercator, seu Regaterius, vel fœnerator, quia cum ipsi soleant res mobiles, ut plurimum ab ignotis emere, ideò apud eos res furata reperta non facit contra illos indicium ad torturam, sive sint bonæ, vel malæ famæ, etiam si non doceant de auctore. Ayllon ad Gomez *var.* 3. *cap.* 13. *num.* 13. Farinac. *in prax. dict. quæst.* 177. *num.* 8. *& seqq.* Guaz. *d. def.* 17. *cap.* 2. *num.* 11. Conciol. *verb. Furtum*, *dict. resol.* 4 *num.* 4. ubi id limitant nisi Regaterii, vel Mercatores retineant dictas res furatas in abscondito.

78 Unde providè in *cap.* 45. Regiarum præconizationum fuit cautum, quòd Vestuarii, Argentifabri, Ferramentarii, Serdii, Regaterii, & alii, obstricti sint domi habere librum, ubi scribant res quas emunt, diem, personam, & pretium, & in publicum eas res emptas ponant per spatium sex dierum in pertica, inscripta rotulo, pertica rerum emptarum, *parador*, *ò perxa de cosas compradas* sub pœnis ibidem expressis.

79 Is apud quem res furata reperta est, quamvis non doceat à quo habuerit, & sit malæ famæ non poterit condemnari, sed torqueri. Farinac. *in prax-quæst.* 177 *n.* 14 *&* 15. Guaz. *def. reor.* 17. *cap.* 2. *num.* 10 Menoch. *de præsump. lib.* 5. *præsumpt.* 29. *num.* 17. *& seqq.* ubi subdit, nisi aliæ conjecturæ concurrerent, ut si talem rem in loco secretè retinuerit, vel si fuerit solitus emere res furatas, vel receptare furta, & ex Anfred. Guaz. *dict. defen.* 17. *cap.* 2. *num.* 10. ulterius addit, quòd si non esset solitus emere res furtivas, debeant attendi aliæ circunstantiæ, ut si emerit parvo pretio, & clam, & tunc præsumatur contra eum, secus si palam, & justo pretio, & quòd si non doceat à quo habuerit & alia concurrant indicia, possit torqueri.

80 Multa in hac re posse considerari, ut repertura faciat indicium ad torturam, veluti si ille penès quem reperitur res furata, nollet dicere à quo illam habuit, si esset solitus emere furto ablata, si esset homo malæ famæ, si teneret rem occultam, non ostendens à quo illam habuit, maximè si latitaret, docent Severini ad Sanfel. *decis.* 343. *ver. Videndum est*, *in addit.* & sic Suelves *cons.* 29. *cent.* 1. *n.* 7. ponderavit in suo facto, præter reperturam quarundam rerum ex furatis, esse reum solitum furari, laudasse auctorem incognitum, ordinasse mulieri, cui tradidit aliquas ex dictis rebus, ut cum eis pecuniam quæreret, illas ad partes notas non deferret, & tandem variasse in nominando personas, à quibus emerat.

81 Cum repertura rei furatæ, & aliis indiciis, quibus furtum plusquam semiplenè fuit probatum, extitit condemnatus in Regio Concilio die 16. Januarii 1680. Scriba Maurici. Not. referente Senatore Tristany, I. R. C. ut fustigaretur Joannes N. & bullaretur, ac banniretur à Principatu per triennium.

82 Ex quo domi fuerant reperta instrumenta manualia parvæ mensuræ furata, cum aliis indiciis, & erat homo pessimæ conditionis in eodem genere mali, & erat diffamatus de aliis delictis. Die 21. Februarii 1680. retinente eodem Tristany, Scriba Maurci, fuit condemnatus Petrus Antonius N. Majoricensis ad fustigandum, bullandum, & ad triremes in perpetuum.

83 Ad tertium dubium allegabatur, indicia probata per testes singulares, si tendunt ad eundem rei finem, & ad integrandum unum totum, dici plenè probata, aliàs secus. Guaz. *par.* 1. *def.* 30 *cap.* 32. *vers. Alii autem*, Ansald. *cons.* 121. latius dicimus *decis.* 100. *& supra num.* 28. quæ doctrina fuit aliàs in R. C. amplexa in causa contra Joannem N. *de Carreal*, ad probandum indicium fugæ à loco delicti, quia deponebant testes singulares de actu continuo, & non multum displacebat Regiis Senatoribus ad probandum in reo abundantiam pecuniarum, sed quia prædicta indicia visa non fuerunt indubitata, fuit pro pœna extraordinaria concluſum, prout supra dictum est.

84 Post hæc scripta evenit casus disputandus in nostro Regio Concilio contra expendentem, vel retinentem monetam falsam scienter, penès quem repertæ fuerunt duodecim libræ, & duodecim solidi monetæ æreæ *de ardits*, ex quibus expenderat sex denarios, & in dubium venit, an ex repertura monetæ falsæ indicium sufficiens ad torturam oriretur contra expendentem, vel retinentem, & qua pœna esse puniendus. (antedicta circa indicium reperturę rei furatæ, procedunt etiam in repertura falsæ monetæ, vel repertura instrumentorum ad cudendas monetas. Antonius de Rosa *in prax. crimin. cap.* 8. *num.* 27. & easdem regulas, & declarationes tradunt Doctores in uno, & altero indicio, ut licet videre apud Farinac. *in prax. quæst.* 115. *& quæst.* 177. & alios infra allegandos.) Et imprimis ex repertura falsæ monetæ urgere indicium participationis in fabricatione monetæ, notat Menoch. *de arbitr. cas.* 316. *num.* 53 *&* 65. Franch. *decis.* 401. *num* 4. Giurb. *cons.* 85. *num.* 10. *& seqq.* Farinac. *in prax. dict. quæst.* 115. *num.* 119. *& cons.* 175. *in princ. lib.* 2. Massin. *de confisc. bonorum*, *quæst.* 6. *num.* 52. Conciol. *resol. criminal.* 3. *verbo Falsa moneta*, *num.* 2. requiritur tamen, ut repertura falsæ monetæ faciat indicium ad torturam, mala fama inquisiti; nam in homine bonæ famæ indicium non facit, Bossius *in tract. de falsa moneta*, *num.* 7. *&* 8. Decianus *lib.* 7. *tract. crim. cap.* 26. *num.* 6. Farinac. *in prax. d. quæst.* 115. *num.* 124. *& seq. & dict. cons.* 175. *num.* 16. Guazzin. *def. reorum* 4. *cap.* 9. *num* 6. & alii allegati per Conciol. *resol. crim.* 3. *verbo Falsa moneta*, *nu.* 4. Thoro *verbo Monetarii*, *in med. par.* 3. *sect.* 2. Luca ad Franch. *decis*, 440. *numer.* 4. & Nos dicimus *decision.* 10. *numer.* 51. *& sequent.*

Quibus sic per Fiscum expositis, ex repertura falsæ mo- 85
netæ indicium ad torturam, & sic semiplenam probationem resultare contra inquisitum, apparebat dicendum; atverò excipiebat iste, quod de ipsius malà fama in eodem genere mali in processu offensionali non constabat: ac etiam quòd de ejus bona fama in processu aderat concludens probatio. Et ulterius quòd non solùm nominaverat auctorem, sed probavit à quo pecunias habuit, & sic de ejus innocentia liquidò constare; si hæc procederent in facto, victoriam, & impunitatem reportaret inquisitus, quia ut diximus, repertura monetæ falsæ nullum indicium facit in homine bonæ famæ.

Atverò hæc bona fama non debet esse vulgaris, sed no- 86
tabilis, & vehemens, ut excludat indicium reperturæ, quòd probavimus *decis.* 10. *num.* 52. *vers. Non sufficiat*, & adde Decianum *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 6. Conciol. *resol. crim.* 6. *vers. Fama*, *num.* 1. *&* 2. *Moneta falsa*, *resol.* 3. *num.* 4. *&* 11. Carolum Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.* 8. *num.* 27. *vers. Hæc distinctio:* Quam famam notabilem, & vehementem non probavit inquisitus in processu.

Rursus pariter licèt in homine bonæ opinionis, & famæ 87
sufficiat allegare à quo pecuniam habuerit, quamvis non doceat id, ut diximus *dict. decis.* 10. *num.* 25. ex Farinac. *quæst.* 115. *num.* 148. & probat Cabal. *resol. crim.* 199. *num.* 11. & sufficiat allegare auctorem ignotum, ut puta, transeuntem per viam. Farinac. *in prax. d. quæst.* 177. *num.* 6. *& seqq.* & si velit per testes hoc probare, sufficiat quòd testes dicant, retinentem, & expendentem habuisse monetam ab aliquo, licet nomen ipsius ignorent, & sic ab incerta persona, Farinac. *in prax. dict. quæst.* 115. *num.* 150. *&* 151. *cum seq.* (ubi amplius quod sufficit hoc constare ex dicto unius testis) Bajardus ad Clarum *in prax.* §. *falsum*, *num.* 328. ut hęc cuncta comprobat Conciolus *resol. crim.* 4. *verbo Falsa moneta*, *num.* 11. post Caballum *resol. crim.* 199 *num.* 12. *& seqq.* Barbos *de potest. Episcop. allegat.* 51. *num.* 67. hæc tamen procedunt in homine bonæ opinionis, & famæ (& ita declarant tex. *in l. civiles* 5. *Cod. de furtis*, ne his obstet in illis verbis, ibi: *Nam à transeunte, & ignoto te emisse dicere non convenit, volenti evitare alienam bono viro suspicionem*) ut cirati Doctores docent, quam opinionem, & bonam famam vehementem, & notabilem, ut requiritur, non probavit inquisitus, ut diximus.

Proinde licèt per depositionem unius testis intenderet in- 88
quisitus probatum habere, ad eum perveniſſe pecunias à quodam homine per viam transeunte, & sic à persona ignota: attamen hæc defensa sibi prodesse non valuit; quia de ejus fama vehementi, & notabili opinione ut dixi, in processu non constabat, sed tantùm de vulgari, & ordinaria per testes deponentes de fama publica.

Solùm urgere potuit contra Fiscum, non probasse 89
malam qualitatem delati in eodem genere mali; sed recursum habuit Fiscus, ponderando aliquas inverisimilitudines resultantes ex depositione ipsius Rei. Unde oppositum, requisitum illud probationis malæ qualitatis manere suppletum; quia etiam in homine bonæ famæ illud indicium reperturæ urget, quando contra eum concurrunt aliqua indicia, seu inverisimilitudines, ut notat Guazzin. *defens. reor.* 17. *capit.* 2. *numer.* 6. *&* 7. & Nos supra diximus, & illas inverisimili-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

similitudines infra ponderamus. Cumque ex illo indicio reperturæ monetæ falsæ, & aliis ex processu ponderatis, sufficiens resultaret probatio contra imputatum, prætensum ideo fuit tanquam falsam monetam expendentem, pœna saltem extraordinaria puniendum esse, qua pœna tenentur expendentes monetam falsam scienter, ex pluribus per Nos allegatis *decis.* 10. *num.* 23. & magistraliter dixit Carolus Anton. de Luca ad Franchum *decis.* 401. *nu.* 3. cujus hæc sunt verba; *Clarius distingue, aut scienter expendens monetam falsam docet à quo habuit, & ipse non est mala famæ, & vitæ, tunc procedit opinio Bart. de pœna Judicis arbitrio, si ignoranter, & docet à quo habuit, excusabitur, & non punietur, & sufficit, quod allegat, quamvis non probet, si homo sit bonæ famæ, Farinac. quæst.* 115. *nu.* 148. *Et si bonæ famæ sit, adhuc si non doceat à quo habuit; præsertim si sit mercator, qui non potest recordari, cum à diversis recipiat pecunias, & quantitas sit modica, non punietur, Conc. resol.* 4. *n.* 5. Sub quibus verbis universa complectitur materia quæst. suscitatæ.

90 Nec potuit obstare, quod in processu non constabat de scientia, seu dolo expendentis, & sic nulla pœna condemnari poterat delatus, quia qui falsam monetam probatur habuisse, & expendisse, non ideò falsæ monetæ pœnam pati debet, nisi probetur falsam sciviſſe, & dolo malo retinuisse, vel expendisse, Faber *in Cod. l.* 9. *tit.* 15. *de falsa moneta, diffinit.* 2. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 25. *nu.* 6. *& 13. & cap.* 26. *num.* 3. Bajard. ad Clar. *§. falsum, nu.* 329. Cabal. *resol. crim cas.* 199. *num.* 26. *& pluribus seqq.* Farinac. *in prax. quæst.* 115. *num.* 153. *& seqq.* Barbos. *de potestate Episcopi, allegat.* 51. *nu.* 65. Conciol. *resol. crim.* 4. *ver. Falsa moneta, num.* 6. *& 7.*

91 Nam responsum fuit, quòd scientia, etsi non præsumatur, sed probanda veniat; illa tamen infertur ex qualitate, quantitate pecuniæ, conditione, & fama personæ, & aliis circunstantiis facti, in hocque multùm versatur Judicis arbitrium, Cabal. *resol. crim.* 199. *n.* 7. & in his terminis quod scientia ex præsumptionibus, & conjecturis probetur, ex pluribus citatis docet Massin. *de confisc. bonor. q.* 6. *nu.* 54. Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 51. *n.* 66.

92 Conjecturata fuit scientia inquisiti ex pluribus circunstantiis, ex processu resultantibus. Prima ex depositione ipsius Rei, præcedente Judicis interrogatione facta. Nam constabat, falsitatem esse notoriam, quia manifestò ex visura monetæ esse diversæ materiæ apparebat, cujus est illa, quæ communiter tam quam bona expenditur; materia erat vilissimi ponderis vulgariter, & communiter vocata *pallofons*; quo in casu ignorantia falsitatis imputato prodesse non poterat tamquam crassa, & affectata: ex regula, quam in hanc rem statuunt DD. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 25. *num.* 7. Conciol. *resol. crim.* 3. *verb. Falsa moneta, num.* 10. *& resol.* 4. *num* 8. Barbosa *de potest. Episcop. par.* 3. *alleg.* 81. *num.* 66. prout generaliter est verum quod ignorantia crassa, vel supina non prodest, *cap.* 1. *de post. prælat. cap. cum in tua Qui matr. accus. pos. l. nec supina* 6. *l. regula est* 9. *ff. de jur. & fact. ignorant.* & latè per Nos *decis.* 22. *num.* 34.

93 Ad id expenditur doctrina Farinac. *in prax. quæst.* 115. *num.* 163. ibi: *Dicitur autem crassa ignorantia, quando ex inspectione monetæ potest quis se ipsum, vel per peritos de illius falsitate instruere, & non facit: non crassa autem ignorantia erit, quando ex inspectione monetæ non potest apparere de illius falsitate, vel si potest, peritiores quos consulit, sibi falsitatem non adesse affirmarunt, secundum Salic. in l. majorem, num.* 3. *C. ad leg. Corn. de falsi.* Novarius *super Prag.* 2. *coll.* 3. *de monet. n.* 13. ibi: *Cum ignorantia affectata, procurata, seu optata non dicatur justa, verisimilis, aut probabilis; sed potius pro dissoluta, & habetur nedum pro scientia, sed etiam pro nequitia. Benedic. decis. Bonon.* 96. *num.* 3. *& seq.*

94 Prout è contra ignorantia latens, & occulta juvabit expendentem, ut liberetur à pœna, Cabal. *resol. crim.* 199. *num.* 30. *cum seqq.* ibi: *Secunda clarè constat ex eo, quod dictorum cavallotorum falsitas erat ita latens, & occulta, ut cognosci non posset etiam à personis solitis negotiari, & quotidiè in pecuniarum receptione, & expensione versari, præsumitur enim ignorantia vitiorum latentium, l. quæritur, §. si nominatim, & ibi Capol. ff. de ædilit. edict. & satis est quòd taliter lateant ipsa vitia, quod non possint cognosci, nisi cum magna diligentia, & experientia ut tradit idem Capol. in l.* 1. *§. labeo scribit in* 5. *quæst. nu.* 14. *eod. tit. quæres tantò magis procedit in imputatis, quorum unus est mulier ignara rerum monetæ, alter verò medicus ita parum luminis habens, ut nec personas sibi attinentes à se per brachium distantes discernere, & cognoscere valeat, & cum nominati in processu, qui receperunt dd. cavallotos, & pro eis aliam bonam monetam dederunt, sint mercatores, & artifices, in monetis longè peritiores, & cautiores imputatis, & decepti fuerint, eos uti bonos recipiendo, multò magis verisimile est ipsos imputatos minus providos, & practicos itidem ab aliis deceptos fuisse, eos pro bonis recipiendo, Auth. multò magis, Cod. de Sacrosanctis Eccles.*

Secunda circunstantia fuit, nam reperta extitit penes 95
imputatum magna quantitas monetæ falso fabricatæ, ut infra dicitur, & retinens falsam monetam in magna quantitate, præsumitur esse in dolo, nec debet ei credi, quòd eam habuerit sine dolo, nisi hoc probet, ut in terminis expendentis dixit Caballus *dict. cas.* 199. *num.* 15. *vers. Et si dicatur.*

Tertia, quia non obstante quòd suspicatus fuerat inquisi- 96
tus monetam esse falsam, ex quo ei recusata fuit, quando eandem expendere tentavit, adhuc monetam penès se retinuit, nec Curiæ exhibuit ad purgandam suspicionem falsitatis, ad quod faciunt ea, quæ in hac re docent Farinac. *d. q.* 115. *n.* 138. Caball. *dict. cas.* 199 *n.* 15.

Quarta, quia depositio imputati in pluribus fuit inventa 97
inverisimilis, affectata, & dolosa; præcipuè quando asservit, à quodam homine ignoto per viam transeunte accepisse ad cambium duarum duplarum auri Hispaniæ, pecunias æreas *de ardits*, quas in duobus facculis ille gestabat, easque non numerando confisus solum verbo campsoris, qui asseruit in eis pecuniis non solùm adesse cambium, & computum duarum duplarum, sed aliquid amplius (pro ut in effectu in posse inquisiti fuerunt inventæ duodecim libræ, & quatuor solidi improbæ, & falsæ monetæ, quas Reus confessus fuit esse cambium illarum duarum duplarum; cum tamen valor currens, & communis tantùm sint undecim libræ monetæ *de ardits*) in eisdem facculis retentas, in crumenam injecit, & cum eis apprehensus fuit. Hæc quàm inverosimilia pateant, ponderatione non indigent, quommodo enim credendum est ab ignoto accepisse pecunias ad cambium bonæ monetæ, illas neque recognoscendo, neque numerando? Quomodò etiam pecunias immissas in facculum, cum non aperiendo? Et quomodo pariter à persona incognita? Ad quam recurrum habere non potuisset casu quo, vel esset moneta falsa, vel ea non sufficeret ad cambium, & in aliquam suspicionem fraudis intrare debuisset, quando camplor ei dixit in facculis adesse pecunias pro valore duarum duplarum, & aliquid amplius, quando reus confitetur, illum non cognovisse, sed esse quemdam transeuntem per viam. Hæc enim inverisimilitudines imagines sunt falsitatis, ex dictis per Bald. *in l. colu.* 3. *C. de servis fugit.* allegatum per Caballum *cent.* 2. *cas* 199 *num.* 34. quibus Judex de facili deferre non tenetur, *l. non est verisimile, ff. quod metus causa;* & faciunt per Nos dicta supra.

Ad colorandam ignorantiam imputati plures etiam fue- 98
runt ponderatæ conjecturæ, & præsumptiones. Prima, quia ante capturam abivit ad publicum macellum, & lanioni dixit, se timere ne fuerit seductus in aliquibus pecuniis, quæ ipsi traditæ fuerant, & quod ille videret si erant currentes, & si forsan erant, si eas cambire volebat, dubitans enim, & ignorans parificantur, cum dubius ab ignorante non distet, *l. manifestissimi* 22. *§. sin autem nescius, C. de furtis.* Gamma *decis.* 91. Novar. *super Prag.* 2. *collect.* 3. *n.* 14. *de monetis.*

Secunda, quia diligens, & exquisita perquisitio facta 99
fuit, tam circa qualitatem inquisiti, quàm etiam in domo imputati, ad investigandum, an aliæ pecuniæ falsæ reperirentur ultra exhibitas, & nihil adinventum fuit, nec circa malam qualitatem, nec circa monetam perquisitam; quæ res multùm prodesse debet ejus innocentiæ, ad tradita per Cabal. *dict. cas.* 299. *num.* 23. ibi: *Additur ad favorem imputatorum diligens, & exquisita perquisitio sapius per Curiam facta in quolibet angulo domus eorum ad perquirendum pecunias falsas ultra exhibitas, & instrumenta ad fabricandum monetas, in qua nil prorsus de eo, quod quærebatur, inventum fuit, quæres apertè favet imputatis, sicut enim eis nocuisset inventio, juxta tradita per Marcil. in dict. l. qui falsam num.* 114. *& seq. modo expeditis omnibus, & per Novellum in pract. crim. in fama inquisit. contra monetar. num.* 11. *& seq. vers. Indicia; ita eis prodesse debet non inventio, ut contrariorum eadem sit disciplina, §. primo instit. de his qui sunt sui, vel alien. jur. & §.*

primo

primo instit. de tutel. & idem operetur oppositum in opposito, quod operatur propositum in proposito, l. fin. § si filius, ff. de legat. 3.

100 Tertia, quia inquisitus erat rusticus, cujus simplicitati subveniendum est, ex tex. *in l. 1. §. fin. ff. de edendo l. lex quibusdam 2. § ultimo, ff. de jure fisci, cap. super litteris 20. de rescriptis*, & ejus innocentia, & imperitia est consideranda, per tex. *in l. 3. Cod. de defensoribus Civitatis*, ibi: *Innocens, & quieta rusticitas, l. si quis id quod, § doli mali, ff. de juris dict. omnium Judicum*, in illis verbis: *Quid si per imperitiam*, plura de hac re Alvarez de Velasco *de privileg. miserabilium personarum, quæst. 13. num. 65. & 81. & fere per tot.* & faciunt, quæ punctim in hac re dixit de quadam mulier Caballus *cas. 299. num. 24. vers. Et præmissa*, fabricationem monetarum falsarum non esse officium muliebre. Et per Nos tradita *decis. 22. n. 31.*

101 Exactissimè hæc fuerunt considerata in Regio Concilio, & summoperè dubitatum in assignanda pœna inquisito: tamquam expendentem monetam falsam in minima quantitate constanter fuit habitum non esse puniendum, sed tanquam retinentem monetam in magna quantitate; tentumque fuit, quantitatem esse magnam, attenta qualitate inquisiti, juxta tradita à Farinac. *in praxi, quæst. 115. nu. 138. & seq.* ubi declarat quando dicatur parva quantitas moneta, & quando magna. Conciol. *resol. crim. 4. verb. Falsa moneta, num. 5.* & hoc esse relinquendum arbitrio Judicis, probavimus *decis. 10. num. 36.* & adde Caballum *resol. crim. dict. casu 199. n. 16.*

102 Sicque investigarum fuit, reperturam falsæ monetæ non tanquam indicium fabricationis, sed tanquam delictum principale: nam non est immunis à pœna extraordinaria penes se retinens monetam falsam scienter. Farinac. *in prax. dict. quæst. 115. num. 118.* Massin. *de confisc. bonor. quæst. 6. num. 51.*

10 Sed pro mitiganda pœna extraordinaria, adhuc in his terminis ponderatum fuit, reperturam monetæ falsæ probatam fuisse confessione ipsius inquisiti, nulla alia extante probatione legitima in processu offensionali; & confessio inculpati fuit qualificata.

104 Ulterius quòd circunstantiæ pro excludenda scientia monetæ falsæ, rem dubiam reddiderunt adeò, ut dici valuerit, inquisitum potius nuncupari posse dubitantem, quàm scientem; & sic contra eum cum rigore procedi non debere, Massin. *de confisc. bonor. quæst. 6. num. 55.* Novar. *super Prag. 2. de monetis, collect. 3. num. 15.* cujus hæc sunt verba: *Sed si attendamus limitationem regulæ, qua claudicat quoties dubitans tenetur inquirere, & de facili potuit certificari, ut apud Surdum decis. 265. num. 47. & 62. utique contrarium venit determinandum, nam, dubitatio ubi inest circa factum ad se pertinens, videlicet circa id, quod sua interest, tunc quia diligentiam minimè adhibuit, ut certior redderetur, sibi attribuendum est, siquidem dubitave, & scire illa, quæ faciliter sciri valent parificantur, licèt in illis cum rigore non procederem, prout in facti contingentia per M. C. V. audio non fuisse processum.*

105 Sic in Regio Criminali Concilio, referente litteratissimo Magnifico Francisco de Portell, Judice Regiæ Curiæ, Scriba Riambau Not. fuit conclusum ex majori parte die 26. Novembris 1685. contra Petrum N. agricolam Loci *de Tona*, delatum, & inculpatum, quòd die 11. Julii 1685. fuit apprehensus in Villa Sancti Celidonii, Diœc. Barcinonæ cum quantitate duodecim librarum, & duodecim solidorum in nummis adulterinis, & falsò fabricatis, vulgò *ardits*, ex quibus paulo ante expendit sex denarios, qui fuit condemnatus, quòd banniretur à præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatu Ceritaniæ per triennium.

DECISIO XLII.

ARGUMENTUM.

Homicida ex causa honoris, an liberetur à pœna ordinaria, & an propulsans injuriam, ab ea pœna excusetur; quid quando vindicatur injuria incontinenti; quid quando ex intervallo, quid quando maritus uxorem adulteram in adulterio apprehensam occiderit, vel quando ex intervallo, & quid quando post rixam fuerit commissum homicidium justo calore iracundiæ: ubi recitantur diversorum distinctiones, cùm variis observantiis ad fidem testium obtentis; & de objectis contra dicta testium, ad defensam receptorum, de unico teste, qui licet aliàs in defensam plenè probet; superari tamen potest à pleniori Fisci probatione, prout convinci valet testis, qui aliàs plenam fidem facit contra producentem, quando contra dictum illius testis; ab ipso producente adhibetur major numerus testium.

SUMMARIUM.

1 *Vim vi repellere licet; nam jure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse dicatur.*

2 *Non tantum pro defensione vitæ; sed etiam pro defensione honoris, cum honor, & vita æquiparentur.*

3 *Honoris amissio morti assimilatur; at honorem vitæ esse præferendum, probatur.*

4 *Vivens sine honore, mortuus existimatur.*

5 *Honoris causa est ardua, maximaque consideratione digna, & nil esse misericordius, quàm bonæ famæ consulere.*

6 *Quando pro injuria vindicanda non licet sine derisu, & ignominia Judicem adire, permittitur injuriato, eam propria auctoritate, & sine Judice vindicare.*

7 *Dummodo non excedat moderamen inculpatæ tutelæ, nam ob excessum punitur tunc (justo dolore temperante) pœna extraordinaria.*

8 *Dummodo propulsans injuriam incontinenti injuriantem offendat; secus tamen si ex intervallo; quia qui ex intervallo vim infert, non tam defensionem, quàm ultionem spectat.*

9 *Tunc enim Judicis officium est implorandum, quia nemini fas est propriam injuriam ulcisci.*

10 *Occidens injuriantem causa honoris, extraordinaria pœna punitur, quando injuriam incontinenti vindicat, secus ex intervallo.*

11 *Maritus, vel parens liberatur à pœna ordinaria occidendo uxorem, vel filiam adulteram, quando incontinenti, nulla mora peracta, uno ferè impetu, & illu occidit.*

12 *Jura loquentia ad excusationem mariti, requirunt, quòd occisus deprehensus sit in adulterio.*

13 *Maritus ad hoc eo casu liber à pœna non evadit; sed punitur Judicis arbitrio; secus est in patre, cui licet impunè filiam in adulterio deprehensam occidere, & infra num. 18.*

14 *Quod quis possit, possessionem à qua dejectus est, etiam armata manu, & convocatis hominibus recuperare, intelligitur si possessionem incontinenti recuperet; secus si ex intervallo.*

15 *Quando homicidium est commissum post rixam, liberatur homicida à pœna ordinaria, si illud incontinenti committat calore iracundiæ, ex justo dolore provenientis, secus si ex intervallo.*

16 *Recitatur opinio eorum qui sentiunt, quod etiamsi quis homicidium perpetraverit honoris causa, & sic ex justo dolore, etiam ex intervallo, non tenetur pœna ordinaria, sed mitiori.*

17 *Expenditur ad id ipsum doctrina Regentis Matheu, & n. 19. traditur judicatum.*

18 *Cæteris consanguineis præter virum, & patrem, non licere impunè adulterum occidere, refertur.*

20 *Admittitur prima opinio (præter terminos mariti eo patris) & in Cathal. observatur in homicidio commisso post rixam, ut præsumatur durare justus iracundiæ dolor per viginti quatuor horas, ita ut delictum post illius spatium commissum ex proposito, & animo deliberato dicatur commissum.*

21 *Quando propulsans injuriam dicatur offendere injuriantem incontinenti, & inf.*

22 *Injuria corporalis major est injuria verbali, & iracundiæ calor in injuria illata ex causa honoris, plus durare videtur, quàm ex rixa repentè suborta.*

23 *Occidens incontinenti post rixam, excusatur ob mentis alienationem, si iracundia sit talis, ut occidentem à mente alienet, & sit ira magna, non parva, quod relinquitur arbitrio Judicis.*

24 *Circa explicationem termini* incontinenti *in iniuria illata ex causa honoris, recitantur diversæ opiniones: Prima est in casu quando offensus sanguine frigefacto se divertit ad extraneos actus post receptam iniuriam, aut ad extraneos actus non se divertendo semper ei durat calor iracundiæ, primo casu dicunt factam offensionem esse ex intervallo, secundo incontinenti.*

25 *Secunda opinio est, aut injuria est realis, vel personalis, hæc incontinenti propulsari debet, realis, dum lex vindictam incontinenti permittit, intelligitur quamprimum potuit.*

26 *Hæc opinio non transit sine contradictore, ut hic refertur.*

27 *Alii distinguunt, vel iniuria est in actu perfecta, vel est successiva, iniuriam perfectam tantum quis potest propulsare incontinenti, iniuriam successivam etiam ex intervallo.*

28 *Si turbatio possessionis est successiva, etiam post decennium poterit turbatus eam recuperare, ubi varia de iniuria successiva, & de gravamine successivo recitantur.*

29 *Si iniuria est successiva, semper dicitur iniuria præsens, & in marito qui uxorem occidit, qui cum alia meretrice divagabatur, traditur judicatum.*

30 *Verior est opinio, quod illud temporis intervallum, ut quis sine reatu pœna possit iniuriam vindicare, Judicis arbitrio venit taxandum.*

31 *Quæ sint considerandæ ad arbitrium Judicis regulandum, referuntur.*

32 *Licet domino repellere violentum possessorem incontinenti; scilicet antequam ad extraneos actus se divertat, vel arbitrio boni viri, etsi mors sequatur non punitur possessor pœna ordinaria.*

33 *In filio qui iniuriam patris vindicavit post annum illatæ iniuriæ, traditur judicatum.*

34 *Verbum illud* incontinenti *significat tres dies, vel unum mensem, vel sex menses. quandoque decennium, juxta subiectam materiam, ubi habetur judicatum in fratre punito pœna extraordinaria, qui post quatuor annos receptæ iniuriæ, occidit stupratorem sororis.*

35 *Non est puniendum homicidium pœna ordinaria, post quatuor annos commissum in eum, qui alapam homicidæ dederat.*

36 *Dubitat Auctor, quòd hæc procedant quoties iniuria est talis, ut sine derisu judici exponi possit, nam in ea multum hæsitat, an iniuriam ex intervallo vindicans, excusetur à pœna ordinaria, nisi probet concludenter id fecisse antequam ad extraneos actus se diverteret, & quamprimum potuit. Pro nece ex intervallo patrata in vindictam iniuriæ verbalis ex causa honoris illatæ, pœnam mortis deberi traditur.*

37 *Factum.*

38 *Defensio inquisiti.*

39 *Possunt obiici dicta testium in defensam receptorum non verò eorum personas.*

40 *Decisio Senatus.*

41 *In Cathalonia proceditur in omni crimine per inquisitionem, & Judex ex officio debet interrogare secretè de qualitate testium.*

42 *Testi vario, & falsum deponenti non creditur.*

43 *Testibus singularibus in defensam statur.*

44 *Quod habet locum quando probatio per unum testem est compatibilis cum probatione Fisci; secus si est contraria, nam tunc defertur pleniori.*

45 *Testis unicus contra producentem probat, nisi ille testis superetur, & convincatur per maiorem numerum testium, per producentem ministratorum.*

46 *Testi consanguineo creditur in defensam, si cum eo concurrant alii testes, nisi agatur de destruenda concludenti probatione Fisci.*

47 *Decis. Senatus in facto controverso.*

48 *Alia decisiones de eadem re, usque ad n. 50.*

51 *Declaratio in causa supplicationis interpositæ à Regia criminali sententia, etiam pro forma, observanda.*

VIM vi repellere licet, *l. 1. §. vim vi, ff. de vi, & vi armata, l. sed, & partus 22. §. Iulianus, ff. quod metus causa, l. scientiam 45. §. qui cum alter, ff. ad leg. aquil.* nam jure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur, *l. ut vim 3. ff. de just. & jure.* 1

Quæ procedunt non solùm pro defensione vitæ, *l. itaque 4. ff. ad leg. Aquil. l. furem 9. ff. ad l. Cornel. de sicar.* sed etiam pro defensione honoris. Baldus, & DD. *in d. l. ut vim, ff. de just. & jur.* Honded. *consil. 105. à num. 42. in primo.* Peg. *decis. 78. num. 21 22. & 23. l. miles 12. §. socer, ff. ad leg. Iul. de adult.* cum honor, & vita æquiparentur, *l. isti quidem 8. §. quod si dederit, ff. quod metus caus.* Pasc. *de viribus patriæ potest. p. 3. c. 6. n. 23.* Conciol. *resol. crim. verb. Defensio, resol. 6. n. 1.* 2

Et honoris amissio morti assimilatur, *l. justa 9. cum glos. ff. de manumis. vendic.* scribit Pasc. *de viribus, part. pot. dict. par. 3. cap. 6. num. 23. Imp. in §. suspectus autem, verbo Ob culpam. Inf. de suspect. tut. ubi glos.* at honorem vitæ esse præferendum, tradunt communiter DD. Ansald. *consil. 127. num. 114.* Sperell. *decis. 45. num. 20.* Peg. *decis. 78. num. 25.* Conciol. *resolut. crim. verbo Defensio, resol. 6. num. 1.* Larrea *decis. Granat. 98. num. 22. in fin.* Gregor. Lopez *in l. 4. verbo Las Leyes, tit. 13. par. 2.* Escob. *de puritat. par. 1. §. 5. per tot.* & alludit Cicero *philip 3. ad decus, & libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur, cap. nolo 12. quæst. 1.* Farinac. *consil. 141. n. 30. & 31. & in prax. tom. 1. qu. 15. sub n 6.* Hermos. ad Lopez *ad glos. 2. prolog. part 5. num. 114.* Sanfel. *dec. 62. n. 87. & decis. 337. par. 3 num. 33. & seqq.* Prato *in resp. pro syndic. num. 36. cum pluribus seqq.* 3

Quòd vivens sine honore mortuus existimetur, probat Lucas de Penna *ad l. infamia, num. 2. de decur. lib. 10.* Facit Iserniæ placitum *in cap. 1. §. turpiter, quibus mod. feud. amit.* Capyc. *decis. 5. num. 7.* Anna *alleg. 59 nu. 13.* Valenz. *consil. 90. num. 11. & consil. 92. num. 1. & seqq. & consil. 102. num. 52. & seqq.* ubi plura in materia, inquit Xenoph. *lib. 2. de instit.* Cyr. *pag. 643.* non est res magis molesta quàm vita sine honore, & sequitur Prato *de syndic. num. 496.* & facit Virgil. 4

Cernis ibi mæstos, & mortis honore carentes.

Ideoque DD. omnes censuerunt causam honoris esse arduam, maximaque consideratione dignam, ne quis in honore jacturam patiatur. Cravet. *consil. 168. in princ.* Menoch. post alios *consil. 94. & consil. 96. lib. 1. & consil. 302. lib 3.* Prato *in respons. pro syndic. num. 496. & seqq.* & nihil esse misericordius, quàm bonæ famæ consulere, recenset Divus August. *in libel. de oper. monac.* & iterum *de bono judic. cap. 22. relat. in cap. non sunt audiendi 11. quæst. 3. & de Civitate Dei, cap. 19.* inquiens: *Propriæ famæ esse consulendum, non ob laudem humanam, sed ob aliorum utilitatem; ne scilicet malo exemplo alios ad mala moveat, & de vita Cleric.* illic: *Duo nobis ferè necessaria, conscientiam, & famam, conscientiam nostra sola causa, famam causa proximi,* doctè Menoch. *dict. consil. 94. num 2. cum seqq.* & alia plura apud Berart. *in spec. visit. cap. 25. num. 1.* Undè Tullius 2. *Tuscul.* inquit, *quid minus est dignum, quid tibi peius quicquam videri potest dedecore, flagitio, turpitudine, quæ aut effugias quis est non modo recusandus, sed etiam ultro appetendus, subeundus, expiendusque dolor,* plura apud Penna *in d. l. infamia de decur. lib. 10. num. 2.* 5

Quare dicitur, quod quando alicui pro injuria vindicanda non licet sine derisu, & ignominia, Judicem adire, illi permittitur, eam propria auctoritate, & sine Judice vindicare, Paschal. *de pat. pot par. 3. cap. 6 num. 27.* Peg. *decis. 78. num. 23. & 41.* Castren. *consil. 277. lib. 2.* Boerius *decis. 169* Conciol. *resol. crim. in verb. Defensio, resol. 11. num. 23.* Farinac. *lib. 2 consil. 141. num. 27.* qui affirmat quod hodie solent Judices deridere cornutos querelantes, & in his terminis Gram. *decis. 23. num. 1.* Sanfel. *decis. 337. in addit. lib. 3. p. 57.* 6

Poterit tamen hoc in casu injurians propulsare injuriam, dummodo non excedat moderamen inculpatæ tutelæ; nam per excessum puniretur justo dolore temperante. Peg. *dict. decis. 78. num. 26.* Grammat. *decis. 98. num. 5.* Giurba *consil. 17. num. 13.* & si occidat ex honoris causa, homicidium commissum non erit omnino impunibile; sed in aliqua parte erit excusabile, per multos tenet Farinac. *in prax.* 7

in prax. quæst. 125. *num.* 42. qui dicit hanc esse veriorem opinionem, Gomez *var. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 24. Conciol. *in verb. Defensio, resol.* 6. *num.* 2. atque ita non pœna ordinaria puniretur, sed extraordinaria, Judicis arbitrio, Peg. *dict. decis.* 78. Guaz. *def. reor.* 29. *cap* 5. Papon. *lib.* 22. *tit.* 5. *arest.* 1. Julius Clarus *in prax.* §. *fin. quæst.* 60. *num.* 18. Conciol. *in verbo Defensio, resol.* 11. qui loquuntur in injuriato verbaliter.

8 Hæc omnia procedunt, quando propulsans injuriam, incontinenti injuriantem offendit, secus tamen si ex intervallo, *l.* 3. §. *cùm igitur, ff. de vi, & armata, c. cum olim* 12. *de rest. spoliat.* nam justus dolor, & offensa præterita non excusat, nisi incontinenti sequatur vindicta; quia qui ex intervallo vim infert, non tam defensionem, quàm ultionem spectat, ultio autem prohibita omni jure est. Otof. *in dict. l.* 3. §. *cum igitur*. Peg. *dict. decis.* 78. *num.* 29. Paschal. *de virib. pat. potest. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 26. Spetellus *dec.* 45. *num.* 83. Fermosin. *in cap. cum olim* 12. *de rest. spol. qu.* 1. *num.* 9. Grat. *discept. foren. tom.* 1. *cap.* 80. *num.* 15. Post. *de manut. obs.* 1. *num.* 77.

9 Tunc enim Judicis officium est implorandum, quia nemini fas est propriam injuriam ulcisci, *tot. tit. ff. ut nemini liceat sine Judice, &c.* & non singulis, sed judici tantum permissum tradit tex. *in l. non est singulis* 176. *ff. de reg. jur.* ne occasio sit majoris tumultus faciendi, ut ibi dicit tex.

10 Unde incidit disputare, an occidens injuriantem ex honoris causa, non incontinenti post injuriam illatam; sed ex intervallo, evadat pœnam homicidii ordinariam, in qua quæstione tanquam certam constituo regulam, quòd tunc propulsans injuriam propter doloris justi, seu honoris prætextum, occidendo injuriantem, liberatur à pœna ordinaria, & mitiori, seu extraordinaria pœna punitur, quando injuriam incontinenti vindicat, secus ex intervallo. Gomez *in l.* 80. *Tauri, num.* 58. *ver. Sed his non obstantibus*, in quam sententiam inclinat Farin. *in prax. quæst.* 121. *num.* 113. *& seq.* & in R. S. Valent. pluries judicatum fuisse tradit Mat. *de reg. Reg. Valent. cap.* 8. §. 8. *num.* 63. *& seqq.* amplissimè, & discusso ad partes articulo resoluit Farinac. *lib.* 2. *consil.* 141.

11 In urgentiori enim quæstione; an maritus, vel parens liberetur à pœna ordinaria, occidendo uxorem, vel filiam adulteram, resoluunt tunc liberandum, quando incontinenti, nulla mora peracta, & sic unum post alium, uno fere impetu, & ictu occidat, ex tex. *in l. quod ait, lex* 23. §. *fin ff. ad leg. Jul. de adult.* ibi: *Quod ait lex incontinenti filiam occidet, sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero, reservet ut post dies filiam occidat, vel contra, debet enim propè uno ictu, & uno impetu utrumque occidere, æquali ira adversus utrumque sumpta*: ex Angelo, Tiraquel. Sanfelicius *lib.* 3. *decis.* 337. *num.* 11. Farinac. *in prax. qu.* 121. *par.* 4. *num.* 113. *& seq. & lib.* 2. *cons.* 141. Thoro *in com. pend. decis. verb. Occidens uxorem, fol.* 262. recitat Regens Matth. *de re crim. cont.* 12. *num.* 5. allegat Tiraquel Julium Clarum, Petrum Gregorium Felin. Covar. Solorc. *de parric. lib.* 2. *cap. fin. in fine*, & alios. Rationes quas adducunt admodùm pro facto urgent.

12 Prima, quia jura loquentia in hac materia, ad excusationem mariti requirunt, quod occisus deprehensus sit in adulterio, *l. marito* 24. *l. si adulterium* 38. §. *Imperator Marcus Antonius, ff. ad leg. Jul. de adult. l.* 1. §. *sed & in eum, fin. ff. ad leg. Cornel. de sicar. l si quis in gravi* 3. §. *si tamen maritus, ff. ad Syllani l. Gracchus* 4. *Cod. ad l. Jul. de adult.*

13 Et adhuc maritus liber à pœna non evadit, quia licet ex juris dispositione parenti impunè liceat filiam in adulterio deprehensam occidere, *ex l. patri* 20. *ff. ad leg. Jul. de adult.* non tamen licet marito, & inter patrem, & maritum differentiam assignat J. Consultus *in l. nec ea* 22. *fin. ff. ad l. Jul. de adult.* & ita communiter receptum apparet per DD. *in d. l. Gracchus* 4. *Cod. ad leg. Jul. de adult.* & nullo jure posse occidere maritum uxorem, dicit ad Angel. August. *in verbo Che hay adulterato, post num.* 24. Carrer *in prax. crim. in* 3. *tract. de homic. & assas.* §. 9. *excusatur*, *num.* 2. *in fin. ver. Quod non liceat interficere*, Foller. *in prax. ver. Quod suffocavit uxorem, num.* 63. Gomez *ad l. Tauri* 86. *num.* 51. Sanfel. *lib.* 3. *decis.* 337. *num.* 8. ubi *nn. seq.* asserit quod etsi tex. *in dict. l. si quis in gravi*, §. *si tamen maritus, ff. ad Syllani*, probet esse ignoscendum marito, qui uxorem in adulterio repertam occiderit, communiter DD. tamen fatentur ignoscì debere marito respectu pœnæ mortis naturalis, ex vi legis Juliæ Corneliæ, vel Parricidii, non autem ut impunis sit, sed semper est puniendus ex jure communi pœna extraordinaria, Judicis arbitrio, etiamsi in actu adulterii ipsam necet, ex *dict. l. si adulterium* 28. §. *Imperator, ff. ad l. Juliam de adult. l.* 1. §. *fin. ff. ad l. Corneliam de sicariis, glos. in l. nec in ea* 22. *ff. ad dict. tit. ad l. Jul. de adult.* Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 15. *num.* 28. Menoch. *de arbitr. cas.* 356. *num.* 106. *in addit.* & cum aliis Farinac. *in prax. quæst.* 121. *par.* 2. *num.* 60. & antea *quæst.* 120. *num.* 64. Crusius *de indiciis par.* 2. *cap.* 23. *num.* 29. facit Reg. Matth. *de re crim. controv.* 11. *in fine*.

Secunda ratio arguitur ex eo, quòd licet quis possit pos- 14
sessionem à qua dejectus est, etiam armata manu, & convocatis hominibus recuperare, intelligitur, si possessionem incontinenti recuperet; secus si ex intervallo, notant DD. *in l. si quis ad se fundum C. ad leg. Jul. de vi pub.* Menoch. *de recup. possess. remed.* 9. *num.* 170. *ver. Si verò ex intervallo*. Bellon *de pot. eor. quæ fiunt incont. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. Post. *de manut. observ.* 1. *num.* 76. Regent. Cortiada *decis.* 35. *numer.* 78. Cancer. *variar.* 2. *cap.* 7. *num.* 62.

Tertia, quia quando homicidium commissum est post ri- 15
xam, liberatur homicida à pœna ordinaria, si illud incontinenti committat calore iracundiæ ex justo dolore provenientis, secus si ex intervallo, pluribus relatis Reg. Cortiada *decis.* 98. *num.* 63. *cum pluribus seqq.* ad alias rationes, & argumenta pertransit dictus Farinac *lib.* 2. *consil.* 141. & tandem satisfaciens juribus, & Doctoribus contrariam sectantibus opinionem *num.* 26. docet, quòd non est vera conclusio, quòd occidens ex causa honoris, seu defensionis, seu cujuslibet provocationis ex intervallo excusetur à pœna ordinaria; aliàs namque si excessus in tempore excusaret occidentem ex intervallo, utique omnia homicidia præmeditata punirentur pœna extraordinaria, cum nullum ferè sit homicidium, quòd non habeat aliquam causam præcedentis injuriæ, provocationis, seu defensionis, quod quam sit absurdum quisque consideret, *& in fin. Consilii* dicit ita teneas ne velis errare.

Non tamen transit sine contradictione hæc opinio, nam 16
sunt qui sentiunt, quòd etiamsi quis homicidium perpetraverit honoris causa, & sic ex justo dolore, etiam ex longo intervallo, non tenetur pœna ordinaria, sed mitiori, Caballus *resolution. criminal. casu* 330. *num.* 26. dicens vidisse observari, & quoad maritum occidentem adulteram uxorem Marta *vot.* 206. qui respondet pluribus contrariis supra allegatis, & affirmat *num.* 5 quòd intelligenda sunt quando maritus, vel pater occiderit uxorem, vel filiam, vel adulterum præter, vel contra formam legis propter justum dolorem, quo in casu non tenetur pœna ordinaria; sed mitiori, quia si in flagranti crimine eos occiderit, omninò excusatur, *l Gracchus* 4. *in primo responso, C. ad leg. Jul. de adult. l. quòd ait lex* 23. §. *quod ait lex*, *ff. ad l. Jul. de adult.* si alter namque intelligerentur, jura directè essent sibi contraria, & *dict. l. Gracchus*, esset sibimet contraria inter primum, & secundum responsum: rationes etiam diversas tradit pro dicta opinione, quas etiam adducit Gram. *decis.* 23.

Post hæc Regens Matth. *tom.* 2. *de reg. Reg. Valen. cap.* 8. 17
§. 8. *num.* 62. *cum seq. & cont.* 12. ubi per varia fundamenta ex æquiori, benigniori, & receptiori sententia defendit, maritum uxorem adulteram occidentem ex intervallo, puniendum esse pœna extraordinaria pro excessu, & probat ex *l. Si uxor* 13. §. 2 *ff. ad l. Jul. de adult. l. Divus Adrianus* 5. *ff. ad l. Pomp. de parricid. l si adulterium* 38. §. *Imperator, dict. tit. ad l. Jul. de adult.* & comprobat ex Bartol. Baldo, Azor. Afflict. Gram. Fortun. Gar. Moron. Vivio, Tusc. Carrer. Honded. Bertaz. Ponte *consil.* 98. Muta *decis.* 61. *num.* 11. Dexart. *decis.* 5. Thoro *in comp. decis. tom.* 4. *verbo Occidens uxorem, col.* 4. *ante med.* Sanfel. *decis.* 264. *nu.* 5. & aliis DD. per dictum Matth. allegg. *& num.* 29. præponderat qualitates aggravantes justi doloris ad pœnam minuendam, & varias decisiones adducit, & concurrente qualitate personæ, & justa causa ex adulterio, Sanfel. *dict. decis.* 337. & præcipuè *in addit. ver. Dum si vir, & seqq.* materiam prosequitur.

Cæteris consanguineis præter virum, & patrem, non 18
licere impunè adulterum, nec adulteram occidere, hinc fratrem qui occidit sororem adulteram fuisse punitum pœna extraordinaria, ait Sanfel. *decis.* 264. Paschal *de pat. potest. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 20. *&* 21. Calvin. *de equitate, lib.* 1. *c.* 49. ubi multa.

Et in terminis injuriæ eandem sequitur opinionem 19

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Gizzarel. *dec.* 18. qui *num.* 4. affirmat quòd secundùm eam semper fuit judicatum à Majoribus suis, ac semper ipse judicavit, & passim judicat.

20 Sed retenta prima opinione (præter terminos patris, & mariti) difficultas est in explicando quando propulsans iniuriam dicatur offendere injuriantem incontinenti, ut à pœna ordinaria excusetur; & licet in Cathalonia, relictis diversorum opinionibus observetur, in homicidio commisso post rixam, quod præsumitur durare justus iracundiæ dolor per viginti quatuor horas, ita quod commissum delictum post illud spatium, ex proposito, & animo deliberato dicatur commissum, ut ait Reg. Cortiada *decis.* 98. *num.* 79. atuero extra hunc casum in terminis iniuriæ contentiosæ nihil observatum reperimus.

21 Et licet DD. in iniuria illata argumentum summant ex juribus, & rationibus, quæ loquuntur ad explicandum temporis momentum homicidii commissi post rixam, Farinac. *dict. lib.* 2. *conf.* 141. *per tot.* latissimè, quia in homicidio post rixam commisso incontinenti, excusatur homicida à pœna ordinaria, propter justum dolorem iracundiæ, Reg. Cortiada *dict. decis.* 98. *num.* 63. *cum pluribus seqq.* & in homicidio commisso prætextu injuriæ illatæ ex causa honoris, pœna homicidæ temperatur, quia præsumitur ex justo dolore prorupisse in delictum, *l. si adulterium*, *ff. Imperator*, *ff. ad leg. Jul. de adult.* ex pluribus Peg. *dict. decis.* 78. *num.* 43. Matth. *de Reg. Regn. Valen. cap.* 8. §. 8. *num.* 63.

22 Attamen in nost. casu injuriæ, aliquid ultra invenitur; nam præter quòd iniuria corporalis maior est iniuria verbali, *l. in servorum* 10. §. *fin. ff. de pœnis*, Peg. *dict. decis.* 78. *num.* 25. est certum, quòd iracundiæ calor in injuria illata ex causa honoris amplius durare videtur, quàm ex rixa repente suborta, quia in injuriis factis honori nunquam transit calor iracundiæ, & animi perturbatio; imò semper, & perpetuò urget. Gizzarel. *decis.* 18. *num.* 5. Giurba *cons.* 86. *num.* 19.

23 Ulterius occidens incontinenti post rixam, etsi causam possit coram judice proponere, excusatur ob mentis alienationem, quam ipsi inducit calor iracundiæ, & ob id requiritur, ut temperetur ei pœna, quòd iracundia talis sit, quod occidentem à mente alienet, & quòd sit motus ex justa causa, & quod sit ira magna, non parva, & levis, quod relinquitur arbitrio Judicis, Castillo *decis.* 159. *num.* 10. *cum seq. lib.* 2 & alii per R. Cortiada allegati *dec.* 98. *n.* 69. diximus *decis.* 39. *num.* 17. quæ non militant in casu iniuriæ propter honorem læsum, cum hæc sit justa causa, ut ex illa accendatur iniuriatus magna ira, etiam ad vindicandam iniuriam propria auctoritate, quando sine dedecore, vel derisu non convenit Judicem adire, Gram. *d. dec.* 23. *num.* 2.

24 Quare in casu nostro injuriæ ex causa honoris, pro intelligentia termini *incontinenti* diversæ Doctorum opiniones referuntur. Prima est, quòd offensus, aut sanguine, ut ajunt, frigefacto, se divertit ad extraneos actus post receptam injuriam, aut non ad extraneos actus se divertendo semper ei durat calor iracundiæ. & semper stat in opera vindicandi, veluti convocando amicos, arma præparando, aut similia faciendo; primo casu offensio subsequuta non dicitur facta ad defensionem, seu provocationem, sed ex intervallo; secundo vero casu semper dicitur facta ex justa causa, aut ad provocationem; imò & incontinenti Farinac. *lib.* 2. *conf.* 141. *num.* 25. quam distinctionem in homicidio commisso post rixam admittunt etiam Bossius *in prax. tit. de homicidio*, *num.* 61. Giurba *consil.* 17. *num.* 17. Pasch. *de par. potest. par.* 3. *cap.* 6. *num.* 14. Farinac. *in prax. quæst.* 125. *num.* 337. refert R. Cortiada *decis.* 68. *n.* 76. Bonden. *de jure cont. collect. leg.* 46. *n.* 120.

25 Secunda distinctio est, quòd vel injuria est realis, vel personalis, *l.* 1. §. *ommemque*, *ff. de iniur.* personalis fit personæ, & in personam Belluga *in spec. Princip. rub.* 27. §. *milites*, *num.* 42. realis qua directè persona non læditur, sed honor, ut in marito, cujus uxor adulterium committit; in fratre cujus soror stuprum fuit passa; in patre cujus filia defloratur: personalis incontinenti propulsari debet, realis, dum lex vindictam incontinenti permittit, intelligitur quamprimum potuit, Farinac. *in prax. quæst.* 125. *num.* 211. Matta *decis.* 206. *num.* 10. Giurba *consil.* 86. *num.* 20. *cum seq.* R. Matth. *de re crim. controv.* 12. *n.* 27. & 28. & *c.* 29. *num.* 42. Sanfel. *dec.* 337. *lib.* 3. *num.* 85. *in addit.* ubi ad id ponderat *l.* 2. §. *confestim*, *ff. ad S. C. Tertullianum*, & late hoc punctum prosequitur, propterea si infirmitate impeditus, aut magna alia causa distulerit facere, dicetur confestim effi-

cere. Ponte *consil.* 98. *num.* 28. *cum seqq.* vel quia magis tutè, aut commodè non potuerit, Ponte *dict. consil.* 98. *num.* 31. Giurba *dict. consil.* 86. *num.* 23. Barbosa *dict.* 155. *num.* 77.

Quæ distinctio non transit sine contradictione, nam 26
etiam in injuria personali, ut alapa in alium illata, post multos annos si offendentem occiderit, dicetur incontinenti se defendisse, ut tradit decisum Gizzarel. *dec.* 18.

Alii distinguunt, vel injuria est in actu perfecta, vel est 27
successiva, injuriam perfectam tantùm quis potest propulsare incontinenti, injuriam verò successivam etiam ex intervallo, Bellonus *de potest. eorum quæ fiunt incont. lib.* 2. *cap.* 20. qui ita intelligit *l. Divus* 5. *ff. ad leg. pom. de par.* in qua interfectus fuerat filius in venatione, qui novercam adulterabat, & sic non in ipsa turpitudine apprehensus, & nihil obesse dixit verbum *Adulterabat dict. l.* quod minimè est temporis præteriti perfecti, sed imperfecti, & indicat filium in adulterio perseverasse, Cabal. *resol. crim.* 15. *num.* 9. Reg. Matth. *de re crim. cont.* 12. *num.* 9. unde dicit Bellonus citatus *num.* 6. patrem tunc successiva injuria affici, ita ut non debeat esse locus pœnæ ordinariæ; cui pariter non esse locum statuit marito occidente uxorem adulteram, etiam ex intervallo; magna est enim, inquit vis honoris, & injuriæ successivæ, quæ semper durare dicitur.

Sic si turbatio possessionis est successiva, etiam post de- 28
cennium poterit turbatus eam recuperare, & censebitur illud facere incontinenti, Bellon. *de pot. eor. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 6. qui illo principio ductus ad diversa discurrit, & *num.* 8. affirmat, quod licet tacens dicatur remisisse injuriam; tamen si injuria est successiva secus erit, veluti si maritus cum aliqua meretrice, sive pellice assiduè consuetudinem habeat; nam uxor poterit quandocumque voluerit, ad animum hanc injuriam revocare, Fachin. *conf.* 42. *num.* 22. *lib.* 1. & eadem ratione qui sentit gravamen successiuum; semper poterit appellare, Peg. *in prax. in rub.* 27. *num.* 13.

Ratio supradictorum est, quia quando injuria est succes- 29
siva, semper dicitur injuria præsens, cum assiduè injuriatus offendatur, & nova injuria afficiatur; quia injuriatus continuo paratur obliciendo novas contumelias, faciunt tradita à Sperel. *decis.* 145. *num.* 84. unde Matth. *de reg. Reg. Valen. dict. cap.* 8. §. 8. *num.* 65. tradit decisum, liberatum fuisse maritum à pœna ordinaria, qui occiderat uxorem suam repertam in urbe cum alia fœmina meretrice, quæ voluntariè à mariti domo aufugerat cum bannitis, quorum alter adulter erat, & per aliquos annos divagata fuerat, cum non posset dici injuriam esse præteritam; sed præsentem, quia jactu fuit reperta virum offendendo.

Sed cum nec ex præmissis declarationibus, nec aliàs in 30
jure habeamus tempus deffinitum, ut quis possit sine reatu pœnæ injuriam vindicare, verior est opinio quod illud temporis intervallum Judicis arbitrio venit taxandum, Farinac. *quæst.* 125. *num.* 395. & 120. *num.* 214. Peg. *decis.* 78. *num.* 41. Menoch. *de arbit. cas.* 362. *num.* 18. & *seq.* Gizzarel. *dict. decis.* 13. *num.* 5. Castillo *decis.* 159. *num.* 25. Bellon. *de potest. eorum quæ fiunt incont. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 5. Giurba *consil.* 86. *num.* 23. Bonden. *de jure cont. collect. legal.* 46. *num.* 121. non enim ob nimiam factorum multiplicitatem certa regula hac in re potest tradi; sed Judex ex variis, circunstantiis illud arbitrabitur, Bellon *dict. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 7. prout aliàs est certum, *aliquid incontinenti fieri*, diversimode à Doctoribus exponi, Barbosa *in dec.* 155. *tot.* Menoch. *de arbit. cas.* 7. *per tot.* P. Sanchez *de mat. lib.* 10. *disp.* 12. *n.* 2. Anton. *de temp. leg. l. b.* 10. *c.* 11 *n.* 10. & *seqq.* qui tandem volunt Judicis arbitrio relinqui juxta subjectam materiam, Conciol. *ver. Mandatum*, *res.* 1. *n.* 11.

Considerandæ sunt ergo qualitates injuriati, injurian- 31
tis, & injuriæ, an injuriatus ad actus extraneos se diverterit, vel quamprimum commodè, vel rutè potuerit injuriam vindicaverit; an fuerit atrox, & honoris offensiva, & an fuerit successiva, ex qua quotidie injuriatus offenditur.

Et in hanc partem dicitur licere domino repellere vio- 32
lentum possessorem rei suæ incontinenti, scilicet antequam ad actus extraneos se divertat, vel arbitrio boni viri secundum quod commode fieri potest, attenta qualitate ejus, qui dejectus est, rei ex qua fuit expulsus, & ejus qui vim commisit, Fermos. *de restit. spoliat. cap.* 12. *quæst.* 1. *num.* 7. Farinac. *in prax. quæst.* 125. *num.* 218. & *quæst.* 175. *num.* 83. Cortiada *dec.* 35. *n.* 78. qui affirmat quod eo in casu, si

mors

mors sequatur, non est puniendus possessor pœna ordinaria.

33 Sic etiam tradit decisum Gram. *decis.* 23. quendam Nobilem minorem decem, & octo annorum, qui Presbyterum occidit iniuriantem eius parentes, proiiciendo lapides fenestris domuum, in quibus ipse cum uxore, & filiis degebat, & clamando vocibus, & clamoribus altissimis, patrem cornutum, & matrem meretricem, post annum à die illatæ injuriæ, quia iniurians abfuerat per illud tempus, & præ manibus illum non habuit ante tempus præfatum, & sic se vindicavit quamprimum potuit, fuisse condemnatum ad serviendum triremibus militando per decennium.

34 Quocirca advertendum est verbum illud *incontinenti* in hac materia non esse ita rigidè rimandum, ut requirat, quod temporis momento fiat, Barbosa *dictione incontinenti* 155. *num.* 7. quia significat, vel tres dies, vel unum mensem, vel sex menses, quandoque decennium juxta materiam subiectam, Giurba *consil.* 86. *num.* 18. qui in fine consilii tradit de fratre pro honoris proprii defensione, stupratorem sororis occidente, non in actu venetis, sed post quatuor annos receptæ iniuriæ, non pœna ordinaria fuisse punitum, sed extraordinaria ad remigandum in regiis triremibus toto tempore vitæ suæ.

35 Et censuisse Senatum Neapolitanum, non esse pœna ordinaria puniendum homicidium post quatuor annos commissum, in eum qui alapam homicidæ dederat, Gizzarel. *decis.* 18. *tota*, & ibi addit. *num.* 4. affirmat, quod illud *incontinenti*, de quo loquuntur DD. non excludit injuriam, quæ semper præsens fit hominibus ingenuis, quia si pro honoris defensione non cogitant, nihil differunt à belluis, & ideò illud *incontinenti* arbitratur, etiamsi post aliquos annos se vindicet, cum multoties illico, ideft illo tunc, incontinenti non possit, & illa causa honoris semper urget.

36 Sed adhuc vereor, quod hæc procedant quoties injuria talis est, ut Judici sine derisu, & dedecore exponi possit, nam in hoc multum hæsito, quod si injuriatus injuriantem plectat post spatium vigintiquatuor horarum, vel ex intervallo, nisi probet concludenter id fecisse, antequam ad extraneos actus se diverteret, & simul quamprimum potuit, excusetur à pœna ordinaria, per ea quæ tradunt Peg. *decis.* 78. *in fine*. Gizzarel. *dict. decis.* 18. Gram. *dict. decis.* 23. Giurb. *dict. consil.* 86. *in fin.* Bajard. ad Clar. §. *homicidium*, *num.* 21. & 22. Bonden. *de jure cont. collect. legal.* 46. *à num.* 119. ubi in fine tradit judicatum.

Comprobat latè de hac re agens Reg. Matth. *de re criminali*, *controversia* 29. *tot.* ubi docet in casu necis animo deliberato, & per insidias per fœminam patratæ in atrio Palatii Regii post octo dies injuriæ per aggressum, convicils, & contumeliosis verbis pudicitiam fœminæ arguentibus illatæ, puniendam esse pœna mortis, quia injuriam verbalem ex causa honoris confestim non propulsavit; licet *in fine controversiæ* recitet in articulo contentionis Ecclesiasticæ victoriam reportasse, & tandem indultum consequutam fuisse.

37 Quibus omnibus in medium jactis facilè prospicies casum, qui in N. R. C. successit disputandus, die 22. Januar. 1672. videlicet Joannes N. Chirurgus Villæ *de la Selva*, Campi, & Archiepiscopatus Tarraconæ inter quartam, & quintam horas vespertinas interfecit Joannem N. Medicinæ Doctorem eiusdem Villæ, in partita dicta *lo camí de la Serra*, termini ipsius, jactu tormenti manualis iniecto in caput dicti Doctoris: difficultas principalis fuit qua pœna homicida puniri deberet, an ordinaria, anuè mitiori, & extraordinaria, & anteqnam ad pœnam infligendam deveniret Regius Senatus, circa probationes factas in defensionibus varia scitu digna occurrerunt.

38 Defensio pro pœna minoranda fuit, quia prætendit aggressor provocatum fuisse ab occiso, ex causa atrocis injuriæ sibi illatæ, quia ipsum fuisse cornutum, & ejus uxorem meretricem in diversis actibus publicabat, jactando se illum cornutum effeciisse, signa contumelioia criminoso gestando, & quod in januis domus dicti homicidæ depinxit aggressus cornua bovis, & ad has contumelias propulsandas, justo dolore commotus prorupit in homicidium.

39 Circa probationes hujus tam urgentissimæ causæ, cum intenderet Regius Fiscus esse à veritate alienum, & falsò aliquos ex testibus Rei pro reo deposuisse, articulos ad obiiciendum eius dicta proposuit; & dubium primum fuit; an deberent admitti ad probandum; & responsum fuit posse obiici dicta testium ad defensam receptorum; non verò eorum personas.

Sic fuit antea resolutum in R. C. die 5. Februarii 1632. in causa Hieronymi Minguilla, refer. Nob. Jacobo Mir, postea Regente Regiam Cancellariam, Scriba Cesilles Not. Idem 7. Julii 1665. in causa Onuhprii Alsina, referente Magnifico Bernardo de Olsina, & de Villalonga, Scriba Famadas Not. 40

Fundatur hæc, quia in Cathalonia regulariter in omni crimine proceditur per inquisitionem, & processus criminales sunt Fisci, & non partis instantis, quæ tantùm in eam accedit juvando Fiscum. Peg. *in prax. crim. cap.* 12. *num.* 1. Canc *var.* 1. *cap.* 20 *num.* 45. Nos diximus *decis.* 1. *num.* 1. unde Judex ex officio debet interrogare de qualitate testium, Bald. *in l.* 1. §. *sicuratores*, *ff. de magistratibus*, veluti si delatus produxerit ad sui defensionem inimicos offensi, vel alios testes inhabiles. Put. *de syndic. ver. Inquisitio*, *cap* 2. *num.* 1. propterea admisit praxis, ut adversus qualitatem testium non admittatur repulsa, prout in simili tradit Rovit *super prag.* 11. *de ordin. judicior. num.* 21. & aliis citatis Roccus *de offic. rub.* 14 §. 14 *n.* 75. 41

Secundum dubium fuit, quod ex testibus per Fiscum ministratis, alter, qui in defensam deponebat, dictum Doctorem N. depinxisse cornua bovis in januis domus dicti homicidæ, deposuit postea, quèndam de comitiva dicti Doctoris aggressi cornua depinxisse; unde dubitari evenit, an huic depositioni foret standum, & ulterius rem dubiam magis reddidit ipse testis, qui fassus fuit extrajudicialiter, precibus falsò deposuisse in secunda depositione; unde quia varius, & quia asseruit falsò deposuisse, visum fuit testi non esse credendum, Barb. *in collectaneis*, *lib* 2. *tit.* 20. *de testibus*, *num.* 9. *cap sicut nobis*, ubi allegat Gratianum *discep. cap.* 192. Mascard. *de probat. conclus.* 454 *num.* 10. & antea *concl.* 131. *num.* 6. & 37. Farinac. *in prax. quæst.* 45. *num.* 12. & *decis.* 131. *num.* 4. latè de hac re Carena *de offic. Sanct. Inquisi. par.* 3. *tit.* 6. §. 7 *à n.* 46. 42

Tertium dubium fuit; an testibus singularibus in defensa foret credendum, & affirmativè fuit resolutum; quia unicus testis ad defensam plenè probat. Bossius *in praxi tit. de def. num.* 2. Surdus *consil.* 173. *à num.* 65. Tondut. *quæstionum civil. par.* 2. *cap.* 171. *num.* 24. Farinac. *in prax. consil.* 65. *num.* 102. *volum* 2. Guazzin. *def. reor.* 29. *cap.* 3. *num.* 12. Cyriacus *contr.* 109. *num.* 9. P. Grasetus *de nece proditoria*, §. 34. *num.* 11. Conciol. *verb. Testis quoad d. resolut.* 16. *num.* 6. 43

Quod tamen declarant, ut habeat locum, quando probatio per unum testem est compatibilis cum probatione Fisci; secus autem si sit illi contraria; ut puta, quia Fiscus probavit ejus intentionem per duos testes, & reus probavit contrarium per unum testem tantùm; quia tunc probatio Fisci præfertur uti plenior probatione rei, Bossius supra citatus *num* 10. & *in tit. De opposit. contra testes*, *num* 72. declarat Farinac. *in prax. quæst* 63. *num.* 43 & *seq.* Guazzin. *def. reor.* 29. *cap.* 3. *sub num.* 12. Conciol. *ver. Testis quoad dicta resol.* 16. *n.* 7. 44

Prout etiam dicitur, quòd licèt testis unicus plenè probet contra producentem, Farinac. *quæst.* 62. *num.* 214. & *num.* 237. Giurba *consil.* 84. *num.* 10. Guazzin. *def.* 33. *cap.* 14. *num.* 11. Vermigl. *consil.* 45. *num.* 1. & *consil.* 500. *num.* 3. illud tamen non habet locum, quando ille testis superatur, & convincitur per majorem numerum testium per producentem ministratorum. Guazzin. *dict def.* 33. *c.* 14 *num.* 11 Cyriac. *controv.* 407 *num* 84. Post. *de manut. obs.* 89. *num.* 10. Andreol. *controv.* 34. *num.* 30. & alii laudati per Conciolum *resol. crim. ver. Testis quoad dicta*, *resol.* 16. *n.* 15. Canc. *var.* 1. *c.* 20. *n.* 72. alias circa hanc rem distinctiones latè tradit Basilicus *dec.* 19 *à n* 57. 45

Ultimum dubium fuit, an testi consanguineo in defensam foret deferendum, & pariter affirmativè fuit decisum, quia cum eo concurrebant alii testes. Farinac. *de testibus*, *quæst.* 54. *num.* 33. Guazzin. *def.* 29. *cap.* 3. *num.* 5. Cyriacus *controv.* 250. *num.* 53. ubi limitat, nisi agatur de destruenda concludenti probatione Fisci, sequitur P. Grasset. *de nece proditoria num.* 12. Conciol. *verb. Defensio*, *resol.* 2. *nu.* 8. & *verb. Testes quoad personas*, *resolut.* 4. *num.* 3. & *resolut.* 18. *num.* 8. 46

Fuit concluium die 22. Januarii 1672. quòd dictus Joannes N. Chirurgus condemnaretur in servitium Regiarum triremium remigando in perpetuum, referen. Nobili Jacobo de Potau, & Molas, tunc I. R. C. nunc R. A. meritissimo Consiliario, Scriba Badia, quę pena ex gra- 47

tia Principis fuit commutata in insulam in perpetuum.

48 Non sic evenit in causa contra Antonium N. nautam Calabrensem, qui vindicando injuriam per aggressum illi illatam intra viginti quatuor horas, & sic incontinenti, jactu instrumenti manualis parvæ mensuræ occidit injuriantem. [Fuit injuria, namque publicè dixit insultatus homicidæ, quod ipse carnaliter cognoverat uxorem, & sororem ipsius insultantis, etiam contra naturam, & quod relata uxor, & soror erant meretrices) cum consideratione quod erat gravis, & atrox injuria, fuit condemnatus, referente dicto Egregio Senatore Nobili Jacobo de Porau & Molas I. R. C. & postea in Senatu R. A. meritissimo Consiliario, die 6. Februarii 1676. Scriba Badia Not. ad servitium Regiarum triremium remigando ad quinquennium, per hæc verba.

49 *Die 6. Februarii 1676. in facto, &c. adversus, & contra Antonium N. Nautam Calabrensem delatum, & inculpatum de nece per eum die secunda Februarii 1675. inter octavam, & nonam horas ante meridiem in littore maris prope tugurium Capitaniæ Generalis, calore iracundiæ, justoque dolore ex causa honoris jactu instrumenti manualis parvæ mensuræ, vulgo* Pistolas, *perpetrata in personam Nardi Nostri, fuit conclusum, &c. quod dictus Antonius N. condemnetur ad servitium Regiarum triremium remigando ad quinquennium, &c.* condemnatus non supplicavit ab hac sententia.

50 In alia verò causa contra Ant. Joan. N. aliàs *lo Ros*, agricolam Loci *del Pla*, qui propulsando injuriam verbalem illi illatam à Joanne Michaele Fraint Milite (iste injuriato dixit esse cornutum, & ebrium) incontinenti, idest intra spatium viginti quatuor horarum receptæ injuriæ, eum necaverat, fuit homicida condemnatus, ref. egregio, & Nobili Petro de Amigant 3. A. D. pro Egregio Senatore Magnifico Bernardino de Puig I. R. C. absente 13. Septembris 1685. ad servitium Regiarum triremium remigandò per decennium, quæ pœna fuit temperata in gradu supplicationis ad septennium, refer. Egregio, & Magnifico Bonaventura Tristany R. A. D. die 8. Novembris 1685. Scriba Maurici Not. quæ hìc transcribitur pro forma declarandi in his supplicationum causis.

51 *Attento ex meritis utriusque processus, tam primitivi, quàm præsentis causæ supplicationis constat, non fuisse aliquid deductum, allegatum, seu probatum pro parte Antonii Joannis N. Agricolæ Loci* del Pla, *propter quod Regia Sententia lata die* 13. *Septembris proximè elapsi, ref. Nobili Petro de Amigant tertiæ Aulæ Dict. pro Magnifico Bernardino de Puig I. R. C. absente contra se, & in favorem Fisci procuratoris R. C. in & cum qua dictus Antonius Joannes N. delatus, & inculpatus de vulneribus illatis calore iracundiæ, & justo dolore 9. Julii proximè elapsi in vico maiori dicti Loci* del Pla, *jactu instrumenti manualis, vulgo* Escopeta llarga, *in personam Joannis Michaelis Frain, & Josephi Vilaret Militum equestrium societatis Fœlicis de Bellaro ducis equestris, ex quo jactu prænominatus Fraint die sequenti decessit, fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando per decennium, à qua per dictum Antonium Joannem N. extitit supplicatum quod debeat commutari. His igitur, & aliis meritis processuum attentis, & aliàs, sua Excellentia conclusionem in R. A. factam insequendo, sententiat, pronuntiat, & declarat bene, in & cum præcalendata Regia Sententia fuisse sententiatum, & declaratum, & malè ab ea per dictum Antonium Joannem N. supplicatum.*

Hoc intellecto, & declarato, quod dictus Antonius Joannes N. tantùm censeatur condenatus ad servitium Regiarum triremium remigando ad septennium.

Ut. Don Michael de Cortiada Regens.

Ut. de Calderò F. A.

Ut. de Tristany.

Quando simpliciter confirmatur, non apponitur illa clausula *Hoc intellecto, & declarato &c.*

DECISIO XLIII.

ARGUMENTUM.

In delictis non occultis; an possit ex indiciis indubitatis in Senatu condemnari ad pœnam ordinariam delicti; ex præsumptionibus formari posse indicium, & ex indiciis unum totum, peragitur; ac ulterius agitatur de latrocinio publico, & ejus pœna, de homicidio per allegantem ebrietatem commisso, & quando dicatur proditorium: de uxoricidio per furiosum, de nece per dormientem, & eorum pœnis, de signis, & conjecturis ad probandam ebrietatem, vel furorem, quæ omnia cum Senatus decisionibus illustrantur; ubi aliqua de testibus ebriis, & eorum fide, & de illis, qui de delicto commisso gloriantur, quomodo puniendi veniant.

SUMMARIUM.

1 *Factum, & dubia.*
2 *Ex indiciis indubitatis quando credulitas est ita firma, ut neque actualem, neque virtualem Judex habeat dubitationem; in Tribunalibus Supremis, non solùm in delictis occultis, sed etiam in delictis diurnis, & quæ non sunt difficilis probationis deveniri potest ad pœnam ordinariam.*
3 *Citantur Doctores contrariæ sententiæ, qui concludunt pro pœna extraordinaria.*
4 *Existimant hi, quòd etiamsi sit locus pœna extraordinaria, indicia indubitata debent esse saltèm duo, & quid quando unicum est indicium.*
5 *Ex pluribus indiciis dubitatis in delictis occultis potest fieri indubitatum, quod si concurrat cum alio indubitato, erunt duo indicia, indubitata.*
6 *Ex unico teste de visu, cum indiciis superantibus efficaciam alterius testis omni exceptione maioris, traditur inquisitus condemnatus ad pœnam ordinariam.*
7 *In latrocinio ex diversis præsumptionibus formatur indicium, quæ hic recitantur, usque ad num.* 10. *& num.* 12.
11 *Fuga socii criminis facit indicium contra consocium.*
13 *Quando coniungantur indicia ad unum totum integrandum, & num.* 14.
15 *Decisio Senatus, quæ ad litteram pro usu practicabili traditur, & num.* 16.
17 *Fuga à loco delicti cum instrumento exonerato indicium facit.*
18 *Quando vulnera sunt ad mensuram gladii, vel armorum inquisiti, contra illum oritur indicium.*
19 *De indicio mendacii in substantialibus.*
20 *De indicio contra illum qui tantum de delicto fuit diffamatus, & de indicio famæ.*
21 *Ex confessione extraiudiciali non oritur indicium, quando est facta per jactantiam, vel vanamgloriam, sed hæc gloriatio, maximè si tendat in damnum tertii, est punibilis.*
22 *Ut homicidium dicatur proditorium, debet probari per Fiscum qualitas exclusiva rixæ.*
23 *Dicitur homicidium proditorium, quando nulla interveniente causa rixæ, securè quis occidit, nil tale præcaventem, aut se defendere valentem, amicitia, vel inimicitia causa minimè considerata, vel si adesset causa levis.*
24 *Committitur homicidium proditorium quando quis aliquem occidit in loco alieno à vindicta.*
25 *Ebrietatis mala enarrantur, & num.* 26.
27 *Difficultas causæ.*
28 *Ebrietas probatur signis, & coniecturis, quæ assignantur.*
29 *Testes de ebrietate deponentes, debent ebrietatis rationes adferre per signa, & coniecturas, etiam non interrogati.*

30 *Furor*

30 *Furor probatur ex signis, quæ expressantur, & quomodo testes ut probent, debeant de furore deponere.*

31 *Ebrii quos vini potatio hilares tantùm reddit, non tamen rationis judicium tollit, si delictum patraverint, nulla ex parte excusari poterunt.*

32 *Qui ob immoderatum vini potum omninò à mentis potestate recedunt, extra ordinem puniuntur, ob culpam quam commiserunt in se inebriando.*

33 *Si furore percitus quis hominem occiderit, miseratione potius, quàm pœna dignus est, etiamsi parricidium commiserit, & quid dicendum sit in furioso, qui habet dilucida intervalla.*

34 *Si per peritorum depositionem liquidò comperitur de furore Rei, à pœna liberatur, & si post patratum crimen, & post fulminatum processum, & latam sententiam furor accedat, ponitur tantum pœna extraordinaria.*

35 *Quando dignoscatur, quem extra furorem deliquisse, in eo qui habet diluvida intervalla, & qua pœna afficiatur.*

36 *Decisio Senatus, ubi multa de hac re.*

37 *Constito de furore ante homicidium præsumitur durare delicti tempore.*

38 *Furiosus traditur consanguineis, ut illum in custodiam habeant, ubi Senatus.*

39 *Etsi opus est, strictissimè, & catenis trusis, vel aliàs ab eis custoditur.*

40 *Qui dormiendo deliquerunt, qua pœna afficiantur.*

41 *Si constat ebrium captasse ebrietatem dolosè, & industria, potest pœna ordinaria puniri.*

42 *Non excusatur qui sciebat solitum esse in ebrietate delinquere, si ab immodica vini potatione non se abstinuerit.*

43 *In teste solito inebriari, non requiritur, ut probetur ebrium esse de tempore examinis.*

44 *Ebrietas debet probari de tempore perpetrati criminis, & num.45.*

46 *Testes qui fundantur in nimio potu, non probant ebrietatem, nisi simul constet ex potus immoderatione habuisse mentem lesam.*

47 *Ebrietas debet probari per diversa signa.*

48 *Nimia ebrietas satis se ipsam, non animadvertentibus prodit, nec est satis ebrius qui sibi cavere, aut quid agat prospicere potest.*

49 *Quando quis gloriatur de delicto in ebrietate commisso, non liberatur à pœna.*

50 *Decisio in causa.*

1 INterfecit amicus amicum, nulla apparente causa vindictæ, imò ante homicidium vicissim amicabiliter alloquebantur, & biberant: fuit dubitatum, an de homicidio constaret, & an homicida proditor esset, & an à pœna ordinaria excusaretur ob ebrietatem, quam allegabat aggressor tempore commissi homicidii.

2 Exponitur pro prima difficultate, quòd ex indiciis indubitatis, veluti quando credulitas nullam habet hæsitationem actualem, nec virtualem; in Supremis Tribunalibus non solùm in delictis occultis; sed etiam in delictis diurnis, & quæ non sunt difficilis probationis deveniri potest ad pœnam ordinariam, Leo *dec.*125. *num.*40. *& 41. & sequent.* (loquitur de illis indiciis indubitatis, quando credulitas est ita firma, ut neque actualem, neque virtualem Judex habeat dubitationem, & sic de indiciis omninò indubitatis, hæc, & alia indicia recitavimus in *dec.*41. *à num.*5.) ait ex Barbosa *ad l.*2. *soluto matrimonio, nu.*89. ibi: *Sed si propter indicia indubitata perducatur Judex ad secundam speciem credulitatis, tunc in omnibus delictis potest procedi ad pœnam ordinariam, per tradita supra, & in his terminis procedit generalitas d. l. fin. C. de probat. quam ita expressè intellexerunt Joan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de probat. §. videndum restat, lit. E. Baldus in l. milites, num.*5. *C. de qu. Panorm. in cap. tertio loco, num.* 8. *de probat. & consil.* 113. *num.*2. *in fine, lib.* 2. *Imol. in l. fin. num.*11. *supra de hared. inst. Roman. in l. excipiuntur num.*3. *infra ad Syllanian. Menoch. li.*2. *de arbit. cas.*279. *num.*4. *Mascard. de probat.*3. *par. conclus.*1386. *num.* 22. *& ante omnes Speculator tit. de probat. §. videndum restat. num.*19. *Villadiego de hæreticis, qu.*13. *num.*2. *concludens in crimine hæresis ad condemnandum sufficere indicia indubitata, & tenent etiam alii supra relati num.*86. *ad finem*. hactenus Barbosa, quem transcripsit Leo citatus, Rovitus *dec.*63. *num.*10. ibi: *At ex secunda specie credulitatis, quæ excludit omnem hæsitationem actualem, & virtualem in omnibus delictis etiam non occultis, potest procedi ad pœnam ordinariam. Ita post late, longèque tractatam, & dispunctam materiam d. l. fin. C. de probat. concludit Barbosa in d. l.*2. *in princ. per tot. num.*90. *dicens, quod ad hunc modum potest resolvi hic articulus, quem ipse appellat difficilimum, & revera cum hac distinctione animus meus valdè quiescit ad declarationem dictæ Pragmaticæ*, Latro *dec.*163. *num.*49. *lib.*2. Thor. *in comp. dec. p.*3. *sec.*1. *verbo Indubitata, fol.*547. & allegati per Reg. Cortiada *dec.*93. *nu.*34. *cum seq.* Xam. *de Offic. Judic. li.*1. *qu.*15. *num.*99. & generaliter loquitur Excellentissimus Crespi *obs.*1. *num.*119. cum pluribus Matth. *de re crim. cons.* 2. *num.*44. qui seipsum allegat *de reg.*2. *tom.*8. §.8. *ex n.*2. docens quod opinio contraria procedit in judicibus inferioribus, & pro hac plures allegat Conciol. *in verbo Judicium, resol.* 3. *in addit. num.*1. Scialoya *in prax. torq. reos, cap.*4. *num.*6. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.* 2. *titul.*12. *num.*263. Bellamera *dec.*688. *num.*14. *ver. Quarto induxit.* Hyppol. de Marsil. *rub. de probat. num.*249. *ver. Pro quibus, & consil.*20. *post num.* 48. Boetius *dec.* 164. *num.*3. *& seq.* Montuel. *prac. crim. reg* 11. *num.*15. refert. Farinac. *in prax. qu.*86. *à num.*55. *usque ad num.*68. *& num.*110. allegati per Altimar. *ad dec. Roviti* 63. *num.*7. (qui huic opinioni adhæret quando cum dictis indiciis concurrit confessio extrajudicialis probata per duos testes) Basilic. *dec.*1. *num.*4. *& per tot.* ubi tradit multoties judicatum, fundantur per *d. l. fin. C. de probationibus*, quæ indistinctè loquitur.

Pro contraria, & æquiori opinione, quòd ex indiciis indubitatis non possit procedi ad pœnam ordinariam; sed extraordinariam, sunt Guaz. *def.*30. *cap.*41. *nu.*1. *& def.* 33. *cap.*14. *ex num.*13. Cabal. *resol. crim.* 288. *num.*15. Farinac. *consil.*100. Manfrella *ad dec.*163. Latro *num.*22. in eam inclinat Franc. *dec.*372. & ibi Luca *num.*2. qui alios allegat, colligit Thesaurus *dec.*13. *num.* 4. & recitat, & sequitur Sanfelic. *dec.*47. *num.*4. alios allegat Reg. Matth. *de re crim. d. cont.*2. *num.*45. Andreol. *cont.*172. *in principio*. Novar. *dec.*70. Rovitus *in prag.*3. *num.*33. *de milit.* & alii allegati per Altimar. ad Rovit. *d. decis.*63. *num.* 7. Crusius *de indic. par.* 3. *cap.*4. *num.* 35. Bonden. *collec. leg.*12. *num.* 19. Farinac. *quæst.*86. *num.* 110. Vermigl. *cons.*99. *num.*10. *& cons.*381. *num.*7. Spada *cons.*96. *num.*1. Sperel. *dec.*108. *num.*34. *& 43.* Giurba *cons.* 43. *num.* 23. *& seq.* 3

Existimant hi, quòd etiamsi sit locus pœnæ extraordinariæ, indicia indubitata debent esse saltem duo. Farinac. *qu.*86. *num.*93. Guaz. *def. reor.*33. *cap.*15. *num.*4. Andreol. *d. cont.*172. *num.*6. Altimarus ad Rovit. *decis.*63. *num.*12. si tamen unicum indicium esset adeò indubitatum, ut multis æquivaleret; posse sequi ex unico condemnationem in criminalibus tradit Farinac. *d. qu.*86. *num.*63. & licèt duo requiri scribant Andreol. & Guaz. citati, horum opinio procedit in præsumptionibus; non autem in indiciis indubitatis, ut videre est apud Farinac. *d. qu.*86. *num.*93. & ita hanc rem intelligit Conc. *resol. crim. ver. Indicium resol.* 3. *num.*9. & potest ita pariter intelligi Altimarus ad Rovit. *d. dec.*53. *num.*12. 4

Ex pluribus indiciis dubitatis in delictis occultis potest fieri indubitatum, ut diximus *dec.*41. *num.* 35. & comprobat Luca ad Franch. *dec.*372. *nu.*5. Bonden. *contr. legal.*12. *num.*18. Crusius *de indic. part.*3. *cap.*4. *num.* 34. Conciol. *ver. Indicium ad torturam, resol.*2. *in addit. n.*2. & fieri etiam valet conjunctio indicii indubitati de per se, cum aliis indiciis dubitatis, quæ constituissent unum indubitatum, & erunt duo indicia indubitata. Ciarlinus *li.*1. *cap.* 12. *num.*43. diximus *dict. decis.*41. *num.* 35. prout etiam plures præsumptiones faciunt indicium. Farinac. *consil.*10. *li.*1. *num.*19. Crus. *de indic. part.*3. *capit.* 4. *num.* 34. 5

Quod fuit observatum (concurrentibus aliis probationibus, quæ infra ponderantur) in facto difficilis probationis contra quendam grassatorem per insidias viarum publicarum, qui unà cum sociis fuit privatus immunitate Ecclesiastica, quam allegabat, tanquam violenter, & sine sono emisso extractus à domo Cameratiæ Sancti Petri *de la Portella* aditum habente ad Claustra Conventus *de la Portella*, declaratione facta per Reverendum Olegarium Monserrat Cancellarium, intervenientibus Taverner, & Colomer, die 3. Decembris 1685. in qua declaratione fuit practicata doctrina Regentis Cortiada *decis.*107. *nu.*8.

ubi

ubi probat, quòd Latro publicus si cum insidiis semel in stratis publicis furatus sit, non gaudet immunitate Ecclesiastica.

6 Qui fuit condemnatus ad mortem insequendo observantiam nostram, quam comprobat Reg. Cortiada *decis.* 107. *num.*38. ut infra notatur, quia contra latronem aderat unus testis formalis de visu (licèt testis hic aliquam inverisimilitudinem patereturin sua depositione, adminiculatus fuit ex infima qualitate imputati in eodem, & diverso genere mali, ex depositione alterius testis factum declarantis, licèt ignoraret delinquentes, & ejus socios, & ex aliis adminiculis, ejus dictum comprobantibus) & erant alia indicia superantia efficaciam alterius testis omni exceptione majoris: insequendo observantiam. Peguer. *in dec.* 17. de qua Nos *dec.*8. *nu... cum seqq.*

7 In eoque facto ex infrascriptis præsumptionibus fuit alterum formatum indicium; diversæ namque res fuerunt inventæ in quadam arca concubinæ latronis, cujus dominium, & concubinatus fuerant probata, & amplius fuit probatum per unicum testem filiam concubinæ ætatis duodecim annorum, doli capacem sine juramento ad informandum animum Judicis deponentem, aliunde adminiculatam, latronem multoties claudere, & aperire arcam ubi illæ res repositæ fuerant: & in delictis difficilis prodationis junctis adminiculis reputatur idonea illa testis, ut dicimus *dec.*50. *n.*36. *cum seq.*Inventi fuerunt in illa arca duo galeri, unus novus vulgo *Crepas*, & alter usitatus, vulgo *Montera de arbatie*; & visum fuisse inquisitum apportasse galerum novum repertum in arca, apparuit ex depositione trium testium, ex quibus unus fuit singularis, & duo contestes, & ex his duobus fuit alter dicta testis ætatis duodecim annorum aliunde adminiculata, licèrque ultra non fuerit concludenter probarum galerum novum esse alterius ex derobatis; testes namque solùm declarabant esse similem illi, quem in posse derobati viderunt: atverò galerus ille novus, vulgo *Crepas* adinventus in arca, fuit repertus in eadem arca simul cum alio galero usitato, vulgo *Montera de arbatie*, quem esse derobatum fuit concludenter probatum; unde una præsumptio influebat in aliam, & omnes ad eundem finem.

8 Pariter in eadem arca reperta fuerunt calceamenta, quæ sutor, & ejus adjutor deposuerunt confecisse, & esse ejusdemmet formæ, cujus erant ab his confecta (quæ ipsis testibus opificibus fuerunt ostensa, quando deposuerunt,) & similia illis quæ derobatis vendiderant.

9 Clavis etiam fuit in arca reperta similis alteri, quam viderunt testes in posse alterius ex derobatis.

10 Reperta etiam fuit in arca sera, & in ea impressa imago clavis, & hæc clavis aperiebat, & claudebat portam domus, in qua fuit furtum magnum commissum, de quo inquisitus valdè diffamatus fuit. Rursus etiam in eadem arca fuerunt deprehensæ aliæ res quibus grassator uti proprijs assidue utebatur, commixtæ cum rebus enarratis.

11 Denique in posse socii criminis fuit adinventa quædam tunica talaris, vulgo *Gambero* de cujus repertura, & dominio alterius ex derobatis concludenter in processu constabat, quæ indicium facere debebat etiam contra imputatum, prout dicitur de fuga socii, quæ contra consocium indicium facit in facto individuo, ut dicimus *dec.* 45. *num.*28.

12 Ex his ergo præsumptionibus in delicto difficilis probationis fuit formatum indicium æquivalens indicio reperturæ rei furatæ in homine malæ famæ sufficienti ad torturam, ut diximus *dec.*41. *nu.*72.

13 Et licèt videretur dicendum præsumptiones illas in sua specie non esse probatas, ut ex eis formari posset indicium, quando indicia imperfecta in suo genere conjungi non possunt. Farinac. *in prax. qu.*86. *nu.*95. Cabal. *resol. crim.*200. *num.*139. Cyriac. *contr.*106. *num.*30. quamvis mille essent, Ciazius *discep. crim.*2. *num.*42. & 44. & *num.*152. & *seq.* & *discep.*153. *tom.*1. maximè in causa gravi, vel magni præjudicii; Carolus Antonius de Rosa *post prax. crim. in defensa juridica*, *nu.*65. quia ex pluribus imperfectis nil perfectum gigni posse est certum.

14 Attamen conjunguntur indicia imperfectè probata per testes singulares, si eundem rei finem arguunt. sicque ad integrandum unum totum, quod unum constituet indicium perfectum influens in aliud, secus si ad diversum finem tendant, & non sunt commistibilia, neque unum influat in aliud quia nec ad torturam jungerentur. Guazz. *def.*30. *cap.*32. *num.*1. Farinac. *conf.*34. *nu.*7. & *in prax. q.* 181. *num.*145. & *seqq.* Giurba *conf.*87. *num.*29. quia licèt singula non prosint, tamen unita juvant. Ciarl. *cont. for. lib.* 1. *c.*12. *nu.*43. latè diximus *dec.*41. *nu.*29. *cum pluribus sequentibus.*

Propterea fuit declaratum, ut sequitur *Die* 12. *Decembris* 1685 *in facto F. P. R. C. adversus, & contra Iacobum N. agricolam Loci del Bruch Diœc. Barcin. delatum, & inculpatum, quòd coadunatus, & armatus unà cum aliis, grassatus fuit in itinere Regio quo itur à Villa de Esparaguera ad Villam de Igualada derobando die* 1. *mensis Decembris, anni proximè elapsi Josepho Arbull, & Michaeli Escaner Regni Aragonum centum, & novem duplas auri Hispani, raupas, & alias res, quas deferebant, & de aliis crimimbus, & delictis, facta relatione per Magnificum Bernardinum de Puig I. R. C. meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quòd declaretur quòd dictus Jacobus N. est reus mortis, & condemnetur, quòd fustigetur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ, & amputentur ei auricula, & quod suspendatur in alta furca laqueo per collum taliter quòd naturaliter moriatur, & anima illico ab ejus corpore separetur, & ad restitutionem rerum furtò subtractarum liquidatione reservata, & quòd post latam sententiam, & ante illius realem executionem, torqueatur in caput sociorum dicti latrocinii, fautorum, & receptatorum illius, & de aliis criminibus, & delictis de quibus diffamatus extitit.* 15

Positus in tormentis confessus fuit latrocinium, & declaravit complices, qui ex his alter fuit ad furcas damnatus, & speratur ad eandem pœnam alterum fore damnandum. 16

In facto principaliter controverso fuerunt indicia. 1. quod reus effugit post projectum tormentum manuale velociter cum eodem instrumento manuali, quod in eo exoneratum fuit repertum, nec ullus alius visus fuit in loco delicti, qui hominem occidere posset, diximus supra *dec.*41. *num.* 14. 17

Quòd apparuit, vulnera, ex quibus occisus decessit, esse facta cum pilis ejectis ab instrumento manuali, quod gestasse reum fuit plenè probatum, & quando vulnera sunt ad mensuram gladii, vel armorum inquisiti, contra illum oritur indicium. Carrer *in prax. crim. in l. observare curabis, indicio* 36. *n.*150. Leo *dec.*125. *n.*23. & *n.*24. 18

Secundum, mendacium in circunstantiis substantialibus, de hoc indicio *dec.*45. *nu.*29. 19

Tertium quia nullus alius fuit diffamatus de delicto, de hoc indicio *d. dec.*45. *nu*36. 20

Quartum, fama publica incontinenti orta post delictum, de hoc indicio *d. dec.*45. *n.*30. & *seq.*

Quintum, per testes singulares constabat die sequenti homicidii, eum congloriatum esse de homicidio patrato. Et licèt verum foret in duobus requisitis deficere confessionem hanc. Primò, quia non fuit probata per contestes de loco, & tempore, prout requiritur, ut diximus *dec.*41. *num.*48. Secundò, quia ut noceat confessio extrajudicialis, & ex ea oriatur indicium, requiritur quòd sit facta seriò, ut diximus *d. dec.*41. *num.*48. non jocosè, per lasciviam, vel jactantiam, gloriationem, vel vanamgloriam. Guaz. *def.*32. *cap.*34. *num.*10. *ver. Idemque erit.* Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.*3 *tit.*10. *num.*62. Vermig. *consil.* 33. *num.*3. Conciol. *resol. crim.*13. *ver. Confessio*, *num.*16. Majorana *in opopr. crim. lib.*2. *cap.*4. *num.*83. *ver. Quantumvis* (ubi etiam asserit quod quando confessio extrajudicialis facta per jactantiam deducitur in judicio tanquam delictum principale, & de per se, maximè si dicta gloriatio tendat in injuriam, aut damnum tertii, potest puniri aliqua pœna exrraordinaria. Judicis arbitrio. Gomez *var.*3. *cap.*13. *num.*8. *in fine*, Farinac. *in prax. qu.*82. *num.* 22. & *sequen.* Guaz. *def.*32. *capit.*33. *num.*7. Cabal. *resolut. crim.*81. *num* 9. Conciol. *resol. crim.*12. *ver. Confessio*, *num.*9. & *resol. crim.*8. *ver. Delictum*) Atverò ex hac jactantia, concurrentibus aliis, aliquam præsumptionem contra inquisitum resultare docendum apparuit, prout infra iterùm ponderatur, undè ex his videbatur apparere sufficienter de homicida constare, & eum esse puniendum pœna ordinaria. 21

Quoad 2. dubium visum fuit, homicidium fuisse proditorium; quia licèt verum sit, quod in homicidio, ut proditorium appareat, debeat per Fiscum probari qualitas exclusiva rixæ; aliàs præsumitur rixosum. Conciol. *res. crim.*5. *verbo Homicidium*, *num.*6. Ciarlin. *contr. lib.* 1. *cap.*10. *num.*112. & in homicidio appensato. Reg. Cortiada *dec.*98. *num.*30. *cum sequent.* dicimus latius *decis.*46. *num.*1. 22

Cæte-

23 Cæterùm in Catholonia, quidquid dicat Sperellus *dec.* 185. pro certo damus, dici homicidium proditorium, quando nulla interveniente causa rixæ, secutè quis occidit nil tale præcaventem, aut se defendere valentem, amicitiæ, vel inimicitiæ causa minimè considerata. Peg. *tom.* 1. *dec.* 54. *num.* 9. R. Cortiada ex pluribus *dec.* 96. *num.* 5. & 6. cui additur Marta *digest. navis. tom.* 2. *de homicid. cap.* 37. vel si adesset causa levis ob quam occisus non teneretur se præcavere. Sesse *de inhibit. cap.* 6. §. 4. *num.* 55. diximus *dec.* 39. *num.* 17.

24 Et quia fuit commissum crimen in incautum, de proditione homicidæ constare liquidò apparuit, nec visum fuit obesse, quòd non constabat per Fiscum probatam fuisse qualitatem rixæ exclusivam, quia recursum fuit ad limitationes regulæ, in quibus sine ulla probatione extrinseca exclusiva rixæ apparet ex re ipsa, & ex facto de qualitate proditionis, inter alias quas adducit ex Bartol. & aliis Reg. Cortiada *dec.* 96. *num.* 7. est in socio occidente socium in mensa sedentem ludendo, aut comedendo, seu bibendo, & illam limitationem amplians Matth. *de re crim. cont.* 30. *n.* 55. scribit ibi: *Nonne idem dicendum quoad illum, vel illos, qui in Curia, aut Palatio, aut Ecclesia concurrunt, ubi non rixæ, non pugnæ, non vindictæ tractantur, sed lites prosequuntur, negotia expediuntur, & sacra celebrantur? Nonne in milite palatino qui in ipsa fermè statione munus implet, & à commilitone, vel ejus uxore, illuc accedente, callidè necatur? Non enim Bartol. exemplum contemplatur materialem concursum in mensa, sed morale fidei communis vinculum in loco prorsus alieno à vindicta, percussione, & nece:* sicque præcisè non requiritur ad proditionem socii, quod socium occidat bibentem, aut comedentem in mensa; sed quod illum occidat in loco alieno à vindicta, sic etiam affirmat Cavalcanus *de brac. reg. par.* 1. *num* 83. proditorem etiam dici, qui sapida vina propinat, & cibaria delicata proponit.

Cum igitur in casu nostro paulò antequam amici illi amicabiliter alloquerentur, & biberent, inquisitus irrueret in amicum, qui incautus ex fide, & amicitiæ vinculo extiterat, proditor debuit adjudicari.

25 Ad tertium docet D. Augustinus, *tit. de pœnis. Ebriosus si vinum sorbet, ab eo abso betur, Deo sit abominabilis, ab Angelis despicitur, ab hominibus deridetur, à dæmonibus confunditur, conculcatur ab omnibus. Ebriosus confundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam, incurrit damnationem æternam.* Idem alibi ebrietatem describens inquit. *Ebrietas est flagitiorum omnium mater, culparum materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, subversio sensus tempestas linguæ, procella corporis, naufragium castitatis, amissio temporis, infamia voluntaria, ignominiosus langor, turpitudo morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela.*

26 Inter cætera conspicimus penès singulos tot morborum tormenta, corporis supplicia, podagricos, hydropicos, & febriles effectus, nonnunquam ut perpetuæ experientiæ argumenta evincunt, accidit, ut potator morte immatura præventus sine pœnitentia ad gehennam, & præpetuam calamitatem mittatur, & sic illud.

Ense cadunt multi, perimit sed crapula plures.

Ebrietatis naturam, & incommoda, ac ebriosorum mores hoc eleganti carmine David Milesius *in lib. suo de Ebr.* depinxit, quam loquentem, & se prædicantem inducit.

Illa ego terrarum domitrix, Regina malorum.
Quæ clarum toto nomen in orbe gero.
Dux scelerum suprema vocor, vitiique magistra,
Nil nisi dulce malum, nihil nisi dulce nefas.
Mors animi, grauesque furor, blandumque venenum
Morborum placidus fons, & amica lues.
Gurgulio, fundi barathrum, censusque vorago,
Ultio sum præsens, ipsaque pœna mihi.
Syrthis, Hydrops, syren, scylla, in sacrata Charybdis,
Grandior, & furiis omnibus esse feror.
Nam quæ gestarum surgat mi gloria rerum.
Notum est Eois occiduisque plagis.
Nullus erat sævis unquam bellator in armis,
Qui dederit gelida millia plura neci,
Nemo tot impune cades, tot funera nemo
Edidit, ac nostræ sæpè dedere manus.
Me fugiat Clerus, Princeps, Puerique, Senesque.
Quosque juvat Phœbi, aut Martia Castra sequi.

De his plura apud Crus. *de indic. p.* 2. *c.* 24. *nu.* 36. Beyerlin. *in the. vit. hum. verb. Ebrietas.*

27 Pro inquisiti ebrii pœna fuit magna altercatio, quia reus videbatur probatum habere, solitum fuisse inebriari, & quod illa die vesperè una hora ante commissum delictum ebrius erat, & ea de causa ludendo cum alio vespere irruit in terram, & collusores eum à ludo ejecerunt, & quod etiam multum biberat paulo ante commissum delictum, & ex post loquebatur verbis jocosis, & denotantibus continuatam ebrietatem; undè in maxima ebrietate adesse reum ex nimio vini potu, quam per dicta signa tempore commissi delicti demonstrabat, pro qua difficultate discussum fuit.

Primò, quod ebrietas cum sit difficilis probationis, & 28
ad illam cognoscendum plurimùm laboret intellectus, qui de facili decipi potest, illa probatur per signa, & conjecturas, Crispol. *de remiit. cas.* 19. *num* 24. & 25. P. Graffet. *de nece prodit.* §34. *num.* 2. *ver. Cum præsertim*, puta ex faciei transformatione, ex aspectu rubeo, & exhilarato, seu iracundo, ex loquela, & actibus indecentibus, vel aliàs extra propositum, ex nimia vini potatione, ex evomitatione, aut aliis similibus actibus. Farinac. *in prax. qu.* 70. *num.* 59. & *quæst.* 93. *num.* 26. Masc. *de probat. conclus.* 579. Crispol. *ubi supra num.* 24. Conciol. *resolut.* 2. *verbo Ebrietas num.* 5. Majorana *in opopr. crim. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 105.

Et testes de ebrietate deponentes, etiam non interrogati 29
debent ebrietatis afferre concludentes rationes per signa, ex Conciol. supra cit. Farinac. *in prax. q.* 93. *num.* 26. & antea *qu.* 70. *num.* 50.

Ebrius enim parum distat ab insano demente, & furioso, 30
l. perspicua 11. §. 2. *ff. de pœnis, cap. sanè* 15. *quæst.* 1. Crusius *de indic. p.* 2. *cap.* 24. *num.* 38. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. p.* 2. *tit.* 7. *sub num.* 32. *ver. Magnaest.* Aleiatus *embl.* 23.

Quos, nisi dementes, talia signa decent?

Melchior de la Cerda *in comp. eloquentiæ, vol.* 2. *de ebria, ver. Similitudo*, ibi: *Ut enim simulatque furor hominem invasit, ille omni judicio spoliatus, res agit plenissimas inconsideratissimæ, ac dementissimæ temeritatis: sic ebrius, quasi meme captus, non delectu aliquo, aut judicio duci potest, sed impetu semper, ac præcipiti furore, quem qui vident, ut insanum, & furiosum fugiunt, ne impetus faciat violentos, ac furentes: quia de mentis statu dejectus motus habet turbulentos, & concitatos, & omni ratione vacuos*, comprobat Conciol. *in verb. Ebrietas, resolut.* 1. *num.* 1. & *seq.* Majorana *in opopr. lib.* 2. *d. cap.* 4. *num.* 101. & furor probatur ex signis. Novar. *de elect. fori, sec.* 2. *qu.* 43. *num.* 5. *cum seq.* & signa sunt (ut inquit) quando quis absque causa projecit lapides per vias, quando quis via lutosa incedit, cùm bona possit incedere, quando quis per vicos more insanorum loquitur, vel vadit desidendo, quando quis loquitur verba inordinata, & similia, quæ ab homine sanæ mentis loqui non solent, quando quis reputatus est pro furioso, vel demente, quando is taliter habetur, & probatur à Medicis, vel peritis, quando ei datus est curator, & ibi latè, & quod testes non interrogati, ut probent debent rationem sui dicti reddere, & aliàs quomodo debeant circa id deponere, ut dementiam, vel furorem probent, & tradunt Mascardus *de probat. conclus.* 824. *cum tribus seqq.* Farinac. *qu.* 94. *nu.* 48. & *seq.* & *in frag. lit. F. nu.* 211. & *seq.* & *n.* 230. Conciol. *remissive in verbo Furiosus, resol.* 1. *n.* 15. qui allegat Farinac. *consil.* 221. *lib.* 3. dicentem furiosum, & fatuum æquiparari.

Secundò ebrietas dupliciter consideratur, ut innuit Ai- 31
ciat *Embl.* 24.

Nam qui procedere tendit
Ultra, alacer, sed mox ebrius inde furit.

Alii sunt ebrii quos vini potio hilares tantummodo redidit insolentes, audaces, iratos, vel turbulentos; non tamen rationis judicium tollit, nec diminuit, & hi si delictum patraverint, nulla ex parte excusari potuerunt. Zac. *in qu. med. legal. lib.* 2. *tit.* 1. *qu.* 11. Crispol. *cas. milit.* 19 *num.* 5. Cabal. *resol. crim.* 297. *num.* 26. Conciol. *verbo Ebrietas, resol.* 1. *n.* 9. Farinac. *in prax. q.* 93. *n.* 18. Majorana *in opopr. crim. lib.* 2. *c.* 4 *nu.* 102. quia inquit, quòd cum furioso æquiparati nequeant, æquiparationis causa cessante, excusationi locus non relinquitur.

Alii verò sunt qui ob immoderatum vini potum omninò 32
è mentis potestate decidunt, nihilque eorum amplius, quæ faciunt, & loquuntur, sciunt, & intelligunt, hi in pœnam legis Corneliæ de sicariis neutiquam incidunt; sed extra ordinem tantùm puniuntur, non quidem ob delictum in ebrietate commissum, cum ab eis consensus, & voluntas, & sic dolus videatur abesse, sed ob culpam quam com-

commiserunt sic se inebriando. Farin. *in prax. d. qu. 93. n. 4.* Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. p. 3. titul 9. num. 42. & seq.* §. 10. ubi late *de hac re.* Majorana *in opopr lib. 2. dict. cap. 4 num. 103. ex l. omne delictum 6. §. per vinum, ff. de re milit.* Conciol. *resolut. crim. verbo Ebrietas, resolution. 1. num. 1. & num. 3. & nu. 5.* Cabal. *resol. 297. num. 76.* Pegue. *decision. 7. num. 22.* illis adde Fab. *in C. lib. 9. titul. 10. def. 7.* Rota *recent. tom. 3. dec. 28. n. 125.*

33 Sed furiosi, & dementis in hac re aliquantulum diversa est ratio, inquit Fab. *in C. lib. 9 tit. 10. dicta def. 7.* ibi : *Si enim non per simulatam, & affectatam dementiam, sed vero furore percitus quis hominem occiderit, miseratione potius, quàm pœna dignus est, etiamsi parricidium admiserit, quo gravius crimen aliud vix ullum objici potest,* & infra ibi: *Nisi proponas talem esse furorem, qui habet dilucida intervalla, quo casu nemo dubitat, quin qualecumque crimen admissum extra furorem perinde in furioso, atque in alio quolibet vindicandum sit, in dubio tamen præsumendum est pro furioso, quòd in furore facinus admiserit, ut indulgentia, ac veniæ potius quàm irroganda condemnationis occasio quæratur.*

34 Si enim liquidò comperitur per peritorum depositionem, reum eo in furore esse, ut continua ista mentis alienatione planè omni intellectu careat, nec aliqua subest suspicio simulationis, dementiæ, aut furoris, à pœna liberatur, quia satis suo furore punitur. Farinac. *q. 94. n. 1. & fere per tot.* Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. p. 3. titul. 9. §. 15.* Conciol. *verbo Furiosus, resolut. 1. cum sequent.* Majorana *in opopr. crim. lib. 2. cap. 4. num. 89. & sequent.* qui *num. 93.* etiam post patratum crimen, & post fulminatum processum, & latam sententiam, si furor accedat, ex diversis DD. allegatis tenet, puniendum non esse furiosum pœna ordinaria, sed extraordinaria pecuniaria, non corporali, ex Conciolo citat. *num. 9.* Farinac. *in prax. dict. quæst. 94. num. 19.*

35 Etiam qui dilucida habet intervalla, si præsumptionibus, & conjecturis, & aliis actionibus dignoscatur, quod potius insaniam mentis sapiant, & furorem, quàm sanam mentem, ut puta si publicè palamque nulla præcedente inimicitia, nec occidendi causa, aliquem ex improviso vulneravit, & post vulnus illatum non se abscondidit, fugamque arripuit, nisi contrarium probetur, à pœna eximitur. Conciol. *dict. resol. 1. verbo Furiosus, num. 5.* declarat Farinac. *in prax. dict. qu. 94. num. 5. cum seqq.* Menoch. *de præsump. lib. 6. præsump. 45. num. 63. & seq.* cum aliis à Majorana adductis supra *nu. 90.* qui *num. seq.* ait quòd si actus talis esset, ut quilibet sapiens, & prudens sic illum egisset, ut puta si caute ex causa, seu inimicitia præcedente vulneraverit, & occiderit, & post vulnus se deliquisse cognoscens aufugerit, seu latitaverit, aut aliàs delictum occultum quæsierit, aut quid simile fecerit, quod mentis compotem eum esse tunc temporis demonstret, tunc quoniam actu simulato, ut plerumque eveniisse docent exempla, & extra furorem deliquisse præsumitur, à pœna non eximitur, allegat Conciol. *d. resol. 1. verbo Furiosus num. 7.* P. Graf. *de nece prodit. §. 34. num. 4.* Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. p. 3. tit. 9. nu. 66.* & Farinac. *d. q. 94. n. 11. in frag. lit. F num. 331.* Novar. *de elect. for. sec. 2. qu 42. num. 39.* qui in quæstionibus sequentibus de fatuo agit, & quæ tradit, ad rem applicari valent.

36 Cum N. Medicinæ Doctor delatus fuisset in R. C. de nece perpetrata in personam Speranciæ uxoris suæ die 11. Novembris 1659. ictu gladii, vulgo *Ganivet* domi suæ, & relator R. C. referret reum esse dementem, & ita ad deponendum incapacem, fuit resolutum, quod duo Medici DD. amentem recognoscerent, & relationem facerent, qui medio juramento homicidam prorsus à sensu mentis abstractum attestati fuerunt; Et hinc dubitatum fuit; an inquisitionis publicationi locus esset, non exacta à reo depositione, & sic lite non contestata, & fuit dictum pro reo consanguineos admitti ad probandum furorem, Farin. *qu. 99. num. 187.* & decisum refert Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. p. 3. tit. 9. §. 15 à num. 70.* Conciol. *resol. crim verbo Furiosus, resol. 2.* quia inquit, quod quando tractatur de delicto impunibili, admittitur procurator pro absente ad probandum impunibilitatem, licèt procurator regulariter non admittatur in criminalibus pro reo absente, & sic fuit conclusum quod publicaretur inquisitio, & quod in curatorem reo homicidæ assignaretur ejus filius, etiam Medicinæ Doctor, qui acceptavit, & juravit, & ex defensionibus per illum præsentatis constare apparuit de dementia homicidæ; quibus attentis, fuit traditus idoneæ manuleutæ, arrestatus in quadam domo præsentis Civitatis ad pœnam centum librarum solutioni se obligavit cutator, etiam proprio nomine, & uti fidejussor cum alio, & arrestum fuit provisum attenta gravissima infirmitate.

Postea meritis processus ad plenum discussis, fuit dubitatum, quid resolvendum; ponderabant Domini quod constito, prout constabat de furore ante homicidium, præsumebatur durare delicti tempore, cum qui furiosus semel fuit, in futurum in eodem furore persistere præsumatur, *cap. ult. de succes. ab intest.* & ibi Doctores. Menoch. *cons. 82. num. 220. & præsump. 45. num. 59. & 61.* Farinac. *qu 94. num. 52. & in frag. lit. E. num. 323. in fin.* Mascard. *conclus. 825. n. 1. & 1045. n. 32. & 1219. nu. 16.* Pacian. *de probat. c. 50. nu. 23. lib. 1.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 2. tit. 5. nu. 6.* taliter quod Fisco incumbat onus probandi contrarium. Cabal. *resol. crim. casu 297. n. 41. & 42.* 37

Et per consequens reum tradendum alicui consanguineo, ut illum in custodiam teneret, ex text. *in l. Divus 14. ff. de offic. præsid.* Cabal. *d. cas. 297. num. 41. & 42.* Ideò 11. Martii 1660. insequendo conclusionem in Regio Concilio factam, fuit provisum, quod pro nunc, & donec aliter foret provisum, dictus N. Medicinæ Doctor traderetur ejus filio, qui illum in custodiam haberet, attenta illius dementia, & furore. 38

Non protsus dimitti, & liberari debent furiosi, sed demandandi sunt suis, ut custodiantur, & si opus fuerit, ut strictissimè, & catenis trusis, manicis, vel postibus alligentur, aut compedibus ferreis impediantur, aut cellulis clathratis arctissimè includantur, non quidem in delicti commissi pœnam, ast ne incautius similia perpetrare valeant, aut in se ipsos, aut in alios, quid perniciosum moliantur ex *d. l. divus 14 ff. de offic. præsid. l. penul. §. 2. ff. ad leg. pomp. de parricid.* doctissimus Majorana *in opopr. crim. lib. 2. cap. 4. num. 90.* qui notat, quod si negligentes fuerint in custodiendo, hacque ex negligentia furiosus deliquerit pro modo culpæ, & negligentiæ custodes puniri debent, *ex d. l. divus.* Farinac. *in prax. d. qu. 94. num. 45.* qui supradicta comprobat, & antea Tiraq. *de pœnis temper. casu 2. num. 10.* 39

Dormiens autem qui furioso æquiparatur, Farinac. *in prax. q. 98. n. 64.* vel mortuo juxta illud. 40

Stulte quid est somnus i gelida, nisi mortis Imago.

Ut notat Clusi. *de indic. par. 2. cap. 24. num. 50.* & post eum Majorana *in opopr. crim. lib. 2. cap. 4. num. 107.* delinquendo non punitur si nulla ei potest attribui culpa; secus si esset solitus dormiendo delinquere, quia tunc videtur in culpa, si non fecerit diligentiam, ut solus sine armis, & clausis januis in suo cubili dormiret, qui tunc punitur pœna extraordinaria, Judicis arbitrio. Farinac. *in prax. d. qu. 98. num. 73.* Gomez *var. 3. cap. 1. num. 74.* & ibi Ayllon. Majorana *in opopr. lib. 2. cap. 4. num. 109.* qui *num. 111.* recitat judicatum inebriatam nutricem, contra parentum prohibitionem, puellam adhuc lactentem in lectum recipientem, eamque opprimentem, pœna extraordinaria punitam, secus dicendum esse asserit de matre infantulum in lecto recipiente, & ob lassitudinem fortè obdormiente, ac infantulum opprimente, quæ, cum culpa dicatur abesse, digna est ut excusetur, & allegat Farinac. *d. q. 98. n. 27.* qui rem benè declarat.

Tertiò suppono; quod si constiterit captaviisse ebrium dolosè, & de industria ebrietatem, ut delictum excusabilius patrare posset, pœna ordinaria punitur. Farinac. *in prax. qu. 93. num. 21.* Conciol. *resol. crim. 1. ver. Ebrietas, num. 12.* Majorana *in opopr. crim. lib. 2. d. c. 4. n. 105.* Cabal. *resol. crim. 297. n. 10. & 14.* 41

Quartò, quod non excusatur etiam à pœna ordinaria ebrius, qui sciebat solitum esse in ebrietate delinquere, aliosque percutere, & offendere, & ab immodica vini potatione non se abstinuerit. Farinac. *dict. quæst. 93 numer. 20.* Crusius *de indic. part 2. capit. 24. num. 42.* Conciol. *dict. resolut. 1. num. 11.* Majorana *in opopr. lib. 2. dict. capit. 4. num. 104.* 42

Nunc ergo ad casum; opposuit criminosus probatum habere solitum esse inebriari, & quemadmodum in teste solito inebriari non requiritur, ut probetur ebrium esse de tempore examinis. Farin. *in prax. q. 56. n. 436. & seq.* cum aliis Conciol. *resol. crim. ver. Testis quoad personas, resol. 12. num. fin.* ita in eo dicendum affirmavit, non requiri tempore commissi sceleris probari debere esse in ebrietate, quia probaverat esse solitum inebriari. 43

Ulterius opposuit de tempore commissi sceleris, probatam 44

tam habuisse ebrietatem una hora scilicet ante patratum delictum, ex nimia vini potatione in terram irruendo, qua ex causa eum à ludo arcerunt, & quod tam ante, quàm post delictum loquebatur verbis jocosis, denotantibus consummatam ebrietatem, & sic à pœna ordinaria fore excusandum, quia ut scribit Fab. *in C. lib.9. tit.*10. *def.*7. *in notis, num.*1. ibi, *Sanè ebrius est semper minus puniendus, nisi concurrat animus, & causa vindictæ*, tradit decisum Cabal. *de omni gener. homicidii nu.*188. ubi ait quod ebrius non est excusandus prætextu ebrietatis à culpa, licèt à dolo excusetur, & ideò puniendus est, non quidem pœna ordinaria delicti, sed aliqua extraordinaria mitiori; sequitur Clarus *pract. qu.*60. *num.*12. Thoro *tom.*2. *vot.*20. Papon. *lib.*1. *tit.*2. *arrest.*3. & 4. & supra etiam probatur.

46 Fiscus verò exponebat contra reum, quòd testes reum esse solitum inebriari deposuerunt de tempore quatuor, aut quinque annorum ante scelus commissum, & ebrietas debet probari de tempore perpetrati sceleris Farinac. *in prax. quæst.*93. *num.*23. Conciol. *resol. crim.*2. *verbo Ebrietas, n.*3. Majorana *in ovopr. crim. lib.*2. *c* 4. *n.*105.

Nec concludebant signa exteriora, ex quibus ebrietas probatur, & alii qui deponebant de ebrietate fundabantur in nimio potu, & non probant nisi simul constet ex potus immoderatione habuisse mentem læsam, Rota *dec.*34. *n.*6. *recent. p.*5. Zachias *qu. medic. legal. lib.*2. *titul.*1. *quæst.* 11. *num.* 12.

47 Unicus testis, qui de ebrietate Rei deponebat una hora ante commissum delictum, solum signum addidit quod reus irruebat in terram, & nesciebat quid agebat, quando colludebat, nec alia signa, valuti nimiæ potationis, & cetera demostrabat, de quibus apud DD. & amplius quòd nullus testis in defensam deponebat post commissum scelus an continuasset reus in ebrietate, prout per diversa signa probatum fuerat in casu quem refert Bartaz. *consil.*26. ubi ex ebrietate reum ad triremes condemnatum adducit.

48 Testes verò in offensam de tali ebrietate nil dicunt, & si consumatam ebrietatem reus haberet, proculdubio de ea referrent, quia nimia ebrietas satis se ipsam non animadvertentibus prodit, Zachias *qu. medic legal. lib.*2. *tit.* 1. *qu.*11. *num.*15. Imò testis 1. deposuit de verbis in alloquutione prolatis, ex quibus liquebat, quod reus respondebat ad casum; testes 2. & 6. deposuerunt quod alloquebantur amicabiliter, jocosè, & secretò, ut alii qui erant presentes, verba non audiissent: testis 4. deposuit, quòd inveniendo reum fugientem cum tormento manuali, quod manu gestabat, reus ei dixit *apartat*, ideſt discede: testis 5. idem deposuit, & addidit quando fugiens adinvenit dictum quartum testem, ei dixit, nil dicas: testis 9. deposuit, quod reus totis viribus procuravit à platea, ubi aderat copia gentium, aufugere: testis 10. quòd ei dixit reus, ut projectum in terra instrumentum manuale colligeret: testis 12. quod reus protulit se lætari de morte. & in idem etsi singulariter deposuerunt testes 11. & 17. & de confessione extrajudiciali homicidæ cum qualitate, quod insultatus dixit delinquenti, quod erat cornutus, & quod ea de causa eum interfecerat: pariter deposuerunt duo testes de mala qualitate inquisiti: & testis 13. deposuit reum aufugisse accipiendo iter ad portam loci, per quam exivit, & in ea obvium bajulum reperiendo, ad se cavendum viam inceptam obliquasse, eundo versus Conventum Sancti Francisci ad se liberandum à manibus justitiæ, quæ sunt signa non consumatæ ebrietatis; Nam docet Fab. *in C. lib.* 9. *titul.*10. *def.*7. non est satis ebrius, qui sibi cavere, aut quid agere prospicere potest, Petrus Erodius *rerum judic. lib.*6. *tit.*3. *cap.*29. ait ibi: *Porrò quod de ebrietate dicitur esse commenticium; quia si revera ebrius fuisset, nocuisset obnjo cuique, non uni, & noto, & inimico dumtaxat, veram ebrietatem non videri, qua mentem habet*, & noster Cathalanus eruditissimus Medicus Andreu *in tract. de curat. morborum, tom.*1. *lib.*2. *cap.*3. ubi refert signa ebrietatis, scribit ibi: *Sed præter hæc ebriosi quando incedunt semper sunt in trivio, quia licèt unico tantum exponantur itineri adeò indeterminatè moventur, ac si multa proponerentur eligenda.*

49 Tandem per testes singulares deponentes ad eundem finem, probatum fuit die subsequenti, cessante ebrietate gloriatum fuisse reum de homicidio commisso, & sic à pœna ordinaria non fore liberandum apparebat, ex Farinac. *d. qu.*93. *num.*22. ibi: *Limita* 4. *regulam procedere in eo, qui in se reversus, & ebriositate cessante malè contentus remanet de delicto in ebrietate commisso: secus si de eo glorietur, quia tunc ex ratificatione subsequuta apparet, quod eodem modo deliquisset, si non fuisset ebrius, meritò pœna ordinaria puniendus est, secundum Rip. in l. fin. num.*79. *ver. Tertio intellige, C. de revoc. donat. Menoch. de arbit. qu. lib.*2. *cas.*326. *num.*20. *Herculan. de cam. de non offend. cap.* 34. *post num.*21. *Et faciunt quæ in simili de iracundia dixi qu.*91. *num.*36. & dixerat in dormiente, *q.*96. *num.*75. ibi: *Limita tertiò, ut dormiens delinquendo non excusetur, quando vigilando ratum habuit. Menoch. de arbitr. qu. lib.* 2. *cas.*327. *n.*8. *allegat Joann. de Villamar. in repet. l. divus, n.*85. *in fin. ff. ad leg. Cornel. de sic.*

In causa quæ erat contra Antonium M. Villæ Acrimontis, die 7. Decembris 1679. referent. Nobili Petro de Amigant terriæ Aulæ Doctore, causæ relatore, propter infirmitatem Nobilis Jacobi de Potau I. R. C. Scriba Badia Not. fuit conclusum quod homicidium fuit proditorium, quod reus propter ebrietatem, quæ fuit commenticia non debebat exculpari; atverò quia non constabat concludenter inquisitum delictum commisisse, ut pœna ordinaria plecti posset; fuit condemnatus ad triremes in perpetuum. 50

DECISIO XLIV.

ARGUMENTUM.

De assassinio, ejusque probationibus, ac pœna. de testibus falsò, vel variè deponentibus; an expressio horæ, vel mensis sit de substantialibus depositionis testis; de requisitis ad probandum mandatum per indicia, & homicidium ex mandato secutum; ac ulterius profertur ex indiciis indubitatis, tam illius generis, quæ inducunt credulitatem sine actuali, & virtuali hæsitatione, quàm illius quæ inducunt credulitatem, absque aliqua hæsitatione actuali, sed cum aliqua hæsitatione virtuali, condemnari in Regio Consilio in delictis difficilis probationis ad pœnam ordinariam delicti: & ad eandem pœnam deveniri posse ex indiciis non indubitatis, quæ constituunt unum indubitatum cum aliis probationibus, & adminiculis in delictis occultis.

SUMMARIUM.

1 *Factum.*
2 *Assassinium propter criminis detestabilitatem probatur præsumptionibus, conjecturis, & probabilibus argumentis.*
3 *Non solum ad pœnam extraordinariam, sed etiam ordinariam.*
4 *Requiri indicia indubitata ad pœnam ordinariam, recitatur.*
5 *In Regio Concilio, ex indiciis indubitatis in delicti difficilis probationis condemnatur ad pœnam ordinariam, sive sint illius generis, quæ inducunt credulitatem ita firmam, ut neque actualem, neque virtualem habeat Judex dubitationem, sive illius generis, quæ inducunt credulitatem absque hæsitatione actuali, sed cum aliqua hæsitatione virtuali; imò etiam in delictis difficilis probationis, quamvis indicia non sint omninò indubitata, sufficit, quod plura sint indicia dubitata, ex quibus resultet unum indubitatum, & adsint alia probationes, & adminicula, ut possit condemnari pœna ordinaria delicti.*
6 *Qualitas assassinii novam, & atrociorem constituit delicti speciem.*
7 *Recitatur doctrina Marta.*
8 *In crimine assassinii testes de auditu cum adminiculis faciunt indicium ad torturam.*
9 *Essentia criminis assassinii consistit in eo, quod adsit mandans homicidium, qui conductor à jure dicitur, & mandatarius qui & locator est, cum expressa conventione de pretio, vel præmio, sive id sit in pecunia, sive in alia re, pretio æstimabili.*

10 *Li-*

10 *Licèt sit incertitudo pretii, vel præmii, cum verificetur certitudo promissionis, assassinium committi dicitur.*
11 *In assassinio requiritur animus deliberatus, imò plus esse occidere per assassinium, quàm ex proposito, & deliberati, nec proditionem esse necessariam ad assassinium, traditur.*
12 *Pœna mandantis, & mandatarii in assassinio, homicida proditorie, homicidæ ex proposito, vel per insidias, assignantur.*
13 *Qualitas assassinii est separata ab homicidio.*
14 *Recitatur doctrina Vargas Machuca, qui requirit plenas, & concludentes probationes ad probandam qualitatem assassinii.*
15 *Apud nos sufficere semiplenam probationem, ad qualitatem assassinii probandam, probatur, & declaratur.*
16 *Aliunde debet constare de qualitate animi deliberati, vel de qualitatis probatione, ut ex indiciis possit in homicidio sequi pœna ordinaria.*
17 *Quam probationem requirat assassinium, ut in sententia criminali possit formari delatum de assassinio.*
18 *Dubia facti, & num.19.*
20 *Confessio judicialis clara, certa, & cum juramento plenè probat contra confitentem.*
21 *Mandans est socius criminis.*
22 *Testi perjuro non creditur.*
23 *Testi vario non creditur.*
24 *Testis falsus non probat.*
25 *Mandans contra mandatarium facit tertiam partem probationis, tanquam socius criminis, & hic aliquando in delictis occultis facit semiplenam.*
26 *Mandans an indicium faciat ad torturam contra mandatarium.*
27 *Mandatarius contra mandantem an indicium faciat ad torturam.*
28 *An valeat argumentum de mandatario ad mandantem, & è contra.*
29 *Fiscus Regiæ Curiæ non tenetur inferere depositionem testis, factam coram inferiore, nec de ipsa habetur ratio, parte non opponente.*
30 *Testes non tenentur se prodere, nec testi in facto proprio defertur juramentum, nec ut perjurus in facto proprio punitur.*
31 *Testis sibi contrarius, & testes ad invicem contrarii in substantialibus non probant, & data inter contrarios, testium paritate, neutri puniuntur; sed si una probatio alteri præponderat, pauciores puniuntur uti perjuri, & falsi.*
32 *Concordia in testibus admittitur per verborum improprietatem, & subauditos intellectus, non ut contra reum probent.*
33 *Relinquitur arbitrio judicis, quanta fides sit adhibenda testibus concordatis, & testi sibi vario.*
34 *Si concurrit depositio testis judicialis, cum dicto extrajudiciali, statur judiciali cum juramento facto.*
35 *Demonstratio horæ non est de substantialibus depositionis testis, cum sufficiat quod de mense deponat, & probat testis qui deponit de ultimis diebus mensis transacti, vel de principio mensis sequentis, alterum ex utroque firmando; quia principium mensis dicitur usque ad medium mensis.*
36 *Expressio loci, & temporis saltem de mense requiritur in inquisitione, seu accusatione.*
37 *Quando varietas horæ obstet testi, ut non probet.*
38 *Recitantur circunstantiæ facti, usque ad n.39.*
40 *Testes inhabiles, si reperiantur veri in pluribus, censentur veri in omnibus.*
41 *Non officit diversitas horæ inter testes, quando ex diversitate horæ non inducitur diversitas facti.*
42 *In facto reiterabili falsitas non cadit.*
43 *Testi falso in uno, in cæteris creditur, quandò id statuit Princeps, Superiorem non recognoscens.*
44 *Si falsitas fuit per errorem commissa, dicto de causa erroris, in reliquis testi defertur.*
45 *Dominus Rex pro sua clementia in hoc Principatu leges sibi dixit, quibus stare se strinxit, nec in illis solus dispensare voluit.*
46 *Repulsa testium est Rei defensio.*
47 *Subornatio testis in Fisco non præsumitur.*
48 *Ad deponendum quis non compellitur, delictum capitale proprium revelando.*
49 *Timor est causa erroris.*
50 *Fama in delicto difficilis probationis facit indicium ad torturam.*
51 *Fama vehemens facit indicium ad torturam.*
52 *Quando fama orta post capturam faciat indicium ad torturam, usque ad num.55.*
56 *Mala fama in eodem genere mali facit indicium vehemens.*
57 *Licèt assassinus morte non sequuta non puniatur pœna mortis, etsi deventum fuerit ad actum proximum insultus, aut vulnerum; attamen si assassinus diffamatus sit similium, tunc etiam effectu non sequuto punitur pœna mortis.*
58 *Receptatio delinquentis facit indicium tractatus.*
59 *Defectus causæ in homicidio facit indicium mandati.*
60 *Conversatio cum malis hominibus facit indicium.*
61 *Secreta alloquutio inter mandantem, & mandatarium, quando faciat indicium 62. & 63.*
64 *Dum lex aliquid fieri incontinenti jubet, intelligitur* incontinenti fieri *quamprimùm potuit fieri.*
65 *Licèt ut præsumatur mandatum, debeant concurrere tria requisita, nempè secreta alloquutio, inimicitia capitalis, & quod homicidium incontinenti sequatur, si tamen alterum ex his deficiat, supplebitur per æquipolens.*
66 *Præsumitur delictum commissum ab eo in quo causa delicti verificatur.*
67 *Dubium in causa.*
68 *Constito de mandato occidendi, præsumitur homicidium commissum à mandatario.*
69 *De indicio famæ remissivè.*
70 *Latitatio post delictum infert ad delictum.*
71 *Fuga in homine malæ famæ facit indicium.*
72 *Incitatio mandantis, & spontanea acceptatio mandatarii, homicidio sequuto valdè considerantur.*
73 *De indicio mendacii remissivè.*
74 *Ex præsumptionibus formatur indicium, remissivè.*
75 *Homicida proditorius qua pœna puniatur.*
76 *Decisio Senatus.*

DOctor Paulus N. Villærotundæ jactu instrumenti manualis interemptus fuit 19. Decembris 1667 noctu in domicilio proprio, quod in eadem Villa fovebat, à Joanne N. dicto *Lo Collet de Renau*, de mandato Petri Martyris N. amasii Mariæ N. uxoris occisi, pecunia interveniente, exequutor necis carceribus detrusus, an probationibus convictus esset, fuit controversum; & dubium tem maximoperè reddidit, quando contra eum solum adesse videbantur probabilia argumenta super probatione sceleris nocturni; atverò indicia sufficientia ad pœnam ordinatiam vigere fuit visum; sed super qualitate homicidii major enucleanda mansit dubietas. 1

Communiter docent DD. quòd propter criminis detestabilitatem probatur assassinium per præsumptiones, conjecturas, & probabilia argumenta, *cap.1.* ubi notant Canonistæ *de homic. in 6.* Mascard. *de probat. concluf. 137. in princip. lib.1.* Decian. *tract. crim. lib.9. cap.30. numer.22.* Farinac. *in prax. qu.86. num.41. & qu.122. num.46 & consil. 99. num 3. lib.1.* Guaz. *def. reor.4. cap.13. num.11.* Cabal. *de omni gen. homicidii, num.516.* Giurba *consil.70. num. 22 & consil.91. num.1. cum seqq.* Gutier. *lib.3. qu.7. nu.21.* Gabriel. *lib.7. concl.1. de malef. num 20.* Sperel. *dec.101. nu. 3. p.4.* P. Graf. *de nece prodit. §.29. num.264.* & alii allegati per Conciol. *resol. crim.6. verbo Assassinium*, Reg. Matth. *de re crim. contr.15. num.25.* Laurent. de Franc. *cum obser.* Pasqualig. *de contentione inter Episcop. & Regul. ad Bul. Clem.8. de crimine assassinii, qu.15.* 2

Non solùm ad pœnam extraordinariam; sed etiam ordinariam, notant Clarus *in prax. §. assassinium, ver Præterea quamvis, & §. fin. qu.20. ver. Sias etiam*, Decian. *tract. crim. dict. lib.9. cap.30. numer.22.* Guaz. *dict. def. 4. cap.13. num.11. & 12.* Farinac. *in prax. dict. qu.86. nu. 42. & consil.196. lib.3.* Giurb. *dict. consil.70. numer. 22. circa medium*, Sperel. *dict. dec.101. num.3. p.2.* Conciol. *resol.* 3

resol. crim. 6. verbo Assassinium, num. 2. Laurent. Franch. cum Pasqual. *de contr. inter Epis. & Regul. super Bul. Clem. 8. d. q. 14. n. 172.* qui allegat alios.

4 Sed nihilominus pro hoc immani crimine requirunt indicia indubitata, ut possit condemnari ad pœnam ordinariam, Bos. Gabriel, Clarus, Riccius, Ansaldus, Scialoya, allegati per Conciol. *resol. crim. 6. ver. Assassinium, num. 2.*

5 Nos verò in sententia multoties amplexa in hoc Regio Concilio versamur; nam in delictis difficilis probationis ex indiciis indubitatis condemnatur ad pœnam ordinariam, sive sint indicia indubitata illius generis, quæ inducunt credulitatem ita firmam, ut neque actualem, neque virtualem habeat Judex dubitationem; vel sint illius generis, quæ inducunt credulitatem absque aliqua hæsitatione actuali, sed cum aliqua hæsitatione virtuali: imò etiam in delictis difficilis probationis, quamvis indicia non sint omninò indubitata, sufficit quod sint plura indicia dubitata, ex quibus resultat unum indubitatum, & adsint aliæ probationes, & adminicula, ut possit condemnari pœna ordinaria delicti, ut pluries recitavimus, & signanter dicimus *in dec. 41.*

6 Si hæc in homicidiis simplicibus procedunt, in assassinio minòra sufficere indicia, ad condemnandum assassinum ad pœnam ordinariam videbatur judicandum; nam qualitas assassinii novam, & atrociorem constituit delicti speciem, Farinac. *conf. 10. numer. 17. & 23.* Giurba *conf. 22. num. 15.*

7 Hinc voluit Marta *voto 238. numer. 1.* in hoc assassinii delicto semiplenam probationem sufficere ad condemnandum ad pœnam ordinariam, recitat Giurb. *consil. 41. num. 25.*

8 Inde tradunt alii DD. quod in crimine assassinii testes de auditu faciunt indicium ad torturam, Masc. *de probat. dict. conf. 137. num 4. lib. 1.* Gabriel. *de malef. conclus. 1. num 22.* Decian. *tract. crim. d. lib. 9. cap. 30. num. 22.* Farinac. *in prax. q. 69. num. 16. & seq.* ubi hæc procedere asserit concurrentibus adminiculis, aliàs secus, & *q. 123. num. 50.* Giurb. *d. conf. 41. num. 30. & conf. 70. num. 30.* recitat Conciol. *dict. resol. 6 verbo assassinium, nu. 3.*

9 Pro majori tamen intelligentia hujus nostræ observantiæ, præsupponenda sunt aliqua præludia, ex quibus innotescit materia suscepta. Sit primum, quod essentia criminis assassinii juxta communem, & receptam sententiam, consistit in eo, quod adsit mandans homicidium, qui conductor à jure civili dicitur, & mandatarius, qui & locator est, cum expressa conventione de pretio, vel premio *l. Non solum 11. §. Si mandato, ff. injuriis*, & ibi Bartol. *nu. 13. & 14.* Farinac. *in praxi qu. 123. num. 1.* & sic quoties concurrit conventio de pretio, sive id sit in pecunia, sive in alia quavis re æstimabili, cujus traditio non pendeat ab aliena voluntate, verum crimen assassinii committitur. R. Matth. *de re crim. con. 15 num. 11. & 12.* qui allegat Bartolum *in dict. l. Non solum, §. Si mandato, num. 14.* Paul. de Castr. *in l. 1. §. ult. ff. de eo per quem fact. erit.* Bald. & Salicet. *in l. non ideo, Cod. de accusat.* Grammat. *vot. 9. num. 3.* Carter *in praxi tit. de homicid. & assass. §. Circa igitur tertium, num. 5.* Jodoc. *in prax. cap. 83. rub. de homicid.* Julium Clarum *in dict. §. assassinium, num. 1.* & ibi Addent. *lit. A.* & Bajard. *num. 3. in fin.* Menoch. *de arbit. cas. 360. nu. 42.* Mascard. *d. li 1. concl. 138. num. 1. v. Primo amplia.* Franc. *dec. 176.* & ibi Addent. Novar. *qu. Forens. 45. p. 1. & ad Prag. Neapol. tit. de assass. prag. 1. collect. 2. num. 6.* Mastril. *de indult. cap. 29. nu. 11.* Marta *de jurisd. p. 4. cap. 129. num 6. & 7.* Rovit. *in prag. 1. de assass. num 5.* Riccium *collectan. dec. 101.* Joan. Bapt. de Thoro *in compend. dec. 1. p. ver. assassinium an judicetur, & tom. 2. eodem verbo, & in C. rerum judicatarum cas. 60. numer. 33.* Ciarlin. *controv. for. tom. 1. cap. 10. num 76.* Farinac. *conf. 4. num. 6. & d. qu. 123. num 37. cum seqq.* Giurb. *consil. 97. num. 4.* Caball. *de homicid. num. 491.* Guazzin. *d. cap. 88. n. 42.* Quibus adde Guazzin. *def. 4. cap. 13. num. 4.* Giurba *conf. 41. num. 10. conf. 46. num. 8. conf. 70 num. 24. & 37.* Farinac. *in prax. qu. 37. num. 90. & conf. 10. in princ.* ubi Addent. Gratian. *dicept. for. par. 3. cap. 598. num. 12.* Sperell. *dec. 102. num. 8. & seq. part 2.* Vermigl. *conf. 96. num. 6. & conf. 105. num. 12.* Uriel. *in exam. conclus. leg. 150. num. 33.* Conciol. *resol. crim. 1. ver. assassinium.* Gomez *var. 3. c. 3. num. 10.* ubi Ayllon, Laurent. de Franchis cum Palq. *de controv. inter Epis. & Reg. super Bulla Clement 8 de crimine assassinii qu. 15.* Luc. ad Franch. *dec. 176. tot.* R. Cottiada *dec. 95. & 101. ferè per tot.* Faria ad Covar. *lib. 2. capit. 20. numer. 12. & sequentib.* Rosa *in prax. cap. 6. num. 26.*

Imò licèt sit incertitudo pretii, vel præmii, cum verificetur certitudo promissionis, assassinium committi dicitur, ut ex Franch. Novar. Rovito, Riccio, & Thoro scribit R. Matth. *d. cont. 15. num. 15.* Farinac. *de immunit. c. 8. nu. 125.* Giurba *consil. 70. nu. 25.* Faria ad Covar. cum pluribus citatis *lib. 2, var. cap. 20. num 99.* R. Cortiada *dec. 95* . . *& sequent.* 10

Secundum, ut assassinium dicatur commissum, requiritur animus deliberatus in occidente, Guazz. *def. 1. cap 38. num 42.* & plus esse occidere hominem per assassinium, quàm ex proposito, & deliberatè; nam insidiosè agit, ut alter occidatur, ait R. Cortiada *dec. 95. num 2.* & amplius scribit Faria ad Covar. *lib. 2. d. cap. 20. num. 87. & 88.* non esse necesse, ut proditoriè homines incauti occidantur, ut assassinium committatur; nam malitia hujus criminis provenit ex eo, quod propter lucrum, atrocissimum homicidii delictum perpetretur. 11

Tertium sit, quòd apud nos regulariter assassinus tam mandans, quàm mandatarius puniuntur pœna mortis in alta furca, absque aliquo additamento alterius pœnæ, & ut plurimum cum additamento amputationis manus in loco commissi delicti. R. Cortiada *dec. 95. num. 32.* quæ pœna mortis in alta furca interdum etiam cum additamento amputationis manus in loco commissi delicti imponitur homicidis proditoriis sine qualitate assassinii. R. Cortiada *dec. 96 à num. 45.* Prout etiam punitur homicida ex proposito, & appensatè, ac animo deliberato, & præmeditato, qui punitur eadem pœna mortis, & aliquando cum aliquo additamento, R. Cortiada *dec. 98. nu. 19. 20. & seqq.* & idem dic de homicidio per insidias commisso: ex traditis ab eodem R. Cortiada *dec. 97. nu. 11.* 12

Quartum, quòd qualitas assassinii est omninò separata ab homicidio, juxta tradita à R. Cortiada *dec. 98. num. 30.* quinimò est qualitas superaddita homicidio qualificato; nam assassinium præsupponit insidias, vel animum præmeditatum, vel proditionem, & quod frequenter cum proditione contingat committi dixit Faria ad Covar. *lib. 2. dict. cap. 20. nu. 87. & 88.* 13

Quintum, licèt noviter scribat D. Joan. Chrysostomus de Vargas Machuca *dec. 49. num. 12. & seqq.* ad probationem homicidii sufficere indicia indubitata; atverò ad probationem qualitatis homicidii ex quo resultat assassinium, esse necessarias veras, & per necesse concludentes probationes, per illa verba, ibi: *Ad probandam qualitatem; ex qua resultat assassinium, sunt necessaria plenissimè probationes per necesse concludentes, ut ita post Anchoran. & alios, animadvertit Gabri. conf. 170. num. 26. vol. 1. ubi resolvit qualitatem interventionis pecuniæ, aut promissionis, non posse certificari, nisi id veris, & plenis probationibus appareat, pulchrè Roland. conf. 12. ibi: Nec obstat, quod in delictis atrocibus licitum sit transgredi leges, quoniam respondetur, quod sententia ipsa procedit in puniendo, videlicèt quando constat reum esse culpabilem, & verè delinquentem; secus verò in procedendo, quia in processu non scitur verè, an inquisitus sit delinquens: nam tunc pendente defensione non possumus dicere, quod simus in delictis enormibus, sed in imputatione enormis delicti: nec enim sequitur, quis est inquisitus de tali crimine, ergo reus est talis criminis verè, quia non dicitur talis, donec sit pronunciatus pro tali. Hoc apertius declaravit Mascard. conclus. 137. num. 4. postquam enim ibi dixit testis auditus facere indicium contra assassinum ad torturam, & quod habet id delictum alias specialitates in illius probatione, dixit ad propositum, sic intellige hanc ampliationem, ut ita demum procedit, quoties cumque constet de hujusmodi qualitate assassinii, secus autem si dubitaret, an quis contraxerit assassinium, necne, ut per Gram. vot. 11. nu. 4. & 5. Farinac. quæst. 37. num. 90. & 123. num 64. vers. quod intelligas, dummodo constet de qualitate assassinii, secus si de ea dubitaretur, idem Farinac. quæst 86. num. 46. & conf. 10. nu. 25. & in addit. lit. E. idem tenet Vulpellus conf. 143. num. 2.* ibi: *Quia id verum est, postquam de assassinio clarè liquet, non verò quando negatur, in dubiumque factum revocaret Tiber. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib 9. cap. 30. num. 25. idem tenet videnda Giurba dec. crim. 70. n. 35. vers. Tertiò assassinii qualitas, qua distinctione sit satis Cassanco in consuetud. Burgundia Rub. 1. tit. de Justices num. 12. Vincent. de Franch. dec. 176. Nov. lib. 1. quæstionum Forens. qu. 52. & aliis decisionibus, omnes enim loquuntur, quando plenè constat de qualitate assassinii,* 14

quo

quo casu adversus delinquentem in ejus probationem proceditur nudis probationibus irregularibus.

15 Attamen apud nos qualitas assassinii superaddita homicidio insidioso, non est probanda per concludentes probationes, quia sufficit, quòd qualitas illa probetur per semiplenam probationem; nam ut supra diximus in præludio tertio, regulariter eadem pœna punitur homicida insidiosus, ac assassinus: unde qualitas illa assassinii non est probanda respectu pœnæ ordinariæ mortis, quando constat homicidium fuisse insidiosum; solum igitur investiganda est illa qualitas assassinii ad formandam delatum, vel motivum assassinii in sententia, quod non requirit plenam, sed semiplenam probationem, ut quotidiana praxis nos docet, & fit aliàs certum; quia ex illa semiplena probatione qualitatis delicti, excluditur reus à beneficio immunitatis Ecclesiasticæ. R. Cortiada *decision.* 21. *num.* 75. ex semiplena probatione infligitur reis tortura, ut diximus *decision.* 14. *num.* 17. *& seq.* & ex semiplena probatione privatur reus beneficio supplicandi, ut latè diximus, *decis.* 51. *par.* 2.

16 Sextum sit, quòd cum qualitas homicidii sit res distincta, & separata ab homicidio, & sic qualitas animi deliberati, proditionis, aut insidiarum sit distincta, & separata res ab homicidio, ut suprà diximus in præludio quarto; licèt homicidium occultum probetur indiciis indubitatis, vel indiciis dubitatis, ex quibus resultet unum indubitatum, & adsint aliæ probationes, & adminicula, ut possit condemnari pœna ordinaria delicti: attamen non est dubitandum quòd aliunde debet constare ex conjecturis, vel ex iisdem indiciis de qualitate animi deliberati, vel aliunde debet constare de qualitate proditionis, ut quia fuit à tergo commissum, vel aliàs, ut homicida possit puniri pœna ordinaria, ut diximus *decis.* 8 *numer.* 47. *cum sequent.* ubi etiam probavimus, quòd ex teste de visu, qui deponit de delicto, & qualitate delicti deliberati, vel proditorii, extantibus aliis indiciis superantibus efficaciam unius testis omni exceptione majoris, condemnari non potest ad pœnam ordinariam delicti, nisi ex eisdem indiciis, vel aliunde ex aliis conjecturis constet de animo deliberato, vel ex aliis probationibus aliunde constet de proditione, vel constet esse delictum ex se proditorium, quia ex dicto illius testis de visu etiam deponentis de qualitate delicti, tantùm infertur semiplena probatio, quæ non sufficit pro pœna ordinaria, unde illa semiplena probatio conjungi debet cum alia semiplena probatione, ut plena, & perfecta dici possit sufficiens ad pœnam ordinariam.

17 Ex his suppositis infertur, quòd cum in assassinio tria considerentur, videlicèt. Primò homicidium. Secundò qualitas homicidii, quæ consistit in animo deliberato, insidiis, vel proditione. Et tertiò qualitas superaddita assassinio, quæ consistit in conventione inter mandantem, & mandatarium de pretio, vel præmio ad homicidium committendum; & æquali pœna regulariter punitur homicidium insidiosum, proditorium, vel deliberatum, ac punitur assassinium, parum immorandum est in indaganda qualitate assassinii respectu pœnæ infligendæ, sed solùm curandum venit de investiganda qualitate assassinii, ut formari possit in sententia delatum de assassinio, quod tantùm requirit semiplenam probationem; sicque constito de homicidio insidioso, deliberato, vel proditorio, infligitur pœna mortis inculpato, eo motivo expresso in sententia criminali, quia constat de nece proditorie, vel per insidias, vel animo deliberato commissa, & quando ultro constat per semiplenum probationem de qualitate assassinii, exprimitur etiam in sententia de nece per assassinium commissa, ea forma qua recitatur in exemplaribus relatis à R. Cortiada *dec* 95. *num.* 32.

18 Ad controversiam facti contingentis accedendo pro infligenda pœna inquisito, tria fuerunt indagata. Primum, an constaret de qualitate assassinii. Secundum, an saltem constare de mandato ad homicidium committendum. Tertium, an imputatus convictus esset de nece. Circa primum exposuit Fiscus depositionem mandantis, qui cum juramento, ut testis declaravit, quòd cum Maria N. tractasset occidere facere virum ejusdem, ut turpem consuetudinem sine obstaculo posset continuare, exploravit testis inquisito, ibi: *Que si volia matar al Doctor en medicina Pau N. que ell testimoni lo pagaria molt be tot allo que ell vol dria, y à las hores Joan N. dit lo collet de Ranau, respongue ell ho feria de bona gana de matar al dit Doctor N. empero que ell testimoni li a via de donar la traca*, id est, quod si occidere vellet Doctorem Medicinæ Paulum N. testis verè solveret omne quod vellet, & tunc Joannes N. dictus *lo collet de Renau*, respondit se libenter interfecturum fore dictum Doctorem N. sed tamen testis modum, & normam ei daturus erat. Ulterius attestatus fuit casum cum circunstantiis necis exequutæ, & quod conduxit mandatarium ad locum necis patrandæ, de qua post dies quatuor, aut quinque habuit testis notitiam ab ipso interfectore, & eidem in pretium tulit viginti quinque regalia.

19 Et licèt ultrà dictum mandantis alia adminicula concurrerent, parvi fecit Senatus qualitatem assassinii indagare pro pœna, quin eandem meruit imputatus constito de nece, præcedente mandato exequuta, ut supra probavimus in tertio præludio. Proindè circa secundum dubium, an constaret de mandato ad occidendum: & tertium dubium an constaret inquisitum mortem exequutum fuisse, circumspecta, & admodum singularis fuit indagatio.

20 Circa secundum dubium, an constaret de mandato ad occidendum per inquisitum acceptato, Regius Fiscus ponderavit ulterius depositionem judicialem mandantis contra mandatarium, quæ si ageretur contra mandantem, nulla ambiguitas manereret contra eundem, plenam facere probationem; quia fuit clara, & cum juramento judicialiter emissa, & sic sufficiens in omni genere delicti ad pœnam ordinariam, & probatur ex Doctoribus per nos allegatis *decision.* 21. *numer.* 1. Carolus Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.* 5. *num* 1. *& seqq.* (ait quòd si delinquens proprio ore sponte crimen coram Judice fateatur, unde ex spontanea confessione vitæ periculum subeat, admirationis res est, cum repugnet naturæ, quæ sponte sua fatagit, & conatur delictum excusare. Genesis *cap.* 3. 4. Hoc nos considerando cognovimus, quod Dei opus est: ipse fecit cæcos videre, & mutos loqui, ipse enim facit, ut delinquens, aut inconsideratè, aut præ dolore commissi criminis fateatur facinus, quod priùs industriosè commiserat, ut condignam pœnam patiatur) & signanter docent in assassinii crimine Capicius *decision.* 155. *numer.* 11. & 18. Giurba *cons.* 22. *tot.* Thoro *in comp. decis. vers. Assassinium in* 2. maximè in facto contingenti, ubi alia adminicula concurrebant, & constabat de scelere subsequuto, Decianus *lib.* 9. *cap.* 34. *num.* 33. & 34. Cassan. *in consuetud. Burg. rub.* 1. §. 5. *num.* 46.

21 Atverò quia actum fuit contra mandatarium videbatur dicendum, nullam facere mandantem probationem, ex variis rationibus. Prima, quia mandans fuit socius criminis, & sponte sine tortura depositi, cui non creditur sine tortura, ut docent relati à Peguera *dec.* 5. *num.* 40. Farinac. *in prax. qu.* 43. *à num.* 134. & plures per nos relati *dec.* 16. *num.* 16.

22 Secunda, quia testis mandans fuit perjurus, nam ante evocationem causæ ad Regium Criminale Concilium, ut testis cum juramento interrogatus negavit homicidium, quod in Regio Concilio postea attestatus fuit, & testi perjuro non creditur. Farinac. *in prax. q.* 66 *n.* 124.

23 Tertia, quia etsi extrajudicialiter alicui fassus fuerit illud dedisse mandatum; fuit cum circunstantiis omninò diversis à Judiciali, & ideò nil probare testem apparebat, tanquam varia, & diversa deponentem, Farinac. *cons.* 10. *nu.* 8. *& 43: tom.* 1. *& in prax. q.* 44. *n.* 26. Vermigliol. *cons.* 117. *n.* 3. *& cons.* 333. *num.* 6.

24 Quarta, quia falsò attestatus fuit mandatarium patrasse delictum inter octavam, & nonam horas noctis, quando constitit homicidium commissum fuisse inter sextam & septimam horas noctis, & falsus in hora, & tempore delicti, in reliquis falsus debet reputari, Farinac. *in prax. q.* 66. *nu.* 111. ubi ait quòd si falsitas esset in loco, seu tempore, dicitur falsus in substantialibus, *ibidem num.* 140. idem tenent Font. *de pactis* 1. *claus.* 4. *g.* 21. *p.* 1. *nu.* 74; Surdus *dec.* 16. *nu.* 4. Guaz. *def.* 19. *c.* 2. *nu.* 9. & 28. *c.* 13. *nu.* 14. Narbona *in antelogio num.* 119. quæ procedunt etiam in sociis criminis, Guaz. *def.* 32. *cap.* 9. *nu.* 3.

25 Sed his non reluctantibus apparuit mandantes adversus mandatarium tertiam saltem partem probationis feciisse quia mandans, & mandatarius socii criminis reputantur, & in illo scelere socii ad testificandum admittuntur. Decianus *lib.* 9. *cap.* 30. *nu.* 43. Farinac. *in prax. quæstion.* 43. *numer.* 50. & 65. Peg. *decis.* 5. *num.* 19. Marta *voto* 238. *nu.* 2. Guaz. *def. reor.* 4. *cap.* 14. *num.* 9. in hocque Princip. socii criminis admittuntur ad testificandum, reprobata distinctione an deponant in tortura, vel extra torturam, & unusquisque

que eorum facit tertiam partem probationis; & aliquando in delictis occultis semiplenam probationem. Peguer. *dict. decis. 5. num. 38. & 39 in fin. & decis. 76. num. 3. circa medium*, Castillo *decis. 160. numer. 3. & 29.* diximus latè *decis. 16.*

26 Dictum mandantis an faciat semiplenam probationem, seu indicium sufficiens ad torturam, quod arbitrio Judicis relinquatur docet Decian. *tract. crim. dict. lib. 9. cap. 30. num. 43.* & semiplenam probationem facere tenet Marta *dict. voto 238.*

27 Nec in hanc partem procedit argumentum de mandatario ad mandantem, hoc est quod mandans contra mandatarium semiplenam probationem facere non debet, sicut mandatarius contra mandantem semiplenam non facit probationem sine aliis indiciis, vel adminiculis, sive acceptaverit mandatum, sive solummodo fuerit requisitus, & de delicto tentatus, Farinac. *in prax. quæst. 44. num. 11. 12. 16. 19. & seq. & quæst. 45. num. 1. & 34.* Didac. de Cantera *quæst. crim. de iudic. ad tortur. sub cap. 11. nu. 10.* Bossius *in prax. in eod. tit. num. 144. & 145.* Scialoya *in prax foriudic. cap. 4. num. 76.* Vermig. *consil. 24. num. 1. consil. 29. n. 16 & cons. 171. num. 24.* Cyriac. *contr. 485. numer. 17.* & cum aliis Conciol. *resol. crim. 11. verbo Mandatum n. 6.* Joseph. Riccius *de pub. Judic. in genere, quæst. 20. num. 1. & seqq.* & pluribus laudatis Majorana *in opoprax. crim. lib. 2. cap. 8. num. 100. & seqq.* (rationem recitans nam aliàs esset in facultate cujuslibet sceleſti, ut quilibet vir probus tormentis subiiceretur, quod absurdum non minus quàm impium esset. Danza *de pug. DD. tom. 3. tit. de judic. cap. 9. num. 10.*) ita pariter nec mandans facit indicium ad torturam contra mandatarium.

28 Quia à cessante ratione considerabatur differentia inter mandantem, & mandatarium; nam mandans sequuto homicidio non punitur de mandato, sed de homicidio. Decianus *lib. 9. dict. cap. 32. num. 5.* imò mandans principalis judicatur, ut refert Giurba *consil. 22. num. 9.* & patet quia *cap. 1. de homicid. in 6.* de mandante loquitur, & pœna mandatario per extensionem applicatur. Reg. Cortiada *decis. 95. num. 6.* & facilè poterit mandatarius exculpari à depositione mandantis docendo propriam innocentiam in homicidio, quando illud non occultè committitur; sed difficile erit mandanti, cum mandatum secretè, & sine aliorum copia tractetur. Etsi hæc non subsistant, sumendo regulam à fide, quæ adhibetur mandatario contra mandantem adiunctis adminiculis fides adhibebitur mandanti adversus mandatarium, quia ultra dictum mandantis quamplurima concurrunt adminicula in facto, ut infra liquebit.

29 Secundæ obiectioni ponderatæ contra depositionem mandantis, quod periurus fuit testis mandans, quia in prima depositione jurata coram inferiore deposuit se nescire homicidam, quem postea in secunda depositione in R. C. declaraverat, fuit responsum quod de depositione facta coram inferiore ordinario non constitit in processu Regiæ Curiæ, nec eam F. P. R. C. debuit in processu inferere, nec ita Senatus de ipsa rationem habere debuit parte non opponente Fontan. *tom. 1. decis. 129.*

30 Pariter nec coram inferiore mandans ut testis tenebatur se prodere, veritatem respondendo, nec in facto proprio juramentum erat deferendum. Peg. *in prax. crim. cap. 12 §. 5. num. 6.* Petra *de fideicom quæst. 12. num. 1269.* Guttierez *de juram. par 3. cap. 10. in fin.* qui duo docent tunc periurum testem non esse, nec puniri debere tenet Farin. *consil 60. nu. 129. & seq. lib. 1.* Guaz. *def. 20. cap. 3. num. 8.* Scaccia *de judic. lib. 2. cap. 8. num. 886. & seq.* Conciol. *resol. crimin. 11. ver Testis quoad dicta.*

31 Ac ulterius fuit responsum, quod licet nec testi sibi ipsi contrario, nec testibus adinvicem contrariis in substantialibus credatur, ut latè diximus *decis. 8. num. 33. cum seq.* & probant Conciol. *resol. crimin. verbo Falsum, resol. 16.* Faria ad Covar. *lib. 2. cap. 13. num. 66.* ubi de materia, Majorana *in opoprax. crim. lib. 2. cap. 6. num. 83. cum seq.* (ubi inquit quod data inter contrarios testes paritate neutri puniuntur; sed si una probatio alteri præponderat, pauciores puniuntur uti periuri, & falsi Farin. *in prax. quæst. 65. nu. 6.* Attamen contrarius sibi ipsi non fuit judicatus testis iste, nam in prima depositione solum dixit: *Io sennor, no seqai ha mort à dit Doctor N.* id est: Ego, domine nescio quis occidit Doctorem N. & in secunda depositione non utique deposuit sciviſſe homicidam, sed mandasse dicto Collet homicidium committeret, & sic assertivè solùm in secunda depositione respectu mandati deposuit, & huic depositioni esse standum tradit Farinac. *in prax. quæst. 66. num. 163.* maximè attento, quia notitiam delicti habuit à mandatario diebus 23. vel 24. & prima depositio facta fuit die 22. unde verum dixisse in prima depositione apparuit, cum tunc adhuc ignoraret testis homicidium.

Quæ omnia comprobantur, nam concordia in testibus admittitur per verborum improprietatem, & subauditos intellectus. Farinac. *in prax. quæst. 65. num. 43. 48. & seqq.* omnibus illis modis quibus contraria jura, & leges solent concordari, Farinac. *ibidem numer. 55. & 59. & sequentibus*, & licet id dicant, ut evitetur perjurium, & non ut contra reum testes probent. Farinacius *in eadem qu. 65. num. 79.* Sousa *in aphor. inquisit. lib. 2. cap. 6. numer. 19* & post reos Carena *de offic. Sanct. Inquisit. part. 3. titul. 6. num. 55.* 32

Adhuc tamen relinquitur arbitrio Judicis quanta fides testibus concordatis sit adhibenda, notabiliter observat Bossius *in prax. de opposit. contra testes, nu. 11. verb. Ubi tamen* Carena *de offic. sanct. Inquis. par. 3. tit. 6. §. 7. nu. 56.* ubi *n. 48.* respectu unius testis sibi varii, & contrarii eod. modo regulam format, & ulterius ad supplementum fidei testis considerare debuit Senatus diversa adminicula, quæ fuerunt in contingentia ponderata, & infrà notantur. 33

Tertiæ obiectioni fuit responsum, mandantis dictum fuisse extrajudiciale, & sine juramento, cui non statur, Farinac. *in prax. q. 74. n. 30.* Carena *de offic. S. Inquis. par. 3. tit. 10. num. 39. & 40.* præcipuè *num. 1 tit. 7.* cum aliis laudatis Conciol. *ver. Testis quoad dicta resol. 9. & ver. Testis, quoad examen, resolut. 2.* & depositionem judicialem qua confessus fuit præbuisse mandatum, esse cum juramento, & huic esse standum est in comperto, Farinac. *in prax. qu. 66. num 148. & 193. cum seq.* Clarus §. *falsum, num. 5. ver. Et in hoc proposito scire debes*, comprobat ex Menoch. Boer. Menchac. Faquin. Vivio, Rolando, Gail, Bossio, Gabriel, Barbosa, Cevallos, Faria ad Covarr. *lib. 2. variar. capit. 13. num. 56.* & dicit hanc sententiam esse receptam in praxi, & veram, scribens ibi: *Ratio est, tum propter juris jurandi Religionem, ac Judicis auctoritatem, tum quia assertiones extraiudiciales plerumque ingratiam amicorum proferuntur, multique profusè, & absque consideratione extraiudicialiter loquuntur ad favorem partis, qui in judicium adducti cautius, & maturius deliberant, atque veritatem dicunt, ut ex Felino in cap. cum in tua in fine, vers. Item qui assertiones de testibus, observat Pacian. de probat. lib. 1. cap. 9. n. 23.* 34

Quartæ, & ultimæ obiectioni, videlicet falsò deposuisse mandantem, esse commissum homicidium inter octavam, & nonam horas noctis, quia ex processu apparuit esse commissum inter sextam, & septimam horas noctis, potuit responderi, quod demonstratio horæ non est de substantialibus depositionis testis, cum sufficiat quod de mense deponat. Farinac. *in prax. quæst. 64. nu. 107. & 111.* Intrig. *decis. 40. num. 22. & 23.* ubi ait quod probat testis qui deponit de ultimis diebus mensis transacti, vel de principio mensis sequentis, alterum ex utroque affirmando; quia principium mensis dicitur usque ad medium mensis. 35

Prout etiam solùm expressio loci, & temporis saltem de mense requiritur in inquisitione, sive accusatione, docent Doctores communiter, Farinac. *in prax. quæstion. 1. num. 12. & sequentibus* Scaccia *de judic. libr. 1. cap. 51. numer. 20. & seqq.* Guaz. *def. reor. 3. cap 3. per totum*, Ursel. *in conclus. leg. 26. num. 38. & sequentibus* Cyriac. *controv. 488. numer. 51. & sequentibus* Vermig. *consil. 254. num. 4.* quos laudat Conciol. *resolut. crimin. 7. verb. Accusatio tot.* Majorana *in opoprax. crimin. libr. 2. capit. 4. numer. 7. cum sequentib.* 36

Ulterius quia ut docet Narbona *in horograph. juris in antelogio, num. 119.* licet horæ appositio foret necessaria, ut testes probarent, & varii dicerentur testes ex horæ variatione, ut si unus verbi gratia deponeret hora tertia, alius octava commissum delictum; attamen id intelligitur dummodo ex tali diversitate, diversitas facti induceretur, argumento eorum quæ Farinac. congerit *quæst 64 n. 82.* (ubi *num. 82.* id limitat ubi diversitas temporis esset talis, ut dictum unius testis comprehenderetur sub dicto alterius secundum Archid. *in cap. nihilominus, num. 1. ver. Si autem unus diceret*, & ibi Præpos. *n. 5. ver. Sit autem diversitas unius 3. q. 9.* ut puta quando unus testis diceret homicidium commissum die Lunæ, alter hora tertia, alter eadem die, tunc enim cum dictum unius comprehendatur sub dicto alterius omnes concordes, & integri habentur) & in facto controverso ex diversitate horæ non inducitur diver- 37

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sitas facti, aliunde pex testes comprobari, ut infra patet, & sic nil testi obesse divertitatem horæ apparebat affirmandum.

38 Fuit itaque responsum, prænotando quod depositio mandantis in aliis circunstantiis aliundè fuit corroborata: Primò in eo quod deposuit, inhonestam vitam egisse cum uxore occisi, probatum extitit per octo testes: secundò in eo quod deposuit quod eadem uxor consensit in necem viri, manifestum apparuit ex variis indiciis in sua specie concludenter probatis, videlicet, ex odio in virum, de quo assiduè vir conquerebatur, licet esset homo pacificus; ex enunciatione facinoris incontinenti quo audivit factum instrumenti manualis *Ayal Doctor antirat*; hoc est, heu! in Doctorem jecerunt; ex quo non fuit lacrymata; nec conquesta de nece viri; ex quo renuit cadaver viri prospicere; ex quo ratificavit facinus, dicendo tace mulier, quæ miseratione ducta de eo conquerebatur; ex fama, & præcipuè, quia fuit adultera, contra quam adest vehemens præsumptio consensus in necem mariti: cuncta hæc latè recitamus in decis. seqq.

39 Tertiò quod mandatum præbuit ad occidendum: illatum fuit ex indiciis quæ infra ponderantur, prout manifestè apparuit id quod deposuerat, absconditum habuisse mandatarium per tres dies, & duas noctes, usque ad illam commissi homicidii in domo Mariangelæ N. ex depositione ejusdem.

40 Quartò, quod conversatus fuerat post delictum cum mandatario, pariter aliundè fuit probatum; ac tandem in omnibus circunstantiis depositionis fuerunt ministrati testes, & ad unguem factum fuit verificatum; & intrat ad rem indubitata propositio, quod si testes inhabiles reperiantur veri in pluribus, debent censeri veri in omnibus, Guaz. *def.* 25. *cap.* 1. *num* 24. *& defens.* 28 *cap.* 13. *numer.* 18. Decian. *tract. crimin. libr.* 9. *cap.* 39. *num.* 30. *in fine*, *& num.* 31.

41 Et in hanc rem ulterius allego Narbona *in horograph. jur. in antelog. numer.* 119. ubi ait nil officere diversitatem horæ inter testes, quando ex diversitate horæ non inducitur diversitas facti. Et hoc factum diversum non esse à quo deposuerat mandans, apparet, quia in omnibus, minus in hora manst comprobatum.

42 Prænotatum etiam fuit quod testis iste de falsò arguitur, non in eo quod deposuit mandatarium exequutum fuisse necem, quia in hoc verum dixit, ut restat in processu expressatum, licet temerariè deposuit, ex traditis à Riminal. *consil.* 113. *tom.* 2. Felin. *in capit. fraternitatis de hæret. in fine* ubi reddit rationem quia non deposuit contra innocentem. Guaz. *defen.* 28. *cap.* 9. *num.* 1 *verb. contrarium*, *& seqq.* non in eo quod secretò habuit absconditum mandatarium una, vel altera hora, de quo falso argui non valuit, quia est factum reiterabile, in quo falsitas non cadit. Farinac. *in prax. quæstion.* 64. *numer.* 85. *ad* 91. sed solum in eo in quo deposuit homicidium patratum fuisse inter octavam, & nonam horas noctis, quod fuerat contra veritatem facti, quod aliundè Fiscus probatum ostendit, & licet in eo falsus appareret, & per consequens in restanti depositionis falsus argueretur, consideratum etiam fuit.

43 Quod hæc regula duas limitationes patitur. Et prima si Princeps superiorem non recognoscens, eo quod legibus est solutus, statuerat in cæteris credendum esse testi, Farinac. *qu.* 67. *nu.* 118. quæ procedere punctim in assassino circumfertur, qui defensionibus renuntiare potest, Guaz. *def.* 27. *cap.* 1. *n.* 10. *ver. limita.* Decianus *in tract. crim. lib.* 9. *cap* 30. *n.* 29 Farinac. *in prax. qu.* 123. *n.* 21.

44 Secunda limitatio est, si falsitas per errorem fuerit commissa, nam docendo de causa erroris, quæ sufficiens appareat, in reliquis testi defertur, Menoch. *de præsumpt. libr.* 5. *cap.* 22. *numer.* 12. *& 13. & de arbitr. cas.* 308. *à numer.* 1. Felinus *in cap. Fraternitatis de hæret. in* 6. *num.* 22. Farinac. *in prax. qu.* 67. *n.* 149. subdens, quod an allegata causa sit justa, & probabilis necne, Judicis arbitrio remittitur, facit in simili Carena *de Offic. sanct. Inquis. part.* 3. *tit.* 6. *numer.* 61. *verb. Attamen* latè Faria ad Covar. *var.* 2. *cap.* 13. *num.* 84. *cum seqq.*

45 Prima limitatio non fuit admissa, quia Dominus Rex pro sua Regia Clementia in hoc Principatu leges sibi dixit, quibus stare se strinxit, nec in illis solus dispensare voluit, Fontanell. *decis.* 3. *num.* 25. & faciunt per nos dicta *decis.* 31. *num.* 12. *cum seqq.*

46 Et amplius quia repulsa testium est Rei defensio. Afflictis *decis.* 351. *num.* 2. seu defensionis species, Guaz. *def.* 28. *capit.* 7. *num.* 3. *circa medium*, & defensio cum sit juris naturalis nemini negari potest, Afflictis ibidem *numer.* 9. Peg. *in prax. crim. cap.* 12. *§.* 6. *num.* 3. *&* 4. id ipsum declaramus *decis.* 52. *in fine*, maximè si defensio resultaret ex reprobatione testium propter eorum falsitatem, ex traditis à Guaz. *def.* 28. *cap.* 8. *num.* 6.

Secunda limitatio admitti potuit, nam apparuit sufficienter de errore deponentis, ex causis quæ ponderatæ fuerunt, videlicet quia in restanti depositionis deposuit testis omnimodam veritatem, prout suprà prænotatum fuit, & dolus considerari non potuit, tum ex parte Fisci, qui testem produxit, à quo subornatio testis abesse creditur, Guaz. *def.* 24. *cap.* 7. *num.* 2. & falsitas favorabilis non fuit Fisco, unde nec præsumitur Fiscum eam procurasse. Canc. *var.* 1. *cap.* 20. *num.* 66. 47

Tum ex parte testis, non ob odium in reum, quia huic favorabilis fuit falsitas, non ob affectum in reum, quia potius (eo supposito) testis non depoluisset, nec ad deponendum compelli potuisset, delictum capitale proprium revelando, *leg.* 1. *§. si tibi* ubi Jason, *ff. de condit. ex turpi cau.* cum pluribus Giurba *consil* 22. *num.* 2. unde apparet sine dolo horam commissi delicti mandantem inadvertenter erasse. 48

Etiam causa erroris manifestari potuit, quia cum magno conatu desideraret necem aggressi, & in eum instantaneè irruere optasset, & citò in mense Decembris tempore delicti noctescceret, apparuit testi esse horam octavam, quando solum erat sexta, & serò exequutum, quod subito expetebat, juxta illud Senecæ: *omnisque nimium longa properanti mora est.* Ulteriùs ex terrore, & turbatione magna cum qua deposuit coram Commissario, à quo timeri poterat ne apprehenderetur, ut puniri valeret pœna gravi, condigna tanto delicto, probabiliter cum timore erasse non est mirandum, nam inquit Plautus *in Truculento*. 49

Neque vivus, neque mortuus
Sum, nec quid nunc faciam scio, neque ut hinc abeam
Neque ut
Ad hanc rem adeam scio, timore torpeo.

Ultra dictum mandantis usque nunc ab obicibus redempti, concurrebant etiam in facto indicia, ex quibus resultabat probatum mandatum occidendi. Primum fama, de qua plenissimè per decem testes constabat, quæ per se sola, quicquid esset in aliis delictis, in contentioso tamen cum esset difficilis probationis, facit semiplenam probationem, seu indicium ad torturam, Clarus *in §. fin. quæst.* 21. *verb. Fama sola*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 89. *numer.* 34. Farinac. *in prax. quæst.* 47. *num.* 11. Giurb. *consil.* 13. *num.* 18. *& consil.* 43. *numer.* 19. *& consil.* 87. *numer.* 25. *& consil.* 91. *num.* 13. Fab. *de pœnis def.* 5. *num.* 9. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. part.* 3. *titul.* 10. *numer.* 77. Cyriac. *controver.* 102. *nu.* 3. Latro 163. *nu.* 19. *par.* 2. Conciol. *resol. crim.* 1. *vers. Fama*, *n.* 5. 50

Ac etiam quia fama illa fuit vehemens, ex qua sola indicium ad torturam infertur, Farinac. *d. quæst.* 47. *num* 28. Peg. *dec.* 17. *num.* 16. Giurba *consil.* 13. *num.* 18. Carena *de Offic. sanct. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. *n.* 75. *&* 76. Cyriac. *d. controv.* 102. *num.* 5. Conciol. *dict. resol.* 1. *verb. Fama*, *n.* 6. ubi ex citatis ait, quod cum in jure non sit definitum quando dicatur fama vehemens, debet arbitrari à Judice, cujus vehementia in facto urgebat, esto erat tot adminiculis, & conjecturis probata. 51

Nec potuit obicere dicere, famam illam non fuisse ortam incontinenti æquuto maleficio, sed post capturam inquisiti, & sic indicium non facere ad torturam, Farinac. *in prax. q.* 47. *n.* 14. *&* 177. quia fama orta post carcerationem, seu inquisitionem præsumitur orta ex actu carcerationis, & inquisitionis, & non ex veritate delicti, Peg. *dec.* 17. *num.* 27. Carena *de Offic. sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 73. & alii supra citati. 52

Quia responsum fuit, famam ortam post accusationem, & inquisitionem indicium sufficiens esse, quando concurrunt causæ, ex quibus Populus moveri potuit ad id opinandum, quia verior est sententia, quod non attendatur an incontinenti, an pendente accusatione, seu post, fama oriatur, si justa sit causa, ex qua fama provenit, hoc est si præcedat causa sufficiens ad id opinandum, ut docent Alexand. Marcil. & Bossius laudati à Farinac. *d. qu.* 47. *num.* 178. Conciol. *resol. crimin.* 9. *verb. Fama*, est doctrina Bartol. *in l. de minore*, *§. Tormenta*, *n.* 16 *ff. de qu.* illis verbis: *Fama potest habere originem tempore commissi maleficii, & postea ante accusationem, & post accusationem secundum* 53

dum quod manifestatur causa ex qua populus, vel vicinia in suspicionem, & credulitatem deducitur, ex qua postea credulitate dicunt, quod dictum vocatur fama, probat Carolus Anton. de Rosa *in praxi crim. cap* 8. *n.*22.

54 In facto licèt testes dicerent famam fuisse ortam post capturam inquisiti, fuit tamen captura facta ob aliud delictum, & captura pendente supervenit causa, & scientia delicti præsentis, & tot tantæque supervenerunt suspiciones, & causæ ad id opinandum, ut sine dubio posset affirmari, sufficienter de fama constare, etiamsi orta fuisset post capturam, præmaximè quia ex pluribus testibus, signanter ex ministratis in processu, *pag.*25. 43. 51. & 57. constitit facto delicto à multis suspicatum esse delinquentem, quem manifestare non audebant ob timorem.

55 Minus obstitit dicere famam illam non concludere, quia de requisitis illius non constabat in processu, quia responsum fuit requisita illa suppleri per decem testium numerum, quod latè probamus *decis. sequ. numer.* 32. *cum sequentibus*.

56 Secundum indicium fuit mala fama inquisiti in eodem genere mali, de qua plures attestati fuerunt, quod vehemens esse dixit punctim Menochius *cons.* 788. *numer.* 23. & faciliter cum eo devenitur ad torturam, Peguer. *decis.* 17. *num.* 13. Et ex mala delinquentis qualitate argui qualitatem animi deliberati, dixit R. Cortiada *dec.*98. *n.* 44. & de mala fama inquisiti in crimine falsæ monetæ, diximus *dec.* 10. *num.* 51.

57 Estque tantæ efficaciæ mala fama inquisiti in hoc genere delicti, ut licèt de generali consuetudine assassinus, morte non sequuta, non puniatur pœna mortis, etsi deventum fuerit ad actum proximum insultus, aut vulnerum; sed pœna extraordinaria Judicis arbitrio, juxta qualitatem facti, personarum, & eorum circunstantias: attamen si assassinus diffamatus sit similium, tunc si ad actum proximum devenerit, etiam effectu non sequuto, pœna mortis puniri debet, probat ex Cutel. *de immunit. Ecclesiast. lib.*1. *quæst.* 18. *num.* 6. Delbene *de immunit. Eccles. tom.* 2. *capit.* 16. *dubit.* 21. *sect.* 4. *numer.* 7. Reg. Cortiada *decision.* 101. *numer.* 13.

58 Tertium indicium fuit receptatio inquisiti antea in domo, in qua absconditus extitit usque ad noctem commissi delicti, ex qua receptatione tractatus, & participationis indicium oritur, quia verosimiliter ad aliud delictum trahi non poterat, quàm ad incontinenti subsequutum, probat Guazzin *def.* 4. *cap.* 14. *num.* 16. ex Honded. Mascard. Blanch. & se abscondisse inquisitum ad insidiandum aggresso, potuit manifestò inferri, & ex hoc animum præmeditatum occidendi coniecturari posse, docet Reg. Cortiada *dec.* 98. *num.* 41. & 48.

59 Quartum indicium fuit carentia causæ ad delictum perpetrandum; defectus enim causæ violenter arguit mandatum; quinimo vulnerans, seu occidens sine causa, non solùm appensatè vulnerasse, seu occidisse præsumitur, sed feciſse per assassinum, seu mandatum alterius, ut probat ex Claro, Vermigl. Matth. & aliis Reg. Cortiada *dec.* 98. *nn.* 40. Peg. *decis.* 5. *num* 9. & 19. ubi tunc ait, quod debet interrogati imputatus in genere, quisnam illi mandaverat delictum committere, Zuff. *de legitim. processus, lib.*1. *q.*66. *nn.* 24. 25. & *seqq.* cum pluribus allegatis Conciol. *resol.* 4. *verbo Mandatum*, R. Matth. *de re crim. contr.* 15. *nu.*2. & probat tex. *in l. etsi percussor* 6. *ff. ad syllanianum*, ibi: *Etsi percussor certus sit, tamen habenda quæstio est, ut cadis mandator inveniatur*.

60 Quintum, conversatio mandantis, & mandatarii, & nimia familiaritas inter eos de recenti contracta, deposuerunt enim duo testes dixisse inquisitum hæc verba: *Que ell per los amichs se era perdut, y que si calia ferres, no calia sino avisarlo, que ell tenia un gran amich de dit Pere Martir N. y que axi per ell feria qualsevol cosa*, ex qua conversatione indicium oriri, probatur ex Carrerio *in prax. titul. de indiciis, vers. Vigesimum quintum.* Riccius *dec.*164. *par.* 3. Scialoya *de fœriud. cap.*4. *num.*48.

61 Sextum, secreta alloquutio inter mandantem, & mandatarium; at hæc debet requisita complecti, quod adsit inimicitia capitalis, & homicidium sit incontinenti sequutum, Farinac. *in prax quæst.* 134. *num.* 57. & *seqq.* & *consil.* 37. *num.* 32. *lib.* 1. *consil.*721. *numer.* 24. *libr.* 3. & *antea consil.*219. *num.*4. Giurba *consil.* 91. *num.* 29. Andreol. *cont.* 435. *num.* 5. Carena *de offic. sanct. Inquisit. part.* 3. *titul.* 10. *num.* 101. Cyriac. *contr.* 106. *num.* 82. Vermigl. *consil.* 119. *num.* 24. cum pluribus Conciol. *verb. Mandatum*, *resol.*1. *num.* 9. & *seqq.*

De secreta alloquutione apparuit in processu, prout pariter in eo constitit de inimicitia capitali inter mandantem, 62
& aggressum, ex minis ad occidendum, & ex rivalitate, & aliis; de tertio verò requisito dubium fuit, an de eo constaret, nam ut homicidium post alloquutionem dicatur incontinenti sequutum, requiritur, ut commissum sit in eodem contextu, & eodem ferè instanti, & antequam occisor ad extraneos actus se divertat, ut declarant Honded. *consil.* 87. *numer.* 42. & *sequentibus libr.* 2. Farinac. *in prax. quæstion.* 134. *numer.* 63. & illud non esse commissum incontinenti, si post secretam alloquutionem, commissum sit post dies tres, ait Vermigl. *cons.* 61. *num.* 13. & recitat Conciol. *resolut. crim.* 1. *verb. Mandatum*, *num.* 11. ubi scribit quod licèt quando dicatur quid fieri incontinenti diversimodè exponatur per Doctores qui volunt id Judicis arbitrio relinqui, ut Nos diximus *in decisionibus* 42. *num.* 30.

Attamen in casu occurrenti, non valuit dici homicidium 63
incontinenti commissum, quando perpetratum apparuit, non eod. contextu, & ut supra habetur.

Cæterùm non displicuit respondere, quod licet tran- 64
sierint post secretam alloquutionem octo, vel decem dies ad diem commissi homicidii; attamen in processu constabat quod post secretam alloquutionem mandatarius assiduè, & continuò quærebat opportunitatem ad scelus perpetrandum, stando semper in opera vindicandi, & quamprimùm commodè, & sine periculo potuit, exequutus fuit necem, & sic incontinenti post secretam alloquutionem patratum fuisse homicidium apparuit dicendum; nam dum lex aliquid fieri debere incontinenti postulat, intelligitur incontinenti fieri, quamprimum potuit fieri. Bellonus, *libr.* 1. *de his quæ fiunt incontinen. capit.* 7. *num.* 6. Farinac. *in prax. quæst.* 125. *numer.* 211. & Nos latè *dict. decis.* 42. *num.* 25. Et punctim hæc videntur inferri ex Juribus per Doctores *in numero antecedenti* allegatis, in quibus se fundant, videlicet *in leg. si ventri* 24. *in fine*, *ff. de privileg. cred.* ibi: *Modo non post aliquod intervallum factum sit*, *leg. sed Julianus* 7. §. *sed etsi filius familias* 2. *ff. ad Sacrum Concilium Macedon.* ibi: *Vel longo tempore absente*, & sentit Mascard. *conclus.* 80. *numer.* 1. & 5. sub dictione *incontinenti* venire omne id quod non sit longum; sed adhuc hanc intelligentiam in hac re non esse admittendam apparuit, quia in materia subjecta agitur de pœna reo applicanda; secus in illa in qua de laxanda pœna tractatur, ubi sic ad rei favorem ampliari potest dictio illa *incontinenti*.

Et responsum fuit, quod requisitum, quod post secre- 65
tam alloquutionem homicidium sequi debeat incontinenti, ut ex secreta alloquutione possit formari indicium mandantis, potest suppleri per æquipolens, nam licet, ut præsumatur mandatum debeant concurrere *illa tria requisita*, de quibus supra, veluti secreta alloquutio, inimicitia capitalis, & quod homicidium incontinenti sequatur; si tamen loco illorum alia concurrant similia, vel æquipolentia indicia, adhuc mandatum ex eis præsumitur, Felinus *in cap. affecta* 2. *num.* 13. *de præsumpt.* Vulpell. *consil.* 115. *in princ.* Craveta *consil* 35. *num.* 4. Farinac. *in prax. quæst.* 134 *num.* 62. & *consil.* 55. *num.* 47 & *consil.* 102. *numer.* 32. ubi Addent. *lit. D. lib.*1. recitat Conciol. *verbo Mandatum*, *resol.* 1. *n.* 12. Zuff. *de legitim. proc. crim. quæst.* 66. *num.*58. & 59. Concurrebant in casu, in sua specie probata, videlicet, quod mandatarius quærebat opportunitatem exequendi necem; quod illud patraverat sine causa; quod convictus fuit de mendacio, quia judicialiter dixit nunquam loquutum fuisse cum mandante, & nocte homicidii, & aliis antecedentibus in domibus per mandantem deputatis nunquam absconditum fuisse, & utrumque falsum esse, in processu fuit probatum; & tandem erat diffamatus de aliis delictis in eodem genere.

Ultimò tota facti series fuit considerata, & præcipuè 66
quod causa delicti respectu mandantis nulla potuit considerari, nisi illa turpitudinis, quam habebat cum uxore occisi, & quod nulla præter expressam considerari potuit respectu mandatarii, qui sanguine frigefacto perpetravit scelus, domum propriam aggressi quærens, & de opportunitate, se valens, & ex causa magna verosimili, proportionata gravitati delicti, correspondens præsumitur delictum, commissum ab eo in quo causa delicti reperitur. Nigro *cons.* 102. *num.* 7. ad effectum torturæ aliis cocurrentibus. Farinac. *in prax. quæst.* 52. *num.* 144. Jul. Chart. *decis.* 87. *num.* 36. & pluribus aliis laudatis Majorana postea visus *in opo prax. crimin. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 157. & *seqq.* ubi *num.* 163.

resolvit, ibi: *Multò fortiùs stringit, si nempè appareat nullum alium habuisse delinquendi causam, nec aptiorem occasionem, præterquam rem, de quo quæritur, Farin. qu. 52. num. 148. Cassan. 2. tom. de indiciis cap. 3. num. 5. vel inquisitum esse inclinatum illam in causam, ob quam deliquisse imputatur, ut in causa amoris, si probetur illum esse nimis luxuriosum, & libidinosum, in causa honoris, si probetur esse ambitiosum, in causa odii, si probetur esse vindicativum, in causa pecuniæ, si probetur esse nimis avarum.* Cassio, *d. cap. 3. n. 11. quem sequitur Farin. num. 147.* Crus, *de indic. lib 1. cap. 63. num. 6.*

67 Quoad ultimum dubium, an constaret de homicida per indicia indubitata, vel dubitata, quæ constituerunt unum indubitatum, & aliæ adessent probationes pro condigna assignanda pœna inquisito, fuit maximoperè discussum, & ponderata fuerunt indicia sequentia.

68 Primum, quia ex antedictis infertur certas esse personas mandantis, & mandatarii ad homicidium committendum, quod in effectu fuit commissum: Undè virtute præcedentis mandati illud ab imputato, uti mandatario exequutum fuisse probat Gomez *var. 3. cap. 3. n. 39* Bertaz. *cons. crim 70. tom. 2. n. 14. vers. Quarto non videtur.*

69 Secundum, fama per decem testes probata, attestantes inquisitum in vim mandati illam necem patrasse, quæ maximè urget, attenta qualitate Rei in eodem genere mali, de quo supra.

70 Tertium indicium fuit, quia inquisitus publicè versabatur in loco commissi delicti, & duobus diebus ante patratum scelus absconditus extitit, usquequò nocteseceret, & nocte obtigit homicidium, quæ latitatio inferre debet ad delictum, prout illud infert, si fuerit latitatio post delictum, Farinac. *in prax. qu. 48. num. 8.* Conciol. *verb. Fuga resol. 1. nu 1.* Carolus Antonius de Rosa *in prax. cap. 8. n. 13.* ubi ait, quod latitatio in latitante, & se occultante in eadem Civitate, non leve producit indicium, & multo magis ad Ecclesiam refugitatio.

71 Prout pariter est certum, quod fuga illicò post patratum facinus indicium facit Conciol. *verb. Fuga resolut. 1.* maximè si fugiens homo sit improbatæ vitæ, Majorana *in opopraxi libr. 2. capit. 8. numer. 56.* quæ juncta cum aliis adminiculis indicium facit ad torturam, Farinac. *in prax. quæst. 48. num. 5. cum duobus seqq. & 35. & 58.* Rubeus *de valid. leg. cap. 16. num. 82. & seqq.* Conciol. *resol. crimin. 1. verb. Fuga n 8.* & etiam in homine bonæ famæ, dato quod fuga esset post accusationem, facit indicium ad torturam, si contra fugientem laborent indicia, seu suspiciones, Farin. *in prax. d. quæst. 48. num. 34.* Jul. Chart. *decis. 79. nu 27.* Peg. *decis. 17. sub num 33 vers. Scias tamen*, Scialoya *in prax. forind. cap. 5. sub. nu 12. vers. Secus si cum fuga*, Conciol. *d. resol. crim. 1. ver. Fuga nu. 10.* Majorana *in opopr. crimin. cap. 8 num. 60.*

72 Quartum, incitatio mandantis, & spontanea acceptatio mandatarii ad homicidium peragendum, quod valdè consideratum fuit, homicidio in effectu sequuto, & consideravit Tiber. Decian. *lib. 3. cons. 88. n. 18.*

73 Quintum indicium fuit, quia inculpatus, de mendacio in substantialibus convictus fuit, & mendacium indicium facere contra mendacem probamus *dec. 45. n. 29.*

74 Ultimò quamplurima militabant adminicula coadiuvantia prædicta, & rursus diversa aderant indicia (inter alia expressus tractatus de commissendo homicidio, probatus per dictum unius testis) quæ etsi de per se non fuissent probata, proculdubio ab his formari poterat indicium juxta regulam quam statuimus *dec. 41 nu. 32. cum pluribus seqq. & dec. 43. num. 5.* & singula quæ non prosunt multa collecta juvant, ut dicimus *dec. seq. n. 37.*

75 De qualitate proditionis apparuit, quia fuit commissum homicidium in non se præcaventem, vel se præcavere valentem; unde inculpatus ad pœnam mortis fuit condemnatus, quia ea pœna condemnatur homicida proditorius, ut cum exemplaribus nostri Senatus docet Reg. Cortiada *dec. 96. num 43. cum seqq.*

76 Ita fuit conclusum die 1. Aprilis 1669. in Regio Concilio refer. Nobil. Josepho Gerret J.R.C. contra dictum Joannem N. dictum *Collet* Agricolam Loci *de Renau* delatum, & inculpatum de nece, per eum proditoriè perpetrata die 19. Decembris 1667. inter horas sextam, & septimam noctis, jactu instrumenti manualis vulgò *arma de foch*, de mandato alterius in personam Pauli N. medicinæ Doctoris Villærotundæ, in eadem Villa, & in domo propria dicti N. dum erat in stabulis dictæ domus suæ propriæ habitationis, & dedisset avenam cuidam mulo, quem in dictis stabulis habebat, & de aliis criminibus, & delictis ejusdem qualitatis, qui fuit condemnatus quod suspenderetur in alta furca taliter quod naturaliter moreretur, & quod post latam sententiam, & ante illius exequutionem torqueretur in caput mandantis dicti homicidii, & de aliis criminibus, & delictis ejusdem speciei, de quibus diffamatus extitit.

DECISIO XLV.

ARGUMENTUM.

De viricidio commisso per amasium ex consensu adulteræ, de ejusque probationibus, indiciis, & adminiculis.

SUMMARIUM.

1 *Enarratur factum.*
2 *Celebratur delicti atrocitas.*
3 *Viricidium, vel uxoricidium est parricidii species, & adhuc detestabilius scelus.*
4 *Verè, & propriè parricidium est, si quis occidat parentem, vel aliquem ex liberis, quod porrigitur ad descendentes.*
5 *Quasi verò, & improprie parricidium committitur, quando quis fratrem, sororem, uxorem, vel virum occidit.*
6 *Respectu pœnæ est differentia inter parricidium, & viricidium, nam illud plectitur pœna parricidii, & ista pœna ultimi supplicii.*
7 *Ad detestandum tam atrocissimum scelus, viricidium dicitur parricidium, & quoad pœnas spirituales adhuc gravius est viricidium, & uxoricidium parricidio.*
8 *Primum indicium in facto fuit quia uxor sciens necem viri non revelavit, nec prohibuit, & tunc dicitur sciens cum consilio, vel consensu, & n. 9.*
10 *Et dicitur particeps delicti.*
11 *Ac consentiens in delicto, vel complex.*
12 *Nec sufficit dissuadere amasio ne necem committat in virum, quia huic tenebatur uxor revelare, ut se caveret.*
13 *Secundum indicium ponderatur, nam ex acerbitate facti, & brevitate temporis præsumitur datum consilium ei, qui post alloquutionem statim alterum occidit, si præcedat inimicitia, & quomodo intelligatur, quid fieri incontinenti.*
14 *Tertium indicium inducitur ex exploratione uxoris, quærentis an amasius necem viri exequeretur.*
15 *Fraudes, & insidiæ sunt mulierum arma.*
16 *Quartum indicium est adulterium, nam nullam adulteram, non eand. esse veneficam probatur.*
17 *Adulter præsumitur occidere virum uxore adultera consentiente.*
18 *Multa referuntur mala quæ eveniunt ex amore carnali usque ad num 20.*
21 *Quintum indicium est inimicitia, & odium quod maximum esse solet, si inter eos semel radices egerit.*
22 *Sextum indicium oritur ex minis in muliere pessima, quia præsumitur verosimiliter minas exequi.*
23 *Tantò plus gravant minæ, quantò citius post minas delictum subsequitur.*
24 *Sufficit quod minæ probentur testibus singularibus.*
25 *Septimum indicium est taciturnitas, quæ arguit dolum intacente.*
26 *Si maritus reperitur mortuus in domo, & uxor tacet, præsumitur in morte culpabilis, etiamsi denuntiet, sed tardè, & idem in uxore respectu viri, qui non vindicat necem uxoris, idem in socio itineris, in domino domus, vel agri, in quo cadaver reperitur.*
27 *Octavum indicium est, quia uxor non fuit lacrymata ob necem viri.*
28 *Nonum indicium est fuga amasii, nam fuga unius socii facit indicium contra alium socium carceratum, junctis adminiculis in facto individuo, ubi de indicio rivalitatis, & de exfractione à domo.*

Deci-

29 *Decimum indicium est simulatio, & mendacium in substantialibus quæ arguunt dolum.*

30 *Undecimum indicium est fama, quamvis sit orta post carcerationem, si antea ignorabatur causa.*

31 *Requisita famæ de quibus deponere debent testes, & quod supplentur per numerum testium, ubi etiam apponitur forma depositionis testis super fama, usque ad num.* 35.

36 *Duodecimum indicium est, quando nullus alius reperitur de delicto diffamatus.*

37 *Adminicula quæ resultant ex probationibus imperfectis, simul collecta juvant.*

38 *In delictis difficilis probationis ex indiciis, & verisimilitudinibus Judex confirmare potest suum animum ad inferendum sceleris auctorem.*

39 *In Regio Senatu ex indiciis dubitatis, quæ constituunt unum indubitatum, cum aliis probationibus, & adminiculis potest condemnari ad pœnam ordinariam delicti, si est difficilis probationis.*

1 FRanciscus N. Laborator assiduè in sylva sita juxta Cœnobium Sancti Hieronymi Vallis Ebron, in Territotio Barcinonæ lignabatur pro communi alimonia sua, & Damianæ impiæ uxoris illius, ita curriculum navigabat, & exuperabat Rhodanum, & dum vir aratra ferebat, pellicatu, ac voluptate inhonestè pascebatur uxor cum Clemente N. amasio, & cum eo carnale commercium exercebat, hi tanto scelere se astrinxerunt, qui ut infaustum virum de medio tollerent in ejus mortem machinati fuerunt, ac novissimè funeri fausta solverunt die 12. Februarii anni 1683. & in eadem sylva adulter ferreus incautum virum in tugorio, quo cubitabat interfecit ictibus pugionum, & jactibus instrumenti manualis, tugurium pariter comburendo, vinculis constricta adultera, de publica vindicta concertavimus.

2 O horridum, & territum facinus! adversus tanti criminis auctores debent insurgere leges, & armari jura gladio ultore, ut in simili dixit Imperator *in leg. Cum vir* 31. *Cod. ad leg. Jul. de adul.* & in propriis terminis Gram. *cons.* 74. *num.* 1. *in civil.* Novar. *post grav.* 200. *libr.* 2. *in allegat. num.* 3. quàm grave sit hoc facinus collige ex attocissima pœnitentia iniuncta in *capit. Admonere* 33. *quæst.* 2. *Danai filias.* Horatius ita testatur: *Impie nam quid potuere majus? impie sponsos potuere duro perdere ferro.* An. Robet. *rer. judic. lib.* 1. *cap.* 14. qui perpetrati criminis multa adducit exempla, nec mirum, ut inquit Decianus *tract. crim. lib.* 9. *cap* 11. *tom.* 2. *num.* 5. quia vir, & uxor adeò convicti sunt, ut una caro censeantur, & os ex ossibus, ut dicitur Genes. *cap.* 2. & *Math. cap.* 19. *ideò iam non sunt duo, sed una caro*, inquit Salvator, Mar. *capit.* 10. & Pau. *ad Ephes. cap.* 5. & apud nostros dicuntur esse socii humanæ, & divinæ domus, *leg. Adversus* 4. *C. de crim. expil. hæred.* Cabal. *cas.* 278. *n.* 8. *l.* 1. *ff. de ritu nupt. leg.* 1. *ff. reor. amot.* ibi: *Quia societas vitæ quodammodo eam dominam fecerit, l. si cum dotem* §. *Maritus, ff. solut. matrimon.* ibi: *Quid humanum est quia fortuitis mulieris, maritum, vel uxorem viri participem esse*, plura tradit Suelvez *tom.* 2. *cons.* 37. *n.* 7.

3 Et viricidium, vel uxoricidium species parricidi, probat *tex. in l.* 1. *ff. ad leg. Pomp. de parric.* §. *Alia deinde lex, Inst. de pub. judic. l. Unica, C. de his qui parent. vel fil. occid. l. fin. C. ad leg. Corn. de sic.* An. Robet. *rer. Judic. lib.* 1. *cap.* 14. Decianus *lib.* 9. *cap.* 11. Pet Etod. *rer. judic. lib.* 8. *titul.* 6. *cap.* 16. Clarus *in* §. *Parricidium in ad. Cabal. cas.* 300. *n.* 1. *cum seq.* Peg. *dec.* 83. *ex n.* 2. & alii allegati per Reg. Matth. *de re crim contr.* 8. *num.* 2 Pasc. *de vir. patr. pot. par.* 3. *cap.* 6 *num.* 29. Imò majus scelus esse occidere maritum, quam patrem *glos. in dict. capit. admonere* 53. *quæst.* 2. Nevis. *in syl. nupt. lib.* 3. *num.* 43. Gomez *var.* 3. *capit.* 3. *num.* 3. *vers. Item etiam*, Reg. Matth. *de re crimin. contr.* 9. *num.* 7. Intrig. *decis.* 40. *num.* 6. Suelvez *sem.* 2. *consil.* 37. *num.* 6. *in fin.* & uxorem quàm matrem, Sanselic. *lib.* 3. *dec.* 337. *numer.* 3. & sacrilegium committere, dixit ex Mantua *in Enchir. lib.* 5. *cap.* 123. Spada *in theat. vid. disqu.* 36. *numer.* 155. *cum sequentib.* & detestabile scelus esse in coniugis necem perpetrari, expendit Solorz. *de crimin. parric. libr.* 2. *cap.* 13. Rubeus *de valid. leg. cap.* 7. *numer.* 76. Caroc. *dec.* 2. *num.* 7.

4 Et licèt propriè, & verè parricidium dicatur, si quis occidat parentem, vel aliquem ex liberis; ut arguitur ex *tex. in d.* §. *Alia, §. Si quis alias, inst. de publ. judic. l. Unic. C. de his qui parent. vel fil. occ.* Nam ipsa vox *parricidium* indicat quasi patricidium, seu parenticidium, sive patens filium, sive filius parentem occiderit, ab allusione vocabuli, quia scilicet parricidium aliud non sit quàm parentis cædes, vel excidium, quod porrigi ad nepotes, & reliquos descedentes, ac ad filios naturales non verò ad adoptivos: quia pœnalis propriè intelligi debet, *l. pœn ff. de pœn.* tradit Addit. ad Sanfel. *dec.* 337. *vers. Verum est*, Farin. *in prax. quæst.* 120. *num.* 105.

Quasi verò, & impropriè parricidium committitur, quando quis fratrem, sororem, uxorem, virum, & alios occidit; de quibus *in l.* 1. 2. 3. & 4. *ff. ad leg. Pom. de parric.* quæ distinctio colligitur *ex l. penult. ff. eod. tit. ubi* Modest. differentiam facit si quis occidat parentem, matrem, & alias personas ibi enumeratas, ab aliis personis, graviori pœna puniendo personas in 1. capite, quàm alias in 2. ut idem ipsum desumitur ex Cicer. *in orat. pro domo sua, & in orat. pro Cluent.* ubi occidentem fratrem, fratricidam appellat, & sororem, soricidam, & cum adiuncto fraternum parricidium, uxorem, uxoricidium, quam distinctionem fatetur transcripsisse à Buc. *de omni gen. homic. lib.* 2. *cap.* 5. Addit. Sanfel. *lib.* 3. *dec.* 337. *ver. Verum est.* 5

Et Rursus licèt respectu pœnæ temporalis, quicquid dicat Decianus *in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 11. *tom.* 2 *numer.* 7. Solorzan. *de crim. parric. lib.* 2. *cap.* 13. Reg. Matth. *de re crim. cont.* 8. & 9. differentia adsit inter parricidium, & viricidium, vel uxoricidium; nam uxoricida non plectitur pœna veri, & proprii parricidii, sed tantùm capitis; aut ultimi supplicii *dict. l. pen.* §. *si quis alias ff. ad leg. Pom. de parric.* Farinac. *in prax. quæst.* 120. *num.* 11. & 131. Menoch. *de arbit. cas.* 356. Vela *de delict. cap.* 27. *num* 8. ut in terminis homicidii in socerum commissi tradit Reg. Cortiada *decis.* 96. *num.* 52. ex eod. Farinac. *in prax. quæst.* 120. *n.* 115. Thoro *in Comp. decis.* 8. *par.* 2. *sec.* 2. *verbo Pœna parricidii pag.* 271. 6

Atverò ad detestandum tam atrocissimum facinus, optimè dici valet uxoricidium, vel virricidium, parricidium esse; ut docuit Menoch. *de arbit. cas.* 356. *num* 84. vel dicere possumus de jure Canonico apponi majorem pœnam spiritualem uxoricidæ, *cap. admonere* 33. *qu.* 2. quàm matricidæ, *cap. latorem, ead. can. & qu* quia homines promptiores sunt ad illud, quàm ad hoc committendum, non quod sit majus uxoricidium matricidio, ut dixit Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 14. *num.* 129. *& sequentib.* sed de uno ad aliud posse argui, cum parificentur, scribit Luca ad Franch. *dec.* 276. *n.* 4. 7

Respectu igitur delinquentium hæc resultabant ex processu indicia. Primum, nam rea confessa fuerat judicialiter manifestasse amasio, quod ejus legitimus vir intellexerat adulterium: quo ique vir eosdem adulterantes interficere conabatur: & amasius respondit quod appetebat id ipse in virum primitus insævire, & quod die 11. Februarii (immediatè ante delictum) adulterum reæ affirmasse deliberatum jam habere occidere illius virum in sylva. 8

Sciens ergo delictum futurum in virum suum, ei non revelavit, ut sic delicto obviaret, eo enim ipso quod tacuit, & non prohibuit, vel non revelavit, in necem videtur consentire, *leg. scientiam* 45. *ff. ad leg. Aquil.* ibi: *Scientia habetur pro patientia, quando prohiberi potest*, & tunc dicitur scientia cum consilio, *leg. in delictis* 4. *ff. de nox. act.* & videtur delictum approbare, *leg.* 1. §. *hac autem, ff. fam. ercisc.* & censetur committere delictum, qui potest ei obviare, & non fecit: *leg. nil interest* 15. *ff. ad leg. Cornel. de sic. leg. quid ergo* 13. §. 1. ibi *ipse videtur constituisse, leg liberorum* 11. §. *final. ff. de his qui not. inf. leg. non alia* 19. *ff. eod. l. adigere* 6. *in princ. ff. de jur. pat. leg. jubemus* 14. §. *œconomos, Cod. de Sacrosanct. Eccles.* 9

Et participem esse delicti eum, qui ei desinit resistere, cautionem, & remedium adhibere, *capit. dilecti de sent. excomm. in* 6. ibi: *Si potest, & negligit, videtur iniuriantem favere, & esse particeps ejus culpæ, cap. error* 3. *dist.* 83. ibi: *Error cui non resistitur, approbatur negligere; quippè cum possis deturbare perversos, nisi aliud est quàm fovere*, rem hanc illustrat punctim Solorz. *de crim. parricid. lib.* 2. *cap.* 15. & prosequitur Larrea *alleg. Fisc.* 66. *num.* 7. *cum sequentibus*, qui recitat Abulen. *super Genes. capit.* 49. *qu.* 3. qui indicat participes venditionis Joseph alios ejus fratres filios ancillarum, qui licet non disposuerunt venditionem, tamen tacuerunt, & non repugnarunt, & tradit, ibi: *Quia indicatur intentio probata ab eo qui tacet, & nu.* 9. patitur scribit ex Barbosa, quod non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifestò facinori desinit obviare. Nicol. Moron. *in tract. de fide tregu & pact. quæstion.* 138. *numer* 10

UAB Biblioteca de Ciències Socials

38. Majorana *in opopr. crimin. libr.* 2. *capit.* 8. *nu.* 129.

11 Unde ex quo mulier sciens futuram necem vir illi non revelavit, ut sic delicto obviaret, quæ ex diversis rationibus, nempè tanquam subdita, tanquam persona magis coniuncta, tanquam socia revelare tenebatur, infert ex Boer. *decis.* 262. *numer.* 9. Peguer. *decis.* 83. *num.* 7. ibi: *Quare cum prædicta non fecerit, quæ ex suprædictis rationibus facere tenebatur, clarè visa fuit consentire*, aut participem esse, vel complicem delicti uxorem, quæ scit tractatum contra virum, & non revelat, scribit Pasc. *de vir. pat. potest. part.* 3. *cap.* 6. *num* 29. ibi: *Eadem coniunctionis ratio, qua arctat filium ad obviandum delicto committendo in personam patris, procedit enim in uxore respectu viri, quæ scit fieri tractatum contra eum, & non revelat, præsumitur complex delicti, & punitur eadem pœna*, & sic si maritus reperiatur mortuus intus domum, & uxor taceat, præsumitur occisus ab uxore, vel quod in morte fuerit culpabilis etiamsi denuntiaret, sed tardè scribit Farinac. *in prax. quæst.* 52. *num.* 96. *& seqq.* Majorana *in opopr. criminal. libr.* 2. *cap.* 8. *num.* 128.

12 Nec obstat ream in eadem confessione judiciali affirmasse dissuasisse amasio ne homicidium in virum tuum committeret; quia non solum tenebatur id dissuadere, sed prudenter notificare viro, contra quem dirigebatur, ut se caveret, per Boer. *in citat. decis.* 262. scribit Peguer. *dict. decis.* 83. *num.* 8.

13 Secundum indicium est, quia fassa etiam fuit judicialiter rea (ut supra retulimus) die 11. Februarii adulterum ei manifestasse deliberatum animum occidendi virum suum in sylva, & constitit in processu, quod in effectu eodem die, vel sequenti mane ante solem, & nocte adhuc, fuit consumatum facinus, & ex acerbitate facti, & ex brevitate temporis præsumi quem dedisse consilium ei, qui post alloquutionem statim alterum occidit, quando præcessit inimicitia capitalis, vel causa odii, dicit Carrer *in prax. criminal. §. circa, nu* 137. *ver. Consulere*, & pluribus allegatis Mascard. *de probat. vol.* 1. *concl.* 419. *cum sequentibus*. Carol Anton. de Rosa *in prax. crimin. capit.* 8. *num.* 32. (ubi ait, quod si is, qui cum percussore alloquitur, non est cum percusso inimicus, sed homo malæ viræ, dicta loquutio consilium indicat) & vario modo quid fieri incontinenti, quandoque autem longo tempore secundùm subiectam materiam arbitrio Judicis, dixit in simili Farinac. *in prax. quæst.* 134. *num.* 93. Cyriac. *controv.* 101. *num.* 5. & Nos dicimus *decis.* 42. *num.* 30.

14 Tertium indicium insurgit ex eadem depositione judiciali adulteræ, quæ confessa fuit quod 11. Februarii medio die exivit per portam Angeli hujus Civitatis amasius armatus cum scopeto, quem ipsa visa fuit proficisci, unde videtur quod ipsa machinabatur in necem viri, solicitè, & anxiè explorans an amasius revera anteactam ordinationem dolosam, quam proximè manifestaverat, ad effectum reduceret, quærens eum in porta Angeli, quæ est transitus ad viam loci delicti. Et pondera eas circunstantias, quod vidit eum egredi per eam portam Civitatis, cum posset per aliam discedere, medio die (ante facinus quod nocte fuit in sylva consumatum) absque temporis lapsu, cum alias instans temporis conterere posset eum spectando, quę arguunt inter eos tractatum, & conspirationem in necem viri; namque tractatus ex præsumptionibus, & argumentis inducitur, cum sit difficilis probationis. Guaz. *defens. reor.* 4. *capit.* 14. Sperel. *decis.* 108. *numer.* 34. & pluribus relatis Conciol. *resolut. crimin. in verbo Tractatus unica, numer.* 3. ubi *numer.* 10. recitat indicia ad tractatum præsumendum: prout conspiratio, vel machinatio, quæ est ordinatio dolosa, ut dixit ex Bartol. Farinac. *in prax. qu.* 113. *num.* 111. etiam ex præsumptionibus infertur: Larrea *allegat.* 67. *tota*, & facilè præhabita, Judicem persuadere valent ad tractatum, vel machinationem arguendam, vel saltem pro indicio in hac materia difficilis probationis sufficere tradit idem Larrea *alleg.* 67. *nu.* 12. ex Farinac. *tom.* 1. *consil.* 78. *num.* 27. *& tom.* 2. *consil.* 108. *n.* 2. Menoch. *lib.* 1. *præs.* 7. *num.* 16.

15 Hæ enim fraudes, & insidiæ sunt mulierum arma; nam cum fœminæ sint natura debiles, *capit. forus de verb. sig.* atq; etiam timidæ, quod non possunt, nec audent aperto marte aggredi, id insidiis, venificiisque conficiunt, pellem videlicet Vulpinam induentes, ut hanc rem illustrat Tiraq. *ad l.* 8. *connub. n.* 21. juxta illud Stobæi.

Nunc ducite uxores, ducite, inquam, & mortem obite.
Mulierum autem veneno, aut fraude.

Et post Tiraq. Gonz. Tell. *in c.* 1. *de divort.*

Quartum indicium est, nam non minus fassa est mulier hæc luxuriosam vitam cum Clemente N. egisse à mense Februarii 1682. usque ad diem quo carcerata fuit, & nulla faciliùs ad id maleficium causa, quàm turpis amor, & intemperans libido commovere potuit, inquit Cicer. *Reth. ad Heren.* Marcus Cato dicebat, ut scribit Fabius *lib.* 5. *tit. de exemplis: nullam adulteram non eandem esse venefícam*, & Divus Chrisost. *homil.* 49. *in* Matth. docet, mulieres adulteras ad maritorum cædes quibus iniuriam afferre meditantur paratas esse, ac accinctas, rem hanc latius ante omnes illustrat Tiraquel. *ad leg.* 8. *Connub. num.* 22. *& seqq.* Decian. *in tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 11. *num.* 3. & inquiunt esse adulterium, & veneficium proxima, & quasi quadam cognatione annexa: quare leges mulieres adulteras, & veneficas jungunt *in leg. in consensu, §. Vir quoque*, ibi: *Nisi adulteram, vel veneficam*, Cod. *de repud. & in §. Minores in Auth. de nupt.* & subdunt illud Auson. *Epigr.* 40.

Toxica zelotypo dedit uxor mœcha marito.

16

17 Præsumitur ergo adulterum occidere virum, uxore adultera consentiente, per ea quæ tradit Gramm. *cons.* 74. *in Civil.* Boer. *decis.* 262. Suelvez *tom.* 2. *cons.* 37. *num.* 40. *vers. Tertium*, Vargas Machuca *decis.* 50. *num.* 118. *& sequent.* Ann. Robet. *rer. judic. libr.* 1. *cap.* 14 ibi: *Titiam adulteram facilè Sempronius probabit: quid ergo mirum si in necem Mariti conspiravit*, & R. Matth *de re crim. contr.* 8. *num.* 4. ex Ant. Mattheu, ibi: *Nam si adultera est, in ipsa suspicio criminis residet*, idem R. Matthæu *cont.* 23. ubi de rivalitatis indicio, *n.* 23. *cum seqq.*

18 Ad punctum Novar. *lib.* 2. *post gravam.* 200. *in alleg. nu.* 57. transcripsit verba Carl. Jallon. ibi. *Nunc verò narrando, locus est circa adolescentes, & Concubinarios, qui ardentissimo amore capti ob blandiloqua puellarum verba, tot patiuntur æstus, tot pernoctationes, tot frigora, tot nubes, tot pluvias, tot nives, tot labores, tot denique timores, & moriendi pericula, ut multoties redigantur ad insaniam, maximumque mœrorem, & exploratissimum illud est, nil amore ipso vehementius: quot enim verò effranatos, oblitosque sui fecit amor, quot dedit præcipites? quot cæcavit rationem, quot tandem crudeliter interemit*, & ibidem; *Hinc infertur amasios, qui nimis ardent, magis expavescere solere, & timere minas amasiarum, quàm probatissimorum virorum, adeò quod amasius pro amasia fas, atque nefas committere quantumvis enorme non erubescat, ex quo puellarum amor rectum subvertit judicium, amorisque insania obcæcat, perditque infœlices homines, quemadmodum sunt concubinarii*. Unde & ex aliis, quos allegat, infert idem Novarius verisimile esse patrasse non solum hoc scelus, sed potuisse ob causam hujusmodi amoris patrare majus hos sceleratos amasios, quo scelere nil pejus, ad quod affert *leg. Lucius, §. Matre, & uxore, ff. ad leg.* 2. ibi: *Sed alter mihi peiora fecit.*

19 His adde Plautum *in Mercatore* ubi postquam enarraverat diversa mala, quæ amor carnalis secum affert, veluti curam, ægritudinem addit, ibi, *Sed amori accedunt ultra hæc quæ diximus, insomnia, erumna, horror, terror, & fuga, ineptia, stultitiaque, adeo & temeritatis incogitantia, excors immodestia, petulantia, cupiditas, & malevolentia, inharet etiam aviditas, desidia, incuria, inopia, contumelia, & dispendium*, & Ovid. *libr.* 6. *metamorph. asserit.*

Et nihil est, quod non, effræno captus amore
Ausit.

20 Hæc omnia juribus comprobantur, *leg.* 2. *§. & cum placuisset, ff. de orig. jur.* ibi: *Captumque amore virginis omne fas, ac nefas miscuisse*, *§. fin. Inst. de Suc. sub.* ibi: *Cum libera mulier servili amore bacchata*, ubi glossa, ut enim vino quis capitur, ita, & amore, Auth. *Quibus modis nat. effic. §. Illud collat.* 6. ibi: *Sed nil est furore amoris vehementius, capitul. quatuor* 78. 11. *quæst.* 3. ibi: *Quatuor modis pervertitur humanum judicium, metu, cupiditate, odio, & amore capit. cum juvent.* 15. *de præsumpt.* ibi: *abiecerit regnum Domini, fœtores, libidines amplexando*: hæc transcripsi à Reg. Matth. *de re crim cont.* 23. *nu.* 23. si de his plura petas, vide Gabriel. Alvar. Velasco *de privil. mis. person. part.* 1. *quæst.* 20.

21 Quintum indicium est, quod probatur pariter ex reæ confessione, quæ fatetur ejus virum in eam odium manifestasse, minando illam occidere; & è contra versus maritum eam odio monstrasse, deposuit quædam mulier de au-

de auditu reæ, ab eaque pariformiter audiisse declarat, non aderit insidiosus aliquis qui in virum meum insidias paret ? ibi: *Noy haurà algun traydor que mate à mon marit?* ex hoc igitur odio, quod maximum esse solet inter virum, & uxorem, si semel inter eos radices egerit, ut ex Eras. notat Valenzuela *consil.* 41. *num.* 23. & recitat Suelvez *tom.* 2. *consil.* 37. *num.* 18. indicium apertum contra uxorem oriri probant tradita à Farinac. *de indiciis quæst.* 49. *numer.* 88. Mascard. *de probat. conclus.* 901. *num.* 1. Clarus *in prax. qu.* 21. *vers. Inimicitia*, ubi Bajardus *num.* 114. Menoch. *libr.* 1. *præs.* 17. *num.* 7. Pegu. *decis.* 17. *num.* 8. ubi id intelligit, concurrentibus adminiculis, sequitur Guaz. *defen. reor.* 4. *cap.* 14. *numer.* 21. *vers. Ac etiam* Vetmigl. *consil.* 45. *num.* 19. Scialoya *de foriudic. cap.* 4. *numer.* 38. *cum seqq.* Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.* 8. *num.* 23. *vers. Inimicitia capitalis, cum seqq.* Carac. *decis.* 2. *num.* 11. in simili dixit Intrigl. *decis.* 40. *num.* 78. *vers. Quartum indicium*, & punctim Suelvez. *d. consil.* 37. *num.* 17. per illa verba: *No hallaria una echisera, ò un diablo que lo mataſſe*, Giurba *consil.* 43. *num.* 17. Vargas Machuca *decis.* 50. *num.* 108. *& seqq.* & adde Divum Hieronymum de muliere loquente, *in odium vertetur ac jurgia, & nisi citò consulueris, parabit venena.*

22 Sextum indicium est, quia solent mulieres adulteræ conspirare in necem viri, & solent, ut inquit *Canon. Si quis vivente* 31. *quæst.* 1. nuptarum mulierum corruptores vitæ maritorum insidiari, scribit And. Rober. *rer. judic. libr.* 1. *capit.* 14. sicut concubina, & fornicaria solet insidiari vitæ uxoris, Boer. *decis.* 262. *num.* 6. *in fin.* in hoc intendebat rea comminando occidere facere virum suum per amasium, qui etiam minabatur in virum sævire, ne ab eo offenderetur, quod probatum fuit per testes singulares ex confessione reæ, & minæ sunt indicium in hoc scelere, Mascard. *de probat. conclus.* 1057. *nu.* 1. Farinac. *in prax. de indiciis qu* 50. *à nu.* 1. Giurba *consil* 91. *n.* 9. *& cons.* 97. *num.* 2. *junct. numer.* 12. *& seqq.* ubi id intelligit, concurrente alio adminiculo, ut quia minator sit solitus minas exequi, vel cum inimicitia, vel fama, juxta communem Doctorum opinionem, Carac. *decis.* 2. *num.* 16. & quia uti uxor pessima verosimiliter præsumi poterat minas exequi, punctim Novarius *lib.* 2. *post grav.* 200. *alleg. num.* 67. *verb. Circa ea* Vargas Machuca *decis.* 50. *numer.* 112. Suelvez *tom.* 2. *dict. cons.* 37. *nu.* 35. & generaliter in omni delicto tradunt Carena *de Offic. sanct Inquisit. par.* 3. *tit.* 10. *n.* 96. Scial. *de foriudic. cap.* 4. *num.* 43. Carol. Anton. de Rosa *in prax. crimin. cap.* 8. *num.* 25.

Et tantò plus minæ gravant, prout in casu, quantò ci-
23 tius post minas emanatas delictum subsequutum fuerit, cum brevitas temporis dolum arguat, Scial. *in prax. forjud. cap.* 4. *num.* 43. Giurba *d. cons.* 91. *num.* 37. Conciol. *verbo indicium resol.* 14. Majorana *in opoprax. criminal. lib.* 2. *cap.* 8. *numer.* 77.

24 Et sufficit quod minæ probentur per testes singulares de loco, & tempore discordantes, Ansald. *cons.* 128. *numer.* 163. Vargas Machuca *dict. decis.* 50. *num.* 115. dummodo de qualitate minarum; & in formalitate verborum contestentur testes, Scial. ubi *supra num.* 82. Majorana *dict. cap.* 8. *num.* 82. Carol. Ant. de Rosa *in prax. crim. d. cap.* 8. *n.* 25. de ea re Crusius *de indic. delict. cap.* 35. Farin. *lib.* 3. *consil.* 196. *num.* 12. & 13. ubi declarat hoc habere locum in minis non iteratis, quia si discordant in qualitate minarum, illas non probant, secus in probationem minarum iteratarum, quia tunc licèt testes sint singulares in qualitate minarum, adhuc probant, eum sequitur Conciol. *in d. resol.* 14. *n.* 12. *in addit.*

25 Septimum indicium est, nam prenè probatum fuit conquestam non fuisse ream de nece viri, & taciturnitas hæc arguit dolum, & contra tacentem facit indicium, *leg. excipiuntur* 14. *ff. ad S.C. Syllan.* Farinac. *qu.* 52. *in prax. nu.* 96. & 97. Thoro *vot.* 52. *sub num.* 9. Santel. *decis.* 36. *num.* 8. & in terminis uxoris, quæ fœtum suffocavit in lucem editum, scribit Quesada Pilo *controv* 30. *nu.* 39. ibi: *Quarto silentium circa fœtus mortem inducebat matrem extitisse ministram efficientem illius*, & punctim allegat Boer. *decis.* 262. *numer.* 6. *ad fin.* ubi inquit argumentum esse contra uxorem, quæ tacuit mortem viri, quod præsumatur culpabilis, vel conscia, & ex Put. *de Syndic. in verbo tortura ver. & dici Bald.* ponit exemplum cujusdam mulieris, quæ cum diu tacuisset mortem sui viri, qui non repetiebatur, una die plorando in stabulo, ubi dictus ejus vir fuerat positus, & fœtebat; & occurrentibus vicinis ad ploratum mulieris repertus fuit vir sepultus, & torta confessa fuit, quod suum maritum occidere fecerat à quodam suo amasio, & fuit inde suspensa, & sic oriri ex hac taciturnitate indicium ad torturam, resolvit Quesada Pilo qui *supr.* & allegat Decian. *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 13. *num.* 16. quod pariter tradit *cap.* 14. *numer.* 9. Farinac. *in prax. q.* 120. *n.* 196. id ipsum refert Barbosa *in collect. ad capit.* 1. *de divortiis numer. final.*

Ad idem facit Majorana *in opoprax. crimin. dict. capit.* 8. 26
num. 128. ubi inquit, quod si maritus reperiatur mortuus intra domum, & uxor tacet præsumitur occisus ab uxore, vel quod in morte fuit culpabilis etiamsi denuntiaret, sed tardè ex Farinac. *in prax. dict. quæstion.* 52. *numer.* 96. *& seqq.* & è converso, quod si uxor reperiatur mortua intra domum, & maritus non vindicet illius mortem, sed taceat, ab eo occisam esse præsumatur, ex Foller. & Intrig. tradit Giurba *cons.* 43. *numer.* 17. item prosequitur Leo *decis.* 125. *num.* 14. *& seqq.* ubi in socio itineris, in domo socii occiso reperto, qui non solum non detulit homicidium socii, sed etiam tacuit: latè etiam Majorana *in opopr. crimin. lib.* 2. *dict. cap.* 8. *num.* 154. in domino domus, agri, aut vineæ ubi aliquis reperitur occisus, qui illicò tenetur delictum denuntiare, aliàs insurgit contra eum præsumptio, & ad alios casus transit Scialoya *in prax. foriudic. capit.* 4. *numer.* 33.

Octavum indicium est, quia non fuit lacrymata ob ne- 27
cem viri, neque fecit aliquod signum doloris, ut plenè ex testibus fuit probatum, quod indicium maximum esse probatur ex Divina Scriptura, ubi habes: *os ex ossibus meis, & caro de carne mea*: os si propria caro est, si graviter secatur absque dolore patientis, quis non judicabunt eam mirificè odio habuisse? quod indicium individualiter ponderat Intrig. *decis.* 40. *num* 78. ex Foller. *in prax. crim. rubr. dentur cap. Quod suffoc. uxor. num.* 40. & 41. *& seqq.* Suelvez *tom.* 2. *cons.* 37. *numer.* 60. Giurba *cons.* 43. *num.* 17. Vargas Machuca *decis.* 50. *num.* 148. *& n.* 213. ubi id limitat nisi aliàs manifestasset signa doloris.

Nonum indicium est fuga amasii exequentis necem, 28
quam ponderat Novar. *de gravam. vassal. libr.* 2. *post grav.* 200. *in alleg. num.* 6. fuga enim socii criminis contra alium socium carceratum indicium facit ad torturam, Grammat. *consil. crimin.* 14. *num.* 4. *consil.* 17. *num.* 19. *consil.* 57. *num.* 20. *decis.* 11. *numer.* 14 *decision.* 42. *numer.* 13. Scialoya *in prax. foriud. cap.* 4. *num.* 15. Majorana *in opoprax. crimin. dict. cap.* 8. *num.* 63. & ex fuga mariti vehementer adminiculatur quod ipse uxorem interfecerit, Cabal. *resol. crimin. cas.* 288. *num.* 43. & si alia concurrant adminicula, ex Vivio *in opin.* 343. *num.* 4. Gram. *in cit. loc.* sentit Pegu. *decis.* 17. *num.* 33. *verb. Scias*, ubi de fuga principalis Rei, Novar. *lib.* 2 *post grav* 200. *num.* 5. ubi de exfractatione à domo, sequitur Addit. Sanfel. *dec.* 392. *in fine*, Caracciol. *dec* 2. *nu.* 20. & 21. Farinac. *in prax. quæst.* 48. *num.* 23. ubi *numer.* 24. distinguit, aut sumus in delicto dividuo, & fuga unius socii non facit indicium contra alium, aut sumus in delicto individuo, non respectu accusationis, sed respectu naturæ ipsius delicti, ut puta in adulterio, stupro, & similibus, quæ actu, & potentia sunt individua, cú non possint solum ab uno committi, & in istis fuga unius socii facit indicium contra alium socium, sequitur Conciol. *in verbo fuga resol.* 6. *& in verbo socius criminis resol.* 3. *num.* 5. Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.* 8. *num.* 30.

Decimum indicium est, nam cum ignoraretur delin- 29
quens, in principio inquisitionis percontata à Judice de nece viri, illam simulavit: & adhuc præcedente diffamatione, percontrata iterum judicialiter à Judice, negavit iterum factum, & delinquentem, quem, & factum cum circunstantiis confessa fuit, se ipsam exonerando in secunda depositione, hæc simulatio arguit dolum, ut in hac re ponderat Novar. *libr.* 2. *post grav.* 200. *in alleg num.* 46. & ex variatione, & mendacio paritet arguitur dolus, *l. servus* 21. *§. si persuaseris mihi, ff. de dolo*, Leo *decis.* 125. *num.* 16. ubi plures allegat Carena *de Offi. Sanct. Inquisit. part.* 3. *tit.* 10. *num.* 98. Scialoya *in prax. foriud. capit.* 4. *num.* 34. Esse *decis.* 111. *num.* 32. Suelvez *cent.* 1. *cons.* 29. *num.* 8. & tractatus, Guaz. *def. reor.* 4. *cap.* 14. *num.* 23. & de per se facit indicium ad torturam, *l. Unius* 18. *§. testes, ff. de quæst.* Ansald. *consil.* 125. *num.* 1. *verb. Sexto, & num.* 52. Majorana *in opopr. crimin. d. cap.* 8. *nu.* 119. ubi id explicat, concurrentibus adminiculis, *& num* 121. dummodo mendacium, aut variatio sit circa qualitates substantiales, ubi alios ad id allegat, & eis adde Ciarlin. *controv. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 41. Andreol. *cons* 49. *n.* 10. qui allegat Farinac. *q.* 57. *nu.* 31. Ciriac. *controv.* 106. *num.* 86. Guaz. *defens. reor.* 4. *cap.* 14. *num.* 23.

Carol. Ant. de Rosa *in prax. crim. cap. 8. n. 31.* facit R. Cortiada *dec. 98. num. 58.*

30 Undecimum indicium est fama, quod amasius interfecerat virum illum, & quod in ejus morte consenserat adultera, quæ de per se in delictis difficilis probationis facit indicium ad torturam, Farinac. *in prax quæst. 47. numer. 11.* cum pluribus Conciol. *resol. 1. verbo Fama, num. 5.* & solemnis dicitur fama quæ oritur ex argumentis, & quando cum ea concurrunt verosimilitudines, punctim Novar. *lib. 2. post grav. 200. in alleg. n. 60.* tradit Peg. *dec. 17. nu. 22.* Carac. *dec. 2. n. 17.* si concurrit cum adminiculis, prout in suo casu ex inimicitia, minis, & aliis, & in omni delicto fama facit indicium contra inquisitum. Leo *decis. 125. nu. 27. & seqq.* Esse *dec. 111. num. 31.*

Nec obstat dicere, quod illa fama non fuit orta incontinenti sequuto delicto, sed post carcerationem, & quod sic non venit attendenda, Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. part. 3. tit. 10. num 73.* Conciol. *in verbo fama resol. 9. num. 1. & seqq.* Majorana *in opoprax. crimin. lib. 2. cap. 8. num. 86* Peguet. *decis. 17. num. 27.* Ciarlin. *controv. libr. 1. capit. 12. num. 35.* quia hæc non procedunt, quando non concurrunt causæ, ex quibus moveri populus potuit ad ita opinandum; nam tunc fama orta post inquisitionem, & accusationem est attendenda. Conciol. *dict. resol. 9. nu. 3.* qui allegat Farinac. *de indiciis quæst. 47. num. 178.* qui loquitur etiam de fama orta post carcerationem, ubi dicit regulariter famam esse suspectam, si orta fuerit post accusationem, inquisitionem, vel carcerationem, & nil valere, *nisi*, inquit, *causa ex qua ortum habet fama, supervenit post delictum, accusationem, inquisitionem, vel carcerationem; quia tunc, quandocumq; superveniat causa famæ, potest ipsa fama oriri.* Carol. Ant. de Rosa *in prax. crim. lib. 2. cap. 8. nu. 22.* ubi ait, quod hæc maximè procedunt, si incontinenti sequatur carceratio, cum fama antecedere non potuerit: quæ militant in occurrenti facto, quia cum delictum commissum fuisset in nemore, & nocte, nisi post inquisitionem, & rei carcerationem ignorabatur delictum, & causa delicti, & tantùm post adulteræ carcerationem supervenit notitia, & causa delicti, ex qua ortum habuit fama: de hac re diximus *dec. ant. num. 52.*

31 Advocati Rei quoad indicium famæ ubique exponunt, quod testes, ut concludant, deponere debent de quatuor requisitis. Primò se audivisse à pluribus, aliquos ex his nominando, etiamsi super eo non fuerint interrogati, scribit Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. part. 3. tit. 10. num. 67.* Farinac. *in prax. quæst. 47. num. 229. & seqq.* Peguet. *decis. 17. num. 23.* nam poterat oriri à non fide dignis, vel à malevolis, & suspectis, & non deberet attendi. Peguet. *dict. dec. 17. num. 18.* Sperel. *decis. 172. num. 40.* Citiac. *cont. 102. nu. 10. cont. 156. num 46. & controv. 523. num. 43.* Vermigl. *consil. 78. num. 9. & consil. 156. nu. 46.* Conciol. *in verbo Fama resol. crim. 10.* Majorana *in opopr. crimin. lib. 2. cap. 8. num. 89.* Sciaioya latè de requisitis famæ *in prax. foriud. cap. 4. n. 35. cum seqq.* ubi ex Peguet. *d. dec. 17. n 13.* ait, quod bona fama in genere non tollit malam in specie probatam; nec requiritur quod fama originem habuerit ab honestis personis, quando agitur de turpi causa, ex eodem Peguet. *dict. dec. 17. num. 18.*

32 Secundò, audivisse à majori parte populi, aut saltem publicè audivisse. Clarus *in prax. §. final. quæst 6. num. 14. in fine*, Scaccia *de judiciis lib. 1. cap. 84. num. 30.* Farinac. *in praxi quæst. 47. numer. 257. & 259.* Reg Matth. *de reg. Reg. Valent. cap. 8. §. 8. num. 102.* Mastril. *decis. 295. num. 12. & seq.* Carena *de Offic. sanct. Inquis. par. 3. tit 10. nu. 70. & seq* Peg. *d. dec. 17. num. 25.*

33 Tertiò, causam exprimere propter quam fama illa ortum habuit. Peg. *d. dec. 17. num. 26* Mascard. *de probat. concl. 1370. num. 8.* Farinac. *in prax. quæst. 47. nu. 316.* Larrea *alleg. Fiscal. 48. num. 47.* Majorana *in opoprax. lib. 2. cap. 8. num. 92.*

34 Quartò, quod fama præcesserit accusationem, & fuerit orta incontinenti commissi sceleris, Gramm. *vot. 34. numer. 17.* Giurba *consil 91. numer. 44.* Farinac. *in prax. dict. quæst. 47. numer. 176.* Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. part. 3. titul. 10. num. 73.* Vermigl. *consil. 13. numer. 15. consil 74. n. 14. & consil. 228. num. 7.* Majorana *in opoprax. dict. cap. 8. num. 86.* Conciol. *resol. crim 9. verbo fama*, Ciarlin. *cont. forens. tom. 1. cap. 10. n. 132.* Quesada Pilo *differt. 16. n. 109.* Peg. *d. dec. 17. num. 27.* ubi concludit pro dictis quatuor famæ requisitis.

35 Sed observent Advocati quod dicitur etiam fama plenè probata per decem testes, propter eorum multitudinem, licèt informiter, etsi deponant non exprimendo causas, & auctores Mascard. *de probat. conclus. 749. nu. 32. & seq. lib. 2.* Farinac. *in prax. quæst. 47. num. 267.* Citiac. *cont. 102. in princ.* Giovag. *cont 6. num. 100. lib. 1.* aut si de ea deponant septem testes, quia eundem operantur effectum, ac si de illa decem testes deponerent Alban. *consil. 72. num. 4.* Burs *consil. 35. num. 21. & seq. & consil. 87. num. 45. & seqq. libr. 1. & consil. 311. n. 34. lib. 3.* quem refert, & sequitur Hond. *consil. 87. supr. num. 17.* & idem ante eos dixerat Abbas *consil. 72. num. 5.* Mascard. *d. concl. 749. num. 21.* & non videtur dissentire Farinac. *quæst. 47. numer. 271. in fin.* Conciol. *resol. crim. 7. verbo fama*; admittit hoc assertum Majorana *in opopr. crimin. lib. 2. cap. 8. num 95.* cum adminiculis, & in eandem opinionem transit Carol. Ant. de Rosa *in prax. cap. 8. num. 22. verb. In delictis*, & de octo testibus loquitur Grammat. *consil. 57. num. 19.* & de sex concurrentibus adminiculis Giovag. *dict. consil. 6. num. 100.* & recitat Conciol. qui *supr.* Nos admittimus etiam famam probatam ex septem testium (frequenter plusquam septem ministrantur) dictis, qui de fama orta incontinenti post commissum delictum deponant, prout quotidiè observamus.

Et pro nostra praxi efforma depositionem testis super fama deponentis (ut etiam diximus *decisione 7. numer. 57.*) per hæc verba: *es veritate, &c. que en continent de haver succehit lo delicte, ohi à dir publicamente, y fon ver, y fama publica, que N. era estat lo que havia*: explica delictum, & si est proditorium, vel animo deliberato commissum, exprime etiam qualitatem delicti cum omnibus circumstantiis, si testes id affirmare possint, & adde: *la qual fama de las horas ensà se es continuada, y vuy se continua*: hanc depositionis testis formam reperto, & quamquam vulgarem judicem, experientia tamen in rebus criminalibus me docuit, maximoperè esse opportunum, & necessarium illam animadvertere Inferioribus Ordinariis, qui in criminalibus non multùm versati comperiuntur.

Duodecimum indicium resultat, quia post factam, & 36
publicatam inquisitionem, & audita rea in defensionibus, alia non reperitur culpata, nec alius est diffamatus de eo delicto, tali enim casu ille qui est inquisitus magis urgetur, & indicia contra ipsum augentur, Farinac. *quæst. 52. num. 148. & 149.* Ciarlin. *contr. lib. 1. cap. 12. num. 39.* ad idem notanter traditur Novarius *lib. 2. post grav. 200. numer. 95.* ibi: *Indicium indubitatum dicitur quando delictum ab alio patrari non potuit quam ab inquisito, ut in casu nostro, nam occisus erat homo pacificus, & cum nullo odium habebat, ut in eius depositione uxor fatetur, ubi etiam subiungit quod verosimiliter credit (in nostro casu constanter fatetur) quod potuit à dicto Annello ejus amasio occidi, si itaque cum nullo odium habebat, præterquam cum ejus uxore, & dicto Annello ut suprà, indubitate tenere debemus, & judicare à dicto Annello, & uxore suggerente, & consentiente; illum occisum fuisse, attentis his quæ refert Muta dec. 1. num. 1.*

Ultimò coadiuvantur prædicta indicia ex diversis ad- 37
miniculis, ex processu resultantibus. Primò, quia deponit unus testis audiisse à rea quod amasius jam ei obtulerat occidere virum suum, ut faciliùs fornicarentur, vel ut testis dicit, ut faciliùs intrare posset in domum suam. Secundò iterum alia vice conspirasse in necem viri, de auditu reæ deponit etiam unus testis, Tertiò ex testibus singularibus constabat adulteram commovisse amasium in insultum viri eidem dicentem, quod vir ob notitiam adulterii in eos irruere intendebat, & licèt de per se perfectè probata non sint; attamen præstant cæteris indiciis adminicula, ex regula *singula quæ non prosunt, multa collecta juvant*. Pegu. *decis. 17. num. 37* ibi: *Quod quidem indicium quantumvis magnum, licet de per se non operetur ad effectum probationis, quia in sua specie non erat perfectè probatum, tamen valet ad præstandum cæteris adminiculum*, ex pluribus quos allegat, sequitur Cabal. *cent. 2. resol. 193.* & punctim Novar. *de grav. vassal. post grav. 200. in allegat. numer. 74.* Carac. *decision. 2.* ubi de confessione extrajudiciali imperfectè probata, P. Grassetus *de nece prod. §. 33. num. 52.*

Quibus omnibus additur quod versamur in delicto dif- 38
ficilis probationis, nempè in consensu, aut tractatu præhito in nece nocte in nemore exequuta, ex traditis à Novar. *gravam. 200. num. 3.* in quo lex levioribus præsumptionibus contentatur: latissimè Larrea *alleg. 6. num. 67.* punctim Decian. *in tract. crimin. libr. 9 ca. 14.* Farina. *in prax. quæst. 120. num. 193.* Caracciol. *decis. 2. num. 9.* Nova. *post grav. 200. in allegat. num. 72.* qui *num. 75.* infert Judicem ex in-

ex indiciis, & verisimilitudinibus confirmare posse animum suum, non solùm tanti sceleris participem, & consciam esse; sed etiam auctorem, & inventricem.

39 Ultimò etiam ponderatur, quod in hoc Regio Senatu in delictis occultis, & difficilis probationis, quamvis indicia non sint indubitata, si sint plura, ex quibus resultet unum indubitatum, & adsint aliæ probationes, & adminicula, quis condemnatur ad pœnam ordinariam delicti, cum diversorum allegatione, & observantiis Senatus scribit R. Cortiada *dec.93 num.36. & nos dec.41. num.* 35. unde cum in casu vigeant tanta, & efficacia indicia, apparuit in Senatu convictam esse ream de prævio consensu in nece viri præstito, & sic qua pœna foret punienda, fuit dispunctum, prout in sequenti decisione apparet.

DECISIO XLVI.

ARGUMENTUM.

Non est prohibitum *in cap. 15. cur. anni* 1599. adulteræ delatæ de consensu in nece proditoria viri, per amasium perpetrata, supplicare, ecsi *in dicto cap.* denegetur supplicatio homicidis proditoriis, & insidiosis, ubi explicatur *d. cap.* 15.

SUMMARIUM.

1 *Proditorius homicida dicitur apud nos, qui nulla interveniente causa rixæ, ita securè occidit nil tale cavente, aut præcavere valentem, amicitiæ, vel inimicitiæ causa minimè considerata; ubi an occidens amicum reconciliatum dicatur proditor.*

2 *Viricidium est homicidium proditorium.*

3 *Traduntur exemplaria Senatus, in quibus, viricida, aut uxoricida condemnatis fuit denegata supplicatio, & num.* 4.

5 *Viricidium est species parricidii, & parricidium est homicidium proditorium, ubi Senatus decisio in parricidio commisso in socerum, & fuit negata supplicatio.*

6 *In eisdem terminis adducitur alia decisio Senatus.*

7 *Nil interest, quòd fiat in sententia delatum de nece exceptuata respectu pœnæ si ex facto quod in sententia refertur, illud resultat, adducitur decisio Senatus, & quomodo intelligatur, n. seqq.*

8 *Idem procedit ad privandum reum ab immunitate Ecclesiastica, ubi etiam decisio, sed quomodo intelligatur, num. seqq.*

9 *Respectu uxoris opem præstantis in homicidio viri, per ejus inimicos patrato, consideratur proditorium, & respectu interfectorum etiam insidiosum in casu quo refertur.*

10 *In sententiis criminalibus exprimitur causa, vel delatum criminosi, & eo attento, & considerato tantum, si est delictum exceptuatum, non admittitur ad supplicandum, si non exprimitur delictum exceptuatum, non denegatur reo supplicare, & hoc inconcussè, alio non inspecto observatur, nec requiritur quod reus sit convictus, sed quod sit condemnatus ad pœnam etiam extraordinariam, & n.* 11.

12 *In uxoricidio admittitur, ea de causa, supplicatio, si contra uxoricidam sit delatum de nece in uxorem suam, animo deliberato perpetrata, ubi decis. Senatus.*

13 *In viricidio non admittitur supplicatio, si contra viricidam sit delatum de nece proditoria in virum perpetrata, ubi decis. Senat.*

14 *In homicida, non expressa in sententia qualitate proditionis, vel insidiarum, sed delato de nece, simpliciter admittitur supplicatio, ubi dec. Senatus.*

15 *Idem procedit in criminoso de vulnere, in quo mors successit, ubi dec. Senatus.*

16 *Non ex quo quis condemnatur pœna mortis naturalis, habet prohibitam supplicationem; namque homicida appensatus punitur pœna mortis naturalis, & supplicat.*

17 *Nec ex quo reus privatur immunitate Ecclesiastica, privandus est beneficio supplicationis, quia quoad hanc rem non valet argumentum ab immunitate ad supplicationem; nam homicida appensatus non gaudet immunitate Ecclesiastica, & supplicare potest.*

18 *Assassinus punitur pœna extraordinaria ob defectum probationis, & non supplicat, pariter homicida proditorius ex defectu probationis condemnatur ad pœnam extraordinariam, & non supplicat.*

19 *In his terminis ponderatur, quod vulnerans proditoriè privatur immunitate Ecclesiastica, punitur tamen pœna extraordinaria.*

20 *Et supplicare potest, ubi dec. Senatus.*

21 *Alia adducitur decis. Sen. respectu pœnæ vulnerantis proditoriè.*

22 *Resolutio trium Aularum in facto controverso.*

DUbitatum in eadem causa fuit, an liceret reæ supplicare à dicta sententia criminali juxta disposita *in cap. 15. cur. anni* 1599. nam opponebat Fisci Procurator Regiæ Curiæ denegandam ei esse supplicationem; quia in *d. cap.* 15. non licèt supplicare à sententiis criminalibus prolatis contra homicidas proditorios, vel insidiosos, & rea delata erat de viricidio, quod ex sua natura proditorium esse nemo inficiatur; proditorius enim homicida dicitur apud nos, qui nulla intervenientè causa rixæ, ita secure occidit nil tale caventem, vel præcavere valentem; amicitiæ, vel inimicitiæ causa minimè considerata, Peg. *decis.* 54. *num.* 9. *par.* 1. Xam. *rer. judic. def.* 48. *num.* 17. *par.* 1. Font *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 14. *num.* 118. cum aliis adductis à R. Cortiada *decis.* 96. *num.* 6. 1

Ideo proditorium homicidium dicitur, quando quis occidit amicum reconciliatum, quia per reconciliationem, & fidem, quàm infideles saltem propter infamiam etiam servant, cessat ratio præcavendi, quæ maximè militat inter Christianos per articulum fidei, & eò magis si reconciliatio sequuta fuisset authoritate majorum, cum cautione de non offendendo, in manu alicujus viri potentis; quia alioquin nullus modus stabiliendæ pacis esset inter semel offensos, & si reconciliatio non præstaret securitatem, actum esset de humano consortio sylvas petere prudentius, quàm Civitates: feras, quàm homines, uti considerat Addit. ad Franc. *obs.* 713. *n.* 10. & post eum Carol. Ant. de Rosa *in prax. crim. cap.* 6. *num.* 34. 2

Homicidium commissum per ream erat in virum sub fide consortis rutum, nec poterat infœlix præcavere uxorem velle ipsum prodere, & maximè quia simul stabant, comedebant, & dormiebant, & sic proditorium viricidium esse affirmant Thoro *in comp. decis par* 1. *n verbo Proditorium, pag. mihi* 429. & citati à R. Corriada *d. decis.* 96. *numer.* 11. *& seqq.* quibus adde Luca *ad decis. Franc.* 279. *numer.* 4. Quesada Pilo *disser.* 7. *numer.* 31. *& seqq.* 3

Et tamquam homicida proditorius die 3. Junii 1671. referente Nob. Hieronymo de Magarola, tunc J. R. C. quidam civis honoratus Barcinonæ pro nece in uxorem suam, ex majori parte, attento defectu probationis, fuit condemnatus, ut deportaretur in insulam per suam Majestatem nominandam in perpetuum, & non potuit supplicare. 4

Et die 14. Octobris 1671. Catherina N. delata de viricidio, fuit quæstionibus tormentorum subiecta, referente eodem nobili Relatore, & ei non fuit data facultas supplicandi; sed quia vicit in tottura, fuit liberè relaxata.

In id ipsum expendebat, quod viricidium est species parricidii *lib.* 1. *ad lib. pom. de par. §. Alia deinde, inst. de pub. judic. lib. un. Cod. de his, qui parent vel fil. oc.* & latè probavimus in decisione antecedenti; & parricidium homicidium proditorium est, ex pluribus R. Cortiada *d. decis.* 96. *num.* 9. qui idem docet de parricidio in socerum commisso, quod propriè parricidium non est, *num.* 52. & allegat ita observatum in Regio Crim. Conc. die 28. Martii 1638. contra Joannem N. flasaderium delatum de nece, & parricidio proditoriè, & per insidias perpetrato jactu instrumenti manualis in personam Joannis Pasqual soceri sui, qui fuit condemnatus ad pœnam mortis naturalis. 5

Et in eisdem terminis fuit dictum in R. Sen. die 9. Decembris 1670. ref. Mag. Michaele Joanne Taverner, & Rubi, tunc J. R. C. scriba Riambau Not. contra Joannem N. Francigenam delatum de nece proditoriè perpetrata in personam Dominici Colomer soceri, agricolæ Villæ de Olesa die 12. Martii 1670. in via, qua itur à Villa Tartariæ ad cymbam dictæ Villæ de Olesa, qui fuit condemnatus ad 6

pœnam

UAB Biblioteca de Ciències Socials

pœnam ultimi supplicii, absque eo quod reus supplicare valeret.

7 Nec obstare prætendebat F. P. R. C. quod rea non fuerat inculpata de nece in virum suum perpetrata, prout erant Rei delati, & inculpati in exemplaribus desuper relatis, sed tantum erat delata de consensu præstito in nece viri sui, & sic quòd prohibitum habere non debebat remedium supplicationis; quia huic obiecto occurrebat, ajens quòd ex illo consensu in nece viri, tanquam particeps in nece proditoria, fuit ad mortem condemnata, & nil interest non esse delatam de nece, si in effectu de nece sequuta tenebatur, prout etiam nil oportet fieri delatum de nece exceptuata respectu pœnæ, si ex facto, quod in sententia refertur, illud resultat, ut videre licet in exemplari, quod recitat R. Cortiada *decis.* 95. *num.* 34. contra Anticum N. delatum de mandato facto Martino N. & aliis facinorosis hominibus ad occidendum Guillermum Casals, prout in effectu illum occiderunt, qui ad relationem nobilis Petri Soler J. R. C. die 10. Octobris 1607. fuit condemnatus ex defectu probationis assassinii ad servitium Regiarum triremium remigando per septennium.

8 Et idem procedit in immunitate Ecclesiastica, qua reus privatur, etsi non explicetur qualitas delicti, si tamen ex processu ea resultet, ut in facto immunitatis allegatæ in personam Raimundi N. extracti ab Ecclesia die 27. Aprilis 1616. per Canc. Agullana, qui non fuit delatus de homicidio proditorio, quod commiserat, prout referens casum scribit Xam. *rer. judic. decis.* 48. sed tantùm de nece (simpliciter) ictu tormenti manualis vulgo *pistola*, perpetrata in personam Antonii Mercader, & licèt occideret de facie ad faciem, quia fuit motus ex levissima causa, & aliqua non fuit præcavendi causa, cum parum, & nihil æquiparentur, fuit declaratum immunitate Ecclesiastica non gaudere; recitat R. Cortiada *dec.* 96. *num* 23.

9 Hæque urgere allegabat, quia amasius fuit inculpatus de nece proditoria consensu adulteræ in virum patrata, quod delictum etiam respectu adulteræ proditorium considerari debebat, ut scribit Thoro *in comp. decis. in verbo proditorium par.* 1. *pag.* 428. qui respectu uxoris opem præstantis in homicidio viri, considerat homicidium proditorium esse, & respectu interfectorum, qui erant inimici occisi, considerat homicidium esse insidiosum; ex quibus omnibus arguebat, quòd cum uxor illa fuerit particeps delicti ex sua natura proditorii, veluti viricidii, & tanquam rea homicidii proditorii fuerit in pœnam ultimi supplicii damnata, quòd admitti non debebat ad supplicandum juxta disposita *in d. cap.* 15.

10 His verò minimè refragantibus posse supplicare fuit conclusum, quia quando quis in criminalibus condemnatur, semper apponitur ei causa suæ condemnationis dicendo: *Attento ex meritis præsentis inquisitionis, & aliàs legitimè constat de intentione Fisci Procuratoris Regia Curia adversus, & contra N. delatum, & inculpatum de nece proditoriè, & appensatè commissa in personam N. &c.* & in illis verbis: *delatum, & inculpatum* stat firma, & certa condemnationis causa, & si in eis exprimitur inculpatio de aliquo delicto exceptuato, per hoc claudituros condemnatis, ne possint appellare, aut supplicare, & hoc solùm sufficit, & per hoc regitur Sacrum Concilium, & occasionem sumit admittendi, vel repellendi appellationes, aut supplicationes, & ita observatur inconcusè absque aliqua exceptione, vel limitatione, hæc sunt verba Font. *tom.* 1. *dec.* 120. *num.* 19. minus illa, quæ non transcripsi, ibi: *Quod condemnationis causa, id est delatum non apponitur, nisi respectu eorum, de quibus plenè constat contra delinquentem*, quia contrarium observatur; nam quando ob defectum probationis plenæ condemnatur ad pœnam extraordinariam, etiam explicatur causa delicti, ac si de ea plenè constaret, & si est ex exceptuatis, privatur reus supplicatione, ut in sequenti decisione fundabitur.

11 Et antea dixerat Nob. Ludo. à Peg. *tom.* 2. *decis.* 70. in illis verbis pro quibus allegat Bartol. *l. Constitutiones, ff. de appellat.* ibi: *Ad hoc ut denegetur appellatio, sufficit reum esse delatum de criminibus exceptis*; & cum adultera in specie proposita non fuerit delata de nece proditoria, sed tantum de consensu in nece proditoria, & juxta *cap.* 15. nec aliàs de jure communi sit prohibitum appellare uxori consentienti in nece viri, manifestè sequitur admittendam fore ad supplicandum.

12 Id apparet in comperto; nam in eodem crimine parricidii, ut puta in viricidio, vel uxoricidio fuit in uno casu admissa Rei supplicatio, quia fuit delatus cum qualitate supplicabili, & in altero casu fuit denegata supplicatio; quia fuit delatus de delicto cum expressione qualitatis supplicationem excludentis, primus casus est is, quem tacito nomine recitat Beratt. *in spec. visit. cap.* 9. *num* 25. & expresso nomine refert R. Cortiada *decis.* 98. *num.* 20. *in fine*: nam quidam civis honoratus Barcinonæ delatus, & inculpatus de nece, per eum animo deliberato perpetrata in personam N. illius uxoris pluribus ictibus pugionis die 9. Februarii anni 1621. inter septimam, & octavam horas ante meridiem in cubiculo turris, &c. ubi ambo cubabant, fuit declaratus reus mortis, & quòd in platea publica dicta *del Rey*, præsentis Civitatis amputaretur eidem caput, sic quòd naturaliter moreretur, & anima ab ejus corpore illicò separaretur: lata fuit sententia die 21. Maii 1621. ref. Mag. Franciseo Ferrus J. R. C. & supplicavit reus die 24. ejusdem mensis, & commissa causa supplicationis die 3. Junii subsequentis Mag. Hieronymo Saniust. R. A. D. fuit cum voto Domini Proregis in casu paritatis in gradu supplicationis confirmata 19. Junii 1621. in quo casu admissa fuit supplicatio reo delato de viricidio, quia tantùm in sententia fuit inculpatus de nece, animo deliberato perpetrata in personam uxoris.

Non ita se habuit Senatus in casu Hieronymæ N. Civi- 13
tatis Gerundæ, quæ fuit delata, & inculpata de nece, ejus mandato proditoriè perpetrata in personam Narcisi N. viri sui, & die 31. Maii 1622. fuit condemnata quòd subiiceretur quæstionibus, & tormentis, ut veritas ab ejus ore haberetur, & eodem die fuit tormentis supposita, & postea, quia vicit, libere relaxata, sicque à dicta sententia condemnatoria non valuit supplicare, imò fuit repulsa, quia intra terminum ad supplicandum fuit sententia exequuta, quod nulla alia ratione potuit fundari, nisi quia per delatum, vel motivum expressum in sententia de nece proditoria, fuit ei prohibitum supplicare juxta disposita *in d. cap.* 15.

Extra recitatos terminos in homicidio simplici, non ex- 14
pressa in sententia qualitate proditionis, vel insidiarum, admittendam esse supplicationem ex antedictis nemo negabit; & fuit observatum die 25. Maii 1600. contra Joannem N. paratorem lanæ, delatum de nece per ipsum perpetrata in personam Joannis Baro paratoris lanæ, qui ad relationem Mag. Francisci Sescases J. R. C. extitit condemnatus, quod erat reus mortis, & quod suspenderetur in alta furca laqueo per collum, taliter quod naturaliter moreretur; quæ quidem sententia in R. A. Civili, ad relationem Mag. Josephi Benach die 30. Maii 1600. extitit in gradu supplicationis confirmata, & eam recitat R. Cortiada *dec.* 92. *num.* 27. *in fine*.

Et de vulnere ex quo mors successit, fuit delatus Paulus 15
N. aliàs Gay minor, & 12. Octobris 1615. qui fuit condemnatus ad servitium regiarum triremium remigando ad septennium, & fuit admissus ad supplicandum, & in supplicationis causa fuit confirmata primitiva sententia die 25. Maii 1616. unde constat, quod alio non attento, nisi delato expressato in sententia criminali admittitur, vel repellitur reus ad supplicandum.

Nec obstat dicere, quod in sententia fuit adultera con- 16
demnata, inculpata, & delata de consensu in nece proditoria, in virum commissa, & uti convicta de participatione in parricidio, & delicto proditorio fuit damnata ad pœnam ultimi supplicii: quia respondetur, quòd ea non fuit delata de nece proditoria de per se, vel ejus mandato commissa, sed de consensu in nece, nec eo quòd sit condemnata ad mortem, impedita fuit supplicare; nam non valet argumentum de pœna mortis naturalis ad supplicationem, nam reus inculpatus de nece appensatè, & animo deliberato commissa, punitur pœna mortis naturali, ex pluribus, cum observantia N. R. S. scribit R. Cortiada *decis.* 98. *num.* 19. & homicida appensatus, & præmeditatus supplicat, idem R. Cortiada cum observantia nostra in eadem *dec.* 98. *num.* 25. & antea *dec.* 96. *num* 59.

Nec ulterius obstat, quod in immunitatis declaratione 17
non inspicitur delatum ad privandum reum ab immunitate, si tamen ex processu resultat delictum esse exceptuatum, quia respondetur, quod contrarium quotidie videmus observari, cum in declarationibus contentionum in visis sententiæ semper exprimatur causa, ob quàm reus immunitate privatur, ut videre licèt in infinitis exemplaribus adductis à R. Cortiada, & signanter *decis.* 96. *num.* 27. & 21. ac etiam quoad hanc rem non valet argumentum de immunitate ad supplicationem; nam homicida appensatus perdit immunitatem Ecclesiasticam, ex R. Cortiada *d. decis.* 98. *num.* 11.

*num.*11. & 12. ubi diversa exemplaria recitat, & ita resolutum tradit, intervenientibus tribus Aulis Regiæ Audient. in contentione super immunitate, de qua attestatur Peg. *decis.* 54. *numer.* 10. *par.* 1. *ver. & hanc sententiam, in fine*, & tamen homicida præmeditatus supplicat, ut diximus.

18 Ac etiam id ipsum comprobatur, nam assassinus punitur pœna extraordinaria ob defectum probationis, ex R. Cortiada *decis.* 95. *numer.* 34. & supplicare non potest, ut ibi *num. fin.* & idem procedit in homicida proditorio, qui ex defectu probationis punitur pœna extraordinaria, idem R. Cortiada *decis.* 96. *num.* 49. & supplicare non potest, *ibidem numer.* 69.

19 Ac ulterius vulnerans proditoriè, vel per insidias amittit immunitatem Ecclesiasticam, & tantùm punitur pœna extraordinaria, R. Cortiada *decis.* 103. *numer.* 11. & 24. & supplicat, ut hæc comprobata vidi contra Sylvestrum N. Agricolam termini Barcinonæ, nam pro vulneribus lethaliter illatis in personam Francisci Domenech Ferrifabri civis Barcinonæ proditoriè, & animo appensato, extractum cum sono emisso ab Ecclesia Sancti Sebastiani ejusdem Civitatis non obstante, quod opponebat casu obvium invenisse dictum Domenech, ex quo à retro irruit in illum, fuit declaratum die 24. Januarii 1680. per Cancel. Monserrat, intervenientibus Aleny, Anglasell, & Amigant, Doctoribus Regii Concilii, immunitate Ecclesiastica non gaudere.

20 Idem Sylvester N. die 20. Februarii 1680. ref. Mag. Bonaventura Tristany, tunc J. R. C. Scriba Maurici Not. ob dictum vulnus lethale proditoriè illatum in personam dicti Joannis Domenech, fuit condemnatus ad servitium regiarum triremium remigando per decennium, quæ sententia fuit in gradu supplicationis confirmata, referente nobili Narciso Anglasell R. A. D. die 8. Junii 1680. en igitur quod non valet argumentum de immunitate ad supplicationem; quia privatur homicida appensatus immunitate Ecclesiastica; & tamen supplicat, nec de pœna ultimi supplicii, ad immunitatem, quia perdit vulnerans proditorius immunitate, & non condemnatur ad pœnam ultimi supplicii.

21 Et respectu pœnæ idem Senatus declaraverat die 10. Junii 1671. referente Magnifico Michaele Joanne Taverner, tunc J. R. C. scriba Riambau Not. contra Josephum N. loci de Cadolla Episcopatus Illerdæ, qui proditoriè vulneravit Saldonium Company, & fuit condemnatus ad remigandum per decennium, & fuit sententia in gradu supplicationis confirmata, ref. Mag. Josepho Aleny R. A. D. die 17. Junii 1671. & quod vulnerans proditoriè possit supplicare vide cum aliis exemplaribus *in decisionibus sub sequent.* quem exitum habuit dubium propositum tacitis nominibus (prout id fieri in his rebus solere, observat, ac attestatur Ramon. *consil.* 88. *num. fin.*) videas, ut subsequitur.

22 *Die* 1. *Junii* 1683. *in Regia Audientia junctis tribus Aulis Præsidente nobili Michaele de Cortiada Regente Regiam Cancellariam interfuerunt cum eo*

Magnificus Josephus Aleny A. F. P.
Nobilis Narcisus de Anglasell, Tertia Aulæ D.
Magnificus Michael de Calderò, Tertia Aulæ D. & F. A.
Nobilis Hieronymus de Magarola.
Nob. Petrus de Amigant, Tertia Aulæ D.
Mag. Michael Joannes de Taverner.
Mag. Joannes Colomer.
Mag. Raphael Nabona.
Mag. Jacobus de Potau.
Mag. Bonaventura de Tristany.
Nob. Christophorus de Potau.
Mag. Vincentius Sabater I. R. C.
Mag. Bernardinus Puig. I. R. C.
Mag. Josephus Pastor, & Mora.

In facto propositionis factæ per nobilem Regentem Cancellariam an juxta dispositionem cap. 15. cur. anni 1599. *in quo disponitur inter alia, quod non liceat supplicare à sententiis latis in Regio Concilio in homicidiis proditoriis, vel per insidias perpetratis, etiam sit prohibita supplicatio, quando mulier est delata de prævio consensu in nece proditoriè, & per insidias perpetrata in personam ejus viri per amasium, quam necem sciens faciendam eadem mulier non revelavit, & postea tacuit, & simulavit. Attento, quod dicta mulier tantùm fuit delata de consensu in nece viri per amasium appensatè, & proditoriè perpetrata, & non fuit delata, & inculpata de ipsa nece, & juxta litteralem dispositionem* dicti cap. 15. *quod ad unguem, & litteraliter est observandum, non est prohibita supplicatio in delicto consensus in nece proditoriè; sed in homicidio per insidias, aut proditoriè commisso. Ideò, & aliàs fuit conclusum licere in casu predicto juxta dispositionem dicti capituli supplicare.*

DECISIO XLVII.

ARGUMENTUM.

In crimine parricidii, vel viricidii an sola scientia, & non revelantia indiciis probata, tam in filiis, vel uxore, quàm in extraneis sufficiat ad pœnam ordinariam delicti, controvertitur, & declaratur. cùm intelligentia *l. Frater* 2. *cum l. Utrùm* 6. *ff. ad leg. pomp. de parricidiis, & §. alia deinde, Inst. de pub. judiciis.*

SUMMARIUM.

1 *Traditur antimonia* l. Utrùm 6. ff. ad leg. pomp. de parricid. & §. alia Inst. de pub. judic. cum l. frater 2. d. tit. ad leg. Pomp. de parric. *& num.* 2.

3 *Pro affirmativa quod si filius sciens non revelat, aut non prohibet necem futuram patris, teneatur pœna parricidii, recitantur Doctorum placita.*

4 *Ex his transeunt ad affirmandum, quod uxor sub pœna ordinaria delicti tenetur revelare, aut prohibere necem futuram viri.*

5 *In extraneis idem procedere propter atrocitatem delicti tradunt Doctores, qui citantur.*

6 *Pro negativa, quod filius sciens futuram necem patris, uxor necem mariti, & extraneus conscius parricidii, quamvis non revelaverint, aut non prohibuerint, non teneantur pœna ordinaria parricidii, sed extraordinaria, allegantur Doctorum auctoritates.*

7 *Extra parentes, & signanter quod uxor ex sola scientia necis viri condemnetur tantùm ad pœnam extraordinariam, scribunt varii, qui recitantur.*

8 *Hanc rem dubiam esse, & maturiùs de pœna fore cogitandum non ignoratur.*

9 *Admittitur opinio existimantium, quod ut filius, vel uxor teneantur pœna parricidii, non sufficit quòd sciant necem futuram patris, vel mariti, & non revelent, vel prohibeant; sed requiritur quod sciant cum participatione delicti, & ita conciliantur jura suprà expensa.*

10 *Non quod requiratur scientia, & participatio cum ope, & auxilio, sed sufficiat cum consilio, aut simplici auxilio, aut instinctu, aut persuasione, aut consensu, aut alteruro ex his.*

11 *Inter persuasionem, consilium, instigationem, & instructionem nulla consideratur differentia, & ex verbis admonitoriis, commendatoriis, laudatoriis, hortatoriis, & persuasoriis inducitur consilium, & instigare plus esse, quàm consulere, & sub nomine generali consensus consilium contineri affirmatur, & quòd ea nomina à Doctoribus confunduntur.*

12 *In hanc sententiam, si ultra scientiam concurrat consensus, aut consilium, aut persuasio, aut instigatio, aut quid simile tenetur filius, vel uxor pœna ultimi supplicii, & penduntur doctrinæ diversorum Doctorum, usque ad num.* 18.

19 *Declaratur Doctrina Farinacii cum eodem Farinacio, qui extendit regulam ad fautores, ad consulentes, exhortantes, suadentes, aut aliquod subsidium præstantes, aut conspirantes, & ad uxorem necem viri tractantem, & num.* 20.

21 *Pro suadente, aut alio modo delinquenti opem, & auxilium præbente citatur Solorzan.*

22 *Uxor quæ procuravit necem viri per adulterum, & iste à marito occiditur, punitur pœna ultimi supplicii, & idem procedit in muliere consulente.*

23 *Fundantur in juris regula, quod agentes, & consen-*

sentientes pari pœna puniuntur in gravioribus delictis, & quando agens aliàs delictum non esset perpetraturus.

24 *In nostro R. C. admissa fuit illa opinio, & pro ea explanatur doctrina Peguer. decis. 83. & numero 25.*

26 *In illa decisione verba illa* perfice quod facere cogitasti interficiendi virum meum, si tibi videbitur, *cum sint restricta ad voluntatem alterius, non inducunt consilium.*

27 *Declaratio quòd consulentes, & agentes puniuntur pari pœna, si consilium fuerit datum ei, qui aliàs non fuerat perpetraturus, non procedit in atrocibus, & multo magis in atrocissimis, vel quando consilium de per se est punibile, ut in crimine parricidii, & in viricidio; cum præsumatur amasium aliàs illud non commissurum, nisi ex instigationibus adultere.*

28 *Pro opinione, quod ex scientia necis cum participatione procedatur ad pœnam ultimi supplicii in viricidio, ponderatur decisio adducta à Suelvez.*

29 *Reperta uxore mortua in domo mariti cùm percussionibus, fama publica contra eundem maritum, fuga ipsius statim arrepta, juncta confessione extrajudiciali, dicitur maritus convictus de homicidio uxoris.*

30 *Pro auxilio cooperativo tenetur auxilians eadem pœna, ac principalis in homicidio doloso, constito plenè de delicto, præcedente tractatu.*

31 *Extranei, conscii, & participes parricidii tenentur pœna ultimi supplicii, si sciant qualitatem delicti.*

32 *Cum sola scientia, & non revelatione, aut prohibitione non liberantur extranei à pœna extraordinaria.*

33 *Decisio Regii Senatus traditur in facto controversa.*

34 *Explicatur Novarius, ut non procedat in R. Sen. in quo ex indiciis indubitatis, aut dubitatis, quæ constituunt unum indubitatum junctis aliis probationibus, & adminiculis in delictis difficilis probationis condemnatur ad pœnam ordinariam delicti, quod non ita procedit in omnibus tribunalibus, nec in ordinariis judicibus hujus Principatus, & quid in Regno Neapolis statutum sit, usque ad numero 37.*

38 *Quod non possit procedi contra mandantem, auxiliantem, vel consulentem, nisi constito plenè de interfectore, non admittitur in practica; & recitatur quæ in diversis tribunalibus est amplexa, usque ad num. 42.*

43 *Et certius id procedit in delictis, in quibus mandatum, auxilium, vel consilium, puniuntur de per se, sive agatur de pœna ordinaria, sive extraordinaria.*

44 *Conatus in crimine assassinii, etiamsi deventum sit ad actum proximum effectu non sequuto, ex consuetudine generali punitur pœna extraordinaria, effectu autem sequuto pœna ordinaria, & num. 5.*

46 *Conatus in crimine parricidii, vel viricidii, etiamsi deventum sit ad actum proximum sine propinatione veneni, an puniatur pœna ordinaria, traditur: at effectu sequuto pœna ordinaria puniri sine difficultate affirmatur, & num. 47.*

48 *Explicatur decisio in qua cum aliqua prollatione interfectoris, fuit contra mulierem consulentem, aut auxiliantem in viricidio, processum ad torturam.*

49 *Alia decisio pro pœna ordinaria mortis, & interfector fuit absolutus.*

50 *Alia nostri Senatus, in qua fuit torta uxor ad eruendam veritatem, quæ si confessa fuisset condemnanda veniret ad pœnam mortis.*

51 *Alia nostri Senatus cum semiplena probatione interfectoris in assassinio, & fuit condemnatus mandans, effectu non sequuto, ex defectu probationis ad pœnam extraordinariam.*

52 *Iterum* expenditur *decisio Peg. 83.*

53 *Referuntur indicia quæ urgebant in casu contra amasium interfectorem, & præcipuè indicium rivalitatis.*

IN crimine parricidii an sola scientia absque revelantia in filiis, & in extraneis sufficiat ad imponendum pœnam ordinariam ultimi supplicii, controvertitur, & incipiendo punctum, ut clarior res reddatur, respectu filiorum, decrevi jura, & Doctorum auctoritates invicem pugnantes adducere: sit pro affirmativa *text. in l. utrum 6. ff. ad leg. pomp. de parricid.* cujus verba sunt: *Utrum qui occiderint patrem, an etiam conscii pœna parricidii afficiantur, quæri potest, & ait Mœtianus etiam conscios eadem pœna afficiendos, non solum parricidas, proinde conscii etiam extranei eadem pœna afficiendi sunt*, concordat §. *alia deinde lex, Inst. de pub. judic.* ibi: *Alia deinde lex asperrimum crimen nova pœna prosequitur quæ Pompeya de parricidiis vocatur, qua cavetur, ut si quis parentis, aut filii, aut omninò affinitatis ejus, qua parentum nuncupatione continetur facta præparaverit (sive clam, sive palam id ausus fuerit) nec nonis, cujus dolo malo id factum est, vel conscius criminis extitit licèt extraneus sit, pœna parricidii puniatur.* 1

Contra hæc jura insurgit Scævola *in l. Frater 2. ff. cod. tit. ad leg. pom. de parrit.* cujus hæc sunt verba: *Frater autem ejus qui cognoverat tantùm, nec patri indicaverat, relegatus est, & medicus supplicio affectus:* ergo apertè convincitur ex sola scientia, & non revelantia necis ab altero fratre patri patrandæ, tantùm teneri fratrem pœna extraordinaria relegationis. 2

Pro affirmativa, videlicèt quòd filius, qui sciens non revelat, aut non prohibet futuram necem patris, teneatur pœna parricidii, sunt *glos.* in figuratione cas. *d. l. utrum 6.* Aret. *in d. §. alia* Nicas. *in eod. text.* Bart. *in l. 1. §. occisorum in fin ff. ad Syllan. & in d. l. utrum num. 3.* Roman *in d. §. Occisorum in fin.* Salicet. *in l. qui quis, §. id quod nu. 16. C. ad leg. Jul. Majest.* Igneus *in l. fideicommissum num. 47. in fine ff. ad Syllan.* Bald. *in cap. 1. num. 5. ver. Unde si non famosus, ff. de Offic. deleg.* Abbas *in cap. 1. post num. 9. de rest. spoliat.* Aug. ad Angel. *de malef. in verbo, & hai tradito la tua patria post num. 12.* Cæpol. *consil. crim. 5. nu. 30.* Cassanæ *in consuet. Burg rub. de justices num. 32.* Gomez *var. 3. cap. 3. num. 4.* Plaza *in epit. delict. lib. 1. cap. 22. ex num. 16.* Bajard. ad Clar. *quæst. 87. num. 2.* Franc. Senen. *in rep. cap. 1. num. 59. & seqq.* Vivius *com. opin. 694. num. 2.* Decian. *in tract. crim. lib 9 cap. 13. num. 3.* Menoch. *de arbit. cas. 355. num 15.* & hos DD. citatos latius expendit Farinac. *tom 1. consil. 104. à num. 2. usque ad numer. 23. vers. Adducitur tex. & in prax. quæst. 120. num. 153.* Afflict. *in Const. Neapo. in rub. 20. de rap. virg. num. 2.* Gram. *consil. crim. 74. num. 1.* Per. Greg. *syntag. jur. par. 3. lib. 36. cap. 24. num. 3* ipsis adde ex novioribus Alfar. *de Offic. fisc. glos. 20. num. 327.* Pasc. *de viri pat. potest. par. 3. cap. 6. nu. 29.* Franc. & Anton. Severini in addit. *ad dec. Sanfel. 337. ver. Licèt,* qui allegat Joan. à Monte Alegre *in alleg. §. 42.* Mari *ad decision. Gizzar. 18. num. 2.* 3

Ex his transeunt ad affirmandum, quòd uxor sub pœna ordinaria delicti tenetur sciens futuram necem viri revelare, aut prohibere. Bartol. *in l. Utrum, 6. ff. ad leg. pomp. de par.* Boer. *dec. 262. num. 9.* Gram. *consil. 74. in crim.* Menoch. *de arbit. cas. 355. num. 18.* Decian. *in tract. crim. tom. 2. lib. 9. cap. 13. num. 16.* Bajard. ad Clar. *qu. 87. num. 5.* & hos pro hac opinione refert Farinac. *lib. 1. consil. 104. num. 15. sub ver. Adducitur tex. & in prax. quæst. 120. num. 153.* Mari ad Gizz. *dec. 18. numer. 3.* Franc. Ant. Sever. in addit. ad Sanfel. *dec. 337. ver. Hoc etiam procedere,* Larrea *alleg. 65. num. 42.* 4

In extraneo idem procedere propter atrocitatem parricidii, affirmant *ex d. l. Utrum 6. ff. leg. pomp. de parric. §. alia Inst. de pub. judic.* Cæpola *cons. crim. 5. numer. 30.* Decianus *in tract. crim. d. lib. 9. cap. 13. num. 2.* Menoch. *de arbit. d. cas. 355. num. 35.* in addit. Gomez *var. 3. cap. 3. num. 3.* Larrea *alleg. fisc. 65. n. 42.* 5

Pro negativa verò, quod filius futuram necem patris, uxor necem viri, & extraneus conscius parricidii, quamvis non revelaverint, nec prohibuerint, non teneantur pœna ordinaria parricidii, sed aliqua extraordinaria; quoad filium respectu patris tradunt *glossa in d. l. Utrum in verbo conscius, ff. ad leg. pomp. de parric.* Angel. *in ead. l. 2 n. 1.* & ibi etiam Alber. *& in d. l. Utrum num. 1.* Bartol. *in l. omnes in fin. Cod. de agric. & censit lib 11.* Fulgosius *in dict. l. 2. & dict. l. Utrum,* Salic. *in l. 1. Cod. de rap. virg.* Alciat. *in l. 4. §. cato, num. 24. & seq. Cod. eod. & in l. bona fides num. 4 post med. ff. de posiri,* Cagnol *in l. culpa caret num. 10. ver. Si quis tamen, ff. de reg jur.* Marsil. *in l. 2. ff. de parric.* Azon. *in sum. de his qui paren. vel lib. occid.* Joan. 6

de

de Plat. *in d. §. alia col. 1. princ. & in fin. ver. Item adde*, Host. *in sum. de his qui fil. occid. ver. Sed etsi quis numer. 1.* Ab. *in cap. 1. post num. 5. de Offic. delegat.* Felin. *in d. cap. 1. numer. 4. vers. Fallit. 3. de Offic. deleg.* Mant. *in eodem cap. numer. 23.* Dec. *in eod. cap. numer. 3. ver. Sed istud videtur*, Bero. ibidem *numer. 62. & in cap. 1. de rest. spol. num. 56.* Anan. *in rub. de his qui fil. numer 6. in fin. ver. Et inter alia*, Plac. *de accus. tract. 7. post num. 20.* Vital. *in tit. de parric. numer. 1. in fin. ver. Item non solum*, Carter *in prax. in 3. tract. de homic. §. 9. quæro numer. 7.* Follet. *in prac. in verbo Pœnis debitis feriantur numer. 69.* Gig. *de crim. Læs. Majest. in ult. vers. quæst. 2. post numer. 1. & seq.* Cotrad. *in pract. rub. de conscius numer. 5. in 8. limit. & tit. de parric. numer. 9. & 10.* Gabriel *lib. 7. conc. ult. numer. 11.* Capic. *decis. 130. numer. 65. in fin.* Hier. Creval. in addit. ad Angel. *de malef. in verbo, & hoc tradito post numer. 11. litt. C. ver. Si talis scientia*, Nat. *consil. 595. numer. 12. in fin.* Menoch. *de arbit. cas. 355. numer. 14. in fin. & num. 16.* ubi refert intellectum *gloss. in d. l. Utrum in verbo conscius*, Rolan. *consil 88. numer. 6. lib. 2. decis.* Pedem. 80. *numer. 6. & seq.* Hond. *consil. 96. numer. 27. & seq. lib. 2.* hos recitat Farinac. *lib. 1. d. consil. 104. à numer. 2. usque ad numer. 36. vers. Pro contraria vero opinione, & in prax. qu. 120. numer. 154. & 155. & lib. 2. consil. 184. numer. 34. & 48.* Solor. *de crim. parric. cap. 15.* cum Menoch. *d. cas. 155. in fin.* pro pœna arbitraria resolvit, & pro extraordinaria etiam est Basil. *dec. 6. num. 17.*

7 Extra parentes, & signanter quod uxor ex sola scientia necis viri non possit ad pœnam ultimi supplicii condemnari, sed tantùm ad pœnam extraordinariam, tradit Vermig. *consil. 23. numer. 18. & 24. numer. 10. & 19.* & eam opinionem in extraneis procedi *ex l. si sciente 7. ff. ad leg. Jul. de parric.* Menoc *d. cas. 355. num. 7.* & ex allegatis per Barbos. *in collect. cap. sicut dignum de homic. ex num. 18. usque ad num. 30.* Grat. *reg. 120. per tot.* Flores de Mena *var. lib. 2. quæst. 18.* Farinac. *quæst. 51. numer. 4. & quæst. 125. ex numer. 267.* latissime, & aliis allegatis Ayllon ad Gomez *lib. 3. cap. 2. numer. 9.* Nigro *tom. 1. contr. 105. numero 19.*

8 Ex hucusque dictis apparet quàm intricata juribus, & Doctorum placitis maneat quæstio, an in crimine parricidii, filius, vel uxor, ac etiam extraneus conscius necis, teneantur eam revelare sub pœna parricidii, aut ultimi supplicii; an autem sub pœna arbitraria, & extraordinaria: ita hanc agnovit difficultatem Sanfel. *lib. 1. decis. 30.* qui scribens de uxore conscia necis viri *in fine* post relatas has opiniones, scribit, ibi: *Verum si de simplici scientia accusaretur, esset cogitandum maturius de pœna*, & Arnol. Vinnius *in part. ad* Vuesemb. *lib. 48 tit. 9. ad leg. pomp. de parric. n. 8.* dixit rem hanc esse perspicuam.

9 Nunc ergo cùm majori parte Doctorum tenemus, quod ut filius, vel uxor teneantur pœna parricidii, non sufficit quòd sciant necem futuram patris, vel mariti, & eam non revelent, vel prohibeant; sed requiritur, quod sint participes necis, atque adeò, ut dicta pœna parricidii teneantur, requiritur quod sciant cùm participatione delicti, & ita procedunt jura *in l. Utrum 6. ff. ad leg. pomp. de parric. & §. alia, Inst. de pub. judic.* aliàs autem, si solùm sciant, & non sint participes, pœna relegationis, ut dixit *tex. in d. l. 2. ff. ad leg. pomp. de parric.* vel alia arbitraria tantùm tenentur; hæc fundantur *in d. l. Utrum 6. & in d. §. Alia*, ubi conscii necis parentum, parricidii pœna tenentur: vis enim latinæ vocis *conscii* significat participem, socium, vel eum qui rem unà cum alio scit, & sic Nonn. *de verb. diff. scius*, inquit, *secum, conscius cum altero*, Salust. *populares conscios sceleris sui.* Virgil. 1. Æneyd. *& mens sibi conscia recti.* Cic. 3. *Offic. Sibi autem nullius essent conscii culpæ*, hanc intelligentiam in dictis juribus admittit Farinac. cum communi DD. *lib. 1. d. cons. 104. ver. pro contraria n. 36.* & post Dec. Cag. Bero. Felin. Cacher. August. nunc noviter Joan. Schneidevuini *in dict. §. alia, in fine.*

10 Major verò difficultas, quæ restat in hac materia indaganda, versatur an ut particeps quis dicatur in crimine parricidii, sufficiat quod convictus sit de consensu, consilio, & tractatu necis; an verò requiratur scientia, & participatio sceleris cùm ope, & auxilio, in qua re teneo sufficere notitiam, & participationem sceleris cum consilio, aut simplici auxilio, aut instinctu, aut persuasione, aut consensu, aut tractatu, vel necis coniuratione; & sic scientiam necis, & alterutrum ex his requiri tantùm ad pœnam ordinariam delicti.

11 Nam inter persuasionem, consilium, instigationem, & instructionem nullam dari differentiam dicit Bartol. *in lib. Non solum, §. si mandato meo, ff. de iniur. num. 22* & consilium dare videtur, qui persuadet, & impellit, aut qui instruit consilio ad factum faciendum, *l. in furti 50. §. Consilium, ff. de furtis*, & ex verbis admonitoriis, commendatoriis, laudatoriis, hortatoriis, & persuasoriis induci consilium scribit Farinac. *in prax. quæst. 134. numer. 16.* & pluribus relatis Conciol. *resol. 2. num. 9. verbo mandatum*, & declarat Tusc. *lit. m. concl. 34. num. 8.* Imo instigare plus esse, quàm consulere, & persuadere esse loco coertionis, scribit ex multis Giurba *consil. 14. num. 19. & sequentibus*, & quod persuasio inflamatio, instigatio, hortatio, incitatio, instructio non differant à consilio, & quod similia verba à Doctoribus confundantur, tradit cum pluribus Farinac. *q. 129. n. 26* prout etiam appellatione consensus tanquam generale verbum, consilium contineri, tradit idem Farinac. *q. 129. in prax. n. 32.*

Et ita sentit, & rem prosequitur Alciatus *in l. bona fides, ff. depositi. num 20* ibi: *Ego conscium habeo qui simpliciter sciverit differre, arbitror, ut conscius is dicatur, qui & ejusdem consilii particeps est, si igitur aliquis socius fuerit, & consilio, aut instinctu, aut favore rem prosequutus sit, is conscius dicetur, & meritò pari pœna tenebitur.* 12

Idem affirmat Alber. *in dict. l. Utrum numer. 1.* ubi intelligit *dictum text.* non in simpliciter sciente, & concio, sed in consentiente, & *numer. 3.* clariùs intelligit de consulente, dicens, quod licèt regulariter consulens mitius puniatur, non tamen sic est in crimine parricidii. 13

Fulgos. *in d. l. Utrum, & in d. lib. 2.* ait si quis fuerit præsens in actu offensionis, quia tunc si sine periculo potuit fovere, & defendere patrem, & non fecit, indistinctè tenetur de homicidio, sive offendens sit extraneus, sive conjunctus. 14

Salyc. *in lib. 1. num. 24. ante medium, vers. ad l. Utrum, Cod. de rap. vir.* dixit, *illum text.* debere intelligi de conscio, id est committente culpam. 15

Joan. de Platea *in d. §. alia col. 1. in princ. & in ver. Item adde* interpretatur illum text. ut intelligatur non in simpliciter sciente, sed etiam in consentiente. 16

Bero. *in d. cap. 1. num. 56 ad med. de rest. spol.* dixit quod *text. in d. l. Utrum* loquitur non de simpliciter sciente, sed de sciente per modum participationis, & consilii, relatorum doctrinas expendit Farinac. *in lib. 1. consil 104. ver. Pro contraria num. 2. & sequentibus*, qui ideò *in num. 36.* infert, *d. l. Utrum, & §. alia* (ut evitetur contrarietas cum *d. l. 2.*) intelligi debere non de simpliciter conscio, sed de conscio & participe. 17

Nigro *tom. 1 cont 105. n 19.* intelligit *text. in l. Utrum*, de conscriis, & participibus, & qui cùm scientia favorizati sunt delictum. 18

Et licèt Farinac *in prax. in d. quæst 120. num. 155.* post recitatas, & expensas Doctorum opiniones scribat, nunquam pro scientia, & non revelantia Onuphrii maternæ necis à Paulo ejus fratre communi marti inflictæ consuluisse morti tradi, nisi esset convictus de consensu, participatione, & consilio, & quòd in judicando ab ea opinione non est recedendum; cæterùm non ideò affirmat, ea omnia, scilicèt participationem, consilium, & consensum requiri, sed alterutrum ultra scientiam, & non revelantiam sufficere, videlicèt, vel consilium, vel consensum ad pœnam delicti ordinariam, ut restat in comperto ex dictis, & probat idem Farinac. *in d. quæst. 120. num. 13.* ubi attestatur vidisse in urbe filium, qui patris necem procuraverat, malleo confessum, & postea in frusta scissum. 19

Sic idem Farinac. *in ead. quæst 120. num. 139* scribit quod pœna parricidii tenetur is, qui in parricidio opem aliquam, consilium, aut axilium præstiterit, & recitat Barb. *in pract. par. 1. de parric. rub. 7. num. 4.* ubi extendit ad omnes fautores. Jodoc. *in pract. crim. cap. 87. rub. de parric. num. 7.* ubi de consulente, exhortante, suadente, aut aliquod subsidium præstante, Ant. Gom. *de delictis in rub. de homic. in fin. ver. Item adde* ubi de socio in crim. parricidii, Decianus *in tract. crim. lib. 9. cap. 13. num. 6.* ubi de persuadente, *& numer. 7.* de conspirante cum filio ad occidendum patrem, Menoch. *de arbit. cas. 356. in addit. numer. 120.* ubi de consulente, & Boer. *decis. 262. num. 3. cum seqq.* ubi de uxore tractante necem viri cum amasio. 20

Solorzan. *in post. de crim. parric. lib. 2. cap. 15.* ubi filium conscium, & participem necis patris rigorosa cul- 21

lei

lei pœna plecti, ſcribit, ibi: *Nam revera qui crimen ſuadet, aut alio modo delinquenti opem, & auxilium præbet, non minus in culpa eſſe videtur, quàm qui ipſe ſcelus admittit, ut ex Ariſtot. 1. rhetor. & Cicer. in orat. in piſon. ſatis colligitur, & elegantèr ex Quintil. decl. 270. qui inquit ſatis oſtendit ipſa pœna eum teneri qui idem commiſerit, quod ſi occidiſſet, neque enim gravius quicquam adverſus eum qui ſua manu interfecerit, conſtituere potuit legum lator, quàm adverſus eum qui cauſam præſtitiſſet: ergo, & ſimilitudine pœnæ etiam crimen par exigere debetis.*

22 Quinimò ſi uxor procuravit quod adulter maritum occideret, & tamen dum adulter vellet maritum occidere, fuit à marito occiſus, tenebitur etiam uxor de illo homicidio in perſonam adulteri commiſſo, cui ipſa cauſam dedit, ut tenent DD. *in cap. 1. de divort.* & ſequitur Boer. *deciſ.* 262. *numer.* 6. & poſt eum Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 12. *num.* 5. qui *cap.* 13. *nu.* 17. idem dixit, ſi conſilium dediſſet adulterio, ut maritum occideret, à quo tamen adulter interfectus fuit, tenebitur nihilominus uxor.

23 Hæc omnia fundantur in illa juris regula, qua docemur, agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur, juxta D. Pauli teſtimonium, *Epiſt. 1. ad Romanos verſ.* 32. *lib.* 1. §. *Pœna l. videmus* 14. §. *œconomus, C. de Sacroſ. Eccle. cap. facientes* 3. 86. *diſ. cap. noſtrum* 10. *qu.* 1. *cap. ſicut* 6. §. *Illi autem de homic. cap. felicis* 5. §. *cum autem ver. Illud de pœnis in* 6. *Clem.* 1. *eod. tit. cap. error* 63. *diſt. cap. negligere* 3. *qu.* 1. *cap. nuper verſ. in primo, cap. quanta de ſentent. excomun.* Barboſa *axiom.* 19. & *in collect. ad cap. quia quæſitum* 1. *de Offic. deleg. num.* 9. & allegat Giurba *conſil.* 7. qui in gravioribus id procedere dicit *num.* 14. non in leviori bus, Gonzalez Tellez *in cod. cap. quia quæſitum* 1. *de Offic. deleg.* ubi *num.* 8. illud admittit quando quis delicto perpetrando non ſolùm annuit, verùm, & illud conſulit ei qui aliàs delictum perpetraturus non erat, nam tunc æquali pœna, ac delinquens tenetur, quia cooperari, & opem ferre videtur, & allegat *l. qui à ſerno* 36. §. *conſilium* 3. *ff. de furtis l. non ſolùm*, §. *attilicinus, ff. de iniur. lib.* 1. §. *incidit, ff. ad turpil. cap. ſignificaſti, cap. ſicut*, §. *Clericus de homicid.* eam rem proſequitur Solorz. *de crim. par. lib.* 2. *cap.* 15. *ver. de pœna*, punctim Conciol. *ref. crim. in verbo Tractatus reſol. crim. uni. num. fin.* & crimine parricidii Farinac. *in prax. q.* 129. *num.* 34.

24 In noſtro R. Sen. quòd ad pœnam ultimi ſupplicii in viricidio non requiratur quòd uxor ultra ſcientiam necis viri ſit particeps auxilio cooperativo, fuit obſervatum ex Peguer. *deciſ.* 83. ubi uxor conſulens, & conſentiens in necem viri, videlicet, quæ amaſio dixit *perfice quod facere cogitaſti interficiendi virum meum, ſi tibi videbitur*, quæ verba ſonant potiùs conſilium, quàm mandatum, & conſilium fuit datum amicitiæ gratia, & ipſius uxoris conſulentis, ut marito occiſo, facilius fornicaretur, atque cum illo matrimonium contrahere attentaret, & abſque conſilio, & conſenſu reus delictum perpetraturus non fuiſſet, & ſciens non revelavit necem viri: fuit ad pœnam mortis damnata, ut eadem pœna, qua principalis plecteretur, ſequitur eam *deciſ.* Marta *digeſt. noviſ. tom.* 2. *tit. de parric. cap.* 2.

25 Pondera in hac R. deciſione, nullam ponderationem factam fuiſſe in eo, quod in caſu concurrebant conſilium, & conſenſus ſimul; nam aderat conſilium per illa verba *perfice, quod facere cogitaſti interficiendi virum meum, ſi tibi videbitur*, conſenſus, quia amaſius illam necem perpetraverat in præſentia adulteræ, animoſior factus ex illis verbis, nec aliàs fuiſſet delictum perpetraturus, & delictum non prohibuit, vel revelavit, cùm etiamſi tantùm conſilium, vel conſenſus adeſſet, idem affirmaret Senatus; quia fundatur tantundem in regula *agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur*, de qua ſupra, & illa non expoſtulat conſilium, & conſenſum ſimul, ſed conſenſum tantùm; non enim dicit agentes conſulentes, & ſimul conſentientes, ſed agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur. Rem obſervat Giurba *conſil.* 7. *num.* 7. in noſtris terminis, ibi: *Qui enim favorem, & auxilium præſtat ejus eſt particeps. Socin. conſil.* 188. *numer.* 1. *vol.* 3. *latè Farinac. quæſt.* 129 *numer* 35. & *qui delicto conſentit, l. ſi liqueat, ubi Baldus C. de inof. donat. Tiraq. in l. ſi unquam gloſ. donatione largitur num.* 349. *c. de revoc. donat. Farinac. deciſ.* 30. *num.* 2. *ad vol.* 2. & ad id expendit regulam, *auxilium dantes, & conſentientes in delictis atrocibus pari ſupplicio cum occiſoribus afficiuntur.*

26 Ne recedas adhuc à dicta deciſ. quia illa verba *perfice quod facere cogitaſti interficiendi virum meum, ſi tibi videbitur*; cùm ſint reſtricta ad arbitrium, & voluntatem alterius, ex eis neque oritur mandatum, neque conſilium, tradunt Rimin. Jun. *conſil.* 310. *numer.* 26. *lib.* 3. Angel. *conſ.* 22. Farinac. *de conſult. & mandat. quæſt.* 129. *numer.* 31. & *quæſt.* 134. *numer.* 34. & *ſeq.* Vermig. *conſ.* 23. *numer.* 6. & *ſeq.* Ciriac. *cont.* 488. *numer.* 79. & 80. & his, & aliis relatis Conciol. *reſol. crim.* 2. *numer.* 10. *verbo mandatum*: ſolùm cùm ſint prolata in gratiam amici, & ipſius uxoris ex turpi cauſa, aliquem conſenſum adhuc non determinatum inducere poſſe in necem viri, poteſt affirmari ex Vermig. *conſil.* 24. *numer.* 7. *cum ſeqq.* Farinac. *lib.* 2. *conſil. crim.* 185. qui in terminis parricidii ex illis verbis ſolùm infert ad ſummum illius ſcientiam, & non revelantiam, *numero* 48.

Ulteriùs pondera id quod docet idem Peg. *in d. deciſ.* 82. *numer.* 4. teneri adulteram ex conſilio, & conſenſu, quia illud dedit ei, qui delictum non erat aliàs perpetraturus, niſi conſilium mali conſultoris adfuiſſet; & quòd tunc conſultor eadem pœna, qua principalis delinquens puniendus eſt, ut ex Cardin. Decian. Menoch. Gal. Boer. ſcribit Giurba *conſ.* 7. *numer.* 20. & *conſil.* 14. *numer.* 8. Caball. *de homic. numer.* 122. Guaz. *def.* 33. *cap.* 10. *numer.* 2. & alii allegati per R. Matth. *contr.* 16. *numer.* 13. Carol. Anton. de Roſa *in prax. crim. cap.* 8. *numer.* 76. *cum ſeqq.* quia hæc regula, quod conſulens teneatur eadem pœna, qua principalis delinquens punitur, ſi is aliàs delictum non eſſet exequuturus, non procedit in atrocioribus, & multò minus in atrociſſimis, nec quando jura expreſè puniunt conſulentes, ut in parricidio juxta *tex. in d. l. Utrum* 6 *ff. ad leg. pomp. de par.* ut ex Decian. Cagnol. Mag. Mat. ſcribit Farinac. *lib.* 1. *conſil. crim.* 104. & *quæſt.* 129. *numer.* 115. & *ſeqq. in addit. verſ. Factus, lit. D.* ubi alias limitationes adducit, & adhuc certum ignoſcitur in cauſa amaſium non exequuturum fuiſſe necem viri, ſi uxor ab initio eum non impuliſſet, ut dicit Boer. *d. deciſ.* 262. *numer.* 6. ibi: *Si enim ipſa ab initio non conſenſiſſet, homicidium amaſius nunquam feciſſet, quoniam impietati favere videtur qui obviare poteſt, & non obviat, cap. qui poteſt* 23. & *cap. error* 83. *diſt.* ad quod repero quæ tradit Novar. *lib.* 2. *poſt gr.* 200. *numer.* 57. ex Carol. Jallon. ibi: *Hinc infertur amaſios, qui nimis ardent, magis expaveſcere ſolere, & timere minas amaſiarum, quam probatiſſimorum virorum, adeo quod amaſius pro amaſia fas, atque nefas committere quantumvis enorme non erubeſcat.* 27

In id ipſum ponderatur Suelvez *tom.* 2. *conſil.* 37. qui proponit infanſonam uxorem adulteram, ex indiciis odii, minarum, adulterii præſumpti, venenationis conjecturatæ, & quia non fuit lacrymata ob necem viri, junctis aliis indiciis omninò remotis, declaratam ream necis viri per amaſium patratam, condemnatam ad raptandam, jugulandam, & ſcindendam ex quatuor lateribus. Ex quibus canonizata remanet ſententia filium conſcium, & participem per tractatum, conſenſum, perſuaſionem, inſtigationem, aut aliàs per auxilium ſimplex, & abſque auxilio cooperativo, teneri pœna ordinaria parricidii, ac pariter etiam mulierem conſciam, & participem per modum conſilii, aut conſenſus in nece viri, pœna ultimi ſimplicii fore damnandam. 28

Sic Baldus *in conſ.* 154. *lib.* 2. *incip. proponitur quod uxor Petri Ferrarii*, dixit quòd reperta uxore mortua in domo mariti cum percuſſionibus, fama publica contra eundem maritum, fuga ipſius mariti ſtatim arrepta, juncta extrajudiciali confeſſione ſtatim dictus maritus de ſuæ uxoris homicidio convictus videbatur, recitat Decian. *in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 14. *num.* 5. & *ſeqq.* poſt Signorol. & Boer. ſequitur Farinac. *in prax. quæſt.* 120. *num.* 193. Sic etiam Carac. *deciſ.* 2. ubi de marito cum uxore domi in lectulo cubante, qui poſtquam cùm ea iterum atque iterum carnis commercium habuit, eamdem vulneravit, & poſteà è vivis deceſſit; & ex unico teſte mulieris, quod illa hora noctis vir cum acceſſiſſet, expanſa ab uxore janua intravit, iterumque clauſa janua poſt duarum, vel trium horarum ſpatium voces audiſſet, ad quas occurrens vulneratam uxorem illam reperiit, & fuga viri incontinenti arrepta, inimicitia occaſione carceris in quem antea conjectus fuerat reus uxore inſtante, minis, & fama, fuit vir tortus, & confeſſus fuit ad mortem damnatus in prima, & ſecunda ſupplicationis cauſa; ſed quia poſt ſententiam termino ei aſſignato probavit inhoneſtatem uxoris, fuit commutata pœna ad triremes, & his indiciis condemnandum fore ad pœnam 29

ordi-

ordinariam, si sequeretur Peg. *decis.* 17. quàm Panorm. non sequuntur, agnoscit.

30 Nec amplius peti in nece patris, vel mariti, aut similium apparet, quàm scientiam, consensum, aut auxilium; nam si quid amplius requireretur, nil speciale parricidium, aut uxoricidium propter eorum atrocitatem haberent; cùm in homicidio doloso præstans opem, aut auxilium præmeditatè, æquali pœna teneatur cùm principali delinquente, Farinac. *in prax. quæst.* 131. *cum seq.* Giurba *consil.* 2. *num.* 50. & *consil.* 4. *numer.* 1. Sesse *decis.* 212. *numer.* 15. *cum seq.* vel quando opem præstans fuit in tractatu ab initio, & postèa in actu delinquendi opem præstitit, Giurba *d. consil.* 2. *num.* 51. Guaz. *def.* 33 *cap.* 16. *num.* 5. & pluribus allegatis per Reg. Mat. *de re cri. con.* 16. *num.* 3 & 4. & in R. C. tunc auxiliator delatus de ope, & auxilio, quando plenè constat de delicto condemnatur pœna ordinaria delicti, R. Cortiada *decis.* 92 *num.* 34 latiùs de hac re *dec.* 40.

31 Quoad extraneum easdem regulas sequimur, quòd teneatur pœna ultimi supplicii, si non solùm fuerit conscius, sed particeps cum filio in nece parentis; vel quia persuaserit, aut consenserit in necem parentis, aut quia opem, & auxilium in ea præstiterit: probant jura supra allegata in §. *alia. Inst. de pub. jud. l. Utrum* 6. *si sciente* 7. *ad leg. pom. de parric.* Farinac. *cons.* 104. *lib.* 1. *& in prax quæst.* 120. *num.* 154 & 155. qui in hac parte nullam constituit inter extraneos, & coniunctos differentiam, scribit Solorz. *in tract. de crim. parric. lib.* 2. *cap.* 15. *ver. de pœna* post Uvesem. & Oinot. & solùm respectu pœnæ considerat differentiam inter filium, & extraneum, ut ille pœna cullei: iste vero ultimi supplicii plectatur, eandem sequitur R. Mat *de re crim. com.* 9. ubi *in fine* tradit extraneos condemnatos ad pœnam extraordinariam, qui post viricidium opem uxori præstiterunt, quia non fuit probata scientia qualitatis viricidii.

32 Etiam sine consensu, aut auxilio cooperativo, ex sola scientia, extranei in nece inferenda, per filium parenti, vel è contra, non omninò libentur, sed aliqua pœna punientur; quod tam Pontificio, quàm Cæsareo jure in his omnibus, qui delicto futuro cum possint, obviam non eunt, graviter & doctè contra alios defendit Covar. *in clem. si furios.* 2. *p.* §. 2. *num.* 7. *ad med.* & sequitur Solerz. *de crim. parric. lib.* 2. *cap.* 15. *pag. mihi* 150.

33 Cùm ergo ex indiciis, ac adminiculis in præcedenti decis. expensis concludenter constaret adulteram conscium esse per consensum, & participationem in nece viri, apparuit Regio Senatui judicandam esse ream mortis eo motivo, prout sequitur: *Die* 1. *Junii* 1683. *ref. Vincentio Sabater I. R. C. in facto F. P. R. C. adversus, & contra Damianam N. oriundam loci del Portell, nunc Barcinona commorantem, delatam, & inculpatam de prævio consensu præstito in nece proditoriè, & appensate perpetrata per Clementem N. juvenem fabrum lignarium ejus amasium in personam Francisci N. illius viri in nemore termini Sancti Cucuphatis Vallensis, in quo pernoctabat in tugurio, quod repertum fuit combustum, pluribus vulneribus jactu instrumenti manualis, & ictibus pugionis crudeliter illatis, quam necem sciens faciendam non revelavit prælibata Damiana, & postea tacuit, & simulavit.* Pendente supplicationis causa fuit indultata rea cùm deportatione in Insulam Sardiniæ.

34 Non obstare dixit resolutio Novarii *lib.* 2. *post gr.* 200. *in allegatione*, ubi adultera ex similibus indiciis culpata in nece viri, tantùm proponitur quæstionibus tormentorum subiecta, non verò pœna ordinaria delicti punita; quia huic obiectioni fuit satisfactum, quòd ibidem à Novario expenditur factum in quo per Judicem inferiorem fuit adultera indiciata de nece viri, per amasium perpetrata, tormento subiecta, & consulit ex ibidem ponderatis meritò tormentis fuisse affectam, & posse iterum torqueri, & adhuc aliqua pœna extraordinaria esse plectendam, fatendo tamen *num.* 95. indicia illa esse indubitata, quia ab alio delictum non potuit patrari, & ita animum Judici adstringere, ut non posset moveri ad inquirendum contra alium.

35 Nos autem versamur in Regio Concilio, in quo ex indiciis indubitatis in delictis difficilis probationis proceditur ad pœnam ordinariam delicti, & non tantùm ex indiciis indubitatis, sed etiam ex pluribus indiciis dubitatis, ex quibus resultet unum indubitatum, si adsint aliæ probationes, & adminicula condemnatur ad pœnam ordinariam delicti: latiùs, & doctè cum exemplaribus, & DD. allegatione docet R. Cortiada *dec.* 93. *n.* 34. & 36. qui *num.* 37. subdit hæc procedere in Regio Concilio, seu Regia Audientia.

Nam Barones, seu Ordinarii Regii ex *solis* indiciis indubitatis, etiam in delictis difficilis probationis, non possunt reum pœna mortis ordinaria condemnare; unde si occurreret factum Novarii in Regio Concilio, cùm ea indicia, ut ipse fatetur, sint indubitata, quia fuerunt in casu difficilis probationis, indubitatè condemnata adultera foret ad pœnam ultimi supplicii. 36

Notanter dicitur in hoc nostro R. Concilio hujus Principatus supra expensa observari; nam non in omnibus Senatibus ea admittuntur, ut videre licèt apud R. Corriada *decis.* 93. *numer.* 34 qui signanter allegat eundem Novar. *lib.* 3. *gra.* 79. *& super prag.* 12. *tit. de Offic. jud.* qui in suo Regno semper attestatur observatum, ex indiciis indubitatis propter incertitudinem cognoscendi, quæ sint verè indicia indubitata, imponi pœnam extraordinariam, & quod ad placandum illas controversias fuerunt editæ Pragmaticæ 12. & 13. *tit. de Offic. judic.* ubi fuit declaratum, quæ sunt indicia indubitata, & remissum arbitrio judicantium condemnare ex indiciis indubitatis ad pœnam ordinariam, dummodo tamen Judices sint de collegiatis tribunalibus, videlicèt M. C. V. vel Regiæ Audientiæ, & statutum pariter respectu judicum delegatorum ne procederent ad executionem sententiarum ab eis proferendarum, ex indiciis indubitatis, nisi facta ab eis prius relatione in Colleterali Concilio, vel ore tenus, si forent in Civitate, aut in scriptis si extra, & allegat Rovit. *decis.* 63. adde Addit. ad Sanfel. *decis.* 392. *ver. in Regno tamen.* 37

Sicque evidenter constare censuit, Novarium loquutum fuisse in sententia facta coram inferiore, & in Regno in quo ante dictas pragmaticas, ex indiciis indubitatis in omnibus tribunalibus non procedebatur ad pœnam ordinariam; & nos versari in Regio Concilio in quo in delictis difficilis probationis fuit admissum, ex indiciis indubitatis condemnari ad pœnam ordinariam delicti.

Nec tandem visum fuit considerabile obiectum, quod pro parte reæ fuit allegatum non posse contra eandem ad pœnam ultimi supplicii procedi, ex quo concludenter non constabat amasium fuisse interfectorem, ductam ex illo, quo asseveratur, quòd non potest procedi contra mandantem, non constito plenè, & concludenter contra mandatarium, & principalem delinquentem, Farin. *de inquisit. qu.* 3. *num.* 1. *& consil.* 34. *num.* 1. Giurba *consil.* 91. *numer.* 18. *& consil.* 97. *numer.* 7. *& seqq.* latè Conciol. *resol.* 6. *verbo Mandatum*, Guaz. *def. reor.* 4. *cap.* 13. *numer.* 2. Vermig *consil.* 27. *num.* 17. *& consil.* 45. *num.* 3. Rationem adducit Baldus *consil.* 259. asserens, quod hujusmodi delicta principalis, & auxiliatoris reputantur unum, & idem delictum in probatione, propter correspectivitatem, & relationem, quam inter se habent ad effectum, ut unum sine alio non possit probari, & postea, ibi: *Quia delictum facientis, & mandantis est unum realiter loquendo, & ideò non potest probari unum sine alio.* 38

Nec contra auxiliatores procedi potest, non constito de principali delinquente, *l. si is qui* 66. §. *si tu Titium, ff. de furtis*, in illis verbis: *Nec is qui adduxit, opem tulisse potest videri, cùm furtum factum non sit*, Guaz. *def.* 33. *cap.* 10. *num.* 16. Cyriac. *contr.* 132. *numer.* 40. Giurba *decis.* 42. *numer.* 7. Vargas Machuca *decis.* 50. *numer.* 42. *& seqq.* latissimè Conciol. *resol.* 1. *in verbo auxilium, & resol.* 6. *in verbo mandatum in fine*, ubi ex Sciol. *in prax. torquendi reos, cap.* 13. *num.* 50. dicit, neque mandantem, neque auxiliatorem torqueri posse, non constito de principali delinquente. Farinac. *in prax. qu.* 3. *num.* 4. *& qu.* 31. *numer.* 54. ubi ex pluribus idem affirmat in consultoribus, contra quos procedi non potest, nisi constet de delicto principalis. 39

Nam responsum fuit, quòd ab hac opinione, quia vix in aliquo loco de jure recipi potest, recessit Farinac. *in prax. qu.* 3. *num.* 5. ajens procedi posse contra mandantem, vel auxiliantem, nedum ad inquisitionem; sed etiam ad capturam, torturam, & condemnationem; etiamsi de mandatario, seu de principali delinquente non ita plenè, & certè constet: at quòd non possit procedi contra mandantem, seu auxiliantem, quin sibi nominetur persona principalis delinquentis, ne reo tollatur defensio, & quòd neque potest mandanti, aut auxilianti nominari persona mandatarii, & principalis delinquentis, nisi de eo aliquo modo constet; & attestatur hanc praxim, & consuetudinem admissam esse in omnibus Tribunalibus Urbis Romanæ. 40

Idem observari Mediolani profitetur Clarus *in* §. *fin. qu.* 90. *ver. Scias etiam*, ubi Addit. Bajard. *numer.* 11. prosequitur attestans de eadem consuetudine in toto statu Ecclesiastico,

fiastico, & in Regno Neapol. & inquit quòd aliter facere esset ridiculum, quia multa delicta remanerent impunita: eandem practicam jam confirmat Ciarlin. *lib. 2. con. cap. 178. numer. 44.* & Mediolani ita servari profitetur Giurba *consil. 42. num. 25.* & de consuetudine jam orbis, & esse rem notoriam scribit Farinac. *lib. 1. consil. 8. in addit. litt. A.*

42 Id ipsum cùm incidisset disputari in Regno Valentiæ, fuit per illius Regiam Audientiam admissa practica Farinacii, & Clari, & de consuetudine antiqua fuisse repertum ita observari, recitat R. Matth. *de Regim. Reg. Valent. cap. 8. §. 2. num. 13.* ubi adducit duo exemplaria in his terminis, in quibus fuit deventum ad pœnam ultimi supplicii, non constito plenè de principalibus delinquentibus. Neque ab his dissentire videtur Vargas Machuca *dec. 50. num. 57. & seqq.*

43 Pariter responsum fuit, quòd etiam certior res redditur, & tanquam juri communi conformis communiter in omnibus Tribunalibus est observanda in casu quem à generali regula limitat Conciol. *resol. crim. verbo Mandatum resol. 6. num. 6.* sequendo Farinac. *d. quæst. 3. num. 6.* qui limitationem prosequitur ajens, quòd sive agatur de pœna ordinaria, sive extraordinaria, in crimine assassinii, & aliis atrocibus, in quibus mandatum de per se est punibile, sufficit quòd de mandatario constet per famam, vel alia indicia, & nomen mandatarii exprimatur, nec reo tollatur defensio.

44 Et cum conatus in crimine assassinii de per se, etsi deventum fuerit ad actum proximum, non puniatur pœna mortis, sed extraordinaria Judicis arbitrio juxta qualitatem facti, personarum, eorumque circunstantias, de consuetudine generali ex infinitis cum nostro Reg. Senatu, & cum suis limitationibus scribit R. Cortiada *decis. 101. numer. 12.* qui se remittit ad ea, quæ generaliter scripsit, *part. 1. decis. 34. num. 42. & decis. 92. num. 30. & decis. 99. numer. 40. p. 2.* & adde Conciol. *resol. crim. unica, verbo affectus*, R. Mat. *de re crim. cont. 13. num. 5. cum seqq* apparet, quòd cum fama, & aliis indiciis, & expressione nominis mandatarii, effectu non sequuto, procedetur ad pœnam extraordinariam in crimine assassinii.

45 Pariter cum mandans in assassinio, effectu sequuto, pœna mortis plactatur, ut latissimè cùm Senatu ait R. Cortiada *decis. 95. numer. 30. cum pluribus sequentibus*; apparet etiam quod cum fama, vel aliis indiciis contra interfectorem, & cum illius nominis notificatione condemnari poterit mandans ad pœnam mortis.

46 Sic etiam id procedet in crimine parricidii, quia consensus cùm participatione necis fit punibilis de per se, ex Farinac. *quæst. 129. num. 117.* non effectu sequuto, pœna extraordinaria, idem Farinac. *quæst. 120. num. 146. cum seqq.* qui illud limitat *num. 152. in fine*, videlicèt puniendum esse pœna ordinaria, si deventum sit ad actum proximum, non obstante generali consuetudine contraria, Cabal. *de gen. hom. num 601.* qui vult non puniri pœna ordinaria, nisi sit conatus mediante veneno. R. Mat. *de re crim. cont. 13. num. 12.* ubi non solùm in casu, sed etiam generaliter statuens in atrocissimis affirmat, dummodo deventum sit ad actum proximum, ex infinitis quos allegat, & in parricidio citat Solorz. *de crim. parric. lib. 2. cap. 16.* & ipse controvertit casum de Genero mortem Soceri affectantem, qui concurrentibus aliis delictis fuit morti traditus.

47 Aut effectu sequuto, cùm tunc sine controversia puniatur pœna delicti ordinaria, ut supra firmavimus, & adhuc adde Farinac. *in prax. d. quæst. 120. num. 139.* ubi inter alia proponit casum de uxore tractante necem viri, *& num. 46.* pœna ordinaria teneri declarat effectu sequuto, à quo non discedit in similibus terminis Vermig. *cons. 23. num. 16.* Apparet igitur quòd cum fama, aut aliis indiciis interfectoris procedi poterit ad pœnam ordinariam participis, vel consentientis in parricidium effectuatum.

48 In his igitur casibus, quando agitur ad pœna ordinaria, vel extraordinaria in mandato, vel consensu, aut participatione de per se punibili admissum videtur sufficere, quòd constet de interfectore per indicia, vel aliqualem probationem, & sic in alleg. Novarii *post grav. 200. num. 6. & num. 95.* supponitur, quia contra amasium solùm aderat fuga, & in depositione uxor fassa fuit, quòd verosimiliter credidit, quòd potuit ab ejus amasio occidi, deventum fuit contra uxorem, ut suprà traditur, ad torturam, & sentit Novarius totquendam noviter esse, & adhuc puniendam pœna extraordinaria.

49 Sic Suelvez *tom. 2. consil. 37.* tradit quòd solùm contra amasium aderat unus testis de minis, & adulterium erat probatum, & amasius proponitur absolutus *num. 63.* & adultera condemnata ad mortem, ut suprà ponderatur.

Sic pariter in nostro Regio Concilio, ref. Magn. Monserrato Ramon J. R. C. die 31. Maii 1622. Hieronyma N. vidua Narcisi N. tabernerii Civitatis Gerundæ, delata, & inculpata de nece, mandato ejus proditoriè perpetrata ictibus gladii, & jactibus instrumenti manualis, sive *pedrenyal* in personam Narcisi N. viri sui noctu in regio itinere prope pontem majorem, quo itur à Civitate Gerundæ ad Villam Perpiniani die 23. Decembris 1620. fuit condemnata quod subiiceretur quæstionibus, & tormentis, ut veritas ab ejus ore haberetur, & quia vicit in tortura, eodem die fuit relaxata, & contra interfectores qui erant N. Marsal. & N. Mitià (nec aliis nominibus erant cognominati in processu, quem in Senatu vidimus) solùm hæc aderant indicia, secreta allocutio die antecedenti cum uxore occisi, quòd visi fuerunt nocte deambulare versus locum delicti, & dictus Marsal post delictum reversus in Civitatem Gerundæ, fuit repertus cum instrumento manuali exonerato, & cum pugione qui conformabat cum vulneribus occiso illatis: si autem confessa foret necem viri, ad mortem, sine alia probatione interfectorum, procederetur. 50

Et 5. Julii 1673. ref. Michaele Joanne Taverner, & Rubi J. R. C. scriba Riambau in sequendo doctrinam Farin. & Clari cit. Joannes N. Agricola Sanctæ Crucis Delorde Diœc. Barcin. delatus de acceptatione mandati cum promissione viginti duplarum auri ad occidendum Clementem Capdevila U. J. D. in Civitate Sedis Urgellensis populatum, quia effectus non fuit sequutus, considerato etiam probationis defectu, fuit condemnatus ad remigandum per quinquennium, & de mandante constabat per semiplenam probationem. 51

Ex his pariter apparet ratio, quare in decis. Peg. 83. non obstante quòd ex consensu, & consilio in nece viri per amasium perpetratam, fuit adultera condemnata pœna ultimi supplicii, nulla fuit facta ponderatio circa probationes, quæ resultabant in processu versus amasium in exequutione facinoris, quia contra eum aliqua debebat resultare probatio per indicia, & cum illa ad pœnam ordinariam delicti contra uxorem consulentem, & consentientem fuit deventum. 52

Indicia quæ contra amasium probata sunt. Primum est rivalitas, de quo indicio, Conciol. *resol. crim. verbo Indicium resol. 12.* Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. p. 3. tit. 10. num. 10.* Secundum exfractatio in die celebrati facinoris à domo, in qua residebat. Tertium confessio extrajudicialis cum aliqua tamen discrepantia in cortice, & non in substantia verborum. Quartum fama. Quintum fuga, & ex depositione adulteræ resultabant odium, & minæ versus occisum; unde sufficienter constare de interfectore fuit judicatum. 53

DECISIO XLVIII.

ARGUMENTUM.

Nulliter recipitur testis, qui supervenit pendente causa supplicationis, nec post latam sententiam in causa supplicationis licèt de novo testes recipi; sed id solùm permissum est parti ad defensam; dummodo revelantia in promptu deducat; cui nunquam ex indulgentia Principis est prohibitum ante executionem sententiæ; ubi plura de sententia criminali, an transeat in judicatum, & in quibus casibus, non obstante judicato, liceat de novo super eodem delicto inquiri, ac plura etiam de manuleutis reorum.

SUMMARIUM.

1 *Dubia in causa, usque ad num. 3.*

4 *Pendente causa appellationis potest adhuc de delicto inquiri, declara ut num. seq.*

5 *In Cathalonia sententia primitiva nullo addito, vel adiecto debet terminari ex eisdem actis, etiamsi probatio-*

bationes de novo emergant, ita Senatus junctis Tribus Aulis.

6 *Ritiones dubitandi usque ad n.8.*

9 *Dubium.*

10 *Judex ex officio examinare potest testes etiam ad offensam, publicatis attestationibus, & infrà nu.33.*

11 *In judice timor subornationis non subest.*

12 *Possunt de officio recipi testes adhuc post conclusionem in causa, & induci nova probationes ad offensam, & punitionem, declaratur usque ad n.14.*

15 *Etiam post sententiam deffinitivam in negotiis criminalibus possunt recipi testes, quod declara un infrà.*

16 *Quando sententia condemnationis, non est exequtioni demandata, sit injuria accusatione est omissa aliqua qualitas, qua aggravat delictum super qualitate, post sententiam possunt recipi testes, quod intellige ut infrà.*

17 *Ex indulgentia Principis, etiam post sententiam in judicatum transactam, auditur reus ad sui defensionem, si proponat defensiones relevantes.*

18 *Post sententiam in causa supplicationis latam, & sic post rem judicatam, non licet fisco per novas probationes de eodem crimine conqueri.*

19 *Si quis per remissionem fuerit semel liberatus, amplius de eo accusari prohibetur, & captus relaxatur liberè, nullis solutis expensis, ubi Senatus.*

20 *Accusatus de aliquo delicto, semel absolutus, iterum molestari non potest etiamsi superveniant nova probationes.*

21 *Quæ procedunt non solum si fuerit processum per viam accusationis, sed etiam si per viam inquisitionis.*

22 *In syndicatu semel absolutus, ex novis probationibus non potest molestari.*

23 *Si tempore syndicatus elapso, de criminibus tunc commissi, vel penitus ignoratis in officio commissis, officiales accusentur, obstat rei judicata exceptio, nec ulterius auditur pratextu restitutionis, nec privilegii fisci.*

24 *Traditur judicatum.*

25 *Elapso termino concesso judicibus tabulæ ad querelandum in syndicandos, non possunt ulterius molestari in loco Officii, neque in ejus patria coram suo ordinario.*

26 *Post sententiam non admittunt nova probationes fisci, etiamsi pratendat reum minori pœna punitum, quod hic limitatur.*

27 *In criminibus mixti fori punitus à Judico Ecclesiastico pœna spirituali, & fori Ecclesiastici, potest puniri à Judice laico pœna fori secularis, & legis Civilis.*

28 *Si quis non fuerit absolutus simpliciter, sed ab instantia, aut observatione judicii, aut ex processatis tantum, vel ex hactenus deductis, vel stantibus rebus, prout stant, aut alio non edocto, aut apparente, vel per similia verba idem importantia, absolutoria ex novis probationibus potest revideri.*

29 *Si quis liberatur sub fideiussione de se præsentando toties quoties, quando super indiciis fuit disceptatum, publicato processu, & datis defensionibus; non potest iterum, nec fidejussor molestari, & ad carceres reduci, nisi nova superveniant indicia, secus tamen si liberatus esset, eis non prahabitis.*

30 *Rei non multum gravati in processu solent idonea manuleuta cum fideiussoribus relaxari, quæ manuleuta concipitur vel meritis processus attentis, vel absolutè cum reincidentia de se representando toties quoties; prima habet vim absolutoria, & ea causa amplius agi non potest, licet superveniant indicia: secunda cum fiat sine causæ cognitione, Rei tenentur ad Judicis requisitionem in carceres se præsentare.*

31 *Si reus non inventat fidejussores, relaxatur cum juratoria, id est cum Sacramento, & homagio.*

32 *Apponitur interdum in provisione sub Sacramento, & homagio clausula* donec aliter sit provisum, *ubi Senatus, & num.33.*

34 *Quando per inquisitum apponitur exceptio Clericatus post sententiam, potest Judex Laicus ad ejus jurisdictionem perpetuandam ex officio inquirere, & per testes probare ad exclusionem exceptionis Clericatus.*

35 *Si ex indulgentia Principis ad defensam admittatur probatio, ad ejus exclusionem non negatur fisco in vim replicationis, quod possit suas subministrare probationes.*

36 *Reo indulgentur post sententiam ante illius executionem suas facere promptas probationes, quod fisco negatur.*

37 *Si absolvatur reus per prævaricationem, aut collusionem accusatoris, vel Judicis, vel testium, vel tabellionis, post sententiam absolutoriam potest amplius inquiri, ubi traditur observantia.*

38 *Quando facta sunt distincta post sententiam in uno, licet super alio inquiri, ubi Senatus.*

39 *Sententia super delicto simplici non parit judicatum super qualitate, & quomodo id procedat.*

40 *Licèt quis pœna debita sit punitus; attamen si provisum non fuerit super ejus tortura quoad complices, & ex processu resultat delictum esse patratum cum sociis, poterit torqueri solum ad sciendum socios.*

41 *Decisio Senatus.*

SUpervenit in causa Damianæ N. (de qua egimus in decis. antecedenti) pendente supplicatione interposita à sententia deffinitiva [juxta disposita *in cap.* 15. *cur. ann.* 1599.] nova depositio unius testis, qui de tractatu adulteræ cum amasio, & altero socio in nece viri, quia præsens fuit, deposuit, & hæc depositio fuit recepta in actis Regiæ Curiæ per Judicem primitivum, unde duo suscitata fuerunt dubia. 1

PRIMUM.

An depositio testis coram Judice primitivo, pendente causa supplicationis sit nulliter recepta, vel de illa possit haberi ratio. 2

SECUNDUM.

An post sententiam latam in causa supplicationis, in casu quo per eam moderetur primitiva sententia, possit per Judicem primitivum de novo recipi depositio testis, qui supervenit pendente supplicationis causa. 3

Primò dubio fore respondendum, posse recipi novum testem, pendente causa appellationis, vel supplicationis exponebat Fiscus; nam sententiæ condemnatus non acquievit, sed appellavit, vel supplicavit, & pendente causa appellationis potest adhuc de delicto inquiri. Riccius *decis. Archiep. decis.* 302. *par.* 3. ubi ponit casum in quo Judex Ecclesiasticus potest iterum inquirere, & punire Clericum (qui durante tempore Clericatus nonnulla facinora commisit, de quibus inquisitus, & captus fuit in Curia Ecclesiastica] pro delictis etiam præteritis, commissis tempore quo fuit laicus, pro quibus fuerat jam condemnatus à suo Judice laico competente, si ab ea condemnatione penderet appellatio, ex quo per appellationem fuerat suspensa sententia laici, & nequibat ab eo exequi; sequitur Sanfel. *decis.* 277. *in Addit. ver. Absolutus.* 4

Excipiebat Rea quòd *in dicto cap.* 15. *cur. an.* 1599. disponitur quòd causa supplicationis debeat terminari ex eisdem actis, quin possint recipi tam in offensam, quàm in defensam novæ probationes, sed quòd confirmata, revocata, commutata, aut alterata primitiva sententia, non possit amplius ab ea appellari, nec supplicari; sed debeat incontinenti exequi; ex quo clarè elicitur, quòd pendente causa supplicationis non possunt admitti novæ probationes tam pro parte fisci, quàm Rei coram Judice primitivo, nec coram Judice causæ supplicationis; quia sententia primitiva, nullo addito, vel adiecto debet terminari ex eisdem actis, & ita hanc rem intellexit Senatus junctis tribus Aulis 1. Septembris 1617. etiamsi probationes de novo emergant, prout recitat Pegue. *to.* 2. *decis.* 70. *& nos decis.* 51. *num.* 8. *& seqq.* 5

Replicabat Fiscus quòd *in d. cap.* 15. solùm disponitur, quòd pendente supplicatione, per Judicem primitivum non potest exequi sententia, & quod per Judicem causæ supplicationis debet terminari sententia ex eisdem actis, & omittit casum controversum, an pendente causa supplicationis à sententia condemnatoria, si superveniat probatio, illa possit recipi, quòd licèt disponat, quod Judex causæ supplicationis non potest aliquam probationem admittere, tum quia causam decidere debet ex eisdem actis; 6

tum etiam cum sit Judex causarum civilium, incomperens est ad inquirendum criminaliter, ut ex resolutione Aularum dixit Peguer. *dict. decis. 70. ex const. 12. tit. de elect. de Doctors de la R A.* attamen quòd aliunde possint fieri probationes coram Judice primitivo, ne probationes pereant, nil disponit; unde recurrendum est ad ea quæ dixit Ripoll. *in prax. civili rub. 27. num. 111. in novis. num. 156.* quòd si pendente causa supplicationis deducantur aliqua, quæ ad justitiam evidenter faciant, & sint relevantes probationes, veluti visura, solet remitti ad Judicem primitivum, qui videat, & de deductis, & probatis rationem reddat ad correctionem sententiæ, quo facto per Judices supplicationis declaratur super meritis.

7 Et licèt hæc doctrina non fuerit practicata in terminis visuræ, prout refert Ripoll, & nos dicimus *in decis. 51. numer. 9.* quia visura non fuit exequuta pendente causa supplicationis, sed post eam declaratam coram Judice primitivo, quia nunquam potest claudere ostium defensionibus Rei, etiam post sententiam ante ejus executionem, ut ibi diximus, & infra affirmamus; attamen practicabilis esse potest doctrina Ripoll in casu quo versamur, in quo, pendente supplicatione coram Judice causæ supplicationis, non possunt fieri probationes, nec potest sperari exitus sententiæ causæ supplicationis; quia post eam latam, & rem judicatam non licèt amplius de delicto conqueri, ut infra patebit.

8 Amplius ponderabat Fiscus quòd in casu *dict. decis. Riccii*, in qua fuit permissum Judici Ecclesiastico de delictis laici effecti Clerici inquiri, & ipsum condemnare, dicitur, quod non poterat inquiri coram laico; quia pendebat causa appellationis, non poterat coram Ecclesiastico; quia delicta fuerunt commissa de tempore quo fuit laicus, & per Judicem laicum fuerat causa præventa, & tamen ex illo inconvenienti *ne delicta multa remanerent impunita ob maximum Reipublicæ damnum* (ut inquit Decisio) fuit dictum de illis delictis posse iterum inquiri, & accusari, & condemnari coram Judice Ecclesiastico, unde sic: etsi coram Judice causæ supplicationis non possint fieri novæ probationes, non debet expectari quòd sententia feratur, sed ut succurratur favori publico, pendente causa supplicationis debet admitti probatio fisci coram Judice primitivo, ut ea Reo publicetur, & se defendat, ac postea illam reportet ad Judicem causæ supplicationis ad confirmationem sententiæ.

9 Circa secundum dubium, an casu quo ex defectu probationis moderaretur primitiva sententia, post terminatam causam supplicationis posset recipi novus testis coram Judice primitivo, qui iterum, re in Regio Criminali Concilio introducta, referret processum, ut iterum posset Senatus super causa declarare.

10 Allegabat fiscus diversa fundamenta ex quibus asserebat, admittendum esse ad novam probationem. Primò, quia illi obesse non poterat, processum esse publicatum, quia Judex ex officio examinare potest testes etiam ad offensam, publicatis attestationibus ad inveniendum maleficium. Gomez *variar. 3. cap. 13. num. 34.* ubi Ayllon *num. 35.* Pichardus *in manuduc. par. 3. num. 25.* Thesaurus *decis. 262.* Marinis *resol. 109. lib. 1.* & ibi Rodoerius *num. 2.* post plures Farinac. *quæst. 75. num. 407. & 412.* Peguer. *in prax. crim. cap. 12. §. 8. nnm. 1.* Cancer. *var. 1. cap. 20. num. 43. & seqq.* qui docent quod *cap. fraternitatis de testibus*, quod probat non posse recipi testes super eisdem capitulis, publicatis attestationibus, non procedit in criminalibus, Guido Pape *decis. 72.*

11 Ea ratione, quia in Judice subornationis timor non subest, nec ei in causa concluditur, neque novam notitiam ei affert publicatio. Conciol. *resol. crim. verbo testis quoad examen resol. 1. num. 1.* Majorana *in opoprax. crimin. lib. 2. cap. 3. num. 63.* qui *num. 64.* subdit etiam ea procedere adherente Procuratore Fiscali, quem officii necessitas à præsumpta calumnia eximit. Guazzin. *def. 24. c. 7. n. 3.* Sanfel. *dec. 22. n. 11. cum seqq.*

12 Secundò, quia eadem ratione possunt de officio recipi testes adhuc post conclusionem in causa, & inducere omnes alias probationes ad offensam, & punitionem delinquentis Gomez *tom. 3. d. cap. 13. num* 34. & ibi Ayllon *num* 35. Menoch. *de arbit. q. 34. num. 17.* Canc. *var. 1. dict. cap. 20. num. 43.* Farinac. *quæst. 76. num. 407.* ubi ampliat, & limitat latè, *& num.* 413. id extendit, ut etiam procedat ad instantiam Procuratoris Fiscalis, latè Pareja *de instrument. edit. par. 2. tit. 6. resol. 3. num. 70. cum pluribus sequentibus.*

Et licèt in hanc partem communiter à Doctoribus admittatur distinctio Thesauri *decis. 262.* videlicet, aut Judex procedit per inquisitionem, aut per partis accusationem, ut in primo casu fiscus possit post conclusum in causa novas producere probationes, quia in eo cessat subornationis timor; fiscus verò in secundo propter subornationis timorem; quam distinctionem sequitur Franc. *decis. 467. in fine.* Sanfel. *dict. decis. 22. num. 22. lib. 1.* & his relatis noviter Manfrella ad Larro *decis. 178. num. 4. cum pluribus seqq.* Pareja *de instrument. edit. par. 2. tit. 6. d. resol. 3.* & maximè *num. 106.* Majorana *in opoprax. crim. lib. 2. cap. 5. num. 9.* ubi id limitat quando sumus in delicto in quo ex officio procedi potest, quia tunc cessat timor subornationis, sive adsit, sive non instigator, seu accusator *num. 14.* 13

In Cathalonia, cum regulariter in omni crimine procedatur per inquisitionem, & processus criminales sint fisci non partis instantis; & tantùm ea accedat juvando Fiscum, ut notat Pegue. *in prax. crim. cap. 12. num. 1.* fit ut non obstante quòd adsit partis instantia, fiscus post publicatas attestationes producat testes ad offensam, & ita praxis observat, quam notat Cancer. *var. par. 1. cap. 20. num. 45.* & antea Pegue. *in praxi crim. cap. 12. §. 8. num. 1. ver. Attamen*, qui affirmat quòd solùm verificari potest non posse in causis criminalibus pro accusatore admitti novas probationes publicatis attestationibus in causis criminalibus contra militares, contra quos criminaliter absque partis instantia procedi non potest, ob speciale privilegium, Brachio militari concessum. 14

Tertiò, quia etiam post sententiam deffinitivam in negotiis publicis posse recipi testes voluit Rota Imperialis apud Minsynger *cent. 4. obs. 60. per totam*, & in causis criminalibus, in quibus agitur de favore publico, ne delicta remaneant impunita, tuetur Marinis *resol. lib. 1. cap. var. 109. num. 3.* Thesaurus *decis. 262.* præcipuè *nu. 4.* quia ut ipse tradit, sententia in causa criminali nunquam transit in judicatum. 15

Sic quando sententia condemnationis non est exequtioni demandata, si in prima accusatione est omissa aliqua qualitas, quæ aggravet delictum, & ratione qualitatis omissæ, quæ postea venit probanda, pœna augeri debeat, possunt post sententiam super qualitate recipi testes, ut tenet Bartol. *in l. Senatus, à num. 15.* & signanter antea *nu. 6. ff. de accusation.* cum quo ibi transeunt Angel. & nonnulli Doctores, Marinis *var. resol. lib. 1. d. cap. 109. num. 7. & per totum cap.* 16

Quartò, quia ex indulgentia Principis etiam post sententiam in judicatum transactam auditur reus ad sui defensionem, si proponat probationes relevantes, Pegue. cum resol. Aularum *tom. 2. decis. 70.* Carrer *in prax. in mater. appellat. §. 3. casus num. 22. & § 7. casus num. 12.* Boss. *in tit. de remed. contra bannum num. 2. & in tit. delit. princip. sub num. 3.* Gail. *de pace publica lib. 2. cap. 8. num. 2.* & plures referens Farinac. *quæst. 75. num. 420. & consil. 73. in addit. lit. A & quæst 81. num. 25. & quæst. 11. ex num. 11.* Cancer. *var. 1. cap. 29. num. 44.* Bovad. *lib. 2 cap. 16. num. 99* Bolannus *in Curia Philippica 3. par. §. prueva num. 9.* Morla *in emporio tit. 2. num. 74.* Gratianus *regula 421.* Matienco *in dialogo 3. par. cap. 49.* & aliis laudatis Ayllon ad Gomez *var. 3. cap. 13. num. 34.* Basilius *decis. 33. num. 10. & seqq.* 17

Excipiebat rea, non posse recipi novum testem, Primò, quia post sententiam in causa supplicationis latam, & sic post rem judicatam amplius non licet Fisco per novas probationes de eodem crimine conqueri, quia rei judicatæ exceptio ei obstat, *l. 2. Cod. de Custod. reor.* diffusè Boer. *in decis. 289.* Franc. Marc. *decis. 238. par. 1* Caball. *resol. 93. num. 3.* Novar. *decis. 74. num. 2.* Jo. de Amicis *in cons. 37. num. 1.* Nec quis de eodem delicto bis inquiri potest, *l. penult. §. fin ff. nauta, & caup. & stab. l. quid, ff. de sepulcro violato, l. si cui §. iisdem*, ubi Bartol. *ff. de accusation. l. 2. Cod. de except. rei jud. l. 1. Cod. quando provoc. non est necess. Can. si illic 23. quæst 4.* in quo text. Gelasius clementissimus Papa sequentia verba conjungit, *semel remissa punitio recidivo dolore non debet iterari: divina scilicet imitatione clementiæ quæ dimissa peccata in ultionem redire non patitur.* Hæc eadem verba reperiuntur transumtivè relata *in Can. divina 24. de pœnit. dist. 4.* & juvat *tex. in Can. veniam 35. quæst. 9.* 18

Hinc si quis per dispensationem, seu remissionem fuerit semel liberatus ab eo qui in foro externo super crimine valet dispensare, amplius de eo accusari prohibetur, 19

post

post Gregorium Lopez, Decianum, Tusch. Farinac. *in praxi qu. 6. num. 1.* Placa *in epit. delict. lib. 1. cap. 38.* Clarus *in prax. §. fin. qu. 57. num. 9.* Guazzin. *defen. reor. 2. cap. 7. num. 29.* Barbosa *in collect. in cap. de his, de accusation.* Faria ad Covarru. *var. 2. cap. 10. num. 18.* qui *num. 19.* ait idem esse de eò qui per compositionem factam cum Fisco, vel Judice, qui ad id obtinet facultatem, absolvitur; ex Farin. *qu. 5. num. 4.* Barbosa ubi proximè, & captus relaxatur liberè non solutis expensis, ut ita fuit conclusum 14. Junii 1658. ref. Mag. Michaele de Pallares J. R. C. ubi attento constitit Didacum N. fuisse remissum de nece perpetrata in personam Francisci Bosch, per nobilem Regentem Regiam Thesaurariam, fuit dictus N. liberè relaxatus, non solutis expensis.

20 Ita per has, aliasque rationes punctim tenent Doctores, quòd accusatus de aliquo delicto, semel absolutus, iterum molestari non potest, etiamsi supervenient novæ probationis. Caball. *resol. 93. numer. 4.* Gregorius Lopez, Follerius, Tusch. Farinac. Guazzin. *defen. 2. cap. 7.* & alii laudati per Fariam ad Covarru. *var. 2. cap. 10. à num. 1. usque ad num. 9.* Sanfel. *lib. 1. decis. 138. & lib. 3. decis. 377.* & ibi Addit. in qua allegatur Grammat. *decis. 53.* Campagna *in cap. Reg. Item si qua num. 7. & seqq.* Vivius *decis. 296. num. 8. & 9. & decis. 490. numer. 3.* Amicis *cons. 37. numer. 1. & cons. 6. num. 5.* Federic. *in resol. crim. 17.* Anton. Faber. *in C. tit. de accusat. defin. 4.* Novar. *decis. 74. & tom. 3. de gravam. gravamin. 36. num. 1. & 2.* Joan. Anton. de Nig. *in cap. Reg. rub. de excep. rei jud. incip. Item si qua, pag. 110. col. 2. vers. Quia delicto*, qui *in Addit. nova* allegat Maran. *in specul. aureo in 6. & ultima parte rub. de Inquisit. in 4. qu. principal. col. 4. vers. Octavo principaliter numer. 44. pag. 46.* Prato *in respons. pro syndicatu numer. 130. & seqq.* Solorzan. *de jure Indiarum lib. 4. cap. 8. numer. 64. & seqq.* Sesse *decis. 106.* Speter. *decis. 134. per tot.* ubi de materia, Font. *de pact. 1. claus. 4. gl. 13. par. 2. num. 67.* Antonel. *de reg. par. 2. lib 6. cap. 42. numer. 2.* Vermig. *consil. 55. numer. 2.* Bonden. *colluc. leg. 18. numer. 49. cum seqq.* Julius Caponius *discep. forens. tom. 3. discept. 135. tota*, ubi *nu. 7.* id ampliat quando absolutio subsequuta fuisset ob non probata delicta.

21 Quæ procedunt nòn solùm si fuerit processum per viam accusationis; sed etiam si per viam inquisitionis, Farinac. *in prax. quæst. 4. numer. 3.* Gomez *var. 3. cap. 1. numer. 26.* Prato *in respons. pro syndicatu numer. 131.* Alex. *cons. 11. numer. 7. vol. 1.* Marant. *de ord. jud. par. 6. tit. de inquisit. numer. 49.* Boss. *in prax. tit. de sententiis num. 60.* Didac. Covarru. *lib. 2. resol. cap. 10. in princ.* Jul. Cla. *in pract. §. fin. q. 57. num. 1.* Paul. Grilland. *de crimin. lib. 5.* ubi agit de relaxatione carceratorum, *tit. de absolut. innocentis quæst. 2. num. 3. vers. & nota.* Gallego *in respon. pro syndicatu cap. 4. num. 6.* & tradunt alii Doctores citati.

22 In terminis syndicatus, quòd semel absolutus, ex novis probationibus non possit Officialis molestari, docent Berart. *in specul. visit. cap. 25. numer. 9.* Rovitus *in scholiis ad prag. 1. de syndicatu numer 25. vers. Et quando syndicatores*, ubi adducit Reg. de Ponte *decis. collater. 26. numer. 21.* & esse communem opinionem testatur Boss. *tit. de Official. corrup. pecun. num. 32.* Aviles *in cap. 3. syndicat. num. 11.* Surd. *cons. 651. num. 29. vol. 4.* Bovad. *in polit. lib. 5. cap. 1. num. 159.* Mastrill. *de magist. lib. 6. cap. 6. num. 20.* Prato *in respon. pro syndicat. num. 131.* Scialoya *de foro comp. cap. 33. num. 83.*

23 Amplius affirmant, quòd si tempore syndicatus elapso, de criminibus tunc commissis, vel penitus ignoratis, Officiales in Officio commissis accusentur, & probationes luce meridiana clariores offerantur, talia intendenti exceptio rei judicatæ obstat, ut in simili inquit elegans *tex. in l. adulter. 5. Cod. de adulteriis, l. nemo, Cod. de temporalibus appellationibus*, Bovad. *lib. 5. cap. 1. num. 162. & 174. & cap. 2. num. 24. & cap. 3. num. 133. ad finem, & num. 135. & 138.* Cavalcanus *de brachio Regio 5. part. num. 10. & 11.* & innumeri alii apud Mastril. *de magist. lib. 6. cap. 6. ex num. 3.* ubi ita sæpiùs practicatum, & judicatum etiam contra fiscum concludit, ut nec post lapsum termini auditi possit, Bollan. *Curia Philipp. 4. par. §. 3.* Villadiego *in polit. cap. 6. §. 3. num. 10.* Lancell. Gallia, omninò videndus *cons. 28. per tot.* præcipue *numer. 9. et 19.* ubi nec prætextu restitutionis, nec privilegii fisci contrarium admittit, Riminald. Jun. *cons. 696. à num. 6. cum seqq.* inquiens, quòd præclusa via parti, præcluditur fisco. Tusch. *litt. S. conclu. 275. num. 8. et 9.* Fab. Tortus *in annot. ad stat. Papiæ rub. 66. num. 29.* latè Giurba *cons. 53. per tot.* Berart *in specul. visit.*

cap. 4. num. 17. & Farinac. *de inquisitio. quæst. 10. num. 12.* ubi innumeros allegat ad probandum, quòd etiam in delictis occultis contra fiscum præscribitur per lapsum termini legalis, & quòd currit terminus non à die scientiæ, sed commissi delicti.

Post hæc concludit Solorzan. *de jure Indiarum lib 2. cap. 8. num. 69.* ibi: *Et juxta hanc opinionem, seu potius receptam praxim sæpissimè in Supremo Castellæ, et Indiarum Senatu Judicatum fuit.* Nam quamvis in Regno Siculo, & Neapolitano contrarium aliquando factum, & decisum referat Mastril. *d. lib. 6. cap. 6. num. 9. & lib. 3. cap. 4. num. 377. & 378.* Ponte *decis. 26. numer. 22.* Mar. Muta, qui plenius cæteris hanc partem tuetur, & aliquos casus distinguit *decis. Sicil. 5.* quos refert, & sequitur Joan. Bapt. Thoro *in comp. decis. verbo syndicat. ab Officiale pag. mihi 112. Par. 1.* Hoc tamen forte defendi potuit, quia in illis Regnis non dantur leges, nec statuta, quæ contrarium præcipiant, & syndicatui terminum præfigant, quin potiùs, ut idem Thoro inquit adest pragm. Regia, ubi mandatur, quod Officiales omnes, etiam post redditum syndicatum, & obtentas litteras liberatorias possint à quocumque tribunali inquiri, etiam ex Officio, de malè gestis in Officio, non tamen cognitis in syndicatu. Adeò ut neque in patria, etiam via ordinaria magistratus postea convenire possit de his, quæ tanquam talis in provincia commisit, vel contraxit, ut contra gloss. Bart. & alios *in d. l. 2. ad leg. Jul. repet.* docet eleganter Bald. *in leg. observare, §. proficisci num. 9. de off. Proconsul.* quem sequuntur plures alii, quos refert Gutier. *. pract. quæst. 49.* Azeved. *in d. l. 23 num. 14.* Mastril. *d. cap. 6. num. 32.* Aviles *de syndic. cap. 3. numer. 12. ver. Secus*, plenius cæteris disputans Bovad. *d. lib. 5. cap. 3. ex num. 134.*

Et in terminis *Constitutionis 7. tit. de Offic. de Jut. de tau-* 25
la, scribit Berart *de Visit. cap. 25. numer. 6.* quòd prima excusatio magistratuum, qui purgant tabulam, est quæ oritur ex lapsu temporis ad querelandum; nam lapso tempore quod præfigi solet in edictis syndicatorum, non possunt ulteriùs molestari, non modo in loco Officii; sed neque etiam in ejus patria coram suo ordinario; & ita communiter tenetur, sive sequuta sit absolutio, sive non: & anteà scripserat Cancer. *var. 2. capite 2. numer. 183. et variarum 3. capite 12. numer. 44.* & prædictorum Doctorum ratio est, quia non debet aliquis pro eadem causa apud diversos Judices molestari. *l. 3. § fin. ff. naut. caup.* Berart citatus: quæ deservire possunt ad intelligentiam cap. 5. *cur. ann. 1599.* quòd disponit de visita Regia Officialium, qui non purgant tabulam.

Et in expresso quòd post sententiam non admittantur no- 26
væ probationes fisci, etiamsi prætendat minori pœna reum punitum, tradit Farinac. *in prax. quæst. 4. numer. 2. ver. Limita*, ex Boss. Caravita, Boerio, & aliis, qui id limitat, nisi jurisdictio illius Judicis, qui minorem, & non condignam delicto pœnam imposuit, sit separata, & diversa à jurisdictione alterius Judicis, qui hunc sic minori pœna condemnatum punire intendit, nam stante diversitate jurisdictionum, ac magistratuum non prohibetur unus Judex condecenter punire illum, qui aliàs ab alio Judice non fuit debita pœna punitus, sequitur Sanfel. *decis. 138. num. 4.* licèt adhuc in his terminis contrarium teneat Addit. Sanfel. 377. *ver. Condemnatus*, ibi: *Condemnatus ab uno Judice licet minori pœna quàm delictum requirat, nec etiam potest iterum inquiri pro eodem delicto ab alio Judice, Boer. in decis. 289. Viu. decis. 296. num. 6. et 7. Faber. in Codice tit. de accus. defin 4.*

Scribit tamen Sanfelicii Addit. *in ver. in Criminibus*, 27
quòd in criminibus mixti fori punitus à Judice Ecclesiastico pœna spirituali, & fori Ecclesiastici, potest puniri etiam à Judice laico pœna fori sæcularis, & legis Civilis, nec una pœna elidit aliam. Afflict. *in Const. Reg. multæ leges* Carr. *in prax. tit. de hæretic. numer. 165. ver. Sed an ex quo*, etc. Foller. *in prax. glos. debitis pœnis, etc. num. 49.* Gut. *qq. Canon. lib. 1. cap. 12. num. 12. et seq.* Anton. Fab. *in Cod. tit. de crim. sacri, leg. definit. 1. numer. 5.* Thes. *decis. 241. numer. 7.* Grivell. *decis. 47.* Afflict. & ibi Ursill. *decis. 219.* Reg. Galeota *controv. tom. 2. controv. 37. numer. 13. et sequentibus*, Novar. *tom. 1. gravam. 42. numer. 6. et 7.* Font. *de pactis nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 5. par. 1. numer 26. et 27.* Faria ad Covarr. *lib. 2. cap. 10. num. 2. in fine*, & nos dicimus *decis. 74.*

Principalis conclusio limitatur, si quis non fuerit abso- 28
lutus simpliciter, sed ab instantia, sive observatione judicii (ex Faria *lib. 2. cap. 10. numer. 8.* qui plures allegat) aut

ex processatis tantùm, vel ex hactenus deductis, vel stantibus rebus, prout stant, aut alio non edocto, vel apparente, vel per alia similia verba idem importantia, quia talis absolutoria ex novis probationibus potest revideri. Catball. *resol. crim. cas.* 93. *numer.* 8. *& seqq.* Boss. *in prax. de sententiis numer.* 72. *&* 75. Foller. *in prax. qu.* 62. *numer.* 2. Novar. *de gravam. vassal. tom.* 2. *gravam.* 42. *num.* 14. & his relatis Sanfel. *in addit. lib.* 3. *dec.* 377. *vers. Si verò absolutus*.

29 Circa quod observat eadem Additio Sanfel. quòd quando quis liberatur sub fidejussione de se præsentando toties quoties, quando super indiciis fuit disceptatum publicato processu, & datis defensionibus, non potest iterum, nec ejus fidejussor molestari, & ad carceres reduci, nisi nova superveniant indicia, Boss. *in prax. in tit. de pluribus viol. num.* 114. *& in tit. de sentent. num.* 61. *&* 62. Brun. à Sole *qu.* 17. *num.* 11. Foll. *in pragm. num.* 251. Crispol. *cas. milit. cas.* 39. *num.* 2. Novar. *de gravam. vass. post append. gravam. num.* 275. *num.* 8. Secus si non discussis indiciis, nec lite contestata, nec datis defensionibus quis liberaretur sub fidejussione de se præsentando toties quoties, vel ad omnem ordinem, nam tunc etiam non supervenientibus indiciis posset molestari, & reus, & fidejussor, Crispol. *in dict. cas.* 39. *numer.* 5. declarando rem ibi *num.* 9. *& seq.*

30 Praxis nostra quæstionem suscitatam omnino diremit, nam Rei non multùm gravati in processu, solent per Regium Concilium idonea manuleuta cum fidejussoribus regium Concilium idonea manuleuta cum fidejussoribus relaxari, quæ manuleuta concipitur, vel meritis processus attentis, vel absolutè cum reincidentia de se repræsentando, &c. illa manuleuta meritis processus attentis vim habet absolutoriæ. Pegue. *in prax. cap.* 12. §. 15. *num.* 7. & ea de causa licèt superveniant nova indicia, amplius agi non potest. Canc. *var.* 2. *cap.* 5. *numer.* 132. Si autem manuleuta fiat sine causæ cognitione, id est absolutè cum reincidentia, absolutoria non est, sed rei tenentur ad Judicis requisitionem in carceres se præsentare. Canc. *var.* 2. *d. cap.* 5. *num.* 129. & diximus *dec.* 23. *num.* 23. *cum seqq.* Pegue. *to.* 1. *dec.* 47 & ita praxis est ordinaria.

31 Si, autem est facta provisio, quòd rei fidejussoria cautione relaxentur, & reus non invenit fidejussores, relaxatur cum juratoria, id est sub Sacramento, & homagio ad requisitionem dierum, ad pœnam vigintiquinque librarum, Peg. *d.* §. 15. *num.* 4. Fontan. *dec.* 237. *num.* 27. quo casu dicta provisio de Sacramento, & homagio absolutoria non est, Peg. & Fonta. citati, Xam. *de privil. Civit.* §. 11. *num.* 22. *in addit.*

32 Ad tollendam tamen omnem dubitationem in hac provisione sub Sacramento, & homagio, apponitur interdum clausula *donec aliter sit provisum*, sub forma sequenti. *Die* 27. *Augusti* 1672. *in Regia visita fuit conclusum quòd salvator Grimalt, tradatur sub Sacramento, & homagio ad requisitionem dierum, donec aliter sit provisum, ad pœnam viginti quinque librarum*. Similis 31. *Augusti* 1672. *contra Joannem Nevellachs, ref. Taverner, & Rubi, scriba Riambau*. Similis *die* 24. *Martii* 1678. *contra Joannem Belluer, Agricolam loci del Raurell, ref. Tristany, scriba Maurici*. Et passim; ex his habes post absolutoriam, aut post sententiam favorabilem reo, etiamsi superveniant fisco novæ probationes, quando discutitur cum cognitione causæ, & meritis processus attentis, non licet amplius fisco de delicto conqueri.

33 Secundò excipiebat rea quòd rationes in contrarium ponderatæ, non obstabant, non prima, & secunda, quia non negatur posse recipi testes ad instantiam fisci, publicatis attestationibus, & post conclusum in causa: difficultas solùm est an hæc procedant post sententiam, vel rem judicatam.

34 Tertiæ rationis satisfaciebat rea dicendo invaluisse doctrinam existimantium, sententiam criminalem in judicatum transire, & non licere post sententiam, vel rem judicatam fisco novos producere testes, nec his contrarium facit Thesaurus *decis.* 262. quæ loquitur de receptione testium ante sententiam post conclusum in causa publicatis attestationibus; nec Marinis *lib.* 1. *resol. cap.* 109. qui loquitur in casu quo per inquisitum exceptio Clericatus fuit exposita post sententiam, & resolvit posse Judicem laicum, ad ejus jurisdictionem perpetuandum ex officio inquirere, & per testes probare ad exclusionem exceptionis Clericatus, ex regula *quæ de novo emergunt novo indigent auxilio*; & quia leges adversus exceptiones, replicationes induxerunt, per quas exceptionum jus resolvitur, & actor per replicationem suam adiuvat intentionem, *leg. antepenult. ff. de exceptionibus*.

Et hæc in se tanquam vera sustineo; nam si ex indulgentia Principis, reo ad defensam post sententiam admitteretur probatio, ad ejus exclusionem negari non posset fisco, ut in vim replicationis, & ad adjuvandam suam intentionem suas subministrare posset probationes. 35

Ultimæ difficultati respondebat rea pro sua innocentia deregenda, indultum esse post sententiam ante illius executionem proponere reo probationes promptas per facti evidentiam, & relevantes: at verò Doctores quod reo indulgent, fisco negant; nam considerant favorabiliorem causam esse rei, dum aliàs fisco negant beneficium appellationis, quod reo concedunt, ut diximus latè *in decis.* 53 *num.* 33. *& seqq.* 36

Et tandem exponebat rea, quod nulla ex limitationibus principalis conclusionis quas tradunt Doctores, quadrabat controversiæ; nam prima limitatio est, si absolutus reus foret per prævaricationem, aut collusionem accusatoris, vel Judicis, vel testium, vel tabellionis. Gomez *var.* 3. *cap.* 1. *numer.* 26. [*ex leg.* 3 *ff. de prævar. l.* 3. §. *si tamen plures, ff. de liber. hom. exhit. l. si quis homicidii, C. de accus. cap.* 1. *& fin. de collus. detec.*] & ibi Ayllon, Boss. *in pract. crim. tit. de sententiis num.* 60. *&* 64. Scaccia *de judiciis lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 81. Sanfel. *decis.* 377. *in addit. ver. Idem procederet*. Prato *in respons. pro syndicatu num.* 130. Gallego *in respons. pro sui causa, numer.* 8. Covarr. *lib.* 2. *cap.* 10. *in principio*, prout etiam in casu quo fraus in Judice mitiùs puniente probatur. Tusch. *pract. concluss. tom.* 1. *lit. A. conclus.* 53. Guazzin. *defen. reor. defen.* 2. *cap.* 7. *numer.* 25. Faria ad Covarr. *lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 2. Cabal. *resol. crim. cas.* 162. *numer.* 28. Font. *cl.* 4. *glo.* 13 *par.* 2. *numer.* 65. Sperel. *decis.* 3. *sub numer.* 8 Bonden. *colluc. leg.* 18. *numer.* 53. *in fine*, quàm doctrinam observavimus dum in castris immorabamur anno 1674. ad latus Excellentissimi Ducis de Sangerman Locumt. & Capitanei Generalis hujus Principatus in loco de Maurellas, ubi contra homicidam proditorium, à Judice inferioti non fuit assignata condigna pœna ob collusionem ipsius cum reo, & non obstante re judicata, fuit ulterius contra reum noviter inquisitum, & homicidii processus fortificatus. 37

Secunda limitatio est, quando crimina sunt distincta, & oriuntur ex diversis factis, vel quando resultant ex eodem facto, & sunt specie distincta; nam sententia super uno non parit judicatum in alio. Sesse *decis.* 106. *numer.* 7. & 14. Mari. ad Rever. *lib* 1. *decis.* 138. *numer.* 8. & fuit observatum contra Antonium N. in anno 1676. nam pendente causa supplicationis à condemnatione contra eum facta super falsitate diplomatis Regii, fuit contra eundem pro delicto furti simplicis inquisitum in Regia Curia. 38

Hinc affirmant Doctores, quòd sententia super delicto simplici, non parit judicatum super qualitate ipsius delicti, quando qualitas alterat, & diversificat delictum; quia tunc non dicitur inquiri super eodem, sed super diverso delicto: Prosper Farinacius. *quæst.* 4. *numer.* 4. Antonius Gomez *var.* 3. *cap.* 1. *numer.* 27. & ibi Don. Joannes Ayllon *numer.* 28. verbi gratia si absque qualitate accusatur de homicidio, tunc absolutus, seu condemnatus non prohibetur iterum accusari de parricidio; cujus qualitas alterat, & diversificat homicidium simplex, super qua non fuit inquisitum; si verò qualitas de novo proposita non diversificat delictum, licèt illius pœnam, & condemnationem augeat, tunc semel absolutus, seu condemnatus de aliquo delicto, non potest iterum accusari super illa qualitate: unde absolutus, seu condemnatus de vulnere, non potest iterum molestari ex debilitatione membri sequuta ex ipso vulnere. Ayllon cum Gomez, qui suprà *num.* 28. Rota Lucen. *decis.* 61. Sanfelic. *decis.* 377. *in addit. vers. Si quis*; at punitus de vulnere potest iterum puniri de homicidio ex vulnere sequuto. Sanfel. *decis.* 138. *num.* 10. ubi per totam decis. rem explicat, & exemplificat, & ita intelligendus est etiam Marin. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 109. *nu.* 7. pro fisco in tertia objectione allegatus. 39

Tertia limitatio est; quia licèt quis pœna debita punitus sit; attamen si provisum non fuerit super ejus tortura quoad complices, & ex processu liquet delictum esse patratum cum socils, potest torqueri solùm ad sciendum socios, ne ipsi impunè pertranseant, & de proprio scelere glorientur; cum Reipublicæ interest delicta puniri. Bajard. ad Clar. *quæst.* 57. *num.* 20. *vers. Adde, quòd licèt debita pœna*, Sanfel. *decis.* 138. *numer.* 5. *vers. Limitatur*. Nullam ex his limitationibus prodesse fisco affirmabat rea 40

undę

unde sperabat declarari, non esse locum novæ productioni testis.

41 Re maturiùs considerata in R. Con. die 25. Octobris 1683. verbo, fuit resolutum, nulliter receptum fuisse dictum testis, qui supervenit pendente causa supplicationis, ex litterali dispositione *dicti cap. 15. cur. anni* 1599. nec post latam sententiam in causa supplicationis posse de novo recipi, quia id solùm permissum est parti, cui ad defensam relevantia deducendo, nunquam ex indulgentia Principis est clausa janua, & ita pariter hanc rem intellexerunt Domini Senatores Aularum Civilium, quibus proposita fuit per me hæc dubitatio.

vatur reus immunitate Ecclesiastica.

24 *Declaratio R. Cancellarii in causa contentionis.*

25 *Parricidium est homicidium proditorium, & insidiosum dicitur homicidium quando quis occisurum tradit interfectori, unum verbis ostendendo, & aliud mente gerendo.*

26 *Decis. Senatus in facto contentioso.*

27 *Contra homicidam soceri non imponitur pœna veri, & proprii parricidii.*

28 *Attamen ex circunstantiis in delictis atrocibus pœna ultimi supplicii infligitur cum aliquo additamento, & ita Senatus.*

DECISIO XLIX.

ARGUMENTUM.

De parricidio soceri in generum nocte commisso, pro quo cum indiciis dubitatis, quæ constituunt unum indubitatum, & aliis probationibus, & coniecturis condemnatus fuit ad pœnam mortis cum additamento; qui antea ratione illius delicti, ex eisdem probationibus fuerat privatus immunitate Ecclesiastica: ubi propriè investigatur pœna contra auxiliantes, & opem præstantes in eo delicto, ante, & post illud commissum. Et ponderantur indicia, & adminicula in contingentia facti occurrentia.

SUMMARIUM.

1 *Præstans opem, & auxilium in parricidio, pœna mortis punitur, ubi traditur judicatum in diversis Senatibus, in casibus qui ibidem recitantur usque ad num. 4.*

3 *Eadem mortis pœna tenetur, qui præstat auxilium filio patrem occidenti, quamvis auxilium fuerit remotum: si tamen auxiliator sciat socium esse filium aggressi.*

6 *Pœna ultimi supplicii plectitur, qui post parricidium filio opem præstat scienter, & num. 15.*

7 *Factum usque ad num. 9.*

10 *Homicidium commissum in domo, præsumitur commissum à Domino domus, quando aliqua alia concurrit coniectura, & particulariter urget indicium contra domesticum, quando in illius camera occisus reperitur.*

11 *Quando mortuus reperitur in via prope domum alicujus, præsumitur occisus à Domino domus contigua, si concurrat alia præsumptio.*

12 *Circunstantia facti.*

13 *Ex assistentia viri aliàs boni, ducentis incautum ad locum in quo ab inimicis aliquis expectatur, nulla pœna incurritur.*

14 *Secus si dolo malo in erueniente id actum fuerit, nam puniri potest in simplici delicto pœna extraordinaria.*

16 *Licèt ex signis latitiæ, verbis, vel facto post delictum, non probetur mandatum de occidendo; inde tamen oritur indicium ratihabitionis: ubi de aliis coniecturis, ex quibus præsumitur ratificatio delicti.*

17 *Quando fuga sit indicium, declaratur, & numero 18.*

19 *De indiciis odii, mendacii in substantialibus, simulationis, famæ, remissive, & 20.*

21 *Coram superioribus, qui habent brachium Regium, adminicula tanquam commiscibilia junguntur ad componendum totum, qua hic ponderantur.*

22 *De indiciis edicentis, qui invenerit me, occidet me, de indicio repertura gladii sanguine madefacti contra Dominum domus ad cujus gladii mensuram fuerunt reperta foramina vulnerum, & de indicio ex forma pedis, qua correspondeat formæ sedis accusati, agitur.*

23 *Cum indiciis indubitatis in delictis qualificatis pri-*

IN antecedenti decisione egimus, quando filius, vel uxor 1
fuit conscius, vel conscia necis patris, vel viri respectivè, & decisum tradimus, eos plecti pœna mortis: nunc agimus, quid si opem, & auxilium præstent, quos sine dubio ea pœna affici debere est in comperto, ut scribit Uvesem. *in parat. lib. 48. tit. 9. ad leg. pomp. de parric. numer. 8.* ubi Arnol. Vinnius ejus Additionator. judicatum refert Thoro *in comp. decis. par. 3. sec. 2. pag. mihi 283. ver. Pœna uxoris*, ubi tradit uxorem, quæ occidere fecit virum suum per adulterum, ne ipsam offenderet ex causa adulterii per eam commissi, fuisse decapitatam, occisorem suspensum, adulterum qui aufugit foriudicatum: ac pariter de filia, quæ patrem occidere fecerat, obtruncatam fuisse attestatur Farinac. *in prax. qu. 120. num. 13.*

Idem Thoro *in comp. decis. par 1. pag. 428. vers. Proditorium homicidium*, ubi de uxore occisi, quæ commoditatem delinquendi dedit, aperiendo januam inimicis viti, & ibi dicitur respectu uxoris homicidium proditorium; licèt respectu interfectorum sit insidiosum. 2

Sanfel. *tom. 1. decis. 30.* ubi ait, quòd uxor quæ domum 3
præbuit scienter ad viri necem, fuit punita pœna ultimi supplicii, eadem pœna, qua veniret puniendus interfector; nam præbendo domum: auxilium, & favorem dedit, & causam mortis præbere visa fuit.

Reg. Matth. *de re crim. cont. 8.* ubi de adultera majori vi- 4
ginti trium annorum, necem viri sui procurante, tractante, deliberante, consentiente, & cooperante, quæ fuit condemnata ad pœnam ordinariam, cum qualitate quòd traheretur ad caudam equi, usque ad supplicium, & post suffocationem doleo intercluſa proiiceretur in flumen, non ut sepultura careret, sed ut ex illa cæremonia cæteri terrerentur: mediatrix parricidii, quia erat minor decem, & septem annorum sustinuit pœnam, videlicet quod verberaretur, & recluderetur in perpetuum.

Etiam ea pœna tenetur, qui præstat auxilium filio occi- 5
denti parentem, quamvis auxilium fuerit remotum: ex Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 6. num. 20. & cap. 13. numer. 10.* Farinac. *in prax. quæst. 120. num. 45.* Giurba *consil. 7. num. 9.* allegat Thoro *in comp. decis. par. 1. in dict. ver. Proditorium*, & alios; si tamen auxiliator sciat socium esse filium aggressi. Sperel. *decis. 64. num. 41.* qui allegat Dec. *in cap. 1. nu. 21. de Offic. Judic. delegat.*

Pariter, ac etiam plectitur pœna ultimi supplici, qui 6
post parricidium filio opem præstat, scienter tamen, puta sepeliendo cadaver, ne illud detegatur, aut accomodando parricidæ equum, ut fugiat. Boer. *decis. 262. num. 7. &* 8. Decian *tract. crim. lib. 9. cap. 13. num. 13. &* 14. Farinac. *in prax. quæst 120. num. 141.* Gomez *var. 3. cap. 3. num. 3. ver. Item adde*, & ibi Aylson, Reg. Matth. *de re crim. cont. 9. num. 9.*

Infrequens facinus expono, inter leges, & earum pro- 7
fessores adhuc non inventum, flagitiosum, & impium, ubi pater effectus leno filiæ suæ, & ipsa filia prostibula pari consensu per amasium concordarunt in necem lenis, & improvidi mariti: inolevit versutia adulteræ, exculpavit amasium, & criminavit parentem. (Non enim reperitur parentes mortem filiis, fuisse machinatos, nec legitur à parentibus insidias filiis fuisse patratas, cum legatur filios parentum vitæ insidiari *in l. fin. Cod. de pact.* & comprobat latè Julius Caponius *tom. 1. discep. forens. 26. num. 3.*) quid ergo sceleratius, quàm in vitæ auctorem insurgere, & quid fœdius, quàm venerium emittere.

Si mihi Tithono de te narrare liceret
Turpior sub Cælo fœmina nulla foret.

Ovid. *1. amor. eleg. 13.* quid ergo vidit audax! nihil extra amasium, hic illi oculos clausit, firmavitq; denso spissamento, tanquam calce, nihil tamen miraberis è converso si pater, qui ferventiores dilectionis gradus in ordine ad filios habet, quia

sunt aliquid sui, ex Arist. 8. *eth. cap.* 12. portionem vitæ suæ simulatè munierit; en factum.

8 Franciscus N. parator lanæ Villæ Sanctæ Mariæ de Palau Tordera, & Margarita N. ejus filia, uxor Magini N. etiam paratoris lanæ ejusdem Villæ fuerunt culpati de nece proditoriè, appensatè, & animo deliberato patrata in personam dicti Magini N. ejus generi, & matiti respectivè, per amasium Margaritæ, & alium socium amasii exequutam domi, quàm simul parens, & filia habitabant, noctu die 26. Februarii 1683. cujus cadaver fuit adinuentum postea die 20 Martii ejusdem anni intus puteum extra dictam Villam de Palau Tordera situm, vulgo dictum *den Monstaros*, quadam facea lanaria immissum, & involutum; manibus pedibusque retro vinctum in quem fuerat trajectum, & summersum.

9 Extractus fuit Franciscus N. cum sono emisso ab Ecclesia Parochiali Sancti Petri de Vilamyor, Diœc. Barcin. & Margaritâ N. extracta fuit cum eodem sono emisso ab Ecclesia Parochiali Villæ de Cardedeu ejusdem Diœc. & post eorum publicatas inquisitiones ambo separatim contentionem firmarunt, allegando immunitatem Ecclesiasticam, unde divisim dispuncturus fui articulum immunitatis Ecclesiasticæ, & cum in sceleris probatione nullus adesse possit testis formalis, nec actu, nec habitu, quia solùm domi morabantur aggressores, & aggressus, ad indicia recurrere debuimus.

10 Urgebant contra Franciscum N. parentem, indicia sequentia: primum quia interrogatus indicialiter, legitimis præcedentibus indiciis confessus fuit, domi suæ patratum fuisse homicidium per alium (quem cognominavit) & homicidium commissum in domo præsumitur commissum à Domino domus, ita ut contra eum otiatur indicium, Gram. *vot.* 24. *in princ.* Menoch. *de arbit. cas.* 394. *numer.* 18. *in addit.* Decianus *in tract. crim. lib.* 8. *cap.* 4. *sub numer.* 12. latè Giurba *consil.* 43. *num.* 11. & 12. Farinac. *in prax. quæst.* 52. *num.* 98. Calvinus *de æquit. lib.* 2. *cap.* 130. Conciol. latissimè *verbo homicidium*, *resol. crim.* 13. ubi *num.* 8. subdit, hæc procedere quando aliqua concurrit conjectura, ex eodem Farinac. *d. qu.* 52. *num.* 104. & *seq.* diximus *decis.* 45. *num.* 26 & adde Vargas Machuca *decis.* 50. *num.* 104. ubi ait quòd illud indicium urget contra omnes domesticos, quando in loco communi domus occisus reperitur; at particulariter procedit contra domesticum, quando in illius particulari camera occisus reperitur, & *numer.* 170. & *seqq.* id intelligit procedere concurrente alio indicio.

11 In contingentia facti ultra plures conjecturas quę concurrebant, ut infra manifestè apparent, singulariter expositа fuit illa, quæ hìc mirè evenerat; nam post viginti duos dies commissi facinoris ad diem quo repertum fuit cadaver in puteo, adhuc in via à lateribus atrii domus ad puteum, cui vicina erat, prospiciebantur vestigia sanguinis, unde insurgit conjectura, ut præsumatur occisus a domino domus præhabitæ; quia quando mortuus reperitur in via prope domum alicujus, præsumitur occisus à domino domus contiguæ, ac si in ejus domo mortuus repertus fuisset. Menoch. *de arbit. cas.* 394. *numer.* 55. & *num.* 18. *in addit.* & *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 39. *numer.* 92. Farinac. *in prax. quæst.* 52. *numer.* 120. & *seqq.* Conciol, *resol. crim. verbo Homicidium*, *resol.* 15. ubi *num.* 5. ait, quod hæc præsumptio viget, si concurrat alia præsumptio, vel conjectura: ex Doctoribus hìc citatis, & aliis quos laudat.

12 Secundum indicium fuit, quia nocte facinoris, interfector, qui aliàs domus complicium necis frequentabat [is erat amasius filiæ, cujus adulterium erat in foro notorium) cum socio visus fuit à parente domum introgressus, statim suadens ipsi parenti, quòd ascenderet ad cubiculum ubi occidendus cum uxore in lecto quiescebat, eo motivo, quod cum eo digredi appetebat, & his obtemperans socer generum suscitavit, ut descenderet in domus aditum, & genet persuasionibus detulit [& ductus fuit quasi agnus coram tondente) & ibi immaniter fuit transfossus, prout constat ex confessione judiciali Rei.

13 Unde apparet quòd socer auxilium, & causam proximam præbuit homicidio; nec valuit exculpari ignorantia, prout in casu, quando vir aliàs bonus, incautus fuerit ductus ad locum, in quo ab inimicis aliquis expectaretur tanquam ovis ad occisionem; quia ex illa assistentia nullam pœnam incurrit. Grat. *consil.* 52. *vol.* 2. Novel. *in prax. n.* 67. & *seq.* Caval. *de brac. reg. par.* 4. *num.* 186. *in fine*. Guaz. *def. reor.* 33. *cap.* 10. *num.* 5. *circa medium*.

Quia simulato motivo hora noctis insolita, scienter, & 14
cum dolo præsumpto, ut ex infra dicendis apparet, curavit socer ut gener iret ad locum in quo fuit occisus; ex qua solicitudine in alio delicto etiam non qualificato, poterat condemnari ad pœnam extraordinariam, ut in simili dixit Grat. *resp.* 52. *volum.* 2. *num.* 15. & eo allegato Guaz. *def.* 33. *cap.* 10. *num.* 4. & fortius id procedit in crimine parricidii, in quo extraneus sciens qualitatem delicti, auxilium etiam remotum præstans, punitur pœna ultimi supplicii, ut diximus.

Tertium indicium fuit, quia manè post perpetratum sce- 15
lus delinquens accessit domum ubi puteus erat, in quem trajectum fuerat cadaver occisi, & cum magna solicitudine exploravit à quadam muliere ibi stante, si de aqua putei bibebant? Eidem in animo imbibendo, aquam vermibus tabescere; hoc ideò, prout manifesto infertur, ne aquam à puteo exhauriendo, patesceret cadaver, & manifestaretur simulatio, quàm in dies commentitii ediderant, quod generâ domo discesserat, mundum vagando, eosque omnibus bonis spoliaverat: animus ergo fuit obvoluendi scelus, ne detegeretur, & hinc præcedens consensus, aut auxilium ad detulendum cadaver in puteo, ex quo auxilio post commissum scelus plectitur auxilians pœna extraordinaria, juxta tradita à Farinac. *in prax. qu.* 132. *nu.* 29. ex Cæpola *cons.* 27. & in crimine parricidii qui opem præstat parricidæ scienter, puta sepeliendo cadaver occisi, ne illud detegatur, punitur pœna delicti ordinaria, ut supra affirmavimus.

Quartum indicium fuit, quia post homicidium commis- 16
sum, familiariter interfector conversabatur cum dicto reo, & filia ejus, & signanter die 20. Martii in quo fuit detectum cadaver in puteo, cum simultanea congratulatione domi biberunt, & comederunt, nec occisorem de homicidio commisso reprehenderunt; & licèt ex signis lætitiæ, & complacentiæ verbis, vel facto post delictum, non probetur mandatum de occidendo. Nata *consil.* 494. *num.* 11. & *cons.* 499. *numer.* 5. & *cons* 595. *num.* 15. & *cons.* 597. *nu.* 4. *lib.* 3. Decianus *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 38. *numer.* 7. Farinac. *in prax. qu.* 135. *num.* 64. & *cons.* 104. *num.* 16. *lib.* 1. Lancel. *de attent. par.* 1. *cap.* 1 *numer.* 80. Cyriac. *cont.* 105. *num.* 8. & *num.* 11. Vermig. *cons.* 23. *num.* 8. & his laudatis Conciol. *resol. crim. vers. Mandatum resol.* 2. *num.* 12. inde tamen indicium ratihabitionis oriri probat Carrer *in pract. in* 3. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 38. *numer.* 8. & eo relato Farinac. *in prax. d. q.* 135. *num.* 48. ubi de receptante delinquentem in domo, de magis diligente, & plura illi beneficia conferente, nec non de conversante cum homicida post homicidium, familiariter comedendo, & bibendo, & eum non reprehendendo de homicidio, præsertim si utilitas, seu commoditas ad ipsum recipientem, aut conversantem pervenerit, & his in casibus indicium ratihabitionis oriri existimat.

Quintum indicium fuit fuga arrepta ad Ecclesiam incon- 17
tinenti quo fuit detectum cadaver, & licèt fuga sit indicium ad torturam quando cum illa concurrunt adminicula. Peg. *decis.* 17. *numer.* 33. Novar. *lib.* 2. *post grav.* 200. *numer.* 5. Sanfel. *in addit. decis.* 392. *in fine*. Caracciol. *decis.* 2. *numer.* 20. & 21. Ciarlinus *cont. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 37. ubi id ait in fuga attentata, etiamsi non potuerit reus fugere; quia idem operatur fuga in promptu, quod fuga in effectu. Farinac. *prax. quæst.* 48. *numer.* 9. Cabal. *resol.* 288. *num.* 45. & 48. Giurba *consil.* 13. *numer.* 19. Carena *de Offic. Sanct. Inquis. par.* 3. *cap.* 10. *num.* 83. si tamen sit incontinenti, & non post inceptam inquisitionem, quia tunc indicium non facere ait Cevallos *com. contra com. quæst.* 393. *num.* 1. & 2. Vivius *com. opin.* 343. *num.* 6. Riccius *collect. decis.* 2120. *ver. Quinto nota.* Majorana *in apoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 57. Marin. *ad Revert. decis.* 44 *num.* 8. & *decis.* 157. *ex num.* 2. *cum seqq.* quia illa præsumitur causata propter timorem molestiarum, quæ ex inquisitione, & accusatione proficiscuntur, quas non omnes subire volunt, etiamsi innocentes sint, ut ajunt citati DD. & alii plures allegati per Conciol. *resol. crim. verbo Fuga*, *resol.* 1. *num.* 6. ubi *num* 8. illud limitat, nisi plura concurrerent adminicula, ex Farinac. *in prax. quæst.* 48. *num.* 35. Scialoya *in prax. foriudic. cap.* 4 *num.* 12. latè *cum seqq.*

In casu occurrenti fugam indicium facere absque dubio, 18
fuit dictum; quia fisi criminosi, quod delictum non manifestaretur, stantes domi permanserunt quousque repertum fuit cadaver in puteo, cum hac singulari circunstantia, nam statimatque eis nunciatum fuit inventum fuisse quoddam cadaver, sine expressione nominis, nec cogno-

cognominis cadaveris, illicò fuga sequuta fuit ex propria criminis conscientia, & adhuc ante inceptam specialem inquisitionem delicti, quòd ignorabatur commissum antequam repertum fuisset cadaver, quod successit die 20. Martii 1683. & statim eodem die post arreptam fugam à complicibus in Ecclesiam, constito jam tunc de corpore delicti, incepta fuit inquisitio specialis contra reos, quæ originem, & causam sumpsit à fuga eorumdem. & inde fama orta fuit, pro quibus ponderat Quessada Pilo *cont.* 30. *num.* 49. ibi: *Accedebant fama, & fuga hujus reg ad Ecclesiam, illico quod pueri ludentes invenere puerum sepultum in sterquilinio, quem sepeliisse imbi fama prædixerat, quæ duæ præsumptiones* (hic etiam concurrunt ut infra dicitur) *fama, & fuga fortiter contra reum insurgunt, adminiculum urgens constituentia ad probationem delicti*, Ciarlinus plene *cons.* 12. *numer.* 36. & 37. *per text in lib.* 3. *ff. de testibus Ælian. lib.* 1. *de gorgia, & protagora*. Giurba *consil.* 43. *ex numer.* 21. Azevedo *consil.* 30. *ex numer.* 20. Valenzuela *consil.* 161. *numer.* 31. *cum seq.* Sesse *decis. numero* 31.

19 Sextum indicium fuit odium inter socerum, & generum, quod judicialiter confessus fuit. Septimum mendacium in substantialibus. Octavum simulatio soceri publicè dicentis generum divagari hinc, & illinc cum præda bonorum suorum, quæ indicia concludenter de per se erant in processu probata.

20 Nonum fama per decem, & septem testes probata, de his quatuor ultimis indiciis latè egimus *decis.* 45. *n.* 21. *cum sequentibus*, & de indicio odii, seu inimicitiæ etiam scripsimus *decis.* 45.

21 Ultra hæc indicia alia resultabant adminicula, quæ tanquam, commiscibilia ad integrandum totum in hac causa, quæ agitur coram Superioribus qui habent brachium Regium, juxta tradita à Guaz. *def. reor.* 30. *cap.* 32. Giurba *consil.* 87. *numer.* 29. jungi poterant. Primum confessio spontanea filiæ dicti criminosi, qui statim atque fuit in manibus Curiæ, asseruit parentem suum illud perpetrasse delictum. Secundum adulterium notorium, & publicum filiæ cum interfectore, de quo infra latiùs. Tertium, quòd criminosus erat lanificus, & occisus repertus fuit quadam sacca lanaria involutus. Quartum taciturnitas post delictum de hoc diximus *dec.* 45.

22 Quintum constabat ex unico testis dicto, quod edixerat reus in accessu loci de Hostalrich, quòd veneno se perite faceret, indicium manifestum reatus, ut probant verba Cain. *Genes.* 4. *omnis igitur qui invenerit me, occidet me*. Sextum, domi fuit inventus gladius sanguine madefactus, quem præsumendum est fuisse inquisiti Domini domus; & ad mensuram gladii reperta fuerunt foramina vulnerum in occiso Leo *decis.* 125. *num.* 23. *cum seqq.* & de indicio formæ pedis quæ correspondeat formæ pedis accusati. Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 100. Conciol. *resol. crim.* 17. *verbo Indicium*, Sesse *decis.* 111. *num.* 11. ubi *num.* 33. de invento cum gladio ad mensuram vulnerum.

23 Et cum ex indiciis indubitatis in delictis qualificatis privetur reus immunitate Ecclesiastica. Farinac. *in prax. qu.* 28. *num.* 45. Grat. *discept. forens. cap.* 598. *num.* 6. Giurba *consil.* 50. *num.* 45. Ciarlinus *cont. lib.* 1. *cap.* 12. *numer.* 20. & 21.

24 His omnibus maturè perpensis (quæ nulla tergiversatione fuerunt per defensam Rei obnubilata) per R. Cancellarium Monferat, intervenientibus Anglasell, Magarola, & Colomer, Senatoribus Regiis, fuit declaratum sub die 2. Septembris 1683. dictum Franciscum N. immunitate Ecclesiastica per ipsum allegata non gaudere.

25 Et eisdem attentis ex quo delictum erat difficilis probationis, in quibus ex indiciis indubitatis, vel dubitatis quæ constituunt unum indubitatum, junctis aliis probationibus, & adminiculis condemnatur in R. C. ad pœnam ordinariam delicti, ut diximus *decis.* 41. attenta qualitate delicti, quod erat proditorium, quia parricidium fuit, juxta tradita à R. Cottiada *decis.* 96. *num.* 9. & insidiosum, quia hic occisurum tradidit interfectori, unum verbis ostendendo, & aliud mente gerendo, ex Peg. *decis.* 54. *num.* 2. Giurba *cons.* 100. *sub num.* 1. & aliis laudatis per eundem R. Cottiada *dec.* 97. *num.* 15.

26 Die 3. Septembris ejusdem anni, ref. Senatore Puig. J. R. C. dictus Franciscus N. delatus, & inculpatus de nece proditoriè, appensatè, & per insidias per eum unà cum aliis perpetrata pluribus ictibus pugionis in personam Magini N. generi sui die 27. Februarii 1683. circa horam secundam matutinam in Villa de Palaù totdera in domo dicti N. in qua simul habitabat dictus Maginus N. cujus cadaver postea die 20. Martii ejusdem anni repertum fuit inter undecimam, & duodecimam horas ante meridiem in quodam puteo, sito propè domum dicti N. ligatis fune manibus, & pedibus: cum conclusione Regii Concilii fuit declaratus reus mortis, & quod raptaretur per terram, & in loco supplicii jugularetur per collum, taliter quòd naturaliter moreretur, & anima illico ab ejus corpore separaretur; & postea ejus cadaver in frusta scinderetur, & quòd post latam sententiam ante illius realem executionem sublicereturque quæstionibus, & tormentis in caput sociorum dictæ necis, & ita fuit exequutum.

Alter ex Regiis Senatoribus dubitavit de additamento 27
pœnæ, & dubium suscitavit ex doctrina Regentis Cottiada *decis.* 96. *num.* 52. ubi docet quòd non est imponenda pœna veri, & proprii parricidii sed tantùm capitis, & ultimi supplicii contra homicidam soceri, *ex tex. in l. pœna. §. qui alias, ff. ad leg. pomp. de parric.* Menoch. *de arbit. cas.* 356. *in addit. numer.* 49. & 50. Farinac. *in prax. par.* 4. *quæst.* 120. *num.* 118. & *num.* 130. Thoro *in comp. decis.* 3. *par. sec.* 2. *verbo pœna parricidii*, sicut fuit observatum 28. Martii 1638. contra Joannem N. delatum de nece, & parricidio proditoriè, & per insidias perpetrato in personam Joannis Pasqual soceri sui, qui tantùm fuit condemnatus ad pœnam mortis naturalis, prout recitat ibidem idem R. Cottiada *d. num.* 52. *in fine*. Unde censuit Senator ille, Franciscum N. condemnandum fore quod raptaretur per terram, & suspenderetur in alta furca.

At verò reliqui Regii Senatores concluserunt prout su- 28
pra habetur, & moti fuerunt, quod licèt homicidium commissum in socerum, aut genetum non sit propriè parricidium, prout diximus *decis.* 45. *num.* 4. ubi idem affirmavimus in viricidio, vel uxoricidio, quæ propriè parricidia non sunt, licèt inter crimina parricidii connumerentur *in l.* 1. *ff. ad leg. pomp. de parric.* prout indicat vox parricidii, quasi sit patricidium, seu parenticidium: sive parens filium, sive filius parentem occiderit; ac licèt etiam respectu pœnæ confideretur differentia inter hæc parricidia propria, & impropria; ut hæc tantum plectantur pœna ultimi supplicii, & non acerbissima cullei (in contrarium etiam in casu quo uxores maritis, vel è contra necem intulerint, docet Solorz. *de crim. parricid. lib.* 2. *cap.* 13.) attamen ex circunstantiis facti negari non potest, in delictis atrocibus pœnam ultimi supplicii infligi cum aliquo additamento, ut evenit in homicidio proditorio, cujus pœna est ultimi supplicii; & tamen ex circunstantiis qualificatur: ut latè R. Cottiada *d. decis.* 96. *num.* 43. & *seqq.* & in his terminis parricidii improprii pœnam ultimi supplicii ad terrendum fuisse qualificatam licèt videre in exemplari relato à Suelvez *tom.* 2. *consil.* 37. qui proponit infansonam declaratam ream necis viri, per amasium perpetratam, & condemnatam ad raptandum, jugulandum, & scindendum in quatuor lateribus: & à R. Matth. *cons.* 8. ubi de adultera majori viginti trium annorum condemnata ad pœnam ordinariam cùm qualitate quod traheretur ad caudam equi usque ad supplicium, & post suffocationem doleo intercluſa proiceretur in flumen, non ut sepultura careret; sed ut ex illa cœremonia cæteri terrerentur: & tandem Senator ille, qui votum præbuit singulare respectu qualitatis pœnæ, etiam annuit pœnam ultimi supplicii qualificandam, quia censuit condemnandum esse reum quod raptaretur per terram: atverò diximus amplius qualificandam esse pœnam ob atrocitatem delicti, & ad extirpandum exemplo similia facinora, quæ in hoc Principatu frequentantur impunita.

Delicta, ut diversa sunt, & pœna diversa esse debet, Horatius *lib.* 1. *Satyr.* 3.

Adsit
Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas,
Nec scutica dignum horribili sectere flagello.

DECISIO L.

ARGUMENTUM.

De viricidio, & ejus probationibus factis in processu contentionis immunitatis Ecclesiasticæ, & in processu criminali pro pœna inquisito infligenda: ubi latè de probatione conjecturali adulterii, & scientia necis futuræ: ubi ex indiciis dubitatis, quæ constituunt unum indubitatum cùm aliis probationibus, condemnata traditur Rea ob viricidium noctu commissum, ad pœnam mortis; & an impuberes in delictis difficilis probationis probent, etiam ad puniendum, vel ad torturam inferendnm.

SUMMARIUM.

1 *Præsumptio necis commissæ in domo non tantùm urget contra dominum domus, sed etiam contra domesticos, qui, si alia concurrant conjectura super nece, possunt torqueri.*
2 *Conversatio cum delinquente indicium est participationis in delicto, remissivè.*
3 *Aliqua referuntur ad casum indicia, de quibus remissivè.*
4 *Adulterium probatur indiciis, & conjecturis.*
5 *Nimia, & assidua confabulatio, & colloquutio cum amatore est indicium adulterii.*
6 *Accessus viri in domum mulieris, ubi diversis noctibus pernoctat, facit indicium adulterii.*
7 *Ex convivitis amasii cum inquisita deducitur conjectura adulterii.*
8 *Ex transmissione munerum amasii infertur adulterium.*
9 *Mutuus amplexus est conjectura adulterii.*
10 *Geminatus tactus manuum est alia conjectura adulterii.*
11 *Introductio in cubiculum, ubi solus cum sola manent per commodum temporis spatium, præsumere facit adulterium.*
12 *Ex osculis urgens insurgit præsumptio adulterii.*
13 *Ex voce communi infertur adulterium.*
14 *Frequentatio domus lenæ cum aliis, quæ ibidem recitantur, inducit adulterium.*
15 *Ex mendacio inquisitæ conjecturatur adulterium.*
16 *Per testes singulares, qui deponunt ad eundem rei finem, perfectè probatur adulterium, prout probatur conjuratio, conspiratio, tractatus, & meretricium.*
17 *Non omnia illa indicia debent concurrere ad probandum adulterium, sed sufficit, quòd aliqua ex illis existant.*
18 *Ex adulterio reæ cum interfectore præsumitur neces viri executa de consensu adulteræ, remissivè.*
19 *Associatio post delictum est indicium precedentis tractatus.*
20 *Taciturnitas, & non revelantia est indicium participationis in scelere mariti, remissivè, & hic respondetur obici circa homicidium.*
21 *Lacryma infrangentia facti adulteram non exculpant, quia ex lethali culpa lacryma processerunt.*
22 *Sæpè etiam lacrymæ ex maxima lætitia prosiliunt.*
23 *Lacryma exculpant inquisitum, si ultra eas aliæ concurrant circunstantiæ, ex quibus appareat de illius innocentia.*
24 *Declaratio in causa contentionis.*
25 *In causa contentionis sat est quòd pro fisco probentur delicta; quantum sufficit pro informatione conscientia R. Cancellarii, nam ipse judicat causas contentionum in hoc Principatu secundum Deum, & suam conscientiam.*
26 *Non tantùm quæ opem, & auxilium præstat in nece viri, sed etiam quæ simpliciter consentit, tenetur pœna ultimi supplicii, quia utraque particeps delicti judicatur.*
27 *Viricida uti particeps ex consensu in nece viri per amasium perpetrata, tenetur adeo de nece proditoria, ut causa, seu motivum condemnationis inscribatur* de nece proditoria, *& non* de consensu in nece, *ubi Senatus.*
28 *Allegatur ad id ipsum declaratio contentionis.*
29 *Ponderantur indicia pro facto hujus declarationis.*
30 *Indicium de homicidio commisso in domo nocte, nullo alio extante, quàm inquisito, excluditur, quando commodè in domum potest intrari in qualibet hora noctis absque strepitu.*
31 *Confessio extrajudicialis debet esse clara, & specifica, nec sufficit ambigua.*
32 *Quando rea est delata de auxilio cooperativo in nece viri, id in declaratione expressatur, prout hic exprimitur.*
33 *Quando constat de nece per virum in uxorem, aut è contra proditoriè perpetrata, imponitur motivum de nece per eum, vel per eam, &c.*
34 *Ponderantur probationes quæ supervenerunt ex dicto socii torti.*
35 *Scientia probatur præsumptionibus, & conjecturis.*
36 *In criminalibus à testificando arcentur, nisi qui vigesimum annum peregerint, attento jure communi, vel nisi explevierint decimum quartum annum, sive masculi sint, sive fœmina attento jure nostro; & inde idoneus non est testis impubes, etiam in delicto difficilis probationis, sed contrarium infra.*
37 *Minores etiam quatuordecim annorum ad testificandum admittuntur in delictis difficilis probationis: ex majori parte Senatus.*
38 *Recitantur Doctores, qui tradunt judicatum ex attestatione impuberum in criminibus difficilis probationis, usque ad num.* 40
41 *Cum adminiculis testi impuberi in delictis difficilis probationis defertur, usque ad* 43.
44 *Ponderantur adminicula coadiuvantia dictum impuberis.*
45 *Nutu explicatur etiam voluntas.*
46 *Scientia probatur testibus singularibus ad condemnandum ad pœnam extraordinariam, si alia concurrant conjecturæ.*
47 *Præsumitur scientia in habitante, & existente in eodem loco, præcipuè in eadem domo, & ex consanguinitate.*
48 *Contra confessum se interveniisse ad sepeliendum occisum, non tamen eum occidisse in delictis occultis, infertur indicium.*
49 *Decisio Senatus.*
50 *Fœmina ob honestatem non condemnatur ad scindendum in frusta.*
51 *In atrocissimis condemnantur minores ad pœnam ordinariam.*
52 *Pœnæ quibus puniti fuerunt complices in delicto parricidii, recitantur.*

IN eodem congressu dimicavimus de causa Margaritæ N. respectu immunitatis Ecclesiasticæ per ipsam allegatæ, delatæ de consensu in nece mariti, per amasium ope, & auxilio parentis sui perpetratæ; contra quam erant indicia. Primum quòd domi in qua habitabat cum viro suo, commissum scelus fuit, & præsumptio necis non tantùm urget contra Dominum domus; sed etiam contra domesticos, qui si aliæ concurrant conjecturæ super nece, possunt torqueri. Bos. *in pract. tit. de indic. numer.*50. Menoch. *de arbit. cas.* 270. *numer.* 22. Farinac. *in prax. quæst* 52. *numer.*99. & 104. Giurba *cons.* 43. *num.* 11. Calvinus *de equit. lib.*2. *cap.*130. *nu.* 66. & *seqq.* & his cum aliis laudatis Conciol. *resol. crimin. ver. homicidium resol.* 13. *numer.*7. & 8. dixi *decis.*49. *num.* 10. 1

Secundum, conversatio promiscua cum interfectore, & parente reæ die 20. Martii in quo fuit detectum cadaver, cum ingenti congratulatione, eidem epulas præparando, sine conquestu aliquo necis viri sui, de quo indicio diximus *in dec. antec. num.*16. 2

Tertium, odium inter ipsam, & virum suum. Quartum, fuga incontinenti quo fuit adinventum cadaver, cum ea ponderatione, quod statim atque fuit ei nunciatum inventum fuisse quoddam cadaver in puteo *den Mostaros*, sine cognomento illius, fugam illico arripuit. Quintum, mendacium 3

dacium in substantialibus. Sextum, simulatio, dolentis se de lætatione mariti, & quod eam bonis suis spoliando aufugerat. Septimum, fama incontinenti post repertum cadaver orta, per decem, & septem testes probata, de quibus agimus *dec. 45. num. 30. & seqq.*

4 Octavum indicium erat adulterium reæ cum interfectore, quod cum sit delictum difficilis probationis, quia clam, & secretò remotis testibus committi solet, ut scribunt Doctores *in cap. præterea extra de testibus, cap. tertio loco de præsumpt.* Menoch. *de præsumpt. libr. 5. præs. 41. num. 1. & de arbitr. cas. 116. numer. 11.* Mascardus *de probat. conclus. 57. numer. 3.* Rota *decis. 95. num. 16. part. 2. in novissimis*, Jul. Chart. *decis. 43. num. 5.* indiciis, & coniecturis probatur, ut docent citati, & Basilic. *decis. 22. num. 19.* Sanfel. *decis. 337. numer. 61.* Fontan. *tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 12. numer. 12.* Marin. ad Gram. *decis. 2. num. 7.* Vivius *decis. 247. num. 2.* Giurba *consil. 37. num. 12.* Valenzuela *cons. 28. num. 20. & consil. 109. num. 20.* Ciarlin. *controv. foren. tom. 2. cap. 174. num. 7. cum seqq.* & cum aliis etiam allegatis Reg. Matth. *de re crimin. contr. 11. num. 17.* Gonzalez Tellez *ad cap. litteris 12. de præsumpt. num. 1.* Vargas Machuca *decis. 50. num. 119. & seqq. decis. 59. num. 5. & seq.* Farinac. *in prax. qu. 2. n. 23. & qu. 136. n. 23.* Bonden. *de jure cont. collect. leg. 12. n. 12.*

5 Concludenter probatum fuisse manifestatur ex pluribus coniecturis. Prima, quia plenè ex plurium testium attestationibus constitit nimias, & assiduas confabulationes, & collocutiones habuisse amatorem cum rea secretè, & frequenter; ex quibus oriri præsumptionem adulterii probat Farinac. *in prax. quæst. 136. num. 113. cum seqq. & 190. ad leg. consensu, Cod. de repud.* Menoch. *consil. 31. num. 21. & lib. 5. præsumpt. 41. numer. 21.* Socinus Junior *consil. 32. num. 16. ver. Nam in primis lib. 2.* & aliis laudatis à Ciarlin. *tom. 2. controv. 174. num. 18. & sequentib.* Bonden. *de jure controv. collect. leg. 12. numer. 29.* Andreol. *controv. 336. num. 21.*

6 Secunda, quia ex tribus testium dictis apparuit de multiplicato accessu viri in domum mulieris, ubi diversis noctibus pernoctabat: & hinc insurgit adulterii indicium, Farinac. *in prax. dict. quæst. 136. numer. 118. cum seqq. & 190.* Valenzuela *cons. 28. num. 22.* Suelvez *tom. 2. consil. 37. nu. 46.* Julius Chart. *decis. 43. num. 7* Reg Matth. *de re crim. controv. 11. numer. 22. & seqq.* Vargas Machuca *decis. 50. num. 124.* Andreol. *controv. 336. sub numer. 21* Bonden. *de collect. leg. 12. num. 30. & 31.* ubi infert indicium adulterii ex ingressu, nocturno tempore, vel alio insolito. Ovidius *lib. 4. Fastorum.*

Nox, & amor, vinumque nil moderabile suadent
Illa pudore vacat, liber amorque metu.

7 Tertia ex eisdem testium depositionibus arguitur, quia attestantur frequenter amasium comedere in domo reæ, & ex conviviis, quæ sunt præparatorium adulterii, illius coniectura deducitur, Farinac. *in prax. dict. quæst. 136. nu. 123.* Julius Chartar. *decis. 43. num. 12.* Sanfel. *decis. 337. numer. 25.* hi sunt gulæ effectus, Lucanus *libr. 4. de bello Civili.*

O prodiga rerum
Luxuries, nunquam parvo contenta paratu,
Et quæsitorum terra, pelagoque ciborum
Ambitiosa fames, & lautagloria mensæ.

8 Quarta, quia constabat ex depositione famulæ amatoris, quod ipse diversa esculenta, & donaria mittebat reæ, & hæc illa acceptabat, & ex transmissione munerum infertur adulterium, Farinac. *d. quæst. 136. num. 125.* unde dicitur si munera, & spem donorum tollas, veneri ostium clausisti, Ciarlin. *tom. 1. controv. 33. num. 14.* Rota *recent. part. 16. decis. 47. n. 4.*

9 Quinta, quia per duos testes singulares constabat de mutuo amplexu, & hæc est altera præsumptio, Farinac. *in praxi dict. qu. 136. num. 136.* Ciarlin. *contr. lib. 2. cap. 174. num. 20.*

10 Sexta, geminatus tactus manuum, qui inducit coniecturam adulterii, Farinac. *d. qu. 136. n. 141.* Pegu. *in prax. crim. cap. 25. numer. 19.* Sanfel. *lib. 3. decis. 337. in addit. num. 71.*

11 Septima, quia amasius eam per manus apprehendendo introduxerat cubiculum, ubi solus, & sola permanserunt per commodum temporis spatium, quod præsumere facit adulterium, *cap. ne aliqua 27. quæst. 1. capit. litteris 12. de præsumpt.* Farinac. *in prax. dict. quæst. 136. num. 144.* Julius Chart. *decis. 43. num. 13.* Menoch. *lib. 5. præs. 41. numer. 11.* Mascardus *conclus. 59. num. 10.* Gonzalez Tellez *ad d. cap. litteris 12. de præsumpt. num. 1.* Vargas Machuca *d. decis. 50. num. 125.* Bonden. *collect. leg. 12. num. 33.* R. Matthei *de re crimin. controv. 11. num. 18. cum seqq.* qui rem benè declarat.

Octava, nam non deficiebant oscula, ex quibus insurgit 12
vigens præsumptio juxta illud.

Visus, & alloquium, tactus, post oscula factum.

Farinac. *in prax. d. quæst. 136. num 129. & seqq.* Peg. *in prax. crim. capit. 25. num. 19.* ubi propter solum osculum ad pœnam extraordinariam recitat condemnandam ream. Basilic. *decis. 22.* ubi post recitatas ad id opiniones censet, ex osculis cum aliis adminiculis plenam oriri adulterii probationem.

Nona, quia accesserat vox communis, quæ probat adul- 13
terium. Farinac. *in prax. d. qu. 136. num. 107.* Giurba *consil. 37. num. 19.* Suelvez *tom. 2. consil. 37. num. 47.* latissimè Jul. Chart. *decis. 43.* ubi quando bona fama generalis tollat malam famam in specie, Ciarlinus *tom. 2. cont. 174. num. 17.* ubi plures allegat, & quod adulterium probetur, si cum fama concurrat præsumptio violenta, Bajard. ad Clar. §. *adulterium num. 39.* & aliis citatis Bonden. *collect. legal. 12. numer. 26.*

Decima, frequentatio domus lenæ; statim atque ad eam 14
inquisiti accedebant, amplexu, & osculis se recipiebant, ac lenam à domo dimittebant, claudebantque januas domus, ubi manebant soli per aliquod spatium, ex quibus vehementer inducitur adulterium. Farinac. *in prax. d. quæst. 136. numer. 186.* facit Suelvez *tom. 2. dict. consil. 37. numer. 48.*

Undecima, & ultima, quia convicta fuit rea de men- 15
dacio, quia solùm affirmavit quod ipsa cum amatore habebat aliquam amicitiam, & ex mendacio coniectutatur adulterium. Julius Chart. *d. dec. 43. num. 15.* Rim. Jun. *in cons. 274. post num. 53. vers. Decimo, & ultimo, & plurib. num. seqq. lib. 3.*

Ex his ponderatis conjecturis, veluti amplexu, collo- 16
quio, tactu, osculis, & aliis, concludenter manere probatum adulterium sequitur; nec fuit in consideratione, quod de singulis actibus non fuerunt adhibiti contestes; quia huic obici respondit Sanfel. *dict. dec. 337. num. 71. in addition.* ibi: *Postquam facti qualitas facit quod non possint adesse testes contestes in qualibet actu, non tamen ex hoc inducitur singularitas, ut ei non credatur, sed erit probatio adminiculativa, cum omnes deponant ad eundem rei finem probandum, licet de diversis actibus; quæ probatio coniungitur, & facit plenam, & perfectam probationem in hac materia: adde glos. in l. Prima de inst. act.*

Et ita est certum quod adulterium probatur per testes singulares, Mascard. *de probat. conclus. 1424. num. 13.* Gail. *observ. 66. sub num. 13. vers. Et regulariter libr. 2.* Majorana *in oppr. criminal. lib. 2. cap. 5 numer. 86.* Farinac. *in prax. quæst. 64. num. 223. vers. Limita decimoseptima, & num. 227. vers. Et licet*, Caballus latissimè *cent. 3. resolut. crim. cas. 293.* ubi quando singulares testes probent, & admittit, adulterium in genere probari per testes singulares, & idem procedere ait quando tractatur de probanda conjuratione, conspiratione, & tractatu, Ciarlin. *lib. 2 contr. cap. 174. num. 30.* prout etiam meretricium, quod probatur testibus singularibus. Amendola ad Franc. *decis. 68. numer. 16.* Pascal. *de viribus pat. pot. part. 2. cap. 10. num. 29.* & sic pariter probatur inhonestas, Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. part. 3. titul. 6. §. 5. numer. 31.* & dicimus *decis. 57. num. 23.*

Nec requiritur ad probandum adulterium, quod om- 17
nia indicia desuper ponderata concurrant: Reg. Matth. *de re crim. contr. 11. num. 18. ex text. in d. cap. litteris de præs. sumpt.* ibi: *Expendenda sunt verba text. capitalis in hac materia in dict. capit. litteris, ibi vidisse solum cum sola, nudum cum nuda in eodem lecto jacentem, ea ut credebant intentione, ut eam cognosceret carnaliter: viderunt multis secretis locis, & latebris ad hoc commodis, & horis electis, quæ docet violentam præsumptionem, seu veriùs legitimam probationem, ex his resultare; ut omnes Doctores tenent, sed non requiritur quod omnia concurrant copulativè, quia sunt aliqua, quæ simul cum aliis stare non possunt: nudus cum nuda, solus cum sola, in lecto jacentes bene concurrunt; sed jacere in lecto, & esse in multis locis, & latebris minimè: tum quia lectus in cubiculo apponitur, non autem in abditis, & latebris, tum quia qui jacent in lecto, nequeunt in multis locis secretis videri, & quando requisita per dispositionem simul stare non possunt, alternativè posita censentur,*

sentur, non copulativè: probant pluribus Ciriac. in decis. post controv. 174. numer. 3. tom. 1. Fusar. de subst. qu. 445. num. 11.

18 Cum ergo constet de adulterio reæ cum interfectore, præsumendum restat necem exequutam fuisse in personam mariti de consensu adulteræ; per ea quæ latiùs dicimus *dec. 45. num. 17.*

19 Nonum indicium est, quia post patratum delictum, & ejus scientiam, associata fuit adultera cum amasio, & eam super clunes equi ducendo, ambo fugam arripuerunt ad Ecclesiam; & associatio est indicium tractatus præcedentis delicti. Guaz. *defens. reor. 33. cap. 11. num. 1.* & antea *cap. 10. numer. 11.* Farinac. *in prax. quæst. 132. num. 34.* latè Conciol. *resolut. crimin. ver. Associatio resolut. 2. per totum* dicimus.

20 Decimum indicium est taciturnitas post scientiam commissi sceleris; de quo scribimus *dict. dec. 45. numer. 25. & seq.* Quod excludere intendit rea exponens tacuisse homicidium ob metum reverentialem patris sui complicis in eodem delicto, ex officio consanguinitatis: nam affernit quod postquam ejus Gener decesserat ad atrium domus, sola remansit rea in cubiculo, & patrata nece accessit parens ad filiam, ei nuncians stragem, quæ lacrymata fuit necem mariti; quibus occurrens pater edixit, quod eam cæderet si non silebat, & quod sic tacuit, quia timuit, & tacuit, quia revelare non debuit delictum parentis.

21 At responsum fuit procedere posse timorem adulteræ in illo actu opportuno sequutæ necis, sed non deinceps postquam elapsi fuerunt plures dies, usque ad diem notitiæ sceleris, quod fuit in pureo detectum, imo potiùs non revelavit, non ob reverentiam vinculi paterni, sed libidinosi, nam statimarq; fuit im manibus Curiæ, confessa fuit extrajudicialiter homicidam mariti esse parentem, & amasium in nece culpa carere (singulari immanitate exemplar, feritatem belluarum superans) nec lacrymæ in frangantia atrocissimi facti adulteram inhumanam exculpare potuerunt, quia ex lethali culpa lacrymæ processerunt, velut optimè scripsit Quessada *cont. cap. 30. num. 51.* ibi: *Clamavit illicò mulier culpa hac*, & infra ibi: *Ad æthera vocem magnam extulit, lacerans genas, & dimisso crine, terrore peccati, vel mortis ob illud incurrendæ contremiscens; lethifera culpa reos metus hic incutere adsolet.*

22 Non enim hic rea maximè discruciata, caput dilanians, fletum edidit, prout in parricidio involuntario, & per imprudentiam commisso considerat Solorz. *in tract. de parricid. lib. 2. capit. 18.* sed tres aut quatuor lacrymas edidit, quæ sæpè etiam ex maxima lætitia prosiliunt, juxta illud Plauti in Sticho.

Ego te nunc conspicio libens.
Ut præ lætitia lacrymæ præsiliunt mihi.

23 Proficere possent lacrymæ, si quadrarent facto subsequuto, & post luctum contra interfectorem aliquas diligentias fiscales faceret, ut pro innocentia assistentium ignorantes in delicto considerat Pegu. *dec. 63. in fine*; sed cum transverso facto lacrymas non abraderet, nam congratulatam cum homicida diversos actus ratihabitionis necis gestæ fecisse, consideravit Senatus, & inde parùm fecit de cocodrillis lacrymis. Juvenal. *Satyr. 6.*

Cum simulat gemitus occulti conscia facti,
Aut odit pueros, aut flebia pellice plorat.

24 His omnibus attentis per D. Cancellarium Monserrat, intervenientibus Anglasell, Magarola, & Colomer, Regiis Senatoribus, eodem die quo fuit declarata contentio contra Franciscum N. Parentem, fuit declarata contra Margaritam N. ejus filiam, die videlicet 2. Septembris 1683. cam pariter immunitate Ecclesiastica non gaudere eo motivo, ibi: *Delata, & inculpata de nece proditorie, appensatè, & animo deliberato perpetrata diversis ictibus pugionis, aut alterius instrumenti scindentis, in personam Magini N. lana paratoris ejusdem Villæ de Palau Tordera eius viri, domi quam inhabitabat dictus N. cum d. Margarita, & Francisco N. eius Socero, noctu sub die 26. Februarii proximè elapsi, cuius cadaver fuit postea repertum die 20. Martii eiusdem anni intus quendam puteum extra dictam Villam (citum vulgo dictum den mostaros, quadam sacca lanaria immissum, & involutum, manibus pedibusque retrovinctum, in quem fuerat traiectum, & summersum.*

25 Ex his canonizatur sententia, quod Regius Cancellarius de jure Cathaloniæ judices causas contentionum secundùm Deum, & suam conscientiam, *Prag. primeramente de ronten. de jurisd.* Ferret. *3. par. obs. cap. 87. ver. moti fuimus, & ver. præditis*, Fontan. *decis. 319. par. 2. num. 12.* R. Cortiada *decis. 24. num. 9.* satis erit probare delicta per indicia, & præsumptiones, quantum sufficit, pro informatione conscientiæ Reg. Cancellarii, prout in simili dixit ex Farinac. Grat. Giurba, Guazz. Ciarlin. *controv. 12. tota*, præcipuè *num. 51.* Quessada Pilo *contr. 30 tota*, præcipuè *num. 54.* qui addit Thoro *in supl. decis. verbo probatio, fol. 503.* Sanfel. *dec. 137. num. 2. & 3.* Castillo *dec. 156. num. 9.* Reg. Matth. *de Reg. Reg. Valent. tom. 2. cap. 7 §. 1. sec. 4. num. 166.* Suelvez *consil. 33. num. 10. libr. 1.* P. Graf. *de nece prodit § 19 per tot.* Metlinus *cont. cap. 40.* Rota Genuen. *vot. 9. num. 63.* & antea dixerat Reg. Cortiada *decis. 21. num. 75.*

Pariter comprobatur decisio in Regio Criminali Concilio facta die 1. Junii 1683. refer. Egreg. Vincentio Sabater Reg. Sen. contra Damianam N. declaratam ream mortis ex consensu præstito in nece viri, per amasium perpetrata; nam hic Franciscus N. fuit delatus de nece proditoria, generi, ut diximus *decis. anteced. num. 26.* & Margarita N. delata etiam de nece proditoria, in personam mariti commissa, & tamen inter hos participes necis hæc erat differentia: nam contra primum aderant indicia auxilii cooperativi in nece Generi, & contra secundam indicia erant simplicis consensus in nece viri, & meritò quidem ob atrocitatem delicti, non solùm qui opem, & auxilium præstat; sed etiam qui tantùm consentit, particeps delicti judicatur, & pœna ultimi supplicii plectitur, ut latiùs probavimus *dict. decis. anteced.* 26

Amplius in his declarationibus fuit stabilitum, quod vicida uti particeps ex consensu in nece viri, per amasium perpetrata, tenetur adeo de nece proditoria, ut in causa, seu motivo condemnationis inscribatur *de nece proditoria*, & non *de consensu in nece* (prout fuerat expressum in illo exemplari contra Damianam N. *decis. 47.*) & fundamentum hujus studiosæ declarationis; fuit observatum vidisse contra Hieronymam N. refer. Magnifico Monserrato Ramon I. R. C. die 31. Maii 1622. delatam de nece, mandato ejus proditoriè perpetrata ictibus pugionis, & jactibus instrumenti manualis in personam Narcisi N. viri sui, & indicia ex processu resultantia tendebant ad consensum in nece, nec ex eis auxilium cooperativum poterat inferri, ut latiùs diximus *dict. decis. 45. cum seqq.* 27

Pariter ita videtur observatum contra Benedictam N. viduam relictam Bertrandi N. quondam Agricolæ Villæ de Sitias, delatam, & inculpatam de nece appensatè, & proditoriè perpetrata die 25. Februarii 1616. in personam dicti Bertrandi N. ejus viri, noctu in domo ejusdem, sita in dicta Villa de Sitias, & fuit declaratum per Cancellarium Carmona, intervenientibus Bonet, Soler, & Gamis, Regiis Senatoribus die 20. Septembris 1617. immunitate Ecclesiastica non gaudere, ut recitat Reg. Cortiada *decis. 96. num. 11.* 28

Et in eo processu contra Ream non erant probationes, nec indicia pro auxilio cooperativo in nece mariti, sed pro consensu in nece ejusdem; aderant namque primum, quod luxuriosè vivebat cum Petro N. culpato de homicidio. Secundum, quod attentaverat veneno interficere maritum. Tertium, quod exoptavit nunciare amasius quando maritus adesset in loco de Garraf, ut commodè posset illum necare: Quartum, quod homicidium fuit commissum domi mariti, nullo alio extante, quam dicta adultera, quod præsumere fecit aperuisse januam amasio ad patrandum scelus. Quintum, quia tacuit homicidium: Sextum, confessio extrajudicialis, *que lo diable me ha fet fer*. Ultimum fama publica. 29

Circa tertium indicium, quod ponderari poterat pro auxilio cooperativo, solùm aderat unus testis: pro quarto indicio resultabat ex processu, in domum mariti commodè potuisse intrari in qualibet hora noctis absque strepitu, & sic nil obesse, Andreol. *controv. 172. numer. 11. ver. Verum.* 30

Respectu confessionis extrajudicialis per illa verba: *Diabolus id me facere fecit*, non fuerunt clara ad importandum mandatum occidendi, prout requiritur. Conciol. *resol. crimin. verbo Mandatum resol. 2. nu. 7.* ad opem præstitam in necem non fuerunt aperta; quia non explicabant opem, vel quam opem, & confessio extrajudicialis non debuit esse ambigua, sed specifica ut noceret, Conciolus *resolut. crimin. verbo Confessio, resolut. 16. numer. 3.* nec aliàs quisquam principalis interficiens esset, inferri potuit; imò amasium fuisse homicidam, ex processu resultabat; quocirca dicendum venit, illa verba cum aliis præsumptioni- 31

ptionibus ponderatis solùm importare posse consensum in nece mariti.

32 Et ita tem hanc indicavit Dominus Cancellarius cum interventu dictorum Senatorum, & ab illis audivi, qui processum dictæ declarationis contra dictam N. relegerunt prout etiam ipse vidi, quia si censerent Ream culpatam de auxilio cooperativo, id expressarent in declaratione, vel aliàs dicerent delatam de nece per eam perpetrata, sed quia solùm cum relatione Reæ absolutè dixerunt de nece appensatè, & proditoriè perpetrata, sine explicatione personæ interfectoris, manifestè docuerunt ex indiciis tantum resultare probationem consensus, aut consilii in nece viri, non verò auxilii cooperativi.

33 Hanc differentiam in declarando colliges ex exemplaribus, quæ allegat Reg. Corriada *in dict. decision. 96. numer.* 11. nam ubi constitit de nece per virum in uxorem, aut è contra proditoriè perpetrata, imponitur motivum de nece per eum, &c. & solum in delato contra dictam N. dicitur de nece perpetrata sine relatione personæ interfectoris.

34 Post declaratam contentionem dictæ Margaritæ N. cum Franciscus ejus frater esset condemnatus ad quæstiones, & tormenta ante realem ultimi supplicii exequutionem, in tormentis confessus fuit, per illum quem in prima depositione cognominaverat, fuisse commissum scelus; quod paucis diebus commissi sceleris alloquuti fuerunt ipse, ejus filia, & interfector; quod expressarunt occisuros Generum suum, & ipsa filia tacuit, nec saltem verbo prohibuit, vel dissuasit delictum, quod vocavit Generum, sciens malum animum interfectoris, ut ad atrium descenderet; quod post delictum opem præstitit involuendo cadaver intus saccam lanariam; & in proiiciendo occisum ad puteum, ne detegetur: amplius confessus fuit, quod Margarita ejus filia cum scientia sceleris, etiam ingressum domus adiit, & cooperata fuit, eisdem auxiliando ad injungendum occisum intus saccam, & illum onerandum super jumento, expectando ibidem delinquentium adventum; à quibus suscitavit scientiam loci, ubi cæsum occultaverant.

35 Hinc ponderatum fuit decimum indicium ex scientia necis futuræ viri, quæ cum in animo consistat, probatur præsumptionibus, & coniecturis, Gratian. *decis.* 4. *numer.* 40. & 41. Burset. *decis.* 658. *numer.* 4. *tom.* 2. Giovag. *consil.* 43. *numer.* 30. & *sequentibus* his laudatis Sanfelic. *decis.* 377. *in addition. verb. Scientiam*, hìc fuerunt ponderatæ sequentes, nam constabat in processu per unicum testem ætatis decem annorum, qui sine juramento ad instruendum animum Judicis fuit receptus juxta nostram praxim traditam *decis.* 7. *num.* 17. quod certa die colloquebatur cum amasio in subsellìis ante ignem, & ipsa eidem effabatur, quod ipse interficeret maritum; aliàs maritus eam cæderet, & testi an esset fides præstanda fuit maximoperè controversum.

36 Et cum non admitti videbatur, quia in criminalibus à testificando arcentur, nisi qui vigesimum annum peregerint, attento jure communi, *leg. in testimonium* 20 *ff. de testibus*; & jure nostro Cathaloniæ, nisi expleverint decimum quartum annum, sive masculi sint, sive fœminæ, usat. *ningun hom sub tit. de testimonis*. Peguer. *in prax. crimin. cap.* 12. §. 2. *numer.* 7. unde impuberem testem idoneum non esse punctim, in delicto difficilis probationis fortiter defendit Novarius *libr.* 2. *post gravam.* 200. *in allegat. num.* 69.

37 Sed ex majorj parte contrarium apparuit, quia in delictis difficilis probationis, & quando veritas aliter haberi non potest, in aliorum testium defectum, ut puta quando agitur de delicto in domo, & similibus, minores etiam quatuordecim annorum ad testificandum admittuntur. Farinac. *in prax. quæst.* 62. *num.* 336. & antea *quæst.* 58. *num.* 29. (ubi *num.* 37. hoc verum esse ait, si minor examinatur ex officio judicis; secus si ad instantiam partis. Mascard. *de probat. conclus.* 1252. *num.* 7.) sequitur Majorana *in opo prax. crimin. lib.* 2. *cap.* 6. *numer.* 79. Boer. *decis.* 261. Bajard. ad Clarum *quæst.* 24 *num.* 107. *cum seqq.* Giurba *consil.* 43. *num.* 28. Crispol. *cas militar.* 14. *num.* 24. Decianus *tract. crimin. lib.* 9. *capit.* 14. *numer.* 7. Narbona *in addit.* 3. *part. novæ Recopil. libr.* 7. *titul.* 25. *leg.* 2. *glos.* 5. *numer.* 25. & ejus Frater Alf. Narbona *in annal. quæst.* 6. *annotat.* 20. *numer.* 8.

38 Marsil. *in leg. infans*, *ad leg. Cornel. de sicar.* scribit, se dum erat Potestas condemnasse ad mortem quendam maritum accusatum de uxoricidio, & probationem tantummodo esse in attestatione duorum puerorum, qui viderant uxorem aquam ex puteo haurientem, præcipitatam fuisse à marito in puteum.

Ign. *in l. excipiuntur*, *nu.* 37. *ff. ad Syllan.* sufficiens fuisse ait, dictum filii annorum duodecim ad torturam patris, qui uxorem occiderat. 39

Mar. Muta *decision.* 1. *numer.* 14. recitat uxoricidium à marito patratum, fuisse probatum plenè ex attestationibus duorum puerorum, qui illum uxorem interfeciisse deposuerunt. 40

Cum his transire non videtur Farinac. *in prax. d. quæst.* 58. *numer.* 34. qui ait, quod impuberes in delictis difficilis probationis non sunt integri, nec omni exceptione majores, nec faciunt indicium ad torturam, nisi forsan cum ejus depositione alia concurrant adminicula, & præsumptiones, arbitrio Judicis validæ, quia tunc illius dictum sat esse etiam ad torturam, dicit Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.* 3. *titul.* 10. *num.* 103. idem Farinac. *num.* 51. Gomez *var.* 3. *capit.* 12. *numer.* 30. *vers. si verò testis*, Riccius *de pub. judic. quæst.* 8. *num.* 51. *cum seqq.* Majorana *in opo prax. crimin. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 79. ubi asserit, quod si aliter delictum probari non potest, impuberes probant delictum, & defertur juramentum de veritate dicenda, si sint doli capaces; post Bajard. ad Clarum *in prax. quæst.* 24 *num.* 108. *cum seqq.* 41

Hinc scribit Ciarlin. *tom.* 1. *cent. cap.* 12. *à numer.* 25. ad excludendum reum ab immunitate Ecclesiæ in casu homicidii proditorii, admittendum esse testimonium unius pueri ætatis annorum undecim, præcipuè aliis adminiculis, vel teste concurrentibus, per quæ possit illius defectus suppleti, & coadiuvari depositio. 42

Sequitur in eisdem terminis Quessada Pilo *cont. cap.* 30. ubi *num.* 44. & *seqq.* cuncta à nobis adducta comprobat, ubi ex unico teste de visu ætatis octo annorum filio reæ delatæ de infanticidio, qui illicò matrem filium vitalem genitum, & deplorantem suffocasse, & postea in sterquilinio sepeliisse attestatus fuerat, (ratione difficilis probationis, licèt alioquin minus idoneus, visus fuit habilis, & semiplenam fecisse probationem) fuit excluſa Rea ab immunitate, & præcipuè quia concurrebant adminicula, quæ coalescebant ad constituendam probationem delicti, & sanandam inhabilitatem illius pueri, & allegat P. Graſ. *de homicid. prodit.* §. 29. *num.* 266. 43

Concurrunt in facto indicia illa, domi fuisse perpetratum delictum, conversatio, & adulterium cum interfectore, odium versus maritum, fuga, fama, taciturnitas, mendacium, & alia: concludendum ergo est deferendum esse depositioni illius impuberis, deponentis de instigatione reæ interfectori, ut perpetraret delictum, quod post paucos dies successit, ut similiter ratiocinatur Quessada Pilo *dict. contr.* 30. *num.* 47. 44

Aderat ultra depositionem dicti testis impuberis, etiam parens reæ, ut dixi, qui in tortura ut testis contra filiam deposuerat, quod ante duos dies perpetrati criminis in illius præsentia interfector expresserat se interfecturum maritum reæ, quibus tacendo nutu annuit ipsa rea, ex quo infertur voluntas, & explicata intentio, DD. *in l. nutu* 21. *ff. de leg.* 3. *l. jure militari* 4. *ff de testam milit.* §. *quinimò inst. de milit testam. cap. cum apud*, *de sponsal.* faciunt tradita ab Scalona *de testam lib.* 1. *cap.* 7. §. 4. 45

Et licet hi duo testes, quorum depositiones pro scientia ponderantur, forent singulares; attamen pro certo habuimus ad probandum indicium scientiæ sufficere, nam scientia per testes singulares probatur, Ansald. *consil.* 128. *num.* 150. & quando concurrunt aliæ coniecturæ præter testes singulares, poterit Judex ad condemnationem pœnæ extraordinariæ procedere, idem Ansald. *d. consil.* 128. *num.* 200. Farinac. *in prax. quæst.* 64. *num.* 303. 46

Pro scientia aliæ militabant præsumptiones: nam præter adulterium reæ cum interfectore, quod facit præsumere omne malum, ut diximus *dec.* 45. *nu.* 16. ponderabatur ulterius, quod præsumitur scientia in habitante, & existente in eodem loco, Sanfel. addit *decis.* 377. *ver. in habitante*, vel in vicinio, Sanfel. ibidem, Ciarl. *contr. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 39. præcipuè in habitantibus in eadem domo. Conciol. *resol. crimin. verbo Homicidium resol.* 13. *num.* 7. ita patiter hìc quia interfector diutius in domo reæ morabatur, & in ea habitaverat per multum temporis spatium: pariter præsumitur scientia ex consanguinitate, Ciarl. *contr. cap.* 82. *tom.* 2. *nu.* 4. Sanfel. *d. decis.* 377. *vers. in habitante*, ergo multo magis ex rivalitate: aliæ in facto militabant circunstantiæ, ex quibus omnibus cunctis manifestò apparuit de indicio scientiæ in nece futura viri. 47

Hæc

48 Hæc cuncta fuerunt adminiculata ex depositione dicti parentis, attestantis in tortura de auxilio cooperativo filiæ post necem commissam, videlicet, quod filia intervenit ad sepeliendum occisum: quod si per duos testes esset probatum, indicium contra eam faceret, prout contra confessum se interveniſſe ad sepeliendum occisum (non tamen occidisse eum) in delictis occultis scribit Sesse *decision.* 111. *num.* 34.

49 His ergo indiciis, & adminiculis ex processu resultantibus fuit dicta Margarita N. delata, & inculpata de nece appensatè, proditoriè per ejus amasium, & alios diversis ictibus pugionis perpetrata in personam Magini N. ejus viri die 27. Februarii 1683. circa horam secundam matutinam in domo N. quondam patris dictæ Margaritæ N. sita in Villa de Plau Tordera, quam ipsa habitabat simul cum dicto N. viro suo cujus cadaver sacco involutum, ligatis sune manibus, & pedibus projectum fuit in puteum nuncupatum *den mostaros* situm propè dictam domum, à quo die 20. Martii currentis anni fuit extractum, ad relationem R. S. Puig. die 19. Octobris 1683. declarata rea mortis, & quod raptaretur per terram, & suspenderetur in alta furca.

50 In hanc partem observavit discrimen pœnæ inter parentem, & filiam; nam hæc non fuit condemnata ad scindendum in frusta propter honestatem, juxta tradita à Farinac. *in prax. quæst.* 120. *num.* 13. ibi: *Apud nos in urbe non sunt plures anni, quod malo nostræ tempestatis fato in urbe vidimus filium, qui patris necem procuraverat, malleo confossum, & postea in frusta scissum; filiam vero, quæ eundem patrem occidere fecit, capite solum obtruncatam, prout etiam capite fuit obtruncata uxor, quæ insimul cum filio, & filia prædictis, dicti parricidii particeps extiterat: fuerunt enim istæ fœmina propter sexus fragilitatem aliqua miseratione dignè visæ plus, quàm masculus.*

Margarita erat ætatis viginti trium annorum, & fuit con- 51
demnata, ut præhabetur, ad pœnam ordinariam ex regula, quia in atrociſſimis, qui pubertatem completam habent, puniuntur pœna ordinaria delicti, Canc. *var.* 2. *cap.* 1. *n.* 250. *& cap.* 12. *n.* 75. Fontan. *de pact. nup. cap.* 7. *glos.* 1. *n.* 11. *& dec.* 121. *n.* 12. *par.* 1. Carena *de Offic. sanct. Inquisit. par.* 3. §. 6. *n.* 20. *cum seqq.* & pluribus laudatis, de muliere ejusdem ætatis tradit decisum R. Matt. *cons.* 8. *à n.* 17. *usque in finem*, & in minore occidente sororem refert decisum Quessada Pilo *cons. cap.* 30. *num.* 63. & multos DD. refert: & in majori viginti annorum id ipsum observamus, & docet R. Cort. *dec.* 96. *nu.* 65. cum declaratione tamen, de qua diximus *dec.* 16. *num.* 28.

Complices in parricidio sua pœna delicta luerunt, in- 52
terfector à suo Judice condemnatus fuit ad mortem 10. Jan. 1624. jactibus archibusiorum more militari: malorum origo ab adulterio processit, hinc interfector necavit propriam uxorem, sicut vulgò circumfertur, postea ut liberè posset cum adultera peccare occidit ejus virum, complacentibus socero, & uxore occisi, ille ex odio particulari in generum, hæc est causa libidinis, & abyssus abyssum invocavit, & tand. omnium strages sequuta fuit.

Juvenalis *Satyra* 13.

Nam quis
Peccandi finem posuit sibi? quando recepit
Ejectum semel attrita de fronte ruborem?
Quisnam hominum est, quem tu contentus videris uno
flagitio.

Claudianus *lib.* 1. *in Ruffinum.*

Iniustos crevisse queror: tolluntur in altum.
Ut lapsu graviore ruant.

ANNO-

ANNOTATIUNCULÆ POST OPUS ANIMADVERSÆ,

Et Regiæ Decisiones inter excudendum prolatæ.

AD DECISIONEM PRIMAM.

1  BLATA Supplicatione evocationis causæ per Procuratorem Fiscalem Regiæ Curiæ, vel per partem instantem cum firma Advocati Fiscalis Regiæ Curiæ idem supplicantis, & facta commissione Relatori causæ, debet per eundem recipi informatio, ex qua constet de delicto, (observantia admisit sufficere, qud constet per testes de fama, vel per informationem receptam coram Ordinario, quæ exhiberi debet) & tunc facto verbo in Regio Concilio fit provisio: *Quod aliquis ex Regiis Alguziriis, &c.* & probant verba *cap.* 10. *Cur. an.* 1599. & signanter, ibi: *Que las regalias de qui al devant se sussan rebuda una summaria informacio del cas per un dels Juties de Cort, precehint denunciatio del Procurador Fiscal.*

2 Licèt ad Regium Criminale Concilium evocentur causæ cum sola allegatione prætextus, seu Regaliæ, optima tamen cautela est, ut si supplicatur à decretatione evocationis, in causa supplicationis articuletur, & probetur prætextus, sive regalia, cum qua causa fuit evocata, ut fuit observatum in evocatione causæ Criminalis contra Joannem Baptistam N. Bajulum de Miralcamp, & alios, ref. egregio Senatore Bernardino de Puig. J. R. C. & in causa supplicationis, ref. egregio Michaele Joanne de Taverner, & Rubi, R. A. D. fuerunt oblati articuli 6. Julii 1685 cum quibus fuit probatum imputatos, & culpatos divagasse per diversas Vicarias, & non sperari justitiam ab ordinario Loci, qui erant prætextus, ob quos fuit evocata causa, & fuit confirmata decretatio die 30. Aug. ejusd. anni; Scriba Maurici, ut infra etiam notatur.

Num. 12. *juncto num.* 22.

3 Sic fuit observatum in Regio Concilio die 29. Maii 1665 refer. egregio Senatore Bernardino de Poig J. R. C. Scriba Maurici, in dicta causa contra Joannem Baptistam N. Bajulum de Miralcamp, & alios, ut supra dicitur, & fuit confirmata in causa supplicationis die 30. Augusti 1685. ref. egreg. Senatore Michaele Joanne Taverner, & Rubi, R. A. D. Scriba eod. Maurici.

Num. 30.

4 Evocata causa regulariter expediuntur instructiones alicui ex Regiis Commissariis, ad formandum Inquisitionem hac norma.

Instructiones, evocata causa.
Relator N.
Scriba N.

Instrucció per al Magnifich N. Alguazil Ordinari. Dat en Barcelon. à T. del mes de T. del any T.

Primo, en virtut del proces de evocata causa en la Regia Cort feta, instant lo Procurador Fiscal de aquella anirà perco a la Civiat de Leyda, y a alires qualsevols Ciutats, Vilas, y Llochs del present Principat de Cathalunya, y Comtats de Rossello, y Serdanya, abont convinga, y menester sia, y fortificarà com lo dia T. del mes T. prop passat à T. hora Joseph N. Pages del Lloch T. no dubtá poch tement à Deu Nostre Senor, y à la Justicia temporal tirar un tir de arma de foch à Pere O. sastre trobamse en la placa de dita Civtat de Lleyda, del qual tir restá mortalment ferit lo dit Pere N. y morí molt poch aprez. Procurarn perco ab tota claredat fer constar dit delicte ab totas las circunstancias, y qualitat de aquell, y los que per medi de dita fortificacio trobará culpables, pendrá, y capturará, y als carceres Reals de la present Ciutat ab bona custodia los aportará, posant los à relacio del Magnifich N. Jutje de la Regia Cort.

Item pendrà copia auctentica, y fe fahent de tots y qualsevols processos, y enquestas per dita fortificacio fahents, ye vis en poder de qualsevols ordinaris, los quals en semps ab lo que fortificará, entregará al Nob. Regla Real Treforeria.

Item manará à tots y sengles Officials, avi Reals, com de Barons, que en ditas, y sengles cosas li assistescan, y li donen tot consell, favor, y ayuda, y ab gent armada lo accompanyen de lloch en lloch fins à part tua, y segura posantlos perco las penas à ell ben vistas.

Don N. Regent la Real Treforeria.

Similis est hæc forma relatæ à Peguera *in prax. capit.* 14. 5
ver. Adverte.

Per relatorem interdum mittitur littera inferiori, cum 6
quia fit certior de evocatione causæ, ne interim quo retardat Commissarius Regius virtute instructionum recipere informationes, inferior juvetur ignorantia evocationis causæ.

Plerumque etiam expediuntur litteræ ad recipiendum informationes per Commissarium Reg. cum clausula inhibitionis, quæ præsentari solent inferioribus ordinariis, & hic est optimus stylus, qui ubiq; deberet observari, prout frequentius antiquitùs observabatur sub hac forma.

Littera expedita in evocatione causa criminalis.

Carolus Dei Gratia, Rex Castellæ, Aragonum, &c. Co- 7
mesque Barcinonæ, &c.

Didacus Phelipez de Guzman, Dux de San Lucar, Marchio de Leganes, &c. Dilecto Regio Alguzirio N. & aliis quibuscumq; Officialibus tam Regiis, quàm aliis ad quos spectet, præsentesq; pervenerint, seu fuerint quomodolibet præsentatæ, salutem, & dilectionem. Noveritis quod comparens coram nobis, & in R. C. Fisci Procurator Regiæ Curiæ, quandam in scriptis obtulit supplicationem tenoris seq. Excellentiss. Sennor, &c. Inseratur supplicatio. *Nos verò d. supplicatione benignè suscepta præsentem causam pratextu, quo supplicatur ad nos dictumque R. C. evocavimus, illamq; commissimus Magn. & dilecto Consiliario Regio, Bernardino de Puig, Judici Regiæ Curiæ, cujus provisionem facto verbo in R. C. die presenti, & subscripta factam insequentes, tenore præsentium vobis dicimus, committimus, & mandamus quatenus præsentibus acceptis, personaliter accedatis ad Civitatem Illerdæ, & ad omnia loca præsentis Principatus Cathaloniæ, & Comitatus Ceritaniæ quo opportuerit, & super prædictis omnibus, & singulis per vos exequendis, & complendis inquiratis, inquisita fortificetis, quos culpabiles inveneritis capiatis, & capt os, & benè custoditos ad Regios carceres præsentis Civitatis Barcinonæ adducatis, & alia faciatis in similibus fieri solita, & assueta, dictumque N. captum in carceribus dictæ Civitatis ad manus vestras apprehendatis, illumq; adducatis intus Regios carceres præsentis Civitatis Barcinonæ. Quantam nos in & super prædictis omnibus, & singulis per vos exequendis, & complendis, vobis voces, & Vices Regias, atq; nostras plenariè committimus per præsentes, per quas ad pœnam florenorum auri Aragonum Quingentorum Regiis inferendorum grariis dicimus, & mandamus universis, & singulis Officialibus tam Regiis, quàm aliis quibuscvis personis quatenus in prædictis omnibus, & singulis per vos exequendis, & complendis, & nullum vobis faciant, fierive permitant obstaculum, seu impedimentum, quin potius instati, & requisiti per vos, seu vestri ex parte, vobis assistant, opemque, auxilium, consilium, & favorem præbeant opportuna. Deindè inhibentes sub dicta pœna, dicimus, & mandamus universis, & singulis Officialibus tam Regiis, quàm aliis, quod à cætero de dicta causa, & eius meritis*

nulla-

nullatenus se intromittant, neque in ea modo aliquo procedant, vel enament. Dat. Barcinonæ, &c. Don Michael de Cortiada Regens.

Ut. Don Petrus de Regenti Reg. Thes. *Ut. de Calderò F. A. Montaner, Ut. de Puig.*

AD DECIS. II.

Num. 18.

8 Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.* 3. *nu.* 23. (allegat Christinæum *lib.* 1. *dec. Curia Belgia* 400. *n.* 167.) *& n.* 24. cum pluribus seqq. dicens, quod bannitus qui à quocumque offendi potest (apud nos est ejectus à pace, & tregua; & publicatus pro inimico Domini Regis) carceratus est ab omni molestia tutus, ex Sanfel. *dec.* 249. & quod delinquens in carceribus acriùs puniendus est, ex Merl. *cont. forens. cap.* 66. ac recitat exemplaria de occidente in carceribus præcedente provocatione, condemnato ad triremes remigando in perpetuum, & alium, qui lapide caput cujusdam carcerati fregit, licet in rixa esset provocatus, tradit condemnatum ad triremes remigando per triennium, ex Muta *dec.* 36. *nu.* 17. & quod meretricem cognoscens in carceribus puniendus est, licèt aliàs non teneretur, & maximè puniendus esset, si id faceret custos carceris, allegans Farinac. *qu.* 31. *n.* 123.

AD DECIS. III.

Num. 10.

9 Die 22. Octobris 1685. fuit provisum per regaliam *usat. audi. & rogatu* contra quendam Medicinæ Doctorem, eo quia protulit verba contumelioſa adversus aliquem militem, in vindictam provisionis retroclami per dictum militem, obtentæ contra Franciscum N. consanguineum iniuriantis, refer. Magnifico Francisco Portell J. R. C. Notar. Riambau.

Num. 18.

10 Caponius *Discep. forens. tom.* 1. *discep.* 5.

AD DECIS. VI.

Num. 1.

11 Quia in *cap.* 10. *Cur. an.* 1599. disponitur, quod debeant fieri probationes intra decem, & terminari debeat causa inter alios decem, cum salario viginti regalium, aliàs declaratum intelligatur, regaliam locum non habuisse, ideo Procurator Fisc. R. C. vel pars instans (casu quo illa extiterit) tenentur salarium viginti regalium deponere: ita fuit observatum *in causa supplicationis* ad relationem Magnifici Michaelis Joannis de Taverner R. A. D. interpositæ per Illustrem Comitem de Perelada, Marchionem de Anglasola, de qua infra.

Ad num. 3.

12 Sic fuit observatum in supplicatione interposita ab evocata causa per Illustrem Comitem de Perelada, Marchionem de Anglasola die 8. Junii 1685. in processu criminali, ad instantiam Procuratoris Fisc. R. C. & Petri Tudela, Civis honorati Barcinonæ, in Loco de Miralcamp populati, contra diversos incolas ejusdem Loci, vassallos d. Comitis, ad relationem Magnifici Bernardini de Puig J. R. C. Scriba Maurici.

Ad num. 8.

13 Disputato articulo fuit observarum in causa supplicationis interpositæ ab evocata causa contra incolas de Miralcamp, in processu qui supra refertur, Scriba Maurici, qui fuit, & remansit Notarius, & actuarius tam processus primitivi, quàm processus causæ supplicationis vertentis coram Magn. Michaele Joanne Taverner, R. A. D. erat enim d. Maurici Not. alter ex scribis Collegi Notariorum Regior. Barcinonæ.

Ad num. 9.

14 Ita fuit observatum in desuper cirata causa supplicationis ab evocata causa contra incolas de Miralcamp: idem observatur in causis contentionum inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem, vertentibus cor. Reveren. Cancellario, quarum terminus triginta dierum ad declarandum, aut eas prorogandum non currit pendente altercato, ut pluries fuit declaratum, & signanter in causa contentionis criminalis vertentis cor. Rev. D. Olagario Monserrat Cancellario inter P. F. Curiæ Ecclesiasticæ Gerundæ, & Mauricium N. reum detentum in Regiis carceribus Gerundæ ex una, & Curiam Sæcularem Regiæ Curiæ Gerundæ ex altera, die 22. Januar. 1685. delatando, in ea contentionem non expirasse, pendente altercato super admissione articulorum, oblatorum pro parte dicti N. die 29. Maii 1684. nec altercato pendente contentionem fore prorogandam, & articulos fore admittendos ad probandum, currereque residuum dilationis in causis contentionum præfixum, reponendo partes, & causam in statu quo erant die 29. Maii 1684. quo die fuit formatum altercatum.

Ad num. 13.

15 Adde declarationem factam per R. D. Cancellarium Monserrat 22. Jan. 1685. in contentione Curiæ Ecclesiasticæ Gerunden. & Mauricii N. ex una, & Curiam Sæcularem Regiæ Curiæ Gerundæ ex alia; ubi ad probandum articulos, per dictum N. oblatos die 29. Maii 1684. fuerunt denegatæ compulsoriæ.

AD DECIS. VII.

Num. 37. *cum pluribus seqq.*

16 R. Matth *de reg. Reg. Valent. cap.* 8. *§.* 4. *nu.* 24. *cum seq.* ubi de praxi etiam confrontationis, vel recognitionis Rei, Car. Ant. de Rosa *in prax. cap.* 9. *n.* 15. *& seq.* ubi *n.* 17. ait, quod si testes reum liquidarent per nomen, & cognomen, non ex sua ipsorum certa scientia, sed aliorum auditu, etiam illum recognoscere debent, ut de identitate Rei appareat, & indubitatè, & certè liquideturr persona, quam Judex punire intendit, nam in criminalibus agitur de fama, & hominis vita, & oportet, quod probationes sint luce meridiana clariores.

Num. 38.

17 In causa Salvatoris N. oriundi Villæ de Olesa, Diœcesis Barcinonæ in qua delatus, & inculpatus quod unà cum aliis die 6. Apr. 1685. inter nonam, & decimam horas ante meridiem grassatus fuit in itinere Regio, quo itur à loco *de Castell de Fels* ad Villam de *Sitias*, in loco dicto *las Costas de Garraf*, propè Eremitorium Trinitatis, derobando Joanni Vila sex duplas auri Hispani, & ob alia crimina, & delicta fuit condemnatus ad servitium Regiatum triremium remigando ad septennium, ref. Magnif. Bernardino de Puig J. R. C. fuit temperata pœna ordinaria delicti, inter alias rationes, ex illa quia in confrontationibus d. Rei, qui capillis erat rubicundus, & barba rufus (& uti talis designabatur in processu offensionali) non fuit positus inter duos capillis, & barba similes: actuario Maurici Not. comprobat id ipsum Car. Ant. de Rosa *in prax. crim. d. cap.* 9. *n.* 18.

AD DECIS. VIII.

Num. 1. *cum seqq.*

18 De materia Negativæ Roxas *de incompatibilitate par.* 2. *cap.* 1. *n.* 49. *cum pluribus seqq.*

AD DECIS. IX.

Num. 1.

19 Carol. Ant. de Rosa *in prax. cap.* 1. *num.* 23. qui *n.* 24. ait, quod Judex non constito de corpore delicti, reum de crimine interrogare nequit, Farinac. *cons.* 23. Scaccia *tract. crimin. qu.* 83. Guazzin. *def.* 4. *cap.* 1. *num.* 14. Chartar. *de reor. inter. cap.* 2. *num.* 43.

Num. 5. *cum seqq.*

20 Per confessionem inquisiti non suppletur corpus delicti Caponius *tom.* 2. *disceptat. forens.* 87. *numer.* 6. ubi agit de furto facto in Monasterio per Fratrem Monasterii, & ejus pœna.

21 Illud limitat in delictis atrocioribus Carolus Antonius de Rosa *in prax. criminal. capit.* 5. *numer.* 43. per hæc verba: *Verum hæc doctrina non procedit in criminibus atrocioribus, aut quando in confessione designatur delicti corpus,*

ut

uti in tasu Grammat. conf.16.n.4. ubi dicit, quòd si quis fatetur occidisse hominem, & in tali loco eum sepelivisse, cautela est, ut Judex mittat ad illum locum inspiciendum, an ibi sit homo mortuus, vel ejus saltem ossa reperiantur, sicuti advertit etiam Paris de Puteo in verbo Confessio, quia isto casu quamquam inquisitio delicti in genere confessionem non praecedit, confessio efficax est, ut ex ea confessus, in ordinariam criminis poenam condemnetur, sicuti practicatum fuit annis praeteritis; cum enim Horatius de Benedicto confessus fuisset in Regia Audientia Theatina homicidium causa furti, in personam Angeli de Rossello, de quo facto notitia non habebatur, & quòd cadaver abscondisset in nemore nuncupato Tornareccio; statim Regia Audientia misit ad capiendum corpus delicti, & reperto in designato loco cadavere, cum funiculo in gutture, juxta ejusdem Rei confessionem, me ref. infra paucas horas fuit morti traditus, & in frusta scissus. Cumque eodem tempore Capitaneus Campanea asportasset duos homines, quos ceperat in territorio Lanxirni, ad capturam motus, quod praedicti cum vidissent milites, aufugere ceperunt; & in aula interrogati super dicta fuga confessi fuissent occidisse causa furti, secuti quendam Juvenem de Marchia, Vastum iturum ad inserviendum Marchioni dicta terra, & penes dictum Juvenem non reperisse, nisi tres ducatos aureos, & ejus corpus abscondisse prope flumen Sangrum, Regia Audientia statim misit ad capiendum delictum in genere: repertoque cadavere in loco enunciato in confessionibus, eos intra paucas horas condemnavit ad mortem; eorumque corpora in frusta scissa fuere, procedens ad modum belli, me itidem referente. In quo facto observavi, quod unus ex reis inserviebat Monasterio Sancti Francisci Civitatis Lanxiani, & in dicto Monasterio nocte praecedenti moram fecerat miserrimus Marchisanus ille, & reus hic erat pronepos Petri Mancini famosi Capitis Banditorum, & sic ex mala progenie, ex qua indicium certè depromitur, uti consideravit Jurisconsultus in l. Quisquis, C. ad l. Jul. Majest. & juxta illud Matth.7. & Luca 6. neque enim arbor mala fructus bonos potest producere.

Dixi, quòd in atrocioribus delictis doctrina non procedit, & praecisè in quibus Regia Audientia procedunt ad modum belli, & M. C. uti delegata; quia in istis criminibus ordo juris non est servandus, & juris rigor aequitati praferendus pro Reipublicae utilitate: unde confessus hujusmodi crimen ex dicta confessione, quamquam inquisitio delicti in genere non praecedat, condemnari debet in poenam ordinariam, juxta doctrinam Bruni de indiciis, & tortura q. 5. n.3. Lanfranc. de Oriano in c. quoniam contra, de probationibus vers. Quaro ulterius Carrerii in text. ibi voce propria confessus n.10. & Casoni c.3. n.4. & 18. n.6.

Num. 9.

22 Falsitas inter delicta facti permanentis connumeratur, quae consistere potest. Primò, quando in instrumento apparet interlineatio, litterarum cancellatio, sive rasura, & tunc examinantur periti pro corpore delicti, qui relationem facient de vitio script.2. quando apparet additio, quo in casu examinari etiam debent periti, qui designare tenentur scripturae additionem, & litteras, sive lineam superadditam, considerando, an sint dissimiles charactere, aliquae recentiores, quàm aliae, aut diversi atramenti, aut non ejusdem nigredinis, vel si scriptura recentior est exarata in charta foedata, aut fumo infecta, ut antiquior appareat, vel si in charta abrasa. Tertiò, quando falsitas consistit, quia alterius manus imitatur, adhibendi sunt etiam periti pro comparatione litterarum, qui comparare tenentur scripturam suspectam cum vera, tuncque scriptura haec cum qua est facienda comparatio debet esse certa, vera, & concludenter verificata.

23 In his ergo casibus debet fieri relatio peritorum cum inspectione scripturarum, ac cum omni expressione lineae, litterae, aut partis scripturae controversiae, in qua arguitur falsitas, & in ipsa relatione debent mentionem facere de dicta scriptura de primo ad ultimum cum mentione principii, & finis per illa verba: *Quae incipit, &c. & finit, &c.* Et ulteriùs scriptura ipsa quae arguitur vitiosa debet consui in processu, & casu quo fit comparatio scripturarum, utraque scriptura, tam vera, quàm alia, quae controvertitur, debet consui in processu, quae omnia comprobat Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.1. nu.13.*

24 Haec est observantia nostra; hoc adiecto, quòd periti, qui adhibentur, non solùm relationem faciunt de vitiis, de quibus opponitur contra scripturam; sed etiam secundùm peritiam suam, interrogati, proferunt judicium super falsitate, quia periti in his agunt vices Judicis, ut tradit Font. *dec. fin. num.17.*

Et haec recognitio scripturarum solet committi vel Prioribus Collegii Notariorum publicorum Barcinonae, vel Prioribus, & Collegio simul, vel etiam committi solet Prioribus & Collegio, vel Prioribus tantùm Collegii Notariorum Regiorum Barcinonae; prout etiam fieri potest commissio aliis in re peritis, vel per testes poterit fieri probatio, ex his quae diximus *dec.9. n.15.* & vidi practicatum in processu contra quendam mercatorem anno 1681. scriba Riambau Not. in quo falsitates oppositae consistebant, quia in libro Majori Civitatis Barcinonae erant suppositae aliquae partitae, & quia altera ex his abrasa apparebat, & in ejus locum altera supposita, quod liquidò conspiciebatur per inspectionem paginae à retro, ut animadvertit Muscatel. *in rub. de fals. ex glos. in c. licet de crimine falsi.* Carolus Anton. de Rosa *supra citatus.* 25

Pariter quando opponitur contra testem deposuisse falsò, ipsa depositio debet inferi in processu, quia in ea consistit corpus delicti, ut multoties vidi Practicatum, & amplius recipiuntur testes ad comprobandam falsitatem contra inquisitum. 26

Num. 18.

Carol. Anton. de Rosa *in prax. cap.1. nu.8.* ubi de stupro praepostera veuere commisso, & allegat Sanfel. *dec.28. in fine, & dec.354. num.1.* Latro *dec.163.* 27

Num. 25.

Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.1. n.4. & seqq.* ubi *n.5.* adducit signa veneni propinati, videlicèt si homo validi corporis, bono cibo assumpto, de repente in mala symptomata incidit, eique vomitus, ardor in stomacho, syncopis, sudor, & alia supervenere, eique post mortem capilli sine violentia defluant, ungues denigrentur, livores, rumoresque in corpore appareant, sive spumae ex ore delabantur, si infirmus sanus efficiatur remedio contra venenum auxiliatus; ac etiam ait, quòd medicorum dicto in his est standum, qui solent corpus aperire ad finem videndi, si in gutture, & stomacho adest corrosio, quae in omni veneni genere non habetur. 28

Num. 33.

Carolus Anton. de Rosa *in prax. crim. c.1. n.21.* ubi generaliter tenet, quòd tam in crimine confessato, quàm in crimine indicato, quando ex antecedenti; criminis vestigia non restant, quia corpus occisi est projectum in mare, flumen, combustum, aut absconditum, corpus delicti probatur, deficientia probata, ac fama de occiso, quod tradit pluries judicatum, & ea maximè procedere ait, concurrente alio adminiculo, ut in casu Petri Cabal. *cas.255.* ubi probatio pro delicto in genere fuit occisi armorum inventio, & in casu Cassanei *in conf. Burg. rub.1. §.5. nu.40.* ubi sufficiens fuit sanguinis signum propè flumen reperti. 29

Num. 34.

Comprobat Carolus Anton. de Rosa *in prax. crim. c.1. n.21.* & approbat doctrinam Farinac. solùm illam limitat in casu quo plures confitentur criminen, & malae sint vitae, & scribit posteà, ibi: *Unde confessus in comitiva aliorum quatuor, Sacerdotem Franciscum Anton. Scarimola de Crassano, in nemore montis Pelucii, pecunia accepta ab illius inimico occidit, & quòd à loco patrati sceleris unus ex sociis asportavit occisum ad alium locum, quem ignorabat, quia in processu aderat vehemens fama, quòd Sacerdos interfectus fuerat, & concurrebat illius deficientia à longo tempore; verificata confessione in circumstantiis, me ref. in Magna Curia, & in Regio Collaterali Concilio fuit mortis traditus.* 30

Hinc quod fama de occiso, uniusque anni deficientia concurrente, corpore non reperto, confessio sufficiens sit ad condemnandum, judicavit etiam Sacrum Concilium condemnando ad mortem quendam Juvenem de homicidio alterius Juvenis confessum. ref. d. Reg. Salernitanus dec.29. Consil. Paschal. de viribus pat. potest. p.3. c.1. n.72. in fine, & ad eundem Additionator, qui pluribus rationibus decisionem comprobat, & praecipuè vers 7. considerando, quod si hoc casu confessio insufficiens esset, privilegium malis homini-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

minibus concederetur impunè homines occidendi, sub tali prætextu quem nunquam leges considerâverunt, & DD. dicere voluerunt, & esset quam perniciosissimum exemplum. Verum in proposito unum adverto, quòd hac deficientia longi temporis esse debet, ne fortè innocens condemnetur, sicut accidit Romæ in casu relato à Valerio Maximo lib.8. c.4. & in Gallia in eo quem refert Anneus Robertus rerum judicatarum c.4. ubi de cujusdam mulieris morte inculpatus, ex quo illa non reperiebatur, in judicio interrogatus adverso fato vitam negligens, quamquam innocens crimen agnovit, & morti traditus, biennio postea decurso domum mulier rediit. Et in hac Civitate Neap. in anno 1650. ubi cum quædam mulier cum ejus amasio à patris domo aufugissent, quia non reperiebantur, insurrexit fama, quod furti causa nautæ ex Burgo Plagæ mulierem, & amasium in mare projecissent, constructo processu tres illorum quamvis insontes crimen agnoverunt, & morti miserrimè traditi fuere; decurso postea anno mulier, & amasius vivi Romæ fuerunt reperti; quæ quidem minimè contigissent, si temporis requisitum servatum fuisset. Temporis verò spatium prædicto casu Judicis arbitrio committitur, qui considerata hominis, qui non reperitur, conditione, rei qualitate, indiciorum gravitate, sive confessionis verisimilitudine, ac cæteris circunctantiis accuratè perpensis, in torquendo, aut in condemnando procedat. Et advertat, quòd nulla de hominis morte cunctatio longa est, celeritatem enim pœnitentia, atque eadem inutilis sequitur, nam precipitata raptim consilia, neque revocari, neque in integrum restitui possunt, ex Livio, & Plut. in apoph. Jacon. ait in proposito de Rubeis cert.12.n.124.

Num. 37.

31 Ad exhumandum cadaver occisi in Ecclesia requiritur præcisa Episcopi, seu ejus Vicarii licentia, vel Vicarii Capitularis Sede Episcopali vacante, quam concedere potest absque incursu irregularitatis, dummodo recognitio fiat extra Ecclesiam; non autem in ipsa Ecclesia. Antonius Flaminius Marcheti *in tract. de sepulturis tit.*39. §.3. *nn.*75. Antonel. *de regim. Ecclesiæ lib.*1. *c.*12. *n.*65.

32 Juxta sensum S. cræ Congregationis immunitatis, secunda Maii 1620. fieri debet in licentia protestatio ad formam *c. Prælati de homicidio in* 6. nec in cemeteriis fieri potest dicta recognitio, nec vulnerati examen; nec ad ea Ordinarius licentiam dare valet, & si Laicus absque dicta licentia cadaver exhumare præsumeret, esset excomunicandus. Marcheti *tit.* 39. *de sepulturis dicto* §.3. *n.*75. ubi ex Sperello, & Antonello ait, quod ordinarius compelli nequit ad dandam hujusmodi licentiam.

33 Sacra Congregatio immunitatis in Ariminen. 17. Martii 1659. respondendo Episcopo Ariminensi censuit à sanctitate communicari eidem facultatem, ut pro sua prudentia concederet licentiam examinandi vulneratos in loco immuni, & casu quo cadavera existant sepulta, cum assistentia personæ Ecclesiasticæ ab Episcopo deputandæ, transferantur in locum vicinum, & opportunum cum debita securitate, ad effectum probandi à Curia Sæculari corpus delicti, ut absque violatione immunitatis Ecclesiasticæ delicta non remaneant impunita, tuncque facta solita protestatione ad formam *cap Prælati de homicidio in* 6. Sanctitas sua præservat ab irregularitate tam Episcopum, quàm ejus delegatos, quam incurrere possent.

34 Bellettus *disq. Cler. p.*1. *tit. de discep. Cler.* §.5. *nu.* 149. dicit, quòd Episcopus, seu ejus Vicarius, si in danda hac licentia esset renitens, quod potest Judex sæcularis illud cadaver exhumari facere, ad hoc ut illud visitare, & recognoscere posset.

Num. 42.

35 Non potest impediri, ut campana pulsetur ad persequendum delinquentes, sub prætextu irregularitatis. Julius Capon. *to* 1. *discep. for.*33. *n.*25. ubi ait, quod excusantur minores decem, & octo annorum, & majores sexaginta, qui non tenentur sonum adire.

AD DECIS. XI.

Num. 2.

36 Julius Capon. *to.*1. *discept. for.*8. *n.*13. *vers. Quare.*

Num. 5.

37 Julius Capon. *tom.*1. *d. discept for.*8. *nu.*12. & 13. *vers. Quare.*

Num. 7.

Julius Capon. *to.*1. *d. discep. for.*8. *nu.*8. 11. 16. & *seq.* & *fere per tot.* & signanter *n.*17. resolvit quòd quidquid sit de jure an adhibendi sint in relatione vulnerum duo periti, de consuetudine tamen unus sufficit. 38

Num. 8.

De hac quæstione Jul. Capon. *to.*1. *d. discep. for.*8. *nu.*16. 39

Num. 9.

Julius Capon. *to.*1. *d. discep. forens.*8. *n.*13. *vers. Quare.* 40

Num. 23.

Carolus Anton. de Rosa *in prax. c.*1. *nu.*6. fatur, quod Chirurgi sunt examinandi pro corpore delicti in delicto vulnerum de duobus, primò de vulnerum qualitate, secundò, quo armorum genere fuerint illata, & quòd in facti contingentia Anton. Manganus de Catanzario, inquisitus de vulneribus in personam Joannis Baptistæ Servatiello; & morte indè sequuta, etsi condemnatus per Regiam Audientiam ad remigandum vita durante; attamen ipso refer. in Magna Curia, ex quo in processu Chirurgorum attestationes de vulnerum qualitate non referebant, & ex actis constabat, quòd ex mala medela, & sic culpa perierat, fuit per decennium, non autem per totam vitam condemnatus ad remigandum. 41

AD DECIS. XII.

Num. 8.

Bosch *dels titols de honor de Cathalunya lib.*3. *cap.*22. §. 5. *vers. Poden quiscun dia, in fine.* Xammar, & ejus Additio *de privil. Civit. Barcinonæ* §.10. *n.*41. & 42. ubi declarat absente Locumten. Generali quando fieri possit visitatio Regiorum carcerum à Vicario tanquam Judice Ordinario, assistentibus Consiliariis Civitatis Barcinonæ, & an Vice Regia procedente, quem videas, si casus evenerit; pro certo tamen nunc tradimus, præsente in hac Civitate Domino Locumtenente Generali hujus Principatus, quòd ea visitatio exerceri non potest, & nullo in casu respectu eorum, qui detinentur in Regiis carceribus Barcinonæ de ordine; vel ad relationem Regiorum Senatorum. 42

Num. 32.

De falsitate commissa in causa civili, Jul. Capon. *tom.*1. *discep.*38. *tota.* 43

Num. 46.

Pro praxi ibi tradita adde Peguera *in prax. crim. cap.* 12. 5. 5. *num* 1. 44

Num. 63.

Die 28. Februarii 1685. in facto causæ recursus interpositi per Joannem Simon Agricolam *de Villar de Bullo*, termini, & Parochiæ Villæ *de Massanet*, Diœc Gerunden. ab exequutione pœnæ ei impositæ pro arresto per Bajulum dictæ Villæ *de Massanet*, verbo tenus facto, & aliis procedimentis, ad relationem Magnifici Bernardi de Puig. J. R. C. fuit declaratum recursui interposito per dictum Joannem Simon locum fuisse, & esse, exequutionemque pœnæ pro dicto arresto in bonis prædictis Joannis Simon factam, cum omnibus indè sequutis nullam fuisse, & esse; & consequenter quòd mandaretur Bajulo Villæ *de Massanet*, aut aliis ad quos spectaret, quatenus restituerent dicto Joanni Simon pignora propter prætensam violationem arresti, ei apprehensa, & quòd pro his expederentur litteræ, &c. 45

Num. 81. & 83.

In flagranti quis capi potest etiam non præcedente informatione. Socarrats *in cap. si allodiarius numer.*12. *pag.* 186. Portoles ad Molinam *ver. Captus* §.4. *num.*9. ubi refert diversorum opiniones circa articulum quando dicatur delictum flagrans, nam quidam existimant (ut ipse recitat) quòd tunc in flagranti quis dicitur captus, si capiatur quandocumque ab illo, à quo post delictum perpetratum insequutus fuit: Alii asserunt quod captus in flagranti dicitur qui capitur antequam perveniat ad locum, ad quem ire destinavit, vel quando capitur non longè post delictum, non interposito aliquo actu extraneo, Farinac. *in prax. qu.*21. *num.*156. qui secus esse dixit, si devenerit ad aliquem actum extraneum. Follerius *in prax. rub. item quod fuit captus in flagranti crimine*, qui *num.*11. ponit exemplum in eo, qui post furtum reposuit res furatas ad locum destinatum, & actus extraneus in medio intervenit, quia 46

statim

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſtatim ubi venit ad locum deſtinatum, reſpoſuit res ibidem, exivit fores, & emit res comeſtibiles, & reverſus comedit, & fuit captus, qui in flagranti captum dici non poſſe ſentit : & idem in eo qui poſt homicidium nocte commiſſum, ſequenti die fuit viſus deambulare per plateam publicam loci delicti, qui etiam audivit Sacra in Eccleſia, admodum à Chriſtifidelibus frequentata, & poſt meridiem verſatus fuit in loco Ludi, ubi communiter aderat Ludentium copia, ibique fuit captus, & inclinavit Reg. Senatus die 28. Januarii 1686. in flagranti captum dici non poſſe ex Doctorum placitis antedictis, ac etiam ex doctrina Ayllon ad Gomez *var.* 3. *cap.*9. ubi *num.*3. ex Azevedo aſſerit, quòd in flagranti quis dicitur deprehendi quando nec fugere, nec inficiari poteſt, quem citavimus *deciſion.*12. *num.*81. vel ut ibidem diximus *num.* 83. ex Guaz. *def.*5. *cap.*8. *num.*2. quod in flagranti qui dicitur captus, quando ipſe delinquens apprehenditur poſt commiſſum delictum, ſive capiatur in ambulatione, ſive in latitatione, dummodo non pervenerit ad locum deſtinatum.

AD DECIS. XIV.

Num. 34.

47 Major quatuordecim annis torquetur leviter, Baron. *de effect. minor. ætatis effect.* 14. *num.* 26 *et* 27. Guaz. *def. reor.* 30. *cap.*11. *num.* 10. Scialoya *in prax. forjud. capit.* 13. *num.*8. Maiorana *in opoprax. part.* 2. *capit.* 9. *num.* 31.

Et quòd minor quatuordecim annorum torquetur leviter in crimine læſæ Maieſtatis divinæ, & humanæ, probat Carol. Anton. de Roſa *in prax. cap.*8. *nu.*81. *et* 82. (ubi etiam idem aſſerit in proditione) Seſſe *lib.*4. *dec.* 476. *in fine*.

AD DECIS. XVI.

Num. 28.

48 Nunc Adde, quod Parocho licet Baptiſmatis librum Judici Seculari exhibere ſine incurſu irregularitatis, prout adeſt decretum Sacr. C. Concilii Tridentini ſub die 10. Decembris 1661. tenoris ſequentis. *In Lycien. irregularitatis coram Judice Seculari Civitatis Lycienſis adoleſcens de graviſſimo crimine accuſatus, factis probationibus adeo præmitur, ut capitalem pœnam propediem daturus credatur, ad quam ille effugiendam excepit, ſe in minori ætate conſtitutum eſſe, pront ejuſdem ſuadere videretur aſpectus. Fiſcus ad hujuſmodi exceptionem elidendam, à Domino Epiſcopo Lycienſi petiit, ſibi exhiberi librum in actis Curiæ Eccleſiaſticæ de more conſervatum, in quo deſcribuntur pueri baptizati: dubitans Epiſcopus an ſibi liceat petitioni indulgere, quandoquidem ex eo libro reum ætate majorem eſſe comperitur, ſupplex Sacra Congregationem controverſiis juriſdictionalibus præpoſitam, conſuluit, quæ ore tenus ad hanc Sacram Congregationem Concilii remiſit, ideoque quæritur, an ſecundum prænarratam facti ſeriem, ita liceat Epiſcopo Lycien. petitum librum baptizatorum Judici Seculari exhibere, ut irregularis propterea minimè fiat ; die* 10. *Decembris* 1661. *S. Congregatio Eminentiſ. S. R. E Cardinalium Concilii Tridentini interpretum decrevit, in caſu de quo agitur, per exhibitionem libri baptizatorum non contrahi irregularitatem. I. Epiſcopus Sabinen. Cardin. Sacchetus Præfectus de Vecchis Epiſcopus Secretarius*. Inde infert Carol. Anton. de Roſa *in prax. crim. cap.*10. *nu.*41. quòd Parochus tenetur oſtendere Judici Seculari Baptiſmatis librum.

Num. 31.

49 Teſtes deponentes ſub ſpe impunitatis nil probant, Jul. Capon. *diſcep. for.* 137. *tom.*3. *num.*6.

Num. 40.

50 Conſtans eſt in noſtro Regio Concilio, quòd tres teſtes derobati faciunt plenam probationem contra graſſatorem viarum publicarum, ut infra probatur : unde in cauſa contra Franciſcum N. minorem, Villæ *de Torello*, declaratum non fuiſſet nunc pro pœna extraordinaria homicidii, nam conſtabat de latrocinio per tres teſtes derobatos, nec diſpenſata fuiſſet pœna ordinaria ob minorem ætatem ; quia in atrociſſimis minor viginti quinque annorum ; major verò viginti annorum punitur pœna ordinaria delicti, ut dicitur in hac eadem *dec. nu.*28.

Num. 60.

Cauſa, quæ hìc refertur, fuit declarata 31. Auguſti 51
1683. ref. Magnifico Franciſco de Portell I. R. C. ſcriba Riambau contra Joannem N. Piſcatorem, Loci *de Armantera* Diœc. Gerunden. in Loco *de la Eſcala* commorantem, ætatis 23. annorum, & novem menſium, ac Iſclam N. Loci de *Maſſanet*, eiuſdem Diœc. ætatis viginti annorum, & novem menſium, delatos, & inculpatos, quòd coadunati, & armati graſſati fuerunt in itinere publico, quo itur à Villa *de la Bisbal*, ad Villam Sancti Fœlicis *de Guixols*, in Loco dicto *Ladeveſa*, derobando die 3. Martii 1674. Hieronymo Boſca da mulioni pecunias, quas deferebat, & de aliis criminibus, & delictis, in qua cauſa licèt conſtaret de latrocinio ex unico teſte derobato, & alio teſte non derobato, ſed furati attentato, cum indiciis malæ famæ inquiſiti in eodem genere mali ; frequentationis loci delicti, & mendacii in ſubſtantialibus ; ac licèt etiam pro conſtanti daretur, quòd teſtis derobatus fecerat tertiam partem probationis, & attentatus derobari, poſſet dici teſtis idoneus, quia tamen indicia coadiuvantia dicta illorum duorum teſtium ad perficionandam plenam probationem claudicarunt ; ideò imputati fuerunt tantùm condemnari pœna extraordinaria, ſcilicèt quòd fuſtigarentur palam, & publicè per loca ſolita præſentis Civitatis Barcinonæ, & bullarentur in ſcapulis juxta formam novæ Conſtitutionis, & ad ſervitium Regiarum triremium remigando, ſcilicèt dictus Joannes N. ad decennium, & dictus Iſcla N. ad ſeptemnium.

Idem fuit dictum 29. Novembris 1685. ref. Nob. Fran- 52
ciſco de Cancer I. R. C. ſcriba contra Martinum N. Loci de Vernet terræ confluentis, delatum, & inculpatum, quod coadunatus, & armatus unà cum aliis graſſatus fuit in itinere publico quo itur à Villa *de Olot*, ad Civitatem Vici in loco vocato *lo Gran den Bas*, derobando die 12. menſis Septembris anni 1634. Joanni N. tres duplas, & mediam auri, & aliàs raupas quas deferebat, in qua cauſa, licèt de latrocinio conſtaret per depoſitionem derobati, & per depoſitionem cuiuſdam famuli derobati, & ſic pluſquam ſemiplenè ; attamen ob aliquas circunſtantias, quæ diminuebant fidem teſtium, non fuit condemnatus rigoroſa pœna extraordinaria, ſed mitiori ; fuit namque dictus Martinus condemnatus, quod fuſtigaretur palam, & publicè per loca ſolita præſentis Civitatis, & bullaretur in ſcapulis juxta formam novæ Conſtitutionis, & ad ſervitium Regiarum triremium remigando ad quinquennium, & concorditer fuit dictum, derobatum (ſi alias non patitur objectiones) tertiam partem probationis facere.

AD DECIS. XIX.

Num. 15.

Non ſolet regulariter R. C. teſtem falſum in cauſa capi- 53
tali ad offenſam punire eadem pœna, qua reus puniretur, ſi illius dictum verum eſſet, quando reus abſolvitur ut hic probamus ex R. Cortada *dec.*88. *num.*38. & idem in teſte falſo ad defenſam, ait ibidem *num.*57. *verſ. Verum eſt quod*.

Et noviter cuncta hæc approbavimus in R. C. ubi Mi- 54
chael N. ætatis quatuordecim annorum completorum, qui contra alium falsò depoſuit, eundem inculpando in atroſſimo ſacrilegii delicto, & imputatus fuit abſolutus, & minor condemnatus ad fuſtigandum, & ad ſerviendum in Regiis triremibus (non remigando) per quinquennium die 23. Januarii 1686. ſcriba Maurici Not. ref. Magnifico Bernardino de Puig. I. R. C.

Non fuit condemnatus in perpetuum ad triremes ; quia fuit ætatis quatuordecim annorum, & adhuc minorata fuit pœna ſecundùm circunſtantias facti, tantùmque fuit condemnatus ad ſerviendum in Regiis triremibus (non remigando) per quinquennium ; quia licèt in graviſſimis criminibus maiores quatuordecim annorum poſſint condemnari ad triremes, Farinac. *in prax. quæſtion.*92. *num.*171.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

num 171. Natbona *in an.* 14. *qu.* 28. *tota*, ubi ait, quòd si sint nobiles condemnantur, non ut remigationi operam dent; sed ut illi ad pugnam inserviant juxta Grammatici sententiam *dec.* 23. *in fine*. Farinac. citat. Giurba *consil.* 44. *num.* 1. Peg. *dec.* 256.

56 Attamen in ea ætate non observat noster Senatus ad triremes reos ad remigandum condemnare, etiam in atrocissimis, ut patet in exemplari relato per Nob. Regentem Cortiada *dec.* 96. *nu.* 55. die 2. Decembris 1638. contra Josephum N. minorem sexdecim annorum, delatum quòd prævio tractatu, & animi deliberatione, ac proditoriè unà cum aliis die 3. Novembris 1638. hora decima noctis in Civitate Barcinonæ, in domo, seu Caupona Bernardi Gunella, Milanensis, quam habebat in Vico *de Sancti Christophol*, propè vicum *de la Boria*, cujus ipse erat famulus, occidit Michaelem N. dictum *lo Gullut*, famulum dicti *Gunella*, & dictæ Cauponæ, & furto subtraxit pecunias, & alias res auri, & argenti repertas in quadam theca cubiculi dicti *Gunella*, & in quadam culcitra palearum vulgo *Marfega* lecti illius, valoris plusquam centum, & quinquaginta librarum, & quòd posteà dictum Michaelem N. occisum adduxerunt, & posuerunt in quadam cloaca prope Capellam, & Domum Beatæ Mariæ de Monte-Serrato Civitatis Barcinonæ, qui ad relationem Magnifici Raphaelis Puig I. R. C. fuit condemnatus, quod fustigaretur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ, & bullaretur in scapulis, & adduceretur laqueo per collum ad locum supplicii unà cum sociis condemnatis, die exequutionis condemnationis illorum, & ibi detineretur quousque sententia dictæ condemnationi foret demandata, ac etiam ad servitium Regiarum triremium (non tamen remigando) per decennium.

57 Idem R. Cortiada *dec.* 106. *nu.* 110. ubi tradit observatum 14. Junii 1604. contra Joannem N. ætatis quatuordecim annorum completorum, delatum de furto viginti palliorum *de Pastor*, & octo solidorum, per eum unà cum aliis commisso in Regio itinere, quo itur à Villa *de Pons*, ad Villam *de Conques*, in Loco dicto *lo Bosc de Comiols*, qui ex voto majoris partis dominorum fuit condemnatus, quod fustigaretur, bullaretur, & relegaretur in insulam per suam Majestatem nominandam ad decennium.

58 Nobiles, Militares, aut privilegio Militari gaudentes minores quatuordecim annorum doli capaces (cujus ætatis puniri possunt pœna levi. Narbona *an. decimo cum dimidio q.* 7. Farinac. *in prax q.* 92. *n* 47. *cum pluribus seqq.*) in atrocibus condemnari poterunt ad serviendum in triremibus (non tamen ad remigandum) ut fuit practicatum in exemplari relato per R. Cortiada *d. dec.* 106. *nu.* 111. contra Franciscum N. Burgensem Villæ Perpiniani, Militari Privilegio gaudentem, ætatis duodecim annorum cum dimidio, qui surripuit jocalia valoris quadraginta trium librarum sex solidorum argenti, à manibus, & pectore Beatissimæ Viginis Mariæ de Rosario, Ecclesiæ Sanctæ Catherinæ Martyris, Civitatis Barcinonæ: & die 1. Junii 1658. absque sententia supplicavit Regium Criminale Concilium Excellentissimo Domino Proregi, ut illum traderet alicui Capitaneo navium, vel triremium, ut ibi reclusus per multos annos, Officio viribus proportionato serviret.

AD DECIS. XX.

Num. 17. *cum seqq.*

59 Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. c.* 5. *nu.* 46. ubi tradit, se ref. judicatum in Magna Curia, & in Regio Collet. Concilio contra Antonium de Pedro Sotice, confessum de homicidio cum qualitate assassinii in personam Sacerdotis D. Francisci Antonii Scarimolæ tertæ Crassani contra quem post confessionem sponte factam in Regia Audientia Basilicatæ fuerunt receptæ probationes in specie, & ad pœnam ordinariam processum.

Num. 24.

60 De hac re Velasc. *tom.* 1. *consul.* 33. Surdus *dec.* 309. & ibi Hodierna, Farinac *in prax. qu.* 81. *num.* 319. *cum pluribus seqq.* Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. p.* 3. *tit.* 8. §. 4. *n.* 26. Barbosa *in collec. cap.* 1. *de excep.*

AD DECIS. XXII.

Num. 57.

A captura, & procedimentis factis per Bajulum de Reus recursum interposuit Bajulus de Castellbell, & declaratum fuit sine præjudicio causæ recursus, Bajulum de Castellbell tradendum esse idoneæ manuleutæ de se repræsentando intra quindecim dies intus carceres Barcinonæ, &c. qui se præsentavit intra illum terminum; sed non fuit carceribus mancipatus, & postea die 17. Decembris 1685. ref. Nob. Francisco de Cancer I. R. C. scriba Badia Not. fuit declaratum recursui locum esse, & quod dictus Bajulus relaxaretur sub Sacramento, & homagio ad requisitionem dierum, sub pœna vigintiquinque librarum, & deliberatum non esse repræsentandum intus Regios carceres, ut posset declarari recursui locum esse, & ad relaxandum recurrentem sub Sacramento, & homagio, quia delictum erat leve, nec tunc erat necessarium ad eam declarationem obtinendam exigi debere à recurrente depositionem, insequendo alia exemplaria. 61

AD DECIS. XXIII.

Num. 22.

Quando in Curia ordinaria inferiorum quis obligatur idonea manuleuta de se præsentando intus Regios carceres Barcinonæ ad certam pœnam pecuniariam, quotiescumque fuerit requisitus; ad eum requirendum, ut se præsentet, offertur supplicatio Excellentissimo Domino Locumt. Generali, & Regio Concilio per F. P. R. C. cum firma Advocati Fiscalis, in & cum qua petitur mandetur manuleutato, quatenus intra terminum aliquot dierum se præsentet intus Regios carceres Barcinonæ, aliàs quod rigida decernatur exequutio contra illum, & ejus fidejussores, in eorumque personas, & bona, pro pœna manuleutæ incursa: & commissa hac supplicatione alteri ex Judicibus Regiæ Curiæ, per eum fit provisio, *R. D. A. insequendo conclusionem in R. C. factam provident, quòd inferantur producta, et quod N. requiratur quatenus intra dies T. se reponat intus Regios carceres Barcinonæ sub pœna in instrumento manuleutæ contenta, et pro his expediantur litteræ, instructiones, et alia provisiones opportunæ juxta R. C. stylum*, quibus litteris personaliter præsentatis manuleutato, & fidejussoribus (aut fidejussoribus tantùm, si ita conventum fuerit in instrumento manuleutæ, cujus tenor est considerandus) si principalis requisitus non se præsentet intus Regios carceres Barcinonæ intra terminum sibi præfixum, proceditur exequutivè contra eum, & ejus fidejussores, & nova offertur supplicatio per Procuratorem Fiscalem Regiæ Curiæ, petendo exequutionem decerni, quæ providetur, & hæc fit more solito. Ita fuit observatum. Die 6. Martii 1683. in processu contra Hieronymum N. & Theresiam N. conjuges, ref. Magnifico Vincentio Sabater, tunc. I. R. C. scriba Riambau, insequendo alia exemplaria antiqua. 62

Num. 43. & 47.

Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.* 3. *num.* 18. affirmans, longam carcerationem compensari cum pœna, nisi ob delictum, per carceratum commissum mortis pœna foret plectendum, ex Franc. *dec* 317 *nu.* 5. & ibi Luca *nu.* 2. Cabal. *resol. crim.* 142. Guaz. *def. reor.* 1. *capit.* 3. *num.* 18. 63

Num. 46. & *seqq. juncto num.* 52.

Sicuti Bannito, exulato, vel relegato, excomputatur ab exilio, bannimento, vel relegatione, tempus in carceribus consumptum post sententiam; ita pariter condemnato ad triremes temporales excomputatur tempus, quo detentus fuit in carceribus post sententiam; ergo sicuti bannito, cui non adjicitur certa pœna in casu contrafactionis, si fregerit bannimentum, tantùm duplicatur tempus residui bannimenti, quod superest adimplendum; ita pariter videbatur dicendum, quòd bannito, qui in casu contrafactionis accepit per pactum voluntarium triremes, contrafacienti, in tempus triremium computari debebat illud, quod ex bannimento jam adimplevit 64

ita

ita argumentari audivi in facto ; quod infra recitatur , & noviter fuit declaratum.

65 Atverò tanquam certas admisimus has tres propositiones. Primam bannito, vel relegato excomputatur à tempore bannimenti, vel relegationis tempus in carceribus per bannitum post sententiam consumptum facto , & culpa Judicis, non verò culpa , & facto suo ; secundam , condemnato ad triremes temporales excomputatur à tempore triremium tempus in carceribus consumptum post sententiam , facto , & culpa Judicis, & non facto , & culpa condemnati. utramque propositionem probavimus *decis.* 23. *num.* 46. *&* 52. & nunc additur Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap. ultim. num.* 20. Tertiam, bannito, vel relegato frangenti fines exilii , vel relegationis duplicatur tantùm tempus, quòd superest adimplendum . Ultimam verò propositionem negavimus ; nam bannito in casu contrafactionis condemnato ad triremes temporales, qui fines bannimenti fregerit , in tempus triremium computari non debet illud, quod ex bannimento adimplevit , nam adjecta tunc est certa pœna in casu contrafactionis , qua puniri potest , & debet contrafaciens , Menoch. *de arbit. cas.* 530. *num.* 28. Peg. *decis.* 41. *à num.* 9. cum pluribus citatis, Giurba *consil.* 47. *num.* 24.

66 Et diversus est casus, ac ratio, videlicèt, quòd bannito, bannimentum non adimplenti , duplicetur tempus , quod superest adimplendum ; ab illo , quòd non excomputetur remigi tempus quod adimplevit bannimenti , nam in primo id fuit, ne scilicèt eodem tempore duplici pœna bannitus gravaretur , quæ ratio non militat in secundo , quia pœna triremium est certa, ac diversi generis à pœna bannimenti.

67 Et ita hanc rem intellegit. Mich. Ferrer *observ. par.* 3. *cap.* 61. asserens, quòd bannitus, qui in casu contrafactionis pœnam triremium voluntariè per pactum suscepit , bannimentum frangens, ad triremes condemnatur; quando verò bannito nulla est adiecta pœna in casu contrafactionis, tunc frangenti bannimentum duplicatur tempus,quod superest adimplendum .

68 Et fuit de mente Senatus die 8. Junii 1596. ubi extitit dubitatum, an Didacus del Partillo Aragonensis, qui fuit extractus à carceribus Regiis cum pacto voluntariè suscepto bannimenti per triennium, & in casu contrafactionis serviendi in Regiis triremibus remigando per triennium, posset condemnari ad triremes ; an ei esset duplicandum residuum tempus bannimenti non adimpleti, & ex majori parte fuit conclusum quòd condemnaretur ; eo quia contrafecit bannimento , ad remigandum in Regiis triremibus per triennium .

69 Et nunc noviter expressit Senatus die 16. Januarii 1686. referent. Nob. Petro de Amigant 3. A. D. pro Magnifico Francisco de Portell J. R. C. absente contra Joannem N. aliàs la Guilla, qui vòluntariè per pactum suscepit servire laborando in præsidio de Rosas per tempus quinque annorum, & in casu contrafactionis fustigationis, & remigandi in Regiis triremibus per quinquennium , & quia pactum violavit , non obstante, quòd per aliquod tempus servierat in præsidio , fuit condemnatus ad integram pœnam triremium per quinquennium , scriba Riambau Not.

AD DECIS. XXVII.

Num. 45.

70 De excubiis, & vigiliis an teneantur vassalli , Julius Capon. *tom.* 1. *discep.* 21. ubi ait , quòd Doctores , & Scholares non tenentur facere excubias ; Clerici verò tenentur tempore belli.

AD DECIS. XXVIII.

Num. 26.

71 Cognitio criminis læsæ Majestatis est de Principi reservatis, Capon. *tom.* 5. *discep.* 337. ubi de regalis separabilibus à persona Principis.

Num. 41.

72 Subreptitium reseriptum tunc dicitur, cum verum non asseritur in petitione : obreptitium cum exponitur aliter negotium, quàm sit, & durius agit lex cum eo , qui falsum exponit, quàm cum eo, qui verum tacet, quia facilius in primo præsumitur dolus, quàm in secundo, & omne rescripti genus ex subreptione, vel obreptione dolosa irritatur, sive sit gratiosum , sive justitiæ , Julius Capon. *tom.* 1. *discep. forens.* 15. *num.* 2. *cum pluribus citatis* , & punctim, quod in salvo conducto debeant explicati omnes qualitates delicti, pro quo salvus conductus petitur, Conciol. *resol. crim. post ultim. resol. in Perusina salvi conductus*, ubi amplè de hac materia.

AD DECIS. XXX.

Quòd filii in accusando , & remittendo necem patris 73
præferantur uxori , tradit Jul. Capon. *tom.* 1. *discept. forens.* 33. *numer.* 30. ubi *num.* 31. ait , quod filio exhæredato, vel repudianti hæreditatem patris , competit actio querelandi *num.* 34. quod pater præfertur ratione patriæ potestatis excluso sorore , & si pater negligens sit, tunc admittitur soror, *num.* 43. quòd actio remittendi iniuriam uxori factam spectat ad maritum, & sufficit sola remissio mariti, nec requiritur mulieris , at quod in crimine raptus requiratur mariti , & uxoris raptæ *num.* 44. filio familias facta iniuria , remissio , & accusatio est patris , etiam invito filio ; secus in filio emancipato ; nam tunc non est necessaria remissio patris , *num.* 45. quòd si pater occidat uxorem non sufficit filiorum remissio , sed requiritur consensus proximiorum uxoris interfectæ , cum limitationibus Mastril. *decis.* 24. *numer.* 79. *& seqq.* & ulteriùs *num.* 46. recitat in remissione pupilli, an sit necessaria auctoritas tutoris , & Judicis decretum, & an tutor pro posthumo possit remissionem facere.

AD DECIS. XXXI.

Num. 15.

Joannes Baptista de Luca *in theat. veritat. lib.* 2. *de regalibus disc.* 48. *num.* 62. 74

AD DECIS. XXXII.

Num. 9.

Joannes Baptista de Luca *in theat. verit. lib.* 2 *de regal.* 75
disc. 48. *num.* 62. Velasco *de judic. perf. rub.* 11. *annot.* 1. *num.* 6. *& seq.*

Num. 18.

Joannes Baptista de Luca *in theat. veritat. lib.* 2. *de regal* 76
disc 48. *num* 62. ubi subdit etiam illa verba *est bene verum* (loquitur de remissionibus delictorum ex causa publica) *quod in hac materia , certa , & determinata regula tradi non potest , cum totum pendere videatur à Regionum, & Principatuum stylis , & moribus , ac temporum , & accidentium contingentiis , & opportunitatibus ; distinctiones autem per Doctores tradita satis attendenda veniunt ad regulandam Principis , vel Supremi Magistratus voluntatem , magis quàm potestatem , eumque faciliorem , vel difficiliorem reddendum , & regulandum ejus arbitrium, & ratione , & principiis juris positivi, & naturalis.*

AD DECIS. XXXVI.

Num. 2.

Xam. *rer. judic. par.* 1. *def.* 18. *num.* 2. ubi etiam ait , 77
quod arrestatus in domo , si postea repertus fuerit sedens in scamno contiguo tabulæ affixæ domui non dicitur fregisse arrestum , & tradit observantiam R. C.

AD DECIS. XXXIX.

Num. 9.

Julius Capon. *tom.* 1. *discept.* 8. *num.* 3. Carol. Anton. 78
de Rosa *in prax. crim. cap.* 1. *num.* 48. qui considerat differentiam inter animum deliberatum, & præmeditatum,& inter animum simpliciter deliberatum , in illis verbis .

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Animus utique in criminibus inſpiciendus eſt ; an deliberatus, & præmeditatus fuerit, an verò ſimplex deliberatus, præmeditatus animus conſideratur, quando aliquis tempore interiecto cogitavit de crimine, & cum deliberaverit illud committere, committendi occaſiones procuravit, & inſidias. Simplex deliberatus, quando de crimine temporis intervallo non cogitavit, verum in committendo ſuum deliberando firmavit animum. Hæc diſtinctio colligitur à Caſon. in præmiſſis cap. 1. num. 7. Gabriel tract. 3. de Sicar. & venef. Bertaz. conſil. 85. num. 8. lib. 5. Vermig. conſ. crim. 28. & 69. Menoc. de arbit. caſ. 351. num. 5. & 15. Concil. Paſchal. de pat. pot. par. 3. cap. 6. num. 17. Jul. Clar. in §. homicidium, & Farinac. quæſt. 125. qui ponunt exempla in homicidio cum appenſamento, ut vulgo dicunt commiſſo, & in eo in rixa patrato, in qua occidendi animus ſuperveniat, & infra ibi : *Animus autem ſimplex deliberatus, qui in rixa ſupervenit, ut homicida pœna mortis plectatur in conſideratione non eſt, ut affirmant DD. innumeri relati à Farin. d. quæſt. 115. num. 48. & à Conſil. Paſch. par. 3. cap. 6. num. 13. & 14.*

Num. 12.

79 Ex aſſiſtentia in homicidio, niſi probetur tractatus, non punitur aſſiſtens etiam cum armis pœna ordinaria delicti, Capon. *tom. 4. diſcep. 238. num.* 16.

Num. 25.

80 *Verſ. Sin autem in fin.* ubi dicitur, quod ſi præcederet rixa ex improviſo ſuborta, occiſor proditorius, & alii homicidio aſſiſtentes tantùm puniri poſſent extra ordinem : adde id verificari poſſe ſi à tergo quis irrueret in corrixantem fugientem, & ſic in non ſe præcaventem, vel ſi poſt rixam ex intervallo, intra ſpatium tamen vigintiquatuor horarum quis invaderet eum, cum quo rixam ante habuerat à tergo, & non ſe præcaventem, nam in utroque caſu, etſi homicida proditorius dici poſſet, cùm tamen reputetur homicidium rixoſum, calore iracundiæ commiſſum, homicida certus tantùm puniri poſſet pœna extraordinaria, ut probamus *deciſ. 42. num.* 15. Et aſſiſtentes homicidæ tunc pariter puniri poſſent pro qualitate culpæ, ex traditis in eadem *deciſ. 39. num. 25. eodem verſ. in princ.*

AD DECIS. XL.

Conjecturæ, ex quibus excluditur animus deliberatus in homicidio, Capon *tom. 4. diſcep. 259.* 81

AD DECIS. XLVI.

Num. 1. *verſ. Adeo.*

An occidens amicum reconciliatum dicatur proditor, Jul. Capon *tom. 4. diſcep. forenſ. 254. toc.* 82

AD DECIS. XLVIII.

Num. 23.

Carol. Tapia pluribus allegatis *deciſion. Ital. 17. numer.* 12. 83

FINIS.

IN-

INDEX
RERUM, ET VERBORUM
Memorabilium, quæ hac Prima Parte Decisionum continentur.

A

ACCUSATIO.



Accusatio solùm debet continere, quod resultat ex informatione testium, absque alia criminis, aut qualitatis, aut circunstantiæ additione. decis.26. n.10

Accusare, & remittere sunt correlativa; & regulariter, qui accusare potest, remittere potest, ubi remissivè de Personis, quæ valent accusare. decision 30. num. 1.

Pars, quæ tanquam unus de populo admittitur ad accusandum, non potest impedire Principis gratiam. ibid. n.2

Permittitir uxori accusare, quando ei principaliter, vel in consequentiam injuria fit. ibid. num.17. de hac re in annotation num.73

In injuria facta nurui competit actio accusandi socero; & quando concurrunt pater, & socer, quis sit præferendus. decis. 30. n.18.

Si injuria est facta marito, mulier pro ea non accusat, nisi principaliter tangeret honorem uxoris, ubi exempla. ibidem numero 19

Apud criminalistas communiter traditur, quòd in crimine adulterii ex officio procedi non potest, sed tantùm per accusationem viri, & idem procedit in sponso. ibidem num.22

Limitatur primo, quia Judex Ellesiasticus, cum adulterium sit mixti fori, procedit de officio. decis.30. n.23.

Limitatur secundò in delicto adulterii notorio, ubi explicatur quando sit notorium. ibid.n 24.

Ea ratione poterit procedi de officio, quando mulier nupta est vulgaris, & ob præsumptam scientiam maritus tunc ut leno punitur. decis.30. n.25.

Limitatur tertiò, quando adfuit accusator, licèt postea ab accusatione desistat, quod declaratur. ibid. n.26.

Non est permissum uxori virum de adulterio accusare, ubi ratio assignatur. decis.30. n.27.

Competit jus accusandi, & per consequens remittendi, primò descendentibus usque in infinitum, secundò ascendentibus, etiam usque in infinitum, & collateralibus usque ad quem gradum? juxta gradus prærogativam, eo ordine quo defertur successio ab intestato. ibid. n.29.

Leges aliquem in accusando, & per consequens in remittendo præferentes, considerant majorem affectionem. decis 30. num.30.

Injure accusandi, & remittendi interdum receditur ab ordine succedendi ab intestato. ibid. num.31. & seqq.

Filius exhæredatus potest accusare, & remittere necem patris. decis.30 num. 25. & in annot. nu.73.

Refertur opinio existimantium, quòd si ex una parte concurrit hæres extraneus, & ex altera consanguineus, is extraneo præferri debet in accusando, & remittendo. ibid. num. 39. & contraria. n 40

Jus accusandi, & remittendi, etiamsi sit sanguinis, adquiritur titulo hæreditario. decis. 30. n 46.

Actio accusandi, & remittendi necem defuncti consideratur dupliciter, uno modo, quo competit hæredibus sanguinis, & tunc nihil habet hæreditarium; & alio modo, quo competit hæredibus, & dicitur jus illud hæreditarium. ibid. num.47.

An cum vidua concurrere debeat filius in accusando, & remittendo. decis.30 n.73 in annot. n.73

Quando agitur de remissione partis, intelligitur illius, quæ priores, & potiores partes in accusatione delicti habet; habita enim ab ea concordia, cæteris nullum jus manet. ibid. num.85.

Procurator sine speciali mandato non admittitur ad remittendum, prout non admittitur ad accusandum. decis.30. num.90

ACCUSATOR.

Accusator calumniosus non admittitur sine pœna contra Notarios Publicos Barcin. in delictis commissis in officio decision 5. numero 4. nec potest contra eos de officio procedi numero 6

Accusator, seu denuntiator contra Notarios Publicos Barcion. & eorum substitutos, & juratos non admittitur pro crimine falsi in officio commissi, nec pro aliis delictis officii; nisi se subiiciat pœnæ talionis cum cautione idonea, quam prius præstare tenetur; quòd si in accusatione non plenè probando intentionem succubuerit, pœnam, quam accusator infligi procurabat ipse accusator incurrat: ac etiam emendam damni, sumptuum, & interesse, & ultra pro injuria irrogata satisfactionem injuriato debitam resarcire tenetur, & exemplaria traduntur. ibidem numero 5.

Accusator calumniosus Notariorum Publicorum Barcin. in delictis officii adhuc hodie pœna talionis punitur. decision 5. num. 8.

Accusatores, seu denuntiatores Judicum R. C. non admittuntur in delictis officii; nisi se subiiciant pœnæ talionis cum cautoine idonea, quam priùs præstare tenentur, ut si in accusatione non plenè probando intentionem succubuerint, pœnam, quam accusato infligi procurabant, ipsi accusatores incurrant, ac etiam emendam damni, sumptuum, & interesse, & ultrà pro injuria irrogata satisfactonem resarcire teneantur. ibidem num 9.

Accusator non admittitur contra scriptores Principis, & eorum substitutos, vel juratos pro delictis in officio commissis, nisi se subiiciat pœnæ talionis cum idonea cautione, & ad satisfaciendum interesse, damna, & injuriam; nec potest contra eos de officio procedi. decis. 5. num.17. & num.33.

ADMINICULUM.

Adminicula, quæ resultant ex probationibus imperfectis, simul collecta juvant. decis. 45. n.37.

Coram superioribus, qui habent Brachium Regium, adminicula tanquam commiscibilia junguntur ad componendum totum. decis. 49. num. 21.

ADMINISTRATOR PLATEARUM.

Sufficit, quòd præcedant levia indicia, ut administrator platearum possit perquirere certas res prohibitas, decis.26. num. 18

ADULTERIUM.

In adulterio voluntariè per uxorem commisso sufficit sola remissio mariti. decis.30. n.20. & in annot. n.73.

Hodie est in facultate mariti, quòd adulterium puniatur nec ne. ibid. n 21

Apud Criminalistas communiter traditur, quòd in crimine adulterii ex officio procedi non potest, sed tantum ad accusationem viri, ubi remissive de gravitate delicti adulterii, & idem procedit in sponso. decis.30 num.22.

Limitatur primò, quia Judex Ecclesiasticus, cum adulterium sit mixti fori, procedit de officio. decis. 30. num.23.

Limitatur secundò in delicto adulterii notorio, ubi explicatur quando sit notorium. ibid. n.24.

Ea ratione poterit procedi de officio, quando mulier nupta est vulgaris, & ob præsumptam scientiam maritus ut leno tunc punitur. ibid. n.25

Limitatur tertiò, quando adfuit accusator, licet postea ab accusatione, desistat, quod declaratur. ibid. n.26

Non est permissum uxori virum de adulterio accusare, ubi ratio assignatur. decis 40. n.354

Quoties per vim mulier est adulterata, & viro, & ipsi competit actio ad accusandum; & requiritur etiam remissio uxoris, prout

prout etiam requiritur in crimine raptus. ibid. n.28. & in annot. num 73.
Maritus, vel parens liberatur à pœna ordinaria occidendo uxorem, vel filiam adulteram, quando incontinenti nulla mora peracta, uno fere impetu, & ictu occidit. decis. 42. num.11
Jura loquentia ad excusationem mariti, requirunt, quod occisus deprehensus sit in adulterio. ibid. n.12.
Maritus adhuc eo casu à pœna non evadit, sed punitur Judicis arbitrio: secus est in patre, cui licet impune filiam in adulterio deprehensam occidere. ibid.n.13.
Adulterium est judicium viricidii: nam nullam adulteram non eandem esse veneficam probatur. dec.45. n.16.
Adulter præsumitur occidere virum, uxore adultera consentiente. decis.45. n.13
Uxor, quæ procuravit necem viri per adulterum, & iste à marito occiditur, punitur pœna ultimi supplicii; & idem procedit in muliere consulente. decis.47.n.32.
Adulterium probatur indiciis, & circunstantiis. decis. 50. num.4
Nimia, & assidua confabulatio, & collocutio cum amatore est indicium adulterii. dec.50. n.5.
Accessus viri in domum mulieris, ubi diversis noctibus pernoctat, facit indicium adulterii. ibid. num.6
Ex conviviis amasii cum inquisita deducitur conjectura adulterii. ibid. n.7.
Ex transmissione munerum amasii, infertur adulterium. ibid. num.8
Mutuus amplexus est conjectura adulterii. ibid n.9.
Geminatus tactus manuum est alia conjectura adulterii. ibidem n.10.
Introductio in cubiculum, ubi solus cum sola manent per commodum temporis spatium, præsumere facit adulterium. ibid. n.11. (& antea decis.41. n.16.) & declara n.18.
Ex oculis surgens insurgit præsumptio adulterii. decision 50. num. 12
Ex voce communi infertur adulterium. ibid. num.13.
Frequentatio domus lenæ, cum aliis ibi recitatis, inducit adulterium. ibid. n.14.
Ex mendacio inquisitæ conjecturatur adulterium. ibidem num.15.
Per testes singulares, qui deponunt ad eundem rei finem, perfecte probatur adulterium. decis. 50. n.16.
Ex adulterio Reæ cum interfectore præsumitur neces viri exequuta de consensu adulteræ, decis. 50. n.18.
Lacrymæ in frangentia facti adulteram non exculpant, quia ex lethali culpa lacrymæ interdum procedunt. decis. 50. num. 21.

ADVOCATUS FISCALIS.

Compositiones delictorum in Principatu per Officiales Ordinarios, veluti Vicarios, & Bajulos heri non possunt, nisi vocatis Assessoribus, Advocato, & Procuratore Fiscalibus, aliter factæ non valent. decis 32.n.12.
Doctores Regii Concilii, Fisci Advocatus; & Procuratores non possunt avarias recipere: quæ directè sunt tradendæ receptori avariarum Generalitatis, nec eas potest accipere Thesaurarius, & de avariis Judicium inferiorum remissive. ibid. n.28.
Vide in verbo Fiscus.

ÆDILIS.

Sufficit Ædili, quod præcedant levia indicia ad perquirendum certam rem, qui scrutatur cum indiciis domus etiam Clericorum ad apprehensionem mensurarum falsarum. decis. 26. num.18.

ALTERCATUM.

Altercato pendente in causa supplicationis ab evocata causa, vel regalia, non currit tempus ad declarandum, nec ad probandum. decis.6. n.9.10.
Idem procedit in causis contentionum jurisdictionis in annot. num.14.

AMICITIA.

Amicus admittitur in testem inter pariter amicos. decision 18. num.15.
Affectus amicitiæ facit cessare offendendi suspicionem, & amicus interficiens amicum, præsumitur potius casu, quàm dolo illum interfecisse; quia ex amicitia tollitur præsumptio doli, etiam in his quæ sunt de genere malorum, amicus occidens amicum data opera præsumitur animum occidendi non habuisse, nisi vulnus illatum fuisset in loco corporis periculoso. decision 18. nnmero 20.

AMOR.

Amoris carnalis multa referuntur mala. decision 45. numero 18.

ANATOMIA.

Ad anatomiam faciendam, cadaver condemnati antequam sepeliatur, Medicis, & Chirurgis traditur, & debent Medici officia solemnia pro anima anatomizati decantari facere, & illius ossa cum debitis funeribus sepulturæ tradere, & assistentes anotomiæ debent eleemosinas elargiri pro missis celebrandis pro salute illius damnati. decicion 9. numero 74.

ANIMUS DELIBERATUS.

Animus deliberatus occidendi signis exterioribus, & præsumptionibus probatur dec.38. n.1.
Est conjectura animi deliberati inimicitia capitalis inter aggressorem, & occisum. ibid.n.2.
Alia conjectura desumitur ex qualitate armorum. ibidem numero 3.
Ex convocatione amicorum, & quando plures coadunati, sine causa apparente in unum invadunt, alia conjectura animi deliberati infertur. decis.38. n.4.
Etiam ex coadunatione, & associatione subsequuta incontinenti post homicidium, infertur animus deliberatus. ibid. num.5.
Et ex mala qualitate insultantis, decis.38. n.6.
Ex jactu à tergo in personam occisi. ibid. n.7
Ex percussione in parte periculosa. decis.38.n.8.
Ex multitudine, & pluralitate vulnerum, ibid. n.9
Ex fuga insultantis post delictum sequuta, decision 38. numero 10.
Ex quo fuit delictum commissum in Ecclesia. ibidem numero 11.
Ex præcedenti consilio, & tractatu. ibid.n.12.
Ex minis præcedentibus. ibid. n.13.
Præsumitur animus deliberatus ex vociferatione *ora ora sra fadrins.* ibid. n.28.
Si constat de homicidio, sufficit quòd animus deliberatus probetur præsumptive. ibid. n.29
Conjecturæ aliæ pro excludendo animo deliberato occidendi recitantur. decision 38. numero 30. & in annotatione numero 81
Conjecturæ fortiores sunt inspiciendæ. decision 38. numero 31
Quando homicidium est commissum animo deliberato, & ex proposito, omnes, qui in homicidio intervenerunt, tenentur pœna ordinaria homicidii, sive defunctus ex unico tantum vulnere, sive ex pluribus decesserit, & sive unum tantum vulnus esset lethale; cætera vero non lethalia; & sive appareat non omnes vulnerasse, sive sit dubium quinam vulneraverint vel ne. decis.29. numero 1. & decision 40. numero 1
Non ex quo scitur lethaliter vulnerans, cujus ictu percussus interficitur in rixa, plectendus venit pœna homicidii ordinaria; quia summopere contemplandus est animus percutientis, an occidendi animum habuerit. decis.39. num.5. habeat locum pœna legis Cornel. *de sicariis*, requiritur, quod homicidium committatur ex proposito, destinata voluntate, & quidem dolo malo. decis.39.n.8
Hæc est differentia inter legem Cornel. *de sicariis*, & legem *Aquiliam*; nam illa tantùm animum considerat, hæc potiùs attendit ad factum, quàm ad animum. ibid. n.9
Animus deliberatus occidendi non præsumtiur, imo in dubio præsumitur quòd casu, & non appensatè quis in rixa intervenit; ideo Fiscus, vel actor, qui dicit homicidium commissum animo deliberato fuisse, id probare tenetur, quia ista qualitas animi deliberati est facti, separata ab homicidio. ibid. num.11
Si constat de animo deliberato illius, qui homicidium commisit respectu, assistentium potuit esse de improviso, commissum, & hi tunc absolvendi sunt, ubi exempla proponuntur decis.39.n.12
Potuit evenire, quòd idem homicidium respectu unius sit commissum animo deliberato, & respectu alterius dicatur commissum ex improviso, ubi exempla. ibid. n.13
Homicidium commissum sine animi præmeditatione, & animi deliberatione dicitur simplex, & punitur tantùm pœna extraordinaria. ibid. num.14. & in annot. n.78.
Rixa potius simplex, quàm prævio tractatu, & animi deliberatione, sequuta censetur; ideo homicidium commissum in rixa punitur tantùm pœna extraordinaria, ubi decisiones Senatus recitantur. ibid. n.15
Quando cessante provocatione aliqua, & sine causa præcedente homicidium voluntariè committitur, cum tunc dolus adsit, homicidium appensate, & animo deliberato præsumitur perpetratum, & punitur occidens pœna homicidii ordinaria. ibid. n.16.
Eisdem conjecturis probatur tractatus, quibus animus deliberatus, & præmeditatus. ibid. n.35.
Auxilium præstans delicto punitur eadem pœna, qua punitur ipse principalis delinquens, si scienter, dolose, animo deliberato, appensate, ac præcedente tractatu hoc fecerit;

UAB Biblioteca de Ciències Socials

fecerit; sive delicto causam proximam dederit, sive remotam, ubi citantur Doctores, qui hoc assertum probant. decis. 40. n. 4 cum seq.

Quando auxilium est præstitum in ipso delicto, auxilians tenetur eadem pœna, qua delinquens principalis tenetur, quando est præstitum dolosè, scienter; animo deliberato, & præcedente tractatu. ib. num. 23

Auxiliator tenetur ut principalis, si auxilium, ex proposito, vel deliberate præstitum in ipso delicto, sit cooperativum. ibid. num. 24

De assistente cum armis in homicidio, & de opem, & auxilium præstante, præcedente tractatu, & animi deliberatione, quamvis non fuerit occisor, traditur judicatum. decis. 40. num. 25

Quamvis auxilium non sit cooperativum, si auxiliator fuerit in tractatu ab initio, & deinde in actu delinquendi, appensate, & animo deliberato auxilium dederit, animosiorem saltem delinquentem reddendo, tenetur auxiliator eadem pœna, ac principalis delinquens. ib. num 26

Citra tractatum, & animi deliberationem ex assistentia in homicidio, etsi audacior reddatur delinquens; auxiliator, vel assistens tantùm punitur pœna extraordinaria, ubi exempla recitantur, ibidem num. 28. & quid in assistente cum armis, in annot. n. 79

Quando debeat constare de qualitate animi deliberati, ut ex indiciis possit in homicidio sequi pœna ordinaria. decis. 44. num. 16

ANNUS.

Annus quomodo apud diversas nationes indicabatur. decis. 7. num. 13

In odiosis annus inceptus non habetur pro completo. decis. 16. num. 28

APPELLATIO.

Quando debitor condemnatus petit dilationem ad solvendum, an appellationi renuntiare censeatur, & quid quando adest protestatio. decis. 23. num. 58

In casibus prohibitis appellare à sententia criminali, non est prohibitum ad superiorem recurrere. decis. 25. num. 1

Pendente causa appellationis potest adhuc de delicto inquiri, declara. decis. 48. n. 4. & seq.

ARBORES.

Dominus Rex, & ejus Officiales non possunt per compositionem remittere devastatoribus vinearum, & arborum. decis. 31. num. 25. & 26

ARGENTIFABER.

Disponitur in Regiis præconizationibus, quod argentifabri, & alii teneantur domi habere librum, ubi scribant res, quas emerint, diem, personam, & pretium, & in publicum eas res emptas exponere per spatium sex dierum in portica inscripta rotulo *portica rerum emptarum*. decis. 41. num. 78

ARGUMENTUM.

Argumentum ex identitate, aut majoritate rationis non procedit in privilegiis. decis. 5. num. 40

ARMA.

Arma brevioris mensuræ vulgò *pistolas*, quamvis onerata, vel armata non sint, juxta Regias præconizationes prohibetur quemque deferre, portare, gestare, retinere, vel domi habere, sub pœnis in eis contentis, quas incurrit ex sola delatione, & sic sufficit, quod legitimis probationibus quis convincatur arma prohibita gestasse, portasse, vel domi habuisse. decis. 7. num. 63. & 68. vers. *Tertia conclusio*.

Contra apprehensum armis prohibitis brevioris mensuræ corpus delicti est probandum per oculorum inspectionem, ac designationem. ibid. num. 64

Armorum prohibitorum parvitatem mensuræ testes probant, si deponant de ea per sensum visus, absque eo quòd teneantur assignare rationem, sciunt quia mensurarunt. ib. num. 65

Armorum prohibitionis bannum debet in processu portus illorum exhiberi, ut constet de corpore delicti. ib. n. 71

Arma trium palmorum deferens intra muros, seu ambitus Civitatum, Villarum, & Locorum, juxta Regias præconizationes non incidit in pœnas statutas in eisdem, nisi probetur, quod fuerint armata, & apta ad nocendum. ib. nu. 68. vers. *Tertia conclusio*.

Armorum delatio est delictum leve, quod limitatur nisi arma essent insidiosa, & proditoria. decis. 29. nu. 17. 19. & 20

Pro armorum delatione puniri non debet qui ea defert, videntibus, & tollerantibus superioribus; debet tamen tolerantia probari, quia in dubio ea non præsumitur, & tolerantia extra Civitatem Barcinonæ licentiam non inducit. ibid num. 18. & n. 22

Etsi à portu instrumentorum manualium id est *pedrenyals*, non possent delinquentes remitti, ex const. tertia tit. *de prohibitio de armat.* attverò cum dicta constitutio esset temporalis usque ad conclusionem primarum Curiarum, in sequentibus Curiis anni 1599. non fuit prorogata, & manst abolita decis. 38. n. 39

Conjectura desumitur animi deliberati ex qualitate armorum. decis. 38. n. 3

Mutuans pecuniam, ut emantur arma pro maleficio committendo, tenebitur pœna delicti principalis, si scienter id fecerit. decis. 40. num. 18

Qui commodavit arma ad delinquendum dolosè, & scienter, punitur sicut principalis. decis. 40 nu. 20

De assistente cum armis in homicidio, & de opem & auxilium præstante præcedente tractatu, quamvis non fuerit occisor, traditur judicatum. decis. 40. num. 25. & in annot. num 79. ubi de assistente cum armis citra tractatum.

Assistens sine armis delicto non præsumitur assistere dolosè, & malo animo. decis. 40. n. 27

ARRESTUM.

Iniustè arrestatus, vel detentus, si discedat à loco arresti, seu detentionis, ad pœnam promissam non tenetur necipse, nec fideiussor. decis. 12. num. 27 & decis. 24 nu. 12

Arrestatus in domo, vel alio loco, carceratus reputatur. decis. 12. num. 50

Sive detineatur sub custodia, sive sine custodia. decis. 12. num. 51

Detentus in certo loco sub fidejussione, captus etiam dicitur: ubi circà hunc articulum variæ citantur Doctorum opiniones. decis. 12. nu. 52. usque ad nu. 59

Quas habere debeat considerationes Judex in decernendo arrestum, tam circa personas, quàm circa delictum, ubi de delictis patratis à nobilibus. decis. 12. nu. 61. & 62

Arrestum ore tenus factum nisi in scriptis fuerit redactum, exequi non potest, nec ex ejus contraventione exigi pœna. decis. 12. num. 63

Arrestatus cum fidejussione in domo vel certo loco, si ex illo exierit & statim ad eum redierit, pœnali stipulationi contravenisse non dicitur. ibid num. 64

Qui promisit à domo non discedere, si extra domum à Justitiæ ministris fuerit captus, aliqua pœna venit puniendus. ibid. num. 66

Quando mora in arresto possit purgari. ibid. nu. 67

Arrestatus in domo, si postea repertus fuerit in scamno contiguo tabulæ affixæ domui, non dicitur fregisse arrestum in annot. num. 77

ARTICULUS.

Articuli tantùm sunt admittendi, qui sunt de meritis causæ in supplicatione ab evocata causa, seu regalia. decis. 6. num. 18

ASSASSINIUM.

Dominus Rex, & ejus Officiales non possunt per compositionem remittere assassinis. decis. 31. nu. 25. & 26

Assassinium propter criminis detestabilitatem probatur præsumptionibus, conjecturis, & probabilibus argumentis. decis. 44. num. 2

Non solùm ad pœnam extraordinariam, sed etiam ordinariam condemnatur. ibidem nu. 3

Requiri indicia indubitata ad pœnam ordinariam recitatur. decis. 44. num 4

Qualitas assassinii novam, & atrociorem constituit delicti speciem. ibid. num. 6

In crimine assassinii testes de auditu cum adminiculis faciunt indicium ad torturam. ibid num. 8

Essentia criminis assassinii consistit in eo, quòd adsit mandans homicidium, qui conductor à jure dicitur, & mandatarius, qui & locator est, cum expressa conventione de pretio, vel præmio, sive id sit in pecunia, sive in alia re pretio æstimabili. ibid. num. 9

Licèt adsit incertitudo pretii, vel præmii, cum verificetur certitudo promissionis, assassinium committi dicitur. decis. 44. num. 10

In assassinio requiritur animus deliberatus, imò plus esse per assassinium occidere, quàm ex proposito, & animo deliberato, nec proditionem esse necessariam ad assassinium, traditur. ibidem num. 11

Pœnæ mandantis, & mandatarii in assassinio, homicidæ proditorii, homicidæ ex proposito, vel per insidias assignantur. ibid. num. 12

Qualitas assassinii est separata ab homicidio. ibidem numer. 13

Apud nos sufficere semiplenam probationem ad qualitatem assassinii probandam declaratur. ibid. num. 15

Quam probationem requirat assassinium, ut in sententia criminali possit formari delatum de assassinio. decis. 44. numer. 17

Licèt assassinus morte non secuta non puniatur pœna mortis,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tis, et si deventum fuerit ad actum proximum insultus, aut vulnerum; attamen si assassinus diffamatus sit similium, tunc etiam effectu non sequuto punitur pœna mortis. decis. 44. num. 56

Et effectu sequuto pœna mortis punitur. decis. 47. num. 44. & 45

Assassinus punitur pœna extraordinaria ob defectum probationis, & non supplicat. decis. 46. num. 18

ASSESSOR.

Compositiones delictorum in Principatu per Officiales Ordinarios, veluti *Vicarios*, & *Bajulos fieri non possunt*, nisi vocatis Assessoribus, Advocato, & Procuratore Fiscalibus, aliter factæ *non valent*. decis. 33. n. 12

Nec Gerens vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ potest facere remissiones sine consilio Assessoris. ibidem num. 13

ASSECURATIO.

Assecuratio de tenendo tabulam importat de jure communi cautionem de stando syndicatui finito officio. decis. 4. num. 8

Assecurare judicium non tenetur Regius Officialis, vel Baro supplicans ab evocata causa, vel regalia. decis. 6. num. 3

Assecurare *judicium non tenetur pars regaliata capta*, supplicans ab evocata causa, seu regalia. ib. n. 4

ASSISTENS DELICTO.

Si constat de animo deliberato illius, qui homicidium commisit, respectu assistentium potuit esse de improviso commissum, & hi tunc absolvendi sunt, ubi exempla proponuntur. decis. 39. n. 12

Assistens sine armis delicto, non præsumitur assistere dolosè, & malo animo. ib. num. 27

Citra tractatum ex assistentia in homicidio, etsi audacior reddatur delinquens; auxiliator, vel assistens tantum punitur pœna extraordinaria, ubi exempla recitantur. ib. nu. 28. & in annot. num. 79. ubi idem dicitur de assistente cum armis citra tractatum.

Ex assistentia viri aliàs boni, ducti incautè ad locum in quo ab inimicis aliquis spectatur, nulla pœna incurritur. decis. 49. num. 13

Secus si dolo malo interveniente id actum fuerit; nam puniri potest in simplici delicto pœna extraordinaria. ibidem num. 14.

ASSISTENTIA REGIA.

Assistentia conceditur certo possessori etiamsi lis pendeat super eadem re in Reg. Aud. si adest timor armorum, & scandali. decis. 1. n. 33

Assistentia conceditur interdum expensis communibus partium. ibid. n. 35

ASSOCIATIO.

Ex convocatione amicorum, & quando plures coadunati, sine causa apparente in unum invadunt, conjectura animi deliberati infertur. decis. 38. n. 4

Associatio post delictum est indicium præcedentis tractatus. decis. 50. num. 19

AVARIÆ.

De quantitatibus exequutis pro injuriis, & damnis liquidatis in vim laudamenti Curiæ, debentur avariæ. decis. 33. num. 23

De quantitate exacta, occasione exequutionis manuleutæ, debentur avariæ. ib. nu. 24

De pecunia contrafactionis pacti. vel de pecunia ex commutatione pœnæ, sive pendeat causa supplicationis sive non debentur avariæ. ib. n. 25

AVUS.

Mater præfertur avo paterno, & avus maternus præfertur patruo in remittendo. decis. 30. n. 81

AUXILIUM.

Quando homicidium est ex proposito, & deliberatè commissum, omnes, qui homicidio interveuerunt, tenentur pœna ordinaria homicidii; quia negari non potest, quòd etiam illi, qui non occiderunt, præstiterunt auxilium occidentibus, & in eo casu præstans auxilium tenetur pœna mortis. decis. 40. nu. 1

Auxilium præstari potest ante delictum, in ipso delicto, & post delictum. ib. nu. 2

Auxiliator ante delictum punitur eadem pœna, qua principalis delinquens, quando auxiliando delicto causam proximam dederit, vel causam per actum proximum, & immediatum delicto dederit; secus si per remotum. ibidem num. 3

Auxilium præstans delicto punitur eadem pœna, qua punitur ipse principalis delinquens, si scienter, dolosè, & appensate, ac præcedente tractatu hoc fecerit, sive delicto causam proximam dederit, sive remotam, & sive per actum proximum, sive remotum, ubi citantur Doctores, qui hoc assertum probant. decis. 40. numer. 4. usque ad numer. 7

Quando dicatur auxilium *proximum*, vel remotum ipsi delicto, demonstratur. ibid. num. 9 & 10

Exempla auxilii proximi. decis. 40. num. 11. usque ad numer. 13

Quando quis pro furto committendo commodaverit *ferramenta* ad infringendum, scalam ad ascendendum, tenetur actione furti, sciens cujus rei gratia commodaverit. ibidem numer. 11

Mutuans pecuniam, ut emantur arma pro maleficio committendo, tenebitur pœna delicti principalis, si scienter fecerit. ib. num. 18

Portans litteras, vel ambassiatas alteri de homicidio committendo tenetur pœna homicidii, non secus acsi illud commisisset, si scienter litteras receperit, & eas portaverit. decis. 40. numer. 19

Qui *commodavit arma, equum, familiam*, vel homines ad delinquendum dolosè, & scienter, punitur sicut principalis. ib. num. 20

Quando auxilium est præstitum in ipso delicto, auxilians tenetur eadem pœna, qua delinquens principalis tenetur, quando est præstitum dolosè, scienter, & præcedente tractatu. ibidem num. 23

Auxiliator tenetur ut principalis, si auxilium ex proposito præstitum in ipso delicto sit cooperativum. ib. n. 24

De assistente cum armis in homicidio, & de opem, & auxilium præstante præcedente tractatu, quamvis non fuerit occisor, traditur *judicatum*. decis. 40. *num.* 25

Quamvis auxilium non sit cooperativum, si auxiliator fuerit in tractatu ab initio, & inde in actu delinquendi, appensatè auxilium dederit, animosiorem saltem delinquentem reddendo, tenetur auxiliator eadem pœna, ac principalis delinquens. ibid. num. 26

Assistens sine armis delicto, non præsumitur assistere dolosè, & malo animo. decis 40. num. 27

Citra tractatum ex assistentia in homicidio, etsi audacior reddatur delinquens; auxiliator, vel assistens tantùm punitur pœna extraordinaria, ubi exempla recitantur. ibid. num. 28. & in annotat. num. 12. ubi idem *dicitur* de assistente cum armis citra tractatum

Post delictum punitur auxiliator, *pœna extraordinaria*. ibidem num. 29

Auxiliator post delictum, qui delinquenti opem præstat, tenetur pœna principalis, si præcessit promissio, quod explicatur. decis. 40. num. 30

Auxiliator post delictum, quando præcedentis tractatus adsunt præsumptiones, potest torqueri propter auxilium, post delictum scienter præstitum super tractatu, & vincens in tortura exulari debet. ib. num. 32

Tunc non sufficiunt indicia generalia, sed requiritur, quod indicia respiciant ipsum auxilium, participationem, vel tractatum, & sint talia, ut verè, vel præsumptivè appareat faciant de corpore auxilii, seu participationis, seu tractatus. decis. 40. nu. 33

Auxiliator post delictum nulla præcedente delicti scientia, aut tractatu existente, extraordinariè punitur, quod declaratur. decis. 40. num. 34

Pro auxilio cooperativo tenetur auxilians eadem pœna, ac principalis in homicidio doloso, constito plenè de delicto, præcedente tractatu: decis. 47. num. 30

Quod non possit procedi contra auxiliantem, nisi constito plenè de interfectore, non admittitur in practica, & recitatur quæ in diversis Tribunalibus est amplexa, decis. 47 nu. 38. usque ad num. 42

Et certiùs ea procedit in delictis, in quibus auxilium punitur de per se, sive agatur de pœna ordinaria, sive extraordinaria. decis. 47. num. 43

Præstans opem, & auxilium in parricidio pœna mortis punitur, ubi traditur judicatum in diversis Senatibus in casibus, qui ibidem recitantur. decis. 49. num. 1. usque ad nu. 4

Eadem pœna mortis tenetur, qui præstat auxilium filio patrem occidenti, quamvis auxilium fuerit remotum: si tamen auxiliator sciat locum esse filium aggressi. ibid nu. 5

Pœna ultimi supplicii plectitur, qui post parricidium filio opem, & auxilium præstat scienter. ibidem num. 6. & nu. 15

Non tantum uxor, quæ opem, & auxilium præstat in nece viri, sed etiam quæ simpliciter consentit, tenetur pœna ultimi supplicii, quia utraque particeps delicti judicatur. decis. 50. num. 26

B

BARCINO CIVITAS.

Barcinonæ Civitatis mensa numeraria est sub protectione Regia. decis. 2. num. 32

Barcinonæ Universitati litterariæ sunt communicata privilegia Universitatis litterariæ Illerdæ. decis. 2. num. 15. & 16. ubi de privilegiis Universitatis Illerdæ.

Barcinonæ Civitatis Vicarius Regius exercet in Vicaria stricta juris-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

jurisdictionem ordinariam, in ea habet Sacramentales, qui ab ipsis Universitatibus eliguntur, & à quibus obtineant privilegium, traditur. decis 4 num.1.
Negata qualitate, quòd sit causa debitoris Civitatis, potest evocari causa ad R. A. non obstante privilegio, quod habet Clavarius cognoscendi de causis debitorum Civitatis privativè ad R. A. decis.26. num 8.
Clavarius Civitatis Barcinonæ non potest procedere per inquisitiones generales, & cum eis apprehensiones, vel sequestra facere mercium in domibus mercatorum. ibid. num.19.

BARCINONÆ BAJULUS.

Barcinonæ Bajulus potest facere remissiones de criminibus majoribus, & homicidiis, ex privilegio particulari. decis.32. num.43.
Intellige concordata parte; quia in privilegio iste est casus omissus. decis.32. num 48.

BARCINONÆ VICARIUS.

Barcinonæ Vicarius potest facere remissiones de criminibus majoribus, & homicidiis, ex privilegio particulari. decis.32. num.47.
Intellige concordata parte, quia in privilegio iste est casus omissus. decis.32. num.48.

BARCINONENSES.

Barcinonenses habent jus Italicum, ubi diversa encomia Cathalanorum. decis.27. num 26.

BACULUS.

Baculus, vel virga est signum Officialium Regiorum, quod deferre tenentur, ut ab aliis discernantur; & eis resisti non possit ideoque satellites tenentur clamare, vocem Regis appellitantes. decis.4. num.5.

BAJULUS.

Bajuli eligunt Subbajulos, & non Dominus Rex, & tenetur Bajulus de culpis Subbajuli in subsidium, cum eorum mala electio sit in ejus culpa. decis 4. num.18. & 19 20. & 48. cum sequentibus.

BANNIMENTUM.

Tempus carceris post sententiam computatur in tempus exilii. decis.23. num.43. usque ad num. 48. & declara num.51. & vide infra.
Relegato, exulato, bannito, seu confinato, qui frangit fines exilii, bannimenti, relegationis, seu confinium; cui non duplicatur tempus relegationis, confinium bannimenti, seu exilii in quo fuit condemnatus; sed tantùm ejus quod superest, in ipsa duplicatione indulgetur tempus, quo iple stetit in carcere post sententiam, ut illud computetur in tempus exilii, non autem tempus illud, quo in carcere manit ante sententiam. ibid num.49. & in annot. num.64. cum seqq. ubi an illud procedat, quando bannito est adjecta pœna triremium in casu contrafactionis.
Carceratio ante sententiam contrafactionis exilii, an extinguat tempus duplicationis, declaratur. ibid. num.50.
Bannito, vel condemnato à superiore, inferior non potest concedere salvum conductum, etiam ex causa, declaratur. decis.28. num.12.
Receptator non est, quando quis transeuntem recipit exulem. decis 36. num.21.
Indulgetur exulato petenti tempus aliquod ad colligendum sarcinolas, & illud quale sit, latè expenditur. dec.36. num 27.
Bannitus à Curia, etsi steterit in Ecclesia suæ patriæ, qua fuit exulatus, an dicatur exilium frangere. decis.36. num.24. & seqq.
Bannitus an possit capi à Judice banniente extra suum territorium, vide in verbo captura.

BANNUM.

Bannum prohibitionis debet in processu criminali portus armorum exhiberi, ut constet de corpore delicti. decis.2. num.fin.
Portans blada, prohibita extrahi, si reperiatur in via, quæ tendit ad exteras partes, quàm ad alium locum territorii, non dicitur fraudasse, nisi probetur quòd volebat fraudare, vel repertus fuerit in confinibus. decis.26. num.5.

BAPTISMA.

An Parochus teneatur ostendere Judici Sæculari librum baptismatis pro probanda ætate inquisiti, in annot. num.48.

BARBA.

Sine spe veniæ debent puniri deferentes falsam barbam, & fabricatores barbarum fictarum. decis.31. num.51.

BARO.

Baronis jurisdictio cessat, si Princeps, vel ejus Locumtenens Generalis reperitur in loco Baronali, & cognoscit Princeps de delictis, quæ ibi committuntur. decis.1. num 21.
Baro potest recurrere ad R. A. & coram ea firmare, jure & evocari facere causam ante executionem soni emissi factam per Vicarium. ibid. num.43.
Baro, vel captus recurrere potest ad Regium Criminale Concilium pendente contentione inter duos Barones, vel inter Baronem, & Officialem Regium, & interim pendente recursu captus relaxatur cum fidejussoribus. ibid. num.44.
Baro, vel Ordinarius supplicans ab evocata causa, vel Regalia, non tenetur assecurare judicium. decis.6. num.3. & in annot num.12.
Non licet Baroni extrahere vassallos carceratos de una terra ad aliam, nisi in causa ardua, & quando dubitaretur de fractione carceris, vel urgeret aliqua causa necessaria. decis. 23. num 11.
Eximitur oppressus, si ratio id expostulet, à jurisdictione Baronis. decis.23. num.34.
Notabilis est oppressio, quando Baro cogit vassallum litigare in sua Curia in casu non suæ jurisdictionis; tunc namque ab ejus procedimentis admittitur recursus. ibid. num.35.
O primitur vassallus, vel subditus a Judice procedente in casu à jure sibi non concesso, ut si in facto Civili criminaliter Judex procedat. tunc enim ad Judicem Civilem remittuntur causa, & partes, & Reus relaxatur. ibid. num.37.
Opprimitur vassalus, quando senior in suo casu non dat Judicem, vel dat Judicem suspectum, vel imperitum, vel sibi Domino familiarem. decis.23. num.38.
Opprimitur vassalus, quando à Domino ducitur per ambages, eum detinendo, & procrastinando, eumque laboribus, itineribus, & expensis gravando, vel si Judex datus moram faciat in jure reddendo, & ipsam causam differendo; & tunc potest Princips excitando jurisdictionem inferioris, ei mandare, ut intra certum tempus causam expediat, ubi decis. decis.23. num.42.
Opprimitur vassallus, carceribus mancipatus largo tempore. decis.23. num.44.
Apud nos per consuetudinem scriptam habent Barones facultatem remittendi. delicta decis.31. num.6.
Interposito recursu, & declarato recursui locum non esse, causa est restituenda Baroni, quin possit delinquens per compositionem remitti per Principem; & citantur DD. qui contrarium tenent: potest tamen fieri gratia per Principem condemnatis ab Ordinario Regio. decis 31. num.37.
Potest etiam vassallis Baronis à Principe fieri remissio, si concurrat publica utilitas. decis.31. num.38.
Inter Barones locum non habet remissio necessaria; quia in Cathalonia Barones dicuntur reguli, & unus alteri non tenetur obedire, voluntaria verò remissio, quæ sponte fit, & ex urbanitate procedit, non est inter Barones prohibita; & quando dicatur remissio voluntaria. decis.37. num.6.
De Barone ad Vicarium, vel Bajulum Regium tantùm locum habere potest remissio voluntaria. decis.37. num.7.
De Vicario, seu Bajulo Regio ad Baronem, nec voluntariæ, nec necessariæ remissioni locus est. decis.37. num 8.
Barones, & Ordinarii Regii, ex solis indiciis indubitatis etiam in delictis difficilis probationis non possunt pœna mortis ordinaria condemnare. decis.41. num.59.

C

CADAVER.

CAdaver an possit exhumari facere Judex Sæcularis sine licentia Superioris Ecclesiastici. decis.9. num.37. cum seqq. & de hac quæst. amplè in annot. num.31. & seqq.
Cadavera exhumandi licentiam concedere non potest Superior Ecclesiasticus, ut illorum recognitio fiat in Ecclesia; sed potest, ut fiat extra Ecclesiam, ipsius arbitrio. ibidem numer.40. & 41.
Cadavera exhumandi à loco sacro, vel immuni concedi valet licentia, ad recognitionem occisi, sine metu irregularitatis. ibid. num.42. & 43.
Quando Episcopus, vel ejus Vicarius Generalis recusant dare licentiam exhumandi cadavera, potest Judex Sæcularis illud exhumari facere ad visorium, vel recognitionem faciendam. in annot. num.34.
Cadaveris recognitionis actus non dicitur Judicialis. ibid.nu 46.
Circa cadaveris exhumationem, & visuram in Ecclesia faciendam traditur observantia, & Auctoris opinio, contrariisque rationibus respondetur. ibidem à num 50. usque ad 58. & in annot. num.31. cum seqq. ubi quam potestatem tunc tenetur facere Judex Ecclesiasticus.
Cadaver condemnati potest tradi, antequam sepeliatur, Medicis, & Chirurgis ad anatomiam faciendam, & debent Medici officia solemnia pro anima anatomizati decantari facere, & illius ossa cum debitis funeralibus sepulturæ tradere; & assistentes anatomiæ debent elemosinas elargiri pro missis celebrandis pro salute illius damnati. ibid. num.64.
Cadaveris exhumatio in Hospitali Generali hujus Civitatis Barcinonæ ex consuetudine immemoriali fit à Ministris Sæcularibus, non spectato assensu Superioris Ecclesiastici, & pariter ab eisdem exigitur denuntiatio vulnerati, quin spectetur beneplacitum Ecclesiasticum, nec administratorum illius domus; nam ex antiquitate præsumuntur omnia solemniter acta, & interveniisse beneplacitum Apostolicum. ibidem num.74.

INDEX

UAB Biblioteca de Ciències Socials

CALUMNIATOR.

Calumniatoris pœna, quæ erat talionis, jam ab Aula receſſit, & arbitrio Judicis ille coercetur. deciſ. 5. num. 7.
Calumnioſus accuſator Notariorum Publicorum Barcinonæ in delictis officii adhuc hodie pœna talionis punitur. ibidem num. 8.

CANCELLARIA.

Cancellaria Regia noſtra quæ ſit, recitatur. dec 5. num. 20.
Cancellariæ Regiæ Miniſtri nominantur, & de ipſis tractatur. ibid. num 21. & num 26.
Cancellariæ Regiæ Scriptores qui erant tempore Sereniſſimi Regis Petri 3. ibid. num. 25.

CAPTURA, ET EXCEPTIO malæ capturæ.

Ad capturam an poſſit deveniri, ſi non conſtet de corpore delicti, deciſ. 9. num. 2. & deciſ. 12. num. 26.
Ex captura Rei naſcitur prævention cognitionis cauſæ criminalis. deciſ. 9. num. 59.
Captura irrogat quandam infamiam facti, quæ apud bonos, & graves notam aliquam irruit; & ſic Judices, ne ex abrupto capturas provideant, præcipitur. deciſ. 12. num 11. & 12.
Judici eſt arbitrarium decernere capturam. ibid num. 14.
Debet Judex regulare arbitrium ſecundùm leges, & Doctorum conſiderationes. ibid. num 15.
Præcedere debent indicia, antequam Judex deveniat ad capturam. ibid. num. 16.
Quæ ſint indicia ſufficientia, relinquitur arbitrio Judicis. ibidem num. 17.
Pro captura providenda, quæ conſiderare debeat Judex. ibid. num. 18.
Ex ſola querela accuſantis an poſſit Judex ad capturam procedere, & an ex aſſertione vulnerati. deciſ. 12. num. 19. & 20.
De indiciis, vel informatione debet in proceſſu conſtare per depoſitiones, teſtium; nec ſufficit extrajudicialis informatio ad decernendam capturam, quod declaratur. deciſ. 12. num. 21. uſque ad num. 24.
Ex ſola informatione extrajudiciali poteſt captura provideri, quando poteſt deinde informatio redigi in ſcriptis, ibidem num. 25.
An captura nulla convalidetur per cautionem de ſe repræſentando. ibid. num. 28.
Judex ſupremæ auctoritatis an poſſit à captura incipere; & qui in hoc Principatu habeant mandatum de capiendo. deciſ. 12. num. 29. & 30.
Delinquens repertus in flagranti crimine poteſt abſque indiciis capi, & carceribus mancipari. ibid. num. 31. & in annot. num. 46.
Captura decreta nulliter, convalidatur ex novis indiciis ſupervenientibus. ibid. num. 32.
An infirmus poſſit carcerari. ibid. num 41.
Pro relaxando infirmo à carceribus recitantur quædam concluſiones Regii Concilii. ibid num 43. uſque ad num. 45.
Detentus in certo loco ſub fide juſſione, captus etiam dicitur, ubi circa hunc articulum variæ citantur Doctorum opiniones. deciſ. 12. num. 52. uſque ad 59.
Relaxatus ſub cautione de ſe repræſentando non eſt captus, ad differentiam arreſtati, ubi an contra arreſtatum poſſit procedi in cauſa criminali. deciſ. 12. num. 60 & in annot. n. 61.
Aſſeſſor, ſive Judex juriſdictionem habens, per ſe ipſum poteſt capere delinquentes. ibid. num. 70.
Commiſſiones generales an poſſint in Cathalonia dari ad capiendum dardanarios, & uſurarios. ibidem num. 71. uſque ad num. 73.
Commiſſiones non poſſunt dari inimico perſonæ capiendæ, nec partibus offenſis. ibid. num. 74.
Non poteſt fieri excarceratio abſque Judicis licentia. ibidem num. 75.
Relaxatio tamen proviſa cum concluſione in Reg. Concilio facta non poteſt impediri per Locumtenentem Generalem ſuæ Majeſtatis, aut per Portantem vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ. deciſ. 12. num. 77.
Dominus Rex, ejus Locumtenens Generalis, Vice-Cancellarius, & ſuo caſu Regens Regiam Cancellariam, Judex Regiæ Curiæ, & Gubernator Cathaloniæ, qui habent mandatum ad capiendum, de mandato etiam relaxare præcipiunt, & quomodo. ibid. num. 78.
Captus injuſtè an poſſit à capiente propria auctoritate relaxari. ibidem num. 79.
An Judex incompetens poſſit capere delinquentes, quid in crimine flagranti; & an Sæcularis Clericum. ibid. num. 80. uſque ad num. 82.
Officialis in flagranti capere poteſt delinquentem abſque mandato Judicis, & quando quis dicatur captus in flagranti. ibid. num. 83. & in annot. num. 46.
Poterit Officialis, qui verè Officialis non eſt, & qui de facto ſolùm juriſdictione utitur, & communiter ab omnibus pro Officiali juriſdictionali tenetur, ad capturas devenire. ibidem num. 85.
Perſona privata poteſt capere delinquentes in flagranti, & quomodo. ibidem num. 86. & antea num. 69.
Etiamſi perſona ſit offenſa, prout licet creditori capere debitorem fugientem. deciſ. 12. num. 87.
Privata perſona poteſt capere furem, cum re furata deprehenſum, ibid. num 88.
Privata perſona poteſt capere repertum cum armis prohibitis. ibid. num. 89.
Poteſt capere ſervum fugitivum. ibid. num. 90.
Dinumerantur caſus, in quibus privata perſona poteſt capere ſine Judicis auctoritate non ſolùm in flagranti, ſed etiam ex intervallo. ibid. num. 91.
Tam in delicto publico, quàm in privato privata perſona poteſt capere delinquentes in flagranti (ſecus ex intervallo) etiamſi intereſſe non habeat in captura, nec agat capiendo de perſonæ, aut bonorum defenſione. ibid. num. 92. uſque ad 95.
Perſona privata in caſibus à jure permiſſis capiendo delinquentes, eos ſuo Judici tradere debet infra viginti horas. deciſ. 12. num. 90.
Licèt capiens nec ratione originis, nec domicilii, nec delicti in captum juriſdictionem habeat; benè tamen illum capere poteſt ad effectum eum remittendi ad legitimum ſuperiorem, intellige. ibid. num. 98. & 103.
Etiam à privato capi poteſt committens crimen latrocinii. ibid. num. 99.
Non ſolùm in flagranti, & immediatè, & dum fugit; ſed etiam ex intervallo poſt commiſſum crimen. ibid. num. 100. cum deciſione Senatus.
Quando opponitur exceptio malæ capturæ, debent procedimenta intimari Procuratori Fiſcali, & parti privatæ reſpectivè, & ante omnia eſt jus dicendum ſu, er dicta exceptione intra triginta dies, à die quo fuit oppoſita, ne poteſt ad deffinitivam reſervari. ibid. num. 113.
Proviſio declarationis malæ capturæ, ſi ea repellatur, non intimatur parti, nec in ea ponitur *intimetur*, ſed ea intimatur cum reliquis procedimentis, quando publicantur, & notificantur inquiſito; & idem obſervatur, ut non intimetur, ſi declaretur proceſſu offenſæ jam publicato. ibid. num. 114.
Forma concluſionis, qua admittitur exceptio malæ capturæ. ibid. num. 115
Forma proviſionis, quæ ſcribitur in proceſſu, qua admittitur exceptio malæ capturæ. ibid. num. 116.
Forma declarationis quando repellitur exceptio malæ capturæ. ibid. num. 117.
Forma quando captus vicit in exceptione malæ capturæ, & debet deſguidari. ibid. num. 118.
Bannitus à territorio non poteſt capi extra territorium bannientis, etiamſi captus fuerit in alieno territorio ab executoribus, ſeu Officialibus Judicis loci delicti. deciſ. 113. num. 1.
Nullus Judex poteſt capere delinquentem in alieno territorio, & ſi capiatur, eſt dimittendus. ibid. num. 2.
Captura eſt actus juriſdictionalis, qui in alieno territorio exerceri non poteſt. ibid. num. 3. & deciſ. 12. num. 84.
Si quis exiſtens in ſuo, & delicti territorio, à familia, & exequutoribus illius territorii inſequutus, ad aliud confugerit territorium, ibidemque à familia inſequente capiatur, debet pariter relaxari, quod limitatur in eo, qui captus, & nunquam ab Officialibus dimiſſus ad alienum ſe confert territorium. ibid. num. 5.
Hæc ſine dubio procedunt in Cathalonia ubi juriſdictiones ſunt ſeparatæ per Vicarias, & Bajulias diſtinctas, & ad inſequendum in caſibus à jure permiſſis malefactores, habetur remedium ſoni emiſſi. ibid. num 6.
Regula *malè captus, ſed bene detentus* procedit, quando probationibus deficientibus, vel cum aliàs defectu ritus, ſeu ſolemnitatum fuit facta captura, quæ per confirmationem convalidari poteſt, non autem in caſu quo nullitas capturæ ex defectu juriſdictionis procedit, nam tunc reus omnino relaxandus eſt. ibid. num. 7.
Si per Reg. C. bannitus à Principatu, illum intraverit, moram in eo contrahendo, fueritque captus, exceptione malæ capturæ juvari non poteſt. ibid. num. 9.
Exceptionem malæ capturæ opponere non poſſunt ejecti à pace, & treuga, latrones, aſſaſſini, incendiarii, ſacrilegi, homicidæ acordati, & appenſati. ibid. num. 11.
Homicidæ animo deliberato exceptionem malæ capturæ opponere non poſſunt. ibid. num. 12.
Non poſſunt juvari exceptione malæ capturæ raptores, vagabundi, monetarum falſarii, ſive violatores, milites ſtipendiarii, qui furtim duces effugiunt, arborum, & vinearum depopulatores, venefici, & incantatores, hæretici, magiſtratus effugiens à loco ſuo, & demum Rei in crimine flagranti reperti. ibid. num 13.
Fures ſimplices apud nos non poſſunt opponere exceptionem malæ capturæ. ibid. num. 14.
Fures de jure communi poſſunt capi ab eo, cui res furatur, vel fures reperti cum re furata. Falliti, & decoctores uti latrones publici, ſi fuerint uti falliti declarati, & publicati, & non antea, non poſſunt opponere exceptionem malæ capturæ. ibid. num. 15.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Apud nos non eſt agitanda quæſtio, an ſi quis fugiat ex carceribus, vel domo in qua erat detentus ſub fidejuſſione de non diſcedendo; & recurrat ad ſuperiorem, fidejuſſio dicatur commiſſa, de qua quæſtione. deciſ.24. num.10.

Injuſtè captus, ſi aufugiat a carceribus, non tenetur pœna enixæ fugæ, nec alia pœna. deciſ.24. num.11.

Injuſtè carceratus qui aufugit frangendo carceres, nulla pœna tenetur, quod declara. deciſ.24. num.13.

Nec ex dicta fuga ullum reſultat indicium. ibid. num.14.

Injuſtè captus, qui fractis carceribus aufugit arripiendo iter ad ſuperiorem, nulla pœna tenetur. ibid. num.17.

Pœna aufugientis ex carcere cum fractura eſt arbitraria juxta facti, & perſonæ qualitatem, ubi Senatus. deciſ.24. num.20.

Si ultra fractionem carceris, aliud ſit commiſſum crimen, quia ſequuta ſit violentia, utpotè mors, aut vulnus cuſtodibus, tenetur effractor pœna ultimi ſupplicii, ubi Senatus. ibid. num.21.

Interdum conceditur capientibus facinoroſos remiſſio alicujus delinquentis, qui habet deſiſtentiam partis. dec.32. num.1.

Qui nullam habet juriſdictionem, non poteſt ad alium, delinquentem remittere; quia capere delinquentem non potuit. deciſ.37. num.5.

Judex loci delicti cum territorio, vel licentia alterius Judicis, illud ingreditur delinquentem capturus. deciſ.37. num.20.

Alia vide in verbo carcer.

CARCER, CARCERATUS.

Carceres ſunt loca ſacra, & ſunt ſub ſalvaguardia, & protectione Regia. deciſ.2. num.18. & in annot. num.8.

Mala manſio eſt carcer, cujus miſeriæ, & ærumnæ repræſentantur. deciſ.12. num.1. uſque ad num.4.

Tenentur Judices Regiæ Curiæ viſitare Regios carceres per turnum die prima juridico cujuſque menſis. ibid. num.5.

In Sabbato non impedito, aut aliàs ultimo die juridico cujuſque hebdomadæ fit viſitatio carcerum per Regium Concilium. ibid. num.6.

Quibus diebus anni fit viſitatio Generalis carcerum per Dominum Locumtenentem Generalem hujus Principatus, & per Regium Concilium. deciſ.12. num.7.

Conſiliarii Civitatis Barcinonæ quolibet die veneris juridico, ſin minus ſequenti non feriato unà cum Vicario, vel Subvicario carceres viſitare tenentur. ibid. num.8. quod declaratur in annot. num.42.

Amici erga carceratos benefici ſe doceant. ibid. num.9.

Prælatis, & Eccleſiaſticis perſonis commiſſa eſt cura, & ſuſtentatio carceratorum. ibid. num.10.

Pro injuria illata injuſtè carcerato tenetur Judex in ſyndicatu. deciſ.12. num.13.

Circa qualitatem cuſtodiæ quæ debeat Judex animadvertere. deciſ.12. num.33. & num.35.

Separati eſſe debent carceres virorum, & fœminarum. ibidem num.36.

In carceribus ſubterraneis, & fœtidis, ac foveis carcerati non debent detineri. ibid. num.38. & deciſ.23. num.12.

An vinculis, & manicis ferreis carcerati conſtringi debeant. deciſ.12. num.39.

Circa carceratos infirmos quomodo ſit procedendum. ibidem num.40.

In quam pœnam incidat Medicus, qui falsò relationem facit circa infirmitatem carcerati. deciſ.12. num.42.

Quibus in cauſis carceratis ſit ſubtrahenda audientia. deciſ.12. num.46.

Cerceratis omnia neceſſaria ſunt ſubminiſtranda, ne deficiant illis alimenta. deciſ.12. num.47. cum deciſ. Senatus.

Qui carcerem evadit, impunitus relinquitur omnino ſecluſa fractione, ſi non multa mora interveniente revertit. ibidem num.65.

Commentarienſi, & cuſtodibus carcerum Regiorum Barcinonæ prohibetur eorum nutu, & ſine juſſu ſuæ Excellentiæ, & Magnificorum Doctorum Regii Concilii facere mutationes ad diverſa loca carcerum, ubi Senatus. deciſ.12. num.76.

Vaſſallus Baronis, ſeu alius exemptus à Regia juriſdictione ordinaria detentus in Regiis carceribus mutuatis ex ordine, & ad diſpoſitionem Baronis, vel alterius Judicis, ſi carceres fregerit, aut frangere, vel aliàs ab illis aufugere tentaverit, ob delictum fractionis, aut enixæ fugæ à Barone, ſeu Judice ex cujus ordine reus detinetur, puniri valet, ubi traduntur rationes. deciſ.12. num.106. & 107.

Sicuti Judici ſuperiori fuit commiſſa cuſtodia carcerati; ita etiam fuit commiſſa omnis correctionis poteſtas. ibid. num.108.

Carceratus teſtis an probet contra Judicem. deciſ.18. num.13.

Opprimitur vaſſallus, carceribus mancipatus longo tempore. deciſ.23. num.44.

Carceris detentio minuit pœnam criminis, & prodeſt ante ſententiam ad alleviandum, vel extinguendum pœnam delicti, & tempus carceris computatur poſt ſententiam in tempus exilii. ibid. num.45. uſque ad num.48.

Extrahitur à tempore exilii tempus carcerationis poſt ſententiam; dummodo detentus poſt ſententiam diu in carceribus non ſteterit culpa ſua. ibid. num.51.

Tempus condemnati ad triremes in carceribus detenti poſt ſententiam, ſi culpa, & facto Judicis, non ſua culpa detinetur, computatur in tempus triremium, & à quo tempore ſit illud tempus computandum. deciſ 23. num.52. & 53.

Injuſtè captus, ſi aufugiat à carceribus, non tenetur pœna enixæ fugæ, nec alia pœna. deciſ.24. num.11. & num.17.

Injuſtè carceratus, qui aufugit frangendo cerceres, nulla pœna tenetur, quod declaratur. deciſ.24. num.13.

Pœna aufugientis ex carcere cum fractura eſt arbitraria, juxta facti, & perſonæ qualitatem, ubi Senatus. deciſ.24. num.20.

Si ultra fractionem carceris aliud ſit commiſſum crimen, quia ſequuta ſit violentia, utpotè mors, aut vulnus cuſtodibus, tenetur effractor pœna ultimi ſupplicii, ubi Senatus. deciſ. 24 num.21.

Nec tenetur captus ad pœnam fracti carceris, ſi patrem viſitandi gratia, ab eo diſceſſerit. deciſ.36 num.33.

Delicta commiſſa in carceribus ſunt acriùs punienda. in annot. num.8.

Vide alia in verbo captura.

CATHALONIA, CATHALANUS.

Apud Hiſtoricos non dicitur Cathelanus, ſed Cathalanus. deciſ.27 num.18.

Fides data ſervatur in Cathalonia deciſ.27. num.20.

Principes hujus Principatus oculatiſſimè reſpexerunt fidelitatem Cathalanorum. deciſ.27. num.27 cum ſeqq. & ibi plura de encomiis Cathalanorum.

Dominus Rex pro ſua clementia in hoc Principatu leges ſibi dixit, quibus ſtare ſe ſtrinxit, nec in illis ſolus diſpenſare voluit, deciſ.44 num.45.

CAUSA.

Cauſæ Vicariæ intra Vicariam, & Bajuliæ intra Bajulam debent terminari. deciſ.31. num.57.

Cauſæ tam civiles quàm criminales Vicariæ intra Vicariam, Bajuliæ intra Bajuliam debent tractari, adeo ut ad inſtantiam Procuratoris Fiſcalis, aut alterius non poſſint extrahi perſonæ à Vicaria, aut Bajula Cathaloniæ intra quas commiſerint delicta, & fuerint captæ. deciſ.37. num.1.

Cauſas Bajulæ, ſeu Vicariæ vigore regaliarum evocat ad ſe Princeps extra Bajuliam, ſeu Vicariam aſſiſtens, etiam inter Baronis vaſſallos. deciſ.1. num.8.

An recipienda ſit informatio ante evocationem cauſæ, in annot. num.1 & 2. ubi an ſit neceſſaria probatio prætextus evocationis, anne ſufficiat ſola allegatio.

Cauſæ criminales evocantur propter cauſæ connexitatem, ne continentia cauſæ dividatur. deciſ.1. num.10.

Cauſæ criminales evocantur etiam, quia delinquentes divagant per diverſas Vicarias Cathaloniæ. ibid. num.11.

Cauſæ criminales evocantur etiam, prætextu quia ſunt faciendæ diligentiæ ad formandam inquiſitionem per diverſas Vicarias Cathaloniæ, & in hac regalia, & in alia, ſcilicet quia delinquentes divagant per diverſas Vicarias Cathaloniæ, quæ ſunt uſu frequentes, procedit Princeps ad ſe evocandum ratione univerſalis juriſdictionis. ibid. num.12. in annot. num.3.

Cauſæ Criminales evocantur etiam, quia Ordinarius juſtitiam facere non poteſt ob potentiam adverſarii. deciſ.15 num.13.

Cauſa etiam evocatur ob potentiam adverſarii: & quia Ordinarius non eſt potens, evocatur cauſa, quando agitur contra Curiam Eccleſiaſticam ad occupationem temporalitatum, quia non vult firmare contentionem cum Ordinario Sæculari, ubi de forma remiſſivè. ibid.

Cauſæ criminales evocantur etiam, quia agitur contra perſonas Militares. ibid. num.14.

Cauſæ criminales evocantur pariter, quia agitur contra Officiales Regios. ibid. num 15

Cauſæ criminales evocantur, quando agitur de intereſſe, vel de uſurpatione juriſdictionis Regiæ, ubi ratio aſſignatur. ibidem num.15.

Cauſæ criminales evocantur, quando agitur de puniendo offenſam factam Ordinario Judici, vel Baroni, ex cauſa privata. ibid. num.17.

Cauſæ criminales evocantur per viam recurſus ad ſuperiorem. ibid. num.18.

Cauſæ criminales evocantur, quia delinquens reperitur captus in Regiis carceribus Barcinonæ. ibid. num.19.

Cauſas aſſumit ſine evocatione via ordinaria Dominus Rex, ſeu ejus Locumtenens Generalis & Regium Concilium à Curia in qua præſens reperitur, quia tunc concurrit cum ordinario in cognitione cauſarum. ibid. num.20.

Cauſæ criminales evocantur, quia non ſperatur juſtitia ab ordinario ob conſanguinitatem, quam habet cum criminoſo. deciſ.1. num.22. & in annot. num.3.

Cauſa criminalis evocatur etiam generaliter, quia inferior negligit juſtitiam miniſtrare. ibid.

Cauſa evocari non poteſt, prætextu quia agitur de contrafactione edictorum Regiorum, ſi per edicta pœnalia prohibetur certa, vel majori pœna delictum, quod erat delictum. ibid. num.23.

Cauſa evocari non poteſt, prætextu quia agitur de contrafactione edictorum Regiorum, quando illud, quod non erat delictum,

INDEX

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ctum, per edictum fit delictum, non probata negligentia ordinarii. ibid. num 24.

Causa evocari potest, prætextu quia agitur de contrafactione præconii, seu edicti Regii, quando per edictum non delictum fit delictum, & Princeps sibi, & non aliis ejus cognitionem reservat, ubi declaratur. ibid. num 15.

Causa evocatur, quando ordinarius est incapax cognitionis illius facti, quod de novo, & per præconium fit delictum, & prohibetur in vim supremi imperii, cujus incapaces sunt inferiores, & declaratur. ibid. num. 26.

Causa evocatur, quando petitur sequestrum in jurisdictione Baronis propter illius abusus in jurisdictione commissos. decis. 1. num. 27.

Causa in quibus procedi potest per Regalias usaticorum, ab initio evocari possunt ad Regium Concilium cum aliqua ex regaliis evocatæ causæ, & postea per regalias usaticorum. ibid. num. 28.

Causa contentionis jurisdictionis in abstracto, vel etiam in concreto inter inferiores pertinet ad R. A. Civilem, & non ad Regium Criminale Concilium. ibid. num. 36. usque ad 42.

Causam evocari facere potest Baro ad R. A. & coram eam firmare de jure ante executionem soni emissi factam per Vicarium. ibid. num 43.

Causa evocari potest ad Regium Concilium cum una ex regaliis pendente contentione inter inferiores super articulo jurisdictionis, ubi diversæ decisiones Senatus. decis. 1. num. 45. usque 47.

Si verò Judex intra terminum à superiore præfixum, causam subditi non expedierit, ob illius negligentiam elapso termino potest evocari causa ad superiorem. decis. 23. num. 43.

Evocata causa expediuntur interdum instructiones Commissario Regio ad formandum processum, interdum litteræ; ubi de forma instructionum, & litterarum evocatæ causæ, in annot. num. 4. cum seqq.

A Locumtenente Generali potest tolli inhibitio, tollendo regaliam evocatæ causæ. decis. 1. num. 48 ubi traditur forma.

Causæ, quæ pendentes erant, vel declaratæ fuerant in Aud. Cathaloniæ, qua forma sint tractandæ in R. A. suæ Majestatis. decis. 4. num. 64. & 65.

Causarum revisio intra quod tempus peti debeat. decis. 4. nu. 66.

Causa supplicationis à regalia, seu evocata causa est committenda alteri ex Doctoribus R. A. Civilis, ubi expenditur caput 10. cur. anni 1599. decis. 6. num. 6.

Causæ criminalis Notarius, remanet Notarius processus causæ supplicationis. ibid num. 8. & in annot. num. 13.

In causa supplicationis ab evocata causa, seu regalia, pendente altercato non currit tempus ad probandum, nec ad delcarandum, ubi Senatus. ibid. num. 9 & 10.

Causa supplicationis retinet naturam causæ principalis criminalis, ideo in causa supplicationis ab evocata causa, aut regalia non conceduntur compulsoriæ ad probandum extra urbem, quia debent recipi testes coram Relatore, ubi Senatus. ibid. numer. 11. 12. & 13.

In causis contentionum est in arbitrio Cancellarii concedere litteras compulsorias ad recipiendum extra urbem testes penitis, circunstantiis, & traditur decisio in qua fuerunt denegatæ: & ibi nota quæ traduntur observanda. num. 14. & ibid. num. 15. traditur alia decisio in favorem Fisci (quia cessat periculum subornationis) in qua fuerunt concessæ litteræ compulsoriæ ad recipiendum testes extra urbem.

Causa supplicationis à regalia, aut evocata causa, etiam in modo procedendi judicatur civilis juxta litteram capitis 10. cur. ann. 1599. ibid. num. 16.

Causa supplicationis ab evocata causa, vel regalia non habetur pro declarata ad favorem ordinarii, vel Rei, si contingat, quòd major pars ex primis, vel secundis decem diebus est feriata, ubi Senat. ibid. num. 17.

In causa supplicationis ab evocata causa, seu regalia tantùm sunt admittendi articuli, qui sunt de meritis causæ supplicationis, ubi Sen. ibid. num. 18.

In causa supplicationis ab evocata causa, seu regalia, post factam causæ commissionem intra decem dies admittuntur deductiones, & probationes, & termino elapso offertur schedula assignationis ad sententiam. ibid. num. 29. & in annot. num. 12. ubi quòd salarium debet deponi.

Vide etiam de hac re in verbo supplicatio.

In causa regaliæ, vel evocationis causæ possunt testes recipi extra locum, ubi residet R. C. per Commissarium Reg. Curiæ quoad offensam, non verò quoad defensam, siquidem quoad offensam fiunt tantùm instructiones Commissario, quod declaratur. num 30. & 31.

Oppressis à gabellariis subvenitur dupliciter, vel civiliter, quia causa est civilis quando agitur ad persequendam rem commissam, vel de solutione gabellæ: vel criminaliter per viam recursus in Regio Concilio, ubi remissivè de recursibus à condemnationibus Clavarii hujus Civitatis. decis. 26. num. 1.

CAUSA DELICTI.

Præsumitur delictum commissum ab eo in quo causa delicti verificatur. decis. 44. num. 66.

CAUTIO DE NON offendendo.

Quando promittitur sub certa pœna, ut persona non offendatur, ex simplici insultu, vel ictu sine damno an pœna commissa dicatur. decis. 18. num. 19.

CITATIO.

Quando sententia in gradu recursus, vel appellationis reformatur, in eo capite quo pecuniarum condemnationem inter Judices dividendam continet, possunt illi, & cæteri Officiales, etiam non citati compelli ad restitutionem quantitatum. decis. 23. num. 77.

CIVITAS.

Prohibitus accedere ad Civitatem, an contraveniat prohibitioni, si accedat ad suburbia Civitatis. decis. 36. num. 1. usque ad num. 6. & in annot. num. 67.

Diversa est quæstio, an prohibitus accedere ad Civitatem prohibeatur accedere ad suburbia, vel ad loca extra muros Civitatis; ab illa, an exulatus à Civitate, exulatus dicatur à territorio, ubi dictio *in* idem significat, quod *intra*. decis. 36. n. 11.

Patria, & Civitas in effectu idem significant. ibid. num. 12.

Quando adest conditio non accedendi ubi residet Princeps, prohibitio an comprehendat urbem, & territorium ubi residet Princeps, agitur. ibid. num. 15

Remissis sub lege quòd non intret locum, in quo interfectus morabatur, sub pœna, in eam non incidit, nec perdit beneficium gratiæ, si ingrediatur territorium, vel Parochiam, si sit extra muros, & hoc servari videtur. ibid. num. 17.

Per solum transitum non censetur rupta cautio de non ingrediendo in aliquam Civitatem. decis. 36. num. 20.

CLAVARIUS BARCINONÆ.

Negata qualitate, quòd sit causa debitoris Civitatis, potest evocari causa ad R. A. non obstante privilegio quod habet Clavarius cognoscendi de causis debitorum Civitatis privativè ad R. A. decis. 26. num. 8.

Pro justificanda inquisitione in causis vectigalium fraudatorum, an sint compellendi mercatores, ut edant libros suos. ibidem num. 13.

Nec sunt cogendi mercatores, ut edant Fisco libros correspondentium cum aliis mercatoribus. ibid. num. 16.

Clavarius Civitatis Barcinonæ non potest procedere per inquisitiones generales, & cum eis apprehensiones, vel sequestra facere mercium in domibus mercatorum. ibid. num. 19.

CLAUSULA.

Per verba *sit irritum*, & *inane*, intelligitur appositum decretum irritans, cujus virtus est, ut operetur, parte non opponente. decis. 35. num 18.

Verba illa *ipso facto*, idem sonant, ac *ipso jure*, & hæ dictiones nullitatem important incontinenti absque alio Judicis ministerio. decis. 35. num. 19.

Quando imponitur pœna *ipso facto*, non est necessarium, quòd pœna declaretur; sed sufficit declarari reum culpabilem, quæ declaratio secum trahit pœnam. decis. 35. num. 21.

De virtute clausulæ, *qui nunc sunt*, & *pro tempore fuerint*. dec. 5. num. 33.

CLEMENTIA.

Accomodatissima est virtus clementiæ in superioribus, & de ejus laudibus. decis. 32. num. 1.

CLERICUS.

Clerici sine irregularitatis incursu de suis malefactoribus conqueri possunt coram Judice Sæculari, etiam de criminibus, pro quibus debetur pœna sanguinis, expresse protestando, quòd pœnam sanguinis non intendunt. decis. 9. num 73.

Quando per inquisitum opponitur exceptio clericatus post sententiam, potest Judex Laicus ad ejus jurisdictionem perpetuandam de officio inquirere, & per testes probare ad exclusionem exceptionis clericatus. decis. 48. num. 34.

COMMENTARIENSIS CARCERUM.

Commentariensis carcerum, an teneatur de facto custodis carceris nominati ab eo, & quid in casu quo est confirmatus decreto superioris. decis. 4. num. 38. 39. & 40

Commentariensis carcerum non liberatur à facto custodis per eum substituti, per illius exhibitionem, quod limitatur. ibidem num. 61.

Commentariensis carcerum pro delicto custodis non tenetur eadem pœna cum principali, sed mitiori. ibid. num. 63.

Commentariensi, & custodibus carcerum Regiorum prohibetur nutu, & sine jussu suæ Excellentiæ, & Magnificorum DD. Regii Concilii facere mutationes ad diversa loca carcerum. decis. 12. num. 76.

COMMERCIUM.

Vtilitas commercii ponderatur. decis. 26. num. 18.

COMMISSARIUS REGIUS.

Commissarii, qui appellantur de Camara non jurant, nec sententiam excommunicationis audiunt. decis. 4. num 9.

Commissario Regio conceduntur instructiones ad recipiendum informationes, aut ad eas fortificandum extra locum, in quo residet Regium Concilium, quoad offensam, non verò quoad defensam. decis. 7. num. 32.

Commissiones generales, an possint in Cathalonia dari, & quid dicen-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dicendum circa commissiones ad capiendum dardanarios, & usurarios. decis. 12. num. 71. ad 73
Commissiones non possunt dari inimico personæ capiendæ, nec partibus offensis, decis. 12. nu. 74
Evocata causa interdum expediuntur instructiones Commissario Regio ad formandum processum, in annot. n. 5. ubi de forma instructionum.

COMMUTATIO POENÆ.

Commutatio Pœnarum debet expediri in forma Cancellariæ cum firma Cancellarii, aut ViceCancellarii, aut suo casu Regentis Regiam Cancellariam, & recognosci, & firmari per Thesaurarium. decis. 33. num. 6
Commutatio pœnæ expeditur in forma Cancellariæ post sententiam, etiamsi de ea pendeat causa supplicationis, & hoc in casu quomodo concipiatur commutatio, traditur. ibidem num. 21
Ex commutatione pœnæ, pecunia interveniente: sive pendeat causa supplicationis, sive non, debentur avariæ. ibid. num. 25

COMPOSITIO DELICTI.

Vide in verbo remissio delicti.

CONCUBINATUS.

An in concubinatu successivo, etiam contra personas Militares, ubi non proceditur sine instantia partis, possit de officio procedi. decis. 30. n. 27

CONFESSIO, ET CONFESSUS.

Confessio inquisiti in furto sine fractura, quando subsequitur post partis querelam, an sufficiat, ut possit inquisitus ad pœnam ordinariam delicti condemnari decis. 9. n. 30. & 31
Confessus quendam occidisse, & illum in mare projecisse, si hic non reperitur, an possit condemnari, aliter non constito de corpore delicti, ibidem num. 33. & 122. & in annot. numer. 29
Confessio facta per homines malæ famæ, puta assassinos, malendrinos, & similes, qui prope littus maris versantur, & delicta committere solent, si quot homines innotos occiderunt, & in mare, vel flumen projecerunt, an sufficiat, ut possint ex hac confessione condemnari, aliter non constito de corpore delicti. ibidem num 34. & in annot. n. 30
Probatio corporis delicti in crimine falsæ monetæ non suppletur per confessionem inculpati. decis. 10. nu. 7 quod generaliter est verum in omnibus delictis, ut dicitur in verbo corpus delicti.
Si Confessio fuerit extorta à reo, nullis præcedentibus legitimis indiciis, confessio non lædit confitentem, nec tertium à confitente nominatum. decis. 14. numer. 25. & seq. & decis. 16. num 2
Parcendum est sponte confitenti. decis. 20. num. 1. usque ad num. 4
Sponte confessus mitiùs punitur. ibid. nu. 5. & 7
Contrarium tenentes recitantur. ibid. n 6
Mitiùs agitur cum sponte confesso, etiamsi talis confessio emanaverit metu probationis, si aliquo onere probandi fiscus, vel accusator fuerit relevatus. decis. 20. n. 8
Huic ultimo dicto non desunt contrarii, qui citantur. ibidem num. 9
Quando quis sponte confessus dicatur, & quando metu probationum. ibid. num 10
In gravibus, & atrocioribus delictis punitur reus sponte confessus pœna delicti ordinaria. ibid. n. 11. & in annot. n. 59
Delicta atrocia quæ sint. ibid. nu. 12
Citantur Doctores, qui limitationem antedictam admittere non videntur. decis. 20. nu. 15. & nu. 16
Respondetur eorum doctrinis. ibid. nu. 17
Comprobatur limitatio antedicta. ibid. numer. 18. usque ad numer. 20
Qui primò sponte confitetur delictum, si postea confessionem revocat, non gaudet beneficio spontaneæ confessionis. ibidem num. 21
Hæc procedunt etsi non expressis verbis eam revocet, sed facto. puta introducendo defensionem, & faciendo actus confessioni contrarios. ibidem num. 22
Quæstiones diversæ circa confessionem sponte factam traduntur remissivè. decis. 20. nu. 27
Nullæ sunt partes Iudicis in confessum, nisi in condemnando, & prævalet confessio testium depositionibus. decis. 21. num. 1. & decis. 22. nu. 41. & decis. 44. n. 20
Confessio delicti cum qualitate potest scindi, & à Fisco acceptari. ibid. num. 2.
Quando tutus in prohibitis, & in his quæ habent præsumptionem contra se, ut sunt homicidium, injuria, & similia: secus in non prohibitis. decis. 21. n. 3. & 4
Confessio qualificata potest scindi, & remanet pura, & cum illa confessione condemnatur confitens ad pœnam extraordinariam, est una DD. opinio. ibid. nu. 5
Traduntur rationes hujus opinionis. ibidem num. 6. usque ad num. 8
Secunda est opinio, si delinquens confiteatur delictum cum qualitate illud diminuente, potest ordinaria pœna puniri, non probata per reum qualitate. ibid. nu. 9. cum seq.
Dicunt aliqui, quod confessio qualificata probat ad pœnam extraordinariam, etiamsi contra qualitatem plures, & urgentes laborent conjecturæ, præsumptiones, & indicia, quia illa solùm operantur, ut confitens graviori pœna mutiletur. decis. 21. nu. 15
Alii existimant, quòd si qualitas adiecta confessioni non solùm habet præsumptionem contra se, sed est admodum inverisimilis, contra confitentem imponi potest pœna ordinaria. decis. 21. num. 17. & n. 18 ac 19
Alia est opinio, quod ex confessione qualificata ad torturam deveniri potest. ibid. num. 20
Volunt aliqui, quòd quoties reus confitetur delictum cum qualitate, & post adjectam qualitatem apponit clausulam, & non aliter &c. condemnari ex hac confessione non potest, ubi remissive de aliis casibus in quibus condemnari non potest reus ex confessione qualificata. decis. 21. nu. 22
Quando qualitas adiecta confessioni justificatur aliunde, confitens nulla pœna puniri potest. ibid. nu. 23
Quando de delicto constat aliter quàm per confessionem Rei, scindi potest confessio, & si aliunde de delicto plenè constat, condemnatur pœna ordinaria. ibid. nu. 24
Quando qualitas fuit adiecta confessioni ex intervallo, potest scindi confessio ad pœnam ordinariam. decis. 21. n. 25
Alia est opinio, quod relinquatur arbitrio Judicis, an qualitas à confessione possit dividi. decis. 21. n. 26
An confessio qualificata in civilibus possit dividi, remissivè. ibid. num. 27
Quid observetur apud nos. ibid. n. 28. & seq.
Quando contra confessionem adsunt indicia, vel præsumptio, vel adest inverisimilitudo, quid observet Senatus. ibid. n. 33. usque ad nu. 34
Auctoris opinio. ibid. n. 35. & n. 36
Confessio judicialis in effectu revocatur introducendo defensionem, & allegando actus confessioni contrarios. decis. 22. num. 4
Exponendo in articulis rem aliter se habere. quàm fuerat confessata, revocatur confessio. decis. 22. nu. 5
Confessio judicialis sponte facta de delicto revocari potest, etiam quandocumque, & ex intervallo; docto tamen de errore confessionis, declaratur ibid. nu 6
Confessio jurata revocari potest ex intervallo, docto de errore, declaratur. ibid. nu. 7
Etiamsi confessio fuerit geminata, repetita, & ratificata, declaratur. decis. 22. num. 8
Etiam post conclusum in causa appellationis potest revocari confessio, docto de errore. ibid. nu. 9
Etiamsi plura indicia præcesserint, & etiamsi precesserit alia confessio extrajudicialis. decis. 22. nu. 10
Confessio extorta per torturam & ratificata, potest etiam docto de errore revocari. decis. 22. n. 11
Et ad effectum probandi errorem sufficiunt conjecturæ, præsumptiones, vel indicia. decis. 22. num. 12
Confessio judicialis, ut confitenti noceat, debet esse certa, de delicto certo, cum expressione loci, temporis, & aliarum circumstantiarum. decis. 22. nu 14
Confessio erronea incontinenti, id est in eodem examine, antequam reus à Judicis præsentia recedat, potest etiam non docto de errore revocari. decis. 22. n. 17
Confessio per torturam extorta potest revocari, etiam non docto de errore, antequam fuerit ratificata; & an iterum reus sit torquendus. ibid. num. 18
Confessio facta per Advocatum inquisiti potest revocari, nec requiritur probatio erroris. decis. 22. n. 19
Confessio judicialis proprio ore facta deliberatè sine tortura, & sponte, ut ex intervallo possit revocari, tria concurrere debent: primum ipta revocatio: secundum, quod debeat in specie error probari: tertium, quod constet de causa erroris. decis. 22. n. 20
Practica revocandi tunc confessionem judicialem exploratiùs traditur. decis. 22. num. 22
Causæ, quæ probari debent pro revocanda confessione sunt metus, ignorantia, oblivio, ira, fatuitas, mens non sana, & persuasio. ibid. num. 25
Cum metu debet concurrere alia causa probabilis, ut confessio possit revocari. decis. 22. nu. 28
Et quando allegatur aliqua causa ultra metum, quomodo ea debeat probari. ibid. num. 29
Si confessio per probationem metus redditur dubia, poterit reus torqueri, vel aliqua pœna extraordinaria puniri. decis. 22. num. 30
Causa revocandæ confessionis est ignorantia, qualis est illa, qua rustici, & imperiti homines laborant, qui os aperiunt, & nesciunt quid dicunt; vel illiteratus, idiota, & grossus, vel interdum urbici. ibid. nu. 31
Oblivio est causa revocandæ confessionis, & quomodo oblivio inducatur. decis. 22. nu. 25
An ira sit sufficiens causa revocandæ confessionis. decis. 22. numer. 37

Per-

INDEX

Persuasio an sit causa justa revocandæ confessionis. ibidem num.38.
Qualis effectus sequatur, probata una causa sufficienti ad revocandam confessionem. decis.22. num.39.
Quando est locus revocationi quilibet pro suo interesse admitti debet, ut pater, filius consanguineus, & amici confitentis; sed quod debeat fieri à confitente, vel ab habente speciale mandatum confitentis traditur, & ad tollendum difficultates caveat causæ defensor, quòd illa revocatio fiat per ipsummet confitentem. decis.22. num.40.
Caveat Judex ne admittat revocationē confessionis absque aliqua oblatione de probando errore cum aliis requisitis, ne posset hinc dici, quòd ex quo reus sit admissus ad probandum suam innocentiam, per testes illam probando debeat absolvi. dec.22. n 43.
Confessus, & convictus non potest supplicare à sententia contra se lata. decis.34. num.22.
Contra confessum se interveniſſe ad sepeliendum occisum, non tamen eum occidisse; in delictis occultis infertur indicium. decis.50. num.48.
Confessio extrajudicialis est indicium vehemens contra confitentem, & plus operatur, quàm indicium. decis 41. num.46.
Confessio extrajudicialis debet esse specifica, & certa de delicto, cum expressione loci, & temporis, absque loco, & tempore, aliisque delicti circunstantiis facti sufficit ad torturam, dummodo sit specialis certùm continens delictum, & certam personam, in quam delictum sit commissum. ibid. num.47. & decis.50. num.31.
Debet esse probata confessio extrajudicialis per duos testes contestes de loco, & tempore, ubi quòd non sufficiat, si fiat jocosè, & quid si à minore sit facta, ibid. num.48.
De confessione facta coram *Judice* incompetenti, & alia de hac re. decis.41. num.49.
Ex confessione extrajudiciali non oritur indicium, quando est facta per jactantiam, vel vanamgloriam; sed hæc gloriatio, maximè si tendat in damnum tertii, est punibilis. decis.43. num.21.

CONFISCATIO BONORUM.

Pœna confiscationis bonorum contra fabricantes monetam falsam non est usu recepta, quod declaratur. decis.10. num.38.
An pœna confiscationis habeat locum contra fabricantem monetam faltam de ea marca, quæ fabricatur in fica Civitatis Barcinonæ exponitur cum Senatu. decis.10. num.18. & numer.40. & 41.
Potest Procurator Cæsaris transigere, quando Cæsari utilis est transactio, cum duobus exemplaribus. ibid. num.34. & 35. in uno exemplari fuit facta transactio cum Fiscali Patrimoniali super bonis confiscatis, & sic post confiscationem: in secundo cum Fiscali Regiæ Curiæ super bonis, quæ non fuerunt confiscata; sed tantùm sequestrata. decis.33 num.33.
Declaratio trium Aularum ubi oppositiones dotales, & aliæ repetitiones super bonis rebellium ante confiscationem, & incorporationem ad Regium Fiscum, tractantur in Regio Criminali Concilio, post confiscationem verò; & incorporationem tractantur in Regia Audientia Civili, citato Fisci Procuratore Patrimoniali. decis.33. num.36.

CONFRONTATIO TESTIS cum Reo.

Confrontatio testis cum Reo quando sit necessaria. decis.7. numer.37. & in annot. num.16. & seqq. ubi quòd confrontatio debet fieri inter similes capillis, & barba.
Confrontatio testis cum Reo non est facienda ad oculum; sed Reo posito inter plures, declaratur. ibid. num.38.
In confrontatione non sunt examinandi testes insimul; sed quilibet de per se. ibid. num.39.
In confrontatione testis cum Reo non est adducendus reus cum compedibus, & manicis ferreis, quando alii cum eo adducti, sunt dilloluti; ne daretur occasio divinandi. ibidem num.40.
In confrontatione, seu recognitione, si testis alium, quàm ipsum reum tangat, vel alium dicat esse eum, qui deliquit, ejus depositio reum exculpat. ibid. num.41.
Guidatico pendente persona assecurati non potest à testibus recognosci. decis.27. num.7.

CONJURATIO.

Per testes singulares, qui deponunt ad eundem rei finem, probatur conjuratio. decis.50. num.16.

CONSANGUINEUS.

Jus consideravit in consanguineo affectionem ex vinculo naturæ. decis.30. num.49.
Uxor præfertur in accusando, & remittendo necem mariti, consanguineis, & parentibus defuncti. decis.30. num 67.
Filii jus illud habent, sive sint legitimi, & naturales; sive naturales, & spurii, qui certum patrem agnoscunt; & præferuntur consanguineis (idem est in adoptivis, qui transeunt ad potestatem adoptantis) ibid. num.78.
Pater, vel mater præfertur in accusando, & remittendo, fratri tantùm consanguineo, & avia præfertur fratri consanguineo tantùm. *ibid.* num.80.
Præferuntur in acculando, & remittendo utrinque conjuncti, eis qui conjunguntur ex uno tantùm latere decis. Senatus. ibidem num.83.
Consanguinei in accusando, & remittendo admitturtur, & usque ad quem gradum, & si post transactionem nascatur proximior, non poterit transactionem, vel remissionem legitimè factam rescindere, nec requiritur nova remissio. ibidem num 84.
Quando uno eodemque gradu sunt plures, quibus competit jus accusandi, omnes simul admittuntur, & omnes simul remittere debent, prout in consanguineis ejusdem gradus, nec sufficit obtinere remissionem à majori parte, & tunc inter eos lucrum ex remissione resultans est communicandum. ibidem num 86.
Nisi proximiorum accusantium, vel alterius in eodem gradu suspicaretur collusio; quia à quocumque remissio, collusione interveniente facta, nulla est. ibid. num.87.

CONSENSUS.

Inter persuasionem, consilium, instigationem, & instructionem nulla consideratur differentia: & ex verbis admonitoriis, commendatoriis, laudatoriis, hortatoriis, & persuasoriis inducitur consilium, & instigare plus esse, quàm consulere, & sub nomine generali consensus consilium contineri demonstratur. decis.47. num.11.
Agentes, & consentientes pari pœna quando puniantur. dec.47. num.23.
Non tantùm quæ opem, & auxilium præstat *in nece viri*; sed etiam quæ simpliciter consentit, tenetur pœna ultimi supplicii, quia utraque particeps delicti judicatur. dec.50. num.26.
Viricida uti particeps ex consensu in nece viri per amasium perpetrata, tenetur adeò de nece proditoria, ut caula, seu motivum condemnationis inscribatur, *de nece proditoria*, & non *de consensu in nece*, ubi Senatus. decis.50. num.27.

CONSILIARIUS.

Consiliarius Regius est pars corporis Principis, ubi plura de hac re. decis.2. num.28.
Consiliarii, & scriptores Principum secretorum observantiam tenere debent, ubi multa de hac secretorum observantia. decis.5. num.23.

CONSILIUM.

Inter persuasionem, consilium, instigationem, & instructionem nulla consideratur differentia, & ex verbis admonitoriis, commendatoriis, laudatoriis, hortatoriis, & persuasoriis inducitur consilium, & instigare plus esse, quàm consulere, & sub nomine generali consensus, consilium contineri, affirmatur, & quòd ea nomina à Doctoribus confunduntur. decis. 47. num.11.
Verba illa *perfice quod facere cogitasti interficiendi virum meum, si tibi videbitur*, cum sint restricta ad voluntatem alterius, non inducunt consilium. decis.47. num.26.
Regula quod consulentes, & agentes puniantur pari pœna, si consilium fuerit datum ei, qui aliàs non fuerat perpetraturus; non procedit in atrocibus, & multò minus in atrocissimis, vel quando consilium de per se est punibile. decis.47. num.27.
Quod non possit procedi contra consulentem, nisi constito plenè de interfectore, non admittitur in practica. decis.47. num.38. usque ad num.42.
Et certiùs id procedit in delictis, in quibus consilium punitur de per se, sive agatur de pœna ordinaria, sive extraordinaria. decis.47. num.43.

CONSPIRATIO.

Per testes singulares, qui deponunt ad eundem rei finem, probatur conspiratio. decis.50. num.16.

CONSTITUTIO, ET CAPITULA Curiarum.

Constitutio 8. *cit. de offic. de Jurjes de Taula*, & const.6. tit. *de offic. de Governadors*, referuntur, & ponderantur, & de eorum intelligentia agitur. decis.4. num.18. & 19. & num.28.
Constitutio 13. tit. *de offic. de Veguer, y Sotsveguer*, refertur, & de ejus intelligentia agitur. ibid. num.18. & 19. & num.32.
Constitutio 20. Curiarum anni 1599. expenditur. ibid. num.32.
Constitut. fin. tit. *quant fia licit, ono à quisca veg.* enodatur. decis.13.
Const.3. tit. *de crim. de fals.* in decis.19. declaratur.
Const.1. tit. *de homicidis*, tractatur in decis.35. & dec.36.
Cap.10. cur. ann.1599. explicatur in decis.6.
Cap.15. cur. ann.1599. illustratur. decis.46.
Constitutiones loquentes de ordinariis in prohibitione remissionum, seu compositionum delictorum, comprehendunt gerentem vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, via ordinaria procedentem. decis.31. num.58
Si procedat vice Regia, Gerens vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, maximam habet potestatem, & exercet Regalias communicabiles, quatenus expresè cautum reperitur, aut quatenus habet de consuetudine, & tunc observare tenetur constitutiones, quas sibi statuit Dominus Rex, non verò ligatur constitutionibus de Officialibus Regiis tantundem loquentibus. decis.31. num.59
Constitutiones, quæ loquuntur de ordinariis, non comprehendunt supremas potestates. decis.31. num.67.

CO-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

CONTENTIO.

Contentione pendente inter duos Barones, vel inter Baronem, & Officialem Regium, potest captus, vel Baro recurrere ad Regium Criminale Concilium, & interim pendente recursu captus relaxatur cum fidejussoribus. decis. 1. num. 44

Contentione pendente inter inferiores super articulo jurisdictionis, potest cum una ex regaliis evocari causa ad Regium Concilium, ubi diversæ decisiones Senatus. ibidem num. 45. usque ad 47

In contentionum causis est in arbitrio Cancellarii concedere litteras compulsorias, & traditur decisio in qua fuerunt denegatæ, & ibi nota quæ traduntur observanda. decis. 6. num. 14. & num. 15. traditur alia decisio in favorem fisci, quia cessat periculum subornationis, in qua fuerunt concessæ litteræ compulsoriæ ad probandum extra urbem.

Non dantur compulsoriæ in contentionibus, in annot. numer. 16

In causa contentionis sat est, quòd pro fisco probentur delicta quantum sufficiat pro informatione conscientiæ R. Cancellarii; nam ipse judicat causas contentionum in hoc Principatu secundùm Deum, & suam conscientiam. decis. 30. num. 25

CONVERSATIO.

Conversatio cum malis hominibus facit indicium. decis. 44. num. 60

Conversatio cum delinquente indicium est participationis in delicto, decis. 30. n. 2

COPIA PROCESSUS.

Copia procedimentorum criminalium non est danda ordinario, vel Baroni, aut parti supplicanti ab evocata causa, seu regalia: sed relator verbo dicere debet, quo pretextu causa evocata fuit. decis. 6. n. 19

CORPUS DELICTI.

Corpus delicti contra apprehensum cum armis prohibitis brevioris mensuræ est probandum per ocularem inspectionem, ac designationem in processu qualitatis armorum. decis. 7. num. 64

Corpus delicti, ut probetur in processu portus armorum prohibitorum, debet in eo exhiberi bannum prohibitionis armorum. ibid. n. fin.

De corpore delicti debet constare antequam super crimine procedatur, etiamsi delinquens esset per testes plenè convictus. decis. 9. num. 1

De corpore delicti si non constet, ad capturam an possit deveniri. ibid. n. 2

De corpore delicti debet constare, ut tortura possit inferri, nec justificatur tortura, etiamsi superveniat corporis delicti probatio. ibid n. 3

De corpore delicti non constito, sententia est ipso jure nulla, nec convalescit ex supervenienti probatione corporis delicti. ibid. nu. 4

Corpus delicti non sufficit probari per confessionem inquisiti, nam aliter corpus delicti debet verificari. ibid. à nu. 5. usque ad 8. & in annot. numer. 5. & vide in verbo confessio.

Corpus delicti facti permanentis, & facti transeuntis quomodo debeat probari. ibid. n. 9

Circa probationem corporis delicti facti permanentis, cujus vestigia sunt dubia, quomodò procedendum sit. ibidem num. 10

Corporis delicti facti permanentis; cujus remanent vestigia, probatio practicata traditur. ibid. n. 11

In corporis delicti probatione quid observetur, si interfectus non sit in loco notus, & quid in furto, quando ignoratur Dominus rei furatæ. ibid. n. 14

Corporis delicti probatio suppleri poterit per testes, & quomodo deponere debeant. ibid. n. 15

Corpus delicti quomodò probetur in transgressione præcepti superioris. ibid. nu. 17

Corpus delicti in crimine stupri probari debet per mulieres obstetrices. ibid. num. 18. & in annot. n. 17

Corpus delicti quomodo probetur in stupro monialis. ibidem num. 19

Corpus delicti furti cum fractura est ipsa fractura, ubi de forma vituræ. ibid. n. 21

Circa corporis delicti investigationem quid agendum, si mortuus inveniatur in puteo, mari, flumine, vel carcere, aut appareat præcipitatus, aut suspensus, & dubitatur an casu id evenerit. ibid. n. 24

Corpus delicti qualiter probetur in crimine veneni. ibid. à num. 25. usque ad 28. ubi de signis veneni & in annot. n. 25

Corpus delicti in furto sine fractura probatur per querelam, juncta bona fama conquerentis: & quid quando post dictam querelam subsequitur confessio inquisiti in furto, an ille possit ad pœnam ordinariam delicti condemnari. ibidem num. 29. 30. 31

Corpus delicti, in delictis quorum non remanent vestigia, & punctim in adulterio, quod probetur per querelam partis, traditur. ibid. n. 32

Corpus delicti an probetur per solam confessionem inquisiti, quando confitetur quendam occidisse, & illum in mare projecisse, & ille non reperitur, ut inquisitus possit condemnari. ibid. num. 33. & in annot. num. 20. & vide in verbo confessio.

Corpus delicti an probetur in hominibus malæ famæ, puta assassinis, malendrinis, & similibus, qui propè littus maris versantur, & delicta committere solent, per solam iplorum confessionem, quando confitentur homines ignotos occidisse, & illos in mare, vel flumen proiecisse, ut possit condemnari. ibid. num. 34. & in annot. n. 29

De corpore delicti non constito, an possit procedi contra latrones, & derobatores stratarum. ibid. num 35. vide etiam in verbo confessio.

Corpus delicti an probatum remaneat, quando quis visus fuerit cum aliquo discedere, qui postea non reperitur, & quomodo in delictis difficilis probationis probetur corpus delicti. ibid. n. 36. 122. vide in annot n. 33. & in verbo confessio.

Si negatur licentia Judici laico exhumandi cadavera pro recognitione facienda extra Ecclesiam, vel cœmeterium, nihilominus poterit à Judice laico recognitio fieri. ibid. num 65. in annot. num. 34. vel poterit suppleri recognitio per testes. ibid. num 68

Vt constet in crimine falsæ monetæ de corpore delicti, requiritur inventio, seu recognitio monetæ, sed quid quando agitur contra tondentes monetam, & quid quando moneta non fuerit inventa pœnes inquisitum. decis. 10. num. 2. usque ad num. 6

Probatio corporis delicti in crimine falsæ monetæ non suppletur per confessionem inculpati. decis. 10. num 7. & antea decis. 9. num. 5

Quando delictum constitit in fabricatione monetæ, probari poterit corpus delicti per testes deponentes de facto fabricationis, ubi fundamenta ponderantur. decis. 10 n. 15

Quando verò constitit delictum in falsificatione monetæ per Officiales, ad fabricandum destinatos, quomodò debeat de corpore delicti constare. decis. 10 n. 16

In falsitate instrumenti, quando illius restant vestigia, quomodo debeat corpus delicti probari. decis. 10 num. 17. & in annot nu 22. & seq.

In falsitate mercis, vel mensuræ, & aliarum rerum quomodo debeat constare de corpore delicti. ibid nu. 17. & in annot. num. 9. & seqq. quomodò in falsitate instrumenti peragitur.

Depositio falsa debet inferi in processu, ut constet de corpore delicti ad procedendum contra testem falsum, in annot. num. 26

An reus possit interrogari, non constito de corpore delicti, in annot. num. 19

Periti in delicto vulnerum pro corpore delicti quam relationem facere teneantur, in annot. num. 41. & antea decis. 11. n. 23. ubi traditur forma visorii vulnerum.

In relatione vulnerum sufficit unus peritus de consuetudine. decis. 11. n. 7. & in annot. n. 38

CREDITOR.

Filius, aut alius conjunctus aliquid recipiens pro necis remissione ad nihilum pro dicta quantitate tenetur creditoribus defuncti. decis. 30. n. 38

Potest per Principem guidaticum concedi debitori fallito, consentiente majori parte creditorum, non numeri, sed quantitatis. decis. 32. n 49

CRIMEN LÆSÆ.

Majestatis.

Salvus conductus ab inferiore concessus reo læsæ Majestatis, an à Superiore, seu Principe sit servandus. decis. 28. numer 26. cum pluribus seq.

An in salvo conductu generali omnium delictorum, sive concesso motu proprio, sive ad partis petitionem, veniant omnia delicta etiam enormia, & etiam læsæ Majestatis. ibid. nu 49

Cognitio criminis læsæ Majestatis est de Principi reservatis, in annot. num. 71

CRUDELITAS.

Nec omnia puniri, nec omnia dimitti debent; nam crudelitas est tam omnibus ignoscere, quàm nulli. decis. 32. num. 2

CURATOR.

Pubes factus cum auctoritate Curatoris, si est major decem, & octo annorum potest facere pacem sine auctoritate Curatoris, adhibito juramento; in minore vigintiquinque annorum cum juramento traditur observatum ex decisione Regii Concilii. decis. 30. n. 101

D

DAMNUM.

EMenda damni in homine libero consideratur, & ratione curationis, & operarum amissarum, & amittendarum, & ratione æstimationis, hanc non recipit homo liber. decis. 30. num. 57

Pro emenda damni occasione curationis, & operarum oritur actio directa, & utilis, illa non competit homini libero, quia non est Dominus membrorum suorum, hæc competit homini libero, & transit ad hæredem. decis. 30 num. 58

Etsi subsistat remissio pro bono pubblico parte non concordata, nec satisfacta: in dubio à Principe non videtur parti præjudicari quoad suum interesse civile, nisi specialiter id dicat remittendo expresè damna, & injurias partis, vel adsint verba prægnantia id importantia · etiamsi pro remissione Princeps pecuniam recipiat, nam non ob id interesse partis præjudicatur. decis. 32. n. 12

Pace facta, non intelligitur facta remissio expensarum, damnorum, & interesse partis; quia duæ actiones oriuntur ex delicto, ad pœnam una, altera ad expensas, damna, & interesse; & una per aliam non tollitur. decis. 32 nu. 13

Ad, damna, & interesse non tenetur vulnerans ad sui defensionem, ad quid si provocatus excedat moderamen inculpatæ tutelæ? agitur. decis. 32. nu. 14

Obtenta remissione, cum habeatur criminosus pro confesso, statim compelli poterit, etiam per captionem personæ ad solvendum interesse damna passis, vel injuriatis: ubi Senatus cum limitationibus. ibid. decis. 32. nu. 31

DARDANARIUS.

An possint dari commissiones ad capiendum dardanarios. decis. 12. num 73

DECRETALES.

Quo tempore prodiit in lucem compilatio decretalium. decis. 27. num. 21

DECRETUM REGIUM.

Decretum Regium super nullitate procedimentorum causarum, quæ pendentes erant, vel declaratæ fuerunt in Audientia Cathaloniæ, & qua forma sint tractandæ in R. A. tuæ Majestatis. decis. 4. num. 64. & 65

DEFENSIO REI.

Possunt obiici dicta testium in defensam receptorum, non verò eorum personæ. decis. 42. n. 39

Testibus singularibus in defensam statur. ibid. num. 43

Quod habet locum, quando probatio per unum testem est compatibilis cum probatione fisci: secus si est contraria, nam tunc defertur pleniori. ibid. nu. 46

Testi consanguineo creditur in defensam, si cum eo concurrant alii testes, nisi agatur de destruenda concludenti probatione fisci. ibid. num. 46

Repulsa testium est Rei defensio. decis. 44. num 46

Ex indulgentia Principis, etiam post sententiam in judicatum transactam auditur reus ad sui defensionem, si proponat defensiones relevantes. decis. 48. nu. 17

Si ex indulgentia Principis ad defensam admittatur probatio, ad ejus exclusionem non negatur fisco in vim replicationis, quòd possit suas submistrare probationes. decis. 48. n. 35

Ex articulis defensionis delenda sunt illa verba *dicant testes*. decis. 22. num. 3

Per recursus interpositionem, & ejus repulsam nullum inferri debet præjudicium parti recurrenti quoad merita defensionis. decis. 23. nu. 62

Pœnæ adiectæ ignorantia, ut reo suffragetur, debet in defensionibus à reo allegari. decis. 34. n. 19

DEFENSIO.

Licèt offensus occidens offensorem, excusetur à pœna ordinaria, & solùm teneatur de excessu pœna extraordinaria: intelligitur tamen, si committatur homicidium defensionis calore, & iracundia durantibus, & antequam offensus post offensam ad alios actus se divertat. decis. 39. num. 37

Vim vi repellere licet non tantùm pro defensione vitæ sed etiam pro defensione honoris, cum honor, & vita æquiparentur. ibid. num. 1. & 2

DELINQUENS, ET delictum.

Delinquens, ex quo delinquit, subiicitur pœnis delicti, conformans se legum dispositioni. decis. 2. n 42

Quando flagrans dicatur delictum vide in verbo flagrantia.

Consideratur frequentia delictorum ad pœnam infligendam. decis. 10. num. 49

In delictis difficilis probationis per unum testem de visu junctis aliis indiciis, efficaciam unius testis superantibus, condemnatur ad pœnam ordinariam delicti, cum Senatu. decis. 15. n. 19

Indistinctè hæc procedunt in omnibus delictis, in quibus proceditur ad pœnam ordinariam delicti cum teste de visu, & aliis indiciis, quæ superent efficaciam alterius testis. decis. 8. n. 45. & 47. cum sequentibus ubi quòd id ipsum potest observari per Judices inferiores ordinarios, & decis. 15. num. 20. & decis. 17. n. 2. & vide verbo Indicium.

In criminibus occultis, juncta infamia Rei, quæ in hac re multùm consideratur, ex dicto socii insurgit semiplena probatio, & si cum eo concurrant plura indicia excedentia efficaciam unius testis omni exceptione majoris, censetur plena probatio adimpleta pro pœna ordinaria delicti. decis. 16. n. 21

Delicta atrocia quæ sint. decis 20. n. 12

Armorum delatio est delictum leve, quod limitatur, nisi arma essent infidiosa, & proditoria. decis. 29. nu. 17. 19. & 20

Prohibita est remissio, si non constat de delicto, nec adsunt legitima indicia in processu; quia tunc remissio esset extorsio. decis. 31. nu. 43

Licèt Judex domicilii, vel originis possit cognoscere de delicto per subditum extra territorium commisso; attamen solùm Judex loci delicti potest delinquenti remittere. decis 33. nu. 32

Quibus modis evenire possit, ut delicta remaneant impunita, & declaratur doctrina Crespi. decis. 37. n. 18

Criminosus, qui ad Regna extera confugit, non remanet impunitus, ut hic explicatur. decis. 37. n. 19

Judex loci delicti cum territorio, vel licentia alterius Judicis, illud ingreditur delinquentem capturus. decis. 37. nu. 20

Delicta dificilis probationis dicuntur quorum probatio à communiter accidentibus (Judicis arbitrio) non facilè haberi suapte natura potest. decis. 41. n. 1

Connumerantur delicta difficilis probationis. decis. 41. num. 2

In delictis difficilis probationis licet recedere ab ordinariis juris regulis, & jura ipsa transgredi, & ordo est ordinem non servare. decis. 41. nu. 3

Sine teste de visu, ex illis indiciis indubitatis, veluti quando animus Judicis inducitur ad credendum ita esse, absque aliqua hæsitatione actuali. sed tantùm cum aliqua hæsitatione virtuali; veluti quando Judex existimat illud posse non esse verum sed pro nunc firmiter credit, ita verum esse, in delictis occultis, & difficilis probationis potest Judex procedere ad pœnam delicti ordinariam, in aliis autem delictis hæc indicia non sufficiunt pro illa pœna infligenda. decis 41 nu. 34. hæc non procedunt in inferioribus. ibid. nu. 59. & decis. 44. nu. 5. vide in verbo Indicium.

Imò in delictis occultis, & difficilis probationis, quamvis indicia non sint indubitata, sufficit quòd sint plura indicia dubitata, ex quibus resultet unum indubitatum, & adsint aliæ probationes, & adminicula, ut possit condemnari pœna ordinaria; & quomodò indicia non indubitata conjungantur ad faciendum unum indubitatum. decis. 41. nu. 35. hæc non procedunt in inferioribus. ibid. nu. 59. & decis. 44. num. 5. & antea. decis. 8. nu. 45. cum seq. vide in verbo Indicium.

Inventus in loco delicti præsumptionem habet contra se, vel in loco propinquo videlicet nimis propinquo, & quasi contiguo, & alia circa intelligentiam hujus indicii. decis. 41. nu. 38

Si aliqua res relicta sit in loco delicti, quæ inculpati esse demonstretur, ex ejus inventione contra ipsum insurgit indicium, ut si reperiatur ensis, gladius, aut alia res. decis. 41. num. 40

Ex indiciis indubitatis quando credulitas est ita firma, ut neque actualem, neque virtualem Judex habeat dubitationem, in Tribunalibus Supremis non solùm in delictis occultis; sed etiam in delictis diurnis, quæ non sunt difficilis probationis, deveniri potest ad pœnam ordinariam. decis 43. nu. 2

Præsumitur delictum commissum ab eo, in quo causa delicti verificatur. decis. 44. num 66

Ex circunstantiis in delictis atrocibus pœna ultimi supplicii infligitur cum aliquo additamento, & ira Senatus. decis. 49. n. 28

Delicta commissa in carceribus sunt acriùs punienda, in annot. num. 8

DENUNCIATIO.

Denunciatio vulnerati exigitur à Ministris Sæcularibus in Hospitali Generali hujus Civitatis Barcinonæ, ex consuetudine immemoriali, quin spectent beneplacitum Ecclesiasticum, nec administratorum illius domus. decis. 9. n. 74

DEPUTATI GENERALIS. Cathaloniæ.

Traditur conclusio recursus interpositi à procedimentis Deputatorum Generalis Cathaloniæ. decis. 23. n. 76

DETRACTIO.

In detractionibus victoria est certa in solo contemptu. decis. 17. num. 14

DICTIO.

Dictio *debet* importat necessitatem. decis. 4. n. 26

Dictio *saltim* significat *saltuatim*; & *saltem* significat *ad minus*. decis. 27. num. 17

Dictio *maximè* est augmentativa, & ampliativa. decis. 29. num. 7

Verba illa *ipso facto* idem sonant, ac *ipso jure*, & hæ dictiones nullitatem important incontinenti eòsque alio Judicis ministerio. decis. 35. nu. 19

Quando lex, vel statutum pœnam imponens utitur verbo *fit*, significat idem, ac *latæ sententiæ*, & *ipso jure* decis. 35. nu. 20

Di-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Dictio in idem significat quod *intra*. decis. 36. n. 11
Circa explicationem termini *incontinenti* agitur. decis. 42. n. 24. cum pluribus sequentibus. decis. 45. n. 13

DIFFIDAMENTUM, SEU Duellum.

An possint remitti à D. Rege, & ejus Officialibus offendentes casu acordato, & nullis præcedentibus diffidamentis, ex const. *con instigant*, tit. *quant sia licit à no venjarse*. decis. 30. n. 33. usque ad n. 35
Non possunt remitti qui ad duellum provocant Universitates, Capitula Ecclesiarum, vel Cathedralium, vel Collegiatarum, Collegia, monasteria, & quascumque alias personas Ecclesiasticas, cujuscumque status, aut conditionis sint, in sacris ordinibus constitutas. decis. 31 n. 49

DOLUS.

Dolus regulariter non præsumitur, sed perallegantem debet probari. decis. 26. n. 3. & decis. 40. n. 21
Dolus, vel fraus non præsumitur quando possibile est quid fuisse factum sine fraude. decis. 26. n. 6
Dolus impetrantis ipsi opitulari non debet. decis. 28. n. 44

DORMIENS.

Qui dormiendo deliquerunt, qua pœna afficiantur. decis. 43. numer. 40

E

EBRIETAS.

EBrietatis mala enarrantur. decis. 43. n. 25. & 26
Ebrietas probatur signis, & conjecturis, quæ assignantur. decis. 43. n. 28
Testes de ebrietate deponentes debent ebrietatis rationes afferre per signa, & conjecturas, etiam non interrogati. ibidem numer. 29
Ebrii quos vini potatio hilares tantùm reddit, non tamen rationis judicium tollit, si delictum patraverint, nulla ex parte excusari poterunt. ibid. n. 31
Qui ob immoderatum vini potum omninò à mentis potestate recedunt, extra ordinem puniuntur ob culpam, quam commiserunt, in se inebriando. ibid. n. 32
Si constat ebrium captasse ebrietatem dolosè, & industria, potest pœna ordinaria puniri. ibid. n. 41
Non excusatur qui sciebat solitum esse in ebrietate delinquere, si ab immodica vini potatione non se abstinuerit. ibid. n. 42
In teste solito inebriari non requiritur, ut probetur ebrium esse de tempore examinis. decis. 43. n. 43
Ebrietas debet probari de tempore perpetrati criminis. ibidem num. 44. & 45
Testes, qui fundantur in nimco potu, non probant ebrietatem, nisi simul constet ex potus immoderatione habuisse ebrium mentem læsam. ibid. n. 46
Nimia ebrietas satis se ipsam non animadvertentibus prodit, nec est satis ebrius, qui sibi cavere, aut quid agat prospicere potest. ibid. n. 48
Quando quis gloriatur de delicto in ebrietate commisso, non liberatur à pœna. ibid. n. 49

ÆGIPTII.

Non possunt guidari ægiptii, imò repellendi sunt à Principatu. decis. 31. n. 52

ECCLESIA, ET ECCLESIASTICUS.

Ecclesia licèt sit de territorio Episcopi; attamen quia est in territorio Principis, de delictis in Ecclesia cognoscit etiam Judex Secularis. decis. 9. n. 61. & decis. 36. n. 36
Ecclesiastici quando astringantur ab observantiam legum civilium. ibid. n. 63
Ecclesiastici Superioris licentia petitur ad apprehendendum bona in Ecclesiis, pro exequutione repressaliarum, ubi expenditur littera Regii decreti Domini nostri Regis. ibidem numer. 70. & 71
Ab Ecclesiastico Judice licentia exhumandi cadavera impertiri sæculari poterit cum protestatione cap. penult. *de homicid. in 6.* ibid. num. 72
Ecclesiastici sine irregularitatis incursu de suis malefactoribus coram Judice Sæculari conqueri possunt, etiam de criminibus, pro quibus debetur pœna sanguinis, expressè protestando, quòd pœnam sanguinis non intendunt. ibid. n. 73
An Bannitus à Curia, si steterit in Ecclesia suæ patriæ à qua fuit exulatus, dicatur exilium frangere. decis. 36. n. 34
Vide alia in verbo Clericus.

ERROR COMMUNIS.

Error communis ratione publicæ utilitatis facit, ut gesta per Officiales putativos, sustineantur; at verò efficere non valet eos esse verè, & de jure Officiales, ubi de intelligentia *l. Barbarius 3. ff. de offic. prat.* decis. 4. n. 22. & decis. 12. n. 85

EVOCATIO.

De hac re vide in verbo causa, & in annot. n. 1. cum seq.
Negata qualitate, quòd sit causa debitoris Civitatis, potest evocari causa ad R. A. non obstante privilegio, quod habet Clavarius cognoscendi de causis debitorum Civitatis privativè ad R. A. decis. 26. n. 8
In consideratione non est quoad nullitatem guidatici evocata causa coram superiore, nisi sit particulariter evocata. decis. 28. n. 25

EXCARCERATIO.

Non potest fieri excarceratio absque Judicis licentia. decis. 12. n. 75
Excarceratio provisa cum conclusione Regii Concilii non potest impediri per Locumtenentem Generalem, aut per Portantem vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ. decis. 12. numer. 77
Excarceratio vide in verbo Recursus, in verbo Relaxatio, & in verbo Captura.

EXCEPTIO.

Exceptionem malæ capturæ opponere potest succumbens in causa supplicationis ab evocata causa, vel regalia. decis. 6. n. 23
Vide in verbo captura.

EXCOMMUNICATIO.

Excommunicationis sententia ab Officialibus in ingressu officii debet audiri, ut majori vinculo astringantur ad observantiam constitutionum. decis. 4. n. 31

EXCUBIÆ.

Excubiæ tam tempore pacis, quàm belli sunt necessariæ, ut nihil incommodi Respublica patiatur, illustratur. decis. 27. n. 45
Diversæ conclusiones Regii Senatus, in quibus per regiones, & vicos Civitatis Barcinonæ fuerunt distributæ excubiæ. decis. 27. n. 46. usque ad n. 50
Qui teneantur de excubiis, & vigiliis, in annot. n. 70

EXCULPATIO.

An exculpatio socii in articulo mortis super furca in patibulo, vel aliàs inculpationis vim tollat. decis. 14. n. 69
Exculpatio defuncti in mortis articulo quando prosit inquisito. ibid. n. 75
Auctoris opinio circa articulum, quando exculpatio liberat consocium, qui antea fuerat per eundem exculpantem in tortura inculpatus. ibid. n. 76. & 77

EXHUMATIO.

Exhumationis visuræ, & designationis cadaveris nullitas, vel validitas cognosci debet per Judicem Sæcularem. decis. 9. num. 49
Vide alia in verbo Cadaver.

EXILIUM, ET EXULATUS.

Exulatus moram non faciens in loco prohibito non frangit exilium. decis. 13. num. 16
Judici prohibetur relegare, vel bannire, *nisi à loco, vel in loco* sibi subdito. ibid. n. 17. usque ad n. 22
Receptator non est, quando quis transeuntem recipit exulem. decis. 36. n. 21
Indulgendum est exulato petenti tempus aliquod ad colligendum sarcinolas, & illud quale sit, latè expenditur. decis. 36. n. 27
Tanta potest esse suspicio, ne scandala veniant, quod licebit exuli denegari dilatio ad colligendum sarcinolas. decis. 36. n. 29
Ob parentum, vel consanguineorum affectionem causa visitandi eos infirmos; exulatur quis à pœna fracti exilii. decis. 36. n. 32
Bannitus à Curia, si steterit in Ecclesia suæ patriæ à qua fuit exulatus, an dicatur exilium frangere. decis. 36. n. 34
Reliqua vide in verbo Bannimentum.

EXPENSÆ.

Expensis communibus partium conceditur interdum assistentia, aut in suo casu sequestrum, ubi decis. Senatus. decis. 1. n. 34 & 35
Expensæ sunt ministrandæ testibus qui de longinquis partibus sunt quando citantur, ut veniant ad deponendum. decis. 7. n. 31

F

FALSITAS.

IN falsitate instrumenti, aut aliarum rerum, cujus restant vestigia, quomodo corpus delicti debeat probari. decis. 10. n. 17. & in annot. n. 22
In quam pœnam incidat Medicus, qui falsò relationem facit in infirmitate carcerati. decis. 12. n. 42
De atrocitate, & gravitate delicti falsitatis, & pœnis apud diversas gentes. decis. 19. n. 1. usque ad n. 3
Tria requiruntur in falsitate, ut sit punibilis. Primum veritatis immutatio: Secundum dolus. Tertium nocumentum, & uno exhis deficiente, non intrat pœna falsi. ibid. n. 4
In teste falso idem requiritur, & in loco illius requisiti *nocumentum*, dicitur *commodum*. ibid. n. 5
Testis fallum deponens in causa criminali capitali ad offensam contra reum, & in favorem fisci, puniri debet eadem pœna, qua puniretur reus, contra quem falsò deposuit, si illius dictum verum esset, & sic pœna testis est mortis pœna. *ibid. n. 8*
Hæc pœna attenditur tam in delictis capitalibus, quàm non capitalibus, quæ reo irrogaretur si de crimine convictus foret. decis. 19. num. 9
Hæc procedunt etiamsi testis sit tantùm unus qui fallum deposuit ibid. num. 11
Quæ pœna debeatur testi falsò, quando ex falsa depositione, nec sententia, neque mors sequuta est, vel quando reus absol-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

vitur. ibid. num. 12. & 13
Testi, qui falsum deposuit in defensam, an eadem pœna debeatur, quæ in offensam deponenti. decis. 19. n. 14
Non tamen solet Senatus, quando testis deponit falso in offensam, & reus absolvitur, vel quando deponit in defensam, hac severitate uti, sed quandoque mitiùs agendo, aliquando ad triremes, aliquando ad fustigandum, vel aliàs condemnat. ibid. n. 15. & in annot. n. 53
Punitur pœna extraordinaria testis, qui falsum deponit circa accessoria, & extrinseca negotii. ibid. n. 16
Decisio Senatus in causa minoris ætate, qui falsum deposuit. ib. n. 17. & in inquisito ætatis quatuordecim annorum, in annot. num. 54. cum seq.
Considerandæ in hac re falsitatis principaliter est qualitas testium, an rustici, an nobiles, an sagaces, & alii hujus generis. decis. 19. num. 18
Testibus, qui falsò deposuerunt in causa civili, imponitur pœna amputationis manus, vel pugni, & erit manus quæ sit debilior, veluti sinistra, vel arida. ibid. n. 19
Nefas non erit dicere, quòd pœna amputationis manus, vel pugni commutetur in exilium, & si falsitas fuerit magna in relegationem, vel ad triremes flagellis superadditis, si qualitas facti id requirat. ibid. n. 20
Practicari potest pœna amputationis manus in casu, quo præter illam declaratur inquisitus reus mortis. ibid. n. 21
Pœna statuta in falso teste, habet locum in subornante. ibid. n. 22 & vide in verbo Subornatio.
Producens scienter testes falsos, vel instrumenta falsa in causa criminali, incurrit pœnam testium falsorum, in causa verò civili pœnam perdendi causam, etiamsi unum testem produxerit. decis. 19. n. 32. ubi remissivè de falsitate in causa civili, & in annot. n. 43
Si criminaliter agatur contra ministrantes, vel producentes testes, vel instrumenta falsa, non requiritur, quòd præcedat interrogatio partis, & responsio producentis; an uti velit testibus, vel instrumentis à se productis, prout in civilibus requiritur. ibid. n. 33
In criminalibus pro pœna falsi debent esse probationes claræ in civilibus tamen sufficiunt præsumptiones. ibid. n. 34
Sola etiam falsi suspicio in civilibus pro veritate, & falsitate habetur, ne instrumento fides detur. decis. 19. n. 35
Ut intret pœna falsi, requiritur quòd producens sciens sit esse testes falsos, vel instrumentum falsum. ibid. n. 36
Falsitas sine dolo non punitur; maximè quando in stat uto requiritur dolus. ibid. n. 37
Falsificantibus instrumenta pœna mortis imponitur. ibid. n. 38
Pœna mortis contra Notarium falsificantem instrumenta practicari potest, quando falsitas est magna. ibid. n. 40
Si falsitas pluries commissa sit modicæ importantiæ, mitior pœna, quàm mortis infertur. ibid. n. 41
Falsificans acta judicialia an teneatur pœna mortis naturalis. ibid. num. 47
Falsificans litteras Regias punitur citra pœnam mortis. decis. 19. num. 49
Potest esse falsitas tam gravis; ut pœnam mortis exigat. ibidem num. 56
Ultra pœnam falsi tenentur falsarii ad damna, & interesse. ibid. num. 57
Sine spe veniæ debent puniri deferentes falsam barbam, & fabricatores barbarum fictarum. decis. 31. n. 51
Testis sibi contrarius, & testes adinvicem contrarii in substantialibus non probant, & data inter contrarios testium paritate, neutri puniuntur; sed si una probatio alteri præponderat, pauciores puniuntur uti periuri, & falsi. decis. 44. n. 31
In facto reiterabili falsitas non cadit. decis. 44. n. 42
Testi falso in uno, in cæteris creditur, quando id statuit Princeps, superiorem non recognoscens. decis. 44. n. 43. reliqua vide in verbo testis.
Si falsitas fuit per errorem commissa, docto de causa erroris, in reliquis testi detertur. decis. 44. n. 44

FALLITUS.

Fallitis non potest fieri remissio, nec guidaticus concedi, si primitùs creditoribus non satisfecerint, nisi de voluntate creditorum, & quando id practicetur. decis. 31. n. 32
Potest per Principem guidaticum concedi debitori fallito, consentiente majori parte creditorum, non numeri, sed quantitatis. decis. 32. n. 46

FAMA.

Fama facit indicium. decis. 41. n. 51. decis. 43. n. 20. & quid in delicto difficilis probationis. decis. 44. n. 50. & num. 51. & num. 69. & decis. 49. n. 20. & decis. 50. n. 3
Requisita famæ. decis. 45. n. 30. usque ad n. 37
Quando fama orta post capturam faciat indicium ad torturam. decis. 44. n. 52 usque ad n. 55. & decis. 46. n. 30
Mala fama in eodem genere mali facit indicium vehemens. decis. 44. num. 52
Forma depositionis testis in indicio famæ. decis. 7. nu. 57. ver. *Taxi mateix* & decis. 45. n. 35. ver. *Et pro nostra praxi*.
Bona fama in genere non tollit malam in specie probatam, decis. 45. num. 31. & decis. 58. num. 13

FERRAMENTARII.

Ferramentarii tenentur domi habere librum, ubi scribant res, quas emerint, diem personam, & pretium, & in publicum eas res emptas exponere per spatium sex dierum in portica scripta rotulo *Portica rerum emptarum*. decis. 41. n. 78

FICTIO.

Fictio factum simulat ita, ac si verè, & naturaliter, id quod non evenit, contigisset, perindeque id observari valet. decis. 30. num. 51

FIDEJUSSOR.

Nominans substitutum in officio, est velut ejus fidejussor, qui non liberatur exhibendo debitorem. decis. 4. num. 52
Substituens in officio est fidejussor indemnitatis substituti, & fidejussor indemnitatis non tenetur nisi in subsidium, & excusso principali, quamvis excussionis beneficio renuntiaverit, cum Senatu. ibid. n. 57
Et an in casu, quo adest clausula, quòd teneatur de facto substituti principaliter. ibid. n. 58. & 59
Apud nos non est agitanda quæstio, an si quis fugiat ex carceribus, vel domo, in qua erat detentus sub fidejussione de non discedendo, & recurrat ad superiorem, fidejussio dicatur commissa, de qua quæstione remissivè. decis. 24. n. 10
Non tenetur ad pœnam conventionalem nec ipse, nec ejus fidejussor, si injuste detentus, vel arrestatus discedat à loco arresti, seu detentionis. ibid. n. 12

FIDES.

Omnibus est fides servanda. decis. 27. n. 12
Principaliter Principi convenit rectam fidem servare, etiam inimicis fidei. decis. 27. n. 35

FILIUS.

Traditur dubium an cum vidua concurrere debeat filius in accusando, & remittendo necem mariti. decis. 30. n. 59 usque ad num. 62
Idem dubitatur, quando quæritur de morte uxoris, & concurrunt filius, & maritus. decis. 30. n. 63
Opinio admissa in Senatu fuit, quòd quando filius, & vidua non concurrunt, quia filius negligit, tacet, aut non vult, sufficit remissionem obtinere à vidua. decis. 30. n. 64
Ut negligens filius in accusando dicatur, sufficit quòd permiserit labi tempus infra quod querelam proponere potuerit, idque omiserit, sed quid apud nos observetur. decis. 30. n. 65
Quando concurrunt filius, & uxor in accusando, inter eos communicabitur compendium ex remissione resultans. decis. 30. num. 66
Si vir occidit uxorem, remissio filiorum communium non sufficit, sed requiritur concessus, vel à filiis occisæ ex alio matrimonio, vel à proximioribus uxoris interfectæ, ubi adducuntur aliquæ limitationes, & quid si uxor occidit virum. decis. 20. num. 74
Jus illud habent filii, sive sint legitimi, & naturales; sive naturales, vel spurii, qui certum patrem agnoscunt, & præferuntur consanguineis (idem est in adoptivis, qui transeunt ad potestatem adoptantis) & de nece matris, cum semper certa sit, possunt pacem facere. decis. 30. n. 78
In remittendo æquale jus habent filii, sive masculi sint, sive fœminæ. decis. 30. n. 77
Filius, qui injuriam patris vindicavit post annum illatæ injuriæ, ad quam pœnam teneatur. decis. 42. n. 33

FISCUS.

Fiscus exequutivè non procedit contra debitores fiscales, nisi quando debitum est liquidum, & constat de debito per probationem probatam, nec lite super debito pendente exequutivè fiscus procedit, nec bona describere, seu sequestrari potest. decis. 24. n. 7
An fiscus, etsi actor sit, possit petere arma de domo Rei, & ipsum compellere, ut sibi edat instrumenta. ibid. n. 12. & n. 15
Pro justificanda inquisitione in causis vectigalium fraudatorum, non tunt compellendi mercatores, ut edant fisco libros suos. decis. 26. n. 13
Nec sunt cogendi mercatores, ut edant fisco libros correspondionum cum aliis mercatoribus. ibid. n. 16
Partis remissio fisco non præjudicat. decis. 30. n. 89
Fiscus potest cedere actiones solventi pœnam pecuniariam, ut pro parte ratæ possit exigere à correis debendi. decis. 33. n. 20
Fiscus Regiæ Curiæ non tenetur inferere depositionem testis factam coram inferiore, nec de ipsa habetur ratio, parte non opponente. decis. 44. n. 29
Subornatio testis in fisco non præsumitur. decis. 44. n. 47
Post sententiam in causa supplicationis latam, & sic post rem judicatam, non licet fisco per novas probationes de eodem crimine conqueri. decis. 48. n. 18.
Si ex indulgentia Principis ad defensam admittatur Rei probatio, ad ejus exclusionem non negatur fisco in vim replicationis, quod possit suas subministrare probationes. decis. 48. n. 35
Cautela fisci super negativa. decis. 8. n. 14
Advocatus Fiscalis non potest concedere guidatica. decis. 28. num. 7

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Vide in verbo Advocatus Fiscalis.

FLAGANTIA DELICTI.

In flagranti quis dicitur deprehendi, quando nec fugere, nec inficiari potest. decis.12. n.81. & amplius quando verificetur flagrantia delicti, in annot.n.46.

In flagranti quis dicitur captus, quando ipse delinquens aprehenditur vel in ambulatione, vel in latitatione, dummodo non pervenerit ad locum destinatum. decis.12. n.83. vide in annot. num.46

FLORENNA.

Pro salariis, & florennis Regiæ Cancellariæ instrumenti remissionis, & computo avariarum adducitur observantia. decis.33. n.30. & 31.

FORMA.

Forma supplicationis per partem instantem in processu via ordinaria, decis.1. n.6.

Forma supplicationis evocationis causę per Procuratorem Fiscalem Regiæ Curiæ. ibid. n.30. & provisionis Judicis. ibid.

Forma petendi assistentiam per possessorem certum. ibid. n.31.

Forma declarationis assistentiæ, ibid. n.32.

Forma decreti expediti in forma Cancellariæ, cum quo à Locumtenente Generali tollitur evocata causa. ibid.

Forma provisionis sequestri remissivè decis.1. n.34.

Forma procedendi per Regaliam utatici *similiter modo* remissivè dec.2.n.45

Forma procedendi in vim utatici *auctoritate, & Regalia*, & procedendi per laudamentum Curiæ remissive decis.3. n.41.

Forma supplicationis ad firmandum dubium an causa sit Civilis, vel Criminalis, & declarationis dicti dubii remissive decis.6. n.22.

Forma supplicationis ab evocata causa interpositæ per Ordinarium. ibid.n.24

Forma supplicationis ab evocata causa per partem non captam. ibid.n.25.

Forma cautionis præstandæ juxta cap.10.*Cur. an.* 1599. per conjunctas personas. ibid. n.26.

Forma cautionis præstandæ juxta cap. 10. *Cur. an.* 1599. per conjunctas personas ibid. n.26.

Forma supplicationis commissionis causæ, præstita jam cautione juxta cap.10. *Cur.an.*1599. ibid. n.28

Forma sententiæ in causa supplicationis ab evocata causa, vel regalia. ibid. n.30.

Forma depositionis testis, qui delinquentem cognovit, & ipsum cognominat. decis.7. n.59.

Forma repetitionis testis. ibid.n.60.

Forma depositionis testis, qui delinquentem cognovit, sed illius nomen ignorat: & etiam confrontationum cum reo. ibid. numero 16

Forma confrontationis quando testis nescit nomen Rei, & tempore quo formatur processus reus non est captus, sed postea formato processu capitur. ibidem n.62.

Forma depositionis testis quando deponit de portu tormenti manualis brevioris mensuræ, cum quo reus tantùm fuit visus ibid. n.66.

Forma depositionis testis qui deponit de portu instrumenti manualis parvæ mensuræ vulgò *pistola*, cum quo reus fuit apprehensus. ibid.n.67

Forma interrogatoriorum inquisiti in delicto portus instrumenti manualis parvæ mensuræ, cum quo fuit apprehensus. ibidem n.68.

Forma depositionis testis contra deferentem arma onerata in locis prohibitis mensuræ trium palmorum. ibid. n.69.

Forma interrogatorium Rei in delicto instrumenti manualis trium palmorum id est *xispa* onerati, cum quo fuit captus. ibid. n.70.

Forma depositionis testis deponentis super negativa coarcta loco, & tempore. decis.7.n.57. & decis.8. n.3.

Forma instrumenti visuræ cadaveris occisi. decis.9. n.12.

Forma depositionis testis quando corpus delicti probatur per testes. ibid. n.16

Forma visuræ furti cum fractura ad probandum corpus delicti. ibid.n.21

Forma visuræ, seu visorii fracturæ carcerum. ibid.nu.22.

Forma requisitionis qua utitur Judex Sæcularis requirendo Ecclesiasticum, ut aperire faciat januas, ostia, portas, & foresad extrahendum reum ab Ecclesia in delictis exceptuatis. ibidem num.67.

Forma relationis peritorum in delicto vulnerum pro corpore delicti. decis.11. n.23.

Forma conclusionis qua admittitur exceptio malæ capturæ. decis. 12. n.115.

Forma provisionis quæ scribitur in processu, qua admittitur exceptio malæ capturæ. ibid. n.116

Forma declarationis quando repellitur exceptio malæ capturæ. ibid.n.117.

Forma quando captus vicit in exceptione malæ capturæ, & debet deseguidari. ibidem 118.

Forma supplicationis ad interponendum recursum à procedimentis; & forma decretationis causæ, & provisionis Judicis decis.13. n.64.

Forma conclusionis admittendi recursum interpositum per hominem captum. ibidem n.70.

Forma declationis admittendi recursum interpositum per hominem captum. ibid. n.71

Nota conclusionem recursus interpositi à procedimentis Deputatorum Generalis Cathaloniæ. ibid. n 76.

Forma supplicationis interponendi recursum per arreptionem ittineris, & provisionis in pede supplicationis. decis.24. n.7.

Forma declarationis recursus per arreptionem itineris. decis.24. n.9.

Forma supplicationis interponendi recursum gratiæ, & forma decretationis, & provisionis Judicis, decis.25. num.6. usque ad num.299.

Forma supplicationis interponendi recursum per captum in Regiis carceribus hujus Civitatis, post sententiam, qui gratiæ dicitur. ibid.n.9.

Forma mandati ad habendum copiam processus. decis.25. n.10

Forma supplicationis ad exhibendum copiam processu primitivi. decis.25. n.11

Forma conclusionis in causa recursus qui gratiæ dicitur. decis.25 n.12.

Forma sententiæ in causa recursus gratiæ ibid. n.13.

Forma commutationis pœnæ in persona miserabili, decis. 32. num.27.

Quomodo petenda sit remissio delinquentis à Judice loci delicti. decis.37. n 15.

Litteræ responsivæ de hoc Regno ad Proregem, & Regium Concilium Regni Valentiæ, in quibus certioratur traditio inquisiti, cujus petitur remissio. decis.37. n.27

Litteræ à Supremo Concilio Regni Castellæ pro obtinenda remissione. decis.37. n.29. & 30. cum pluribus inde sequutis.

Supplicario qua petitur in hoc Reg. Concil. remissio criminosi ad Supremum Concilium Reg. Castellæ. decis.37. n. 31.

Declaratio qua providetur dicta remissio. decis.37. n.32

Forma qua requiritur, ut delinquens capiatur ad effectum ut possit remitti ad Judicem requirentem. decis.37. n.33

Forma petendi per nostrum Regium Concilium à Locumtenente Generali, & aliis ad quos spectet Regni Valentiæ, ut remittant reum captum, decis.37. n.34

Forma petendi remissionem Rei per nostrum Regium Concilium à Locumtenente Generali, & aliis ad quos spectet Regni Aragonum. dec.37. n.35

Forma petendi remissionem Rei pro nostrum Regium Concilium à Locumtenent Generali, & aliis ad quos spectet Regni Aragonum. decis 37 num.36.

Forma petendi per nostrum Regium Concilium à Supremo Concilio Regio Regni Castellæ, ut remittat rerum captum in carceribus Regiis Villę Martiti. dec.37. n.36.

Forma instructionum evocatæ causæ in annot. n.5

Forma litterarum Regiarum evocatæ causæ, in annot. n.7.

Forma protestationis ab Ecclesiastico faciendæ, quando fit exhumatio cadaveris à loco sacro. decis.9. n.72. & 73. & in annot. num.33.

Forma protestationis, ut sine irregularitatis incursu possint conqueri Clerici de criminibus pro quibus debetur pœna sanguinis. decis.9. n.73.

Forma depositionis testis in indicio famæ. decis.45. num.35. ver. *Et pro nostra praxi*, & antea decis.7. n.57. ver. *Taximateix*,

Forma depositionis testis super indicio fugæ. decis.7. n.37

Forma depositionis testis super negativa ad excludendum rixam in homicidio. decis.7. n.57. ver. *Et interrogatus*.

Forma condemnandi latronem publicum ad pœnam mortis. decis.43. n.15

Forma diversorum recursuum. dec.23. cum tribus seqq.

Forma sententiæ in causa supplicationis interpositæ à sententia criminali. decis.41

Forma conclusionis cum diversitate votorum in facto remissionis. decis.27. n.22

Alia forma conclusionis cum diversitate votorum in facto fisci P. R.C. decis.8.n.51

Forma exequendi manuleutam factam in Curia inferiori, in annot. n.62.

FRANCIGENA.

Quando prohibitum sit remittenre delicta commissa per francigenas, decis.31. n.48.

FRAUS.

Fraudes, & insidiæ sunt mulierum arma, decis.45.n.15

Vide in verbo Dolus.

FRUMENTA.

Statuto sub certa pœna extrahere frumenta ab aliqua Civitate, prohibenti non contrafit si quis alibi emat frumentum ad illud reportandum ad patriam suam, licet transeat per Civitatem prohibitam, decis.36. n.22.425

FUGA.

Quando fuga faciat indicium contra fugientem post delictum commissum declaratur decis.49. n.17. & 18. & decis.44. num.71 & dec.50.n.3

INDEX

Fuga ex loco delicti in quo fuit commissum homicidium cum armis evaginatis, est indicium indubitatum, eò magis quando in loco homicidii nullus alius visus fuit, nisi solus reus, decis. 41. num. 15

Per testes singulares, si tendant ad eundem finem dicitur plenè probata fuga, traditur decisum. decis. 41. n. 83

Fuga socii criminis facit indicium contra consocium. decis. 43. n. 11. in facto individuo. decis. 45. n. 28

Fuga à loco delicti cum instrumento exonerato indicium facit. decis. 43. n. 17

De indicio fugæ in effectu, vel attentatæ post delictum. decis. 49 n. 17. & 18. & antea decis. 41. n. 51

Depositio testis super fuga à loco delicti. decis. 7. num. 57. vers. *Quando claudituv*, & super fuga generali. ibid. vers. *Y de la mateexamanera*.

FUROR.

Furor probatur ex signis quæ expressantur, & quomodo testes, ut probent, debeant de furore deponere. decis. 43. n. 30

Si furore percitus quis hominem occiderit, miseratione potiùs, quàm pœna dignus est, etiamsi parricidium commiserit, & quid dicendum sit in furioso, qui habet dilucida intervalla. ibid. nn. 33

Quando dignoscatur quem extra furorem deliquisse dum habet dilucida intervalla, & qua pœna afficiatur. ibid. numer. 35

Constito de furore ante homicidium, præsumitur durare delicti tempore. ibid. n. 37

Furiosus traditur consanguineis, ut illum in custodia habeant, ubi Senatus. ibid. n. 38

Et si opus est strictissimè, & catenis trusis, vel aliàs ab eis custoditur. ibid. n. 39

FUR, ET FURTUM.

Quando quis pro furto committendo commodaverit ferramenta ad infringendum, scalam ad ascendendum, tenetur actione furti, sciens cujus rei gratia commodaverit. decis. 40. numer. 17

In furto sine fractura quando post querelam partis subsequitur confessio inquisiti, an iste possit ad pœnam delicti ordinariam condemnari. decis. 9. n. 30. & 31

Fur simplex, qui triplex furtum commiserit, suspendi debet, intellige decis. 19. n. 44

An procedat hæc regula in furtis impropriis. ibid. nu. 45

Furtum delictum atrox judicatur. decis. 20 n. 25

Sufficiunt levia indicia ad quærendam rem furtivam. decis. 26. num. 18

Quamvis in furto requiratur probatio quòd fuerint res in loco unde ablatæ prætenduntur, non est tamen necessarium probare quòd fuerint de tempore commissi furti; sed sufficit, quòd semel ibi fuerint, ubi declaratur. decis. 41. n. 69

Repertura rei furatæ in eo qui incertùm auctorem nominat, indicium facit ad torturam, & licèt in homine bonæ famæ contrarium procedat; tamen qui in depositionibus variando non bonam affert rationem, præcipuè si consimiles res non sit solitus emere, potest torqueri. decis. 41. n. 70

Non ex quo res furata penès aliquem in domo reperitur, probatur quis fur. decis. 41. n. 71

Quando res furata reperitur pœnès personam honestam bonæ conditionis, & famæ, cessat contra eam omnis suspicio. decis. 41. n. 72

Quamvis non doceat à quo rem habuerit. decis. 41. n. 73

Repertura rei furatæ pœnes hominem malæ famæ facit semiplenam probationem, indicium ad torturam. decis. 41. n. 74

Sola emptio rei furatæ non facit indicium ad torturam, nisi alia concurrant; emptor tamen tenetur rem furatam domino vero restituere sine pretii emenda; etiamsi emisset in foro publico; secus si in hac Civitate Barcinonæ res furtuita sit empta publicè, & per cursorem publicum. decis. 41. n. 75

Repertura rei furatæ in homine malæ famæ non facit indicium, quando ille apud quem reperta res est, docet à quo illam habuerit; non tamen sufficit sola nominatio auctoris, nam requiritur probatio. decis. 41. n. 76

Repertura rei furatæ non facit indicium, quando is, apud quem invenitur res furata, est Mercator, seu regaterius, vel fœnerator, sive sint bonæ famæ, sive non; etiamsi non doceant auctorem, nisi eas res retineant in abscondito. decis. 41. n. 77

Is, apud quem res furata reperitur, quamvis non doceat à quo habuerit, & sit malæ famæ, non poterit condemnari; sed torqueri, ubi res ampliùs declaratur decis. 41. n. 79. & 80

De furto facto in Monasterio per Fratrem Monasterii, & de ejus pœna in annot. n. 20. reliqua circa furtum vide, in verbo latrocinium.

De corpore delicti in furto vide in verbo corpus delicti.

G

GABELLA.

Oppressis à Gabellariis succurritur dupliciter, vel civiliter, quia causa est civilis, quando agitur ad persequendam rem commissam, vel de solutione gabellæ; vel criminaliter per viam recursus in Regio Concilio, ubi de recursibu à condemnationibus Clavarii hujus Civitatis. decis. 26. numer. 1.

Defraudatæ gabellæ pœna intrare non potest, quin precedat dolus, & probetur; & adhuc constito de fraude, requiritur sententia declaratoria. decis. 26. n. 3

In apothecis mercerionum adsunt merces obnoxiæ denuntiationi, & impositionibus, & aliæ non: ut puta illæ, quæ fabricantur in Civitate, & sic debet probari in crimine fraudatæ gabellæ merces esse de illis, quæ subiiciuntur denunciationi; cum in criminalibus non sufficiat probatio per possibile. decis. 26 num. 5

Portans blada, prohibita extrahi, si reperiatur in via, quæ tendit ad exteras partes, quàm ad alium locum teritorii, non dicitur fraudasse, nisi probetur, quòd volebat fraudare, vel repertus fuerit in confinibus. ibid. n. 5

A procedimentis gabellatiorum interponitur recursus in R. C. Criminali. decis. 26. n. 20

Non sufficit post factam mercium apprehensionem, quod justificetur qualitas fraudis, quæ tribuit jurisdictionem procedendi, si illa non fuerit recepta in actis Curiæ ante apprehensionem. decis. 26. n. 22

GLORIATIO DELICTI.

Quando quis gloriatur de delicto in ebrietate commisso, non liberatur à pœna. decis. 43. n. 49

Qui gloriatur de delicto extrajudicialiter, maximè si tendat in damnum tertii, debet puniri. decis. 43. n. 21

GRATIA.

Subreptio, seu obreptio ipso jure vitiat gratiam, & nullam meretur exequutionem, si ea, quæ tacentur in gratia, movere possent Principem ad non concedendam eam, vel difficiliùs saltem. decis. 28. n. 41. & n 47. & in annot. n. 72

Subreptio, seu obreptio, ut annullet gratiam, debet esse dolosa. ibid. n. 43. & quando dicatur rescriptum subreptitium, vel obreptitium, in annot. n. 72

Licet gratia ex sola Principis voluntate constet; tamen absque scriptura informis dicitur, & requiritur scriptura ad effectum probationis, & quando agitur de gratia canonizanda. decis. 33. num. 9

GUBERNATOR.

Extra Vicariam, in qua delictum est commissum, non potest Portans vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, illius delicti facere remissionem. decis. 31. n. 57

Gubernator est Ordinarius in Vicaria in qua reperitur, imò Ordinarius Ordinariorum, & major quocumque Ordinario. decis. 31. nu 58

Constitutiones loquentes de Ordinariis in prohibitione remissionum, seu compositionum delictorum comprehendunt gerentem vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, via ordinaria procedentem. decis. 31. n. 58

Si procedat vice Regia, Gerens vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ maximam habet potestatem, & exercet Regalias communicabiles, quatenus expresè cautum reperitur, vel quatenus habet de consuetudine, & tunc observare tenetur constitutiones, quas sibi statuit D. Rex, non verò ligatur constitutionibus de Officialibus Regiis tantùm loquentibus. decis. 31. nu. 59

Vices Gerens Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, procedens via ordinaria, non poterit lata sententia compositiones, & commutationes facere. decis. 31. n. 6. & 61

Vices Gerens Gubernatoris Cathaloniæ non potest remissiones facere pro bono publico, sive procedat via ordinaria, vel vice Regia. decis. 32. nu. 30

Gerens vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ non potest facere remissiones sine consilio Assessoris. decis. 33. n. 13

GUIDATICUM.

Facultas concedendi guidatica est de regaliis Principi reservatis, decis. 27. n. 1

In Cathalonia guidandi facultas est communicata omnibus Judicibus, tam Regiis, quàm Baronum, qui exercent jurisdictionem. decis. 27. n. 2

Prohibitum est Judicibus inferioribus concedere guidatica in criminalibus, ex quibus de Jure Civili, vel patriæ, sive ex consuetudine debetur pœna mortis naturalis, vel civilis, vel mutilationis membri. decis. 27. n. 3

Prohibitum est concedi guidatica, parte læsa non satisfacta, item ejectis à pace, & tregua, assassinis, ægiptiis, & quibus olim decis. 27. n. 5. & decis. 31. n. 22. & vide infra.

Crimina debent exprimi in guidaticis, & tempus ad quod conceduntur, quod currit de momento ad momentum, & concessum per mensem intelligitur per triginta dies. decis. 27. numer. 6

Guidatico pendente nil est innovandum, nec persona assecurati potest à testibus recognosci. ibid. n. 7

Concesso guidatico non potest guidatus molestari, nec offendi. decis. 27. n. 8

Guidaticum à Principe concessum est omnino servandum, sive justè,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

iustè, sive injustè concessum sit. decis. 27. n. 11
Guidaticum est species pacti, & quando ei est promissio adiecta, importat proprium, & verum juramentum, quod est servandum etiam inimico fidei. decis. 27. n. 36
Ex jure naturali fides publica est servanda per eum qui eam dare potuit, ubi referuntur casus diversarum decisionum super guidaticis concessis. decis. 27. n. 37
A Principe possunt concedi guidatica verbo. decis. 27. n. 40
Sicuti assecuratus manet qui a Principe vocatur, ita assecuratus restat qui vocatur à Commissario Principis. decis. 27. n. 41
Quando Princeps sub fide Regia promittit ob præmium capturæ famosi delinquentis, indulgentiam alterius facinorosi, quem adimplens nominaverit, ab ipso nominatus sub tuto securitatis ponitur. decis. 27. n. 42
Guidaticum concessum ex justa causa etiam ab inferiore non habente potestatem, per superiorem debet observari. decis. 27. n. 43
Licèt guidaticum sit nullum ex defectu potestatis, aut solemnitatis, debet nihilominus servari, nec assecuratus poterit capi absque eo quòd revocetur guidaticum, & intimetur revocatio assecurato. decis. 28. n. 5
Quæ habent locum etiamsi guidaticum fit contra legem, vel statutum habens decretum irritans. decis. 28. n. 6
Dummodò concedens salvum conductum, seu guidaticum habeat jurisdictionem, nam si datus sit à non habente aliquam jurisdictionem, puta à Notario, Barisello, ab Advocato Fiscali, & similibus, non est servandus. decis. 28. n. 7
Guidaticum, seu salvus conductus concessus ab inferiore, ab ipso, & ejus subditis debet servari. dec. 28. n. 8
Guidaticum ab inferiore concessum in casibus à jure prohibitis, vel à non habente potestatem, vel absque solemnitatibus, & sic nulliter, à superiore non est servandus: est una Doctorum opinio. dec. 28. n. 9
Hæc procedere fortiùs existimant, si salvus conductus esset concessus in casu prohibito à lege vel statuto cum clausula annullativa, sive decreti irritantis. decis. 28. n. 10
Cum causa, & causæ cognitione ab inferiore concessus salvus conductus in casu prohibito, est servandus à superiore. decis. 28. num. 15
Expressantur causæ. dec. 28. nu. 16
Alia est opinio superiori contraria existimantium, quòd licèt guidaticum, seu salvus conductus sit nullus ab inferiore concessus, nihilominus debet à superiore servari, nec assecuratus poterit capi absque eo quòd revocetur salvus conductus, & intimetur illi revocatio. decis. 28. n. 17
Post processum regaliæ, remissionem ab inferiore factam non valere in vim guidatici, & à Senatu non debere servari, non sine diversitate votorum fuit conclusum in Regio Concilio, & hic recitatur conclusio. dec. 28. n. 22
In casibus quibus pendet causa coram superiore, guidaticum per inferiorem concessum non esse servandum refertur. dec. 28. num. 23
Decisio Senatus ubi declaratur validum guidaticum in favorem mulieris, ob juris ignorantiam, quam habere præsumitur, decis. 28. n. 24
In consideratione non est quoad nullitatem guidatici, evocata causa coram superiore, nisi sit particulariter evocata. decis. 28. num. 25
Guidaticum, seu salvus conductus ab inferiore concessus criminoso læsæ Majestatis, à superiore, seu Principe non est servandus: at contrarium observat Auctor, qui contrariis respondet usque ad numer. 38. ubi remissivè de quæstione an reus exiens ab Ecclesia sub promissione guidatici, si extra eam capiatur, gaudeat immunitate Ecclesiæ. decis. 28. n. 26
Judex inferior salvum conductum concedere potest causa publica præexistente. decis. 28. n. 39
Guidatici jus in sola credulitate consistit. decis. 28. n. 40
Indulta, sive guidatica sunt obreptitia, si delicta in supplicatione non exprimantur, vel si delicti qualitas non explicetur. decis. 28. nu. 42
Quando guidaticum culpa superioris est nullum, ne remaneat reus deceptus, lex providet, ut is in libertatem ponatur. decis. 28. nu. 45
Consideratur dolus in impetrante, si non servat conditiones salvi conductus, nam tunc abutitur salvo conductu; prout abutitur, quando concessus est ad se conferendum ad certum locum, & assecuratus non curat reverti. decis. 28. n. 46
Quod in precibus debeant exprimi omnes qualitates delicti, procedit quando securitas impetratur pro aliquo particulari, specificato delicto; secus quando generaliter petitur. decis. 28. nom. 48
Sub salvo conductu generali omnium delictorum, sive concesso motu proprio, sive ad partis petitionem, comprehenduntur omnia delicta, etiam enormia, & etiam læsæ Majestatis. decis. 28. n. 49
Non sunt à Criminalistis in salvo conductu subtilizandæ affectatæ nullitates, ut homines sub fide publica perdant, & sibi ipsis æternam damnationem pareant. decis. 28. n. 51
Guidaticum, vel salvus conductus non comprehendit delicta futura, quod fortiùs procedit, si quis commiserit delictum ante publicationem decreti abolitionis, sub spe ipsius gratiæ. dec. 29. n. 1
Delinquens pendente salvo conductu, seu guidatico plecti potest tam pro delictis noviter commissis, quàm etiam pro delictis, pro quibus salvum conductum obtinuit. decis. 29. n. 2
Hæc procedere, quando post securitatem ex proposito deliquit, procurans illam ad delinquendum, alias secus, est una opinio DD. ibid. n. 3
Ratio hujus opinionis assignatur, & explicatur quando dicatur post securitatem delictum ex proposito committi. ib. n. 4
Ulterius opinantur, quòd si assecuratus aliqua justa causa de novo deliquerit; non punitur pro delictis præteritis. ibid. n. 5
Alia est opinio, & quidem verior, quòd assecuratus committens delictum verè punibile ex proposito, & nulla causa de novo interveniente (ut provocatio, aut propria defensio) perdit salvi conductus beneficium, & potest puniri pro delictis commissis ante securitatis impetrationem: maximè si nulla causa interveniente de novo tale maleficium paulo post securitatem commiserit. decis. 29. n. 6
Est certum, quòd ut beneficium salvi conductus, aut guidatici amittatur per subsequens delictum, requiritur, quòd sit verè punibile. ibid. n. 12
Non sufficienter probato delicto noviter commisso, reus reponitur in pristinam libertatem. ibid. n. 13
Si pro novo delicto adsint indicia ad torturam, inquisito dantur defensiones, & si tortus non confitetur delictum, reponitur in vim salvi conductus, in pristinam libertatem. ibid. n. 14
Assecuratus non perdit beneficium guidatici, si noviter delinquat, quando delictum est leve. decis. 29. nu. 16
Non concordata parte, guidatica non conceduntur. decis. 31. num. 22
Guidatica subsistunt sine desistentia partis, quando vocantur delinquentes ad pacem firmandam decis. 32. n. 22
Potest per Principem guidaticum concedi debitori fallito, consentiente majori parte creditorum, non numeri sed quantitatis, ubi decis. Senatus decis. 32. n. 46
Quilibet Judex Ordinarius post salvum conductum concedere testibus ad deponendum per tempus competens, arbitrio suo. decis. 32. n. 56
Remissio declarata nulla, importat guidaticum. decis. 33. nu. 8
Remissio facta contra statutum, seu legem prohibentem remissionem fieri sub decreto nullitatis, nulla est, valet tamen in vim guidatici. ibid. n. 18
Vide in verbis securitas, & salvaguardia.

H

HÆRES, ET HÆREDITAS.

EX remissione facta per filium de nece patris, non dicitur adita hæreditas patris. decis. 30. n. 33
Filius, qui se abstinet ab hæreditate paterna potest accusare, & remittere necem patris. decis. 30. n. 34
Filius exhæredatus potest accusare, & remittere necem patris, adhuc stante statuto, ne remittatur delictum nisi obtenta pace ab hæredibus occisi; nam statutum intelligendum erit de hæredibus sanguinis. decis. 30. n. 35
Refertur opinio existimantium, quòd si ex una parte concurrat hæres extraneus, & ex altera consanguineus, is extraneo preferri debet in accusando, & remittendo. decis. 30. n. 39. contraria recitatur n. 40
Si plures sint hæredes, ab omnibus est pax habenda, nec sufficit si à majori parte pax habeatur. decis. 30. n. 41
Tradunt quidam Doctores, ab hæredibus bonorum, & sanguinis pacem habere tutiùs esse. ibid. n. 42
Opinio Auctoris est, quòd non solùm tutiùs, sed imò necessarium est, quòd ab hæredibus extraneis, & simul à consanguineis pax habeatur. ibid. n. 43
Hæc non procedit respectu filii; nam is præferendus est hæredibus extraneis in accusando, & remittendo necem patris. decis. 30. num. 44
Ex generali Cathaloniæ, & orbis consuetudine non privatur hæreditate hæres, qui non vindicat necem defuncti. ibid. nu. 45
Jus accusandi, & remittendi, etiamsi sit sanguinis, adquiritur titulo hæreditario. ibid. n. 46
Actio vindicandi, & remittendi necem defuncti consideratur dupliciter; uno modo, quo competit hæredibus sanguinis, & tunc nil habet hæreditarium, & alio modo quo competit hæredibus, & dicitur jus illud hæreditarium. ibid. n. 47
In hærede extraneo consideravit jus idemtitatem personæ cum defuncto, ac illius repræsentationem retroficitiè. ibid. n. 48
Sicut jus consideravit in consanguineo affectionem ex vinculo naturæ, consideravit etiam in hærede affectionem ex vinculo civili. decis. 30. n. 49
Hæres succedit in universum jus, & consanguineus concurrente hærede non succedit. ibid. n. 50
Si tantùm existit hæres extraneus, ab isto solùm est pax habenda; si tamen plures concurrant in accusando, ab omnibus est remissio habenda. ibid. n. 52
Auctoris opinio est, quòd jus accusandi, & remittendi non est

hæreditarium, quia non fuit jus illud in hæreditate tempore mortis defuncti, & hæreditas eſt ſucceſſio in jus defuncti, &c. ibid. num. 54
Atverò non ex hoc infertur, non poſſe deferri jus illud hæredibus extraneis, quia his competit ratione affectionis; nam ad eos pertinet exiſtimatio, & fama defuncti, & affectio potentior eſt, quàm conſanguinitatis gradus. ibid. n. 55
Pro emenda damni occaſione curationis, & operarum oritur actio directa, & utilis, illa non competit homini libero; quia non eſt Dominus membrorum ſuorum; hæc, quæ competit homini libero, tranſit ad hæredes, ibid. n. 58

HISPANIA.

De fidelitate Hiſpanorum. deciſ. 27. n. 28. uſque ad n. 33

HOMICIDIUM.

In homicidio provocator dicitur, qui priùs arma capit, & eò magis ſi illa evaginet; & provocatus ſi illum interficiat pœna ordinaria non plectitur, quia id dicitur commiſiſſe juſto calore iracundiæ, & ſi provocans remanet occiſus à ſua temeritate dicitur occiſus. deciſ. 18. n. 22
Aggreſſor, ſi illato vulnere aufugiat. & aggreſſus aufugientem occidat, ad ſui defenſionem occidiſſe non præſumitur, ſed ad vindictam, & pro exceſſu tenebitur pœna extraordinaria. ib. num. 23
Homicidium cum qualitate proditionis atrociſſimum delictum dicitur. deciſ. 20. n. 16
Actio ad accuſandum homicidam præſcribitur per triginta annos. deciſ. 32. n. 53. & 54.
In homicidio proditorio non licet ſupplicare non ſolùm à diffinitiva, ſed etiam à proviſione tormentorum. deciſ. 34. n. 21
Actio ad emendam civilem propria eſt partis, ad puniendum homicidium propria eſt fiſci. deciſ. 35. n. 16
Quando homicidium eſt deliberatum, & ex propoſito, omnes, qui homicidio intervenerunt, tenentur pœna ordinaria homicidii, ſive defunctus ex unico tantùm vulnere; ſive ex pluribus deceſſerit, & ſive unum tantùm vulnus eſſet lethale, cætera verò non lethalia, & ſive appareat quod omnes vulneraverint, vel ne. deciſ. 39 n. 1 & deciſ. 40. n 1
Quando homicidium commiſſum eſt à pluribus in mera rixa ex improviſo, ſi non appareat cujus vulnere occiſus obierit, omnes ratione incertitudinis puniendi ſunt pœna extraordinaria Judicis arbitrio. deciſ. 39. n. 2
Hæc procedunt, & habent locum etiam in auctore rixæ, qui ex incertitudine vulnerantium condemnatur tantùm ad pœnam extraordinariam. deciſ. 39. n. 4
Non ex quo ſcitur lethaliter vulnerans, cujus ictu percuſſus interficitur in rixa, plectendus venit pœna homicidii ordinaria; quia ſummopere contemplandus eſt animus percutientis: an occidendi animum habuerit, rejectis contrariis. deciſ. 39. n. 5. uſque ad n. 7
De conjecturis animi deliberati homicidæ vide in verbo animus deliberatus.
Ut habeat locum pœna legis Corneliæ *de ſicariis*, requiritur quòd hommicidium committatur ex propoſito. deciſ. 39. n. 8
Deciſio Senatus de interfectore certo in rixa condemnato ad pœnam extraordinariam; quia inter alia non conſtitit de animo occidendi. deciſ. 39. n. 10
Animus deliberatus occidendi non præſumitur, imo in dubio præſumitur quod caſu, & non appenſate quis in rixa intervenit, ideò fiſcus vel actor, qui dicit homicidium commiſſum animo deliberato fuiſſe, id probare enetur:, quia illa qualitas animi deliberati eſt facti, ſeparata ab homicidio. deciſ. 39. num. 11
Si conſtat de animo deliberato illius qui hommicidium commiſit, reſpectu aſſiſtentium potuit eſſe de improviſo commiſſum, & hi tunc abſolvendi ſunt, ubi exempla proponuntur. deciſ. 39. num. 12
Potuit evenire, quòd idem homicidium reſpectu unius ſit commiſſum animo deliberato, & reſpectu alterius dicatur commiſſum ex improviſo, ubi exempla. deciſ. 39. n. 13
Homicidium commiſſum ſine animi præmeditatione, & animi deliberatione dicitur ſimplex, & punitur tantùm pœna extraordinaria. deciſ. 39. n. 14.
Rixa potiùs ſimplex, quàm prævio tractatu ſequuta cenſetur, ideo homicidium commiſſum in rixa punitur tantùm pœna extraordinaria, ubi deciſiones Senatus recitantur. deciſ. 39. n. 15
Quando ceſſante provocatione aliqua, & ſine cauſa præcedente homicidium voluntariè committitur, cum tunc dolus adſit, homicidium appenſatè, & animo deliberato præſumitur perpetratum, & punitur occidens pœna homicidii ordinaria. dec. 39. n. 16
Prout etiam punitur eadem pœna, quando quis occidit de facie ad faciem, motus ex leviſſima cauſa, traditur. deciſ. Senatus. deciſ. 39. n. 17
In quæſtione an præcedente rixa inter plures, ſi conſtat de interfectore, qua pœna tenetur, aliqui DD. affirmant de occiſo teneri, alii de morte, vel de homicidio, alii docent interfectorem eſſe puniendum: qui cum ita dubiè loquantur, intelligendi ſunt de pœna extraordinaria. deciſ. 39. n. 18
Data incertitudine vulnerantium, etiamſi ſit commiſſum homicidium proditorium, vulnerantes, & interficientes puniri non debent pœna ordinaria homicidii, ſed tantùm extraordinaria; niſi præcedente inter eos tractatu; prout procedit inter committentes homicidium per inſidias; nam non dantur inſidiæ ſine induſtria, quapropter tenentur pœna ordinaria delicti; latè diſcutiuntur exemplaria Senatus, quæ declarantur, & contrariis reſpondetur, ubi etiam quando conſtat de interfectore, vel vulnerante certo, nulla præcedente rixa, aut ea præcedente, qua pœna illi plectantur. deciſ. 39. n. 19. cum ſeqq. uſque ad n. 25. & in annot. n. 80
Licèt offenſus occidens offenſorem excuſetur à pœna ordinaria, & ſolùm teneatur pœna extraordinaria; intelligitur tamen, ſi commitatur homicidium defenſionis calore, & iracundia durantibus, & antequam offenſus poſt offenſam ad alios actus ſe divertat. deciſ. 39. n. 37
De tempore minarum debet conſtare, ut minatus à pœna ordinaria homicidii liberetur, prout idem dicitur in provocato, & quod ira ex minis fuerit orta. deciſ. 39. n. 38
Debet minatus habere notitiam minarum, ut dici poſſit ea cauſa ad occidendum commotum fuiſſe. deciſ. 39. n. 39
De aſſiſtente cum armis in homicidio, & de opem, & auxilium præſtante, præcedente tractatu, quamvis non fuerit occiſor, traditur judicatum deciſ. 40. n. 25. & in annot. n. 79
Pœnæ homicidæ proditorii, homicidæ ex propoſito, vel per inſidias, aſſignantur deciſ. 44. n. 12. & n. 75
Aliundè debet conſtare de qualitate animi deliberati, vel de qualitatis probatione, ut per indicia poſſit in homicidio ſequi pœna ordinaria. deciſ. 44. n. 16. & amplè verbo indicium.
Defectus cauſæ in homicidio facit indicium mandati. dec. 44. n. 59
Conſtito de mandato occidendi præſumitur homicidium commiſſum à mandatario. deciſ. 44. n. 68
Incitatio mandantis, & ſpontanea acceptatio mandatarii, homicidio ſequuto valde conſideratur. deciſ. 44. n. 72
An occidens amicum reconciliatum dicatur proditor. deciſ. 46. num. 1 & in annot. n. 82
Reſpectu uxoris opem præſtantis in homicidio viri, per ejus inimicos patrato conſideratur proditorium, & reſpectu interfectorum etiam inſidioſum in caſu, qui refertur. ibid. n. 9
In homicidio, non expreſſa in ſententia qualitate proditionis, vel inſidiarum, ſed facto delato de nece ſimpliciter, admittitur ſupplicatio, ubi deciſ. Senatus. ibid. n. 14
Pro auxilio cooperativo tenetur auxilians eadem pœna, ac principalis in homicidio doloſo, conſtito plene de delicto, præcedente tractatu. deciſ. 47. n 30
Homicidium commiſſum in domo, præſumitur commiſſum à Domino domus, quando aliqua alia concurrit conjectura, & particulariter viget *indicium* contra domeſticum, quando in illius camera occiſus reperitur. deciſ. 49. nu. 10. vide amplius in verbo indicium.
Quando mortuus reperitur in via prope domum alicujus, præſumitur occiſus à Domino domus contiguæ, ſi concurrat alia præſumptio. ibid. n 11
Ex aſſiſtentia viri aliàs boni ducti incautè ad locum in quo ab inimicis aliquis expectatur, nulla pœna incurritur. ibid. n. 13
Parricidium eſt homicidium proditorium, & inſidioſum dicitur homicidium, quando quis occiſurum tradit interfectori, unum verbis oſtendendo. & aliud mente gerendo. ibid. n. 25
Contra homicidam ſoceri non imponitur pena veri, & proprii parricidii. ibid. n. 27
Ut rixa verbalis excuſet in homicidio, opus eſt quòd iracundia talis ſit, ut mentis alienationem inducat, & ſit ex juſta cauſa, ſecus ſi injuſta, & ſit ira magna, ſecus ſi parva. deciſ. 38. n. 24. uſque ad n. 26
Ad conſiderandum quòd cauſa, ex qua quis movetur ad delinquendum, ſit magna, quæ attendantur. deciſ. 38. n. 25
Si conſtat de homicidio, ſufficit quòd tractatus probetur præſumptivè. deciſ. 38. n. 29
An occidens injuriantem cauſa honoris, extraordinaria pœna puniatur, quando injuriam incontinenti vindicat, & quid ſi ex intervallo. deciſ. 42. n. 10. & ſeq.
Quando homicidium eſt commiſſum poſt rixam, liberatur homicida à pœna ordinaria, ſi illud incontinenti committat calore iracundiæ ex juſto dolore provenientis, ſecus ſi ex intervallo. ibid. n. 15
Recitatur opinio eorum qui ſentiunt, quòd etiamſi quis homicidium perpetraverit honoris cauſa, & ſic ex juſto calore, etiam ex intervallo, non tenetur pœna ordinaria, ſed mitiori. deciſ. 42. n. 16
Expenditur ad id ipſum doctrina Reg. Matthæu, & n. 19. traditur judicatum. ibid. n. 17
Admittitur & declaratur hæc opinio: in Cathalon. obſervatur in homicidio commiſſo poſt rixam, quòd præſumitur durare juſtus iracundiæ dolor per viginti quatuor horas; ita ut delictum poſt illius ſpatium commiſſum, ex propoſito, & animo deliberato dicatur commiſſum. ibid. n. 20
Occidens incontinenti poſt rixam excuſatur ob mentis alienationem, ſi iracundia ſit talis, ut occidentem à mente alienet, & ſit ira magna, non parva, quod relinquitur arbitrio Judicis. ibid. num. 23

UAB Universitat Autònoma de Ciències Socials

Verbum illud *incontinenti* significat tres dies, vel unum menſem, vel ſex menſes, quandoque decennium juxta ſubiectam materiam, ubi habetur judicatum in fratre punito pœna extraordinaria, qui poſt quatuor annos receptæ injuriæ occidit ſtupratorem ſororis, deciſ. 42. n. 35.
Non eſt puniendum homicidium pœna ordinaria poſt quatuor annos commiſſum in eum qui alapam homicidæ dederat, recitatur ibid. n. 35
Dubitat auctor quod hæc procedant quoties injuria eſt talis, ut ſine deſitu Judici exponi poſſit; nam in ea multum hæſitat an injuriam ex intervallo vindicans excuſetur a pœna ordinaria, niſi probet concludenter id feciſſe antequam ad extraneos actus ſe diverteret, & quamprimùm potuit. Pro nece ex intervallo patrata in vindictam injuriæ verbalis ex cauſa honoris illatæ pœnam mortis deberit raditur, ibid. n. 36
Ut homicidium dicatur proditorium debet probari per fiſcum qualitas excluſiva rixæ, deciſ. 43. n. 22. & hic idem dicitur in homicidio appenſato.
Dicitur homicidium proditorium quando nulla interveniente cauſa rixæ, ſecurè quis occidit nil tale præcaventem, aut ſe defendere valentem, amicitiæ, vel inimicitiæ cauſa minime conſiderata, vel ſi adeſt cauſa levis, ibid. n. 23. & deciſ. 39. n. 36 & deciſ. 46. n. 1.
Committitur homicidium proditorium quando quis aliquem occidit in loco alieno à vindicta, ibid. n. 24
Conſtito de furore ante homicidium præſumitur durare delicti tempore. idid. n 37. vide in verbo Furor.

HONOR.

Lis ſuper materia honoris eſt cauſa inimicitiæ capitalis; nam pro defenſione ſedis, & honoris licet reſiſtere, & vi rejicere prohibentem, ſicut pro vita, cui honor æquiparatur, deciſ. 38. num. 19.
An propulſans injuriam ex cauſa honoris, excuſetur à pœna ordinaria, deciſ. 49. n. 44
Vim vi repellere licet, non tantùm pro defenſione vitæ, ſed etiam pro defenſione honoris, cum honor, & vita æquiparentur, deciſ. 41. n. 2.
Honoris amiſſio morti aſſimilatur; at honorem vitæ eſſe præferendum probatur, ibid n. 3
Vivens ſine honore, mortuus exiſtimatur, ibid. n. 4.
Honoris cauſa eſt ardua, maximaque conſideratione digna, & nil eſſe miſericordius, quam bonæ famæ conſulere, ibidem n. 5.
Iracundiæ calor in injuria illata ex cauſa honoris plùs durare videtur, quàm ex rixa repentè ſuborta, ibid. n. 22.
An injuriam ex intervallo vindicans excuſetur à pœna ordinaria, deciſ. 52. tota

HORA.

Demoſtratio horæ non eſt de ſubſtantialibus depoſitionis teſtis, cum ſufficiat quòd de menſe deponat, & probat teſtis qui deponit de ultimus diebus menſis tranſacti, vel de principio menſis ſequentis, alterum ex utroque firmando, quia principium menſis dicitur uſque ad medium menſis, deciſ. 44. num. 35.
Quando varietas horæ obſtet teſti, ut non probet, deciſ. 44. nu. 37.
Non officit diverſitas horæ inter teſtes, quando ex diverſitate horæ non inducitur diverſitas facti. deciſ. 44. num. 41.

I

IGNORANTIA.

IGnorantia in virum ſagacem, & verſutum non cadit. deciſ. 22. num. 32.
Ignorantia cadit regulariter in facto alieno, deciſ. 22. nu. 33.
Ignorantia non debet eſſe craſſa, & ſupina, deciſ. 22. num. 34.
Ignorantia latens, & occulta iuvat expendentem falſam monetam, ut liberetur à pœna, deciſ. 41. n. 44.
Ignorans, & dubitans parificantur, deciſ. 41. nu. 98.

IMMUNITAS.

In cauſa viſuræ ſuper contentione immunitatis Eccleſiaſticæ, teſtes ſuper negativa debent incarcerati recipi, declaratur deciſ. 8. num. 29.
Vulnerans, ſeu percutiens aliquem proditoriè, aut per inſidias, aut deliberate, etiam animo non occidendi, confugiens ad Eccleſiam non gaudet immunitate. deciſ. 11. num. 20.
An reus exiens ab Eccleſia ſub promiſſione guidatici, ſi extra eam capiatur, gaudeat immunitate Eccleſiæ, deciſ. 28. n. 38.
Nec ex quo reus privatur immunitate Eccleſiaſtica, privandus eſt beneficio ſupplicationis, quia quoad hanc rem non valet argumentum ab immunitate ad ſupplicationem; nam homicida appenſatus non gaudet immunitate Eccleſiaſtica, & ſupplicare poteſt, dec 46. n. 17
Vulnerans proditoriè privatur immunitate Eccleſiaſtica, punitur tamen pœna extraordinaria, ibid. n. 19.
Cum indiciis indubitatis in delictis qualificatis privatur reus immunitate Eccleſiaſtica, deciſ. 49. n. 23.
In cauſa contentionis ſat eſt, quòd pro fiſco probentur delicta, quantum ſufficit pro informatione conſcientiæ R. Cancellarij, nam ipſe judicat cauſas contentionum in hoc Principatu ſecundùm Deum, & ſuam conſcientiam, deciſ. 50. num. 25.
Judices Sæculares poſſunt extrahere teſtes ab Eccleſia ad exigendum ab eis depoſitionem, ut poſt eam acceptam, eos ad Eccleſiam reſtituant, deciſ. 9. num. 75.
Si Judici Sæculari ad perquirendum reum in Eccleſia in delictis exceptis claudantur januæ, quid agere debeat, deciſ. 9. nu. 66.
An Judici Sæculari liceat ſine Superioris Eccleſiaſtici licentia, reum in Eccleſia armis prohibitis, bonis furtivis, vel falſa moneta ſpoliare, ibid. num. 45. & 65.
Vide alia in verbo contentio.

INCENDIUM.

Dominus Rex, & eius Officiales non poſſunt per compoſitionem remittere incendiarijs, deciſ. 31. num. 25.

INDICIUM.

Indicia alia ſunt dubitata; quæ variè apud DD. deſcribuntur, deciſ. 41. n. 5. uſque ad n. 10.
Indicium indubitatum explicatur in duobus rixantibus, quorum alter rixa finita repertus eſt vulneratus, qui ab altero corrixante percuſſus dicitur, deciſ. 41. n. 11.
Etiam oritur indicium indubitatum contra eum, qui in rixa viſus fuit admenare, licet non percutere, ſi finita rixa reperiatur adverſarius admenantis vulneratus, vel occiſus, ibid. n. 12.
Pariter oritur indicium, indubitarum contra eum, qui viſus eſt enſe evanginato perſequi alterum fugientem, poſtea vulneratum repertum. deciſ. 41. num. 13.
Eſt indicium indubitatum, quando quis viſus fuit exire ab aliqua domo, quæ non habet niſi vnum aditum, & exitum, cum gladio evaginato, & ſanguinolento, & in ea domo reperiatur aliquis mortuus, vel vulneratus poſt illius exitum; aut ſi ex alio loco, veluti agro, vel vinea viſus eſt egredi forma relata, deciſ. 41. n. 14
Fuga ex loco delicti, in quo fuit commiſſum homicidium; cum armis evaginatis, eſt indicium indubitatum, eo magis quando in loco homicidij nullus alius viſus fuit niſi ſolus inquiſitus, deciſ. 41. n. 15.
In adulterio indicium indubitatum infertur ex concubitu ſolius cum ſola, nudicum nuda, deciſ. 41. num. 16. & vide in verbo Adulterium.
Indicia indubitata ſunt duplicis generis, alia in primo gradu, & propriè indubitata, quæ nullam habent hæſitationem, & alia in ſecundo gradu, quæ aliquam habent hæſitationem, exempla referuntur, deciſ. 41. n. 16. & 18
Indicia dubitata ſunt, quando animum Judicis movent ad aliquid credendum, vel diſcernendum, ſed non ita ut in eo judicantis animus conqueſcat. deciſ. 41. n. 19.
Indicia alia ſunt delicto proxima, & alia remota, de quibus recitantur exempla, deciſ. 41. n. 20
Remota indicia ſunt in duplici differentia; nam alia ſunt valde delictum inferentia, & alia generalia non valde delictum inferentia, de quibus exempla traduntur, deciſ. 41. n. 21.
Indicia remota debent probari per duos teſtes, aliàs nihil relevant, quod etiam procedit in indicio proximo, ſed non immediato ad delictum, ut in confeſſione extrajudiciali, deciſ. 41. n. 22. & antea deciſ. 14. n. 22.
An ad probandum indicia teſtes debeant eſſe omni exceptione majores, & quid in praxi ſervetur, deciſ. 41. nu. 23. uſque ad num. 27
Indicia imperfectione probata, ſi tendant ad eundem finem, conjunguntur ad probandum, deciſ. 41. n. 28. 29. & in terminis fugæ deciſ. 41. n. 83. & in aliis terminis deciſ. 43. n. 13. 14. & deciſ. 69. n. 21
In delictis difficilis probationis ſufficit quod indicia probentur per teſtes ſingulares, quod fuſè explicatur deciſ. 41. n. 30. 31. & 32.
Ex præſumptionibus formatur indicium, deciſ. 44. n. 74
Cum teſte de viſu, & indiciis efficaciam alterius teſtis omni exceptione majoris ſuperantibus, condemnatur in hoc Principatu ad pœnam ordinariam delicti, deciſ. 8. num. 44. deciſ. 15. n. 19. 20 deciſ. 43. n. 6
Etiam apud Judices Ordinarios, deciſ. 8. n. 44.
Ad id explicatur magiſtralis doctrina Peguer. cum exemplaribus antiquis, & recentibus noſtri Senat. deciſ. 8. n. 47. uſque ad n. 60.
In Regio Concilio, ex indiciis indubitatis in delictis difficilis probationis condemnatur ad pœnam ordinariam delicti, ſive ſint illius generis, quæ inducunt credulitatem ita firmam, ut neque actualem, neque virtualem habeat Judex dubitationem; ſive ſint illius generis, quæ inducunt credulitatem abſque hæſitatione actuali, ſed cum aliqua hæſitatione virtuali, deciſ. 44 n. 5. & antea deciſ. 41. n. 34
Etiam in delictis difficilis probationis, quamvis indicia non ſint omnino indubitata, ſufficit quòd plura ſint indicia dubitata, ex quibus reſultet unum indubitatum, & adſint aliæ probationes, & adminicula, ut poſſit condemnari pœna ordinaria delicti, deciſ. 8. n. 45. deciſ. 41. n. 35. deciſ. 44. n. 5. deciſ. 49. n. 39. deciſ. 47. n. 35. & deciſ. 50. tot.
Aliunde debet conſtare de qualitate homicidii, ut ex indiciis poſſit

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

INDEX

possit sequi pœna ordinaria, decis. 8. à num. 61. usque ad 66. & decis. 44. n. 16
Hæc non procedunt in Ordinariis inferioribus, qui ex indiciis indubitatis condemnare non possunt ad pœnam ordinariam, decis. 41. num. 59
Explicatur Novarius, qui loquitur de Judicibus Ordinariis inferioribus, decis. 47. n. 34
Cum indiciis indubitatis in delictis qualificatis privatur reus immunitate Ecclesiastica. decis. 49 n. 23
Ex indiciis indubitatis, quando credulitas est ita firma, ut neque virtualem, neque actualem Judex habeat dubitationem, in Tribunalibus Supremis non solum in delictis occultis, sed etiam in delictis diurnis, & quæ non sunt difficilis probationis, deveniri potest ad pœnam ordinariam. decis. 43. n. 2
Existimant aliqui, quod ut sit locus pœnæ extraordinariæ, indicia indubitata debent esse saltem duo. decis. 43. n. 4
Ex pluribus indiciis dubitatis an formari possit indicium indubitatum, decis. 41 n. 35. & decis. 43. n. 5
In criminibus occultis juncta infamia Rei, quæ in hac re multum consideratur, ex dicto socii insurgit semiplena probatio, & si cum ea concurrant plura indicia, efficaciam unius testis omni exceptione majoris excedentia, censetur plena probatio adimpleta ad condemnandum pœna ordinaria delicti. decis. 16. numer. 21
Quæ indicia debeant præcedere, ut Judex possit decernere capturam vide in verbo captura.
Indicium contra inquisitum ad torturam non facit testis, qui non reddit rationem sui dicti. decis. 7. n. 44
Indicia stupri traduntur. decis. 9. n. 20
Dictum stuprati contra agentem, vel stupratæ conrra stuprantem quale indicium faciat. decis. 16. n. 20
Testis inimicus inimicitia capitali non facit indicium, nec præsumptionem. decis. 18. num. 5. Et reliqua vide in verbo inimicitia.
Prohibita est remissio, si non constat de delicto, nec adsunt legitima indicia in processu, quia tunc remissio esset extorsio. decis. 31. nu. 43
Indicia levia in occultis casibus, & enormibus reputantur gravissima. decis. 41 nu. 4
In latrocinio ex diversis præsumptionibus formatur indicium, quæ hic recitantur. decis. 43. n. 6. usque ad n. 10. & 12
Repertura rei furatæ in homine bonæ, aut malæ famæ an indicium faciat ad torturam, vide in verbo Furtum.
Repertura monetæ falsæ an faciat indicium in homine bonæ, aut malæ famæ, vide in verbo Moneta.
Fuga socii an faciat indicium contra consocium, vide in verbo Fuga.
De indicio fugæ à loco delicti, vel post delictum vide in verbo Fuga.
Contra socium itineris oritur indicium non invento homicida socii, ubi de socio itineris, qui non detulit, sed tacuit homicidium socii. decis. 41. n. 37
Inventus in loco delicti præsumptionem habet contra se, vel in loco propinquo, videlicet nimis propinquo, & quasi contiguo, & alia circa intelligentiam hujus indicii. decis. 41. n. 38
Frequentatio loci delicti facit indicium. decis. 41 n. 38. & n. 57
Indicium est delinquentis terror. decis. 41. n. 39
Si aliqua res relicta sit in loco delicti, quæ inculpati esse demonstretur, ex ejus inventione insurgit indicium, ut si reperiatur ensis, gladius, aut alia res. decis. 41. n. 40
Inventio vestium occisi penes inquisitum, grave indicium contra eum facit. decis. 41. n. 41
Oritur indicium in latrocinio contra illum, qui pauper existens, visus est expendere pecuniarum quantitatem. decis. 41. n. 42. cum seq. & nu. 56
Allocutio secreta cum sotio criminis facit indicium. decis 41. n. 53. Et inter mandantem, & mandatarium quando faciat indicium. decis. 44. n. 61. cum seq.
Ex acerbitate facti, & brevitate temporis præsumitur datum consilium ei, qui post allocutionem statim alterum occidit, si præcedit inimicitia. decis. 45. nu. 13
Conversatio cum malis hominibus facit indicium. decis. 41. n. 53 & decis. 44. n. 60. & decis. 50. n. 2
Sanguis recens in vestitu inquisiti facit indicium in homicidio. decis. 41. n. 54
Quando vulnera sunt ad mensuram gladii, vel armorum inquisiti, contra illum oritur indicium. decis. 44. num. 18 & decis. 49 nu. 22
De indicio mendacii vide in verbo Mendacium.
De indicio famæ vide in verbo Fama.
De indicio contra illum, qui de delicto tantùm fuit diffamatus. decis. 43. n. 20. & decis. 45. n. 36
Si indicia non sint clara, & urgentia, tantùm reus condemnatur ad pœnam extraordinariam, ubi Senatus. decis. 41. n. 60
Receptatio delinquentis facit indicium tractatus, decis. 44 numer. 58
Defectus causæ in homicidio facit indicium mandati, decis. 44. num. 59
Latitatio post delictum infert ad delictum, decis. 44. num. 70. & quid de exfractatione à domo. decis. 45. n. 28
In delictis difficilis probationis, ex indiciis, & verisimilitudinibus Judex confirmare potest suum animum ad inferendum sceleris auctorem. decis. 45. n. 38
Homicidium commissum in domo, præsumitur commissum à Domino domus, quando aliqua alia concurrit conjectura, & particulariter urget indicium contra domesticum, quando in illius camera occisus reperitur. decis. 49 n. 10. & amplius decis. 50. n. 1
Quando mortuus reperitur in via propè domum alicujus, præsumitur occisus à Domino domus contiguæ, si alia concurrat præsumptio. decis. 49. n. 11
Licèt ex signis lætitiæ, verbis, vel facto, post delictum non probetur mandatum de occidendo, inde tamen oritur indicium ratihabitionis, ubi de aliis conjecturis, ex quibus præsumitur ratificatio. ibid. n. 16
De indicio edicentis *qui invenerit me, occidat me*. decis. 49. n. 22
De indicio ex forma pedis, quæ correspondeat formæ pedis accusati agitur. ibid.
Associatio est indicium tractatus. decis. 50. n. 19
Ex mala progenie inquisiti infertur indicium, in annot. nu. 21 & quòd mala qualitas inquisiti sit ponderabilis in omni delicto. decis 10. n. 51. & decis. 44. n. 56. & 57
De indicio confessionis extrajudicialis vide in verbo Confessio.
De indiciis adulterii vide in verbo Adulterium.
De indiciis viricidii vide in verbo Viricidium.
De indiciis minarum vide in verbo Minæ.

INDULTUM.

An ut quis gaudeat indultu, desistentia partis sit necessaria, dato etiam quod pars non se querelaverit. decis. 31 n. 23. & 24
De indultu generali secernuntur publici latrones, & derobatores stratarum, etiam pro unico furto. ibid. n. 27

INFIDELIS.

Infideles à testimonio repelluntur, nisi in criminibus exceptis, & eis defertur juramentum secundùm eorum leges. decis. 7. num. 22

INHIBITIO.

Inhibitio potest tolli Ordinario Regio, vel Baroni à Locumtenente Generali, & Concilio Regio, tollendo regaliam evocatæ causæ, ubi traditur forma. decis. 1. n. 48

INIMICITIA.

Sola inimicitia capitalis repellit testem. decis. 17 n. 14
Inimicitia capitalis oritur ex conatu ad occidendum, & ex minis. decis. 8. n. 3
Inimicus dicitur, non solùm qui nocet, sed etiam qui noceret, si posset, licet actu non noceat. ibid. n. 4
Testis inimicus inimicitia capitali omnino repellitur à testificando, nec probat plene, nec semiplenè, nec indicium facit, nec præsumptionem, sed tantùm aperit viam ad inquirendum generalitet, etiam in criminibus exceptis, & quæ sunt difficilis probationis. decis. 18. n. 5
Testis inimicus, qui per se nil probat, nec cum adminiculis probare potest, etiamsi sit bonæ vitæ, & famæ. decis. 18. n. 6
Quamvis militent aliquæ ex causis à Doctoribus ponderatæ pro præsumenda inimicitia capitali, adhuc tamen diligenter attendat Judex, maximè supremus, an illæ causæ sint sufficientes ad inimicitiam capitalem producendam, idem procedit ad dignoscendum quantum testi diminuatur de fide ob inimiciam ex causa levi. decis. 18. n. 7
Non sufficit dicere testem esse inimicum, ut non probet; sed ulteriùs requiritur, quod inimicitia habeat causam gravem, ex odio privato, & non publico ortam. ibid. n. 8
Odium privatum est familiare, & carnale, publicum verò est, cum habetur odio quis, quia peccator, sed non est habendus odio, ut ei ob hoc noceamus. decis. 18. n. 9
Si testis pro odio deponit, omnimodè repellitur: si verò odio habet, sed pro odio non deponit, tunc si odium illud est publicum, non repellitur à testificando; secus autem si sit privatum decis. 18. n. 10
In delictis noctu in nemore commissis, si testes deponant de facto inquisiti tantùm, quamvis inimici, junctis adminiculis probant quod declaratur. decis. 18. n. 16
Ex solo ictu sine animi deliberatione, non sequto vulnere, nulla resultat offensio insultati, nec ejus consideratur interesse. decis. 15. n. 15, & decis. 18. nu. 17
Non tam ex causa, quàm ex odioso animo inimicitia oritur. decis. 18. n. 21
Non est consideranda inimicitia, quæ opponitur testi, resultans ex eadem depositione, quam facit in delicto de quo agitur; quia aliàs omnes testes in criminalibus repellerentur, quod foret absurdum. ibid. num. 26
Testis qui una vice examini sponte se subjecit, cum ex illo examine præsumatur inimicus, in alia causa contra eundem à testimonio repellitur, secus autem si coactus, quia tunc non prohibetur alia vice testificari, & propriè coactio est, aggravatio, quæ fit per primam citationem, licèt is contra quem deposuit, vere possit tanquam inimicus repelli, decis. 18. n. 27. & num. 36

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Biblioteca de Ciències Socials

Teſtis ut inimicus repellitur à teſtificando, etiamſi de inimicitia non appareat, dummodo cauſæ inimicitiæ probentur, quas cauſas teſtis de inimicitia deponens reddere tenetur, etiam non interrogatus, ut probet. deciſ. 18. num. 29. & deciſ. 38. nu. 21.

De inimicitia affectata nulla ratio habetur contra teſtem. ibidem num. 34 & 35.

Conjectura eſt animi deliberati inimicitia capitalis inter aggreſſorem, & occiſum. deciſ 38. num. 2.

Quando inimicitia dicatur reconciliata, & ex quibus actibus reconciliatio præſumatur, & ex quibus excludatur. deciſ. 17. num. 17. deciſ. 38. num 14. uſque ad num. 18. & annot. num. 82.

Lis ſuper materia honoris eſt cauſa inimicitiæ capitalis. deciſ. 38. num 19.

Inimicitia eſt reciproca inter injuriantem, & injuriatum, & nedum injurians præſumitur inimicus injuriati, ſed etiam injuriatus injuriantis. deciſ. 38. num. 20.

Inter cauſas inimicitiæ capitalis connumeratur illa, quando adeſt lis ſuper tota, vel majore parte hæreditatis, deciſ. 38. nu. 21.

Quando inimicitia reputetur capitalis, tribuitur arbitrio Judicis, qui arbitrium regulabit juxta qualitates facti, perſonarum, & alias circunſtantias, deciſ 38. num. 22.

Perſonæ ruſticæ ſunt pronæ ad inimicitias, & eorum inimicitiæ ſunt atrociores, & implacabiliores. deciſ. 38. num. 23.

Nom repellitur teſtis ob inimicitiam, quando eam ignorat. deciſ. 39. num. 39.

Indicium homicidii eſt inimicitia, & odium. deciſ. 45. num. 21. & remiſſivè deciſ 49. num. 19. & 20.

INJURIA.

In injuria facta Officiali, quod attenditur principaliter eſt officium. deciſ. 3. num. 27.

Si injuria eſt facta officio, vel intuitu officii, non requiritur, quòd ſit, vel fuerit Officialis, ibid. num. 29.

Quando pro injuria vindicanda non licet ſine deritu, & ignominia Judicem adire, permittitur injuriato, eam propria auctoritate, & ſine Judice vindicare. deciſ. 42. num. 6.

Dummodo non excedat moderamen inculpatæ tutelæ: nam ob exceſſum punitur tunc (juſto dolore temperante) pœna extraordinaria. ibid. num 7.

Dum tamen propulſans injuriam incontinenti injuriantem offendat, ſecus tamen ſi ex intervallo; quia qui ex intervallo vim infert, non tam defenſionem, quàm ultionem ſpectat, ibid. num 8.

Tunc enim Judicis officium eſt implorandum, quia nemini fas eſt propriam injuriam ulciſci, ibid. num. 9.

Quando propulſans injuriam dicatur offendere injuriantem incontinenti. ibid. num. 21.

Injuria corporalis major eſt injuria verbali, & iracundiæ calor in injuria illata ex cauſa honoris, plus durare videtur, quàm ex rixa repente ſuborta. deciſ. 42. num. 22.

Circa explicationem termini *incontinenti* in injuria illata ex cauſa honoris recitantur diverſæ opiniones.

Prima eſt in caſu quando offenſus ſanguine frigefacto ſe divertit ad extraneos actus poſt receptam injuriam, aut ad extraneos actus non ſe divertendo ſemper ei durat calor iracundiæ; primo caſu dicunt, factam offenſionem eſſe ex intervallo; ſecundo incontinenti. ibid. num. 24.

Secunda opinio eſt, aut injuria eſt realis, vel perſonalis, hæc incontinenti propulſari debet; realis dum lex vindictam incontinenti permittit, intelligitur quamprimùm potuit. ibidem num. 25.

Hæc opinio non tranſit ſine contradictore, ut hic refertur. deciſ. 42 num. 26.

Alii diſtinguunt, vel injuria eſt in actu perfecta, vel eſt ſucceſſiva, injuriam perfectam tantùm quis poteſt propulſare incontinenti; injuriam ſucceſſivam etiam ex intervallo. ibid. nu. 27.

Verior eſt opinio, quòd illud temporis intervallum ut quis ſine reatu pœnæ poſſit injuriam vindicare, Judicis arbitrio venit taxandum, ibid. num. 30. quod declaratur num. 36.

In filio qui injuriam patris vindicavit poſt annum illatæ injuriæ, traditur judicatum. ibid. num. 33.

De offendente ex cauſa honoris, & qua pœna teneatur, vide in verbo Homicidium.

INQUISITIO.

Inquiſitio hodie de generali conſuetudine eſt remedium ordinarium in omnibus delictis, præcipuè in Cathalonia, ubi proceſſus eſt fiſci, & partis querela admittitur ad adjuvandum fiſcum. deciſ. 1. num. 1. & deciſ. 35 num. 14. & dec. 41. num. 41. & deciſ. 4 . num. 41.

Inquiritur tribus modis: primò via ordinaria; ſecundò per evocationem cauſæ; tertiò per regalias uſaticorum. deciſ. 1. numer. 2. & deciſ. 2. num. 1.

Non poteſt procedi per inquiſitiones generales, & ſolùm debet accuſatio continere quod reſultat ex informatione teſtium abſque alia criminis, aut qualitatis, aut circunſtantiæ additione. deciſ. 26. num. 10.

Fieri non poteſt generalis inquiſitio contra mercatores ad puniendum fraudes, & dolos, quos commiſiſſe pretenditur. ibid. num. 11.

Clavarius Civitatis Barcinonæ non poteſt procedere per inquiſitiones generales, & cum eis apprehenſiones, vel ſequeſtra facere mercium in domibus mercatorum, ubi deciſ. Senatus ibid. num. 19.

Expreſſio loci, & temporis ſaltem de menſe requiritur in inquiſitione, ſeu accuſatione. deciſ. 44. num. 36.

INSTANTIA.

Inſtantia, querela, nominatio, & ſubſcriptio partis cujus intereſt tantùm, requiritur, ut procedi poſſit contra Notarios Publicos Barcinonæ in delictis in officio commiſſis. deciſ. 5. num. 6. & num. 13. 14. 15. & 16. ubi traduntur exemplaria, & vide in verbo Notarius.

Inſtantia, ſubſcriptio, querela, & nominatio partis requiritur, ut procedi poſſit contra Judices Regiæ Curiæ in delictis officii, ibid. num. 9. & vide in verbo Judex.

Inſtantia partis privatæ requiritur, ut poſſit procedi contra Notarios Civitatis Gerundæ pro crimine falſi in officio commiſſi. ibid. num. 10.

Inſtantia partis intereſſatæ requiritur, ut procedi poſſit contra Notarios Publicos non obſervantes formam ſtatutam in Conſtit. 4. tit. *de Notaris, y Eſcrivans*. ibid. num. 11. & 12.

Inſtantia partis privatæ requiritur, ut procedi poſſit contra Scriptores Principis pro delictis in officio commiſſis, nec procedi poteſt contra eos de officio. ibid. num. 17. & num. 33. & in verbo Scriptores.

Inſtantia partis intereſſatæ requiritur cum cautione de pœna talionis; & emenda damni, ſumptuum, intereſſe, & injuriæ, ut procedi poſſit contra Protonotarium, ejus Locumtenentem, ſcribas mandati, ſcribas regiſtri, & ſcribas petitionerios pro crimine officii. ibid. num. 32.

Inſtantia partis cum cautione de pœna talionis, emenda damni, ſumptuum, intereſſe, & injuriæ an requiratur, ut procedi poſſit contra Notarios Collegiatos Aulæ Regiæ, qui nunc ſubſtituti ſunt ſcribarum mandati pro crimine officii. ibid. n. 34

Inſtantia partis privatæ non requiritur, ut procedi poſſit contra Notarios Publicos Barcinonæ pro crimine in officio commiſſo, in caſibus in quibus proceditur per regalias uſaticorum. ibid. num. 35. 36 37. & 38. ubi deciſio Senatus.

Inſtantia partis privatæ non requiritur, ut procedi poſſit contra Notarios non comprehenſos, nec nominatos in Prag. fin. tit. *de Notaris*, etiam pro delictis in officio commiſſis, ubi deciſ. Senatus recitatur. ibid. num. 41. & 42.

Ex ſolo ictu ſine animi deliberatione, non ſequuto vulnere, non admittitur inſtantia, niſi quatenus voluerit fiſcus cauſam proſequi. deciſ. 18. num. 17. & vide in verbo Injuria.

In concubinatu ſucceſſivo proceditur ſine inſtantia partis, etiam contra perſonas militares. deciſ. 30. num. 27.

Alia vide in verbo Remiſſio partis offenſæ.

INTERPRES.

Interpretes ſunt nominandi ad explicandum maurorum loquutiones in teſtimonio ferendo, exacto juramento de fideliter interpretando. deciſ 7. num. 25.

Interpretes adhibentur exacto juramento de fideliter interpretando, quando mutus, & ſurdus, vel qui lingua caret per nurum, vel ſigna atteſtatur. ibid. num. 26. & 27.

INTERROGATORIA REI.

Interrogatoria inquiſiti in delicto portus inſtrumenti manualis parvæ menſuræ cum quo fuit apprehenſus, dec. 7. num. 68.

Interrogatoria Rei in delicto inſtrument manualis trium palmorum ideſt *xi/pa*, onerati cum quo fuit captus. ibid. num. 70.

Interrogari tantùm à Judice poteſt reus de delicto, de quo eſt diffamatus, vel indicia aut ſemiplena probatio præcedunt. deciſ. 16. num. 1.

INTERROGATORIA TESTIUM.

Interrogatoria licet in criminalibus non permittantur dari tam pro parte fiſci, quàm inquiſiti; praxis tamen admittit, quod admittantur quando teſtes in defenſam deponunt ſuper negativa coarctata. deciſ 8. num. 13.

INVERISIMILITUDO.

Inveriſimilitudo eſt imago falſitatis. dec. 41. num. 97.

IRA.

Ira impedit animum ne poſſit tenere verum, & æquipara tur furori. deciſ. 22. num. 36.

IRREGULARITAS.

Irregularitas non incurritur. quando Eccleſiaſticus licentiam concedit exhumandi cadavera à loco ſacro, vel immunia ad recognitionem occiſi; prout nec irregularitas incurritur, quando permittitur, ut pulſentur campanæ ad convocandas gentes pro capiendis bannitis, & malefactoribus. deciſ. 9. nu. 42. & 43. & in annot. num. 35.

Irregularitas non incurritur, ſi Clerici de ſuis malefactoribus coram Judice Sæculari conquerantur, etiam de criminibus pro quibus debetur pœna ſanguinis, dummodo expreſsè proteſtentur, quòd pœnam ſanguinis non intendunt. ibid. num. 73.

Alia vide in verbo Baptiſma.

JUDÆUS.

Judæis qualiter deferatur juramentum ad teſtificandum. dec. 7. num. 23.

JUDEX.

Judicibus, & magiſtratibus debetur ſalutatio. dec. 3. num. 19.

Judex salutari non debet, nisi judicaturæ possessionem acceperit, ibid. num. 20.
Judex elapso tempore primi officii, desinit esse Judex, & remanet privata persona. decis. 4. num. 14.
Judicum Regiæ Curiæ denuntiatores, seu accusatores in delictis officii non admittuntur, nisi se subjiciant pœnæ talionis cum cautione idonea, quam priùs præstare tenentur, ut in casu quo plene non probaverint suam intentionem succumbendo incurrant pœnam, quam instabant, ac etiam emendam damni, sumptuum, & interesse, & ultra pro injuria irrogata satisfactionem injuriato debitam relarcire tenentur. dec. 5. n. 9.
Judex in criminalibus attentè debet examinare testem de facto, & ejus singulis circumstantiis, quæ explicantur. dec. 7. n. 2.
Judex Sæcularis an possit exhumari facere cadaver sine licentia Superioris Ecclesiastici, ubi de pœna sepulcri violati. decis. 9. num. 37. vide late in verbo Cadaver.
Judex laicus nullam in Ecclesia exercere potest jurisdictionem. ibid. num. 38.
Ad Judicem Sæcularem pertinet cognitio nullitatis, vel validitatis exhumationis, visuræ, & designationis cadaveris in Ecclesia, exercitarum. decis. 9. num. 49.
Judex Sæcularis cognoscit de delictis in Ecclesia, licet Ecclesia sit de territorio Episcopi, quia est in territorio Principis. ibidem num. 61.
Incompetens Judex est, qui nullam habet jurisdictionem, nec ratione originis, nec domicilii, nec loci delicti. decis. 12. num. 102.
Pro injuria illata injustè carcerato Judex tenetur in syndicatu. decis. 12. num. 13.
Testis condemnatus, vel carceratus an probet contra Judicem. decis. 18. num. 13.
Judex limitatæ jurisdictionis debet ante omnia probare qualitatem suæ jurisdictionis. decis. 26. num. 9.
Inferior non potest imponere legem superiori. decis. 28. num. 11.
Judex non potest remittere injuriam sibi factam, cum nedum Judici illata sit, sed & dignitati. decis. 30. num. 5.
Licèt Judex domicilii, vel originis possit cognoscere de delicto, per subditum extra territorium commisso; attamen solùm Judex loci delicti potest delinquenti remittere. dec. 33. num. 32.
In his quæ utilitatem publicam respiciunt, tenetur Judex etiam non requisitus officium suum impertiri. dec. 35. num. 13.
In criminibus mixti fori punitus à Judice Ecclesiastico pœna spirituali, & fori Ecclesiastici; potest puniri à Judice laico pœna fori Sæcularis, & legis civilis. decis. 48. num. 27.

JUDICES TABULÆ.

Elapso termino concesso Judicibus tabulæ ad querelandum, non possunt ulteriùs molestari Officiales in loco officii, neque in ejus patria coram suo ordinario. decis. 48. num. 25.

JURAMENTUM.

Juramentum exigere debet Judex à teste, & qua forma, & quid si testis manus non habeat. decis. 7. num. 19.
Juramentum in causis criminalibus de consensu partium, non potest testibus remitti. ibid. num. 20.
Juramentum quomodo præstetur per Sacerdotes in testimonio dicendo. ibid. num. 22.
Juramentum infidelibus defertur in testimonio ferendo in criminibus exceptis secundùm eorum leges. ibid. num. 22.
Juramentum Judæis qualiter deferatur. ibid. num 23.
Juramentum qualiter Mauris deferatur. ibid. num 24.
Juramentum de fideliter interpretando exigitur ab interpretibus nominatis ad explicandum Maurorum loquutiones in testimonio ferendo. ibid. num. 25.
Juramentum de fideliter interpretando exigitur ab interpretibus adhibitis, quando mutus, vel surdus, vel qui lingua caret per nutum, vel signa testatur. ibid num. 26. & 27.
Testes non tenentur se prodere, nec testi in facto proprio defertur juramentum, nec ut perjurus in facto proprio punitur. decis 40 num. 30.
Si concurrit depositio testis judicialis cum dicto extrajudiciali, cum juramento facta, cui deferatur. decis. 44. num. 34.

JURISDICTIO.

Jurisdictio Baronis cessat, si Princeps, vel ejus Locumtenens reperiatur in terra Baronis, & tunc cognoscit Princeps de delictis, quæ ibi committuntur. decis 1. num 21.
Jurisdictione aliqua uti non possunt Officiales, & magistratus, quin priùs juramentum solitum præstent. decis. 4. num. 24.
Jurisdictionem exercere non potest Judex laicus in Ecclesia. decis. 9. num 38.
Judex limitatæ jurisdictionis debet ante omnia probare qualitatem suæ jurisdictionis. decis. 26. num. 9.
Traditur intelligentia Const. *Clarificant*, tit. *de Jurisdic. de tots Justjes*, ut ea loquatur in jurisdictione contentiosa, non in voluntaria, quæ exerceri potest à Domino Rege extra territorium. decis. 31. num. 3.
Qui nullam habet jurisdictionem, non potest ad alium delinquentem remittere, quia capere delinquentem non potuit. decis. 37. num. 5.

L

LACRYMÆ.

Quia uxor non fuit lacrymata mortem viri, ortum fuit indicium viricidii. decis 45. num. 27.
Lacrymæ interdum adulteram non exculpant in viricidio, quia ex lethali culpa procedunt. decis. 50. num. 21.
Sæpè etiam lacrymæ ex maxima lætitia profiliunt. dec. 50. n. 22.
Lacrymæ exculpant inquisitam de viricidio, si ultra eas aliæ concurrant circunstantiæ, ex quibus appareat de illius innocentia. decis. 50. num. 23.

LATITATIO.

Latitatio post delictum infert ad delictum. decis. 44. num. 20.

LATROCINIUM, ET LATRO.

Latrocinium dicitur commissum, quoties cum armis, vel sine illis res alienas quis aggreditur in domibus, itineribus, vel in mari. decis. 12. num. 104.
Adversùs latrones publicos privilegiata est probatio. dec. 16. n. 47.
Dominus Rex, & ejus Officiales non possunt per compositionem remittere latronibus, grassatoribus viarum pubblicarum. decis. 31. num. 25. & 26.
De indultu generali scerunntur publici latrones, & derobatores stratarum, etiam pro unico furto. ibid. num. 27.
In homicidio proditorio, & latrocinio non licet supplicare, non solùm à diffinitiva, sed etiam à provisione tormentorum. decis. 34. num. 21.
In latrocinio ex diversis præsumptionibus formatur indicium, quæ hic recitantur, decis. 43. num. 7. cum seqq.
Vide in verbo Furtum.

LAUDAMENTUM CURIÆ.

Ad laudamentum Curiæ requiritur, quòd is cui restituitur, sit verè Officialis Regius, & præstiterit sacramentum, & homagium. decis. 3 num 42. & decis. 4. num 23. ubi Sen. decisio.
Et quod Officialis publicè detuleris signum biculi, ut à resistentibus dignoscatur, nisi supina esset ignorantia, & idcirco tenentur satellites, ut cognoscantur clamare vocem Regis appellitantes. ibid. num 43.
Et quod tempore quo fit resistentia Regio Officiali, actu officietur, & exerceat officium, vel fiat causa, vel colore officii. ibid. num 44.
Ad laudamentum Curiæ fuit processum in casu singulari, qui assignatur. ibid. num. 48.

LEX.

Lex pœnalis venit extendenda, quando si non extenderetur; remaneret eluforia, & sine effectu. decis. 36 num. 13.
Vide in Verbo Constitutio, & in verbo Statutum.

LIBRI MANIFESTI.

Non probant libri manifesti merces non fuisse denunciatas, quia poterant administratores hujusmodi librorum, dolo, vel oblivione aliquas non scribere. decis. 26. num. 17.

LICENTIA.

Sine licentia Superioris Ecclesiastici licet Judici laico reum in Ecclesia bonis furtivis, armis prohibitis, vel falsa moneta spoliare. decis. 9. num. 45
Circa licentiam Superioris Ecclesiastici exhumandi cadavera ad visuram faciendam, oblectatio Auctoris ad Superiores Ecclesiasticos. ibid. num. 62. vide alia in verbo Cadaver.
Licentia petitur à Superiore Ecclesiastico ad apprehendenda bona in Ecclesiis pro executione represaliarum, ubi expenditur littera Regii decreti Domini nostri Regis, ibid. num. 70. & 71.
Licentia Judicis Ecclesiastici exhumandi cadavera impertiri poterit cum protestatione cap. penult. *de homicidio in* 6. ibid. n. 72.

LITTERÆ COMPULSORIÆ.

Litteræ compulsoriæ non conceduntur ad probandum extra urbem in causis supplicationum ab evocata causa, seu Regalia, sicuti in causis criminalibus, quia debent recipi testes coram relatore, ubi Sen. decis. 6 num. 12. & 13.
Litteras compulsorias concedere in causis contentionum est in arbitrio Cancellarii, & traditur decisio in qua fuerunt denegatæ, & ibi nota, quæ traduntur observanda, ibid. num. 14. & in annot. num 75.
Litteræ compulsoriæ conceduntur ad recipiendum testes extra urbem in favorem fisci in causis crimalibus, & contentionum; quia cessat periculum subornationis, ubi decis. ibid. num. 15.
Litteræ compulsoriæ ad probandum in criminalibus non dantur, cum Senatu. decis. 7. num. 29.

LOCUMTENENS GENERALIS SUÆ MAJESTATIS.

Locumtenens Generalis suæ Majestatis in hoc Pricipatu habet mandatum ad capiendum, & ad relaxandum à carceribus. decis. 12. num. 78.
Locumtenens Domini Regis in hoc Principatu habet facultatem remittendi delicta, & eorum pœnas. decis. 31. num. 4.
Compositiones non fiunt sine ordine Locumtenentis Generalis, ubi expenditur Regium rescriptum. decis. 34. num. 11. vide in verbo remissio delicti.
Prorex in Cathalonia habet facultatem legis condendæ in forma legis particularis pro administratione justitiæ, & secundùm exi-

exigentiam factorum. decif.34. num 12.

A Prorege poteſt fieri remiſſio conditionalis ſub pœna in caſu contrafactionis, quæ ſervanda eſt. decif.34. num.14. vide in verbo remiſſio delicti.

LOCUS.

Expreſſio loci, & temporis ſaltem de menſe requiritur in inquiſitione, & accuſatione. decif.44. num.36.

LUDUS.

Non poteſt diſpenſari pœna quingentorum ſolidorum contra ludentes aliquo ludo taxillorum intra domos, hortus, & alia loca occulta. decif. 31. num.50.

M

MAGISTRATUS.

MAgiſtratus, & Officiales uti non poſſunt juriſdictione aliqua, quin priùs juramentum ſolitum præſtent. dec.4.n.24.

Magiſtratus principalis, qui tenetur de exceſſibus Subſtituti, an liberetur Subſtitutum exhibendo, controvertitur. decif.4.à num.49. uſque ad 60.

Et affirmant aliqui liberari ab exhibitione, quando fuerat ſubſtitutus mortuus, vel bannitus ſine dolo, & culpa principalis. ibid. num.50.

Magiſtratus ſubſtituens exhibendo ſubſtitutum liberatur, nec tenetur niſi in ſubſidium, etiamſi ſit obligatus cum clauſula quod teneatur de delictis ſubſtituti. ibid. num.56.

Magiſtratus ſubſtituens conſideratur ſubſtituti fidejuſſor indemnitatis, & certè non tenetur niſi in ſubſidium, & excuſſo principali, quamvis excuſſionis beneficio renuntiaverit, cum Sen. ibid. num.57.

Niſi adſit clauſula quòd teneatur de facto ſubſtituti principaliter, quia non liberatur exhibendo ſubſtitutum, & tenebitur principaliter, quia fidejuſſoris nomine non fuerat obligatus. ibidem num.58. & 59.

Magiſtratus per exhibitionem ſuæ familiæ liberatur in totum à culpis, per aliquem ex ſua familia commmiſſis, & idem eſt in miniſtris deputatis à Publicano, ibid. num.60. cum ſeqq.

Vide in verbo Officialis.

MANDATUM.

Mandans delictum eſt ſocius criminis. decif.44. num.21.

Mandans contra mandantem facit tertiam partem probationis tamquam ſocius criminis, & hic aliquando in delictis occultis facit ſemiplenam. decif 44. num.25.

Mandans an indicium faciat ad torturam contra mandatarium. ibid. num.26.

Mandatarius contra mandantem an indicium faciat ad torturam. ibid. num.27.

An valeat argumentum de mandatario ad mandantem, & è contra. decif.44. num.28.

Defectus cauſæ in homicidio facit indicium mandati. decif.44. num.59.

Secreta allocutio inter mandantem, & mandatarium quando faciat indicium. decif.44. num.61. cum ſeqq.

Licet ut præſumatur mandatum, debeant concurrere tria requiſita, nempè ſecreta allocutio, inimicitia capitalis, & quòd homicidium incontinenti ſequatur, ſi tamen alterum ex his deficiat, ſuppletur per æquipolens. decif.44. num.65.

Conſtito de mandato occidendi præſumitur homicidium commiſſum à mandatario. ibid. num.68.

Incitatio mandantis, & ſpontanea acceptatio mandatarii, homicidio ſequuto, valde conſideratur. ibid. num.72.

Quod non poſſit procedi contra mandantem, niſi conſtito plenè de interfectore, non admittitur in practica, & recitatur quæ in diverſis Tribunalibus eſt amplexa. decif.47. num.38.

Et certiùs id procedit in delictis in quibus mandatum punitur de per ſe, ſive agatur de pœna ordinaria, ſive extraordinaria. decif.47. num.43.

Licet ex ſignis lætitiæ, verbis, vel facto poſt delictum non probetur mandatum de occidendo; inde tamen oritur indicium ratihabitionis, ubi de aliis conjectruis, ex quibus præſumitur ratificatio delicti, decif.49. num.16.

MANULEUTA.

Manuleuta non admittitur, niſi ex proceſſu reſultet quale delictum. decif.12. num.27.

Relaxatus ſub manuleuta, an dicatur captus. decif.12. num.60.

Quando mora in arreſto, & manuleuta poſſit purgari. dec.12.n.67.

Rei recurrentes traduntur idoneæ manuleutæ ſub duplici forma, & explicatur cum decif. Senatus. decif.23. num.17. uſque ad num.19.

Caſu quo recurrens traditur idoneæ manuleutæ ad ſe præſentandum intus Regios carceres infra tot dies, tenetur ſe præſentare intra terminum aſſignatum abſque interpellatione. ibidem num.20.

Caſu verò quo relaxatur ſub manuleuta cum reincidentia ad ſe præſentandum intra tot menſes, ut poſſit pro pœna incurſa manuleutæ procedi, requiritur interpellatio. ibid. num.21.

Quando reus relaxatur ſub idonea manuleuta cum clauſula meritis proceſſus attentis, amplius agi non poteſt contra relaxatum, ubi de forma hujus manuleutæ. decif.23. num 22. & 23.

Quando reus traditur idoneæ manuleutæ ad requiſitionem dierum, ſupervenientibus novis indiciis, iterum reus in carceres conjicitur, ibid. num.24. & decif.48. num.29. & ſeqq.

Quando reus traditur idoneæ manuleutæ cum reincidentia, poteſt reus per Judicem ad carcerem revocari ad ſui libitum, etiam novis non ſupervenientibus indiciis, & traditur forma hujus manuleutæ. ibid. num.25.

Alia forma manuleutæ practicatur apud inferiores ordinarios. in annot. num.62.

Reus quando poſſit relaxari ſub idonea manuleuta. ibid. num.26. & decif 48. num 30.

Etiam pro delicto pœnam corporalem exigente, relaxatur reus ſub fidejuſſione poſt proceſſus publicationem, ſi de Rei innocentia conſtat. decif.23. num 27.

Id præcedit adhuc pendente proceſſu. ibid. num.28.

In caſu quo recurritur ab homine capto, ſive arreſtato ab Ordinario, ſi declaratur recurſui interpoſito locum eſſe, ex tunc cauſa efficitur conſiſtorialis; ſed quando non eſt captus, etiamſi ſit ſub manuleuta traditus; ſed timendo per ſuum Judicem moleſtari, recurrit, incontinenti quo per Regium Concilium arreſtatur, vel capitur, cauſa efficitur conſiſtorialis. decif.24. num.3.

In delictis levibus aliquando relaxantur Rei cum manuleuta, præſtita cautione de ſtando juri, & rei judicandæ ſuper prætenſis per partem inſtantem, ubi decif. Sen. dec.32. num.38.

De quantitate exacta occaſione executionis manuleutæ debentur avariæ. decif 33. num 24.

Si reus non inveniat fidejuſſores, relaxatur cum juratoria, id eſt cum ſacramento, & homagio. decif.48. num.31.

MARITUS.

Pro iujuria facta uxori maritus accuſat, & remittit, & creſcit delicti magnitudo ex dignitate viri. decif.30. num.15.

Idem procedit, ſi injuria ſit facta ſponſæ de præſenti, etſi quid dabitur hujus remiſſionis cauſa, conjugalis ſocietatis rationi communicatur; at ſponſus de futuro ſi acculet, fiſcus accuſationem proſequitur. decif.30. num.16.

In adulterio voluntariè per uxorem commiſſo, ſufficit ſola remiſſio mariti. decif.30. num.20.

Hodie eſt in facultate mariti, ut adulterium puniatur, necne. decif.30. num 21.

Quoties per im mulier eſt adulterata, & viro, & ipſi competit actio ad accuſandum; & requiritur etiam remiſſio uxoris, prout etiam requiritur in crimine raptus. decif.30 num. 18.

Traditur dubium, an cum vidua concurrere debeat filius in accuſando, & remittendo mariti necem. Prima eſt opinio viduam præferri oportere, quia eſt una caro cum viro. decif. 30. num.59.

Secunda eſt opinio jus accuſandi, & remittendi filiis primò competere. decif.30. num.60.

Pro filiis aſſignantur rationes, quia ſunt una caro cum Patre, & aliæ. decif.30. num.61.

Tertia eſt opinio æquale jus eſſe uxoris, & filiorum. ibid. nu.62.

Idem tradunt quando quæritur de morte uxoris, & concurrunt filius, & maritus. decif.30. num.63.

Opinio admiſſa in Senatu fuit, quòd quando filius, & vidua non concurrunt, quia filius negligit, tacet, aut non vult; ſufficit remiſſionem obtinere à vidua, & idem obſervatur in conſanguineis remotioribus, quando proximior eſt negligens. decif.30. num.64.

Si pater filii mortem condonaverit, poteſt mater ex perſona ſua accuſare, non obſtante patris remiſſione, & renuente marito, licentiam præſtabit Judex in hoc, & aliis caſibus, in quibus injuſtè eam axhibere recuſat. decif.30. num.79.

Maritus, vel Parens liberatur à pœna ordinaria occidendo uxorem, vel filiam adulteram, quando incontinenti, nulla mora peracta uno fere impetu, & ictu occidit. dec.42. num.11.

Jura loquentia ad excuſationem mariti, requiritur quòd occiſus deprehenſus ſit in adulterio. decif.42. num.12.

Maritus adhuc eo caſu liber à pœna non evadit, ſed punitur Judicis arbitrio; ſecus eſt in Patre, cui licet impune filiam in adulterio deprehenſam occidere. decif.42. num.13.

Cæteris conſanguineis præter virum, & patrem non licet impunè adulterum occidere. decif 42 num.18.

MATRIMONIUM.

Jacere cultrum evaginatum in uxorem, tamquam actus ad vulnerandum tendens, inter ſævitias connumeratur ad effectum ſeparationis tori. decif.18. num.4.

MAURUS.

Mauris quomodò juramentum deferatur. decif.7. num.24.

Ad Maurorum locutiones explicandas in teſtimonio dicendo, nominandi ſunt interpretes, exacto juramento de fideliter interpretando. ibid. num.25.

MEDICUS.

Medicis, & Chirurgis cadaver condemnati poteſt tradi antequam ſepeliatur, ad anatomiam faciendam, & debent Medici officia ſolemnia pro anima anatomizati decantari facere, & illius oſſa cum debitis funeralibus ſepulturæ tradere, & aſſiſtentes anatomiæ debent elcemoſynas elargiri pro Miſſis celebrandis.

UAB Universitat Autònoma de Barcelona

brandis pro ſalute illius animæ, deciſ. 9. num. 64.
In quam pœnam incidat Medicus, qui falsò relationem facit circa infirmitatem carcerati. deciſ. 12. num. 42.

MENDACIUM.

De indicio mendacii in ſubſtantialibus. deciſ. 41. num. 55. deciſ. 43. num. 19. deciſ. 44. num. 73. deciſ. 49. num 19. & 20. & deciſ. 50. num. 3.
Indicium eſt ſimulatio in ſubſtantialibus. deciſ. 45. num. 29.

MENSA NUMMARIA.

Menſa Nummaria Civitatis Barcinonæ ſub protectione Regia eſt. deciſ. 2. num. 32. & deciſ. 5. num. 39.

MENSIS.

Demonſtratio horæ non eſt de ſubſtantialibus depoſitionis teſtis, cum ſufficiat quòd de menſe deponat: & probat teſtis qui deponit de ultimis diebus menſis tranſacti, vel de principio menſis ſequentis, alterum ex utroque affirmando; quia principium menſis dicitur uſque ad medium menſis. dec. 44. num. 35

MERCATOR.

Repertura rei furatæ non facit indicium, quando is, apud quem invenitur res furata, eſt mercator, ſive ſit bonæ famæ, ſive non, etiamſi non doceat auctorem, niſi eas res retineat in abſcondito. deciſ. 41. num. 77.
Vide in verbo Mercerius.

MERCERIUS.

In apothecis merceriorum adſunt merces obnoxiæ denunciationi, & impoſitionibus, & aliæ non, ut ſunt illæ, quæ fabricantur in Civitate, & ſic debet probari in crimine fraudatæ gabellæ merces eſſe de illis quæ ſubjiciuntur denunciationi; cum in criminalibus non ſufficiat probatio per poſſibile. deciſ. 26. num. 4.
Pro juſtificanda inquiſitione in cauſis vectigalium fraudatorum non ſunt compellendi mercatores, ut edant libros ſuos. deciſ. 26. num. 13.
Non ſunt cogendi mercatores, ut edant fiſco libros correſponſionum cum aliis mercatoribus. deciſ. 26. num. 16.
Non probant libri manifeſti merces non fuiſſe denunciatas, quia poterant adminiſtratores hujuſmodi librorum dolo, vel oblivione aliquas non ſcribere. deciſ. 26. num. 17.
Clavarius Civitatis Barcinonæ non poteſt procedere per inquiſitiones generales, & cum eis apprehenſiones, vel ſequeſtra facere mercium in domibus mercatorum, ubi deciſ. Senatus deciſ. 26. num. 19.
Vide in verbo Mercator.

MERETRICIUM.

Per teſtes ſingulares, qui deponunt ad eundem rei finem, probatur meretricium. deciſ. 50 num. 16.

METUS.

Metus, ut relevet, requiritur quòd ſit juſtus, probabilis, neceſſarius, & cadens in conſtantem virum, nec ſufficit quod ingerere probetur, niſi etiam in ſpecie probetur qualitas metus illati. deciſ 22. num. 26.
An ex metu poſſit revocari confeſſio, Vide in verbo Confeſſio.
Timor eſt cauſa erroris. deciſ. 44. num. 49.

MINÆ.

Inimicitia capitalis oritur ex conatu ad occidendum, & ex minis. deciſ. 18. num. 3.
De tempore minarum debet conſtare, ut minatus à pœna ordinaria liberetur, prout idem dicitur in provocato, & quod ira ex minis fuerit orta. deciſ. 39. num. 38.
Debet minatus habere notitiam minarum, ut dici poſſit, ea cauſa ad occidendum commotum fuiſſe. deciſ. 39. num. 39.
Indicium oritur ex minis in muliere peſſima, quia præſumitur veroſimiliter minas exequi. deciſ. 45. num. 22. ubi generaliter de indicio minarum.
Tanto plus gravant minæ, quantò citiùs poſt minas delictum ſubſequitur. deciſ. 45. num. 23.
Sufficit quod minæ probentur teſtibus ſingularibus. dec. 45. n. 24.

MILITARES.

In concubitu ſucceſſivo proceditur de officio contra perſonas Militares, & ſine inſtantia partis. deciſ. 30. num. 27.
Interdum ſolent condemnari Militares in delictis atrocibus ad ſerviendum in triremibus, non remigando, ſed militando. in annot. num. 58.

MILITES.

Militibus magni honores, magnaque emolumenta propoſita ſunt. deciſ. 2. num. 22.

MINISTRI.

Miniſtri Regiæ Cancellariæ nominantur, & de ipſis tractatur deciſ. 5. num. 21. & num. 26.

MINOR.

Temperatur pœna etiam in atrociſſimis, ſi inquitus non habeat viginti unum annum completum, licet illum habeat incæptum. deciſ. 16. num. 28.
An minor teneatur de rupta pace, an poſſit reſtitui in integrum, tam quoad vindictam, quàm quoad remiſſionem damnorum, & intereſſe, & an decretum Judicis ſuppleat auctoritatem tutoris, remiſſivè. deciſ. 30. num. 100.
Pubes factus cum auctoritate curatoris, & ſi eſt major decem & octo annorum poteſt facere pacem ſine auctoritate curatoris adhibito juramento, in minore vigintiquinque annorum cum juramento traditur obſervatum ex deciſ. Regii Concilii ub. quid de impubere doli capace, & de pubere cum juramento deciſ. 30. num. 101.
De confeſſione facta à minore. deciſ. 41. num. 48.
In atrociſſimis condemnantur minores ad pœnam ordinariam. deciſ. 50. num. 51. & in annot. num. 50.
An minores ætatis quatuordecim annorum poſſint ad triremes damnari, & qua ætate, in annot. num. 54. cum ſeqq.

MONACHUS.

Monachus ante profeſſionem rectè agit pro injuria ſibi, aut ſuis illata, eamque remittit; poſt profeſſionem, ſi de injuria ei facta, ejuſque nece vindicanda agatur, Monaſterio jus competit, & ei communicatur lucrum proveniens ex remiſſione, ſi ſit bonorum capax; ſi de patris, conſanguineorumve injuria Monachi tractetur, non Monacho, nec per eum Monaſterio, ſed proximioribus poſt Monachum jus defertur. dec. 30. n. 12.

MONETA.

Ut conſtet in crimine falſæ monetæ de corpore delicti, requiritur inventio, ſeu recognitio monetæ. deciſ. 10. num. 2.
Quid quando agitur contra tondentem monetam, & quid quando moneta non fuerit inventa penes inquiſitum. ibid. num. 2. uſque ad num. 6.
Probatio corporis delicti in crimine falſæ monetæ non ſuppletur per confeſſionem inculpati. ibid. num. 7. & in verbo Confeſſio.
Tribus modis adulteratur moneta, videlicèt materia, forma, vel pondere. ibid num. 8.
His tribus modis committitur falſum ab eo qui poteſtatem cudendi monetam habet. ibid. num. 9.
Bona, & perfecta moneta tria debet continere, & ſunt imago Principis, ut ſit bona, ut ſit debiti ponderis. ibid. num. 10. uſque ad num. 12.
Committitur falſum in moneta re ipſa per eum ſcilicèt qui non habens cudendi monetam poteſtatem, eam cudit, quamvis juſtæ quantitatis monetam efficiat. ibid. num. 13.
Reſervatum eſt Principi, & de ejus Regaliis eſt monetam cudere. ibid. num. 14.
Quando delictum conſiſtit in fabricatione monetæ, probari poterit corpus delicti per teſtes deponentes de facto fabricationis, ubi fundamenta ponderantur. ibid. num. 15.
Quando verò conſiſtit delictum in falſificatione monetæ, per Officiales ad fabricandum deſtinatos, quomodo debeat de corpore delicti conſtare. ibid. num 16.
In falſificante monetam quando illius reſtant veſtigia, corpus delicti quomodo debeat probari. deciſ. 10 num. 17.
Fabricans monetam falſam æneam modici valoris, an puniatur ordinaria pœna delicti, ibid. nu. 18. & nu. 31. 32. 33. 34. & 35.
Fabricans monetam æneam *de ardits* condemnatur ad pœnam mortis, etiamſi ſit modici valoris. ibid. num. 19. quod declaratur. num 20. & 21.
Majus delictum conſideratur in fabricante monetam falſam, qui ſupplicare non poteſt à ſententia condemnatoria, quàm in tondentibus, radentibus, diminuentibus, vel expendentibus falſam monetam, qui ſupplicare valent. ibid. num. 22.
Expendentes ſcienter falſam monetam qua pœna plectantur, declaratur. ibid. num. 23. & 24.
Aſſignantur caſus in quibus expendens monetam falſam, immunis evadit à pœna. deciſ. 10 num. 25.
Tondentes, vel radentes monetam, qua pœna puniantur, ubi explicatur cap. 39 Regiarum præconizationum. ibid. num. 26. 27. 28. 29. & 30. cum Sen.
Quomodo conſideretur quantitas modica in delicto falſæ monetæ. ibid. num. 36.
Fabricans, qui ultra nummos fabricatos, habet bracteas aptas ad alios fabricandum, quos præventus perficere non potuit, punitur pœna mortis. ibid. num. 37.
Pœna confiſcationis bonorum contra fabricantes falſam monetam, non eſt uſu recepta, quod declaratur. ibid. num. 38.
An pœna confiſcationis bonorum habeat locum contra fabricantes monetam falſam de ea marcha, quæ fabricatur in ſica Civitatis Barcinonæ, exponitur cum Senatus. deciſ. 10. num. 40. & 41. num. 18.
Sola ſcientia in delicto falſæ monetæ an ſit punibilis, & qua pœna. ibid. num. 46. uſque ad num. 48. cum Sen.
Repertura falſæ monetæ, vel repertura inſtrumentorum ad cudendum monetam aptorum, an indicium faciat ad torturam contra inquiſitum de falſa moneta, ubi traditur intelligentia cap. 39. Regiarum præconizationum. ibid. nu. 50. uſque in fin.
De atrocitate criminis falſæ monetæ. deciſ. 20 num. 14.
Repertura falſæ monetæ facit indicium ad torturam in homine malæ famæ. deciſ 41. num. 84. & antea deciſ. 10. num. 50. uſque ad fine.
Bona fama, ut purget indicium reperturæ monetæ falſæ, non debet eſſe vulgaris, ſed notabilis, & vehemens. dec. 41. n. 86.
Sufficit in homine bonæ famæ allegare à quo pecuniam habuerit, vel allegare auctorem ignotum, & ſi velit per teſtes hoc probare, ſufficit quod teſtes dicant habuiſſe monetam ab aliquo, licet nomen ipſius ignorent. deciſ. 41. num. 87.
Etiam in homine bonæ famæ urget indicium reperturæ monetæ falſæ,

falsæ, quando contra eum concurrunt aliqua indicia, seu inverisimilitudines. decis.41. num.89.
Qui falsam monetam probatur habuisse, & expendisse, non ideo pœnam falsæ monetæ pati debet, nisi probetur falsam sciviste, & dolo malo retinuisse, vel expendisse. decis.41. num.91. Quæ in hoc crimine ponderatur, à num.92. usque ad nu.97.
Probatur scientia quando falsitas est notoria, quia ignorantia crassa, & affectata non prodest. dec.41. num.92.
Ignorantia latens, & occulta juvat expendentem falsam monetam, ut liberetur à pœna. decis.41. num 94. conjecturæ ignorantiæ traduntur. ibid. num.98. cum seqq.
Retinens monetam falsam in magna quantitate præsumitur esse in dolo, nec debet ei credi, nisi probet, quod eam habuerit sine dolo. decis.41 num.95.
Qui suspicatur monetam esse falsam, debet eam Curiæ exhibere ad purgandam suspicionem falsitatis. decis.41. num.96
Perquisitio facti circa qualitatem inquisiti, & ad investigandum an in ejus domo aliæ fuerint repertæ falsæ pecuniæ, si nihil adinveniatur, multum prodest ejus innocentiæ. decis.41. n 99.
Quantitas est magna in crimine falsæ monetæ, attenta qualitate inquisiti, & aliis circumstantiis ponderatis arbitrio Judicis. decis.41. num 101.
Non est immunis à pœna extraordinaria retinens penes se monetam falsam scienter. decis. 41. num.102.
Dubitans falsam esse monetam, an puniatur. decis.41. nu.104.

MONITIO.

Quando in dispositione negativa adjungitur pœna, illa non incurritur, nisi præcedat monitio. dec.34. num.17.

MORA.

Quando mora in arresto, & cautione de se repræsentando possit purgari. decis.12. num.67.

MULIER.

Mulieres prægnantes an torqueri possint. decis.14. num.36.
Mulieres lactantes an torqueri possint. decis.14. num.37.
Mulieres lactantes excusantur à pœna fustigationis. ibid. num.37.
Declaratur validum guidaticum in favorem mulieris ob juris ignorantiam, quam habere præsumitur. decis.28. num.24.
Mulier licèt per transitum ad secunda vota de adquisitis libenter à viro efficiatur usufructuaria, proprietate salva favorem filiorum ex illo matrimonio; attamen quod consequuta fuerit ex remissione facta necis viri, non tenetur reservare, ubi ratio assignatur. decis.30. num.37.
Fraudes, & insidiæ sunt mulierum arma. dec.45. num.15.
Fœminæ ob honestatem non condemnantur ad scindendum in frusta. decis.50 num.50.
Alia vide in verbo Vxor.

MUTUS.

Muti, & surdi simul, sive sint ex accidenti, sive à natura in testes admittuntur, si veritas aliter haberi non possit, & prorsus intellectu non carent, & aliquo modo suæ mentis conceptum exprimere possint. decis.7. num.27.

N

NEGATIVA.

SUper negativa deponens testis, tenetur reddere rationem sui dicti, etiam non interrogatus, aliàs non probat. decis.7. numer.43 de hac re in annot. num.18.
Negativa vaga est improbabilis, & testis super ea deponens, est suspectus de falso. decis.8. num.1.
Negativa coarctata loco, & tempore est probabilis. ibid n.2.
Negativam ut probent testes non solùm debent removere sensum ab actu, sed debent removere actum à sensu ubi traditur forma. ibidem num 3.
In negativa coarctata testes quomodo debent coarctare locum, & tempus. ibid. num 4. & 5.
Negativa coarctata duobus modis probatur directè, removendo actum à sensu, affirmando testes illa die, & hora non potuisse fieri, quin ipsi vidissent, & non audissent; vel indirectè, veluti si testes deponant de absentia continua à loco per totum tempus, cui adscribitur gestum, pariter probatur negativa per affirmativam implicitam, ibid. num.6.
In negativa coarctata testes in defensam in Cathalonia recipiuntur in carcere ob timorem falsitatis, & quid in statu Mediolani practicetur. ibid num 7.
Negativam coarctatam loco, & tempore quando fiscus probatam habet, & inquisitus intendit probare affirmativam, vel quando fiscus habet probatam affirmativam, & inquisitus intendit probare negativam coarctatam loco & tempore, in utroque casu testes incarcerati recipi debent, ubi de intelligentia hujus rei agitur, & exempla traduntur. ibid. num.8. 9. 10. & 11.
Super negativa quando testes probent, etiamsi illam non coarctent. ibid. num.35. usque ad 40.
Observantia nostra recipiendi in defensam testes incarceratos, procedit quando pro parte fisci super substantialibus delicti extat efficax probatio. ibid. num. 15.
Cautela Fisci super negativa. decis.8. num.14.

NOTARIUS.

De Notariorum, seu Tabellionum authoritate, & utilitate agitur. decis.5 à num.1. usque ad num 3.
Contra Notarios Publicos Barcinonæ in delictis commissis in officio non admittitur accusator calumniosus sine pœna. ibidem num 4.
Notarios Publicos Barcinonæ, & eorum substitutos, & juratos acculans, sive denuncians in crimine falsi, & in delictis officii, non admittitur, nisi se subjiciat pœnæ talionis cum cautione idonea, quam prius præstare tenetur: quòd si in accusatione non plenè probando intentionem succubuerit, pœnam, quàm acculator infligi procurabat, ipse acculator incurrat, ac etiam emendam damni, sumptuum, & interesse; & ultra pro injuria irrogata satisfactionem injuriato debitam refarcire teneatur, & traduntur exemplaria. ibidem num.5. & num. 13. 14. 15. & 16.
Contra Notarios Publicos Barcinonæ non potest de officio procedi, sed ad querelam, & instantiam, nominationem, & subscriptionem partium cujus interest tantùm. bid. num.6.
Notariorum Publicorum Barcinonæ calumniosus acculator in delictis offici hodie pœna talionis punitur. ibid. num.8.
Contra Notarios Civitatis Gerundæ pro crimine falsi in officio commissi, fieri non potest processus, nisi ad instantiam partis privatæ. ibid. num 10.
Contra Notarios Publicos non observantes formam statutam in Const.4 tit. *de Notar. y Escrivans*, procedi non potest, nisi ad instantiam partis interessatæ. ibid. num.11. & 12.
Notarius non collegiatus non potest scribere in R. A. tam Civili, quàm criminali, & non possunt collegiati aliis non Collegiatis nomen præstare. ibid. num. 31.
Contra Notarios Regios Collegiatos Aulæ Regiæ ut procedi possit, an requiratur instantia partis cum cautione de pœna talionis, emendæ damni, sumptuum, interesse, & injuriæ. ibid. num.34.
Contra Notarios Publicos Civitatis Barcinonæ procedi potest in casibus quibus proceditur per regaliam ulaticorum pro crimine in officio commisso, nec requiritur instantia partis. ibid. num. 35. 36. 37. & 38 ubi decis. Senat.
Contra Notarios non comprehensos, & nominatos in Prag. final. tit. de *Notar.* procedi potest, etiam pro delictis officii sine partis privatæ instantia, & de officio, ubi Senatus decisiones. ibid. num 41 & 42.
Notarius causæ criminalis remanet Notarius processus causæ supplicationis, & hic solvitur difficultas, quæ oritur ex cap. 10. Cur. ann. 1599 ibid. num.8.
Vide in verbo Tabellio.

NULLITAS.

Ad nullitatem statutam requiritur sententia declaratoria. decis. 35. num.3.

O

OBSERVANTIA.

OBservantia sublecuta est optima legum interpres, cujus virtus adeò progreditur, ut vincat verum intellectum dispositionis, & præfertur proprietati verborum. dec.4 nu.29.
Observantia juris existentis declarativa nunquam censetur sublata, etiam per statutum tollens consuetudinem. ibid. n 30.

OFFENSA.

Licèt offensus occidens offensorem, excusetur à pœna ordinaria, & solum teneatur de excessu pœna extraordinaria; intelligitur tamen, si committatur homicidium defensionis calore, & iracundia durantibus, & antequam offensus post offensam ad alios actus se divertat. decis.39. num.37.
Vide in verbo Homicidium.

OFFENSIO

Ex mero jactu archibusii sine animi deliberatione non consideratur in parte offensio. decis.15. num 15. & decis.18. num.17.

OFFICIALES, OFFICIUM.

Officialis non habetur pro creato, si non est in administratione officii, nec dicitur offendere Officialem, qui electum tantùm offendit. decis.3. num.17.
In Officialium præcedentia, quorum officia habent annexam administrationem, tempus adeptæ possessionis attenditur, & sic inter plures electos in eodem tempore is præcedit, qui muneris in quasi possessionem priùs tractus fuerit. ibid. nu.18.
Per eum qui Officialis non est, communiter tamen pro Officiali tenetur, gesta sustinentur propter publicam utilitatem. decis.4. num.4.
Officiales Regii tenentur deferre virgam, vel baculum, quod illorum signum est, ut ab aliis discernantur, ut eis resisti non possit, & ideo satellites tenentur clamare vocem Regis appellitantes. ibid. num.5.
Officialis cognominari non valet qui non præstitit sacramentum, & homagium. ibid. num.7.
Officiales temporales, qui utuntur jurisdictione, reputantur personæ privatæ, si in ingressu Officii non assecuraverint de tenendo tabulam, quę assecuratio importat de jure communi

cautio-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cautionem de ſtando ſyndicatui. ibid. num. 8. & intellige ut infra num. 18. & 19. ubi recitatur Conſt. 8. tit. *de offic. de jur. de Taula*, & Conſt. 13. tit. *de Veg. & jus Veg.* & de earum intelligentia agitur ibid.

Quæ requiſita debeant præcedere, ut procedatur contra reſiſtentes, ad laudamentum Curiæ. deciſ. 3. num. 42. cum ſeqq. & deciſ. 4. num. 23.

Officialis reformatus in officio, finito officio dicitur de novo ad officium vocatus. deciſ. 4. num. 13.

Officialis, qui admittitur ad *idem officium, finito tempore* primi officii; novum cenſetur officium adipiſci, & Judex elapſo tempore primi officii, deſinit eſſe Judex, & remanet privata perſona. ibid. num. 14.

Officiales putativos error communis efficere non poteſt eſſe verè, & de jure Officiales. ibid. num 22.

Per Officiales putativos geſta, error communis ratione publicæ utilitatis efficit, ut ſuſtineantur. ibid. num 22.

Officialis præſtare debet ſacramentum, & homagium in ingreſſu ſui officii, tanquam requiſitum ſubſtantiale, ut procedit poſſit per regaliam uſatici *authoritate, & regatu* contra ei reſiſtentes. ibid. num. 24.

Officiales, & magiſtratus uti non poſſunt juriſdictione aliqua, quin prius juramentum ſolitum præſtent. deciſ. 4. num. 24.

Officialis etſi ſententiam excommunicationis non audierit in ingreſſu officii, non ideò reputatur perſona privata. ibid. n. 25.

Ab Officialibus in ingreſſu officii debet audiri excommunicationis ſententia, ut majori vinculo aſtringantur ad obſervantiam conſtitutionum. ibid. num. 31.

Officialis condemnatus ex facto ſui ſubſtituti poteſt ab illo repetere, vel de ejus ſalario retinere, niſi ſecum fuerit particeps fraudis, & cum participem facit ſola ſcientia fraudis. ibidem num. 34.

Officialis de facto ſubſtituti tenetur in ſubſidium. ibid. num 48.

Officialis ſubſtituens, qui tenetur de exceſſibus ſubſtituti, an liberetur ſubſtitutum exhibendo, controvertitur. ibid. à numer. 49. uſque ad 60.

Et affirmant aliqui liberari ab exhibitione, quando fuerat ſubſtitutus mortuus, vel bannitus ſine dolo, & culpa principalis. ibid. num. 50.

Officialis ſubſtituens exhibendo ſubſtitutum liberatur, nec tenetur niſi in ſubſidium, etiamſi ſit obligatus cum clauſula, quod teneatur de delictis ſubſtituti. ibid. num. 56.

Officialis ſubſtituens conſideratur ſubſtituti fidejuſſor idemnitatis, & iſte non tenetur niſi in ſubſidium, & excuſſo principali, quamvis excuſſionis beneficio renunciaverit, cum Senatu. ibid. num. 57.

Niſi adſit clauſula, quòd teneatur de facto ſubſtituti principaliter, quia non liberatur exibendo ſubſtitutum, & tenebitur principaliter, quia fidejuſſoris nomine non fuerat obligatus. ibid. num. 58 & 59.

Officialis ſubſtituens pro facto ſubſtituti ſolùm tenetur civiliter, quod ampliatur, & ratio aſſignatur. ibid. num. 62.

Officiales Sæculares quomodo teneantur ſegerere in exhumatione cadaverum in Eccleſia ad viſuram occiſi. deciſ. 9. num. 69.

Quando ſententia in gradu recurſus, vel appellationis reformatur, in eo capite quo pecuniarum condemnationem inter Judices dividendam continet, poſſunt illi, & cæteri Officiales, etiam non citati compelli ad reſtitutionem quantitatum. deciſ. 23. num. 77.

Officii prorogatio non dicitur ejus, quod finitum eſt, quia eſt impoſſibile prorogare, quod eſt extinctum. deciſ. 4. num 15.

Officium prorogatum durante tempore primi officii cenſetur idem officium in favorabilibus; ſecus in odioſis, & ubi verſatur præjudicium tertii. ibid. num. 16.

Officialis, qui in exercitio ſui officii delinquit, non tenetur de toto, ſed de exceſſu, nec pœna ordinaria punitur. deciſ. 12. num. 105.

De delictis in officio non poteſt fieri abolitio, nec gaudent Officiales indultu generali, quia eorum delicta reputantur graviora, & quomodo hoc intelligatur. deciſ. 31. num. 62. uſque ad num. 66.

Non ſequuto damno Officiali Regio, cui fuit facta reſiſtentia, ſine deſiſtentia partis poteſt fieri remiſſio; cum exemplaribus deciſ. 32. num. 40.

Vide in verbo Magiſtratus.

ORATORES.

Apud oratores quomodo eſt laudanda perſona. deciſ. 27. num. 15.

ORDINARIUS.

Ordinarius Regius, vel Baro ſupplicans ab evocata cauſa, vel Regalia non tenetur aſſecurare judicium, ubi Senat. deciſ. 6. num. 3. Vide in verbo ſupplicatio.

P

PACTUM.

POEna impoſita in pacto voluntario an debeat commenſurari delicto. deciſ. 13. num 23. & 24.

Remiſſio delicti debet eſſe pura, & ſi fiat ſub conditione, quamvis fides ex parte remiſſis non ſervetur, regreſſus haberi non poteſt ad delictum remiſſum; ſed ſolùm ad pacti adimplementum. deciſ 34. num. 2. & num. 15.

Pactum in remiſſione apponi non poſſe tradunt aliqui Doctores. deciſ. 34. num. 3.

Docent alii tale pactum apponi poſſe. deciſ. 34. num. 4.

Prima opinio ſequitur ab Auctore. deciſ. 34. num. 5.

Pœnæ adjectio in pacto appoſito in remiſſione Principis nullius eſt roboris, ſed tantùm agi poteſt ad obſervantiam pacti, ſeu *conditionis*, quando *Princeps non* habuit poteſtatem legis condendæ, quod declaratur. deciſ. 34. num. 6. & ſeqq.

Ex conventione nuda nulla naſcitur obligatio, ubi expenditur locus Senecæ. deciſ. 27. num. 19.

Ex pacto nudo efficax naſcitur obligatio de Jure Canonico; vel jure actionis, vel officio Judicis. deciſ. 27. num. 22.

Obſervat Senatus datis defenſionibus admittere reos ad pactum. deciſ. 32. num. 51.

Actio, ut remiſſus adimpleat pactum de non ingrediendo locum prohibitum, eſt partis intereſſatæ paſciſcentis. deciſ. 35. numer. 6. declaratur num. 25.

Nec tunc fiſcus abſque querela partis procedere poteſt. dec. 35. num. 7.

Allegatur declaratio *contentionis* immunitatis Eccleſiæ, in qua fuit dictum, nullitatis actionem adverſus remiſſionem per diſpoſita in Conſt. 1. tit. *de homicidis* ſolùm parti competere; non vero fiſco. deciſ. 35. num. 8.

Contrarium cenſet Auctor, ſcilicèt nullitatem remiſſionis juxta terminos Conſt 1. etiam ad fiſcum pertinere. deciſ. 35. num. 9.

Gratia delictorum cum ea conditione facta ne offendens ingrediatur locum offenſi, reſpicit utilitatem privatam, & publicam, quod comprobatur. deciſ. 35. num. 10. cum ſeqq.

Accedere ad locum prohibitum à Principe eſt delictum, & in delictis proceditur per inquiſitionem. deciſ. 35. num. 14.

De jure communi quando pars paſciſcitur in remiſſione, ut non poſſit remiſſus ad certum locum redire, in caſu non adimplementi, parti ſolùm datur actio ad adimplementum, nec poteſt ad accuſationem redire. deciſ. 35. num. 13.

Actio ad emendam civilem propria eſt partis, ad puniendum homicidium propria eſt fiſci. deciſ. 35. num. 16.

Quando ingreditur gratiatus locum prohibitum, etiam pars poteſt opponere de nullitate gratiæ, ubi reſpondetur argumentis contrariis. deciſ. 35. num. 22. cum ſeqq.

Fiſco incumbit agere contra violationem pacti à reo voluntariè ſuſcepti; ſequuta contraventione, nec actio parti competit. deciſ. 35. num. 26.

Prohibitus accedere ad Civitatem an contraveniat prohibitioni, ſi accedat ad ſuburbia Civitatis. deciſ. 36. num. 1. uſque ad num 6.

Diverſa eſt quæſtio an prohibitus accedere in Civitatem, prohibeatur accedere ad ſuburbia, vel ad loca extra muros Civitatis: ab illa an exulatus à Civitate, exulatus dicatur à territorio, ubi dictio *in* idem ſignificat quod *intra*. deciſ. 36. num. 11.

Remiſſus ſub pacto, ut non intret locum in quo interfectus morabatur ſub pœna, in eam non incidit, nec perdit beneficium gratiæ, ſi ingrediatur territorium, vel Parochiam, ſi ſit extra muros, & hoc ſervari videtur. deciſ. 36. num. 17.

Prohibitus ſtare in loco, prohibitioni non contravenit, ſi ad eum per tranſitum accedat. deciſ. 36. num. 19.

Per ſolum tranſitum non cenſetur rupta cautio de non ingrediendo in aliquam Civitatem. deciſ. 36. num. 20.

PARRICIDIUM.

De jure communi admitti non debent compoſitiones in crimine Parricidii. deciſ. 31. num. 55. & 56.

Si quis furore percitus hominem occiderit, miſeratione potius, quàm pœna dignus eſt, etiamſi parricidium commiſerit, & quid dicendum ſit in furioſo, qui habet dilucida intervalla. deciſ. 43. num. 33.

Verè, & propriè parricidium eſt, ſi quis occidat parentem, vel aliquem ex liberis, quod porrigitur ad deſcendentes. deciſ. 45. num 4.

Quaſi verò, & impropriè parricidium committitur, quando quis fratrem, ſororem, uxorem, vel virum occidit. deciſ. 45. num. 5.

Reſpectu pœnæ eſt differentia inter parricidium, & viricidium, nam illud plectitur pœna parricidii, & iſtud pœna ultimi ſupplicii. deciſ. 45. num 6.

Ad deteſtandum tam atrociſſimum ſcelus, viricidium dicitur parricidium, & quoad pœna ſpirituales adhuc gravius eſt viricidium, & uxoricidium parricidio. deciſ. 45. num. 7.

Viricidium eſt ſpecies parricidii, & parricidium eſt homicidium proditorium, ubi Senatus deciſ. in parricidio commiſſo in ſocerum, & fuit negata ſupplicatio. deciſ. 46. num. 5.

Si filius ſciens non revelat, aut non prohibet necem futuram patris, an teneatur pœna parricidii, recitantur Doctorum placita. deciſ. 47. num. 3.

Quid in extraneis. deciſ. 47. num. 5.

An filius ſciens futuram necem patris, uxor necem mariti, & extraneus conſcius parricidii, quamvis non revelaverint, aut non prohibuerint, teneantur pœna ordinaria parricidii

an

an extraordinaria, allegantur Doctorum auctoritates. decis. 47. num. 6.

Extra parentes, & signanter, quòd uxor ex sola scientia necis viri condemnetur tantùm ad pœnam extraordinariam, scribunt varii, qui recitantur. decis. 47. num. 7.

Admittitur opinio existimantium, quòd ut filius, vel uxor teneantur pœna parricidii, non sufficit quod sciant necem futuram patris, vel mariti, & non revelent, vel prohibeant; sed requiritur quòd sciant cum participatione delicti, & ita conciliantur jura, & DD. decis. 47. num. 9.

Non quòd requiratur scientia, & participatio cum ope. decis. 47. num. 10.

Extranei conscii, & participes parricidii tenentur pœna ultimi supplicii, si sciant qualitatem delicti. decis. 47. num. 31.

Cum sola scientia, & non revelatione, aut prohibitione non liberantur extranei à pœna extraordinaria. decis. 47. num. 32.

Conatus in crimine parricidii, vel viricidii, etiamsi deventum sit ad actum proximum, sine propinatione veneni; an puniatur pœna ordinaria. decis. 47. num. 46.

Præstans opem, & auxilium in parricidio pœna mortis punitur, ubi traditur judicatum in diversis Senatibus, in casibus, qui ibidem recitantur. decis. 49 num. 1. usque ad num. 4.

Eidem mortis pœna tenetur qui præstat auxilium filio patrem occidenti, quamvis auxilium fuerit remotum: si tamen auxiliator sciat socium esse filium aggressi. ibid. num. 5.

Pœna ultimi supplicii plectitur qui post parricidium filio opem præstat scienter. ibid. num. 6. & num. 15.

Parricidium est homicidium proditorium, insidiosum dicitur homicidium, quando quis occisurum tradit interfectori, unum verbis offendendo, & aliud mente gerendo. ibid. num. 25.

Contra homicidam soceri non imponitur pœna veri, & proprii parricidii. ibid. num. 27.

PASTOR.

Prohibita est remissio delictorum si sint commissa per Pastores. decis. 31. num. 48.

PATER.

Quando pater filium Judici obtulit, qua pœna filius sit puniendus. decis. 20. num. 5.

Vivente filio in quem injuria facta est, pater remittit injuriam, etiam invito, & ignorante filio. decis. 30. num. 6.

Vide in verbo Remissio partis offensæ.

Si filii personaliter offensi rumperent pacem cum patre factam, non tenentur uti fractores pacis. decis 30. num. 8.

Si pater de filio, qui eum injuriavit, conqueratur apud Judicem, remittente patre, filius absolvitur, nisi injuria atrox sit, nam & Judex carcerare debet filium ad instantiam patris, si pater sit persona honesta, & discreta, & debet filius puniri pœna à patre designata, quæ non procedunt respectu matris, quæ tantùm habet modicam coercionem. dec. 30. num. 14.

Filius, aut alius conjunctus aliquid recipiens pro necis patris remissione, ad nihilum pro dicta quantitate tenetur creditoribus defuncti. decis. 30. num. 38.

In contrahente matrimonium cum puella sine consensu personarum, quæ hic explicantur, aut in crimine raptus prohibetur remissio, vel compositio. decis. 31. num. 46. & 47.

Ob parentum, vel consanguineorum affectationem causa visitandi eos infirmos, excusatur quis à pœna fracti exilii. dec. 36. n. 32.

PAUPER.

Oritur indicium in latrocinio contra illum qui pauper existens, vilus est expendere pecuniarum quantitates. decis. 41. num. 42. 43. & 44.

PAX, ET TREGUA.

An pax censeatur rupta ex sola explosione archibusii, non sequuta offensione. decis. 18. num. 21.

Si filii personaliter offensi rumperent pacem cum patre factam, non tenentur uti fractores pacis. decis. 30. num. 8.

An minor teneatur de rupta pace, an possit restitui in integrum, tam quoad vindictam, quàm quoad remissionem damnorum, & interesse: & an decretum Judicis suppleat auctoritatem tutoris. decis. 30. num. 100.

Guidatica subsistunt sine desistentia partis, quando vocantur delinquentes ad pacem firmandam. decis. 32. num. 22.

PERITUS.

Si ex relatione peritorum constat vulnus esse omnino lethale, & sequitur mors, quamvis fuerit ex intervallo, dicitur mors sequuta ex vulnere, & vulnerans tenetur de occiso. dec. 11. n. 2.

Si ex relatione peritorum constat vulnus esse ut plurimum lethale, & sequitur mors: nisi probetur mala cura, aut negligentia, tenetur vulnerans de occiso. decis. 11. num. 3.

Costare dicitur de non mortalitate vulneris non solum si hoc pateat ad sensum, & per evidentiam facti, puta quia sit in manu, vel brachio; sed etiam si sit in aliqua parte periculosa, & medici referant non esse mortale. decis. 11. num. 6.

Standum est in relatione vulnerum peritorum relationi, & si in loco non invenitur nisi unus Medicus, ejus dicto stabitur: imò de consuetudine, quidquid sit de jure, unus Medicus, vel peritus sufficit, ubi etiam plura de horum peritorum nominatione, & relatione. decis. 11. num. 7. & in annot. nu. 38.

Quando discrepant periti, & sunt pares, eligendi sunt peritiores ad retractandam paritatem. decis. 11. num. 16.

Relatio peritorum non transit in judicatum, recipitque probationem in contrarium; etiam didicitis testificatis. ibid. n. 16.

In quam pœnam incidat Medicus, qui falsò relationem facit circa infirmitatem carcerati. decis. 12. num. 42.

POENA

Pœna arresti ore tenus facti exequi non potest. decis. 12. num. 65. & in annot. num. 43.

Pœna calumniatoris, quæ erat talionis, jam ab aula recessit, & calumniator arbitrio Judicis coercetur. decis. 5. num. 7.

Pœna talionis punitur adhuc hodie calumniolus accusator Notariorum Publicorum Barcinonæ in delictis. ibid. num. 8.

Pœna triremium, & illius gravitas ponderatur. decis. 8. à num. 67. usque ad finem.

De pœna sepulcri violati agitur. decis. 9. num. 37.

Consideratur frequentia delictorum ad pœnam infligendam. decis. 10. num. 49.

De pœna confiscationis bonorum in delicto falsæ monetæ, vide in verbo confiscatio bonorum, & verbo Monetam.

Vulnerans aliquem proditorie punitur triremium pœna, cum Senatu decis. 11. num. 21. vide in verbo Vulnerans.

Quando promittitur sub certa pœna, quòd persona non offendatur, ex simplici insultu, vel ictu sine damno, an pœna commissa dicatur. decis. 18. num. 19. & 21.

De pœna falsitatis tam in teste, quàm in conficiente, vel producente scripturas qualscumque vide in verbo Falsitas.

Pœna amputationis manus, vel pugni quomodo practicetur, vide in verbo Falsitas.

Testis, qui veritatem negat in judicio, ex quo proximus damnum patitur, qua pœna puniatur. decis. 9. num. 28.

De pœna testis se retrahentis à testificando. ibid. num. 29.

Et de pœna substrahentis testes, vel probationes adversario. ibidem num. 30.

De pœna fugæ carcerum etiam in casu quo eos non frangit, vide in verbo Carcer.

Potest à Principe post sententiam fieri commutatio pœnæ sine partis remissione, prout ita observatur, quidquid sit de jure. decis. 32. num. 23.

Commutationes pœnarum fiunt cum deliberatione Reg. C. in diversis exemplaribus factis in favorem eorum qui ob miserabilitatem in pede supplicationis sine diplomate expedito in forma Cancellariæ, obtinuerunt commutationes pœnarum, quarum forma recitatur. decis. 32. num. 17.

Remissio gratiosa, aut commutatio pœnarum debet expediri in forma Cancellariæ cum firma Cancellarii, aut Vicecancellarii, aut suo casu Regentis Regiam Cancellariam, & recognosci, & firmari per Thesaurarium. decis. 33. num. 6.

Fiscus potest cedere actiones solventi pœnam pecuniariam, ut pro parte tatæ possit exigere à correis debendi. ibid. num. 20.

Sicut remissio gratiosa, vel commutatio pœnarum expeditur in forma Cancellariæ, ita pariter commutatio pœnæ post sententiam, etiamsi de ea pendeat causa supplicationis, & hoc in casu quomodò concipiatur commutatio, traditur. ibid. n. 21.

Remissio pœnæ pecuniariæ expeditur in forma Cancellariæ, & quomodo hæc tradenda sit Regenti Regiam Thesaurariam, ut constet de pecunia tradita. decis. 33. num. 22.

Quando in dispositione negativa adjungitur pœna, illa non incurritur, nisi præcedat monitio. decis. 34. num. 17. & 18.

Pœnæ adjectæ ignorantia; ut reo suffragetur, debet in defensionibus à reo allegari. decis. 34. num. 19.

In declaratoria pœnæ, quæ imponitur ipso facto, non est necessarium quod pœna declaretur; sed sufficit declarari reum culpabilem, quæ declaratio secum trahit pœnam. decis. 35. nu. 21.

Ob parentum, vel consanguineorum affectionem causa visitandi eos infirmos, excusatur quis à pœna fracti exilii. decis. 36. n. 32.

Nec tenetur filius ad pœnam fracti carceris, si patrem visitandi gratia, ab eo discesserit. decis. 36. num. 33.

Ob servitia insultantis fuit minorata pœna. decis. 38. num. 32.

Ex circunstantiis in delictis atrocibus pœna ultimi supplicii infligitur cum aliquo additamento, & ita Senatus. decis. 49. nu. 28.

In atrocissimis condemnantur minores ad pœnam ordinariam. decis. 50. num. 51.

Vide in verbo Minor.

POTESTAS.

Sub *potestatis* vocabulo qui comprehendantur. dec. 3. n. 2. & 3.

Potestas per exhibitionem suæ familiæ liberatur in totum à culpis per aliquem ex familia commissis, & idem est in ministris deputatis à Publicano. decis. 4. num. 60.

PRAXIS.

Praxis summaria procedendi in causis criminalibus usque ad exequutionem sententiæ, traditur. decis. 1. num. 3. & 4.

PRÆCEDENTIA.

Inter plures Officiales electos eodem tempore is præcedit, qui muneris in quasi possessionem prius tractus fuerit, quia in officiis quæ habent annexam administrationem tempus adeptæ possessionis attenditur. decis. 3. num. 18.

PRÆCONIA.

Præconia prohibitionis armorum debent exhiberi in processu portus illorum, ut constet de corpore delicti. decis 7. num. fin.

Pro-

INDEX

Prohibitio extrahendi grana à Principatu durat tantùm usque ad messes tunc proximè venturas, decis. 31. num. 30.
Potest à Principe illa prohibitio fieri tempore caristiæ, dec. 31. n. 31
Edicta, quæ fiunt in vim provisionis particularis, finito triennio expirant, non quæ fiunt per viam statuti, vel sententiæ definitivæ, decis. 34. num 16.
Statuto sub certa pœna extrahere frumenta ab aliqua Civitate prohibenti, non contrafit si quis alibi emat frumentum ad illud reportandum ad patriam suam, licèt trafeat per Civitatem prohibitam, decis. 36. num. 22.
Non est contrafactum statuto, quod prohibet sub pœna vicinis loci, ne ibi morari faciant certas personas, si eas per transitum permittant, decis. 36. num. 23.
Per transitum non dicitur contraventum prohibitioni de stando in loco, etiamsi aliquantulum ibi moraretur, puta comedendo quod declaratur, decis. 36. num. 26.
Disponitur in Regijs præconizationibus. quòd vestuarij, Argentisabri, ferramentarij, serdij, regaterij, & alij teneantur domi habere librum, vbi scribant res quas emerint, diem, personam, & pretium; & in publicum eas res emptas exponere per spatium sex dierum, in portica inscripta rotulo, *Portica rerum emptarum*, decis. 41. num 78.
Præconium prohitionis granorum vide in verbo Remissio, in verbo Prohibitio, & in verbo Bannum.

PRÆMIUM.

Quando Princeps sub fide Regia promittit ob præmium capturæ famosi delinquentis, indulgentiam alterius famosi, quem adimplens nominaverit, ab ipso nominatus sub tuto securitatis ponitur, decis. 27. num. 42.

PRÆSCRIPTIO.

Quanto tempore præscribatur actio ad accusandum, dec. 32. n. 53. 54

PRÆVENTIO.

Præventio cognitionis causæ criminalis nascitur ex captura Rei, decis. 9. num. 59.
Præventio operatur, ut causa sit remittenda ad Judicem prævevementem, cum tota sua continentia, & omnibus connexitatibus, ibid. num. 60.

PRINCEPS.

Princeps cognoscit de delictis quæ committuntur in terra Baronis, si reperitur ibi præsens, & tunc cessat jurisdictio Baronis, decis. 1. num. 21.
Princeps concedens securitatem ad se veniendi, intelligitur etiam illam concedere pro redeundo: etiamsi id expressum non sit, decis. 3. num. 4.
Principis scriptores sunt qui illius Curiam sequuntur; & de illorum dignitate agitur decis. 5 num. 18 & 19.
Regibus, & Principibus est injunctum relevare ab oppressione quamcumque personam injustè oppressam, decis. 23. num. 1.
Etiamsi oppressus Principem non adierit, decis. 23. num. 2.
Recursus ad Principem est de suprema regalia, & Coronæ Regis inhærens, & ab ea non potest separari, salva in Principe Regia potestate, ibid. num. 3.
Principes hujus Principatus Cathaloniç oculatissimè respexerunt fidelitatem Cathalanorum, decis. 27. num. 27.
Principaliter Principi convenit rectam fidem servare, etiam inimicis fidei, dec. 27. num. 35.
A Principe possunt concedi guidatica verbo, decis. 27. num. 40.
Sicuti assecuratus manet, qui à Principe vocatur; ita assecuratus restat, qui vocatur à Commissario Principis, decis. 27. n. 41.
Quando princeps sub fide regia promisit ob præmium capturæ famosi delinquentis, indulgentiam alterius facinorosi, quem adimplens nominaverit, ab ipso nominatus sub tuto securitatis ponitur, decis 27. num. 42.
Pars, quæ tanquam unus de populo admittitur ad accusandum, non potest impedire Principis gratiam, decis. 30. num. 2.
Ex assertione Principis in remissionibus indulgendis, constat de causa boni publici, decis. 32. num. 24.
Procedet Princeps cum aliqua saltem cognitione causæ, nisi pro manifesta eam haberet. & ne fiant remissiones cum pecunijs, & ut habeatur respectus principaliter ad bonum publicum, animadvertitur, decis. 32. num. 25.
Licèt gratia ex sola Principis voluntate constet, tamen absque scriptura informis dicitur, & requiritur scriptura ad effectum probationis, & quando agitur de gratia canonizanda, dec. 33. num. 9.
Accedere ad locum prohibitum à Principe, est delictum, decis. 35. num. 14.
Quando est conditio non accedendi ubi residet Princeps; prohibitio an comprehendat vrbem, & territorium ubi residet Princeps, agitur decis. 36 num. 15.
Licèt Ecclesiæ sint exemptæ a jurisdictione temporali, & subjaceant Ecclesiasticis: attamen sunt in territorio Principis Sæcularis, decis 36. num. 36.
Vide in verbo Rex.

PRIVILEGIUM.

Privilegia non sunt multiplicanda, & an in eis procedat argumentum ex identitate, aut majoritate rationis, decis. 5. num. 40.
Ex præambulo privilegij colligitur causa finalis privilegij, decis. 10 num. 39.
Privilegium in casu omisso debet accipere interpretationem à jure communi, decis. 32. num. 48.

PROBATIO.

De subtrahente probationes, qua pœna puniatur, vide in verbo Pœna
Fiscus etsi actor sit, potest petere arma de domo Rei, & ipsum compellere, ut sibi edat instrumenta, quando civiliter agit, non autem quando criminaliter, decis. 20. num. 12. & 15.
Non probant libri manifesti merces non fuisse denunciatas, quia poterant administratores hujusmodi librorum, dolo, vel oblivione aliquas non scribere, ibid. num. 17.
Non sufficit post factam mercium apprehensionem quòd justificetur qualitas fraudis, quæ tribuit jurisdictionem procedendi, si illa non fuerit recepta in actis Curiæ ante apprehensionem, ubi decis. ibid. num. 22.
Remissio potest fieri coram Judice, vel per actum publicum, tam in die juridico, quàm feriato, & offensori absenti, si interveniat nuntius, Epistola, vel Notarius, qui acceptet pro absente, decis. 30. num. 102.
In criminalibus ad effectum condemnandi probationes requiruntur, non solùm concludentes; sed etiam lucè meridiana clariores. decis. 41. num. 24.

POSSESSIO.

Qui potest possessionem, à qua dejectus est, etiam armata manu, & convocatis hominibus recuperare, declaratur decis. 42. n. 14
Licet Domino reppellere violentum possessorem incontinenti: scilicet antequam ad extraneos actus se divertat, vel arbitrio boni viri, & si mors sequatur, non punitur possessor pœna ordinaria, decis. 42. num. 32.

PROCESSUS, ET PROCEDIMENTA.

Processus criminalis in Cathalonia est filei; & partis querela admittitur ad adjuvandum fiscum, decis. 1. num 1.
Procedendi in causis criminalibus usque ad sententiæ executionem, praxis summaria traditur, decis. 1. num. 3. & 4.
Proceditur juxtà formam usaticorum. quando delictum est comprehensum sub aliqua illorum regalia, decis. 2. num. 1. De processibus regaliarum, vide in vorbo Regalia.
Procedimentorum criminalium copia non est danda ordinario Regio, Baroni, vel parti supplicanti ab evocata causa, seu regalia: sed relator dicere debet verbo, quo pretextu causa evocata fuit, decis. 6. num 19.

PROCONSUL.

Proconsul erat, qui in sua Provincia jurisdictionem contentiosam exercebat, decis. 12. num. 68.

PROCURATOR.

Procurator an teneatur de defectibus substituti, quando utitur facultate substituendi sibi concessa, decis. 4 num. 46. & 47.
Procurator sine speciali mandato non admittitur ad remittendum, prout non admittitur ad accusandum, decis. 30. n. 90

PROCURATOR FISCALIS.

Procuratores Fiscales R. C. non possunt avarias recipere de compositionibus, decis. 33. num. 28.
Potest Procurator Cælaris transigere, quando Cæsari utilis est transactio: cum duobus exemplaribus, & num. 34 & num. 35. in uno exemplari fuit facta transactio cum Fiscali Patrimoniali super bonis confiscatis post confiscationem: in secundo cum Fiscali Regæ Curiæ super bonis, quæ non fuerunt confiscata, sed tantùm sequestra, decis. 33. num. 33.
Declaratio trium aularum, ubi oppositiones dotales, & aliæ repetitiones super bonis rebellium ante confiscationem, & incorporationem ad Regium Fiscum, tractantur in Regio Criminali Concilio; post confiscationem, & incorporationem tractantur in Regia Audientia Civili, citato fisci Procuratore Patrimoniali, decis. 33. num. 36.

PRODUCENS.

Testis unicus contra producentem probat, nisi ille testis superetur, & convincatur per majorem numerum testium, per producentem ministratorum. decis. 42. num. 45.

PROHIBITIO.

Inhibitæ sunt compositiones pro pecunia de licentijs extrahendi à Principatu grana (pro caristia extrahi prohibita) & prohibitio durat tantùm usque ad messes tunc proximè venturas, decis. 31 num. 30
Potest à principe illa prohibitio fieri tempore caristiæ, aliàs licet in hoc Regno commerciari; decis. 31. num. 31.
Statuto sub certa pœna extrahere frumenta ab aliqua Civitate prohibenti, non contrafit, si quis alibi emat frumentum ad illud reportandum ad patriam suam, licèt transeat per Civitatem prohibitam, decis 36. num. 22.
Non est contrafactum statuto, quod prohibet sub pœna vicinis Loci ne ibi morari faciant certas personas, si eas per transitum permittant, decis. 36. num. 23.
Per transitum non dicitur contraventum prohibitioni de stando in loco, etiamsi aliquantulum ibi moraretur, puta comedendo; dummodo ibi non pernoctet, & quomodo intelligatur modicum tempus, decis. 36. num. 26.
Vide in verbo Præconium.

PROMISSIO.

Verbum *promissio* supponit efficacem stipulationem, decis. 27. num 23.

PRO-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

PROROGATIO.

Prorogatio officii non dicitur, quod finivit, quia est impossibile prorogare, quod est extinctum, dec.4 n.15.

Prorogatum officium durante tempore primi officij idem censetur officium in favorabilibus; secus in odiosis, & ubi versatur præjudicium tertii, ibid.n.16.

PROTONOTARIUS.

Contra Protonotarium, & ejus Locumtenentem pro crimine officii non potest procedi nisi ad instantiam partis, & cum cautione de pœna talionis, & emenda damni sumptuum, interesse, & injuriæ, decis. 5. num. 32.

PROVOCATIO.

Provocator dicitur, qui priùs arma capit, & eò magis si illa evaginet, & provocatus si illum interficiat, pœna ordinaria non plectitur, quia id dicitur commissse justo calore iracundiæ, & si provocans remanet occisus, à sua temeritate dicitur occisus, decis 18. num 22.

De tempore minarum debet constare, ut minatus à Pœna ordinaria liberetur (prout idem dicitur in provocato) & quòd ira ex minis fuerit orta, decis.39. n.38.

Q

QUERELA.

Querela partis in Cathalonia admittitur in processu criminali ad adjuvandum fiscum, decis.1.n 1.

Querela partis admittitur cum denuntiatione, aut supplicatione quando proceditur via ordinaria, ibid. n.5.

Vide in verbo Instantia.

R

RAPTUS.

REquiritur remissio uxoris in crimine raptus, dec.30.n.28.

RATIHABITIO.

Licèt ex signis lætitiæ, verbis, vel facto, post delictum non probetur mandatum de occidendo; inde tamen oritur indicium ratihabitionis, ubi de aliis conjecturis, ex quibus præsumitur ratificatio delicti, decis. 49. n.16.

RECEPTATIO.

Receptatio non est, quando quis transeuntem recipit exulem, decis.36.n.21.

Receptatio delinquentis facit indicium tractatus, decis.44.n.58.

RECURSUS.

Recurrere potest Baro, vel captus ad Regium Criminale Concilium, pendente contentione inter duos Barones, vel inter Baronem, & Officialem Regium, & interim pendente recursu potest captus relaxari cum fidejussoribus, decis.1.n 44.

Recursus ad Principem est de suprema regalia, & Coronæ Regis inhærens, & ab ea non potest separari, salva in Principe Regia potestate, decis.23.n.3.

Recurrere alius pro alio potest sine mandato, sed habebit effectum recursus, gravato ratum habente, decis.23.n 4.

In Cathalonia duæ sunt species recursuum in criminalibus: Prima ante sententiam ob oppressiones, quæ interim reis fieri prætenduntur: Secunda post sententiam quando in illa prætenditur injusta oppressio, dec.23.n.5.

Recursus ante sententiam, quæ à procedimentis fit, tribus modis evenire potest, qui explicantur decis.23. n.6.

Si recursus est à procedimentis factis ab Officiali Regio, non tam exacta petitur informatio oppressionis, quàm si recursus fuerit interpositus à procedimentis factis per Baronem ibidem n.7.

Quando recurritur à procedimentis, & captura, pendente causa recursus debet per ordinarium Regium, vel Baronem conservari, & detineri captus eodem modo, quo tempore interpositionis recursus detinebatur, decis.23.n.8.

Ex causa tamen etiam pendente recursu Senatus providet, ut captus ducatur ad Regios carceres Barcinonæ, dec.23. n.9.

Quando declaratur recursui locum esse, solet Regium Concilium interdum captos per inferiores, ad Regios carceres Barcinonę adduci mandare, ut ad ulteriora procedatur: solet interdum reos in carceribus inferiorum detinere, vel eos manuleuta, vel sub sacramento, & homagio liberare, decis.23. n.13.

Ad ulteriora fore procedendum, & captos ad Regios carceres Barcinonæ adduci declaravit Senatus in exemplaribus hic allegatis, decis.23.n.14.

Interdum Rei non ducuntur ad Regios carceres, & de novo inquiritur cum Senatu, dec.23. n.15.

Alia decisio Senatus ubi recurrens declaratur guidatus, decis. 23. num.16.

Rei recurrentes traduntur idoneæ manuleutæ sub duplici forma, & explicatur cum decisionibus Senatus, decis.23.nu. 17.usque ad n.19.

Casu quo recurrens traditur idoneæ manuleutæ ad se præsentandum inter Regios carceres infra tot dies, tenetur se præsentare infra terminum assignatum absque interpellatione, dec.23. num.20.

Casu verò, quo relaxatur sub manuleuta cum reincidentia ad se præsentandum intra tot menses, ut possit pro pœna incursa manuleutæ procedi, requiritur interpellatio, ibid.n.21.

Etiam sub sacramento, & homagio relaxantur Rei recurrentes ubi decisio Senatus, ibid.n.29.

Similis ubi fuit injunctum, ut cancellaretur debitorium per recurrẽtem antea firmatum in favorem Judicis à quo, dec.23.n.30.

Etiam reus relaxatur cum emenda damni, cum Senatu, ib.n.31.

Similis ubi cõdemnatio emendę damni fuit facta de officio, ib.n.33

Notabilis est oppressio, quando Baro cogit vassallum litigare in sua Curia, in casu non suę jurisdictionis; tunc namque ab ejus procedimentis admittitur recursus, ubi decisio Senatus, decis.23.n 35.

Opprimitur Vassallus, vel subditus à Judice procedente in casu à jure sibi non concesso, ut si in facto civili criminaliter Judex procedat, tunc enim ad Judicem Civilem remittuntur causa, & partes, & reus relaxatur ubi decis. ib. n.37.

Opprimitur Vassallus, quando senior in suo casu non dat Judicem, vel dat Judicem suspectum, vel imperitum, vel sibi Domino familiarem, ibid.n.38.

Qui habet Judicem inimicum, vel suspectum, meritò timet, & perhorrescit, & ratione perhorrescentiæ admittitur causa recursus ad Principem, ibid.n.40.

Opprimitur vassallus, quando à Domino ducitur per ambages, eum detinendo, & procrastinando, eumque laboribus, itineribus, & expensis gravando, vel si Judex datus moram faciat in jure reddendo, & ipsam causam differendo, & tunc potest Princeps excitando jurisdictionem inferioris ei mandare, ut intra certum tempus causam expediat, ubi Senatus, dec.23. n.42.

Si verò Judex intra terminum præfixum causam subditi non expedierit, ob illius negligentiam elapso termino potest evocari causa ad superiorem, ibid. n.43.

In delictis levibus diutius detineri non debent inquisiti in vinculis, & quid in h sobservet Senatus, decis 23.n 55.

In delictis à notorio levibus solet Senatus in eadem supplicatione, qua recursus interponitur reum à carceribus liberare, ubi decis ibid.n.56.

Etiam observat Senatus attento consensu Judicis à quo, & cum clausula sine prejudicio causæ recursus, recurrentem à carceribus relaxare, ibid.n.57.& in annot.n.61.

Si post introductionem recursus pars recurrens compareat coram Ordinario, recursui renuntiare videtur, ubi quando debitor condemnatus petit dilationem ad solvendum, an appellationi renuntiare censeatur, & quid quando adest protestatio, ib.n.58

Quando in causa recursus declaratur recursui locum non esse, non potest Regium Concilium in restitutione cause apponere conditionem aliquam Ordinariis, dec.23.n.59.

Sed reponitur causa ad statum primum ante recursum, & tollitur inhibitio, & restituitur captus, ubi decis.ib.n.60.

Injungitur interdum reo, quòd compareat coram Ordinario, ubi decis.ibid n.61.

Per recursus interpositionem, & ejus repulsam nullum inferri debet prejudicium parti recurrenti, quoad merita defensionis ibid-n.62.

Nec Judici à quo inferri intenditur præjudicium, vel alteri Judici, eandem jurisdictionem contendenti, ibid.n 63.

Forma supplicationis ad interponendum recursum à procedimentis decretationis causæ, & provisionis judicis, decis.23.n.64.

Ab evocatione causę recursus potest supplicari, & observa, dec. ibid.n.65.

Quando presentantur litterę recursus Notario, vel scribę causę Judicis inferioris, ei debet fieri ostensio realis pecuniæ pro salario ei debito, nec aliàs compelli possunt Notarii ad scripturas tradendum, cum Senatu ibidem n.66.

Contra Bajulum, & Notarium Judicis inferioris, recusantes tradere copiam processus, quid agendum, ibid.n.67. & n.68.

Forma conclusionis admittendi recursum interpositum per hominem captum, ibid. n.70.

Forma declarationis admittendi recursum interpositum per hominem captum, dec.24.n.71.

Forma quando declaratur recursui locum non esse, ib.n.72.& 73

Quando recusat ordinarius tradere hominem recurrentem captum quomodo procedatur, ibid.n.74.

Et quid quando recusat tradere manuleutę recurrentem, ib.n.75

Nota conclusionem recursus interpositi à procedimentis Deputatorum Generalis Cathaloniæ, ibid. n.76.

Quando sententia in gradu recursus, vel appellationis reformatur in eo capite, quo pecuniarum condemnationem inter Judices dividendam continet, possunt illi, & ceteri Officiales, etiam non citati compelli ad restitutionem quantitatum, decis.23 num.77.

Arreptio itineris ad superiorem habetur loco recursus, ubi de regu-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

regularibus recurrentibus ad ſuperiorem per arreptionem itineri ſine licentia, deciſ. 24. nu 1.
Quando recurritur per arreptionem itineris ab homine capto, vel arreſtato à Barone, vel ordinario Regio, detinetur captus, vel arreſtatus, eo modo, & forma, quibus apud Judicem ordinarium captus erat; ſi tamen non erat captus, vel arreſtatus, nihilominus per Reg. Cancil. arreſtatur vel capitur iuxta qualitatem facti, deciſ. 44. n. 2.
In caſu quo recurritur per arreptionem itineris ab homine capto, ſive arreſtato ab ordinario, ſi declaratur recurſui interpoſito locum eſſe, ex tunc cauſa efficitur conſiſtorialis; ſed quando non eſt captus (adhuc ſi ſit ſub manuleuta traditus) ſed timendo per ſuum Judicem moleſtari recurrit, incontinenti quo per Regium Concilium arreſtatur, vel capitur, cauſa efficitur conſiſtorialis, deciſ. 24. num 3.
Tunc quando ab homine non capto, aut non arreſtato recurritur; & per Regium Concilium capitur, vel arreſtatur; non declaratur recurſui locum eſſe; ſed adulteriora in cauſa eſſe procedendum, prout in reliquis cauſis criminalibus, deciſ. 24 nu. 4.
Interdum non proceditur ad ulteriora, ſed relaxatur, ubi Senatus, ibid. nu. 5.
Caſu quo captus ab ordinario Regio, vel Barone, recurrit per arreptionem itineris, & declaratur recurſui locum non eſſe, tunc ordinario, vel Baroni reſtituitur captus, deciſ. 24. n. 6.
Forma ſupplicationis interponendi recurſum per arreptionem itineris, & proviſionis in pede ſupplicationis, deciſ. 24. n. 7.
Si contra recurrentem nullæ per ordinarium ſunt fulminatæ inquiſitiones, tranſactis diebus (quibus iniungitur ordinario, ut tradat inquiſitiones) mandatur Notario Judicis à quo, quod liberet recurrenti certificatoriam, ex qua conſtet non eſſe formatas inquiſitiones, & per recurrentem in cauſa exhibetur, & petitur ab arreſto relaxari, ubi Senatus, deciſ. 24. nu. 8.
Forma declarationis recurſus per arreptionem itineris, deciſ. 24. nu. 9.
Recurſus per arreptionem itineris ad ſuperiorem eſt provocatio ad ſuperiorem, deciſ. 24. n. 22.
In caſibus prohibitis appellare à ſententia criminali, non eſt prohibitum ad ſuperiorem recurrere, deciſ. 25. num. 1.
Praxis recurrendi poſt ſententiam, etiam in iudicatum tranſactam, recitatur ibidem num. 2. & num. 3.
Notario recuſanti tradere copiam proceſſus, expeditur mandatum in forma Cancellariæ, ibid. n. 4.
Forma ſupplicationis interponendi recurſum gratiæ, decretationis, & proviſionis Judicis, deciſ. 25. num. 6. uſque ad num. 8.
Forma ſupplicationis interponendi recurſum per captum in Regijs carceribus huius Civitatis poſt ſententiam, qui gratiæ dicitur, ibidem num. 9.
Mandatum ad habendum copiam proceſſus deciſ. 25. n. 10.
Supplicatio ad exhibendum copiam proceſſus primitivi, deciſ. 25. num. 11.
Forma Concluſionis in cauſa recurſus, qui gratiæ dicitur, ibidem num. 12.
Forma ſententiæ in cauſa recurſus gratiæ, ibid. n. 13.
Plerumque ſententia primativa per ſuperiorem in cauſa recurſus revocatur, traduntur exemplaria, deciſ. 25. num. 14.
Quandoque in mitiorem pœnam commutatur, & traduntur exemplaria deciſ. 25. num. 15.
Interdum declaratur quod de novo inquiratur, ubi exemplaria, & quando id practicetur, deciſ. 25. num. 17. uſque ad finem.
Oppreſſis à gabellarijs ſuccurritur dupliciter, vel civiliter, quia cauſa eſt civilis, quando agitur ad perſequendam rem commiſſam, vel de ſolutione gabellæ: vel criminaliter per viam recurſus in Regio Concilio, ubi remiſſivè de recurſibus à condemnationibus Clavarij huius Civitatis, deciſ. 26. n. 1.
A procedimentis gabellariorum interponitur recurſus in Regio Concilio criminali, deciſ. 26. n. 20.
Unde quia nullis præcedentibus legitimis indicijs proceſſit Vicarius Barcinonæ ad apprehendendum certas merces, fuit admiſſus recurſus in Regio Concilio, deciſ. 26. n. 21.
Ab exorbitanti compoſitione admittitur recurſus, deciſ. 26. num. 24.
Interpoſito recurſu, & declarato recurſui locum non eſſe, cauſa eſt reſtituenda Baroni, quin poſſit delinquens per compoſitionem remitti: Per Principem non poteſt fieri remiſſio, ſeu gratia vaſſallis Baronum, quod declaratur deciſ. 31. n. 37.

REGALIA.

Regaliarum vigore evocat ad ſe Princeps cauſas Baiuliæ, vel Vicariæ, extra Baiuliam, & Vicariam exiſtentes; etiam inter vaſſallos Baronis, deciſ. 1. num. 8.
Regalia, vel qualitas cum qua cauſa evocatur ad Principis conſiſtorium, ſive evocetur per ſupplicationem fiſci, ſive partis cum fiſco, exprimi debet, deciſ. 1. num. 9.
Regaliæ non comprehenduntur in verbis univerſalibus, niſi de eis mentio ſpecialis fiat, deciſ. 5. num. 36.
Facultas remittendi delicta, & eorum pœnas eſt de regalibus, deciſ. 31. num. 1.
Uſatici *ſimili modo* littera expenditur dec. 2. num. 2. & 3.
Uſatici *ſimili modo* proceſſus differt à proceſſu uſat. *Auctoritate, & rogatu*, ubi aſſignatur differentia ibidem num. 4. & declaratur ibidem num. 44.
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur contra frangentes pacem, & treugam, ſalvam guardiam, & ſecuritates Regias, ibidem num. 5. uſque ad 7.
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur contra offendentes, vel iniuriantes perſonas Religioſas, vel Eccleſiaſticas, eorum bona, Eccleſias, Cœmeteria, aut loca pia, ubi deciſ. Senatus ibidem num. 8. uſque ad 12.
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur ratione offenſæ factæ in loco ſacro, aut religioſo, ubi citantur deciſ. Senatus ibid. num. 12.
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur contra iniuriantes ſcholares, Rectorem univerſitatis litterariæ Illerdæ, & Barcinonæ, ibid. num 17.
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur contra delinquentes, frangentes, vel aliàs invadentes, vel conſpirantes carceres Regios, ibid. n. 18.
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur contra offendentes, aut derobantes patrimonium, aut bona Domini noſtri Regis, ubi ratio aſſignatur, ibidem num. 19 & 20.
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur ratione delicti commiſſi in domo Regia, ubi Senatus ibidem num. 21.
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur contra offendentes, aut iniuriantes milites, & in ſimili caſu fuit proceſſum per uſaticum *auctoritate, & rogatu*, ubi Senatus cum deciſione, ibid. nu. 23. 24. & 25. & eas intelliges cum declarationibus expreſſis ibidem num. 40. & ſeq.
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur contra offendentes, aut derobantes bona Locumtenentis Generalis huius Principatus, qui alter Nos eſt Domini Regis in hoc Principatu, ibidem num. 26. & 27.
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur contra derobantes, aut offendentes bona Conſiliariorum Regiorum, licèt in ſimili caſu fuerit proceſſum per uſaticum *Auctoritate, & rogatu*, ibidem num. 29. & 30.
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur contra aquam abſtulentes, impedientes curſum, vel rumpentes ſequiæ, ſeu aquæ ductus Minoriſſæ, ibidem num. 31.
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur contra derobantes pecunias à depoſito Civitatis Barcinonæ, ibidem num 33.
Uſatici *ſimili modo* proceditur contra furantes pecunias iurium Civitatis Barcinonæ, ibid num. 34
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur adverſus contrafacientes litteras Regias, ubi Senatus, & in hoc caſu inquiritur etiam per regaliam *auctoritate, & rogatu*, ibid num. 35. & 36.
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur adverſus Officiales, qui permittunt, & tolerant ejectos à pace, & treuga, ibid. n. 37.
Recitantur ſummatim caſus, in quibus proceditur per regaliam uſatici *ſimili modo*, ibid. n. 38.
Uſatici *ſimili modo* ut procedi poſſit, requiritur publicatio ſalveguardiæ à Principe conceſſæ, ibidem num 43.
Uſatici *ſimili modo* vigore proceditur contra frangentes ſalvam guardiam, vel ſecuritatem à lege mortua indultam, ubi Senatus obſ. ibidem num. 44.
Uſatici *auctoritate, & rogatu* littera expenditur deciſ. 3. n. 1.
Uſatici *auctoritate, & rogatu* vigore proceditur contra damnificantes perſonas, & bona illorum, qui ibant, aut manebant in Curia Principis, ſtabant in via, & recedebant ad proprias domos ibid. num 5.
Per uſaticum *auctoritate, & rogatu* proceditur etiam contra illos, qui offendunt eos, qui præſentes ſunt in loco ubi eſt Audientia Principis, & eunt ad eam, aut recedunt ab ipſa pro negotijs, vel litibus propter quas ſtringuntur ſequi Curiam, ubi declaratur cum Senatus deciſionibus ibidem num. 6. 7. & 8.
Uſatici *auctoritate, & rogatu* vigore proceditur, etiamſi redeuntes à Curia pro negotijs, vel litibus, ad proprias domos acceſſerint, & ibi diutiùs ſteterint, ſi offenſa eſt eis illata occaſione Curiæ, & pro negotijs illius, ubi Senatus deciſio ibid. n. 9.
Per uſaticum *auctoritate, & rogatu* proceditur etiam contra offendentes in vindictam ſententiæ, ſeu declarationis factæ in Curia, ubi Senatus deciſio ibidem nu. 10. & in annot. num. 9.
Uſatici *auctoritate, & rogatu* vigore proceditur contra offendentes Curiam, producendo inſtrumenta falſa in lite in ea vertenti, ibid. n. 11.
Per uſaticum *auctoritate, & rogatu*, & per uſaticum *indicium in Curia datum* proceditur contra contrafacientes declarationibus Curiæ, & rei iudicatæ, ibidem nu. 12.
Uſatici *auctoritate, & rogatu*, vigore proceditur etiam contra injuriantes, vel offendentes vocatos ad Curias generales, ibid. n. 13.
Uſatici *auctoritate, & rogatu* vigore proceditur etiam contra injuriantes, reſiſtentes, ac damnificantes Officiales Regios in exercitio ſui officij, aut illius occaſione; nam qui offendit Officiales Curiam offendit, & qui Curiam offendit, Principem injuriat, ibidem num. 14 deciſ. 4. n. 6. & 7.
Uſatici *auctoritate, & rogatu* vigore proceditur etiam contra eximentes captos à poſſe Officialis Regij, ibidem num. 15.
Per uſaticum *auctoritate, & rogatu* proceditur etiam contra occidentes captum in poſſe Officialis Regij, ibidem num. 16.
Uſatici *auctoritte, & rogatu* vigore proceditur, etiam finito offi-

officio, contra offendentem eum, qui Officialis fuerat, si in officij emulationem injuria ei fiat, ibidem num.21.

Per usaticum *auctoritate, & rogatu* proceditur etiam contra injuriantes verbis personam Locumtenentis Generalis, ibid.n.30.

Per usaticum *auctoritate, & rogatu* proceditur etiam contra injuriantes, vel damnificantes Ministros Regios Superiores, ibidem num.31.

Usatici *auctoritate, & rogatu* vigore proceditur contra injuriantes verbis Officialem Regium, ibidem num.32.

Vsatici *auctoritate, & rogatu* vigore proceditur etiam contra usurpantes præeminentias Regiorum Officialium, ibid.num.33.

Vsatici *auctoritate, & rogatu* vigore proceditur etiam contra usurpantes jurisdictionem Regiam, cum Senatu ibid. num. 34. & 35.

Per usaticum *auctoritate, & rogatu* proceditur etiam contra usurpantes nomen Officialium Regiorum, licèt in his terminis Senatus processerit etiam per usat. *simili modo*, ibid.num.36 & 37.

Per usaticum *auctoritate, & rogatu* proceditur etiam contra tumultum suscitantes, ignemque immittentes in domos Thesaurarii Bullæ Sanctæ Cruciatæ, & Almirantis Galeonorum, & res aliquas ab eis furantes, ibidem num.38.

Vsatici, *auctoritate, & rogatu* vigore proceditur contra Officialem Regium, qui parere noluit mandato de comparendo in Regio Concilio, ibidem num.39.

Vsatici *auctoritate, & rogatu* vigore proceditur etiam contra vasallos Baronis Ecclesiastici, qui prestiterunt sacramentum, & homagium Baroni, antequam ipse obineret litteras executoriales, & præstitisset sacramentum, & homagium, ibid.num.40.

Vsatici *auctoritate, & rogatu* vigore solet Regium Concilium procedere ad laudamentum Curiæ, ibid.num.41.& seqq.& vide in verbo Laudamentum Curiæ.

Regalia usatici *auctoritate, & rogatu* practicatur contra injuriantes resistentes, aut damnificantes Officiales Regios in exercitio sui officij, aut illius occasione, decis.4 num.6.

Vsatici *auctoritate, & rogatu* vigore ut procedatur contra resistentes, injuriantes, aut damnificantes Officiales Regios in exercitio sui officii, aut illius occasione, probari oportet, quòd qui dicitur Officialis Regius, præstiterit sacramentum, & homagium: aliàs namque Officialis nominari non valet, decis.4.numer.7.

Vsatici *auctoritate, & rogatu* vigore non proceditur pro injuria, seu resistentia facta Commissariis de Camera, eo quia non jurant, nec sententiam excommunicationis audiunt, ibidem numer.9.

Vsatici *auctoritate, & rogatu* pœnis non subiicitur resistens subbajulo refirmato, officio primo finito, si non præstat subbajulus sacramentum, & homagium, & non audit sententiam excommunicationis in refirmatione, ubi decis. Senatus, & conclusio DD. R. A. cum diversis votis, ibidem à num.10. usque ad numer.20.

Vsatici *auctoritate, & rogatu* pœnis non subiicitur resistens subbajulo, ex hoc solo fundamento quod subbajulus non præstitit sacramentum, & homagium in refirmatione sui Officii, omisso alio quod subbajulus non assecuravit tabulam in nova officii creatione, ibid.num.21.

Vsatici *auctoritate, & rogatu* vigore ut procedi possit contra resistentes Officiali Regio, requisitum substantiale est, quod Officialis in ingressu officii præstiterit sacramentum, & homagium ibidem num 24.

Per usaticum *indicium in Curia datum* ut procedatur, requiritur quod antea pars extrajudicialiter audiatur, dec.6.num.21.

Provisio capturæ si non sit facta contra supplicantem in processu regaliæ, non procedit supplicatio à regalia usatici *indicium in Curia datum*, ubi traditur ad litteram decisio Senatus exemplaris, dec.6.num.20.& 21.

REGATERIUS.

Repertura rei furatæ non facit indicium, quando is, apud quem invenitur res furata, est regaterius, sive sit bonæ famæ, sive non; etiamsi non doceat auctorem, nisi eas res retineat in abscondito, decis.41.num.77.

Disponitur in Regiis præconizationibus, quod regaterii, & alii teneantur domi habere librum, ubi scribant res quas emerint, diem, personam, & pretium, & in publicum eas res emptas exponere per spatium sex dierum in portica inscripta rotulo *porrca rerum emptarum*, decis.41.num 78.

RELAXATIO A CARCERIBUS.

Si reus non invenit fidejussores, relaxatur cum juratoria, id est cum sacramento, & homagio, decis.48.num.31.

Apponitur interdum in provisione sub sacramento, & homagio clausula *donec aliter sit provisum*, ubi Senatus dec.48.n.32.& 33. Vide in verbo Carcer.

RELEGARE.

Judici prohibetur relegare, vel bannire, nisi à loco, vel in loco sibi subdito, decis.13.num.17.usque ad num.22. Vide in verbo Bannimentum.

REMISSIO CRIMINOSI DE LOCO AD LOCUM.

In domo Deputationis fuit multoties declaratum remissiones delinquentium extra Principatum esse contra generales constitutiones Cathaloniæ, decis.37.num.2.

Remissio delinquentis de loco ad locum quinque modis evenire potest: Primò de Vicaria ad Vicariam, seu de Bajulia R. ad Bajuliam: Secundò de Barone ad Baronem: Tertiò de Barone ad Vicariam, seu ad Bajuliam Regiam, aut ad alium ordinarium Regium. Quartò de Vicario, vel Bajulo Regio, seu alio ordinario Judice Regio ad Baronem. Quintò de Regno ad Regnum decis.27.num.3.

Qui nullam habet jurisdictionem, non potest ad alium delinquentem remittere quia capere delinquentem non potuit, decis. 37.num.5.

Inter Barones locum non habet remissio necessaria, quia in Cathalonia Barones dicuntur reguli, & unus alteri non tenetur obedire: voluntaria vero remissio, quæ sponte fit, & ex urbanitate procedit, non est inter Barones prohibita; & quando dicatur remissio voluntaria, decis.37.num.6.

De Barone ad Vicarium, vel Bajulum Regium tantùm locum habere potest remissio voluntaria, decis.37.num.7.

De Vicario, seu Bajulo Regio ad Baronem nec voluntariæ, nec necessariæ remissioni locus est, decis.37.num.8.

De Regno ad Regnum, si Regna sint distincta, & non subsint jurisdictioni ejusdem Principis, veluti de Hispania ad Galliam, & similia, nec etiam de jure communi fit remissio necessaria: potest tamen fieri remissio voluntaria, & quæ ex urbanitate procedit; in Cathalonia verò talis remissio voluntaria ad alia Regna locum non habet, quia illi resistunt constitutiones, decis. 37.num.9.

Si Regna sint unita, & subsint jurisdictioni ejusdem Principis, si sint unita accessoriè, fieri debet remissio; sin autem sint unita æquè principaliter; nec de jure communi fit remissio necessaria, sed voluntaria, decis.37.num.10.

In Cathalonia nec tunc voluntaria remissio locum habet, ubj dec. Senat.decis 37.num.11.

Limita in casu quo Judex Provinciæ, in qua delinquens degit, ex defectu jurisdictionis sive ratione domicilii, sive originis, sive alia causa, illum punire non posset, & delictum sit adeo atrox, ut totius universalis Reipublicæ interfit illud non relinqui impunitum, decis.37.num.11.

Forma petendi remissionem delinquentis, cum observantia Senatus, decis.37.num.15

In Cathalonia non est investiganda quæstio an Judex originis, vel domicilii, qui causam prævenit, requisitus per Judicem loci delicti teneatur reum remittere, de qua remissivè dec 37.n 17.

In levioribus delictis ad alia Regna non fiunt remissiones delinquentium, decis.37.num.21.

Decisio Senatus in qua de hoc Principatu ad Regnum Aragoniæ, quia delicta erant atrocia, & criminosus non commisit in Principatu, nec Comitatibus aliquod delictum, fuit facta remissio, decis.37 num.22.

Alia decisio per extensum, decis.37.num.23.

Casus remissionum de hoc Regno ad Regnum Valentiæ cum conclusione Senatus decis.37.num.24.

Litteræ responsivæ de hoc regno ad Proregem, & Regium Concilium Regni Valentiæ, dec.37.num.27.

Conclusio Regii Concilii pro remissione alterius criminosi ad Regnum Valentiæ decis.37.num.28.

Casus remissionis ad Supremum Concilium Regni Castellæ: & litteræ à Supremo Concilio Regni Castellæ pro obtinenda remissione, decis.37.num.29 & 30.

Formæ pro obtinendis remissionibus ab aliis Regnis, videantur in verbo Forma.

REMISSIO DELICTI.

Dominus Rex potest delicta, & pœnas remittere; quia facultas remittendi delicta, & eorum pœnas est de regalibus, decis. 31.num.1.

In Cathalonia Dominus noster Rex etiam existens extra Cathaloniam potest remittere delicta, decis.31.num.2.

Pari potsu Locumtenentes Generales Domini nostri Regis in hoc Principatu habent facultatem remittendi delicta, & eorum pœnas, decis.31.num.4.

Officiales Regii, & Potestates, quæ habent merum imperium, habent potestatem remittendi delicta, & eorum pœnas, ad merum imperium pertinentia decis.31.num.5.

Apud nos per consuetudinem scriptam habent Barones facultatem remittendi, decis 31.num.6.

Dominus Rex, & ejus Officiales non possunt remissiones, & compositiones cum reis facere, nec eos à carceribus liberare, nisi parte læsa satisfacta, & Officialibus contrafacientibus adducitur pœna, decis.31.num.13.

Et idem in Baronibus id statutum traditur, decis.31.num.14.

De jure communi non possunt fieri remissiones, nisi parte læsa satisfacta, & peccat mortaliter Princeps, invita parte reis remittens, decis.31 num.15.

Et debet remissio partis præcedere, non verò subsequi, decis.21. num.16.

Remissio, compositio, seu transactio nequit fieri à Principe, etiam de plenitudine potestatis, parte non concordata, nec per viam gratiæ, neque per viam commutationis pœnæ, etiamsi dictum fuerit salvo interesse partis, decis.31.num.19.

Valet tamen Principis gratia, si fiat, dummodo inquisitus procuret

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ret remissionem partis infra tot menses ; & an si remissionem non obtineat, nihilomimus valeat gratia, & an per Baronem possit hæc remissio fieri, & de aliis quæstionibus remissive dec. 31. n. 20.

Non valet cautela, ut Judex præfigat parti offensæ terminum ad accusandum ; nam nec elapso termino fieri poterit compositio parte non satisfacta. decis. 31. n 21.

Desistentia partis est necessaria, dato etiam quod pars non se querelaverit, decis. 31. n. 24

Dominus Rex, & ejus Officiales non possunt per compositionem remittere latronibus, grassatoribus viarum publicarum, incendiariis, incisoribus vinearum, & arborum, decis. 31. nu. 25. & seqq.

Dominus Rex promisit compositiones non facere de crimine sacrilegii, donec illi qui manus violentas in Clericos, vel Religiosos imposuerint, plenariè satisfecerint injurias, & absolutionem ab Ecclesia Romana obtinuerint, decis. 31. n 28

Condemnatis in judicio tabulæ non est permissum fieri remissionem per D. Regem, & ejus Officiales. Solùm sibi retinuit D. Rex, quod de sententia condemnationis quoad pœnam corporalem possit facere gratiam, postquam lata fuerit sententia, & non antea, ibidem. n. 29

Inhibentur compositiones pro pecunia delicentiis extrahendi à Principatu grana (pro caresiia extrahi prohibita) & prohibitio durat tantùm usque ad messes tunc proximè venturas, ibidem num. 29.

Nec fallitis potest fieri remissio, nec guidaticum si primitùs creditoribus non satisfecerint, nisi de voluntate creditorum, & quomodo hìc practicetur remissio, ibid. n. 32

Non possunt remitti ab Officialibus Domini Regis offendentes casu acordato, & nullis præcedentibus diffidamentis difidatis. ex const. *cum instigant*, tit. *quant sia licit, ò no venjarse*, nisi ante const. haberent facultatem remittendi decis. 31. nu. 33. & usque ad nu. 35.

Interposito recursu, & declarato recursui locum non esse, causa est restituenda Baroni, quin possit delinquens per compositionem remitti. Per Principem non potest fieri remissio, seu gratia vassalis Baronum, & citantur DD. qui contrarium tenent; potest tamen fieri gratia condemnatis ab ordinario Regio, decis. 31. num. 37.

Potest tamen vassalis Baronis à Principe fieri remissio, si concurrat publica utilitas, decis. 31. n. 38.

Etsi à portu instrumentorum manualium id est *pedrenyalis* non possent delinquentes remitti, ex const. 3. tit. *de prohibitio de armas*: atverò cum dicta constitutio foret temporalis usque ad conclusionem primarum Curiarum, *in sequentibus Curijs an. 1599.* non fuit prorogata, & manfit abolita, decis. 31. num. 39.

Non possunt remitti crimina, & excessus, pro quibus mors naturalis, vel civilis, aut membri mutilatio debetur, & crimen incestus, decis. 31. n. 40.

Possunt tamen ex causa compositionis pecuniariæ, & non præcibus, vel gratiosè remitti crimina & de eis guidatica concedi, dum tamen per jura patriæ, & ipsis deficientibus per iustitiam non esset infligenda pœna mortis naturalis, aut civilis, & exilij perpetui *in insulis*, aut mutilationis membrorum, aut gravium flagellorum ex causa furti, sive alcavatoria hominum tententium mulieres prostibulantes in lupanaribus, aut in hospicijs, sive hostalibus, vel iurantibus enormiter de Deo, Beata Maria Virgine, seu Apostolis, & Sanctis Dei; aut maledicentibus Deo, & Beatæ Mariæ Virgini, & Apostolis, & Sanctis: & traditur observantia, decis. 31. num 41. con seqq.

Prohibita est remissio, si non constat de delicto, nec adsunt legitima indicia in processu; quia tunc remissio esset extorsio, decis. 31 num. 43.

Nec remittuntur falsificatores monetæ decis. 31. n. 44.

Contrahenti matrimonium cum puella sine consensu personarum, quæ hic expressantur, aut in crimine raptus prohibetur remissio compositio, decis. 31. n 46. & 47.

Quomodo sit prohibita remissio delictorum, si sint commissa per francigenas, Pastores, aut vagabundos, decis. 31. n. 48

Non possunt remitti qui ad duellum provocant Universitates, & Capitula Ecclesiarum, vel Cathedralium, vel Collegiatarum, Collegia, Monasteria, & quascumque alias personas Ecclesiasticas, cuiuscumque status, aut conditionis sint, *in Sacris Ordinibus* constitutis, decis 31. n 49.

Non potest dispensari pœna quingentorum solidorum contra ludentes aliquo ludo taxillorum intra domos, hortus, & alia loca occulta, cum intelligentia, quæ expressatur decis. 31. num. 50.

Remissio gratiosa, aut commutatio pœnarum debet expediri in forma Cancellariæ cum firma Cancellarij, aut Vice-Cancellarij, aut suo casu Regentis Regiam Cancellariam; & recognosci, & firmari per Thesaurarium, decis. 33. num. 6.

Sicut remissio gratiosa, vel compositio pœnarum expeditur in forma Cancellariæ ita pariter commutatio pœnæ post sententiam, etiamsi de ea pendeat causa supplicationis: & hoc in casu quomodo concipiatur commutatio, traditur ibid nu. 21.

De pecunia contrafactionis pacti, vel de pecunia ex commutatione pœnæ; sive pendeat causa supplicationis, sive non, debentur avariæ, ibidem num. 25.

Sine spe veniæ debent puniri deferentes falsam barbam, & fabricatores barbarum falsarum, decis. 31. num. 51.

Non possunt indulgeri vocati per Vicarios ad persequendum delinquentes in tono emisso, decis. 31. num. 53.

De iure communi admitti non debent compositiones in crimine sodomiæ, sacrilegij, raptus Virginum, violationis sepulcorum, in reis Maiestatis, parricidis, & similibus, decis. 31. num. 55. & 56.

Extra Vicariam, in qua delictum est commissum non potest Portans Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniç illius delicti facere remissiones, decis. 31. num. 57.

Constitutiones loquentes de ordinarijs in prohibitione remissionum, seu compositionum delictorum, comprehendunt Gerentem vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ via ordinaria procedentem, decis. 31. n. 58.

Ordinarij non possunt compositiones facere lata sententia, quia functi fuerunt suo officio, & commutare pœnas est de regalibus, nec vices Gerens Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, procedens via ordinaria, poterit eas compositiones, & commutationes facere, decis. 31. nu. 60. & n. 61.

De delictis in officio non potest fieri abolitio, nec gaudent Officiales indulto generali; quia eorum delicta reputantur graviora; & quomodo hoc intelligatur, decis. 31. num. 63. usque ad num. 66.

Licèt Pragmaticç 2. 3. 4. & 5. tit. *de remiss.* dirigantur ad ordinarios; eas tamen observat Reg Criminale Concilium, denegans remissiones criminosis ob delicta quæ merentur pœnam mortis naturalis, aut civilis, aut mutilationis membrorum, decis. 31. n. 68.

Non licèt potestate remittendi uti sine causa, & aliqua sunt ponderandę circunstantiæ in remissionibus agendis, videlicèt quòd de recenti delicto non est remissio concedenda, decis. 32 n. 5.

Consuetudinarius venia dignus non; est è converso remissionem meretur, si primum delictum sit, decis. 32. nu. 6.

Si Qui remittitur, non sit persona scandalosa, & malæ famæ, decis. 32 nu. 7.

Compositio fieri permittitur, quando delinquens est senex, vel adversa valetudine vexatur, decis. n. 8.

Potestates Supremæ possunt pro bono publico, parte non concordata remissiones facinorum etiam maiorum facere, decis. 32. n. 9.

Etsi subsistat remissio pro bono publico, parte non concordata, nec satisfacta, in dubio Princeps non videtur parti præiudicare quoad iuum interesse civile, nisi specialiter id dicat remittendo expressè damna, & iniurias partis, vel adsint verba prægnantia id importantia, etiamsi pro remissione Princeps pecuniam recipiat non ob id interesse partis præiudicatur decis. 32. num. 12.

Pace facta non intelligitur facta remissio expensarum, damnorum, & interesse partis; quia duæ actiones oriuntur ex delicto, ad pœnam una, altera ad expensas, damna, & interesse, & una per aliam non tollitur, decis. 32. num. 13.

Interesse partis explicatur, & ad damnum, & interesse non tenetur vulnerans ad sui defensionem: ad quid si provocatus excedat moderamem inculpatæ tutelæ, agitur decis. 32. n. 14.

In tres gradus dividuntur causæ, cum quibus fieri possunt remissiones delictorum, dinumerantur primi gradus, decis. 32. num. 15.

Collocantur causæ secundi gradus dec. 32. n. 16.

Assignantur causæ tertij gradus dec. 32. num 17.

Cum alterutra ex causis tertij gradus licèt Principi legum, & fori observationem, partiique instantiam contemnere, & cum quæstio in hac re sit facti, nulla iuris regula, sed prudentia pensatis circunstantijs est metienda, decis. 32. num. 18 & in annot. num 76.

Pro directione iustitiæ etiam possunt fieri remissiones pro bono publico, parte non concordata, decis. 32. num. 19.

Quando turbatur pax publica, solet per preconium concedi remissio alicuius delinquentis, personis, quæ facinorosos capient, decis. 32. n 20.

Sed interdum conceditur capientibus facinorosos, remissio alicuius delinquentis, qui habet desistentiam partis, decis. 32. nu. 21.

Ex assertione Principis in remissionibus indulgendis, constat de causa boni publici, decis. 32. n. 24.

Procedet Princeps cum aliqua saltem cognitione causæ, nisi pro manifesta eam habeat, & ne fiant cum pecunijs, & habeatur respectus principaliter ad bonum publicum animadvertitur, dec 32. num. 25.

Ex novo decreto Regio debent fieri remissiones pro bono publico à Locumtenente Generali huius Principatus, præcedente deliberatione Regij Criminalis Concilij, quod comprobatur decis. 32. n. 26

In commutationibus pœnarum idem observari ostenditur cum diversis exemplaribus factis in favorem reorum carceratorum, qui ob miserabilitatem in pede supplicationis sine diplomate expedito in forma Cancellariæ, obtinuerunt commutationes pœnarum, quarum forma recitatur, decis. 32. n. 27.

Salubre foret à latere tradere aliquam memoriam in scriptis Loca-

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

Locatenentibus Generalibus, ut pro tali, vel tali crimine non concedant remissiones, decis. 32. nu. 28.

Minor causa requiritur, quando non extat pars interessata, quia est mortua sine consanguineis, quam requiritur ubi extat pars, decis. 32. num. 29.

Vices Gerens Generalis Cathaloniæ non potest remissiones facere pro bono publico, sive procedat via ordinaria, vel vice Regia, quia non est ex regalijs communicatis, dec. 32. n. 30.

Obtenta remissione, cùm habeatur criminosus pro confesso, statim compelli poterit etiam per captionem personæ ad solvendum interesse damna passis, vel iniuriatis, ubi Senatus cum limitationibus decis. 32. nu. 31.

Conceditur remissio super aliquo accidenti, non super delicto principali, puta contraventionis exilij, & tunc potest fieri etiam absque partis desistentia, decis. 32. num. 32.

Si pars offensa est incognita, vel extra, vel mortua, & de eius hæredibus non habetur notitia, tunc gratia, sive compositio potest fieri absque partis remissione, prestita tamen cautione de standoiuri, cum pars quodcumque supervenerit, decis. 32. n. 33.

Potest admitti compositio per Thesaurariam, si pars offensa sit extra, vel mortua, & de eius hæredibus non habetur notitia, absque partis remissione, cum cautione, & quomodo cautio sit concipienda traditur cum observantia Senatus, decis. 32. n. 35.

In simplici insultu, prima evaginatione, provocatione, armorum delatione, ictu sine vulnere, & sine deliberatione, & similibus potest fieri remissio sine partis desistentia, decis. 32. num 36.

Si animi deliberatio præcedat, est necessaria tunc partis remissio, ubi exempla adducuntur, decis. 32. n. 37.

Non est necessaria partis remissio, quando interesse est tantùm fisci, ubi exempla adducuntur, & signanter in quantitatibus liquidatis pro damnis, & iniurijs Officialibus illatis, in resistentia, salvo delicto principali, & poterit remittere Princeps pœnas, non obstante instantia partis popularis, non tamen partem pœnæ pecuniariæ ad accusatorem pertinentem, decis. 32. n. 39.

Non sequuto damno Officiali Regio, cui fuit facta resistentia, sine desistentia partis potest fieri remissio, cum exemplaribus decis. 32. n. 40.

Pro iniurijs, & damnis laudamenti Curiæ, & pro delicto principali in resistentia facta Officiali sine damno, potest fieri compositio sine desistentia partis, decis. 32. num. 42.

In casibus, quibus non requiritur remissio partis, potest Princeps reos indulgere cum causa, dec 32. num. 43.

Multitudini est parcendum, ne strages sequatur, etiamsi delicta sint atrocia, ubi decis. trium Aularum decis. 32. num. 44.

Vicarius, & Baiulus Barcinonæ possunt facere remissiones de criminibus majoribus, & homicidijs, ex privilegio particuleri, & idem poterit Gerens vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, procedens via ordinaria in Civitate Barcinonæ, secus in alijs Vicaris, nisi ibi esset simile privilegium, decis. 32. num. 47.

Possunt omnes potestates facere compositionem de omnibus causis, seu negotijs, quibus pœna mortis naturalis, vel civilis non debetur, aut mutilationis membrorum, aut perpetui exilij in insulis, aut gravium flagellorum, ex causa furti sive alcavatorie hominum tenentium mulieres prostibulantes in lupanaribus, aut in Hospicibus, sive hostalibus, & iurantibus enormiter de Deo, Beata Maria Virgine, seu Apostolis, & Sanctis: nec etiam de crimine incestus, & quid observet Senatus decis. 32. num. 49.

Etiam possunt Officiales facere remissiones de omnibus negotijs quamcumque pœnam requirentibus, de quibus plena probatio nequeat obtineri, dec. 32. nu. 50 & nu. seqq.

Parte non concordata observat Senatus, datis defensionibus admittere reos ad pactum, decis. 32. num 51.

Apud DD. traditur admitti remissionem, quando pars offensa non accusaverit, at vero in homicidio horum opinio non admittitur, nisi actio ad accusandum sit præscripta per triginta annos, vel per minus tempus, si minus tempus ad præscribendum requiratur, ut in delictis carnis, veluti adulterio, stupro, incestu, lenocinio, quæ præscribuntur spacio quinque annorum, & iniuria verbali, quæ per annum dissimulatione aboletur, ita Senatus, decis. 32. num. 53. & 54.

In delicto vulneris in rixa commisso, morte non sequuta admittitur remissio criminosi, si pars offensa non se querelaverit iudicialiter, traditur observatum, dec. 32. n. 55.

Duplex est remissionum species, alia quæ fit per gratiam, quæ solummodo Principis est; & alia quæ fit per compositionem, quam concedere possunt omnes potestates, quæ puniendi hebent facultatem, dec. 33. n. 1.

Remissio gratiosa fieri non debet pecunia mediante, ubi expenduntur variæ DD. sententiæ decis. 33. n. 2. usque ad num. 4.

Remissio per compositionem, quæ loco pœnæ est, non precibus, & gratis, sed mediante pecunia fieri oportet, decis. 33. n. 5.

Remissio gratiosa non expedita modo præscripto decis. 33. n. 6. est nulla, seu irrita, decis. 33. n. 7.

Decisio Senatus, ubi his rationibus remissio fuit declarata nulla sed importavit guidaticum, decis. 33. num. 8.

Compositio delictorum, quæ excedit summam decem librarum, debet fieri cum interventione Vice Cancellarij, aut suo casu Regentis Regiam Cancellariam, aut Advocati Fiscalis, & processus originalis, aut translata authentica remissorum debent poni in posse Thesaurarij, Locumtenentis, aut Regentis Thesaurariam, & in fine eorum debet continuari remissio per scribam mandati, qui intervenit in compositione, seu remissione delinquentis, decis. 33. n. 10.

Compositiones non fiant etiam sine ordine Locumtenentis Generalis cum expressione quantitatum, cum quibus fieri debent, expenditur Regium rescriptum, decis 33 n. 11.

Compositiones delictorum in Principatu per Officiales ordinarios, Veluti Vicarios, ac Baiulos fieri non possunt, nisi vocatis Assessore, Advocato, & Procuratore Fiscalibus, aliter factæ non valent, dec. 33. n. 12.

Nec Gerens vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ potest facere remissiones sine consilio Assessoris, decis. 33. num. 13.

Remissio, seu gratia ab Excellentissimo Locumtenente Generali, seu alio quocumque Officiali Regio facta, minimè observetur, quoscumque remissi insumptibus, & salarijs plenè Judicibus, & alijs Regious Officalibus satisfecerint, dec. 33. n. 14.

Remissio obtenta pro uno ex complicibus in delicto inculpatis licèt alijs formaliter non prosit, prodest tamen ad temperandam pœnam, ubi an pax obtenta ab uno ex locijs alteri prosit, remissivè, decis. 33. nu. 17

Remissio facta contra statutum, seu legem prohibentem remissionem fieri, sub, decreto nullitatis, nulla est; valet tamen in vim guidatici, & declaratur decis. 33. nu. 18.

Pœnæ adiectio in pacto appositio in remissione Principis nullius est roboris; sed tantùm agi potest ad observantiam pacti, seu conditionis, quando Princeps non habuit potestatem legis condendæ, quod declaratur, decis. 34. num. 6.

A Prorege potest fieri remissio conditionalis sub pœna in casu contrafacionis, quæ servanda est, decis. 34. num. 14

Non potest remissus intrare locum, in quo morabatur occisus, intra quinquennium, vel biennium respectivè, nisi se composuerit cum filijs, vel consanguineis occisi, aliàs nulla est remissio decis. 35. num. 2,

Remissus, si se convenerit cum filijs, vel proximioribus occisi; poterit intrare locum, in quo occisus morabatur, in continenti post obtenta remission, decis. 35. n. 5.

Actio, ut remissus adimpleat pactum de non ingrediendo locum prohibitum, est partis interessatæ paciscentis, declaratur infra decis. 35. num. 6. num. 25.

Allegatur declaratio contentionis immunitatis Ecclesiæ, in qua fuit dictum nullitatis actionem adversus remissionem per disposita in const. 1. tit. *de homicidis* solùm parti competere, non verò fisco; decis. 35 n. 8.

Contrarium censet auctor, scilicèt nullitatem remissionis iuxta termines const. 1. etiam ad fiscum pertinere, decis. 35. nu. 9.

Gratia delictorum cum ea condirione facta ne offendens ingrediatur locum offensi, respicit utilitatem privatam, & publicam, quod comprobatur dec. 35. num. 10.

Quando ingreditur gratiatus locum prohibitum, etiam pars potest opponere denullitate gratiæ, ubi respondetur argumentis contrarijs, decis. 35. n. 22.

Remissus sub lege ut non intret locum, in quo interfectus morabatur, sub pœna in eam non incidit, nec perdit beneficium gratiæ, si ingrediatur territorium, vel parochiam, si sit extra muros, & hoc servari videtur, decis. 36. num. 17. & in quibus casibus quis non incidat in pœnam contrafactionis, ibid nu. 18. cum seqq.

Si quis per remissionem fuerit semel liberatus, amplius accusari prohibetur, & captus relaxatur libere, nullis solutis expensis, ubi Senatus decis. 48. nu. 19.

REMISSIO PARTIS OFFENSÆ.

Vide in verbo Instantia.

Accusare, & remittere sunt correlativa, & regulariter qui accusare potest, remittere potest, ubi remissivè de personis, quæ valent accusare, decis. 30. num. 1.

Pars, quæ tanquam unus de populo admittitur ad accusandum, non potest impedire Principis gratiam, decis. 30. num 2.

Qui iniuriam patitur, potest illam remittere; remissio tamen de vulnere non extenditur ad mortem, nisi expressè de morte quoque, si sequatur, à vulnerato mentio facta sit, vel ex coniecturis constet animum vulnerati fuisse ad mortem etiam remissione extendere, ubi ratio assignatur, decis. 30. n. 3.

An remissio recepta per confessarium sit sufficiens, & an in testamento decis. 30. n. 4.

Judex non potest remittere iniuriam sibi factam, cum nedum Judici illata sit, sed & dignitati, decis. 30. n. 5.

Vivente filio, in quem iniuria facta est, pater remittit in iuriam, etiam invito, & ignorante filio, decis. 30. n. 6. cum seq. cum limitationibus.

Monachus ante professionem recte agit pro iniuria sibi, aut suis illata, eamque remittit: post professionem, si de iniuria ei facta, eiusque nece vindicanda agatur, Monasterio ius competit, & ei communicatur lucrum proveniens ex remissio-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ne, si sit bonorum capax : si de patris, consanguineorumve injuria Monachi tractetur, non Monacho, nec per eum Monasterio, sed proximioribus post Monachum jus defertur, decis. 30. num. 12.

Filius non admittitur pro injuria patris ad accusandum, vel remittendum, nisi pater honorem posternens agere nequeat ; pro cognati injuria quæ familiaris sit, & totam familiam denigret, poterit non injuriatus agere, prout ibi declaratur, decis. 30. num. 13.

Si pater de filio, qui eum injuriavit, conqueratur apud Judicem, remittente patre filius absolvitur, nisi injuria atrox sit, & Judex carcerare debet filium ad instantiam patris, si pater sit persona honesta, & discreta, & debet filium punire pœna à patre designata, quæ non procedunt respectu matris, quæ tantùm habet modicam correctionem, decis. 30. num. 14

Pro injuria facta uxori maritus accusat, & remittit, quia crescit delicti magnitudo à dignitate viri, decis. 30. n. 15.

Idem procedit, si injuria sit facta sponsæ de præsenti, & si quid dabitur hujus remissionis causa, conjugalis societatis rationi communicatur ; at sponsus de futuro si accuset, fiscus accusationem prosequitur, decis. 30. n 16.

Competit jus accusandi, & per consequens remittendi descendentibus usque in infinitum, & ascendentibus etiam usque in infinitum, & collateralibus usque ad quartum gradum juxta gradus prærogativam eo ordine quo defertur successio ab intestato, decis. 30. n. 29.

Leges aliquem in accusando, & per consequens in remittendo præferentes, considerant majorem affectionem ib. n. 30

Adducuntur duæ fallentiæ, in quibus in jure accusandi, & remittendi receditur ab ordine succedendi ab intestato, ibi n. 31.

Jus faciendi pacem competere non ratione hæreditatis, sed sanguinis probatur. decis. 30. n. 32.

Ex remissione facta per filium nulla dicitur adita hæreditas, ibidem num. 33.

Filius, qui se abstinet ab hæreditate paterna, potest accusare, & remittere necem patris, ibid n. 34.

Filius exhæredatus potest accusare, & remittere necem patris, etiam stante statuto ne remittatur delictum nisi obtenta pace ab hæredibus occisi, ibid. n. 35.

Stante statuto ne remittatur delictum, nisi obtenta pace ab hæredibus occisi ; statutum intelligendum erit de hæredibus sanguinis, ibid. n. 36.

Mulier licèt per transitum ad secunda vota de adquisitis libenter à viro efficiatur usufructuaria, proprietate salva in favorem filiorum ex illo matrimonio, attamen quòd consequuta fuerat ex remissione facta necis viri, non tenetur reservare, ubi ratio assignatur decis. 30. n. 37.

Filius, aut alius conjunctus aliquid recipiens pro necis remissione ad nihilum pro dicta quantitate tenetur creditoribus defuncti, ib. n. 38.

Refertur opinio existimantium quod si ex una parte concurrat hæres extraneus, & ex altera consanguineus, is extraneo præferri debet in accusando, & remittendo, ibid. n. 39.

In contrarium jus faciendi pacem esse hæreditarium, & sic hæredes esse præferendos consanguineis, cum Doctoribus traditur ibid n. 40.

Si plures sunt hæredes, ab omnibus est pax habenda, nec sufficit si à majori parte pax habeatur, & hoc jure utimur in Cathalonia, decis 30. n. 41.

Tradunt quidam DD. ab hæredibus bonorum, & sanguinis pacem habere tutiùs esse, ib n. 42.

Opinio Auctoris est, quòd non solùm tutiùs, imò necessarium est, quòd ab hæredibus extraneis, & simul à consanguineis pax habeatur, & servatur in hoc Principatu, ibid. n 43.

Hæc non procedunt respectu filii, cum is præferendus sit hæredibus extraneis in accusando, & remittendo necem patris, decis. 30. n. 44.

Jus accusandi, & remittendi, etiamsi sit sanguinis, adquiritur titulo hæreditario, ibid. n. 46.

Actio vindicandi, & remittendi necem defuncti consideratur dupliciter uno modo, quo competit hæredibus sanguinis, & tunc nil habet hæreditarium, & alio modo, quo competit hæredibus, & dicitur jus illud hæreditarium, ib. n. 47.

Si tantùm existit hæres extraneus, ab ipso solùm est pax habenda ; si tamen plures concurrunt in accusando, ab omnibus est remissio habenda, ib. n. 52.

Auctoris opinio est, quòd jus accusandi, & remittendi non est hæreditarium, quia non fuit in hæreditate tempore mortis, decis. 30 n. 54.

At verò non ex hoc infertur non deferri hæredibus extraneis, quia his competit ratione affectionis, nam ad eos pertinet existimatio, & fama defuncti, & affectio potentior est, quàm consanguinitatis gradus, & traditur intelligentia *l. 3. §. Item. ff. si furtum ff. de injuriis*, ibid. num. 55.

Traditur dubium an cum vidua concurrere debeat filius in accusando, & remittendo necem mariti. Prima est opinio viduam præferri oportere, quia est una caro cum viro, ibid. n. 59.

Secunda est opinio jus accusandi, & remittendi filiis primò competere, dec. 30. n. 60. & in annot. n. 73.

Pro filio assignantur rationes, quia est una caro cum patre, & alię, ibid. num. 61.

Tertia est opinio æquale jus esse uxoris, & filiorum, ib. n. 62.

Idem tradunt quando quæritur de morte uxoris, & concurrunt filius, & maritus. ibi. n 63.

Opinio admissa in Senatu fuit, quòd quando filius, & vidua non concurrunt, quia filius negligit, tacet, aut non vult ; sufficit remissionem obtinere à vidua, & idem observatur in consanguineis remotioribus, quando proximior est negligens, decis. 30. num. 64.

Ut negligens filius in accusando dicatur, sufficit quòd permiserit labi tempus infra quod querelam proponere potuerit, idque omiserit ; sed quid apud nos observetur, profertur ibid. n. 65.

Quando concurrunt filius, & uxor in accusando, inter eos communicabitur compendium ex remissione resultans, ibid. n. 66.

Uxor præfertur in accusando, & remittendo consanguineis, & parentibus defuncti, ibid. n. 67.

Etiam hæredibus extraneis, ibid. n. 68.

Illud jus amittit uxor transiens ad secunda vota, & idem est in marito secundo nubente, ibid. n. 69.

Antedictum limitatur primò, si vidua antequam transeat ad secundas nuptias, fuisset litem contestata, decis. 30. n. 70.

Limitatur secundò, quando nupsit de licentia viri occisi, ibidem num. 71.

Limitatur tertiò, si nupsit de licentia filiorum occisi, ibid. n. 72.

Uxor per secundas nuptias amittit prælationem in accusando, & remittendo quoad filios, parentes, & proximiores viri, ibidem num 73.

Si vir occidat uxorem, remissio filiorum communium non sufficit, sed requiritur consensus, vel à filiis occisæ ex alio matrimonio, vel à proximioribus uxoris interfectæ, ubi aliquæ limitationes adducuntur, & quid si uxor occidat virum, decis. 30. num. 74.

Vidua luxuriosam vitam agens, ad remittendum necem viri non admittitur, ibid. n. 76.

In remittendo æquale jus habent filii, sive masculi sint, sive fœminæ, ibid. n. 77.

Jus illud habent, sive sint legitimi, & naturales, sive naturales, & spurii, qui certum patrem agnoscunt, & præferuntur consanguineis (idem est in adoptivis, qui transeunt ad potestatem adoptantis) & de nece matris, cùm semper certa sit, possunt pacem facere, decis. 30. n. 78.

Si pater filii mortem condonaverit, potest mater ex persona sua accusare, non obstante patris remissione, & renuente marito, licentiam præstabit Judex in hoc, & aliis casibus, quibus injustè eam adhibere recusat, ibid. n. 79.

Pater, vel mater præfertur fratri tantùm consanguineo, & avia præfertur fratri consanguineo tantùm, ibid. n. 80.

Mater præfertur avo paterno, & avus maternus præfertur patruo, ibid. n. 81

Æquale jus habent fratres, & sorores, decis. 30. n. 82.

Præferuntur utrinque conjuncti eis, qui conjunguntur ex uno tantùm latere, cum decis. Senatus, ibid. n. 83.

Consanguinei admittuntur, & usque ad quartum gradum, & si post transactionem nascatur proximior, non poterit transactionem, vel remissionem rescindere, nec requiritur nova remissio, ibi.

Quando agitur de remissione partis, intelligitur illius, quæ priores, & potiores partes in accusatione delicti habet, habita enim ab ea concordia, cæteris nullum jus manet, ibid. n. 85.

Quando in uno, eodemque gradu sunt plures, quibus competit jus accusandi ; omnes simul admittunt, & omnes simul remittere debent, prout in consanguineis ejusdem gradus, nec sufficit obtinere remissionem à majori parte : & tunc inter eos lucrum ex remissione resultans est communicandum, decis. 30 num. 86

Nisi proximiorum accusantium, vel alterius in eodem gradu suspicaretur collusio, quia à quocumque remissio collusione interveniente facta, nulla est, ibid. n 87.

Pariter si remissio fiat per vim, vel metum nulla est, ibi. n. 88.

Partium remissiones fisco non præjudicant, ibid. n. 89.

Procurator sine speciali mandato non admittitur ad remittendum prout non admittitur ad accusandum, ibi. n. 90.

Pro postumo tutor facere remissionem non potest, ibid. n. 91.

Nec infans etiam cum tutoris auctoritate potest facere pacem : infantia protrahitur usque ad decennium, licèt aliàs ad septennium extendatur, decis. 30. n. 92.

Tutor pro infante potest facere pacem, ibid. n. 93.

Si major est infante, cum tutoris auctoritate potest remittere delictum, ac etiam solus tutor pro pupillo, ibid. n. 94.

In remissione tutoris an sit necessarium Judicis decretum, ibidem n. 95. & 96.

An minor teneatur de rupta pace, an possit restitui in integrum, tàm quoad vindictam, quàm quoad remissionem damnorum, & interesse, & an decretum Judicis suppleat auctoritatem tutoris, remissivè, decis. 30. n. 100.

Pubes factus cum auctoritate curatoris, & si est major decem, & octo annorum potest facere pacem sine auctoritate curatoris adhibito juramento : in minore viginti quinque annorum cum juramento traditur observatum ex decisione Regii Concilii,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cilii, ubi quid de impubere doli capace, & de pubere cum juramento. ibid. n.101.

Remissio potest fieri coram Judice, vel per actum publicum, tam in die juridico quàm feriato, & offensori absenti; si interveniat nuntius, epistola, vel Notarius, qui acceptet pro absente, ibid. n.102.

Remissio partis offensæ potest probari per testes, ibi. n. 103.

Quando subsistat remissio sine partis desistentia, vide in verbo Remissio delicti.

An remissio partis offensæ debeat esse pura, decis. 34. n. 2. cum seq. & vide in verbo Remissio delicti.

REPRESSALIÆ.

Superioris Ecclesiastici licentia petitur ad apprehendendum bona in Ecclesiis pro executione represlaliarum, decis. 36. n. 70. & 71.

RESISTENTIA.

Resistentia fieri debet verè Officiali, qui præstiterit sacramentum, & homagium, ut procedatur ad laudamentum Curiæ, dec. 3. n. 42. & decis. 4. n. 23. & 24. ubi Senatus decis.

Et fieri debet Officiali, qui publicè detulerit signum baculi, ut à resistentibus dignoscatur nisi supina esset ignorantia; & idcircò tenentur satellites, ut cognoscantur, clamare vocem Regis appellitantes. ibid. n. 34

Et fieri debet resistentia si de actu officietur, & exerceat officium, vel fiat causa, vel colore officii, ibid. n. 44.

Pro resistentia, seu injuria facta Commissariis de Camara non proceditur per processum usat. *auctoritate, & rogatu*, eò quia non jurant, nec sententiam excommunicationis audiunt, decis. 4. num. 9.

Resistens sub bajulo refirmato, officio primo finito, non subjicitur pœnis usatici *auctoritate, & rogatu*, si non præstat subbajulus sacramentum, & homagium, & non audit sententiam excommunicationis in refirmatione, ubi decisio Senatus, & conclusio DD. R. A. cum diversis votis, ibidem à num. 10. usque ad num. 18.

Resistens subbaiulo non subjicitur pœnis Regaliæ usatici *auctoritate, & rogatu*, si per subbajulum non fuit præstitum sacramentum, & homagium in refirmatione sui officii, hac sola ratione, omissa alia, scilicet quòd subbaiulus non assecuraverit tabulam in nova officii creatione, ibid. n. 21.

Resistentia, ac injuria illata familiæ mutuatæ, ac commodatæ, per utrumque Judicem exequentem, & petentem auxilium, puniri potest, ita ut sit locus præventioni, quando resistentia, seu iniuria sit familiæ mutuatæ per non subditos Judicis, cujus jussu reus capiendus erat, decis. 12. n. 111.

Non sequuto damno Officiali Regio, cui facta fuit resistentia, sine desistentia partis potest fieri remissio, cum exemplaribus decis. 32. num. 40.

Pro iniuriis, & damnis laudamenti Curiæ, & pro delicto principali in resistentia facta Officiali sine damno, potest fieri compositio sine desistentia partis, decis. 32. n. 42.

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

An minor restitui possit in integrum tam quoad vindictam, quàm quoad remissionem damnorum, & interesse remissivè, decis. 30. n. 100.

REVISIO.

Revisio causarum intra quod tempus peti debeat, remissivè, decis. 4. n. 66.

REX.

Traditur intelligentia const. *clarificant tit. de juris de tots Iurges*, ut ea loquatur in jurisdictione contentiosa, non in voluntaria, quæ exerceri potest à Domino Rege extrà territorium, decis. 31. n. 3

Dominus Rex pro sua clementia in hoc Principatu leges ibi dixit, quibus stare se strinxit, nec in illis solus dispensare voluit, decis. 44. n. 45.

Reliqua vide in verbo Princeps.

RIXA.

Ut Rixa verbalis excuset in homicidio, opus est quod iracundia talis sit, ut mentis alienationem inducat, & sit ex justa causa, secus si iniusta, & sit ira magna; secus si parva, decis. 38. n. 24. usque ad n. 26.

Ad considerandum quod causa, ex qua quis movetur ad delinquendum, sit magna, quæ attendantur, decis. 38. n. 27.

Quando homicidium commissum est à pluribus in mera rixa ex improviso, si non appareat cujus vulnere occisus obierit, omnes ratione incertitudinis puniendi sunt pœna extraordinaria Judicis arbitrio, decis. 39. n. 2.

Hæc procedunt, & habent locum etiam in auctore rixæ, qui ex incertitudine vulnerantium, condemnatur tunc ad pœnam ordinariam, decis. 39. n. 4.

Non ex quo scitur lethaliter vulnerans, cujus ictu percussus interficitur in rixa, plectendus venit pœna homicidii ordinaria, nam summoperè contemplandus est animus percutientis, an occidendi animum habuerit, decis. 39. n. 5. usque ad n. 7.

Decisio Senatus de interfectore certo condemnato ad pœnam extraordinariam in rixa, quia inter alia non constitit de animo deliberato occidendi, decis. 39. n. 10.

Animus deliberatus occidendi non præsumitur, imò in dubio præsumitur, quòd casu, & non appensatè quis in rixa intervenit: ideò fiscus, vel actor, qui dicit homicidium commissum animo deliberato fuisse, id probare tenetur; quia illa qualitas animi deliberati est facti separata ab homicidio, decis. 39. n. 11.

Vide in verbo Animus deliberatus.

Rixa potius simplex, quam prævio tractatu sequuta censetur, ideò homicidium commissum in rixa, punitur tantùm pœna extraordinaria, ubi decisiones Senatus recitantur, decis. 39. num 15.

Data incertitudine vulnerantium, etiamsi sit commissum homicidium proditorie vulnerantes, & interficientes puniri non debent pœna ordinaria homicidii, sed tantùm extraordinaria, nisi præcedente inter eos tractatu, prout proceditur inter committentes homicidium per insidias; nam non dantur insidiæ sine industria; quapropter tenentur pœna ordinaria delicti, latè discutiuntur exemplaria Senatus, quæ declarantur, & contrariis respondetur usque ad n. 25. ubi etiam quando constat de interfectore, vel vulnerante certo, nulla præcedente rixa, aut ea præcedente, qua pœna ille plectatur, dec. 39 n. 19.

Indicium indubitatum exemplificatur in duobus rixantibus, quorum alter rixa finita repertus est vulneratus, ut ab altero corrixante percussus dicatur, decis. 41. n. 11.

Quando homicidium est commissum post rixam, liberatur homicida à pœna ordinaria, si illud incontinenti committat calore iracundiæ ex justo dolore provenientis, secus si ex intervallo, decis. 42. n. 15.

In homicidio commisso post rixam præsumitur durare justus iracundiæ calor per viginti quatuor horas, ita ut delictum post illius spatium commissum ex proposito, & animo deliberato dicatur commissum, decis. 42. n. 20.

Occidens incontinenti post rixam, excusatur ob mentis alienationem, si iracundia sit talis, ut occidentem à mente alienet, & sit ira magna, non parva, quod relinquitur arbitrio Judicis, decis. 42. n. 23.

RUSTICUS.

Rustici simplicitati subveniendum est, decis. 41. n. 100.

S

SACERDOS.

SAcerdotes quomodo jurent ad testimonium dicendum, decis. 7. n. 21.

SACRAMENTALES.

Sacramentales Vicariæ strictæ Barcinonæ ab ipsis Universitatibus eliguntur, & à quibus obtineant privilegium traditur, decis. 4. n. 1.

SACRILEGIUM.

Dominus Rex promisit compositiones non facere de crimine sacrilegii, donec illi, qui manus violentas in Clericos, vel Religiosos imposuerint, plenariè satisfecerint iniurias, & ablolutionem ab Ecclesia Romana obtinuerint, decis. 31. n. 28.

De jure communi admitti non debent compositiones in crimine sacrilegii, decis. 31. n. 55. & 56.

Sacrilegium est delictum exceptuatum, adeò ut Reus in eo condemnetur ad tortur. m in caput loci. rum, decis. 38. n. 33.

SALVAGUARDIA.

Salvaguardia debet publicari de quinquennio in quinquennium in capitibus Vicariarum, ubi observantia Senat. & declaratur, decis. 2. n. 9. & 40. & seq.

Salvæguardiæ, vel securitates à jure communi, vel municipali expressim concessæ, non est necessaria publicatio, ubi quid in casu, in quo à jure communi, vel municipali expresè non est cautum de salvaguardia, ut in offensa militis, & aliorum declaratur, ibid. n. 41. & seq

SALVUS CONDUCTUS.

Salvus conductus videatur in verbo Guidaticum.

SARCINOLÆ.

Indulgetur exulato petenti tempus aliquod ad colligendum sarcinolas, & illud quale sit latè expenditur, decis. 36. n. 27.

Tanta potest esse suspicio ne scandala veniant, quod licebit denegari dilatio ad colligendum sarcinolas, decis. 36. n. 29.

SATELLITES.

Satellites ut cognoscantur, tenentur clamare vocem Regis appellitantes, decis. 3. n. 43. & decis. 4. n. 5.

SECRETA ALLOQUUTIO.

Secreta alloquutio inter mandantem, & mandatarium quando facit indicium, decis. 44. n. 61. 63. & 63.

SECRETUM.

De secretorum observantia tenenda à consiliariis, & scriptoribus Principum plura tradentur deci. 5. n. 23.

SECURITAS.

Securitas concessa à Principe ad se veniendi, intelligitur etiam pro redeundo etiamsi id expressum non sit, decis. 3. n. 4.

Vide in verbo salvaguardia, & in verbo Guidaticum.

SENATUS.

Decisiones nostri Senatus sunt magni faciendæ, & amplexandæ decis. 27. n. 24.

INDEX

SENTENTIA.

Sententia erit ipso jure nulla, non constito de corpore delicti, nec convalescit ex supervenienti probatione corporis delicti, decis. 9. n. 4. vide in verbo Condemnatio.

Ordinarij non possunt compositiones facere lata sententia, quia functi fuerunt suo officio, & commutare pœnas est de regalibus, nec vicet Geres Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, procedens via ordinaria poterit eas compositiones, & commutationes, facere, decis. 31. n. 60. & 61

Edicta, quæ fiunt in vim provisionis particularis, finito triennio expirant, non quæ fiunt per viam statuti, vel sententiæ diffinitivæ, dec. 34. n. 16

Ad nullitatem statutam requiritur sententia declaratoria, decis. 35. n 3

Quando lex, vel statutum pœnam imponens, utitur verbo *fit* significat idem ac *lata sententia*, & *ipso jure*, decis. 35. n. 20

In declaratoria pœna, quæ imponitur *ipso facto*, non est necessarium quòd pœna declaretur, sed sufficit declarari reum culpabilem, quæ declaratio secum trahit pœnam, dec 35. n. 21.

Nihil interest, quod fiat in sententia delatum de nece exceptuata respectu pœnæ, si ex facto, quod in sententia refertur, illud resultat, adducitur decis Senatus, & quomodo intelligatur decis 46. n. 7 & seq.

In sententiis criminalibus exprimitur causa, vel delatum criminosi; & eo attento, & considerato tantùm, si est delictum exceptuatum non admittitur ad supplicandum; si non exprimitur quòd reus sit convictus, sed quòd sit condemnatus ad pœnam extraordinariam, ibid. n. 10. 11

Quando sententia condemnationis non est exequutioni demandata, si in prima accusatione est omissa aliqua qualitas, quæ aggravat delictum, super qualitate post sententiam possunt recipi testes, quod intellige. dec. 48. n. 16

Ex indulgentia Principis post sententiam in judicatum transactam, auditur reus ad sui defensionum, si proponat defensiones relevantes, decis. 48. n. 17

Post sententiam in causa suplicationis latam, & sic post rem judicatam non licet fieri per novas probationes de eodem crimine conqueri, decis. 48. num. 18

Accusatus de aliquo delicto, semel absolutus, interum molestari non potest, etiamsi superveniant novæ probationes, decis. 48. n. 20.

Quæ procedunt non solùm si fuerit processum per viam accusationis, sed etiam si per viam inquisitionis, decis. 48. num. 21.

Post sententiam non admittuntur novæ probationes fisci, etiamsi prætendat reum minori pœna punitum, quod hic limitatur, decis. 48. n. 26.

Si quis non fuerit absolutus simpliciter, sed ab observatione judicij, aut ex processatis tantùm, vel ex actenus deductibus, vel stantibus rebus prout stant, aut alio non edocto, aut apparente, vel per similia verba idem importantia, absolutoria ex novis probationibus potest revideri, decis. 48. n. 28. vide in verbo Manuleuta.

Reo indulgetur post sententiam ante illius executionem suas facere promptas probationes, quod fisco negatur, decis. 48. n. 36.

Si absolvitur reus per prævaricationem, aut collusionem accusatoris, vel Judicis, vel testium, vel tabellionis, post sententiam absolutoriam potest amplius inquiri, ubi traditur observantia decis 48. n. 37

Quando facta sunt distincta, post sententiam in uno licet super alio inquiri, ubi Senatus decis. 48. n. 38.

Sententia super delicto simplici, non parit judicatum super qualitatem, & quomodo id procedat, decis. 48. n. 39

SEPULCRUM.

De sepulcri violati pœna agitur decis. 9. n. 37

SEQUESTRUM.

Sequestrum providetur per Regium Concilium etiam ex officio, si partes properant ad possessionem, & non datur certus possessionem, & non datur certus possessor, decis. 1. n. 34.

Sequestrum providetur, & conceditur expensi communibus partium, ubi decis. Senat. ibid. n. 35

Fiscus exequutive non procedit contra debitores Fiscales, nisi quando debitum est liquidum, & constat de debito per probationem probatam, nec licet super debito pendente, exequtivè fiscus procedit, nec bona describi, seu sequestrari possunt, dec. 26. n. 7

Clavarius Civitatis Barcinonæ non potest procedere per inquisitiones generales, & cum eis apprehensiones, vel sequestra facere mercium, in domibus mercatorum, ubi decis Senat. ibid. n. 19

SERDIJ.

Disponitur in Regijs præconizationibus, quòd serdij teneantur domi habere librum, ubi scribant res quas emerint, deinde personam, & pretium: & in publicum eas res emptas exponere per spatium sex dierum in portica inscripta rotulo *portica rerum emptarum*, decis 41 n. 78

SERVITIA.

Observanitia insultantis minoratur pœna, dec. 38. n. 32

SCHOLARES.

Scholares sunt positi sub patrocinio Regio, ubi de privilegiis scholarium, & de privilegiis Vniversitatis Illerd. & jurisdictione Rectoris, quæ sunt communica Universitati litterariæ Barcinonæ, decis. 2. à n. 13. usque ad 17.

SCIENTIA.

Scientia in dubio non præsumitur, sed probari debet, dec. 40. n. 21

Scientia infertur ex circunstantiis, Judicis arbitrio, decis. 41. n. 91.

Probatur scientia quando factum est notorium, quia ignorantia crassa, & affectata non prodest, dec. 41. n. 92

Scientia probatur testibus singularibus ad condemnandum ad pœnam extraordinariam, si aliæ concurrant conjecturæ, dec. 50. num 46.

Præsumitur scientia in habitante, & existente in eodem loco, præcipuè in eadem domo, & ex consanguineitate, dec. 50. n. 47

SCRIPTORES, ET SCRIBÆ.

Contra scriptores Prinicipis, & eorum substitutos, vel juratos non admittitur accusator pro delictis in officio commissis, nisi se subjiciat pœnæ talionis, cum idonea cautione, & ad satisfaciendum interesse, damna, & injurias, nec potest contra eos de officio procedi, decis. 5. n. 17. & 33.

De scriptorum Principis dignitate agitur ibid. n 18

Scriptores Principis sunt, qui illius Curiam sequuntur, ibid. n. 19

Scribæ mandati creantur à Rege, ibid. n. 22.

Scriptores Principum secretorum observantiam tenere debent, ubi plura de hac secretorum observantia tractantur ibid. n. 23.

De scribarum mandati auctoritate agitur ibid. n. 24

Scriptores Regiæ Cancellariæ, qui erant de tempore Sereniſſimi Regis Petri 3. ibid. n. 25.

De Scriptoribus, seu substitutis scribarum mandati tractatur ibid. a n. 27

Contra scribas mandati, scribas regestri, & scribas petitionerios procedi non potest pro crimine officii; nisi ad instantiam partis, & cum cautione de pœna talionis, & emenda damni, sumptum, interesse, & injuriæ, ibid. n 32.

Per scribas mandati, vel eorum substitutos in Curia Regia debent recipi depositiones testium in criminalibus, & in Curiis Ordinariorum per Notarios examinatos, & approbtos, ætatis 25 annorum completorum, decis. 7. n. 4

Per scribam causæ, sub pœna falsi, & privationis officii continuari debent testium depositiones, sive tendant ad offensam, ibidem num. 5.

Regij scribæ mandati, & scribæ petitionarij ordinarij, & non alij, possunt conficere instrumenta remissionum, decis. 33. num. 26.

SCRIPTURA.

Scriptura privata an in criminalibus possit probari per comparationem litterarum, remissivè dec. 8. n. 21. & in an. n. 22. & seqq.

SOCIUS CRIMINIS.

Socius criminis de consocijs regulariter interrogari non potest, ubi ratio assignatur, decis. 16. num. 3.

Nisi contra consocios in processu, vel sint indicia, vel saltem resultet diffamatio, ibid. num. 4

Si nullis præcedentibus indiciis aut diffamatione contra consocios interrogetur, non probat, nec indicium facit ad torturam, ibidem num. 5.

Quantumvis socii dictum fuerit adminiculatum, ibidem num. 6.

Generaliter est verum in criminalibus, quòd socius criminis contra socium non recipitur in testem, nec recepto creditur, dec. 16. num. 7.

In delictis à jure exceptis potest reus de consocijs interrogari, & interrogatus tenetur consocios revelare, ibidem num. 5.

Quando contra consocios extant indicia, vel saltem diffamatio, aut delicta sunt excepta, socius de consocijs interrogatur, ibid. n. 10.

Quando socius de consocijs debeat interrogari in delictis exceptis, ibidem num. 12. & num. 13

In Regio Concilio compulsio Rei, ut manifestet socios, fit post latam sententiam mortis ante illius exequutionem, ibid. num. 14.

Vnius socij criminis dictum in casibus in quibus de consociis potest interrogari, non facit indicium ad torturam contra consocios, ibid. num. 15.

Cum adminiculis, & indicijs, cum juramento, & tortura dictum socij contra consocios facit indicium ad torturam, dec. 16. n. 16.

Quid si socius criminis alios pateretur defectus, declaratur decis. 16. num. 17. & num. 18.

Apud nos depositionibus sociorum criminum cum juramento, etiam sine tortura tanta fides adhibetur ad condemnandum pœna ordinaria delicti contra consocium nominatum, concurrentibus tamen alijs indicijs, seu adminiculis, & non aliàs: quanta adhibetur cuicumque testi, etiam omni exceptione majori, expostulantur tamen duo socij cum indicijs, & adminiculis, cum quibus appareat probatio duorum sociorum comperta, & quòd reus sit impetitus de pluribus delictis, licèt regulariter necessarij videantur ad condemnandum pœna ordinaria delicti tres socii criminis cum alijs indicijs, & adminiculis, decis. 16. num. 19.

In criminibus occultis juncta infamia Rei, quæ in hac re multùm consideratur, ex dicto socij insurgit semiplena probatio, & si cum eo concurrant plura indicia excedentia efficaciam vnius testis omni exceptione majoris, censetur plena probatio impleta, ad condemnandum pœna ordinaria delicti, decis. 16. num. 21.

De infamia Rei quomodo debeat constare, ibid. n. 24.

In Regno Neapol. per trium sociorum dicta, juncta infamia Rei con-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

condemnatur consocius ad pœnam ordinariam, ibid. n. 25.
Infamia Rei an possit suppleri ex alijs adminiculis, ibidem num. 26. & 27.
Duo socij criminis sufficiunt ad torturam, etiamsi sit bonæ famæ consocius, decis. 16. n. 29.
Ex vnius socij dicto, si concurrant adminicula, condemnatur consocius ad torturam, ibid. n. 30.
Socius criminis, qui revelat consocios sub spe impunitatis, nullam fidem facit, ibidem n. 31. & in annot. num. 49.
Tantùm valere potest pro instruendo, & movendo animum Judicis, decis. 16. n. 32.
Etiamsi adsit consuetudo, quòd stetur dicto socij sub spe impunitatis: nihilominus socius non probat, decis. 16. num 33. & 34.
Maius objectum patitur socius criminis, quàm testis derobatus, qui renuntiat suum interesse, decis. 16. num. 42.
Alloquio secreta cum socio criminis, & adhuc conversatio cum malis hominibus facit indicium, decis. 41. nu. 53.
Fuga socij criminis facit indicium contra consocium, decis. 43, num. 11. & dec 45. n. 28.
Mandans est socius criminis, dec. 44 nu. 21.
Mandans contra mandatarium facit tertiam partem probationis tanquam socius criminis, & hic aliquando in delictis occultis facit semiplenam, decis. 44 nu. 25.
Licet quis pœna debita punitus sit; attamen si provisum non fuerit super eius tortura quoad complices, & ex processu resultat delictum esse patratum cum socijs, poterit torqueri solùm ad sciendum socios, decis. 48. num 40.

SOCIUS ITINERIS.

Socius itineris an sit idoneus testis pro iniuria facta socio remissivè decis. 8. num. 28.
Circa hanc rem prima opinio est, quod socius itineris non est idoneus testis, quando deponit super iniuria facta socio, cum etiam ipsi facta censeatur, & sic dicatur deponere in causa propria. decis. 15. n. 1.
Societas habet vices fraternitatis, & pax rumpitur ex offensione facta socio itineris, quod declaratur ibidem num. 2.
Eò magis principalis conclusio locum habet quando ex iniuria facta socio itineris, etiam ipse socius lædi posset, prout evenire potest ex jactu lapidis, vel exoneratione archibusij, quia tunc socius non est testis idoneus, ibidem num 3.
Ac etiam illud locum habet, quando socius iniuriam factam socio ad animum revocavit, quod ex signis, & coniecturis dignoscitur; quia tunc vti merè deponens in causa propria non probat, ibid nu. 4.
Secunda opinio est, quòd socius itineris est idoneus testis, dum deponit de iniuria facta socio, quando socius itineris iniuriam factam socio ad animum suum non revocaverit, ibid. n. 5.
Ad hanc secundam opinionem, quæ vera est prima est declaratio, ut exceptio, quæ ad minuendam fidem socij itineris objici solet, non procedat in eo, qui est socius itineris per accidens; quia propriè non est socius, nec ita continetur sub indulto pro se, & socijs concesso, decis. 15. num. 6.
Secunda declaratio est, quòd tunc socius itineris repellitur, quando inquisitus fatetur delictum, sed dubitatur de modo, & circunstantijs, secus verò quando inquisitus negat totum factum, ibid. num. 7.
Tertia declaratio est, quòd socius itineris sit idoneus testis, quando veritas aliter haberi non potest ibidem num. 8.
Præcipua verò, & prima est in hac materia declaratio, quòd probet socius itineris iniuriam factam socio, si illam ad animum non revocaverit, aliàs secus, & ea opinio maximè procedit, si aliqua ex circunstantijs concurrat, vt si sit socius accidentalis, vel si inquisitus negat omnino factum, vel si aliter veritas haberi non potest, & hanc complectitur Senatus noster, decis. 15. n. 9.
Contra socium itineris præsumitur, non invento homicidia socij, ubi de socio itineris, qui non detulit, sed tacuit homicidium socij, decis. 41. num. 37.

SONUS EMISSUS.

Non possunt indulgeri vocati ad sonum per Vicarios cum compositione pecuniarum dec. 31. n. 53.
Qui excutentur adire sonum, in annot. n. 35.

STATUTUM.

Statutum puniens iniuriantem Officialem an comprehendat tantùm, qui Officialis est, decis. 3 nu. 22.
Statutum puniens iniuriantem Officialem, an comprehendat Officialem pendente tempore sydicatus, ibidem num. 23.
Statutum puniens iniurantem Officialem, illum comprehendit post depositum officium, & prestitum sydicatum, dummodo fit facta offensio intuitu precedentis officij, ibid num. 24. 25. & 26.
Statutum puniens offendentem Officiclem, non comprehendit eum, qui illum offendit ex causa privata, ibidem n. 28.
In statuto, quod non est decretum ab statuente, censetur denegatum, quia si voluisset, expressisset, decis. 4. num 27.
Stante statuto ne remittatur delictum nisi obtenta pace ab hæredibus occisi; statutum intelligendum erit de hæredibus sanguinis, dec. 30 n. 36.
Quando lex, vel statutum pœnam imponens, vtitur verbo *fit*, significat idem ac *lata sententia*, & *ipso iure*, decis. 35. n. 20.
Statuto sub certa pœna extrahere frumenta ab aliqua Civitate prohibenti non contrafit, si quis alibi emat frumentum ad illud reportandum ad patriam suam, licèt transeat per Civitatem prohibitam, dec. 36. n. 22.
Non est contra factum statuto, quod prohibet sub pœna vicinis Laci ne ibi morari faciant certas personas, si eas per transitum permittant, dec 36. num. 25.
Per transitum non dicitur contraventum prohibitioni de stando in loco, etiamsi aliquantulum ibi moraretur, puta comedendo, dummodo ibi non pernoctet, & quomodo intelligatur modicum tempus, dec. 36 n. 26.
Alia vide in verbo Lex.

STUPRUM.

In stupro corpus delicti probari debet per mulieres obstetrices, decis. 9. num. 18.
In stupro monialis quomodo probetur corpus delicti, ibid. nu. 19.
Stupri indicia traduntur ibidem num. 20.
Dictum stuprati contra agentem, vel stupratæ contra stuprantem quale indicium faciat, dec 16 n. 20.

SUBBAIULUS.

Subbaiuli eliguntur per Baiulos, & non per Dominum Regem; & debent allecurare de tenendo tabulam; aliàs reputandi sunt pro personis privatis, decis. 4 num. 18. & 19.
Subbaiuli non tenentur allecurare tabulam, si baiuli allecuraverint antea, & postea creaverint dictos subbaiulos, ibid. nu. 19.
Subbaiulo refirmato, officio primo finito, resistens non subjicitur pœnis vsatici *auctoritate*, & *rogatu*, si non præstat subbaiulus sacramentum, & homagium, & non audit sententiam excommunicationis in refirmatione, vbi decisio Senatus, & conclusio DD. R. A. cum diversis votis, ibid. à num 10 vsque ad 18.
Subbaiulo resistens non subjicitur pœnis vsatici *auctoritate*, & *rogatu*, hoc solo fundamento, quod subbaiulus non præstitit sacramentum, & homagium in refirmatione sui officij, omisso alio quòd subbaiulus non allecuravit tabulam in nova officij creatione, ibidem. num. 21.

SUBORNATIO TESTIS.

Pœna statuta in talione telle habet locum in subornante, decis. 19. num. 22.
Subornans testem ad deponendum falsum. non sequuto effectu, qua pœna puniatur, ibidem num. 23 24. & 25.

SUBSTITUENS, ET SUBSTITUTUS.

Substituens procul dubio tenetur de facto substituti, quando ita expressum in statuto habetur: & expenduntur const. 13. tit. *de offic. de Veguer*, & constit. 20 Curiarum anni 1599 vbi de substituto Gerentis vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ; de subbaiulis, & de capite Scubiarum Vicarij Barcinonæ decis. 4. num. 32.
Substituens aliquem ad officium, cui præest, tenetur de culpis, defectibus; & delictis substituti, ibid. n 33.
Substituens non tenetur de facto substituti, quando substitutio est facta ex causa necessaria; & non voluntaria ibidem nu. 35.
Ad hucin eo casu requirunt aliqui, quòd substitutio sit facta de persona valde integra, sed non sequitur hæc opinio, ibid. n. 36.
Substituens non tenetur de facto substituti, quando substitutus confirmatur à superiore, ibid. n. 37.
Idem est si sit confirmatus decreto superioris, & id procedit in custode carceris, nominato à commentariensi, ubi decis. Senatus ibidem num. 38. 39. & 40
Substituens non tenetur de defectibus substituti, si substitutus deliquerit circa ea quæ officium, vel illius exercitium non respiciunt, ibid. num. 41.
Substituens non tenetur de facto substituti, si substituerit personam valde integram, dummodo hæc qualitas benè, & specificè probetur, ibid. num. 42. & 43.
Substituens an teneatur de defectibus substituti, quando à Domino habuit expressam facultatem substituendi, ibid. n 44. & 45.
De substituti defectibus an procurator teneatur quando vtitur facultate substituendi sibi concessa, ibid. num. 46. & 47.
Substituens Officialis condemnatus ex facto sui substituti, potest ab alio repetere, vel de eius salario retinere nisi secum fuerit particeps fraudis, & eum participem facit sola scientia fraudis, ibid. nu. 34.
Substituens Officialis de facto substituti tenetur in subsidium, ibidem num. 48.
Substituens, qui tenetur de excessibus substituti, an liberetur illum exhibendo, controvertitur ibidem a num. 49 vsque ad 60. affirmant aliqui liberari ab exhibitione, quando substitutus fuerat mortuus, vel bannitus sine dolo, & culpa principalis, & ibid. num. 50.
Substituens exhibendo substitutum liberatur, nec tenetur nisi in subsidium, etiamsi sit obligatus cum clausula quod teneatur de delictis substituti, ibidem num. 56.
Substitens consideratur substituti fideiussor indemnitatis, & iste non tenetur nisi in subsidium, & excusso principali, quamvis excussionis beneficio renunciaverit, cum Senatu, ibidem n. 57.
Nisi adsit clausula, quòd teneatur de facto substituti principaliter quia non liberabitur exhibendo substitutum, & tenebitur principaliter; quia fideiussoris nomine non fuerat obligatus, ibidem nu. 58. & 59.

non

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Subſtituens pro facto ſubſtitui ſolùm tenetur civiliter, quod ampliatur, & ratio aſſignatur ibidem num 62.
De ſubſtitutis ſcribarum mandati agitur deciſ. 5. à num. 25. uſque ad 30.

SUPPLICARE, SUPPLICATIO.

Suplicari poteſt à regalia, ſeu evocata cauſa, & cauſa eſt committenda alteri ex DD. R. A. Civilis, ubi expenditur cap. 10. Cur. anni 1599. deciſ. 6. num 1. & 2.
Supplicans Regius Ordinarius, vel Baro ab evocata cauſa, vel regalia non tenetur aſſecurare iudicium, ubi Senatus ibiden nu. 3. & in annot. num. 11.
Supplicans pars regaliata capta ab evocata cauſa, ſeu regalia, non tenetur iudicium aſſecurare, ubi Senatus ibidem num. 4.
Supplicans pars regaliata non capta ab evocata cauſa, ſeu regalia tenetur legitimè cavere de ſe præſentando intus Regios carceres Barcinonæ infrà certum terminum abſque requiſitione, & interim quandocumque fuerit requiſita ſub pœna, ubi Senat. n. 5
Supplicatio non admittitur ab admiſſione cauſæ criminalis per proceſſum via ordinaria, juxta litteram c. 10. Cur. an. 1599. ubi Senat. ibid. num. 6.
Supplicatio ab evocata cauſa, ſeu regalia, ſi non intimetur Procuratori Fiſcali, proceditur nulliter, ubi Sen. ibid. num. 7.
In ſupplicationis cauſa à regalia, ſeu ab evocata cauſa, pendente altercato non currit tempus ad probandum, nec ad declarandum, ubi Senat. ibid. num. 9. & 10.
Supplicationis cauſa retinet naturam cauſæ criminalis principalis, ideo in cauſa ſupplicationis ab evocata cauſa, aut regalia non conceduntur compulſoriæ ad probandum extra urbem; quia debent recipi teſtes coram relatore, ubi Senat. ibid. num. 11. 12. 13.
Supplicationis cauſa à regalia, aut evocata cauſa in modo procedendi, etiam judicatur civilis juxta litteram c. 10. cur. an. 1599. ibid. num. 16.
Supplicationis cauſa ab evocata cauſa, vel regalia non habetur pro declarata ad favorem ordinarij, vel Rei, ſi contingant quòd major pars ex primis, vel ſecundis decem diebus eſt feriata, vbi Senat. ibid. num. 17.
In ſupplicationis cauſa à regalia, ſeu evocata cauſa, tantùm ſunt admittendi articuli, qui ſunt de meritis cauſæ ſupplicationis, ubi Senat. ibid. num. 18.
Supplicanti ordinario Regio, Baroni, vel parti ab evocata cauſa, ſeu regalia non eſt danda copia procedimentorum criminalium, ſed Relator verbo dicere debet, quo prætextu fuit cauſa evocata, ibidem num. 19.
Supplicatio à regalia uſatici *judicium in Curia datum* non procedit, ſi non ſit facta proviſio capturę contra ſupplicantem in proceſſu regaliç, ubi traditur deciſ. Senat. ad litteram ibid. num. 20. & 21.
Supplicans ab evocata cauſa, qui in ipſa ſuccubuit, poteſt firmare dubium an cauſa ſit civilis, vel criminalis, & è contra declarato dubio, pars, quæ ſuccubuit, poteſt ſupplicare à regalia, vel evocata cauſa, ibid. num. 22.
Supplicans ab evocata cauſa, & in eadem ſuccumbens poteſt per viam exceptionis opponere de mala captura, ibid num. 23.
In ſupplicationis cauſa ab evocata cauſa, ſeu regalia, poſt factam cauſæ commiſſionem intra decem dies admittuntur deductiones, & probationes; & termino elapſo offertur ſchedula aſſignationis ad ſententiam, ibid. num. 29. & in annot. num. 11. ubi quod ſalarium debet deponi.
An Notarius remaneat in cauſa ſupplicationis ab evocata cauſa, qui fuerat Notarius primi proceſſus, vide in verbo Cauſa.
Fabricans monetam falſam ſupplicare non poteſt à ſententia condemnatoria, deciſ. 10. num. 22.
Tondentes, radentes, diminuentes, vel expendentes falſam monetam ſupplicare poſſunt à ſententia condemnatoria, deciſ. 10. num. 22.
Forma ſupplicationis ad interponendum recurſum à procedimentis decretationis cauſę, & proviſionis Judicis, dec. 23. n. 64.
Ab evocatione cauſæ recurſus poteſt ſupplicari, & obſerva deciſ. ibid. num. 65.
A nulla proviſione interloquutoria licet ſupplicare, niſi à proviſione tormentorum, caſibus quibuſdam exceptis, de quibus remiſſivè dec. 34. num. 20.
Ab homicidio proditorio, & latrocinio non licet ſupplicare, non ſolùm à diffinitiva, ſed etiam à proviſione tormentorum, deciſ. 34. num. 21.
Confeſſus, & convictus non poteſt ſupplicare à ſententia contra ſe lata, dec. 34. num. 22.
Traduntur exemplaria Senatus, in quibus viricidæ, aut uxoricidę condemnatis fuit denegata ſupplicatio, deciſ. 47. num. 3. & 4.
Parricidio commiſſo in ſocerum fuit denegata ſupplatio, deciſ. 46. num. 5.
In ſententijs criminalibus exprimitur cauſa, vel delatum criminoſi, & eo attento, & conſiderato tantùm, ſi eſt delictum exceptuatum, non admittitur ad ſupplicandum: ſi non exprimitur delictum exceptuatum, non denegatur reo ſupplicare, & hoc inconcuſsè, alio non inſpecto obſervatur; nec requiritur quòd reus ſit convictus, ſed quòd ſit condemnatus ad pœnam etiam extraordinariam, deciſ. 46. num. 10. & 11.
In uxoricidio admittitur ea de cauſa ſupplicatio, ſi contra uxoricida ſit delatum de nece in uxorem ſuam, animo deliberato perpetrata, ubi deciſ. Senatus dec. 46. num. 12.
In viricidio non admittitur ſupplicatio, ſi contra viricidam ſit delatum de nece proditoria in virum perpetrata, ubi deciſ. Senat. ibidem num. 13.
In homicidia, non expreſſa in ſententia qualitate proditionis, vel inſidiarum, ſed delato de nece ſimpliciter admittitur ſupplicatio, ubi deciſ. Senatus ibidem num. 14.
Idem procedit in criminoſo de vulnere, in quo mors ſucceſſit, ubi deciſ. Senat. ibid. num. 15.
Non ex quo quis condemnatur pæna mortis naturalis, habet prohibitam ſupplicationem; nam homicida appenſatus punitur pęna mortis naturalis, & ſupplicat, & ibid. num. 16.
In Cathalonia ſententia primitiva, nullo addito, vel adjecto debet terminari in cauſa ſupplicationis ex eiſdem actis, etiamſi probationes de novo emergant, ita Senatus junctis tribus aulis, deciſ. 48. num. 5.
Poſt ſententiam in cauſa ſupplicationis latam, & ſic poſt rem judicatam non licet fiſco per novas probationes de eodem crimine conqueri, deciſ. 48. num. 13.
Poſt ſententiam non admittuntur probationes novæ fiſci, etiamſi prætendat reum minori pœna punitum, quod hic limitatur deciſ. 48. num 26.

SUSPECTUS.

Advocatus Fiſcalis ut ſuſpectus removeri poteſt, ſi tales inimicitiæ præceſſerint, quæ animi ejus motum ſatis detegant, ut magis moveatur perſonæ odio, quàm cauſa publicæ vindictæ dec. 18. num. 10.
In Cathalonia Advocatus Fiſcalis, ut Advocatus Fiſcalis non poteſt tanquam inimicus, ut ſuſpectus removeri, ſed tantùm ut alter ex Judicibus Regij Concilij, & quomodo hæc procedent, ibid. num. 12.
Judex non redditur ſuſpectus, ſi ex mero officio procedat, & non odio particulari moveatur, ſed ex debito ſui officij, deciſ. 18. n. 13.

SYNDICATUS.

Pro injuria illata injuſtè capturato Judex teneturin ſyndicatu, deciſ. 12. num. 12.
In ſyndicatu ſemel abſolutus ex novis probationibus non poteſt moleſtari, deciſ. 48. num. 22.
Si tempore Syndicatus elapſo, de criminibus tunc commiſſis, vel penitus ignoratis in officio Officiales accuſentur, obſtat Rei judicatæ exceptio, nec vlteriùs auditur prætextu reſtitutionis, nec privilegij fiſci, ibidem num. 23.
Elapſo termino conceſſo Judicibus tabulæ ad quærelandum, non poſſunt ulteriùs moleſtari in loco officij, neque in ejus patria coram ſuo ordinario, ibidem num. 25.

T

TABELLIO.

TAbellio, qui ſcienter ſcripſit inſtrumentum fœneraticium, punitur ſicut principalis, deciſ. 40. num. 19.
Vide in Verbo Notarius.

TACITUM.

Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, explicatur deciſ. 35. num. 17.

TACITURNITAS.

Indicium eſt taciturnitas, quæ arguit dolum in tacente, deciſ. 45. num. 25.
Taciturnitas, & non revelantia eſt indicium participationis in ſcelere mariti, deciſ. 50. num. 20.

TEMPUS.

Tempus ad probandum, ac declarandum in ſupplicationis cauſa ab evocata cauſa, ſeu regalia, non currit pendente altercato, ubi Senat deciſ. 6. num. 9. & 10.
Expreſſio loci, & temporis ſaltem de menſe requiritur in inquiſitione, ſeu accuſatione, deciſ. 44. num. 36.

TERRITORIUM.

Licèt Eccleſiæ ſint exemptæ à juriſdictione temporali, & ſubjiciant Eccleſiaſticæ: attamen ſunt in territorio Principis Sęcularis, deciſ. 36. num. 36.
Judex Loci delicti cum territorio, vel licentia alterius Judicis proprij, illud ingreditur delinquentem capturus, deciſ. 37. nu. 20.

TESTES, TESTIMONIUM

In cauſis ſupplicationum ab evocata cauſa, aut regalia non conceduntur compulſoriæ ad probandum per teſtes extra urbem, ſicuti neque in cauſis criminalibus, ubi Senat. deciſ. 6 num. 12. 13.
In teſtium examine tres perſonæ intereſſe debent, videlicèt Judex, Notarius, & ipſe teſtis, deciſ. 7 num. 1.
Teſtem debet Judex attentè examinare de facto, & ejus ſingulis circumſtantiis, quæ explicantur ibid. num. 2.
Teſtium depoſitiones in criminalibus debent recipi per ſcribas mandati, vel eorum ſubſtitutos in Curia Regia, & in Curis Ordinariorum per Notarios examinatos, & approbatos ætatis 25. ann. completorum, ibidem num. 4.
Teſtium depoſitiones continuari debent ſub pœna falſi, & privationis officij per ſcribam cauſæ ſive tendant ad offenſam, ſive ad defenſam, ibidem num. 5.
Ante teſtis receptionem conſiderationes omnino obſervandæ traduntur ibidem à num. 6. uſque ad 8.

Contra teſtem, qui judicialiter negat id de quo convincitur extrajudicialiter dixiſſe, quid agendum, cum ſenatu ibid. num. 9.
De oppoſitionibus contra teſtes remiſſivè ibid. num. 10.
Ex teſtium mala receptione quæ damna inſurgant, ibid n. 11.
In teſtis depoſitionis proœmio explicari debet dies, menſis, annus, & locus receptionis teſtis, ibid. num. 12.
Teſtis in criminalibus debet eſſe cognitus, notus, vel approbatus, ubi decif. Senat. ibid. num. 14. & 15.
In teſtibus requiritur ætas 14 an. completorum tam in maſculis, quàm in fœminis; & minores 14 an. ſine juramento examinantur de praxi, & an probent, & ibidem num 16 & infrà.
Teſtis impubes quando admittatur ad teſtificandum, ibid nu. 17. declaratur deciſ. 50 num. 36. cum ſeqq.
Teſtis in criminalibus debet eſſe citatus, nam ſponte deponens dicitur ſuſpectus, ibid. num. 18.
A teſte Judex debet exigere juramentum, & qua forma, & quid ſi teſtis manus non habeat, ibid. num. 19.
Teſtibus in cauſis criminalibus de conſenſu partium non poteſt remitti juramentum, ibid. num. 20.
Ad teſtimonium dicendum Sacerdotes quomodo jurent, ibid. n. 21,
A teſtimonio infideles repelluntur, niſi in criminibus exceptis. & eis defertur juramentum ſecundùm eorum leges, ibid. n. 22.
In Teſtimonio ferèdo per Maurum ad explicandum eorum loquutiones, nominandi ſunt interpretes, exacto juramento de fideliter interpretando, num 22.
Mutus, & Surdus, vel lingua carens, nutu, vel ſignis atteſtantur, & adhibentur interpretes, exacto juramento de fideliter interpretando, ibid. num 26. 27.
Teſtes debent recipi coram Judice in criminalibus, ibid. num. 28. & antea deciſ. 6 num. 12. & 13.
Teſtes poſſunt recipi extra locum in quo reſidet R. C. in cauſis Regaliæ, vel evocationis cauſæ per Commiſſarium Regiæ Curiæ ibid. n. 30. & 32. quoad offenſam, non verò quoad defenſam, ſi quidem quoad offenſam fiunt tantùm inſtructiones Commiſſario, quod declaratur ibid.
Teſtes, qui de longinquis partibus ſunt, quando citantur ut veniant ad deponendum, ſunt illis ſubminiſtrandæ expenſæ, ibi. num. 31.
Teſtes in criminalibus tenentur exprimere tempus, ſaltem menſem, ibid. num. 33. & ampliùs infrà.
Teſtes in criminalibus tenentur exprimere locum, ibid num. 34.
Teſtibus fidem non tollit diverſitas inter ipſos de loco, & tempore, quando dictum unius teſtis comprehenditur ſub dicto alterius, quod exemplificatur ibid. num. 35.
Teſtis quando unus deponit de certo actu, adiecto certo die, loco, & tempore; alius deponit de eodem actu, non tamen recordatur de tempore, & loco; tunc ſi unus teſtis alium in conteſtem vocet, præſumuntur conteſtes, & omnes probant, ib. n. 36.
Teſtes tenentur declarare perſonas contra quas deponunt, & quando ſit neceſſaria confrontatio, ibid. num. 37
Teſtis confrontatio cum reo non eſt faciendo ad oculum, ſed reo poſito inter plures ſimiles, declaratur ibid. num 38. & in annot. num. 36. & 37.
Teſtes non ſunt examinandi in confrontatione cum reo inſimul, ſed ſeparatim, & quilibet de per ſe ibid.
Si teſtis in recognitione, ſeu confrontatione alium quàm ipſum reum tangit, vel alium dicat eſſe eum qui deliquit, ejus depoſitio reum exculpat, ibidem num. 41.
Teſtis tenetur reddere rationem ſui dicti, & in criminalibus etiam non interrogatus, quamvis deponat ſuper negativa, ibid. num. 42. & 43.
Teſtis non reddens rationem ſui dicti, nec indicium facit contra inquiſitum ad torturam ibid. num. 44.
Teſtis probat pro qualitate rationis, & licèt dictum non concludat, probat ſi ratio teſtis ſit bona, ut in teſte de credulitate deponente. ibid. num. 45.
Teſtis ratio in depoſitione ut ſit bona, & concludat, debet eſſe ſuper ſenſum aptum illi rei, ſuper qua teſtis deponit, ibid. nu. 46.
Si teſtis deponat cognoviſſe delinquentem, non probat, niſi exciet, quomodo illum cognoverit, quod exemplificatur ibid. n. 47.
Teſtis deponens de geſtis noctis tempore, non probat niſi deponat quòd luna lucebat, vel aliquod aliud lumen artificiale aderat, ubi id limitatur ibidem num. 43.
Teſtis deponens de geſtis noctis tempore ad defenſam, non tenetur, ut probet, reddere rationem ſui dicti, & id generaliter eſt verum in omnibus teſtibus ad defenſam, qui probant etiamſi non reddant rationem ſuæ depoſitionis, ibid. num 49.
Teſti ſufficit reddere ſemel rationem ſui dicti, quod declaratur ibidem num. 50
Si teſtis deponat ſuper diverſis capitulis, ſuper omnibus tenetur ſeparatim reddere rationem ſui dicti, ubi quando conjungantur teſtes ad plenam probationem, ibid. num. 51.
Quando unus teſtis deponit de veritate negotij, & fama; & alius de fama tantùm, conjunguntur, cum utrique deponant de fama, & primus teſtis gerit vices duorum, ibid. num. 52.
Teſtis de facto deponens per ſenſum viſus, ſi deponat etiam de indicijs reddendo rationem aptam in indicio, faciet plures ſemiplenas probationes, ibid. num. 53.
Teſtes in criminalibus tenentur firmare depoſitionem, & ſi ſcribere neſciant, firment manu aliena, ubi ratio aſſignatur ibid. num. 54 & 56.
Teſti legenda eſt depoſitio coram relatore, vel Judice, ut ratificet depoſitionem, & in ea perſeveret, ubi ratio aſſignatur ibid. num. 55 & 56
Teſtes de neceſſitate non debent recognoſcere pugionem, cum quo reus commiſerit homicidium, etſi repertus fuerit cum eo, ſed benè faciet Judex illam recognitionem procurando, ibidem num. 58.
Teſtis depoſitio, ſi poſt perfectum examen, apparet ambigua, vel manca, poteſt iterum repeti teſtis, exacto prius ab eo juramento, ibid. num. 59.
Teſtes probant parvitatem menſuræ inſtrumenti manualis, ſi deponat de ea per ſenſum viſus, abſque eo quod teneantur aſſignare rationem ſciunt, quia menſurarunt, ibid. num. 65.
Teſtis dictum formatur, quando deponit de portu tormenti manualis brevioris menſuræ, cum quo tantùm reus fuit viſus, ibidem num 66.
Teſtis dictum deſcribitur, qui deponit de portu inſtrumenti manualis parvæ menſuræ vulgò *piſtola*, cum quo reus fuit apprehenſus, ibidem. num. 67.
Teſtis quomodo deponere debeat contra deferentem arma onerata in locis prohibitis, menſuræ trium palmorum, ibid. n. 69.
Teſtis deponens ſuper negativa vaga, eſt ſuſpectus de falſo, quia illa eſt improbabilis; ſecus ſi ſuper negativa coarctata loco, & tempore; quia iſta eſt probabilis, deciſ. 8 num. 1. & 2. & de materia negativæ remiſſivè in annot. num. 18
Teſtes ut probent negativam, non ſolùm debent removere ſenſum ab actu, ſed debent removere actum à ſenſu, ubi traditur forma, ibidem num 3.
Teſtes de negativa coarctata quomodo debeant coarctare locum, & tempus, ibid. num 4. & 5.
Teſtes deponentes ſuper negativa, quibus modis probare eam poſſint, ibid. num. 6.
Teſtes ſuper negativa coarctata in defenſam in Cathalonia recipiuntur in carcere, ob timorem falſitatis, & quid in ſtatu Mediolani practicetur, ibidem num 7.
Teſtes recipi debent incarcerati, quando fiſcus habet probatam affirmativam, & inquiſitus intendit probare negativam coarctatam loco, & tempore, vel directè, vel indirectè, vel quando fiſcus habet probatam negativam coarctatam loco, & tempore, & inquiſitus intendit probare affirmativam, ubi de horum intelligentia, & exemplis ibidem num. 8. 9. 10 & 11.
Teſtes Rei debent in carceribus recipi tanquam ſuſpecti de falſo in omni caſu, quo contra probationem fiſci prætendit reus probare, vel per affirmativam, vel per negativam coarctatam, ibidem num. 12.
Teſtes ad defenſam ſuper negativa coarctata, etſi ſuperent teſtes fiſci in numero, & qualitate, debent tamen examinari carcerati, ubi deciſio cum illius motivis, & fundamentis ex majori parte, ibid. num. 17.
Teſtes de nota manu in criminalibus non probant, ubi rationes aſſignantur ibid num. 18. & de hac re in annt. num. 22.
Teſtes de judicio, vel credulitate deponentes, de falſo argui non poſſunt, ibid. num. 19.
Teſtes ſuper verificatione ſcripturæ, vel citrę deponentes ad defenſam, etſi impugnent dicta teſtium offentionalium ſuper eadem verificatione deponentium de nota manu, recipi non debent incarcerati, ibid. num. 20.
Teſtis idoneitas ſuppletur ex indicijs, & adminiculis, ubi illa recicantur, & cum teſte adminiculato deponente de delicto exceptuato, privatur reus immunitate Eccleſiaſtica, ibid. nu. 25. 26 & 27.
Teſtis idoneus eſt ſocius itineris pro injuria facta ſocio, quando ſocius injuriam ſocij ad animum ſuum non revocat, remiſſivè ibidem num. 28.
Teſtes Rei debere incarceratos recipi, quia ſe opponebant probationi fiſci reſultanti ex unico teſte ſocio itineris adminiculato, declaratum fuit per R. Cancellarium in cauſa viſuræ ſuper contentione immunitatis Eccleſiaſticę, ibid. num. 29.
Teſtes adinvicem contrarij non probant, ibid. num. 32.
Teſtes non ſunt contrarij, quando unus plus altero depoſuit, & quid ſi loquantur taxativè, ibid. num. 33.
Teſtium fieri non obſtat contrarietas in accidentalibus, ubi declaratur quando dicatur contrarietas teſtium in ſubſtantialibus, ibidem num 34 & 35
In teſtibus non eſt attendenda modica contrarietas in ſubſtantialibus, ibidem num. 36.
Teſtes ſuper negativa quando probant, etiamſi illam non coarctent, ibid. à num. 37. uſque ad 40.
Ex teſte vnico de viſu cum alijs indicijs efficaciam uniuſ teſtis omni exceptione majoris ſuperantibus, an condemnari poſſit ad pœnam ordinariam delicti, vide in verbo delictum, & verbo indicium.
Teſtes quomodo deponere debeant in caſu, quo probatio corporis delicti ſuppletur per teſtes, ubi ipſorum depoſitionis forma traditur deciſ. 9 num. 15 & 16. & deciſ. 17 num 2.
Teſtis, vel vulneratus non poſſunt examinari per Judicem Sęcularem in Eccleſia, vel loco immuni, veluti in Hoſpitali Ordinarii auctoritate fundati, etiam cum licentia Ordinarii Eccleſiaſtici,

INDEX

ſtici ; ibidem numero 40.
Teſtes poſſunt extrahi ab Eccleſia, & loco immuni ad exigendum ab his depoſitionem per Miniſtros Sæculares, & poſt eam acceptam illi reſtituuntur, traditur obſervatum ibid.num 75
Teſtis contra fiſcum producentem plenè probat, deciſ.10.n.44.
Teſti mercede corrupto non creditur, etiamſi veritatem deponat,deiſ.10.num.45.
Quando delictum conſiſtit in fabricatione monetæ, poterit probari corpus delicti per teſtes deponentes de facto fabricationis, ubi fundamenta ponderantur deciſ.10.num 15.
Quando teſtis dicatur omni exceptione major dec.14.nu.19.
Compelluntur teſtes ad perhibendum teſtimonium,quamvis juraſſent ſe non teſtificaturos, deciſ.14.num 39.
Quomodo cogantur teſtes ad deponendum, deciſ.14 num.40.
Torquentur teſtes, qui reſpondere, vel jurare nolunt,& apud nos quid in eo caſu obſervetur, deciſ.14.num.41.
Compelluntur teſtes jam examinati ad ſe confrontandum cum reo, & ad ſe repetendum ibid.num.42.
Coguntur teſtes ad veritatem propalandam per torturam extra hunc Principatum. ibidem num.43. & ſeqq.
Si veriſimiliter eſſent informati, & recuſant dicere veritatem, ibidem num.44.
Vel ſi eſſent præſentes in loco, vel domo, vel ante domum, vel ſtationem ubi fuit commiſſum delictum, & recuſarent dicere veritatem, ibidem num.45 & 46.
Vicini torquentur pro delicto facto in vicinio, ſi recuſant dicere veritatem, quod declaratur deciſ.14.num.47. cum duobus ſeqq.
Domeſtici, & familiares torquentur pro delicto facto in domo, quando nolunt veritatem propalare, deciſ.14.num.50.& ſeqq.
Obliviоſus teſtis quando torqueatur, reſpondens ſe non recordari de facto, de quo interrogatur, ibid.n.54 uſque ad n.56.
Convictus duobus teſtibus de confeſſione extrajudiciali ſe interfuiſſe in loco delicti, ſi poſtea ipſe negat, poteſt torqueri pro habenda veritate, deciſ.14.num.57.
Teſtis vocatus in conteſtem ab aliis, qui dixerunt interfuiſſe, ſi id neget, poteſt torqueri, ibid.num 58.& 59.
Teſtes varii,& contrarii torquentur,& an negatis defenſionibus, ibidem num.60.
Apud nos torqueri non valent teſtes pro veritate habenda,ibidem num.61.
Quando, & quomodo teſtes compellantur ad veritatem eruendam, deciſ.14.num 62.
Non requiritur ut compellatur teſtis, quòd convincatur duobus teſtibus, quia ſufficit uno ſolo idoneo, ibid.num.63.
Per carceres congruo tempore prout Judici videbitur, purgant teſtes omnes præſumptiones contra ſe, ibid. num.64.
Traduntur Regiæ declarationes, in quibus teſtis varius fuit condemnatus, ut quæſtionibus ſubiiceretur, ibid num.65.
Teſtes ſub ſpe impunitatis non probant, deciſ.16.num.31.& ſeqq. & in annot.num.49.
Quam probationem faciant teſtes derobati adverſus furem, quando renuntiarunt eorum intereſſe, non eſt expeditum, ſed quando intereſſe debeant renuntiare, & quo tempore traditur deciſ. 16.num.36.& 37.
In Regno Neapol. tres derobati conteſtes de loco, & tempore, qui renuntient intereſſe, ſi aliam non patiantur exceptionem plenè probant contra furem, idem in Regno Siciliæ ibid.n. 8.
Solùm apud nos in puris terminis teſtium derobatorum invenitur deciſum, etiamſi renuntiaverint eorum intereſſe, non eſſe integros teſtes, citatur deciſio ibid.num.39.
Juxta Auctoris ſenſum tres derobati contra latronem ſi renuntiant intereſſe, plenè probant ad pœnam ordinariam delicti, ibidem num.41.& in annot.num.50. cum ſeqq.ubi traditur moderna deciſio Senatus.
Majus objectum patitur ſocius criminis, quàm teſtis derobatus, qui renuntiat ſuum intereſſe, deciſ.16.num.42.
Circa hanc rem recitatur, quod obſervatur in Regno Neapol.ibidem num.43.
Teſtes inhabiles qualem probationem faciant, ibid.num.44.45.
Plerumque alii non inveniuntur teſtes quàm ipſi derobati ad probandum contra latronem publicum, ibid.num.48.
Domeſtici in delictis domi commiſſis quam probationem faciant, deciſ.16.num.49.
Teſtes intereſſati non probant, ibid.num.50.
Teſtes derobati, qui non renuntiant intereſſe, non probant; & ſi renuntient, tanquam deponentes de facto proprio ſine intereſſe, probant, ibidem num.51.
Super negativa deponentes de facto proprio non tenentur illam coarctare, ibid.num.51.
Teſtibus intereſſatis creditur, ſi renuntiant intereſſe,deciſ.16.numer.52.
Teſtes deponentes perſoluiſſe intereſſe, probant contra uſurarium, ſi renuntiant intereſſe, ibid.num.53.
Teſtibus derobatis concurrit indignationis affectio, ibid.num.54.
Odioſus, ſeu non benevolus non repellitur à teſtificando, quando odium procedit ex cauſa publica, ibid.num.55.
Teſtis inhabilitas, qui propter intereſſe omnino repellitur à teſtificando, non ſuppletur ex magna alterius teſtis habilitate, deciſ. 16.num.56.
Teſtis derobati, qui renuntiat intereſſe, inhabilitas ſuppletur ex ſuffragio alterius teſtis, deciſ.16.num.57.&61.& in annot.num. 50.51.& 52.
Numerus teſtium derobatorum qualis requiratur ad condemnandum ad pœnam ordinariam, & qualis ad torturam, deciſ.16. num 58.& 59.
Teſtis attentatus tantùm derobari, eſt integræ fidei ibid.num.60.
Teſtibus in birruariis an credatur, & Auctoris ſenſus ibid.num. 62 & 63.
Circa reſiſtentiam miniſtris illatam, quia eſt de re ad Officium, & illius exercitium pertinente, multò magis concurrentibus aliis adminiculis, & qualitatibus, tam miniſtrorum, quàm reorum, birruari ſunt teſtes idonei, ibidem num.64.
Inter birruarios, & alguacellos datur differentia, nam capita juſtitiæ plenè probant, ſed non eſſe teſtes omni exceptione majores, licèt ſint barricelli, vel Capitanei nuncupentur, ſcribunt quidam Doctores, deciſ.16.num.65.
Senatus deciſio, ubi fuit declaratum capita juſtitiæ veluti baiulos, eſſe idoneos teſtes, & in his multùm operari arbitrium Judicis, probatur ibid.num.66.
In delictis difficilis probationis,quia magis veriſimiliter ſciunt veritatem, admittuntur in teſtes, conjuges, deciſ.17.num.3.
Dinumerantur perſonæ privilegiatæ, quæ non coguntur ad teſtimonium perhibendum, deciſ.17.num.4 ad num.6.
Imò quando veritas aliter haberi non poteſt, uxor cogitur ad ſe examinandum contra virum;& privilegiati, qui hìc recitantur, etiam in eo caſu poſſunt cogi ad teſtimonium perhibendum,ibidem num.7.
Pater idoneus eſt teſtis pro filio contra filium, conſanguineus pro conſanguineo contra conſanguineum; quia eſt par affectio, ibidem num.8.
Domeſtici, qui hìc notantur, non ſunt idonei teſtes pro Domino (ob affectionem, quam ad Dominum habere præſumuntur) parte opponente, deciſ.17.num.9.
Famula idonea eſt teſtis in delicto vxoricidij ex defectu probationis, & in delictis difficilis probationis teſtes familiares, & domeſtici admittuntur, cum Senat. ibid.num.10.
Teſtis domeſticus deponens contra alium domeſticum, & in domeſtici favorem, non repellitur, ibidem num 11.
Vxor ſponte dicere poteſt teſtimonium contra virum, deciſ.17. num.12.
Teſtis inhabilis ex duobus defectibus, non eſt idoneus in delictis difficilis probationis, & remiſſivè ibidem num.13.
Sola inimicitia capitulis eſt quæ repellit teſtem, deciſ.17.num.14. & vide late in verbo inimicitia.
Teſtis inimicus quando repellatur à teſtificando, vide in verbo inimicitia.
Teſtis omnino inhabilis nil probat, deciſ.18 num.6.
Teſtis, qui fuit condemnatus, vel carceratus, an probet contra Judicem, deciſ.18. num.13.
In Congregatione Sancti Officii accuſator in crimine hæreſis admittitur in teſtem, ſi non moveatur ad acculandum odio particulari, ſed zelo juſtitiæ, deciſ.18.num 24.
Teſtis inimicus utriuſque partis admittitur in teſtem,dec.18.n.15.
Admittitur amicus inter pariter amicos, ibid num.15.
Conjunctus admittitur in teſtem inter pariter conjunctos, ibidem num 15.
Non eſt conſideranda inimicitia, quæ opponitur teſti, reſultans ex eadem depoſitione, quam fecit in delicto, de quo agitur; quia aliàs omnes teſtes in criminalibus repellentur, quod foret abſurdum, deciſ.18.num.26.
Teſtis, qui una vice examini ſponte ſe ſubjecit; cum ex illo examine præſumatur inimicus, in alia cauſa contra eundem à teſtimonio repellitur; ſecus autem ſi coactus; quia tunc non prohibetur alia vice teſtificari, & propriè coactio eſt aggravatio, quæ fit per primam citationem, licet is, contra quem depoſuit, verè poſſit tanquam inimicus repelli, deciſ.18.num.27.
Teſtis, qui primùm pro informatione Curiæ parte non citata examinatur, ſi poſtea repetatur, teſti repetito in eadem cauſa non obſtat prima depoſitio, quin dicatur integer, & omni exceptione major, ibid. num.28.
De teſte, qui falſum depoſuit, vide in verbo Falſitas.
De ſubornante teſtem ad falſum deponendum, vide in verbo Subornatio.
Teſtis, qui veritatem negat in judicio, ex quo proximus damnum patitur, qua pœna puniatur, deciſ.19.num 28.
De pœna teſtis ſe retrahentis à teſtificando, ibid. num.29.
Et de pœna ſubtrahentis teſtes, vel probationes adverſario ibidem num.30.
Et an ſubtrahens habeatur pro convicto, ibid. num.31.
Receptus in teſtem non definit eſſe reus, ſi revera talis reperitur, deciſ.20.num 24.& in annot.num.60.
Teſtes poſſunt teneri in carceribus ſecretis ſine lumine, & tenebroſis, ſi nolunt dicere veritatem, prout etiam inquiſiti ante defenſiones ne alloquantur cum aliqua perſona, deciſ.23.n.12.
Remiſſio partis offenſæ poteſt probari per teſtes, deciſ. 30.numer.103.
Non repellitur teſtis ob inimicitiam, quam ignorat, dec.39.n.39.
Indicia remota debent probari per duos teſtes, aliàs nihil relevant,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

vant, quod etiam procedit in indicio proximo, sed non immediatè ad delictum, ut in confessione extrajudiciali, decis.41.n.22.
Ad probandum indicia testes debere esse omni exceptione majores scribunt quidam DD. decis.41.n.23. & 27.
In criminalibus ad effectum condemnandi probationes requiruntur, non solùm concludentes, sed etiam luce meridiana clariores, decis.41.n.24.
Ad constituendum probationem luce meridiana clariorem, ad effectum condemnandi requiruntur depositiones duorum saltem testium, qui sint omni exceptione majores, & quod concludant per necesse, sed declaratur, decis.41.n.25. & 27
Qualitas illa ut sit testis omni exceptione major, tanquam extrinseca debet articulari, & probari, intellige decis. 41. num. 26. & 27.
In praxi non servatur qualitatem illam testium, ut sint omni exceptione majores, debere articulari, & probari: sed solùm requiritur in criminalibus; quòd testes sint idonei, decis. 41.num.27.
Ad probandum indicia remota testes singulares, si tendant ad eundem finem, conjungantur ad torturam, vide in verbo Indicium.
Testes de confessione extrajudiciali quando eam probent, vide in verbo Confessio.
Possunt objici dicta testium in defensam receptorum; non verò eorum personas, dec.42.n.39.
Testi vario, & falsum deponenti non creditur, decis. 42. n. 42.
Testibus singularibus in defensam statur, decis.42.n.43.
Quod habet locum, quando probatio per unum testem, est compatibilis cum probatione fisci: secus si est contraria, nam tunc defertur pleniori, decis. 42. n.44.
Testis unicus contra producentem probat, nisi ille testis superetur, & convincatur per maiorem numerum testium, per producentem ministratorum, dec.42.n.45.
Testi consanguineo creditur in defensam, si cum eo concurrant alii testes, nisi agatur de destruenda concludenti probatione fisci, decis.42. n.46.
Testes de ebrietate deponentes, debent ebrietatis rationes afferre per signa, & conjecturas, etiam non interrogati, decis. 43.n.29.
Furor probatur ex signis. quæ expressantur, & quomodo testes, ut probent, debeant de furore deponere, decis.43. num.30.
Teste solito inebriari non requiritur quòd probetur ebrium esse de tempore examinis, decis.43. n.43.
Testes, qui fundantur in nimio potu, non probant ebrietatem, nisi simul constet ex potus immoderatione habuisse mentem læsam, decis.43.n.46.
In crimine assassinii testes de auditu cum adminiculis faciunt indicium ad torturam, dec.44.n 8.
Testi perjuro non creditur, dec.44 n.22.
Testi vario non creditur, dec.44.n.23.
Testis falsus non probat, dec.44.n.24.
Fiscus Regiæ Curiæ non tenetur inferere depositionem testis factam coram inferiore, nec de ipsa habetur ratio, parte non opponente, decis.44.n 29.
Testes non tenentur se prodere, nec testi in facto proprio defertur juramentum, nec ut perjurus in facto proprio punitur, decis.44 n.30.
Testis sibi contrarius, & testes ad invicem contrarii in substantialibus non probant, & data inter contrarios, testium paritate, neutri puniuntur, sed si una probatio alteri præponderat, pauciores puniuntur uti perjuri, & falsi, dec.44 n 31.
Concordia in testibus admittitur per verborum improprietatem, & subauditos intellectus, non ut contra reum probent, decis 44. n.32.
Relinquitur arbitrio Judicis quanta fides sit adhibenda testibus concordatis, & testi sibi vario, decis. 44 n 33.
Si concurrit depositio testis judicialis cum dicto extrajudiciali, statur judiciali cum juramento factæ, decis.44 n.34.
Demonstratio horæ non est de substantialibus depositionis testis, cum sufficiat quod de mense deponat; & probat testis, qui deponit de ultimis diebus mensis translacti, vel de principio mensis sequentis, alterum ex utroque affirmando: quia principium mensis dicitur usque ad medium mensis, dec 44 n.35.
Quando varietas horæ obstet testi, ut non probet, decis.44 n.37
Testes inhabiles si reperiantur veri in pluribus, censentur veri in omnibus dec.44.n.40.
Testi falso in uno, in cæteris creditur, quando id statuit Princeps Superiorem non recognoscens, decis.44.n.43.
Si falsitas fuit per errorem commissa, docto de causa erroris, in reliquis testi defertur, decis.44.n 44.
Repulsa testium est Rei defensio, decis.44. n.46.
Subornatio testis in fisco non præsumitur, decis.44 n.47.
Ad deponendum quis non compellitur, delictum capitale proprium revelando, decis.44.n 48.
Testes de fama quomodo eam probent, vide in verbo Fama.
Judex ex officio examinare potest testes, etiam ad offensam, publicatis attestationibus, decis.48. n.10.& 33.
In Judice timor subornationis non subest, decis.48. n.11.
Possunt de officio recipi testes, adhuc post conclusionem in causa, & induci novæ probationes ad offensam, & punitionem, declaratur, decis. 48.à n.12. usque ad 14.
An etiam post sententiam definitivam in negotiis criminalibus possint recipi testes, declaratur decis.48. n.15.
Si ex indulgentia Principis ad defensam admittatur probatio, ad ejus exclusionem non negatur fisco in vim replicationis, quòd possit suas submin strare probationes, decis.48. n.35.
Reo indulgetur post sententiam ante illius exequutionem suas facere promptas probationes, quod fisco negatur, dec.48. n.36.
Per testes singulares, qui deponunt ad eundem rei finem, perfectè probatur conjuratio, conspiratio, tractatus, & meretricium, decis. 50.n..

THESAURARIUS.

Compositio delictorum, quæ excedit summam decem librarum, debet fieri cum interventione Vice Cancellarii, aut in eo casu Regentis Regiam Cancellariam, aut Advocati Fiscalis; & processus originalis, aut translata autentica remissorum debent poni in posse Thesaurarii, Locumtenentis, aut Regentis Thesaurariam, & in fine eorum debet continuari remissio per scribam mandati, qui intervenit in compositione, seu remissione delinquentis, decis.33.n.10.
D.D.Regii Concilii, Fisci Advocatus, & Procuratores non possunt avarias recipere, quæ directè sunt tradendæ receptori avariarum Generalitatis, nec eas potest accipere Thesaurarius: & de avariis Judicum inferiorum remissivè, ibi.n.28.

TORTURA.

Ad torturam indicium non facit contra inquisitum, testis non reddens rationem sui dicti, decis.7 n.44.
Tortura non potest inferri, nisi constito de corpore delicti, nec justificatur tortura, etiamsi superveniat corporis delicti probatio, decis.9 n.3 & decis.14 n.3.& 4.
Repertura falsæ monetæ, vel repertura instrumentorum ad cudendum monetam aptorum, an indicium faciat ad torturam contra inquisitum de falsa moneta, ubi traditur intelligentia cap.39. Regiorum edictorum, dec.10.n.50 usque ad finem.
Tortura gravior est pœna quàm membri abscissio, ponderatur illius gravitas, & cur fuit adinventa, decis.14 n.1.
Tortura reo inferri non potest, nisi in illis delictis, pro quibus imponitur pœna ultra relegationem, & quæ sint hæc delicta, explicatur ibid.n 3.& 4.
Tortura inferri non potest in delictis levibus. ibid.n.5.
Ad torturam deveniri non potest, nisi in subsidium, quando aliæ probationes haberi non possunt, ibid.n.6.
Sufficienter tortus ob violenta, & indubitata indicia, si fuerit negativus condemnari potest ad pœnam extraordinariam secundùm aliquorum opinionem ibid.n.7.
In hoc Principatu reus tortus, qui vicit in tortura, purgat omnia indicia contra se existentia, & absolvendus est, nec extra ordinem puniri potest, ibid. n.8.
Etiamsi contra reum adsit plena probatio, nam eam purgat in tortura, ibid.n.10.
Quamvis Judex in tortura protestatus fuerit, cum clausula probatis in suo robore remanentibus, ibid. n.11.
Prodest illa clausula, quando quis inquisitus fuerit de diversis delictis, ibid.n.12.
Prout etiam prodest, quando reus super qualitate delicti quæstionibus tormentorum subjicitur, ibid.n.13.
Tortura solet inferri in crimine læsæ Majestatis in primo capite, & circa idem delictum apponi clausula probatis in suo robore remanentibus. ibid.n.14.
Indicia, quæ sufficiant ad torturam, Judex arbitratur; ib. n.16.
Ad torturam inferendam debet adesse saltem unum indicium, quod non debet inferri à remotis, sed à semiplena probatione, decis.14 n.17.
Unus testis de visu facit judicium ad torturam, ib. n.18.
Recitantur indicia sufficientia ad torturam, ib.n.20.
Cum unico indicio remoto, si concurrant adminicula, poterit ad torturam deveniri, & quid apud nos observetur, decis. 14. num.21.
Etiam in delictis majoribus, & in atrocissimis pro tortura inferenda debent concurrere indicia, & quæ in delictis difficilis probationis, ibid. n.25.
Judex aliquem indebitè torquens, & sic non præcedentibus legitimis indiciis, tenetur in syndicatu, ib. n.24.
Confessio emanata in tortura, non præcedentibus legitimis indiciis, confitenti non præjudicat, ibid.n.25.
Nec nocet aliis in tortura nominatis, ib. n.26.
Poterit confessus in tortura sine legitimis indicijs aliqua pœna non capitali, sed exilii puniri, ib.n.27.
Ad hanc levem pœnam infligendam adhuc subrogandus est alius Judex, ibid.n.30.
Possunt torqueri omnes personæ, nisi expressè à jure prohibeantur, ibid.n.31.
Doctores non possunt torqueri, ibid. n.32.
Torqueri non possunt personæ constitutæ in dignitate, Equites, Capitanei, & Doctores militum, decis.14. num.33. & in annot. num.47.
Minores quatuordecim annorum non torquentur; proximus pubertà-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

bertati potest, & quomodo, & quid apud nos observetur, ibid. n 34.
Senes torqueri non possunt, quod explicatur ibid. n.35.
Mulieres prægnantes torqueri non possunt, nec post partum editum, nisi elapsis quadraginta diebus purgationis, & statur dicto obstetricium circa prægnatum, ibid.n.38.
In quibus casibus mulieres lactantes torqueri possint, ibid.n.37.
Obsessi à dœmone, furiosi, muti, & surdi, & alii an torqueri possint, decis. 14. n.38.
Testes varii, & contrarii torquentur; & an negatis defensionibus, ibid. n.60.
Apud nos torqueri non valent testes pro veritate habenda, ib.n.61
Traduntur Regiæ declarationes, in quibus testis varius fuit condemnatus, ut quæstionibus subjiceretur, decis.14. n.65.
Socii criminis pro veritate eruenda, quæstionibus tormentorum subijciuntur, pro criminibus exceptis contra consocios post latam sententiam mortis, ibid.n.66.
Tunc socius torquetur etiam pro criminibus, de quibus in processu diffamatus extitit, ubi decis.Senatus ibid.n.67.
Confessus, vel convictus potest interrogari in tortura super aliis delictis, pro quibus extant indicia, vel de quibus extitit diffamatus, ibid. n 68.
Si inculpatio socii in tortura contra consocios est nuda, exculpatio socii in articulo mortis super furca, in patibulo, vel aliàs, inculpationis vim tollit, secus si inculpatio sit adminiculata alijs indiciis, & conjecturis, nam tunc exculpatio non tollit inculpationem, quod declaratur decis.14.n.69.
Exculpatio facta extra articulum mortis non tollit inculpationem in tortura factam, quod declaratur ibid. n 71.
Auctoris opinio circa articulum, quando exculpatio liberat consocium, qui antea fuerat per eundem exculpantem in tortura inculpatus, decis.14. n.76. & 77.
Assertio vulnerati an sufficiat ad torturam, dec.14.n 78. & 79.
Quando reus propter syncopem deficit in tormentis, ut tortura possit repeti, requiritur Judicis protestatio, ibid. n.80. & 81.
Infirmi, & valetudinarii non possunt torqueri, quando morbus est talis, ut reus torturam pati nequeat sine periculo vitæ; & si torqueatur, tortura, & confessio in ea extorta nullæ sint, ibid. n.82.
Quando potest irrogari tortura, sed est periculum negationis, eò quòd inquisitus parvi faciat tormenta, ne totaliter reus impunitus remaneat, solet condemnari ad pœnam extraordinariam, ibid n.33.
In tortura non est à reo exigendum juramentum in facto proprio, nec assignandus curator; nec curator nominatus debet assistere, ubi an minor major factus possit torqueri pro delicto facto in minori ætate, decis.14.n.84.
In ratificatione torturæ quid agendum, ibid. n.85.
An ad torturam possit devenirì denegatis defensionibus, aut illis concessis, non tradita copia indiciorum, & nominum testium offensionalium, ibid.n.86. usque ad n. final.
Duo socii criminis sufficiunt ad torturam, etiamsi sit bonæ famæ consocius, decis.16. n.29.
Ex unico socii dicto, si concurrant adminicula, condemnatur consocius ad torturam, ibid.n.30.
In Cathalonia non solent torqueri Rei, quando dubiè respondent, vel nil respondent; quia tunc strictioribus carceribus respondere compelluntur, & ita Senatus, decis.21. n.21,
Confessio extorta per torturam, & ratificata, potest etiam dolo de errore revocari, dec.22 n 11.
Si pro novo delicto, pendente guidatico, commisso adsint indicia ad torturam, inquisito dantur defensiones, & si tortus non confitetur delictum, reponitur in vim salviconductus in pristinam libertatem, decis.29. n.14.
A nulla provisione interlocutoria licet supplicare, nisi à provisione tormentorum, casibus, quibusdam exceptis, de quibus remissivè dec.34 n.20.
Ab homicida proditorio, & latrone non licet supplicare à provisione tormentorum, dec.34 n.21.
Sacrilegium est delictum exceptuatum, & in eo condemnatur ad torturam in caput sociorum, dec.38. n.33.
Auxiliator post delictum, quando præcedentis tractatus adsunt præsumptiones, potest torqueri propter auxilium (post delictum scienter præstitum) super tractatu, dec.40. n.32.
Confessio extrajudicialis debet esse specifica, & certa de delicto cum expressione loci, & temporis; & absque loco, & tempore, aliisque delicti circumstantiis facti sufficit ad torturam, dummodo sit specialis, certum continens delictum, & certam personam, in quam delictum sit commissum, dec.41.n 47
Mandans an indicium faciat ad torturam, contra mandatarium, decis.44.n.26.
Mandatarius contra mandantem an indicium faciat ad torturam, decis.44 n.27.
Indicia ad torturam, vide in verbo Indicium.
Licèt quis pœna debita sit punitus, attamen si provisum non fuerit super ejus tortura quoad complices, & ex processu resultat delictum esse patratum cum sociis, poterit torqueri solùm ad sciendum socios, dec.48.n.40.

TRACTATUS.

Præsumitur tractatus inter insultantem, & ejus socios, si vociferaverit ante delictum *aria es hora padrins*, decis.38. n.28.
Si constat de homicidio, sufficit quòd tractatus probetur præsumptivè, decis.38. n.29.
Eisdem conjecturis probatur tractatus, quibus animus deliberatus, & præmeditatus, & quibus probetur, & remissivè de hac materia, dec.39. n 35.
Receptio delinquentis facit indicium tractatus, dec.44.n.58.
Per testes singulares, qui deponunt ad eumdem rei finem, perfectè probatur tractatus, decis.50. n.16.
Associatio post delictum est indicium præcedentis tractatus, decis.50. num.19.

TRANSACTIO.

Potest Procurator Cæsaris transigere, quando Cæsari utilis est transactio, cum duobus exemplaribus n.34. & n.35. in uno exemplari fuit facta transactio cum Fiscali Patrimoniali super bonis confiscatis, & sic post confiscationem, in altero cum Fiscali Regiæ Curiæ, super bonis, quæ non fuerunt confiscata; sed tantùm sequestrata, decis. 33 n.33.

TRANSITUS.

Prohibitus stare in loco, prohibitioni non contravenit, si ad eum per transitum accedat, decis.36.n.19.
Per solum transitum non censetur rupta cautio de non ingrediendo in aliquam Civitatem, decis. 36. n.19.
Receptator non est, quando quis transeuntem recipit exulem, decis.36.n.21.
Statuto sub certa pœna extrahere frumenta ab aliqua Civitate prohibenti non contrafit, si quis alibi emat frumentum ad illud reportandum ad patriam suam; licèt transeat per Civitatem prohibitam, decis.36. n.22.
Non est contrafactum statuto quod prohibet sub pœna vicinis Locine ibi morari faciant certas personas, si eas per transitum permittant, decis.36. n.23.
Per transitum non dicitur contraventum prohibitioni de stando in loco, etiamsi aliquantulum ibi moraretur, puta comedendo; dummodo ibi non pernoctet, & quomodo intelligatur modicum tempus, decis.36. n.26.

TRIREMES.

Triremium pœna, illjusque gravitas ponderatur, decis.8. à nu. 67. usque ad finem.
Tempus quo condemnati ad triremes, in carceribus detinentur post sententiam, si culpa, & facto Judicis, non sua culpa detinentur, computatur in tempus triremium, & à quo tempore sit illud tempus computandum, decis.23. n.52. & 53.
Ad quam ætatem condemnetur ad triremes, in annot. num.54. cum seqq
Pœna triremium tam in perpetuum, quàm ad tempus gravis dicitur, & grave dicitur delictum, quod illam pœnam meretur decis.29.n.21.

V

VAGABUNDUS.

Prohibita est remissio delictorum, si sint commissa per vagabundos, decis.31.n.48.

VENENUM.

De veneni signis, & in crimine veneni qualiter probetur corpus delicti, agitur decis 9.à n.25. usque ad n.28. & in annot. n.28.

VESTUARIJ.

Disponitur in Regiis præconizationibus, quòd vestuarii teneantur domi habere librum ubi scribant res quas emerint, diem, personam, & prætium; & in publicum eas res emptas exponere per spatium sex dierum in portica inscripta rotulo *Portica rerum emptarum*, decis.41.num 78.

VICARIA.

Causæ tam Civiles, quàm Criminales Vicariæ intra Vicariam, & Bajuliæ intrà Bajuliam debent tractari, adeò ut ad instantiam Procuratoris Fiscalis, aut alterius non possint extrahi personæ de Vicaria, aut Bajulia Cathaloniæ intra quas commiserint delicta, aut fuerint captæ, dec.37. n.1.
De Vicaria ad Vicariam, seu Bajulia ad Bajuliam Regiam remissio nec necessaria, nec voluntaria locum habet, quod comprobatur decis.37.n.4.
De Barone ad Vicariam, vel Bajuliam Regiam tantùm locum habere potest remissio voluntaria, decis.37.n.7.
De Vicario, seu Bajulo Regio ad Baronem, nec voluntariæ, nec necessariæ remissioni locus est, decis.37.n.8.

VICARIUS REGIUS.

Vicarius Regius Civtatis Barcinonæ exercet in Vicaria strictam jurisdictionem ordinariam in ea habet Sacramentales, qui ab ipsis Universitatibus eliguntur, & à quibus obtineant privilegium, traditur decis 4.n.1.

VINDICTA.

Quando pro iniuria vindicanda non licet sine de risu, & ignomi-

nia Judicem adire, permittitur injuriato eam propria auctoritate, & sine Judice vindicare, decis.42. n.6

Dummodo non excedat moderamen inculpatæ tutelæ, nam ob excessum punitur tunc (justo dolore temperante) pœna extraordinaria, ibid,n.7.

VIRICIDIUM.

Viricidium, vel uxoricidium est parricidij species, & adhuc detestabilius scelus, decis.45 n 3.

Respectu pœnæ est differentia inter parricidium, & viricidium; nam illud plectitur pœna parricidii, & istud pœna ultimi supplicij, decis.45.n.6.

Ad detestandum tam attrocissimum scelus, viricidium dicitur parricidium, & quoad pœnas spirituales adhuc gravius est viricidium, & uxoricidium parricidio, dec 45.n.

Indicia viricidij sunt, primùm quia uxor sciens necem viri non revelavit, nec prohibuit; & tunc dicitur sciens cum consilio, & consentu, decis 45 num 8.& 9.

Et dicitur particeps delicti, decis 45. n.10.

Ac consentiens in delicto, vel complex decis.45. n.11.

Nec sufficit dissuadere amasio ne necem committat in virum, quia adhuc tenebatur uxor revelare marito, ut se caveret, decis. 45. num.12.

Indicium etiam ponderatur ex acerbitate facti, & brevitate temporis, nam præsumitur datum consilium ei, qui post alloquutionem statim alterum occidit, si præcedat inimicitia, & quomodo intelligatur quid fieri incontinenti, decis.45. n.13

Indicium inducitur ex exploratione uxoris quærentis, an amasius necem viri exequeretur, decis.45. n 14.

Si maritus reperitur mortuus in domo, & uxor tacet: præsumitur in morte culpabilis, etiamsi denuntiet, sed tardè; & idem in uxore respectu viri, qui non vindicat necem uxoris, idem in socio itineris, in Domino domus, vel agri, in quo cadaver reperitur, decis.45. n.26.& in indicio contra domesticos quando homicidium domi est commissum, decis. 50.n.1. & quid quando in domo potuit commodè intrari, decis. 50 nu.30.

Et de indicio taciturnitatis in eadem, decis. 50. n.20.

Simulatio, & mendacium in substantialibus faciunt indicium in viricidio, decis.45.n.29 & decis. 50.n.3.

Ex odio oritur indicium, decis 45 n.21 & decis.50 n 3.

Ex minis oritur indicium, decis.45. n.22.

Ex quo uxor non fuit lacrymata necem viri, decis.45 n.27.& quid in casu quo lacrymata fuit, decis. 50 n.21.

Viricidium est homicidium proditorium, decis.46. n 2.

Exfractatio à domo est indicium viricidii, decis 45. n.28.

Traduntur exemplaria Senatus, in quibus viricidæ, aut uxoricidæ condemnatis, fuit denegata supplicatio, decis.46. n.3.

Viricidium est species parricidii, & parricidium est homicidium proditorium, ubi Senatus decisit in parricidio commisso in socerum, & fuit denegata supplicatio, ib. n.5.

Respectu uxoris opem præstantis in homicidio viri, per eius inimicos patrato, consideratur proditorium, & respectu interfectorum etiam insidiosum in casu quo refertur ibid.n.9.

In viricidio non admittitur supplicatio, si contra viricidam fit delatum de nece proditoria in virum perpetrata, ubi decisit Senatus, ibid.n.13.

An viricida ex sola scientia necis teneatur pœna ordinaria, dec.47

Conatus in viricidio, etiamsi deventum sit ad actum proximum sine propinatione veneni, an puniatur pœna ordinaria traditur: at effectu sequuto pœna ordinaria puniri sine difficultate affirmatur, ibid num.46 & 47.

Taciturnitas, & non revelantia est indicium participationis in scelere mariti, remissivè decis.50.n.20.

VISITATIO.

Visitatio carceris à quibus sit facienda, vide in verbo carcer.

VISURA.

In causa visuræ super contentione immunitatis Ecclesiasticæ testes super negativa debent incarcerati recipi, decis.8. n.29.

Visuram cadavetis vide in verbo Corpus delicti.

UNIVERSITAS LITTERARIA.

Universitati litterariæ Barcinonæ sunt communicata privilegia Universitatis litterariæ Civitatis Illerdæ, & de privilegiis Civitatis Illerdæ, illiusque Rectoris jurisdictione agitur decis.2. à num.13.usque ad 17.

VOLUNTAS.

Nutu explicatur etiam volantas, decis. 50. num.45.

USATICUS.

Quo tempore prodit in lucem efformatio usaticorum, dec.26.n.21 Vide in verbo Regalia.

USURÆ, USURARIUS.

An possint commissiones dari ad capiendum usurarios, decis. 12. num.64.

An testes intereslati probent in crimine usuræ, & am singulares vide in verbo Testes.

VULNERANS, VULNUS, ET VULNERATUS

Vulneratum, neque testes examinare potest Judex Sæcularis in Ecclesia, vel loco immuni, veluti in Hospitali Ordinarii auctoritate fundato, etiam cum licentia Ordinarii Ecclesiastici, nisi à Sede Apostolica obtenta, decis.9.n.40.

Vulnerati denuntiatio exigitur à Ministris Sæcularibus in Hospitali Generali hujus Civitatis Barcinonæ ex consuetudine immemorabili, quia spectant beneplacitum Ecclesiasticom, nec administratorum illius domus, ibid. n 74.

Percutiens, vel vulnerans, quando percussus decessit ex vulnere, tenetur de occiso, secus si alia de causa; quia tunc tantùm tenetur de vulnere, decis.11.n.1.

Si ex relatione peritorum constat vulnus esse omninò lethale, & sequitur mors, quamvis fuerit ex intervallo, dicitur mors, sequuta ex vulnere, & vulnerans tenetur de occiso, quod amampliatur, & ibi aliqua de vulneribus lethalibus referuntur, decis.11.n.2 & in annot.n 36.

Si ex relatione peritorum constat vulnus esse, ut plurimum lethale, & sequitur mors, nisi probetur mala cura, aut negligentia, tenetur vulnerans de occiso, ibid. n 3.

Si vulnus est à notorio lethale, ut in illis qui cerebrum, spinalem, medullam, hepar, septum transversum, vesicam, intestina, pulmonem, venam cavam, vel arteriam habent offensam, vel laceratam, sequuta morte tenetur vulnerans de occiso, & præsumitur vulneratum ex vulnere decessisse, nec excusatur inquisitus ex causis, quæ ibid.explicantur, decis 11. n.4.

Si constat vulnus non esse lethale, tunc præsumitur decessisse vulneratum non ex vulnere, sed ex alia causa, puta ex malo regimine, seu ex culpa medici, etiamsi vulneratus moriatur intra paucos dies, ib.n.5. & in annot *n.37* a

Constare dicitur de non mortalitate vulneris, non solùm si hoc pateat ad sensum, & per evidentiam facti, puta quia sit in manu, vel brachio, sed etiam si sit in aliqua parte periculosa, & medici referant non esse mortale, ibid n.6.

Standum est in hac re peritorum relationi, & si in loco non inveniatur nisi unus Medicus, ejus dicto stabitur: imò & de consuetudine, quidquid sit de jure, unus Medicus, vel peritus sufficit, ubi etiam plura de horum peritorum nominatione, & relatione valuerum, dec 11.n.7.& in annot. n.38.

Alia est opinio huic cotraria, in dubio judicandum esse pro reo, quod vulneratus non decesserit ex vulnere, quia in dubio favendum est reo, ibid.n 9.& in annot. n.40

Alia est opinio conciliatrix, videlicet quòd aut dubium an vulnus sit mortale, procedit, eò quia nullæ sunt factæ probationes super illo, nec à fisco, nec à reo, & tunc nulla apparente præsumptione in favorem Rei, vulneratus præsumitur decessisse ex vulnere, ibid. n.10.

Aut adhibiti sunt periti qui inter se discordant, & pares sunt, & hinc inde sunt probationes, & tunc judicandum est in favorem Rei, ubi rationes assignantur, ibid n 11.

Impugnatur hæc distinctio, dec.11.n.12.

Refertur doctrina Peguer. in hac controversia, & est quod aut non constat de aliqua negligentia in curatione infirmorum, & tunc vulneratus ex vulnere decessisse presumitur, & vulnerans tenetur de occiso, quia vulnus præsumitur lethale effectu sequuto, qui enim negligentiam allegat illam probare tenetur, ibid. n.13.

Quas circumstantias tunc debeat Judex considerare, prosequitur Peguera, & observat noster Senatus, ib. n.14

Quando discrepant periti, & sunt pares, eligendi sunt peritiores ad retractandam paritatem in relatione vulnerum, ib.n.16.

Relatio peritorum non transit in indicatum, recipitque probationes in contrarium etiam didicitis testificatis, ibid. n.16.

Exempla negligentiæ in in curatione vulnerati recitantur, ibid. num.17. & 18.

Conjecturæ pro fisco, ex quibus vulneratus dicitur mortuus ex vulnere, expressantur, dec.11.n.19.

Vulnerans seu percutiens aliquem proditorie, aut per insidias, aut deliberatè etiam animo non occidendi, confugiens ad Ecclesiam non gaudet immunitate, cum declaratione contentionis, ibid.n.20.

Qua pœna puniatur vulnerans, ib.n.21.

Forma relationis peritorum in delicto vulnerum pro corpore delicti, ibid. num.23. & de circumstantiis relationis in annot. num 41.

Ex solo ictu sine animi deliberatione, non sequuto vulnere, nulla resultat offensio insultati, nec ejus consideratur interesse, decis.15.n.15.& decis.18.n.17.

De simplici insultu, prima evaginatione, provocatione, armorum delatione, ictu sine vulnere, & animi deliberatione potest fieri remis-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

remissio; etiam parte non concordata, dec.18.n.18.
Ad damna, & interesse non tenetur vulneransad sui defensionem, agitur decis.32.n.14.
Per mortis eventum constat vulneratum scelere interemptum fuisse, dec.39.n.33.
Assertio vulnerati absque juramento per testes probata, solùm aperit viam ad recipiendum informationem contra nominatum etiamsi vulneratus sit bonæ opinionis,& famæ,dec.41.n.62.
Assertio vulnerati exculpantis nil prodest, si vulneratus à testibus seperatus sit, decis.41 n.63.
Quando vulnera sunt ad mensuram gladii, vel armorum inquisiti contra illum oritur indicium, dec.43.n.18.

VXORICIDIUM.

Viricidium, vel uxoricidium est parricidii species, & adhuc detestatibus scelus, decis.45.num.3.
In uxoricidio admittitur ea de causa supplicatio, si contra uxoricidam fit delatum de nece in uxorem suam, animo deliberato perpetrata, ubi decis. Senatus decis.46.num.12.
Reperta uxore mortua in domo maritum percussionibus, fama publica contra eundem maritum, fuga ipsius statim arrepta, juncta confessione extrajudiciali, dicitur maritus convictus in homicidio uxoris, decis.47.num.29.
Vide in verbo Viricidium.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

SACRI REGII
Criminalis Concilii
CATHALONIÆ
DECISIONES,
CUM ADDITIONIBUS
Ad Primam, & Secundam Partem, & Duplici Indice, Deciſionum, & Additionum;

AUCTORE

DON MICHAELE DE CALDERÒ,

BARCINONENSI, OLIM IN HUJUSCE PATRIÆ Academia, poſt Veſpertinum, Primario Juris Civilis Anteceſſore: deinde in Regia Audientia Civili Cathaloniæ Conſiliario: poſteà Tertiæ Aulæ Doctore, & Fiſci Advocato Regiæ Curiæ: præterea ad Regiam Audientiam Civilem regreſſo, & promoto ad munus Advocati Fiſcalis Patrimonialis, ac etiam Regente Regiam Cancellariam.

PARS SECUNDA.

VENETIIS, MDCCXXIV.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

SACRI REGII

Criminalis Concilii

CATHALONIÆ

DECISIONES.

CUM ADDITIONIBUS

Ad Primam, & Secundam Partem, & Duplicis Indicis, Decisionum, & Additionum;

AUCTORE

DON MICHAELE DE CALDERO.

PARS SECUNDA.

ARGUMENTA DECISIONUM SECUNDÆ PARTIS.

DECISIO LI.



Practichabilia enarrantur circa appellationum, aut supplicationum materiam in causis Criminalibus; an ex sola semiplena probatione imputatus prohibitum habeat appellare, vel supplicare; an interposita ab uno ex correis supplicatio, seu appellatio cæteris non appellantibus, seu non supplicantibus prosit, adeò ut contra non appellantes non possit sententia primitiva exequi, & an id ipsum procedat in decreto torquendi. Et alia ad usum forensem necessaria tractantur, pro intelligentia Capit. 15. & 16. Curiar. anni 1599. Pag. 9.

DECISIO LII.

Recitantur casus, in quibus juxta c. 15. cur. an. 1599. & jus commune est prohibita appellatio, seu supplicatio, tam à diffinitivis, & interlocutoriis; quàm ab incidentibus civilibus in causis criminalibus. Et quomodo Fiscus juvari possit appellatione, seu supplicatione impetiti, & condemnati, ad augendam ipsius pœnam Pag. 13.

DECISIO LIII.

De appellationibus interponendis à sententiis Ordinariorum Regioru, vel Baronis; & à provisionibus per eosdem factis. Et à quibus non liceat appellare, juxta intelligentiam cap. 16. curiar. an. 1599. Quis terminis assignandus sit in defensionibus reorum; & an possit procedi ad conclusionem causæ, non spectato reo ad suas dandas defensiones; quid si fuerit assignatus competens terminus, & permiserit reus eum labi. Pag. 20.

DECISIO LIV.

Detestabilitas usuræ demonstratur; an apponens in societate capitale, licitè possit pacisci, ut illud sibi salvum, & integrum maneat in omni casu, etiam cum certo lucro, annuatim, vel per alia distributa tempora percipiendo, cum intelligentia Bullæ fœlicis recordationis Sixti V. editæ 25. Octobris 1586. latissimè agitatur, & frequentes casus, & variæ conventiones enodantur, quæ sub nomine emptionis, depositi, mutui, cambii, & aliis nominibus colorantur, quæ revera usurariam pravitatem redolent, ut pœnis condignis usurarii coerceri valeant; ad quorum punitionem de officio procedi posse probatur. Pag. 46.

DECISIO LV.

De Dardanariis, de committentibus monopolium, de ementibus frumenta, avenam, & alia blada in herba, ad ea cariùs revendendum; de attentantibus annonam publicam, & de singulorum pœnis, & pro libertate vendendi, & revendendi, ac commerciandi, extrahendique fruges ab hoc Principatu, Constitutiones ponderantur, & conciliantur; ubi quòd tempore caritatis fieri valeat prohibitio victualia extrahendi à Principatu, quin Constitutiones de libero commercio lædantur; traditur cum forma procedendi ad prohibitionem extrahendi grana à Principatu tempore necessitatis. Pag. 34.

DECISIO LVI.

De otiosis, validis mendicantibus, vagabundis, inertibus, Zingaris id est Ægyptiis, vel Boemis vulgo *Gitanos*; & eorum pœnis juxta observantiam nostri Regii Concilii Criminalis: ubi singularia circa hujus generis infames gentes traduntur; & in alternativis pœnis an sit electio Judicis, vel inquisiti, annotatur. Pag. 40.

DECISIO LVII.

De lenocinii delicto, illius probationibus, & pœnis, & an requiratur, ut leno pœna ordinaria delicti puniri possit, quod lenocinium cum quæstu pluriès commiserit: & si sine quæstu saltem bis lenocinium patraverit, puniatur pœna delicti extraordinaria, & an per testes singulares probetur lenocinium pro pœna extraordinaria infligenda. Etiam de meretricio, concubinatu, adulterio, & illorum pœnis pertractatur, & an in crimine stupri, lenocinii, ac adulterii de officio procedi possit. Pag. 46.

DECISIO LVIII.

De pœna portus tormenti manualis parvæ mensuræ in servo, qui illud gestasse fuit repertus in Palatio Principis: ubi latè de prærogativis Palatii, & Domus Dominicæ, ad intelligentiam *l. unicæ, Cod. de Palat. & dom. Dom. lib.* 11. Pag. 54.

DECISIO LIX.

Frangens exilium, per pactum cum Fisco susceptum, ipse, vel ejus fidejussor potest molestari, & pœna contraventionis plecti, etiamsi non fuerit apprehensus, si fuerit convictus, quòd

UAB Biblioteca de Ciències Socials

quòd exi lium non ſervaverit; Ubi etiam, quòd pœna impoſita pro delatione armorum incurritur ex ſola delatione; quamvis tranſgreſſor cum eis non capiatur, ſi prohibitio ſe extendat ad eos, qui arma detulerint, retinuerint, vel domi habuerint: ac etiam quando dicatur lis conteſtata, licèt non præceſſerit interrogatio Judicis, nec Rei reſponſio, plenè pertractatur. Pag.58.

DECISIO LX.

De receptatoribus, & fautoribus delinquentium, & eorum pœnis, & quibus ex cauſis ab illis excuſentur; ad intelligentiam diverſarum Conſtitutionum ſub *tit. de fautor*. Et de pœna demolitionis domorum, ad quas ſe retrahunt ejecti à pace, & treuga, & de eadem pœna contra committentes crimen læſæ Majeſtatis: & an ad Judicem delicti principalis pertineat cognitio delicti receptantium, ne continentia cauſæ dividatur. Pag.60.

DECISIO LXI.

De delicto partus ſuppoſiti, ejus probationibus, & pœna latè agitur cum deciſione Senatus. Pag.65.

DECISIO LXII.

Quilibet debet ſuæ arti intendere, nec alieno ſigno præoccupato uti cum fraude, vel dolo, aliàs punitur pœna falſi, & cognitio hujus delicti ſpectat ad Regium Criminale Concilium; punitur etiam, qui nomem, vel cognomen ſibi mutat cum fraude, & in alterius præjudicium: portantes, & uſurpantes habitum alienum pariter pœna falſi arbitraria plectuntur. Non minùs puniuntur, qui arma, & inſignia cum damno tertii tollunt, vel uſurpant. Pag.67.

DECISIO LXIII.

Qui ſit truffator, & an ille committat crimen ſtellionatus, & qua pœna puniatur; crimine falſi an teneatur, qui eandem rem duobus in ſolidum vendidit, & an ſtellionatus pœna plectatur, qui rem obligatam, diſſimulata obligatione alteri diſtraxit, obligavit, vel in ſolutum dedit, ubi conciliantur Paulus *in l. qui duobus in ſolidum 21. ff. ad legem Corneliam de falſis*, & Ulpianus *in l. 3. §. 1. de ſtellionat*. Conciliantur pariter *l. 2. ff. de ſtellionat. l. quod Ergo, §. cum autem, ff. de his qui notantur infamia*. Pag.72.

DECISIO LXIV.

Dans operam rei illicitæ, qua pœna teneatur pro damno, quod ſequitur. Dans operam rei licitæ de damno, quod ſequitur, qua pœna plectatur; an tantùm extraordinaria pro exceſſu. Occidens Petrum, volens occidere Joannem an caſtigetur pœna ordinaria homicidii, latè diſputatur, & declaratur; ad intelligentiam, *text. in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Jul. de vi publ.* Pag.74.

DECISIO LXV.

Aggreſſus ob ſui, & aliorum neceſſariam defenſionem poteſt impunè occidere aggreſſorem, hic præſumptionibus coniecturatur, & neceſſaria defenſio qualiter veniat probanda, enodatur. Frater occurrens fratri in rixa, & occidens rixantem cum fratre jactu tormenti manualis parvæ menſuræ, putans eum fuiſſe inſultantem, cum revera fuiſſet inſultatus, non punitur de homicidio; ſed de exceſſu, ubi de mediatore rixæ, qui aggreſſorem culpabilem percuſſit, & de eo qui occidit ad defenſionem bonorum; & an delinquens cum armis prohibitis puniatur duplici pœna, videlicet delationis armorum, & delicti, amplè declaratur cum intelligentia cap. 28. Regiarum præconizationum. Pag.77.

DECISIO LXVI.

Qua pœna puniatur homicidium per laſciviam in certamine lapidum commiſum; & qua pœna puniantur minores pro portu tormenti manualis parvæ menſuræ. Pag.87.

DECISIO LXVII.

In furto magno noctu commiſſo, cum indiciis condemnatur ad pœnam mortis, & ad eandem pœnam condemnatur particeps furti ex dicto ſocii, & aliis indiciis: ubi recitantur indicia: & quomodo debeat de valore rei furatæ conſtare in cauſa criminali, & quomodo in cauſa civili; & an valor per juramentum litis deciſorium, vel per ſuppletorium probetur. Pag. 89.

DECISIO LXVIII.

Quando inter patrem, & filium; maritum, & uxorem pro furto oriatur actio criminali; & an puniatur opem, vel auxilium præſtans perſonis aſſignatis, ad furtum faciendum. Pag.92.

DECISIO LXIX.

Pro injuria facta officiali ratione officii, officialis ipſe Judex eſſe valet; & poteſt injuriam punire, etiam pœna arbitraria, ubi eo in caſu optimum traditur juſdicenti conſilium. Ante recuſationem, proceſſus eſt validus, niſi fuerit Judex ſuſpectus ex cauſa inimicitiæ. Quando quis poſſit judicare in cauſa capituli in qua patrum habet capitularem; & quando pater, cujus filius eſt Advocatus, agitur cum Senatu, cum intelligentia *Conſtit. 4. 8. & 9. tit. de recuſaciò de tots Juties*. Pag.93.

DECISIO LXX.

Infames, vel criminoſi ad novos honores aſcendere non debent, latè fundatur, & præterea expenditur, an eligens indignum privetur facultate iterum eligendi, ut poſſit ad ſuperiorem devolui electio, ad quem ut deferatur, an requiratur, quòd tota electio de indignis dolosè, & ſcienter ſit facta; an verò ſufficiat

ficiat unum ex electis esse indignum, resolvitur cum decisione Senatus. Pag.96.

DECISIO LXXI.

Explicantur casus, in quibus per Regium Concilium propter abusus in jurisdictione commissos per Barones tam Ecclesiasticos, quàm sæculares, eorum sequestratur Jurisdictio; ubi de nominatione sequestratoris, ejus officio, & exercitio peragitur: cum formis procedendi ad providendum sequestrum, nominandi sequestratorem cum salario, & sequestra tollendi. Pag.101

DECISIO LXXII.

Enumerantur casus, in quibus ob scandali, vel armorum timorem providetur de sequestro possessionis, aut conceditur assistentia certo possessori: & quomodò de qualitate scandali, vel armorum timore in actis debeat constare, ut super illis possit Regium Concilium providere: pariter recitantur casus in quibus non oportet, quòd de qualitate illa constet ad providendum assistentiam. Pag.107.

DECISIO LXXIII.

Regium Concilium cognoscit de delictis commissis per Classicos in terra contra paganum, sed si fuerint commissa inter Classicos, ex novo Regio rescripto de his cognoscit Justitia maris, quod amplè declaratur, & enodantur casus, qui pertinent ad cognitionem Ducis Classium, & alii, qui ad Præfecti Provinciæ punitionem spectant. Pag.109.

DECISIO LXXIV.

De delictis merè Ecclesiasticis, de merè temporalibus, & de mixtis; & in quolibet eorum Judex Ecclesiasticus, & Sæcularis, quibus pœnis delinquentes punire possit, & ab uno punitus, an possit iterum ab altero pro eodem delicto puniri, & an Ecclesiasticus in mixtis possit procedere ad capturas laicorum, & in casibus jurisdictionis suæ an egeat territorio Principis ad carcerandum laicos, discutitur, & declaratur; ubi etiam agitur de comœdiarum tolerantia, de saltationum, tempore carnisprivii, & larvarum vulgò *Mascaras* prohibitione in hoc Principatu. Pag.113.

DECISIO LXXV.

Sententia nocet tertio scienti, & patienti litem agitari, & conjecturis probatur scienti, propterea declaratio contentionis nocebit vel parti, vel Fisco, probata ipsius scientia, & pars, quæ sciens passa fuerit contentionem agitari, si super eadem re firmet de novo contentionem, repelletur per viam attentatorum, & proculdubio allegare ignorantiam non poterit, si fuerit in contentione citata, & procedimenta quæ fient in contentione, illi notificentur, & quomodò id practicatum fuerit. Pag.117.

DECISIO LXXVI.

Viduæ Militum militiæ armatæ, Nobilium, Militum militiæ aulicæ, Regiorum Senatorum, Advocatorum, Medicinæ Doctorum, & liberi eorundem respectivè, an gaudeant fori prærogativa, & immunitatibus, quibus, dum vivebant mariti, gaudebant, & an famuli militum gaudeant fori privilegio, & quid de famulis personæ generosæ, & quando dicantur famuli necessarii. Pag.120.

DECISIO LXXVII.

Ocularis inspectio, seu visura in causis criminalibus quomodò practicetur, & an in omnibus debeat intervenire Fisci Patronus: ubi stabilitur forma procedendi in visuris agendis, tam circa nominationem peritorum, & tertii in casu discordiæ, quam circa alia admodum practicabilia. Pag.124.

DECISIO LXXVIII.

Ob merita delinquentis, vel illius parentum, aut consanguineorum, quando temperetur, aut aboleatur pœna delicti; & an ex nobilitate filii excusetur parens à pœnis infamibus, discutitur, & cum decis. terminatur. Pag. 128.

DECISIO LXXIX.

Occidens in bona occisi prohibetur succedere; at hæreditas in hoc Principatu Fisco non applicatur, sed in eam succedunt proximiores, aut alii, ad quos de jure hæreditas spectat, ad intelligentiam Constitutionis unicæ, *tit. de indignis successionum*, quæ diversimodè ampliatur, & limitatur. Pag.130.

DECISIO LXXX.

Forensis quando teneatur pœnis statuti loci delicti, & signanter, an obligetur ad pœnas statuti prohibentis delationem armorum, dispungitur, & cum decisionibus terminatur; ubi etiam, an remiges in Corona Aragonum condemnati, sint exportandi ad Regias triremes Regni Sardiniæ, resolvitur. Pag.131.

DECISIO LXXXI.

Equites Ordinum Militarium non subiiciuntur Regio Concilio in hoc Principatu quoad eorum personas; sed tantùm respectu temporalitatum, & bonorum; ubi latè discutitur, an cognitio offensæ, seu resistentiæ sit Judicis offensi, an proprii Judicis; vel an inter eos detur præventio (casu quo Judex offensus, etsi sit incompetens, non est incapax respectu offendentis, prout etiam quando offenditur Judex ex falsitate testis coram se in testificando commissa, vel in aliis actibus criminosis. An Judex Sæcularis possit capere Equitem Ordinis Militaris ad finem illum remittendi ad suum Judicem superiorem, non solùm in flagranti delicto, vel quando est in fuga Eques,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

vel contra eum datur suspicio fugæ; sed etiam his cessantibus, ex intervallo, resolvitur. Pag. 133.

DECISIO LXXXII.

Deciditur casus, quando Baro Ecclesiasticus procedit cum Censuris ut Baro contra officiales Regios, & firmat contentionem, aut dubium super contentione in sua Curia, aut in alia Ecclesiastica contra Curiam Sæcularem, & qua forma procedatur; an per hanc sit firmanda contentio, vel dubium super contentione: ubi etiam agitur de contentione firmanda per Equites Ordinum Militarium. Pariter quædam præludia ponderantur demonstrantia quomodò, & per quos Officiales regatur jurisdictio in Civitate Tarraconæ. Pag. 140.

DECISIO LXXXIII.

Mulier capi non potest pro debito civili: Per stipulationem plures obligati, singuli pro rata tenentur, nisi aliàs expressè actum sit ut in solidum teneantur; fidejussio est strictè intelligenda, nec extenditur de loco ad locum, nec de re ad rem, nec de tempore ad tempus. Et hinc emergunt variæ conclusiones in materia fidejussionum præstitarum pro repræsentandis reis. Pag. 147.

DECISIO LXXXIV.

Consuetudo antiqua Gothorum prava introduxit in Hispania, & in hoc Principatu Cathaloniæ Duella, & Bella particularia. Et quibus legibus gubernabatur Hispania, & Principatus ante, & post invasionem à Sarracenis, & usque ad regimen Domini Raymundi Berengarii antiqui, primi Comitis Barcinonæ; & quibus legibus successivis temporibus, & nunc gubernetur latè discuritur. Pag 149.

DECISIO LXXXV.

De Duellis, eorumque prohibitione de jure Naturali, Civili, Canonico, Divino, & particulari Regnorum. Pag. 151.

DECISIO LXXXVI.

Non invenitur Constitutio, aut lex Municipalis expressè concedens defidamenta, & bella inter personas militares, & alterius generis. Pag. 155.

DECISIO LXXXVII.

Defidamenta, seu Duella per consuetudinem, aut potiùs tolerantiam admissa fuerant, cum variis tamen limitationibus, fallentiis, & declarationibus, quæ hìc referuntur. Pag. 157.

DECISIO LXXXVIII.

Consuetudo, aut tolerantia duellorum est omninò derogata per Sacrum Concilium Tridentinum, cujus dispositio est assequenda in hoc Principatu, cum decisione Senatus. Pag. 159.

DECISIO LXXXIX.

Jus visitandi est de regalibus, & Regius Visitator habet jurisdictionem privativè etiam ad Proregem Regni, cui nec jus visitandi, nec cognoscendi de delictis Senatorum, nisi ex speciali commissione Domini Regis competit; solet tamen Prorex cum Regio Concilio deputare Universitatibus Visitatorem, & punit fraudantes res Universitatis; ubi explicantur *Constit. 17. tit. de cosas prohibid. Const. 3. tit. de salar. de sentent. Const. 16. tit. de offic.* Pag. 161.

DECISIO XC.

De præviis considerationibus, tam circa accusantes, quàm circa visitandos à Regio Visitatore habendis in exercitio visitationis, & de qualitatibus Regii Visitatoris. Pag. 164.

DECISIO XCI.

Visitatio in Magistratibus rationem de gestis suis reddituris, utilitati publicæ est consentanea, sed in perniciem retorquetur si exercitetur in indagandis vanis querimoniis, aut si subtiliter contra magistratus scrupulositates captentur: & commodè fieri valebit, si particulariter in Ministrum provideatur, & in eum, ipso audito, procedatur: ubi an Baroni competat jus visitandi in suis Baroniis, cum decis. Senat. Pag. 171.

DECISIO XCII.

Regius Visitator non potest uti commissione secreta ad inquisitiones secretas formandum contra Regios Officiales, adversùs quos inquirit in visitatione publica statuta in *cap. 5. cur. anni* 1599. nec virtute commissionis secretæ potest supplere id in quo inordinatè processit in visitatione publica: ubi de præventione inter diversos Visitatores, & inter Visitatorem, & Judicem ordinarium inferiorem, inter quos obstat litis pendentia: ac etiam agitur de præventione inter Actuarios criminales. Pag. 174.

DECISIO XCIII.

De Officialibus perpetuis, vel temporalibus conveniendis tam in causa Civili, quàm Criminali durante eorum officio, & de stylo procedendi per contumaciam contra Regios Officiales in Regio Concilio: ubi, an citatio eorum debeat esse personalis, vel an sufficiat per proclamata, pertractatur. Pag. 177.

DECISIO XCIV.

Jusdicentes dumtaxat de dolo, vel lata culpa, quæ in dolum cadat, syndicantur, & majori ratione Magistratus Superiores, qui nec syndicantur de sententiis latis in corpore Senatus: ubi explicantur Textus *Auth. ut judices sine quo suffrag. §. illud in l. unica, Cod. ut omnes Judi-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Judices, & *Const.* 11. incipiens *Poch valdria tit. de obser. const.* Pag. 180.

DECISIO XCV.

Speciali jure Cathaloniæ Officiales inferiores subiecti judicio tabulæ, syndicari possunt de lata, & levi culpa; & eodem jure Magistratus superiores querelari non possunt, nisi de dolo, & coemptione; prout de jure communi solum ad id tenentur Officiales inferiores perpetui, ad intelligentiam *Constit.* 6. & 7. *tit. de offic. de Jutg. de Taul.* & *unic. tit. de la pœna del Juige*, quæ concordant cum *cap. cum æterni* 1. *de sent.* & *re judic. lib.* 6. Pag. 184.

DECISIO XCVI.

Officiales & Judices, qui habent administrationem rerum fiscalium, vel aliam publicam administrationem, tenentur de dolo, lata, & levi culpa: sed an teneantur de levissima, dispungitur, & an hæc procedant in Commentariensi carcerum, declaratur cum observantia Senatus, qui commentariensem etiam ad emendam damni condemnat, etsi non fuerit nisi tantùm condemnatus ad pœnam extraordinariam; prout idem evenit in committente falsitatem, licèt verum sit, quòd fur solùm, quando condemnatur ad pœnam ordinariam delicti, condemnatur ad emendam damni, & interesse partis. An Deputati, & Auditores Generalis Cathaloniæ possint, aut debeant præmia, id est *axaus* licitantibus jura Generalitatis offerre, & an syndicari possint, ex quo præmia non promiserunt. Quomodò admittantur recursus à sententiis Visitatorum Generalis Cathaloniæ, ubi ad litteram recitatur Regium decretum in hoc statuens. Pag. 187.

DECISIO XCVII.

De negligentia Judicum in declarando causas tam criminales, quàm civiles: quibus in casibus ob negligentiam possint puniri, & de requisitis ad negligentiæ probationem; & an eximia diligentia possint coerceri, ubi an teneantur Judices Advocatos partium audire, ad intelligentiam diversarum Constitutionum hujus Principatus, in quibus statuitur forma pro Audientia partium, & Advocatorum. Pag. 190.

DECISIO XCVIII.

An Judices, & Officiales, tam superiores, quàm inferiores possint à subditis donaria accipere, & an esculenta, & poculenta: & concordantur variæ Constitutiones hujus Principatus, & *Textus in §. scriptum est exemplar. Auth. ut Jud. sine quo suffrag. l. plebiscito* 18. *ff. de offic. præsid. l.* 6. *§. non vero, ff. de offic. proconsul.* Pag. 197.

DECISIO XCIX.

An Officiales, vel Jusdicentes possint cum subditis negotiari, aut res subditorum, vel quæ venduntur districtu suorum Tribunalium, per se, aut interpositas personas emere: An à litigantibus, vel ab eis qui sunt de proximo litigaturi, possint mutuò pecunias accipere, an ab eis emere utensilia, vel ad cultum, aut vitam necessaria; & si contra egerint, an possint puniri, latè discutitur, ubi aliqua de Tutoribus, qui res Pupilli emunt, & de intelligentia *cap.* 49. *cur. an.* 1599. & *Const.* 38. *ejusdem Curiæ*. Pag. 201.

DECISIO C.

Contra Officiales optimæ opinionis, & præcipuè contra præeminentes, & Supremos Magistratus in delictis coemptionis, & corruptionis admitti tantùm debent concludentes probationes, & non nisi per tres contestes omni exceptione majores convictos esse dici potest; nec mediator est testis idoneus, nec testes singulares junguntur; at verò Officiales, qui laborant mala fama, damnantur per regulas, & probationes ordinarias cæterorum delictorum, quæ sunt difficilis probationis, ad intelligentiam Auth. *novo jure*, *C. de pœna Judic. l. fin. ad leg. Jul. Repet. l. Judices* 12. *C. de dignit. lib.* 12.

Pendente conferentia cum Venerabilibus Patribus Inquisitoribus, non est innovandum, at interdum excommunicati absolvuntur, & capti relaxantur sub manuleuca: Et de ejus forma, praxi, urbanitate servanda inter Magistratus in ipsis conferentiis, forma vovendi, & modo tenendo circa hospitandos milites à Familiaribus Sancti Officii. Pag. 204.

DECISIO CI.

Constituarius habet possessionem manutenibilem, quid quando constitutum est conditionale, quid quando est collatum post mortem, aut in tempus mortis, & quando cum clausula *nunc prout ex tunc*, vel *tunc prout ex nunc*, vel cum sola clausula *prout ex nunc*, quæ omnia cum variis Senatus nostri decisionibus illustrantur, & terminantur. Pag. 213.

DECISIO CII.

In interdicto retinendæ quis sit præferendus, an donatarius Universalis virtute clausulæ *Constituti*, an hæres donatoris in quantitate reservata: & in interdicto adipiscendæ, si concurrant hæres, & donatarius, quis ex his præferatur, discutitur, & quid, quando detinet hæres bona donata propter credita, an in his debeat satisfieri, ut possit per donatorem possessio bonorum donatorum adipisci, cum decisione Senatus declaratur. Pag. 217.

DECISIO CIII.

Quando causa habilitationis, vel inhabilitationis officiorum sit criminalis, vel civilis. An extractus ad officia Civitatis Barcinonæ, & suffocatus possit à suffocatione appellare ad Regiam Audientiam; an verò causa sit terminanda in domo Civitatis. Et an admittantur in Regia Audientia secundæ appellationes interpositæ à suffocationibus officiorum. Pag. 220.



REGII CRIMINALIS CONCILII CATHALONIÆ DECISIONES.

PARS SECUNDA.

DECISIO LI.

ARGUMENTUM.

Practicabilia enarrantur circa appellationum, aut supplicationum materiam in causis Criminalibus; an ex sola semiplena probatione imputatus prohibitum habeat appellare, vel supplicare; an interposita ab uno ex correis supplicatio, seu appellatio cæteris non appellantibus, seu non supplicantibus prosit, adeò ut contra non appellantes non possit sententia primitiva exequi, & an id ipsum procedat in decreto torquendi. Et alia ad usum forensem necessaria tractantur, pro intelligentia cap. 15. & 16. Cur. ann. 1599.

SUMMARIUM.

1 *Non appellabatur in Cathalonia antiquitùs à sententiis Criminalibus inferiorum, nec à Superiorum sententiis supplicabatur.*

2 *Appellatio de tempore Dom. Regis Martini à diffinitivis, & interlocutoriis tormentorum Gerentium vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ admittebatur, nisi essent prolatæ contra personas diffamatas, aut pravæ vitæ, de qua infamia, aut prava vita constare debebat per summariam informationem.*

3 *Supplicatur in Cathalonia per c. 15. Cur. anni 1599. à diffinitivis, & provisionibus tormentorum, exceptis casibus in dict. cap. & aliis prohibitis à jure communi; ubi latè expenditur, dispositum in dict. cap. & traditur quòd à sententia Principis non datur appellatio, sed supplicatio.*

4 *Pro intelligentia c. 15. referuntur remissivè practici.*

5 *In Aula Criminali (si Regens dubitat an sit admittenda supplicatio) debet deliberari decretatio supplicationis; nam cognitio an sit deferendum appellationi, est Judicis à quo.*

6 *Quando pendet dubium super supplicatione admittenda, notatur per scribam mandati dies oblatæ supplicationis, ne parti supplicanti præjudicium inferatur.*

7 *Si de facto admittatur supplicatio, instare debet F. P. R. C. repulsam supplicationis, & in casu non supplicabili signatur Cruce Sanctæ Eulaliæ, à qua lineatione non licet supplicare.*

8 *Admissa supplicatione, suspenditur executio primæ sententiæ, tam respectu supplicantis, quàm correorum, & num. 24. latè.*

9 *Supplicationis causa terminatur ex eisdem actis; nec visura admittitur coram Judice supplicationis, sed coram primitivo, ubi remissivè DD. qui agunt de visura.*

10 *Resolutio Trium Aularum R. A. super re adducta; & cave à Ripoll, qui malè eam allegat.*

11 *Observantia Senatus, ubi petita, & obtenta fuit visura coram Judice primitivo.*

12 *In Criminalibus nunquam os clauditur condemnatis, & auditur semper ante executionem reus cum novis probationibus, si sint relevantes.*

13 *Superflua est disputatio Fontanel. an minori detur beneficium supplicandi, ad impediendum executionem sententiæ; quia semper audietur minor, si deducat relevantia.*

14 *Sufficit semiplena probatio delicti, ad adimendum criminosis appellationis, vel supplicationis beneficium in delictis exceptuatis in cap. 15. nam cum ea subjicitur reus quæstionibus, & tormentis, & si plusquam semiplenè constat de delicto, condemnatur reus ad pœnam extraordinariam.*

15 *In indultu generali si excipiantur quædam delicta, & verba indulti dirigantur ad delinquentes, ut priventur beneficio indulti, requiritur plena probatio si ad nomina delictorum, eo privantur, etiam non probato plenè delicto.*

16 *A provisionibus tormentorum in dic. cap. 15. in delictis ibi exceptuatis, prohibetur appellatio, & ex indiciis, ex quibus resultat semiplena probatio, infligitur reis tortura.*

17 *Cum semiplena probatione qualitatis delicti privatur reus immunitate Ecclesiastica, ut consulatur bono publico.*

18 *Rejiciuntur asserta per Fontanel. & alios affirmantes quiri plenam probationem delicti exceptuati, ut privetur criminosus beneficio appellationis, quia non loquuntur in terminis nostri statuti, & Fontanel. attestatur de eo quod non viderat.*

19 *Licet appellatio non detur in notoriis.*

20 *Attamen in Cathalonia nunquam reus condemnatur, juris ordine non servato, & sic practicabilis non est illa limitatio, in notoriis non dari appellationem, nam in Cathalonia debet judicari per directum.*

21 *Allegantur jura nostra id probantia.*

22 *Iterum allegantur alia jura municipalia, id ipsum confirmantia.*

23 *Quando datur complicatio causarum, quarum una est appellabilis, & alia non, prolata sententia super utraque, tota sententia erit appellabilis: potest tamen*

men Judex seorsum judicare, hoc est de uno crimine seorsum ab alio; & nunc non appellabitur à crimine seorsū declarato, si eo prohibita est appellatio.

24 *In Judicio civili quando sententia dicatur habere mixturam, ita ut pars appellabilis trahat ad se partem non appellabilem, traditur remissivè.*

25 *Quando plures sunt condemnati pro uno delicto, & unus appellat, prodest correis non appellantibus appellatio, ne sequantur contrariæ sententiæ, una absolutoria, & altera condemnatoria; ubi an remissio partis obtenta à socio, alteri socio prosit, ut mitius puniatur.*

26 *Interposita appellatio ab uno ex pluribus infimul condemnatis à decreto torturæ, non juvat non appellantes, qui, non obstante alterius appellatione, torquentur.*

27 *An appellatio interposita à mandante homicidium, prosit mandatario, tractatur.*

28 *Appellatio est permissa in omni casu, nisi expressè reperiatur prohibita, & in dubio est deferendum appellationi; quia est materia favorabilis.*

1 IUS RECEPTUM erat, in criminalibus non appellari, ait Peguera *in prax. civil. rub. 27. n. 25.* & nullum remedium contra sententias criminales reos habere; dixit Fontanel. *dec. 120. nu. 2.* & non modò in Concilio Regio, sed etiam in inferioribus Tribunalibus, in causis criminalibus appellabatur, nisi rarò, & appellatio non suspendebat judicium, scripsit Oliba *de act. par. 2 in præm. prax. c. 5. n. 28.* undè apud practicos Cancer *var. 1. c. 17. n. 12. & var. 3. c. 18. n. 39.* Ferrer 3. *obser. c. 25.* Peguer. *in prax. crim. c. 12. 10. n. 1. & dec. 70. par 2. n. 5. & 6.* Cortiada *dec. 106, n. 120.* communiter invaluit dicere, ante Curias anni 1599. appellari seu supplicari non posse in criminalibus, quod etiam recitat Reg. Matth. *de re crim. cont. 2. nu. 13.* Urfel. *concluf. legal. 128. num. 487.* Altimar. *de nullit. rub. 5. quæst. 26. n. 7.* Doct. Franciscus Romaguera *in addit. ad annot.* Conciol *super statut. Eugubii lib. 3. rub. 14. n. 10.*

2 Et licèt de tempore Dom. Regis Martini in Curiis Barcin. ann. 1047. *c. 15.* est Constitutio *Compoch valdria 5. tit. de ofici de Governador*, fuisset dispositum à sententiis diffinitivis, & interloçutoriis tormentorum Gerentium vices Gubernatoris Cathaloniæ appellationem debere admitti, nisi essent interpositæ per personas diffamatas, aut vitæ pravæ, de qua infamia, aut prava vita debebat constare per summariam informationem inde receptam, juxta *Sum.* Mier. *in dicta Curia Regis Martini, col. 8. c. fin. num. 3.* unde licèt antiquitùs posset dubitari (de quo mirâtur Ferrer *observ. par. 3. d. cap. 25.*) an disposita in Gerente vices Gubernatoris Cathaloniæ, qui est Ordinarius ordinariorum, procederent in aliis Regiis Officialibus, & etiam in Baronibus; ipse tamen Ferrer *loco citato*, resolvit generaliter, & indistinctè, tàm in Curiis Regiis, quàm Baronis, ex observantia antiqua Regii Concilii, quam citat, in causis merè criminalibus appellationem non admitti; sed tantùm quando agebatur de pœna pecuniaria, vel quando causa est mixta, ut infra dicetur.

3 Postea supervenit *cap. 15.* Curiarum anni 1599. quod loquitur de causis Regii Concilii, & *c. 16.* quod disponit in causis inferiorum, de quo infra in *decis. seqq.* In dicto *c. 15.* disponitur per hæc verba: *Item placiat à V. Magestat ab dita loació, y aprobació, estatuir, y ordenar, que en totas las causas criminals que declaran en la Real Audiencia de Barcelona de las sentencias, y provisions de tortura se puga suplicar en forma, com en las civils, y que entretant nos puga executar provisió de tortura, ni sentencia diffinitiva, exceptadas las que donarán contralladres, ò saltejadors de camins, y homicidis per infidies, ò aguaits, ò trayció, ò que hauran comès crim læsæ Magestatis en primer, y segon cap, ò hauran fabricat falsa moneda, ò hauràn comès crim de Sodomia, y que la causa de supplicació se haja de demanar, y introdubir devant lo Llochtinent General de V. Magestat, ò del Portant veus de General Governador, dins tres dies, los quals corregan del punt de la publicació, è intima de la sentencia, y dita causa se haja de cometrer per lo Regent la Cancellaria à un Doctor de las dos Salas del Civil lo qual ab conclusió feta per los Doctors de la sua Sala haja de declarar dita causa de suplicació, ex eisdem actis, sens poder ajustar, ni posar en lo proces, axi en la ofensa, com defensa, y confirmada, revocada, mudada, ò alterada la primera sentencia, no haja lloch de mes apellacio, ni suplicatiò, ans be haja de ser encontinent executada. Plau à sa Magestat, exceptats los casos contenguts en la present Constitució, y altres en los quals de dret comu no es permesa la apellació in criminalibus.* Id est licere quibuscumque condemnatis à sententiis diffinitivis, & declarationibus tormentorum per Excellentissimum Locumtenentem Generalem in Regio Concilio factis supplicare in forma intra dies tres, connumerandos à die publicationis, & intimæ sententiæ, ad unam ex Aulis R. A. Civilis, quemadmodum supplicatur in forma in causis Civilibus R. A. & interim non possit exequi provisio torturæ, nec sententia diffinitiva; quæ supplicationis causa ex eisdem actis cum conclusione Aulæ Civilis debeat terminari; à qua postea, sive revocaroria, sive confirmatoria non liceat amplius supplicare: & excipiuntur latrones, vel viarum publicarum grassatores, homicidæ insidiosi, aut proditorii, crimen læsæ Majestatis perpetrantes, tam in primo, quam in secundo capite, fabricatores falsæ monetæ, & committentes crimen sodomiæ, atque omnes alii, qui crimina commiserunt, propter quæ de jure appellationes non recipiuntur.

Textus ille non loquitur de appellationibus, sed de 4
supplicationibus à sententiis criminalibus, vel provisionibus tormentorum prolatis in Regio Criminali Concilio; quia à Principis sententia non datur appellatio, *l. 1. ff. à quibus appel. non lic.* sed supplicatio ad eundem Principem, Capyc. *decis.* 144. Gamm. *decis.* 35. Sanfel. *decis.* 381. *num.* 1. Latro *decis.* 187. *num.* 34. Luca ad Franch. *decis.* 637. *versi. Appellatio quamvis sit prohibita*, Carol. Anton. de Rosa *c. 12. in prax. crim. num.* 27. Oliba *de action. par. 2. lib. 1. c. 15. numer.* 17. Peg. *in prax. civil. rub. 26. nu. 1.* & ibi additio Ripoll *nu. 8.*

Super intelligentia hujus Cap. videndi sunt Oliba *de act. par. 2. in præm. ad praxim cap. 5. num.* 28. *fol.* 35. Peguer. *in prax. civil. rub.* 27. *à num.* 25. & ibi Ripoll *à num.* 154. *cum seqq. & in prax. crim. cap.* 12. §. 10. *num.* 1. *& decis.* 70. *tom.* 2. *& decis.* 193. *& 196. tom.* 1. Ferrer 3. *par. observ. cap.* 25. Fontan. *tom.* 1. *decis.* 120. 121. *&* 122. *num.* 14 *& de pact. nup. tom.* 2. *clauf.* 7. *glos.* 2. *par.* 9. *num.* 51. Cancer *var.* 1. *cap.* 17. *num.* 13. *& var* 3. *c.* 18. *num.* 34. *&* 35. Reg. Cortiada *decis.* 106. *num.* 116. *cum pluribus seqq.* Reg. Matthæu *de re crim. cont.* 2. *num.* 13. Romaguera *in annot.* Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 3. *dict. rub.* 14. *num.* 10

In primis quædam præludia generaliter adducentur 5
pro sensu dicti *cap.* 15. & postea sigillatim ad casus, in quibus est prohibita, vel concessa supplicatio, procedetur, ut restam usufrequens maneat digesta. Sit igitur, quòd per majorem partem Trium Aularum R. A. fuit resolutum, ut scribit Don Ludovicus à Peguera *decis.* 70. *num.* 9. *tom.* 2. quod quando supplicatur in causis criminalibus, & Regens Cancellariam, qui tenetur causam committere, dubitat an supplicatio admitti debeat, & vult decretare supplicationem, cum deliberatio fieri debet in Aula causarum criminalium, de cujus Concilio fuit lata primitiva sententia; & hoc quia DD. dictæ Aulæ sunt instructi in causa, & sciunt an reus sit condemnatus pro crimine excepto, & possunt deliberare faciliùs, an sit committenda supplicatio, vel deneganda, & etiam quia committere, vel non committere supplicationem æquiparantur delationi appellationis, & ad Judicem primitivum spectat cognitio an sit deferendum appellationi, & ubi non sit deferendum, potest Judex non deferre, & ad executionem procedere sequitur Cancer *var. par. 3 c. 18. num. 37. cum seqq. & par. 1. c. 17. num.* 14. & in civilibus idem observari attestatur Fontan. *tom.* 1 *decis.* 27. *n.* 3.

Quando autem dubitatur in Regio Concilio de com- 6
missione causæ, notatur per scribam mandati (ne fiat præjudicium reo) dies oblatæ supplicationis, & si deliberatur causam esse supplicabilem, committitur causa supplicationis alicui ex Doctoribus Aulæ R. A. Civilis; sin autem deliberatur causam non esse supplicabilem, proceditur ad executionem incontinenti, alio non spectato; prout è converso in causa supplicabili proceditur ad executionem sententiæ, elapso termino ad supplicandum, Font. *tom.* 1. *decis.* 122. *n.* 17.

Si defacto fuerit commissa causa ad unam ex Aulis Ci- 7
vili-

vilibus in casu non supplicabili, tunc Fisci Advocatus Regiæ Curiæ instat eam repellendam, & ejus instantiâ lineatur supplicatio Cruce Sanctæ Eulaliæ, juxta praxim quam affert Reg. Cortiada *decis.* 87. *numer.* 19. *circa finem*, & *numer.* 42. *in fin. & decis.* 98. *numer.* 26. ubi advertit Fisci Advocato Regiæ Curiæ, quod sibi caveat à repellenda supplicationis causa in casibus exceptuatis, juxta *cap.* 15. referens illum, in quo admissa fuit supplicatio per Regiam Audientiam Civilem, delati de vulneribus illatis appensatè, & per insidias, ex quibus potesta vulneratus obiit, (cui non est permissa supplicatio) per errorem, ex quo Fisci Advocatus R. Curiæ non contradixit, nec petiit illam supplicationem Cruce Sanctæ Eulaliæ lineari attestatur de hac lineandi praxi Ramon *cons.* 88. *numer fin.* Peguer. *tom.* 2. *decis.* 42. *numer.* 1. Font. *decis.* 7. *numer.* 16. & 18. & *decis.* 27. *in fin. & decis.* 420. *num.* 24 *tom* 2. Vicecancel. Crespi *obser.* 49. *numer.* 4. & de nostra Jurisprudentia benemeritus Egregius Senator Nobilis Petrus de Amigant *in addit. ad prax. civil.* Peguer *cap.* 27. *numer.* 176. & ab hac lineatione non licet supplicare, Fontan. *dict. decis.* 7. *num.* 16. & *seq.* & *decis.* 27.

8 Commissâ causâ supplicationis in Aula Civilli in casu supplicabili, suspenditur executio primitivæ sententiæ, non solum respectu supplicantium, sed etiam respectu correorum qui non suplicarunt; cum eis prosit futura sententia, ut observatum tradidit Reg. Cortiada *decis.* 106. *num.* 125. & Nos infra *num.* 24.

9 Supplicationis causa terminatur ex eisdem actis, & solùm Procuratori Fiscali Regiæ Curiæ permittitur supplicatio assignationis ad sententiam; nec coram Judice causæ supplicationis possunt recipi novæ probationes, etiamsi de novo emergant ex declaratione Trium Aularum R. A. quæ infra subsequitur, scribit Peguer. *decis.* 70. *tom.* 2. & vide *decisionem nostram.* 48. *par.* 1. & infra *decis.* 53. *numer.* 13. & 14. adeò ut licèt visura sit probatio privilegiata, de qua materia tractant *l. si irruptione* 8. §. 1. *ff. fin. reg. cap. Quia judicante* 9. *de præscrip.* Ripoll *var. cap.* 5. *à num.* 290 & *in prax. rubr.* 21. *numer.* 27. Font. *tom.* 1. *decis.* 239. *numer.* 22. & *dec.* 600. Cancer *var.* 3. *cap.* 17. *numer.* 129. Reg. Cortiada *decis.* 2. *numer.* 15 & *decis.* 21. *numer.* 3. latè Hermozilla ad Lopez *tom.* 2. *pag. mihi* 294. *num.* 22 & *sequent.* Costa *de remed. subsidiar.* 101. *numer.* 4. *cum seqq.* Post. *de manut. obser.* 101. Conciol *ad statut. Eugubii lib.* 6. *rubr.* 7. *numer.* 5. & 6. ea tamen non admittitur coram Judice causæ supplicationis, sentit Ripoll *in prax. civil. rubr.* 27. *numer.* 156.

10 Sic 1. *Septembris* 1617. junctis Tribus Aulis *in facto propositionis factæ per Excellentissimum Locumtenentem utrum in causis supplicationum interpositis à sententiis diffinitivis, vel provisionibus interlocutoriis tormentorum, quæ decidendæ sunt per Magnificos Judices causarum civilium ex eisdem actis, juxta formam cap.* 15. *Cur. ann.* 1599. *fieri possit visura, si in causa supplicationis petatur; fuit determinatum; quod non, sed quod causa supplicationis terminari debeat ex eisdem actis, nihil addito, & quoad articulum visuræ post latam sententiam in causa supplicationis possit de ea haberi ratio coram Judice primitivo, an sit ea concedenda, nec ne.* Et ita cave à doctrina Ripoll *in prax. civil rub.* 27. *d. num.* 156. in eo quod affirmat, Judicem supplicationis remittere ad Judicem primitivum petitionem visuræ (ut de ea rationem reddat) & postea per Judicem supplicationis declaratur super meritis; quia ut patet ex dicta resolutione Trium Aularum, prius declarat Judex supplicationis super meritis, & articulus visuræ est postea de Judice primitivo.

11 Et ita fuit observatum in processu causæ Joannis N. agricolæ, Parochiæ de Vilamajor, Diœcesis Barcinonæ, qui postquam fuerat condemnatus pro portu instrumenti manualis, id est *pedrenyal*, ad relationem Magnifici Monserrati Ramon, Judicis Regiæ Curiæ die 7. Junii 1615. ad triremes per decennium, & fuit confirmata sententia in causa supplicationis, referente Magnifico Hieronymo Senjust, Regiæ Audientiæ Doctore 26. Augusti 1617. Scriba Cessillas, fuit petita, & obtenta visura coram Judice primitivo, & fuit exequuta 8. Junii 1622.

12 Quæ illa ratione fundantur, quam expressit Peguer. *dict. dec.* 70. *tom.* 2. *nu.* 7. quod in criminalibus nunquam os clauditur in causa quoad defensionem Reis; imò licèt non potuerint supplicare, semper ante executionem sententiæ, etiamsi sententia transacta sit in rem judicatam, recipi possunt novæ probationes, ex indulgentia Principis, & si sunt relevantes, taliter quod ex eis appareat sententiam fuisse injustam, solet Locumtenens mandare, quòd non fiat illius executio. Et affirmat fuisse observatum, quòd reus ducebatur ad supplicium, & apparuerunt novæ probationes, & quia visæ fuerunt relevantes, fuit reus reversus ad carceres, & commutata sententia, & aliquando reus liberatus; & quòd sic, licèt non possit reus coram Judice causæ supplicationis novos producere testes; poterit tamen coram Relatore causæ primitivæ, seu coram Locumtenente comparere, & Locumtenens, si probationes sint relevantes, ipsum liberare, vel commutare sententiam, ex latè traditis *in dec* 48. *par.* 1.

Ex his apparet superflua disputatio, quam movet 13
Font. *decis.* 120. & 121. an in criminalibus detur restitutio in integrum minori ad impediendam executionem sententiæ condemnatoriæ; quia ex indulgentia Principis semper audietur minor ante executionem sententiæ, dummodo deducat relevantia; nec recurrere debet ad remedium extraordinarium (cum nec in illo audiretur, si calumniosè, vel malitiosè restitutionem peteret, ut sentit idem Font *decis.* 121. *num.* 7.) quia per remedium ordinarium id ipsum consequi potest. Ad quod facit Textus *in l. Divi Fratres*, §. 1. *ff. de pœnis*, ibi: *Si tamen de se quis mentitus fuerit, vel cum non haberet probationum instrumenta, quæ post ea reperit pœna afflictus sit; nonnulla extant principalia rescripta, quibus, vel pœna eorum minuta est, vel in integrum restitutio concessa; sed id dumtaxat à Principe fieri potest.* Quem textum allegat Carol. Anton de Rosa *in prax. crim. cap.* 12. *numer.* 37.

Pariter animadvertendum venit, quòd semiplena pro- 14
batio delicti sufficit ad repellendam appellationem, seu supplicationem criminosis in criminibus exceptis *in d. cap* 15. ut quotidiè Senatus observat, & sic cum semiplena probatione subiicitur reus quæstionibus, & tormentis; & apponitur ei delatum de crimine exceptuato, & eo expresso, privatur supplicatione: ac etiam cum sufficienti probatione excedente semiplenam probationem condemnatur pro delicto exceptuato ad pœnam extraordinariam, diximus *decis* 44. *nu.* 15 *par.* 1.

Quæ fundantur ex triplici ratione: primâ, nam ver- 15
ba *d. cap.* 15. potius diriguntur ad delicta, & ad causas, quàm ad delinquentes, ibi: *Y que entretant nos puga executar provisiò de tortura, ni sentencia difinitiva, exceptadas las que donarán contra lladres, &c.* dest, *quòd interim exequi non possit provisio torturæ, nec sententia diffinitiva, exceptis illis, quæ proferentur contra latrones, &c.* Et infra: *Plavà sa Magestat, exceptats los casos contenguts en la present Constitució. Y altres en los quals de dret comu no es permesa la apellació in criminalibus*; hoc est. *Placet suæ Majestati, exceptis casibus contentis in præsenti Constitutione, & aliis in quibus ex Jure communi non est permissa appellatio in criminalibus.* Et quando exceptio respicit personas delinquentium, contra eos requiritur plena probatio; quando verò respicit nomina delictorum, sufficit semiplena probatio, cum generaliter tunc excipiantur delicta sine consideratione probationis, ut in terminis indulti generalis probat Mastril. *de indult. cap* 28. *num.* 15. *ex glos. in l.* 2. *verbo commiserint de consti.* Bartol. *in l.* 1. §. *hæc verba, ff. quod cujusc. universit.* Vicecan. Crespi *obs* 28. *numer.* 17. & 18. docens quòd si indultu generali excipiantur delicta, si verba indulti dirigantur ad delinquentes, ut beneficio indulti priventur, requiritur plena probatio; sin autem dirigantur ad nomina delictorum (ut hic: *Exceptàm tantsolament crims, &c.* id est, *excepimus solummodo crimina, &c.*) etiam non probato delicto, beneficio indulti excluduntur; sequitur Basil. *decis.* 35. *numer.* 14. qui idem observari in Regno Siciliæ attestatur.

Secunda, quia etiamsi verba ad delinquentes dirige- 16
rentur, non esset necessaria plena probatio ad excludendum reum in delictis exceptis à beneficio supplicationis; quia in eodem *cap.* 15. à provisionibus tormentorum in delictis exceptuatis prohibetur supplicatio, & ex indiciis arbitrio Judicis, ex Peguer. *decis.* 17. *num.* 9. & 10. & pluribus quos allegat Conciol. *resol. crim. in verbo tortura resol.* 9. *num.* 4 Basilic *decis.* 8. *nu.* 36. aut (prout observamus) ex indiciis, ex quibus resultat semi-

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Socials

ſemiplena probatio, infligitur reis tortura, Farin. *quæ. 37. num 132.* Peguer. *in prax. crim. cap. 12. §. 9. nu. 5.* & nos latiùs de hac re egimus *deciſ. 14. tota par. 1.*

17 Tertia, quia ex ſemiplena probatione qualitatis delicti excluditur reus à beneficio immunitatis Eccleſiaſticæ, ut latiſſimè tuetur Reg. Cortiada *deciſ. 21. nu. 75. cum pluribus ſeqq* & allegat etiam Cancer *var. 3. cap. 10. à num. 118.* & 124. eis adde D. Vicecan. Creſpi *obſ. 28 à nu. 20.* docentem ſententiam eam tenendam eſſe, ut bono publico conſulatur, criminumque frequentia, & hominum malitia evitentur; ſequitur Baſil. *d. deciſ. 35. n. 14.* quæ rationes militant in caſu qui controvertitur.

18 Nec his obſtat Fontan. *tom. 1. deciſ. 120. num. 19.* qui ad privandum reum à ſupplicatione petit plenam probationem; quia ipſe atteſtatur de eo quod non viderat; nec obſtat etiam Guaz. *def. reor. 36. cap. 4. num. 21.* ex Decian. Moderno Romano, & Scaccia, aiens quòd in omnibus caſibus prohibitis appellare, vel à jure communi, vel à ſtatuto, intelligitur, ſi reus fuerit ore proprio confeſſus, aut plenè convictus de delicto, vel repertus in flagranti, aliàs ſecùs: quia nec ipſe, nec ab eo citati loquuntur in terminis ſtatuti, & obſervantiæ in quibus verſamur.

19 Ulteriùs licèt in notoriis non dari appellationem, vel ſupplicationem probat Textus *in cap. conſuluit 14. de appel. cap. pervenit de teſtibus*, docent Clarus *in prax. quæſt. 94. nu. 2.* ubi Baiard. Farin. *quæſt. 21. nu. 117. cum ſeqq. & quæſt. 101. num. 60.* & 124. Scaccia *de appel. quæ. 17. lim. 4. & de Judiciis lib. 1. cap. 97. numer. 119.* Anton. Gomez *var. lib. 3. cap. 1. num. 47.* ubi Ayllon, Azevedo *in l. 3. tit. 18. lib. 8. recop. n. 7.* Barb. *in collect. d. cap. conſuluit 14. nu. 1. & ſeqq.* Salgado *de reg. protec. par. 3. c. 14. nu. 47.* Belluga *in ſpec. rub. 11. §. compendio è nu. 11.* Morla *in empor. tit. 2. quæ 2. nu. 15.* Diana *reſol. moral. 3. par. trac. 5. reſol. 8.* Fragoſo *de regi. Reipub. t. 1. lib. 5. diſp. 12. §. 4. num. 125.* Thoro *in Cod. caſ. 25. nu. 55.* Gabal. *caſ. 262. n. 13.* Guaz. *defen. 36. c. 9.* Anton. Matth. *lib. 46. digeſt. tit. 15. cap. 1. numer. 2.* quos recitat Reg. Matth. *cont. 2. n. 55.* adde D. Barb. *in collec. ad c. Romanæ 3. de appel. in 6. nu. 14.* Balboa *in cap. 4. num. 14 de Judiciis*, latè Gonzalez Tellez *ad d. cap conſuluit 14. de appel.* Carol. Anton. de Roſa *in prax. crim. cap. 12. numer. 20.* Solorz. *de jure Indiar. lib. 2. cap. 27. num. 88.* ubi latè explicat *in nu. ſeqq.* quando dicatur notorium.

20 Attamen quidquid ſit, an in Cathalonia detur notorium, ut animadvertit Fontan. *tom. 2. deciſ. 530. nu. 21. cum ſeqq.* dicere libet quod decrevit Reg. Matth. *in loc. cit. nu. 58.* nunquam vidiſſe in Curia Hiſpana, totius Orbis Emporio, ſine ordine Judiciario aliquem condemnari; ſentit Peguer. *in prax. crim. cap. 1. §. 4. num. 1.* & ſic practicabilis non eſt illa limitatio, maximè in noſtro Principatu, ubi ad id leges ſtatutas habemus, ut recognoſcit idem Fontan. *d. deciſ. 530. num 22.* quia Juris ordine ſervato, per directum procedi debet, Calic. *in Margarita Fiſci dub 8. prærog. 182. & in prærog. militari nu. 35.* & 36. Mieres *in Curia Perpinani Reg. Petri par. 3. 1. col. 6. de condemnatione in criminalibus nu. 1.* Boſch. *dels titols de honor lib 5. cap. 28. verſ. Ni condemnar à mort*, Oliba *de jure Fiſci cap. 3. à nu 25.* Cancer *var. par. 3. cap. 3. num. 44* Berart *in ſpec. viſit. cap. 9 num. 22. & cap. 12. num. 41.* Fontan. *de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4 glo. 19. par. 1. num. 27. & deciſ. 221. num. 18. & deciſ. 268. numer. 9. par. 1.* quos allegat Reg. Cortiada *deciſ. 38. nu. 43.* ipſis adde Gallego *in reſponſ. pro ſui defenſ. cap. 7. numer. 4.* Catell. *de donat. inter. diſc. 2. par. 6. numer 202.* qui allegat Cancer *var. 3. cap 3. num. 111.* Ramon. *conſ. 24. num. 74.* Bolero *de decoct. debit. Fiſc. tit 1. quæſt. 15. num. 31.* Reg. Viloſſa *de fugit. cap. 20. §. 1. numer. 65.* probat Seſſe *de inhibit. cap. 1. §. 5. nu. 80.* Suelvez *conſil. 16. num. 1. & conſ. 42. nu. 2. tom. 2. & antea conſ. 40. nu. 20. tom. 3.*

21 Jura autem id probantia, ſunt Conſt. 2 & 3. *tit. de penas corporals vol. 1. conſt.* quarum prima ad condemnationem alicujus, etiamſi ſit ad manuleutam, poſtulat cauſæ cognitionem, in ſecunda Dom. Rex Alphonſus Secundus diſponit, ut nemo ante defenſionem damnetur, tam per dictum Dom. Regem, quam per Illuſtriſſimam Reginam ejus uxorem, aut per inclytum Infantem Petrum Primogenitum, & Generalem Procuratorem, aut Locatenentes, aut alios Officiales, & Judices; & quòd contra dictam formam, à Curia Regia, nec aliàs ulla littera poſſit expediri. In Uſat. *Alium namque, de jure Fiſci lib. 10. conſt. vol. 1. tit. 1.* ſtatuitur ut per directum debeat judicari, ibi: *Tinguessen justicia, òjutjassen per dret*, id eſt, *juſtitiam haberent, & judicarent ex jure*, quæ verba cum uſatico, & dictæ Conſtitutiones 2. & 3. *de penas corpor.* confirmatæ fuerunt per Sereniſſimum Dom. Regem Petrum Tertium in Curiis anni 1359. *in Conſtit. 15.* quæ incipit *Primerament tit. de confimaciò de conſtit.* quæ per errorem fuit collocata *in 3. vol. Conſt.* in qua ſimiliter cautum eſt, quòd dictæ Conſtitutiones, & Uſaticus obſervarentur ubicumque per Dom. Reg. aut per alium, in contrarium facto non obſtante.

Et ulteriùs dictæ Conſtitutiones 2. & 3. *tit. de pœnas*, 22
fuerunt etiam confirmatæ per Dom. Regem Jacobum Secundum; in privilegio conceſſo Civitati Barcinonæ 4. Idus Septembris 1321. quæ eſt Pragmatica 1. *tit. de acuſac. in 2 vol. Conſt.* & per Regem Alphonſum Quartum in Curia Barcinonæ ann. 1432. *cap. 3.* eſt in ordine Conſt. 4. *tit. de ſomat.* in qua omnes ſupradictæ Conſtitutiones, & Uſaticus iterum confirmantur, & ſimul ſtatuitur, ibi: *Hajam, y fiàm tinguts procehir precedent legitima citaciò, è deguda conexenſa de cauſa, fiem las parts en llurs defenſions oidas, è ſeguida ſentencia difinitiva*, id eſt. *Debeamus, & teneamur procedere legitima citatione, & debita cognitione cauſæ, partes in ſuis defenſionibus audiantur, & ſententia diffinitiva ſequatur.* Concordat Conſtit. *com ſia 3 tit. de ſalari de ſcrip.* Conſt. 9. *tit. de penas corporals*, Conſt. 4. 5. & 6. *tit. de violen y reſtit. de deſp.* En igitur quòd in Cathalonia non procedit limitatio, quòd in notoriis non detur appellatio; quia debet condemnari, Juris ordine ſervato, per directum, & auditâ parte.

Ulteriùs ſupponendum eſt, quòd quando datur com- 23
plicatio cauſarum, quarum una appellationem, ſeu ſupplicationem permittit, altera non; tunc ſi ſuper utraque pronunciatur, tota ſententia erit appellabilis, ſeu ſupplicabilis; exemplum eſt, ſi reo fiat delatum de furto, ſeu de alio delicto, quod in Cathalonia appellationem, ſeu ſupplicationem non admittit; & fiat etiam delatum de crimine aſportationis tormentorum manualium parvæ menſuræ, vel de alio delicto, quod appellationem, ſeu ſupplicationem admittit, eo caſu ſi ſuper utroque pronuntiatum ſit, tota ſententia erit appellabilis, vel ſupplicabilis, probant Carleval *de judic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſp. 12. numer. 8.* ex diverſis exemplaribus noſtri Senatus recitat Regens Cortiada *deciſ 106. numer. 118.* qui *numer. 123.* affirmat, quòd benè verum eſt, quòd Judex poteſt ſeorſum judicare contra reum, de pluribus delictis impetitum, hoc eſt de uno crimine ſeorſum ab alio, ex Sanfel. *deciſ. 158. numer 8.* Thoro *in ſupple. deciſ. verbo Judex an poſſit, fol 314.*

In civili Judicio quando ſententia dicatur habere mix- 24
turam, ita ut pars appellabilis trahat ad ſe partem non appellabilem, agit Urſel. *in apic. concluſ. legal. 128. numer. 1. & ſeqq* Addent. ad Gregor. 15 *deciſ. 232. num. 6.* Rota apud Merlin. *de pignor deciſ. 72. numer. 3.* Conciol. *in ſtatut. Eugubii lib. 3. rubr. 1. numer. 21.* Rubeus *de validit. legal cap. 52. numer. 9. cum pluribus ſeqq. & numer. 46. cum pluribus ſeqq.* Rota cum addit. ad Burat. *deciſ. 177. 337* & 368. Bicchius *deciſ. 274.* Giurba *dec. 101.* Cardinal. Luca *in theat. verit. lib. 15. de Judic. diſc. 36. numer. 21.* Fontan *tom. 2. deciſ. 412.* & 413.

Quando plures ſunt condemnati in una ſententia pro 25
eodem delicto, & unus tantùm appellat, appellatio per unum interpoſita prodeſt aliis complicibus, pro eodem delicto condemnatis non appellantibus, quando eſt una eademque omnium defenſio, ne ex eodem facto ſequantur contrariæ ſententiæ, una abſolutoria, altera condemnatoria, Julius Clarus §. *fin. quæſt. 94. nu. 4. ver. Quero numquid*, Gabal. *reſol. crim. caſ. 75. à n. 4* Farin. *in prax. q. 101. n. 17.* Guaz. *def. 36. c. 3. nu. 13.* ex infinitis Barboſa *in collect. ad cap. una ſententia 72. de appellat. extra. n. 1. cum ſeqq.* ex Peguer. Cancer. Larrea, Amato, Thoro, & aliis Valer. *de tanſ. tit. 2. quæ. 7. n. 5.* ubi latiſſimè de hac re, Conciol. *in ſtatut. Eugubii l. 3. rub. 1. in annot. n. 21.* Carol. Ant. de Roſa *in prax. crim. c. 12. n. 17.* Roc. *t. 2. reſponſ. 17.* Luca *ad dec Franc. 467. n. fin.* Novar. *ad rub. de appel. n. 39.* Rota coram Bich. *dec. 136. n. 6.* Rodoerius ad Marinis *lib. 1. quot. reſol. c. 160.* (ubi agit, an remiſſio partis obtenta ab uno delicti ſocio, alteri profit ad finem, ut mitiùs puniatur, reſolvens *in favorem ſocii*) negat Luca *in animad.* ad Grat. *diſcep feren. cap. 15.* qui aſſerit in criminalibus non dari continentiam cauſæ, affirmat Reg. Cortiada

UAB Biblioteca de Ciències Socials

riada *decis. 506. num. 125.* qui ita tradit observatum in exemplari Josephi N. Magdalenæ, & Margaretæ N. qui ad relationem Nobilis Michaelis Pallarès die 1. Junii 1658. tanquam receptatores rerum furtarum fuerunt condemnati, quòd fustigarentur, bullarentur, ac mulieres bannirentur à Principatu, & Comitatibus per quinquennium, & Josephum N. ad servitium Regiarum triremium; à qua sententia solùm supplicavit Magdalena N. & die 12. Junii 1658. in Regia Audientia Civili, referente Nobili Hieronymo de Codina, fuit dicta primitiva sententia confirmata, commutando solùm, quòd dicta Magdalena N. bullaretur: & post eam latam sententiam, die 12. Julii ejusdem anni fuit concluſum in Regio Concilio (præcedente supplicatione, oblata per dictos Josephum N. & Margaretam N.) eam sententiam eis prodesse, etsi à dicta sententia non appellassent, seu supplicassent. Recitat hujus regulæ limitationem, quando sententia fuerit facta separatim, Luca ad Gratian. *disc. cap. 15. n. 1.* ubi aliàs etiam rem hanc declarat.

26 Pariter appellatio interposita ab uno ex pluribus reis insimul condemnatis ad torquendum, non juvat non appellantes; imò contra non appellantes decretum de torquendo mandatur executioni, Faber *in Cod. lib. 7. tit. 30. def.* ibi: *Cum plures ejusdem criminis Rei essent, Judex interlocutus sit omnes torquendos esse, & ab ea interlocutione quidam ex ipsis appellaverint, placet non eo minus torqueri alios debere, qui non appellantur; quandoquidem de sua, suisque, non de socii scientia interrogatur, proindeque personarum diversitas hac parte factorum separationem inducit, licet de uno eodemque crimine agatur, ita Senatus*, &c. Comprobat Carol. Ant. de Luca ad Vincent. Franch. *decis. 658. nu. 4.* & eo citato noster Romaguera ad Concil. *super statut. Eugubii lib. 4. rub. 6. in addit. num. 14.* & ei etiam adde Valeron. *de transf. tit. 2. quæst. 7. n. 24* Carol. Anton de Rosa *in prax. crim. c. 12. n. 17.* Luca ad Gratian. *c. 15. n. 2.* hanc tamen limitationem non vidi practicatam in nostro Regio Concilio.

27 Similiter hic fertur, quod in homicidio appellatio proposita à mandante, mandatario non prodest, ex Tex. sic intelligendo *in l. minoribus 6. C. de his quibus ut indig.* in illis verbis *cum vos autem etiam accusationem pertulisse, & quosdam ex reis punitos proponatis, licet is, qui mandasse cædem dicitur, provocaverit.* Ubi proponitur, quòd cum plures de homicidio accusarentur, & condemnati fuissent, licet is, qui mandasse cædem dicebatur, appellaverat, cæteros tamen cum effectu punitos fuisse; ac proinde ejus appellationem, qui provocavit, aliis non profuisse, ex eo quia, licèt ejusdem homicidii causa omnes Rei essent; diversa tamen erat defensio ejus, qui tanquam mandatarius accusabatur, & eorum, qui assassinium commiserunt. Unde probata eorum culpa, ex cædis admissione, non debuit punitio propter alterius provocationem suspendi. Quæ cuncta probat Valeron *de transf. tit. 2. quæst. 7. nu 26.* & sequitur Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap. 12. n. 17.* Sed non admitto declarationem in nostra praxi, quando in hoc genere homicidii est prohibita appellatio, *ut in seqq. decis.* dicetur.

28 Et tandem dicitur, quòd appellatio in omni casu est permissa, nisi expressè reperiatur prohibita, ut tradunt DD. *in l. Et in majoribus Cod. de appel.* & ex Tiraq. Surdo, Azevedo, Genuen. Phæbo, Barbosa *in collect. ad cap. Non solùm 7. de appel. in 6. nu. 4* & ex aliis Reg. Matth. *de re crim. cont. 2. n. 2.* Solorzano *in polit. Indian lib. 5. c. 18. versi. Mas dificultad.* Et appellationi in dubio est deferendum, cum sit materia favorabilis, *cap. de priore*, ubi notatur *extra de appel. non recip.* cum citatis Font. *decis. 403. nu. 16. & seq.* Guaz. *decis. 36. cap. 3. nu. 2.* Urselius *concluſ. leg. 128. nu. 5.* Concil. *in statut. Eugubii lib. 3. rub. 1. in annot. nu. 20.* Salgado *de Regia Protec. par. 1. cap. 2. §. 3. nu. 31.* Calvinus *de æquitat. lib. 2 cap. 125. num. 1. cum seqq.* quod procedit etiam, sivè dubium consistat in facto, sivè in re, Salgado *d. §. 3. num. 32. & par. 3. cap. 6. nu. 57.* Franciscus Antonius Tranchedinus *consult. 72. n. 2.* Valenzuela, Velasquez *consil. 76. nu. 21. & 22.* Solorzano *de jure Indiar. lib. 4. c. 9. t. 2. n. 57.*

DECISIO LII.

ARGUMENTUM.

Recitantur casus, in quibus juxta *c. 15. Cur. an. 1599.* & jus commune est prohibita appellatio, seu supplicatio, tam à diffinitis, & interlucutoriis; quàm ab incidentibus civilibus in causis criminalibus. Et quomodo Fiscus juvari possit appellatione, seu supplicatione impetiti, & condemnati, ad augendam ipsius pœnam.

SUMMARIUM.

1 *Lege Julia* de vi publica, *qui afficit injuria appellantes, bonis cum infamia, Fisco delatis, privatur.*
2 *Condemnatus de violatione pacti voluntariè susceptiab eo qui imputatus fuerat de delicto inappellabili, appellare, vel supplicare potest.*
3 *Homicida appensatus supplicare potest.*
4 *Condemnata ob consensum in necem viri per amasium perpetratam, supplicare potest.*
5 *Generaliter est verum, quod in omnibus casibus est permissa appellatio, in quibus de jure non reperitur prohibita.*
6 *Supplicatio, vel appellatio est prohibita criminalibus latronibus publicis, & viarum publicarum grassatoribus; quia publicè interest eos statim puniri.*
7 *Supplicatio est prohibita etiam furibus, juxta cap. 15. Cur. an. 1599.*
8 *Supplicare non potest Plagiarius, id est ille, qui hominem liberum, vel servum alienum sciens vendit, vel aliter alienat, vel ipsum vinctum retinet, vel celat, vel et suadet ut à domino fugiat.*
9 *Plagiarius dicitur etiam ille, qui hominem liberum vinctum retinuit, & de loco ad locum exportavit; nec istum posse supplicare, fuit resolutum in Senatu, junctis Tribus Aulis, & resolutio traditur.*
10 *Supplicare potest receptator furis tantùm, vel rei furatæ tantùm, vel furis, & rei furatæ simul, à sententia contra eum lata.*
11 *Supplicare potest inducens ad plagiandum facinorosos, à sententia criminali.*
12 *Supplicare potest cõducens facinorosos ad plagiandũ.*
13 *Supplicare, vel appellare potest furari attentans, qui si devenit ad actum proximum, furto non sequuto, punitur pœna extraordinaria, cum decis. Senatus.*
14 *Supplicare non potest homicida insidiosus, aut proditorius.*
15 *Supplicare, seu appellare non potest assassinus; quia est homicida proditorius.*
16 *Supplicare, vel appellare potest vulnerans proditoriè.*
17 *Supplicare non potest Reus criminis læsæ Majestatis tam in primo, quàm in secundo capite.*
18 *Supplicare, seu appellare non possunt fabricatores falsæ monetæ.*
19 *Radens, tondens, vel diminuens falsam monetam, à sententia condemnatoria supplicare potest.*
20 *Expendens falsam monetam, vel fabricans instrumẽtum ad cudendum monetam, appellare potest: secus tamen si inter eum, & fabricatorem præcesserit tractatus quòd unus fabricaret, & alter expenderet.*
21 *An in hoc Principata recurrens ad delatum sententiæ criminalis, in qua aut criminosus est delatus de fabricatione tantum, aut delatus de fabricatione cum aliis, præcedente tractatu; & in nullo casu ex his appellare potest.*
22 *Reus nefandi criminis sodomiæ appellare non potest, ubi remissivè de criminis fœditate.*
23 *Supplicare non potest cõdemnatus de raptu virginis, vel mulieris honestæ, si mulier fuerit cognita; auxilator verò, cõsultor, & receptator appellare possunt.*
24 *Datur intelligentia observantiæ Senatus quam recitat Reg. Cortiada.*
25 *In crimine violentiæ super possessione, ex qua neces sequuta fuit, non admittitur supplicatio.*
26 *Intellige, si in violentia super possessione sequatur homicidium: aliàs, si sequatur non super violentia possessionis, datur appellatio, & observat Senatus.*

27 Sup-

27 *Supplicare non potest officialis condemnatus à proprio Judice.*
28 *Sic officialis condemnatus in Syndicatu, quia non est à proprio Judice, appellare potest.*
29 *Officiali condemnato per Judices tabulæ permittitur appellatio, & quomodo.*
30 *Officialibus Regiis perpetuis conceditur facultas appellandi a sententia Regii Visitatoris, ad suam Maiestatem, & ejus S. R. A. Concilium quoad effectum, devolutivum, & visitator Regius in causa appellationis non potest intervenire, nec vovere, ubi decis. Senat.*
31 *Officialis condemnatus, pro rebus extra officium, à proprio Judice appellat.*
32 *Seditionum concitatores, vel duces factionum appellare, seu supplicare non possunt.*
33 *Decisio Senatus.*
34 *Assecla seditionis appellare potest, limita nisi sit seditio contra Principem.*
35 *In casibus prohibitis appellare, sufficit quod reus, vel sit convictus, vel confessus, & hic declaratur.*
36 *Confessus, & convictus non appellat, etiamsi sit convictus per indicia indubitata, & procedet idem in delicto attentato, nisi confessio superveniat post sententiam vel confessio sit qualificata cum qualitate quæ minuat delictum.*
37 *Convictus tantùm, vel confessus tantùm appellare, seu supplicare potest, ubi Senatus observantia.*
38 *Decisio Senatus.*
39 *Fiscus in Cathalonia non appellat, etiam in tribunalibus, in quibus votum non habet.*
40 *Fiscus in Domo Deputationis habet interessentiam, non vovet, & appellat.*
41 *Nec pars, quæ cum Fisco concurrit, appellare potest.*
42 *Nec Fiscus potest expresse adhærere appellationi.*
43 *Appellatione interposita à Reo, & tota sententia fit appellatio communis reo, & Fisco; & sicuti potest minui pœna sententiæ in favorem Rei, ita potest augeri in favorem Fisci, nec licet Reo, invito Fisco, appellationi renuntiare, & ut augeatur pœna, sufficit petere jus, & justitiam fieri, & ministrari.*
44 *In baronum sententiis non ita practicatur; nam in favorem Fisci in appellationibus communibus non peraugetur pœna.*
45 *In Regno Neapolis ex pragmatica, Fiscus non appellat à sententiis absolutoriis, sed si pars appellat ab excessiva condemnatione, Fiscus censetur adhærere appellationi, & potest augeri pœna.*
46 *Traduntur diversæ decisiones Senatus, in quibus aucta fuit pœna reis.*
47 *Alia decisio, in qua diminuta fuit pœna, & passim observatur.*
48 *Fiscus in Cathalonia non appellat ab interlocutoriis.*
49 *Quando in sententia inappellabili quis condemnatur in expensis, damnis, vel interesse, non admittitur appellatio, si pars vellet retractare sententiam, sed potest appellare ab excessiva damnorum, interesse, vel expensarum taxatione.*
50 *Ab incidenti civili in causa criminali, vel mixta licet supplicare, ubi Senatus, & traditur remissivè, quando causa est criminalis, quàdo civilis, quàdo mixta.*
51 *A repulso oppositionis dotalis est permissa appellatio, seu supplicatio uxori.*
52 *Sola mixtura, quòd causa sit partim civilis, & criminalis, efficit, quòd appellatio admittatur, ubi exemplum, & quando dicatur causa criminalis.*
53 *Causa dicitur criminalis, si quod Fisco venit applicandum, fiat principaliter; secùs si in consequentiam ejus quod parti principaliter applicatur.*
54 *Appellatio, supplicatio, seu recursus etiam per viam restitutionis in integrum, non admittitur à declaratione dubii an causa sit civilis, vel criminalis.*
55 *A provisionibus interlocutoriis factis in causis criminalibus, in quibus est prohibita appellatio, quarum damnorum reparari potest in diffinitiva, est prohibitum appellare.*
56 *A decreto torturæ licet appellare, & revocato decreto causa manet ad Judicem ad quem.*
57 *Fundantur in regula generali, quæ traditur, quòd prohibita appellatione in principali, censetur etiam prohibita ab interlocutoriis, quarum damnum reparari potest in diffinitiva.*
58 *In Cathalonia non licet appellare ab interlocutoriis*
59 *Et fundamenta assignantur.*
60 *Consuetudo habet vim legis, & æquiparatur consuetudo cum statutis, & è contra.*
61 *Per statutum generale non tollitur speciale, si invicem compatiantur.*
62 *Sivè præcedat generale, sivè speciale, & regula: generi per speciem derogatur enodatur.*
63 *In consuetudine eadem regula observatur, & in ipsa consuetudine idm est respectu legis, & è contra, & num. 64.*
65 *A provisione citationis ad fines banni non licet appellare, seu supplicare.*
66 *A provisione capturæ non licet appellare.*
67 *A provisione facta in exceptione malæ capturæ non licet appellare.*
68 *Traditur decis. Senatus.*
69 *Referuntur alij casus remissivè, in quibus à jure communi est probibita appellatio.*

INiqua appellatio, quæ fomentum est malitiæ, vel subterfugii reorum, in gravioribus criminibus admitti non debet: è converso, quæ fomentum est justitiæ, admitti oportet, etenim lege Julia, *de vi publica*, qui afficit injuria appellantes, bonis, cum infamia Fisco delatis, privatur: juvant namque leges appellantes, quibus permissa est provocatio, nisi expresse inveniatur prohibita, ut diximus *dec. ant. n. fin.* Quare in casibus à jure non prohibitis appellare, denegari non poterit provocanti hoc beneficium. 1

Hinc condemnatus de violatione pacti voluntariè suscepti ab eo, qui impetitus fuerat de delicto non appellabili, appellare, seu supplicare poterit, qui licet, si de delicto condemnatus fuisset, prohibitam haberet appellationem, non tam illam prohibitam habet, quando condemnatur de violatione pacti, ut passim observamus. 2

Ea ratione homicida appensatus supplicare potest; quia à jure prohibita non habet supplicationem, seu provocationem, ut diximus *par. 1. dec. 46. n. 16.* 3

Sic delata de consensu in necem viri per amasium insidiosè perpetratam, supplicare potest à sententia contra eam lata, quia de jure nostro, nec communi eam supplicationem prohibitam non advenimus, vide *dec. 46.* 4

Hinc que generaliter est verum, quòd in omnibus casibus censetur permissa appellatio, nisi in eis, in quibus expresse reperitur prohibita, quocirca ad dignoscendum casus permissos, dinumerare oportet casus prohibitos. 5

Ad casus igitur deveniendo in quibus, in criminalibus prohibita est juxta cap. 15 Cur. ann. 1599. supplicatio. Est primus in latronibus publicis vel viarum publicarum grassatoribus, cum eo statim puniri publicè interfit. Farinac. *in prax. quæst. 101. numer. 54. & 55. & quæst. 167. num. 91.* Gomez *var. 3. cap. 13. de tortura, nu. 31.* ubi Ayllon-Salgad. *de Reg. proteg. par. 3. cap. 14. nu. 281.* & plures relati à Reg. Cortiada *decis. 106. nu. 114. & seqq.* Peg. *in prax. civil. rub. 27. n. 26. l. Constitutiones 16. ff. de appel. l. si quis filio 6. §. quid. tamen, ff. de injust. rup.* de quorum jurium concordantia videatur cum allegatis Reg. Matthæu *de re criminali controv. 2. num. 3. & seqq.* 6

Verbis enim, *que lladres, ò saltejadors de camins*, expressis in dicto *cap. 15.* non possint supplicare à sententiis contra ipsos latis, comprehenduntur etiam fures simplices; quia dictio illa, *lladres*, vulgari sermone nostro frequentiùs, & aptiùs significat id, quod latinè dicimus fures, & sic juxta dictum capitulum, fures, etiam simplices non possè à sententiis condemnatoriis supplicare, fuit dictum ex majori parte Senatorum, junctis tribus Aulis 12. Julii 1600 quam resolutionem ad litteram transcripsit Regens Cortiada *decis. 160. numer. 116.* & alia exemplaria ad id ipsum adducit *numer. 117.* & noviter fuit tentum in resolutione Trium Aularum R. A. facta 17. Septembris 1680. de qua infra, & nos passim observamus. 7

Pari ratione plagiarius (id est ille, qui hominem liberum, vel servum alienum sciens vendit, vel aliter alienat, vel ipsum vinctum retinet, vel celat, vel ei suadet ut à domino fugiat, quem ita diffiniri *ex l. si liberum 1. l. lege Flavia. 4. l. eum qui 5. l. non statim, §. penultimo, ff. ad l. Flavium de Plagiariis, l. 1. & per tot. C. eodem*, dicit Farinac. *in prax. q. 166. n. 45.* Vico *ad pragmaticas Reg. Sard. lib. 2. tit. 25. cap. 4. num. 1.* quos, & alios allegat Reg. 8

Cor-

Cortiada *dec.* 108. *nu.* 3.) supplicare non potest à sententia criminali condemnatoria contra eum lata; scribit idem Cortiada *dict. dec.* 108. *nu.* 8. ea ratione, quia Plagiarius dicitur etiam fur, prout tradunt Doctores citati.

9 Et cum etiam plagiarius dicatur, qui hominem liberum vinctum retinuit, & eum de loco ad locum exportavit, ut scribit idem Farina. *dict. quæst.* 166. *nu.* 45. vel qui hominem liberum cepit, cuius iustam servitutem adipisci non potuit vt constat ex Deuter. *cap.* 24. Alciat. *lib.* 2. Pereg. (qui multum laborat in exponendis verbis *l. ult. Cod. ad leg. Flav. de plag.* quæ sibi contraria esse videntur; sed rectè ex *C. Theodosian.* restituuntur à Duaren. *lib.* 2. *disp. cap.* 20. ubi plura de dicto delicto commemorat) Solorzano *de iure Indiar. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 103. *& seqq.* istum non posse supplicare, fuit resolutum iunctis Tribus Aulis 17. Septemb. 1680. pro vt sequitur. *In facto propositionis factæ per Nob. Regentem Cancellariam vtrum permissa supplicatione per cap.* 15. *Curiarum anni* 1599. *in causis criminalibus, exceptis latronibus, & grassatoribus viarum, & aliis, quæ exceptio inconcussè observata fuit in furibus simplicibus ex deliberatione R. A. iunctis Tribus Aulis die* 12. *Iulii* 1600. *censeatur prohibita supplicatio Plagiario, qui hominem liberum vinctum retinuit, & eum de loco ad locum exportavit, causa ipsum componendi. Attento, quod Plagiarius, qui hominem vinctum retinet, & maximè si ipsum exportat de loco ad locum causa componendi, furtum committit. Ideò, & altàs fuit conclusum plagiarium, qui hominem vinctum retinuit, & multò magis si ipsum de loco ad locum exportaverit causa componendi, non posse supplicare.*

10 Receptator autem furis tantùm, vel rei furatæ tantùm, aut furis, & rei furatæ simul, appellare, seu supplicare potest à sententia contra eum lata. Ita fuit in Cathalonia observatum in causa Mariæ N. in causa Sperantiæ N. in causa Antici N. in causa Magdalenæ N. vt recitat Reg. Cortiada *dec.* 106. *nu.* 124. qui se refert ad antedicta *in eadem dec. nu.* 97. & 98.

11 Inducens ad plagiandum facinorosos homines, appellare, seu supplicare potest à sententia contra eum lata, Regens Cortiada *dec.* 108. *nu.* 9. qui *nu.* 7. refert ita observatum in casu quem refert.

12 Similiter conducens homines facinorosos ad plagiandum, appellare, seu supplicare potest à sententia contra eum lata, idem Reg. Cortiada *dec.* 108. *n. fin.* & adduxit exemplar Regii Concilii *nu.* 6.

13 Furari attentans, qui, si devenit ad actum proximum, furto non sequuto, punitur pœna extraordinaria, Iudicis arbitrio, iuxta circunstantias facti, ex traditis per Reg. Cortiada *dec.* 106. *nu.* 78. *cum pluribus sequentibus*, appellare, seu supplicare potest à sententia contra eum lata; vidi observatum contra Amete Mahamet, & Iosephum N. referente Magnifico Vincentio Sabater, Iudice Reg. Curiæ 18. Martii 1682. in, & cum qua fuerunt condemnati, quòd fustigarentur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ, & ad serviendum remigando in Regiis triremibus, scilicet dictus Iosephus N. ad quinquennium, & dictus Amete Mahamet per decennium, quo elapso, traderetur Nob. Theresiæ de Cortada, ob furtum per eos attentatum, eò quod, cum dictus Amete fuisset servus per spatium duodecim annorum dictæ Nob. Theresiæ de Cortada, præcedente inter ipsos tractatu, & solicitudine prædicti Iosephi N. prænominatus Amete introduxit eundem Iosephum N. domum dictæ Nob. Theresiæ de Cortada, quam fovet in vico de Moncada præsentis Civitatis, noctu, & hora captata die 16. Decembris proximè dimissi per porticum ipsius dom.s, quem aperuit dictus Amete, clam surripiendo clavem, animo committendi furtum magnum, inter ipsos dividendum, in qua domo captus, & inventus fuit prædictus Iosephus N. & quod dictus Iosephus N. auxilium præbere promisit prædicto Amete, qui aufugere volebat, à qua fuit supplicatum die 13. Aprilis 1682. ad relationem Nobilis Bonaventuræ Tristany. & fuit confirmata sententia.

14 Secundus casus expressus in *d. cap.* 15. est in homicida insidioso, aut proditorio, qui à sententia contra eum lata appellare, seu supplicare non potest, Font. *dec.* 120. *à nu.* 17. *par.* 1. Peg. *in prax. civil. rub.* 27. *nu.* 27. Regens Cortiada *dec.* 96. *n.* 69. qui id comprobant à iure communi *ex l.* 2. *Cod. quor. appellat. non recip.* de iure Castellæ Gomez *var.* 3. *cap.* 13. *num.* 31. *vers. Octava limita, ex l.* 16. *par.* 3. *titu.* 23. ubi Gregorius Lopez & DD.

Etiam assassino, quia est homicida proditorius, ut latè, & doctè expendit Regens Cortiada *dec.* 95. & 101. non datur appellatio, seu supplicatio in sententia lata in crimine assassinii; ex Farin. *in prax. par.* 3. *quæst.* 101. *nu.* 55. & *p.* 4. *q.* 123. *n.* 56. & *alios*, Regens Cortiada *dec.* 95. *n. fin.* Salgad. *de Regia protect. par.* 3. *cap.* 14. *nu.* 35. 15

Condemnatus verò pro vulneribus proditoriè illatis (non obstante *cap.* 15. Cur. an. 1599. de quo casu non loquitur) potest supplicare. Ita fuit resolutum iunctis Tribus Aulis (verbo tantùm) de mense Octobris 1668. & fuit admissa supplicatio Hyacinti N. Ville Terrassiæ condemnati ad remigandum in Regiis triremibus per septennium, & dictam observantiam insequendo die 10. Iunii 1671. fuit admissa supplicatio Iosephi N. loci de Codolla, Diœcesi. Illerdens. à sententia, referente Magnifico Michaele Ioanne de Taverner & Rubi I. R. C. scriba Riambau, facta (in qua fuerat condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando ad decennium pro vulneribus proditoriè illatis die 18. Aprilis 1671. in personam Celidonii Company, & fuit causa supplicationis commissa Magnifico Iosepho Aleny, ad cujus relationem fuit primitiva sententia confirmata die 17. Iunii 1671. Alia exemplaria retuli *dec.* 11. *par.* 1. *nu.* 21. *& seq.* 16

Tertius casus, qui exprimitur in dicto *cap.* 15. est in criminale læsæ Maiestatis tam in primo, quàm in secundo capite, quia huius criminis Rei impetiti, & condemnati, appellando, seu supplicando, non admittuntur, Peg. *in prax. civil. rub.* 27. *n.* 28. Regens Cortiada *dec.* 104. *nu.* 29. *in fine*, facit Text. *in l. Constitutiones* 16. *ff. de appellationibus*, *l. si quis filio* 6. *§. quid tamen* 9. *ff. de injust. rup.* qui loquuntur in seditiosis, de quibus infra latiùs, & de iure communi, explicat hanc rem Farin. *quæst.* 101. *nu.* 9. *cum pluribus sequentibus*. Alfaro *de offic. Fiscalis*, *glos.* 20. *nu.* 338. 17

Quartus casus est in fabricatoribus falsæ monetam, quia à sententia contra se lata appellare non possunt, vt in eodem *cap.* 15. disponitur; imò ultimo damnantur supplicatio, sine appellandi remedio, *ex l.* 1. *Cod. de falsa moneta*, Peg. *in prax. civil. rub.* 27. *nu.* 29. & *dec.* 85. & ex Romano, Angelo, Baldo, Maranta, Gomez, Valle, & aliis scribit Salgad. *in par.* 3. *cap.* 14. *n.* 30. Reg. Cortiada ex pluribus quos allegat *dec.* 87. *nu.* 42. ubi recitat exemplaria Regii Senatus, & ex infinitis Pasqualigius ad Franc. *de contr. inter Episc. & Reg. super Bulla Verb.* 8. *nu.* 1359. *de monetariis*, & latissimè rem hanc monetarum pertransit *a pag.* 350. *usque ad* 384. Romaguera in Concil. *annot. super statut. Eugibit lib.* 4. *rub.* 45. *num.* 12. 18

Radens, tondens, vel diminuens falsam moneta, à sententia condemnatoria contra eum lata potest appellare, vel supplicare. Reg. Cortiada *dict. dec.* 87. *nu.* 44. ubi refert duo exemplaria Senatus, cum quibus fuit recessum ab observantia antiqua, recitat, & sequitur Peg. *d. dec.* 85. quem citat Rovitus *prag.* 1. *de monet. nu.* 6. Merlinus *cent.* 2. *cont.* 26. *nu.* 7. Novar. *in dict. prag.* 1. *collec.* 2. *nu. fin.* Luca ad Franc. *dec.* 351. *nu.* 2. Romaguera *loco citato nu.* 12. 19

Expendens falsam monetam, à sententia condemnatoria contra eum lata appellare, vel supplicare potest, scribit idem Reg. Cortiada *dict. dec.* 87. *nu.* 43. Romaguera in Conciol. *annot. super stat. Eugub. lib.* 4. *d. rub.* 45. *nu.* 12. ex pluribus Thoro *par.* 1. *in comp. dec. verbo appellatio denegata*, etiam in casu fabricantis instrumenta ad cudendum monetam, fuisse admissam supplicationem, scribit idem Reg. Cortiada *n.* 44. sed declarat Luca *dec.* 351. ad Franc. quòd si expendens falsam monetam, scienter fabricationi operam, & auxilium prestat, expendendo, ita ut fabricatores, si non habuissent expendentem, non cuderent illam monetam falsam, & frustra operam, & oleum consumerent, quòd tunc expendens maiori ratione appellare prohibetur, etenim expendentium opera necessaria est omninò fabricantibus, ex Menoc. *de arbit. lib.* 2. *cen.* 4. *cas.* 316. *nu.* 31. Mastril. *de indult. cap.* 27. *nu.* 20. Farinac. *in prax. quæst.* 115. *nu.* 127. & pœna statuta contra principales falsatores, imponitur auxiliatoribus, & cooperantibus; ut declarat Addit. Fari. *d. quæst.* 115. *nu.* 24. aiens sic, quòd quando inter fabricatorem, & expensorem præcessit tractatus, 20

& con-

& conventio quòd unus fabricaret, & alter expenderet; quia tunc dicitur auxilium præstare in eodem delicto, & ad delinquendum: ex Merlino supra citato, eo in casu expendens appellare prohibetur, & allegat Conciol. *in verbo moneta falsa, resol. crim. 4. nu. 16.* qui secus esse tradit, si non præcessit tractatus.

21 Atverò in hoc Principatu recurre ad latè tradita per Nos *par. 1. dec. 46. nu. 10. cum seqq.* nam supplicatio, seu appellatio conceditur, vel denegatur ex delato, seu causa delati, quę exprimitur in sententia condemnatoria, & sic aut criminosus est delatus de fabricatione falsæ monetæ tantùm, aut delatus de fabricatione falsæ monetæ cum aliis, præcedente tractatu, & in his casibus non poterit supplicare; secùs autem si tantùm de ope, & auxilio in fabricatione falsæ monetæ, cum iuxta litteram dicti *cap. 15.* auxiliator prohibitam appellationem seu supplicationem non habeat.

22 Quintus casus, qui exprimitur in dicto *cap. 15.* est in culpato de crimine nefando sodomiæ, qui appellare, seu supplicare non potest à sententia contra se lata, Peg. *in prax. civil. rub. 27. n. 30.* quod fundatur, nam atrocissimum sodomiæ crimen à quacumque etiam dispositione favorabili censetur exceptum; ut ex infinitis scribit Reg. Cortiada *dec. 89. nu. 68.* qui docet sodomitam immunitate Ecclesiastica non gaudere, de cuius criminis fœditatæ, execratione, ultra adductos à Reg. Cortiada, videndi sunt Ansald. *de iurisd. par. 4. cap. 1. tit. 5. nu. 12. & cap. 2. à num. 43.* Basilic. *dec. 4. nu. 8. cum seqq.* ubi de indiciis contra sodomitam, Rovitus *in prag. 1. 2. & 3. de sodomit.*, Novar. *ibidem prag. 1. col. 1.* ubi specialia in eius odium statuta discurrit, *& col. 2. & prag. 2. collect. 3. & prag. 3.* allegat Cavalc. *decis. 13. par. 5.* Mastril. *decis. 295. par. 3.* Ricc. *Cur. Archiep. dec. 88. par. 2.* ubi latè de indiciis, cum Peg. *dec. 76.*

23 Hi sunt casus, qui litteraliter expressantur in dicto *cap. 15.* sed præter expressos, etiam prohibet appellationem criminosis, qui de iure communi appellationem non habent, quare eos discurrendo. Sit sextus casus, in condemnato de raptu virginis, vel mulieris honestæ, qui à sententia contra se lata appellare non potest *ex l. 1. in fine, Cod. de raptu virginum*, ibi: *Quibus, etsi appellare voluerint, nullam damus licentiam, secundùm antiquæ Constantinianæ legis diffinitionem*, tradunt Peg. *in prax. civili rub. 27. nu. 31.* Farin. *in prax. quæst. 101. nu. 48 & seqq.* Gomez *var. 3. cap. 13. de tortura nu. 31.* & ibi Ayllon *nu. 32.* Salgado *de Regia protect. par. 3. cap. 14. nu. 27. cum seq.* qui ex Farinac. asserit, illud intelligendum esse in principali raptore, secùs autem in sociis, auxiliatoribus, & receptatoribus, qui appellare possunt, & adhuc illud declarat procedere, quando mulier fuit rapta, & cognita; aliàs appellationi est deferendum.

24 Nec his obstat decis. relata à Reg. Cortiada *tom. 1. dec. 89. nu. 41.* quam recitat factam in Regio Concilio die 8. Februarii 1601 contra Petrum N. delatum de raptu Agnetis Durbana domicillæ, quam una cum aliis rapuit in Regio itinere, quo itur à Villa Castrifidelium ad Villam de Sities, in loco *de las Costas de Garraf*, & de vulnere, per eum ense evaginato appensatè in capite Antonii Bastida, cum quo treugas firmaverat, illato, ex quo postea mors sequuta fuit, nec non de portu instrumenti manualis vulgo *pedrenyal*, qui ad relationem Magnifici Joannis Magarola fuit declaratus reus mortis, & quòd laqueo per collum suspenderetur in alta furca, in qua, non obstante, quod fuit lata sententia in crimine raptus, fuit admissa supplicatio in Regia Audientia civili 14 Martii 1601. ad relationem Magnifici Hieronymi Aitor, & extitit confirmata; quia respondetur, quod hoc fuit propter complicationem causarum supplicabilium, unde fit tota sententia supplicabilis, vel appellabilis, ut dicitur *in dec. antec.* Ac etiam responderi potest, quòd eo in casu fuit admissa limitatio tradita à Farinac. & Salgado in locis suprà citatis.

25 Septimus casus est, in crimine violentiæ super aliqua re, vel possessione, ex qua neces fuit sequuta, ex *l. quoniam multa facinora 6. Cod. ad l. Iul. de vi pub.* ibi: *Nec interposita provocatione, sententiam, quæ in eum fuerit dicta, suspendat*, & ibi DD. in qua dicitur non suspendi capitalem condemnationem per appellationem interpositam ab eo, qui violenter volens aliquem expellere à sua possessione, causam dederit homicidio, Anton. Gomez *var. 3. cap. 13. nu. 31. vers. 5. limita*; & ibi Ayllon, Farin. *in prax. quæst. 101. nu. 57.* Salg. *de Reg. protec. par. 3. cap. 14. n. 41.*

Hæc intellige in casu, quo ipsa lex litteraliter loquitur; quia iura, quæ prohibent appellationem, sunt odiosa, & sunt strictè intelligenda, ex Barbos. cum pluribus allegatis *in cap. ut debitus, 59. de appellat. extra, nu. 13.* & sic non est extendenda extra casum homicidii sequuti ratione violentiæ in possessione usurpanda, & ita hanc rem intellexit Senatus, me referente (per promotionem Nobilis Hieronymi Magarola ad Aulam Civilem Nob. Regentis Cancellariam) 15. Iunii 1672. scriba Badia, in sententia lata contra Ioannem N. canonerium Civitatis Vici, qui fuit declaratus reus mortis, eo quia proditorie, & appensatè projecit iactum tormenti manualis parvæ mensuræ, id est *pistola* in personam Ioannis Miralpeix, revenditoris Civis Barcinonæ circa horam septimam post meridiem die 20. Iulii 1670. in surburbio dictæ Civitatis Vici, inter portale dictum *de las Mallolas*, & Hospitale Generale dictæ Civitatis, in quo loco propter saltationes, vulgò *balladas*, quæ fiebant ob festum Sanctæ Margaretæ, aderat magnus concursus gentium, & ipse Miralpeix unà cum aliis personis in circuitu inspiciebat dictas saltationes, qua de causa compiures, qui in dicto concursu existebant, commoti fuerunt, & projecti fuerunt per ipsos, & etiam per dictum Ioann. N. alii jactus tormentorum manualium, & ex his fuerunt sequutæ neces in personas Monicæ Vilardell, & Siciliæ Prat impuberum, in eodem loco existentium: in hac causa fuit admissa supplicatio, quia erat extra terminos *d. l. quoniam multa facinora*; quia non erat in nece propter spoliationem possessionis; atverò pendente supplicationis causa, Excellentissimus Dominus Locumtenens commutavit pœnam mortis ad serviendum per triennium in præsidio Villæ Podicerit-aniæ, ut latiùs dicitur *dec. 64.* 26

Octavus casus est in delicto in officio patrato, quod appellationem non recipit, si sententia sit proprii Judicis, *l. nulli 3. Cod. quorum appel. non re.* ibi: *Nulli officialium à sententia proprii Judicis provocatio tribuatur*; & ibi DD. Farin. *quæst. 101. num. 83.* Xamm. *de offic. Judic. par. 1. quæst. 14. nu. 50.* Reg. Matthæu *de re crim. cont. 2. num. 52.* Berart. *de visitatione cap. 27. num. 6.* Peg. *in rub. 27. prax. civil. num. 35.* & ibi Addit. Nob. Petri de Amigant *num. 176.* qui tradit ita resolutum in R. C. ipso referente contra Bernardum N. Bajulum loci de Premià, qui cum supplicasset à sententia contra eum lata 29. Aprilis 1671. Actuar. Famada; postea die 16. Maii ejusdem anni fuit in R. C. supplicatio signata Cruce Sanctæ Eulaliæ. Et referente eodem Nobili Relatore, fuit declaratum in R. C. die 13. Julii 1672. contra Jacobum N. commentariensem carcerum Regiorum hujus Civitatis, qui ab malam custodiam fuit condemnatus ad Insulam per quinquennium, & ad emendam damni, occasione fugæ cujusdam carcerati; & quia fuit à proprio Judice in causa officii condemnatus, ei fuit denegata supplicatio, dispuncto articulo. 27

Duo copulativè requiruntur, ut officiali non detur appellatio; primum, quòd sit à proprio Judice, & secundum, quòd sit in rebus officii: quoad primum; quia quando officialis condemnatur in syndicatu, vel residentia, cum non sit condemnatus per proprium Judicem, appellatio ei admittitur, Farinac. *d. quæst. 101. num. 89.* Scac. *de appellat. quæst. 17. lim. 16. nu... cum seqq.* Berart. *de visit. cap. 27. num. 5. & 6.* Solorz. *de jure Indiarum tom. 2. lib. 4. cap. 8. num. 59. & 71.* Mastril. *de Magist. lib. 6. cap. 12. tot.* Guaz. *def. reor. 36. cap. 10. nu. 3. & 5.* Salga. *de Reg. protec. par. 3. cap. 8. ex num. 3.* & plures quos allegat Reg. Matth. *de re crim. cont. 2. nu. 52. cum seqq.* à quibus non discedit Conciol. *in annot. ad stat. Eugubii lib. 3. rub. 10.* 28

Et sic in hoc Principatu respectu officialium temporalium, qui purgant tabulam extat Const. *Sotsveguer 4.* & Const. *Ordenam 7. tit. de offici de Jutjes de taula*, & in hac disponitur quòd officialis, per Judices tabulæ condemnatus in quantitate, vel re valoris quingentorum solidorum, vel minoris, non possit à condemnatione contra eum facta appellare, condemnatus verò in quantitate, vel re valoris ultra dictos quingentos solidos, vel etiam in minori tangente infamiam, vel infli- 29

infligente pœnam corporalem, possit appellare semel tantum. Quæ intellige, nisi sit sententia appellationis revocatoria primæ, quo in casu etiam optimè ad Regiam Audientiam appellatur. Hæc comprobant Berart *de visit. cap.27. num.7. & pluribus seqq.* Canc. *var.3.cap.12. nu.181. & seqq.* Romaguera *in annot.* Conciol. *super statut. Eugubii lib.1.rub.19. in addit. num.37. & 38. & seqq.* qui resolvunt, quòd etiam in casibus quibus prohibita est appellatio, non prohibetur de nullitate dicere.

30 Respectu Officialium Regiorum, qui perpetui dicuntur, condemnatis in Regia visita conceditur, facultas appellandi ad suam Majestatem in Supremo R. C. Coron. Arag. quoad effectum devolutivum, & non suspensivum *ex cap* 15. Cur. an. 1599. Berart *d. cap.27. num.25. & 46.* Xam. *in addit. post tract. de offic. Judic. nu.3.* ubi proponit decisionem S. R. C. A. factam die 9 Augusti 1614. ubi fuit declaratum Regium visitatorem non potuisse intervenire, nec votum præstare in causa appellationis interpositæ à sententia per ipsum pronuntiata. Et idem fuit declaratum die 6. Julii 1680. ad relationem admodum Illustris eruditissimi Domini Don Gregorii Xulve de Concilio suæ Majestatis, ac Regentis Regiam Cancellariam in S. S. R. Aragonum Concilio, in favorem Fisci Procuratoris Regii patrimonii, & Magnificorum Vincentii Sabater (nunc R. A. D.) Thomæ Marannosa, & Nobili Don Raphaelis de Noxò V. I. DD. de Concilio suæ Majestatis in Regia Bajulia Generalis Cathaloniæ, & contra Consules, & alios officiales Logiæ Maris Barcinonæ in causa appellationis, à sententia lata in Regia visita die 28 Aprilis 1678.

31 Pariter dicitur non posse officialem condemnatum à proprio Judice, in rebus officii appellare, nam in rebus extra officium permissa est appellatio officiali condemnato à suo Judice, scribit Reg. Matth. *de re crim. dict. cont.2. num.54.* probat ex dict. Tex. *in dict. l. nulli*, in illis verbis: *Nisi in eo*, ex variis Farinac. *in prax. dict. quæst.102. num.87.* Guaz. *def.36. cap.10. num.5.*

32 Nonus casus est, in seditionum concitatoribus, vel ducibus factionum, qui à sententia contra eos lata appellare, seu supplicare non possunt; *l. Constitutiones 16. ff. de appellat.* ibi *Vel seditionum concitatores, vel duces factionum*; & ibi communiter DD. Peg. *in prax. civil. rub.27. num.28.* Salgado *de Reg. protect. par.3. cap.14. nu.28.* Reg. Matthæu *de re crim. cont.2. nu.3. cum seqq.* Farin. *in prax. dict. quæst.101. num.12. & 53.* & plures alligati à Regente Cortiada *dec.104. num.27.*

33 Ita fuit observatum die 23. Februarii 1671. in facto F. P. R. C. contra Petrum N. Agricolam loci de Borrada, Abbatiatus Rivipulli, dolatum, & inculpatum, quod diebus primo, & secundo Junii 1670. in vico nuncupato *de Jesus*, territorii Barcinonæ prope mœnia illius, & concitatorem se fecit seditionis, extollendo, & afferendo vexillum ad tumultum concitandum, turbulentis acclamationibus coadiuvando messores armatos tormentis manualibus, & alios, armis prohibendo ne locarent operas, ad segetes metendum, efficiendo minanter, & violenter, ut alii desisterent ab opere metendi segetes maturas, & ministri Regii, ut liberarent quosdam captos, & detentos de eorum mandato in Regiis carceribus aliter minando omnia comburere, & signanter turrim, & domum cujusdam Doctoris Regii Concilii; sic plebem defendentem contra superiorem Magistratum; resistendo cum armis, & minis illius mandatis, quietem, & publicam disciplinam rei publicæ perturbando, qui ad relationem Nobilis Hieronymi Magarola, tunc Judicis Regiæ Curiæ, fuit dictus Petrus N. declaratus reus mortis, & executa sententia sine ulla supplicatione.

34 Affecta seditionis, aut tumultus appellare, seu supplicare potest, ut scribit Reg. Cortiada *d. dec.104. nu.29.* ubi adducit observantiam nostri Regii Sen. & inquit, falli, si seditio fuerit concitata contra Principem; nam talis affecta seditionis nec appellare, nec supplicare potest; quia committit crimen læsæ Majestatis, ut ipse dixerat *num.9.* & reus criminis læsæ Majestatis in Cathalonia non appellat, nec supplicat, ut suprà diximus.

35 In his ergo casibus (qui magis frequentes sunt) in quibus condemnatis prohibita est appellatio, non requiritur quod sint simul convicti, vel confessi, sed sufficit, quòd vel sint convicti tantùm, vel confessi tantum; ut affirmat Peg *in prax. civil. rub.27. num.33.* Carol. Ant. de Rosa *in prax. crim. capit. 12. n.19.* & adhuc in recitatis casibus non debet reus convinci, nisi per semiplenam probationem, ut diximus *dec. antec.*

Decimus casus est, in confesso, & victo, qui ap- 36
pellare, vel supplicare non potest, *l. observare 2. C. quorum appellat. non recip.* ibi *Ne quis homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis convictus testibus superatus, voce etiam propria vitium, solusque confessus audiatur appellans*, Peg. *rub.26. prax. civil. nu.34.* & Ripoll *nu.170.* (ubi illud admittit in confesso, scilicet judicialiter, & non extra judicialiter) & hæc est opinio admissa tam de jure civili, quàm de jure Canonico, Clarus *in prax. quæst.95. num.1.* & sufficit esse victum per indicia indubitata, Farina. *quæst.101. nu.128.* Scacc. *de appel. quæst.17. lim.4. nu.5.* Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.12. num.19.* de materia Salga. *de Reg. protect. par.3. cap.14. à num.10. ad 23.* Marin. *var. resol. lib.1. cap.150. nu.10.* (ubi recenset casus prohibitos appellare de jure) Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. d. cap.12. num.18.* Gonzalez Tellez *ad cap. consuluit 14. de appellat. num.2. & fin.* Guaz. *def. reor. 36. cap.11.* ubi *num.5.* dicit procedere etiam in delicto attentato, ex Scacc. *de appel. qu.17. lim.4. num.13.* Luca ad Franc. *dec.556.* latè, ubi id limitat ex Scacc. Farin. & Guaz. citatis, nisi confessio superveniat post sententiam; nam tunc potest confessus, & victus appellare, ubi etiam de confesso qualificato. Novar. *super prag.4. collec.5. de appellat.* ubi *nu.7.* docet confessionem non debere esse qualificatam, cum qualitate quæ minueret delictum, ex Franc. *dic. dec.556.* & ibi Luca.

Victus enim tantùm, appellat, *l.2. §.1. vers. Aut* 37
minima voce sua confessus sit, Cod. quorum appella. Gomez *var.3. cap.13. à num.31.* Vivius *communium opinionum 50. num.5.* Scacc. *de appel. quæst.17. lim.4. num.72. & seqq.* latè ex pluribus Guaz. *defens.36. cap.12.* & confessus tantùm etiam appellat, ut iste prosequitur *cap.13.* qui varios allegat, Barbosa *in collec. ad cap. Romana 3. de appell. in 6. num.13.* Luca ad Franc. *d. dec.556. num.5.*

Et quòd in Senatu concurrere debeant hæc duo, quòd 38
reus si victus, & confessus, ut non possit appellare, passim observatur, & fuit dictum die 23. Novembris 1667. contra Joannem Baptistam à Nativitate maurum, repertum cum quodam instrumento manuali, vulgò *pistola* in Palatio Regio, de qua relatiùs *in dec.58.*

Undecimus casus est, in Fisco, qui licet de jure com- 39
muni appellare possit, *l. illud 9. ff. de appellat.* Pereg. *de jure fisci lib.7. tit.4. num.1.* Canc. *var.1. cap.17. num.17.* Xamm. *de offic. judic par.2. qu.6. n.39.* Guaz. *def. reor.39. cap.14. num.1.* qui *num.2.* affirmat de consuetudine totius Italiæ, Mediolani, & Neapolis, Fiscum non appellare, Farin. *quæst.10. n.30. cum seqq.* Rodoer. ad Marin. *l.1. cap.150. num.1.* Ciarl. *lib.1. cont. cap.10. num.2.* Manfrella ad Latro *dec.78. num.13. & ad decis.165. num.1. & 187. num.14.* Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.11. in princ.* Conciol. *ad statuta Eugubii lib.3. rub.14. in annot. num.6.* & ibidem Additionator Romaguera *in addit. num.14.* ubi remissivè tradit DD. de hac re latè agentes, Rovitus, & Altimarus *decis.14. num.4.* Ripoll *in prax. ad d. rub.27. num.119. & seqq.* de jure nostro Cathaloniæ appellare non potest à sententia criminali contra eum lata, Const. *Per to ldre 7. tit. de appell.* Peg. *in prax. d. rub. 27. num.36.* & ibi Ripoll, Ferrer. *3. par. obs. cap.7. & 24.* Font. *decis.122.* Canc. *var.1. cap.17. à n.15. & var.3. cap.18. n.29.* ubi limitat in aliquibus casibus, Xammar *de offic. Judic. par.2. d. quæst.6. num.39.* Rodoer. ad Marin. *d. cap.150. lib.1.* ubi de simili prohibitione in Regno Neapolis, & affirmat posse Fiscum dicere de nullitate, *numer.8.* ex Farin *quæst.102. num.111.* Franc. *decis.248. num.7. & 467. numer.4.* Novar. *decis.41. num.8.* & aliis Berart. *de visit. cap.27. num.28. cum seqq.* qui asserit *num.83.* in Cathalonia non solùm Fisco prohibitam esse appellationem in causis vertentibus in R. A. in quibus Fisci Advocatus habet votum decisivum, sed indistincte in omnibus Tribunalibus Regiis, quia jus illud Cathaloniæ fundatur in consuetudine generali, & ad tollendas vexationes subditis per hujusmodi appellationes, & licet adversus eum fortiter insurgat Xammar *de offic. Judic. part.2. dict. quæst.6. à nu.39. usque ad nu.52.* in quo affirmat, quod praxis, & observantia Cathaloniæ est, quòd in R. A. in Bajulia Generali Cathaloniæ, & in officio

Magistri Rationalis Advocatus Fiscalis in causis Fiscalibus votum decisivum præbet, & Procurator Fiscalis non appellat; sed in Curia primogeniti, & in aliis Curiis Regiarum Vicariarum, & Bajulorum Advocatus Fisci non vovet; unde apparebat esse dictum Xammar opinionis, quod in his, in quibus non vovet, debet appellare; attamen ultimò etiam assentit, quòd indistinctè observatur in omnibus Tribunalibus, Procuratorem Fiscalem non appellare, & *n.* 57. discurrit limitando regulam, referens casus, in quibus admittitur Fiscus ad appellandum.

40 In Domo tamen Deputationis, cum Fiscus tantùm habeat interessentiam, quando causa vovetur, & non voveat, appellatio ei conceditur, ut ex observantia Domus dicit Ripoll *in prax. civil. dict. rub.* 27. *numer.* 120. unde infertur, quòd hæc materia potius ex consuetudine, quàm ex jure regulanda venit, nec ex ratione, quæ reddi facilè non potest, commensurari valeat, nam in aliquibus Tribunalibus, in quibus non vovet Fiscus, appellare potest, & in aliis, etsi non voveat, appellatio ei denegatur.

41 Nec potest pars appellare, quæ partem facit cum Fisco, cum nec processus dicatur partis, sed Fisci, cujus nomine fiunt omnia procedimenta; sequitur Fonta. *dec.* 123. *num.* 16. & ita fuit responsum 14. Julii 1636. Gerundæ Doctori Escura, Assessori Capitanei Generalis, per Magnificos Franciscum Ferrum, Fisci Advocatum, Ioseph. Massò, Michaelem Joannem Magarola, & Jacobum Mir. DD. R. A.

42 Neque Fiscus appellationi expressè adhærere potest, quia adhæsio est species appellationis, ad tradita per Amat. *resol. 9. lib.* 1. nec quod Fisco est prohibitum per directum, potest ei per indirectum concedi, ut argumentatur in his terminis Fran. *decis.* 467. *num.* 6. Peg. *in prax. civil. rub.* 27. *num.* 39. qui *num.* 40. affirmat quòd quamvis appellatus, ex dispositione *l. ampliorem* 39. *Cod. de appellationibus* possit juvari appellatione, non tamen procedit in Fisco, qui per dictam Constitutionem *Perteldre* 7. *tit. de apellat.* non est capax appellationis, & ille Textus *in l. ampliorem* intelligitur, data capacitate ad appellandum.

43 Appellatione tamen interpositâ a reo uti gravato, à tota sententia fit appellatio communis reo, & Fisco ipso jure, ita ut, sicut potest minui pœna sententiæ in favorem privati, ita augeri in favorem Fisci. Canc. *var.* 1. *cap.* 17. *numer.* 15. Gallego in suo responso pro Syndicatu *cap.* 9. *num.* 17. Peg. *in prax. civil. rub.* 27. *à nu.* 36. Adeò fit communis appellatio, ut appellans non possit, invito appellato, renunciare appellationi expressè, vel tacitè, Peguera *in prax. civili rub.* 27. *num.* 45. Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. c.* 11. *num.* 2. & *num.* 26. & generaliter id ipsum probatur ex *l. fin. Cod. de appellat.* Canc. *var.* 1. *cap.* 17. *n.* 96. Scacc. *de appel. lib.* 3. *quæs.* 17. *c.* 2. *lim. nu.* 95. Mar. ad Reyer. *decis.* 504. *num.* 2. Galerat. *de renunc. cent.* 2. *renun.* 173. *n.* 16. Font. *dec.* 412. *nu.* 13 & his relatis Luca ad Franc. *dec.* 467. *n.* 2. Rovit. *tom.* 1. *consil.* 19. *num.* 6. & ibi Altimarus *n.* 5. Tuncque Fiscus pro incremento pœnæ tenetur petere ad sententiam assignari, & jus, & justitia fieri, & ministrari, ac quatenus opus sit, in ejus favorem sententiam reformari, Peg. *in prax. civil. d. rub.* 27. *numer.* 55. & *decis.* 196. Font. *dec.* 282. *numer.* 15. & *antea decis.* 122. *num.* 3. & *sequenti*, & *decis.* 123. ubi ait, quòd sufficit dicere ad sententiam assignari, & jus, & justitiam fieri, & administrari; absque eo quòd petat, & si opus sit, in ejus favorem sententiam reformari; sequitur Luca ad Franch. *decis. d.* 467. *nu.* 5. Ripoll. ad Peg. *d. rub.* 27. *n.* 177. & *seqq.* qui *num.* 179. scribit, hæc intelligenda esse in connexis; secùs si diversa essent capitula sententiæ, & victus solùm appellaret quoad partem, & ibi additio Nobilis de Amigant, qui allegat Font. *dec.* 413 *n.* 1. & alios, quibus adde Canc. *var.* 1. *cap.* 17. *num.* 96. Giurba *decis.* 30. Castillo *dec.* 64. Amat. *resol. 9. n.* 4. & alios per Luca *dict. dec.* 467. *n.* 2. *cum seqq.*

44 At verò in Baronum sententiis, per adhæsionem Fisci in casu quo appellatio simpliciter interponitur, augeri pœnam non posse, ait Font. *decis.* 123. *n.* 17. & *seq.* nec foret tutum, quòd vellent Barones exemplum Senatus in reformatione sententiæ criminalis, in favorem Fisci sequi, nec unquam vidisse practicatum; sequitur Ripoll *in prax. civili rub.* 27. *num.* 181. Luca ad Franc. *dec.* 467. *n.* 6.

In Senatu Neapolitano adest *prag.* 7. *tit. de appell.* de qua mentionem facit idem Font. *decis.* 124. *num.* 4. & 45
in ea disponitur, quòd in Tribunalibus Regiis Fiscus non appellat à sententiis absolutoriis; tamen si fortè reus uti gravatus appellat ab excessiva condemnatione, tunc Fiscus censetur adhærere appellationi: & benè potest in secunda instantia augeri condemnatio; super qua legendus Rovitus, & Novarius, Latro *decis.* 78. *num.* 9. *cum seqq. lib.* 1. & ibi Manfrella *num.* 12. & 13. & *ad decis.* 165. *numer.* 1. & *seqq.* Sanfelic. *decis.* 351. *num.* 19. *tom.* 3. Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.* 11. *num.* 2. Hodierna ad Surdum *decis.* 143. *n.* 12. Marin. *lib.* 1. *var. cap.* 150. & ibi Rodoer. Addit. & admittunt hi suprà relatam observantiam nostram, & signanter Luca *ad d. dec. Fram.* 467. *n.* 5. qui, semota dispositione pragmaticæ, nostram praxim Cathaloniæ procedere de jure communi docet, sequendo doctrinam Font. suprà citatâ.

Sic fuit observatum augendo pœnam Reo contra Sal- 46
vium N. & alios in exemplari relato à Reg. Cortiada *dec* 87 *n.* 27. & in alio exemplari relato *dec.* 108. *nu* 6. & nunc pro ut sequitur, ibi: *Die* 21. *Augusti* 1682. *in facto causæ supplicationis interpositæ pro parte Josephi N. oriundi loci de Canet de Adri Diœcesi. Gerunden. à Regia sententia contra illum, & in favorem Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ, referente Magnifico Bonaventura de Tristany tunc Judice Regiæ Curiæ, lata* 19. *Januarii* 1682. *facta relatione per Magnificum Raphaelem Nabona, R. A. causæ Relatorum. Attento ex meritis utriusque processus, tam primitivi, quam præsentis causæ supplicationis, constat, non fuisse aliquid deductum, vel allegatum pro parte Josephi N. oriundi loci de Canet de Adri Diœcesi. Gerunden. propter quod Regia Criminalis sententia contra ipsum lata die* 19 *Januarii* 1682. *referente Magnif. Bonaventura de Tristany, tunc Judice Regiæ Curiæ, cum qua dictus Josephus N. delatus, & inculpatus de portu instrumenti manualis brevioris mēsuræ, vulgò* pistola *die* 17. *Januar.* 1679. *in loco de Ventallò fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando ad septennium, a qua pro parte dicti Josephi N. extitit supplicatum, debeat commutari. His, & aliis meritis processus attentatis, & aliis, fuit conclusum, quod declaretur bene in, & cum dicta Regia sententia lata* 19. *Januarii* 1682. *fuisse, & esse sententiatum, & declaratum, & male ab ea per dictum Josephum N. supplicatum. Hoc tamen intellecto, & declarato, quod dictus Josephus N. condemnatum ad servitium Regiarum triremium remigando per decennium.*

Et minuendo pœnam reo, passim etiam observatur, 47
vidi diversa exemplaria, & refero, quòd sic fuerit dictum in favorem Petri N. delati de portu instrumenti manualis parvæ mensuræ, vulgò *pistola* cum quo fuit apprehensus die 1. Julii 1677. hora undecima noctis in platea Nova præsentis Civitatis per Josephum Fortuny, & etjam quòd de mense Maii ejusdem anni in assassinio attentato per Augustinum N. & alios de mandato Hieronymi N. in personam Joannis Archs uti mediator scienter intervenit, modum, & formam, quibus erat perpetrandum à dictis mandatariis reportando, fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando ad decennium, referente Magnifico Jacobo Potau I. R. C. die 22. Februarii 1679. & fuit in melius commutata 25. Maii 1679. referente Nob. Narciso Analasell Regiæ Audientiæ Meritissimo Doctore, in causa supplicationis, & tantùm fuit condemnatus dictus Petrus N. ad servitium Regiarum triremium remigando ad quinquennium.

Ulterius etiam Fiscus nec appellare potest ab interlo- 48
cutoriis, ex dicta Const. 7. *tit. de appell.* per illud verbum *tostemps*, id est *in perpetuum*, quia in omnibus debet intervenire, & præsens esse, tradit Font. *dec.* 558. *n.* 10. Gallego *in resp. pro Syndic. c.* 9. *n.* 8. qui ita decisum fuisse refert Xam. *de offic. Judic. p.* 2. *q.* 6. *n.* 64. Ripoll *d. rub.* 27. *n.* 121. his relatis.

Duodecimus casus est, quando in sententia criminali 49
inappellabili, in consequentiam est condemnatus Reus in expensis, damnis, & interesse; quia tunc non admittitur appellatio, etiam quoad damna, interesse, & expensas, si pars vellet retractare sententiam, sed solùm potest appellare ab excessiva taxatione damnorum, interesse, vel expensarum; ut post Bosch Scacc. Cabal. *resol. crim. cas.* 208. *per totum* scribit Guaz. *defensor.* 36. *c.* 4. *n.* 18. & fuit in Regio Concilio observatum in illa causa Jacobi N. commentariensis carcerum

Re-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Regiorum hujus Civitatis', qui die 13. Julii 1672. ob malam custodiam fuit condemnatus in insulam per quinquennium, & ad emendam damni forsan illati, & sic per proprium judicem in gestis in officio, cui, quia non licuit appellare à sententia, denegatam etiam habuit appellationem à damnis; at si fuisset processum in liquidatione damnorum à provisione liquidationis, tanquam excessiva licet ei appellare.

50 Ab incidenti tamen civili in causa criminali, vel mixta licet appellare, ex Adden. ad Farin. *consil. 85. in littera A, versic. Verum quando*, Cabal. *resol. crim. cas. 110. num.* 8. Guaz. *def. reor. 36. cap. 4. nu. 17.* Bajard. ad Clar: *quæst. 94. n. 43.* Scacc. *de appel. quæst. 17. lim. 48. num. 20.* Font. *decis. 26. num. 11. & 12.* latè Hodierna ad Surdum *decis. 27. nu. 7. cum seqq.* ubi quando causa dicatur mixta, & quando criminalis, quando incidat civilis in criminali, Quesada Pilo *differt. 22. num. 32.* ita fuit deliberatum 7. Aprilis 1635. in causa vertenti in Regio Concilio inter creditores Raphaelis N. & ipsum N. fallitum, scriba Cessillas, referente Regio Sen. Vinyola, Judice Regiæ Curiæ; & fuit supplicatum contrario imperio, & in forma.

51 Sic mulier, quæ se opponit pro sua dote, & aliis juribus in causa criminali contra maritum, si ejus oppositio fuerit per Judicem repulsa, vel aliud provisum, quod sibi mulier reputet esse præjudiciale, poterit appellare, vel supplicare, quamvis à causa criminali, contra maritum intentata fuerit appellatio, seu supplicatio prohibita, Font. *de pactis clausul. 7. glos. 2. par. 9. à numer.* 50. qui ut ipse asserit ab incidenti civili in causa criminali non censetur prohibita appellatio; & quia quando appellatio prohibetur, non intelligitur prohibita respectu tertii, causæ se opponentis, Ferrer 3. *per obs. cap. 25.* & etiam quia sola mixtura, ut pote quia partim causa criminalis est; & partim civilis, efficit ut admittenda sit appellatio, eandem prosequitur sententiam Font. *d. decis. 26. numer. 10. & sequentibus, & decis. 563. numer. 18.*

52 Et est constans, quòd sola mixtura, utpote quia partim criminalis, & partim civilis sit causa (quòd posset contingere, cum pœna partim applicatur Fisco, & partim parti privatæ, ex Bossio, Maranta, Ludovico, Farinac. Caballo, Suelvez, Pareja, Fon. *de pact. 2. c. 7. glos. 2. par. 9. nu. 57.* Reg. Cortiada *decis. 35. nu. 66. ubi latè à n. 46.*) efficit, ut appellatio admittatur, non obstante prohibitione appellationis in causa, si foret solùm criminalis, Ferrer 3. *par. obs. cap. 25.* in illis verbis: *Restat tamen ex dicta distinctione expeditum, quòd quando agitur de pœna pecuniaria, vel quando causa est mixta, ut quia Baro, vel alius Judex territorii, in quo delatus detinetur, appellat pro suo interesse, ut puta pro interesse suæ jurisdictionis; tunc talis appellatio admittitur per Regiam Audientiam, quamvis illa quæstio resultet ex illa causa criminali; vel in illa incidat*; quod notat Fonta. *locis supra citatis*, Salg. *de reg. protect. par. 2. c. 7. n 25. & seq.* Scacc. *de appel. quæst. 17. lim. 48. nu. 20.* ubi addit ex Bos. *in tr. de variis criminibus ti. de appell. nu. 8. cum seqq.* Illud intelligendum, quando pars pœnæ applicanda parti, stat principaliter, secùs autem si accessoriè, & pars pœnæ applicanda Fisco, staret principaliter.

53 Hanc distinctionem ad dignoscendum causam, an sit civilis, vel criminalis, cum Bosio suprà citato admittit, Reg. Cortiada *decis. 35. numer. 63.* ubi ait quòd si Fisco venit aliquid applicandum non principaliter, sed in consequentiam ejus, quod principaliter parti applicatur, & debetur, tunc tota causa videtur civilis, & non criminalis; & è contra, si id quod parti applicatur, venit in consequentiam ejus, quod principaliter Fisco debetur, & applicatur, causa reputatur criminalis, & non civillis, & allegat etiam Farinac. *in prax. quæst. 100. numer. 56. & cons. 85. in addit. littera C, versic. In hac contrarietate*, Addit. ad Clar. *qu. 2 § fin. l. 6.* Solorzano *in post. hum. in allegat. Fiscal. n. 58.* Alvarez Velasq. *de Judice perf. rub. 9. annot. 12. §. 2. nu. 45.*

Ad dignoscendum etiam, an judicium sit civile, vel criminale, ejus causa, origo, & principium est inspiciendum, & dicitur judicium criminale, quia pœnæ applicatur Fisco, Prato *in respons. crim. 31. a num. 38. & seqq.* asserens, quod licet civiliter ageretur pro crimine ad pœnam tantùm pecuniariam, causa reputatur criminalis, dummodo pœna applicetur Fisco, Sanfel. *decis. 212. numer. 7. versi Proaffirmativa.*

Decimus tertius casus est, nam prohibetur appella- 54
tio, supplicatio, seu recursus etiam per viam restitutionis in integrum à declaratione dubii, an causa sit civilis, vel criminalis de jure Cathaloniæ, per Constitutionem unicam *tit. com se deu declarar lo dubte*, & comprobat Reg. Cortiada *dec. 36. num. 118.*

Decimus quartus casus est in provisionibus interlocu- 55
toriis factis in causis criminalibus, in quibus est prohibita appellatio, si illarum damnum reparari potest in diffinitiva, ex Cancer. *var. 1. cap. 17. num. 13. & var. 3. cap. 18. num. 36.* qui sic ea practicare vidisse attestatur, Ripoll *in prax. civil. rub. 27. nu. 157.* pro appellationibus ab interlocutoriis videndi sunt Font. *dec. 26. num. 9.* Giurba *dec. 56. num. 10.* Luca ad Franc. *dec. 408. num. 4.* Manfrella ad Latro *lib. 2. dec. 187. num. 12.* Franciscus Antonius Tranchedin. *consult. 32. per tot*, Altimarus cum Rovito *dec. 81. nu. 7. & 10.* ad materiam etiam vide Sanfelic. *dec. 321.* Merlin. *cont. lib. 1. cap. 15.* Fagnan. *in 2. decreta 2. cap. super eo il secundo de appellat. nu. 34. cum pluribus seqq.* Carolum Anton. Luca *in animad v.* ad Gratian. *cap. 76. num. 9.*

Unde à decreto torturæ, cum agatur de damno irre- 56
parabili, datur appellatio, & Iudex in ea supersedere debet; etiam ante inhibitionem, pendente termino ad appellandum, Scialoya *in prax. torq. reos cap. 7. num. 16.* Quesada Pilo *contro for. cap. 46. num. 22.* latè Conciol. *resol. crim. in verbo appellatio, resol. 1. rota*, ubi ait, quòd revocato decreto torturæ, causa manet ad judicem, ad quem, Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap. 12. num. 6.* Romaguera *ad statut. Engubit super annot.* Conciol. *lib. 4. rub. 6. in addit. numer. 12.* sed quid in Cathalonia, videas infra.

Quæ omnia fundantur in illa regula generali, qua 57
traditur, quòd appellatione prohibita in principali, censetur etiam prohibita ab interlocutoriis, quando damnum reparari potest in diffinitiva, Hodier. & Surd. *dec. 36. num. 14.* Giurba *dec. 56.* Luca cum Franchis *dec. 408. num. 4.* Merlinus *lib. 1. cont. 15. num. 4. & 5.* Fonta. *dec. 26. num. 9.* Nobilis Senator de Amigant *in prax. civil* Peguer *rubric. 27. num. fin.* (ubi aliam intelligentiam super regula recitat, quem poteris videre, quando casus occurrat) Caron. Anton de Rosa *in prax. crim. cap. 12. nu. 23.* ubi alias limitationes ad regulam adducit.

Sed pro practica nostra, quam solummodo insinuat 58
Cançer, & Ripoll *in locis supra citatis*, animadvertendum censeo; quòd in *cap. 15.* Curiar. ann. 1599. nullatenus est dispositum circa appellationes; aut supplicationes interponendas à provisionibus interlocutoriis, solummodo enim præventum invenitur respectu provisionis tormentorum, & sententiæ diffinitivæ; & sic quoad alias provisiones interlocutorias recurrendum est ad consuetudinem antiquam, quæ vigebat ante Curias anni 1599. juxta quam consuetudinem non licebat appellare à dictis provisionibus interlocutoriis, quia generaliter, & indistincte ab omnibus declarationibus factis in causis criminalibus interdicta erat appellatio, ut diximus *in dec. antecedenti in princ.*

Restat nunc dicere, quòd incorrecta manserit con- 59
suetudo antiqua quoad provisiones interlocutorias, & sicut ante dictas Curias ann. 1599. ab his non licebat appellare; ita etiam nec post dictam Curiam permissum erit ab illis appellare, seu supplicare, ut in simili, loquendo de eodem *capit. 15.* Cur. anni 1599. argumentatur Peguer, *tom. 2. dec. 70. num. 5. & 6.*

Supradictorum ratio est, quia consuetudo habet vim 60
legis, *§. fine scripto, inst. de jure naturali*, æqualem, sed non majorem *ex l. de quibus 32. cum duobus seqq. ff. de legibus, l. 2. C. quæ sit longa consuetudo*, ubi Gothof. Crespi *obs. 1. n. 162.* & æquiparari consuetudinem cum statutis, & e contra scripsit Doctissimus Ludovic. Valentia super Constitutione 7. *de electò de Doctors de la R. A. cap. 4. nu. 55.*

Per statutum enim generale non tollitur præcedens 61
speciale, Font. *tom. 1. dec. 4. nu. 20.* imò utrumque statutum debet in suo casu servari; nam statutum generale debet servari in omnibus aliis casibus, in quibus non loquitur statutum particulare, & statutum speciale in casu tantùm suæ specialitatis, Masc. *de interpreta. stat. conclu. 8. num. 20.* Leo *dec. 34. num. 16. & 17. & dec. 61. nu. 6.* Crespi *obs. 2. num. fin.* quia licèt generi per speciem derogetur, *l. in toto jure 91. ff. de Reg. Jur.* intelligitur tamen, si genus, & species sunt incompatibilia, secùs

autem si secum compatiantur, Barbos. *axioma*, 107. *n.* 3. & 19.

62 Et hæc procedunt, sivè procedat, sivè subsequatur genus, *l. Servo* 15. *ff. de peculio leg. cum pluribus*, Barbosa *d. axio.* 107. *n.* 5. quia generalis dispositio, quæ sequitur, non magis refertur ad decisionem specialem præcedentem, quàm ea quæ antecedit, Castillo *lib.* 5. *controverf. cap.* 95. *n.* 5.

63 In consuetudine easdem servari regulas, tradit ex Bal. Cravet. Tusco. Anchar. Pech. Castillo *dict. c.* 95. *num.* 13. & in ipsa consuetudine respectu legis idem esse (quia pariter consuetudines antiquiores novis legibus revocantur, quemadmodum, & antiquiores leges, Crespi *dic. obs.* 1. *num.* 161.) scripsit Leo *tom.* 1. *decis.* 34. *num.* 16. ibi: *Non enim obstat, si dicatur prædictam observantiam, item de consuetudine de consort. quia post dictum forum pro homicidio condita fuit, eundem forum corrigere, & penitus abolere. Quoniam responderi potest, quod ex quo forus prædictus in casu speciali loquitur per observantiam supra allegatam generaliter loquentem, non corrigitur. Quoniam receptum in jure, ac etiam in hoc Regno est, forum primum in casu particulari loquentem, per forum posteriorem generaliter statuentem minimè corrigi, ut probat Tex. in obs. fin. de iniur. fol.* 27. *& docet Molin. in verb. forus primus fol.* 157. *col.* 1. *ad fin. & hoc ipsum veluti receptum tradit Jas. in l. scienter numer.* 4. *ff. qui satisdar. cogant. & Dec. cons.* 44. *numer.* 2. *& Hypol. in l.* 1. §. *servi quasi numer.* 25. *de quæst. & Ruin. consil.* 69. *numer.* 3. *volum.* 1. *& Cassan. consil.* 32. *numer.* 10. *& Aym. consil.* 176. *n.* 1. *& Caval. in tract. de tutor. num.* 98. *vers. Ad hoc, fol.* 56. *& Ofascus dec.* 9 *n.* 11.

64 Constans ergo erit, quòd consuetudini generali per speciale statutum non derogatur, nisi in quantum ei contrariatur, & cum in dicto *cap.* 15. Cur. anni 1599. solùm sit dispositum specialiter de appellationibus à provisionibus tormentorum, & à sententiis diffinitivis in criminalibus, sequitur dicere, quòd observabitur dictum *c.* 15. in casibus suæ specialitatis; & consuetudo generalis prohibens generaliter appellationes in criminalibus, observabitur in reliquis provisionibus interlocutoriis, & sic ab illis prohibita erit appellatio, quod clariùs patebit ex infra dicendis.

65 Decimus quintus casus est, quando juxta delicti gravitatem, delinquentis qualitatem, contra reum absentem proceditur cum citatione ad fines banni, juxta disposita in Constitutione 1. & 2. *tit. de Bandejaments, & praxim criminalem*, Peg. *c.* 12. §. 4. tunc à provisione merè interlocutoria citationis ad fines banni non datur supplicatio, prout fuit resolutum die 16. Maii 1634. in facto supplicationis oblatè pro parte Josephi Argenter, & aliorum, qui prætendebant supplicare à provisione, facto verbo facta die 12. Maii ejusdem anni tunc currentis, cujus vigore fuerunt citati ad fines banni publico præconio, & facta relatione per Nob. Don Hieronymum de Magarola, fuit conclusum, quòd supplicationi fieret Crux.

66 Decimus sextus casus est, ubi non dissimili ratione apud nos prohibita est appellatio à provisione capturæ, quia est merè interlocutoria à jure permissa, & causæ necessaria, *Arg. text. in l. ante sententiam* 7. *C. quarum appell. non recip.* & ex pluribus Salgado *de Reg. protec. par.* 2. *c.* 4. ubi latè quando dicatur iniusta carceratio; poterit tamen gravatus ad superiorem recurrere. Quesada Pilo *contro.* 46. *n.* 22. apud nos tamen, etsi à carcerationis provisione non liceat appellare, vel supplicare, poterit tamen carceratus coram Judice causæ proponere exceptionem malæ capturæ, ut infra dicitur.

67 Decimus septimus casus est, ut licèt reo carcerato permissum sit opponere exceptionem de iniusta captura, attamen à provisione facta in exceptione malæ capturæ non licet carcerato appellare, seu supplicare, facit Salga. *de Reg. protect. p.* 2. *c.* 4. *n.* 230. qui in simili rationem assignat, docens, quòd ex quo à superiore justa declarata est detentio, justa erit censenda, & transit in rem judicatam quoad illud genus gravaminis.

68 Sic fuit declaratum die 12. Maii 1631. in facto supplicationis oblatæ pro parte Vincentii Valls, domicelli, qua supplicavit à provisione in sui odium, & in favorem Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ, facta, referente Magnifico Jacobo Mir (& in ea declaratum extitit, sibi pro delicto, de quo fuit impetitus, remissionem generalem pro bono publico factam per Excellentissimum Ducem Feriæ, tunc Locum tenentem Generalem minimè suffragari) in melius commutari, & supplicationem committi alicui Magnifico Regio Consiliario alterius ex Aulis civilibus, facta relatione per Nob. Michaelem Sala, Regentem Cancellariam, fuit conclusum, quòd fiat Crux, quia locus ei non est.

69 Alii sunt casus à jure communi, in quibus non permittitur appellatio, seu supplicatio; sed quia frequentiores in foro nostro criminali non sunt, de eis non ago, sed eos recito, ut in symonia, blasphemia, excommunicatione Hæresi: pro quibus poteris recurrere ad Doctores qui latè de materia agunt, Farin. *in prax. q.* 101. Salga. *de Regia protec. lib.* 3. *c.* 14. *& seqq.* Gomez *var.* 3. *cap.* 13. *n.* 32. & ibi Ayllon. Peg. *in prax. civil. rub.* 17. *n.* 25. *cum seqq.* Guaz. *defens.* 36. *c.* 4. *& seqq.* Scac. *de appell. q.* 17. *lim.* 4. præcipuè *n.* 76. *& seqq.* Regens Matthæu *de re crim. contr.* 2. Barb. *in c. ut debitus* 59. *de appell. extra*, Bovadilla *in politica lib.* 3. *c.* 3. *n* 75. *& seqq.* Rubeus *de valid. leg. c.* 20. *n.* 36. *cum seqq.* Carol. Anton. de Rosa *in prax crim. c.* 12. signanter *n.* 19. Romaguera *ad annot.* Conciol. *super statur. Eugubii lib.* 4 *rub.* 20, *in addit n.* 7. ubi agit an blasphemi convicti tantùm appellent, & an blasphemia sit crimen mixti fori, *& lib.* 5. *rub.* 20. *n.* 17. ubi, an detur appellatio quoad effectum devolutivum à sententia demandante expulsionem ob malum odorem, seu strepitum.

DECISIO LIII.

ARGUMENTUM.

De appellationibus interponendis à sententiis Ordinariorum Regiorum, vel Baronis; & à provisionibus per eosdem factis. Et à quibus non liceat appellare, juxta intelligentiam *cap.* 16. Cur. anni 1599. Quis terminus assignandus sit in defensionibus reorum; & an possit procedi ad conclusionem causæ, non spectato reo ad suas dandas defensiones; quid si fuerit assignatus competens terminus, & permiserit reus eum labi.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio est theriacha contra Judicum venena, & extinguit judicatum.*
2 *Litteraliter adducitur c.* 16. *Curiarum anni* 1599.
3 *Divisio triplex dicti cap.* 16.
4 *In omnibus causis criminalibus, quæ declarantur in Curiis ordinariis Regiis hujus Principatus, à provisionibus tormentorum, & à sententiis, minus in casibus exceptis, potest appellari, mutato Assessore, infra tres dies.*
5 *Agitur remissivè de casibus, in quibus prohibita est appellatio reis in Curiis ordinariis inferioribus.*
6 *Solus Princeps cognoscit de crimine læsæ Magestatis.*
7 *Decisio Senatus ad id probandum.*
8 *Datur intelligentia aliæ Senatus decisioni, antedictæ contrariæ.*
9 *Licèt punitio adulterantium, & fabricantium, monetam sit Domini Regis: attamen ordinarii Regii, vel Baronis etiam de his cognoscunt ante evocationem causæ ad R. A.*
10 *A provisionibus interlocutoriis, veluti capturæ, & aliis non licet appellare in Curiis ordinariis Regiis, quod declaratur remissivè.*
11 *In eisdem Curiis, & Baronum debet appellatio interponi intra dies tres, connumerando à puncto publicationis sententiæ, & illius notificationis; & pendente eo termino, non est per inferiorem innovandum, etiamsi non appellatur.*
12 *Appellatio non potest admitti, omisso medio, de jure civili.*
13 *Appellationis causæ debet terminari ex eisdem actis, nec possunt admitti novæ defensiones, & si his denegatis, condemnatus fuisset reus in prima instantia, ei est succurrendum in appellatione, reponendo causa in statu, quo erat ante condemnationē.*
14 *Decisio Senatus.*
15 *Appellatio est species defensionis.*

16 De-

16 *Defensio est de jure naturali, & sic reis non est auferenda.*
17 *Nec auferri potest per Principem sæcularem, vel Ecclesiasticum.*
18 *Denegatis defensionibus, omnia sunt nulla, & confessio Rei non ipsi non nocet.*
19 *Quæ fundantur in jure naturali, Evangelico, Canonico, & civili.*
20 *Peccat mortaliter Princeps, si reum inauditum condemnet.*
21 *Judex tunc dicitur homicida, tenetur in syndicatu, & reus appellare, vel recurrere potest tanquam oppressus.*
22 *Judex de officio, & non petenti tenetur reo dare terminum ad se defendendum.*
23 *Reus non potest renuntiare defensionibus.*
24 *In hoc differt appellatio à defensionibus, nam illa potest renuntiari.*
25 *Nec valet renuntiatio defensionis, etiam cum juramento.*
26 *Et si reus renuntiet, donec defensionis terminus labatur.*
27 *Adducuntur limitationes antedictarum regularum, quæ traduntur apud DD. & num. 28.*
29 *In Cathalonia proceditur per directum, & nunquam inquisito denegatur defensio.*
30 *Lex duodecim Tabularum neminem inauditum condemnabat, ubi plura de hac re.*
31 *Quoad formam defensio tolli potest.*
32 *Modus, sive forma defensionis, quia est de jure positivo, à Rege variari, & modificari potest.*
33 *Defensionis facultas limitari potest.*
34 *Tempus defensionis non strictè limitari debet.*
35 *Si competens terminus ad defendendum assignetur, & reus non se defendat, renuntiat tacitè defensioni.*
36 *Terminus defensionis non reiteratur.*
37 *Citatio quatenus defensionem respicit, à jure divino, & naturali est; & à Rege, vel statuto omitti non potest.*
38 *Accedente justa causa, citationem omitti posse tradunt DD. qui citantur.*
39 *In Cathalonia id non practicatur, ubi judicari debet per directum.*
40 *Quamvis citatio tolli non possit; modus tamen citationis modificari, & variari potest, an hæc procedant in Cathalonia, declaratur.*
41 *Valet statutum, ut quis intra certum tempus comparet, quo elapso, amplius non audiatur.*
42 *Potest per statutū tolli citatio per viam modificationis.*
43 *Publicata inquisitione cum assignatione competentis termini, ad dandum defensiones, elapso termino, quamvis reus defensiones non præsentaverit, potest Regium Concilium ad conclusionem in causa procedere, dum tamen in quocumque statu causæ admittatur inquisitus ad defensiones, si apparuerint relevantes: ubi adducitur resolutio Trium Aularum R. A. usque ad num. 46.*
47 *Respectu pauperum eleemosynæ diversum jus est statutum; nam actuarius processus, eo publicato, tenetur eum deferre Advocato pauperum, qui habeat communicatum per illud tempus, quod apparuerit opportunum ad defensam, ad cognitionem Vicecancellarii, aut Regentis Regiam Cancellariam.*
48 *Sententia judicii Procerum Civitatis Barcinonæ non admittit appellationem.*
49 *Condemnatus in judicio Procerum potest conqueri civiliter, vel criminaliter, & probi homines condemnantur in solidum ratione injuriæ, vel damni, non autem Vicarius, & Conciliarii, qui ex debito sui officii tenentur sequi votum proborum hominum.*
50 *Licèt ad Judicem primitivum spectet cognitio, an sit deferendum appellationi: at postquam detulit appellationi; Judicis ad quem officium est cognoscere, an sit appellatio admittenda.*
51 *Post inhibitionem inferior ligatas habet manus.*
52 *In casu, quo Judex detulerit appellationi, ad procedendum restitui debet causa à superiore, sicuti post inhibitionem, et tollenda est inhibitio, ut procedere possit.*
53 *Judex non potest exequi sententiam post admissam appellationem, etiam quando ea non debuit admitti.*
54 *Si Baro detulerit appellationi interpositæ ad Regiam Audientiam, valida erit ad Senatū appellatio; nam Baro potest favori suo renūtiare, etsi eum pœniteat.*
55 *Licèt inferior non possit disponere in legibus superioris, limitatur, quando factum superioris utilitatem inferioris respicit.*
56 *Admissa causa, non exit à Curia, nisi à Principe restituatur.*
57 *Stante illa clausula* sic, & in quantum, *non potest inferior spreta appellatione, procedere ad ulteriora, quia attentat, & 58.*
59 *Quæ sine dubio procedunt, stante inhibitione, licet Judex habeat causam commissam, cum clausula* omni appellatione remota.
60 *Et generaliter in appellationibus frivolis, quibus jus non defert, gesta per inferiorem post inhibitionem, sunt attentata, ubi rationes ponderantur.*
61 *Prohibita appellatione, non est prohibitum dicere de nullitate, vel adire superiorem per viam recursus.*

EST appellatio theriaca contra Judicum venena, ex 1
Purp. Cur. Surd. Azeved. Nevi Bovadilla *in politica lib. 2. cap. 21. n. 219.* scribit Barbosa *in collect. de appellat. cap. suggestum 15. n. 3.* volens dicere, quòd appellatio, quæ dicitur theriaca, extinguit pronunciatum; quòd sanè videtur Judicum venenum, docet Paulus Rubeus *de validit. legali. cap. 53. n. 67. & seqq.* ubi inquit, quòd verum est, quòd per appellationem extinguitur juridicatum *l. 1. fin. ff. ad S. C. Turpil.* vel suspenditur *l furti. 6. §. 1. ff. de his qui notant. infam.* Undè appellatio devoluit, suspendit, & ferè extinguit judicatum, Giurba *dec. 19. n. 2.* Rota coram Argulles *in causa mediolanen. bonor. 19. Januarii* 1650 *§. nec mala*, Prato *resp. crim. 9. n. 1.* Illud prætermittere non intendit Rubeus *dict. cap. 53. num. 75.* ibi: *Dixi Theriacam adverùs venenum sententiæ, esse appellationem; tamen quoties subrescent hominum malitiam remedium, seu Theriaca ista, efficitur aspidum venenum. O quam durum, & amarum est ut mors proveniat ex eo, undè vita omnino provenire deberet,* & infra, ibi; *Et sic quod datum est ad curandum, tendit ad noxam, cap. 1. de excep. in 6. Quandoque enim Judices appellationum, non corrigunt sententias nullas, & injustas; sed sententias benè, & justè latas sanè quidem in pejus reformant, quod dolenter perpendit Jurisconsultus in l. appellandi 1. ibi licèt non-nunquam bene latas sententias in peius reforment, ff. de appellat. Et sanè quod justum est, dicunt injustum, & quod injustum, justum, &c.*

Admittant ergo suas regulas inferiores, ut legitimè 2
interpositam appellationem recipiant, & in hoc Principatu observent disposita in *cap. 16.* Cur. anni 1599. cujus est littera, ibi: *Item placia à V. Magestat ab dita loació, y approbació statuir, y ordenar, que fora de Barcelona, en los dits Principats, y Comptats en las Audiencias dels ordinaris, tant de Veguers, com de altres Oficials Reals tinga lloch, se haja de observar la precedent constitució de la apellació per al meteix Jutje, de las sentencias de causas criminals, provehint que lo Ordinari haja de declarar la causa de apellació, mutato assessore, que no haje entrevingut, ni aconsellat en la primera sentencia, y que tinga execució lo que sera declarat; entès emperò, que la dita Constitució no comprenga les Ciutats, Viles, y Llochs que tenen privilegis de judicar ab jus de probomens, o altrament, ab que sels guarden sos Privilegis, declarant la present Constitució, tenir també lloch en las terras de Barons, entesas las causas, que lo reo serà sentenciat a mort, y no en altres. Plau à sa Magestat, exceptoen los casos declarats en la precedent Constitució, y com en aquella se contè.* Id est, quòd Const. 15. (in antecedenti decisione expensa) observetur etiam in Curiis ordinariis, tam Vicariorum, quàm aliorum officialium Regiorum, & ordinarii teneantur declarare causam appellationis, mutato Assessore, qui non intervenit, nec consuluit in primitiva sententia, & declaratam habeat executionem. Hæcque Constitutio non comprehendat Civitates, Villas, & Loca, quæ privilegia habet judicandi per judicium Procerum, aut aliàs; imò ipsis observentur privilegia; comprehendat tamen Loca Baronum; in causis verò, quibus reus condemnatus fuerit ad mortem, non in aliis, exceptis casibus declaratis in dicta Constitutione 15 prout in ea continetur.

Cap. 16. Cur. anni 1599. continet tres partes; prima 3
versatur circa appellationes à provisionibus tormentorum, & à sententiis diffinitivis latis in Curiis ordinariis Regiis hujus Principatus; secunda circa appellationes judicii Procerum: tertia circa appellationes à sententiis Baronum. In prima statuit quòd ex-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

era Barcinonem in Principatu, & Comitatibus in Audientiis ordinariis tam Vicariorum, quàm aliorum Officialium Regiorum debeat observari Constitutio 15. antecedens ejusdem anni 1599. & appellatio debeat declarari per ejusdem Judices ordinarios, mutato assessore, exceptis casibus declaratis in eadem Constitutione 15. prout in illa continetur. In secunda disponit, quòd Constitutio non comprehendat Civitates, Villas, & Loca, quæ habent privilegia judicandi cum judicio Procerum aut aliàs, quibus observentur privilegia. In tertia jubet, quòd Constitutio habeat locum in terris Baronum in causis, in quibus reus erit ad mortem condemnatus, & non aliis, exceptis etiam casibus declaratis in antecedenti Constitutione 15.

4 Quoad primam partem indubitanter affirmo, quòd in omnibus causis criminalibus, quæ declarantur in Curiis ordinariis Regis hujus Principatus, à provisionibus tormentorum, & à sententiis potest appellari coram ejusdem ordinariis, mutato Assessore, intra tres dies, connumerandos à die publicationis, & intimæ provisionis, & sententiæ, & interim non possunt exequi provisio torturæ, nec sententia diffinitiva, & appellationis causa terminari debet ex ejusdem actis: atque sententia in causa appellationis prolata, sivè revocatoria, sivè confirmatoria, debet exequi, remota omni alia appellatione, exceptis illis casibus, in quibus proferuntur sententiæ, seu provisiones contra latrones, aut grassatores viarum publicarum, homicidas per insidias, aut proditorios, aut reos criminis Sodomiæ, aut contra alios, qui à Jure communi prohibitam habent appellationem, & hoc est, quod disponitur in dicto *capit.* 15. antecedenti, ad quod se refert præsens capitulum.

5 Hic repetenda sunt, quæ diximus *in decisionibus antecedentibus*, ubi latè egimus circa practicabilia appellationum, & casus expressa vimus, in quibus juxta dictum *cap.* 15. & alias de jure communi est prohibita appellatio. Inde ad dictas decisiones recurrere poteris, ad sciendum casus, in quibus in Curiis ordinariis inferioribus denegata est reis appellatio.

6 Nunc verò affirmamus, quòd licet in dicto *cap.* 15. Cur. anni 1599. sit dispositum, non licere reis criminis læsæ Majestatis appellare, seu supplicare à sententiis contra eos latis: at verò hæc prohibitio appellationis verificari non poterit in Curiis ordinariorum hujus Principatus; quia solus Princeps de crimine læsæ Majestatis cognoscere potest, Calicius *in Margarit. Fisci dubio* 8. *num.* 215. Mieres *ad Constitutiones Regis Alphonsi Tertii, in Curia Montisalbi coll.* 5. *cap.* 31. *num.* 17. *in antiquis*, Farin. *in prax quæst.* 118. *num.* 13. diximus *par.* 1. *decis.* 28. *num.* 26. *& in annot. ad eandem prim. part. num.* 70. & adde Cardin. Luca *de regalibus disc.* 124. *sub num.* 2. & fuit resolutum, junctis Tribus Aulis 20. Feb. 1654. est *in libro conclusionum criminalium dicti anni*.

7 Unde cum de anno 1675. fuisset de hoc crimine inquisitum in Curia Gerentis vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, via ordinaria procedentis, contra Bernardum N. Villæ de Celient, Barcinonæ habitatorem: & profecta fuisset causa contra eum via ordinaria, in puncto proferendæ sententiæ fuit resolutum, non posse via ordinaria proferri sententiam; sed quòd debebat causa evocari ad Regium Concilium, & sic debere concipi, & formari sententiam contra dictum N. prout ita fuit executum die 13. Januarii 1676. referente Nob. Petro de Amigant Regio Consiliario, & nunc Tertiæ, A. Doct. clarissimo, scriba Famada, ea ratione, quia dictus Gerens vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ non habebat hanc regaliam communicatam.

8 Nec Senatui visum fuit obstare, quòd Judex ordinarius de hoc crimine læsæ Majestatis cognovit de anno 1667. contra Franciscum N. sciente, & approbante Regio Concilio; quia responsum fuit, fuisse in illo casu per Dominum Locumtenentem Generalem communicatam hanc regaliam cum epistola in forma Cancellariæ expedita 19. Septembris 1667. registrata in Locumt. 5. *fol.* 204. quod potiùs firmat, quàm impugnat superà stabilitam propositionem.

9 Insuper licèt cognitio, punitio, & vindicta criminis contra adulterantes, & fabricantes monetam, pertineant ad Dom. Regem, Prato *resp. crim.* 40. *num.* 38. etiam in hoc Principatu, ubi procedi potest per viam processus regaliæ in vim usatici Barcinonæ incipientis *simili modo*, §. *moneta de Jure fisci*, tamen possunt ordinarii Regii, & Barones habentes merum imperium, de hoc crimine cognoscere, ante tamen causæ evocationem ad Regium Concilium in vim hujus regaliæ factam, ex Peg. *in prax. crim. c.* 16. *n.* 2. *in fine nu.* 3. & 5. & *decis.* 46. *n.* 6. *tom.* 1. Reg. Cortiada *decis.* 87. *nu.* 20. Unde in hoc crimine quando declaratur in Curiis ordinariis, prohibitum erit reis appellare à provisione tormentorum, & à diffinitiva, secundùm dispositа *in d. cap* 16.

Sicuti enim *in decisione antecedenti nu.* 51. & *seqq.* indubitanter stabilivimus, à provisionibus interlocutoriis indistinctè in omnibus delictis non licere supplicare, prout ante Cur. anni 1599. non erat permissum ab illis supplicare, cum declarationibus ibidem expressis; ita pariter affirmamus, idem observari debere in provisionibus interlocutoriis factis in Curiis ordinariis veluti capturæ, & aliis, in quibus est prohibitum appellare, solummodò enim reo concessum invenimus, ut possit recursum coram superiore per viam oppressionis interponere, ut diximus *in decis.* 23. *par.* 1. 10

11 In casibus, in quibus est permissa appellatio, ea interponenda est intra tres dies, connumerandos à puncto publicationis sententiæ, & illius intimæ reo factæ, & præsentatæ, ut in dicto *cap.* 15. disponitur, quæ procedunt tam in declarationibus ordinariorum Regiorum, quàm Baronis, Peg. *in prax. crim. cap.* 12. § 10. *nu.* 4. Pendente eo termino ad appellandum, per Judicem inferiorem non est innovandum, *cap. non solum de appel. l. pendente, ff. de bonor. pos. contra tabul.* Latro *decis.* 173. *n.* 20. *lib.* 2. & infinitis laudatis Regens Cortiada *decis.* 22. *num.* 31. & *num seq.* allegat Fontanella *decis.* 313. *num.* 29. *par.* 2. qui illud ampliat, etiamsi postea non appelletur, prout declarat Rota per Ludovis. *decis.* 339. ubi Beltram. *a num.* 4.

12 In casibus, in quibus est permissa appellatio, non potest ea admitti omisso medio; & sic à sententiis criminalibus ordinariorum debet coram eisdem appellari, mutato Assessore, ex regula à Jure civili admissa, quæ non potest appellari ad Principem, omisso medio per *l. Imperatores* 21. *ff. de appell.* punctim Peg. *desc.* 193. *tom.* 1. sequitur Ripoll *in prax civil. rub.* 27. *num.* 162. & comprobant generaliter Barbos. Granya, Balboa, Fermosinus, & alii relati per Gonzalez Tellez *in cap. dilecti* 66. *de appellationibus*, ubi *nu.* 5. statuens regulam de jure civili, quòd non licet appellare, omisso medio, ponderat has rationes, videlicet ne occupationum multitudine Princeps obruatur, *l.* 1. *Cod. Theod. de Relat.* & ne mediorum Judicum auctoritas in contemptu habeatur, Carleval *de Judiciis tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 8 *sect.* 4 *num.* 1237 & antea *quæst.* 7. *num.* 947. qui hoc intelligit procedere, parte appellante opponente, & non aliàs, ex Maranta, Scacc. Balboa, & aliis. Barbos. *in collectaneis ad dictum cap. dilecti* 66. *num* 1. & *fin.*

13 Appellationis causa terminari debet ex eisdem actis, prout diximus *decis.* 51. *num.* 9. adeò, ut nec possint admitti defensiones coram Judice appellationis, etiam in causa, quo fuerunt denegatæ defensiones coram judice primitivo, & ne reus tunc sine defensionibus condemnetur, ei est succurrendum, reponendo causam in statu, quo erat ante condemnationem: & pro his nota resolutionem singularem.

14 *Die* 12. *Julii* 1667. *in facto propositionis factæ per suam admodum Illustrem dominationem G. Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ procedentè Vice Regia; utrum in causis appellationum interpositarum, mutato Assessore, a sententiis, seu provisionibus criminalibus factis in causis ordinariorum in casibus, in quibus locum habent, circa quas per cap.* 16. *Cur. anni* 1599. *statutum est, quòd observetur præcedens Constitutio, qua dispositum est, quod causæ supplicationum interpositarum à sententiis diffinitivis criminalibus, vel provisionibus tormentorum, quæ decidendæ sunt in Aulis Civilibus ex eisdem actis, possint admitti probationes in defensam reorum: & casu quo non possint admitti, an si Judex primitivus perperam omisit dare locum dictis defensionibus, veluti quia per reum fuerit prætensum esse pauperem, & miserabilem, & defensiones fieri expensis Curiæ, offerendo informationem dare de dicta pauperate, & Judex nec dictam informationem recepit propter contradictionem Fisci Procuratoris, nec super dicto articulo declaravit, sed nullis datis*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tis defensionibus sententiam diffinitivam contra illum protulit, & defensiones præsentatæ in causa appellationis, si justificatæ essent, probabiliter reum eximerent à pœna ordinaria mortis, ad quam fuit condemnatus, possit Judex appellationis diffinitivæ declarare, reponendâ esse causam in statu in quo erat ante dictam sententiam, vel quo alio remedio dicto Reo succurrendum sit: iunctis Tribus Aulis, fuit determinatum, non posse admitti dictas probationes in causa appellationis; posse tamen in ea diffinitivè declarari, sententiam pro non facta haberi; & causam, & partes reponendas esse in statu, in quo erant ante dictam sententiam.

15 Est appellatio species defensionis *l.1. de appellat. cap. cum inter de excep.* Font. *tom.1. decis.120. num.3.* Rosa *in prax. crim. cap.12. num.21.* Fagnanus *in 2. decretal. cap. Pastoralis de appel. n.6.* Cardin. Luca *in theat. veritat. lib.3. de jurisdic. & foro competen discurs.91. num. 7.* distinguit Fermos. *par.2. alleg. diver.9. n.28.* quod, & cum distinctione declarat Cuenca *de sui defensione lib.5. quæst. 4. num.7. cum pluribus seqq.* & signanter *nu.18.* ubi ait, quòd appellatio tunc propriè est defensio, & provenit ex naturali æquitate, quando est ad se defendendum a sententia nulla, & notoriè injusta.

16 Quare à re alienum non erit, in hac decisione, ubi de appellationibus agitur, quædam circa defensionum materiam edere, quæ cum nostro Regio Senatu fuerunt canonizata, nempe, quòd defensio est de jure naturali, & sic non est reis auferenda, Clem. *Pastoralis §. cæterum de re Iudic. in 6.* ibi: *De crimine præsertim sic gravi delatio defensionis quæ à jure provenit naturali, facultas adimi nec voluisset, cum illa Imperatori tollere non licuerit, quæ juris naturalis existunt,* probant *l. ut vim 3. ff. de justit. & jur.* Font. *d. dec.120. n.3* & 4. neque per Principem, neque per legem, Matth. *de re crim. cont.25. n.36* Rosa *in prax. crim. cap.9. num.1. & 2.* Guaz. *def.29. cap. 3. num.1.* Cabal. *resol. crim.88. num.2. cent.1.* Merlinus *cont. forens. cap.33. nu.5. part.2.* cum pluribus citatis Conciol. *resol. crim.1. ver. Defensio num.1. & 2.* Fagnanus *in 2. decretal. cap. Pastoralis de appellat. nu.6.* Peg *in prax. crim. cap.12. §.6. n.2. & in cap. item ne super laudemio verf.8. num.19.* Sousa *in aphor. inquisit. lib.2. cap.29* Mieres *in Curia Montisalbi Alphonsi Tertii collat.5. cap.26. n.1. & seqq. pag.274. par.1. & in Curia Perpiniani Petri Tertii cap. confirmantes pag.299. n 1. par.1. & in Curia Perpiniani ejusdem Dom. Regis collat.6. cap. inprimis n.7. pag. 382. par.1.* Burgius *de modo procedendi ex abrup. cent.1. quæst.11. num.7. cum sequentibus.*

17 Neque defensio auferri potest per Principem sæcularem, vel Ecclesiasticum, Guazin. *d. def.29. cap.4. num. 2.* Cabal. *d. resol.88. num.3.* Conciol. pluribus citatis, *ver. defensio dic. resol.1. num.3.* ubi *num.4.* id ampliat, ut nec per statutum, vel consuetudinem defensio tolli possit, Peg. *in prax. crim. dic. cap.12. §.6. num.2.* cuncta probat Cuenca *de sui defens. lib.5. quæst.4. nu.3. & 4. & ferè per tot.* Pau. Rub *de valid. legal. cap.51. n.108.*

18 Denegatis defensionibus, omnia sunt nulla, & ita confessio reo non nocet, Farinac. *quæst.39. n.84.* Guaz. *def.29. cap.4. n.3.* & antea *def.24. cap.3. in fin.* Vermig. *consil.205. num.4.* Anton. *de temp. legali lib.4. cap.19. nu.7.* Conciol. *resol. crim.1. verb. defensio n.7.* Urceolus *consult. forens.42. numer.2.* Amplissimè Ambrosinus *de proces. informat. lib.3. cap.1.* P. Grasset. *in anatom. necis prodit. §.1. nu.5. & seqq.* Bondenius *de jure controvers. vol.2. collect. leg.3. num.198.*

19 Quæ conclusio fundatur in jure naturali, Evangelico, Canonico, & civili, probant Ubert. *de citat. cap.13. num.171. tom.3.* Guaz. *dic. cap.4. nu 2.* Ambrosinus *dic. cap. 1. nu.9.* Grasset. *dic. §.1. nu.16.* Conciol. *resol. crim. verbo defensio, resol.1. num.2.* & his citatis Bondenius *vol.2. de jur. contro. collect. leg.3. n.199.*

20 Et mortaliter peccat Princeps, si subditum inauditum, aut denegata facultate se defendendi, condemnari jubeat, docet Divus Thomas 2. 2. *quæst.67. art.1* P. Diana *part.3. tract.5. miscel. resol.98.* Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.6. n.3.*

21 Et dicitur Judex homicida dolosus, & tenetur in Syndicatu, Guaz. *def.29. cap.4. num.3. & 4.* & delatus tunc supplicare, aut appellare potest tamquam oppressus, quia tale est gravamen, quod reparari non posset, Mieres *in Curia Montisalbi Alph. Tertii cap.26. num.11. pag.275. par.1. collat.5.* Burgius *de modo proced. ex abrupt. cent.1. quæst.11. num.8. cum seqq.*

22 Quamobrem Judex ex officio, & non petenti tenetur reo terminum ad se defendendum concedere, *l. si non defendantur, ff. de pœnis,* Rosa *in prax. cap.6. num.15. versi. Quamobrem,* Roccus *de officiis rub. 14. §.14. num. 43.* Urceolus *consul.42. num.5. & nu.18.* Vermigliol. *consult.222. num.1.* & de stylo supremæ Inquisitionis attestatur Carena *de Offic. Sanct. Inquisit. par.3. tit.9. §.1. num. 7.* Peg. *in prax. crim. cap.12. §.6. num.3.* Sousa *in aphoris. Inquisit. lib.2. cap.29. nu.2.* Mieres *in Curia Montisalbi, Alphonsi Tertii cap.26. pag.274. collat.5. num.5. par.1. & in Curia Perpiniani Petri Tertii collat.6. cap. inprimis pag. 382. num.7.*

Quinimo nec ipse reus potest defensionibus renuntiare, *l. non tantum 6. de appell.* Gomez *var.3. cap.13. num. 33. versi. Tertiò,* Farinac *quæst.39. num.51.* Rosa *in prax. crim. cap.6. num.14* Peg. *in prax. cap.12. §.6. num.5.* Sousa *in aphoris. Inquisit. lib.2. cap.29. num.4.* Cuenca *de sui defensione lib.5. q.4. num.34.* per pactum dixit Mieres *in Curia Perpiniani Dom. Regis Petri Tertii, collat. pag.382. d. cap. in primis nu.8.* Cuenca *de sui defensione lib.5. quæst. 4. num.4. 9. & 10.* 23

In hoc differt defensio ab appellatione, nam hæc per pactum renuntiari valet, *l.1. §. si quis autem, ff. à quibus appell. non lic. l. cum anterioribus, §. fin. C. de tempor. appell.* ibi: *Sin autem per partes inter se, scriptura interveniente paciscendum esse crediderint, nemini parti licere ad provocationis auxilium pervenire, vel ullum fatale observare, eorum pactionem firmam esse censemus; legum enim auctoritatem in hoc casu volumus pactis litigantium mitigari,* Mont. *dec.8. n.23.* Cuenca *de sui def. lib.5. q.4. n.12.* 24

Nec talis renuntiatio defensionis valeret, quamvis juramento esset vallata; quia ex quo juramentum tollit defensionem, dicitur esse contra bonos mores naturales, & nemo est dominus membrorum suorum, *l. liber homo ff. ad leg. Aquil. lege Cornelia, §. nemo enim, ff. ad leg. Cornel. de sicar.* & qui sibi ipsi tolleret defensiones legitimas competentes, occideret seipsum, & sic peccaret, Peg. *in prax. crim. cap.12. §.6. nu.5.* qui hæc ampliando, docet procedere, etiamsi reus renuntiaret defensionibus adjecta causa, quia scilicet certò fit, nullam sibi competere defensionem, quare Judices, ut tutiùs procedant, in omni casu assignent reis terminum ad suas dandum defensiones. 25

Et si reus renuntiet, donec defensionis terminus labatur, Judex procedere non debet, Gomez *var.3. cap. 23. n.33. in fine,* Rosa *in prax. c.6. n.14.* 26

Licètque DD. in hac re diversas tradant limitationes, veluti in crimine flagranti, in notorio delinquente, in confesso, si ex processu apparet, quòd nulla adversus confessionem competeret defensio, & multò magis cum confesso, & convicto, in famoso latrone, in assassino, si de crimine constet, in delicto ubi non venit irroganda pœna corporis afflictiva, vel aliqua defensio competit de jure municipali, vel defensio est de apicibus juris, vel quando renuntiatio fit, ut videre est penès Farin. *in prax. quæst.39. à nu.61.* Guaz. *def. reor.27. cap.1. à nu.10.* Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.6. n.15.* ex traditis à Soloz. *de jur. Indiar lib.2. cap.27. nu.88. cum seq.* Urceolus *consult. forens.42. à n.4.* 27

Ac licèt etiam dicant DD. ex justa causa Principem defensiones tollere posse, nam circa ea, quæ de Jure Gentium in naturali ratione fundantur, disponere valet, Farinac. *in prax. q.39. n.24.* latè Conciol. *verbo defensio, resol.1. n.6.* Guaz. *def.29. cap.4. n.7.* Burgius *de modo proced. ex abrupto, cent.1. quæst.11. nu.31. cum seqq.* Rosa *in prax. crim. cap.6. num.4. & cap.12. num.21.* ubi assignat casus. 28

In his tamen non immoramur; quia practicabiles non sunt in hoc Principatu limitationes antedictæ, ubi proceditur per directum, ut diximus *decis.51. nu.20. & seqq.* & nunquam inquisitis denegatur defensio, etiamsi convicti, & confessi essent, vel sint impetiti de atrocissimis delictis, & sic in crimine Hæresis, læsæ Majestatis, Assassinii, etiam inquisito excommunicato, Peg. *in prax. crim. cap.12. §.6. n.2. cum seqq.* ejecto à pace, & tregua, Mieres *in Curia Perpiniani Dom. Regis Petri 3. collat. cap. inprimis pag.382. par.1. num.11.* comprobant Roccus *de offic. rub.14. §.14. n.42.* Urceolus *consult. forens.42. nu.3.* ubi *nu.4. & seqq.* id ampliat etiam in reperto in crimine flagranti, cui non possunt denegari defensiones, & post eum Bondenius *vol.2. collect. leg.3. num.200.* ubi idipsum probat habere locum in omnibus delictis. 29

Observando quę dixerat Ulpianus *in l.2. ad leg. Cornel.* 30

UAB Biblioteca de Ciències Socials

de ficar. ibi: *Inauditum filium patrem occidere non posse, sed accusare tum ad Præfectum, Præsidemve Provinciæ debere*; voluerunt quippe jura noviora etiam in filio à patre occidendo, legem illam antiquam duodecim tabularum servari, quæ neminem inauditum, & indemnatum, incognita inditaque causa occidi jubebat, ad quam respiciens Salvianus *lib. 8. de jud. & proverb. Dei*, inquit, *interfici damnatum quemcumque hominem etiam duodecim tabularum decreta vetuerunt*. Et Divus Augustinus *1. de Civit.* Dei monet. *Vos appello leges, Judicesque Romani, nempe post patrata facinora, nec quemquam scelestum indemnatum voluistis occidi*. Unde Cicero *act. 2. in Verr.* inter cætera quæ Verri objicit crimina: *Honestissimi*, ait, *atque integerrimi absentes vel facti, indicta causa damnati, & ejecti*. Et quintus Curtius *lib. 8.* de Callisthene loquens, nullius cædem majorem Alexandro invidiam excitasse scribit: *Quam quòd virum optimis moribus, actibusque præditum non tantum occiderit: sed etiam torserit indicta quidem causa*, Symnach. *lib. 10. epist. 47.* ad Theodosium, & Arcadium scribens: *Quæso igitur*, inquit, *ne in contumeliam judicii vestri, & juri, & innocentiæ fraus paretur, quando enim absentibus, atque ignorantibus, inter alios gesta nocuerunt? Quis unquam sententiam numinis vestri inauditus excepit?* cuncta hæc transcripsi ab eruditissimo Domino Solorzano *in post hum. de parric. crim. lib. 2. cap. 8.* Et consonum est illud Joan. Evangelistæ *cap. 7. Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat*. latè rem hanc illustrat Valenzuela *tom. 1. consil. 6. nu. 7 cum pluribus seqq*

31 Solum tamen illam in hoc Principatu admittere possumus declarationem à DD. traditam, videlicet, quòd procedat regula antedicta, quando generaliter omnis defensio tolleretur, qualis est illa, quæ crimen excludit ex mera innocentia: secùs verò in defensione, quæ descendit ex jure civili positivo, Guaz. *d. def. 29. cap. 4. n. 6.* Reg. Matth. *de re crim. cont. 25. num. 36. cum seqq.* ubi exempla adducit Rosa *in prax. crim. cap. 9. n. 7.* Mieres *in Curia Perpiniani Dom. Regis Petri Tertii, collat. 6. cap. in primis par. 1. pag. 382. num. 10. & 11.* Cuenca *de jur. defens. lib. 5. quæst. 4. nu. 8* docens, quòd licet defensio judicialis sit juris naturæ, ratione materiæ, & originis; quoad formam tamen, quam à sola lege accipit, juris civilis est; quia nec omnibus, nec contra omnes, nec in omni tempore competit, ea ratione, quòd licet Princeps non possit auferre ea, quæ sunt defensionis introductæ à jure naturali; potest tamen tollere formam defensionis, quæ est introducta à jure positivo, Peg. *in cap. item ne super laudemio vers. 8. nu. 19.*

32 Unde dicunt, quòd licèt defensio tolli non possit, modus, seu forma, quia de jure positivo est, indistinctè à Rege variari, & modificari potest, Fagnanus *in 2. decretal. cap. Pastoralis de appell. nu. 6.* Fermosinus *par. 2. alleg. diverf. 9. nu. 29.*

Ideoque terminus defensionis ad horas abreviari potest, Guaz. *def. 31. cap. 1. num. 4.* Conciol. *resol. crim. 1. verbo defensio nu. 5.* Farinac. *in prax. qu. 39. num. 112 & in tract. de hæres. qu. 185. §. 14. num. 226.* Sousa *in apbor. Inquisit. lib. 2. cap. 29. num. 1.* (ut criminosi non tantùm à pœna, verùm etiam à modo procedendi deterriti, à malefaciendo se abstineant, & ut Respublica atroci crimine turbata, ejus sceleris supplicio lætetur, Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap. 6. nu. 5.*) arbitrio Judicis, attenta causæ qualitate, & locorum distantia, ubi reus testes habet, Carav. *ritu 69.* Rosa *in praxi crim. dict. cap. 6. num. 8.*

33 Quia limitare tempus ad se defendendum, non est tollere defensionem, nec tollitur defensionis facultas ex limitatione temporis, Guaz. *dic. def. 29. cap. 4. nu 8. vers. Sed per statutum*, Burgius *de modo proced. ex abrup. cent. 1. quæst. 11. nu. 26. & nu. 27.* ubi asserit, quòd ex placito Principis possunt ad tempus defensiones suspendi, ex Chart. & aliis quos citat. Unde sic, Judices licèt non possint reis tollere defensiones; possunt tamen defendendi modum ex causa restringere, & terminum arbitrio suo reis ad se defendendum assignare; & ita practicatur in hoc Principatu, attestatur Peg. *in prax. crim. cap. 12. § 6. nu. 6.* & est certum.

34 Sed non ita strictè tempus reo ad se defendendum indulgeri debet, ut idem sit, ac si defensio denegata esset, nec ita amplè terminus concedi oportet, ut in detrimentum sit administrationis justitiæ; omnia siquidem extrema sunt vitiosa, nec criminalium causarum protelatio tam longa, ut in Reipublicæ perniciem vergat, nec tam accelerata, ut Justitiæ sacrum conculcet, notat Tex. *in cap. Pastoralis, §. verum de sent. & re Judic. in 6.* ibi: *Verum quia hujusmodi sententia, quæ non à discretione, matre virtutum, sed à noverca justitiæ, voluntaria scilicet judicantis participatione processit*, & notat Cuenca *de jur. def. lib. 5. q. 4. n. 23.*

Quare si competens terminus ad defendendum assignatur, reus non se defendat, imò permittat tempus labi, & sic tacitè renuntiare videatur defensionibus, quas expressè renuntiare prohibetur; ex hac tamen renunciatione temporum tacita, facultas, & copia defensionis, eo durante termino, non tollitur. 35

In criminalibus insuper terminus defensionis non reiteratur, cum omni tempore reus testes ad ejus innocentiam probandum producere valeat, Capic. *dec. 81* Foller. *in prac. rub. & facta litis contest.* Sanfel. *dec. 22. & 23.* & his citatis Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap. 6. num. 9.* 36

Comprobantur antedicta; quia citatio, quatenus defensionem respicit, à jure divino est, *ut Genes. cap. 3.* ubi Deus antea quam Adam condemnasset, eum citavit dicens, *Adam, ubi es? & cap. 4.* ubi citavit Cain inquiens; *ubi est Abel frater tuus? Et Deuter. cap. 1. audite illos & quod justum est, judicate*, ac etiam de jure naturali, ut *in Clem. Pastoralis, §. cæterum de re judic.* & à Rege, vel statuto omitti non potest, Vant. *de nullit. cap. de nullit. & def. citato.* Galeota *Illust. cont. 12. num. 27.* Rosa cum pluribus *in prax. cap. 9. num. 1. & 2.* Peg. *in prax. civilis rub. 5. num. 2.* & ibi Ripoll *num. 10. cum seqq.* Xam. *de privil. Civit. Barcin. §. 23. num. 19* Cuenca *de jur. defensione lib. 5. quæst. 4. num. 19. & seqq.* 37

Et licèt DD. justa accedente causa, citationem omitti posse asserant, Barbosa *in cap. suscepto de caus. possess. & prop. num. 9. & seq.* latè, & doctè, Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap 9. num 3.* ubi ponderat rationem Divi Thomæ *2. 2. quæst. 86. art. 10* docentis, quòd lex ponitur respiciendo ad id, quod est in pluribus bonum, sed quia contingit hoc in aliquo casu non esse bonum, idcirco in illo particulari casu legem non esse servandam per aliquem, determinari sanè oportet. 38

Hæc tamen in Cathalonia proculdubio practicabilia non sunt; quia per expressas dispositiones adest contrarium statutum, & debet per directum, & cum causæ cognitione, aut auditis, & citatis partibus procedi, ut probatur latè *dec. 51. n. 20.* 39

Solùm in praxi admitti potest id (quin obstent jura nostra) quod asserunt DD. videlicet, quòd quamvis citatio tolli non possit; modus tamen, seu forma, quia de jure positivo est, indistinctè à Rege variari, & modificari potest; non loquor de citationibus in causis civilibus, quæ statutos habent terminos per nostra jura ut tradit Peg. *in prax. civil. rub. 6.* sed de citatione, seu notificatione termini, ut Reise defendant in causis criminalibus, quæ notificatio propriè etiam citatio dicitur, Cuenca *de jur. defens. lib. 5. quæst. 4. num. 15. cum seqq.* 40

Quare valet statutum ut quis intra certum tempus compareat, quo elapso, ampliùs non audiatur, Cardinal. Tuscus *lit. C. conclus. 271. nu. 8. & 16.* P. Baptista Fragoso *de regim. Rei pub. tom. 1. lib. 5. disp. 12. num. 8. & 9.* Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap. 9. num. 5.* sic pariter dicitur, quòd licèt statutum sit nullum, disponens ut possit tolli detentio naturalis, prout est citatio; tamen id intelligitur procedere, si tollitur defensio, seu citatio directè; secùs autem si per viam modificationis; & ratio est, quia ut dicimus, limitatio temporis ad defendendum, non est ablatio defensionis, & probat Burgius *de modo proced. ex abrup. cent. 1. qu. 11. num. 25.* 41

Quibus omnibus maturè attentis, fuit conclusum, ut sequitur; *Die 16. Januarii 1680. Barcinonæ in Domo Reverendi Cancellarii, junctis Tribus Aulis, Præsidente Reverendo, & Magnifico Olegario Manserrat Regio Consiliario, interfuerunt cum eo nobiles, & Magnifici Doctores sequentes, &c.* 42

Advocatus Fisci Regiæ Curiæ dubitat, an publicata inquisitione cum assignatione termini competentis ad defendendum, termino elapso, si inquisitus non curaverit suas dare defensiones, possit Regium Criminale Concilium ad declarandum in causa procedere an verò in ea supersedere debeat; quousque inquisitus suas præsentaverit defensiones. 43

Atten-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

44 *Attento licet per cap.* 25. *Curiar. anni* 1333. *collocatum in Constitutione* 3. *sub titu. de pœnis corporal. Const. Catbal. sit dispositum, nullum debere condemnari ad mortem, vel membri mutilationem, vel ad quæstiones, & tormenta, defensione debita non admissa, & in cap.* 7. *Curiar. anni* 1481. *quod est Constitutio unica titu. de tormentis, pariter disponatur, procedi non posse ad declarationem tormentorum, nisi datis defensionibus.*

45 *Cæterum attento ex observantia Regii Concilii, quæ conformis est Juris dispositioni, constat, concessa copia inquisitionis cum competenti termino ad defendendum, si inquisitus non curaverit suas defensiones dare, sed passus fuerit terminum labi, ad declarationem criminalem processisse, quia cum commoditatem habuerit ad se defendendum, affirmari non potest, sine defensionibus fuisse judicatum, imo per lapsum termini sibi dati, dicitur suis defensionibus tacitè renuntiasse; aliàs namque in manu inquisiti esset Judicium criminale pro arbitrio suo differre, in grave damnum administrationis justitiæ, unde liquet nihil obesse dictas Constitutiones* 3. *tit. de pœnis corporal., & Constit. unica titu. de tormentis; quia intelligi debent juxta dictam juris dispositionem, & observantiam subsecutam, videlicet non posse reum condemnari ad pœnas corporales, debita defensione non admissa, vel non datis defensionibus, hoc est nisi admisso inquisito ad defensionem debitam de jure naturali, vel nisi concessis a judice defensionibus, ad quas admissum esse liquet per assignationem dicti termini ad se defendendum.*

46 *Fuit conclusum, quod publicata inquisitione cum assignatione competentis termini ad dandum defensiones, elapso termino, quamvis defensiones non præsentaverit, potest Regium Criminale Concilium ad conclusionem causæ procedere, diffinitivam sententiam proferendo. Hoc intellecto, & declarato, quod in quocumque statu causæ debeat inquisitus ad defensiones, si apparuerint relevantes, arbitrio Senatus admitti.*

47 Respectu pauperum eleemosynæ est statutũ in Const. 6. *tit. de Comun. de proces.* quòd publicata eorum inquisitione, & jubente judice Regiæ Curiæ, communicetur inquisitio alicui ex Advocatis pauperum, & actuarius processus tenetur eadem die mandati sibi injuncti, eam inquisitionem communicare, sub pœna duodecim librarum pro quacumque vice, applicandarum pro eleemosyna irremissibiliter, & in Const. 1. *ejusdem tit.* est dispositum, quòd dictus actuarius teneatur communicare Advocato processum dictæ causæ, tantum quantum oportuerit pro defensa delati, ad cognitionem Vicecancellarii, aut Regentis Regiam Cancellariam; & ad eum communicandum non compellantur ad solvendum aliquod salarium, & sic respectu reorum miserabilium non fuit necessaria deliberatio Aularum Regiæ Audientiæ, quia prövidentiam habent in Constitutionibus citatis.

48 Præterea redeundo ad intelligentiam dicti *cap.* 16 in quo disponitur, non comprehendi Civitates, Villas, & Loca, quæ habent judicia proborum hominum, vulgò *jurats de probomens*, fit certum in hac Civitate, in qua à sententia judicii proborum hominum non datur appellatio, sed statim sententia executioni mandatur, docet Ferrer *obs guber. c.* 86. Bosch *tit. de honor. lib.* 4. *cap.* 3. §. 1. Berart *in specu. visit. cap.* 22. *n.* 21. & ex aliis docet Xammar *de privil. Civit. Barcinonæ*, §. 11. *num.* 2. Bruniquer *in sua apol. c.* 13 & his relatis Ripoll *in prax. civil.* Peg. *rub.* 27. *num.* 164.

49 In casu relato condemnatus injustè, conqueri potest de injusta condemnatione, & civiliter, & criminaliter, ipsiusque probi viri condemnantur in solidum ratione injuriæ, & damni; non autem Vicarius, & consiliarii: qui ex debito officii sui tenentur sequi vota dictorum proborum hominum, & assistere executioni sententiæ; imò isti absolvuntur, ut declaratum fuit die 23. Januarii 1598. referente Mag. Antonio Oliba, quam decis. latè refert Xamm. *de privilegiis Civit. Barcin.* §. 11. *num.* 17. Ripoll ad Peg. *rub.* 27. *num.* 164.

50 Ulterius ad intelligentiam dicti c. 16. affirmamus, quòd licèt ad judicem primitivum spectet cognitio an sit deferendum appellationi, Canc. *var.* 1. *cap.* 17. *num.* 14. Peg. *decis.* 70 *tom.* 2. *num.* 9. at postquam detulit appellationi judicis, ad quem officium est admittere appellationem, & cognoscere, an sit appellatio recipienda, Bartol. *in l.* 1. *n.* 3 *ff. nil innov. appel. pend. & in l. chirographis* §. *ab eo n.* 1 *ff. de administ. tut.* Rovit. *rub. de appellat. n.* 28.

Et sicut post delationem à se abdicavit inferior jurisdictionem ad procedendum ad executionem, Salgado *de reg. protect. par.* 3. *cap.* 18. *nu.* 2. *& per tot.* Barbosa *in cap. cum appellationibus* 5. *de appell. in* 6. *num.* 4. ita & post inhibitionem ligatas habet manus ad aliquid in causa agendum, Canc *var.* 3. *cap.* 18. *nu.* 37. 51

In casu quo Judex detulerit appellationi, ad procedendum iterum, necesse habet, ut à superiore ei causa restituatur, Lancel. *de attent. cap.* 12. *lim.* 1. *nu.* 24. & 27. Excellentissimus Crespi *ob.* 18. *num.* 12. sicuti post inhibitionem, ut possit Judex procedere, necessarium est, ut tollatur ei inhibitio à superiore. 52

Et sic dicitur, judicem non posse exequi sententiam post admissam appellationem, etiam quando ea non debuit admitti. Carrer *in prax. in trac. de appellat. §. ultimus casus est, num.* 2. Lancel. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *lim.* 1. *num.* 70. *& seq.* Thom. Sanc *in Consil. moral. l.* 3. *cap.* 15. Scac. *de judic. caus. civil. & crim. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 123. benè explicat id Farinac. *in prax. quæst.* 101. *ex num.* 106. *& Consil.* 17. *lib.* 1. *in addit. lit. D*, Rodrig. *resol. lib.* 1. *quæst.* 17. *numer.* 68. Salgado, qui supra, & his relatis cum Gomez *var.* 3. *c.* 13. *n.* 33. Ayllon. ejus Addit. *in eod. num.* 33. 53

Ex his transire possumus ad dicta à Cance. *var.* 1. *c.* 17. *num.* 83. quem sequitur Ripoll *in prax. civil. rub.* 27. *num.* 160. qui docent, quòd etsi *in d. c.* 16. *cur. anni* 1599. sit dispositum, à sententiis Baronum in criminalibus, mortis pœnam merentibus, licere ad eundem Baronem, mutato Assessore, appellare; si tamen reus ad mortem condemnatus, ad Regiam Audientiam appellat, & Baro deinde appellationi detulerit, licèt postea eum pœniteat, & assignet judicem ad appellationis causam, valida erit ad Senatum appellatio; nam cum dictum cap. 16. sit in favorem Baronum introductum, ut nequeant dictæ appellationes admitti in Regio Concilio, potest ipse Baro favori suo renuntiare, & sic remoto obstaculo d. cap. 16. potest per Senatum dicta causa admitti, 54

Quia licèt inferior non possit disponere in legibus superioris; limitatur tamen casu, quo factum superioris meram utilitatem, seu inferioris favorem respicit, ut ex Menoch. & Barbosa, Menchaca, docet Crespi *ob.* 1. *nu.* 187. 55

Neque Baro ad jus renuntiatum potest redire, nã causa semel ad Curiam delata, nunquam exit à Curia, nisi à Principe rursus ad judicem ordinarium remittatur, Hipol. *sing.* 301. Cavar. *prax. cap.* 9. *num.* 5 *in princ.* Menoc. *consil.* 340. *num.* 49. Barbos. *in collect. ad tit. de appell. cap.* 56. *num.* 4. maximè quia Regius Senatus semper habet jurisdictionem habitu in omnes Regni incolas, quæ consideratio ad multa conducit, ex his quæ tradit Giurb. *decis.* 96. *num.* 17. & 18. & notat Lanc. supra citatus, Sanfel. *decis.* 55. *num.* 3. *lib.* 1. 56

Rursùs, licèt aliqui DD. doceant, quòd Judex primitivus, qui defert appellationi cum clausula *sic & in quantum*, non abdicat à se jurisdictionem ad procedendum, ex infinitis Salgado *de reg. protect. par.* 3. *cap.* 18. *nu.* 3. Xammar *de offic. Judic. par.* 3. *quæst.* 4. *num.* 24. Surdus *decis.* 264. *n.* 18. & ex Rota coram Seraphin. coram Dunoz. & coram Duran, & coram Burato Ursel. *conclu. legali* 129. *num.* 165. *& seq.* distinguendo rem hanc probat Cancer *var.* 1 *cap.* 17. *num* 83. *vers. consuluit*. 57

Attamen certum est, quòd si inferior admittat appellationem etiam cum dicta clausula, non potest spreta appellatione, procedere ad ulteriora; quia attentaret, ut ex Rota refert, & sequitur Lancel. *de attentatis par.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 5. *prin. num.* 7. Scac. *de appellat. q.* 17. *lim.* 6. *mem.* 7. *num.* 100 *vers. Declara* cum aliis congestis per Postium *de manut. obs.* 106. *num.* 26. *& seq.* & nuper in terminis carcerationis post appellationem censuit Rota *recent. par.* 17. *decis.* 216. *num.* 2. & antea *par.* 6. *decis.* 366. *tota* ubi *num.* 4. respondet Graciano *discep.* 960. *num.* 11. & Rota penes Postium. *post. tract. de manut. decis.* 219. *num.* 7. & 8. 58

Quæ sine dubio procedunt, emanata inhibitione per superiorem inferiori, quia tunc nullatenus Judex potest procedere ad executionem stante inhibitione, ut in terminis fortioribus, videlicet in judice, cui est commissa causa cum clausula *appellatione remota* (de qua clausula Carleval. *de Judiciis lib.* 1. *tit.* 2. *disp* 8. *num.* 25. à Principe sæculari in commissione apposita, Crespi *obs.* 1. *nu.* 328.) scribit Lancel. *de attentatis* 2. *par. cap.* 12. *de* 59

12 *de attentatis appellatione pendente limit. prin. 25. nu. 16. & 17.*

60 Hinc generaliter dicitur, quòd in appellationibus frivolis, quibus jus non defert, gesta per judicem post inhibitionem, sunt nulla tanquam attentata, & pariter gesta per judicem a quo inhibitum etiam in casu non appellabili, sunt attentata, ex Peg. *dec.* 192. *tom.* 1. Tonduto *de prævent. cap.* 22. *n.* 14. & aliis Ripoll *var.* 3. *à nu.* 185. *& in addit. in prax. civil.* Peg. *rub* 27. *n.* 185. *& seqq.* per eas rationes; videlicet quia inhibitio ligat manus judicis à quo, ut non possit ad ulteriora procedere, facitque ut quæ aliàs non essent attentata, si post inhibitionem fiant, talia judicentur, & quia inhibitio, sivè justa, sivè iniusta, est timenda; & quia ad inferiores non spectat cognoscere de viribus inhibitionis, ne detur materia contemnendi.

61 Circa sententias Baronum, & omnium judicum inferiorum solum restat dicere, quòd prohibita appellatione, non est prohibitum reis dicere de nullitate, Canc. *var.* 3. *c.* 18. *n.* 22. *& par.* 1. *c.* 17. *n.* 22. Font. *dec.* 285. *n.* 6. *cum seqq. & dec.* 390. *n.* 14. Ripoll *in praxi civil. rub.* 27. *n.* 126. *& 127.* vel possunt rei per viam recursus ab oppressione, vel post sententiam per viam recursus gratiæ adire superiorem, ut punctim docet Ferrer 3. *par. obs. c.* 25. Canc. *var.* 1. *c.* 17. *n.* 12. Ursel. *concl. leg.* 128. *n.* 487. Rodoer ad Marin. *quot resol. c.* 150. *n.* 18. Dom. Don Christophorus Crespi *obs.* 10. *n.* 77. *& 79. & obs.* 69. *n.* 22. Pasqual. ad Franc. *de controv. inter Episc. & regal. super Bulla Urb.* 8. *n.* 1359. & nos dicimus *dec.* 25. *n.* 1.

DECISIO LIV.

ARGUMENTUM.

Detestabilitas usuræ demonstratur; an apponens in societate capitale, licitè possit pacisci, ut illud sibi salvum, & integrum maneat in omni casu, etiam cum certo lucro, annuatim, vel per alia distributa tempora percipiendo, cum intelligentia Bullæ fœlicis recordationis Sixti Quinti, editæ 25. Octobris 1586. latissimè agitatur, & frequentes casus, & variæ conventiones enodantur, quæ sub nomine emptionis, depositi, mutui, cambii, & aliis nominibus colorantur, quæ revera usurariam pravitatem redolent, ut pœnis condignis usurarii coerceri valeant, ad quorum punitionem de officio procedi posse probantur.

SUMMARIUM.

1 *Usuræ sunt omni jure prohibitæ.*
2 *De usuræ malitia, & pravitate usque ad n.* 7.
8 *Pœnæ usurarum statutæ tam contra Clericos, quàm contra laicos, explicantur.*
9 *Consuetudine effici non potest, quòd pactum, alioquin usurarium, sit licitum.*
10 *An usurarius excusetur à pœna propter consuetudinem quoad forum contentiosum, & quoad Deum, in casu quo certum omnino sit, contractum esse usurarium, & illicitum, & in casu quo id ambigitur, usque ad n.* 14.
15 *Agitata est controversia, an in societate apponens capitale, licitè possit pacisci, ut illud sibi salvum, & integrum maneat, etiam cum certo lucro, annuatim, vel per alia distributa tempora percipiendo; recitantur DD. opinionis negativæ.*
16 *Litteraliter traditur Bulla Sixti Quinti edita* 25. *Octobris* 1586.
17 *Recitantur DD. contrariæ sententiæ.*
18 *Hi asserunt contractum illum trinum nuncupari.*
19 *Et licitum esse, etsi tacitè, ac æquivalenter celebretur*
20 *Quamvis tres illi contractus fiant unico, & eodem tempore, sive diverso.*
21 *Etiamsi capitale consisteret in mercibus.*
22 *Vel in animalibus, ut in ovibus.*
23 *In vaccis.*
24 *In Bobus.*
25 *Bulla Sixti Quinti edita* 25. *Octobris* 1586. *damnat societates, in quibus unus socius assecurat capitale, & lucrum alterius, nulla recepta compensatione.*
26 *Usuraria non dicitur conventio, per quam quis suscipit periculum assecurandi capitale, & onus suscipit solvendi tot annis, vel per alia distributa tempora lucrum certum; dum tamen in compensationem oneris, & periculi suscepti dimittatur pars lucri æquivalens, & proportionabilis.*
27 *Hæc procedunt etiamsi duo tantùm contractus concurrant, nempe societatis, & assecurationis sortis principalis, & non assecurationis lucri certi.*
28 *Factum.*
29 *Contractus ille trinus quomodo nuncupetur, disputant DD.*
30 *Locationem dixerunt, qui hic citantur.*
31 *Emptionem, & venditionem alii.*
32 *Alii nec emptionem, nec venditionem, sed mutuum.*
33 *In societate æqualitas requiritur.*
34 *Assecuratio similis est emptionis, & venditionis, per quam qui assecurat, vendit obligationem, quam in se suscepit pretio convento.*
35 *Sicut in contractu emptionis, & venditionis, si inter pretium, & rem venalem adest debita proportio, contractus est justus; ita quando in contractu assecurationis servatur æqualitas inter obligationem, quam assecurans in se suscipit, & inter pretium, quod assecurationi datur.*
36 *In contractu societatis, vel assecurationis usuraria dicitur conventio, per quam quis suscipit periculum assecurandi capitale, nisi in compensationem periculi suscepti dimittatur pars lucri proportionabilis.*
37 *Si locatio esset contractus ille trinus, etiam esset licitus, si in eo adesset congrua compensatio periculi & oneris suscepti.*
38 *Si agatur de animalibus ad certum usum destinatis, pactum suscepti periculi, per conductorem est rationabile; dummodo æstimatio periculi, quod evenire potest à casibus fortuitis, & citra culpam, remaneat congruè compensata.*
39 *Licitum est locare, veluti centum oves pro certa moneta, ea lege, ut conductori pereant, modò fructui, qui ex eis sperantur, pensioni, & susceptioni periculi probabiliter respondeant.*
40 *Si quis rem justo pretio æstimatam, veluti equum, vel bovem, ad certum tempus alteri locat, ut re illa quandocunque pereunte, pretium cum lucro consequeretur, usuraria conventio est; nisi justum periculi pretium præfetur.*
41 *Mutuum alterius contractus, veluti locationis, vel venditionis, aut aliàs mixturam habere posse, neque vi usurarium esse condemnandum, demonstratur, si talis contractus cum mutuo admixtus pro justo pretio, & ad limites justitiæ commutativæ initus sit, itaut mutuator in aliquo locupletatus cum mutuatarii damno, & iactura non remaneat.*
42 *Quæstio an mixtura mutui cum alio contractu reddat usurarium contractum, est magis facti, quàm juris.*
43 *Dubia.*
44 *Circunstantia facti.*
45 *Clandestinitas magnum indicium est depravatæ intentionis fœnerandi.*
46 *Quando versamur in dubio, an contractus haberet aliquid usuræ, adhuc tamen in foro contentioso debet censeri licitus, & bona fide celebratus, & prudentis arbitrio remittuntur circunstantiæ, ut cognoscatur contractus usurarius, & n.* 47. *ubi deliberatio Sen.*
48 *Juris præsumptio est species legitimæ probationis, & transfert onus probandi in asserentem contrarium.*
49 *Qui nititur usurarum justitiæ, tenetur probare requisita, in quibus asserens se fundat, declaratur infra num.* 54.
50 *Qui se fundat pro iniustitia conventionis in inæqualitate, eam tenetur probare, & n.* 53.
51 *Lucrum, quod dimittitur in contractu trino, succedit in locum pretii, & allegans iniustitiam pretii, tenetur illam probare.*
52 *Allegans læsionem tenetur eam probare.*
55 *In crimine usurarũ an possit procedi de officio, agitur.*

56 *Illi*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

56 *Illi contra quos sine instantia partis procedi criminaliter non potest, si publicè usuras exerceant, puniri possunt de officio.*

57 *Operis evidentia manifestum, & publicum usurarium esse convincit, quando ita fœnus quis exerceat, ut nulla tergiversatione celari possit.*

58 *Idque verum est, sivè per se, sivè per alium fœnus exerceat.*

59 *Sivè domi id fiat modò, vel publicè constet.*

60 *Usuras exercens delinquit, & criminaliter punitur.*

61 *Et quidem pœna extraordinaria.*

62 *Quam pœnam infligere potest tàm Ecclesiasticus Judex, quàm secularis, dicunt DD. quia crimen usurarum est mixti fori.*

63 *Maximè stante decreto, vel constitutione Principis sæcularis, usuras sub pœnis prohibentibus.*

64 *De generali consuetudine hodie inquisito est remedium ordinarium in omnibus delictis, præcipuè in Catholonia, ubi processus criminalis est Fisci.*

65 *Recitantur pœnæ statutæ contra usurarios.*

66 *Contra dardanarios ex officio procedi potest.*

67 *Dardanarii tanquam usurarii plectuntur.*

68 *Ad capturam usurariorum apud nos non proceditur, quin præcedat provisio capturæ per relatorem, vel judicem causæ facta.*

69 *Conventiones usurariæ, quæ frequenter fiunt, recitantur.*

70 *Quando quis fructus, merces, vel alias res vendit, habito fide de pretio, cariùs tamen, & quàm justi pretii ratio ferat, simulatur usura in excessu justi pretii, & contractus est usurarius.*

71 *Quando quis ob anticipatam solutionem, rem minoris justo pretio emit, vel minùs solvit, usuram committit.*

72 *Quando res habita fide de pretio, cariùs venditur, & quando ex anticipata solutione minoris justo pretio emitur, contractus licèt verbo tenus emptiones, & venditiones appareant; inest tamen in eis mutuum palliatum.*

73 *An pecuniâ anticipatè soluta, liceat conducere operarios cum obligatione, debito tempore operas præstandi, solvitur.*

74 *An liceat pecuniam dare pro anticipata venditione fructuum colligendorum, ubi expenditur doctrina Cardinalis Lucer, num. 75.*

76 *Si quis mutuo det frumentum, aut vinum aut hujus generis aliud corruptum, aut mixtum, ut tantundem integri, & puri carioris reddatur, conventio usuraria est, etiamsi restitutio differatur in quodcunque tempus debitori commodum.*

77 *Si quis mutuat alteri triticum cum pacto ut tantundem recentis sibi restituatur, sciens recens melius esse, & majoris pretii, quam suum tempore mutui, aut solutionis, usuram committit quod declaratur.*

78 *Si habens frumentum, aut mercem conservabilem, illam alteri tribuat tunc vendere volenti, ut pretium in proprios usus erogaret, sub eo pretio quo valebit, atque per alios mercatores contractabitur aliquo futuro tempore, an usuram committat, explicatur.*

79 *Qui præsenti pecunia indigenti, quidquam cariùs, habita fide de pretio, vendiderit, ut statim à venditore, per se, vel per interpositam personam vilius ematur pecunia numerata, usuram exercet.*

80 *Si quis rem magnæ estimationis modico pretio pignori det, aut vendat intra certum tempus, ut si ad dictum tempus non redimatur, maneat emptori libera, aut ei qui pignori accepit, usuram committit, quod declaratur.*

81 *An venditio cum pacto de retro sit usuraria, agitur.*

82 *Usuraria est conventio, quando centum libræ mutuo dantur sub interesse decem librarum, & ex sorte statim detrahuntur decem libræ, & instrumentum conficitur de universa summa intra annum solvenda, quod comprobatur n. 83. 84. & 85.*

86 *Sub specie locationis quando contrahatur usura.*

87 *Et quid in locatione bonorum mobilium, quæ usu consumuntur.*

88 *Sub specie depositi an committatur usura.*

89 *Sub cambii genere multipliciter usura contrahitur.*

90 *De cambiis nostri temporis aliqua observanda traduntur.*

91 *Observa in hac re conclusionem R.C. criminalis.*

92 *An conventio facta ab initio de aliquo lucro exigendo in contractu mutui, sit indicium usurariæ pravitatis, agitur remissivè.*

VSuræ sunt omni jure prohibitæ, Peguer. *dec.* 30. *n.* 7. *cum seqq.* Rota corâ Dunoz. *dec.* 420. *n.* 12 & coram Bichio *inter ejus impressas dec.* 16. *n.* 19. *& in recent. p.* 16. *dec.* 401. *n.* 31. *& p.* 17. *dec.* 323. *n.* 17. *cum seqq.* D Joseph de Rosa *consult.* 50. *n.* 7. Gonzalez Tellez *in c. quia in omnibus* 3. *de usuris n.* 9 *cum seqq. & c. post miserabile* 12. *eodem tit. n.* 2. Hermosilla ad Lopez *glos.* 4. *leg.* 10. *n.* 20. *tit.* 1 *p.* 5. Olea *in addit. ad trac. de cession. jur. tit.* 6. *q.* 3. *n.* 2. 1

Rota coram Merlin. *inter ejus impress. dec.* 409 *à n.* 31. O *pessima* inquit, *fera, & voratrix usura, & omni aspide nocentior. Te natura quasi stercus evomit. Avaritia te monstrum suscepit, cupiditas te pestem multarum Civitatum enutrivit, itaque non fœnus, sed justiùs, fumus potes vocari.* 2

Lucas de Pen. *in l. apud eos n.* 2. *C. de delat. Civit. lib.* 11. ratiocinatur, quòd similis est pecunia usuraria morsui Aspidis: morsus enim ab Aspide, quasi delectatus vadit ad somnum, & per suavitatem soporis moritur: quia tunc venenum lethaliter per omnia membra decurrit, plura ad id allegans Rubeus *de valid legat. cap.* 25. *num.* 6. *cum pluribus seqq.* 3

Divus Chrisostom. *hom.* 38. super Matth. *c.* 21. *col.* 2. *post. med. & hom.* 57. *c.* 16. *&* 17. sic inquit: *super omnes mercatores plùs maledictus est usurarius, quid enim irrationabilius inveniri potest, quàm ut sine agro, & pluvia, & aratro seminare contendas? Has ob res omnes, qui hanc pestiferam agriculturam adinvenerunt, Zizania metunt, quæ igni æterno tradentur* recitat Solorzano *de jur. ind. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 112. 4

De usuræ malitia, & pravitate quid senserint Sancti Patres, latè, & doctè recensèt Gonzalez Tellez *in d. c. quia in omnibus* 3. *de usuris, n.* 8. & etiam repetit, quid de usura existimaverint Philosophi. Arist. *lib.* 4. *& hic c.* 1. fœneratores eodem loco ponit, quo latrones Seneca 7. *de beneficiis* inquit. *Quid fœnus, & calendarium, & usuræ? nisi humanæ cupiditatis extra naturam quæsita nomina.* Plutarchus *in Iocullo*, veterem, ac intolerabilem pestem fœnus appellat. Petrarcha *de remed. utriusque fortunæ*, fœnus obscœnam rapinam esse ait, & studium, quo fœdius ullum inveniri non potest. Et interrogatus Cato, quid de fœnore sentiret, respondit idem esse fœnerare, ac hominem occidere, ut refert Cicero *lib.* 2. *de officiis*. 5

Baldus *consil.* 449 *n.* 3. *an* 3 *vol.* inquit, usuram esse vermiculum ligni: nam sicut ille vermiculus ad tactum apparet levis, sed dentes habet ita duriſſimos, ut omne lignum rodat, & devoret, ita & usurarius est vermis patrimonium rodens: subdit idem Baldus, quòd sicut ignis combureret in infinitum, si combustibile haberet sibi approximatum, ita usurarius tanquam os inferni devorat, & maximè lædit, cum non sentiatur, Afflic. *in const. Reg. Neap. usur. n.* 2. connumerando usurarios inter raptores, & fures, ait: *Raptores pauperum, Trucidatores, Abactores, Infideles, fures, servos, capite diminutos, & filios diaboli, non nascendo, sed ejus opera imitando*, plura de hac re Prato *in resp. crim* 8. *n.* 1 *& seqq.* 6

Et attestatur Sanctus Antoninus *in sua summa* 1. *par. tit.* 1. §. 3. *c.* 6. quòd communiter usurarii, nisi resipiscant, infœlicem animam, ut animalia bruta exhalant, & refert aliquos casus nonnullorum usurariorum, qui justo Dei judicio, terribili, & pavendo exemplo ab ipsis ministris infernalibus rapti visibiliter fuerunt. 7

Pœnas contra usurarios, tam Clericos, quàm laicos scribit Gonzalez Tollez *in c. præterea* 7. *n.* 2. *de usuris*. Et respectu laicorum sunt, quòd laici excommunicantur, & nisi satisfecerint, ad pœnitentiam non admittuntur, *c. fin. §. fin. de usur. in* 6. *&* si ita indurati decedant, sepultura Ecclesiastica privantur, *c.* 3. *eod. tit. c. quamquam. eod. tit. in* 6. *Clement.* 1. *eodem*. Testamenta ab eis condita nulla sunt, *c. tua de usur.* nec donare causa mortis possunt, Hermosilla ad Lopez *glos.* 5. *leg.* 11. *tit* 4. *p.* 5. *n.* 5. Jure civili usurarii puniuntur pœna infamiæ, *l. improbum* 20. *C. ex quibus caus. infam.* Repelluntur usurarii à dignitatibus, *l.* 2. *&* 6. *de dign. lib.* 12. etiam extra ordinem puniuntur, & in præconizationibus Regiis *cap.* 42. usurarius pro prima vice perdit sortem principalem unà cum ejus duplo, quarum quantitatum tertia pars accusatori, tertia pars Regio Fisco, & restans tertia pars 8

Hos-

Hospitali Generali hujus civitatis applicatur: & pro secunda vice punitur pœna remigandi in Regiis triremibus per quinquennium, Peg. *decis.* 31 *num. fin.* ubi *per totam decisionem* latè etiam tractat de pœnis contra usurarios.

9 Præterea consuetudine effici non potest, quòd pactum, alioquin usurarium, sit licitum, Olea *decis. jur tit.* 3. *quæst.* 12. *n.* 33 *& seqq.* Reg. Matthæu. *de re crim. contr.* 40. *nu.* 139. Carleval. *de iudic. lib.* 1. *disp.* 8. *sect.* 1. *n.* 5. & 6. Censius *de censibus q.* 88. *n.* 9. & infra allegandi.

10 Et licèt asserant DD. consuetudine excusari à pœna, Rota coram Bichio *inter ejus impressas decis.* 16. *n.* 20. *& recent. par.* 16. *decis.* 401. *nu.* 47. à pœna videlicet ordinaria; non autem ab extraordinaria, ut voluit Ursel. *conclus. legal.* 161. *n.* 27. vel ab omni pœna, ut dixerunt *ex l. quid ergo, §. 1. ff. de cont. & util. act. tut. c.* 1. & 2. *in extravag. de empt. & vend.* ex Barto. Oldrad. Cravet. Bursat. Novar. Iason. Decian. Grat. Rol. Menoc. Sess. Covar. Mantica, Cyriac. *lib.* 1. *cont. cap.* 29. *nu.* 38. *cum seqq. & lib.* 3. *c.* 132. *n.* 56. *& seq.* Conciol. *alleg. forens.* 1. *num.* 55. *& seq.* Gonzalez Tellez. *cap. supr eo* 4. *de usuris num.* 4.

11 Quoad forum scilicet contentiosum, non autem apud Deum, apud quem consuetudo peccandi non excusat, Craveta *cons.* 195. *num.* 12. Menoc. *consil.* 343. *num.* 4. in casu quo certum omnino sit, contractum esse usurarium, & illicitum; secùs, quando id ambigitur, & dubium est, an contractus sit licitus, vel non; tunc enim consuetudo potest interpretari, an sit licitus, vel fœneraticius, & consuetudo eo casu excusat etiam à peccato, ut ex Decian. Tiraquel. Gabriel. Mantic. scribit Ciarlin. *cont. lib.* 3. *c.* 132. Conciol. *alleg. foren.* 1. *n.* 55. *cum seqq.* Gibalinus *de usuris lib.* 2. *cap.* 2. *art.* 1. *tot.*

12 Attamen his contrariari videtur noster Peguer. *decis.* 34. *tot.* qui probat consuetudinem usurarum non excusare etiam à pœna temporali; quia inquit, quòd illa regula, qua dicitur consuetudinem pravam excusare à pœna temporali, intelligenda est, quando agitur de eo, quod propter legis humanæ dispositionem est prohibitum; (à quo non discedit Prosp. Fagnan. *in* 2. *par. lib.* 1. *decret. cap. cum causa de elect. num.* 43.) Non quando ignorantia pravæ consuetudinis esset prava, & supina, ut puta, quia contra jus naturale; nam ex usu, quo committitur delictum contra naturam, non inducitur aliqua consuetudo; & nulla est consuetudo, quando est peccati nutritiva, ut quia permitteret furari, seu fœnerari, & contractus usurarios exercere.

13 Quæ comprobat ulterius Peg. *d. decis.* 34. ex variis fundamentis, *ex cap. fin. de consuetud.* ibi: *Quacumque consuetudine, quæ dicenda est verius in hac parte corruptela.* Et in propriis terminis *in cap. dilectos, de excess. Prælat.* ubi cum Rom. Pontifex inspectis attestationibus B. & P. invenisset esse probatum, dictum P. publicum aleatorem esse, ac usurarium manifestum, utpote quia undecim denarios pro duodecim mutuaverat in ludo; & licèt ad palliandum tantæ præsumptionis excessum proposuisset, quòd hoc fecerat juxta consuetudinem Clericorum Gallicorum, qua ferè universi Clerici mutuant sic frequenter, & ludunt; improbavit excusationem prædictam, quæ per pravam consuetudinem (quæ corruptela dicenda est) palliatur, reputans dictam excusationem frivolam. Per quem textum decidit Andr. Barb. *in cap. cum venerabilis, nu.* 30. quod consuetudo prava, & iniqua non excusat quem à pœna temporali, nec à peccato, idem determinans in materia usurarum, & *ibid. num.* 31.

14 Cui opinioni adhæreo, nisi in casu quo dubium esset, an contractus foret usurarius: quia tunc consuetudo tanquam dubii interpretativa, excusaret omnino a pœna, ut supra probatur, & indicat Tex. *in d. cap. fin. de excess. prælat.* dum loquitur de publico aleatore, ac usurario manifesto.

15 Agitata est controversia inter DD. an in societate apponens capitale, licitè possit pacisci ut illud sibi salvum, & integrum in omni casu maneat, etiam cum certo lucro, annuatim, vel per alia distributa tempora percipiendo. Negant D. Antonin. 2. *par. summæ tit.* 1. *c.* 6. *n.* 34. *& ex num.* 37. Angelus *in summa verb. societas* 1. *nu.* 5. *& 7.* Sylvester *in sum. verb. societas* 1. *nu.* 2 *summa* Armill. *verb. usura num.* 17. *& in verb. societas* § 6. Vivius *decis.* 84. *num.* 4. Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. cap.* 2. *ex num.* 9. Aragon. 2. 2. *quæst.* 78. *ar.* 2. *post. solutionem ad* 5. *argumentum principale ex §. sed dubitabit aliquis hoc loco.* Bannez. 2. 2 *quæst.* 78. *commentar. in ar.* 4 *§. dubitatur circa ultimum modum societatis conc.* 1. Rebel. *de obligationib. instit. moral.* 2. *par. lib.* 13. *quæst.* 4. *n.* 1. Azor *instit. moral. tom.* 3. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæst.* 5. 6. 7. & 8. & *c.* 4. *quæst.* 5. Joan. Baptist. Lupus *in c. navigantibus de usuris* § 1. *n.* 24. Natta *cons.* 403. & 404. *tom.* 2. Felicius *de societat. c.* 17. *ex num.* 8. & 42. *& cap.* 18. *ex n.* 3. & *c.* 19. *ex n.* 25. Frater Ludovis. *in instructorio conscientiæ* 2. *par. cap.* 65. *colum.* 2. *versic.* 4. Gomez. *to.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. *vers.* 4. Mantica *de tacitis lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 11. Scaccia *de commerciis* §. 1. *quæst.* 1. *num.* 502. Rota apud Farinac. *lib.* 1. *decis.* 227. *à numer.* 8. Cancer *variar.* 3. *cap.* 7. *n.* 50. *cum seqq.* Ripoll *de consulatu logiæ Maris, cap.* 20. *num.* 69. Noguer. *alleg. juris* 10. *num.* 203. Roccus *tom.* 1. *respons. de societ. mercator. not.* 17. *numer.* 44 *cum seq.* Et ex sententia Canonistarum respondens juribus, & DD. contrariis, latè tuetur Joann. Baptist. de Luca *in theat. verit. libr.* 5. *de usuris, & interesse discursu* 1. *per tot.* Raphael de Turri *de cambiis disp.* 3. *quæst.* 10. P. Joan Cabassutus *in notitia Ecclesiastica Concil. in Burdigal. ann.* 1583. *num.* 3. Staibanus Junior *de interesse libr.* 2. *tit.* 8. *quæst.* 1. *n.* 72. *cum seqq* Peg. *decis.* 32. *num.* 18. *Rota in una Ferrarien. societatis* 20. *Decembris* 1599. coram Cardinali Mellino, coram eodem 17. *Martii* 1600. *& recent. par.* 1. *decis.* 558. *numer.* 11. *& par.* 2. *decis.* 773. *numer.* 6. quas allegat Ursel. *conclus. legali* 108 *num.* 19.

Fundamentum capiunt hi DD. ex litterali dispositione sanctæ memoriæ Sixti Quinti *in Bulla edita* 25. *Octobris* 1586. *in Bullario com.* 2. *in ordine* 45. in illis verbis: *Damnamus, & reprobamus omnes, & quoscumque contractus, conventiones, & pactiones post hac ineundos, seu ineundas, per quos, seu quas cavebitur personis, pecunias, animalia, aut quaslibet alias res societatis nomine tradentibus; ut etiamsi fortuito casu quamlibet jacturam, damnū, aut amissionem sequi contingat, sors ipsa, seu capitale semper salvum sit, & integrum à socio recipiente restituatur, sive ut de certa quantitate, vel summa in singulos annos, aut menses, durante societate, respondeatur. Statuimusque hujusmodi contractus, conventiones, ac pactiones, usurarios, & illicitos post hac conseri debere, atque imposterum non licere iis, qui pecunias, vel animalia, aut alias res in societatem tradent, de certo lucro, ut præfertur, percipiendo, inter se pacisci, & concordare, neque etiam, sive ad certum, sive ad incertum lucrum convenerint, socios, qui ea recipient, ad sortem, seu capitale salvum, & integrum, ubi illud casu fortuito perierit, vel amissum erit, reddendum, quovis pacto, aut promissione sibi obligare. Ac ne de cætero societates ineantur sub hujusmodi pactis, & conditionibus, quæ usurariam pravitatem sapiens, districtè interdicimus, & prohibemus.* 16

Alii DD. resolvunt licitam esse conventionem, per quam quis suscipit periculum assecurandi capitale, & accipit onus solvendi etiam certum lucrum annuatim, vel per alia distributa tempora, non obstante Bulla Sixti Quinti desuper citata; dum tamen in compensationem periculi, & oneris suscepti, assecuranti dimittatur pars lucri proportionabilis, Navar. *in manual. cap.* 17. *n.* 254. *& seqq. ac in comment. de usur. not at.* 14. *nu.* 32. *cum seqq. & in cons.* 16. *aliàs* 24. *& cons.* 25. *n.* 4. *tit. eodem de usur. to.* 2. Cajet. *in opuscul. tract.* 31. *resp.* 11. *tom.* 1. Molina *de contract. tract.* 2. *disp.* 417. Lessius *de just. & jure lib.* 2. *cap.* 25. *dub.* 3. Sot. *eodem tract. lib.* 6 *quæst.* 6. *art.* 2. Valent. *tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 24. *punct.* 2. *& quæst.* 25. *punct.* 2 Graf. *decis. aur. lib.* 2. *cap.* 119. *n.* 36. 37 Rodriguez *in sum. par.* 1. *c.* 46. Steph. *de contract. lib.* 2. *c.* 77. *n.* 14. Bonac. *de contract. disp.* 3. *quæst.* 3. *punct.* 11. *sub n.* 2. *& quæst.* 6. *punct.* 3. *sub nu.* 10. ubi latè. Cardinal. Lugo *disp.* 30 *tit. de societ sect.* 4. *n.* 45. Cœlestin. *Theolog. moral. tract.* 13. *cap.* 6. Busembaum *in medulla Theolog. moral. lib.* 3. *tract.* 5. *dub.* 14. §. *Prodest tamen*, Trullench. *in decal. lib.* 7. *c.* 13. *dub.* 44. Escobar *in Theolog. moral. examin.* 13. *c.* 2. *nu.* 77. Tamburin. *in decalog. l.* 8. *tr.* 3. *c.* 8. §. 3. *n.* 21. *vers. Contraxisset tom* 2. *& de contract. in partic. l.* 9. *tr.* 3. *c.* 5. §. 7. *nu.* 3 & 4. *& tr.* 8. *c.* 5. §. 3. ubi latè & pulchrè Ugolin. *de usur. c.* 55. §. 1. *nu.* 1. Leotard. *eodem tract. quæst.* 31. *nu.* 13. & 14. Bursat. *cons.* 320. *n.* 59. *lib.* 3. Merend. *de contract. mundin. cap.* 3. *sub n* 33. Marescot. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 133. *num.* 21. Scorsia *in select. Theor.* 290. *& Theor.* 367. *in fin.* Comitol. *respons. moral. lib.* 3. *qu.* 12. §. *tertia propositio.* Layman. *Theolog. moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 18. *nu.* 12. & *c.* 20. *nu.* 2. *tom.* 1. Petrus à Sancto Joseph. congregat. Fulien. *in Theolog. moral.* 17

UAB Biblioteca de Ciències Socials

moral. lib. 4 cap. 10. ad fin. Duard. *de socier. lib. 2. cap. 4. quæst. 6. concl. 4 à nu. 9. 14. & 15.* Molfes. *ad consuetud. Neapol. quæst. 18. & de contract. cap. 11. n. 41.* Andreol. *contro. 282. n. 1. part. 3.* Nicolius *in lucubrat. ad inst civil. lib. 3. tit. 26. num. 6. tom. 1. & in addition. num. 9. impress in calce tom. 2.* Bellon. *de potest. eorum quæ fiunt in contin. lib. 1. cap. 31. numer. 5. & 6.* Dianna *resol. moral. par. 1. tr. 8. resol. 30.* Gait. *de credit. cap. 2. tit. 7. qu. 5. à numer. 1934. cum seq.* Scaccia *de commerciis §. 3. glos. 3. num. 36. & seqq. & de judiciis lib. 1. tit. 3. disp. 7. numer. 17. & seq.* ubi plenissimè, Sabell. *var. resol. & respons. cap. 17. sub num. 45. & c. 51 nu. 31. 32. & seq.* Vermigliol. *cons. 413. numer. 1. & 2.* Carleval, *de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 7. à nu. 15. ad 23. tom. 2.* Cavalcan. *decis. 13. par. 2.* Leoncil. *decis. 65. sub num. 29.* Thomat. *decis. 132. tom. 2.* Rota *post lib. 1. Consil. Farinac. decis. 130. nu. 2. & 5. & seq.* coram Coccin. *decis 70. num. 3. & seqq.* & coram Millin. *decis. 201. num. 5. & 6. & decis. 122.* quos allegat Bonden. *de jur. controverso colluct. legal. 31. n. 3.* Ayllon ad Gomez *var. lib. 2. cap. 5. num. 6. versi. Usuram committi;* Narbona *l. 15. tit. 18. lib. 5. glos. 2. ex num. 45. & per tot. glos.* Reg. Matthæu *de re crim. cont. 40. num. 115. & seqq.* Ciarlin. *cont. lib. 3 cap. 232. numer. 47. cum plurib. seqq.* Gibalinus *de usuris lib. 6. cap. 3. & seqq.* Conciol. *alleg. 1. num. 48. & seqq. & alleg 2. & resol. crim. 7. verbo Bulla,* Cyriac. *cont. 232. num. 48. & seq. 465. nu. 16. & seq.* Ursellius *conclus. leg. 108. num. 20. vers Sub declara, & conclus. 162. n. 72.* Castro Palao *de just. commut. par. 7. disp. 8. par. 5. & 6.* Caracciolus *decis. 26. num. 39.* Rota *in veterb. transactionis 4. Junii 1663.* coram Taja, & coram Dunoz. *inter ejus impressas decis. 54.* maximè *in fin.* ubi tradit decisum, *& decis. 368.* signanter *numer. 19. & 20. par. 17. recent.* Altograd. *cons. 6. num. 86. lib. 1.* Acfolin. *resol. 11. sub num. 1.* Antonius Gobius *consult. decis. 32. numer. 6.* qui tradit judicatum.

18 Conventionem illam, contractum trium canonistæ, & morales nuncupare solent, resultantem ex concursu trium contractuum. Primum scilicet societatis, in qua unus ponit pecuniam, & alter operam. Secundum assecurationis sortis principalis, quam pecuniæ receptor facit. Et tertium assecurationis certi lucri; quam idem receptor, qui pecunia negotiaturus est, pariter facit, ad tollendas contentiones super rationum redditione, ac lucrorum quantitate; quam contrahendi speciem licitam esse tenent ante citati DD. Licèt his subtiliter se opponat Cardin. Luca *in suplem. par. 3 lib. 16. obs. 161.* asserens contractum hunc trinum pro usuræ exclusione, manifestam esse superstitionem, per quam illud quod revera in partium intentione usurarium mutuum est, licitum redditur, imponendo legem potius verbis, quàm rebus, atque judicando in littera, non autem in spiritu, & ratione.

19 Etiamsi fiant, & celebrentur hæ conventiones tacitè, ac æquivalenter, ut puta, si quis tradat pecuniam mercatori, credens se posse juste quinque, aut sex pro centenario exigere, intendens contrahere eo modo quo licitè potest; veluti si diceret confero centum in societate, ut solvas mihi quinque, vel sex annuatim, salvo tamen capitali, modo licito, vel eo modo quo licitè contrahi potest, Lessius *de just. & jure lib. 2 cap. 25. dub. 3. num. 28. & 31.* Filucius *quæst. moral. tract. 38. nu. 56. vers. Dices tertio.* Diana *par. 1. tract. 8. resol. 30. vers. Et hæc omnia.* Bonacina *disp. 3. quæst. 3 punct. 11. sub nu. 2. vers. Adde cum Navarro.* Sabell. *var. resol. & resp. capit. 17. numer. 6. & sub numer 7. vers. Sufficit enim, & capit. 51. sub numer. 32. vers. Nec obstat.* Michal. *de fratr. part. 3. capit. 59. numer. 45. vers. Et non solum.* Scac. *de commerc §. 3. glos. 3. numer. 40.* Andreol. *cont. 282. sub numer. 1.* Tambur. *de contract. lib. 9. tract. 1. cap. 11. numer. 5. & tract. 8. cap. 5. §. 3. numer. 11.* Bonden. *de jure contr. colluc. leg. 31. num. 5.* Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 7. num. 21.*

20 Quamvis præfati tres contractus fiant sivè unico, & eodem tempore, sivè diverso, Navar. *in manual. cap. 17. sub num. 255. vers. Addo quòd possunt, & de usuris notab. 14. sub nu. 32. vers. Præterea,* Covar. *var. lib 3. cap. 2. nu. 4. in fin* Bonac. *disp. 3. quæst. 3. punct. 11. sub n. 2. vers. Ergo etiam,* Scaccia *de commerc. §. 3. glos. 3. sub num. 39.* Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 3. d. disp. 7. sub nu. 20 vers. Sed multò plures.* Sabell. *var. resol. & resp. cap. 17. n. 6. & cap. 51. num. 31.* Michal. *de fratr. par. 3. c. 59 num. 45. vers. Sed etiam in eodem,* Dianna *resol. moral. par. 1. trac. 8. resol. 30. §. 1. in fin.* Bonden. *de jur. cont. colluc. leg. 31. num. 4.* Cyriacus *cont. lib 3. cap. 232. n. 47.*

Prout hæc pariter procedere docent, etiamsi capitale consisteret in mercibus, ut apud Rotam coram Millin. *dec. 186. & dec. 101. ac decis. 212. & post lib. 1 Consil.* Farinac. *dec. 130.* Bond. *de jur. cont. colluc. leg. 31. num. 6.* 21

Vel in animalibus. Ursellius *conclus. leg. 108. num. 17. cum seqq.* Aut consisteret capitale in ovibus, ut Rota *in Anagn. usur. 4. Martii 1607.* coram Manzan. *impres.* penès Felic. *de societate cap 19. numer. 47. cum seqq.* penès Sabel. *resol. & resp. cap. 17 sub n. 35.* penès Michal. *de fratr. par. 3. post cap. 19. &* repetit Bonden. *de jur. cont colluc. leg. 31. num. 6. vers. Sive in animalibus,* Conciol. *alleg. 1.* signanter *à num. 47. & alleg. 2.* 22

Vel capitale esset vaccarum, Rota *in Roman. usur. pravi. 4. Julii 1597.* coram Pereg. *impres. post. lib. 1. Farinac. dec. 118.* repetita post Zacch. *de obligat. camer. dec. 126.* Bonden *de jure cont. colluct. 13. num. 6. vers. Quorum etiam.* 23

Vel Boum, Michal. *de duobus Frat. par. 3. cap. 59. num. 45.* Sabel. *var. resol. & resp. cap. 17. sub num. 45. & cap. 51. num. 31. & seqq.* Post *var. resol. 53.* Pigant *ad statut. Ferrar. lib. 2. rub. 32. num. 46. tom. 2.* & alii à Bonden. *de jur. cont. colluct. leg. 31. num. 6. versi. Quorum etiam.* Cardinal. Joan. Baptista de Luca *in theat. verit. lib. 5. de usuris, & interesse dic. 2. per. tot.* 24

Nec ostare dicunt Doctores citati, Bullam Sixti Quinti, incipientem, *Detestabilem*, de super traditam; quia prout ipsi respondent, illa Constitutio damnat solùm societates, in quibus unus socius assecurat capitale, & lucrum alterius, nulla recepta compensatione; & in his terminis procedunt, quæ pro altera opinione allegantur; non autem ubi pro assecuratione sortis, & oneris dimittitur bona pars lucri incerti. 25

Unde nunc ex communi DD. sententia infertur verissima conclusio, quòd tam in contractum societatis, quàm in alio usuraria non dicitur conventio, per quam quis suscipit periculum essecurandi capitale, & onus suscipit solvendi tot annis, vel per alia distributa tempora lucrum certum: dum tamen in compensationem oneris, & periculi suscepti dimittatur pars lucri æquivalens, & proportionabilis. Quocirca nunc in controversiis circa hanc rem contingentibus, sola dificultas est facti, ut doctè ponderavit Eminentissimus Cardinalis Joann Baptis. de Luca *in theat. verit. lib. 5. de usuris, & interesse d. disc. 2. num. 2* docens, in hujusmodi quæstione certam regulam, & determinationem dari non posse, sed illam ex singulorum casuum particularibus circunstantiis pendere; an scilicet major fructus, seu utilitas rei, traditæ, qui recipienti dimittitur adæquet nec ne periculum, seu assecurationem; cum versemur in concursu trium contractuum, societatis, assecurationis sortis, & assecurationis lucri. 26

Eadem consideratione dissolvitur dubium in casu, quo tantum concurrunt duo contractus, nempe societatis, & assecurationis sortis principalis, & non concurrit tertius assecurationis lucri certi; & in his terminis loquitur Covar. *var. lib. 3 cap. 2. num. 4. ver. Tertia conclusio*, sentit Mantica *de tacit. lib 6. tit. 6. num 4. 5. & 11.* & animadvertit Luca *in theat. verit. lib. 5. ad tit. de usur. dis. 1. num. 4.* Rota coram Manzanedo *in Anagnina usur. 4 Martii 1607.* quam tradit Michal. *post. tract. de duobus fratr. dec. 1.* 27

In nostro Regio Concilio de anno 1686. hæc evenit disputatio: Quidam tradidit diversa juga boum rusticis quibusdam, concorditer æstimatum quinquaginta libris unumquodque jugum, sub pacto, quod lucrum, vel damnum contingens æqualiter inter tradentem, & recipientem divideretur; & quòd recipiens pro lucro certo tot annis teneretur dare tradenti tres quarterias tritici, atque ita si quodque boum jugum cum lucro vendi contigisset, illud æqualiter divideretur, deducto ante omnia capitali, quod integrum eo casu tradens haberet; sin autem jugum boum cum aliqua deterioratione venderetur, damnum contingens divideretur æqualiter inter tradentem, & recipientem; ita quòd deberet recipiens cum emenda deteriorationis pro dimidio juga boum tradenti restituere; sin verò in totum boves perirent; communi, & æquali periculo, & damno perirent; & eo in casu dimidium damni recipiens, ex suo tradenti solvere teneretur, singulis tamen annis dum duraret conventio; à qua tradens 28

libe-

liberè semper recedere posset) teneretur recipiens tres quarterias tritici tradenti solvere .

29 Parui fecit Regium Concilium disputare in præhabita specie , an conventio illa foret societas commixta cum assecuratione periculi , & certi lucri ; an venditio, & emptio , an locatio , & conductio , prout in similibus terminis controvertunt DD. (& in simili nunc noviter. & doctissimè disputat Bondenius *de jure controver. vol. 2. colluct legal. 5. ferè per tot.*) nam societatem cognominant cum duplici assecuratione communiter DD.

30 Locationem esse dixit Luca *in theat. verit. lib. 5. de usur. disc. 2.* Rota *in Romana Affictus casalis 3. Aprilis 1628. inter impres.* per Amat-Dunozet. *dec. 54. n. 3. & seqq.*

31 Emptionem, & venditionem esse dixit Rota coram Manzan. *in Anagnin. usurarum 4. Martii 1607.* apud Michal. *post. tract. de duobus fratr. decis. 1. num. 1.*

32 Nec societatem, nec emptionem, & venditionem, sed mutuum esse, latè defendit Raphael de Turri *de cambio disp. 3. quæst. 10. tot.*

33 Quia certum habuit Regium Concilium, conventionem illam licitam fuisse, etiamsi ut societas judicaretur, dum inæqualitatis pactum non contineret, ubique enim in societate æqualitas requiritur; nam si improportionabilis & inæqualis societas fuisset, usuraria & leonima societas celebraretur, *l. si non fuerit 29. §. Aristo. ff. pro socio*, Covar. *var. 3. cap. 2. num. 3.* Gomez *var. 2. de societate cap. 5. num. 5. vers. Secundo infertur*, & ibi Ayllon *num. 6. vers. Usuram committi* Leotard. *de usur. quæst. 8. num. 10.* Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 7. num. 15. & 16.* Reg. Matthæu. *de recrim. cont. 40. num. 115.* Staibanus *de interesse lib. 2. tit. 8. quæst. 1. num. 38. cum seqq.* P. Joann. Cabassutus *in notitia Ecclesiastica concilior. in Burdigal. nu. 1583. num. 3.*

34 Quæ procedunt, etiamsi illa conventio assecurationem, vel emptionem & venditionem contineret; nam assecuratio similis est emptioni, & venditioni, per quam qui assecurat, vendit obligationem, quam in se suscepit pretio convento. Lessius *de just. & jure dub. 2. cap. 28. dubit. 4. in princ.* Grat. *discep. forens. cap. 589. nu. 2. par. 3.* Rota *decis. 160. num. 24. par. 4 recent. tom. 2.* Conciol. *alleg. forens. 1. num. 49.*

35 Nam sicut in contractu emptionis, & venditionis, si inter pretium, & rem venalem adest debita proportio, contractus est justus; ita quando in contractu assecurationis servatur æqualitas inter obligationem, quam assecurans in se suscepit, & inter pretium, quod assecuranti datur, contractus est justus, & licitus; Less. *d. cap. 28. dubit. 4. in prin.* Layman. *in Theolog. moral. lib. 3. tract. 4. cap. 10. num. 2. vers. Quamvis autem, & sub num. 4. vers. Hujusmodi contractus*, Rebel. *de obligat. just. lib. 16. de contract. assecurat. quæst. unica num. 3.* Cyriac. *cent. 463. nu. 16. & seq.* Michal. *de frat. cap. ult. nu. 43. & seq. par. 3.* Conciol. *alleg. forens. 1. num. 50.* Urselius *vers. Assecuratio contractus, concluf. 151. num. 25. cum seqq.* Carleval. *de judic. tom. 2. disp. 7. nu. 19.*

36 Inde infertur, quòd tam in contractu societatis, quàm in contractu, qui dicitur assecurationis, usuraria dicitur conventio, per quam quis suscipit periculum assecurandi capitale, nisi in compensatione periculi suscepti assecuranti dimittatur pars lucri proportionabilis, Rota coram Bichio *decis. 191. inter ejus impressas num. 29. cum seqq.* Quando in contractum assecurationis cadat usura, latè tradit Hermozilla ad Lopez *glos. 4. leg. 10. tit. 1. par. 5. nu. 259. cum seqq.*

37 Si locatio foret præhabita conventio, etiam illa licita esset, si in ea adesset congrua compensatio periculi, & oneris suscepti, Ugolin. *de usur. cap. 54. num. 3.* Molin. *de contrac. disp. 407. num 15.* Leotard. *de usur. quæst. 36. num. 25.* & admittitur *in decis. Dunozeti 54.* ut refert Luca *in theat. verit. lib. 5 de usur. disc. 2. num. 5.*

38 Ideo si agatur de animalibus ad certum usum destinatis, in quibus frequentiùs ereptio, vel deterioratio pendere solet vel à modica diligentia conductoris, seu custodis, & operarii in illis nutriendis, seu gubernandis, vel ab immoderato usu, ob nimiam aviditatem, magis quam par est exfructando, & cum dicta culpa satis difficilis, ac moraliter impossibilis probationis sit, rationabile videtur pactum suscepti periculi per conductorem, dummodo æstimatio periculi, quod provenire potest à casibus fortuitis, & citra culpam, remaneat congrue compensata, docet Luca *in theat. verit. d. tit. de usur. disc. 2. num. 6.*

Hinc pariter licitum est locare, veluti centum oves 39
pro certa moneta, ea lege, ut conductori pereant, modò fructus, qui ex ea sperantur, pensioni, & susceptioni periculi probabiliter respondeant, Leotard. *de usur. q. 36. nu. 25.* qui subdit consultiùs esse ab his pactis abstinere, & naturam locationis servare, & sequi, quæ est, ut periculum sit domini, non conductoris, nisi culpâ conductoris damnum sequatur, *l. 13. §. si quis servum, ff. locati.*

Et inde etiam, si quis rem justo pretio æstimatam, 40
veluti equum, vel bovem, ad certum tempus alteri locat ea lege, ut re illa quandocumque pereunte, pretium cum lucro consequeretur, usuraria conventio est, nisi justum periculi pretium præstetur, Leotardus *de usur. quæst. 36. num. 25.*

Quocumque igitur modo regulatur conventio con- 41
tentiosa, veluti vel quia importet emptionem, & venditionem, vel locationem, & conductionem, vel societatem cum duplici assecuratione, vel contractum innominatum, erit verum dicere, datâ æqualite, & congruâ compensatione oneris suscepti, conventionem licitam esse; prout è contrario, usuraria judicabitur, & sub mutuo palliato concepta, quando pars lucri dimissa non fuerit proportionabilis ad onus, & periculum per recipientem susceptum ; & hoc fit pariter manifestatum ex magis recepta, & communi opinione scribentium, mutuum alterius contractus, veluti locationis, vel venditionis, aut aliàs mixturam habere posse ; neque ut usurarium esse condemnandum, si talis contractus cum mutuo admixtus pro justo pretio, & ad limites justitiæ commutativè initus sit, ita ut mutuator in aliquo locupletatus, cum mutuatarii damno, & jactura non remaneat, scribit Luca *in theat. verit. lib. 5. tit. de usur. disc. 4. num. 3.* ex Abbate *consil. 167.* ibi : *Si enim talis contractus pro justo pretio, & ad limites justitiæ commutativæ initus esset, ita ut mutuator in aliquo locupletatus, cum mutuatarii damno, & jactura non remaneret, tunc nulla intrat usuraria infectio consistens in lucro mutuantis, & respectivè damno mutuatarii ; unde hoc ultimo præsertim cessante, nulla supperet ratio, cur mutuatur, qui gratum, & benevolum officium mutuatario præstat, deterioris conditionis esse debeat, quocumque altero extraneo, ut firmat Covar. lib. 3. var. cap. 2. nu. 5. Rubeus conf. 20. nu. 3. & seqq. Mantica de tacit. lib. 8. tit. 18. num. 19 Menoc. conf. 109. scribentes, apud Farinac. conf. 191. lib. 2. nu. 16. 24. & 27. & seqq. Castill. decis. 134. num. 1. & 2. Millin. decis. 88. aliàs decis. 119. post. 1. vol. consil. Farinac. atquè his, & aliis allegatis habetur etiam firmatum dic. disc. 117. sub tit. de Regalibus, quoniam theorica est verissima, quæ admittitur in omnibus decisionibus in causis hinc inde editis sub diebus 23. Martii 1639. 2. Maii 1659. 20. Februarii, & 26. Novembris 1660. coram utroque Verospio, quarum tres moderniores sunt impressæ post colluctationes Bonden. decis. 63. 71. & 82. & tertia, & quarta sunt repetitæ decis. 44. & 49. post Zuff. de legitim. processus, & admittebatur quoque per scribentes hinc inde .*

Infert ex his Luca cit. quæstionem illam an mixtura 42
mutui cum alio contractu, reddat usurarium contractum, esse magis facti, & applicationis, quam juris. Hanc etiam iterum tractat, & comprobat *sub tit. de Regalibus disc. 117. & sub tit. de camb. dis. 24.* ubi agit, an in casu quo mixtura alterius contractus in cambio inducit usuram, ista tantùm vitietur, & firmum permaneat cambium.

Unde ex facto proposito tria oriri dubia existimavi- 43
mus. Primum an conventio præhabita, æqualis, & proportionabilis esset, habitâ consideratione lucri, & periculi. Secundum an incumberet Fisco hanc inæqualitatem probare. Tertium an casu, quo conventio illa foret illicita, & usuraria, Fiscus posset in eo delicto procedere de officio, & sine querela partis; & idem generaliter fuit dubitatum, an in crimine usurarum posset procedi de officio.

Quoad primum consideravit Senatus pro æqualitate 44
contractus, & compensatione periculi, & oneris, ad recipientis usum traditum fuisse jugum boum, ex quo aliquid utilitatis, locando aliis singulis diebus, & temporibus, detracto sumptu, reportare posset, quòdque laborando, & sua prædia colendo aliquid commodi lucrabatur, & his attentis circunstantiis, & considerato valore trium quarteriarum tritici juxta commune experimentum, nihil inæqualitatis, & injustitiæ animadvertebatur; nam ex parte tradentis attendebat

ca-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

capitale esse positum in illa conventione, qui periculo peremptionis, aut deteriorationis se subiiciebat, & quòd rusticus luerabatur illo subsidio pro prædiorum necessaria cultura, & adhuc poterat boves aliis conducere, mercedem integram percipiendo, ex qua solvere poterat tradenti tres quarterias tritici, atque ita ex hac parte lucri in favorem recipientis dimissa, compensatum erat periculum, & onus ad quod receptor se subiecit; sicque conventionem illam esse licitam, & pravitatis usurariæ vitio non laborare, ut probant DD. ante citati.

45 Consideravit Senatus conventiones illas factas fuisse publicè, & palam, quæ arguunt synceram intentionem, & bonam fidem, prout è converso, clandestinitas magnum indicium est depravatæ intentionis fœnerandi, ut latè probat Cardin. Luca *in theat. verit. lib. 5. tit. de usur. d. disc. 2. in fin.*

46 Et consideravit pariter, quod quando versamur in dubio, an contractus habeat aliquid usuræ, adhuc tamen in foro contentioso debet censeri licitus, & bona fide celebratus, Borgnin. *decis. 1. num. 91. par. 2.* Grat. *disc. forens. cap. 14. num. 14.* Leotard *de usuris quæst. 99. nu. 5.* Conciol. *alleg. forens 1. n. 56.* Ciar. *con. lib. 1. c. 29. n. 75.*

47 Quocirca habitis enarratis circunstantiis, usurarium non judicavit Senatus contractum, nisi aliæ supervenirent circunstantiæ, ex quibus pateret inæqualitas, & injustitiæ contractus.

48 Circa secundum dubium apparebat affirmandum. Fiscum habuisse juris præsumptionem, fundatam in desuper citata Bulla Sixti Quinti, in qua reprobatur societas, seu alius contractus, in quo convenitur ut fors sit semper salva tradenti, cum lucro certo, annuatim, vel aliàs per recipientem solvendo, prout fuit pactio contentiosa; juris autem præsumptio species est legitimæ probationis, *l. licet imperator 77.* & ibi communiter DD. *ff. de leg. 1.* Covar. *var. lib. 2. cap. 6. in princ.* Rota coram Meril. *decis. 125. num. 18. in recent. decis. 207. nu. 7. par. 10.* ita ut transferat onus probandi in asserentem contrarium, *l. fin. in princ. ff. quod met. caus. l. sive possidetis, & ibi glos. Bald. & communiter scribentes, Cod. de probat.* Menoc. *lib 1. præs. 33. nu. 2.* Rota coram Seraphin. *decis. 1422. num. 9. & 10 in recent. d. decis. 207. num. 8. par. 10. & decis. 333. num. 8. & 9. par. 11.*

49 Unde tradentem capitale, ut illud semper sibi salvum maneat cum perceptione annua certi lucri, teneri probare in compensationem periculi, & oneris susceptì dimisisse partem lucri æquivalentem, & proportionabilem, post ponderatas rationes hic expensas, tradit Rota *recent. par. 9. decis. 69. nu. 32. 33. & 34. & recent. par. 16. decis. 401. num. 34. cum pluribus seqq.* ubi *n. 40.* ideo scribitur, ibi: *Hinc est quotidianam doctrinam Paul de Castro in l. 3. ff. de eo quod certo loco, communiter à Doctoribus, & à Rota receptam esse; secundùm quam qui se fundat in usurarum justitia, tenetur ipse probare omnia illa requisita, nempè moram debitoris, occasionem promptam, & damnum passum ob defectum pecuniæ non restitutæ, & quidem præcisè exclusa prorsus quacumque probatione præsumptiva, veluti ratione loci, in quo sit facile investire pecunias, vel ratione personæ solitæ illas non tenere otiosas, cum potentia remota non sufficiat, sed requiratur proxima, ut post decis. 3. coram Mohedano frequenter firmavit Rota dec. 888. par. 4. divers. nu 2 post secund. vol. concil. Farinac. decis. 362. n. 2. in Avenion. pecuniaria 10. Februar. 1640. coram bon. mem. Bichio. quæ est decis. 29. post Merlin. de pign. coram Eminentis. Otthobono decis. 12. nu. 11. in recent. decis. 87. nu. 18. in fin. par. 11. & sola possibilitas contraria hanc probationem non excludit. Rota decis. 7. num. 11. & 12. post Zacch. de obligat. Cameral.*

50 In contrarium ponderabatur, quòd Fiscus, qui pro injustitia conventionis fundabatur in inæqualitate, & excessu, tenebatur eum probare, quia excessus ille non præsumitur, & sic ab allegante est plenè, & concludenter probandus: Post. *resol. 135. nu. 42. & de subhast. insp. 50. num. 16.* Ferentil. ad Burat. *decis. 368. nu. 10. tom. 1.* Rota post Mangil. *de subhast. decis. 60. num. 1.* & post Salgado *in labyr. credit. decis. 77. nu. 3.* & coram Merlin. *decis. 249. sub num. 16. vers. Quoniam excessus*, & coram Otthobono *decis. 226. num. 6. & in recent. decis. 405. num. 2. par. 3. & decis. 28. num. 16. & decis. 261. nu. 8. par. 5. & decis. 96. nu. 1. & decis. 306. num. 26. & seq. par. 7. & decis. 110. nu. 31. & decis. 345. sub num. 25. par 8.* & post eas allegatas Bonden. *de jur. cont. colluc. leg. 31. nu. 53.*

Lucrum namque, quod dimittitur recipienti, succedit in locum pretii, Bond. *d. collect. leg. 31. numer. 54. vers. Præterquam*, & pretium inter partes conventum præsumitur justum. Post. *resol. 17. nu. 41.* Thomar. *decis. 50. nu. 490. & nu. 514. tom. 1. & decis. 206. num. 38. tom. 2.* Grat. *discep. 723. num. 16.* Vermigl. *consil. 286. num. 12.* Rota coram Millin. *decis. 197 num. 3. & in recent. decis. 648. nu. 1. par. 1. & decis. 656. num. 1. par. 3. & decis. 656. nu. 1. par. 4 tom. 2. & decis. 462. nu. 28 par. 5. tom. 2. & decis. 135. nu. 16. par. 6.* Bonden. *collect. leg. 14. nu. 217. & collect. leg. 31. num. 21.* & qui allegat injustitiam pretii, tenetur illam probare. Thomar. *d. decis. 50. n. 514.* Posti *de subhast. inso. 60. num. 101.* Rota *recent. d. decis. 656. sub nu. 1. par. 3. & d. decis. 135. nu. 17. par. 6.* Ludovis. *decis 194. nu. 21.* Bonden. *d. collect. leg. 14. nu. 224. & dict. collect. leg. 31. numer. 22.*

Indeque si oriatur aliqua læsio, illa cum non præsumatur, venit probanda, Altogra *cons. 5. nu. 72 lib. 1.* Rota corã Coccino *decis. 379. nu. 2.* Bonden. *collect. leg. 7. n. 55. & d. collect. leg. 14 num. 215 & d. collect. leg. 31. nu. 55.* Et quidem plenè, ac concludenter Post. *post. tract de subhast. decis. 219. nu. 26. & 27. in addit.* & Bonden. citatus. 52

Et terminanter in casu controverso deciditur à Rota coram Coccino *decis. 70 numer. 5.* & coram Millino *decis. 186. n. 10.* & sequitur post ea Bondenius *d. collect. leg. 31. nu. 54.* Ciarlin *lib. 3. controvers. cap. 232. nu. 55.* 53

Nec obstare apparuit *decis. 401.* Rotæ *recent. par. 16. n. 34. cum seqq.* quia loquitur in causa civili, ut ex ipsa licet videre; nos autem versamur in judicio criminali, in quo probationes urgentiores, & concludentes requiruntur, ut passim dicitur. 54

Circa ultimum dubium, an in crimine usurarum possit procedi de officio, & sine querela partis, apparebat respondendum, de officio procedi non posse, ut post Paris. de Puteo de Syndic. Maranta *in spec. par. 6. in rub.* scribit Altimarus ad Rovit. *decis. 68. n. 4.* Conciol. *resol. crim. 1. rub. usura num 13.* Guaz. *def. reor. 1. cap. 11. n. 12. vers. Imò*, ajens nunquam vidisse servari, quòd in eo delicto procedatur de officio, Latro *decis. 121. n. 9.* ubi ait, quòd si accusatur desistat, potest Fiscus accusationem prosequi, nostet Peg. *decis. 35.* plures casus distinguens; attamen verius, & receptius est, quòd in illo crimine procedi possit per inquisitionem, & de officio, Decian. *lib. 4. tract. crim. cap. 26. sub nu. 3. vers. Et poterit*, Cabal. *cent. 2 resol. crim. 188. nu. 4.* (deficiente accusatore dixit Carolus Anton. de Rosa *in prax. crim cap. 1. num. 66* ex DD. quos citat) Ciarlin. *lib. 1. cap. 29. nu. 5* asserens, quòd raro solent judices in hoc crimine usurarum de officio procedere, eò quòd avaritia hominum in tantum processerit, ut tale delictum, quod gravissimum est, & Respublicas perdit, flocci æstimetur; unde multi opinati sunt non licere ex officio procedere: sed vanitas! quia non solùm fieri potest, sed etiam boni practici, & Deum timentes ita servant; usurarii namque dicuntur raptores, & spoliatores. Decian. *d. cap. 26. numer. 3. vers. Nota quòd omnes*, Menoc. *de arbit. cas. 398. n. 18.* comprobant Dom. D. Christophor. Vicecancel. Crespi & de Valldaura *obs. 4. numer. 57 & 77.* novissimè observantissimus Reg. Cortiada *3. par. decis. 181. num. 28.* qui haud indefessa opera eximium illud tantæ doctrinæ specimen, fœlici omnium nostræ utilitati variis partibus in lucem expromit. Faxit Deus, ut tandem aliquando splendidissimus Quartus, quem vigili elucubratione nunc concipit, & complures alii (ut sua fert fœcundissima mens) in lucem prodeant.

Comprobatur primò, nam adhuc contra quos sine instantia partis procedi criminaliter non potest, si publicè usuras exerceant, puniri possunt de officio, & sine partis querela, Font. *tom. 1. decis. 138. numer. 20* ubi tradit decisionem Senatus. 56

Operis evidentia manifestum, & publicum usurarium esse convincit, quando ita fœnus qui exercet, ut nulla tergiversatione celari possit, *cap. evidentia de accusat. cap. 1. de usur. in 6. c. 8. & ultim de cohabit. Cleric. & mulier*, Menoc. *de arbit. casu 235. num. 10.* Mascard. *de probat. conclus. 1425. num. 3. & 4.* Covar. *variar lib. 3. cap. 3. num. 4.* Doctores *in cap. quia in omnibus 3. de usuris*, & ibi Gonzalez Tellez *in notis lib. B.* qui latè rem explicat. Giballinus *de usuris lib. 1. cap. 11. art. 1. numer. 1. & pluribus seqq.* 57

Idque verum est, sivè per se, sivè per alios fœnus exerceat, Ugolin. *de usur. cap. 24. §. 8. numer. 1.* Covar. *var. 3. cap. 3.* 58

UAB Biblioteca de Ciències Socials

3. *cap.* 3. *num.* 4. & probant *ex l. non solùm §. si mandato, ff. de usuris l. hæc verba ff. de adult.* 1. *ff. de vi, & vi armata*, Gibalinus *de usuris lib.* 1. *d. cap.* 11. *ar.* 1. *num.* 1.

59 Sive domi id fiat, modò id publicè constet, Menoc. *de arbit. cas.* 235. *numer.* 8. Gibalinus *de usuris lib.* 1 *dict. cap.* 11. *art.* 1. *num.* 1. ubi plenissimè de hac re.

60 Probatur secundò, nam negari non potest, quòd usuras exercens delinquit, & criminaliter punitur, Decian. *lib.* 4. *cap.* 26. *n.* 3. *vers. Et licet*, Clarus *in prax. quæst.* 37. *nu.* 2. *vers. Tu verò*, Farinac. *in prax. quæst* 8. *num.* 136. Mart. *de jurisd. par.* 2. *cap.* 7. *num.* 34. Ciarlin. *cont. lib.* 1. *c.* 29. *num.* 3. Cabal. *cent.* 2. *cas.* 188. *numer.* 3.

61 Et quidem pœna extraordinaria Clarus *§. usura num.* 20. *vers. Sed quæro*, Peg. *decis.* 30. *sub num.* 18. *vers. Solet etiam crimem, & decis.* 31. *sub num.* 21. *ver. Octavo, denique*, Cabal. *d. cas.* 188. *num.* 5. Reg. Matthæu. *de re crim. cont.* 40. *num.* 42. *cum seqq.*

62 Quam pœnam infligere posse tam Judicem Ecclesiasticum, quàm sæcularem, dicunt Ciarlin. *cont. lib.* 1. *c.* 29. *num.* 9. causa enim usurarum (ut ipse inquit *num.* 2. *& seqq.*) est mixti fori, Clarus *§. usura num* 8. *vers. Item quo ad pœnam §. fin. quæst.* 37. *num.* 2. *vers. Tu verò breviter*, Farinac. *in praxi quæst.* 8. *num.* 134. *vers. Secunda, & nu* 136. *ver. Prima, & n.* 140. *ver. Quarta* Peg. *decis.* 30. *sub num.* 19. *& seqq.* Cabal. *resol. crim. cent.* 2. *cas.* 188. *num.* 1. Pereyra *de manu Regia par.* 2. *cap.* 56. *n.* 41. Leotard. *quæst.* 94. *de usur. num* 9. *& quæst.* 100. *nu.* 78. cum pluribus citatis Reg. Matthæu *de re crim. cont.* 40. *nu.* 39. Rota *recent. par.* 15. *decis.* 338. *num.* 36. noviter Nob. Reg. Cortiada *decisc.* 181. *ferè per tot.*

63 Maximè stante decreto, vel constitutione Principis sæcularis usuras sub pœnis prohibentibus, Peg. *d. dec.* 30. *sub num.* 20. *ver. Imò penitùs, & decis.* 31. *num.* 21 & 22. *vers. Octavo denique*, Cabal. *resol. crim. d. cas.* 188. *numer.* 2. Reg. Cortiada *d. decis.* 181. *numer.* 23.

64 Et de generali consuetudine hodie inquisitio est remedium ordinarium in omnibus delictis, præcipuè in Cathalonia, ubi processus criminalis est Fisci, & partis querela admittitur tantùm ad Fiscum adiuvandum, Peg. *in prax. crim. cap.* 10. *num.* 1. Canc. *variar.* 1. *cap.* 20. *num.* 45. & non diximus *par.* 1 *decis.* 1. *num.* 1. *& decis.* 35. *numer.* 14. *& decis.* 42. *numer.* 41.

65 Quæ singulariter hæc procedere debent in hoc Principatu, ubi prohibiti sunt contractus usurarii per nostras Constitutiones; & stabilita contra usurarios est pœna in Regiis præconizationibus generalibus, pecuniaria, & corporis afflictiva respectivè, & utriusque pœnæ respectu, pecuniariæ videlicet, quia pars ejus venit Fisco applicanda, & corporalis pariter, propria vindicta est Fisci, cujus interest pœnas exequi, ut probant à nobis tradita *par.* 1. *decis.* 35. *nu.* 16. *& seq.*

66 Probatur tertiò, nam contra dardanarios ex officio procedi potest, Azevedo, *lib.* 5. *recop. tit.* 14. *lib.* 2. *n.* 9. Rovitus *decis.* 17 *num.* 3. Bovadilla *in politica lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 58. Muta *ad prag. Reg. Sicil. tom.* 1. *tit.* 32. *numer.* 42.

67 Et qui publicè hoc illicitum negotiationis genus exercent, tanquam usurarii plecti valent ejusdem pœnis, quibus puniuntur usurarii manifesti, probat Rovit. *d. decis.* 17. *num.* 6. de qua re nos latiùs *decis. seq.*

68 Et licèt aliqui ex DD. supra citatis dicant, procedi posse de officio, & absque querela partis contra usurarios, præcedente diffamatione; at verò quidquid sit de jure de eorum sententia, eam etiam admittere valemus in hoc Principatu, in quo statutum est *in c.* 21. *current. ann.* 1599. quòd non possit procedi ad capturam usurariorum, quin præcedat provisio capturæ, per Relatorem, vel Judicem causæ factam, ad quam providendam requiritur, quòd ordinetur processus, ut latiùs diximus *decis.* 12. *par.* 1.

69 Conventiones enim, & contractus usurarii, qui frequenter in hoc Principatu committuntur, & contra eorum exercentes debet procedi criminaliter, hic assignantur.

70 Primus, quando quis fructus, merces, vel alias res vendit habita fide de pretio, cariùs tamen, & quàm justi pretii ratio ferat, quo in casu usura simulatur in excessu justi pretii, Covar. *var. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 9. Scaccia *de commerc. §.* 1. *quæst.* 7. *par.* 1. *numer.* 24. Leotard. *de usur. quæst.* 8. *numer.* 26. *& quæst.* 24. *num.* 9. *& 10. & quæst.* 27. *num.* 33. Carleval. *de judiciis lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 8. *sec.* 5. *num.* 44. Reg. Matthæu *de re crim. cont.* 40. *n.* 103. Ciarlin. *cont. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 23. *& 35. cum pluribus seqq* latè de hac re agens, P. Joan. Cabassutus *notitia Ecclesiastica concil. in Burdigal. ann.* 1583 *n.* 3. Peg. *decis.* 32. *nu.* 14. rem declarat latè Gonzalez *in cap. in Civitate* 6. *de usuris*, Farin. cum Covar. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 48. *& seqq.* casum hunc latè disputat.

Secundus casus est, quando quis ob anticipatam solu- 71
tionem, rem minoris justo pretio emit, vel minùs solvit, Gutier. *pract. crim. quæst.* 88. *num.* 1. Leotard. *de usur. quæst.* 8. *nu.* 27. Reg. Mattheu *de re crim. cont.* 40. *n.* 106. Cabassutus *notitia Ecclesiastica concil. in Burdigal. ann.* 1583. *num.* 3. explicat latè Faria *d. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 47.

In utroque enim casu, videlicet in eo, quando res ha- 72
bità fide de pretio cariùs venditur: & in eo, quando ex anticipata solutione minoris justo pretio emitur: contractus isti, licèt verbo tenus emptiones, & venditiones appareant, inest tamen in eis mutuum; quia fingitur pretium datum venditori, & ab eo ad emptorem profectum, atque in mutuum conversum, vel mutuum datum, ut postea in pretium convertatur, & usura simulatur, vel in excessu pretii pro tarda solutione, vel in diminutione justi pretii pro anticipata præstatione, quod lucratur, qui pecunias offert, vel merces: quæ omnia comprobat Reg. Matthæu *de re crim. cont.* 40. *num.* 107.

Ex his terminatur quæstio, an liceat cum pecunia 73
anticipatè soluta conducere operarios, cum obligatione debito tempore operas præstandi, in qua licèt aliqui existiment, quòd etiam in casu conventionis pro justo pretio, seu justa mercede adhuc illa coërtio libertatis ex mutuo resultans usuram redoleat, ut habetur apud Molinam *de contract. quæst.* 309. & 310. Fachin. *lib.* 2. *contro. cap.* 54. & alios apud Leotard. *quæst.* 16. *num.* 13. & 14. verùm alia est comunior, & verior opinio, ut licita sit illa conventio, datà justitià, & synceritate, ita ut mutuum, seu anticipata solutio non sit causa diminutionis solitæ mercedis; & prout currit cum eis, qui de tempore laborerii, & operarum eam recipiunt, nec rationabile est, quòd qui istud charitativum officium plerumque rusticis, vel laboratoribus impendit anticipatè, ac penurioso tempore solvendi deterioris conditionis esse debeat quocumque tertio tale officium non impendente, ut apud eundem Leotard. *d. quæst.* 16. *nu.* 24. *& seq.* probat Card. Luca *in theat. verit. ad titu. de usur. disc.* 4. *num.* 10.

Pariter etiam resolvitur alia quæstio, videlicet an 74
liceat dare pecuniam pro anticipata venditione fructuum colligendorum; quoniam nisi dicta anticipata solutio causet justi pretii diminutionem, nulla ratio urget, quæ id prohibeat, vel illicitum reddat, Cardinalis Luca *in theat. verit. lib.* 5. *de usur. disc.* 4 qui rem prosequitur *n.* 11. ibi. *Quinimo potiùs in contrarium urgent, nedum ratio communis usus, qui in propositio attendendus est tanquam interpretativus, non autem canonizativus actus aliàs illiciti, & usurarii ex deductis in Firmana disc. sed etiam altera potentior ratio charitatis exercendæ cum ipsis rusticis, & operariis, vel etiam artem agrariam exercentibus, seu vineas, & oliveta habentibus, pro quorum necessaria cultura hoc subsidio indigent; licèt enim ex hujusmodi conventione in mutuatore resultet utilitas quòd reddatur tutus de hujusmodi victualium emptione, ac prælatione supra alios; nihilominus hæc accessoria seu accidentalis utilitas, quæ mutuatori resultat, non habetur in consideratione, quoties ea nullum damnum causat mutuatario, nisi circa restrictionem dictæ libertatis, quæ non videtur considerabilis, vel rectè compensata est cum majori utilitate, quæ reportatur ex dicto præventivo subsidio tempore penurioso, sicuti è converso, si mutuatarius ex mutuo magnam utilitatem reportet, non ex inde mutuatur, cessante ejus interesse accessionum justificativo, istas recipere potest: quoniam attenditur interesse mutuantis, non mutuatarii, ut sæpius hoc eodem tit.* Quod comprobat Gonzalez Tellez *in cap. naviganti* 9. *de usuris num.* 2. de hac re nos *dec. seq.*

Prosequitur Cardinalis Luca *d. disc.* 4. *numer.* 13. 75
quòd usuræ suspicio, seu periculum hujusmodi cadere potest, ac frequenter solet in casum, quo merx operarum, seu rerum emendarum pretium de tempore hujusmodi anticipatæ solutionis taxetur, juxta illum de quo plena Mastril *decis.* 106. attamen Gonzalez Telles *in d. cap. naviganti* 9. *de usur. num.* 2. asserit, quòd distinguendi sunt in hac re tres casus. Primus, quando emitur triticum, videlicet colligendum mense futuro

Au-

Augusti, pretio duodecim regalium propter anticipatam solutionem, quod pretium est minus justo, quam tunc æstimatur triticum. Secundus est, cum triticum emitur eo pretio, quo tunc valiturum est, pretio anticipato pro necessaria venditione. Tertius est, cum emitur triticum colligendum mense Augusti, pretio duodecim regalium, cum dubium est, an triticum eo mense plus, vel minùs valiturum sit. Et primo casu certum asserit usuram committi, cum ob mutuum palliatum, ex anticipata solutione emptor lucrum consequatur. Secundo casu usura non committitur; cum pretii anticipatio tantum inducat necessitatem vendendi triticum mense Augusti pretio currenti. Tertio vero casu similiter usura non committitur; nam etsi taxetur pretium ob anticipatam solutionem; tamen cum dubium est, an plus minusvè triticum valiturum sit, æqualis conditio est tam emptoris, quàm venditoris; quod comprobat ex Text. *in cap. naviganti 9. de usuris*: de hoc casu latè etiam agit Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 3. nu. 51. & seqq.*

76 Tertius casus est, si quis mutuo dederit frumentum, aut vinum, vel hujus generis aliud corruptum, aut mistum, ut tantundem integri, & puri cærioris reddatur, quæ conventio usuraria est, etiamsi restitutio differatur in quodcumque tempus debitori commodum. Caballutus *notit. Ecclesiast. concil. in Burdigal. anni* 1583. *nu.* 3.

77 Hinc etiamsi quis mutuat alteri triticum vetus, cum pacto ut tantundem recentis sibi restituatur, sciens recens melius esse, & majoris pretii, quàm suum tempore mutui, & solutionis, usuram committit, ex Navar. Anton. Goffred. Hostiensi, & ex communi opinione docet Peguer. *decis.* 32. *num.* 12. maximè, si libertatem solvendi quando libuerit, adimit, & obligationem restituendi recens imponit. Verùm ubi mutuaret triticum, vel aliud bladum ad renovandum antiquum, id est, ut novum pro veteri recipiat, si hoc faciat principaliter, ne suum corrumpatur; & in recipientis gratiam faciat, non est usura secundùm omnes.

78 Pariter si habens frumentum, aut mercem rectè conservabilem, illam alteri tribuat tunc vendere volenti, ut pretium in proprios usus erogaret, sub eo pretio quo valebit, atque per alios mercatores contractabitur aliquo futuro tempore, puta mense Aprilis, vel Maii, si merces sint rectè pro eo tempore conservabiles, & creditor erat conservaturus, ut venderet eo tempore, in quo eventu dare posset majus pretium, quàm de præsenti currebat, ita ut absit fraus percipiendi lucrum certum ex temporis dilatione; nulla committitur usura, ad notata *in cap. in Civitate de usuris*; licèt à frequentibus accidentibus pretium soleat esse eo tempore magis alteratum, ita ut verisimiliter venditor magis lucro, quàm jacturæ subjaceat, nam possibilitas damni sufficit: contractus tamen est periculosus, quando ab initio pretium taxatur. Cardinalis Luca *in theat. verit. lib. 5. de camb. disc. 10. num. 7.*

79 Quartus, si quis præsenti pecunia indigenti quidquam carius, habita fide de pretio, vendiderit, ut statim à venditore per se, vel per interpositam personam vilius ematur pecunia numerata, contractus usurarius est. Gutier. *pract. crim. quæst. 88. n. 3.* Leotard. *de usur. quæst. 24. num. 25. cum seqq.* P. Ioann. Caballutus *notitia Ecclesiastica concil. in Burdigal. anno* 1583. *num.* 3. Reg. Matthæu *de re crim. contr. 40. num.* 107. ubi asserit, quòd hæc conventio est punibilis tam in vendente, quàm in emptore: in primo ex usuraria pravitate, cum pallietur mutuum minoris pretii, & exigatur usura in majori. In emptore punibilis erit pœna severissimæ censuræ, cum hoc solum fiat à perditissimis aleatoribus: vel certè tanquam prodigis interdici eis debet bonorum administratio, qua abutuntur.

80 Quintus casus est, si quis rem magnæ æstimationis modico pretio pignori det, aut vendat, ut si intra certum tempus non redimatur, maneat emptori libera, aut ei qui pignori accepit, qui contractus usurarius est *cap. 1. de usur.* P. Ioan. Caballs. *notit. Ecclesiastica conciliorum in Burdig. an.* 1583. *num.* 3. Peg. *dec.* 32. *n.* 17. qui rem declarat.

81 Vel quando res fructifera, vel usui maximè necessaria, tenuissimo pretio venditur sub pacto de retrovendendo, eo fine ut emptor fructus per usum rei lucretur per totum tempus, quo pretium à venditore non restituitur; mutuum enim revera celebratur datis pignoribus, quorum fructus, vel usus emptori cedunt, quod Antichresis dicitur, Leotard. *de usur. quæst. 11. numer. 7. cum seqq. & quæst. 13. ex num. 1.* Castro Palaus *disp. 4. punct. 19. num. 7. ad fin.* Reg. Matthæu pluribus allegatis *cont. 40. n. 108. cum seqq.* ubi scribit, quòd in simili contractu plurimum elicitur ex circunstantiis facti, & ex conjecturis resultantibus, arbitrio prudentis Judicis æstimandis; nam si vera venditio intercedat, & diminutio pretii ob pactum de retrovendendo, iniquitatem non contineat, vitio usuræ carere videtur; si autem mutuum sapiat, & pretium immoderatè exiguum fuerit, usurarius habeatur; de hac re latè Hermozilla ad Lopez *glos. 1. l. 42. tit. 5. par. 5. n. 25. cum pluribus seqq.* Luca ad Grat. *in animadvers. cap. 14. n. 6. cum seqq. & cap. 258. tot.* Ciarlinus *controver. forens. lib. 1. c. 40.* Hodierna ad Surdum *decis. 34.* & his citatis Altimarus ad Rovit. *decis. 33. nu. 4.* Conciol. *ad statut. Eugubii lib. 2. rub. 52. nu. 1.* Julius Caponius *tom. 3. discep. 188. n 21. cum seqq.*

Sextus casus est, quando centum libræ mutuo dantur sub interesse decem librarum, & ex sorte statim decem detrahuntur; & instrumentum conficitur de universa summa intra annum solvenda: quæ conventio ex triplici ratione tanquam usuraria convincitur. Prima, quia contra naturam mutui est, ut plus in obligationem deducatur, quàm revera numeratum est, *l. si tibi decem 17. ff. de pactis*, Gomez *var. 2. cap. 6. nu. 1.* Hermozilla ad Lopez *l. 1. tit. 1. par. 5. glos. 3.* 82

Secunda, quia conventio fuit solvere decem pro centenario, & mutuatarius undecim, & amplius solvit, cum revera sors nonaginta tantùm libris constet, quod iniquum est, ut ex Lessio Medina, Rebello, Salas. Castro Pal. Leotard. *de usur. qu. 72. n. 26.* probat Reg. Matthæu *de re crim. d. cont. 40. n. 101.* 83

Et transacto anno, si mora interceserit, mutuatarius compellitur solvere usuras usurarum, quod improbum est, *l. nullo, §. quapropter, Cod. de usuris, l. improbum 20. C. ex quibus causis infam. irrog.* Leo *decis. 13. nu. 1.* Leotard. *de usur. qu. 5. nu. 1. & 2. & quæst. 86. nu. 11.* Staybanus *de interesse lib. 1. qu. 6 tota, & lib. 2. qu. unica tit. 10. n. 194.* Don. Joseph. de Rosa *consult. 50. tota* ubi amplè de hac re, Font. *dec. 204. nu. 6.* Cancer. *var. 3. c. 16. n. 97.* Xammar *rerum judic. par. 1. dif. 4. nu. 1. & seqq.* Hermozilla ad Lopez *glos. 4. leg. 10. nu. 280. tit. 1. par. 5.* Reg. Matthæu pluribus laudatis *dict. cont. 40. nu. 102.* 84

Tertia, quia ante usum pecuniæ solveret mutuatarius illis pretium, quod injustissimum est, & antequam beneficium usus percipere posset, damnum usuræ pateretur, quod etiam iniquissimum est; & hunc septimum casum ita ex rationibus desuper ponderatis resolvit Nobilis Laurent. Matthæu *de re crim. cont. 40. à n. 99. usque ad num. 105.* 85

Septimus, sub specie locationis, & conductionis committitur usura, quando bona mobilia, vel se moventia, peremptioni, vel deteriorationi subjecta, de tempore locationis æstimantur, cum obligatione conductoris restituendi, finito contractu, eadem bona in eodem valore, seu statu quo consignata fuerant ita, ut periculum peremptionis, vel diminutionis sit ipsius conductoris; cum consideretur mutuum palliatum in pecunia, quam importat bonorum æstimatio, nisi lucri notabilis diminutio ex parte locatoris, ac respectivè notabile lucrum speratum per conductorem dici valeat congrua merx, seu justum pretium periculi, quod conductor in se suscepit, probat Luca *in theatr. ver. lib. 5. de usur. disc. 2. num. 12. vers. Tunc autem.* 86

Attamen in bonis mobilibus, quæ usu consumuntur, si fine ulla æstimatione valoris restituendi, contractus locationis, & conductionis ineatur pro pensione, quæ in uno anno ipsius rei valorem excedat; non per hoc intrat usura. Luca *in theat. ver. lib. 5. tit. de usur. disc. 2. d. n. 12.* & infert ibi: *Ut videmus in equis, & mulis, qui in dies, hebdomadas, vel menses dantur ad vecturam, quia si calculatur quantum importat vectura cujuslibet diei, utique conductore diu in animalis conducti usu continuante, fructus, seu pensio superat etiam in duplo, & triplo valorem ipsius animalis de tempore initi contractus; sed non bene intrat dictus calculandi modus ab eventu, quia poterat ipsum animal perire ipsamet prima die, atque locator pro modico emolumento pensionis unius diei totam sortem amittere.* 87

Sub specie depositi quando usura committatur, tractant Leotard. *de usuris qu. 3. n. 18. cum seqq.* Reg. Matthæu *de re cr. d. cont. 40. n. 112.* Gibal. *l. 3. c. 6. de usuris.* 88

UAB Biblioteca de Ciències Socials

89 Sub cambii ſpecie uſura multipliciter committitur, & præcipuè dum cambia ſicca celebrantur; hoc eſt quando litteræ non fiunt, vel cum effectu non mittuntur ad loca nundinarum, vel transfuſio, vel permutatio pecuniarum realiter non fit; de qua re tractant Salon *in diſp. de camb p.2.q.4.ar.2. cont.9. per tot.* Caſtro Palao *de juſt. & jure tr.32.de juſt.com.diſp.7.punc.14 per to.* Trullench *l.7.decalog.c.22.dub.ult.* Muta *ad prag.Sicil.tom.1.tit.74.* Scaccia *de commerc.§.1.q.7.n.19.p.1.* Gaito *de credito c.2. tit.7 n.1241.& n.1636.* Leotard. *de uſur.q.25.ex n.43.& q.26.tot.* & poſt hos allegatos Reg. Matth. *de re crim.d. cont.40.n.117. cum plur. ſeqq.* Carleval. *de judic. tom.2. diſp.8. ſect. 7.* Ripoll *de conſulatu logiæ maris c. 20. tot.* Buſembaum *in medulla Theol.mor.l.3.tract.5.de 7. decal. præcep.c.3.dub.10.* Roccus *to. 1. reſpon. in not. de litteris cambii*, ſignanter *diſc. 6. 10. & 24.* Raphael de Turri *de cambio diſq.1.q.29 & per tot.trat.* Staibanus Junior *lib.2. tit.7.q.1.& ſeqq.* Otcrus *de officialibus c.15.n.14.cum ſeqq.* Bolero, & Caxal. *de decoct.deb.Fiſcal.tit.2.q.1.n.39.cum ſeqq.* & noſtros allegat Peg. *dec.33.n.2.cum ſeqq.*

90 De noſtris cambiis libeat dicere, quod de Valentinis doctè expoſuit Reg. Matthæu *de re crim.d. cont. 40. nu. 128. cum pluribus ſeqq.* & ſignanter *n. 132. & ſeq.* quòd in cambiis noſtri temporis nihil niſi ſimulatio, & fallacia committitur; quia intentio dantis ſolùm eſt conſequi ſolutionem ſimul cum lucro ad terminum aſſignatum in eodem loco, quo pecuniam dat; & intentio accipientis non eſt reddere in loco ad quem cambium fit, adveniente termino nundinario, quia ibi pecuniam propriam, amici, ſocii, vel correſpondentis nullam habet, idque conſtat campſori certè, vel ſaltem probabiliter: & ex hoc claudicant frequenter cambia in hoc Principatu; nam agricolis, Fabris, Adoleſcentibus, & aliis ſimilibus dantur; & quis certitudinem moralem habebit, quòd pecuniam promptam invenient, aut habebunt in Civitate Dertuzen.? Hæc relata facillima ſunt; ſed in effectu fermè impoſſibilia.

91 Obſerva in hac re concluſionem ſequentem.

Die 25.menſis Mati anno 1579 Barcinone in Regio Concilio, præſidente in eo Nobili Regente Regiam Cancellariam, interfuerunt ſequentes, Magnifici.

Michael Quintana.
Franciſcus Puig.
Michael Joannes Quintana P.F.A.
Damianus Oſſet.
Hieronymus Planes.
Franciſcus Sanz.
Michael Ferrero.

In facto F.P.& partis inſtantis contra Petrum N.Caligarium Civem Barcinonæ, delatum, & inculpatum de crimine uſurarum per eum commiſſo in diverſis cambiis, pluviis per eum datis Joanni Tries, Blanquerio, Civi Barcinonæ, Nobili Federico de Capraria, Franciſco Vilaſeca, Burgenſi Perpiniani, & Ludovico Granaloſa, Domicello, per quos probabiliter intelligebat non fuiſſe ſolutas quantitates, per ipſos reſpectivè receptas in loco deſtinatæ ſolutionis, ſortem cum intereſſe exigendo, & aliis modis, & formis dictum crimen uſurarum exercendo, & committendo contra ſeriem, & tenorem Regiarum preconizationum, & conſtitutionum generalium Cathaloniæ, facta relatione per Puig, meritis proceſſus attentis, & alias fuit concluſum, quod declaretur dictum Petrum N. incidiſſe in pœnas dictarum præconizationum, videlicet amiſſionis ſortis principalis una cum duplo, Fiſco Regio, & alias in dictis præconizationibus nominatis applicando; & quòd condemnetur ad reſtitutionem uſurarum, à prædictis reſpectivè per dictum N. exactarum, liquidatione, & taxatione liquidandorum, & taxandorum, impoſterum reſervata. Excepto Quintana qui eſt voti, quòd moderando, & mitigando pœnam ordinariam per Regia præconia impoſitam, attenta, & conſiderata qualitate perſonæ dicti Petri N. Caligarii, & aliis etiam cauſis, & rationibus in proceſſu reſultantibus, & aliàs (ut ipſe arbitratur) de jure procedentibus, ſoluto priùs, & ſatisfacto intereſſe per eum recepto ratione dictorum cambiorum, excepto intereſſe priorum cambiorum, in quibus, cum non probetur ſcientia probabilis, poterat cadere ignorantia, an tunc litteræ redderentur inanes, nec ne; dictus Petrus N. relaxetur, & quòd carcer, & longa detentio cedat ei loco pœnæ. Eſt in lib. concluſ. crim. fol. 114.

92 An conventio facta ab initio de aliquo lucro exigendo in contractu mutui, prætextu ejus quod intereſt; ſive dicatur ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, habito reſpectu ad ſortem, ſit indicium uſurariæ pravitatis, tractant poſt infinitos relatos Reg. Matthæu *de re crim.d cont.40.n 46.cum pluribus ſeqq.* Roſa *conſult.* 50. Ciarlin. *lib.1.controv.c.29 per tot.* latiſſimè Staibanus *de intereſſe lib. 1.q.12. per tot.& ſeqq.& lib.2. tit.11. q.unic. n.32.& ſeqq* Leotardus *de uſuris q.72.* Grat. *diſcept.cap. 387.n.1.cum ſeqq.* Carleval *de judic. p.2.diſp.8. to.2.ſect. 6.tota* Peg. *dec.33.n.6.cum ſeqq.* Rubeus *de valid.legal.c. 25.* Caponius *tom.5.diſcep.399.* & antea *diſcep.292.tom. 4.* Anton. Gobius *conſult.dec.32.& ſeq.& conſult.126.*

DECISIO LV.

ARGUMENTUM.

De Dardanariis, de committentibus mononopolium, de ementibus frumenta, avenam, & alia blada in herba, ad ea cariùs revendendum; de attentantibus annonam publicam, & de ſingulorum pœnis, & pro libertate vendendi, & revendendi, ac commerciandi, extrahendique fruges ab hoc Principatu, conſtitutiones ponderantur, & conciliantur; ubi quod tempore caritatis fieri valeat prohibitio victualia extrahendi à Principatu, quin conſtitutiones de libero commercio lædantur; traditur cum forma procedendi ad prohibitionem extrahendi grana à Principatu tempore neceſſitatis.

SUMMARIUM.

1 *Deteſtabilia avaritiæ enarrantur, & n.2.*
3 *Cupiditas lucrandi ponderibus juſtitiæ premendaeſt.*
4 *Adverſus frumentarios ponderatur decretum Julii Papæ.*
5 *Sententia Divi Ambroſii ad eandem rem adducitur.*
6 *Lucrandi appetitus frequentiùs experitur in vexantibus annonam: non enim vivit homo ex aqua, & ex igne, nec de herbis, ſed de victu altibus.*
7 *Sub nomine annonæ quid contineatur.*
8 *Dardanarii à quo dicantur.*
9 *Dardanarii qui appellentur, & n.10.*
11 *Dardanarii dicuntur, qui annonam, merceſque coemptas tantiſper ſupprimunt, dum cariùs eas vendendi occaſio ſe offerat.*
12 *Propolæ id eſt Recaterii, aut revenditores etiam Dardanarii nominantur, & in quibuſdam Regnis prohibetur illis emere ante meridiem.*
13 *Licèt pro bono publico recaterii, ſeu revenditores quandoque permittantur.*
14 *Attamen in aliquibus Regnis prohibetur emere frumentum, & hordeum cauſa illud revendendi.*
15 *Revenditores quàm peſſimæ conditionis ſint, refertur.*
16 *Dardanarii crimen eſt ſpecies monopolii.*
17 *Monopolium quid ſignificet.*
18 *Monopolium quot modis committatur, & quibus modis a Principe concedatur; ad quem ſolum pertinet monopolium concedere, & privilegium quo conceditur monopolium, quomodo ſit intelligendum; & conceſſum, ne alius poſſit aliquem imprimere librum; an comprehendat ut reimprimi non poſſit cum additionibus, & n.19.*
20 *Quot modis committatur monopolium auctoritate privata.*
21 *Committitur monopolium per privatas perſonas in perſonis, in mercibus, & in loco.*
22 *Etiam committitur in cambio.*
23 *Et in exercitio artis, & in qualibet alia merce.*
24 *Quomodò laniones, Aromatarii, & alii committant monopolium.*
25 *Ex parte emptoris etiam perpetratur monopolium quod explicatur.*
26 *Barones, & Domini terrarum committunt monopolium, illudque iniquum dicitur.*

27 *Magis*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

27 *Magis præjudicialis modus committendi monopolium, est cum quis sibi totum quodlibet genus victualium arrogat, ut ipse solus vendat, cæterique ab illius manu vivere teneantur.*

28 *Quando punibile non sit monopolium.*

29 *Assignatur pœna contra Dardanarios, & monopolium exercentes, usque ad nu. 33.*

34 *De jure nostro municipali demonstratur pœna contra Dardanarios.*

35 *Confiscationis pœna non habet locum contra Dardanarios; quia ea tantum practicari potest contra reos criminis læsæ Majestatis, Divinæ, vel humanæ in primo capite.*

36 *Resolutio trium Aularum.*

37 *In Regiis præconizationibus qualis indicta sit pœna Dardanariis.*

38 *Conclusio Regiæ Audientiæ contra occultantes frumenta, & alia grana, & n. 39.*

40 *Frumentum, avena, & alia blada prohibentur emi in herba anticipato pretio, ut cariùs revendantur.*

41 *Hæ conventiones pravitatis usuratiæ vitio laborat.*

42 *Recitantur multorum Principum edicta, cum quibus prohibetur pendentium fructuum emptio, usque ad num. 45.*

46 *Dardanarii proximi sunt annonam fraudantes; & annonam attentans qua pœna puniatur.*

47 *Ponderantur Constitutiones, quibus disponitur liberum commercium in hoc Principatu, usque ad n. 49.*

50 *Urgente necessitate quomodo fiat prohibitio extrahendi frumenta à Principatu.*

51 *Libertas commerciandi à natura provenit, & potest fieri exportatio de loco ad locum, præsertim pro usu proprio.*

52 *Nihil magis liberum est in Cathalonia, quam commercium, unde libera est extractio, etiam attento jure communi.*

53 *Potest fieri prohibito extractionis, attenta penuria, ubi remissivè an eam prohibitionem teneantur Clerici, vel conductores, aut coloni granorum Ecclesiasticæ personæ observare.*

54 *Forma prohibitionis extractionis à præsenti Principatu, ex causa caritatis carestiæ, & nu. 55.*

1 SANCTÆ memoriæ Sixtus Quintus in Bulla edita 25. Octobris 1586. *in Bullar. tom* 2. de nociva avaritia statuit: Detestabilis avaritiæ Ingluvies, & insatiabilis lucrandi cupiditas, omnium malorum radix, usque adeò excæcat mortalium mentes, ut multi nimis avidè lucro inhiantes, in laqueos, & insidias diaboli miserè incidant: irrepit enim versutè, & callidè antiquus humani generis hostis per varios dolos, & fallacias, & incautos homines quæstus dulcedine captos, ac delinitos opprimit, atque eo perducit, ut se ipsos in usurarum voraginem, Deo, hominibusq; odiosam, Sacris Canonibus damnatam, & Christianæ charitati contrariam fœdè immergant, & dum vanas, & terrenas divitias quærunt, veras ac cœlestes amittant.

2 Hujus turpis ambitionis inter alias pœna est, ut cum multa Avarus rapiat, semper egeat, Cassiod. *lib.* 4. *Epist.* 39. Ovidius *Fast. lib.* 1. inquit.

Creverunt & opes, & opum furiosa cupido;
Et cum possideat plurima, plura petunt.
Sic quibus intumuit suffusa venter ab unda,
Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Esuriens miser, quas habet, divitiis frui nequit, statque sciens in mediis undis, Petronius Arbiter.

Nec bibit inter aquas, nec poma fugacia capit.
Tantalus infælix, quem sua vota premunt.
Divitis hæc magni facies erit, omnia latè.
Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.

Plura Alciatus *Emblem.* 84. *& seq.* cum aliis.

3 Quare detestabilis illa lucrandi cupiditas tanquam hostis Reipublicæ justitiæ ponderibus premenda est, Cassiod. *lib.* 4. *d. Epistol.* 39. nam justum est, ut quos amor Reipublicæ non revocat à lapsu, à segnitie, ab avaritia, & à proprio interesse; saltem coerceat severitas disciplinæ, de Ponte *de potest. Proreg. tit.* 2. *de abundant. Civit §.* 5. *num.* 15.

4 Adversus frumentarios extat Decretum Julii Papæ 14. *quæst* 1. *cap.* 9. his verbis: *Quicumque tempore messis, vel vindemiæ non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam vel vinum, verbi gratia duobus denariis comparat modium unum, & servat usque dum vendatur denariis quatuor, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.*

Et Divus Ambrosius *offic cap.* 6. in hanc rem subilcit illa verba: *Cur in fraudem convertis industriam? Cur affectas inopiam? Cur optare facis pauperibus sterilitatem: fies publicam fertilitatem, exploras quando sterilior proventus. Hanc vocas industriam, qua est calliditatis versutia fraudis studio; & quod tu remedium vocas, est commentum nequitiæ, latrocinium autem fœnus appellem, captentur tanquam latrocinii tempora quibus in viscere hominum durus insidiator obrepas. Quid imprecare mala omnibus? Lucrum tuum damnum publicum est.* 5

Callidus lucrandi appetitus frequentius experitur in vexantibus annonam, quo inopes faciliùs coguntur labi in mendicitatem famis, & ad victum quotidianum reducitur negotium, quocirca pluries invigilandum, non enim vivit homo de aqua, nec ex igne, ut aliqua animalia, de quibus per Plinium *lib.* 11. *cap.* 36. Petrarch. *par.* 1. *fol.* 86. nec ex aere, prout de Camaleonte, & aliis traditur in Tex. *& glos. fin. l.* 2. *Cod. de alim. pup. quæst.* Brison. *lib.* 2. *facet. cap.* 41. Arist. *lib.* 2. *de nat. animal.* Ovid. *lib.* 15. *Metamorph.* Nec de herbis ut olim degebat, quæ positæ in ore auferebant famem, & sitim, & per duodecim dies sustentabantur gentes, sicuti ex eodem Brison. Plin. refert Bovadilla *in politica tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 2. *cum seqq.* sed de victualibus panis, vini, carnis, lardi, aceti, & similibus, ut latè expendit Marius Muta *in prag. Regni Siciliæ tom.* 1. *tit.* 32. *n.* 1. *cum seqq.* 6

Sub nomine Annonæ continentur Panis, Farina, Vinum, Acetum, Lardum, Carnes, Ligna, Paleæ, Fœnum, & denique omnia usualia, quæ ad pondus, vel mensuram venduntur, *l.* 1. *Cod. de erog. milit. ann. l.* 12. *l.* 2. *cum l. Provinc. eodem tit.* Castrens. *cons.* 40. *nu.* 3. *lib.* 1. Decian *in tract. crim. par.* 2. *lib.* 7. *c.* 22. *tit. de fraudant. annon.* Fulgosius *cons.* 115. de Ponte *de potest. Proreg. d. tit.* 2. §. 5. *n.* 17. & his citatis Laurentius Ursell. *concl. leg. verbo Annona, concl.* 111. *nu.* 21. 7

Nihilque fraudulentius, nihilque invenitur iniquius, quàm genus Dardanariorum, Binfeld. *in cap. Civitate, quæst.* 1. *conclus.* 9. ubi illos Lupos vocat, & à Republica, & Templo eiiciendos esse scribit, & sequitur Leotardus *de usuris quæst* 24. *numer.* 39. de quorum detestabilitate remissivè agit Severin. ad Sanfel. *decis.* 329. *vers. Quantum sit detestabile*, qui ideò variis constitutionibus fraudes, calliditates, & itellionatus eorum coercentur, qui contumeliosè à Dardano dici videntur, quem Magum fuisse constat ex Apuleio, qui eum inter insignes Magos vocat, creditum est enim eorum maleficiis, & venenis magicis annonam averti in eorum horrea, & mentiendo mensura imminui, ejusque modo subtrahi, Gonzalez Tellez *in lib.* 2. *decretal. cap. significante* 69. *de appellat. num.* 6. hinc Dardaniæ artes, vocabantur Magicæ, & dici solebat. 8

Si nulla valet medicina repellere pestem, Dardaniæ veniant artes.

Ursellius *dict. conclusione* 11. *nu.* 43. & comprobant Doctores infra citandi.

Alius fuit Dardanus Fratricida Iasis, author Trojæ, juxta illud Virgilii, *lib.* 6. *Æneid.* 9

Illusque Assaracusque, & Trojæ Dardanus author.

Et *lib.* 8.

Dardanus, Illiacæ primus Pater urbis, & author.

Et Troja pro Dardania dicitur ab eodem Virgilio, *Æneidos lib.* 2.

Dardaniæ fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens.

Dardanarii, vulgo *Agavelladors* dicuntur illi, qui annorum, ut Propolæ omnia præemunt, ut ea postea carius vendant, Rebuff. *in l. Mercis* 207. *ff. de verborum significatione.* Stracca *de mercatura in tit. de decot. par.* 7. *num* 22. *pag.* 434. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 384. *num.* 1. & 2. Annonamque incedunt, & excandefaciunt, Cicero ad Atticum *lib.* 5. Ursel. *conclus. leg.* 111. *num.* 43. Bovad. *in politica lib.* 4. *c.* 4. *numer.* 56. Thoro *in compen. decis. part.* 3. *verb. Dardanarius*, Severini ad Sanfel. *decis.* 329. *vers. Habent etiam*, Rovitus *decis.* 17. *n.* 1. Turri *in tract. de cambio qu.* 21. *disp.* 1. *nu.* 10. 10

Dardanarii (de quibus noster est sermo) dicuntur qui annonam, mercesq; coemptas tantisper supprimunt, dum carius eas vendendi occasio se offerat, juxta Vulpian *in l. Annonam* 6. *ff. de extraord. crimin.* & notat Strac. 11

d. tract. de mercat. tit. de decoct. par. 7. numer. 20. in fin. verb. Supprimunt, id est dolo malo celant, & occultant. Sequitur hanc descriptionem BeyerlincK *in theat. vitæ humanæ verbo Commutatio lit. H. pag. mihi* 323. Gonzalez Tellez *lib. 2. decretal. tit. 28. de appellat. cap. significante 69. num. 6.*

12 Propolæ, qui apud Nos dicuntur *Regatons*, Recaterii, aut Revenditores; vulgò *Revenedors*, etiam Dardanarii nominantur; solent enim hi ire ob viàm venientibus ad vendendum comestibilia, omnia ementes, ut soli postea cariùs revendant, & sunt pessimæ conditionis, Severini ad Sanfel. *lib. 3. dec. 329. vers. Habent etiam*, ideo in Civitatibus benè ordinatis providetur, ut res venales non vendantur revenditoribus ante horam decimam, vel duodecimam, ad favorem publicæ utilitatis, Galeota *resp. fisc. 10. num. 57.* & in Regno Siciliæ adest prohibitio, quòd non liceat revenditoribus emere à portantibus victualia, ante meridiem, Muta *tom. 4. in cap. Reg. Sicil. Reg. Alph. cap. 54.* Pro observandis singulis legibus municipalibus, quæ in diversis stationibus vigent, adeas Matienz. & Azeved *ad tit. 14. lib. 5. compol.* qui inscribitur *de los Recatones*, idem Matienz *l. 7. tit. 11. eod. lib. 5. glos. 13. nu. 11.* Bovadilla *in polit. lib. 3. cap. 4. ex n. 50.* Perez *l. 3. tit. fin. lib. 2. ordinat. & lib. 8. tit. 7 lib. 4. ejusdem ordinat.* Avendaño *de exeq. mand. lib. 1. cap. 19. nu. 35.* Mexia *ad prag. panis concluſ 1. ex numer. 64.* Solorzan. *in polit. Ind. lib. 6. cap. 14. pag. 111. col. 2.* Gibalin. *de negot. tom. 2. lib. 4. cap. 5. ar. 5.* Bolaños *2. p. r. Cur. Phi lip. lib. 1. del comercio terrestre cap. 12. & numer. 13.* Tiraq. *de nobilit. cap. 33. num. 11. & 12. cum seqq.* Gregor. *de Republ. lib. 4. cap. 7. ex num 8.* Bodinus *de Repub. lib. 3. cap. 8. ex num. 360.* Rebuf. *ad leg. Gal. 2. tom. tract de mag. effic. ar. 4 glo. 2.* quos allegat Gonzalez Tellez *ad cap. significante 69. de appellat. num. 6. in fin.*

13 Licèt enim quandoque pro bono publico, & pro majori facilitate inveniendarum rerum venalium revenditores permitti valeant, Plato *de Republ. lib. 31. dialog. 2. col. 10.* Bovadilla *in politica lib. 3 cap. 4. n. 57.* Soto *de just. & jure lib. 6. quæst. 2. conc. 2. & 5.* Tiraquel. *in tract. de Nobil. cap. 32. n. 12.* Penna *in rub. tit. C. negot. ne milit.* Greg. Lopez *in l. 4. tit. 7. par. 5.* Matienz. *in l. 1. glos. 1. nu. 3. cum seqq. tit. 14 lib. 5 recopil* ubi Azevedo *n. 3.* quos citat Muta *ad prag. Reg. Siciliæ tit. 32. n. 44 tom. 1 ex l fin ff. de Nundin.* Gonzalez Tellez *ad lib. 2. decretal. tit. 28. de appellat. cap. 69. numer. 6.*

14 Attamen in aliquibus Regnis specialibus legibus prohibetur emere frumentum, & hordeum causa illud revendendi, ut de Regno Neapol. attestatur Reverter *decis. 217.* & ejus Additionator Marin. & de Regno Castellæ circa frumentum scribit Bovad. *in polit. lib. 3. cap. 3. num. 75. tom 2.*

15 Hi enim tanquam saltatores accedunt vigilantissimi ad itinera, & ferè omnia victualia emunt ab exteris, ea adducentibus urbes, & in eorum domibus, laribus, & magasenis abscondunt, Muta *ad prag. Reg. Siciliæ tit. 32. tom. 1. num. 36.* Et potest adaptari Cicero *pro lege Agraria ad Populum*, dum ait: *Non ingenerantur hominibus mores tam ab turpe generis ac seminis, quàm ex bis rebus, quæ ab ipsa natura loci, & à vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur, & vivimus. Chartaginenses fraudulentes, & mendaces, non genere, sed natura loci, quòd propter portus suos multis, & variis Mercatorum, & advenarum sermonibus ad studium fallendi studio quæstus vocantur*; ponderat Muta *ad c. Sicil. 59. n. 1* Idem Cicero *de offic. lib. 1.* ibi: *Qui mercantur à mercatoribus quod statim vendant, nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur*: & prosequitur Gonzalez Tellez *ad lib. 2. decretal. tit. 28. de appellat. cap. 69 num. 6.*

16 Dardanarii crimen est species monopolii, Petrus Greg. *Syntag. jur. lib. 36. cap. 30. n. 6.* Menoch. *de arb. lib. 2. cent. 6. cas. 569 numer. 2.* Farinacius *frag. par. 2. post tract. de immunit. Eccles. verbo monopolium numer. 292.* Molfes. *super consuetud. Neapol. par. 19. tit de contrahen. empt. quæst. 15. n. 13. & seqq.* Altimarus ad Rovit. *decis. 17. n. 7. vers. Quem modum*, Luca *in theat. verit. de regal disc. 117. nu. 8. & 9.* Quod negotiationis, seu potiùs fœnoris genus adeò fœdum, immane, & damnosum Reipublicæ reputatur, ut valdè proximum usurariæ pravitati habeatur à Pontifice *in cap. fin. extra de usuris*, Rovit. *decis. 17. n. 6.* qui subdit, quòd propterea publicè hæc mercimonia exercentes ejusdem pœnis coërceri debent, quibus usurarii manifesti, quorum pœnas scribimus *decis. anteced.* & de acerbitate hujus delicti plura tradit Gonzalez Tellez *lib. 2. decret. d. cap. significante 69. de appellat. num 9.* & 10.

Dicitur Monopolium quasi singularis, & penès unum venditio, Jodoc. *in prax. crim cap. 132. in initio*, vel dicitur Monopolium quasi singularis negotiatio in Civitate, vel ut vulgo observatur, est Monopolium, unius, vel multorum generum omnes merces emere, ut solus vendat, Gonzalez Tellez *super. 2. decretal. tit. 28. de appellat. d. cap. significante 69 num. 3.* à voce Græca *Monos*, quæ significat unum, & *pola* qui est venditor, vel *polium* quod est venditio: vel dicitur à verbo Græco *peleome*, id est vendo, quasi Monopolium sit unica venditio, & Monopola unicus venditor, Mich. Salas ad Divum Thomam 2. 2. *post quæs. 78 tit. de his qui Monopolium exercent n. 1 f. 699. t. 2.* Scaccia *de commer. §. 1. quæst. 7. par. 3. limit. 10. nu. 3.* Spelvez *tom. 2. semicent. 1. cons. 22. num. 3.* & comprobant alii Doctores infra citandi. 17

Monopolium duobus modis accidere potest; nempe aut auctoritate publica, scilicet superioris permissu, aut auctoritate privata. Publicà auctoritate commissum, licitè committi dicitur; nempe si aliqui mercatores superioris permissu procurant sibi tantùm jus vendendi merces in Civitate, aut Regno, justo, & certo eisdem taxato pretio, aliis prohibitione factà. Vel qui suis faciunt impensis libros imprimi, & Principes in eorum privilegiis decernunt; ne alii eosdem imprimere valeant, quia ex hoc privilegio animantur Docti ad imprimendum libros, ut sic eorum doctrina multis communicetur, quod in publicam redundat utilitatem: & hæc quidem Monopolia non solum esse licita, sed omnino necessaria, exemplificando docent Farinacius, *frag. crim. par. 2. d. verb. Monopolium numer. 302. &* 306. Molina *de contract. disp. 345. num. 3.* Scaccia *de commerc. §. 1. quæst. 7. par. 3 d. limit. 10. numer. 15. 16. & 17.* Gaito *de cred. cap. 2. tit. 7 quæst. 9. num. 2307. & seq.* Conciol. *resol. crim. 2 vers. Monopolium n. 5.* Galeota *resp. 10. num. 31. & seq.* Gonzalez Tellez *lib. 2 decret al. tit. 28. de appellat. d. cap. significante 69 nu. 3. & seqq.* 18

Caponius *tom. 4. discep. 262 num. 26.* asserit ad solum Principem, Superiorem non recognoscentem pertinere Monopolium concedere, *& nu. 19. cum seqq.* ait, licita esse Monopolia ex triplici causa. Prima ob necessitatem. Secunda ob utilitatem. Tertia ob æquitatem, & hæc omnia exemplis demonstrat, *& per tot. discep.* de hac re agit: quod comprobat Franciscus Antonius Tranchedin. *consult. 3. numer. 16.* ex Facundez, Villalobos, Bonac. Molfes. Castro Palao, Lugo, Salon. Rebel. Fragos. Guiphan. Gonzalez Tellez *in lib. 2. decretal. tit. 28. de appel. d. cap. significante 69. numer 3.* idem asserit Tranchedin. *consult. 92.* ubi agit de privilegio: *Ne alius aliquem librum imprimat*, & probat esse Privilegium strictè intelligendum, *& num. 21.* asserit, quòd quando disputatur de reimprimendo librum cum novis additionibus cum consideretur novus liber, non obstante privilegio ne alius possit imprimere, poterit reimprimi, & tradit judicatum; plura etiam de Monopolio punibili tradit Cardinalis Luca *theat. verit. lib. 7. par. 2. de empt. & vendit. discurs. 12.* 19

In hac re graviter loquitur Gregorius *glos 2. in fin. l. 2. tit. 7. par. 5.* ibi: *Animadvertant tamen Principes concedentes ista privilegia, ne concedant contra publicam utilitatem, ne ob dirandum unum, alios destruant, ne denatingenii, & naturæ, quæ Deus dat hominibus, Principes prohibeant, jubendo quod unus solus exerceat talem artem, vel tale officium, sed præ oculis habeant Deum, & publicam utilitatem, cui ex injuncto regimine servire debent*; & prosequitur rem hanc Gonzalez Tellez *in lib. 2. decretal. tit. 28. de appel. d. cap significante 69. num. 4.* 20

Monopolium autem privatà authoritate tripliciter committi solet. Primò, si omnes Mercatores in unum conspirant non vendere merces nisi uno pretio; secundò, quando unus Mercator, aut pauci coemunt omnes merces certi generis, videlicet totum frumentum, ut postea aucto pretio suo arbitratu merces, seu frumentum vendant non valentibus aliunde emere. Tertiò, si unus impediret, ne copia mercium aliunde afferretur, ut suas suo arbitratu venderet; antedicta comprobant Gaito *de credito cap 2. tit 7. quæst. 9. n. 2309. & seqq.* Altimarus ad Rovit. *decis. 17. numer. 8.* Farinac. *frag. verbo Monopolium n. 289.* Caponius *tom. 4. discep. 262. nu. 17. cum seqq.* Conciol. *in statut. Eugubii lib. 3. rub. 21. num.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

num. 1. *cum seqq.* Severini ad Sanfel. *decis.* 329. *pag.* 13. *vers. Habent.*

21 Præterea committitur Monopolium per privatas personas, scilicet in personis, in mercibus, & in loco, & quomodò his modis committatur exemplificat Farinac. *fragm. verbo Monopolium num.* 289. *& seqq.*

22 In cambio Monopolium committi probant Scaccia *de commer.* §. 1. *quæst.* 7. *par.* 3. *limit.* 10. *per tot.* Gajeto *de credito par.* 2. *tit.* 7. *quæst.* 9. *nu.* 214. *cum pluribus seqq.* Turri *de cambio disput.* 1. *quæst.* 21. *nu.* 12. *& sequentibus.*

23 In exercitio artis Monopolium committitur, ut notat Scaccia *de comerc. dict.* §. 1. *q.* 7. *par.* 3. *limit.* 10. *nu.* 12. ubi idem dicit in qualibet alia merce, & probant Caponius *tom.* 4. *dict. discep.* 262. *num.* 17. Romaguera ad Conciol. *in statut. Eugubii lib.* 5. *rub.* 21. *numer.* 7. remissivè, Caball. *resol. crim.* 215. *num.* 15. ubi *à num.* 8. disputat in vitro, & probat expressè Textus *in l.* 1. *Cod. de Monopoliis*, *Jubemus*, ibi: *Ne quis cujuscumque vestis, vel piscis, vel pectinum forte, aut echini, vel cujuslibet alterius ad victũ, vel ad quemcunque usum pertinentis speciei, vel cujuslibet materiæ pro sua auctoritate, vel sacro jam elicito, aut imposterum eliciendo rescripto, aut pragmatica sanctione, vel sacræ nostræ pietatis annotatione, monopolium audeat exercere.* Et infra in §. 1. ibi: *Ædificiorum quoque artifices, vel ergolabi, aliorumque diversorũ operum professores, & balneatores penitùs arceantur pacta inter se componere, ut ne quis, quod alteri cõmissũ opus impleat, aut injunctam alteri solicitudinem alter intercipiat, &c.* Cũ quo jure concordat Const. 14. *tit. de commerc. & seguretat de camins*, de qua infra latiùs agitur. In summa quidquid attentatur, quo merces cariùs vendantur, ministeria majori mercede exerceantur, libertas commercii difficilius exerceatur, si de his pactio fiat, Monopolii nomine continetur, scripsit Gonzalez Tellez *lib.* 2. *decretal. tit.* 28. *de appellat. cap. significante* 69. *nu.* 7. & Monopolium lugubrium dari dixit Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad leges Jul. Pap. l.b.* 1. *cap.* 17. *num.* 7.

24 Et quomodò laniones, aromatarii, & alii monopolium committant, explicant Farinac. *frag. crim. lit. M. verbo Monopolium*, Conciol. *in eodem verbo resol. crim.* 1. Tuscus *lit. M. conclus.* 358. de Drogueriis disputat Caponius *tom.* 4. *discep.* 262.

25 Pariter ex parte emptorum committitur Monopolium (licèt non ita crebrò accidere consuescat) quando pretiũ mercium minuitur, ut puta si in portu, ad quem pretiosissima navis appulit, ut illi emere possent, sibi mutuo promitterent non emere nisi tanti; aut si in subhastatione alter alium, ne licitaretur, averteret ut minoris emeret, explicat Scaccia *dicto limit.* 10. *num.* 13. Gaito *de credito cap.* 2. *tit.* 7. *dict. quæst.* 9. *num.* 2328. & declarat Diana *in summa verbo Monopolium.*

26 Inter quos committendi modos, malum illum dicit Farinac. *frag. crim. verbo Monopolium num.* 298. quando Domini, & Barones terrarum emunt frumentum, aut alia victualia, ut ipsi soli magno vendant pretio, illudque iniquum, eo quòd quandoque cogunt subditos, & vassallos non egentes, ad emendum, & impium dixerat Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 21. *num.* 5. qui invehit contra Dominos, Gaito *de credito cap.* 2. *quæst.* 9. *tit.* 7. *numer.* 2318. *& seqq.* qui exclamat contra Barones, qui eorum horrea, suasque cellas repletas victualibus habent, & certo anni tempore singulares merces ad victum necessarias suo arbitrio vendunt, nullusque hujus generis victus alia vendere valet, quod quam prohibitum, atque impiè faciant, in tremendo illo die, quo coram irrevocabili, & Sanctissimo Tribunali quilibet villicationis suæ rationem reddens, cognoscet. Hæc penes Gaito, & alios per eum citatos, & ipsis adde Marin. ad Reverter. *decis.* 217. *num.* 1. Conciolum *resol. crim.* 1. *verbo Monopolium num.* 6. Hi accipiant maledictionem à Domino, ut Proverbior. c. 11. ibi: *Qui abscondit frumenta, maledicetur, benedictio autem super caput vendentium.*

27 Admodùm præjudicialem modum committendi Monopolium agnoscit Suelvez *tom.* 2. *semicent.* 1. *conf.* 22. *numer.* 3. videlicet, cum quis sibi totum quodlibet genus victualium arrogat, ut ipse solus vendat, cæterique ab illius manu vivere teneantur.

28 Punibile tamen non est Monopolium privata auctoritate contractum, quando tanta illorum fructuum esset abundantia, ut etiam post cujusque satisfactionem, magna adhuc illorum fructuum supereffet copia, quia tunc posset unus, vel duo simul convenire, & emere illos fructus superabundantes, Cardin. Toletus *de inst. Sacerd. lib.* 8. *cap.* 53. *de negotiatione ver. Sexta est illicita*, qua ratione totius Ægypti inopiæ, & fami, quæ post lapsos septem annos libertatis supervenit, laudabiliter, utiliterque occurrit Joseph, aperiendo tunc horrea, quæ fertilitatis annis repleverat, ut habetur Genes. 41. *numer.* 47. *& seqq.* & comprobat Scaccia *de commerc.* §. 1. *quæst.* 7. *par.* 3. *limit.* 10. *numer.* 15.

29 Contra Dardanarios, aut Monopolium exercentes, attento jure communi dispositi est pœna exilii & confiscationis bonorum, *ad tex. in l. unica, Cod. de Monopol.* tradunt Iodoc. *in pract. cap.* 132. *num.* 6. Menoc. *de arbit. cas.* 569. *n.* 23. Decian. *trac. crim. l.* 7. *c.* 21. *n.* 33. Guazin. *de confisc. bonor. conclus.* 13. *ampliat.* 16. *n.* 1. Gaito *de credito c.* 2. *ti.* 7. *q.* 9. *n.* 2321. Massin. *de confisc. bonor. q.* 17. *n.* 3. quos allegat Conciol. *resol. crim. verbo Monopolium resol.* 2. *per tot.* ubi rem ampliat, & limitat, *& in stat. Eugub. lib.* 5. *rub.* 21. *nu.* 3. Farinac. *frag. crim. par.* 2. *verbo Monopolium nu.* 283 *cum seqq.* Turri *de cambio disp.* 1. *q.* 21. *n.* 13. Ganzalez Tellez *ad l.* 2 *decretal. t.* 28. *appell. d. c. significante* 69. *n.* 7.

30 Ultra quam pœnam puniuntur Monopolium committentes ad restitutionem ejus, quod supra justum pretium exegerunt, ut post Molfes. & Scaccia docet Gaito *de credito d. cap.* 2. *tit.* 7. *quæst.* 9. *num.* 2320.

31 Mitigari tamen poterit hæc pœna per Judicem arbitrantem juxta facti, & personarum qualitatem, probat Tex. *in l. in Dardanarios* 37. *ff. de pœnis*, & post Menoc. *dict. casu* 569. *n.* 23. Farinac. *in frag. crim. verb. Monopolium nu.* 282. *in fin.* docet Gaito *de credito, cap.* 2. *tit.* 7. *d. quæst.* 9. *numer.* 2322. *& sequent.* ubi ait, quòd attenta facti, & personarum qualitate pœna prædicta quandoque bonorum privationem, quandoque exilium perpetuum, quãdoque triremium flagellum, & quandoque pecuniariam pœnam, Judicis arbitrio adhibito, continere poterit. Caballus *resol. crim. cas.* 215. *nu.* 18. & 29. Conciol. *resol. crim.* 2. *verb. Monopolium num.* 4. (ubi ideo docet pœnam esse minuendam, quando Monopolium committitur super re tenui, & vili, *& in stat. Eugub. lib.* 5. *rub.* 21. *nu.* 5.) Urcel. *conclus. legal.* 111. *numer.* 24.

23 Dionysius Syracusanus alioquin impiissimus Tirannus mercatorem, qui omne ferrum à ferrariis emerat, ut ipse solus aliis venderet, expulit à toto suæ Siciliæ Regno, ut traditur ab Aristot. *lib.* 1. *polit. c.* 7. recitat Bovadilla *in polit. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 54. Rovit. *decis.* 17. *nu.* 5.

33 Deliberatum tradit Rovitus *decis.* 17. *numer.* 7. quòd cum quidam mercatores hoc illicitæ negotiationis genus exercentes, publice à Regno Neapolis eiicerentur sub perpetua prohibitione, ne ampliùs redirent: quia secretò de ordine admoniti destiterunt omnino ab illa negotiatione, & omnes fruges ab unoquoque ipsorum coemptas, & coacervatas resignarunt in manibus Proregis, nulla prorsus retenta quantitate, etiam pro usu proprio, & suæ familiæ, fuit supersessum in executione, & unicuique eorum fuit solutum pretium erogatum in earum emptione: hanc decis. recitat Thoro *in comp. decis. par.* 3. *verbo Dardanarius.*

34 Concordat in hoc Jus municipale *in Const.* 14. *tit. de comerc. & seguretat de camins*, ibi; *Com sempre sia estada odiosa, & perniciosa à la Republica tota manera de agavellaments, no solt de mantenimens corporals, sino tambe de tot genero de mercaderias, & se sia vist per esperiencia, que venint alguna mercaderia forastera en lo present Principat no falta qui en continent la compra tota, per a poderla tornar vẽdrer per mes preu; de manera que si algu ne vol comprar per provisio de sa casa, non pot fer. Statuim, &c. que si algu cõpra alguna sort de mercaderia forastera dins lo present Principat, & Comptats que no fos ja vinguda per son compte, sie tingut, & obligat dins tres dias naturals vendrer per lo mateix preu à qui voldrà comprar, per provisio de sa casa tantsolament.* Id est: *Cum semper fuerit invisa, & exitiosa Reipublicæ omnis species, monopolii non solum victuum corporalium, verum etiam omnis generis merciũ, & experientia demonstraverit, quòd merce extera in Principatum veniente, non deficit qui incontinenti omnem emat, ad majori pretio eam revendendam: Si que aliquis emere vult ad domus suæ provisionem, consequi nequit. Statuimus, &c. quòd si aliquis emit aliquam copiam mercis exteræ intus præsentem Principatum, & Comitatus, quæ pro se jam non perventa fuisset, teneatur, & debet intra dies tres naturales vendere tantidem cui emere voluerit, ad domus suæ provisionem solummodò*; quæ quidem constitutio fuit confirmata in curiis anni 1599.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

35 Confiscationis pœna contra Dardanarios statuta de jure, in hoc Principatu practicari non potuit, quia non habet locum confiscationis bonorum pœna, præterquam in crimine læsæ Majestatis, divinæ, & humanæ in primo capite, ut disponitur *in Conſt. fin. tit. dels bens dels condemnats*, pro qua Peg. *in prax. crim. cap.* 19. *numer.* 8. Reg. Cortiada *decis.* 94. *num.* 51.

36 Hinc die 4 Maii 1672. junctis tribus Aulis R. A. fuit verbo deliberatum, non iterare contra Dardanarios pœnam commissi, quia talis pœna à jure communi pro illo delicto non invenitur disposita; sed tantùm publicationis, vel confiscationis bonorum, & hæc neutiquam in hoc Principatu exigi potest. (Quia ut supra habetur, pœna confiscationis bonorum applicatur tantùm in hoc Principatu committenti crimen læsæ Majestatis in primo capite, divinæ, aut humanæ.) Unde in vim hujus deliberationis fuerunt sublata sequestra bonorum contra aliquos delatos de hoc crimine facta. Prout pariter de simili re loquens, profitetur Prato. *resp. crim.* 8. ubi *in fine* tradit decisum, quod, quia ex privilegio Neapoli concesso, bona Neapolitanorum non publicantur ex quovis crimine, nisi læsæ Majestatis; & sequestrata essent bona cujusdam mulieris de pravitate usuraria impetitæ, fuit sublatum sequestrum, ex Franchis *decis.* 213. *numer.* 37.

37 Qua de causa ad extirpandam hanc pestem à Republica, & ad occurrendum subditorum oppressionibus, cum sit frequentissimum, non nullos avara cupiditate seductos, victualia omnia emere, ut sic eorum horreis inde repletis, illa cariora vendant, famis tempus anhelantes, & expectantes; fuerunt postea publicata præconia contra Dardanarios, imponendo eis pœnam commissi, insequendo exemplaria antiqua; nam repertum fuit ita observatum fuisse anno 1591. in libris conclusionum illius anni, & sic nunc in præconizationibus generalibus, quæ publicantur in ingressu Locumtenentis Generalis hujus Principatus, ea pœna disponitur *in cap.* 59. ubi etiam aliæ statutæ sunt pœnæ majores, vel minores ad arbitrium suæ Excellentiæ, & Regii Concilii.

38 Sub die 31 Octobris 1592. reperta fuit conclusio, præcedente informatione facta, referente Fort, de publicandis præconiis contra occultantes frumenta, & alia grana, illa coacervando, & pretia augendo, in quibus injunctum fuit usque ad primas messes tunc proximè venturas, omnibus, & singulis personis, quantenus infra dies decem denuntiarent frumenta, & alia grana in capite cujusque Vicariæ penès Vicarium, & quòd tempore denuntiationis assisteret aliquis ex Patriariis, & quòd denuntiatio fieret cum juramento, & sub eodem juramento declararetur per Dominum granorum quantitas necessaria, pro suo, & domesticorum victu, & quòd elapsis decem diebus, intra alios decem dies Vicarii mitterent denuntiationes ad suam Excellentiam, sub pœna commissi, contra eos, qui intra terminum præfixum non denuntiarent, vel si cum fraude denuntiatio fieret.

39 Et in eodem conclusionum libro die 4. Januarii 1592. fuit conclusum, quòd quantitas tritici, & avenæ reperta in domibus, & posse Francisci N. agricolæ Sancti Martini de Provensalibus per Antonium Ferrer de Busquets, Sub vicarium Barcinonæ, & per eundem Ferrer commendata pro manifesto Curiæ; attento quòd intra tempus in Regiis præconizationibus expressum, recusavit illud denuntiare; venderetur in publico encantu, & plùs offerenti liberaretur, & pretium deponeretur in Tabula cambii communium depositorum Civitatis Barcinonæ, dictum, & scriptum Magnifico Thesaurario ad soltam Relatoris. Similis eodem die fuit facta de frumento Raphaelis N. Mercatoris Cervariæ.

40 Cæterùm prohibitum reperitur in Cathalonia per Prag. Seren. Regis Alphonsi Tertii, quæ est *in ordine* 1. *tit. de compra, y venda in* 2. *vol. Conſit.* Frumentum, avenam, & alia blada, quæ adhuc in herba sunt, certo & anticipato pretio emere, ut cariùs revendantur, ultra pœnam à jure statutam contra Dardanarios, pœna amissionis rei venditæ venditoribus imposita, & emptoribus injuncta pretii. Cujus litteram salubriter excogitatam, per hæc verba respice. *Attendentes, quod noſtræ ſerenitatis celſitudo remediis invigilat ſubditorũ, nec ceſſamus inquirere, ſi quid ſit in noſtra Republica corrigendum: pervenerit què ad Serenitatis noſtræ ſcientiam, quod nonnulli mercatores, & alii Regnorum noſtrorum, Aragonum, & Valentiæ, ac Comitatus Barcinonæ, propriæ ſalutis immemores, ac privatam utilitatem publicæ præferentes, in magnam noſtræ Reipublicæ læſionem, ex præſenti, & præterita ſterilitate præſumentes in futurum multò majorem veriſimiliter proventuram, frumentum, avenam, & alia blada, quæ adhuc in herba conſiſtunt, certo, aut ut ita dixerimus, adelantato pretio emerunt, ut per eos cariùs revendantur, ex quibus utilitas publica læditur, charitatis officium infringitur, & peccati via promptiſſima aperitur: Idcirco rem cognoſcentes non eſſe licitam fieri, prædictorum avaritiæ obviantes, hoc noſtro generali edicto, noſtraque Regia proviſione, omnes, & ſingulos contractus prædictos caſſamus, & annullamus, & caſſos, & irritos nuntiamus: Volumus tamen, quòd quatenus ad cõtractus jam factos, qui per hanc noſtram proviſionem caſſantur, vẽditores non amittant bladum, nec emptores, pretium: Sed venditores non teneantur eiſdem emptoribus ſolvere pretium dictarum emptionum uſque ad octo menſes, à tempore datæ præſentis protentiùs, numerandæ; ipſis autem idonee aſſecurantibus, quòd in fine dicti temporis ſolvent emptoribus pretia antedicta; inhibentes de cætero nihilominus conſimiles contractus fieri, ultra pœnam à jure contra Dardanarios inſtitutam, venditoribus rei venditæ, emptoribus pretii, amiſſionis pœnam nihilominus imponentes, mandamus igitur, &c.*

Pravitatis usurariæ vitio laborare has conventiones, 41
dixit Plutarchus *in opuſc. de uſur. vitand.* ibi: *Fœneratores autem auferunt, & rapiunt eſcam nedum maturam, & ante meſſem emunt frumentum, & ante vindemiam vinum, & oleum nundinantur*, & Alciat. *reſp.* 3. *num.* 10. *lib.* 1. ex Divo Basilio ait, usuram devorare fructus, antea quam nascantur, & Leotardus *de uſuris q.* 8. *n.* 28. loquens generaliter de emptione frugum pendentium, scribit ibi: *Quo fœneris genere agricolæ, & ruſtici potiſſimum ſtrangulantur, quoties ſcilicet ob prærogationem pretii, frumenta, & alios fructus in herbis vendunt vilius juſto infimo pretio, ut reſpondit Nata conſil.* 670. *& idem Binsfel. in Cod. in Civitate quæſt.* 4. *conclu.* 2. *ubi ait hanc eſſe communem Theologorum ſententiam.*

Ea ratione edictis multorum Principum jam pridem 42
prohibitum est ne fructus futuri emerentur: ut de Carolo Magno *lib.* 2. *l. Longobart.* notat Petrus Gregor. *jur. ci. vil. lib.* 25. *c.* 6. Mosner *in tract. tit. de emp. & vendit. n.* 68.

Referrque Joann. Copus *in tract. de fruct. lib.* 1. *tit.* 3. 43
cap. 5. Ludovicum undecimum Galliarum Regem constituisse, ne quis frumenta in herbis emeret, idque ait, non sine ratione sancitum fuisse. Primùm, ne, si frumenta, quæ in herbis sunt, emere liceret, hac ratione onerarentur annona, cariorque redderetur ab iis, qui frumenta sic empta supprimerent. Deinde ne nobiles profusi, & inopes agricolæ contenti modico præsenti pretio spem lætissimarum segetum amitterent, & ad miseriam redigerentur, cum frumentis in herba venditis, nihil haberent, unde se, suosque alerent. Postremò, ut calliditati fœneratorum obviam iretur, qui modica pecunia data maximam frumenti quantitatem acciperent, atque ita improbum fœnus exercerent.

Idem in Hispania *l. Regia* sancitum esse refert Rodoer. 44
de ann. red. lib. 3. *q.* 12. *n.* 39. & 40. ubi ait potissimum in favorem rusticorum, & agricolarum emanasse, qui de facili alliciebantur modica præsenti oblata pecunia ad vendendum frumentum futurum, & ideo necessarium Reipublicæ fuisse hanc sordidam, & inconsultam negotiationem prohibere.

Hoc etiam à Carolo Quinto Imperatore constitutum 45
esse ann. 1548. in Comitiis Augustanis memorat Binsfeld. *in cap. in Civitate qu.* 3. *concluſ.* 3. à quo etiam in tota Flandria prohibita est emptio, & venditio frumenti omnis generis, præterquam vel in publico venali foro, vel in domesticam cujusque civis necessitatem, ut refert Ranat, Choppin. *de privil. ruſt. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 1. qui etiam tradit Leodiensi statuto ab Ernesto Leodiensi Præsule, & Principe condito, cautum esse ne frumentarii Mercatores frumenta, & vina prævenirent *en verd, & ſtants encores ſur les Champs*; neque impediant callidè illa deferri in venale forum proximæ cujusque civitatis. Hæc omnia litteraliter observavi à Leotardo *de uſuris queſt.* 24. *n.* 37. *& ſeq.* Et à Rege Roberto Neapol. pragmatica sanctione, in anno 1329. fuit compertum, neminem victualia emere posse in tempestivè, ut videre est penes Revert. *dec.* 217. & ibi Marin. vide quæ dixi *dec.* 54 *n.* 74.

Dar-

46 Dardanariis proximi sunt annonam fraudantes, vexantes, seu flagellantes, Decian. *trac. crim. lib. 7. cap. 22. tot.* siquidem annonam vexare est id agere, ut tandem cariùs vendatur ad privatam vexantis utilitatem; quare si ematur annona publicè pluris quàm valeat, crimen stellionatus committitur, *l. 3. §. item si quis ff. de crim. stel.* & annonam attentans punitur extraordinariè Judicis arbitrio, Reg. Cortiada *decis. 106. num. 40.* ubi refert exemplar cujusdam, quòd cum venderetur triticum communiter ad rationem triginta solidorum pro quarteria, annonam attentando, & vexando, dandoque operam ut carior fieret, emerat triticum ad rationem quadraginta solidorum pro quarteria; fuitque relegatus in insulam per suam Majestatem nominandam ad triennium.

47 Considerari tamen oportet in hac re, quòd in hoc Principatu nulla adest prohibitio emendi triticum, & alia victualia ad revendendum, & commerciandum; imò per constitutiones Cathaloniæ expresè id permissum est (non quòd per hoc permissum intelligatur delictum Monopolii, quod à jure prohibitum esse, supra fuit probatum, & infra patebit *(tot. tit. de comer. y seguret. de camins*; & signanter *in Const. 4.* ibi: *No veden, ni vedar hagen als Mercaders, è qualsevols altres persones que per llur franca voluntat no tragan, ò traurer puxan de la dita Ciutat*, loquitur de Civitate Dertusæ quæ valde conquerebatur, *è aportar en qualsevol Lloch si voldràn blats, è altres vitualles*, &c. Id est: *Minimè vetent, nec vetare queāt Mercatoribus, ac quibuslibet aliis personis, quòd pro sua libera voluntate nullatenus extrahāt, aut possint extrahere, & asportare in quemcunque locū, si velint, tritica, & alia victualia.* Et in Const. *6. tit. de vectigals, lleudes*, &c. ibi: *En axi que qualsvulla de qualsevol condiciò sie, puxa portar, ò trametrer blat, è vitualles, è totas altras cosas, è mercaderies en terra de Christians, è de serrabins, è en tot altre lloch ahont sevulla sis vol aquellas haja per compra, ò de rendas, ò de sa cullita, ò per altra manera*, &c. Hoc est: *Sicque quilibet cujuscumque conditionis sit, valeat asportare, aut transmittere triticum, & victualia, ac omnes alias res, & merces in terram Christi fidelium, & sarracenorum, & in omnem alium locum, quòcumque, si vult, illas habeat emptione, vel redditibus, aut sua collecta, aut alio modo.* Quæ constitutio concordat cum foro Regni Valentiæ, & ad litteram recitat Excellentissimus Crespi *obs. 5. num. 26.*

48 Probatur etiam in Const. 3. cur. ann. 1599. *ibi. Estatuhim*, &c. *que tots los habitants en lo present Principat pugan libraments comprar, y vendrer, y pendrer en paga de sos deutes tot genero de mercaderias, y tots grās, y fruyts*, &c. Et infra *que las persones que blats, ò altres grās comprarān en paga de deutes, y de ajxò faràn mercaderia, hagen de tenir botiga uberta per a vēdrer al preu que correrà; è que lo libero comers nos puga prohibir puix las mercaderias ques comprarān, y vendran no pugan esser tretas fora del present Principat, y Comptats.* Hoc est: *Statuimus*, &c. *omnes in præsenti Principatu habitatores liberè posse emere, & vendere, & in suorum debitorum solutionem accipere omne mercium genus, ac omnia grana, & fructus*, & infra. *Personas, quæ tritica, aut alia grana ement in solutionē debitorum, & ex hoc facient mercem, teneri officinam habere apertam ad vendendum pretio currenti, & liberum commercium minimè prohiberi valere; cum merces quæ ementur, & vendentur non possint extrahi extra præsentem Principatum, & Comitatus.*

49 Quæ quidem ultima verba *Const. 3. anni 1599* contrariari videntur cum prælegatis *Const. 4. tit. de comercys, & 6. tit. de vectigals.* Ita ut per illam videantur illæ omnino derogatæ quoad extractionem extra Principatum merciumemptarum, quod etiam insinuat *cap. 87. dictarum Curiarum 1599.* ibi *Quæ de esta hora en havant per rabo de aportar, y comprar per lo present Principat axi per mar com per terra qualsevol genero de vitualles no sian obligats à demanar licencia alguna, ni prestar cautio; ans pugan librement comprar, y portar per tot lo dit Principat, y Comptat ditas provisions. Plau à sa Magestad, que no se entenga que per la present Cōstitució es permes algun genero de agavellament.* Quod latino idiomate sonat: *Deinceps ob vehendum, & emendum per præsentem Principatum, tam per mare, quam terram quodcumque victualium genus, nō teneri ad veniam petendum, nec cautionem præstandam; imò posse liberè emere, & exportare per eundem Principatum, & Comitatum dictos penus. Placet suæ Majestati, dummodo non intelligatur, per præsentem Constitutionem permitti aliquod monopolii genus.*

Enim verò præhabitæ Constitutiones invicem conciliantur, & compatiuntur, si attendas per illas fuisse dispositum, non posse fieri prohibitionem extrahendi frumentum, & victualia à Principatu, illaque exportandi, & transmittendi nisi urgente necessitate, aut indigentia seu carestia terræ & cum, non obstantibus dictis Constitutionibus, per Locumtenentes Generales fierent præconia prohibendo emptiones, & venditiones dictarum rerum sub prætextu necessitatis, seu caresti æ, & eo motivo prohibebantur emptiones, & venditiones dictarum rerum, non obtenta licentia emendi, seu vendendi à Locumtenenti Generali, quod erant contra liberum commercium, cum in casu necessitatis, seu caresti æ solùm esset prohibitum per Constitutiones Cathaloniæ victualia extrahere à præsenti Principatu; non autem illarum emptio, & venditio, ad effectum remittendi intus Principatum, illasque transportandi tam per mare, quàm per terram de uno loco ad alium ejusdem Principatus, idcirco fuit per *d. Const. 3.* statutum similes prohibitiones fieri non posse, & quòd liberum commercium non posset prohiberi; dummodo merces emptæ, & venditæ non possint extrahi à Principatu, & Comitatibus: quod est intelligendum in casu necessitatis, & caresti æ: idem dicendum censeo de *dict. c. 87. cur. anni 1599* nempe quod sit intelligendum in casu, quo licitum sit prohibere extractionem victualium à Principatu, quòd non possit prohiberi exportatio illarum intra Principatum; aliàs enim superflua fuisset dispositio *dicti cap.* si enim licitum est in casu quo non urget necessitas juxta Constitutiones Cathaloniæ extrahere victualia extra Regnum; multò magis de loco ad locum intra illud; & ita fuit semper uniformiter observatum ab anno 1599. 50

Licèt enim commerciandi libertas à natura ipsa provenerit, & exigentibus necessitatibus introducta sit, *l. ex hoc jure 5. ff. de just & jure* Gonzalez Tellez *lib. 2. decretal. cap. significante 69. tit. de appellat, num. 3.* Solorzano *politic. Indian. lib. 6. cap. 14. vers. Testas, pag. 1010. & de jure Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 25. ex num. 38.* dixi aliqua de utilitate commercii *par. 1. dec. 26. num. 18.* 51

Et nihil sit magis liberum in Cathalonia, quàm commercium, ut patet *tot. tit. de comercis y seguretat de cam. & in privilegio recognoverunt Proceres in 2. vol. constit. cap 84. 85. & 86.* Fontanella *tom 1. decis. 263. numer. 18.* undè in hoc Principatu liberè possunt extrahi frumenta, & alia grana, ut supra probatur ex constitutionibus citatis; prout jure communi attento, delictum non est talis extractio, Mauss. *de contraban. quæst. 7. num. 4.* Cyriacus *cont. 418. num. 7.* nam de jure communi potest fieri asportatio de loco ad locum, præsertim pro usu proprio, ut tradit Sola *de edict. Annon. glos. 7. per tot.* Massin. *de confiscat. quæst. 18. num. 81.* Marin. *lib. 1. resol. quotid. cap. 31. nu. 2.* Urreol. *consult. forens. cap. 42. num. 32. & 33.* qui relatos allegat 52

Attamen præventum est in dictis Constitutionibus tempore caresti æ posse fieri prohibitionem extrahendi grana à Principatu; nam & pariter attento jure communi facultas commerciandi, suppositâ hominum indigentia, subiacet providentiæ, & rectæ Principum ordinationi, & ita justa existente causa commercia ipsa regere, moderari, restringere, vel justi comodi causa, vel propter validitatem utentium, probat Greg. *glos. 2. l. 12. tit. 11. lib. 6. compil.* Soto *de just. & jure lib. 6. quæst. 2. art. 3.* Molina *tract. 2. disp. 245.* & his relatis Gonzalez Tellez *in lib. 2. decretal. tit. 28. de appellat. cap. significante 69. num. 3.* Valenzuela *consil. 39. num. 2.* Solozano *de jur. Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 35. num. 38. & 39. & à num. 63. & in politic. Indiu. lib 6. cap. 14. lit. E, cum seq.* Mastril. *de Magist. lib. 4. cap. 18. num 72.* Dom. Don. Christophor. Crespi & de Valdaura *obs. 87. à nu. 16.* Seraphinus de Freitas *de just. & imper. Asiatico cap. 1. à num. 32. & cap 8. num. 11.* Anguian. *de legibus lib. 2. cont. 15. num. 14.* Olea *in addit. ad suum tract. de cess. jur. tit. 2. q. 3. num. 14* Rodoer. ad Marin *lib. 1. resol. quot. cap. 31.* ubi agit, an prohitio illa extrahendi grana vel victualia facta in casu necessitatis, vel penuriæ ob publicam utilitatem comprehendat Clericos, vel Colonos, & conductores Ecclesiasticorum; cui adde pro eadem quæst. Luca ad Franchis *dec. 9.* & vide quæ diximus *dec. 31. n. 31.* 53

In his ergo casibus quando urget necessitas, ea atten- 54

ta, publicari debet prohibitio extractionis granorum à præsenti Principatu, & offertur tunc supplicatio, & de carestia, & necessitate granorum offertur informatio, evocando causam tanquam consistorialem, vt diximus *par. 1. decis. 1. nu. 26.* & *per* I. R. C. cui causa committitur, fit propositio sequens. *Providet quod aliquis ex Regis Algutziriis*: ea forma quæ traditur *in cad. dec. 1. n. 30.* & postea recepta informatione offertur alia supplicatio, qua exhibetur informatio, & petitur præconia prohibitionis expediri, & remittitur supplicatio, & fit provisio, ut sequitur: *dict. die, & an. facto verbo in R. C. providet, quod inferantur producta, & quòd prohibeatur incolis, & habitatoribus præsentis Principatus Cathaloniæ, & Comitatus Ceritaniæ, & aliis quibuscunque personis, ne extrahant, nec extrahere faciant à dictis Principatu, & Comitatu per mare, nec per terram triticum, ordeum, avenam, nec alia grana, & quòd ad id expediantur præconia, cum motivis in supplicatione contentis, & aliæ provisiones opportunæ juxta R. C. stylum.*

N. Iudex.

55 Cujus vigore expediuntur, & publicantur præconia, ut fuit practicatum die 16. Septembris 1679. ref. Nobili Petro de Amigant, Tertiæ A. D. pro Nobili Jacobo de Potau absente, tunc I. R. C. nunc R. A. D. scriba Badia. Similis 17. Aprilis 1683. ref. Nobili Francisco de Cancer I. R. C. scriba eodem Badia, & passim: frequentiùs tamen practicatur in casu urgentis necessitatis, præcedente supplicatione Syndici Civitatis Barcinonæ supplicantis, & F. P. R. C. idem petentis. Licèt interdum etiam fuerit hoc observatũ ad solã petitionem F.P. R.C.

DECISIO LVI.

ARGUMENTUM.

De otiosis, validis mendicantibus, Vagabundis, inertibus, Zingaris (id est Ægytijs, vel Boemis) vulgo *Gitanos*; & eorum pœnis juxta observantiam nostri Regij Concilij Criminalis: vbi singularia circa hujus generis infames gentes traduntur; & in alternativis pœnis an sit electio Judicis, vel inquisiti, annotatur.

SUMMARIUM.

1 *Quemodo Cives Romani exercitabantur, ut otiosi non viverent.*
2 *Lege duodecim tabularum quid cautum erat, ut quis otiose non peragraret? Nihilque esse Populis, quod peiora vitia pariat, quam parentes negligentes, & filios audaces esse, demonstratur.*
3 *Otium est frater libertatis, seditionum occasio; & plura mala de otio referuntur.*
4 *Expenditur ad id doctrina Divi Augustini.*
5 *Non deest in hac re censura Poetarum, quæ recitatur.*
6 *Etiam creaturæ insensibiles eam rem demonstrant.*
7 *Turpius est nil, quàm torporem, ac desidiam amplectendo, vitam luxu, atque inertia transigere.*
8 *Contra mendicantes validos rescripserunt Imperatores, & pœnas disposuerunt.*
9 *Triplex est mendicitas; alia ex necessitate naturæ; alia ex supererogatione justitiæ; alia ex vitiositate culpæ, vel pro lucro cumulãdo, & hæc vituperabilis.*
10 *Expenditur doctrina Platonis.*
11 *Qui sunt validi mendicantes, recitatur.*
12 *Sunt validi mendicantes otiosi mendaces, callidi, aculeati, & fortes: hi plerumque sunt latrones, grassatores, aliorumque scelerum patratores.*
13 *Mendicantes validi dicuntur latrones panis, & auferunt panem veris pauperibus miseris, & debilibus.*
14 *Validis mendicantibus non sunt subministrandæ eleemosynæ.*
15 *Tajanus prohibuit ne pauperes accederent de porta ad portam, sed manuterentur in loco expensis publici ærarii, ut occuparentur in operibus publicis: alia recitantur ad id ipsum.*
16 *Summa erat vigilantia Indis Perunen. otiosos minime sustinendi, tota solicitudine conando, adhuc senes, mancos, & cæcos aliquibus ministeriis, quæ eorum infirmitas sustinere posset operam impendere.*
17 *Non solùm Magistratus, sed quilibet privatus potest investigare tactu, & alio experimenti genere, an infirmitas mendici sit vera.*
18 *Subiiciuntur validi mendicantes diversis pœnis quæ recitantur.*
19 *Pœna arbitraria mendicantes validos teneri, asseritur, & eadem assignatur pœna parentibus, qui se, vel filios debilitant.*
20 *Citatur doctrina Bovadillæ, qui misit ad triremes pauperem fictum, habita relatione chirurgi de simulatione, & fictione.*
21 *Veros paupares inopia sublevari æquissimum est.*
22 *Peregrini mendicantes expellendi sunt à Civitate.*
23 *Inertes sunt, qui nullam habent artem. Vagabundi dicuntur, qui non habent domicilium certum, vel habitationem, quotidieque per varias Civitates vagi aberrant.*
24 *Dicitur autem domicilium certum; nam duplex est domicilium, alterum originis, & alterum habitationis; & ut quis vagabundus dicatur non inspicitur, an habeat domicilium originis: nam erit vagabundus, si non habet domicilium habitationis, & fixam sedem, in qua permaneat.*
25 *Qui habitationem fixã habet alicubi, non potest dici vagabundus, licèt propriè non contraxerit domicilium.*
26 *Expenditur ad id doctrina Bovadillæ, qui rectius describit vagabundum.*
27 *Sine scrupulo dici potest, his aberrantibus modicam Christi religionem adesse.*
28 *Vagantes, & sine ullo fixo domicilio permanentes, nec Reipublicæ inserviunt, nec matrimonium contrahũt.*
29 *Vagabundi inertes cogi debent ad laborandum.*
30 *An filius robustus, & benè valens, qui operari, non vult, à patre alendus sit, declaratur.*
31 *Filii familias tam per se, quam per eorum parentes possunt obligari ad artes, & esto obligatio esset facta per eorum matres (quæ non habent eorum filios in potestate) tenet obligatio, tantæ est efficaciæ obligatio artis, ne filii remaneant vagabundi, & otiosi.*
32 *Filius non erat strictus alere patrem, qui ex ejus impigritia in otio vixerat.*
33 *Uxor non tenetur vagabundum virum sequi, quando ignorans eum vagari, cepisset in virum.*
34 *Vagabundi in civilibus, & criminalibus pro testibus idoneis non admittuntur.*
35 *Vagabundi de delictis ubique commissis puniri possũt.*
36 *Decisio Senatus.*
37 *Ad judicem loci delicti vagabundum remittendum, tradunt quidam DD.*
38 *Adducitur limitatio ad hanc opinionem.*
39 *Contrariam alii tenent.*
40 *Conciliant quidam, ut vagabundus foret remittendus, si esset inquisitus alibi de delicto gravi, nisi adesset consuetudo in contrarium; sed de his remissive in alia decisione.*
41 *Banniti, qui modo huc, modo illuc discurrunt per orbem, nec certum domicilium habent, assimilantur vagabundis.*
42 *Diversæ pœnæ recitantur contra vagabundos statutæ, & nu. 43.*
44 *In constitutionibus hujus Principatus pœna contra vagabundos est fustigationis, aut triremium per quinquennium; licèt in Regiis preconizationibus antiquis esset pœna cumulativè imposita, fustigationis, & triremium per quinquennium; ubi recitantur exemplaria antiqua.*
45 *Alia exemplaria antiqua allegantur usque ad n. 49.*
50 *Alia in quibus ex causa fuit moderata pœna, & n. 51.*
52 *In novis preconizationibus contra vagabundos pœna licet sit per alternativam, electio est Judicis; & hoc sive dubio procedit in judice habente brachium Regii.*
53 *Decisio Senatus.*
54 *Quoad mendicantes validos pœna in preconizationibus Regiis disposita (si non desistant petere eleemosynas per portas à die earum publicationis) est perpetui bannimenti, aut fustigationis, aut alia arbitrio judicantis, & sic electio erit Judicis.*
55 *Pessimi omnium aberrantium sunt Zingari, qui Ægyptii, vel Boemi vocantur id est* Gitanos, *quorum pessimi*

pessimi mores describuntur, & numer. 56.
57 *Pœnæ statutæ contra Ægyptios.*
58 *Boemi guidari non possunt.*
59 *Per officiales Baronis Boemi guidari non valent.*
60 *Remitti non possunt Boemi ab officialibus Baronis.*
61 *Interpretatio cap. 38. Regiarum præconizationum.*
62 *Forma procedendi ad expellendum Boemos à Principatu, usque ad finem.*

1 USitatissima lex erat antiquitùs in Romana œconomia, quòd omnes cives Romani, qui libertate Urbis fruebantur, cum eorum filii decimum annum absolvissent, minimè auderent eos finere per calles volitare vagantes, quia consuetudo (certè æmulanda) erat Romæ, Natos Romanorum duos usque ad primæ vos annos lacte victitare; usque ad quatuor esculentis, illecebris, deliciis, & blandimentis indulgeri; usque ad sex legendi disciplinæ incumbere; usque ad octo in scribendi norma versari; usque ad decimum suæ ætatis annum Grammaticæ studio insudare; peractis jam decem annis juvenes exercitia aliqua suscepturi erant, aut dicari litteris, aut castra Mavortia petere, ut Romæ otio minimè vacarent, scribit Guevara *in epistola Imperat. Marc. Aurel. lib. 2. c. 2.*

2 In quadam lege duodecim Tabularum hæc scripta adinveniebantur. Sancimus, & præcipimus, omnem civem Romanum, qui in ambitu Romæ vicinus erit, teneri, ut a decem annis filius suus vitam moribus rectè compositam profiteatur, sicque fortè juvenis, cui pater non vetuisset otiosè peragrare, aut quia nullo officio eum imbuisset, perversè flagitium aliquod patraret, non minùs pater, quàm filius debito supplicio scelus luerent; Guevara suprà citatus, subdens, nihil esse in Populis, quod pejora vitia pariat, quàm patres negligentes, & filios audaces esse.

3 Otium est frater libertatis, seditionum occasio, veneris negotium, Diaboli pulvinar, virtutis rubigo, noverca virtutum, vivi hominis sepultura, venenum Civitatum, & seminarium omnium malorum; eruditè Bovadilla *in politica lib. 2. cap. 13. nu. 27. cum seqq.* ex Divo Hieronymo ad Rusticum, & in *capite nunquam de consecratione, distinctione 5. & ex Ecclesiast. cap. 33.* Ezech. *cap. 16.* Luc. Evangelist. *cap. 17.* Senec. *epist. 86.* Chrisostom. *in Matth. Homil. 36.* Xenop. *lib. de Republ. Lacedemon.* Siman. *de republ. lib. 8. capit. 28.* Didac. Perez *in l. 1. tit. 14. lib. 8. ordinat.* Plat. *lib. 8. de Rep.* Plin. *lib. 11. cap. 10.* Laguna *super discorde lib. 2. c. 75.* Patricio *de Republica lib. 1. tit. 8.* & aliis, plura, & præstantiora apud eruditum P. Garau *tom. 1. el sabio maxima 6.* Valerium Maximum *lib. 7. cap. 1.* Cœlium Rhodigin. *lib. 11. lect. antiq. cap. 1. & 3.* Peg. Gregor. *de Repub. lib. 23. cap. 7.* Matienz. *in dialogo relat. 1. part. 1. cap. 1. n. 5.* Delrio *2. tom. adag. sacr. 222. & 297.* Callist. Remirez *in tract. de lege Reg. Arag. in initio numer. 75.* & cum his, & aliis pluribus citatis Solorzano *de jur. indiar. to. 2. lib. 1. c. 4. n. 128. cum seqq.* P. Salzedo *de Regim. Princip. lib. 2. cap. 4. dissert. 21.* Petrus Fernandez Navarrete *in disc. polit. 9.*

4 Inquit Divus Augustinus *serm. 6. ad Fratres in erem.* *Quem tædet orare, vel psallere, laborare manibus non differat, cogitans quod quandiu David exercitavit se in militia, non insultavit ei luxuria, sed postquam in domo otiosus remansit, laberavit adulterio, & homicidium commisit. Samson dum cum Philistæis pugnavit, non potuit capi ab hostibus, sed postquam dormivit in sinu fœminæ, & otiose cum ea remansit, mox capitur, & cæcatur ab hostibus. Salomon, dum occupatus esset in ædificatione Templi, non sensit luxuriam; sed mox recedens ab opere persensit insultum luxuriæ, & deficiens, fœmina instigante ad idola, adoravit in thalamo vitulum aurtum. Vigilate ergo, Fratres mei, & nolite deficere: quia nec sanctiores Davide, nec fortiores Samsone, nec sapientiores Salomone vos esse cognosco.* Beyerl. *in Theat. vitæ humanæ verbo Otium.*

5 Censura Poetarum hac de re expectanda est, Ovid.
Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus,
Et capiant vitium, ni moveantur aquæ.
Et mihi si quis erat dicendi carminis usus,
Deficit, esseque minor factus inerte situ.
Baptista Mantuanus *lib. 1. Parthen.*
Calcar erit sequi pigros rubigine sensus.
Otia corrodunt, sopitaque pectore torpor.
Noxius obliquat, ferrum si transit in usus,
Assiduo splendore micat, vultuque nitendi,
Audet ad argenti Deus aspirare superbum.
At si longa quies jerit, fuscatur, & atram
Vertitur in scabiem, celerique absumitur ævo.
Idem Ovidius.
Quid potius faciam? Non sum qui segnia ducam.
Otia mors nobis tempus habetur iners.
Etiam creaturæ insensibiles hanc rem demonstrant; 6
nam terra otiosa abundat spinis, Ovid. *de tristibus.*
Fertilis assiduo si non renoventur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.
Et Joann. 15. *Omnem palmitem non ferentem fructum, tollet eum, arescet, & colligent eum, & in ignem mittent. & ardet.* Et proverb. *c. 12. Qui operatur terram, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est, & cap. 24. Cogitationes robusti semper in abundantia; omnis autem piger in egestate est.* Et Ecclesiast. *cap. 20. Qui operatur terram, inaltabit acervum frugum.*

Quid igitur istis turpius, aut abjectius, qui, torpo- 7
rem, ac desidiam amplexi, vitam luxu, atque inertia transigunt, nil agentes, quo se homines esse testentur? Qui, ut Phæaces illi Homerici.
Non pugnis, durave exercent membra palæstra;
Sed mensam, & citharæ strepitum, dulcesque choreas.
Stragulaque, & molles curant post balnea lectos:
Margine illius similimi, de quo idem Homerus:
Non fodere ille bonus, durisve ligonibus arva
Vertere, non ulli vivebat idoneus arti.
Sic enim, ut hi neque domi, neque militiæ, neque privatim, neque publicè, neque sibi, neque aliis, ita vitæ curriculum conficiunt, ut veluti naves nullum sui vestigium relinquant. Qui mihi quod nihil agant, quasi non pudere parum sit, etiam gloriantur. Alii, inquiunt, in opere occupati sint: nobis majorum nostrorum virtute est, unde otiosi lautè, splendideque vivamus. Quid majores vestros nominatis? Qui si vestri similes fuissent, vos hodie in postremis jaceretis. Si quales vos estis, tales ipsi fuerunt, indigni sunt, qui nominentur: in aliis, vos indigni qui eos nominetis, Ac videte quantopere à sapientissimi Poetæ Hesiodii judicio vestra ratio discrepet. Laborem ille, & industriam nemini, languorem, & ignaviam omnibus turpem esse confirmat. Præclarè Cicero, mihi quidem, inquit, qui nil agit, esse omnino non videtur: nam & Physici docent, quæ cuique rei causa est, ut sit; eandem ei esse causam, ut aliquid agat. Sed omittamus hos molles, & delicatos, neque eos ex summo, cui tam libenter indulgent, excitemus, teneamusque id quod a sapientissimis viris proditum est, nil esse inertia fœdius, otio ali vitia, Antonius Moretus *orat. 13.* Otium non privatis modò hominibus, sed & Regibus, & prius beatis Urbibus exitii causam fuisse, ait Catulus.
Otium Reges prius, & beatas perdidit urbes
Imperatores *in l. unica, Cod. de Mendic. val.* rescripse- 8
runt, ut omnes publicè mendicantes vigili cura inspiciantur, ibi: *Cunctis quos in publicum quæstum incerta mendicitas vocaverit, inspectis, exploretur in singulis, & integritas corporum, & robur annorum.* Ut egenis, & invalidis eleemosyna tribuatur, inertes autem, & qui non sunt debiles, nec misericordia digni, cogantur ad laborem, ut inde necessaria sibi quærant, ibi: *atque inertibus, & absque ulla debilitate miserandis necessitas inferatur.* Et si quis validum mendicantem nuntiaverit, & probaverit, hoc constito, si mendicus est, servus efficiatur ipsius denuntiantis, salva tamen dominis actione contra illos qui servo tale consilium præstiterunt, ut à Domino suo fugeret, ac etiam mendicaret, si autem liber, efficiatur perpetuò colonus denuntiantis, ibi. *Ut eorum quidem quos tenet conditio servilis, proditor, studiosus, & diligens dominium consequatur. Eorum vero quos natalium sola libertas persequitur colonatu perpetuo fulciatur, quisquis hujusmodi plenitudinem providerit, & propalaverit (alias probaverit) salva dominis in eos actione, qui vel latebram forte fugitivis, vel mendicitatis subeundæ consilium præstiterint.*

Triplex est mendicitas, alia est ex necessitate naturæ, ut 9
in debilibus, & infirmis; alia ex supererogatione justitiæ, vel pro Christo imitando, alia ex vitiositate culpæ, vel pro lucro cumulando, & ista est vituperabilis in omnibus taliter mendicantibus; considerat D. Ber. *in caus. de paup. Christi.* Priorum duorum juxta Da-

vid

vid *Psalm.* 71. *honorabile nomen eorum eum illo*; Ultimorum vituperabile, & de his referant Imperatores, & eis non licere eleemosynas tribuere exponit Princeps Theologiæ D. Thomas 2.2. *quæst.* 187. 3. *contra gentes cap.* 135. *opus* 19 *cap.* 19. Cajet. Medina *C. de eleemosyna*, Gulielm. Paraldo *in summa virtutum, & vitiorum*, Soto *de lib. in cau. pau. c.* 3. Suarez *de Religione to.* 3 *lib.* 8. *cap.* 8. docet non esse in Republica tolerandos, Vasq. *in* 2.2. *de eleemosyna*, ait, non esse permittendos. Et ejici debere è Civitatibus, & esse puniendos, dixit Belletus *disq. Cleric. tit. de Cleric. favor. real.* §. 5. *num* 97. Carpzou. *in prax. crim. quæst.* 93. *num.* 72. *& seqq.* Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 50. *num.* 7. & de his plura apud Doct. Augustinum *ser. de opere Monach.* 8. *cap.* 16. Sixtus Senon. *Bibl.* 2. *lib. Annotat.* 18.

10 Ad idipsum Plato *de legibus lib.* 11. ibi: *Nullus in Civitate nostra mendicus sit, quicumque verò id tentaverit, victumque inexplebilibus precibus colligere cæperit, à rerum venalium curatoribus è foro pellatur, ab ædili Magistratu exterminetur, ut ab hujusmodi animali omnino universa Regio munda sit.* Post. hæc Bovad. *in politica lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 33.

11 Sunt validi mendicantes, qui cupiditate habendi divitias, vel victum otiosè, mendicant, & sine labore volunt, & machinantur vivere; cum habeant aliunde unde vivant, & ex proprio labore, si vellent, victum parare possent, gerentes se quasi non habentes artem, cum habeant, & fingentes artem, se debiles, cum sint fortes; imò fictè sibi apponentes herbas; aut alia sibi suppositoria, per quæ appareant infirmi, claudi, & contracti pedibus, vel aliud, quo faciunt tumescere tibias, vel aliam apparere infirmitatem, in maximam Reipublicæ perniciem, & justitiæ dedecus; quam mendicitatem illicitam esse, probat Peg. *decis.* 4. & comprobat Cabal *resol. crim. cas.* 178. *nu.* 5. & 6. Carpzou. *in prax. crim. d. qu.* 93. *n.* 72. *& seq.* Romaguera ad Concol. *super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 70. *n.* 7.

12 Hi sunt otiosi, mendaces, callidi, aculeati, & fortes, hi plerumque sunt latrones, grassatores, aliorumque scelerum patratores, Salzedo *de regim. Princ. lib.* 2. *cap.* 4. *differt.* 22. *n.* 37.

13 Isti enim mendicantes validi, vocantur latrones panis, cum sani sint, & mendicent; contra quos invaluit glosa *in rub. d. tit. de mendic. val.* ubi Lucas de Penna, & platea, & auferunt panem veris pauperibus, miseris, & debilibus, *l. si quis ad declinandum, §. sin autem, Cod. de Episcopis, & Cleric. auth. de quæstoribus, §. non omnis.* Muta *ad prag. de vagabundis, num.* 18. Peguera *decis.* 4. qui quidem peccant, & tenentur ad restitutionem, Reg. Constant. *in l. unic. Cod. de mendic. valid.* Velasq. *de privil. pauper. par.* 1. *quæst.* 5. *n.* 44.

14 Divus Aticus, Episcopus Gallicus (ut refert Baronius *annal. tom.* 5 *ann.* 451. cum liberalissima, & eximia quadam dote eleemosynas elargiendi donaretur, præceperat Eleemosynario, qui domi suæ hoc munere fungebatur, ne vagantibus ullum subsidium opis subministraret, qui viribus ac sanitate ad laborem valentes, ad ostiatim victum quærendum merâ voluptate trahuntur.

15 Trajanus prohibuit, ne pauperes accederent de porta ad portam, sed manutenerentur in loco expensis publici ærarii; ut occuparentur in operibus publicis, Bovad. *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 27. & ob id subdit *num.* 28. ex Cicerone *de legibus*, quod nullus per Romam deambulare poterat, nisi in manu insignia demonstraret, & signum quomodò viveret, & quibus laboribus, & sudoribus. Quòd si aliquis contrarium moliretur, non solum ut delirus, vocibus, & palmarum intentibus à periculis per calles persequebatur, verum etiam censor eum damnabat, ut in operibus publicis cum mancipiis ærum nosso labori niteretur, Marcus Aurelius *in epistola ad Pulionem*, quam adducit D. Anton. de Guevara *in lib. Aur. Imper. Marci Aurelii lib.* 1. *cap.* 2. Muta *in prag. de vagabundis num.* 17. ajens, ideoque cæci, & manci occupabantur in his quæ poterant, nec apud Hospitalia receptabantur præterquam impotentes, videlicet claudi, cæci, muti, cæterique similes miserabiles, quippe ipsi cæci in exercitatione molendinorum ad manus filatoriorum ac similium exercitiorum occupati ponebantur, & dicit se recordari vidisse plures, qui sponte sua pro pane lucrando in hoc sudore vescebantur.

16 Summam vigilantiam Indis Pirunen. otiosos minimè sustinendi, tota solicitudine conando, adhuc senes, mancos, cæcos, aliquibus ministeriis, quæ patitur horum informitas, operam impendere, scribunt P. Acosta, Valera, Garcilasso, & cum his eruditè Navarrete *disc. polit.* 9.

Redeo ad Imperatores *in d. l. unica*, qui præmio allic- 17
iebant denunciatores mendicantium validorum, eis, & quibuscumque committentes explorationem integritatis corporis, & roboris annorem; unde non solùm Magistratus, sed quilibet privatus potest investigare tactu, & alio experimenti genere, an infirmitas mendici sit vera, Peg. Greg. *d. lib.* 39. *cap.* 6. Bovad. *lib.* 2 *cap.* 13. *n.* 33. Perez. *in l.* 2. *tit.* 14. *lib.* 8. *ordinat. in glos. littados*, ubi ait, quòd debet inspici, an tumefactionem, & evulsiones oculorum, veræ, & naturales, vel fictæ, & superficiales sint; quia de falso puniri possent, quando pallidi fingunt se infirmos, ex Ripa *de Peste tit. de remed. præservat.* ex Peg. Gregor. dixit Muta *in d. prag. de vagabundis nu.* 19. noster Romaguera ad Conciol. *in statut. Eugubii lib.* 4 *rub.* 50. *num.* 7. Velasq *de privil. pauper. par.* 1 *quæst.* 5 *num.* 44. Salzedo *de regim. Princ. lib.* 2. *cap.* 4. *differt* 22. *n.* 37.

Quo fit, ut tales mendicantes variis subiiciantur pe- 18
nis, Peg. *decis.* 4. ubi variarum Provinciarum statuta recenset, quibus mandabatur, ut caperentur, & ad opera, seu servitia publica, puta ad fossas purgandas, vel ad similia opera condemnarentur, vel aliter severè punirentur, in aliorum terrorem; sequitur Cabal. *resol. crim. cas.* 178 *num.* 1. *& seqq* Romaguerra ad Conciol *super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 67. *num.* 4 Et expressit Textus *in auth. de quæstor. cap.* 5. ibi: *Si vera hujus terræ fuerint, & corporibus quidem validis utantur, vitæ autem eis decens non est occasio: hos non frustra esse terræ onus permittere, sed tradere, citius eos operum publicorum attinet artificibus, administerium, & præpositis panificantium stationum, & hortos operantibus, aliisque diversis artibus, aut operibus, in quibus valent simul quidem laborare: simul autem ali, & segnem ita ad meliorem mutare vitam*, & § 1. ibi: *Si verò aliqui noluerint observire operibus, quibus traditi sunt, hos sectari hac Regia Civitate; par centes enim eis, hoc sancimus, ut non segnitie eos ad illicitos actus impellente leges eos abripiant ad pœnas, nostris tradentes Judicibus*

Arbitrariâ pœnâ puniri dixit Menoc. *de arbit. lib.* 2. 19
cas. 532. *nu.* 8. Conciol. *in stat Eugubii lib.* 4. *d. rub.* 67. & ibi Romaguera *num* 3. *& antea rub.* 50. *num.* 7. Salzedo *de regim. Princip. lib.* 2. *cap.* 4 *differt.* 22. *n.* 37. Reg. Constant. *ad l.* 1. *Cod. de mendic. valid.* (ubi rem limitat in Nobilibus, & Religiosis, & senibus; & post eum Dom. Don Christoph. Crespi *obs.* 4. *nu.* 32.) qui *num.* 7. asserit, quòd etiam hâc pœnâ tenentur, qui se, vel filios debilitant; sed gravius hi plectendi sunt, quàm illi, qui valetudinem simulant, aut herbis vulnera fingunt, *& num.* 24. allegat Senecam *in declamat. lib.* 10. *controver.* contra Patrem qui debilibat expositos filios, & debilitatos mendicare cogebat, mercedemque exigebat ab eis, pro cujusmodi scelesto facinore actionem læsæ Reipublicæ competere, apertissimis argumentis ostendit Fr. Leand. *in descrip. Italiæ*, & loquens de Provincia Umbriæ, asserit, in Ducatu Spoleti esse quoddam oppidum, nuncupatum, *Ceretum*, quæ ex Franchis à sua Patria exulatis originem duxit; hancque soli hi incolæ habitabant, quibus datus fuit ille situs, ut in ipsorum habitaculum tenerent, simul eis venia indulta fuit, ut eleemosynam totam Italiam corrogarent, quo adeò allecti manserunt ad emendicandum, ut nullus esset in loco, qui labori incumberet, sed infinita claudorum, mancorum, paralitycorum, cæcorumque multitudo exibat, quibus Parentes in hæreditatem conferebant, orbare eos oculis, manibus, aliisque corporis membris, & de hujusgeneris gentibus dixit Homerus *in Odissea*.

Hic quia nequitiis assuevit, adire laborem
Non vult, & timida Populi petit ostia voce
Ut replere suam queat insatiabilis alvum.

Et hæc recitat Pet. Fernandez Navarrete *disc. pol.* 9.

Bovadilla *in politica lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 33. dicit misisse ad 20
triremes pauperem fictum, habita relatione à chirurgo de simulatione, & fictione, sequitur Muta *in prag. de vagabun. num.* 20. quam pœnam approbat Reg. Constant. *ad l. unic. C. de mendic. valid. num.* 4.

Hic meus discursus non in egenos verosque pauperes 21
(quorum inopiam auferri æquissimum est) sed in mendicantes armatur, viribus, & sanitate robustos, qui otio-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sæ vitæ illecebris delinitati, oppida, ac mundiales plagas errabundi divagantur; insequendo sanctionem Imperatoriam *in auth. de quæst. cap. 1. §. 1.* in illis verbis: *Læsos autem, aut læsas corpore, aut canitie graves, hos sine molestia esse jubemus in hac nostra Civitate, aut piè agere volentibus adscribendos.*

22 Peregrinos mendicantes expellendos esse à Civitate scribit Diana *par. 5. tract. 8. resol. 21. 22. & 36.* Molina *de justit. & jur. vol. 1. trac. 2. disp. 210. Less. in cod. tract. cap. 18. disp. 17.* Azor. *inst. mor. lib. 4. par. 3. cap. 21.* Valdesius *de elecmos. fol. 84. col. 4. nu. 2.* & his relatis Dom. Don Christoph. Crespi *obs. 4. nu. 32.*

23 De inertibus rescribunt Imperatores *in d. l. 1.* id est de illis, qui nullam habent artem: Unde Doctores in ea lege tradunt alios otiosos, id est vagabundos, qui huc illuc aberrant; & docent quod dicitur vagabundus, qui non habet domicilium certum, vel habitationem, quotidieque per varias Civitates vagus aberrat, *glos. in l. dies cautioni 4 §. Prætor ait, ver. Habitationem habeat, ff. de damno infecto*: quam sequitur ibi Bartol. *numer. 24.* Panormitanus *cap. ult. de foro competen. n. 13.* Marianus *num. 57. de foro competen.* Dueñas *regula 378 limit. 4. in fin. ver. Porro quis propria*, Mascard. *de probationibus concluf. 1403 n. 2. volum. 3.* Decianus *tract. crim. lib. 4 cap. 13. ex nu. 1.* Peg. *decis. 3. nu. 9.* Julius Clarus *lib. 5. sent. §. fin. quæst. 39. nu. 8.* Farinac. *in prax. crim. quæst. 7. nu. 15.* Thomas Sanchez *de matrimonio lib. 3. disp. 25. num. 1. & seq.* Borrellus de Bellugam *in speculo Principum rub. 11. §. ex quo prædiximus, additione 1. col. 3. ver. Vagabundus*, Barbosa *in l. hæres absens, §. proinde in art. de foro delicti ex n. 14 ff. de Judiciis*, Capiblanc. *in prag. 8. par. 2. n. 223. de Baronibus*, Barbos. *sess. 24. Tridentini cap. 7. de reformatione n. 2. & in pastor. par. 2. alleg. 32. à nu. 56.* Muta *ad prag. de vagabundis num. 1.* Scialoya *de foro compet. cap. 39.* Fermosinus *in cap. postulasti 14 quæst. 7. num. 5. & cap. fin. quæst. 4. num. 1.* Tondutus *de præventione judiciali par. 2. cap. 11. num. 15* pluribus citatis Romaguera *super statut. Eugubii lib. 4. rub. 67. nu. 5.* Cabal *resol. crim. cas. 178. n. 3.*

24 Dicitur autem *domicilium certum*; nam domicilium duplex est, alterum originis, & alterum habitationis; & ut quis dicatur vagabundus, non inspicitur, an habeat domicilium originis, quamvis enim illud habeat, erit vagabundus, si non habet domicilium habitationis, & fixam sedem, in qua permaneat; & vagetur per mundum, juxta sententiam communiorem, & veriorem, quam reprobatà contrariâ expenderunt Marianus, Clarus, & Farinac. ubi suprà, Caballus *resol. crim. cent. 2. cas. 178. num. 4.* Tuschus *littera V, conclus. 10. num. 2.* Azeved. *in l. 1. n. 3. tit. 11. lib. 8. recopilat.* Bovadilla *lib. 2. polit. cap. 13. num. 33.*

25 Quare, inquit Carleval. *de judiciis lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 1. nu. 46.* oportet enim advertere cautiam domicilii (propriè dicti, ut distinguatur ab habitatione, juxta per ipsum notata, *in eadem quæst. 1. num. 12.*) non sat esse, ut quis censeatur, & sit vagabundus; nam qui habitationem fixam habet alicubi, non potest dici vagabundus, licèt propriè non contraxerit domicilium, alioquin officiales Curiæ Advocati, & scolastici, qui in aliis locis Regni domicilium non habent, censerentur vagabundi, quod est absurdum; atque ita hoc loco domicilium habitationis pro fixa habitatione accipitur, ex quo fit ut Doctores communiter dicant vagabundum esse, qui per mundum vagatur, & nullibi habet fixam habitationem, & Bossi. *de foro comp. nu. 70.* in diffin. vagabundi nullam mentionem domicilii fecit, sed vagabundum à vagando dictum esse ait, qui per mundum vagatur, sequitur Fermosinus *ad dict. cap. final. quæst. 4. numer. 2.*

26 Et omnium optimè Bovadilla *in politica lib. 2. cap. 13. n. 33. ibi*: *Lo mas recebido à nuestro proposito es ser vagamundo el que no tiene assistencia fixa en una tierra, y sin tener hazienda ni oficio, ni servir Amo, ni trabajar anda ocioso vagando, y sospechoso, y ocasionado para hurtar, y cometer otros delitos*, & Rovitus *super rub. de vagabundis*: *vagabundus dicitur qui à loco, in quo assiduus esse debet, aberrat per text. in l. si quis domest. Co. de domest. & protect. lib. 12. & l. 1. Cod. de desert. & ocul. lib 12. alios congerit Carol. de Gras. effect. Clericat. 3. numer. 291.*

27 Sine scrupulo dici potest, his aberrantibus modicam Christi religionem adesse, ut de Clericis vagis expressit Pontifex Siricius *1. tom. consil. pag. 1. fol. 561. Qui fidem veram in Ecclesiis tôto Orbe Peregrinis discere non asservatur*, & notat Navarret. *disc. polit 9.* dicens, cernimus valde paucos esse, qui sacro interfint, Ecclesiæ Sacramēta suscipiant, hujusq; Pastores, & Præsules regnoscant.

Hi ergo vagantes, & sine ullo fixo domicilio permanentes nec Reipublicæ, inserviunt, nec matrimonium contrahunt, nec vectigalia, & tributa solvunt; cum solùm sint gravissimum pondus, & populorum gravamen, ut protulit Tiberius Imperator, Tacitus *lib. 2. Languescet alioquin industria, intendetur socordia, ni nullus ex semetus, aut spes, & securi omnes aliena subsidia quasi secum expectabunt, sibi ignavi, nobis graves.* 28

Et quia vagabundi inertes, id est sine arte otiosè vivunt, cogi debent ad laborandum, scripsit Bovadilla citatus, prout dicitur de illis otiosis, & vagis agricolis, Matthæi *ca. 20. quid statis hic tota die otiosi; ite & vos in vineam meam.* Cogi possunt ut artem discant; Solorzano *de jure India lib. 1. cap. 4. tom. 2. num. 128. cum seqq.* ubi cum diversis schedulis Regiis id ipsum comprobant, *& in politica Indiana lib. 2. cap. 6. litt. M, & seqq.* Muta *in prag. de vagabundis num. 6. 8. & 32.* ubi *num. 30* affirmat etiam vagabundis auferri posse filios, & poni ad artes, & officia, ex Bovadilla citato *sub num. 33.* Peg. Gregor. *syntag. par. 1. lib. 15. cap. 48. num. 11.* 29

Filius juvenis, & benè valens, qui operari non vult, non est à Patre alendus, supposita quòd suam dignitatem non dedeceat operari, & negotiari, post Bartol. scribit Reg. Constant. *ad l. unic. Cod. de mendic. valid. num. 11. & num. 12.* an à Parente invito sit alendus filius robustus, qui neque militiæ nomen dare velit, neque alicujus Principis obsequio se adducere. 30

Hinc filii familias tam per eorum parentes, quàm per se ipsos possunt obligare eorum personas ad artem, Cass. *in consuet. Burg. cons. 21. n. 74.* Castren. *cons. 299. lib. 2.* Tuschus *prac. verbo filius familias conclus. 362. num. 37. tom. 3* Muta *in prag de vagabun. num. 9.* ubi *numer. seq.* asserit, esto obligatio esset facta per eorum matres non habentes eorum filios in potestate, tenet obligatio; tantæ est efficaciæ obligatio artis, ne filii remaneant vagabundi, & otiosi. 31

Filius non erat adstrictus alere patrem, qui ex ejus impigritia in otio vixerat; observarunt id Areopagitæ Athenis, & Salomon statuit, imò refert Pet. Gregor. *par. 3. syntag. lib. 39. cap. 36. num. 10.* quòd idem filii eorum patres adhuc decrepitos tanquam gentem superfluam subterrabant, Muta *in prag. de vagab. numer. 15.* 32

Uxor non tenetur vagabundum virum sequi, quando ignorans eum vagari, cepisset in virum, Baldus *in lege pen. Cod. de operib. libert.* Bart. *in leg. mevia, §. uxor in 2. quæst. ff. de ann. legat cap. unaquæque 13. quæst. 2. cap. 1. qui matr. accusar* post Bald. Angel. Alex. & Imol. *in l. si cum dotem §. si maritus, ff. solut. matr.* Bertacchin *in suo repertor. verbo vagabundus par. 5. fol. 269. colu. 1.* Peg. *decis. 3. nu. 11.* Muta *suprà cit. nu. 33* Danza *ad tit. de vagabundis num. 58.* Amendola ad Franc. *decis. 363. nu. 8.* latè Farinac. *in prax. quæst. 143. num. 269. cum pluribus seqq.* Scialoya *de foro competenti cap. 49. n. 7.* 33

Qui adeò exosi, & infames sunt, ut vagabundi neque in civilibus, neque in criminalibus pro idoneis testibus admittantur, ut tradit Tiber. Deci *in consil. 83. num. 14. vol. 3.* quod confirmat per ea, quæ tradit Bal. *in l. mulier. la. 2. Cod. de jure dot.* Alex. *consil. 89. in ultimis verbis vol. 1.* & Hippol. de Marsil. *consil. 28. vol. 1.* Peguera *dec. tis. 3. num. 16.* Mascard. *de probat. conclu. 1401. num. 1.* Danza *ad tit. de vagabundis n. 65.* Scialoya *de foro competen. d. cap. 49. n. 8.* 34

Vagabundos de delictis ubicumque commissis, ubique locorum puniri posse concludunt DD. per Tex. *in l. 1.* & ibi *glos. Cod. ubi de crim. agi oport.* Bart. *in l. hæres absens, §. proinde, ff. de Judic.* qui dicit, quòd multi Ribaldi suspenduntur in Civitatibus, & Castris ubi inveniuntur cum non habeant alicubi forum, post Clar. Decian. Joseph. Ludov. Diaz, Ruin. Marsil. Gramma. Novell. Plot. Boss. Jodocch. Cepol. Innoc. Alberic. de Rosat. Guid. Pap. Jul. Clar. Peguer. & quamplures relatos tradit Farinacius *in prax. quæst. 7. numer. 13. cum seqq. par. 1.* ubi pluriès testatur, esse communem opinionem (reprobato Hostiensi. & Fulgos. per eos citatis) Muta *ad prag. de vagabun. nu. 24.* Tondutus *de præventione Judic. par. 2. cap. 11. nu. 15.* Guazz. *defen. reor. 1. cap. 17. nu. 39* Scialoya *de foro competenti dic. c. 49. n. 3* Dan. za *ad tit. de vaga à num. 70.* Carleval. *de Judiciis libr. 1. tit.* 35

UAB Biblioteca de Ciències Socials

1. *tit.* 1. *quæst.* 1. *num.* 47. & *quæst.* 7. *n.* 746. Valenzuela *consil.* 155. *n.* 20. Fagnanus *cap. licèt de foro comp. num.* 26. Fermosinus *de foro competenti c postulasti.* 14. *quæst.* 7. *n.* 1. & *c. finali quæst.* 4. *num.* 4.

36 Sic visum fuit Senatui, ibi: *Die* 11. *Julii* 1630 *in facto recursus interpositi per Guilelmum Scalsape, francigenam a captura, & procedimentis contra eum factis per Vicarium Civitatis Balagarii visa inquisitione, in qua est impetitus de nece proditorie perpetrata in loco de Camporrells Regni Aragonum, viso ejus dicto, in quo asserit nullibi habere habitationem, sed ubique vagari; fuit conclusum recursui locum non esse.*

37 Disputatio inter Doctores est, an ea procedant in vagebundo, quando petitur relaxatio, seu remissio per Judicem loci delicti, an ad eum sit remittendus. Affirmativam sententiam sequuntur Innocentius *in cap.* 1. *de raptoribus*, ubi Zabarella *num.* 3. Anton. de Butrio *in capit. licet ratione ultimo num.* 10. Panormitanus *numer.* 21. *de foro competen.* Marianus Socinus *in capit. postulasti num.* 15. *eodem titulo*, Covarru. *in pract. capit.* 11. *num.* 7. *in princ.* Azevedus *in l.* 1. *nu.* 33 *tit.* 16. *lib.* 8 *recop.* Reg. Tapia *in prag.* 1. *num.* 18. *de vaga.* Aviles *in cap.* 27. *Prætorum verba Entreguen nu.* 15. Avendanus *respons.* 40. *num.* 9. Follerius *in constit. Capitaneorum ex num.* 56. Fachineus *lib.* 9 *controver. cap.* 24. Decianus *tract. crim. lib.* 4 *cap.* 13. *num* 7. & 8. & *cap.* 19. *num.* 12. Menoc. *de arbit. lib.* 2. *cas.* 531. *numer.* 3. Salzedo *ad pract. Bernardi cap.* 9. *additione ad verbum puniri lit. D.* Didacus Perez *in l.* 2. *tit.* 14 *lib.* 8. *ordinament glos.* 2. *pagin.* 274. *col.* 1. *ver. Quæro ulterius*, quamvis limitet Barbosa *in d. l. hæres absens* 19. §. *proinde in articul. de foro delicti numer.* 12. & 13. *ff. de judiciis*, & his citatis eam prosequitur, & defendit Carleval *de Judiciis lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 7. *sec.* 2. *num.* 816. & 818. qui docet, quòd non ex quo Doctores ajunt, vagabundum, opposita fori declinatoria, non posse subterfugere jurisdictionem Judicis adversùs eum criminaliter procedentis, & ex quo dicunt, vagabundum ubique conveniri, & puniri posse, non ex eo tollunt, ut si requiratur à judice loci delicti potiori, & excellentiori, ut ad eum vagabundum remittere teneatur, quod latissimè expendit, & comprobat Pereja *de instrument. edit. tit.* 2. *resol.* 9. *numer.* 74. *cum pluribus seqq.* Peguer. *dec.* 3. *numer.* 17. ubi tunc nedum ex urbanitate, sed etiam necessitate fieri debere remissionem probat Scialoya *de foro competenti cap.* 49. *num.* 4. ubi id maximè procedere scribit, si vagabundus commisit enorme delictum, quia tunc remittitur ad Judicem loci delicti, Fermosinus *in cap. postulasti* 14. *quæst.* 7. *numer.* 4 & allegat Balboa *in capit. fin. dict. tit. de foro competenti*; ubi dicit, quòd si accusator velit causam prosequi in loco, in quo reperitur vagabundus, admittenda est accusatio, neque locus erit remissioni ad locum delicti; si verò pars, quæ læsa est, petat remissionem ad locum delicti, erit procul dubio concedenda.

38 Hæc limitant, quando vagabundus post delictum commissum, aufugit de uno Regno ad aliud, quòd puniendus non sit in eo Regno de quo aufugit, quia licèt Reipublicæ interest ut delicta non maneant impunita; tamen jurisdictio, & Respublica offensa non extendit vires ad aliam Rempublicam ubi vagabundus degit; cum illa militet sub alia jurisdictione diversa Carleval. *de Judiciis, dict. quæst.* 7. *num.* 847. Fermosinus *de foro competenti d. cap. postulasti* 14 *quæst.* 7. *n.* 6. qui tamen *in cap. final. quæst.* 4. *de foro competenti num.* 7. adhuc huic limitationi acquiescere non videtur.

39 Contrariam sententiam, quòd vagabundus, non obstante quòd petatur relaxari, non debeat remitti, sequuntur Dueñas *regul.* 378 *for. limitat.* 4. Guido Papæ *dec.* 202. *numer.* 1 *vers. Tertiò quod delatus*, Fatinac. *in prax. quæst.* 7. *num.* 14. Molinus *de brachio sæculari cap.* 45. *num.* 10. & 11. Chassaneus *in consuetud. Burgundiæ rub.* 12. §. *unico num.* 12. Borrellus ad bellugam *in specula rubric.* 11. §. *ex quo prædiximus in additione limitat.* 5. quos refert Carleval *de Judiciis d. quæst.* 7. *n.* 817. adde Muta *ad prag. de vagabun. numer.* 25. qui plures in eandem opinionem allegat.

40 Declarat distinguens Pereja *de instrum. edit. lib.* 2. *resol.* 9. *num.* 83. & antea Bovadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 13. *à num.* 27. & post eum Rovitus *in rub. prag. de vagabundis, nu.* 2. non debere remitti secundùm comunem opinionem pro solo delicto uti vagabundum, sed si esset inquisitus alibi de delicto gravi, esset remittendus, Judice delicti petente, nisi adesset consuetudo non remittendi; ideo in hac re retineo judicium decisionis 37. ubi an sit locus remissioni delinquentium de loco ad locum, & de Regno ad Regnum, latè agitur, & adde Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 4 *rub.* 67. *n.* 7

Banniti illi, qui modò huc, modò illuc discurrunt per orbem, nec certum domicilium habent, assimilantur vagabundis, & per consequens non gaudent remissione fori, Muta *ad prag. de vaga. numer.* 26. & disposita in vagabundos, censentur disposita in bannitos, ex Claro, Cæpola, & aliis Peguera *d. decis.* 3. *num.* 14. declarat Fermos. *in c. postulasti* 14 *q.* 7. *de foro comp. n.* 5. 41

Apud Athenienses afficiebantur vagabundi pœna mortis, & diligentissimè investigabatur, qua quisque ratione victum sibi pararet, ac se, suosque aleret, Melchi. Jun. *q. polit. p.* 3. *q.* 87. Rovitus *super rub. in prag. de vagabundis n.* 3. Auth. *de quæstor. c.* 5. §. 1. ibi. *Et aliorum singulos interrogare qua venerint gratia, & inquisitis; quæ digna sunt super eis agere ut non pigri hic sedeant, sed competentia agentes ad proprias revertantur Provincias*, Muta supra citatus *n.* 16. ex Tacito *lib. de moribus Germaniæ*: ubi hos tales otiosos cum catena ferrea in lacum eiiciebant tanquam infames, Solon duritiem hanc mitigavit, infamia otiosis indicta, & bonorum publicatione si ter socii cõvicti fuissent, Gothof. *in d. auth. de quæstore in notis.* 42

Jodocus *in prax. crim. c.* 151. *de relegat ad ergast.* meminit de edictis Principum contra vagabundos publicari solitis, quoties eis opus esset comparere, & instruere certum aliquem numerum triremium ad expeditionem bellicam: qui aliàs quomodo apud diversas gentes puniantur, tradunt Cabal. *res. crim. cas.* 178. Muta *in prag. tit. de vagab.* 54. Salzedo *de regim. Princ. l.* 2. *c.* 4. *dissert.* 22. *n* 30. Nov. *de gravam. vas.* 324 *l.* 1. *n.* 3. Rovitus *ad prag. Neap. tit. de vagab. n.* 2. & 3. Belletus *disp. Cleric. tit. de favor. Cleric. Real.* §. 5. *n.* 97. Romaguera ad Conciolum *super statut. Eugubii lib.* 4 *rub.* 67. 43

In Constitutionibus hujus Principatus minor pœna contra vagabundos disponitur *in Constitutione statuim* 4. *tit. de Bomians*, videlicet; quòd incurrant ipso facto in pœnam fustigationis, aut triremium per quinquennium, de qua pœna mentionem facit Caballus *res. crim. casu* 178. *n.* 2. Scialoya *de foro competenti c.* 46. *n.* 2. *in fin.* in Regiis præconizationibus antiquis, ea pœna cumulativè imponebatur, ut ita attestatur Peguera *dec.* 3. *n.* 13. quod pluriès fuerunt condemnati ad servitium Regiarum triremium, & fustigationis simul, quamvis ex causa in aliquibus pœna triremium temperata esset, vel ratione minoris ætatis, vel aliàs, prout ibi constat ex exemplaribus quæ allegat, & signanter fuit temperata pœna ex causa ætatis in illo contra Joannem N. Petrum N. Regni Aragonũ, minores, qui condẽnati fuerunt ad pœnã fustigationis, & ad servitium Regiarũ triremium per triennium. 44

Ipsis adde alia exemplaria antiqua, in quibus fuit observata pœna statuta, videlicet die 14 Martii 1591. Sebastianus N. delatus, & inculpatus, quòd incesserat per præsentem Principatum Cathaloniæ, contra dispositionem Constitutionum Generalium, fuit condemnatus quòd fustigaretur, & ad servitium Regiarum triremiũ per quinquenium: alii, in quibus delati fuerunt impetiti de aliis etiam delictis, fuerunt condemnati ad pœnam Constitutionum, aut ad graviorem juxta circunstantiam facti, &c. 45

Die 21. Novembris 1591. adversùs Petrum Jacobum N. delatum, & inculpatum, quòd per multum tempus incesit per præsentem Civitatem vagando, & otiosè vivendo, contra dispositionem Generalium Constitutionum Cathaloniæ, & Regiarum præconizationum; & de aliis criminibus, & delictis, fuit conclusum, quòd fustigetur palam, &c. Et condemnetur ad servitium Regiarum triremium remigando ad quinquennium. 46

Die 20 Julii 1593. adversùs Joannem N. delatum, & inculpatum, quòd incesit à multis mensibus retrò per præsentem Civitatem Barcinonæ vagando, & otiosè vivendo, & de aliis criminibus, & delictis, fuit conclusum, quòd condemnetur ad servitium Regiarum triremium ad septennium, quòd fustigetur, & bulletur. 47

Die 13. Augusti 1593. adversus Joannem N. qui incesit per Principatum divagando, & otiosè vivendo (& de aliis criminibus, & delictis) adversùs præconizationes, & contra Constitutiones, fuit conclusum, quòd fustigetur, & condemnetur ad servitium Regiarum triremium remigando ad quinquennium. 48

Die

UAB Biblioteca de Ciències Socials

49 Die 7. Decembris 1619. contra Bartholomeum N. aliàs Sendrosell, furorem Villæ de Alcanyis Regni Aragonum, minorem delatum, & inculpatum, quòd incessit per præsentem Principatum Cathaloniæ divagando, & otiosè vivendo, & de nece per eum perpetrata ictu gladii in personam Joannis Sabater, mulionis in porta maris præsentis Civitatis Barcinonæ, die 3. Junii anni 1619. fuit concluſum, referente Ramon, quòd fustigetur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ, & condemnetur ad servitium Regiarum triremium remigando ad decennium. Supplicavit à sententia, & fuit confirmata die 19. Decembris 1619.

50 Alia exemplaria, in quibus ex causa fuit moderata pœna; sic Die 23. Martii 1591. fuit concluſum contra Jacobum N. & Jacobum N. quod relaxentur, facto eis mandato de laborando, vel de exeundo à præsenti Civitate intra dies tres, & à Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ, intra decem dies, sub pœna Constitutionum.

51 Die 5. Aprilis 1591. Petrus N. eò quòd incedebat per præsentem Principatum Cathaloniç & præsentem Civitatem otiosè vagando per ludos, & alia vitiosa loca contra disposition Generalium Constitutionum, fuit condemnatus, quod relegaretur ad insulam Majoricarum per quinquennium.

52 Licet in præconizationibus nuper publicatis pœna contra vagabundos sit per alternativam, prout disponitur *in dicta Const. 4. tit. de Bomians*; attamen in pœnis alternativis corporalibus electio est Judicis, prout comprobat, contrariis rejectis, Roccus *de officiis rub. 14. §. 1. num. 66.* & allegat Rovitum *in pag. 4. de armis num. 9.* & licèt Guazzin. *defensa reor. 33. cap. 12* disputans latissimè, cum distinctione rem terminet, ut videlicet in alternativa electio sit judicis, quando verba legis diriguntur ad judicem, vel sunt impersonaliter prolata, secùs quando diriguntur ad reum, vel quando partim ad Judicem, partim ad reum; attamen hęc non procedere ait in judice habente brachium Regium, cujus semper est electio alternativæ *num. 4. circa medium*, & *5. vers. In judice*, ex Caval. *de brachio Regio par. 4. num. 116.* & 144. & juxta hæc ad nostrum Senatum pertinere pœnæ electionem contra vagabundos fuit visum in exemplari quod refertur.

53 In facto Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ, & partis instantis adversùs, & contra Jacobum N. aliàs *Gravat* Villæ de Sora Cælsonen. Diœcesis delatum, & inculpatum, quòd nullibi habens habitationem, ubique vagando otiosè vivebat, & de vulnere per eum una cum alio ictu pugionis (provocatum in rixa) illato in personam Raymundi Clavera, Agricolæ Villæ Sancti Bavdilii de Rupricato Diœcesis Barcinonæ in eadem Villa die 16. Iulii 1672 ex quo mors sequuta fuit, ac etiam de vulnere in eadem rixa ictu pugionis illato in personam Joannis Nicolau, laboratoris dictæ Villæ, qui ad relationem Magnifici Raphaelis Nabona, I. R. C. die 8. Novembris anno 1673. fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando per quinquennium, confirmata extitit 5. Junii 1673. referente Nobili Hieronymo Magarola.

54 Quoad mendicantes validos disponitur *in cap. 32. præconizationum Regiarum*, quòd à die earundem publicationis cessare debeant petere eleemosynam per portas, sub pœna perpetui bannimenti, aut fustigationis, aut alia arbitrio judicantis; electio igitur hujus alternativæ expressè est reservata judici, ut sentit Roccus *rub 14. §. 1. num. 66.* ubi etiam profert, quòd quando verba statuti dicunt cum pœna nostro arbitrio reservata absolutè, electio pœnæ est reservata Proregi, & non Judici, ex Socino *in cap. sicut num. 20. de judiciis*, Claro *in §. fin. quæst. 85. num. 6.* Menoch. *de arbit. quæst. 87. num. 6.* de quorum etiam pœna ampliùs videndus est Peg. *d. dec. 4.* asserens, quòd solet nostrum Regium Concilium severiùs quàm sit in Regiis præconiis statutum, illos plectere, ut non solùm puniantur ut alii mendicantes, sed ut errones, & vagabundi, ut apparet in exemplaribus quæ allegat.

55 Pessimi omnium aberrantium sunt Zingari, qui Ægyptii, vel Boemi vocantur, id est *Gitanos*, ut expressit Dom. Regina Germana *in Curia Montisson. ann. 1542. cap. 17. const 1. tit. de Bomians, vagamun. & per tot. tit.* qui quidem totum terrarum orbem mendicabundi, cum chiromanticis uxoribus, & liberis peragrant, nusquam certas domos habentes, rapto vivunt, venduntquæ permutant, contrahunt quæ furtim contrectaverant, insidiantur saltibus, viis, violant templa, irrumpunt domos, abigunt pascuis, stabulis animalium, quæ assidua est eorum rapina in abigeatu, & semper publicè, in suburbiis, & montibus alimenta communia, ex communi rapta consumunt, barbaréque inglubiem consociant: istorum immanis crudelitas! quantos audivimus per hos strangulatos viis, truncis fortiter alligatos, verberatos, arboribus suspensos, nudos in montibus relictos, feris, imbribus, frigoribusque expositos, quantas virgines, conjugesque violatas, quin scelestissimi homines parcerent sexui, ætati, senectuti, innocentiæ, religioni: sine lege, & Sancto Ritu celebrant isti matrimonium, dispensant, & feraliter commiscentur sororibus, aliisque consanguineis, raròque perversa hæc gens in facie Ecclesiæ Sanctum celebrat matrimonium, raró sacro fonte suos abluit infantes: Nec certa notitia haberi valet si nostræ Sanctæ Matris Ecclesiæ mandata servent sacrum audiendo in diebus præcepti; nec si in Paschate peccata sua confiteantur, ut animadversum reliquit Dom Rex Philippus *in Curia Montisson. anno 1585. cap. 45. Const. Encaraque 5. tit. de Bomians*.

Nihil aliud usitatius Ægyptiis fœminis est, quàm in- 56
verecundè intervenire virorum, fœminarumque conventibus, falsòque hominum sortes prædicere, ridiculè conjectantes manuum lineas, oculorum aspectum, jactantes incredibilem peritiam fallaciæ compositæ, præcipuè in laqueos simplicium virginum, & matronarum, quibus allectæ, vel consopitæ liberaliter bonis, donisque ditant incantatrices, falsasque sybillas. Istæ herbarum experientiam adferentes, illarum virtute cognita, vel incognita, remedia morbis intentant vel mortem, ut dolore multorum affatim cognoscitur. Cantinelarum amatrices, & nil magis amant, quàm ludos festivos, cantinelas, & similia, & tandem gentes exleges sunt, quæ nulli legi, rationi, æquitati, misericordiæ comparent: hæc & alia erudité refert Athanasius Oteysa, & Olano *in paralip. juris tom. 1. lib. 5 cap. 6.* & plura de his agit Martinus Magero *de advocat. armat. lib. 1. fol. 16.* Christoph. Besoldo *de Ægyptianis, & in thes. prac. verb. Zingari, fol. 967. num. 6.* Carena *de offic. Sanct. Inquisit. 2. par. tit. 12. à n. 257.* Don Fran. de Cordova *in didascalia cap. 50.* quos citat Solorzan. *in polit. pag. 687.* Cabal. *resol. crim. cas. 178. num. 3. vers. Eodem modo*, qui adducit pœnas. Salzedo *regim. Princ. lib. 2. cap. 4. dissert. 22. num. 34.* Reg. Matthæu *de re crim. cont. 60.* Dom. Don Christoph. Crespi & de Valldaura *obs. 4. num. 261. & seqq.*

In Const. 1. 2. & 3. *tot. tit. de Bomians*, statutæ sunt pœ- 57
næ contra Ægyptios, seu Boemos, in quarum observantiam per edicta generalia *cap. 38.* disponitur præcipiendo illis, quatenus intra decem dies immediatè subsequentes post edictorum publicationem recedant à Principatu, & Comitatibus, indicta pœna amissionis bonorum, flagellis superadditis, & serviendi in Regiis triremibus remigando per tempus suæ Excellentiæ, & Regio Concilio benè visum, quam subire teneantur qui vigintiannos peregerint, usque ad quinquaginta; & cæteri minoris ætatis cum mulieribus banniantur.

Etiam disponitur ut per officiales Regios Boemi gui- 58
dari non possint, sub pœna centum librarum, quæ possit ab illis exigi in tabula per Syndicum Vniversitatis, & tertia pars pœnæ sit accusantis, alia judicis Tabulæ, & reliqua Deputatorum, eamque Pœnam exequi possint omnes alii jurisdictionem habentes. Quòd non possint guidari Ægyptii, nec remitti diximus *dec. 27. num. 5. & dec. 31. num. 52.*

Et licet in dictis Regiis præconizationibus apparet 59
solum officialibus Regis prohibitum videri guidare Boemos, prout litteraliter disponitur *in Const. Com. à la expulsio 6. tit. de Bomians*, attamen certi juris est etiam prohibitum habere officiales Baronis Boemos, seu Ægyptios guidare, vel remittere, ut quoad guidaticum disponitur *in Const. fin. tit. de Bomians* per illa verba *Y que lo Llocinent General nostre, y Portant veus de Governador, ni altres officials, axi Real, con de Barons no pugnen guiar, ni dissimular aquells*. Id est, *quòd Locumtenens Generalis, & Portans vices Gubernatoris, nec alii officiales, tàm Regii, quàm Baronis non possint guidare*,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dare, vel dissimulare illos, sub pœnis contra violatores Constitutionum, & aliarum legum Patriæ statutis, & ordinatis: ibi *Sots las penas contra los Violadors de las Constitucions, y altres Lleys de la Patria statuidas, y ordenadas*.

60 Quoad remissionem, ut ea prohibeatur Boëmis, expresè disponitur *in Const. Ajustant. 2. d. tit. de Bomians*, ubi annullantur guidatica concessa per Barones Ecclesiasticos, vel sæculares, subdens, quòd Boëmi non possunt remitti, ibi: *Y que no pugan esser remesos, ni componsats*. Et idem arguitur ex generalitate *Const. statuim 4. eod. tit.* ibi: *Que los officials no pugan componsar aquells*. Id est, *quòd officiales non possint transigere cum eis*, quæ constitutio, licèt intelligatur de vagabundis, amplecti debet quoad Boëmos, qui propriùs vagabundi sunt, ut diximus.

61 Et hic est sensus, ni fallor *d. cap.* 38. Regiarum præconizationum, quatenus mandat observari constitutiones disponentes de pœnis Boëmorum, & statuit puniendos esse negligentes illarum observantiam, quæ admodùm denotant nihil ex Constitutionibus per dicta præconia novari extinguendo in eis disposita, imò ea excitando imponere novum præceptum, quo injungitur omnimoda observantia.

62 Super forma procedendi contra Boëmos quoad publicationem bonorum indictam in citatis Constitutionibus, & Regiis præconizationibus, obtinui à Regio Concilio conclusionem sequentem.

63 *Die 11. Julii 1686. in facto dubii proposiți per Nob. Fisci Advocatum quomodò sit procedendum contra personas, & bona Boemorum, contra quos per Generales Constitutiones Cathaloniæ, & Regia edicta universalia publicata de ordine suæ Excellentiæ in principio sui gubernii, inter alias est imposita pœna amissionis bonorum, fuit conclusum quod procedatur sub forma sequenti.*

64 *Quòd per Fisci Procuratorem Regiæ Curiæ porrigatur supplicatio, offerendo informationem de multitudine Boemorum, qui in certis locis coadunati inhonestè ac otiosè degunt, ac incedunt cum ipsorum familia.*

65 *Quòd postea tusset idem Fisci Procurator Regiæ Curiæ declaratoriam pro apprehensione bonorum.*

66 *Si bona sint ejus qualitatis quòd sint tempore peritura, vel pro ipsorum custodia sumptus sint erogandi (ut ipsis parcatur) petatur per Fiscum, quòd vendantur, & pretia deponantur in tabula communium depositorum hujus Civitatis Barcinonæ dicta, & scripta Nobili Regenti Regiam Thesaurariam ad soltam Relatoris.*

67 *Si verò bona sumptus non sunt causatura, vel non sint peritura tempore, capto reo, in diffinitiva de pœna corporali, & de incorporatione bonorum cognoscatur.*

68 *Reis autem non captis, si eorum nomen sciatur, & latitent, citentur per edictum, veluti assuescit fieri in processu citationis ad fines banni, ut deveniatur rursus ad bonorum apprehensionem.*

69 *At si ipsorum nomen ignoretur, curator bonis assignetur, & deinceps ad ulteriora procedatur usque ad declaratoriam applicationis bonorum.*

70 *Ordinarii verò eodem respectu observent, deponendo pecunias dictas, & scriptas Bajulo, vel Vicario ad soltam assessoris, vel Judicis, ad effectum ut distribuatur valor, juxta dispositа per Constitutiones, & Regia edicta; non verò procedant respectu pœnæ corporalis, cujus cognitionem specificè sibi reservavit Excellentissimus Dominus Locumtenens Generalis, & Reg. Concil. in dictis Generalibus Edictis.*

DECISIO LVII.

ARGUMENTUM.

De lenocinii delicto, illius probationibus, & pœnis, & an requiratur, ut leno pœna ordinaria delicti puniri possit, quòd lenocinium cum quæstu pluriès commiserit: & si sine quæstu saltem bis lenocinium patraverit, puniatur pœna delicti extraordinaria; & an per testes singulares probetur lenocinium pro pœna extraordinaria infligenda. Etiam de meretricio concubinatu, adulterio, & illorum pœnis pertractatur, & an in crimine stupri, lenocinii, ac adulterii de officio procedi possit.

SUMMARIUM.

1 *Lenocinii crimen horribile est, pessimum, crudele, & gravius adulterio, homicidio, & plura mala recitantur de hoc odioso delicto.*
2 *Est pestis, perniciesque adolescentium.*
3 *Hujus immanissimi, & scelestissimi sceleris ruinæ explorantur.*
4 *Leno propriè dicitur, qui quæstuarias fœminas habet, in illisque quæstum exercet, & dicitur etiam, qui quæstus causa liberas fœminas, aut proprias ancillas in ejus potestate existentes aliis prostituit, & non solùm est leno, qui lenocinium exercet; sed etiam qui secundariò, & accessoriè sub nomine alterius liciti exercitii quæstus causa fœminas viris prostituit; & ponitur exemplum.*
5 *Dicuntur lenones à leniendo, sivè illiciendo quasi conciliatores stupri, eò quòd mentes miserorum blandiant & leniendo seducant.*
6 *Existimant aliqui, lenocinium non posse dici; nisi præmio, & quæstu pluriès, vel saltem bis commissum fuerit.*
7 *Leno æquiparatur meretrici, & meretrix non dicitur, nisi quæ plures admisit.*
8 *Quædam sunt nomina sonantia in delictum, quę denominantur ab actu, & tunc sufficit unus actus, ut homicida, calumniator, & similia; quædam verò sunt nomina quę denominantur ab effectu resultante ex actu, veluti meretrix, quæ dicitur à merendo libidinis stipendia, & tunc requiruntur plures actus, & idem est in fœneratore, & idem quando nomina denominantur ab exercitio. & usu, ut lusor, aleator, & similes*
9 *Altera est opinio, quòd dicitur leno, etiamsi quæstum non fecerit; & pœnis lenocinii punitur.*
10 *Tertia est opinio, quòd aut quis committit lenocinium pluriès, & tunc sine quæstu, pœna lenocinii plecti poterit; aut semel mediante pecunia, & tunc etiam puniri valebit.*
11 *Quarta est opinio distinguens inter pœnam ordinariam, & extraordinariam, & ne delictum hoc remaneat impunitum, leno sine quæstu per plures actus, aut saltem per duos non punitur pœna ordinaria lenocinii, sed extraordinaria, & mitiori judicis arbitrio, & hæc opinio sequitur à Senatu.*
12 *Pœna arbitraria plectuntur lenones.*
13 *Pœna ordinaria lenonibus imposita, juxta Regias præconizationes viris, & mulieribus est fustigationis cum mitra, & viris triremium etiam ad decennium, & mulieribus exilii etiam à vicaria per decennium, ideo in lenocinio sine quæstu pluries, vel saltem bis commisso punitur leno fustigationis pœna, & minoratur pœna exilii ad quinquennium, vel triennium; ubi decisiones Senatus, & nu. 14.*
15 *Ut miles gaudeat privilegio fori, debet constare de militia per certificatoriam officiorum, & quòd sit in ratulo descriptus.*
16 *Vidua an gaudeat privilegio militiæ viri.*
17 *Vidua inhonestè vivens non gaudet privilegio viri.*
18 *Si quis propriæ uxori fuerit leno, ut tanquam talis possit puniri, sufficit unus actus.*
19 *Si apparet dolosè maritum pati delinquere uxorem, & quòd ad id ipsam inducat, licet de ea quæstum non fecerit, de lenocinio punitur.*
20 *Quando appareat de dolo mariti, remissivè.*
21 *Recitantur pœnæ contra maritum lenonem uxoris, & num. 22.*
23 *Pœna à Senatu amplexa.*
24 *Quòd mediante pecunia lenocinium puniatur ex uno actu pœna extraordinaria, dici potest, & nu. 25.*
26 *Lenocinium probatur testibus singularibus, sicut meretricium, & similia delicta successiva ad pœnam extraordinariam, potissimùm concurrentibus adminiculis, comprobatur usque ad n. 29.*
30 *Adulterium pariter probatur per testes singulares.*
31 *Decis. Senatus.*
32 *Lenones mitra papyri suppositа versicolori flagellari ob-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

observatur, nam mitra inter mulebria ornamenta connumerabatur, & viris erat probrosum ornamentum; imò effœminatorum, & bacchantium, & plerumque meretricium.

33 *Lenones olim colorati erant vestitu.*

34 *Improbissimo militi, ignavissimo hospiti, avidissimo naufrago stigmata inscribebantur, ingratum hospitem testantia, quod observari debere suadet Auctor in lenonibus.*

35 *Gravius, & fœdius est lenonis mercimonium, quam meretricium.*

36 *Meretrices spurcissimę lupę fraudulenter proborũ pudicitiam suo scandalo, & luxu in ruinam trahunt.*

37 *Meretrix à merendo dicta est, quia multorum libidini patet, ubi etiam quando meretrix dicatur.*

38 *Existimant aliqui, quòd meretrix est, ad quam unus accessit, si mercedem proinde accepit.*

39 *Nonnulli dicunt, quòd meretrix non dicitur, quæ tantùm duos admisit.*

40 *Sed requiri plures ultra duos ad quæstum, ut meretrix dici possit, vel duos ad quæstum, & quod parata sit alios accipere.*

41 *Turpis persona nõ est mulier ob unicũ cõcubitũ: at uxorata ex unico concubitu turpis est, quod declaratur.*

42 *Nec meretrix est illa, quæ amore capta alicui suam copiam facit; sed inhonestam vitam agit, quando alios admittit præter stupratorem.*

43 *Quæ amore capta copiam suam alicui facit, expelli non debet à vicinatu personarum honestarum.*

44 *Meretrix est, cujus venalis est turpitudo, & propriè nuncupatur mulier vulgaris.*

45 *Vulgaris meretrix dicitur illa, quæ prostituturam meretricio more vulgo se præbuit.*

46 *Differentia est inter meretricem, pellicem, & concubinam: pellex est, quæ cum coniugato consuetudinem habet, cui uxor adest.*

47 *Concubina est, quæ in alicujus domo vivit citra nuptias, quæ fornicaria interdum appellatur.*

48 *Meretrices inter viles, & abiectas connumerantur, ita ut legum nexibus, & auxilio destituantur.*

49 *Turpes personæ meretrices appellantur, quæ si institutæ hæredes essent, parentibus bonorum possessio contra eas dari solet.*

50 *Meretrices infamiæ juris, & facti notantur.*

51 *Bona meretricibus interdici possunt, & curator meretricibus tanquam furiosis dari potest.*

52 *Actione injuriarum non tenetur, qui meretricem ad turpia solicitaverit, nec injuriarum actione tenetur ob attentatum dedecus matronæ repertæ in meretricia veste, aut ancillari; quod declaratur*

53 *In meretricibus palam professis, quin & quibuscumque vulgaribus, ac propudiosis stuprum nec sit, nec punitur: ubi remissivè: an meretrices immunes sint à pœna adulterii.*

54 *Quando fœmina post commissum in eam stuprum, venalem formam passim exhibuerit meretricio more, nulla competit actio propter animum corruptum.*

55 *Neque furto obstringitur, qui meretricis fores effregerit: etiamsi ab alio bona surripiantur.*

56 *In praxi verò stupra per vim illata meretricibus, raptus, forum, effracturæ, altaque hujus generis flagitia, in his, qui eas libidinis, lasciviæque causa perciti admittunt, leviori pœna, quàm ordinaria coercentur: ubi remissivè de quæstione quando meretrix desiit meretricari, an rapiens puniendus sit; non secus ac si probam mulierem rapuisset.*

57 *Meretrices habitu à matronis, & aliis honestis fœminis distinguebantur; ubi proponitur querela de sæculi improbitate ob nullum de habitu discrimen inter matronas, & prostibulas.*

58 *Inter mulebria ornamenta flola dinumeratur, quæ propria erat matronarum honestarum.*

59 *Meretrices toga notabantur; quare mulieres adulterio convictæ cogebantur egredi togatæ: ubi remissivè traditur, quibus ornamentis, & apparatibus uti jure Castellæ prohibetur meretricibus, ut discriminentur ab honestis.*

60 *Meretrices degebant separatæ ab aliis fœminis; nam illæ ad submœnia, & fornices mittebantur: unde submœnianas, & fornicarias dictas esse prodit.*

61 *Quin & suburbanas, & extramuranas appellari probatur.*

62 *Ante Imperatores, & magistratus submoveri debent meretrices, & lenones, ne turpissimorum vi sus offendat vultus Regii claritatem.*

63 *In lupanaribus degere meretrices cogebantur; ut fœtore loci, vel sociarum à tali vita respiscerent.*

64 *Meretrices inde expelluntur ab honestarum vicinia.*

65 *Etiamsi domus sit propria,*

66 *Habent hæc locum in meretrice, quæ publicè corporis sui quæstum faciat, & verè meretrix sit, tam inhonestè vivens, scandalum sit.*

67 *Hæque fieri potest etiam ad instantium, vicinorum, contradicentibus locatoribus, & pensiones domorum futuri temporis post expulsionem, meretricium cedunt in damnum locatoris; non tamen illorum, quorum occasione fuerunt meretrices expulsæ.*

68 *Donatio per amasium in meretricem, legatum, vel institutio non sustinentur, quando actus venereus est lege exteriori, & humana prohibitus, & punibilis: veluti adulterium, incestus, sacrilegium, vel stuprum; secus autem si sit simplex concubinatus inter solutum, & solutam, quod declaratur.*

69 *Decisio Senatus.*

70 *Filia meretrix potest à patre exheredari, nam perdit juris suitatis.*

71 *Licèt meretrix conjugata ob reverentiam viri carcerari non possit: si tamen mulier sit vulgaris, & palam omnibus pateat, & mariti scientia præsumitur, cessat ratio reverentiæ, & carcerari potest.*

72 *Meretrix nupta licèt nequeat à vicinatu honesto expelli favore matrimonii: si tamen vir sit leno propriæ uxoris, vel hęc quęstũ publicè faciat, expelli poterit.*

73 *Meretrix à testimonio ferendo repellitur, quod declaratur.*

74 *Quomodò meretricium probetur, & num. 75.*

76 *Simplex accessus soluti ad solutam jure civili punibilis non est.*

77 *Inde dicitur, quòd si mulier ad hoc locet operas, & de mercede conveniat, petere eam poterit, quod procedit in meretrice, etiam mercede non conventa.*

78 *Licèt mulieres turpiter agant; adquisita tamen retinere possunt, & bona ex turpi quæstu quæsita de earum domino, & libera dispositione efficiuntur; nec de jure dicuntur intestabiles.*

79 *Accedentes ad adulteram meretricem non puniuntur.*

80 *Quod declaratur.*

81 *In muliere nupta coitus est punibilis, & in ea potest maritus adulterium vindicare.*

82 *Etiam in casu quo consentit vir, est punibilis coitus.*

83 *Turpitudo meretricium, & fœminarum palam corporum suorum quæstum facientium punibilis est, & quomodo de jure Castellæ.*

84 *Pœna pecuniaria, vel bannimenti contra meretrices inutilis redditur.*

85 *An sint meretrices eiiciendæ à Civitatibus.*

86 *Pœna contra meretrices in hoc Principatu observata, quando sunt occasionatrices necium.*

87 *Quando sunt scandalosæ tantùm.*

88 *Quando eiiciendæ à vicinatu.*

89 *Pœnæ adulterii traduntur remissivè.*

90 *De prohibitione concubinatus, qui ex perseverantia sit punibilis, & qua pœna puniatur.*

91 *In delictis carnis an possint judices de officio procedere, an tantùm debeant ad instantiam partis vim passæ.*

92 *In stupro proceditur de officio, & n. 93. ubi traditur, quòd de consuetudine potest in omnibus delictis de officio procedi ex generali consuetudine.*

94 *Decisio Senatus.*

95 *In delicto concubinatus successivi de officio procedi posse traditur,*

LEnocinii crimen horribile est, pessimum, crudele, & gravius adulterio; post Farinac. Menoc. Foller. tenet Visconti. *in addit.* ad Franc. *decis.* 68. Urfell. *conclus.* 29. *num.* 68. Reg. Cortiada *decis* 89. *num.* 94 *& seq.* detestabile, pestiferum, & magnoperè legibus odiosum nuncupat Novar. *super prag. 1. de legnon. nu.* 10. *& seqq.* Rovitus *super ead. prag. nu.* 6. & gravius homicidio, Muta *ad prag. de lenon. n.* 4 esse lenones vastatores Civitatum scribit Mastril *de magis. par. 1. lib.* 3. *ca.* 4. *rub. de judi. Prin. n.* 235. Prat. ad Pasch. *de pat. pot. par.* 2. *cap.* 10. *ad n.* 22. Juxta illud Ovidii *lib.* 1. *amor. Eleg.* 10. *Devorat Imperium tamen hæc lenonis avari.* 1

Dom.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Dom. Don Christophor. Crespi & de Valldaura *obs.4 num.*197. & maximus ille togatus D. Fran. Ramos del Manzano *ad leg. Jul. & Pap. lib.* 3 *c.*12. de his ait *num.*4. ibi: *Sicut Terent. in Adelph. pestem, perniciemque communem adolescentium, scitè Quintilianus declam.*385. *leno est publicum damnum, sivè quoniam, ut scribit Justinianus novel.*14. *de lenonibus, & antiquis legibus, & dudum imperantibus, satis odibile visum est, esse lenonum munus, & nomen, sacram illam legem quis nescit? ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo, Levitic. cap.* 19.

3 Sed tamen quis exploratiùs hujus immanissimi, ac scelestissimi sceleris ruinas exploravit Justiniano Imperatore? dum inquit *in Auth. de lenonibus col.*3. *Novel.*14. ibi: *Agnovimus enim quosdam vivere quidem illicitè: ex causis autem crudelibus, & odiosis occasionem sibimet nefandorum invenire lucrorum, & circumire Provincias, & loca plurima, & juvenculas miserandas decipere, promittentes calceamenta, & vestimenta quædam, & his venari eas, & deducere ad hanc fœliciss imam Civitatem, & habere constitutas in suis habitationibus, & cibum eis miserandũ dare, & vestem, & deinceps tradere ad luxuriam eas volentibus: & omnem quæstum miserabilem ex corpore earũ accedentem ipsos accipere, & celebrare conscriptiones; quia usque ad tempus quod eis placuerit; observabunt, implam, & scelestam hanc functionem implentes, quasdã verò earum etiam fidejussores expetere; & in tantum procedere illicitam actionẽ: ut in omni penè hac Regia Civitate, & in transmarinis ejus locis, & (quod deterius est) juxta sanctissima loca, & venerabiles domos sint tales habitationes; & causæ sic impiæ, & iniquæ sub nostris tẽporibus præsumantur; ita ut etiam quasdam miserantes earum, & abducere à tali operatione crebro volentes ad legitimum deducere matrimonium, non finerent. Aliquos autem sic scelestos existere: ut puellas nec decimum agentes annum ad periculosam deponerent corruptionẽ: & quosdam aurum dantes non parvum: vix inde redemisse miseras, & nuptiis copulasse castis. Esse etiã decies mille modos, quos nullus prævaleret sermo comprehendere; cum ad infinitam crudelitatem deductũ sit tale malum; ita ut primùm quidẽ in ultimis partibus Civitatis esset; nunc autem & ipsa, & quæ circa eam sunt, omnia plena sunt talium malorum.*

Hos depravatissimos mores, quibus tunc in illo infortunatissimo ævo tot viri, & fœminæ lapsu miserando ruebant, in hoc etiam nostro lugendo grassari introspicimus, quando eaidem pessimæ lenæ, & incogitatas tergiversationes machinantur.

4 Leno propriè dicitur, qui quæstuarias fœminas habet, in illisque quæstum exercet; & dicitur etiam qui quæstus causa liberas fœminas, aut proprias ancillas in ejus potestate existentes, aliis prostituit, juxta *tex. ad leg. athletas* 4. *§. ait prætor ff. de his qui notan. infam. l. palam.*44. *§. lenæ* 7 *ff. de rit. nup.* Menoc. *de arbit. lib.*2. *cas.* 534. *cent.* 6. Tapia *ad prag. unic. de leno.* Cum multis Farinac. *in prax. quæst.*144. *§. lenones nu.*17. *&* 18. ubi *nu.*21. *usque ad n.*25. ait lenonem esse non solùm illum, qui lenocinium exercet, sed etiam, qui secundariò, & accessoriè sub nomine alterius liciti exercitiis quæstus causa fœminas viris prostituit, *ex d. l. athletas §. ait prætor vers. Sive autem*, ubi ponit exemplum in cauponibus, stabulariis, & balneatoribus, qui ad hunc effectum, ut scilicet viris, quibus servitia administrant, se prostituant, fœminas in caupona, seu balneo retinent, sub prætextu, ut serviant euntibus ab balneum, & cauponam, *ibi glos. vers. accessoriè, & vers. Non officina*, conciunt *l. palam* 43. *§. lenocinium. ff. de rit. nup. l. ult. C. f mancip. ita venerit ne prostituatur, l. quæ adulterium* 29. *Cod. ad leg. jul. de adulter.* Cabal. *resol. crim.*171. *nu.*11. Fermos. *ad cap* 1. *de excep. q.*2. *n.*5. *&* 6.

5 Latissimè à fonte investigationem hanc excutit Insignis Magister Regius D. Fran. Ramos del Manzano *ad leges Jul. & Pap. lib.* 3. *d. cap.* 12. *numer.* 1. *&* 2. ubi ait, quòd congruit vocis origo; dicti enim sunt lenones à leniendo, sivé illiciendo; quasi conciliatores stupri, eò quòd mentes miserorum blandiant, & leniendo seducant, ait D. Isidorus *lib.* 10. *etymolog. lit. L.*

6 Sed an lenones ut puniantur crimine lenocinii, requiratur, quòd constet lenocinium quæstus gratia commissum fuisse, constans opinio apud Doctores non invenitur: quæstionem movet glos. *in d. l. palam §. lenocinium vers. prostituunt, ff. de rit. nup.* Prima est opinio tenentium nec eo crimine puniri, nec lenocinium posse dici, nisi præmio, & quæstu pluriés, vel saltem bis commissum fuerit; ex Peg. *decis.*15. *tota.* Farinac. *decis.* 68. Capiblanc. *de Bar. prag.*8. *c.*29. *nu.* 3. relatis per Farinac. *in prax. quæst.*144. *num.*39. Cabal. *resol. crim.* 171. *num.*12. *& seq.* Pasc. *de viribus pat. pot. par.*2. *cap.*10. *nu.* 23. & ibi Prato; & tres actus requiri scribit ex Zachias *de salario quæst.* 63. Luca ad Franc. *decis.* 68.

Ratio supradictorum Doctorum est; quia *in d. §. lenocinium* æquiparatur leno meretrici; & tamen meretrix non dicitur, nisi quæ plures admisit, *capite vidua* 34. *dist.* & ibi Cõmentarii *l. palam.*43. *§. itemque, ff. de rit. nup.* quam ad litteram expendit Farinac. *in prax. quæst.*136. *num.*85. *& seqq.* sequitur Visconti ad Franc. *decis.*68 *in fin.* Amendola *ibidem num.*13. Pasch *de viribus pat. pot. par.*2. *cap.*10. *num.*27. ubi dicit, quòd ut publica meretrix dicatur, requiritur quod ultra duos, & ad minùs tres homines ad concubinatum admiserit. Pereg. *cons.*87. *lib.*1. punctim etiam Luca ad Franc. *decis.* 78. *num.*2. *&* infra latius dicitur. 7

Quædam namque sunt nomina sonantia in delictum; quæ denominantur ab actu, & tunc sufficit unus actus, ut homicida, calumniator, & similia; quædam verò sunt nomina quæ denominantur ab effectu resultante ex actu, ut meretrix, quæ dicitur à merẽdo libidinis stipendia. & tunc requiruntur plures actus, & idem est in fœneratore; ac idem quando nomina denominantur ab exercitio, & usu; ut lusor, aleator, & similes; cuncta hæc notat Franc. *d. decis.* 68. *nu.*1. *cum seqq.* 8

Altera est opinio, quòd etiamsi quæstum non fecerit, dicitur leno, & pœnis lenocinii punitur, ex glos. *in l. palam* 43. *§. non est ignoscendum, vers. Prostituunt, de ritu. nup.* sequitur Vela *in epit. delict. cap.*20. *nu.*14. & ibi citat Greg. Lopez & probat *per tex. in l. qui domum* 8. *& l. eis amicis* 9. *ff. ad leg. Jul. de adult.* quæ loquitur in eo qui domum accomodat, ut adulterium, vel stuprum committatur. & eam sequitur Farinac. *in prax par.*4. *q.*144. *nu.*50. 9

Tertia opinio fuit Marii Mutæ *ad prag. Reg. Siciliæ tit. de lenonibus n.*12. quem refert Capiblanc. *d. c* 29. *n.*4. asserens, aut quis committit lenocinium pluriés, & tunc sine quæstu, pœna lenocinii plecti poterit; aut semel mediante pecunia, & tunc etiam puniri valebit. 10

Quarta est opinio distinguens inter pœnam lenocinii ordinariam, & extraordinariam (ne delictum hoc remaneat impunitum) hoc est quòd leno sine quæstu per plures actus, vel saltem per duos non puniatur pœna lenocinii ordinaria, sed pœna extraordinaria, & mitiori Judicis arbitrio, ut de mente Iodoci *in prax. cap.* 90 *numer.* 1. *&* 2. scribit Farinac. *in prax. par.*4 *quæst.*144. *numer.* 40. 41. *&* 80. sentire videtur Novar. *sup. prag.* 1. *de lenonibus num.*19. & hanc ultimam sequitur noster Senatus in exemplaribus infra allegandis. 11

Lenones à suo Imperio esse expellendos tanquam pestiferos, & communes Civitatis vastatores, præcepit Justinianus. *Credimus enim*, inquit, *in Domino Deo etiam ex hoc nostro circa castitatem studio, magnum fieri nostræ Reipublicæ incrementum. Auth de lenonibus collat.*3. *sive novel.* 14. Crespi *obs.*4. *num* 197. Eorum pœnam esse arbitrariam dixerunt Clarus *in prax. l.* 5. *§. fin. quæst.*68. *num.*13. Peg. *decis.* 15. *numer.*12. Menoc. *de arbit. l.*2. *cas.* 534. *num.*44. *cent.* 6. Cabal. *resol. crim. cas.*171. *nu.*6 *&* 7. Vela *de delict. cap* 20. Farinac. *in prax. par.*4. *de delict. carnis quæst.* 143. *nu.* 4. *&* 11. Gutier. *de delictis quæst.* 149. *nu.*14. Gomez *ad l.* 80. *tauri nu.* 73. Azevedo *l.* 4. *&* 5. *tit.* 11. *l.*8. *recopil.* quos citat Dom. Don Franc. Ramos del Manzano *ad l. Iul. & Pap. l.*3. *c.*12 *t.*2. *n.*7. id cõprobans post alias assignatas pœnas in utroque jure *per tot. cap.* 12

Cum pœna ordinaria lenonibus imposita, juxta nostras Regias præconizationes, quæ in ingressu Excellentissimorum Locumtenentium publicantur *cap.* 55. sit, hoc est viris, & mulieribus fustigationis cum mitra (papyracea quidem versicolori) & viris triremium ad decennium, & mulieribus exilii etiam à Vicaria per decennium (prout aliàs observari scribit Cabal. *resol.* 171. *numer.* 7. post relatas pœnas à jure communi, quæ nunc sunt antiquatæ) Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad leg. Jul. & Pap. lib.*3. *cap.*12. *nu.*5. *cum pluribus seqq.* ubi de pœna mitræ in lenocinio; & illius origine, ideo habetur, ut ob lenocinium sine quæstu pluriés, vel saltem bis commissum, puniatur leno fustigationis pœna; & minoretur pœna exilii ad quinquennium, vel triennium; ut fuit observatum in casu relato à Peg. *decis.* 15. contra Margaretam N. die 9. Novembris 13

bris 1582. ubi nulla fuit facta mentio quæstus, & in duobus casibus relatis à Reg. Cortiada *decis.* 89. *nu* 97. contra Elisabet N. 17. Octobris 1596. & contra Catharinam N. Margaretam N. & Margaretam N. 21. Octobris 1621. quæ fuerunt condemnatæ ad relationem Magnifici Ludovici Besturs, quòd mitratæ fustigarentur, & quòd bannirentur à Civitate, & ejus Vicaria per triennium, & sententia fuit confirmata in gradu supplicationis, ref. Magnifico Hieronymo Senjust, est *in lib. conclus. civil. fol.* 181. *pag.* 2. sic etiam die Septembris 1610 quæ fuit confirmata in causa supplicationis 9. Octobris ejusdem anni contra Hieronymam N. scriba Cesillas, & fuit mitrata cum pœna exilii per quinquennium à Civitate, & Vicaria lata Barcinonæ.

14 Cum is casus evenisset in Regio Concilio die 9. Januarii 1671. contra Margaretam N. fuit ille disputatus ad relationem Nob. Hieronymi de Magarola, tunc I. R. C. scriba Badia, & fuit condemnata ad pœnam fustigationis cum mitra, & minorata fuit ei pœna exilii, & ejus sententia, referente Magnifico Joanne de Carbonell R. A. D. fuit in gradu supplicationis die 21. Januarii 1671. confirmata, & in processu de quæstus participatione solùm constabat ex testibus singularibus.

15 In hac causa fuit actum, an ex quo dicta rea erat vidua militis militiæ armatæ, vulgò *Tinent de Cavalls* evadere posset lenocinii pœnas. Et tria fuerunt attenta ad eam non privandum à pœna infami. Primum, quòd non constabat de militia mariti eo modo quo de jure, nempe ex certificatoria officiorum, quòd esset in rotulo descriptus, prout requiritur, ut miles gaudeat privilegiis militiæ, ex Reg. Cortiada *decis.* 11. *numer.* 23. Canc. *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 165. *& seq.* & probat Ulpian. *in l. ex eo* 43. *de re milit.* ibi: *Ex eo tempore quis jure militari incipit posse testari, ex quo in numeros relatus est, antè non. Proinde, qui nondum in numeris sunt; licèt etiam electi tyrones sint, & publicis expensis iter faciant; nondum tamen milites sunt, debent etiam in numeros referri*, comprobat Velasco *de privileg. miser. person. quæst.* 17. *num.* 17. Fagnanus *de foro comp. cap. si quis num.* 41.

16 Secundum, quia licèt de militia viri constaret, ejus vidua privilegio mariti frui non poterat; quia privilegia competentia marito ratione officii habentis dignitatem annexam exercitio, non transeunt ad viduam, sed extinguntur cum persona mariti; licèt ad eam transeant competentia marito ratione nobilitatis, & Dignitatis, ut in terminis nostris expressit Barbosa *in l. quia tale* 23 *ff. solut. mat. n.* 27. prout latè nos suo loco dicemus.

17 Tertium, quia privilegio illo mariti, ut non subiiceretur pœnis infamibus, frui non poterat, ex quo inhonestè vixerat (lenocinium exercendo) & probat Reg. Cortiada *decis.* 30. *num.* 166. noviter *decis.* 144. *nu.* 43. & latissimè Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *lib.* 3. *adl. Jul. & Pag. cap.* 27. *&* 28. ubi agit, an ut forum mariti perdat, sufficiat semel in corpus peccare.

18 Si quis propriæ uxoris fuerit leno, ut tanquam talis possit puniri, sufficit unus actus, *l. mariti* §. *qui quæstum ad leg. Jul. de adulteriis*, Covar. *in secunda parte relec. cap.* 11. *col.* 2 *vers. Meretrix nu.* 4. Franc. *decis.* 68. *numer.* 7. Novar. *super pag.* 1. *de lenonibus num.* 19. Cabal. *resol.* 171. *nu* 13. *& seqq.* Luca ad Franc *decis* 68. *n.* 1.

19 Licèt enim ex sola scientia viri, quæ patitur uxorem adulterasse non ob quæstum, sed ob nimiam negligentiam, vel quantamcumque patientiam, vel nimiam crudelitatem, non committat crimen lenocinii; quia licèt maritus sit in culpa, non tamen est in dolo: Angel. *in l. mariti* 29. §. *quod si pattatur ff. ad leg. Jul. de adulteriis* Dom. Don Christoph. Crespi de Valldaura *obs.* 4. *num* 203. attamen si apparet, quòd dolosè maritus patiatur delinquere uxorem, & quòd ad id ipsam inducat, licèt quæstum de ea non fecerit, de lenocinio est puniendus, Peg. *decis.* 15. *numer.* 7. Farinac. *in prax. par.* 4. *quæst.* 144. *num* 80. ubi ait, quòd maritus etiam sine quæstus participatione, uxorem ad adulterandum tradens, vel permittens puniri debet, non pœna ordinaria lenocinii, sed extraordinaria, & mitiori. Sequitur Muta *super prag. de lenonibus num.* 13.

20 Quando appareat de dolo mariti, tradunt Muta supra citatus *nu.* 7. Sanfel. *dec.* 266. *n.* 4. *l.* 2. & remissivè *in additionibus l.* 3. *dec.* 337. *vers. Etiam advertendum. pag.* 59. ubi agit de marito sciente adulterium, & non accusante, ad idem Ramon *cons.* 23. *numer.* 30. Reg. Matthæu *de regim Reg. Valen. cap.* 8. §. 8. *num.* 194. *& seqq.* Don Joann. Vargas Machuca *decis.* 59. *fere per tot.* (ubi agit quando maritus excusetur à lenocinio) Bajard. ad Clar. §. *adulterium numer.* 119. qui loquitur in marito valdè Catholico, & vitæ sanctæ qui viam Christi vellet imitari, & tribuere malum pro bono, ut sciens, & non accusans, eum ad pœnam lenocinii non concurrere ait Dom. Don Christophor. Crespi & de Valldaura *obs.* 4. *numer.* 202. docens quòd hodie maritus retinendo uxorem in adulterio deprehensam lenocinii reus non est, *Auth. sed hodie C. ad leg. Jul. de adul. Auth. ut liceat matri, vel aviæ* §. *si de adulterio col.* 8. *sivè novella* 117. *cap.* 8. & 9. quod intelligit, si non vitio, sed charitate fiat, *cap. quemadmodum* 25. *de jure jurand. in fine*, & uxor emendata ad meliorem frugem redierit Farinac. *in prax. q.* 144. *n.* 64.

Pœna autem mariti lenonis uxoris gravior est aliis ex- 21
traneorum, *ex l. maviti lenocinium* §. *qui quæstum*, *ff. ad leg. Iul. de adult.* Fermos. *ad cap.* 1 *de excep. quæst.* 2. *num.* 9. *& seq.* qui refert pœnas diversis juribus statutas, & Valisoleti de anno 1652. tradit per Judices criminales illius Cancellariæ adversùs quendam maritum habitum pro lenone, id est cornua consentientem, & adversus uxorem quæstu adulterantem, fuisse pœnam impositam, nempe ut per calles publicos consuetos irent in duabus belluis, maritus ferebat à suo collo pendentia cornua ante, & retrò, & ejus uxor illum flagellabat cum alliorum corda, hoc est *forch de alls*; item & maritus ferebat in capite insigniam depictam plurium virorum, ambo nudati usque ad stomachum, ille ad triremes decennii damnatus fuit, & uxor exulata à Regno.

Recitat ulterius apud Hispanos lenones suarum uxo- 22
rum quandoque damnari ad pœnam fustigationis, seu ductionis super asinum facie versa ad caudam asini, uxore asinum per manus trahente, & præcone ante eos clamante, *qui sic facit, sic capiet*, & antea scripserat Muta *super prag. de lenon. nu.* 5. & in Alemania, & Parisiis eandem pœnam observari scribit Cabal. *resol.* 171. *numer.* 9. ubi tunc ad triremes maritum esse damnandum, prout casus exegerit, cum majus sit illius delictum, asserit, Reg. Matth. *de regi. Reg. Val. cap.* 8. §. 8. *num.* 195. ex Forali. dispos. ait pœnam mariti lenonis esse, quòd ambo maritus, & mulier fustigantur, sed maritus, dum fustigatur, incedit coronatus cum insigni ignominia, nempè cornibus capiti impositis, tintinabulis plenis, comprobat Don Joan. de Vargas Machuca *decis.* 59. *num.* 31. cum igitur *in cap.* 55. dictarum Regiarum præconizationum in viris lenonibus sit imposita pœna fustigationis cum mitra, & triremium ad decennium, aut aliæ pœnæ majores, vel minores arbitrio judicantis, juxta qualitatem personarum, & facti.

Ideo cum evenisset casus in anno 1680. die 29. Novem- 23
bris contra Petrum N. dealbatorem, & Annam N. conjuges Barcinonæ habitatores, delatos, quòd prædicta Anna luxuriosè vivebat, & valdè scandalosè cum Francisco N. lanifico, præsente, & patiente præhabito Petro N. lenocinium committente post factum mandatum præmentionatæ Annæ de non cohabitando cum memorato Francisco N. instrumento acto 21. Novembris 1678. penes Hieronymum Badia scribam petitionerium, sub pœna in casu contrafactionis fustigationis, & bannimenti à Vicaria lata Barcinonæ per quinquennium, fuerunt condemnati, ref. Nob. Petro de Amigant, Tertiæ Aulæ Doctore, pro Magnifico Bonaventura de Tristany I. R. C. absente, quòd Petrus N. mitratus fustigaretur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ, facie versa ad caudam asini, dicta Anna ejus uxore asini frænum trahente, ac etiam Petrus N. ad servitium Regiarum triremium, remigando ad quinquennium, & antedicta Anna N. quòd banniretur à Vicaria lata Barcinonæ per tempus quinque annorum, sub pœna in casu contrafactionis fustigationis.

Non fuit exequuta hæc sententia, quia Petrus N. pendente causa supplicationis, è vita migravit, & mors ultima pœna est, Lucan. *lib.* 8.

Sine quæstu non per unicum actum, sed per plures, 24
aut saltem per duos lenocinium punibile esse pœna extraordinariâ, observare nostrum Regium Senatum, amplè supra tradidimus, sed nuper vidi controversum, an mediante pecunia, lenocinium committatur per unicum actum; & sufficere tradit *glos. in l. palam*, §. *non ignoscendum verbo profituunt*, *ff. de rit. nup.* eam

amplecti videtur Farinac. *in prax. quæst.* 144. *num.* 38. & expressè tenet Muta *ad pragmaticam Reg. Siciliæ. tit. de lenonibus num.* 12. & recitat Capiblanc. *de baronibus super Pragmaticam octavam cap.* 29. *numer.* 4. Sed eam opinionem non esse tutam, nec eam prædictam glosam approbare scribit Philippus Pasc. *de viribus patriæ potestatis par.* 2. *cap.* 10. *num.* 25. Carolus Antonius de Luca ad Franc. *decis.* 68. *num.* 1. & per rationes supra expensas; quia leno æquiparatur meretrici, & meretrix nondicitur, nisi quæ plures admisit, comprobat contrariam opinionem pluribus Doctoribus citatis Philippus Pascha. *de viribus Patriæ potestatis par.* 2. *cap.* 10. *num.* 27. & ibi Maria Prat. *ver. curiosa tamen est*, & de hac re infra latiùs dicitur.

25 In hanc tamen partem etiam dici posse affirmo, ne delictum illud per unicum actum cum quæstu commissum remaneat impunitum, plecti debere pœnâ extraordinariâ, nec illud negant Doctores supra citati; prout in casu quo sine quæstu lenocinium pluriès, vel saltem bis committitur, nec his obstabit, quod de meretricio arguitur, ut dicemus infra; quia ibidem appareat quantum distet meretricium à lenocinio.

26 Etiam in controversiam venit, an lenocinium per testes singulares probari possit, & affirmativè respondendum esse probant sequentia; nam ut diximus, leno meretrici æquiparatur *in l. palam* §. *lenocinium*, *ff. de rit. nup.* imò gravius delictum esse lenocinium, quàm meretricium infra probatur.

27 Et meretricium tanquam actus successivus potest per testes singulares probari, tenet ex Alexan. *cons.* 13. *num.* 23. *vol.* 7. punctim in hac materia lenocinii Amendola ad Franc. *d. decis.* 68. *numer.* 16. & citato Mandel. *cons.* 25. *per totum vol* 1. Paschal. *de vir. pat. pot. part.* 2. *cap.* 10. *nu.* 29. & inhonestatem tanquam actum successivum probari per testes singulares scribit Carena *de offic. S. Inquisit. p.* 3. *tit.* 6 §. 5. *n.* 31. Et in meretricio Peguera *decis.* 12. *nu.* 9. quod etiam affirmamus *p.* 1. *decis.* 50. *n.* 16.

28 Pariter etiam sicuti meretrix dicitur à merendo libidinis stipendia, & nominatur meretrix ab effectu resultante ex pluribus actibus successivis, ita lenocinium denominatur ab effectu resultante ex pluribus actibus repetitis; prout idem animadvertitur, si quæratur de probanda aliqua extorsione usuraria in genere, ut notat Franc. *d. decis.* 68. *num.* 1 *cum seqq.*

29 Atqui ad probandum in genere Titium esse usurarium, infamem, furiosum, & similia adducta per Cavalcanum *de brac. Reg. tit. de testibus par.* 4. *num.* 138. *vers. Tandem in materia*, testes licèt sint singulares respectu actuum; si tamen ratione finis conveniunt, non obstat illis singularitas, potissimùm concurrentibus adminicu lis, quin contra reum ad torturam, vel ad eum puniendum extra ordinem deveniri queat, ex pluribus comprobat Majorana *in opopr. crim. l.* 2. *cap.* 6. *n.* 86. Ansald. *cons.* 128. *n.* 106. & 200. Conciol. *resol. crim. verbo testis quoad dicta resol.* 2. Carena *de offic. Sanct. Inquisit. tit.* 6. §. 5. *nu.* 41. Gibalin. *de usuris lib.* 1. *cap.* 11. *art.* 1. *vers. Quod sit*, & nos fusiùs diximus *decis.* 41. *numer.* 30. *cum seq.* Ergo evincitur clarè testes singulares, maximè junctis adminiculis probare lenocinium.

30 Patet ulteriùs, quia lenocinium majus esse adulterio infra expressabimus, & adulterium tanquam delictum successivum ex circunstantiis ut plurimùm verosimilibus per testes singulares probari, tradunt Majorana *in opo prax. lib.* 2. *d. cap.* 5. *n.* 86. ex Mascardo *de probationibus conclu.* 1424. *n.* 13. Gayl. *obs.* 66. *sub n.* 13. *vers. Et regulariter lib.* 2. & aliis. Sanfelic. *decis.* 337. *nu.* 71. & nos *decis.* 41. *num.* 30. *cum seqq. & decis.* 50. *num.* 16. *par.* 1.

31 Ex unico ergo actu cum quæstu concludenter per duos testes probato, & ex diversorum testium singularium dictis, de actibus, mediante pecunia pluriès commissis, deponentium, declaravit Regium Con. condemnandam fore Mariangelam N. ad fustigandum cum mitra, & ad banniendum à Vicaria lata Barcinonæ per quinquennium die 2. Septembris 1683. refer. Nob. Francisco de Cancer I. R. C. scriba Badia; pendente tamen causa supplicationis obtinuit gratiam à sua Excellentia de fustigationis pœna; ita tamen ut bannimentum adimpleret.

32 Lenones mitra papyri suppositа versicolori, flagellari observatur in hoc Principatu (doctrina subsequens est eximii, & celebris viri Dom. Don Franc. Ramos del Manzano *tom.* 2. *ad l. Jul. & Pap. libr.* 3. *cap.* 12. *numer.* 7.) origo pœnæ hujus forsitan fuit, quod olim inter muliebria ornamenta mitra connumerabatur, ut probat *rex. in l. vestis* 23. §. *vestimenta* 2. *ff de aur. & arg. legat.* ibi: *Muliebria sunt quæ matris familiæ causa sunt comparata, quibus vir non facilè uti potest sine vituperatione; veluti stolæ, pallia, tunicæ capitia, zonæ, mitræ, quæ magis capitis tegendi, quàm ornandi causa sunt comparata, plagulæ, pœnulæ, l. argumento* 25 §. *ornamenta* 10. *d. tit.* in illis verbis: *ornamentorum hæc vittæ, mitræ, semimitræ, calautica, acus cum margarita, quam mulieres habere solent, reticula, crocus fantia: & l. quamvis* 26. ibi: *Similiter ornamentorum esse constat quibus uti mulieres venustatis, & ornatus causa cæperunt, neque referre si quædam eorum alium quoque usum præbeant, sicuti mitræ, & anademata, quamvis enim corpus tegant, tamen ornamentorum non vestis esse.* Probat Serverius Honoratus *ad lib.* 9. *Æneid. versu* 116. Optatus Milevitan. *lib.* 2. *contra Donatist.* Bourdinus Scholiast. *ad Aristoph.* citati à Thoma Dempster *antiquitatum Rom. lib.* 5. *cap.* 35. Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad leges Jul. & Pap. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 7. & antea Tiraquellus *ad lib.* 3. *connubialium par.* 3. *verbo Mitella.*

Ornamentum erat capitis frequens apud Lydos, Ægyptios, Syrios, & Phrygios; probat Ravisius Textor *in opere Epithet.* ex Virgilio, Ovid. Clau. Seneca, Mant. Apul. Proper. Pruden. viris tamen probrosum erat ornamentum.

Ovidius *Epist.* 9. *de Janira Herculi.*

Ausus es hirsutos mitra redimire capillos
Aptior Herculeæ populus alba comæ.

Et effœminatorum fuisse gestamina mitras, canit Virgilius *lib.* 4. *Æneid.*

Mæonia mentum mitra crinemque madentem
Subnixus.

Euripides *in Hecuba in choro*

Ego capillum redimiculis
Mitrisque composui.

Immò bacchantium, Seneca *Trag. jus œdipo act.* 2. *in chor.*

Te caput Tyria cohibere mitra
Hederaque mollem baccifera
Religare frontem.

Et plerumque meretricium, Juvenalis *Satyra* 3. *versu* 66.

Ite quibus grata est picta lupa barbara mitra.

Inde infert Dom. Don Francisc. Ramos del Manzano *dict. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 7. Lenones tanquam turpitudinis insignia suffundi mitella superposita.

Versicolori dicitur ex Plinio *lib.* 35. *cap.* 9. Dionysio 33
Halicarnass. *lib.* 2. *pag.* 29. Tunicas versicolores æreis balteis cincti, & probat Dempster *lib.* 5. *dict. cap.* 25 quemadmodum & coloratos olim Lenones fuisse vestitu indicat Tertulianus *de spec. cap.* 23. ibi: *Ut Sacerdos coronatus, vel coloratus ut leno*, Plautus *in curculione actu* 2. *scæna* 1. Donatus *in Terent. initio Andriæ leno*, inquit, *pallio varii coloris tegitur, meretrix lutea veste.* Et egebant sanè mitra, seu galero Lenones, quia recalvastri erant, rasoque capite, talesque etiam in comœdiis qui lenones agerent. Cicero *in orat. pro Roscio Comœdo*: *Quid idcirco capillo, & supercilliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habeat. Nam Gallionem illum perjurissimum lenonem cum agit, agit chæream.* eruditè hæc exponit Dom. Don Franc. Ramos del Manzano *d. lib.* 3. *cap.* 12. *in fine.*

Rationi, & veræ politicæ etiam accommodatissimum 34
esset, nequissimam hanc, & tam pestiferam gentem tot mala Reipublicæ afferentem, panso signo obsignari, ut scelestum crimen, quod admisit, panderetur propalam, ut quàm velocissimè tanquam venena lethifera, ad nocendum propensissima omnes fugerent, juxta illud Senec. *de benef. cap.* 37. ibi: *Improbissimo militi, ignavissimo hospiti, avidissimo naufrago stigmata inscriberent, ingratum hospitem restantia.* Prosequuntur plura de stigmatibus Pacirola *lib.* 2. *var. cap* 41. Baleng *de circo cap.* 9. Solorzano *de jur. indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 14. *numer.* 10. Torreblança *de jure spirit. lib.* 11. *cap.* 13. Lipsius *de milit. Rom. dialog.* 9. & *lib.* 2. *elect. capit.* 15. Demster ad Rossinum *libr.* 9. *cap.* 31. Beyerlinck *in theat. vit. hum. verbo Notæ*, & plures allegati per Gonzalez Tellez *lib.* 5. *decret. tit.* 20. *de crim. falsi. cap. ad audientiam* 3. *num.* 8. *cum seqq.*

Diximus, quòd non minus est lenocinium, quàm 35
de corpore quæstum exercere, *l. palam* 44. §. *lenocinium*, *ff. de rit. nup.* attamen rectiùs existimamus gravius, & fœdius esse lenonis mercimonium, quàm meretricium, ut apparet ex collatione *l.* 4. §. *Pomponius*, *cum l.*

Impe-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Imperator 24. *ff. de his qui not. infam.* Menoch. *de arbitr. centur.* 6. *cas.* 533. *num.* 2. Mendoza *de confirmat. consil. Illiberit. libr.* 2. *cap.* 25. arguit Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad leges Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 2. & probat Peguera *decis.* 15. *num.* 15. inquiens lenones, duos alios delinquere faciunt, & ulterius probatur ex diversitate pœnarum, ut infra patet.

36 Non inde tamen proferre intendimus non esse improbissimas meretrices, spurcissimas lupas; quæ fraudulenter proborum pudicitiam suo scandalo, & luxu in ruinam trahunt. Proverb. *cap.* 5. *Ne attendas fallaciæ mulieris; favus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus: novissima autem illius amara quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps. Pedes ejus descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius penetrant. Per semitam vitæ non ambulant, vagi sunt gressus ejus, & investigabiles. Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei, longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus ejus, ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli.*

37 Quare quædam practicabilia adducere decrevimus circa prohibitionem hujus sceleris, illiusque probationis, ac pœnas apud nos observatas, ac admissas. Meretrix à merendo dicta est; quia multorum libidini patet, & corporis sui quæstum facit Diu. Isid. *lib.* 10. *Etym. cap. vidua* 34. *dist. palam* 44. *ff. de rit. nup.* propterea disputant DD. quando meretrix dici possit, *glos. in d. cap. vidua* 34. *dist.* in verbo *multorum*, duas affert opiniones: Prima est, meretricis loco haberi eam, quæ plusquam viginti tria millia hominum admisit (loquens per hyperbolem) & refert Bossius *tit. de pluribus viol. num.* 67. Secunda, meretricis loco haberi eam, quæ se cùm quadraginta commiscuit, recitat Ramon *consil.* 23. *num.* 24.

38 Alii dicunt, quòd meretrix est ea, ad quam unus accessit, si mercedem proinde recepit, *arg. l. mariti* §. *qui quæstum, ff. ad leg. Jul. de adult.* ibi: *Sive enim sæpiùs, sivè semel*, Peg. *decis.* 12. *num.* 7.

39 Nonnulli dicunt, quod meretrix non dicitur, quæ tantùm duos admisit, *l. palam* 44. §. *item quæ, ff. de rit. nup.* ibi: *Item quæ cum uno, & altero se pecunia accepta commiscuit non videtur palam quæstum facere*, Ramon *d. cons.* 23. *num.* 24. & ad minus tres requiri dixit Paschal. *de viribus pat. potest. par.* 2. *cap.* 10. *num.* 27. Pereg. *consil.* 87 *lib.* 1. Zachias *de Salario quæst.* 63. & post eos Luca ad Franc. *decis.* 68. *numer.* 2. & pluribus citatis Manfrella ad Latro *lib.* 2. *decis.* 163 *num.* 40 & 41.

40 Sed requiri plures ultra duos ad quæstum, ut meretrix dici possit, probat latissimè Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 18. vel duos ad quæstum, & quòd parata sit alios accipere, Gonzalez Tellez *in libr.* 3. *decret. tit. de cohabit. Cleric. & mulier. cap. si autem clericis* 6. *numer.* 3 à qua tanquam communi non discedimus.

41 Unde asserunt, quod turpis persona non est mulier ob unicum concubitum, Farinac. *in prax. quæst.* 98. *num.* 96. Michal. *de duobus fratribus, par.* 3 *cap.* 2. *numer.* 41. Luca ad Gratian. *cap.* 136. *num.* 8. at uxoratam ex unico concubitu, ob violationem matrimonij, si fuerit in adulterio semel deprehensa, vel de adulterio condemnata, turpem esse tradit, & declarat *num.* 9.

42 Nec meretrix est illa, quæ amore capta alicui sui copiam facit, Barbosa *appellat.* 150. *numer* 2. Conciol. *in statut. Eugubij, libr.* 5. *rub.* 40. *num.* 4. nec umbram meretricis fortitur, Jul. Capon *tom.* 3. *discep.* 199. *numer.* 9. & *seqq.* subdens, quod mulier inhonestam vitam agit, quando alios admittit præter stupratorem, non ea, quæ postea cum illo multoties concubuit, ex Fontanel. *claus.* 5. *glos.* 5. *par.* 1. *num.* 45. Farinac. *in prax. quæst.* 147. §. *stuprum, nu.* 81. Reg. Matthæu *de re crim. cont.* 59. *num.* 3.

43 Inde existimant, quòd illa, quæ amore capta alicui sui copiam facit, expelli non debet à vicinatu personarum honestarum, ex Menoch. Barbosa, & aliis probat Conciol. *d. lib.* 5. *rub.* 40. *num.* 4. loquens in terminis statui disponentis meretrices expellendas esse à vicinatu honesto, quod non intelligatur de illa, quæ cum amasio concubuit.

44 Multorum est opinio, quod meretrix est, cujus venalis est turpitudo, Lambert. *de jure patron. art.* 20. *quæst.* 4 *ex l. si ea quæ, C. ad leg. Jul. de adult.* quæ eam meretricem vocat, quæ passim venalem formam exhibuit; & vulgo se prostituit, Placa *in epit. delic. lib.* 1. *ca.* 34. *num.* 7. *fol.* 596. ubi testatur de magis communi opinione, & benè demonstrat, quod meretrix propriè nuncupatur mulier vulgaris, Menoch. *de arbit. lib.* 2. *cas.* 328. *num.* 4. *Alciat. in l. Masurius in fin. num.* 4. *de verb. sig.* Franc. *decis.* 68. Cabal. *resol. crim.* 123. *num.* 7. & 8. Mascardus *de probat. conclus.* 1067. *num.* 17. Farinac. *de delict. cas. nquæst.* 136. *cap.* 3. *n.* 75. *& pluribus seqq.* Peregrin. *consil.* 87. *à num.* 15. *tom.* 1. & his citatis Ramon *cons.* 23. *n.* 24. verè igitur dicitur meretrix, quæ impudicam vitam ducit, & publicè sui corporis quæstum facit, Conciol. *in statut Eugubij lib.* 4. *d. rub.* 5. *num.* 3. & in hoc omnes conveniunt.

Et sic etiam vulgaris meretrix dicitur illa, quæ prostitutam meretricio more vulgo se præbuit, de qua loquitur Ulp. *in l. si ea* 22. *C. ad l. Jul. de adult.* secundum intelligentiam Dom. Don Franciscí Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 33. *num.* 6. 45

Magna est differentia inter meretricem, pellicem, & concubinam. Meretrix enim est, ut diximus, quæ multorum libidini patet, & de corpore suo quæstum facit. Pellex significat mulierem consuetudinem habentem cum coniugato, cui uxor adest, *l.* 144. *ff. de verb. sig.* ita enim dicta est à pellendo, eò quòd legitimam uxorem pellat, Gellius *lib.* 4. noct. *cap.* 3. Valla *lib.* 6. *eleg. cap.* 48. de ea Ovidius *epistol.* 6. 46

Nocuit mihi barbara pellex.
Et me tamor.
Tunc erit & matris pellex, & adultera patris.

Probat Gonzalez Tellez *in lib.* 3. *decretal. tit.* 2. *de cohabit Cleric. & Mulier. cap. si autem Clerici* 6. *num.* 3. ubi agit de pellicatus prohibitione.

Concubina est, quæ in alicujus domo vivit citra nuptias, quam fornicariam interdum appellant juris auctores, *l. quæstum* 12. § *Trebatius, l. si ita* 15. *in princ. ff. de fund instruct. l.* 2. *C. de donat. inter l.* 3. *de condit. incert.* Paulus *lib.* 3. *senten. tit.* 6. Gonzalez Tellez *in lib.* 3. *decretal. tit.* 2. *de cohabit Cleric. & Mulier. d. cap.* 6. *n* 3. dicens inde, quod concubinatus est commercium carnis assiduum, & continuatum cum certa, & determinata fœmina, sive domi, sive alibi retenta. 47

Meretrices inter viles, & abiectas personas connumerantur, ita ut legum nexibus, & auxilio destituantur, *l. si ea quæ* 21. *C. ad l. Jul. de adult.* Marsil. *in l. unic. C. de rapt. virg.* P. Fragoso *de reg. reipub. part.* 3. *lib.* 2. *disp.* 4. *n.* 170. probat Reg. Matthæu *de re crim cont.* 59. *n.* 3. 48

Turpes personæ meretrices appellantur, quæ si institutæ hæredes essent, contra eas parentibus bonorum possessio dari solet *l.* 3. *ff. si à parent. quis manum* Barbosa *in collect. c. inter oper.* 20. *de spons. n.* 10. Matthæu. *de re crim. d. controvers.* 59 *num.* 14. 49

Meretrices infamiâ juris, & facti notantur, *l. athletas* 4. *ff. de his qui not. infam.* iuncta *l. palam.* 43. §. *non solum & §. lenocinium ff. de rit. nup.* Farinac. *in prax quæst.* 56. *n.* 357. Riccius *in prax. rer. for. Eccles. decis.* 166. *n.* 87. Barbosa *in collect. cap. inter opera* 20. *de spons. n.* 9. Amaya *in l. unic. C. de infam. lib.* 10. *n.* 30. Regens Matthæu *de re crim. d. cont.* 59. *n.* 15. qui satisfacit obici *tex. in l. Imper. ff. de his qui not. infam.* Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 1. *& cap.* 33. *num.* 1. 50

Bona meretricibus interdici possunt, & curator meretricibus tanquam furiosis dari potest. *l. Et mulieris, ff. de curat. furt. dand.* Gutier. *de tutel. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 23. Reg. Matthæu *de re crim. de cont.* 59. *num.* 16. hujusmodi enim inhonestæ Mulieres, quemadmodum proprij corporis prodigalitatem exercent, ita & in bonis prodigorum iure censendæ sunt Grat. *discep. foren. cap.* 962. *nu.* 22. *cum seqq.* Carol Rota *de privileg. miserab. cap.* 3. *special.* 7. *num.* 50. & 51. Cardin. Luca *in theatr. veritat. lib.* 9. *de testam. disc.* 37. *num.* 2. 51

Actione iniuriarum non tenetur qui meretricem ad turpia sollicita verit; Reg. Matthæu *de re crim. d. contr.* 59. *nu.* 17. nec iniuriarum actione tenetur ob attentatum dedecus matronæ repertæ in meretricia veste, aut ancillari, *l. item apud* 15. §. *si quis Virgines* 15. *ff. de iniur. cap. in Audientia* 25. *de sent. excom.* ibi: *Lege sæcularium Principum manifestè cautum haberi, matronam, cujus pudicitia attentata fuerit, non posse iniuriarum agere, si in veste meretricali fuerit deprehensa*, docet, & declarat Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 34. *tot.* ubi *ex num.* 4. scribit, quod si vis inferatur, & inciviliter, atque impudenter, aut à sciente attentatio, appellatio, aut affectatio 52

fiat, veriùs est iniuriarum actionem competituram, non tamen ordinariam.

53 In meretricibus palam professis, quin & quibuscumque vulgaribus, ac propudiosis stuprum nec fit, nec punitur, *l. si ea* 22. *l. qua adulterium* 29. *C. ad l. Jul. de adult. l.* 1. *C. Theodos. eod. l. cum secundis tabulis* 15. §. *quoniam ff. de bis quæ ut indig. l.* 1. §. *cum Attilicinio, l.* 3. *ff. de concubin.* Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 33. *num.* 1. *cum seqq.* ubi agit, an meretrices immunes sint à pœna adulterij.

54 Inde dicitur, quod quando fœmina post commissum in ea stuprum venalem formam passim exhibuerit meretricio more, nulla competit actio, propter animum corruptum. Prato *resp.* 28. *num.* 10.

55 Neque de furto obstringitur, qui meretricis fores effregerit, etiamsi ab alio bona surripiantur, Reg. Matthæu *de re crim. d. cont.* 59. *num.* 17. ubi asserit, quòd de raptu non tenetur, qui ipsas rapuerit, ex *l.* 1. *C. de rap. virg.* Et hinc etiam meretricem servam rapiens neque de furto, neque de plagio tenetur, si libidinis causa fiat, *l. verum* 39. *ff. de furtis*, Farinac. *in prax. quæst.* 174. *num.* 13. Cabal. *resol. crim. cas.* 179. *num.* 3. Reg. Matthæu *de re crim d. cont.* 59. *num.* 18. Dom. D. Franc. Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 33. *nu.* 7. *cum seqq.* reddens rationem ex Theodorito *lib.* 60. *Basilicon. tit.* 12. ibi: *Nec etiam factum quæritur, sed causa faciendi, libido fuit, non furtum.*

56 In praxi verò stupra per vim illata meretricibus, raptus, suppressiones, forium effractuæ, aliaque hujus generis flagitia in his, qui ea libidinis, lasciviæque causa perciti admittunt, leviori pœna, quam ordinaria coercentur, Acurs. *in glo.* 1. *C. de rap. virg.* cum Salicet o, & aliis Marsil. *ex num.* 26. Covar. *var. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 2. Placa *in epitom. delict. lib.* 1. *cap.* 34. *nu.* 9. Menoch. *de arbit. cas.* 291. & 535. *ex num.* 28. Gomez *in l.* 8. *Tauri, n.* 45. Bajard. ad Clar. *lib.* 5. *sent.* §. *raptus, n.* 5. Cabal. *resol. crim. cas.* 125. *n.* 6. & *cas.* 179. Farinac. *in prax. quæst.* 144. *num.* 163. & *seqq.* & 145. *num.* 188. & *consil.* 33. *num.* 10. & 30. Vela *de delictis, cap.* 29. *vers. Quarto* Cabreros *de metu, lib.* 2. *cap.* 41. *n.* 39. & *seqq.* Narbona *in l.* 20. *glos.* 13. *tit.* 1. *lib.* 4. *compil. num.* 9. & cum his ac aliis allegatis, Dom Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 33. *in fin.* Carpzou. *in pract. crim. quæst.* 49. *n.* 27. Romaguera cum Conciol. *ad statut. Eugubij lib.* 4. *rub.* 40: qui agunt de quæstione, quando meretrix desiit meretricari, an eam rapiens puniendus sit, non secus, ac si probam mulierem rapuisset.

57 Meretrices habitu à matronis, & alijs honestis feminis distinguebantur. *l. mimæ,* 5. *C. Theod. de Scænic. l. item* 15. *ff. si quis virgines ff. de iniur.* Reg. Matthæu. *de re crim. cont.* 59. *nu.* 19. & *seq.* Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 1. qui valdè conqueritur de sæculi improbitate cum Tertul. *de cult. fœmin. cap.* 12. inter matronas, & postribulas ob nullum de habitu d. scrimen relictum.

58 Quod quodammodo indicatur *in l. vestis*, 23. §. *Muliebria, l. Titia* 38. §. 1. *ff. de auro, & argent. legat.* ubi inter muliebria ornamenta stola dinumeratur, quæ propria erat Matronarum honestarum, ut constat ex Ovid.

Ecquid ad hæc omnes rigida submovimus arte.
Quas stola contingi sumptaque vitta vetat.

Et de pont.

Scripsimus hæc illis, quarum nec vitta pudicos
Attingit crines, nec stola longa pedes.

Tibil. *lib.* 1. *eleg.* 6.

Sit modo casta doce, quamvis non vitta ligatos
Impediat crines, nec stola longa pedes.

59 Meretrices verò toga notabantur; quare mulieres adulterio convictæ cogebantur egredi togatæ ex Juven. *Satyr.* 2.

Damnetur si vis etiam calphurnia, talem.
Non sumet damnata togam.

Martial. *lib.* 2. *epig.* 39.

Coccina famosæ donas, & tanthina mœchæ:
Vis dare, quæ meruit munera? mitte togam.

Hæc animadversa tradunt Dempster ad Rosinum *antiq. Roman. lib.* 5. *cap.* 32. *ver. Honestiores fœminæ*, Bris. *lib.* 1. *Scelest. antiq. cap.* 4. *Fab.* 1. *semest. cap.* 15. Tiraquel. *ad ll. connub. l.* 3. *glos.* 1. *p.* 3. *verb. toga*, Bolero Caxal *de decoct. debit. Fiscal. tit.* 5. *quæst.* 10. *num.* 9. & *seqq.* Dom. Don. Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. li.* 3. *c.* 19. *n.* 2. ubi *in n seqq.* disertissimè agit, quibus ornamentis, & apparatibus uti jure Castellæ prohibetur meretricibus, ut discriminentur ab honestis.

Distinguebantur etiam meretrices, quia hæ degebant 60
separatæ ab alijs fœminis; nam illæ ad submœnia, & fornices mittebantur, Reg. Matth. *de re crim. contr.* 59. *num.* 56. Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 37. *num.* 1. *quæ* (inquit) *quia nec procul ab urbis mœnibus & suberat ea ipsa terreo muro, ut M. Varro scripsit* 4. *de ling. latin. submœni, & submœnianum nominibus ansam fortasse præbuit.* Unde submœnianas, & fornicarias dictas prodit Martial. *lib.* 12.

Nec plena turpi matris olla resina.
Submœnianæ, qua pilantur uxores.

Et *lib.* 8.

Conviva Zoili quisquis potest esse.
Submœnianas sedet inter uxores.

Quin & sub urbanas, & extramuranas appellari, pro- 61
barunt Brisson. *de jure connub. pag.* 25. *cum seqq.* Gonzalez Tellez *ad lib.* 4. *decretal. tit.* 1. *de sponsal. & matrim. cap. inter opera* 20. *num.* 11. Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 37.

Pariter à conspectu Imperatorum, & Magistratuum 62
amoveri debent meretrices, & lenones, D. Ambros. *Psal.* 118. ibi: *Turpes lenonum meretriciumque personæ à conspectu, vel Judicis, vel Imperatoris arceantur, ne turpissimorum visus offendat vultus Regij claritatem*; quem locum cum aliis doctissimè expendit Dom Don Franciscus Ramos del Manzano *lib.* 3. *cap.* 37. *num.* 2.

Et in lupanaribus degere meretrices cogebantur, ut 63
fœtore loci, vel sociarum, à tali vita resipiscerent, Petr. Gregor. *lib.* 2. *syntag. cap.* 2. *nu.* 13. & 39. Reg. Matth. *de re crim. dict. cont.* 59. *numer.* 26. eruditè, politissimè, & latissimè Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. libr.* 3. *cap.* 35. 36. & 37. ubi de lupanaribus, & postribulorum privatorum, & publicorum tolerantia, & prohibitione agit, & antea *cap.* 13. *tot.* Gonzalez Tellez *ad lib.* 4. *decretal. tit.* 1. *de spons. & mat. cap. inter opera* 20. *nu.* 4. *cum seqq.* P. Lezana *consult.* 46. *tota.*

Meretrices inde expelluntur ab honestarum vicinia 64
ex *l. nullus* 2. *C. de sum. Trinit. & ex l. si qua in publicis, C. de spectac. libr.* 11. Cabal. *resol. cas.* 184. *numer.* 1. Aylon. ad Gomez *var. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. *vers. Conductor*, Reg. Matth. *de re crim. dict. cont.* 59. *numer.* 25. Conciol. *ad statut. Eugubij, lib.* 5. *rub.* 40. *num.* 1.

Etiamsi domus sit propria, Thesau. iun. *quæst. fo-* 65
ren. 33. *num.* 4. *lib.* 1. Calvin. *de æquitate, cap.* 33. *numer.* 7. Conciol. *in statut. Eugub. lib.* 5. *rub.* 40. *numer.* 2. probant *Prag.* 2. *tit. de adulteris, & const. Fœmbras vils* 1. *cod. tit. de adulteris*, per hæc verba. *Fembras vils de llurs cors publicament diffamadas en carrer de alguna Ciutat, Vila, ò llocb, en lo qual estigan honestas personas, è estar son acostumadas, ney gozen estar en ninguna manera; ans puxan, è dejan estar gitadas de aquen, hoc encara de lurs propias casas*, id est: *Fœminæ viles corporibus suis publicè diffamatæ, in calle alicujus Civitatis, Villæ, aut Loci, quem honestæ personæ inhabitent, & degere solitæ sunt, nullatenus morari audeant, immo possint, & debeant expelli ab illo. & adhuc à suis proprijs domibus.*

Habent hæc locum in meretrice, quę publicè corporis 66
sui quæstum facit, & verè meretrix sit, tam inhonestè vivens, ut vicinis scandalum sit, Fontanel *decis.* 503. *num.* 3. (quidquid in contrarium dicat Peguera *decis.* 12. *num.* 7.) Mieres *in Cur. Reg. Petr. III. Montisson. cap.* 11. *part.* 2. *pag.* 66. Gratian. *discep. forens.* 135. *num.* 8. *tom.* 1. Farinac. *in prax. quæst.* 136. *num.* 76. & *seq.*

In similibus terminis probat Conciol. *in statut. Eugubij,* 67
lib 5. *rub.* 40. *num.* 3. ajens hoc fieri posse etiam ad instantiam vicinorum, contradicentibus locatoribus; ibidem sequitur noster Gothol. Romaguera *numer.* 9. qui *numer.* 20. probat, quòd pensiones domorum futuri temporis post expulsionem meretricium, cedunt in damnum locatoris; non tamen illorum, quorum occasione fuerunt meretrices, domos ipsas habitantes, expulsæ, cum locatori imputetur, allegans Severin. ad Sanfelic. *ad decis.* 356. *vers. Si meretrix.*

Donatio per amasium in meretricem, legatum, vel 68
institutio, & è converso à meretrice in amasium non sustinentur, quando actus venereus est lege exteriori, & humanâ prohibitus, & punibilis, veluti adulterium, incestus, sacrilegium, vel stuprum; secus autem si simplex sit concubinatus inter solutum, & solutam; quia hic lege civili toleratur; latissimè probant D. Ludovicus a Pe-

à Peguera *tom. 2. decis. 14. per tot.* & ita intelligendus Reg. Matth. *dict. controv. 59. numer. 21.* Xamm. *rer. jud. dec. decis. 44. tota.* Nicolaus Lucidorus *de illeg. Cler. & Regul. cap. 12.* qui rem hanc latè limitant, ampliant, & declarant.

69 Indè in noſt. Regio Senatu in caſu quem refert Xammar *rer. jud. d. def. 42.* fuit declaratum, inſtitutionem, & legatum factum ab amaſio conjugato concubinæ, non ſubſiſtere, maximè exiſtente legitima ſobole.

70 Filia meretrix perdit jura ſuitatis, & poteſt a patre utiliter exhæredari, *l. ſi filiam 19. C. de inof. teſtam.* Reg. Matth. *de re crim. d. cont. 59. n. 22.* D Don Franciſcus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib. 3. c. 28. nu. 11.* latè.

71 Licet meretrix conjugata ob reverentiam viri carcerari non poſſit, ſi tamen mulier ſit vulgaris, & palam omnibus pateat, & mariti ſcientia præſumitur, ceſſat ratio reverentiæ, quæ erga eum adhibetur, & carcerari poſſe ſcribit Bimius *conſil. 40. num. 10.* & poſt eum Ramon *conſil. 23. numer. 30.*

72 Pariter meretrix nupta licèt nequeat à vicinatu honeſto expelli favore matrimonii, ſi tamen vir ſit leno propriæ uxoris, vel hæc quæſtum publicè faciat, expelli poterit, Grat. *diſcep. foren. 135. num. 20. & ſeq. par. 1.* Peguera *deciſ. 12. tot.* Cabal. *reſol. crim. caſ. 184. ferè per tot.* Luca ad Franc. *deciſ. 319. num. 1.* Reg. Matthæu *de re crim. cont. 59. num. 2.* Severin. ad Sanſel. *deciſ. 336.* Recentior doctiſſimus Pegas *ad libr. 1. ordin. Reg. Portug. tom. 3. tit. 22. g. 6. numer. 4. & ſeq. pag. 500.* Romaguera cum Conciol. *ad ſtatut. Eugubii lib. 5. rub. 40. numer. 5. & 7.*

73 Meretrix à teſtimonio ferendo repellitur, *l. 3. §. lex. Iulia, ff. de teſtibus*, Farinac. *in prax. quæſt. 56. ex n. 358.* Reg. Matth *dere crim. d. cont. 59. n. 24.* Dom. Don Franciſcus Ramos del Manzano *ad ll. Iul. & Pap. lib. 3. cap. 26. nu. 1.* niſi in delictis difficilis probationis, ut diximus *par. 1. deciſ. 16. numer. 49.*

74 Probatur meretricium, quando mulier diu, noctuque januam apertam habet adoleſcentibus eam viſitantibus, qua qualitate probata, ſimul cum luxu, habitus, juxta formam traditam per Petr. Greg. *ſyntag. lib. 10. cap. 2. numer. 6.* Farinac. *in prax. quæſt. 135. nu. 95.* meretricia vita probata videtur, Reg. Matth. *de re crim. d. cont. 59. numer. 40.* famam coadiuvantibus aliis præſumptionibus, ſufficere ſcripſit Marta *de juriſdict. par. 4. tit. 7. capitol. 1. numer. 79.* ubi alias etiam adducit probationes.

75 Probari poſſe per teſtes ſingulares, & ſufficere quòd probetur in genere, quòd converſabatur cum multis, qui honeſtè cum ea converſari non poterant, ad effectum meretricem expellendi à vicinatu honeſto, docet Peg. *deciſ. 12. numer. 9.* ubi adducit pro præſenti Civitate privilegium, quod habet Abbatiſſa, & Conventus Sancti Petri pro expellendis meretricibus à Parochia Sancti Petri.

76 Pro pœnis turpium perſonarum ex DD. placitis infra ſcripta etiam recitamus; quòd ſimplex acceſſus ſoluti ad ſolutam, attento jure civili, punibilis non eſt, Reg. Matth. *de re crim. cont. 59 à num. 1. uſque ad num. 9.* Luca ad Gratian. *diſcep. foren. cap. 218.* Reg. Cortiad. *deciſ. 89. num 6.* Xamm. *rer jud. def. 44. num. 27.* Anſaldus *de juriſdict. par 4. tit. 7. cap. 1. numer. 18.* Anton. Gobius *conſult. deciſ. 28. num. 20.*

77 Inde dicunt, quòd ſi mulier ad hoc locet operas, & de mercede conveniat, petere eam poterit, Xam. *rer jud. def. 44. numer. 13. & ſeqq.* Grat. *diſcep. foren. cap. 218. num. 5. & 6.* Gizzarel. *deciſ. 54. per tot.* Ciarlin. *cont. 33. nu. 127.* Zachias *de ſalario, quæſt. 76. nu. 1.* Prato *reſponſ. crim. 3.* Luca ad Grat. *d. diſcep. 218.* & poſt eum Romaguera ad Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii, lib. 5. rub. 40. n. 13. cum ſeqq* ubi rem ampliat, ut etiam poſſit meretrix mercedem petere, etiamſi non fuerit de ea conventum, Peg. *tit. 2. deciſ. 14.* & DD. infra etiam citandi.

78 Licèt enim hæ mulieres turpiter agant, adquiſita tamen retinere poſſunt, & bona ex turpi quæſtu de eorum dominio, & libera diſpoſitione efficiuntur, ad tex. *in l. 4. §. ſed quod meretrici, ff. ob turp. cauſ.* ubi Iaſon. & alii, Angel. *in l. 2. C. eodem*, Peregrin. *de jure fiſci, lib. 2. tit. 2. num. 6.* Ricciul. *in tract. de meretric. ſeu de perſonis in ſtatu reprob. lib. 2. cap. 33. num. 7.* nec de jure dicuntur inteſtabiles, Ricciulus *ibidem cap. 32.* Cardinal. Luca *in theat. verit. lib. 9. de teſtam. diſcu. 37. nu. 4.* plura de hac re Prat. *reſp. crim. 3.* Xammar *def. 42. num. 12.* Peg. *tom. 2. deciſ. 14. numer. 2.* Romaguera ad Conciol. *ſuper ſtatut. lib. 5. rub. 40. nu. 12.* ubi *num. 18.* agit an merces promiſſa ex coitu cum adultera peti ab ea poſſit. ex Luca ad Gratian. *diſcep. foren. d. cap. 218. numer. 5.*

Pariter etiam accedentes ad adulteram meretricem 79
non puniuntur, Ramon *conſ. 23. numer. 28.* ubi aſſerit quòd error communis eos excuſat; non ſolent enim, inquit, qui accedunt ad iſtas mulieres adeò impudicas, exquirere earum conditionem.

Nec his obſtant adducta à Reg. Cortiada *deciſ. 89.* 80
num. 52. ubi tradit laicum ſolutum pro adulterio fuiſſe punitum ad relegationem in inſulam per triennium; nam procul dubio fuit in caſu, in quo debebat concurrere conſuetudo inter adulterantes.

In meretrice nupta coitus eſt punibilis, probat text. 81
in l. ſi uxor §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. ibi: *Sed & in ea uxore poteſt maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit*; quam opinionem tanquam veriorem tenent Alex. Capyc. Amad. Carrer, quos recenſet Cabal. *reſol. crim. caſ. 123. numer. 2.* Farinac. *in prax. queſt 141. à num. 82. uſque ad num. 85.* Surd. *deciſ. 249. numer. 7.* & ibi Hodierna *numer. 8.* Peregr. *tom. 1. conſil. 87. nu. 14.* Ramon *conſ. 23. num. 28.* qui ex Binio ait frequentiùs, & crebriùs in eam ſententiam itum fuiſſe, ut mulier nupta etiamſi ſit meretrix, ejus cum extraneo concubitus improbetur, & puniatur; quia non debet licere mulieri, tam impudicam, & inhoneſtam vitam agendo, majorem dolorem viro incutere, unde ille tabeſcat, imò potiùs omni ſtudio eſt à meretricio abducenda, & in matrimonio ſtabili, & certo collocata, pura, & caſta conſervari debet.

Quæ opinio maximè procedit in caſu, quo maritus 82
in adulterium uxoris non conſenſerit; quinimò etiam marito conſentiente inulta, & impunita mulier non relinquitur, Ramon. *dict. conſil. 23. nu. 29.* Reg. Matthæu *de regim. Reg. Valent. cap. 8. §. 8. num. 19 & ſequent.* Farinac. *in præx. quæſt. 143. nu. 27.* diximus *par. 1. deciſ. 30. numer. 24. & 25.*

Etiam meretricium, & fœminarum palam corpo- 83
rum ſuorum quæſtum facientium turpitudinem punibilem eſſe, doctiſſimè probat Reg. Matthæu. *de re crimin. cont. 59.* id allegans de jure Civili Romanorum, *l. in fœdiſſimam 20. C. ad l. Iul. de adult. & l. palam 43. §. non ſolum, & §. non eſt, ff. de rit. nupt.* & aſſignat meretricibus publicis *à num. 13.* pro pœnis, infamias, incapacitatem, & alia, quæ ob publicum quæſtum contrahunt, & ſupra aſſignavimus. *& à numer. 28.* exponit pœnas de jure Hiſpanico, & praxim procedendi contra meretrices quæſtum palam exercentes, & inquit, quod turpitudine legitimo modo probata traduntur in publicam recluſionem, quæ nuncupatur *la Galera*, ad tempus, vel in perpetuum, raſis coma, & ſuperciliis, vel non, juxta ſcandali, vel luxuriandi exceſſum.

Quam pœnam optarem, in Cathalonia obſervari, 84
ut ſæpiſſime toto conatu curavi; nam pœna illa aptior eſt, non verò pecuniaria, quæ nihil prodeſt; quidquid enim ratione pœnæ ab eis exigitur, ab amaſio ſtatim recuperant centeſima uſura: Exilii etiam in fœminis fruſtranea eſt; quia facie cooperta incedentes, effectus condemnationis eludunt, ut animadvertit Reg. Matthæu *de re crim. 59. d. num. 42.*

Rurſus meretrices eſſe eiiciendas à Civitate dixit 85
Menoch. *conſil. 666. ſub num. 10.* quod repetit *conſil. 798. num. 18.* & poſt eum Anton. Gobius *conſult. deciſ. 28. nu. 15.* ſed meretrices expelli à Civitate non debere; quia tolerantur ad evitanda majora mala, ait Faria ad Covar. *lib. 2. var. cap. 3. nu. 13.* benè tamen eæ, & lenones morari debent in extremis partibus Civitatis, quia ſunt vaſtatores Civitatis, dixerunt citati per Luca ad Franc. *deciſ. 316. num. 6.* Romaguera ad Conciol. *in ſtatut. Eugub. rub. 40. lib. 5. num. 10.*

In hoc Principatu contra meretrices publicas, quæ 86
plus offerentes admittunt, ſeu verius neminem dantem excludunt, quando quidam zelotypiæ affectu inflammati ad rixas, contentiones, vulnera, & neces pervenire ſolent, ut aſſerit Reg. Matth. *de re crim. cont. 59. nu. 41.* & ſunt occaſionatrices necium, banniuntur juxta exemplaria, quæ recitat Reg. Cortiada *deciſ. 92. num. 3.*

Si ſunt admodùm ſcandaloſæ, & non ſint occaſionatri- 87
ces necium, etiam practicatum vidi, ſumptâ ſummariâ informatione, captas fuiſſe, & liberatas recepto pacto bannimenti à Civitate, Vicaria ſtricta, vel lata, aut

aliàs juxta casuum urgentias, sub pœna in casu contrafactionis duplicati temporis, vel aliâ Judicis arbitratu, attentis circunstantiis occurrentibus.

88 Sæpè practicari solent disposita in *Const. 1. tit. de adulteris, & prag. 2. eod tit.* Judices itaque vicinis honestis instantibus, præcipiunt (ex arbitrio sumpta summaria informatione, quod talis est meretrix, vel lena) ut evacuent vicinatum infra certum terminum (qui in mandato præfigitur) de qua praxi attestatur Peg. *dec. 22. num. 8. in fine*, quam supra explicavimus, ubi etiam quid in meretrice nupta sit observandum, desuper probatur, & adhuc nota, quòd circunspectè in his agatur, ne pejora scandala oriantur.

89 Pœnas adulterii tradit Reg. Cortiada *dec. 89. num. 50. cum seqq.* pluribus allegatis, quibus addimus Gonzalez Tellez *in cap. fver. 3. de adulter.* ubi *num. 7.* recitat pœnas à jure Naturali, Divino, Civili, & Canonico amplissimè, pluribus allegatis, Fagnanus *cap. cum ab homine de judic. num. 63.* Antonius Gobius *consult. dec. 28 num. 31.* Xamm. *de privileg. Civitat. §. 21. nu. 36.* ubi tradit particularem praxim Consiliariorum Barcinonæ, procedentium ad pœnam immurationis, juxta disposita *in usat. mariti, & uxores, tit. de adulteris*, juxta declarationem susceptam *in prag. 3. tit. de adulter. in 2. vol constitut.*

90 De prohibitione concubinatus latè agit Gonzalez Tellez *in lib. 4. decretal. tit. 1. de sponsal. & mat. cap. 20. num. 7. cum seq.* & omni jure esse prohibitum probat *lib. 3. decretal. tit. 1. de cohabit. Cler. & Mulier. cap. si autem Clerici 6. num. 4. & seqq* Anfaldus *de turisdict. par. 4. tit. 7. cap. 2. ferè per tot.* inter solum, & solutam ex perseverantia fieri punibilem, Xam. *rer. judic. def. 44 num. 24.* Fontanel. *dec. 138 per tot.* signanter *num. 16* contra quos specialiter est provisum *in cap. 40 regiarum præconizationum.* Et ideo Regium Concilium Criminale solet mandare concubinariis sub præcepto pœnali bannimenti, fustigationis, carcerationis, aut pœnæ pecuniariæ (juxta casuum urgentias) ne cohabitent, vel reperiantur sub eodem tecto, Fontanel. *tom. 1. dec. 138. num. 7.* quod exequitur in casu contraventionis, Reg. Cortiada *dec. 89. par. 2. num. 6.* ubi tradit observantias Regii Senatus, quod mandatum etiam interdum expeditur contra uxoratum adulterantem, ut vidi practicatum.

91 In delictis carnis an soleant, vel possint Judices procedere de officio, an tantùm debeant ad instantiam partis vim passæ, agunt Antonel. *de temp. legal. lib. 2 cap. 82. num 17.* Conciol. *in statut. Eugubii, lib. 24. rub. 4 n. 2.* de adulterio diximus *dec. 30. num. 21. cum seqq.* cui adde Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap. 1. num. 64. & seqq.* Conciol. *super stat. Eugubii, lib. 4. rub. 22. num. 6. rub. 23. seq. num. 7. & rub. 24. nu. 3.* Altimarum ad Rovit. *dec. 68. num 4.* Dom. Don Christophorum Crespi *obs. 4. num. 178. cum seqq.*

92 In stupro de officio procedi posse dixit Gomez *ad ll. Tauri, l. 80. num. 5. in fin.* à quo non discedit Sanfelic. *in prax. judic. tit. modus, & ordo procedendi in causis criminalibus, num. 5. vers. Decimoquarto.*

93 Et in hoc Principatu de officio, & sine querela partis posse in crimine stupri procedi, apparuit dicere; nam ex generali consuetudine in omnibus delictis potest Judex officio per inquisitionem procedere, Gomez *var. 3. cap. 1. num. 49. in fin.* & antea *n. 10.* & ibi Ayllon. Crespi *obser. 4. num. 20.* Tondut. *de præscript. lib. 2. cap. 50. n. 4. & 5.* Reg. Matth. *de re crim. cont. 75. nu. 5. & de Reg. Valen. cap. 8. § 8. num. 1.* præcipuè in Cathalonia, ubi processus criminalis, est Fisci processus, Peg. *in prax. crim. cap. 12. §. 1. num. 1. & nos dec 1. num. 1. par. 1.*

94 Sic Senatus in causa recursus gratiæ interpositi per Valentinum N. Civitatis Illerdæ die 23. Martii 1686. referente Egregio Senatore Francisco de Portell I. R. C. Scriba Riambau Notario, in delicto lenocinii, in causis supra relatis, de officio fuit processum.

95 In delicto concubinatus successivi de officio procedi posse, observat Fontanel. *dec. 138.* (ubi agit etiam quid observandum sit contra personas gaudentes privilegio Militari) Dom. Don Christophor. Crespi & de Valldaura *obser 4. num. 216.*

DECISIO LVIII.

ARGUMENTUM.

De pœna portus tormenti manualis parvæ mensuræ in servo, qui illud gestasse fuit repertus in Palatio Principis: ubi latè de prærogativis Palatii, & Domus Dominicæ, ad intelligentiam *l. unicæ, Cod. de palat. & dom. dominic. lib. 11.*

SUMMARIUM.

1 *Factum.*
2 *Coram Principe omnes pœnæ sunt arbitrariæ.*
3 *Hodie omnes pœnæ juxta facti, & personarum qualitates sunt Judici arbitrariæ, quod declaratur.*
4 *Pœnæ arbitrariæ possunt extendi usque ad mortem.*
5 *In Supremis Magistratibus id statuitur, non verò in inferioribus judicibus, num. 6.*
7 *Ratione loci dilecti fit delictum atrox.*
8 *Delictum cõmissum in Palatio Principis, acriùs punitur.*
9 *Principum Palatia, ædes consecratæ, & inclytæ, & sacratissimæ appellantur.*
10 *Palatia sunt de regalibus.*
11 *De regalibus est, Castra, Turrim, aut fortelitium construere, & tenere, quod non licet absque domini Regis beneplacito.*
12 *Cultus, qui debetur Palatio, extenditur ad ipsius confinia.*
13 *Comprehendit ostium; ubi remissivè an ostia Ecclesiæ veniant appellatione Ecclesiæ in materia immunitatis Ecclesiasticæ.*
14 *Extenditur ad porticum annexum, ubi remissivè pro immunitate Ecclesiastica, an porticus sit locus immunis.*
15 *Comprehenditur hortus, ubi remissivè an hortus gaudeat immunitate Ecclesiastica.*
16 *Extenditur ad scalas, ubi an scalæ Ecclesiæ gaudeant immunitatate Ecclesiastica.*
17 *Palatii appellatione venit area ad ejus usum comparata, ubi remissive de privilegiis Nobilium in Regno Aragonum, legatorum in Hispania, Cardinalium, Episcoporum, Concilii Regii Neapolis.*
18 *Palatium, & domus dominica, non solùm comprehendit locum ubi assiduè Princeps commoratur, sed etiam confinia, ostium, porticum, hortum, atria, aulam, & cæteras partes universæ domus, & n. 19.*
20 *Ex Palatiis delinquentes sine jussu Regis, vel domus Præfecti, non extrabuntur, quę immunitas per Principem superiorem domibus privatis potest concedi.*
21 *In Sala Magna Sacri Concilii Neapolitani absque Præsidis permissu nemo carcerari potest: & de nostra Aula Regia remissivè.*
22 *Qui ad locum, in quo sita erat statua Principis, confugiebat, immunitatis prærogativa gaudebat, sed talis immunitas sublata est consuetudine, propter abusus, qui inde exoriebantur.*
23 *In Palatiis delinquentes proprium Judicem sortiuntur, & Auditor Generalis Exercitus cognoscit de causis famulorum, qui Proregi inserviunt, & omnes qui Regio Palatio serviunt, gaudent foro Belli.*
24 *Non solùm in ipso Palatio, nec etiam circa, licet privatis habitare.*
25 *Ad palatium Principis arma nemo deferre potest.*
26 *Excubiæ ante palatium fieri debent, & eas deferens capite punitur.*
27 *In palatiis baptizari potest, ubi remissive de foro Capellanorum Regiorum.*
28 *Aliæ recitantur prærogativæ palatii Principis.*
29 *Quibus pœnis plectantur delinquentes in palatio Regia, & num. 30. & 31.*
32 *Injuria illata in conspectu Prætoris, vel in personam Præsidis absentis electi, & adhuc non admissi in platea, atrox judicatur; sed major est, quę irrogatur in palatio Principis, in quo omnibus datur securitas.*
33 *Delinquens in palatiis punitur pœna arbitraria, quæ extendi potest usque ad mortem.*
34 *In qualibet iniuria habetur ratio circunstantiarum loci, facti, temporis, vel personarum.*
35 *Ex circunstantiis, quibus augetur delictorum gravitas, est locus.*

36 Fusi-

36 *Flustigationis pœna irrogat infamiam.*
37 *Servi propria pœna est flustigationis.*
38 *Famuli perpetui Ecclesiasticarum personarum, qui propriè servi appellantur, fori privilegio, tanquam bona, & res Ecclesiæ gaudent: ubi adducitur declaratio contentionis, & numer.* 39.
40 *Privilegio fori non gaudet, nisi qui habet beneficium Ecclesiasticum, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inservit, vel clericalem habitum, & tonsuram deferens, degit, vel versatur in seminario, vel schola de licentia Episcopi.*
41 *Decisio Senatus.*

Die 19. Augusti 1667. Joannes Baptista, nativitate Maurus fuit repertus cum instrumento manuali minoris mensuræ, vulgò *pistola*, in scalis Palatii Excellentissimi Ducis de Ossuna, Locumtenētis, & Capitanei Generalis in hoc Principatu. Per edicta Regia prohibetur exportatio tormentorum manualium parvæ mensuræ, sub pœnis pro plebeis remigandi in Regiis triremibus per decennium, cum adiectione illius clausulæ in ultimo capitulo earundem præconizationum, quòd sua Excellentia, & Regium Concilium possint pœnas in dictis capitulis præscriptas augere, minuere, & arbitrari, usque ad mortem naturalem inclusivè, juxta qualitatem personarum, facti, temporis, & aliarum circunstantiarum. Hinc fuit dubitatum, utrum dictus Joannes Baptista posset condemnari ad flustigandum, & ad minus tempus decennio, ad remigandum in Regiis triremibus.

2 Ad cujus investigationem suppono primò, quod disposita in dictis Regiis præconizationibus, in quibus Principi, & Regio Concilio reservatur facultas augendi, minuendi, & arbitrandi pœnas in eisdem dispositas, juxta circunstantias facti, personarum, temporis, & alias contingentes, sunt conformia juri communi, quo habetur, ut coram Principe omnes pœnæ sint arbitrariæ, Peregrin. *de jure fisc. lib. 4. tit. 8. numer. 15.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 12. num. 98.* Farinac. *quæst. 17. num. 65.* Cabal. *resol. crim. 99. num. 103. & resol. 294. num. 282. 293. & 295. & 313.* Guazzin. *def. reor. 33 cap. 16. ad finem.* Giurba *cons. 6. per tot.* & præcipuè *num. 15.*

3 Et quòd hodie omnes pœnæ juxta facti, & personarum qualitates sint judici arbitrariæ, scribit Solorz. *de parric. crim. lib. 2. cap. 23. numer. 3.* Peg. *decis. 7. num. 17. & decis. 24. num. 20.* Guaz. *def. 33. cap. 16. num. 1. & seqq.* Giurba *consil. 12. num. 19.* Latro *decis. 177. n. 30. & decis. 192. n. 31. to. 2.* Conciol. *resol. cri. ver. Judex, n. 1.* ubi id extendit ex veriori opinione etiam in pœnas legales, vel statutarias, quas Judex ex causa potest minuere, vel augere, ex Farinac. *in prax. d. quæst. 17. numer. 11. & seqq.* & pluribus aliis laudatis.

4 Secundo, quòd ordinatum in dictis edictis Regiis, ut pœna arbitraria à Principe secundùm circunstantias possit augeri usque ad mortem, concordat cum jure communi, ut per Aflict. Auguss. ad Angel. Bossium, Maranta, tenent Ponte *de pot. proreg. tit. de provis. fieri solit. §. 2. num. 14.* Sola *ad decret. Sabaud. tit. de falsi. glos. fin. num. 12.* Giurba *dict. cons. 6. numer. 12.* Conciol. *resol. crim. 1. ver. Judex, numer. 8.*

5 Tertiò etiam quod possit juxta circunstantias facti augere pœna arbitraria usque ad mortem, à majori Magistratu, & Supremis Judicibus, probant Menoch. *de arbit. quæst. 86. num. 30. & cas. 295. num. 9.* Burg. *de modo proced. ex abrupto, quæst. 24. num. 274.* Guaz. *d. def. 33. cap. 16. numer. 2.* Giurba *d. cons. 6.* nisi certa sit pœna ex consuetudine indicenda, ex Farinac. *d. quæst. 17. nu. 58.* Caval. *de brach. reg. par. 4. nu. 26.* Burgio *d. quæst. 24. nu. 274.* Conciol. *resol. crim 1. ver. Judex, num. 6.*

6 Magistratus inferior pœnam mortis arbitrari non potest, nisi delictum sit atrox, ejusque inspectis circunstantiis morte dignum videretur, si tamen coram Principe, aut eo consulto, mortis pœnam Judex indixerit, Ponte *de potest. proreg. d. tit. 1. §. 2. nu. 14.* Farinac. *in prax. d. quæst. 17. nu. 60.* Giurba *consil. 6. num. 14.* Conciol. *d. resol. crim. 1. ver. Judex. num. 9.* Basil. *decis. 14. num. 5.*

7 Quartò ratione loci delictum fit atrox, ut puta, si committatur in loco publico, videlicet in foro, theatro, viis publicis, in palatio Potestatis, & similibus, ut punctim in injuriis his in locis illatis expressit *textu Prætor. edixit, §. atrocem, ff. de injur. l. sed est quæstionis, §. 1. ff. eod.* Anton. Gom. *var. lib. 3. c. 6. n. 4.* Antonel. *de loco legalib. l. 1. qu. 2. ff. 1. cap. 10. nu. 9.* Conciol. *Justa Eugub. lib. 4. rub. 19. in annot. n. 9.* Franciscus Merlinus *cent 1. controv. foren. cap. 56. num. 1. & ferè per tot.* Altim. ad Rovit. *par. 1. consil. 58. nu. 12.* Farinac. *in prax. quæst. 105. num. 186. & seq.* & in delictis, ut ea circunstantia possit pœna augeri, comprobat Basil. *d. decis. 14. tota*, & præcipuè *in princ.*

Deveniendo ad factum opponebat Fiscus, inquisitum 8
de portu tormenti manualis brevioris mensuræ puniendum esse majori pœna, quàm dispositа contra gestantes hæc arma prohibita, ratione loci, in quo reus cum armis illis proditoriis, & reprobatis apprehensus fuit; quia quodlibet delictum commissum in Palatio Principis semper graviùs reputatur, & acriùs punitur. Farinac. *in prax. quæst. 105. nu. 188.* Guilel. Benedict. *in cap. Raynutius verb. uxorem num. 809.* Reg. Constan. *in l. unic. Cod. de palat. & domibus Dominic. num. 16.* Valenz. Velazq. *consil. 142. num. 139.* Chassan. *in Cat. glor. mundi. par. 5. consid. 24. nu. 125.* Ponte *de potest. Proregis, tit. 1. de pot. Pro. fieri solit. § 2. nu. 15. & seqq.* Tapia *in constitut. Ut participatio, n. 3.* Merlin. *cent. 1. contr. 66. n. 7.* Altimarus ad Rovit *par. 1. consil. 58. n. 12. & seqq.* Caponius *tom. 1. discep. 42. nu. 14.* Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap. 1. num. 43.* Carpzovius *in prax. crim. par. 1. quæst. 40. nu. 31 cum seqq.* Reg. Matth. *de re crim. cont. 29. numer. 55. & 68.* Freccia *de subfeud. lib. 2. tit. de mag. Sinisc.* Mastril. *de Magistrat. lib. 3. cap. 9. num 60.*

Quæ fundantur inter alias ex illa principali ratione, 9
videlicet propter debitam reverentiam, quæ Palatiis Principum debetur: quorum ædes, consecratæ, & inclytæ dicuntur *in l. unic. C. de Palatiis, & domibus dominicis, lib. 11. Authen. habita, C. ne filius pro patre*, domus divinæ *l. fin. Cod de quadr. præs. Labsit. C. de privil. dom. august. lib. 11.* sacratissima appellantur Palatia *in l. fin. C. de offic. Rectoris, l. in nomine. §, hoc etiam, C. de offic. præf. afric.* quæ omnia comprobant Constant. *in l. unic. C. de palat lib. 11. nu. 7.* Merlinus *cent. 1. controv. foren. cap. 66. num. 2.* Jul. Capon. *tom. 1. discep. 42. num. 14.* Reg. Matthæu *de re crim. cont. 29. num. 66.*

Etenim Palatia sunt de regalibus, Penna *ad d. l. uni- 10*
cam, n. 3. in fin Peregrin. *de jure fisci, lib. 1. tit. 1. num. 26.* Chassan. *in catal. glor. mundi, par. 5. consid. 24. vers. 17.* Constant. *ad d. l. uni. C. de palat lib. 11. nu. 1.* ubi inde infert, quòd cum Regalia non veniant in generali concessione, ideò Palatium non dicatur concessum, licèt Princeps concedat Civitatem, vel oppidum, in quo esset Palatium Regium, nam indiget speciali mentione.

Sicut etiam de Regalibus est, castra, turrim, aut fortel- 11
litium construere, & tenere, quod non licet absque Domini Regis beneplacito, Peregrin. *de jure fisci, d. tit. 1. nu. 14* Capiblanc. *de Baron. prag. 8. par. 2. num. 10.* & his relatis Roccus *de officiis rub. 9. num. 54. & seqq.* ubi refert diversa exemplaria.

Cultus ille, qui debetur Palatio Regio, extenditur ad 12
ipsius confinia, Basilic. *decis. 44. numer. 6.* Altimar. ad Rovit. *par. 1. consil. 58. num. 12.* Reg. Constan. *in l. unic. C. de Palat. lib. 11. num 8.* Caballus *resol. crim cent. 1. cas. 13 nu. 7.* ex traditis à Farinac. *in frag. crim. ver. domus. num. 235.* Reg. Matth. *de re crim. cont. 29. num. 64.*

Comprehendit ostium, Altimar. ad Rovitum *d. con- 13*
sil. 58. nu. 14. Reg. Constant. *in d. l. unica, C. de palat. lib. 11. nu. 18.* an ostia Ecclesiæ veniant appellatione Ecclesiæ in materia favorabili immunitatis Ecclesiæ, adeatur. Reg. Cortiada *decis. 48.* Luca *ad Franc. decis. 402.* Far. ad Covar. *var. lib. 2. cap. 20. nu. 35.* Rodoer. cum Marin. *quotidianarum resolutionum cap. 179.*

Extenditur ad porticum annexum Fulvius Constant. 14
ad l. unic. tit. de palat. à num. 17. usque ad num. 21. Basilic. *d. decis. 14. nu. 6.* Altimarus ad Rovitum *par. 1. consil. 58. num. 13.* Caballus *cent. 1. cas. 13.* maximè *numer. 10.* & faciunt tradita per Farinac. *frag. crim par. 1. verb. domus, num. 237* Pro immunitate Ecclesiastica; an porticus sit locus immunis videatur Reg. Cortiada *decis. 50.* Faria. ad Covar. *var. lib 2. cap. 20. nu. 45. & 46.* Fagnan. *ad cap. Ecclesiæ de immunit. num. 15.* Rodoer. ad Marin. *lib. 1. resolut. cap. 159.* Reg. Matthæu *dict. contro. 29. n. 64.*

Comprehendit hortum, Altimarus ad Rovit. *d. par. 15*
1. consil. 58. num. 14. Reg Constant. *ad leg. unic. C. de palat. lib. 11. numer. 18.* pro immunitate Ecclesiastica, an hortus illa gaudeat, vide Reg. Cortiada *decis. 55.* Rodoer. ad Marin. *lib. 1. quot. resol. cap. 179.*

Extenditur ad scalas, Reg. Constant. *de palat. d. l.* 16

UAB Biblioteca de Ciències Socials

unica, nu. 18. Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 1, *de proviſ. fieri ſolit.* §. 2, *numer.* 15. (ubi *num.* 16. tradit, ſe conſulente in cauſa cujuſdam, qui mediante pecunia, ad inſtantiam alterius faciem cujuſdam pueri incidit, qui noluerat conſentire vitio nefando, & hoc vulnus dederat in ſcalis Eccleſiæ; & arbitrari poſſe cenſuit pœnam uſque ad mortem, attenta qualitate loci, cauſæ, & perſonæ) An ſcalæ Eccleſiæ gaudeant immunitate Eccleſiaſtica, tradunt Regens Cortiada *deciſ.* 49. Farin. ad Covarru. *var. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 46. Rodoer. ad Marin. *lib.* 1. *quot. reſol. cap.* 179. *numer.* 2.

17 Ad aream etiam extenditur; nam Palatii appellatione venit etiam area, ad ejus uſum comparata, *l. reſtatrix* 20. *ff. ſi ſervitus vendic.* Reg. Conſtan. *ad d. l. unic. C. de palatiis, nu.* 19. Altimarus ad Rovitum *par.* 1. *conſil.* 58. *numer.* 13. ubi refert quendam pauperem condemnatum fuiſſe ad mortem, qui in area Palatii Regii duos occidit, dum cohors militum tranſibat ante dictum Palatium, ſed ex quo conſtitit Proregi delictum fuiſſe commiſſum caſualiter, ſubtus furcas illi pepercit: & ibi latiùs recitat, quot privilegia habeant domus Nobilium in Regno Aragonum, quot Legatorum domus in Hiſpania, domus Cardinalium, domus Epiſcoporum, Concilii Regii Neapolit. & alia ſcitu digna, & ante eum idem expoſuerat Reg. Conſtant. *in d. l. unic. C ac Palat. lib.* 11. *num.* 44. *cum ſeqq.* de Cardinalium tam in urbe, quàm extra urbem, Faria ad Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 51. & de Palatiis Epiſcoporum ibidem *num.* 47. *cum pluribus ſeq.* Fagnan. de Cardinalium, & Epiſcoporum Palatiis *in d. c. Eccleſiæ, n.* 29 *cum ſeqq.* Rodoer, ad Marin. *quot-reſol. l.* 1. *c.* 179 *n.* 7. *cũ ſeq.* Reg. Cortiada *dec.* 9.

18 Concluditur ex his, quòd Palatium, & domus dominica, de quibus *in l.* 1. *C. de Palatiis, & domibus dominicis, lib.* 11. generaliter accipiuntur, ita ut comprehendant non ſolum, ubi aſſiduè Princeps commoratur; ſed etim confinia, oſtium, porticum hortus, aream, atria, aulam, & cæteras partes univerſæ domus, ut concludit Reg. Matth. *de re crimin. dict. cont.* 29. *num.* 65 unde delictum commiſſum tam in Palatio, quàm partibus Palatii recitatis, gravius, & atrocius reputatur.

19 Hæc eſt altera ex præeminentiis, quæ Palatiis Principum debentur; aliæ ſunt quamplurimæ, quæ apud jura, & Doctores dinumerantur, quas manifeſtare inutile non judicamus.

20 Ex Palatiis itaque delinquentes, ſine juſſu Regis, vel domus Præfecti non extrahuntur. Bovadilla *in polit. lib* 2. *cap.* 16. *fol.* 90. Conſtant. *in d. l. unic, num.* 41. Paz *in prax. to.* 1 *par* 5. *cap.* 3. §. 3. *nu.* 52. declarat Altimarus ad Rovit *conſ.* 58. *num.* 16. Remigius *de immunit Eccleſiaſtic. ampl.* 25. *nu.* 1. Petr. Gregor. *ſyntag. lib.* 33. *cap.* 21. *nu.* 16 Del bene *par.* 2. *dub.* 9. *ſect.* 15. *nu.* 2. *ver. Hinc ſequitur.* Sanchez *conſil. moral. tom.* 2 *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *numer.* 2. *in fin.* Curia Philip. *tom.* 1. *par.* 3. §. 12. *numer.* 4. Faria ad Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 239. ubi aſſerit, quòd cum hæc immunitas ſit ſæcularis, poteſt per Principem ſæcularem, ſuperiorem non recognoſcentem, privatorum domibus concedi, ex Decian. Bovad. Guaz.

21 Marinis *quot. reſol. lib.* 1. *cap.* 179. *num.* 8. & *num.* 9. refert, quòd in Sala magna Sacri Concilii Neapolit. abſque Præſidis permiſſu nemo carcerari poteſt, & cum de ordine Magnæ Curiæ eſſent quidam carcerati in Regia Sala Concilii, fuit deliberatum, junctis cum Præſidente omnibus Conſiliariis in Aula, & juſſum carcerari familiam, quæ proceſſerat ad carcerationem, quod per collaterale Concilium fuit approbatum; de ſimili re loquitur Sanfelicius *deciſ.* 67. *in fin.* & de noſtra Aula Regia vide quæ diximus *deciſ.* 3. *numer. fin. par.* 1.

22 Qui pariter ad locum, in quo ſita erat ſtatua Principis, confugiebat, immunitatis prerogativa gaudebat, *l. unic. C. de his qui ad ſtatuas confug. l. capitalium* 28. §. *ad ſtatuas, ff. de pœnis. l.* 1 *C. de his qui ad Eccleſ. confug l.* 1. §. 1. *de offic. Præf. urb. l in eum* 5. *ff. de extraord. crim.* §. *fin. Inſt. de his qui ſunt ſui, vel alieni*, ubi textus ædem ſacram, & ſtatuam Principis æquiparat, ut notat Marinis *quot. reſol. lib.* 1. *cap.* 179. *num.* 10 & comprobat ibidem Rodoerius *numer.* 9. Farinac. *in prax. quæſt.* 28. *nu.* 49. *& in append. de immunit. cap.* 17. *nu.* 278. Del bene *de immun. Eccleſiaſtica, par.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſec.* 17. ibi *nu.* 2. aſſerit, quòd conſuetudine talis immunitas ſublata eſt, propter abuſus, qui inde exoriebantur) & huc alludit Ovid. *lib.* 3. *faſtor.*

Romulus ut ſaxo lucum circundedit alto,
Qutlibet huc, inquit, confuge: tutus eris.

Virgilius *lib.* 8. *Æneidos* ait

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer aſylum
Retulit.

De his plura apud Beyerlinck *verbo Aſylum*, Petr. Gregor. *ſyntag. jur. lib.* 33. *cap.* 21. & 22. & pleniſſimè, ac eruditè noſter Reg. Viloſſa *in tract. de fugit. cap.* 3.

In Palatiis delinquentes proprium Judicem ſortiuntur, Reg. Conſtant. *in d. l. unic. C. de Palatiis. n.* 15. Franc. *deciſ.* 458. *num.* 5. Caſtillo *deciſ.* 171. Altimarus ad Rovit *par.* 1. *conſil.* 58. *num.* 15. Latro *deciſ.* 155, *par.* 2. *num.* 2. ubi dicitur, quòd Auditor Generalis Exercitus cognoſcit de cauſis famulorum, qui Proregi inſerviunt: & quòd omnes, qui Regio Palatio ſerviunt, gaudeant foro belli, habetur ex Caſtillo *deciſ.* 140. *in fin. vol.* 2. 23

Non ſolùm in ipſo Palatio; ſed nec etiam circa, licet privatis habitare, *l. nulli, C. de offic. rector.* niſi his, qui ipſi Principi, aut Reipublicæ inſerviunt, *l. quicumque* 17. *C. de oper. public.* iſti autem admittuntur; quia ſunt ſpectatæ, & probatæ vitæ, Luca *per d. l. unic.* Conſtant. *in eadem l. unic. C. de palat. lib.* 11. *num.* 1. & 8. plura de hac re Maſtril, *de magiſt. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 179. & *cap* 9. *n.* 37. & *lib.* 5. *cap.* 3. *numer.* 69. & *ſeqq.* Bovadilla *in politica, lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 21. & *cap.* 5. *numer.* 58. & his relatis Solorzano *polit. Indian lib.* 5. *cap.* 13 *lit. N. pag.* 872. 24

Ad Palatium Principis arma nemo deferre poteſt, *cap.* 1. *ad palatium de pace tenenda*, & ibi Repetentes, Tiraquel. *in tract. de Nobilit. cap.* 20. *nu.* 73 Decianus *tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 3. *de prohib. uſ. arm. num.* 61. Conſtant. *ad d. l. unic. C. de palatiis, lib.* 11. *num.* 20. 25

Excubiæ ante Palatium fieri debent, & eas deſerens graviter punitur, *l.* 1. *ver quæres ff. de offic. Præfect. urb. l. qui excubias, ff. de re milit.* ubi Paulus I. C. enm qui excubias Palatii deſeruit, capite puniri reſpondit, & probat Ayala *de jure bel. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 2. Claudius Coteræus *de re milit. lib.* 1. *cap.* 37. plura de hac re Regens Matth. *de re crim. cont.* 77. *num.* 24. *cum ſeq.* D. Joſ. de Roſa *conſ.* 46, *num.* 30. 26

In Palatiis baptizari poteſt, *clement.* 1. *de Baptiſm.* Reg. Conſtant. *in d. l. unic. C. de Palat. nu.* 20. ut de filiis Regum, vel Principum advertunt Suarez, Vazquez, Silvius, Kelliſonius, Petrus à Sancto Joſeph, quos citat, & ſequitur doctiſſimus Cathalanus Vincentius Vinyals *to.* 1. *tract.* 2. *de Sacram. Baptiſmi, quæſt.* 12. *art* 2. *num.* 6. & alii communiter; ſolent enim Palatia habere capellam, ac Regios Capellanos, *cap. cum puella de privileg.* Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 11. Reg. Conſtant. *ad d. l. uni. C. de palatiis, n.* 21. *cum ſeqq.* de hac re Fagnanus *in cap. in his de privileg. nu.* 16. Altimar. ad Rovit. *par.* 1. *conſ.* 58. *nu.* 22. Caſtillo *deciſ.* 142. *vol.* 2. Latro *deciſ.* 155. *nu.* 2. qui agunt de eorum foro. 27

Profequitur præeminentias Palatii Principis Reg. Conſtant. *in d. l. unic. C. de palatiis, & domibus dominicis, & num.* 9. aſſerit in Regiis Palatiis alterius, quàm Principis imagines depingi, aut nuptias celebrari non poſſe, *num.* 12. ædificia adhærentia palatio diruì, *num.* 13. equos, vel currus in Palatio, quod habitat Princeps, non introduci, *num.* 29. in Palatio eſſe debere Aulas Regias, in quibus Judices juditia exercere, ac jus dicere poſſint, imò debeant *n.* 36. Palatia Regia præſcribi non poſſe, *nu.* 37. ſtationes vel ergaſteria, id eſt officinas mechanicas in Palatiis eſſe non debere, *nu.* 38. in Palatio tanquam in capite Civitatis accipi poſſeſſionem loci, ac imperii. *nu.* 39. in Civitatibus, in quibus non eſt Regia domus debere dari meliorem, & magnificentiorem loci. Et *nu.* 40. pro conſtruendo palatio, vel ampliando, privatorum domus pretio juſto capi poſſe, ac dominos ad vendendum cogi: de hac re Roſa cit. 28

Hinc ergo delinquentes, ac offendentes aliquem in Palatio Regio, graviùs plecti diximus: & his ultimo ſupplicio duos affectos vidiſſe refert Chaſſan. *in Cat. glor. mundi, par.* 5. *conſid.* 24. *numer.* 125. Reg Conſtantius *in d. l. unica, C. de palat. lib.* 11. *num.* 16. Baſilic. *d. deciſ.* 14. ubi *num.* 3. tradit juvenem Nobilem, cum alium Nobilem percuſſiſſet, & pugione vulneraſſet in Palatio Magiſtratus, amputatione manus, & perpetua relegatione fuiſſe punitum à ſcabinis, ex Carpzou. *par.* 1. *prax. crim. q.* 40. & anno 1569. ab eiſdem puerum coquinatum, qui in arce Principis coquum vulneraverat, ad privatam caſtigationem in carcere, & perpetuam relegationem adductum eſſe: & *n.* 4. ſubdit cuidam manum amputatam fuiſſe, qui dederat alapam in Palatio Neapolitano, 29

dum

dum præsideret Cardinalis Columna: & n. 7. recitat ortà ex accidenti rixà inter aurigas in atrio Regii Palatii urbis Panormi in parte inferiori ante ipsas militum excubias, quod ille qui alapam infixit, de mandato fuit tel egatus ad insulam per quadriennium.

30 Francis. Merlinus *controver. foren. cent. 1. capit. 66. num. 7.* refert Bononiæ condemnatum ad mortem quendam Gallum, qui in Palatio Papæ in rixa alapa percusserat alium; Altimarus (ex eodem Merlino) ad Rovit. *tom 1. consil. 57. n. 12.* recitat, condemnatos ad mortem fuisse quosdam, qui in Palatio Magnæ Curiæ in rixa occiderunt, ex relatione Doctoris Mastril Fiscalis.

31 Additionator ad Rovit. *in prag. tit. de custod. rer.* recenset, quod quidam Magnæ Curiæ actorum Magister, qui ab ejus famulo multis verberibus percuti mandavit quendam Doctorem ante Palatium Magnæ Curiæ, ex eo quòd volebat ab illo, ultra pandectam directus extorquere; & ad relegationem fuit condemnatus per quinquennium, & casum hunc etiam recitat Prato *resp. crim. 17. num. 49.*

32 Pariter iniuria illata in conspectu Prætoris dicitur atrox, Farinac. *quæst 105. n. 192.* Excellentissimus Crespi *observat. 2. n. 28.* Et in personam Præsidis absentis electi, & adhuc non admissi, in platea iniuria illata atrox etiam judicatur, Sanfelic. *lib. 1. decis. 63. num. 19.* Prato *responsi. fisc. 17. nu. 46.* qui tradunt fuisse condemnatum quendam nobilem, & relegatum in Castrum per quinquennium, eò quod verba iniuriosa in platea protulit in personam Præsidis absentis electi, nondum admissi ad exercitium officii. Unde quantò major, & gravior erit illata in palatio Principis, in quo omnibus securitas, refugium, & tutela patere debet, ex Bald. in *d. l. unica, C. de palat.* refert Basilic. *d. decis. 14. num. 3.* Mastril. *de Magist. lib. 3. cap. 9. num. 57.* Tapia *in constit. ut participatio n. 3. sub tit. de injur. etiam curial. illat. lib. 5 jur. Reg.* Merlin. *cont. foren. cent. 1. cap. 66. n. 3.* de gravitate delicti in Palatio, in ejus atrio, & circuitu, videndus Rosa *d. consult. 49 ferè per tot.*

33 Sed cur tam variè fuerit in his casibus judicatum? dicimus etenim delinquentem in his locis puniri pœna arbitraria, quæ extendi potest usque ad mortem, Ponte *de potestat. proreg. tit. 1. de provis. fieri solit. §. 2. numer. 15. & seqq.* Merlin. *contr. foren. cent. 1. cap. 56. numer. 7.* Basilius *decis. 14. numer. 2. & 4.* (ubi ex Farinac. *quæst. 105. num. 188.* & aliis probat hanc iniuriam posse puniri pœna arbitraria, non obstante remissione partis) Julius Caponius *tom. 1. disc. 42. num. 14.* ubi etiam ait, quòd si quis occidat in palatio ob aliquam causam non data opera, puniri non debet pœna ordinaria) Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap. 1. num. 43. & seqq.* Reg. Matthæ. *de re crim cont. 29. num. 55. & seqq.* unde ex circunstantiis in citatis exemplaribus variæ arbitratæ fuerunt pœnæ.

34 Prout etiam generaliter est certum, quòd in qualibet iniuria habetur ratio circunstantiarum loci, facti, temporis, vel personarum; Quint. *lib. 6. instit. oratoriar. cap. 1. de conclus. seu peroratione* inquit, quòd atrocitas crescit ex his, quid factum sit, à quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo, & si pulsatum querimur, de re primùm ipsa dicendum, si senex, si puer, si magistratus, si probus, si bene de republica meritus etiamsi percussus sit a vili aliquo, contemptoque, vel ex contrario à potente nimium, vel ab eo, à quo minimè oportuit; & si die fortè solemni, aut iis temporibus cum judicia ejus rei maximè exercentur, aut in solicito Civitatis statu; item in Theatro, in Templo, in concione; crescit invidia, & si non errore, nec ira, vel etiam si fortè ira sed iniqua, quod parti adfuisset, plurimum tamen affert attrocitatis modus, si graviter, si contumeliosè, ut Demosth. ex parte percussi corporis, &c. & favet Paulus *lib. 5. sentenr. tit. 4.* ibi: *Atrox iniuria æstimatur, aut loco, aut tempore, aut persona; loco quoties in publico irrogantur, tempore quoties inter diu, personæ quoties Senatori, vel Equiti Romano, Decurioni, vel aliàs spectatæ auctoritatis viro, & si plebejus, vel humili loco natus Senatori, vel Magistratui, vel Ædili, vel Judici, cuilibet horum, vel si his omnibus plebejus;* ut hæc omnia recitat Valenzuela *cons. 142. n. 47. & seqq. & num. 139. & seqq.* (ubi latissimè agit de iniuria facta in Ecclesia, & loco, cui reverentia debetur) Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap. 1. n. 43.* plenè Gomez. *var. 3 cap. 6. num. 4.* & ibi Aylon. *num. 5.* Farinac *in prax. quæst. 109. numer. 175 cum seqq. & consil. 41. numer. 9. & seqq.* Pichard. *in §. atrox, instit. de iniur.* Prato *responsi. crim. 49. a num. 36.*) ubi agit de pœna offendentis cursorem Regis, vel ejus servitium impedientis in via publica.

Ex circunstantiis tamen, quibus augetur delictorum 35
gravitas, est locus, *l. aut facta §. locus, ff. de pœnis*, Merlin. *cent. 1. cont foren. c. 56. num. 1. & seqq.* Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. d. c. 1. n. 43.*

His ponderatis iam non dubitatur, delato ex loci cir- 36
cunstantia pœnam statutam in Regiis edictis augendam esse; sed qua veniret plectendus, cum delictum non esset infamatorium: & fustigationis pœna irrogari tantùm soleat infamibus, Peg. *in prax. cap. 12. §. 14. nu. 1.* Bajard. ad Clarum *q 70. num. 4. & 5.* Fontanel. *de pact. nup. c. 4. glos. 14. num. 104.* nec solet, nec debet infligi, Fontanel. *d. c. 5. glos. 5. p. 2. n. 2.*

Attamen in facto hoc singulari, in quo aperta non 37
fuit consuetudo pœnam indicendi, considerata admodum fuit conditio infirma inquisiti servi perpetui, seu mancipii, cujus propria pœna est fustigationis, Osualdus *lib. 8.* ad Donel. *c. 8. lit. T.* & antea *lib. 2. com. cap. 9 lit. T.* & liquet *ex l ultima. ff. de iniur. l. in servorum persona 10. l. capitalium 28. §. 2. ff de pœnis*, & *ex Const. 1. & 2. tit. de prohibitio de armas*, ubi imponitur pœna fustigationis portantibus arma prohibita, considerata qualitate corũ.

Non fuit tunc conclusum in causa; quia extitit con- 38
tentio jurisdictionis orta inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam Sæcularem Regii Concilii Criminalis ex alia, occasione firmæ juris factæ in Curia Ecclesiastica per Abbatem Brea assertum Abbatem Abbatiæ fundatæ in Oratorio Sancti Michaelis de Alascio Ripariæ Genuensis super repetitione dicti Joannis Baptistæ, ut prætendebatur, seu mancipii Abbatis, cujus fori Ecclesiastici privilegio gaudere exponebat; quia famuli perpetui Ecclesiarum, Ecclesiasticarumque personarum, qui propriè dicuntur servi, fori privilegio gaudent, tanquam bona, & res Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum, Xam. *rer. jud. def. 28. numer. 30. par. 1.* Ferrer. *obser. 3. par. cap. 204.* Fontan. *decis. 336. numer. 5. par. 2.* cum infinitis. Reg. Cortiada *dec. 8, num. 118.*

Atverò, quia docere non potuit Abbas de titulo, & 39
jure Abbatiæ, nec de statu servili Joannis Baptistæ, ejusque dominio: die 22. Novembris 1667. per Regium Cancellarium Nob. Franciscum Bernard. de Pons, intervenientibus Senatoribus Regiis Rull, Tristany, Didaco de Ferrer, Josepho de Ferrer, fuit declaratum non esse locum repetitioni de persona dicti Joannis Baptistæ.

Observata fuit regula, qua docemur, quòd privile- 40
gio fori Ecclesiastici non gaudet, nisi qui habet beneficium Ecclesiasticum, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inservit, vel clericalem habitum, & tonsuram deferens, degit, vel versatur in seminario, vel in schola de licentia Episcopi, ut disponit S. C. Tridentinum *sess. 23. de reform. capit. 6.* Barbosa pluribus citatis super eo textu, Fagnanus *capit. si quis de for. compet. numer. 40. & seqq.* Rodoer. ad Marinis *resol. quæt. lib. 1. capit. 56.* ex Salzedo, Gutierrez, Gonzalez, Garcia scribit Rovit. *disc. 55. numer. 4.* Cardinalis Luca *in Theatr. veritat. de foro compet. discu. 55. & in supplem. lib. 16. par. 1. de jurisd. dec. 112.* amplissimè, & doctissimè noviter Nobilis Regens Cortiada *dec. 128. cum pluribus seqq. par. 3.* ubi singulariter Sacri C. Trident. requisita pro privilegio fori Ecclesiastici expendit, & modus probandi clericatum declarat. Hanc declarationem contentionis, & ejus fundamenta recitat Regius Senator Tristany *decis. 10 numer. 123. cum seqq.* Pro ea scripsi juris discussum, quem edidi pro repetitione servi, sed succubui in facto ex defectu probationis, ut hic breviter expressatur.

Die 23. Novembris 1667. in R. C fuit conclusum, 41
quòd dictus Joannes Baptista fustigetur per loca solita, &c. cum dicto instrumento manuali in ejus collo appenso, & ad servitium regiarum triremium remigando per septennium; & quia erat convictus, & confessus, fuit denegata supplicatio, scriba Badia, Relatore Nob. Josepho de Balaguer, ibi: *In facto Fisci P. R. C. contra Joannem Baptistam à nativitate sua maurum, ut asseruit, servũ delatum, & inculpatur de portu instrumenti*

ma-

manualis parvæ mensuræ, vulgò pistola, *cum duobus cannis, & duobus fuconibus, cum quo die decimanona mensis Augusti proximè præteriti inter secundam, & tertiam horas post meridiem fuit apprehensus in scalis Palatii suæ Excellentiæ domini Locumtenentis Generalis, facta relatione per Balaguer, meritis processus attentis, aliàs fuit conclusum, quòd dictus Joannes Baptista condemnetur quod fustigetur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ cum dicto tormento manuali, vulgò* pistola, *in collo appenso, & ad servitium Regiarum triremium remigando per septennium.*

DECISIO LIX.

ARGUMENTUM.

Frangens exilium, per pactum cum Fisco susceptum, ipse, vel ejus fidejussor potest molestari, & pœna contraventionis plecti, etiamsi non fuerint apprehensus, si fuerit convictus, quòd exilium non servaverit; Ubi etiam, quòd pœna imposita pro delatione armorum incurritur ex sola delatione; quamvis transgressor cum eis non capiatur, si prohibitio se extendat ad eos, qui arma detulerint, retinuerint, vel domi habuerint: ac etiam quando dicatur lis conteta licèt non precesserit interrogatio Judicis, nec Rei responsio, plenè pertractatur.

SUMMARIUM.

1 *Factum.*
2 *Sine contestatione litis non procedit judicium criminale, & num. 3. & 4.*
5 *Interrogatio Rei est litis contestatio, nec licet judici reum interrogare, nisi delicto, de quo est diffamatus, vel indicia, vel semiplena probatio subsint.*
6 *Solum requiritur, quòd reus interrogetur super facto, & super accusatione, vel denuntiatione, non autem super pœna; quoniam est articulus juris.*
7 *Sat est; quòd reus respondeat in defensionibus super delicto, ut dicatur lis contestata.*
8 *Defectus citationis suppletur, si pars citanda interrogatoria dederit; cum tunc impleatur finis, & effectus citationis.*
9 *Quòd ut exiliatus incidat in pœnam exilii, non sufficiat, quòd fuerit visus in loco exilii, sed requiratur apprehensio, prima est opinio, & n. 10.*
11 *Alia est opinio, quòd sufficiat, quòd fuerit visus, & hæc sequitur.*
12 *In omnibus delictis de generali consuetudine procedi potest per inquisitionem.*
13 *Fiscus agens ad pœnam contraventionis, debet probare contraventionem apertè.*
14 *Exiliatus imputatus per duos testes indebitè de contraventione, potest negativam probare.*
15 *Ponderatur inconveniens contrariæ opinionis.*
16 *Pœna imposita pro delatione armorum, si probatio sit simpliciter prolata, non incurritur ex sola delatione; sed requiritur, quod transgressor cum eis deprehendatur, & capiatur; at si prohibitio se extendat ad eos, qui arma detulerint, gestaverint, retinuerint, vel domi habuerint, sufficit, quòd quis sit convictus arma portasse, vel domi habuisse.*
17 *Diversa est quæstio, an prohibitio simplex delationis armorum incurratur ex sola delatione; an requiratur, quod transgressor cum armis deprehendatur; ab illa an frangens exilium per pactum acceptum, debeat in fractura deprehendi, an sufficiat de illa convinci, & n. 18.*
19 *Refertur opinio conciliatrix superiorum, & num. 20.*
21 *Senatus noster juxta ea quæ proponuntur, dubia dispungit, & decidit.*
22 *Est perpetuò certum, decisiones nostri Senatus dici super puncto principaliter disputato, non quod incidenter, & extrinsecè, & ad decisionis ornatum expenditur.*
23 *Doctorum assertis non standum, nisi in his quæ ex professo quæstionem examinando resolvunt, non super his quæ per summoriè, & per transennam.*
24 *Fiscus non tenetur probare contraventionem exilii, quando quis promisit illud servare sub aliqua pœna; quia sufficit tunc Fisco negare promissionem fuisse impletam, & tibi decisio Senatus in causa.*

DIE 14. Novembris 1670 referente Nob. Hieronymo de Magarola, scriba Badia: Maria N. aliàs Maria de Vich, quia non servavit pactum exilii, quod voluntariè suscepit, à Vicaria Barcinonæ per quinquennium, fuit condemnata, quòd fustigaretur, & banniretur per quinquennium; quæ erat pœna sibi imposita in casu contrafactionis: de lenocinio impetita fuerat. 1

A dicta sententia supplicavit dicta Maria, & in causa supplicationis tria fuerunt dubia orta. Primum, an ex quo per Judicem non fuerat interrogata de pœna fustigationis in casu violationis exilii, esset lis contestata cum inquisita super pœna, cum hæc tantùm fuerit interrogata, an servaverit exilium per pactum ab ea susceptum, & ubi habitaverat de tempore exilii; sine contestatione autem litis non procedit judicium criminale, nec reus damnari potest de his, in quibus non fuit lis contestata, Fontanel. *decis.* 499. *num.* 8. *& seqq.* 2

Et licèt in causis criminalibus litis contestationem non servari scribat Anton. Blanc. *in prax. crimin. §. mortuo homine, sub n.* 6. quem refert Clarus *in prax. quæst.* 45. *num.* 2. ubi distinctionem refert, Guido Pap *dec.* 143. *num.* 4. Marc. *decis.* 768. *num.* 6. *tom.* 2. Petra *in ritu* 48. *num.* 4. Tapia *in obser. ad cap. detestantes, lib.* 3. *Reg. Neapol. sub tit. de sum. judic.* Donad. *tom.* 1. *de renunc. cap.* 32. *num.* 235. Gallup. *in prax. S. R. C. p.* 2 *cap.* 16. *num.* 5. quos recitat Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 4. 3

Attamen est indubitatum, in criminalibus pro validitate judicii necessariam esse litis contestationem, Vivius *decis.* 310 *num.* 13. *lib.* 2. Gail. *observ.* 75. *num.* 1. *usque ad num.* 4. *lib.* 1. Farinac. *in prax. q.* 10. *num.* 55. Canc. *var.* 3. *cap.* 16. Scialoya *in prax torq. reos, cap.* 6. *nu.* 1. *& seqq.* Latro *dec.* 121. *num.* 27. ad finem veritatis indagandæ, & ex proprio ore ipsius Rei eam habendi, Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *d. cap.* 2. *num.* 5. 4

Capto igitur reo legitimis existentibus indiciis, Judex motivum interrogandi sumere debet, Farinac. *in prax. quæst.* 81. *num.* 15. Zuffus *de legit. proc. quæst* 184. *num.* 5. Majorana *d. cap.* 2. *num.* 2. nec licet judici reum interrogare nisi de delicto, de quo est diffamatus, vel indicia, aut semiplena probatio præcedant, Peg. *in prax. crim. cap.* 12. *§* 8. *num.* 7. diximus *par.* 1. *decis.* 16. & per interrogationem Rei fiet litis contestatio quæ interrogatio est pars substantialis inquisitionis, Peg. *d. cap* 12. *§* 5. *in princ.* ubi consulit, quòd statim capto reo (cum diffamatione tamen, vel legitimis præcedentibus indiciis, & non aliàs, ut vidi multoties errari) quam primum possit, ne in negativa se ponat reus ab aliis instructus, fiant interrogationes, Fontanel. *dict. dec.* 499. *num.* 12. 5

Ad cujus dubii solutionem duo fuerunt allegata. Primò, quod in contestatione litis in criminalibus solum requiritur, quòd reus interrogetur super facto, super accusatione, vel denuntiatione, Cancer *par.* 3. *cap.* 16. *num.* 3. & per eum citati; non autem requiritur, quod interrogetur super pœna, quoniam est articulus juris, super quo nec reus debet interrogari, nec tenetur interrogationi respondere, Guaz *def.* 20. *cap.* 11. qui *num.* 2. dicit, quòd reus non debet dicere, an sit, vel non sit culpabilis; sed tantùm tenetur super serie facti respondere, an fecerit talem rem. 6

Secundò, ex doctrina Giurbæ *consil.* 53. *n.* 21. quem sequitur Fontanell. *tom.* 2. *dec.* 500. *in princ.* dictum fuit; reum in suis defensionibus de criminibus loquutum fuisse, tam de pacto, quàm de pœna, & de omnibus defensiones proposuisse; ideòque satis contestatam fuisse litem: & ita fuit decisum. 7

Ad id faciunt, quæ de citatione docemur, cujus defectus sanatur, si pars citanda interrogatoria dederit, cum tunc impleatur finis, & effectus citationis, Caval. *dec.* 322. *num.* 6. Burat. & *addit. dec.* 118. & 506. Roca *recent. par.* 11. *dec.* 187. *num.* 31. & his allegatis Cardinal. Luca *in theat. verit. lib.* 15. *de judiciis, disc.* 32. *nu.* 24. 8

Aliud fuit dubium, an ut exiliatus incidat in pœnam exilii, sufficiat, quòd fuerit visus in locis prohibitis, an ve- 9

an verò requiratur, quòd fuerit apprehensus, & carceratus, ut ipse, vel ejus fidejussor molestari possint.

10 Prima opinio est, quòd requiritur apprehensio, quam defendunt Marinis *lib.1. cap.116.* Novarius *quæst. foren.3. par 1. & de gravam. vassal. to 2. gravam.77* Costa *consil.93.* Visconti *in conclus. juris verbo exiliatus* Basilicus *dec 24. num.8.* Vivius *dec.105.* Mele *in addit.* ad Giz *dec.23. num.38.* (ubi aliter servari in hoc Regno Cathaloniæ refert) Zuffus *ad Const. Barba. num.99. & seq.*

11 Secunda opinio tenet sufficere esse visum exiliatum in locis prohibitis; licèt non sit apprehensus; cujus opinionis Antesignanus est Peg. *decis.90.* qui idem supponit *decis.41. in princ. & num.3.4. & 9. & in prax. cap.12. §.15. num.9.* Marius Mutta *dec 63. per totam*, maximè *à num.* 11. & 18. Novarius, qui *dicto gravam.77. tom.2.* integram, & doctam allegationem contra se affert pro hac opinione, Conciol. *resol. crimin. ver. Exilium resol.2. in notis*, *num.3.* latè & doctè.

12 Fundamenta hujus opinionis expendit Conciol. citatus, & movetur auctoritate, & ratione quidem; quia hodie in omnibus delictis de generali consuetudine procedi potest per inquisitionem, Bottius *in prax. de inq. num.8.* Chartar. *in prax. inter reos lib.1. cap.2. num.10.* Clarus *§. fin. quæst.3. ver. Quidquid sit de jure*, Farinac. *in prax. quæst.1. num.10.* Cabal. *resol. crim. cas.114. num.* 10. *& seq.* idem Conciol. *resol. crim. ver. Inquisitio resol.1.* & *Nos discis.1. num.1. par.1.*

13 Auctoritate, Farinac. *in frag. crim. lit. B. num. 67.* Guaz. *defen.33. cap.27.* Cyriac *contro.101. num.3.* docentium Fiscum agentem ad pœnam contraventionis exilii, debere probare contraventionem; apertè igitur sententium, non requiri apprehensionem, prout terminanter ita tenent reliqui supracitati.

14 Nec obstare rationes, & auctoritates in contrariam opinionem allegatas, scribit Conciol. *ibidem.* Primò quòd si contraventio probaretur per testes, posset sequi calumniæ probando per testes contraventionem, absque eo quòd exiliatus posset probare negativam, Marinis *lib.1. d. resol 116. num.2.* Quia respondet, quòd si vera foret illa ratio, in omnibus ferè delictis requireretur apprehensio Rei, cum etiam de furto, de percussione, & similibus possent deponere calumniosè duo testes, ut patet; & nescit videre, quomodo exiliatus imputatus per duos testes indebitè de contravention, non possit per alios duos testes probare negativam, saltem coarctatam de loco, & tempore.

15 Ampliùs docet retorquendum esse illud argumentum; quia si exiliatus non posset puniri de fractura exilii, nisi fuisset captus à birruariis, sequeretur, quòd ipse posset exilium frangere, præcipuè, ubi non adest copia birruariorum, etiam in faciem ipsius judicis, in contemptum justitiæ, quod nullo modo est dicendum.

16 Nec obstat consideratio, quòd pœna imposita pro delatione armorum, si prohibitio simpliciter sit prolata, non incurratur ex sola delatione, sed requiratur, quòd transgressor cum eis deprehendatur, & capiatur; at si prohibitio se extendat ad eos, qui arma detulerit, gestaverint, retinuerint, vel domi habuerint; tunc prohibitio eos comprehendat, & sufficiat, ut legitimis probationibus quis convincatur arma portasse, gestasse, vel domi habuisse, ex Bart. Clar. Menoch. Azeved. Sole. Bovadilla, Riccio, Covar. Gutierrez, Cenedo, Scaccia, Thoro, Farinac. Cævallos, Diaz. de Mena, Gam. Guaz. Muscat. Giurba, Sanfel. Mutta, Novar. Solorz. Vela Vico, ex Peg. *dec.55. par.1.* Xammar. *de offi. Judic. par.1. quæst.11. à num.98.* Despujol. ad Mier. *in Const. Hac nostra*, *num.14. & 15.* probat Regens Cortiada *dec. 71. num. 26.* ubi in hoc Principatu cum id præventum habeamus in Regiis prænconizationibus, ideò docet ea intrepidè in Senatu observari, ubi exemplaria recitat, & nos diximus *dec.7. num.64.* Valenzuela *consil.52. num.40.* Dom. Don. Christophor. Crespi, & de Valldaura *obser.4. nu.253.* Scapa *de jure non script. cap.161. num.13.* Bellonus *consil.49. num.4.* Prato ad Muscatel. *tit. de cognit. seu probat delic. rub de prohibit. armor. aspor. ad num.8. & respons. crim.9. ex num.49.* Marta *de jurisd. par.4. cent.1. cas.7. num.8.* Novar. *quæst. forens.3. ex num.1. tom.1.* Rovitus *in prag. num.7. de armis*, Latro *dec.78.* & ibi his, & aliis allegatis Mansrella, qui non esse recedendum ab hac communi sententia asserit, ut Nos non recedimus, quidquid dicant Conciol. *resol. crim.11. verb. arma*, & alii ab ipso allegati, *& in statutis Eugubii*, *lib.4. rub.37.* ubi ejus Additionator Romaguera, *num.6.* disposita in nostris Regiis prænconizationibus adducit.

Nam responderi potest, quòd quæstio illa diversa est ab occurrenti, ut agnoscit Conciol. *resol. crim.2 verb. exilium, in annot. n.3.* & patet; nam ad pœnam conventionalem assequendam, sufficit Fisco allegare in observantiam pacti, ut infra probatur, quando eget manifestà probatione ad convincendum reum in delicto delationis armorum. 17

Et ulterius consideratur, quòd delictum delationis armorum in eodem actu perficitur, & finitur, quando non proceditur ad damnum, quod cum illis exequitur, veluti homicidium, vulnus, & alia crimina; atverò delictum fracturæ exilii tractum habet successivum, & influit in grave damnum publicum, ut tradit Salzedo *de contraban. cap.5. num.18.* 18

Alia est opinio superiorum conciliatrix; quòd vel imponitur per statutum pœna contra illum, qui fuerit inventus, vel repertus in maleficio; & tunc requiritur flagrantia ex Cevallos *commun. contra commun. quæst. 651.* aut per statutum prospicitur inobservantia facti; & tunc sufficit constare de contraventione, ut quis condemnari possit, Capiblanc. *de Baronibus cap.34. tom. 2. num.1.* adducens Rippa *de peste tit. de remed. ad conserv. ubert. quæst.9. ver. Nono quæro*, *ex num.103.* prædicta confirmans ex eo; nam sententia exilii, quando à parte acceptatur, illa hæc juramento se obligat servare fines exilii juxta sententiam, unde quoties non paruisse constat, exequi potest pœna à sententia indicta, & à parte acceptata. 19

Rem hanc cum Doctoribus citatis prosequitur Prato *in respons. crim.9. num.37. cum seqq.* qui inde concipit differentiam inter casum, quo quis cum juramento se obligavit ad observantiam exilii; & casum, quo fuit processum per viam mandati, nec illud observare quis se astrinxit, ut primo casu (is est, qui in facto contingenti fuit decisus) sufficiat probare contrafactionem; in secundo debeat de flagrantia constare; Hæc sunt verba Prat. *num.41. Etenim (licet magna apud me fit authoritas Dom. Blanc. viri sanè eruditissimi) attamen in satis diverso casu loquitur, nempe in eo qui sententiam eludere tentavit, & voluntariè sub juramento se obligavit, quo in casu loquitur Peguera dec.90. ab ipsomet adducta in casu autem nostro nulla fuit voluntaria obligatio, seu promissio; sed tantum fuit processum per viam mandati, minimè ab Onuphrio subscripti, & sic ex diversis non benè infertur, l. Papinianus exuli, ff. de minoribus.* 20

Senatus noster semper colendissimus, casum in quo imputata de inobservantia pacti voluntariè accepti fuit convicta, concertavit: nec extra eos terminos quæstionem susceptam definivit; admittendo sufficere pro pœna contrafactionis pacti exilii, ream convictam esse de contraventione, licèt in flagrantia non fuerit reperta; sed non inde inferri rectè potest, etiam terminasse, requiri flagrantiam in casu, quo per sententiam fuit indicta pœna exilii, à reo non acceptata; nam casus iste magnæ discussionis judicatur, quando DD. tantæ auctoritatis, quos supra citavimus, illum dispungunt, & tam dubiè resolvunt: neutiquam enim Senatus noster Doctorum conflictum extra propositum definit; ut Sævola l. C qui factis respondebat secundùm illa quæ proponebantur, *l. Athales servus 14. ff. ad leg. Cornel. de falsis*, *l. creditor 28. §. jussus 1. ff. de appellat. & relat.* ac passim observant sacræ Congregationes, & de S. C. Trident. animadversum scribit Fagnanus *in cap. si quis de foro compet. num. 59. ver. Super.* 21

Prout etiam perpetuò est certum & rationabiliter quidem, decisiones nostras dici solùm super puncto principaliter disputato, non in his quæ incidenter, extrinsecè, & ad decisionis ornatum expendi contingunt, & semper Rota protesta est, ut apud Seraphin. *dec.299. in fin. & par.7. recent. dec.17. num.9. & part.11 dec.196. num.38.* Cardinal. Luca *in theat. veritat. de cambiis, disc. 1. num.7. in fin. & num. seq. & de servit. disc.80. num.7. & de præeminent. disc.7. num.13. de testam. disc.73. num.25. & seq. & de emp. & vend. disc.41. num.8.* 22

Nec ulterius, Doctorum assertis statur, nisi in his quæ ex professo quæstionem examinando resolvunt, non super illis, quæ nullo judicaturæ exemplo adducti, aut ut judicato, per transennam, & perfunctoriè rem olfaciendo, quo in casu illis non est annuendum. Abbas *in cap. bonæ el 2. nu.30. de Postul. Prælat.* Fulgos. *consil.101 num.3.* 23

*n.*3. Nevizan. *in sylv. nup. lib.*5. *n.*29. Alciat. *de præsump. reg. l.* 1. *præs.*51. *& lib.*4. *Parerg. jur. cap.*17. post Decium *consil.*481. *in fin.* Menoch. *consil.*51. *num.*53. *& seq. lib.*1. *& consil.*240. *num.*58. Rovi. *cons.*21. *num.*1. *& dec.*20. *num.*11. Prato *resp. crim.*33. *num* 25. *& resp.*37. *n.*23. Rubeus *de valid. legal. cap.*56. *num.*69. Galeot. *resp.*13. *num.*46.

24 Tertium fuit dubium, an Fiscus teneretur probare inobservantiam exilii, Conciol. *res. crim.* 2. *verb. exilium. num.*3. dixit, Fiscum agentem ad pœnam exilii contra exiliatum, seu relegatum, ob fracturam exilii, seu relegationis, plenè teneri probare contraventionem, & fracturam ut fundamentum suæ intentionis, ex Bartol. Marsil. Gomez. 3. *cap.*8. *sub num.*2. Farinac. *in frag. crimin. lit. B. n.*97. Guaz. *def.*33. *d. cap.*27 *num.*27. At idem Conciol. *ibid. num.*5. ex Pacian *de probat.* Farinac. *Frag. dict. lit B. uum.*98. & Guaz. *def.*33. *dict. cap.*27. *in fine* limitans in eo, qui promisit sub aliqua pœna servare exilium, seu relegationem: quia tunc Fisco sufficit negare promissionem fuisse impletam, per quam negationem transfertur onus probandi implementum promissionis in eum, qui promisit: quæ doctrina placuit Regiis Senatoribus, & sic fuit confirmata sententia in causa supplicationis, Relatore Nobili Josepho Ferrer, & Vinyals die 14. Januarii 1671. de hac decisione me citato *par.*1. *dec.*13. *in fin.* scribit Nob. Bonaventura de Tristany *dec.*21. *tota.*

DECISIO LX.

ARGUMENTUM.

De receptatoribus, & fautoribus delinquentium, & eorum pœnis, & quibus ex causis ab illis excusentur; ad intelligentiam diversarum Constitutionum sub *tit. de fautor.* Et de pœna demolitionis domorum, ad quas se retrahunt ejecti à pace, & treuga, & de eadem pœna contra committentes crimen læsæ Majestatis: & an ad Judicem delicti principalis pertineat cognitio delicti receptantium, ne continentia causæ dividatur.

SUMMARIUM.

1 *Si receptatores delinquentium non essent, refrænaretur audacia delinquendi.*

2 *Receptatores sunt, qui auxilium præstant, dando, vel dari faciendo arma, vestes, pulverem, pilas plumbeas, alimenta, medicamenta, aliaque necessaria, dum auxilium quoquo modo præstando, receptare dicantur, ubi alia explicantia, qui sint receptatores.*

3 *Etiam receptare dicitur, qui publicum latronem omittit capere.*

4 *Receptati etiam dicuntur delinquentes, nedum qui fuerunt in agro, aut domo absconditi, & recepti, sed etiam alii.*

5 *Receptare est frequenter recipere, sicut latitare, sæpius latere.*

6 *Sufficit semel receptare cũ dolo, ut receptator puniatur.*

7 *Ut puniri possit receptator, vel fautor, requiritur scientia.*

8 *Qualis debeat esse scientia, ut receptator puniatur ad pœnam ordinariam, vel extraordinariam.*

9 *Contra illos, qui alimenta præstant eis, qui pacem publicam perturbant, proceditur per provisionem capturæ; & servata forma processuum via ordinaria.*

10 *Decisio Senatus.*

11 *Alia decisio Senatus.*

12 *Traditur forma procedẽdi contra receptatores, & fautores ejectorũ à pace, & treuga, ad effectum eiciendi receptatorem, & fautorẽ à pace, & treuga, & n.*13.

14 *Prosequitur forma procedendi contra receptatores, & fautores ejectorum à pace, & treuga, non ad eos eiciendum à pace, & treuga; sed ad eos punirẽdum via ordinaria: ubi solùm postulatur notificatio, & publicatio ejectorum, à pace, & treuga per regia præconia.*

15 *Publicatio cum banno registrari debet in processu; quia in eo consistit corpus delicti.*

16 *De jure communi receptatores puniuntur eadem pœna, ac ipsi malefactores principales.*

17 *Puniendos esse pœna extraordinaria probatur.*

18 *Apud nos etiam est pœna arbitraria, quæ extendi potest usque ad pœnam mortis inclusivè.*

19 *Ejecti à pace, & treuga possunt impunè occidi, non verò banniti.*

20 *Ejecti à pace, & treuga dicuntur inquietatores pacis, inimici, & hostes publici, Regis proditores, & contemptores justitiæ.*

21 *Ejecti a pace, & treuga, tolerati impunè occidi non possunt, ubi remissivè de effectibus tolerantiæ officialium in delicto delationis armorum reprobatorum.*

22 *Nec per filios, & uxorem possunt occidi ejecti a pace, & treuga.*

23 *Nec in Ecclesia, quia severiùs puniuntur tanquam violatores Ecclesiæ, & immunitatis Ecclesiasticæ.*

24 *Neque jam capti.*

25 *Quæ pœna sit statuta in Regiis præconizationibus contra receptatores ejectorum à pace, & treuga, latronum publicorum, & facinorosorum.*

26 *Contra receptatores, & fautores latronum publicorum, ad eos puniendum pœna dispositа in Regiis præconizationibus, proceditur via ordinaria.*

27 *Pœna demolitionis domorum, Castrorum, mansorum, & aliorum locorum, ubi receptantur ejecti à pace, & treuga, & inimici, & acuydati suæ Majestatis, traditur.*

28 *Decisio Senatus.*

29 *Præcedere debet Informatio, & declaratoria; & ab ignis appositione abstinendum est, cum Senatu junctis tribus Aulis.*

30 *Demoliri non possunt domus, quæ sunt sub alterius allodio, vel feudo.*

31 *Interest Reipublicæ, ne civitas ruinis deformetur; prout è converso interest Reipublicæ, ut Civitates ædificiis adimpleantur, & ornentur.*

32 *Urbium denominatio, & magnitudo sumitur ex ædificiis insignibus, & inde infertur ad animi magnitudinem in ædificantibus.*

33 *Interest Reipublicæ, ut delinquentium domus demoliantur, ob criminum detestationem.*

34 *Civitates rebelles puniuntur pœna aratri, & dissolvuntur muri.*

35 *Devastari debent domus, in quas hæretici se conveniunt, & se retrahunt.*

36 *Domus Rei criminis læsæ Majestatis in primo capite demoliri debent, & num.* 39.

37 *Pœna demolitionis domorum habet locum in atrocissimis delictis.*

38 *Domus occisorum Andreæ de Isern. Reg. Consiliarii fuerunt demolitæ, & contra occisores Cardinalium illa pœna practicatur.*

40 *Excusantur à pœna receptatorum, qui metu, vel vi receptant.*

41 *Sufficiunt minæ, vel armorum usus, etiamsi arma deferens illis non utatur, ut quis metu receptasse dicatur & in dubio ita judicandum est.*

42 *Excusantur etiam habentes animalia in campanis, si dent victum bannitis; quia præsumuntur coacti hoc facere, & qui multitudini irruentium cibum præstant, pariter excusantur, sed superioribus est denuncianda involuntaria receptatio.*

43 *Excusantur etiam receptantes bannitos, vel dantes illis cibum, & potum in ruribus, & casalibus parvis, ubi remissivè de receptante bannitum transeuntem.*

44 *Excusantur etiam hospes, caupo, aut stabularius; & quomodò.*

45 *Ac uxor quæ receptat maritum, ubi de patre, & matre aut uxore receptante maritum, vel filium cum re furtiva scienter.*

46 *Amasia bannitum receptans punitur pœna minori, & quid, quando est particeps sceleris.*

47 *Excusantur pater, & mater receptantes filios bannitos, & è contra.*

48 *Puniuntur affines, vel consanguinei pœna extraordinaria, qui receptant consanguineum, vel affinem bannitum.*

49 *Receptantes bannitos toleratos excusantur.*

50 *Pœnæ statutæ contra auxiliantes bannitis, non habent locum in auxilio illis præstito per viam judiciariam.*

51 *Rece-*

51 *Receptatores delinquentium, a quo Judice puniantur, controvertitur inter DD.*

52 *Ad R. C. Conc. spectat cognitio receptantium, quando coram eo pendet causa delinquentis principalis.*

53 *Etiam denegatur remissio causæ ad inferiorem de ejus subditis, quando contra consocios adest causa coram superiore.*

1 SI receptatores delinquentium non essent, refrænaretur audacia delinquendi, ut expressit *tex. in l. servo* 12. *C. de agric. & censit. lib.* 11. non enim absque illis diu latere possent, *l.* 1. *ff. de recep.* Roccus *de offic. rub.* 15. *nu.* 69. quæ ratio movit D. Regem Ferdinandum Secundum in Reg. Prag. data Burgis 11. Decembris 1611. quæ est in ordine 1. *tit. de fautor. in* 2. *vol. Const.* ad prohibendum receptare ejectos à pace, & treuga.

2 Receptatores sunt, qui auxilium præstant, dando, vel dari faciendo arma, vestes, pulverem, pilas plumbeas, alimenta, medicamenta, aliaque necessaria; dum auxilium quoquo modo præstando, receptare dicantur, Giurba *consil.* 28. *nu.* 3. & 4 post Muscat. *in prax. crimin. tit. de recep. malefact. nu.* 27. *cum seq.* Novar. *sup. prag. de recep. in rub. collec.* 1. Foller. *in ver. banniantur. n.* 9. *cum seqq.* Riccius *de pub. judic. in specie, q.* 34. *nu.* 4. & 5. Majorana *in opoprax. cri. cap.* 12. *lib.* 1. *n.* 23. Severini *in addi.* ad Sanfel. *decis.* 343. *ver. & dum*, ubi addit receptare esse, si bannitis auxilium præstaretur, ad eorum dispectum, & fugam; vel si eis daretur notitia de toto eo, quod per justitiam contra eos decernitur, & tractatur. Et disposuerat D. Rex Ferdinandus Secundus *in d. prag cap.* 4. *sub tit. de fautor. in* 2. *vol. Const.* per illa verba: *E axi mateix provehim, que no sia algu, qui als dits malefactors querelats, ò gitats de pau, y treva publicats gozen donar ò fer donar per si, ò per interposadas personas, ò ab qualsevol art sian, ò manera, directament, ò indirecta, armas, diners, robes de vestir, ò de lit, ò sosteniment, ò consell. favor, è ajuda.* Hoc est: *Sic similiter providemus, ne sit aliquis, qui dictis malefactoribus querelatis, aut ejectis à pace, & treuga publicatis, audeat dare, aut dare facere per se, aut per interpositas personas, aut quavis arte sit, aut modo, directè, aut indirectè, arma, pecunias, indumenta vestiendi, aut cubandi, aut dictum, aut consilium, favorem, aut juvamen.*

3 Etiam receptare dicitur, qui publicum latronem omittit capere, Peguer. *in prax. crimin. c.* 20. *n.* 1. Prato *respons. crimin.* 50. *n.* 42. qui id probat *ex c. quantæ præsentationis* 47. *extra de sentent. excom.* ibi; *Eos delinquentes favere interpretamur, qui cum possint, manifesto facinori desinunt obviare*, faciunt per me tradita *decis.* 35. *numer.* 13.

4 Receptari etiam dicuntur delinquentes, nedum qui fuerunt in domo, seu agro recepti, & absconditi, sed etiam alii, ex Passerin. à Sextula *ad cap. ut officium* 11. *de hæret. in* 6. *à num.* 11, Giurba *cons.* 28. *num.* 2. & *seq.* Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii, libr.* 4. *rub.* 55. *numer.* 15.

5 Controvertitur inter Doctores, an receptans una vice, dicatur receptator, & debeat pœnâ receptatoris puniri; & eâ pœnâ non teneri suadetur; quia receptare, est frequenter recipere; sicut latitare, sæpiùs latere, ut voluit Lucas de Penna *in l.* 1. *de defer. lib.* 12. Ciarlin. *cont. lib.* 3. *cap.* 35. *num* 11. & sæpiùs dicitur, aliquid commissum per duas vices, aut tres, ex Gramm. *decis.* 36. *num.* 10. ita argumentatur Basilic. *decis.* 35. *num.* 9.

6 At contrarium, quòd sufficiat semel receptare, defendunt Niger *in cap. licet contra nu.* 7. *in fine*, quem sequitur Grand. *de bel. exul. in sum. auxiliatores*, *num.* 1. & 2. Basilicus *d. decis.* 35. *num.* 10. Farinac. *in prax. quæst.* 133. *num.* 21. *& seq.* & eo citato Conciol. *in statut. Eugubii, lib.* 4. *rub.* 55. *num.* 9. animo tamen occultandi delinquentes à manibus Curiæ, Rovitus *in prag. de recep. delinq. nu.* 7. Ponte *decis.* 22. *nu.* 6. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 1. *d. cap.* 12. *num.* 22. & dolo malo, Giurba *cons.* 28. *num.* 23. ubi docet, quòd pro simplici potu, vel cibo, bannitis semel præstito, nemo punitur, si citra dolum fuerit præstitus, allegat Foller. *in prax. verbo banniantur, numer.* 22. Bertazol. *cons. crim.* 99. *num.* 16. nec receptator incurrit pœnam receptantis, nisi ad malum finem, & dolosè bannitos receperit, *l.* 3. §. *non tantum, ff. de inced. ruin. & naul. Metrodorum* 40 *ff. de pœnis* Farin. *consil.* 37. *nu.* 16. *& in prax. quæst.* 133. *num* 55. Gutier. *consil.* 36. *n.* 23. Mastril. *decis.* 216. *num.* 56. quos sequitur cum aliis Giurba *d. cons.* 28. *n.* 9. diximus *par.* 1. *decis.* 36. *numer.* 21. & sic semel dans cibum, vel potum bannitis transeuntibus excusatur, Novar. *super prag: de recep. collect.* 1. *nu.* 5. Severini ad Sanfel. *decis.* 343. *ver. pœna*, ubi dicitur etiam, quòd pœna receptationis habet locum, quando receptatio est dolosa, & voluntaria, aliàs secus; quia statuta punientia delicta interpretantur, si delicta fiant dolo malo, vel ex proposito; latè de re Conciol. *ver. bannitus resol.* 1. *tota. & alleg. forens.* 96. *in fine*, ubi tradit decisum. *& super statut. Eugubii, lib.* 4. *rub.* 55. *num.* 1. asserens, quòd statutum, vel bannimenta prohibentia allocutionem, conversationem, & receptationem bannitorum, habent locum, quando allocutio, conversatio, & receptatio est dolosa, & fit in damnum Fisci, vel Reipublicæ, dando eis auxilium, vel favorem, ad effectum illos eximendi à Curia, eos occultando, arma subministrando; secus autem in associante se similiter cum eis in itinere, loquendo cum eis de negotiis, Fisco non præjudicialibus; quia tunc dicta pœna statuti, & bannimentorum non habet locum, quia non præsumitur dolus; sed est per Fiscum probandus, allegans Bajard. 5. *fin. quæst.* 82. *numer.* 40. Farinac. *in prax. quæst.* 133. *num.* 57. *& seq.* Guaz. *def.* 29. *cap.* 2. *num.* 23. Cyriac. *cont.* 545. *num.* 55. *& seqq.* Antonel. *de loco legal. lib.* 3. *cap.* 21. *numer.* 2. *& seqq.*

Etiam est certum, ut puniri possint receptator, & fautor, requiri scientiam in receptatore, vel fautore, *l.* 2. *C. de his qui lat. l. si quis forte, C. de defert. l.* 12. Peg. *in prax. crimin. d. cap.* 20. *nu. & decis.* 36. *à num.* 5. *tom.* 1. 5. Cabal. *resol. crimin.* 287. *nu.* 4. *&* 6. Guaz. *def.* 33. *cap.* 11. Giurba *cons.* 27. *nu.* 19. Mele *in addit.* ad Gizza rel. *decis.* 75. *num.* 33. *&* 34. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 36. Ciarlin. *cont. lib.* 3. *cap.* 229. *num.* 8. Fontal. *tom.* 2. *decis.* 372. *nu.* 16. & plures apud Reg. Cortiada *decis.* 106. *num.* 98. Severini ad Sanfeli. *decis.* 343. *vers. Sed est advertendum*, ubi de materia, Calvinus *de æquitat. lib.* 1. *cap.* 41. *nu.* 30. Antonel. *de loco legal. lib.* 3. *c.* 21. *quæst.* 2. *num.* 17. Conciol. *resol. crim.* 3. *verbo Bannitus, nu.* 1. *& 9. & super statut. Eugubii, lib.* 4. *rub.* 55. *num.* 5. 7

Quantùm ad imponendam pœnam corporalem, plena 8
debet esse scientia, *arg. tex. l. in leg. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* at quantùm ad imponendam pœnam mitiorem, quæ ex culpa consuevit imponi, sufficere scientiam per famam, vel suspicionem, docet Peg. *in prax. crim. d. cap.* 20. *numer.* 5. ubi declarat, quòd rumor inducit suspicionem; ut quia malefactor fugiebat, & rumor erat post eum, & quòd scientia in receptando latrones consistit, ut quia notorium sit, eos esse latrones; vel quia in loco esset publica vox, & fama: comprobant Farinac. *in prax. quæst.* 133. *num.* 120. 122. *&* 125. Mastril. *decis.* 216. *nu.* 28. *cum seqq.* Giurba *d. consil.* 27. *n.* 5. Majorana *in opoprax. crimin. lib.* 1. *d. cap.* 12. *num.* 37. Scialoya *in prax. de for. iud. c.* 19. *nu.* 19. cum pluribus latè Conciol. *resol. crimin. verbo bannitus, resol.* 3.

Apud nos contra illos, qui alimenta præstant eis, qui 9
pacem publicam perturbant, disposita est forma procedendi *in cap.* 4. *cur. Dom. Regis Philippi ann.* 1585. est *Const. fin. tit. de fautoria*, videlicet per provisionem capturæ, & servatâ formâ processuum via ordinaria, Peg. *in prax. crim. dict. cap.* 20. *num.* 4. qui *num.* 5. *in fine.* attestatur de hoc ordinario modo procedendi.

Sic fuit observatum die 21. Novembris 1616. nam 10
Franciscus N. Parator lanæ Civis Barcin. (per processum regaliæ in forma ordinaria) delatus, quòd de mense Maii ejusdem anni 1616. latenter recepit, & celavit in præsenti Civitate Barcinonæ in domibus suis sitis in vico *del carrer cremat*, Bernardum N. latronem publicum, deprehensum cum barba rasa, & in habitu clericali, contra regias præconizationes, per Mag. Monser. Ramon, Regium Cancelarium in Reg. Con. fuit condemnatus ad triremes remigando per septennium, quæ sententia fuit confirmata in gradu supplicationis 7. Februarii 1617. ad relationem Mag. Balthasaris Morell R. A. D. scriba Cesilles.

Et 3 Novembris 1633. Jacobus N. & Didacus N. 11
delati, quòd dictus Jacobus N. receptavit in domibus suæ propriæ habitationis Franciscum N latronem publicum ejectum à pace, & treuga, inimicum suæ Regiæ Majestatis, & Joannem N. de ejus comitiva, ubi cœnarunt cum dicto Didaco N. quos ipse ad prædictam domum adduxerat, & post cœnam fuit comitatus usque ad locum dictum *lo coll de la Trinitat*: ad relationem

Ma-

Magnifici Ludovici Besturs I. R. C. fuerunt condemnati ad servitium regiarum triremium remigando per quinquennium, recitat Regens Cortiada *decis.106. numer.98. in fine*.

12 Quo verò ad receptatores, & fautores ejectorum à pace, & treuga & inimicorum domini Regis, duplici modo proceditur. Primo per processum de fautoria, ad effectum eliciendi receptatorem, & fautorem à pace, & treuga. Secundo, quando non intendit Regia Curia facere processum ad illum finem, sed aliter puniendum propter receptationem.

13 Primo modo, si ad instantiam partis querelantis: procedi debet, servatis Constitutionibus pacis, & treugæ, & secundùm usum, & practicam earundem: si verò instante Fisci Procuratore, vel ex officio proceditur contra Receptatores, & Fautores, prout semper fit, necessarium est, quòd prius moneat ipsos litteratoriè, ut à receptatione, & fautoria desistant intra certum terminum arbitrio Judicis præfigendum; sin minus, quòd elapso termino procedetur contrà eos prout jus, & justitia postulabunt, & si eà monitione facta per informationem reperiantur culpabiles, potest procedi ex officio, vel ad dicti Procuratoris Fisci instantiam, ad declarandum, & publicandum illos pro ejectis à pace, & treuga, & aliàs ad illos puniendum, juxta Constitutiones pacis, & treugæ; quæ omnia stabilita sunt *in cap.25. Reg. Mariæ in Curia Barcinonæ* 1422. est *Constit. 1. tit. de Fautoria*, comprobat Peg. *in prax. crimin. cap.20. à nu. 8.* ubi *in fine cap.* refertur praxis.

14 Si modò proceditur contra receptatores, & fautores ejectorum à pace, & treuga, non ad eos eiiciendum à pace, & treuga: sed ad eos puniendum ob receptationem, & fautoriam, tunc nulla præcedente monitione, sed via ordinaria per processum regaliæ proceditur, latè comprobat Fontanel *tom.1. decis.372.& 373.* ubi cum resolutione Regii nostri Concilii rem illustrat, & in ea non violari *const. 1. de fautoria* defendit, & resolutum recitat per Assessores Domus Deputationis, & Doctores applicatos, ex quibus ipse unus erat, atque comprobat ex Regia prag. Petri III. dat. Perpiniani 17. Novembris 1351 *cap.3. sub tit de bandejam. in 2. vol. Const.* ubi ad puniendum aliter quàm per ejectionem à pace, & treuga fautores, solùm postulat notificationem, & publicationem ejectorum à pace, & treuga per regia præconia in capitibus Vicariarum, prout ita practicatur passim in Regia Curia, quid observetur de jure communi, tradit Farinac. *in prax. q.133. nu.116.& 127.* Vermig. *consil.434. nu.21.* Conciol. *alleg. forens.96. nu.16.& resol. crim.3. verb. bannitus, nu.8.& 9.* (ubi recensetur casus, in quibus præsumitur in receptante, & conversante cum bannitis scientia banni) *& super statut. Eugubii, lib.4. rub.55. numer.7.*

15 Quæ publicatio cum banno registrari debet in processu; quia in eo consistit corpus delicti, ex Hond. *consil.88. num.32. lib.2.* Bursat. *consil.331. num 2* Farinac. *consil.37. num.2.& 15. lib.2.* probat Giurba *consil.27. nu.9.* sequitur Ciarlin. *lib.3. cap.229. num.7.* ex traditis Severin. ad Sanfel. *decis.343. ver. Et ut quis teneatur*, Conciol. *resol. crim.3. verb. bannitus, n.6.& seqq.* Jul. Capon. *tom.4. discep.333. ferè per tot.* Nos *decis.9. nu.17. par.1. tom.4. discep.333. ferè per tot.* Nos *decis.9. nu.17. par.1.*

16 De jure communi receptatores eàdem pœna puniuntur, ac ipsi malefactores principales, *l.1. C. de his qui lat. occul.* quia non minus delinquere videntur, *l.1. ff. de receptat. l.1. C. eod. l. crimen 9. C. ad leg. Jul. de vi pub. l. naufragium 3. § non tantum, ff. de incend. ruin. & nauf.* Paulus *lib.5. sent. tit.3* ibi: *Eàdem pœna afficiuntur.* Et *in l 3. § si quisquam 12 ff. ad Syllania.* ubi, Is, qui servum facinoris noxium celaverit, in ea causa habetur, ac si lege, quæ de sicariis lata est, facinoris noxius esset. *Et in l. unic. C. de cri. peculat.* ubi reseriptum est, eàdem pœnà afficiendum peculatorem, & eum, qui sciens peculatori ministerium adhibuerit, probat Cabal. *resol. crimin. cas. 287. ex num.1.* Fontanel. *tom.2. decis.372. nu.1. cum seq.* Farinac. *in prax. q.133 nu 1.* Majorana *in opoprax crim. lib.1. cap.12. num.17.& seq.* & in receptatore furis comprobat Reg. Cortiada *decis.106. num 97.* (ubi quid apud nos servatur) & servi fugitivi Reg. Vilosa *in tract. de fugit. cap.25. numer.8.& seqq* rem distinguens Gonzalez Tellez *ad lib.5. decretal. tit.7. de Hæreticis, cap. excommunicamus 13. §. credentes præterea num.10.* (ubi singulariter de pœnis impositis contra credentes, defensores, receptatores, & fautores hæreticorum agit) generaliter assumptam conclusionem tenet Grandis *de bel. exul. de relatione q.1. & in prædic. par.1. spec.2.* Joan. Baptist. Thoro *in annot.* ad Muscatel. *in prax. crimin. rub. de recep. nu.33.* Roccus *de offic. rub.15. nu.68.* Giurba *cons.25. n.1.* Peguera, & alii citati per Carpzou. *in prax. quæst. 134. nu.38.* & per Romaguera *in addit.* ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.4. rub.55. num.10.*

17 At extraordinariè esse puniendos tenet Carpzovius *in prax. crim. d. q.134. nu.40.& seq.* Peg. *ad ordinat. Reg. Portugal. to.4. tit.58. glos.9. ad §.7. n.1.* Rovit. *ad pragmat. tit. de recep. in rub. n.1.& seq.* ubi Laganarius, Avendaño *de exeq. mandatis p.2. c.7. à nu.1.* quos allegat, & sequitur Romaguera ad Conc. *super statut. Eugubii l.4 rub.55. n.11*

18 Contra receptatores, & fautores ejectorum à pace, & treuga, durissimæ pœnæ sunt dispositæ in Constitutionibus sub diversis titulis, scilicet *de pau, y treva*, de *fautoria, & de bandejamants in 2. vol. Const.* ubi *in prag. in ordine 4.* contra receptatores statuitur pœna arbitraria, quæ possit extendi usque ad pœnam mortis inclusivè, Peg. *in prax. crimin. cap.20. numer.10.*

19 Possunt ejecti à pace, & treuga impunè occidi in Cathalonia; banniti verò non possunt impunè offendi, sed tantum capi, & duci ad Judicem, ut post Calic. Mier. notat Anton. Oliba *in usat. alium nam, de jure Fisci cap.12. num.10.* tradunt practici *in usat. omnia malefacta, de pan, y treva*, Fontanel. *tom.2. decis.373. n.1.*

20 Hæc tamen, quæ diximus, ejectum à pace, & treuga impunè posse occidi, intelligenda censeo cum limitationibus, quas admittunt DD. qui agunt de statutis punientibus bannitos, ad mortem condemnatos, ut possint impunè occidi Nam hi, sicut illi, dicuntur inquiete, & hostes publici, Regis proditores pacis, inimici, & hostes publici, Regis proditores, & contemptores justitiæ, Roccus *de offic. rub. 15. numer. 76.& 77.*

21 Inde non habere locum judico. Primò in ejecto à pace, & treuga tolerato in Civitate, ex traditis à Farinac *in prax. quæst.103. nu. 298.* (ubi *nu. 291.* agit quando toleratus dicatur) Coel. *de bon. regim. cap.31. nu.53.* P. Grasset. *de nece prodit. §.12. n 16.* Conciol. *super statut. Eugubii, lib.4. rub.56. num.4.& seqq.* & antea *resol. crim. verb. bannitus, nu.5.* Reg. Senator Tristany *decis. tom 1. decis.12. num.18.* (ubi *à nu.15.* agit latè, & doctè de effectibus tolerantiæ ad excusandum impetitum à crimine delationis armorum reprobatorum, de qua egi. *1. par. decis. 29. numer.18. & numer.22.* cum Senat.) allegans Zachia. *de salar. par.1. quæst.56. num.40.*

22 Secundò per filios, aut uxorem impunè non possunt occidi ejecti à pace, & treuga, ex traditis à Carol. Anton. de Luca ad Franc. *decis.276. nu.2 & seqq.* Sabell *in summ. diverf. tract. §. bannitus, num.8.* Romaguera ad Conciol. *super statutis Eugubii lib 4. rub. 56. num. 12.*

23 Tertiò, impunè occidi non poterunt in Ecclesia; nam occidentes severiter punirentur, ut Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ immunitatis violatores Reg. Cortiada *dec. 85. n.7.* Sabellus ubi *supra n.9.* Romaguera *loco citat. n.13.*

24 Quartò ejecti à pace, & treuga, etsi occidi impunè possint in capiendo, non tamen quando capti jam extant, Marsil. *in l.1. num.7. de sic.* Alciat. *in l. pupillus, §. 1. ff. de V. S. Grandis de Bel. excul. speeul. 19. num.2.* his allegatis Roccus *de offic. rub.15. num.78.*

25 In Regiis præconizationibus publicari solitis in ingressu dominorum locumtenentium Generalium hujus Principatus *cap.9.* contra eos qui receptant ejectos à pace, & treuga, & inimicos suæ Majestatis, latrones publicos, & facinorosos (scientes esse latrones, aut facinorosos) tam per se, quàm per interpositas personas militares, vel gaudentes privilegio militari, imponitur pœna deportationis in arcem per suam Majestatem nominandam per tempus decem annorum, aut alia pœna major, vel minor arbitrio judicantis, quæ possit extendi usque ad mortem naturalem inclusivè, & contra plebejos serviendi in Regiis triremibus remigando per decennium, aut alia pœna major, aut minor arbitrio judicantis, quæ possit extendi usque ad mortem naturalem inclusivè, aut parietibus claudendi, aut demoliendi, & solo æquandi domus, castra, mansa, & loca receptatorum, comprehendendo omne genus receptationis: arbitrio suæ Excellentiæ, & Regii Concilii exequi facere quamlibet ex pœnis relatis. Et contra personas, cujuscumque conditionis sint, quæ celant in domibus, aut alia quacumque parte latr nes publicos, aut gentem criminosam, ad effectum

fectum eos eximendi à manibus justitiæ, disponitur pœna mortis naturalis, prout justitia expostulaverit, & contra id scientes, & non denuntiantes, aut Officiales negligentes alias pœnas statuit.

26 Respectu receptatorum, & fautorum latronum publicorum, & aliorum facinorosorum proceditur, prout diximus, ad eos puniendum pœna disposita in dictis regiis præconizationibus via ordinaria per processum regaliæ, ut in exemplari supra relato; & sic ad infligendum pœnam in ejusdem præconizationibus deportationis, aut triremium, & aliàs respectivè arbitrariam usque ad mortem inclusivè. Procedi potest eodem modo contra receptatores ejectorum à pace, & treuga, & inimicorum suæ Majestatis via ordinaria per processum regaliæ, videlicet absque eo quòd præcedat monitio, ut supra diximus.

27 Atverò quoad pœnam dirutionis aut demolitionis domuum, castrorum, mansorum, & aliorum locorum, ubi receptantur ejecti à pace, & treuga, & inimici, & acuydati suæ Majestatis procedi non potest, nisi observetur forma stabilita *in dicta Const. 1. tit. de fautoria*, nam ad finem eliciendi receptatores, & fautores à pace, & treuga debet præcedere monitio, ut à receptatione desistant, aliàs publicantur receptatores pro ejectis à pace, & treuga, Peguera *in prax. crimi cap.* 20. *per tot.* Fontanel. *dec.* 372. *& seq.* & postea contra illos iam ejectos à pace, & treuga proceditur ad pœnam demolitionis, & dirutionis domorum, iuxta formam, quam tradit *ibidem* Peg. cit.

28 Et fuit observatum in Reg. Con. ibi: *Die 27. Aprilis 1616. in facto F. P. R. C. adversus, & contra Joannem N. Loci de Lio, & Petrum N. seniorem Villæ Rotundæ, facta relatione per Monserratum Ramon. I. R. C. fuit conclusum, quòd pro observantia Constitutionum pacis, & treugæ, & aliàs diruantur, demoliantur, & solo æquentur domus, quas possidet in loco de Lio, & dictus Petrus N. Senior in dicta Villa Villerotundæ, & prò his expediantur litteræ, provisiones, & commissiones opportunæ, juxta stylum R. C.* Similis eodem die, & anno contra Antonium N. aliàs *lo Bullo de las fossas*, Joannem N. de Ordola, N. fratrem & alios per eundem Sen. Monserratum Ramon, similis 11. Maii 1617. & 8. Maii eiusdem anni.

29 In executionibus, quæ ad dirutionem, & demolitionem castrorum, fortalitiorum, & domorum ejectorum a pace, & treuga (in quibus præcedere debet informatio, & declaratoria) ab ignis appositione abstinendum est, ut declaravit R. A. iunctis tribus Aulis 6. Septembris 1615. prout ad litteram resolutionem recitat Fontanel. *de pact. claus. 6 glos. 2 p. 2. num.* 15. & Peg. *in prax. crim. d. c.* 20. in forma quam de litteris citatoriis ad rem hanc præsentatis tradit *sub num.* 10.

30 Pariter per D. Reg. Petrum Tertium in quarta Curia Barcinonæ anni 1382. *cap.* 1. est *Const. com. algun. 21. tit. de pau, y treva*, fuit dispositum quòd demoliri, & dirui non possint domus, fortalitia, & mansa, quæ sunt sua alterius allodio, aut feudo, ne ipsi in eo, quod non delinquant, luant pœnas, emphyteusim, aut feudum amittendo, nisi in casu, quo domini allodiales consentirent, aut auxilium ejecto à pace darent, postquam fuerint moniti, & requisiti.

31 Per transennam hic tradimus, quòd etsi Reipublicæ interest, ne Civitates ruinis deformentur, *l. Prætor §. hoc interdictum ff. de novi oper. nun. l. 2. §. si quis nomine, & l. fin. ff. nequit in loco publico, l. senatus, ff. de contrahend. emp.* Cyriac. *cont.* 160. *n.* 10. *p.* 1. Ex Gratian. Surd. Barbos. Hermos. Hodierna, Amat, & aliis, post modernum Carol. Anton. de Luca *ad discept.* Gratian. *c.* 32. *n.* 8. *ver. Ulterius, &c. tom.* 1. noster Franciscus Romaguera ad Concil. *in statut. Eugubii lib.* 5. *rub.* 37. *n.* 11. & 12. Prout è converso expedit Reipublicæ, ut Civitates ædificiis adimpleantur, & ornentur, *l. si quis, C. de ædif. privat. l.* 2. *§. domus verò, Cod. de præd. & omnibus. reb. lib.* 11. Mutta *super Consuetud. Panorm. capit.* 42. *num.* 3.

32 Ex hoc utique dicebat Marc. Tull. 4. *Accad.* quòd potissimum urbium denominatio sumitur, & illarum magnitudo dignoscitur ex insignibus ædificiis, & inde infertur ad animi magnitudinem in subditis ædificantibus, Rubeus *de valid. legal. c.* 59. *n.* 148. *& seqq.* qua ratione, inquit, Romani statuerunt eum, qui ædificium Romæ haberet, Romanum esse, ut per *glos. in l. ædificia* 139. *ff. de verb. signif.* Rebuf. *ibid. n.* 1. Cura hæc, ne Civitates ruinis deformentur, Rectoribus Civitatum præcipuè iungitur *l. Præt. 7. ff. de offic. Præsid. l. ædiles, §. studeant ff. de vi pub. l. ad curatoris* 40. *de dam. inf. l.* 2. *in fin. l. si quis* 6. *& l. singularum, C. de ædif. privat.*

Attamen etsi hæc certa sint, Reipublicæ etiam interest, ob criminum detestationem, ut delinquentium domus demoliantur, aratro subiiciantur, & ad sterilitatem sale conspergantur: atque ita facinorosorum memoria ac cusetur, & damnetur, huiusmodi pœnæ assignatio habetur *in c. si audieris* 23. *q.* 5. ibi: *Si audieris in una ex Civitatibus, quas dominus dederit tibi inhabitare te illic, dicentes, eamus, & serviamus Diis alienis, interficiens necabis omnes, qui sunt in ea Civitate, & incendes eam igni, & erit sine habitaculo in æternum, nec reædificabis eam.* ita de Civitatibus Idolatriæ dominus ait. 33

In Universitatibus rebellibus, ut puniantur pœna arbitri, & dissolvantur muri, ex *l. si usus fructus* 21. *ff. quib. mod. usus amit.* probat Gratia. *discep. foren. c.* 179. *n.* 9. & ibi Carol. Anton. de Luca *n.* 7. 34

Devastari domum, in quam hæretici conveniunt, & se retrahunt, ut sic in posse curiæ deveniant, tradunt Farinac. *de hæresi q.* 190. *§.* 2. *per tot.* Masin. *de confisc. bonor. q.* 4 Conciol *in statut. Eugub lib.* 5. *rub.* 37. *n.* 3. 35

Domus Rei criminis læsæ Maiestatis in primo capite demoliri, itaut non remaneant vestigia, comprobant Farinac *de crim. læsæ Majest. q.* 116. *n.* 28. *& seqq.* (ubi multipliciter hanc conclusionem ampliat. & limitat) Afflict. *tit. quæ sint Regal. verb. & bona committent n.* 37. Muscat *in prax. de delict. rub. de crim. læs. Maje. n.* 19. Masin. *de confis. bonor. q* 4. *n.* 69. Conciol *in stat. Eugubii, lib.* 5. *rub.* 37. *n.* 2. Carol. Ant. de Luca *in animad.* ad Gratia *discep. tom.* 2. *c.* 179. ubi amplè, & doctè *per tot. c.* materiam declarat. 36

Et quòd pœna demolitionis domorum delinquentium habeat locum in atrocissimis, concludunt Lucas de Penna *l.* 1. *C. de petit. bonor. subla.* Farinac. *in prax. q.* 112. *inspp.* 2. *n.* 116. Baiard. ad Clar. *q.* 87. *n.* 92. Gratian. *discept. foren. d. c.* 179. *n.* 1. & ibi Carolus Anton. de Luca *n.* 1. Rubeus *de valid. legal. c.* 59. *n.* 147. 37

Et domos occisorum Andreæ de Isern. Rehii Conciliarii destructas, refert Afflictis *in c.* 1. *§. & bona commit. special.* 19. *n.* 37. quem citat Gratian. *d. c.* 179. *n.* 6. & esse illam pœnam indictam contra occisores Cardinalium, probat *ex c. fœlicis de pœn in* 6. Grat. *d. c.* 179. *num.* 7. *& ibidem* Luca *n.* 6. 38

In crimine læsæ Maiestatis in primo capite cum procedatur ad pœnam confiscationis bonorum, apud nos ex *Const. fin. tit. de bens de condem.* dixi *dec.* 55. *nu.* 35. poterit tunc Fiscus bona, quę suasunt, diruere, si velit. Decianus *tract. crim. lib.* 7. *c.* 40. *n.* 37. Farinac. *in prax. q.* 116. *n.* 40. Luca ad Gratian. *discep. foren. d. c.* 179. *n.* 5. 39

Hic proponuntur causæ, ex quibus excusantur receptatores bannitorum, ut serviant pro intelligentia casuum, in quibus receptantes facinorosos ejectos à pace, & treuga, & latrones publicos, ac alios, se defendere possint à receptantium pœnis, attendendo, easdem rationes, regulas, & limitationes in omnibus illis casibus militare. 40

Excusantur igitur primò a pœna receptatorum, qui vi, vel metu coacti ejectos à pace, & treuga, & latrones publicos, ac alios facinorosos homines receptant, prout dicitur de receptantibus bannitos à Basilic. *decis.* 31. *num.* 6. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 1. *c.* 12. *num.* 33. si justus sit, possitque cadere in constantem virum, declarat Farinac. *in prax. q.* 133. *n.* 40. Cabal. *res. crim. cas.* 287. *n.* 80. Sperel *dec.* 5. *n.* 10. *& dec.* 79. *n.* 42. *p.* 1. (qui dicunt, quando metus dicatur cadere in constantem virum, relinqui arbitrio Judicis) recitat Conciol. *resol. crim.* 7. *n.* 5. *verbo bannitus, & super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 55. *n.* 8. Julius Caponius *tom.* 4. *discep.* 333. ubi latè quomodò probetur delictum receptationis. 41

Et sat esse minas, vel armorum usum, etiamsi arma deferens, illis non utatur, ut quis metu receptasse dicatur ait Giurba *consil.* 28. *n.* 10. *& consil.* 29. *n.* 17. Conciol. *resol. crim. verb. bannitus d. resol.* 7. *num.* 2. *&* 3. Majorana *in opoprax. crim. lib* 1. *d. cap.* 12. *num.* 34. ubi eo magis receptasse per metum dicitur, si non valet absque vitæ discrimine bannitos expellere, allegat de Ponte *de potest. proreg. tit. de provis. fier. solit. §.* 3. *num.* 24. *&* 25. Bajard. ad Clar. *quæst.* 90. *num.* 46. Cabal. *d. resol.* 287. *n.* 17. Novar. *super prag.* 1. *de recept. collec.* 2. *n.* 5. & quòd in dubio

dubio per vim, & metum, ac coactè receptatio facta præsumatur, Concil. *d. ref.* 7. *n.* 4. Majorana *d. c.* 12. *n.* 33.

42 Hinc habentes animalia in campaneis excusantur, si dent victum bannitis, Novar. *de gravam. vassal. tom.* 1. *gr.* 379. *num.* 6. *& seq.* quia in tali casu præsumuntur coacti hoc facere, Severini ad Sanfelic. *tom.* 3. *decis.* 343. *vers. habentes animalia*, Luca *in theatr. verit. tit. de servit. disc.* 46. *num.* 7. ubi ait, quòd receptator non dicitur ille, per cujus prædium, vel locum banni, in numerosa quantitate irruentes transeunt, quamvis ibi victualia sumant. Majorana *in opoprax. dict. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 34. ubi *numer.* 35. ait, eo in casu superioribus esse denuntiandum de tali involuntaria receptatione, ex Novar. *prag.* 1. *de recep. collect.* 2. aliàs licèt excusari posset, si certiores eos non faceret, quia non potest evadere, quin delictum incidat, Muscat. *in prax. tit. de recept. malefact. sub. num.* 37. pœnam ad Judicis arbitrium non evitabit: & his quadrant disposita in nostris regiis præconizationibus *cap.* 9. ubi contra non denunciantes justitiæ, imponitur militaribus pœna relegationis in insulam per triennium, & plebeis remigandi in Regiis triremibus per idem tempus.

43 Eadem ratione receptans bannitos, vel illis dans cibum, & potum in ruribus, & casalibus parvis excusatur, Novar. *super prag.* 1. *de recep. ban. col.* 1. *numer.* 6. quia in tali casu dicitur receptatio coacta, & non est punibilis, Novar. *ibidem num.* 5. & post eum Severini *ad dec.* Sanfel. 343. *verb. receptans*. De receptante bannitum transeuntem diximus *dec.* 36. *num.* 21. *& seq.*

44 Secundò excusantur hospes, caupo, aut stabularius, qui hospitantium conditiones exquirere non tenentur, imò inviti ad hoc obligantur, Bartol. *in l. omnes, C. de agric. & censit. lib.* 11. etiamsi scienter receptarent bannitos, Alexan. *in l.* 1. *ff. de recep.* ignorando bannitos esse, dummodò per transitum eos receptent, vel per plures dies, si adesset vis, aut metus, Farinac. *in prax. q.* 133. *n.* 42. *cum seqq.* Danza *de pug DD. tit. de recep. cap.* 1. *num.* 31. Scialoya *de foriud. cap.* 18. *num.* 32. hæc cuncta tradit Majorana *in opoprax. crim. d. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 32. & cum his intelligi possunt dicta per Calvi. *de æquitat. lib.* 1. *cap.* 41. *nu.* 27. *& seqq.* quem allegat Conciol. *resol. crim.* 7. *verb. banitus, in notis n.* 4.

45 Tertiò excusatur à pœna receptationis uxor, quæ receptat maritum bannitum; quia quos Deus coniunxit, homo non separat, de Pont. *de potest proreg. tit.* 1 § 3. *n.* 1. Majorana *in opoprax. crimin. lib.* 1. *d. c.* 12. *num.* 41. Scialoya *in prax. de foriud. c.* 18. *numer.* 25. Basil. *dec* 31. *num.* 9. Muta *dec* 60. *in fine*, ubi vir latro fuit suspensus, & mater, & uxor scientes, & receptantes fuerunt liberatæ, Severini ad Sanfel. *dec.* 343. *verb. dum dominus Regens*, & Sanfel. *ibidem numer.* 13. tradit patrem, & Matrem, aut uxorem receptantes filium, vel maritum cum re furtiva scienter, puniendos pœna mitiori; imò & eadem pœna puniendos, si forent verè, & probarentur participes facti peracti.

46 Amasia bannitum receptans punitur pœna mitiori, Basilic. *decis.* 31. *numer.* 11. de qua re Novarius *in prag.* 11. *collect.* 5. *numer.* 1. Severin. ad Sanfel. *decis.* 343. *d. ver. dum dominus Regens*, & generaliter statuitur *in l.* 39. *§. mulierem, ff. ad leg. Jul. de adul.* quòd mulier, quæ societatem cum latronibus inierat, exulare jubetur, ex quo dicitur, quòd ratione infirmitatis sexus mulier mitiùs punitur, Basilic. *d. dec.* 31. *n.* 11. ubi ea intelligenda censet, dummodo non fuerit particeps, aut sceleris socia; hoc enim casu duplici ex scelere severiùs est punienda, ex participatione, & receptatione. Sed quòd non excusetur fœmina receptans, scribit Intrigliol. *lib.* 1. *sing.* 238. Severin. *ad d. decis.* Sanfel. 343. *verb fœmina*.

47 Quartò excusantur pater, & mater receptando filios bannitos; quia eorum viscera sunt filii, *l. fin. ff. de recep.* de Ponte *de potest. proreg. d. tit* 1. *§.* 3. *num.* 24. Farinac. *in prax. q.* 113. *à n.* 260 *ad.* 285. *& q* 133. *ad n.* 36. *& q.* 30. *n.* 118. ubi etiam agit de uxore, Danza *de pug. DD. tit. de for. judic. cap.* 1 *n.* 13. *cum seq.* Majorana *in opoprax. crim. lib.* 1. *d. cap.* 12. *n.* 41. Scialoya *in prax. d. c.* 18. *n.* 25. Basil. *c. d. dec.* 31. *n.* 9. Sanfel. *d. dec.* 343. *n.* 3. *& seq.* & quòd impunè filii receptare possint parentes, ex Sæbel. Menoch. Christin. Sanfelic. & aliis scribit noviter, & doctè Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii l.* 4 *d. rub.* 55. *num.* 14. & quòd pater, mater, uxor, frater, & socrus ob receptationem nulla pœna feriantur, refert Majorana citatus.

Quintò consanguinei, & affines receptantes bannitum consanguineum, vel affinem excusantur à pœna ordinaria; puniuntur tamen pœna extraordinaria, Judicis arbitrio: de Ponte *de potest proreg. tit.* 1. *d.* § 3. *nu.* 5. Carret. *in prax. tit. de homicidio ver. post verò maleficium, num.* 30. & 32. Foller. *in prax. rub banniantur n.* 11. Scialoya *in prax. de foriud. d. c.* 19. *n.* 125. Menoch. *de arbit. cas.* 248. *n.* 12. Rovitus *super prag.* 5. *de recep.* Novar. *super ead. prag. collec.* 3. *& grav.* 57. *n.* 6. *& seq.* Danza *ad eundem tit. n.* 38 Farinac. *in prax. q.* 30. *n.* 99. & 100. quos allegat Majorana *in opoprax crim. lib.* 1. *d. c.* 12. *n.* 40. Sanfelic. *dec.* 343. & ibi Severini, de hac re Romaguerra ad Conciol *super statut. Eugub. lib.* 4. *rub.* 55. *n.* 13. 43

Sextò, statuta prohibentia bannitorum receptationem, allocutionem, & conversationem cum bannitis, locum non habent, quando banniti sunt tolerati, itaut communi æstimatione non habeantur pro bannitis, sed potiùs pro aggratiatis, ut tradunt Surdus *cons.* 130. *n.* 24. *lib.* 2. Bajard. ad Clar. *§ fin. q.* 90. *n.* 50 Farinac *in prax. q.* 133. *n.* 48. Vermigliol. *cons.* 394. *n.* 11. & alii plures allegati per Conciol. *resol. crimin. 2. n.* 1. *verb. bannitus, & super statu. Eugubii, lib.* 4. *rub.* 55. *n.* 3. subdens, quòd ad evadendum pœnam, sufficit publica conversatio banniti absque licentia Principis, vel officialis, cum quælibet causa excusetur à pœna, ex Bertaz. Rimin jun. Bursat. Farin. Vermig. 49

Septimò, pœnæ statutæ contra receptatores, vel auxiliantes bannitis non habent locum in auxilio ipsis præstito per viam ordinariam, puta advocando, & procurando pro illorum remissione, & gratia à Principe impetranda, nam prædicta licita sunt, & non punibilia. Oddus *consil.* 27. *n.* 1. *& seqq.* Guaz. *defen. n.* 21. *in præf.* Farin. *in prax. d. q.* 133. *n.* 73. Antonel. *de loco legal. lib.* 3. *c.* 21. *in fin.* qui, & alii citantur à Conciol. *super statu. Eugubii lib.* 4. *d. rub* 55. *n.* 9. *ver. addo ulterius*. 50

Hæc collegi, ut complectantur faciliùs jura nostra prohibentia receptationes latronum publicorum, & facinorosorum hominum, pacem publicam turbantium, & ejectorum à pace, & treuga, ac inimicorum domini Regis, ut habeantur casus distincti ad plectendum receptatorum pessimum genus.

Tandem circa nostram praxim non omitto, quòd licèt inter Doctores controvertatur, an receptatores bannitorum, ac condemnatorum à quo cognoscantur, an à suo Judice, an ab eo, qui eos bannivit, aut condemnavit, ut licet videre apud Carol. Anton. de Luca ad Franc. *dec.* 470. *per tot.* Lagana. *ad pag.* 1. *de receptator. delinq. lit. A.* & alios, quos citat Sabel *in summ. diver. tr. § bannitus n.* 36. *vers. Quod receptatores.* Romaguerra *ad statu. Eugubii, lib.* 4. *d. rub.* 55. *n.* 16. 51

Attamen est certum, quòd pendente causa in Regio criminali Concilio super delicto principali, etiam ad Regium criminale Concilium pertinet cognitio delictorum receptantium, propter connexitatem causarum, ut diximus *dec.* 1. *n.* 10. & expressiùs docuit Prato *responsa. crim.* 50. *num.* 38. ibi: *Denique deneganda est secundo loco hæc remissio respectu causæ, seu ratione delicti; quia tractatur de auxilio, seu commercio habito cum bannitis, & de homicidio, seu parricidio patrato, ipsis mediantibus, si quidem cognitio delictorum de receptatoribus, aut auxiliatoribus, vel opem præstantibus bannitis, spectat ad Regia Tribunalia, non baronibus, non obstantibus privilegiis cum clausulis abdicativis, & privativis, Baronibus concessis, probat Franc. dec.* 470. *de consuet. fundat etiam à Ponte de pot. pror. tit. de pro. fieri solit.* §. 5. *nu.* 27. *ex Revert. quem citat, & Foller. in prax. verb. audiantur excusatores, num.* 134. *in fin. Rovit sup. prag.* 1. *de receptat. nu.* 13. *& quòd in dies ita decisum, & practicatum extat, idem Rovit testatur prag.* 2. *n.* 13. *ubi de delict. quis convin. deb. & maximè stante prag.* 5. *quæ est sexta in novis. Compil. de recep. per quam privilegiantur probationes contra receptatores; & saltem ratione continentiæ causæ, ne dividantur, quo casu trahitur causa, aliàs remittenda, ad tex. in l. nulli* 10. *C. de judic. qui tex. procedit etiam in causis criminalibus, ut advertit Jason ibi n.* 3. *ver. Qui titulus non solum habet locum*. 52

Prosequitur eandem rem Prato qui supra *n.* 42 & 43. subdens, quòd etiam denegatur remissio causæ ad inferiorem Judicem de ejus subditis, si contra alios consocios agatur in & coram Judice superiore, ex Sanfeli. *dec.* 273. 53

DE-

DECISIO LXI.

ARGUMENTUM.

De delicto partus suppositi, ejus probationibus, & pœna latè agitur cum decisione Senatus.

SUMMARIUM.

1 *Fraudes mulierum in partus suppositione.*
2 *De arte supponendi partum quædam annotantur num. 3. & 4.*
5 *Delictum partus suppositi veteribus Jurisconsultis non fuit incognitum.*
6 *De pœna prægnantis, quæ se esse asserebat, cum revera non esset.*
7 *Pœna supponentis partum est falsi, & capitalis.*
8 *Participes sceleris puniuntur.*
9 *Quæ sit illa pœna capitalis, dubitatur, & n. 10.*
11 *Esse arbitrariam, & non ultimi supplicii tuetur.*
12 *Pœna falsi est arbitraria, & ex circumstantiis extendi potest usque ad mortem.*
13 *Pœnæ capitalis nomine, quæ pœnæ contineantur.*
14 *Pœna triremis perpetuæ, capitalis dicitur.*
15 *Pœna obstetricis participis partus suppositionis est arbitraria, quæ augeri potest usque ad mortem.*
16 *Ægyptiæ obstetrices fefellere Regem, filios Hebræorum jubentem occidere, & præmium à Deo tulerunt, & quomodò, & nu. 17.*
18 *Partus suppositio probatur præsumptionibus, & conjecturis.*
19 *Idem habetur in alia falsitatis specie.*
20 *Ex manifestatione animi veritas animi arguitur.*
21 *Sterilitas cum alio marito est conjectura partus suppositi.*
22 *Conjectura sterilitatis impugnatur.*
23 *Et si mulier diu sterilis, aliquo tempore diverterit à marito, & reversa in domum, filium ediderit, adhuc favor matrimonii evincit filium esse mariti, ubi assignantur indicia, ex quibus infertur filium mariti non esse.*
24 *Alia conjectura partus suppositi est ætas excedens quadraginta annos.*
25 *Alia est conjectura, quando parere supposuit sine præsentia aliarum mulierum honestarum.*
26 *Alia quando sine obstetrice enixam esse ait.*
27 *Alia est mala fama Reæ.*
28 *Alia est, quando post partum diu tacuit.*
29 *Secundæ testis depositioni statur, si est verosimilis, & cum causa potest testis primam revocare depositionem.*
30 *Decisio Senatus.*
31 *In crimine suppositionis partus potest procedi de officio.*
32 *Conjecturæ aliæ recitantur ad probandum crimen suppositionis partus.*

1 NOnnullæ mulieres, ut maritos, vel amantes in sui amorem alliciant, filios ex eis suscepisse simulantes, cum ipsæ per se steriles existant, & ex marito, vel amante prolem habere non possint, non secus ac aves alienis se pennis exornantes, partus alienos sibi supponunt; atque eà malitiâ, & fraude marito, aut amanti imponunt, prolemque non suam, tanquam ex se susceptam in posterum pro sua habere cogunt: hæc objicit mulieribus Zachiaz *q. med. leg. lib. 3. tit. 2. quæst. 8. num. 3 ver. cæterum.*

2 De arte supponendi partum in deceptionem maritorum dixit Aristophan. ibi: *Alteram novi, quæ dicebat dolores partus habere per decem dies, donec emit infantem, maritus autem obibat urbem, medicamina celera in partum facientia ement, intulit autem anus in olla infantem, ut ne clamaret cerula obturatum.* Observat Petr. Greg. *syntag. jur. lib. 36. p. 3. c. 3. nu. 5.* exempla tradit Beyerlinck *tom. 7. in theatr. vit. human. pag. mihi 261. vers. Simulatio lit. F.*

3 Non pauca sequuntur mala ex partuum suppositionibus, aliqua recitat Petr. Gregor. *lib. 14. de repub. cap. 1. n. 8.* (& notavit Morot. *resp. 99. n. 18.* & post eos Caranza *de partu c. 5. sect. 1. n. 9.*) ibi: *Et quantum turbata fuerit res-*

publica ab his, qui infimo loco nati, clarissimis familiis mendacii se inserere conati sunt, longum esset recensere; cum etiam sufficere possint exempla, quæ retulit Valer. Maxim. lib. 9. c. 16. cum hoc aliud malum, ut per suppositionem partus, sive infantis alieni admantur filiis naturalibus, & legitimis, vel aliis proximis defunctorum per suppositis hereditates, & bona; Notat Pacius *in l. 1. §. sed si servus. ff. de vent. inspic.* & rescripserât Imperatores *in l. super statu 9. C. de q.* ibi: *Ne alienæ fortè sordidæ stirpes splendidis, & ingenuis natalibus audeant subrogari, vel propria, ac debita per compositionem, quibus competit, successio denegetur.*

De eorum summa fortuna, illustribus familiis insertorum ait Juvenalis *satyr. 6. ver. 601.* 4

Transeo suppositos, & gaudia, votaque sæpe
Ad spurcos decepta lacus, atque inde petitos
Pontifices salios, Scaurorum nomina falsa
Corpore laturos, stat fortuna improba noctu
Arridens nudis infantibus; hos fovet omnes
Involuitque sinu, domibus tunc porrigit altis
Secretumque sibi mimum parat, hos amat, his se
Ingerit, atque suos rediens producit alumnos.

Refert Caranza *de par. cap. 5. sect. n. 9.* Zachiaz (post eum) *quæst. medic. legal. lib. 3. tit. 2. q. 8. nu. 3.*

Delictum hoc veteribus Jurisconsultis non fuit ignotum, de eo loquuntur *tex. in l. 1. ff. de liber. agnosc. l. 1. §. de inspiciendo, & § sed si servus. ff. de inspic. vent. l. cum tabulas 16. ff. de his, quæ ut indig. l. hi tamen 12. de accusat. l. quidam 15. de probat. l. idem fiet 26. §. autem, ff. de testam. tutel. l. aufertur 16. ff. de jur. fisc. l. extraneos 17. §. de quæstione, l. unius 18. §. Judex. ff. de quæst. l. qui falsam 19. §. 1. l. lege Cornelia 30 ff. ad leg. Cornel. de falsi. l. 1. §. fin cum l. seq. l. 3. §. si mater, ff. de Carbon. edict.* & Imperatoribus *in l. querela 11. C. ad leg. Cornel. de falsi. d. l. super statu. 9. C. de quæst. l. non nudis 16. C. de probat. l. si pater 4. C. de hæred. instit. l. neque professio 5. C. de testam.* & Pontificibus *in c. officii 9. de pœnit. & remiss. in cap. affectè de præsump.* 5

Et quæ prægnantem se asserebat, cum revera non esset, puniebatur, *l. 1. ff. si vent. nom. in possess.* ibi: *Debet enim prætor quemadmodum facilis est circa bonorum possessionem mulieri dandam ventris nomine, ita calumniam ejus impunitam non relinquere:* & infamiam incurrebat, *l. notatur 15. ff. de his, qui notant. infam.* ibi: *Notatur quæ per calumniam ventris nomine in possessionem missa est, dum se asseverat prægnantem, cum prægnans non esset:* notat Valenzuela *lib. 1. cons. 96. nu. 25. & 26.* Caranza *de partu d. cap. 5. sect. 1. nu. 20.* 6

Indixit tamen partum supponenti pœnam falsi capitalem Imperator *in l. 1. C. ad leg. Cornel. de falsi.* ibi: *Si partus subjecti crimen diversæ parti objicitis, causa capitalis in tempus pubertatis pueri differri non debuit; sicut jampridem mihi, & divo Severo patri meo placuit, neque enim verisimile est, eam quæ arguitur, non ex fide causam suam defensuram, cum periculum capitis subeat.* Gonzalez Tellez *ad lib. 5. decretal. tit. 20. de crim. falsi c. Ad audien. 3. n. 5.* 7

Participes hujus sceleris puniuntur etiam *ex tex. in l. licet mulier 2. ff. de Carbon. edict.* in illis verbis: *Si autem nemo sit, qui puniri possit; quia omnes participes facinoris fortè decesserint.* Et hi sunt, ait Caran. *de part. d. cap. 5. sect. 1. n. 19.* parentes filium sanguinolentum suppositioni patrandæ subministrantes, mulierculæ adsportantes, obstetrices in lectum alium inducentes, & aliæ personæ consimilia committentes. 8

An capitalis pœna debita partum supponenti, quam disposuit Imperator *in d. l. 1. C. ad leg. Cornel. de falsis*, sit ultimi supplicii, dubitat Arnol. Vinnius *imparat.* Vvesemb. *ad d. tit. nu. 8. & 9.* affirmat Afflictis *decis. 21. nu. 8. & decis. 404. nu. 17.* Boer. *decis. 82. num. 8. in fin.* Peg. *decis. 80. num. 8.* Fab. *in C. lib. 9. tit. 13. def. 13. in notis nu. 11.* Reg. Matthæu *de re crimin. cont. 38. num. 11.* Grivel. *decis. 101. nu. 5.* Scialoya *de for jud. cap. 3. nu. 132.* 9

In obstetrice adpositè ait Paulus *lib. 2. sent. tit. 24. §. fin.* per illa verba: *Obstetricem, quæ partum alienum attulit, ut supponi possit, summo supplicio affici placuit*, Gonzalez Tellez *ad d. cap. 3. decretal. lib. 5. de crimine falsi, nu. 5.* 10

Negant supponentem partum pœna ultimi supplicii teneri; sed tantùm arbitraria Cyn. *in l. 1. num. 2. C. ad leg. Cornel. de falsi.* & ibi Alber. Odof. *ante n. 1.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 306. n. 3.* Farinac. *in prax. q. 150. n. 242.* ubi hanc esse veram, & observatam opinionem docet, Caranza *de part. d. c. 5 sec. 1. n. 12. cum seq.* Gonzalez Tellez *ad lib. 5. decretal. tit. 20. de crim. falsi. d. cap. ad Audientiam, 3. nu. 5.* Juncto *n. seq.* quam sequimur. 11

12 Talis est enim pœna falsi, quæ est arbitraria; licèt ex criminis gravitate extendi possit usque ad mortem; *l. eos qui 27. § fin. ff. ad legem Cornel. de falsis, l. ubi falsi. in fin. C. eod.* Peg. *decis. 80. nu. 14.* Farinac. *in prax. q. 150. n. 24.* cum pluribus Reg. Matthæu *de re crimin cont. 37. nu. 11. & 12.* Caranza *de partu d. cap. 5. sect. 5. num. 13.* qui expendit Paul. *lib. 5. tit. 25. §. ult.* ibi: *Convicti pro modo delicti, aut relegantur, aut capite puniuntur*, & Nos *dec. 19. n. 48. & 56.*

13 Nec his contrafacit Imperator *in d. l. 1. C. ad leg. Cornel. de falsi.* pœnam hanc esse capitalem statuens; quia intelligi potest, vel mortis naturalis, vel civilis; nam capitalium nomine pœnæ hujusmodi continentur, *l. necem §. deportatus, ff. de bon. libert. l. edicto, ff. de bon. possess.* Clarus *in prax. crim. q. 67. in princ.* Grivel. *decis. 101. nu. 7.* quam intelligentiam adducit Menoch. *lib. 2. cent. 4. cas. 316. num. 3.*

14 Et comprobatur; quia hodie pœna triremis perpetuæ, capitalis est, licèt temporalis dicatur corporalis Guaz. *def. 33. cap. 4. pu. 10.* prout capitalis erat pœna perpetua damnationis in opus publicum (quæ æquiparatur damnationi in metallum) non verò temporalis, Fontanella *de pactis 1. claus. 4. glos. 14. num. 6.* in cujus locum successit pœna damnationis ad triremes, Peg. *decis. 56. nu. 1.* Fontanel. *loco cit. num. 55.* pluribus laudatis, Reg. Cortiada *decis. 86. nu. 25.*

15 Neque sententia Pauli quidquam officit; quia pœna illa, ut diximus, ex causa augeri, vel minui, arbitrio Judicis, & ad mortem usque extendi potest, & in obstetrice id ipsum procedere insinuat Paulus *dict. lib. 2. sent. tit. 24. §. fin.* cujus esse mentem hanc denotat Caranza *de part. d. cap. 5. sect. 1. num. 13.* subdens *num. 14.* speciali Constitutioni à Paulo dispositæ causam præbuisse obstetricum magnam licentiam, & usitatam calliditatem in partuum suppositionibus; & quia pretio, vel præmio corruptæ peccabant, quod valde gravat delictum, & *num. 19.* concludit, quòd participes hujus criminis puniuntur eadem pœna, qua principales malefactores, Cravet. *consil. 178. num. 3.* Mascard. *de probat. concl. 1147.* cum aliis, quos sequitur Joan. Baptist. Costa *de fact. scien. & ignorant. 1. dist. 87. nu. 15. ex d. l. licet, 2 ff. de Carbon. edict.*

16 At verò interdum obstetricum mendacia, non ut mendacia remunerata sunt, nam Ægyptiæ obstetrices fefellere Regem, filios Hebræorum jubentem occidere, & præmium à Deo tulerunt; licèt non ob mendacium, sed pro Dei timore, & benevolentia, ex qua processit mendacium. *Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt juxta præceptum Regis Aegypti, sed conservabant mares. Quibus accersitis ad se, Rex ait, quidnam est hoc, quod facere voluistis, ut pueros servaretis? Quæ respondentes, non sunt Hebrææ sicut Aegyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas, pariunt. Benè ergo fecit Deus obstetricibus*, Exodi *cap. 1. A. V. 15.*

17 Super quo Textu docent Divus Tho. 2. 2. *quæst. 110. art. 3. ad 2.* Alexand. de Ales *2. par. quæst. 122. membro 6. par. 3. quæst. 37. membro 6.* Ricard. *3. distinct. 38. art. 1. q. 2. ad 4.* Gabriel *ibid. art. 3. lit. N.* Sayrus *in clavi Reg lib. 11. cap. 12. num. 12.* D. Antonin. *2. par. sum. tit. 10. cap. 1. §. 2. col. 2. ante medium.* & Petrus Binsfeld. *de confes. malef. concl. 7. dub. 3. pag. 358.* obstetrices illas non propter mendacium à Deo fuisse remuneratas, sed pro Dei timore, & benevolentia, ex qua processit mendacium: & mendacii culpam fatentes, & pietatis remunerationem. Ex quo potiùs mendacii illius gravitatem (contra nonnullos, qui peccatum non esse hoc mendacii genus contendebant) Divus Gregorius *moralium lib. 18. cap. 4.* (cujus *in cap. si quælibet, 20. in ordin 22. q. 2.* fit mentio) sic deducit: *Nonnulli verò de obstetricum fallacia conantur asserere, hoc mendacii genus non esse peccatum, maximè quòd illis mentientibus scriptum est: quia ædificavit illis dominus domos. In qua magis recompensatione cognoscitur quid mendacii culpa mereatur: nam benignitatis earum merces, quæ eis in æterna potuit vita retribui; præmissa culpa mendacii, in terrenam est recompensationem inclinata.* Hæc recitat Velazco *de Judice perfecto. rub. 14. annot. 4. nu. 34.*

18 Suppositio partus difficilis probationis cernitur; quia clam, & occultè fit; ideo probatur præsumptionibus, & conjecturis, Farinac. *in prax. quæst. 150. nu. 245.* etiamsi criminaliter agatur, videlicet conjecturis concludentibus, & à jure approbatis, juxta tradita à Menoch. *lib. 5. præs. 24. num. 2. & de arbitrar. cas. 316. nu 7.* Mascard. *de prob. conclus. 1147. n. 1. & 2.* Pacianus *in eodem tract. vol. 1. cap. 14. ex num. 8.* quos allegat, & sequitur Caranza *de partu d. cap. 5. sect. 1. n. 53.*

Nec quid speciale consideratur in hoc suppositionis 19
partus crimine respectu probationum, quàm quod invenitur in alia falsitatis specie, concludit Caranza *cit. loc. num. 55.* sed indago fieri debet, prout docuit Imperator *in l. ubi falsi 22. C. ad leg. Cornel. de falsi.* ibi: *Argumentis, testibus, collatione scripturarum, aliisque vestigiis veritatis*, & docemur crimen falsi, præsumptionibus, & conjecturis probari, ad effectum reum condemnandi, Bajard ad Clar. *§. falsum num. 10.* Farinac. *consil. crim. 108. num. 106. & seqq.* Genua *de script. privat. lib. 1. quæst. 6. princ. dub. 1. num. 1.* cum pluribus relatis Conciol. *resol. crimin. 5. verb. falsum nu. 3.*

Matrona lucri causa ad decipiendum amasium intro- 20
duxit partum; delata in Reg. Concilio de suppositione, fuerunt contra inquisitam expensæ conjecturæ, quas sigillatim percurrimus, & omnium primam, ac potissimam, quia extrajudicialiter dixerat velle partum supponere, ex cujus manifestatione animus, & veritas animi arguitur, *l. pamphilo 39. §. propositum, ff. de leg. 3.* & in delictis voluntas, non exitus attenditur, *l. divus ff. ad leg. Cornel. de Sicar. l. qui injuriæ 53 ff. de furt.* prout etiam ex confessione extrajudiciali matris juncta fama, vel aliis adminiculis partum esse suppositum probatur, Farinac. *in prax. d. q. 150. n. 247.* Caranza *de partu cap. 5. sect. 2. n. 57. & seqq.*

Secunda; quia bis nupta diu sterilis fuit, quam con- 21
jecturam, conjunctis aliis, non modicam esse ad partus suppositionem, non sine difficultate comprobant Caranza *de partu, cap. 5. sect. 2. num. 64.* Farinac. *in prax. dict. quæst. 150. num. 249.* Gonzalez Tellez *ad lib. 2. decretal. tit. 19. de probat. ad cap. Per tuas nobis 10. nu. 2.* Zachiæ *quæst. Medic. legal. lib. 3. tit. 2. quæst. 8. num. 20.* ubi tantò majoris esse momenti considerat hanc præsumptionem, quantò pluribus viris copulata fuisset mulier, & maximè si etiam per aliquod tempus postremo usa esset; & tamen non concepisset.

Conjecturam illam sterilitatis impugnat Ripa *de no-* 21
etur. tempor. cap. 61. num. 10. & seq. cum Menoch. *de præsump. lib 5. præs. 24. num. 11.* quia dicunt quòd sæpissimè evenit mulierem multis diebus, & annis generationi ineptam, inopinatè, & præter spem concipere, juxta illud Lucretii

Et multæ steriles hymnæis antè fuerunt
Pluribus, & nactæ post sunt tamen unde puellas
Suscipere, & partu possent ditescere dulci.

Imò etsi mulier diu sterilis, aliquo tempore diverterit 23
à marito, & reversa in domum filium ediderit, adhuc favor matrimonii evincit, filium esse mariti, ut ex Paleot. Menoch. Fontanel. probat Gonzalez Tellez *ad lib. 2. decretal. tit. 19. de probat. d. cap. Per tuas 10. num. 2.* ubi tria liquida indicia designat, ex quibus filium non esse mariti probatur: Primum, si ante septem menses post contractum matrimonium nascatur, *l. 7. ff. de stat. homin.* Secundum, si diutius maritus abfuerit, & aniculum reperiat, *l. filium 6 ff. de his qui sunt sui, vel alien. l. 1. §. Julianus, ff. de liber. agnoscend.* Tertium, si maritus jamdiu cum uxore non concubuerit, *ex d. l. filium 6.*

Tertia conjectura; quia tempore partus suppositi erat 24
ætatis quadraginta annorum, quam comprobat Bos. *tit. de part. suppos. num. 15.* ubi de muliere excedente annos quadraginta, Farinac. *in prax. d. quæst. 150. nu. 252.* ubi ait, quòd in hac materia non attenditur, quod potest esse, sed quod verosimiliter esse potest, Zachiæ *quæst. medic. legal. lib. 3. tit. 2. dict. quæst. 8. num. 18.* ubi non parvipendit hanc conjecturam, etiamsi quadragesimum non excederet, quando per totam anteactam ætatem non fuisset admodùm fœcunda, quia etiamsi non sit impossibile, imò nec omni ex parte difficile, in ea ætate mulierem concipere, dummodò menstruis non destituatur; attamen cum hoc rarò admodùm contingat, ut quæ juniores jam desierunt generare, seniores factæ, & quadragesimo anno majores de novo generent, de quinquagenaria est *tex. in l. sterilis 21. ff. de act. empt.* & junctis adminiculis, & conjecturis admittit hanc præsumptionem Rip. *in tract. de not. temp. cap. 62. num. 4. & seqq.* quia ita intelligit *tex. in l. si major 12. Cod. de legitim. hæred.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

hæred. Caranza *de part. d. cap. 5. sect. 2. num. 68. & seq.* ubi dicit, quòd quinquagenaria, quæ citatis his, quorum interest, peperit, vel coram pluribus integræ fidei omnem siniſtræ ſuppoſitionis præſumptionem eludat, quæ verò nulla adhibita diligentia, aut citatione facta, & forſan etiam nullis, aut domeſticis adhibitis teſtibus, tale quid patraverit, ſuſpecta indè reddatur valdè.

25 Quarta; quia parere ſuppoſuit, ſine præſentia aliarum mulierum honeſtarum, quam aſſignat Boſſius *de part. ſuppoſ. num.* 12. Maſcard. *de prob. concluſ.* 1147. *num.* 12. & 18. Farinac. *d. quæſt.* 150. *num.* 254. licèt ipſe hanc præſumptionem debilem appellet, ex Menoch. *de præſump. lib.* 5. *præſump.* 24. *num.* 15. & *num.* 20. ſequitur Caranza *de partu, cap.* 5. *ſect.* 2. *num.* 73.

26 Quinta; quia mulier hæc enixa fuit ſine obſtetrice, & hoc eſt argumentum ſuppoſitionis partus, Boſſius *in d. tit. de part. ſuppoſ. num.* 12. Maſcard. *d. concluſ.* 1147. *num.* 10. diſputat Ripa *de noct. temp. d. cap.* 62. *num.* 22. Farinac. *d. quæſt.* 150. *num.* 255. qui declarat, Boſſium loqui in caſu, quando mulier doloribus oppreſſa fuit ſpatio duarum horarum, & eo tempore non fuerunt vocatæ obſtetrices; ſed ſolùm quædam muliercula vicina, vilis multùm, & abjecta, & quæ ſupervenit infante jam exiſtente inter femora mulieris, dicentis ſe tunc peperiſſe: undè concludit, quòd parvi momenti erit conjectura, cum evenire poſſit in partu non dari tempus vocandi obſtetricem; attamen ſi tempus interceſſerit, non debilis, ſed vigens exiſtimanda eſt, Farinacium ſequitur Caranza *de part. d. cap.* 5. *ſect.* 2. *n.* 76.

27 Sexta eſt mala fama, & qualitas reæ, quando Judicis arbitrium conjecturis adverſis coarctari non debet, ut quia ſi mulier ſit inculpatæ vitæ, & integræ famæ, notat Caranza *de par. d cap.* 5. *ſect.* 2. *num.* 69. ubi docet, quòd in his omnibus conjecturis, quas proſequimur, ſalvum ſemper remanere debet boni viri, id eſt Judicis arbitrium, ex *l. ubi falſi* 22. *C. ad leg. Cornel. de falſ.* Boſſius *d. tit. de part. ſuppoſ nu.* 37.

28 Ultima; quia poſt partum diu tacuit, quatuor jam erant elapſi menſes, quando eum manifeſtavit amaſio, & ex hac nimia taciturnitate aliqua ſuſpicio ſuppoſitionis partus argui poteſt, per tradita à Farinac. *in prax. d. q.* 150. *num.* 260. Ripa *de not. tom. d. c.* 62. *num.* 33.

29 Fuit etiam ponderatum, quòd quædam muliercula, quæ primitùs aſſeruit vidiſſe inquiſitam parere, & altera, quæ atteſtata fuit vidiſſe enixam cum ſecundinis, id eſt cum membrana illa, quà partus advolutus ex utero prodit; poſtea etiam cum juramento contrarium affirmarunt, quarum ultimo dicto ſtandum eſſe videbatur; quia veroſimilius apparuit, comprobat Farinac. *in prax. q.* 66. *num.* 151. Faria ad Covar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 90. prout ex intervallo allegata, & probata juſta cauſa, poteſt teſtis revocare ſuam depoſitionem, Carena *de Offic. ſanct. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 6. *§.* 8. *nu.* 59. & 61. *ver. Secunda verò, in fine;* & de materia Conciol. *reſol. crim.* 3. *teſtium miſcellanea.*

30 His præhabitis, fuit in Regio Concilio concluſum 17. Martii 1660. in facto Fiſci Procuratoris Regiæ Curiæ, & partis inſtantis adverſus, & contra dictam Matronam N. viduam, delatam, & inculpatam, quòd de menſe Septembris 1657. ſuppoſuit partum cujuſdam pueri, aſſerentem eſſe ſuum, & Franciſci N. ejus amaſii, qui poſtea cum ea nupſit, & fuit condemnata, referente Regio Sen. Nobili Michaele de Pallarés J. R. C. quòd banniretur à Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ per quinquennium: in actis Cortés Notarii.

31 In hoc crimine ſuppoſitionis partus procedi poſſe de officio, & nemine accuſante, probat Boſsius *in tract. de part. ſuppoſ.* Farinac. *in prax. q.* 150. *num.* 163. quidquid in contrarium dicat Caranza *de partu, cap.* 5. *ſect.* 1. *num.* 23. quod ſoli parenti accuſatio concedatur, illive, cujus intereſt, cum de ejus ſucceſsione fuerit actum, *ex l. Cornel.* 30. *§. de partu ſuppoſ. ff. ad l. Cornel. de falſ. per gloſ. in ver. Parentes, & in verb. ut publicam,* docet Cuiac. *in commen. ad tit. C. ad leg. Cornel. de falſ. ver. etiam notandum;* nam his reſpondit Farinac. citatus, aſſerens, crimen hoc eſſe publicum, & in eo Judicem ex officio procedere poſſe, quamvis non omnes ad accuſandum admittantur.

32 Ultra conjecturas contingentes in caſu controverſo, ſi alias petas, require Menoc. *lib.* 5. *præſump.* 24. Polid. Ripa *de noctur. temp. cap.* 62. Caranza *de partu d. cap.* 5. *ſect.* 2. *à n* 56. Farinac. *in prax. d. q.* 150. *n.* 246. & *ſeq.* qui recitant conjecturas; Primam, quando mulier, quæ aſſerebat ſe prægnantem, nunquam paſſa eſt ejus ventrem inſpici. Secundam, quando conſtat jam paulò ante natum fuiſſe ex alia puerum, & hanc traditum alicui, magnâ familiaritate conjunctæ illi mulieri, quæ nunc ſe peperiſſe dicit: Tertiam ut partus ſuppoſitus probetur etiam per famam (& ibidem etiam de conjecturis, quibus contrariæ diluuntur) Quaſdam ex his, cum aliis collectas reaſſumimus à Zachiaz *quæſt. med. leg. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 8. *n.* 5. & *ſeqq.* videlicet, Quartam, quæ deſumitur ex delatione culcitræ, vel ſimilis cujuſdam rei ſupra ventrem. Quintam, quæ depromitur à partu in abſcondito celebrato. Sextam ab ætate. Septimam à temperamento. Octavam ab habitu. Nonam ab odio inter conjuges. Decimam (reſpectu viri) ex diſſimilitudine: Undecimam ex conſtitutione genitalium. Duodecimam reſpectu mulieris à menſtruis, eorumque qualitate, & quantitate. Decimamtertiam non ſupervenientia lactis, ut latè ſingulas comprobat, & declarat.

DECISIO LXII.

ARGUMENTUM.

Quilibet debet ſuæ arti intendere, nec alieno ſigno præoccupato uti cum fraude, vel dolo, aliàs punitur pœna falſi, & cognitio hujus delicti ſpectat ad Regium Criminale Concilium; punitur etiam, qui nomen, vel cognomen ſibi mutat cum fraude, & in alterius præjudicium: portantes, & uſurpantes habitum alienum pariter pœnâ falſi arbitrariâ plectuntur. Non minus puniuntur, qui arma, & inſignia cum damno tertii tollunt, vel uſurpant.

SUMMARIUM.

1 *Quilibet ſuæ arti debet intendere, non ad aliam ſe porrigere.*
2 *Sicut quodcumque genus perſonarum eſt ſeparatum, ita debent ſeparata eſſe officia.*
3 *Unus artifex non poteſt ſibi aſſumere ſignum alterius.*
4 *Judex prohibere tenetur, ne alieno ſigno quis utatur.*
5 *Quod comprobatur.*
6 *Et declaratur.*
7 *Delictum committitur, & punire poteſt Judex artificem, qui alieno ſigno utitur.*
8 *Deciſio Senatorum ſuper dubio.*
9 *Formalis declaratio.*
10 *Alia deciſio.*
11 *Quando deficit titulus criminis, ſtellionatus nominatur.*
12 *Ex uſurpatione doloſa ſigni in alterius nocumentum, committitur crimen falſi.*
13 *Lex Cornelia de falſis ad omnia inſtrumenta ſe extendit, & ſic ex eadē lege in crimen falſi incidit, qui ſigno alieno utitur, mutat, corrumpit, vel cōtra facit.*
14 *Fraude exiſtente, vel dolo interveniente.*
15 *Mercatori non licet uti ſigno alieno præoccupato, eoque doloſè extenſo, arbitrariè punitur, tanquam falſum committens.*
16 *Pœna arbitraria juxta delicti, ac delinquentis qualitatem.*
17 *Hæc majori ratione procedunt in ſignis auctoritate publica conſtitutis, quæ recitantur.*
18 *Signa ſunt nomina muta rerum.*
19 *Familiæ identitas per identitatē cognominis probatur.*
20 *Cuicumque licet nomen ſuum mutare.*
21 *Nec eſt prohibitum nomina variare.*
22 *Quando nominis mutatio fit ſine dolo, vel ſine alicujus præjudicio, aliàs ſecus.*
23 *Mutans ſibi nomen in celebratione contractus, ſupponēdo ſe pro alia perſona; gerens ſe pro Notario, Doctore, Nobili, cum non ſit, punitur pœna falſi.*
24 *Libertus, qui pro ingenuo ſe gerit, cum non ſit, pœna falſi tenetur.*
25 *In aliquibus caſibus licet nomina ſibi mutare, qui explicantur.*

26 *Habitus non facit Monachum.*
27 *Habitus facit præsumptionem, ut quis judicetur talis, qualem habitus, quem defert, demonstrat.*
28 *Habitus est signum, quo secernuntur gentes.*
29 *Damnantur habitus immodesti.*
30 *Portantes, & usurpantes habitum alienũ puniuntur.*
31 *Arma, & insignia dispositа fuerunt ad agnoscendas familias.*
32 *Per arma probatur identitas familiæ.*
33 *Inter privatos injuria fit ei, cui stigmata usurpantur, vel contemnuntur.*
34 *Qui arma, vel insignia tollit, vel usurpat, tenetur crimine falsi.*
35 *Cum damno tertii non licet assumere nomen alienum, cognomen, insignia, titulum, marcam, & signum.*
36 *Faber, qui in gladiis utitur quodam signo, potest alteri prohibere facienti idem signum.*
37 *An una Religio possit uti insignibus alterius Religionis, remissivè.*
38 *Ponderantur objices, & nu. 39. & 40.*
41 *Nec etiam artifex uti potest signo alterius periti; quamvis habitent in diversis locis, si adest præjudicium periti.*
42 *Decisio Senatus in facto controverso;*
43 *Alia decisio.*
44 *Alia decisio.*

1 QUam quisque noverit artem, in hac se exerceat, inquit Cicero; ideò ne officia turbarentur, & politica gubernatio confunderetur, quilibet suæ arti debet intendere, non ad aliam se porrigere, statuit Imperat. Just. *in l. consulta ducalia 23. C. de testam. l. 13. C. de fabric. lib. 11. l. quicumque de execut. & act. lib. 12. cap. singula, 89. distinct.* & si aliter fiat, debet, qui alterius officio se immiscet, etiam de jure communi puniri debitis pœnis, juxta *l. in Provinciis 4. C. de num. & act.* Cabedo *decis. 158. par. 1.* Fontan. *tom. 2. decis. 393. num. 3. & seqq.* Quesada Pilo *cont. cap. 29. nu. 35.* Urcellius *concl. sf. leg. 147. nu. 27.* Rovit. *in rub. de magist. artium nu. 2.* latè Carena *ref. 164. à n. 1.* Carpan. *super statut. Mediol. cap. 519. ver. Nisi contrariùm tom. 2.* Berlich *decis. German. 26. tom. 1. & 150.* Jul. Capon. *discep foren. 262. post nu. 34.* Sanfel. *in praxi sect. 20. nu. 7.*

2 Sicut namque quodcumque genus personarum est separatum; ita debent separata esse officia, & unum, uni, & non pluribus muneribus operam dare debere, docet Arist. *lib. 1. in polit. cap. 1.* unde Prato *in dialog. 2. de Repub. lib. 31.* inquit, *Siquidem tu, atque nos omnes rectè superiora concessimus, cum urbem constituentes, in hoc convenimus, impossibile est enim unum plures artes benè exercere:* & paulò ante: *nasci nos quidem non admodùm similes, sed differentes invicem, singulosque ad singula opera promptos natura producit;* quæ diffusè, & eruditè expendit Franciscus Anton. Trench. *consult. 4. num 45. & seqq.*

3 Pariter, ne adesset confusio mercium in nocumentum auctoritatis publicæ, unus artifex non potest sibi assumere signum alterius. Lara *de anniver. lib. 1. cap. 7. n. 36.* Grat. *discep. foren. cap. 658. num. 2. tom. 4.* Ursell. *concl. leg. 147. n. 27.* Chassa. *in Catal. glor. mundi, par. 1. con 52. & 54.* Rota Genuen. *decis. 210.* Mascard. *concl. 160.* Quesada Pilo *cont. d. cap. 29. num. 35.* Azevedo *lib. 4. tit. 1. novæ recopil. l. 8. n. 2.* ubi asserit, quòd publico consensu, & quodam veluti jure gentium idipsum videtur introductum, alioquin maxima in Republica turbatio induceretur Ursell. *concl. leg. 147. n. 27. & 28.*

4 Imò Judex prohibere tenetur, ne alieno signo utatur, propter præjudicium, quod alteri infertur, qui priùs eodem signo est usus, ne in suo exercitio perturbetur, & ejus lucrum diminuatur, Gratian. *discep. dict. c. 658. nu. 2.* Penna *ad l. stigmata 3. C. de Fabric. lib. 11.* Guliel. Bened. *in cap. Raynutius, verbo Raynutius de Clera n. 59.* ibi: *Ad præmissa facit tex. notan. in cap. dilecta de excess. prælat. ubi notat, quod semel certò utens singulari sigillo, potest alios prohibere, ne illo tali signo utantur, quando cognoscit, quod in sui verteretur præjudicium, puta, quia usurpans nunc sigillum non est persona ad sigillandum fidelis, ex quo prior sigillans, qui tali signo præuebatur, diffamaretur; ideò dicunt Doctores, quòd si aliquis tenere volens diversorium præveniat, & occupet aliquod signum, poterit omnes alios posteriores prohibere, ne in illo loco, vel Civitate tali signo utantur, quia sua interest, ut quia fortè propter ejus famam, & diligentiam cuncti viatores ad ipsum concurrebant; & nunc diffamaretur, saltem fama hospitii diminueretur, si alius non æquè idoneus, fidelis, & servitialis insignium illud sibi assumeret, quod tolerandum non est in præjudicium primi occupantis. Pariter deciperentur viatores, & peregrini, qui sub confidentia, & fama insignii malè tractarentur in domo secundi in eorum præjudicium, & Reipublicæ, cujus interest securè per itinera commeari, l. 1. ff. de his qui effud. vel deje. Et fideliter hospitari, l. 1. ubi Bart. ff. furt. adver. nau. c. & stab. ad hoc facit quod per illum textum decidit Joannes de Pla. in l. stigmata, C. de Fabric. lib. 11. ubi dicit, quòd tabellio, & mercator fideles, & benè famati prohibere possunt, ne alius faciat eorum signum, seu marcam; & idem in optimo gladiorum artifice, gladios propter artis peritiam, & sui operis bonitatem benè vendente: Nam ejus interest, ne alius imperitus artifex tale signum assumat, ne confusio operum inducatur, & primi boni artificis diffamatio* sequitur Cævallos *com. contra com. quæst. 745. num 3.* Chassan. *in Catal. glor. mundi, par. 1. con. 34.* Curia Philip. *par. 1. cap. 7. num. 38.* Lara *de anniver. lib. 1. cap. 7. num. 36.* Azeved. *ad leg. no. recop. lib. 4. tit. 1. lib. 8. num. 2.* Gomez *ad l. 45. tauri num. 77.* Anchar. *ad cap. dilecta de excess. prælat.* & ibi: Barbosa *num. 4* ubi ait, quòd ut evitentur damna, & dissensiones, quæ oriri possunt ex similitudine sigillorum, potest Judex ex officio prohibere, ne unus alterius signo utatur, ex Bartol. *in tract. de insig. & armis, num. 6. 7. & 8.* sequitur Gonzalez *ad Reg 8. Cancellar. glos. 60. à num. 63. & 65.* (ubi idem in tabellionibus) Rubeus *de validit. leg. cap. 70. n. 47.* Strac. *de mercat par. 2. nu. 95.*

Nec his officit dicere, quòd cuilibet licet ad placitum 5
suum insignia portare; & sic quòd nemo possit alii prohibere, ne eodem signo utatur, tenent Bald. Salic. *in l. 1. C. quæ res vend. non poss.* Alber. *in l. quæro, ff. de jure patronat.* & alii relati per Cævallos *d. quæst. 745. nu. 10.* quia non eò discedit à superiori huic contraria, existimando illam esse veriorem, & practicandam, & attestatur pro eadem audivisse obtentum in regali Cancellaria Pinciana; quia aliàs omnia essent in confuso, & daretur locus mille fraudibus, & justum est, ut malitiis hominum obvietur, ut *in l. convenirl. ff. de pact. dot.*

Exploratiùs huic obici satisfaciens Ancharan. *in d.* 6
cap. dilecta de excess. prælat. num. 14. scribit, ibi: *In quæstione proposita distingue, quandoque sibi unus assumit arma, sive insignia, quæ alius portavit ab antiquo, cujus non interest, nec ex hoc potest verisimiliter læsi, ut si unus Italicus portat arma unius Theutonici, & de hoc non poterit conqueri; nam propter magnam distantiam utriusque domicilii, ille non potest prætendere læsionem aliquam: quandoque potest contingere quòd alterius multùm interest, puta, si homo editis plenus, & inimicitiis capitalibus assumit insignia hominis pacifici, quieti: & certè illius interest, & poterit illum facere prohiberi, ne propter unitatem insignium alius pro alio occidatur; & hoc per officium Judicis, ad quem spectat quies popularium, ut l. 1. § quies, ff. de offic. præf. ur. quandoque potest contingere, quòd multorum de populo interest, ponamus exemplum in aliis insignis quàm pro his, quæ portantur pro armis: pone quendam fabrum doctissimum, qui in gladiis, & aliis certis operibus facit certa signa, ex quibus opus ipsius magistri esse dignoscitur; & ex hoc tales merces melius venduntur, & avidius emuntur, & tunc dico, quòd si aliquis faceret tale signum, posset prohiberi; quia ex hoc populus deciperetur; acciperet enim opus unius pro opere alterius arg. l. 1. C. de lat. lib. tol. & in c. in nonnullis de judæis. Et eadem ratione dico in signis, quibus utuntur Notarii, & C. de assessor. l. nemo ver. nec calidus, item in signis, quibus utuntur mercatores, vel hospitatores.* Sequitur Chassan. *in Catal. glor. mund. par. 1. con. 32. in princip.*

Quinimò delictum committitur, & punire potest Ju- 7
dex artificem, qui alieno signo utitur, notat Quesada Pilo *cont. cap. 29. n. 35.* Avendaño *de excep. mandat. Reg. lib. 1. cap. 19. n. 32.* ubi in Cultrario famosissimo in suo officio & quòd potest Judex præcipere, ut non alius artifex utatur ejus signo, & punire contrafacientes, ex Platea *in l. stigmata, C. de fabric. lib. 11.* & aliis per ipsum allegatis.

Hæc fuerunt declarata in dubio suscitato inter Re- 8
gium Criminale Concilium, & Regiam Audientiam super supplicatione oblata pro parte Syndici Confratriæ Cultrariorum hujus Civitatis Barcinonæ, prætendentis, crimi naliter posse agi contra Confratres Confratriæ Dague-

Dagueriorum Villæ Mataronis, eisdem prohibendo uti signo cujusdam Daguerii præsentis Civitatis; nec ideò per causam Civilem in Regia Audientia introductam per Syndicum Confratriæ Dagueriorum Villæ Mataronis supersedendum esse, quominus procedendum foret in judicio Criminali, & fuit declaratum sub hac forma.

9 *Die 30. Maii 1681. visa supplicatione oblata pro parte Syndici Confratriæ Dagueriorum præsentis Civitatis Barcinonæ die 4. Febr. currentis anni, in & cum qua fuit formatum dubium super causa Civili suscitata in R. A. coram Magnifico Raphaele Nabona Regio Senatore, ad instantiam Syndici Universitatis Villæ de Matarò, contra dictam Confratriam, eò quia prætendit Syndicus dictæ Villæ declarari licere Confratribus Confratriæ Dagueriorum Villæ de Matarò, uti signo eis benè viso, & per Juratos dictæ Villæ Mataronis approbato; quamvis eodem signo utatur aliquis Daguerius præsentis Civitatis Barcinonæ, & aliarum Civitatum, Villarum, vel Locorum præsentis Principatus, præmaximè nomine proprio adjecto; Contrarium prætendente præfato Syndico Confratriæ Dagueriorum præsentis Civit. Barci. in causa criminali per eum introducta in Regio Concilio contra Bartholomæum N. & alios Dagueriot Villæ Mataronis, ad relationem Magnifici Michaelis Joannis de Taverner & Rubi I.R.C. visa nominatione facta per suam Excellentiam de Doctoribus infrascriptis, juxta Const. 1. tit. Com se ha de declarar lo dubie, visis processibus, & procedimentis utriusque causæ habitis diversis colloquiis, meritis illorum attentis, providet, & declarant, quod unusquisque relator procedat in sua causa, & quòd una per aliam non impediatur, & intimetur.*

Ut. De Balaguer. *Ut. De Anglasell.*

Ut. Taverner & Rubi. *Ut. Nabona.*

Galceràn Scriba Mandati.

Similis die 30. Maii 1681. in actis ejusdem.

10 Idem fuit observatum in alio dubio super eadem materia, firmato per Michaelem N. Pugionarium Villæ Mataronis, & Syndicum Villæ ejusdem in causa criminali instata in Regio Concilio per Syndicum Confratriæ Pugionariorum hujus Civitatis, & fuit die 1. Februarii 1683. intervenientibus Senatoribus Regiis, Aleny, de Amigant, Taverner & Rubi, ac Sabater, in actis dicti Galceràn Scribæ mandati, declaratum, quòd unusquisque relator procedat in sua causa, itaut una per aliam non impediatur.

11 Cæterùm, quia delicti hujus titulus deficit, crimen stellionatus posse nominari apparebat, *l. 3. ff. de crim. stel.* Gomez *var. 3. cap 7. n. 1.* Menoch. *de arbit. lib. 2. centur. 2. cas. 381. n. 1.* Thoro *in comp. decis. par. 4. ver. pœna committentis*, Amaya *ad leg. unic. C. de infam. à n. 57.* & post eos Olea *decis. jur. tit. 7. q. 2.*

12 Nihilominus ex usurpatione dolosa signi in alterius nocumentum, crimen falsi commisisse artificem, non controvertitur, *l. leg. cornelia 30. ff. ad leg. cornel. de falsi.* ibi: *Lege cornelia testamentaria obligatur, qui signum adulterinum fecerit, sculpserit*: Cujus textus respondum, licèt in casu speciali falsitatis in testamento commissæ litteraliter loquatur, quia lex Cornelia ab initio solùm in testamentis, vitio falsitatis infectis procedebat, ob quod testamentaria dicta fuit; Matth. *de re crim. con. 5. nu. 13. & con. 37. n. 5.* & verificari posset in teste testamentario, cui etsi alieno annulo liceat signare testamentum, *§. sed his omnibus inst. de testam. l. ad testium 22. §. 1. ff. eod tit.* debebat tamen se alieno sigillo signans in subscriptione sua id ipsum declarare; ne aliàs in falsum incideret, *ex l. eos 27. §. fin. ad l. cornel. de falsi.* probat Pichard. *in §. Sed his omnibus, inst. de testat. nu. 2.*

13 Indubitatum etiam redditur ex omnium sententia, legem Corneliam postea ad omnia instrumenta esse extensam. Matth. *dict. cont. 5. nu. 13. & cont. 37. n. 5.* & sic ex lege Cornelia artificem signo alieno utentem, in crimen falsi incidere comprobant Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 4. cas. 318. n. 24.* Hevia Bolanos *in Curia Philip. lib. 1. cap. 7. n. 4. & nu. 12* (ubi idem dicit, si deleat signum alterius) Avendaño *de exeq. mand. Reg. par. 1. cap. 19. nu. 32. in fin.* Matienzo *lib. 5. recop. tit. 12. glos. 2. & 3.* Farinac. *in prax. q. 150.* (ubi in mutante, corrumpente, vel contrafaciente signum alterius) *n. 69. & seq. & 141.* Stracha *de mercatura, par. 2. nu. 94.*

Non immemor, recitata intelligi, fraude existente, ut expresè tenent citati Doctores, vel dolo interveniente, ut notat Bartol *in dict. l. lege Cornelia 30. ff. ad leg. Cornel. de falsi. ex l. nec exemplo 20. C. eod.* nec delictum falsi imputatur, ubi dolus non adest, Clarus *in prax. § falsum n. 33.* ibi Bajardus *num. 291.* Farinac. *in prax. quæst. 150. nu. 273. & 288.* Cyriac. *cont. 131. nu. 15.* Gaito *de credit. cap. 2. tit. 5. num. 288.* & cum aliis allegatis per Conciol. *resol. crimin. 2. ver. falsum, nu. 2.* 14

Et hinc dicitur mercatori non licere uti signo alieno præoccupato, eoque dolosè extenso, arbitrariè puniri tanquam falsum committentem, Romaguerra ad Conciol. *super statut. Eugub. lib. 5. rub. 1. n. 16.* citans Pignatel. *consult. canon. lib. 3. cap. 52. nu. 7.* Gratian. *discep. 658. n. 2.* Baron. *de corpor. tit. de pedibus, nu. 124.* Cævallos *commun. contra commun. qu. 745.* Farinac. *de falsitat. qu. 150. par. 5. num. 142.* Menoch. *de arbit. lib. 2. cas. 318. num. 23.* Carpzou. *in prax. crim. quæst. 93. nu. 70.* Pegas *in ordinat. Reg. Portug. tom. 4. tit. 52. cap. 9. num. 4. & 8. & tom. 7. lib. 1. tit. 87. ad §. 16. num 12. & tom. 5. pag. 272. nu. 4.* Avendaño *de exeq. mandat. par. 1. cap. 19. num. 32.* Machad. *de perfect. confes. tom. 2. lib. 6. par. 8. tract. 3. decum. 10. num. 2.* & alios quos citat Fras. *de Regio patronat cap. 85. num. 64. tom. 2.* Crespi *obser. 1. nu. 231.* & ipsis adde Tranchedin. *consult. 2. nu. 9.* 15

Prout etiam certum traditur in hac falsitatis specie tantùm teneri penà arbitrarià, juxtà delicti, ac delinquentis qualitatem, & causæ circunstantias (antiquatà illà deportationis, & omnium bonorum publicationis in homine libero; & ultimi supplicii in servis, de qua *in l. 1. §. fin. ff. ad leg. cornel. de falsis*, Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur. 4. d. casu 317. num. 19. cum seq.* & comprobant Thesaur. *quæst. foren. 5. num. 3.* Faber *in C. lib. 9. tit. 13. def. 13.* Lagan ad Rovit. *in prag. 1. de falsis, num. 1. in primo ver. circa fin.* Matth. *cont. 37. num. 10. & seq.* Peg. *decis. 80.* Christin. *in C. vol. 4. dec. 199. num. 5.* quam extendi posse usque ad mortem, allegati docent, & Nos recitavimus *dec. 19. num. 48. par. 1.* 16

Hucusque ponderata, majori ratione procedunt in signis auctoritate publica constitutis, ad designationem alicujus specialitatis, ut sunt in insignia Proconsularium, de quibus dicitur *in l. 1 ff. de offic. proconsi.* vel militum *l. milites C. locati*, Baldus *in l. 1. C. quæ res vend. non poss* Bolafius *in Curia Philip. lib. 1. cap. 7. num. 8.* ubi idem subdit de insignibus, vel signis operum, vel monetarum publicarum, notariorum in instrumentis publicis, aut officialium, aut ministrorum Regiorum, & in insigniis, & vestibus Regalibus; docet Azevedo *lib. 4. novæ recop. tit. 1. l. 8. num. 3.* quibus nemo uti valet, quin incidat in pœnam falsi, ut probat *tex. in l. eos 27. §. fin. ff. ad l. cornel. de falsi.* ibi: *Qui se pro milite gessit, vel illicitis insignibus usus est, vel falso diplomate vias commeavit, pro admissa qualitate puniendus est.* Ubi per diplomata intelligit Anton. Matthæus *ad eund. tit.* litteras tractatorias, ut notat Gonzalez Tellez *in lib. 5. decretal. tit. 20. de crim. falsi. in cap. Ad audientiam 3. num. 5.* Barbosa *ad d. cap.* comprobat Christineus *vol. 1. decis. 185. num. 63. & 64.* & eum textum intelligit *ibidem* Gotofr. in eo qui usurpat insignia altioris ordinis, Reg. Matth. *de re crim. cont. 38. num. 10.* subdens, pœnam esse ultimi supplicii. 17

Non obstat dicere, quòd signa sunt nomina muta rerum, *l. stigmata 3. C. de fabricens. lib. 11.* Cævallos *com. contra comm. quæst. 745. num. 1.* Curia Philip. *lib. 1. cap. 7. num. 1.* Nam sicut ex signo cognoscitur signatum, *l. labeo 1. §. intelligimus*, ibi: *Plerumque signis quibusdam demonstrari solent, ff. de ædilit.* Surdus *cons. 126. num. 15.* Barbosa *axiom. 207.* Rubeus *de valid. leg. cap. 70. num. 44.* Lara *de anniver. lib. 1. cap. 7. num. 37.* Decis. Genuæ 201. *num. 2. cum seqq.* Escobar. *de puritat. quæst. 16. §. 2. num. 5.* prout fabricensis cognoscitur ex signo, *d. l. stigmata*, ubi DD. Proconsul per signa consularia, *d. l. 1. ff. de offic. proconsul.* Archiepiscopus per pallium, *extra de auctoritate, & usu pal.* ita nomina sunt comparata ad singulas personas recognoscendum *l. ad recognoscendum 10. C. de ingen. & manum.* ac etiam ad res. *l. labeo 7. §. servius. ff. de supellec. leg.* nam cujus est signum, præsumitur esse res signata, *l. defensionis 7. C. de jur. fisci lib. 10.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 7. tit. 3. nu. 10.* Anton. Gomez *in l. 45. Tauri n. 3. & 77.* Gonzalez *ad reg. cancel. glos. 60 n. 62. cum seqq.* Malcard. *de proba. conclus. 91. & conclus. 157. n. 3. cum seqq.* 18

UAB Biblioteca de Ciències Socials

seqq. & concluſ. 160 *num.* 4. *ac concluſ.* 551. Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 64. & cum aliis pluribus allegatis Eſcobar *de purit. d quæſt.* 16. § 2. *num.* 6.

19 Qua ratione dicunt, quòd familiæ identitas per identitatem cognominis probatur ex *tex. in l. cum præſump.* 9. *C. de liber cauſ.* Chaſſan. *in catal. glor. mund.* 1. *par. conſ.* 41. *in princ.* Menoc. *lib.* 6. *præſump.* 15. *nu.* 48. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1175. *num.* 24. & *ſeq.* Pelaez *de majorat.* 2. *par. q.* 7. *num.* 87. & 89. Farinac. *frag. verb. identitas num.* 18. Gratian *diſcep. foren. tom.* 4. *cap.* 645. *n.* 10. & his cum aliis etiam allegatis Eſcobar *de puritat. quæſt.* 16. § 2. *num.* 3.

20 Et tamen cuique licet nomen ſuum mutare *l.* 1. *C. de nomin. mutat.* Paulus *lib.* 5. *ſent.* 25 § *qui ſibi. l. facta* 63. §. *ff. ad Sc. Con. Trebelian.* ibi: *Si verò nominis ferendi conditio eſt, quam Prætor exigit: rectè quidem facturus videtur, ſi eam expleverit. Nil enim malè eſt, honeſti hominis nomen adſumere, nec enim infamoſis, & turpibus nominibus hanc conditionem exigit Prætor; ſed tamen ſi recuſet nomen ferre, remittenda eſt ei conditio, ut Iulianus ait: & permittendæ utiles actiones: aut bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas danda eſt: uti nactus actiones, tranſferat eas ex Senatus conſulto.* Sic Plato nomen Ariſtotelis ſibi impoſuit, teſte Laertio in *ejus vita*, Theophraſtus antea Tyrtamus, dictus fuit Homerus Meleſignes. Archias Poeta, Aulus Licinus appellari cœpit, poſtquam Civis Romanus factus eſſet. Et Mar. Tullius ſumpſit nomen Ciceronis: Plutarch. *in vita Ciceron.* Ea de cauſa non reprehendendi ſunt ſcriptores, ſi interdum ingenii ſui monumentis modò ea probata ſint, & libellos famoſos non ſpirent, declinaturi fortè temporis, locive invidiam nomina ſua non propoſuerint, vel ſaltem ficta, & adoptiva aſſumentes, ſub eorum tegmine ſeſe clepſerint, ac evulgarint: nec non alii innumeri ſeſe in publicum detruſerunt laude ſua neutiquam defraudandi juxta Mart.

Diſſimula, ſimula, quoties occaſio poſſit.
Moribus ut morem temporibuſque geras.

Hæc recitat Crutius *de indic. par.* 2. *cap.* 36. *num.* 9.

21 Prout etiam non eſt prohibitum nomen variare, ut dixerat Seneca *lib.* 4. *de bene. cap.* 8. *Si quod à Seneca acceperiſſes Anneo te diceret debere, vel Lucio, non creditorem mutares, ſed nomen*, cum aliis adductis per Valenzuela *conſil.* 90. *num.* 125. & poſt eum Reg. Matth. *de re crimin. cont.* 5 *num.* 5.

22 At reſpondetur, quòd hoc procedit, quando nominis mutatio fit ſine dolo, vel ſine alicujus præjudicio, ſecus autem, ſi fit cum fraude, & in præjudicium alterius; quia tunc nominis mutatio fit punibilis, *ex lege Cornel. de falſis*, & ſic pœna arbitraria *l. falſi* 13. (ſic intelligenda) *ff. ad leg. Corn. de falſ.* & ita rem hanc intelligunt DD. *& gloſ. in d. l.* 1. *C. de mutat. nomin.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 318. *num.* 19. 26. *& ſeq.* Tiraquel. *de nobilit. cap.* 13. *in fin.* Petr. Gregor. *lib.* 36. *Syntag. cap.* 4. Curia Philip. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. Azeved. *lib.* 5. *no. recopil. tit.* 12. *lib* 6. *num.* 2. Strac. *de mercat. par.* 2. *num.* 94. Farinac. *in prax. quæſt.* 150. *num.* 145. Coſſius *in prax. tit. de mut. nominis in prin.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 176. *num.* 11. *centur.* 2. Carpzou. *in prax. cri. quæſt.* 93. *n.* 33. Carol. Rota *prac. concluſ.* 27. *n.* 6 Conciol. *ad ſtatut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 50. *n.* 1. & ibi Romaguera *num.* 5. Reg. Matthæ. *d. cont.* 5. *n.* 5. junctо 27 Germo. *de ind. Cardin.* §. *Hieronymo*, Fornerius *lib.* 5. *rer. quot. cap.* 17. Cujac. *lib.* 15. *reſp. Papin. ad l. falſi* 13. Gonzalez. Tellez. *lib.* 5. *decretal. tit. de crimin falſ.* 20 *cap. ad Audientiam* 3. *n.* 5. Chaſſan. *in catal. glor. mundi par.* 1. *conſid.* 1. *concluſ.* 21. Caval. *deciſ.* 549. *n.* 2. Rota *in Ampur. denominationis canonicorum, ſeu cap.* 20. *April.* 1646. coram Meli. Card. Luca *in theatr. verit. de præemin. diſc.* 10 *n.* 10 *& diſc.* 30. *n.* 13.

23 Inde mutans ſibi nomen in celebratione contractus, ſupponendo ſe pro alia perſona, aſſerens ſe eſſe creditorem falliti, cum non ſit gerens ſe pro Doctore, Nobili, Notario, cum non ſit, pœna falſi omnes tenentur, Carpzovius *in prac. crim. d. quæſt.* 93 *n.* 34. *& ſeq.* Reg. Cortiad. *deciſ.* 88. *num.* 22. 23. *& ſeqq.* Romaguera ad Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii lib.* 4. *d. rub.* 50. *num.* 6.

24 Etiam pœna falſi tenetur libertus, qui pro ingenuo ſe geſſit, cum neque jus aureorum annulorum impetraſſet, neque à Principe reſtitutus natalibus eſſet, *l. unic. C. ad leg. Viſel. l.* 1. *C. ſi ſerv. aut libert. lib.* 10. Gonzalez Telez *in lib.* 5. *tit.* 20. *de crim. falſ. cap. in Audientia* 3. *num.* 5.

25 In pluribus tamen caſibus licere nomen ſibi mutare abſque incurſu pœnæ, & præcipuè pro defenſione, perſonæ, amicorum, & rerum ſuarum, item adverſus hoſtes, vel latrones in itinerando, item mutando ſibi nomen turpe, & aſſumendo nomen pulchrum, & ſimilia, declarant Baiard. ad Clar. *in* §. *falſum num.* 195. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 176. *num.* 10. *& ſeq.* Farinac. *in prax. quæſt.* 150. *num.* 145. Bonfin. *ad bannim. general. cap.* 13. *n.* 1. Conciol *ſuper ſtatut. Eugub. lib.* 4. *rub.* 50. *n.* 2. *&* 3.

Hinc etiam, licèt habitus Monachum non faciat, 26
ut vulgò traditum eſt, cujus proverbij locutionem ex Græcis derivatam fontibus, affirmat Cælius Rhodigin. *lib.* 3. *antiqu. lect. cap.* 12. & ex Plutarcho hæc verba refert *Non Philoſophum facit promiſſior barba, nec veſtis pertrita.* Et apud Aulum Gellium Herodes ait: *video barbam, & pallium, Philoſophum nec dum video;* Nec diſſimile eſt, quod ex D. Chryſoſtomo refert Gratianus *in cap. multi* 40. *diſt. Non Cathedra facit Sacerdotem, ſed Sacerdos Cathedram, non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum.* Unde Sancti Patres parum præſidij poſuerunt in externo habitu. Sanctus Ephrem adverſùs Monachos vitioſè viventes ait: *Non putetis in cingulo, aut veſte longa conſiſtere perfectionem Monachi: nam habitus abſque operibus nihil eſt. Et in ſermone de vita Monaſt.* D. Hieronimus *epiſt.* 22. ad Euſtochium: illuſtrant latè Haæphtenus *diſquiſit.* 5. Savarus ad Sidonium *lib.* 4. *epiſt.* 9. Theophilus *com.* 16. *in Heteroci. ſpirit ſect.* 5. *par.* 1. Beatus Anſelmus *in carmine de mundi contemptu*, ibi:

Non Tonſura facit Monachum, non horrida veſtis;
Sed virtus animi perpetuuſque rigor:
Mens humilis:, mundi contemptus, vita pudica.
Sanctaque ſobrietas: hæc faciunt Monachum:
Hæc vos in cœlum (Monachi) quadriga levabit;
Si fiat in terris dignum ſalutis opus.
Nil tonſura juvat, juvat haud viliſſima veſtis.
Si lupus es, quamvis jam videaris ovis:
Nam falli poſſunt homines, ſed fallere Chriſtum.
(Qui nullum fallit) nemo poteſt hominum.
Ille quidem facum ſimulatæ religionis.
Damnat, & in reprobis moribus eſſe nequit.

Cuncta hæc recitat Gonzalez Telez *tom.* 3. *decretal. lib.* 3. *cap.* 13. *tit.* 31. *de regularibus, in notis num.* 4.

Attamen habitus facit præſumptionem, ut quis iudi- 27
cetur talis, qualem habitus, quem defert, demonſtrat, Federic. de Sennis *conſil.* 13. *num.* 3. *ver talis nanque*, & qualis actu apparet in ſui figura, talis præſumitur in ſui eſſentia, Paul. de Caſtro *conſil.* 261. *viſis, & conſideratis lib.* 2. Fagnan. *in cap. ſi quis de for. comp. num.* 58.

Eſt enim habitus ſignum, quo ſecernuntur gentes: Un- 28
dè recto in animo habuit Alex. Severus Cæſar omnibus officijs genus proprium veſtium dare, & omnibus magiſtratibus, ut à veſtitu dignoſcerentur, ut refert Lamprid. in Alexand. & obſervat Vela *de delict. cap.* 13. *num.* 5. ſic cognoſcitur per habitum ſervus à liberto, *l.* 1. §. *qui pileum, ff. de lat. lib. tol.* novitius à profeſſo *cap. pen. extra de regul.* ancilla à libera, & meretrix à matrona. *l. apud labeonem*, §. *ſi quis virginem, ff. de iniur.* docet Lucas de Penna *ad l.* 3. *C. de fabricenſ. lib.* 11. *n.* 7. latiſſimè Rubeus *de valid. leg. cap.* 70. *à num.* 24 ubi *num.* 40. de modeſtiſſima Thamar, quæ judicata fuit meretrix ob pulchram veſtem, quam ferebat; ac quia ornatè incedebat, non obſtante, quodoperuerat vultum ſuum.

Damnemus illos habitus (de quibus diximus *deciſ.* 29
57 *num.* 57.) & huic loco accomodo, quæ dicit Tertullianus *de pallio cap.* 4. novitate veſtitus religionem mentiuntur. Ita de veſtium mutatione ſcribit Beyerlink recitans Poetam, *in verbo veſtis.*

Pudor decorum, opprobriumque ſæculi.
Peſtis, luesque militaris ordinis.
Qui percitis furore mentis ebriæ.
Licentiaque perditorum temporum.
Abominandi involuti teſtibus.
Fas omne rumpunt, eruunt Rempublicam.

Etiam puniuntur portantes habitum alienum, cum- 30
que uſurpantes, Tiraq. *ad ll. connub. l.* 3. *nu.* 58. Rebuf. *de privil.* 94. Didacus Parez *in rub. ordinamenti tit.* 18. *lib.* 8. Petr. Greg. *ſyntag. jur. lib.* 39. *cap.* 11. & alij allegati per Cævallos *com. contra com. q.* 745. *num.* 9. Plaza *in epit. delic. cap.* 5. *per tot.* Vela *de delict. cap.* 13. *tot.* ex fraudis, vel deceptionis cauſa, lege Cornelia de falſis tenentur *l. eos* 27. *§. fin. ff. ad leg. Cornel. de falſis*, ubi Bartol. & DD. ac Vela citatus, ubi de muliere quæ virilem habitum induit, & de viro, qui muliebri ornamento utitur

& de eo, qui se Clericum fingit, & de scholari, qui vestes Doctorum assumit, & aliis, apud eum videas.

31 Pariter etiam, sicut nomina adinventa fuerunt ad significandos homines, & habitu secernuntur gentes, ut supra probavimus, ita arma, & insignia disposita fuerunt ad agnoscendas familias, *arg. l. 1. §. si intellig. 6. de ædilit. edict. l. quod si neque* 14. *in fin. l. de peric. & com. rei vend. l. stigmata* 3. ubi omnes DD. *C. de Fabricens. lib.* 11. Gutier. *lib. 3. pract. q. 16. n. 105. & seq.* Gratian. *discep. foren. to. 4. cap. 645. n. 16.* & habentur arma loco cognominum, ut ex Chassaneo, Addit. ad Molin. Anchar. & aliis probat Escobat. *de pur. qu. 16. §. 2. num. 4.*

32 Quia ratione per arma idemtitas familiæ probatur, ac ejus qualitas, & nobilitas, Gutier. *lib. 3 prac. d. quæst. 16. à num. 105. cum seqq.* Pelaez *de majorat. 2. par. quæst. 4. illat. 8. num. 160.* plura de hac re Tiraquel. *de nobilit. cap. 6. nu. 14. & 15.* Annæus Robert. *lib. 4. rer. judic. cap. 4.* rem declarans, tradit Escobar *de puritat. quæst. 16. §. 2. per tot.* ubi latè cum Joan. Baptis. Thoro de inscriptionibus, insigniis, & armis in operibus regalibus, Civitatis, Ecclesiarum, & aliis agit.

33 Undè licèt cuilibet permissum videatur, ad sui beneplacitum insignia eligere, sicut nomina, Bertrarch. *in repert. verb. insignia*, & ante eum Bon. de Curt. *de nobil. par. 3. num. 172.* Joan. Bap. de Thoro *in addit.* ad Ponte *de pot. Proreg. tit. 10. de diversis provis. §. 1. de insig. & arm. num. 1.*

Attamen advertendum est, quòd etiam inter privatos injuria fit ei, cui stigmata usurpantur, vel contemnuntur, *arg. l. minimè, C. de Episc. Audient. cap. dilecta, de excess. prælat. l. Judæos, C. de Judæis*, Paris. *consil. 9. nu. 8.* Matienzio *l. 6 glos. 2. nu. 3 lib. 5. recop.* Gomez *ad l. 45. Tauri n. 77.* Barbo. *in d. cap. dilecta n. 4.* Avendaño *de exeq. mand. par. 1. cap. 19. n. 31.* Farinac. *quæst. 150. nu. 65.* Hopingius *de jure insignium cap. 4. num. 154.* Reg. Matth. *de re crimin. cont. 45. nu. 47. & 48.* Thoro *in addit.* ad Pont. *de potest. Proreg. tit. 10. de divers. provis. d. §. 1. de insig. & arm. 1. num. 1.* Thesau. *decis. 270.*

34 Et qui arma, vel insignia tollit, vel usurpat, punitur pœna falsi, *l. 27. §. vit. ff. ad leg. cornel. de falsis*, Gonzal. Tellez *lib. 5. decretal. cap. ad Audientiam 3. num. 5.* extra ordinem Judicis arbitrio, Cyriac. *cont. 224. num. 1.* Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugub. lib. 4. rub. 46. num. 28.* de Ponte *de potest. Proreg. tit. de diversis provis. 10. §. 1. de insig. & armis, num. 4.* & ibi Thoro *nu. 1.* qui alios allegat.

35 Ex hucusque ponderatis sequitur dicere, quòd cum damno tertii non licet assumere alienum nomen, cognomen, insignia, titulum, marcam, & signum, ut post ferè super citatos probat noviter, & doctè Franciscus Antonius Tranchedin. inter imprimendum visus, *consult. 2. tota*, & præcipuè *num. 2.* allegans inter alios Hoping. *de jure insig. cap. 8. num. 197. & in cap. 18. num. 196. cap. 21. §. 1. nu. 147. & 151. cap. 22. §. 8. num. 225.* in puncto tituli, seu inscriptionis *in cap. 19. nu. 25.* in puncto imaginis *in cap. 10. num. 192. cap. 14. num. 165. cap. 8. num. 154.* in puncto insignium *in dict. cap. 8. num. 114. & 176.* in puncto insignium, & signorum similium appensorum in apothecis proximis *in cap. 11. num. 143. ca. 13. num. 222. cap. 2. num. 1030.*

36 Prosequitur idem Franc. Anton. Tranchedin. *d. consult. 2. num. 2* probans in hac re nobile officium Judicis debere operari nemine requirente, *& num. 9.* punctim ponderat Bart. *in tract. de insignis num. 7.* ibi: *Pone quendam fabrum esse doctissimum, qui in gladiis, & aliis operibus faciebat certa signa, ex quibus opus ipsius magistri esse cognoscitur, & per hoc tales merces melius venduntur, & avidius emuntur, tunc puto, quòd si alius faceret tale signum, posset prohiberi*; quia ex hoc populus læderetur, acciperetur enim opus unius pro opere alterius.

37 An verò una Religio possit uti insigniis alterius Religionis agit idem Tranched. *d. consult. 2. nu. 9. in fin.* citans Sol. *ad decret. Sabaud. tit. de insig. & armis, glos. 2. ad fin.* Albert. Brun. *in integro consilio inserto in trac. de rebus dubiis*, quibus adde Cardinal Joann. Baptist. de Luca *in theat. veritat. lib. 3. de præeminent. disc. 10. tot.* ubi amplè, & magistraliter rem terminat.

38 Ponderata exposuimus in facto Bartholomæi N. Cultrarii Villæ Mataronis, qui utebatur signo alterius cultrarii hujus Civitatis, & illum pœna falsi arbitraria puniendum proponebant Fiscus, & spars instans interessata: sed excipiebat iste, se immunem fuisse ab inquisitis, ex duobus juris assertis. Primo; quia signum, quo utebatur, erat valde diversum, & dissimile à signo alterius; quia simul cum signo in operis suis exprimebat rotulum cum expressione clara cognominis de N. cum qua liquidò dignoscebantur, & secernebantur ab operis accusantis; & ad id allegabat Chassan. *in catal. glor. mund. d. par. 1. con. 39.* ibi: *Si sint plures successores, ad proximum transeunt arma integra sine diminutione, ad sequentes verò cum aliqua diminutione, aut cum appositione, seu additione alicujus rei, sit quod possint discerni ab armis principalibus integris, & planis, & dicit Bartol. ubi supra, quod istud licet, sicut licitum est addere cognomen nomini, aut inter duos ejusdem nominis, ex quo denotari possit diversitas inter eos; sicut inter duos fratres ejusdem nominis dicitur unus Joannes junior, vel parvus: alter verò Joannes antiquus, vel magnus.*

Secundo, quia cultrarius inquisitus habitabat in Villa Mataronis, actor verò in hac Civitate, & prohibitio punibilis usurpationis signi alieni procedit respectu officialium habitantium in eodem loco; secus si in diversis, Guliel. Benedict. *in cap. Raynutius verb. Raynutius de clara n. 59.* ibi: *Poterit omnes alios prohibere, ne in illo loco, vel Civitate signo tali utantur.* Chassan. *in catal. glor. mun. par. 1. con. 34. ver. vel quia*, ibi: *Et prædicta intelligo vera, nisi esset magna distantia loci de uno in signo ad aliud, aut unus vicus multum distaret ab alio.* 39

Satisfecit primo opposito actor, quòd Chassaneus extra terminos nostros loquitur, & quòd non ex quo sculpserat inquisitus nomen in operis, ex eo, ejus esse dignoscebantur; imò etiam decipiebantur ementes, solum signum prospiciendo in damnum optimi artificis, cujus marcam esse cognoscebant, & ejus esse operas intelligebant; quia ejus esse præsumuntur, cujus est sigillum, Aflict. *dec. 23. nu. 3. & 4.* Gomez *ad l. 45. Taurin 3. & 77.* Boerius *dec. 105. n. 9.* Olasceus *dec. pedem. 40. nu. 2.* Masc. *de probat. conclus. 91. & conclus. 157. n. 7. cum seqq. & conclus. 160. num. 4 & 551.* Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 64.* Laurent. *dec. Avenion. 30. numer. 2.* Gonzalez. *ad reg. 8. Cancel. glos. 60. num. 62. cum seqq.* Curia Philip. *tom. 2. lib. 1. cap. 7. num. 13* Barbosa *axiom. 207. num. 2.* Rota *recent. par. 7. dec. 134. nu. 11.* Rubeus *de valid. leg. cap. 70. nu. 45. & seq.* & diximus supra 40

Secundo opposito fuit responsum non esse admittendas doctrinas, pro reo ponderatas, quando non obstante quod artifices habitent in diversis locis; præjudicium tamen periti artificis non evitatur, notat Chassan. *in Cat. glo. mundi par. 1. con. 21. ver. ex dictis tamen*, ibi: *Ex dictis tamen Bart. in prædic. tract. in 2. col. sublimita istud dictum præcedens, scilicet de portu, & delatione armorum, nisi essent exteri, seu ita de longinquo, ut esset talis distantia de uno loco ad alium, quòd primus lædi non posset, puta si Italus assumat sibi arma Teutonici, vel Anglici, & è contra, vel Italus arma Hispani; certè ut dicit Bartol. in hoc non videtur generari præjudicium, nec scandalum inter eos, & dictum Bartoli sequitur Panormit. in cap. dilecta de excess. prælat.* Et considerat ulteriùs idem Chassan. *dict. par. 1. con. 32. ver. Altisiodorenses*: & magis ad punctum Anchar. *in dict. cap. dilecta de excess. prælat. numer. 14.* cujus litteram supra recitavimus: ubique ergo fit præjudicium artifici optimo primo occupanti, non est tolerandum, ut alter eo signo utens decipat mentes, etsi in diversis locis existant.

Sic Senatus die 11. Julii 1680. referente Regio Senatore Taverner & Rubi tunc I. R. C. in facto Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ, & partis instantis adversus, & contra Bartholomæum N. Cultrarium, vulgò *Daguer* Villæ Mataronis, Diœcesis Barcinon. delatum, & inculpatum, quòd cum proprium signum unius litteræ T. haberet, quo antea utebatur ad signandum navaculas, & alia instrumenta ferrea, quæ in propria domo sita in dicta Villa de Matarò fabricat marcà, seu signo unius sagittæ, etsi ferè in omnibus navaculis rotulo proprii nominis N. adiecto, dolo, & fraude Joannis Casas periti Cultrarii præsentis Civitatis (per multos antea annos antedicto signo sagittæ utentis) ut navaculæ in ipsius domo fabricatæ meliùs venderentur, & avidiùs emerentur, sic crimen de falso committendo, qui fuit condemnatus, quòd longa carceris detentio cederet ei in pœnam, & quòd supradicto signo, sive marca unius sagittæ amplius uti non posset ad signandum navaculas, seu alia ferrea instrumenta, 42

per ipsum, vel in propria domo fabricanda; nec etiam rotulo proprii nominis adiecto; ad pœnam bannimenti à præsenti Principatu, & Comitatu Ceritaniæ per quinquennium: in actis Riambau Not.

43 Et antea in Regia Visita celebrata die 20. Decembris 1674. fuit Franciscus N. Cultrarius dictæ Villæ de Mataró detentus, quia alieno signo dolosè, & in alterius nocumentum utebatur, relaxatus cum manuleuta ducentum librarum, injuncto ei mandato verbo tenus per Relatorem, ne ampliùs dicto signo, vel marca uteretur, comminando eidem, quòd aliàs procederetur prout juris foret.

44 Et die 11. Martii 1683. referente Regio Senatore Vincentio Sabater I.R.C. contra Michaelem N. ejusdem Villæ, qui dolo, & fraude utebatur dicto signo sagittæ, fuit condemnatus, quòd longa carceris detentio cederet ei in pœnam, & quòd supradicto signo amplius uti non posset, ad signandum navaculas, seu alia instrumenta ferrea, etiam cum rotulo nominis proprii de N. ad pœnam bannimenti à præsenti Principatu, & Comitatu Cæritaniæ per quinquennium.

DECISIO LXIII.

ARGUMENTUM.

Qui sit truffator, & an ille committat crimen stellionatus; & qua pœna puniatur; crimine falsi an teneatur, qui eandem rem duobus in solidum vendidit, & an stellionatus pœna plectatur, qui rem obligatam, dissimulata obligatione alteri distraxit, obligavit, vel in solutum dedit, ubi conciliantur Paulus *in l. qui duobus in solidum* 21. *ff. ad legem Corneliam de falsis*, & Ulpianus *in l.* 3. *§.* 1. *de stellionat.* Conciliantur pariter *l.* 2. *ff. de stellionat. l. quod Ergo*, *§. cum autem fi. ff. de his qui notantur infamia*.

SUMMARIUM

1 *Sicut contractus alii sunt nominati, alii innominati; ita delicta alia sunt nominata, & alia innominata; quæ autem proprium nomen non habent, sub nomine, & crimine stellionatus comprehenduntur.*

2 *Hujus generis est truffa, ubi explicatur, quæ sit truffa, & remissivè de* mohatra.

3 *Stellionatus crimine tenetur, qui imposituram fecerit, vel collusionem in necem, hoc est fraudem, & damnum alterius.*

4 *Crimen stellionatus, & truffa præsupponere debet dolum.*

5 *Qui duobus eandem rem in solidum vendidit, pœna falsi coercetur, qui rem obligatam dissimulata obligatione alii distraxit, obligavit, vel in solidum dedit, stellionatus crimine tenetur; differentiæ ratio assignatur inter hos, & admittitur doctrina Merillii usque ad num.* 10.

11 *Excusatur à crimine stellionatus, qui in secunda speciali rei obligatione priorem specialem hypothecam, vel onus callidè dissimulaverit, quando specialis hypotheca primo, & secundo creditori sufficiens est.*

12 *Non tenetur crimine stellionatus, qui rem duobus generaliter obligavit.*

13 *De consuetudine generali derogatum est juribus punientibus vendentes, & obligantes, seu distrahentes res duobus, quæ limitatur in vendente, & pretium ab utroque emtore participante, qui puniri debet.*

14 *Inter truffatores connumeratur ille, qui sub colore mutui, commodati, conducti, vel depositi rem sibi ab alio exposcit, & illam vendit, vel quovismodo distrahit, in usus suos convertento, sed censet Auctor, quòd ille truffator non est, sed fur.*

15 *Truffator punitur pœna extraordinaria, judicis arbitrio.*

16 *In crimine stellionatus quomodò contrabatur infamia, enodatur.*

17 *Decisio Senatus.*

18 *Alia decisio Senatus.*

Sicut contractus alii sunt nominati, alii verò innominati, *l. juris gentium 7. ff. de pactis in princ.* Mantica *de tacit., & ambig. convent. libr.* 1. *tit.* 8. *à numer.* 1. *per tot.* Felic. *de cens. lib.* 1. *cap.* 2. Donel. & Osuald. *lib.* 14. *cap.* 10. & 34. Retes *opusc. lib.* 2. *sec.* 1 *cap.* 1. & 2. ita delicta alia sunt nominata, & alia innominata; quæ autem proprium nomen non habent, sub nomine, & crimine stellionatus comprehenduntur, *l.* 3. *ff. de crim. stel.* ibi: *Et generaliter dixerim, deficiente titulo criminis, hoc crimen locum habet*, Gomez *var.* 3. *cap.* 7. *nu.* 1. ubi Ayllon. Menoch. *de arbitr. libr.* 2. *centur.* 4. *cas.* 381. *numer.* 1. Thoro *in compend. decis. tom.* 4. *verb. pœna committentis*, Amaya *in C. de infamibus*, *l. unic. à n.* 57. Olea *de cess. jur. tit.* 7. *quæst.* 2. *in princ. & per tot.* 1

Hujus generis est truffa, quæ dicitur omne id, quod bonum non est, quasi sit mendacium iocosum, & quandoque illud dicitur apud Nos *burla*, Mieres *in Cur. Perpin. Pet. Tertii*, *super cap. ordinamus de Judæis collat.* 6. *pag.* 376. *in novis*, *par.* 1. *num.* 4. vel pro dolo, & fraude truffa accipitur, scripsit Thoro *in compend. decis. ver. truffator*, *pag.* 558. vel etiam verbum truffa, est verbum plebeium, quod significat imposituram, & truffatores dicuntur impostores, & derisores, & hi sunt, qui deceptatores vocantur. Cyriac *lib.* 1 *cont.* 76. *n.* 1. ubi inquit, quòd truffatores tenentur pœna criminis stellionatus, *ex d. leg.* 3. *ff. de crim. stellionatus*, Clarus *§. fin. quæst. crim.* 83. *nu.* 3. *ver. si quis imposituram*; Menoch. *de arbitr. cas.* 383. (de alio execrabili negotiationis genere, quòd Hispanè *mohatra* nuncupatur scribit Faria ad Covar. *lib.* 3. *var cap.* 3. *num* 63. *& seqq.*) 2

Quod comprobatur, quia stellionatus crimine tenetur, qui imposituram fecerit, vel collusionem in necem, hoc est fraudem, & damnum alterius, ut probat *d. l.* 3. *ff. de crim. stellionatus*; Vuesemb. *in parat. ad eundem tit. nu* 2. prout si quid dolo, dolosavè dissimulatione factum sit, qui dolum commisit, criminis stellionatus reus dicitur, Farinac. *in prax. q.* 19. *num* 33. Salgado *in labyrint. credit. par.* 1 *cap.* 14 *nu.* 99. Cuiac. *lib.* 10. *obser. cap.* 26. Anton. Faber. *lib.* 4. *cap.* 2. *circa finem*, Amat. *resol.* 53. *tom* 2. *num.* 5. Cyriac. *cont.* 122. *lib.* 1. *nu.* 47. & cum his, ac aliis allegatis Olea *de cess. jur. tit.* 7. *d. q.* 2. *num.* 3. 3

Inde fit certum, quòd crimen stellionatus semper præsupponere debet dolum, *ex d. l.* 3. Bossius *in prax. tit. de stellionatu sub num.* 1. Bertaz. *cons. crimin.* 8. *num.* 59. prout nec quis potest esse truffator, nec argui de truffa, qui non sit dolosus, nec animo præmeditato actum imposituræ fecerit, Cyriac. *cont.* 76. *lib.* 2. *num.* 4. nec in scientem committi valet, quia scienti, & consentienti non fit fraus neque dolus, *l.* 1. *§. si intelligatur l. si tamen §. et qui*, *ff. de ædilit. edicto*, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de act. emp.* Olea *de cess. dict.* 7. *quæst.* 2. *nu* 23. 4

In hac rem ponderare non omitto, quod scripsit I.C. Paulus *in l. qui duobus in solidum* 21. *ff. ad leg. Cornel. de falsis*, in illis verbis: *qui duobus in solidum eandem rem diversis contractibus vendidit, pœna falsi coercetur, & hoc & divus Adrianus constituit*; quibus adversari videtur I.C. Ulpianus *in l.* 3. *§.* 1. *de stellionatu*, ibi: *Si quis forte rem alii obligatam, dissimulata obligatione per calliditatem alii distraxerit, vel permutaverit, vel in solutum dederit, nam hæ omnes species stellionatum continent.* 5

Diversos esse casus positos à Paulo & Ulpiano in dictis juribus, docent omnes DD. Paulus *in d.* 21. *ff. ad l. Cornel. de falsis*, de eo arguit, qui duobus eandem rem in solidum vendidit, & cum de falso teneri respondit, probant Basilic. *decis.* 37. & infra allegandi, Ulpianus *in d. l.* 3. *§.* 1. *de crim. stellion.* agit de eo qui rem obligatam dissimulata obligatione alii distraxit, obligavit, vel in solutum dedit, & hunc stellionatus crimine teneri resolvit, & comprobat Olea *de cess. jur. tit.* 7. *quæst.* 2. *tota*, & maximè *numer.* 16. ubi infert ad casum in quo dolosè quis se gessit in jurium cessione, & cum stellionatus accusationi, & pœnæ subiici docet, ubi latè rem declarat, & allegat Amat. *decis.* 6. *num.* 1. Guz. *ac evict. quæst.* 35. *num.* 43. Farinac. *de fals. q.* 150. *nu.* 225. Carrasco *ad leg. recop. de nobilit. non carcer. à n* 67. *ad* 76. 6

Differentiam scribit Vinnius ad Vuesemb. *ad d. tit. de stellionatu n.* 2. inquiens, quòd duobus res potest obligari, & obligata res salvo jure pignoris, etiam vendi potest, sed duobus ejusdem rei dominium in solidum 7

lidum dari non potest, sed Auctor iste, etsi casus distinguat, difficultatem non solvit: nam si res obligata alteri, potest obligari, vel vendi salvo jure pignoris, quomodò criminis stellionatus reus erit, qui rem obligatam alteri obligavit, aut distraxit? dicit rursus, quod quidam in casibus assignatis utrumque crimen concurrere putant, quibus obstant antedicta; nam stellionatus crimen cum alio delicto nominato concurrere non potest, quia tantùm de stellionatu objicitur, quando alius titulus criminis deficit, *ex d. l. 3. ff. de stellionat.*

8 Hermosilla ad Lopez *l. 32. tit. 5. par. 5. glos. 1. pag. mihi* 150. *tom. 1. nu. 215. & seq.* docet quòd potest criminaliter agi contra venditorem; ex eo quòd rem alienam, vel alteri obligatam, ut liberam scienter vendidit, licèt res nondum sit evicta, illo enim casu committit venditor crimen stellionatus, *ex d. l. 3. ff. de stellionat.* cum Farinac. *in prax. q.* 150. *num.* 220. at si venditor, vel donator aliquid falsum dicit, ut puta rem liberam esse, & alteri illam non obligasse, tunc punitur ex falsa assertione; *l. si à debitore, ff. ad leg. Cornel. de falsi. l. si creditor*, ubi glos. & DD. *C. eodem.* Bartol. *in d. l. qui duobus nu. 5. ver. quod duo*, Farinac. *d. quæst.* 150. *nu.* 227. *& consil. 176. nu. 10. lib. 2.*

9 Contra hoc dictum insurgit Merillius *obser. lib. 2. cap.* 28. cui non placet illa differentia, ut si debitor rem aliis esse obligatam dissimulaverit, tunc stellionatus crimine teneatur; si verò mentitus fuerit ad interrogationem, falsi crimine, nam si deficit falsi crimen, ubi quis sua pignora esse juravit, cum essent aliena, *l. ult. ff. de stellionat.* (& quidem deficit, alioquin non daretur actio ex crimine stellionatus) multò magis deficit crimen falsi, ubi debitor interrogatus, rem nulli alii esse obligatam mentitus fuerit, cum plus sit falsò jurare, quàm asseverare, vel mentiri.

10 Optimè ergo idem Merillius *obs. d. lib. 2. cap.* 27. assignat differentiam, & differentiæ rationem inter casus perpensos, asserens, quòd si debitor eandem rem duobus in solidum pignori dederit diversis contractibus, fieri potest, ut rectè sit utrique obligata, ut puta si ea res ampla est, & ad modicum æris fuerit prius pignorata; tuncque de stellionatu agi non potest *l. si quis, ff. de pign. act. l. 15. §. 1. ff. de pig. & hypoth.* sed etsi res modica duobus fuerit pignori obligata, adhuc fieri potest, ut si debitor pecuniam primo creditori solverit, pignus consistat in persona secundi creditoris, *l. 4. ff. qui pot. in pig. habean.* ita ut secundus creditor de stellionatu agere non possit; sic igitur ut qui eandem rem duobus pignorat, non semper incurrat crimen stellionatus at qui eandem rem duobus vendidit semper falsi crimen incurrit, neque enim aliter duobus vendere potest, quia semper falsum committit, qui rem ut suam vendidit, cujus dominium in alium transtulit, vel transferre debuit: unde infero, quòd licet qui dissimulat rem obligatam, falsum non committat rei dominium in alium transferendo, vel rem alteri obligando nihilominus dolum, & fraudem in necem emptoris, aut creditoris committit, quando res est modica, & non sufficit pro utraque obligatione, & sic criminis stellionatus sit reus, & ita intelligitur tex. *in d. l. 3. §. 1. ff. de stellionatu*; sin autem rem venditam, vel abalienatam alteri vendat, aut alienat, falsum semper committit; quia rem ut suam tradit, vel tradere promisit, cujus dominium apud eum non fuerat, unde ex falsa assertione merito de crimine falsi tenetur, & in his terminis est tex. *in dict. leg.* 21. *ff. de falsis.*

11 Excusatur ideò a crimine stellionatus debitor, qui in secunda speciali rei obligatione priorem specialem hypothecam, vel onus callidè dissimulavit, quando specialis illa hypoteca primo, & secundo creditori sufficiens esset; quia tunc calliditas non nocet creditori, cujus interesse, & damnum viam aperit accusationi, *l. si quis in pignore, §. 1. ff. de pig. act.* Farinac. *in prax. quæst.* 150. *num.* 225. *& lib. 1. consil. 7. num. 11.* ubi addit. *lit. B.* Merlin. *tom. 1. cont. cap. 72. à nu. 2.* plenissimè Noguerol. *alleg. 22. à num. 36.* ubi etiam latè agit quòd asserens, vel promittens hypothecas liberas esse, & nullis oneribus subjectas, satisfacit, si quas præstitit, idoneæ sint ad debiti satisfactionem, quamvis aliis obligationibus obnoxiæ essent, quod ampliat Farin. *ne. dec.* 345. etiam si promissio, seu assecuratio jurata esset, Olea *de ces. jur. tit. 7. q. 2. n. 14. & seq.*

12 Prout etiam in casu quo hypotheca foret generalis, non tenetur crimine stellionatus, qui rem duobus obligavit, Farinac. *in prax. q.* 150. *num.* 225. nam satisfacit vendito, si rem liberet ab obligatione, vel si emptori idoneè caveat de indemnitate, Gutier. *lib. 1. pract. qu.* 169. *nu.* 5. Hermos. ad Lopez *ad leg.* 63. *par.* 5. *quæst. 1. num.* 16. & latè Olea *decis. jur. d. tit. 7. quæst. 2. nu. 12. & seq.*

Sed de consuetudine generali derogatum esse juribus 13
punientibus vendentes, obligantes, seu distrahentes res duobus, testatur Prac. Papien. *in forma libel in act. hypot. in glos. sub eod. oblig. in fine*, ubi ait hanc consuetudinem esse inductam, ne Mercatores, & Negotiatores in suis negotiis impediantur, Farinac. *in prax. quæst.* 150. *num.* 135. & 136. illam consuetudinem admissam tradit in obligante rem duobus; verùm in vendente, & pretium ab utroque emptore recipiente sæpissimè attestatur vidisse criminaliter actum, & pronuntiatum, mali enim exempli esse inquit, sic permittere, ut contrahentes inter se decipiantur, cujus doctrinam consuetudine fundatam, & sic declaratam apud nos admitti posse non dubito.

Inter truffatores connumerat noster Reg. Cortiada 14
dec. 106. *num.* 72. ex Thoro *in compend. dec. par. 1. ver. Truffator pag.* 558. eum, qui sub colore mutui, commodati, conducti, vel depositi rem sibi ab alio exposcit, & illam vendit, vel quovis modo distrahit, in usus suos convertendo; sed censeo, quòd hic propriè non est truffator, sed fur, prout probant §. *furtum inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. l. si pugnare*, §. 1. *l. si cui*, *l. fullo, sarcinator, ff. de furtis*, *l. ut certò*, §. *plane in fine*, & §. *idem act. ff. commodati*; quia ut diximus truffa est crimen stellionatus, in quod non cadit crimen, quod proprium nomen, & titulum habet, veluti furtum; at truffam sub furti nomine interdum impropriè contineri non nego, & sentit Thoro *in compend. decis. par. 1. ver. truffator p.* 558. At si delicta inquiras, quæ propriè comprehenduntur sub crimine stellionatus, non discedas à *l. 3. eod. tit.* & consule Menoch. Avendanno, Farinac. & alios citatos per Olea *de ces. jur. tit. 7. qu. 2.*

Truffator punitur pœna extraordinaria, Judicis ar 19
bitrio, juxta personam, rerum, & circunstantiarum qualitates, Thoro *in compend. dec. par. 1. verbo truffator, pag.* 559. Reg. Cortiada *decis.* 106 *nu.* 62. Menoch. *de arbitr. cas.* 383. Cyriac. *controv. 76. num. 2.* varias pœnas recitat truffatoribus applicatas Thoro *in compen. dec. par. 3. sec. 3. verb. Truffator.* ubi tradit, quòd quidam truffator Bononiæ fuit bullatus in fronte, cum ob debilitationem corporis non posset deservire triremibus, & laqueo fuit suspensus; nuntius cui traditi fuerant ducati centum, ut cuinam traderet, fuit laqueo suspensus; & alter inquisitus de truffa, fuit in exilium damnatus per biennium, qui in causa appellationis fuit tantùm condemnatus, ut carcer ei cederet in pœnam, cum quibus rectè comprobatur his criminibus locum esse pœnæ extraordinariæ, juxta circunstantias contingentes.

An qui propter crimen stellionatus condemnantur, 16
fiant infames, dubitatur, Vulpianus *in leg. 2. de crimine stellionatus respondet.* ibi: *Stellionatus judicium famosum quidem non est, sed coercitionem extraordinariam habet.* Et *in l. quod ergo §. cum autem finali ff. de his qui notantur infamia* oppositum asserit, ibi: *Crimen stellionatus infamiam irrogat damnato; quamvis publicum non est judicium:* hæc duo responsa claram, & apertam inter se contrarietatem continere, ut nullà quidem solidà juris ratione conciliari possint, opinatur Genua *in legum conciliatione*, ad dicta jura; & de his legibus conciliandis agunt Acurcius *in dict. l. quod ergo*, §. *finali*, Cuyacius *lib. 10. obser. cap. 26.* Robertus *lib. 4. sententiarum cap. 17.* Duarenus *lib. 1. disputationum cap. 42.* Donellus *lib. 18. comment. cap. 8. lit. B.* & ibi Ossualdus, Pacius *cent. 2. qu. 17.* Menoch *de arbitr. cas. 381.* Anton. Fab. *conjectur. lib. 4. cap. 2.* & ibi Dom. Hieronymus Borija *in investigationibus juris civilis*; noviter contra Anton. Fabrum, Amaya *in codic. ad tit. de infamibus lege unica, nu. 57.* & prævalet in his conciliandis sententia Acurcii, quam omnes ferè citati sequuntur, & signanter magister ille claritate notus Jacobus Cuyacius *d. lib. 10. observ. cap. 26.* audi ejus verba, *Si concurrat cum hoc crimine actio famosa, erit etiam crimen famosum; si concurrat non famosa, non erit crimen famosum, & ita Joannes rectè arg. l. infamem, ff. de public. Judic. demus exempla. Si quis rem uni obligatam, alii sciens, dolo malo,*

pignori

pignori obligaverit, tenetur actione contraria pignoratitia, quæ non eſt famoſa: ergo non erit ex cauſa criminalis ſtellionatus actio famoſa. Contra, ſi quis merces, quas mihi debebat ex ſtipulato dolo malo corruperit, & ſic tradiderit, tenetur civili actione de dolo, quæ eſt famoſa: erit igitur etiam hoc caſu ſtellionatus judicium famoſum.

17 Circa rem hanc hæc ſequuntur exemplaria. *Die 26. Auguſti 1672. in facto F. P. R. C. adverſus, & contra Joannem Baptiſtam N. Mediolanenſem, delatum, & inculpatum, quod de menſe Junii 1671. falſo aſſerendo ſe eſſe capitaneum cujuſdam Navis, ſive Vaxell, & deſcendere ex nota familia, nec non fingendo prædictam navem de proximo perventuram ad portum præſentis Civitatis, oneratam rebus magni valoris, ex ordine Hyacinti Piquer Rectoris Collegii Societ. Jeſu præſentis Civitatis, admiſſus extitit in domo Joannis Huguet Sartoris, ſita in vico de na Canuda illius Civitatis, & in illa moratus fuit per ſpatium octo dierum, inſignia capitanei Navis gerendo, nihilque occaſione prædictæ falſitatis, ſeu truffæ exſolvendo ex victu, pro quo dictus Huguet expendit ſex duplas auri, & ab eodem accipiendo alias duas duplas in vim dicti ordinis ſolo animo fraudandi, crimen furti committendo, & de aliis truffis, & circumventionibus per eum perpetratis, facta relatione per Nob. Petrum de Amigant I. R. C. fuit concluſum, quòd declaretur, quòd dictus Joannes Baptiſta N. condemnetur, quòd fuſtigetur palam, & publicè per loca ſolita præſentis Civitatis, & bulletur in ſcapulis, juxta formam novæ conſtitutionis, & ad ſervitium regiarum triremium remigando ad quinquennium, & ad reſtitutionem rerum furto ſubtractarum liquidatione reſervata.* Faciunt in ornatum hujus deciſionis exemplaria relata à Reg. Cortiada *deciſ. 88. nu. 21.*

18 Pariter die 29. Martii 1683. contra Joannem N. Valentium minorem, delatum, quòd cum accepiſſet officium meri executoris ſententiarum criminalium, fuerunt ei traditæ quædam veſtes ad ſe induendum die 13. dicti menſis, nomine Regiæ Thefaurariæ, valoris quindecim librarum, & decem octo ſolidorum, cum quibus aufugit, & poſtea fuit captus in Villa Sancti Fœlicis Guixolen. ſic truffando Regium Fiſcum; fuit condemnatus, quòd fuſtigaretur, bullaretur, & banniretur à præſenti Civitate, & ejus Vicaria lata per triennium, referente Magnifico Vincentio Sabater, I. R. C. Scriba Riambau.

DECISIO LXIV.

ARGUMENTUM.

Dans operam rei illicitæ, qua pœna teneatur pro damno, quod ſequitur. Dans operam rei licitæ de damno, quod ſequitur, qua pœna plectatur; an tantùm extraordinaria pro exceſſu. Occidens Petrum, volens occidere Joannem, an caſtigetur pœna ordinaria homicidii, late diſputatur, & declaratur; ad intelligentiam *tex. in l. quoniam multa facinora, C. ad leg. Jul. de vi publ.*

SUMMARIUM.

1 *Factum.*
2 *Homicidium dicitur proditorium, quando committitur nulla præcedente rixa, in perſonam nil tale præcaventem, vel ſe præcavere valentem.*
3 *Etiam proditor dicitur ille, qui vadit de facie ad faciem in incautum, abſque ulla defidatione, ſeu aperta provocatione, ut arma ad manus ponat, & gladium evaginet.*
4 *Violentus invaſor non modò de vi tenetur, ſed etiam de homicidio, præter ejus intentionem inde ſequuto.*
5 *Mandans aliquem verberari, ſi mandatarius fines mandati excedens mutilet, vel occidat, efficitur irregularis, quod declaratur.*
6 *An, ſi culpa præcedat caſum alias non eventurum, culpoſus teneatur de caſu, reſolvitur.*
7 *Dans operam rei illicitæ tenetur pœna extraordinaria damni ſequuti.*
8 *Occidens Petrum, volens occidere Joannem punitur pœna extraordinaria delicti: recitantur qui contrarium tenent, quorum opinio non amplectitur, & nu. 9. intellige prout nu. 23. 24. & 25.*
10 *Qui volens percutere ſervum percuſſit ex errore hominem liberum, non tenetur actione injuriarum.*
11 *Dans operam rei illicitæ, ſi vero ſimiliter cogitavit, aut ſaltem cogitare potuit, aut debuit de eo quod inde facile ſucceſſurum erat, & ſic quando opera eſt ordinata ad caſum ſubſequutum, plectitur pœna ordinaria.*
12 *Proponens mittere incendium in unam domum, quod immiſit, ſi ex dicto incendio aliæ fuerunt combuſtæ domus, tenetur immittens de omnibus, quia veroſimiliter incendium tendebat ad comburendas vicinas ædes; quia occaſionem damni dediſſe videtur ex culpa ad caſum ordinata.*
13 *Deciſ. Senatus de dante operam rei illicitæ, qui veroſimiliter cogitare potuit damnum venturum.*
14 *Mandans aliquem vulnerari mediante pecunia, ſi illum occidat, puniri debet pœna ordinaria homicidii.*
15 *Parentes, qui in locum ſolitarium, & à conſpectu hominum remotum infantes abiiciunt, ea intentione, & propoſito, ut moriantur, eventu ſubſequuto, morte puniuntur.*
16 *Mater, quæ infanti nato auxilium non præſtat, ſed illud ſtercore, ſcalore jacentem interire, & mori ſinit, infanticidium committit, ubi idem dicitur de muliere, quæ manibus ſuis parvulum non occidit, ſed eum celavit, & mori ſinit.*
17 *Refertur caſus de muliere enixa, quæ propriis manibus umbilicum prope abdomen illi abſcidit, & traditur reſolutum, qua pœna teneatur.*
18 *Ponderatio ad caſum controverſum.*
19 *Objectio,*
20 *Idem eſt ex opera illicita damnum ſequi, vel operam illicitam eſſe cauſam damni dati; dummodo de dolo vero, & reali, vel de animo deliberato conſtet.*
21 *Traditur intelligentia* ad tex. in l. quoniam multa facinora, C. ad leg. Jul. de vi public. *& n. 28.*
22 *Quando dicitur ex opera rei illicitæ teneri de damno ſequuto, non intelligitur opera præciſe pro facto, ex quo ſequitur homicidium, ſed intelligitur opera, vel pro facto, vel pro cauſa, ex qua ſequitur homicidium.*
26 *Deciſio Senatus.*
27 *Difficultas in cauſa ſupplicationis.*
29 *Dans operam rei licitæ, ut in eo qui ſe defendendo, occidit prætereuntem, vel mediatorem, tantum tenetur de exceſſu, & pœna extraordinaria, conſiderata illius culpa.*
30 *Birruariis licitum eſt vulnerare, vel occidere delinquentem reſiſtentem, cum moderamine inculpatæ tutelæ: ubi traditur deciſum in perſona cujuſdam Capitanei, qui fuit punitus pœna extraordinaria, ex quo exclamavit perſequendo contumacem,* occide, occide. *& familia eum occidit.*
31 *Homicidium judicatur proditorium, quando officialis occidit eum, quem apud ſe captum detinet.*
32 *Deciſio Senatus.*
33 *Alia deciſio in dante operam rei licitæ.*
34 *Deciſio alia.*

JOannes N. Canonerius Civitatis Vici projecit proditorie, & appenſate jactum tormenti manualis parvæ menſuræ, vulgo *piſtola*, in perſonam Joannis Miralpeix revenditoris Civis Barcinonæ circa horam ſeptimam poſt meridiem diei 20. Julii 1670. in ſuburbio Civitatis Vici inter portale dictum *de les Malloles*, & Hoſpitale Generale dictæ Civitatis, in quo loco propter ſaltationes, & ballationes, quibus celebrabatur (neſcio ſi religioſe) Feſtivitas Sanctæ Margaritæ, aderat magnus concurſus gentium, & ipſe Miralpeix una cum aliis aderat circunſpiciens ballationes; quapropter complures, qui in circuitu ſtabant, commoti fuerunt, & inde projecti per ipſos, & per dictum Joannem N. alii jactus tormentorum manualium, & hinc ſequutæ neces in perſonas 1

nas Monicæ Vilardell, & Siciliæ Puig impuberum ibidem existentium. In dubium venit, quà pœna esset puniendus dictus Joannes, qui dedit operam rei illicitæ, ex qua successerunt homicidia dictarum impuberum innocentium, an pœnà ordinarià damni sequuti, an verò extraordinariâ.

2 Ex processu remanebat probatum dictum Joannem N. proditoriè projecisse jactum tormenti manualis in personam dicti Miralpeix, nulla præcedente rixa, & nil tale præcavere valentem, & sic proditoriè, Reg. Cortiada *decis. 96. num. 6.* Basil. *dec. 9. num. 16. & seq.* & Nos *decis. 46. num. 1.*

3 Nec obesse visum fuit, quòd aggressor irruit in personam dicti Mirapeix de facie ad faciem, & non à tergo; quia etiam proditorius invasor dicitur ille, qui vadit de facie ad faciem in incautum, absque ulla defidatione, seu aperta provocatione, ut manus ad arma ponat, & gladium evaginet, Regens Cortiada ex pluribus *dicta dec. 96. n. 22.* cum Senatu, Basil. *d. dec. 9. nu. 17.*

4 Supposita igitur qualitate delicti, intrat nunc indagatio, an aggressor teneatur pœnà ordinarià necium sequutarum. Doctores indagationem incipiunt *ex l. quoniam multa facinora. C. ad leg. Jul. de vi publica*, ubi habetur, violentum invasorem, non modò de vi teneri, sed & de homicidio, præter ejus intentionem de sequuto: & redditur ratio ibi; *Cum aliis vim inferre certantibus, aliis cum indignatione resistentibus verbera, cædesque crebrò deteguntur admissæ.*

5 Et *ex cap. fin. de homicid. in 6.* ubi mandans aliquem verberari, si mandatarius fines mandati excedens mutilet, vel occidat, efficitur irregularis, cum mandando in culpa fuerit, idque evenire posse, debuerit cogitare. Ac *ex cap. de cætero de hom.* ubi DD. & præcipuè Fagnanus agunt de quæstione, an dans causam homicidio sit irregularis; ubi distinguunt an causa sit ordinata ad homicidium, an sit remota, & nullo modo ad causam ordinata; latissimè, ac doctissimè prosequitur eandem quæstionem *in eodem cap. de cætero*, Gonzal. Tellez *ad lib. 5. decretal.*

6 Cum prædicti textus loquantur in terminis violenti spoliatoris, & irregularitatis, extra eos terminos disputant amplè, an si culpa præcedat casum aliàs non eventurum, nisi illa præcessisset, culposus teneatur de casu, & teneri, *ad tex. in l. non omne 38. ff. de stat. lib. l. 15. ff. de act. & oblig.* cum concordantibus per Surd. *cons. 12. n. 20.* scribit Card. Luca *de regalibus disc. 7. n. 3. & 4.* Reg Matth. *de re crim. cont. 22. nu. 10. & 11.*

7 At in magis propriis terminis fuscitatur controversia; an dans operam rei illicitæ, teneatur pœna ordinaria damni sequuti, an verò extraordinaria: Et extraordinaria debere puniri, apparebat dicendum; prout ita tradunt Cavalcanus *de Brachio Regio part. 4. nu. 180. in fin.* Cabal. *resol. crim. lib. 1. cap. 31.* Sperel. *tom. 1. dec. 64. nu. 51.* plures relati per Reg. Cortiada *dec. 93. nu. 40.* sentit Prato *responsa. fiscal. 17. nu. 12.*

8 Hinc illativè conferunt ad dicta, quæ observantur apud nos in quæstione illa; an occidens Petrum, volens occidere Joannem, teneatur pœna ordinaria, an verò extraordinaria; & licèt ex Neotericis communis sit opinio, quòd teneatur pœna ordinaria homicidii, ut tenent relati per Reg. Cortiada *d. dec. 93. nu. 39* quibus adde latissimè contrariis respondentem Rubeum *de validitate legal. cont. 38. 39. & 40.* Andreol. *contr. 371. tota.* Concio l. *resol. crim. verb. occisio, res. 1. & super stat. Eugub. lib. 4. rub. 27. numer. 1.* Grasser. *de nec. prodit. §. 23. num. 37.* Gonzal. Tellez *ad lib. 5. decretal. cap. de cætero de homicid. nu. 12.* Basilicum *decis. 6. nu. 6.* qui *num 12. in fin.* tradit judicatum; qui rationem tradunt, quòd occidens unum pro alio, homicidium committit re, & animo; & lex homicidium punit, non curando an occidatur Petrus, vel Paulus, quæ multum conferre poterat pro resolutione dubii controversi.

9 Attamen contraria opinio apud nos tanquam benignior amplectitur, ut puniatur pœna extraordinaria occidens Petrum, volens occidere Paulum, & firmat Angelus, Iason, Tiraquellus, Menoch Farinacius *in praxi, quæst. 125. numer. 151.* Paschal. *de viribus patriæ potestatis, par. 3. capit. 6. numer. 35.* Thesaurus *decis. 243.* Cabal. *resol. crim. cas. 31. num. 11.* Muta *dec. 16. num. 8.* Cyriacus *tom. 2. controv. 150. nu. 5.* Vermigliol. *cons. 54. nu. 8. & 9.* Danzi *de pugna DD. tom. 2. de homicidio, num. 24.* & alii, qui recitant à Basilico *decis. 16. num. 6.* Paz *ad leg. 57. Styli nu. 6* & pro hac opinione tradit decisum Reg. Cortiada *dec. 93. nu. 40.* Prato *resp. fiscal. 16. nu. 62.* Rodoer. ad Marin. *resol. quotid. cap. 110. lib. 1. num. 9.* (ubi agit an occidens Clericum ex errore, cum putet esse laicum, incidat in censuras canonis) Bonfin. *ad Bannim. gener. cap. 24. nu. 4.*

Id ipsum probat *ex l. illud, §. 3. in fin. ff. de injuriis* 10 ubi qui volens percutere servum, percussit ex errore hominem liberum, non tenetur actione injuriarum, & *ex l. fulcinus 7. §. quid si adversus, ff. ex quibus causis majores*, ubi dolus circa unum, ad alium non porrigitur.

Ex his igitur videbatur dicendum, dantem operam 11 rei illicitæ teneri de eo quod sequitur, pœna extraordinaria, propter inopinatum eventum & succ essum circa ejus intentionem. Auctoribus his non refragantibus, contrarium vidi decisum in facti contingentia, ex unico fundamento, videlicet, quòd dans operam rei illicitæ, si verosimiliter cogitavit, aut saltem cogitare potuit, aut debuit de eo, quod inde facile successurum erat (prout sunt termini dicti textus *in dict. l. quoniam multa facinora*) & sic quando opera est ordinata ad casum subsequutum, plectitur pœna ordinaria, ut benè declarat Bartolus *in l. divus n. 1. ver. Si verò delictum, & n. 7. ff. ad leg. Corneliam de sicariis*, & ibi Fulgosius *num. 1. in fin.* & post Marzil. Decium, Bursatum, & alios amplectitur Sperellus *lib. 1. dec. 64. n. 52.* Reg. Cortiada *decis. 93. nu. 40.* sentit Anguianus *de legibus lib. 4. controv. 4. nu. 35.*

Comprobat Farinac. *in prax. p. 4. qu. 126. n. 77.* ubi in- 12 fert ad eum qui proposuit mittere incendium in unam domum & immisit, si ex dicto incendio aliæ fuerant combustæ domus, tenetur immittens de omnibus; quia verò similiter incendium tendebat ad comburendas vicinas ædes; quia occasionem damni dedisse videtur ex culpa ad casum ordinata, Gail. *lib. 2. observ. 22. num. 7.* Latro *consult. 126. n. 34. & 35.*

Ad idem Reg Cortiada *dec. 92. num. 34.* in exemplari 13 contra Gulielmum N. delatum de ope, & auxilio per eum præstito illis, qui hora undecima noctis, appolita scala lignea ante fenestram domus Gasparis Carcer, Villæ de Copons, quam eis apertam ex proposito jam reliquerat, violenter extraxerunt Jacobum Farriol à manibus Subvicarii dictæ Villæ cum occisione illius, & fuit dictus Gulielmus N. 16. Octobris 1620. condemnatus ad pœnam mortis in alta furca, & hoc nulla alia ratione fundari potuit, nisi quia relinquendo apertam fenestram domus ad eximendum captum à manibus justitiæ, dedit operam rei illicitæ, & verosimiliter cogitare poterat homicidium venturum, quod in effectu successit.

Sic mandans aliquem vulnerari mediante pecunia, si 14 mandatarius excedat, & sequatur mors, puniri debet pœna ordinaria homicidii; quia cogitare debebat, quòd ex vulneribus mors facile seqni poterat, ex quo vulnera dari non possunt ad mensuram, & fuit culpa ad casum ordinata, Reg. Cortiada *decis. 101 nu. 39.*

Sic pariter parentes, qui in locum solitarium, & à 15 conspectu hominum remotum infantes abiiciunt ea intentione, & proposito, ut moriantur, eventu subsequuto, morte puniuntur; licèt enim parentes eo in casu manu sua liberos non interficiant, attamen cum causam mortis præbeant, animo quòd moriantur, utique morte sequuta pœna mortis puniendi sunt, *ex text. in l. necare 4 ff. de lib. agnosc.* in hæc verba *necare videtur non tantum is, qui præfocat, quam is, qui abjicit, alimoniam denegat.* Carpzo *in prax. crimin. par. 1. quæst. 10. num. 5. & seqq.*

Idem Carpzov. *in prax. crim. par. 4. quæst. 11. à num.* 16 28. dicit loquens de matre, quæ infanti nato auxilium, & opem debitam non præstat, sed illum in stercore, & squalore jacentem interire, & mori sinit, eo animo, quòd vituperium fornicationis effugeret, quoniam negari non potest hoc casu matrem pariter infantem necare, & infanticidium committere, cum is, qui per negligentiam causam mortis dat, ab homicidio immunis non sit, & in eisdem terminis id resolvit Berlich. *conclus. præc. par. 4. conclus. 7. n. 20.* de muliere quæ verè manibus suis parvulum non occidit, sed solùm ad evitandum vituperium celavit, & sine baptismo mori sivit.

Per supra relata fundamenta materiam susceptam am- 17 plè dispungit noviter, & doctè Anton. Gobius *consul. 139.* pro casu, in quo mulier confessa fuit quòd noctis tempore nullis accersitis mulieribus, quæ præsto esse potuissent, sola studiosè in puerperio laboravit, & fœtum

tum enixa, propriis manibus umbilicum propè abdomen illi abscidit, atque illigatum dimisit eo animo, ut refluentis sanguinis fluxu interiret, prout post aliquas horas interiisse asseruit, eumque summo mane in latrinam projecisse: & licèt per capitaneum justitiæ fuerit mulier in pœnam ultimi supplicii damnata; attamen per Senatum fuit contrarium decisum, eam damnando ad pœnam extraordinariam, eo motivo quia umbilicus abscisus, & non illigatus refluentis sanguinis fluxu mortem puero inferre nequivit; præsertim intra brevissimum aliquarum horarum spatium, & insuper quia dum puer nasceretur, in terram supinus procidit, & lethali ictu cum fractura pellis, & carnis à parte corporis sinistra offensus remansit, ita quidem, ut illa percussione potius, quàm ob omissum ligamen umbilici ipsum interiisse, medicorum judicio compertum fuit. Nec obstare dixit, quòd mulier per se sola noctis tempore, & studiosè puerperium passa, causam dederit rei illicitæ, ex quo ideo teneri apparebat ad omne, quod citra ejus propositum evenit; quia hæc non procedere docuit, quando actus illicitus non est præcisè ordinatus ad id quod sequitur, & multò minùs ad infligendam pœnam ordinariam, ut in præcisis terminis probat Carpzou. *in prac. crimin. par.* 1. *quæst.* 15. *nu.* 25. de simili casu egimus *par.* 1. *dec.* 21; *nu.* 16.

18 At quia dictus Joan. N. ex opera proliciendi jactum tormenti manualis in personam dicti Miralpeix; & sic ex opera rei illicitæ ad casum ordinata, verosimiliter aut cogitare potuit, vel cogitare debuit damna, & homicidia, quæ successerunt, propter magnum concursum gentium, quæ tam in ambitu, quàm in saltationibus in eo loco existebant, sequitur dicendum pœna ordinariâ subsequuti homicidii puniendum esse.

19 Non obstat, quod DD. qui affirmant, operam dantem rei illicitæ, teneri pœna ordinaria delicti subsequuti, quando opera est ordinata ad casum; itaut delicti auctor aut cogitavit, aut cogitare potuit, aut saltem debuit illud eventurum; loquuntur quando ex ipsa opera sequitur damnum, prout evenisset, si successisset homicidium ex jactu tormenti manualis projecto per dictum Joan. N. non autem in casu, quando opera est causa damni, quod sequitur, prout in his terminis loqui videtur Reg. Cortiad. *dec.* 39. *nu.* 40.

20 Quia in primis respondetur, quòd idem est docere, quòd ex opera illicita sequatur damnum verosimiliter eventurum, vel quòd opera illicita sit causa damni; dummodò de dolo vero, & reali, vel de animo deliberato constet, ut eruditè tradit Rubeus *de validit. leg. cap.* 4. *num.* 43. *l. nihil interest, ff. ad l. Corn. de Sica.* ubi dicitur, quod nihil interest, an quis occidat, an causam mortis præbeat, per Boer *decis.* 262. *numer* 5. ubi ait, quod licèt videatur differentia inter occidentem, & causam mortis præbentem, *ad tex. in l. qua occasione, §. Celsus autem, ff. ad l. Aquil.* tamen illa distinctio potius est verbalis, quàm realis; quare dicit, quod quando quis dat operam rei illicitæ, si sequatur homicidium, tenetur de causato homicidio, & quòd advertendum est in terminis punitionis homicidii, quòd de animo deliberato, vel de dolo vero, & reali debet constare; aliàs pœnæ ordinariæ nunquam erit locus, sed pœnæ extraordinariæ.

21 Ulterius respondetur *ex d. l. quoniam multa* 6. *C. ad leg. Jul. de vi pub.* in illis verbis: *Placuit si fortè quis vel expossidentis parte, vel ex ejus, qui possessionem temerarie intentaverit, interemptus sit, in eum supplicium exerceri, qui cum facere tentaverit, & alterutri causam malorum præbuerit, & non jam relegatione, aut deportatione insulæ plectatur sed supplicium capitale accipiat*; ita eam intelligit Farinac. qui *supra*, apertè demonstrans, nullam posse adhiberi diversitatis rationem inter casum, quo quis vel interemerit, vel licèt non interemerit, causam malorum præbuerit: unde in utroque casu præhabito dolo malo, vel animo deliberato nocendi, dicendum est, pœnæ ordinariæ locum esse.

22 Tandem respondetur, quòd DD. quando affirmant, ex opera rei illicitæ teneri de damno sequuto, non intelligunt operam præcisè pro facto, ex quo sequitur homicidium, sed intelligunt operam, vel pro facto, vel pro causa, ex qua sequitur homicidium, vel damnum, Farinac. *in prax. d. qu.* 126. *num.* 77. & *nu.* 79. unde pariformiter in utroque casu procedere debet, quod diximus, quòd dans operam rei illicitæ, tenetur pœna ordinaria homicidii subsequuti, quando causa, vel opera fuit ordinata ad factum, quod verosimiliter vel cogitavit, vel potuit cogitare, aut saltem cogitare debuit.

Nec obstat, quòd occidens Petrum, volens occidere Paulum tantùm tenetur pœnâ extraordinariâ; quia præter ejus intentionem homicidium successit: quia etiam dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo quod sequitur præter ejus voluntatem, pœnâ extraordinariâ, si non potuit cogitare, aut verosimiliter cogitare non valuit homicidium eventurum, Reg. Cortiad. *d. decis.* 93. *numer.* 40. & alii supra citati, quæ non militant in casu. 23

Prout etiam nec quando volens occidere unum, occidit alium, si consideratè procedendo, non potuit à principio cogitare, quod postea sequutum fuit, veluti quando ictus non tendebant ad eum finem; concludit pro pœna extraordinaria Bosius *in prax. crim. tit. de homic. nu.* 72. *ver. concluditur, & n.* 75. sentit Cabal. *resol. crimin. cas.* 31. *num.* 16. qui exempla ponunt, ut si casu alius supervenit exiens à janua, vel erat à latere, aut aliter percussus fuit; itaut nec directè, nec indirectè, dolus potuit accommodari ad id quod sequutum fuit; & in hunc ultimum sensum refero decisionem Senatus traditam à Reg. Cortiada *d. dec.* 93. *num.* 40. *in fin.* ubi in Regio Crimin. Concil. die 29 Januarii 1631. Fœlicianus N. agricola Parochiæ de Lledò, Diœcesi Gerunden. delatus de nece per eum unà cum aliis perpetrata jactibus tormentorum manualium, sive *pedrenyals*, in personam Joannis Travi casu transeuntis per vicum, quo itur ad plateam sancti Fœlicis Civitatis Gerundæ, die 26. Maii 1630. alium occidere volendo, quem expectabat intus domus olim Michaelis Constans, speculis in pariete factis ad eum effectum, qui ad relationem Magnifici Antonii Viñola I. R. C. fuit condemnatus ad servitium regiarum triremium remigando in perpetuum. 24

Post hæc scripta visus Carol. Antonius de Rosa *in prax crim. cap.* 1. *n.* 50. *cum seqq.* qui doctè scribit, ibi: *Hinc si intendens occidere Cajum, casu Titium occidit, quia transeuntem percussit, ordinariâ pœnâ non tenetur, nam respectu Titii animus occidendi non consideratur, ita tenet Angel. de Perus. in l. cum servo de injur. per illum textum, ubi qui voluit servum percutere, & alium percussit, injuriarum actione non tenetur. Alex. ad Bartol. in leg. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis, Jason in l. super errorem, ff. de jurisdict. omn. judic.* 4. *col. Anton. Gomez tit. de homicid. cap.* 3. *nu.* 35. *ubi testatur quod hæc opinio tenenda est in practica, Covar. in c. Alma mater, §.* 10. *n.* 4. *de sent. excom. in* 6. *Mascardus de probat. lib.* 2. *conclus.* 864. *Caballus casu* 31. *secus si volens occidere Cajum, errore occidit Titium, quia credebat quod Titus erat Cajus, quoniam isto casu ordinaria pœna punitur, ut tenent Anton. Gomez d. tit. n.* 34. *And. de Isern. in Const. terminum vitæ & Afflict. in const. Regni tit. de homicid. n.* 23. *Covar. eod. loc. Molina tract.* 3. *disp.* 30. *ac cæteri ab ipsis relati. Et certè in hoc casu mihi videtur aliquid magis, quàm in primo, cum non tantùm dolus in genere, verùm etiam intentio determinata in objecto consideretur, & error non sit in corpore, sicut in primo. Et ita judicavit M. C. delegata, referente Consiliario Carolo Vergara probo viro contra Franciscum Russo assistentem armatum in homicidio à Sabatino Sica commisso in hac Civitate Neapol. ictu scoppitæ, in personam Lucæ Nizzo, qui ex errore fuit occisus, nam dicti de Russo, & Sabatino mandato accepto à Vito Vinaccia occidere intendebat Dominicum de Luca, & quia Lucas Nizzo illi assimilabatur vestibus, & statura, ipsum occiderunt, & fuit practicata ordinaria pœna. Et ita fuit quoque decisum in eadem M. C. V. in causa Petri Jordani homicidæ, & Julii Caputo assistentis, ad relationem Judicis Matthiensis, penes scribam Pettennatum. Et quamvis in hoc casu quamplures DD. contrarium tenant, ut videre est penes Petr. Cabal. de omn. gener. homicid. n.* 234. *& Gram. consil.* 5. *& in const. Item const. terminum vitæ n.* 11. *ubi contraria decisio M. C. recensetur. Hodie in ea communiter pœna ordinaria practicatur, si armis ignes homicidium committatur, in odium dictorum armorum, quia qualitate attenta, vulnerans, etiamsi non sequatur mors, dicà plectitur pœnâ; & hanc opinionem indistinctè practicarem non solum contra assassinos, verum etiam contra simplices mandatarios, quia in effectu majus est delictum, ob personam illius, à quo nullam unquam recepit injuriam, quam ob personam inimici,*

ei, ideſt mandantis fortè ex legitima cauſa. Et quia in utroque caſu l. D. ſententiæ ſciſſæ ſunt circa ordinariam, & extraordinariam pœnam, uti videre eſt penes Farinac. qu. 125. nu. 152. & 153. 156. & 157. contra hominem malæ vitæ, ab ordinaria pœna non recederem.

26 Cum igitur in caſu controverſo evenerit, quòd ob concurſum gentium, quæ aderant in ſaltationibus, inſultans proiiciendo inſtrumentum manuale adhuc cogitare potuit, & debuit neces futuras (nec caſu obvenerunt occiſæ, imò ibi morabantur) pro pœna ordinaria fuit concluſum die 15. Junii 1672. me referente, per promotionem Nobilis Hieronymi Magarola ad Regiam Aulam Civilem Nob. Reg. Regiam Cancellariam, & fuit Joannes N. condemnatus, quòd erat reus mortis, & quòd ſuſpenderetur in alta furca.

27 Supplicavit condemnatus à dicta ſententia, & in cauſa ſupplicationis (audivi ab Advocato Fiſcali, qui votum deciſivum in cauſis ſupplicationum habet) contra hanc deciſionem fortiùs inſurgere, nec conſiderabant domini Senatores differentiam caſus controverſi, ab illo, an occidens unum, volens occidere alium, in quo apud nos obſervatum tradimus, tantùm occidentem plecti pœna extraordinaria.

28 Et ulterius nunc non eſt omittendum, quòd facti contingentia non videtur terminari poſſe à regula *l. quoniam multa facinora* citata, quia non apparuit dantem operam rei illicitæ convocaſſe amicos ad inſultum; & licèt diſpoſitio dictæ legis vera ſit, non tamen abſolutè applicanda eſt, quoties dando operam rei illicitæ, ſequitur homicidium, vel aliud malum; nam requiritur, quòd turba armatorum concitetur ad violentiam inferendam, & ex ea ſequatur homicidium, quod probabiliter excogitari poterat, vel debuerat, utpotè quia ipſa violentia erat ordinata aliquali modo ad illum finem; pluribus laudatis Reg. Matthæ. *contr. 10. num. 13.* nec extra terminos, in quibus loquitur dicta lex *quoniam multa facinora*, extendendam eſſe aſſerit Cabal. *reſol. crimin. caſu 192. num. 12. in fine*, & amplius docet Maſtril *dec. 297. n. 83.* in Regno Siciliæ nunquam fuiſſe practicatam *d. l. quoniam multa facinora*, & eo citato Roſa *in prax. cap. 1. nu. 52.* Pendente ſupplicationis cauſa Excellentiſſimus Locumten. & Capitaneus Generalis hujus Principatus commutavit ſententiam mortis ad ſerviendum per triennium in præſidio Villæ Podiceritaniæ.

29 Hactenus diximus de dante operam rei illicitæ; nunc verò pauliſper immorandum eſt in eo, qui operam dedit rei licitæ, ut in eo, qui ſe defendendo occidit prætereuntem, vel mediatorem, qui tantùm tenetur de exceſſu, & pœnâ extraordinariâ, conſideratâ illius culpa, Farinac. *in prax. quæſt. 125. numer. 152. & ſeqq.* Bayard. ad Clar. §. *homicidium n. 88. & n. 148.* & alij allegati per Aylon ad Gomez *to. 3. c. 3. n. 36.* Rubeus *de valid. legal. contr. 39. nu. 50. & 83.* Cabal. *reſol. crim. cent. 1. caſ. 31. num. 2.* Reg. Matth. *cont. 19. de re crim. num. 17.* ubi *in fine* tradit deciſum.

30 Hinc birruarijs licitum eſt vulnerare, vel occidere delinquentem reſiſtentem, Berat. *de viſit. cap. 25. num. 15.* Gomez *var. 3. cap. 9. num. 6.* ubi Ayllon. cum moderamine inculpatæ tutelæ, Farinac. *in prax. quæſt. 32. nu. 39. & ſeqq.* ubi *num. 44.* agit quando capiendus non reſiſtit, ſed fugit, Cabal. *reſol. crim. caſ. 132. num. 5. ver. niſi in moderamine inculpatæ tutelæ*, Muta *deciſ. 7. nu. 6. ver. quando nempe ipſa reſiſtentia*, Sanſel. *lib. 2. deciſ. 257.* qui aſſerit, quòd tunc debent puniri, conſideratâ culpâ, & exceſſu, ex Fachin. *contr. juris lib. 9. cap. 74.* & tradit obſervatum in perſona cujuſdam Capitanei, qui fuit punitus pœna exilij, ex quo exclamavit perſequendo contumacem, *occide, occide*, & familia eum occidit, cum Thoro *in compend. deciſ. par. 3. verb. exulatus ver. in contingentia facti jam occurrit, & in ſuplem. deciſ. verbo birruarij fol. 65.* Aylon. ad Gomez *var. 3. cap. 9. num. 7.* ubi de hac re.

31 Sed nota, quòd diverſum judicatur, in caſu quo officialis occidit eum, quem apud ſe captum detinet, non reſiſtentem, qui homicida proditorius dicitur à Reg. Cortiad. *dec. 96. num. 26.* & allegat plures, & ſignanter Sanſel. *deciſ. 241. nu. 3. & deciſ. 249. nu. 12.* ubi *nu. 21.* differentiam agnoſcit in bannito anteaquam pervenerit ad manus familiæ, & in bannito poſt capturam, nam hunc non licere occidere, ſed vivum poteſtati præſentari debere, docet.

32 Cenſuit Senatus die 17. Novembris 1683. Patiarium Villæ de Bellpuig in flagrantia delicti reum perſequentem (prout ſibi licere eſt in comperto, ut in Juratis tradit Suelvez *conſ. 30. num. 8. cum ſeqq.*) admittendum ad compoſitionem pro Regia Theſauraria, non obſtante, quòd ordinaverit familiæ, ut eum caperet vociferans *mort, à pres*, & familia fugientem occidit, quia non judicavit homicidium ſequutum fuiſſe proditorium, nec pœna homicidii poſſe puniri, ſed tantùm de exceſſu pro modo culpæ.

Die 23. Novembris 1677. referente Nob. Petro de Amigant, tertiæ Aulæ Doctore, pro Magnifico Joanne Taverner I. R. C Scriba Riambau, Jacobus N. delatus de auxilio cooperativo præſtito in homicidio Joſephi Caſanovas, dum eum captum tenebat Subvicarius Barcinonæ ante, & prope Eccleſiam Puriſſimæ Virginis de Monte Carmelo ejuſdem Civitatis, à qua per famulos Subvicarii fuit violenter extractus, fuit condemnatus ad ſervitium Regiarum triremium remigando in perpetuum, & fuit perpenſum, quòd non conſtabat de tractatu diurno, nec repentino pro illo homicidio patrando, & quòd ab initio dictus Jacobus N. comitando Subvicarium, ut caperet dictum Caſanovas, dabat operam rei licitæ. 33

Die 1. Februarii 1683. Contra Joannem N. Bajulum Loci Sancti Petri de Premià, Diœceſ. Bacinon. delatum, & inculpatum, quod die 29. menſis Junii 1682. intra tertiam, & quartam horas poſt meridiem, levi ex cauſa congregavit, & convocavit ſono cymbali, & voce *viafos*, populum dicti loci de Premià ad eiiciendum à terminis, & territorio illius, & perſequendum quoſdam homines, qui incedebant per dictum locum armati, & de exceſſu tam in iſta convocatione, quàm in perſequutione commiſſo, ex quibus ſequuta fuit mors Emmanuelis Oliver, Militis cohortis equeſtris Don Dionifii Obregon, alterius ex prædictis armatis hominibus, in Riaria termini Loci de Vila ſàr perpetrata per aliquos ex comitiva dicti Bajuli de Premià, ad relationem Magnific. Bernardini de Puig I. R. C. fuit condemnatus, quòd privaretur officio Bajuli, & quòd inhabilitaretur ab omnibus officiis publicis tam Regiis, quàm dicti Loci de Premià per decennium, & quòd banniretur à tota Vicaria lata præſentis Civitatis Barcinonæ per quinquennium: & ſic iſte Officialis pro exceſſu fuit punitus pœnâ extraordinariâ. 34

DECISIO LXV.

ARGUMENTUM.

Aggreſſus ob ſui, & aliorum neceſſariam defenſionem poteſt impunè occidere aggreſſorem; hic præſumptionibus conjecturatur, & neceſſariò defenſio qualiter veniat probanda, enodatur. Frater occurrens fratri in rixa, & occidens rixantem cum fratre, jactu tormenti manualis parvæ menſuræ, putans eum fuiſſe inſultantem, cum revera fuiſſet inſultatus, non punitur de homicidio, ſed de exceſſu; ubi de mediatore rixæ, qui aggreſſorem culpabilem percuſſit, & de eo qui occidit ad defenſionem bonorum; & an delinquens cum armis prohibitis puniatur duplici pœna, videlicet delationis armorum, & delicti, amplè declaratur cum intelligentia cap. 28. Regiarum præconizationum.

SUMMARIUM.

1 *Vim vi repellere licet pro defenſione vitæ.*
2 *Impunè licet invaſorem occidere.*
3 *Defenſio eſt omni jure, Naturali, Gentium, Civili, ac Canonico permiſſa.*
4 *In foro conſcientiæ occidens ad defenſionem minimè dicitur peccare.*
5 *Clerici ob homicidium ad ſui defenſionem non incurrunt irregularitatem.*
6 *Quod procedit etiam in caſu, quo occidens ſe defendendo,*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dendo, animum, & intentionem occidendi habet, quod probatur.

7 *Datur intelligentia Tex. in cap. de occidendis 25. quæst. 5.*

8 *Clericis adeò est licitum homicidium ad defensionem, ut aggressi in actu Missæ possint aggressorem occidere, & postea prosequi Missam.*

9 *Homicidium commissum ad sui defensionem in Ecclesia, eam non polluit, ubi etiam probatur, quòd laici, si Clericum invasorem pro necessaria defensione occidant, non incidunt in censuras Canonis.*

10 *Occidens non solùm dicitur, qui propriis manibus, & directè seipsum occidit; sed etiam ille, qui potens aliquo modo se defendere, permittit se occidi.*

11 *Homicida ob defensionem exculpatur, si non excedat, in se defendendo, moderamen inculpatæ tutelæ.*

12 *Aliàs si se defendendo excesserit moderamen inculpatæ tutelæ, non pœna mortis, sed extraordinariè punitur.*

13 *Insultatus cum ense evaginato, qui insultantem percutit in capite, & postmodum pluries caput ejus per capillos percutit, qui ex tali infirmitate decedit, condemnatur ad remigandum.*

14 *Homicida vindicando aggressorem verberantem, ipsumque ex improviso occidendo, ob excessum condemnatur ad remigandum, vita durante.*

15 *Ut moderamen inculpatæ tutelæ servetur, tria considerantur, nempè tempus, causa, & modus.*

16 *Quando defensio incontinenti dicatur facta.*

17 *Si defensio fiat ex intervallo, impunis non evadit occidens, sed tenetur pœna extraordinaria; quia occidentem exculpat calor iracundiæ præcedens.*

18 *Calor iracundiæ apud nos durare præsumitur per spatium viginti quatuor horarum.*

19 *Offendens insultantem fugientem non dicitur offendere ad defensam, sed ad vindictam & punitur pœna extraordinaria, quod declaratur nu. 20. & 21.*

22 *An aggressus teneatur fugere, an possit aggressorem cõtra se venientem invadere, agitur, & n. 23. & 24.*

25 *Casu verò quo aggressus fuga saluti suæ rectè consulere potest, si occidat aggressorem, pro excessu punitur pœna extraordinaria, quod exemplificatur.*

26 *Persona vilis si à nobili insultatur & non aufugiens occidit insultantem, punitur pœna extraordinaria, quod declaratur.*

27 *Ut impunis evadat occidens aggressorem ad sui defensionem, requiritur quòd aggressus sit constitutus in discrimine vitæ.*

28 *Offensio, & defensio sunt correlativa, & qualis est insultus, talis debet esse responsio.*

29 *Armis est resistendum ei, qui cum armis aggreditur.*

30 *Pugno est depellendus, qui cum pugno aggreditur.*

31 *Pugno aggressus non poterit baculo se defendere, nec cum baculo percussus potest ensem adhibere.*

32 *Percutiens cum hasta lancea, nequit repercuti cum puncta ferri.*

33 *Hæc omnia declarantur, & nu. 34. & 35.*

36 *Verbalis injuria verbis dilui debet.*

37 *Si quis me vocat latronem, an possim ebiici incontinenti, tumentiris, quod declaratur nu. 38. usque ad 41.*

42 *Ex qualitate percussionis infertur excessus in se defendente; ubi traditur decisum.*

43 *Qualitas personarum attendi debet pro judicando moderamine inculpatæ tutelæ, respectu fortitudinis corporis.*

44 *Et respectu dignitatis personarum, & n. 45. ubi discutitur quando nobili permittatur interficere, vel offendere rusticum ad honorem recuperandum, quod declaratur num. 46.*

47 *Qualitas aggressionis probatur præsumptionibus, & conjecturis.*

48 *Aggressor præsumitur, qui passus est aliquam injuriam, & sic habet causam vindicandi.*

49 *Aggressor præsumitur, qui armatus accedit ad locum rixæ, & præsumi quem aggressorem ex armis infidiosis, probatur.*

50 *Validior, & fortior suo adversario præsumitur aggressor.*

51 *Rixari solitus præsumitur aggressor.*

52 *Qui fugientem, vel auxilium implorantem insequitur, aggressor præsumitur.*

53 *Aggressor præsumitur, qui mortuus, vel magis vulneratus reperitur.*

54 *Contrarium tenent Doctores, qui citantur.*

55 *Hoc tamen remittitur arbitrio judicantis.*

56 *Præsumitur aggressor ex eventu, quod explicatur.*

57 *Etiam ex acclamatione insultati præsumitur alium fuisse aggressorem.*

58 *Præsumitur aggressor ex fama.*

59 *Etiam ex fuga.*

60 *Conjecturæ ad præsumendum aggressorem admittunt conjecturas in contrarium, & in concursu præsumptionum plures vincunt pauciores, & majores prævalent minoribus.*

61 *Si sunt æquales præferendæ sunt, quæ militant in favorem Rei.*

62 *Decisio.*

63 *An, & quomodo sit probanda defensio, ut occidens ad sui defensionem impunis evadat.*

64 *Quilibet injustum invasorem licitè offendere potest cum moderamine in defensione adhibito, etiam pro extranei defensione.*

65 *Fortiori jure quilibet injustum invasorem licitè offendere poterit (non excedendo moderamen defensionis) pro sanguine conjuncti defensione.*

66 *Decisio.*

67 *Hæc traduntur in fratre pro stimulo fratris rixantis occurente, & occidente tertium non rixantem sed adstantem in favorem rixantis contra fratrem, ubi decis.*

68 *Amicus pro defensione amici consocii, seu alterius secum deambulantis potest insultantem offendere, & nu. 69. citatur decis.*

70 *Quæ omnia procedunt sive insultatus clamet, & petat auxilium, sive non; nam vim passus, si per se non potest violentiæ, & oppressioni resistere ex defectu potentiæ, licite, ac jure permittente, poterit ad eam propulsandam convocare servos, amicos, familiares & extraneos ad sui, & suorum defensionem.*

71 *Etiam pro defensione rei propriæ licet armata manu resistere, & invasorem occidere; si id fiat cum moderamine, & quando res aliter servari non possunt & aliter domino rerum non foret consultum, & sic quando illi parci non potest sine periculo rerum, aliàs secus, decisio Senatus allegatur n. 72.*

73 *Pro defensione consanguinei, amici, vel extranei ut quis possit insultantem impunè occidere, intelligendum venit, quando aggressus erat constitutus in discrimine vitæ, vel pro defensione necessaria; aliàs punitur pro modo excessus.*

74 *Hinc Mediator corrixantium qui aggressorem culpabilem percussit, & ex percussione decessit, non tenetur pœna mortis, ubi assignantur rationes.*

75 *Qui cum se ab insultante defenderet, percussit quemdam saxo, qui mortuus fuit, tenetur tantùm aliqua pœna.*

76 *Expenditur doctrina Thoro, ubi de fratre qui irruit in eum, qui malè fratrem suum tractaverat, & fuit occisor cõdemnatus ad triremes per biennium.*

77 *Etiam ponderatur alia ejusdem Doctoris decisio, ubi de fratre, qui cum vidisset ejus fratrem à quodam verberari, imò vulnerari, arrepto lapide in caput illius, & pluriès opprimendo, ipsum occidit, & fuit condemnatus in exilium per triennium.*

78 *Occidens aut vulnerans à tergo, & proditoriè rixantem cum patre, filio, consanguineo, affine, vel amico, confugiens ad Ecclesiam gaudet ejus immunitate, ubi ratio assignatur.*

79 *Frater, qui ob defensam fratris periclitantis in rixa assumpsit sclopum, non tenetur pœna contraventionis banni imposita ob apportationem sclopi sine scedula, cum nec utique ea arma deferre esset solitus, ubi decis.*

80 *Rectitatur facti contingentia.*

81 *Dubia causæ proponuntur, & nu. 82. & 83.*

84 *Veniens contra aliquem cum armis, verosimiliter est præsumendum accedere causa offendendi, propterea ille sic accedens, à conjuncto, vel extraneo offendi licitè potest, antequam ad realem persequutionem deveniat, declaratur infra.*

85 *Armorum terror sufficit, ut homicidium dicatur factum ad necessariam defensionem, explicatur nu. 86. 87. 88. & 89.*

90 *Ho-*

90 *Homicidium quando dicatur proditorium, & quando animo deliberato commissum.*

91 *Projiciens sclopetum parvæ mensuræ incidit in pœnam mortis naturalis; quamvis cum jactu non occiderit, vel vulneraverit, sive fuerit jactus cum animo deliberato, sive in rixa, aut aliàs, etsi sclopetus ignem non emiserit, juxta c. 28. reg. præconizat. quod declaratur infra.*

92 *Occurens fratri, & rixantem cum fratre occidens, putans eum fuisse aggressorem, cum fuisset insultatus, non punitur de homicidio, sed de excessu, & num. 92.*

93 *Respondetur obicibus, & nu. 94.*

95 *Pœna mortis imposita proficientibus sclopetum parvæ mensuræ, est ad terrorem.*

96 *Delinquens cum armis prohibitis punitur tantum unica pœna, videlicet, vel delationis armorum, si ea sit major, quàm pœna, delicti; vel delicti, si ea sit major, quàm pœna delationis armorum, cum minor pœna cum majori confundatur, si delicta sint complicata, secus si diversa, & separata: nam tunc pro unoquoque delicto pœnæ diversæ applicantur, intellige dummodò pœnæ sint cõparibiles.*

97 *Si major est pœna delationis armorum, illa aggravatur ex explosione.*

98 *Statutum prohibens jactum sclopeti non comprehendit eum, qui se ipsum defendit, cum solùm intelligi debeat in casu culpabili, quæ declarantur nu. 99.*

100 *Retentio domi tormenti manualis ignei reprobati an sit punibilis, traditur.*

101 *Decisio Senatus.*

1 VIM vi repellere licet pro defensione vitæ, *leg. itaque 4. ff. ad l. Aquil. l. furem 9. ff. ad l. Cornel. de sicar.* omne enim animal natura duce ad conservandum se, & speciem suam impellitur, ait Aristot. *l. 1. politic.* & Cicero *in oratione pro Milone*, ita scribit. *Est enim hæc judices, non scripta, sed nata lex quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus; ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela, aut latronum, aut inimicorum incidisset, honesta omnis ratio esset expediendæ salutis* plura apud Gonzalez Tellez *lib. 5. decretal. de homicid. c. significasti 18. num. 5.*

2 Sic impunè licet aggressorem occidere ad sui defensionem, Gomez *var. 3. cap. 3. n. 20.* Farin. *in prax. qu. 125. n. 3. & seqq.* Cabal. *de omni gener. homic. num. 67. & seq. & n. 92. & seq.* Guazzin. *defens. 29. c. 4. n. 15.* Vermigliol. *cons. 73. in princ.* Ursel. *concl. leg. 80. n. 10.* P. Grassetus *de nece prodit. §. 28. n. 24.* Rubeus *de validit. legal. c. 41. nu. 84. cum pluribus seqq.* Conciol. *resol. crim. 3. n. 1. cum seq. verbo defensio; & super statut. Eugub. lib. 4. rub. 34. nu. 2.* ubi noster Romaguera *in addit. nu. 13.* Altimar. *ad lib. 3. consil.* Rovit. *obser. 11. n. 1.* Manfrel. ad Latro *obs. 75. n. 9.* Capon. *discep. for. 185. nu. 3.* Hermos. *glos. 2. prol. par. 5. nu. 114.* Berlich. *conclus. leg. par. 4. concl. 12. n. 1.* Bellon. *de potest. eorum quæ, lib. 1. cap. 7.* Giurb. *consil. 84. num. 5.* Franc. Anton. Tranchedin. *consult. 86. num. 9. & seqq.* Reg. Cortiada plures allegans remissivè *dec. 92. num. 35.* Cuenca *de sui defensione, lib. 2. quæst. 4. ex num. 4.* quod comprobat ex communi Theologorum sententia, ex Divo Thoma, Victoria, Leonardo Lessio, Dominico Soto, Divo Augustino, Navarro, Cajetano, Layman, Molina, Toleto; Peguera *dec. 78. n. 26.* Faria ad Covar. *var. lib. 1. c. 11. nu. 8.* Majorana *in opopraxi crim. lib. 2. c. 4. num. 12.* Thoro *in compend. dec. par. 1. verb. homicida aggressus, & par. 3. verbo homicida qui prius pag. 519. & verbo Homicida si homicidium pag. 521.* Lezana *in summa verbo homicidium nu. 9.*

3 Defensio namque est omni jure, Naturali, Gentium, Civili, ac Canonico permissa, Farinac. *in prax. d. qu. 125. num. 10.* Tranchedin. *d. consul. 86. nu. 10.* Sanfelic. *decis. 410. num. 7.* ex pluribus Conciol. *resol. criminal. 3. verbo defensio, n. 2.* probat latè Cuenca *de sui defensione, lib. 1. quæst. 2. tot.* Majorana *in opoprax crim. lib. 2. d. cap. 4. nu. 12.* Thoro *in compend. decis. par. 1. verbo Homicida aggressus, & p. 3. ver. homic. qui prius, pag. 519. & verbo Homicida si homicidium pag. 521.* Urrutigoyti *var. resol. cap. 1. num. 65.*

4 Sic in foro conscientiæ occidens ad defensionem minimè dicitur peccare, Clarus §. *homicidium, nu. 24.* Mar. Anton. *var. resol. 26. nu. 1.* Giurba *d. consil. 84. nu. 5.* Lug. *de justit & jur. disp. 10. num. 6.* Tranchedinus *d. consult. 86. nu. 11.* Cabal. *de omni gener. homicid. num. 68. & seq.* latè P. Diana *in summ. verbo occidere invasorem, in princ.* P. Grassetus *de nece prodit. d. §. 28. n. 24. & seq.* Conciol. *d. resol. crim. 3. verb. defensio, num. 4.* Cuenca *de sui defens. lib. 2. d. qu. 4. nu. 6.* Navarr. *decret. par. 2. c. 15. de quinto præcepto decalogi nu. 2. ver. Quinto.*

Unde Clerici ob homicidium ad sui defensionem non incurrunt irregularitatem, Giurba *d. consil. 84. num. 5.* Barbosa *in clement. unica de homicid. num. 11.* Tranchedin. *d. consult. 86. nu. 13.* Gonzal. Tellez. *ad cap. significasti 18. de homicid. n. 5.* ex Navarro, & Toleto, Cuenca *de sui defensione lib. 2. d. qu. 4. n 6.* Lezana *in sum. verb. Homicid. nu. 9. & verb Irregularitas num. 65.* cum pluribus allegatis Pasqualigius *quæst. moral 293. nu. 8.* & antea *qu. 19.* in singulari dubio agit de hac re, Farinac. *in prax. quæst. 125. nu. 418.* 5

Ampliatur præcedens conclusio, ut procedat etiam casu, quo occidens se defendendo, animum, & intentionem occidendi habet, cujus resolutionis ratio duplex est. Prima, quia in quolibet actu inseparabiliter inest voluntas potestati, argumento *textus in l. multum interest C. si quis alteri, vel sibi:* Ergo dum lex permittit potestatem occidendi aggressorem, permittere etiam videtur intentionem, & voluntatem occidendi. Secunda, quia defensio a jure permissa est: ergo jure debet etiam permitti voluntas occidendi, quia occisio est medium necessarium defensionis tanquam præambulum necessarium ipsius, argumento *l. illud ff. de acquir. hæred.* docuerunt Navar. *in manuali cap. 15. n. 2.* Sotus *de justicia quæst. 1. art. 1.* 6

Nec obstat textus *in cap. de occidendis 25. quæst. 5.* ubi permittitur judici, & militi occidere se defendendo, animo occidendi: quasi secus sit in aliis, cujus textus, & aliorum jurium, & rationum argumento contrariam sententiam defendunt D. Thomas 2. 2. *quæst. 64. art. 7.* Cajetanus ibi, Tabien. *verbo homicidium, qu. 7.* & Abulensis super Matthæum. *cap. 5. par. 26.* nam tenendo priorem opinionem, respondendum est textum *in d. cap. de occidendis*, loqui quando non occidit quis se defendendo, sed occidit præveniendo ad cavendum injuriam, vel mortem futuram, quo casu dicitur homicida, quia non occidit se defendendo; secùs vero est, quando aliquis occidit in ipso actu aggressionis; quia tunc occidere permittitur, quamvis habuerit animum occidendi: hæc mutuavi à Gonzalez Tellez *ad d. c. cap. significasti 18. num. 5.* & ipsi adde Bonacinam *tom. 1. irregularit. disp. 7. quæst. 4. punct. 6. num. 3.* allegantem Molin. *tom. 4. tract. 3 disp. 72. num. 8.* Sayrum *lib. 6. cap. 18. num. 12.* Avil. & alios; Lezana *verb. irregularitas, num. 68.* & antea *verbo Homicidium num. 19.* eo fundamento, quia licèt prava illa intentio, & affectus sit peccaminosus; nihilominus actio externa, posito quòd alio modo non potuit se defendere, licita fuit, & permissa omni jure, ac per consequens super illam non cadet irregularitas; quæ solùm consurgit ex facto externo injusto. 7

Adeò ipsis Clericis est licitum homicidium ad defensionem, ut aggressi in actu Missæ possint aggressorem occidere, & postea prosequi Missam, Ugolin. *de offic. & pot. Episc. lib. 2. cap. 16. §. 1. nu. 3.* Mar. Antonin. *d. resol. 26. n. 1.* Farinac. *in prax. dict. quæst. 125. num. 24.* Tranchedin *d. consult. 86. num 12.* P. Grassetus *de nece prodit. d. §. 28. num. 24.* Conciol. *resol. crimin. 3. verb. defensio num. 3.* ex Panormitano, Lignano, Socino, Hipolito, Decio, Sylvestr. Cenedo: & aliis Cuenca *de sui defens. lib. 2. d. quæst. 4. nu. 7.* 8

Et homicidium ad sui defensionem commissum, si in Ecclesia factum fuerit, eam non polluit, *glos. 1. in cap. unic. de consecrat. Eccles. vel altar. lib. 6.* Panormit. *in c. proposuisti num. 2 eod. tit.* Mantica *fing. 397.* & his allegatis Cuenca *de sui defens. lib. 2. quæst. 4. nu. 8.* ubi etiam probat, quod laici, si Clericum invasorem pro necessaria defensione occidant, non incidunt in censuras Canonis. 9

Hinc affirmatur, quòd occidens non solùm dicitur, qui propriis manibus immediatè, & directè se ipsum occidit; sed etiam ille, qui potens aliquo modo se defendere, & salvare, non curat se defendere, permittitque se occidi, nulla existente causa, Farinac. *tom. 2. consil. 181. n. 17. & q. 125. nu. 23.* Berlich. *conclus. prac. 4. concluf. 12.* Gobius *consult. decis. 139. nu. 12.* Tranched. *d. consul. 86. nu. 15.* ne in semetipsum sit injurius, ut dixit 10

UAB Biblioteca de Ciències Socials

xit Osuald. ad Donel. *lib.* 17. *com. cap.* 2. *lit. D.* Cuenca *de sui defens. lib.* 4. *q.* 4. *tot.*

11 Ut autem homicida ob defensionem exculpetur, requiritur, quod non excedat in se defendendo, moderamen inculpatæ tutelæ, probant Bonacina *to* 1. *de irreg. disp.* 7. *quæst.* 4 *punct.* 6. *n.* 3. Acuña *in cap. miror* 50. *dist.* Sanchez *ad rep. ejusd. tex.* Tellez *ad d. cap. significasti.* 18. *de homicid. n.* 5. *in fine*, Farinac. *in prax. d. quæst.* 125. *num.* 330. Guaz. *d. def.* 29. *cap.* 5. *in prin.* Cabal. *de omni gener. homicid. nu.* 67. Calvinus *de æquit. lib.* 2. *c.* 192. *n.* 13. Sperellus *par.* 2. *dec.* 24. *num.* 49. Layman *in Theolog. moral. sec.* 5. *tract.* 3. *par.* 3. *c.* 3. *num.* 1. pluribus citatis Cuenca *de sui defens. lib.* 3. *quæst.* 2. *tota* Faria ad Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 8. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 13. Thoro *in compend. dec. par.* 3. *verb. Homicida si homicidium, pag.* 521. Lezana *in sum. verb. Homicid. num.* 9.

12 Aliàs si se defendendo excesserit moderamen inculpatæ tutelæ, non pœna mortis, sed extraordinaria, Judicis arbitrio punitur, Clarus § *homicidium sub num.* 27. Farinac. *in prax. d. qu.* 125. *n.* 396. Cabal. *de omni genere homicid. n.* 98. *& seq.* Conciol. *d. resol. crim.* 3. *verbo defensio nu.* 10 *& seqq. & super statut. Eugub. lib.* 4. *rub.* 34. *nu.* 3 & ibi noster Additionator Romaguera *n.* 14. Altimar ad Rovitum *lib.* 3. *conf.* 11. *nu.* 14. *& seqq.* Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 13. *& seqq.* Reg. Matthæu *de re crim. cont.* 22. *n.* 24. *& seq.* Manfrella ad Latro *dec.* 75. *nu.* 9. *& seq.* Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 2. Capon. *discept.* 185 *nu.* 3. *& seqq. & n.* 102. Carpzou. *in prac. crim. qu.* 29. *num.* 1. *& per tot.* Severin. ad Sanfel. *dec.* 410. *lib.* 3. Berlich. *d. conclus.* 12. *& seq. per tot.* Cuenca *de sui defensione lib.* 3. *qu.* 2. *num.* 42. Peguera *dec.* 78. ubi tradit decisum.

13 Thoro *in compend. decis. par.* 1. *ver. Homicid. commissum ab aliquo insultato*, ubi insultatus cum ense evaginato, qui insultantem percusserat in capite, & postmodum pluries caput ejus per capillos percusserat, qui ex tali infirmitate decessit, fuit condemnatus ob excessum, ad remigandum in perpetuum, licèt concludat Gram. *cons.* 18. non debere excedere quinquennium.

14 Idem Thoro *par.* 1. *verb. Homicida excedens*, ubi tradit decisum homicidam vindicando aggressorem verberantem, ipsumque ex impetu occidendo, ob excessum fuisse condemnatum ad remigandum vita durante.

15 Ad hoc ut moderamen tutelæ dicatur servatum in se defendendo, ut impunis evadat occidens, tria sunt consideranda. Primum tempus. Secundum causa. Et tertium modus, Clarus *in* §. *homicidium nu.* 34. Conciol. *resol. crim.* 3. *verb. defensio*, *nu.* 6. Peguera *dec.* 78. *a num.* 28 & ex Osualdo, Abbate. Grassis, Ramirez, Trentacinquio, Hypolito, Maya, & aliis docet Cuenca *de sui defensione lib.* 3. *quæst* 2. *num.* 3. Majorana *in opoprax crim. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 14. Thoro *in compend. decis. par.* 1. *verb. Homicida aggressus*, *& verb. Homicida qui prius*, *par.* 3. *pag.* 519. *& in eadem par. verb. Homicida si homicidium, pag.* 521. Lezana *in verb. Homicidium*, *nu.* 9. *& consult.* 29. *nu.* 20.

16 Circa primam circunstantiam temporis attendendum est, quod defensio fiat incontinenti, hoc est in flagranti rixa, vel quando quis in actu offensionis aggressorem percutit, *l. sed & partus* 12. § 1. ubi glos. *ff. quod met. causa l.* 1. ubi etiam glos. *C. unde vi*, *l.* 3. § *eum igitur*, *l. qui possessorem* 17. *ff. de vi*, *& vi armata*, Peguera *dec.* 78. *nu.* 26. *& seq.* Majorana *in opoprax. crim. l.* 2. *c.* 4. *nu.* 40. *cum seqq.* Clarus *d.* §. *homicidium nu.* 6. & ibi Bajard. *n.* 113. Farin. *in prax. d. qu.* 125. *nu.* 339. Guaz. *defens. recr.* 29. *c.* 5. *n.* 2. *ver. circa tempus*, Giurba *cons.* 86 *n.* 4. & his allegatis Conciol. *resol. crim. verb. defens. d. resol.* 3. *n.* 6. & 7. optimè Cuenca *de sui defensione lib.* 3. *qu.* 2. *n.* 30. docens, quòd defensio incontinenti facta dicitur, si fiat ad effugiendum repercussionem; si fiat antequam quis se divertat ad extraneos actus; si in ipso actu, aut in flagrante adhuc maleficio; si fiat ante sedatam rixam; si fiat et si aliquod minimum spatium intervenerit, modò non tantum, ut præsenti periculo ereptus, denuò armis pugnam redintegret, & quòd totum id pendet à prudentis Judicis arbitrio, ut diximus *dec.* 42. *n.* 30.

17 Nam si defensio fit ex intervallo, impunis non evadit occidens, sed tenetur pœna extraordinaria, quia occidentem exculpat calor iracundiæ præcedens, Farinac. *in prax. d. qu.* 125. *num.* 399. *& seqq.* Conciol. *d. resol. crim.* 3. *verb. defensio num.* 7. Peguera *d. dec.* 78 ubi *in fine* tradit decisum in casu, quo homicida fuerat desmentitus ab occiso, Faria ad Covar. *var-lib* 2. *cap.* 9 *nnm.* 26. & 27. Majorana *in opoprax. crimin. lib.* 2. *dict. cap.* 4. *num.* 41. *cum seqq. & nu.* 46. Caballus *de omni gener. homicid. num.* 98.

Calor iracundiæ apud nos durare præsumitur per spatium viginti quatuor horarum, ut diximus *dec.* 42. *n.* 20. quam observantiam nostram recitat noviter Antonius Gobius *consult. dec.* 125. *nu.* 50. 18

Unde offendens insultantem fugientem non dicitur offendere ad defensionem, sed ad vindictam, & punitur pœna extraordinaria, & mitiori propter excessum, Clarus §. *homicidium ver. scias tamen* - Farinac. *in prax. q.* 91. *num.* 7. *& d. quæst.* 125. *nu.* 385. & 393. Guaz. *d. defens.* 29. *cap* 4. *num* 20. *ver. si vero*, Cabal. *resol. crimin. cas.* 13. *nu.* 5. *& de omni gener. homicid. num.* 231. Giurba *cons.* 17. *n.* 12. *& n.* 30. Conciol. *resol. crimin.* 12. *verb. defensio num.* 1. *& 5. & super statut. Eugub. lib.* 4. *rub.* 34. *n.* 6. Paschal. *de vir. pat. potest. par.* 3. *c.* 6. *nu.* 12. Cyriac. *cont.* 126. *n.* 12. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *c.* 192. *num.* 61. *& seq.* Majorana *in opoprax. lib.* 2. *c.* 4. *num.* 42. *cum seqq.* Cuenca *de sui defens. lib.* 3. *qu.* 2. *nu.* 10. *cum seqq.* & dixi *dec.* 18. *num.* 22. & 23. 19

Regens Matthæu *de re crim. cont.* 22. *num.* 27. *&* 28. ubi id procedere docet, quando aggressor, postquam vulneravit, fugit, & aggressus eum sequitur, vulnerat, vel occidit, ita ut aliquod intervallum temporis, quamtumvis modicum, interveniat; nam tunc, quia à simili aggressore fugiente non poterat timere repercussionem, si sequatur, & vulneret, potiùs ad vindictam, quàm ad defensionem fecisse videtur, ut est de mente omnium Doctorum, secus verò, quando incontinenti quis in discrimine vitæ constitutus adversarium repercutit de facie ad faciem in ipso actu aggressionis; quia tunc timere debet repetitionem vulnerum, & propriam salutem tuendo, potest impunè adversarium occidere, & docet Larrea *alleg.* 117. *num.* 43. 20

Pariter id declaratur, ut habeat locum, quando aggressor aufugit, & terga vertit; secus verò si non aufugiat, sed resistat, vel retrahat se paulatim versa facie, cum tunc præsumatur velle iterum offendere, Sesse *dec.* 104. *nu.* 14. Farinac. *in prax. d. quæst.* 125. *num.* 390. vel quando aggressus timere poterat à fugiente iterum aggredi potuisse, Giurba *cons.* 17. *num.* 21. & 31. Calvinus *de æquit. lib.* 2. *cap.* 192. *numer.* 64. & 65. his citatis Conciol. *dict. resol. crimin.* 12. *verb. defensio*, *nu.* 2. vel quando aggressores essent duo, ex quibus unus tantùm aufugit; quia potest tunc insultatus, uno aggressore relicto, alterum fugientem sequi, & impunè occidere, quia nisi ita fecisset, poterat ab altero, qui non aufugit, periclitari, Conciol. *ibidem numer.* 3. vel nisi reinstaret animo reassumendi vires ad acriùs pugnandum, vel ad rixam reassumendum, Majorana *in opoprax. lib.* 4. *num.* 2. *d. cap.* 4. *num.* 42. vel quando vir nobilis fuisset insultatus à plebejo, & vili, qui si post insultum aggressorem sequatur, & vulneret, non venit puniendus, Conc. qui *supra num.* 4. Guaz. *d. def.* 29. *cap.* 4. *numer.* 20. *in fin.* Majorana *in opoprax. crim. dict. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 27. docens, quòd licitum erit nobili injuriato vilem fugientem offendere, quantum opus sit ad honorem recuperandum, Farinac. *in prax. d. quæst.* 125. *num.* 292. & infra etiam dicitur. 21

Huic parti assigno quæstionem; an aggressus teneatur fugere, an verò possit aggressorem contra se venientem invadere: in qua pro certo admittitur, aggressum non teneri aufugere, sed posse aggressorem contra se venientem occidere, etiamsi fugiendo incolumis evaderet, non solum ex contumelia, quâ afficeretur fugiendo; sed etiam propter periculum cadendi in terram, qui propterea ab aggressore occidi potuisset, ut probant Farin. *in prax d. q.* 125. *n.* 121. *& seqq.* Guaz. *def. recr.* 29. *dict. c.* 4. *nu.* 27. Cyriac *contr.* 126. *n.* 6. Calvin. *de æquitat. l.* 2. *de cap.* 192. *num.* 51. *& seqq.* Rubeus *de validit. leg. c.* 41. *n.* 136. *& seqq.* & his citatis Conciol. *resol. crimin.* 4. *verb. defensio per tot.* Thoro *in comp. dec. p.* 3. *ver. Homicida qui prius*, *pag.* 519. 22

Cum qua opinione pertransire videtur Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 4. *nu.* 32. scilicet aggressum fugere non teneri cum personæ periculo, ut si fugiendo posset à tergo vulnerari, aut pede ad petram collisso in terram cadere, sicque ab adversario profligari, aut si esset in loco angusto, à quo fugere nequiret, vel insultatus adeò 23

esset

esset carnosus, vel aliàs non aptus ad currendum; ita ut facilè ab aggressore percuti posset. Ulteriùs rem hanc declarat Cuenca *de sui defens. l. 3. quæst. 2. n. 16. cum seqq.*

24 Hoc inde intellecto, quòd casu quo fugiendo se exponeret quis probabiliter periculo vitæ ex insecutione aggressoris, liceat aggressorem occidere, absque incursu pœnæ, vel irregularitatis, Farinac. *de homicid. d. quæst. 125. num. 129. & 130.* Guaz. *d. def. 29. cap. 4. numer. 27. ver. & licèt*, Conciol. *resol. crim. 4. verb. defens. num. 8.* (qui in istis terminis intelligit Diana *in summa verb. occidere invasorem, nu. 10.* Less. *de just. & jur. lib. 2. cap. 9. dubitat. 9. num. 44. & dubit. 12. num 85.* Layman. *in theolog. moral. sect. 5. tract. 3. par. 3. c. 3. n. 2.* volentes Clericos teneri ausugere, cum eis non adsit dedecus, & docet id habere locum, quando fugiendo nulli se exponunt periculo vitæ, secus si se exponant cum tunc non teneantur fugere) prosequitur Majorana *in opoprax. crimin. lib. 2. cap. 4. num. 32. & seqq.* & in terminis irregularitatis tenet expresè Lezana *in summa verb. Homicidium nu. 9.* (docens, quòd si Religiosus invasus possit effugere damnum fugiendo, clamando, aut alio modo se defendendo, non poterit licitè occidere invasorem) Facundez *in 5. præcepto Decalogi, lib. 5. cap. 7. num. 11.* Tranchedin. *consult. 105. num. 32.* asserens quod Clericus tantum dicitur cum moderamine inculpatæ tutelæ se defendere, cum est in necessitate inevitabili, quam neque fuga, neque clamore, neque alio modo nisi interficiendo, vel mutilando aggressorem evitare potest, allegans Bellet. *disq. Cleric. tit de discip. cler. § 5. nu. 118.* Grasset. *de effect. Cler. effect. 9. nu. 262.* Bombin. *consil. 19. num. 36.*

25 Casu verò, quo aggressus fuga saluti suæ rectè consulere potest, si occidat aggressorem, pro excessu punitur pœna extraordinaria, Farinac. *in prax. dict. quæst. 125. num 138* Conciol. *dict. resol. crimin. 4. verb. defensio, nu. 11.* Majorana *in opoprax crimin. lib. 2. d. cap. 4 num. 30.* Thoro *in comp. decis. par. 1. verb. Homicida aggressus, pag. 259.* ubi refert, quod insultatus ab alio cum ense, & clypeo admenante ensem, ut percuteret ipsum aggressum, qui cernens insultantem sic gladio evaginato contra se venire, ipse se cum insultante stringens, ensem de manu sua accepit, in qua altercatione insultans ab insultato fuit vulneratus, & inde mortuus, & fuit insultatus ob excessum exulatus in biennium, ubi statuit regulam, quòd si interveniat in excessu vel lata culpa, vel levis, aut levissima, puniendus est insultatus aliqua pœna mitiori, judicis arbitrio; quem, & ab eo citatos reprobat Farinac. *in prax. quæst. 125. numer. 404.* Calvin. *de æquitat. lib. 2. cap. 192. nu 29.* Conc. *resol. crimin. 3. verb defens. num. 13.* docentes excessum in defendendo commissum levissima culpa, nulla pœna puniri debere.

26 Prout hic, si persona vilis, vel ignobilis, cui ausugere verecundia non est, ausugiens (cum ausugere teneretur) occidit insultantem, non punitur pœna ordinaria, sed extraordinaria, propter excessum, Majorana *in opoprax. crimin. lib. 2. cap. 4 nu. 35.* Thoro *in compend. decis. par. 3. verb. Homicida si homicidium*, quæ tamen intelligenda censeo, prout supra stabilitum est.

27 Secunda circunstantia, ut impunis evadat occidens aggressorem ad sui defensionem, est causa, id est, quòd aggressus occidat ad defensionem non autem ad vindictam, hoc est quod aggressus sit constitutus in discrimine vitæ, & aliter evadere non possit, nisi offendat, vel occidat, *l. is qui aggressorem 2. C. ad leg. Cornel. de Sicar.* Clarus *d. §. homicidium num. 34.* & ibi Bajard. *num. 105.* Cabal. *de omni gener. homicid. num. 97.* Farinac. *in prax. d. quæst. 125. n. 353. & 382.* Guaz. *defens. reor. 29. dict. c. 5. num. 2. ver. circa secundam*, Latro *decis. 75. in fin. lib. 1.* & his citatis Conciol. *verb. defensio d. resol crimin. 3. num. 8.* Cuenca *de sui defen. lib. 3. quæst. 2. nu. 34. & seqq.* Peguera *decis. 78. num. 31.* Majorana *in opoprax. crimin. lib. 2. cap. 4. num. 49.* Thoro *in compend. decis. par. 1. verb. Homicida aggressus, pag. 259.*

28 Tertia circunstantia est modus, qui in necessaria defensione adhiberi debet, iste versatur circa plura, præsertim circa genus armorum, circa qualitatem offensionis, & defensionis, & circa qualitatem personarum. Circa genus armorum dicunt DD. quòd offensio, & defensio sunt correlativa, & qualis est insultus, talis debet esse responsio, Gramm. *consil. 63. num. 3.* Majorana *in opoprax. lib. 2. cap. 4. nu. 16.* defensio namque debet esse proportionata offensioni, & periculo vitæ, quia moderatio nil aliud est quàm æqualitas Farin. *in prax. q. 125. n. 349.*

Et sic armis est resistèdum ei qui cum armis aggreditur 29
Armaque in armatos sumere jura sinunt.
Carter *in pract. crimin. tit. de homicid. §. circa quartum de modo defendend. num. 3.* Majorana *lib. 2. dict. cap. 4. nu. 27.* Peg. *decis. 78. num. 28.* Caballus *de omni genere homicid. num. 95.* Farinac *in prax. d. quæst. 125. numer. 354.* (qui *num. seq.* inde infert, quòd insultatus cum ensem non debet se defendere cum spontono, vel archibusio) Cuenca *de sui defens. lib. 3. quæst. 2. numer. 5.*

Pugnoque est depellendus, qui cum pugno persequi- 30
tur, Farinac. *d. quæst. 125. num. 357.* Majorana *in opo prax. crim. lib. 2. d. cap. 4. numer. 19.* Thoro *in compend. decis. par. 3. verb. Homicida qui prius.*

Nec qui fuerit cum pugnis aggressus, poterit baculo 31
se defendere; quia baculus ordinatur ad majorem percussionem, quàm ordinetur pugnus, Pasqualigius *quæst. moral. 20. nu. 2. & fere per tot.* ubi etiam asserit, quòd nec percussus baculo, potest ensem adhibere; nam progrederetur ad vindictam & esset puniendus propter excessum.

Et percutiens cum hasta lancea nequit repercuti 32
puncta ferri, Farinac *in prax. dict. quæst. 125. nu. 355.* Majorana *in opoprax. crimin. lib. 2. d. cap. 4. num. 20.*

Adeò ut pro æqualitate armorum requirantur paria, 33
vel parum disparia ab offendentis armis, Majorana *in opoprax. crim. lib. 2. dict. cap. 4. nu. 20.* hoc est, quod insultatus non habeat majora arma, quàm insultans; secus si insultatus habeat minora arma; quia tunc non judicatur excessus, Farinac. *in prax. d. quæst. 125. num. 355.*

Sed non tam præcisè, & strictè armorum paritas exi- 34
gitur ad moderamen inculpatæ tutelæ, ubi aliter aggressus se defendere nequiret, cum necessitas eum excusset, Farinac. *in prax. d. quæst. 125. num. 359. cum seq.* qui inquit, quòd in rixa, & illius calore, & dum agitur de defendendo propriam vitam, non omnia possunt ponderari, prout quilque bonus Judex arbitrabitur, sequitur Pasqalig. *quæst. moral. 20. num. 4.* (docens quòd aggressus pugno, si baculo, quem manibus tenebat, percutiat, ex improvisa aggressione turbatus, illa percussio proveniet ex instinctu naturali defensionis absque deliberatione, & proinde absque peccato mortali, pro quo requiritur sufficiens deliberatio) probat Conciol. *resol crim. 3. verb. defensio num 9.* Majorana *in opoprax. crim. lib. 2. dict cap. 4. numer. 21.* Guaz. *def. 29. cap. 4. num. 28.* Thoro *in compend. decis. par. 3. verb. Homicida qui prius* (qui inde asserit, quòd percussus cum pugno potest impunè gladio occidere, si evadere non possit injuriam) Caballus *resol. crimin. cas. 248. nu. 33.* Cuenca *de sui defens. lib. 3. quæst. 2. numer. 5.*

Quorum est ratio, quia si vis incontinenti repelli de- 35
bet, & natura ipsa defensionem permittit: ergo quibus armis, quæ paria incontinenti haberi non possunt, attendi non debet, Giur. *cons. 17 n. 26* Majorana *in opopr. crim. lib. 2. d. cap. 4. n. 21.* qui amplè rectiùs, & doctè supra fundatas conclusiones probat. Pasqalig. *quæst moral. 20. nu. 6.* qui id intelligit dummodò fiat aggressus intra terminos defensionis, nec ex proposito tendat ad majorem percussionem, quàm sit necessaria pro defensione; rationem assignans, quia tunc observatur moderamen inculpatæ tutelæ, quando illa vis aggressori obijcitur, quæ tendit ad propulsandam vim illatam, & est sufficiens pro illa propulsanda; quòd autem hoc instrumento, vel alio, aut hoc, vel alio genere armorum fiat, materialiter se habet, nec facit, quòd excedantur termini inculpatæ defensionis; quia non exceduntur, nisi fiat aliquid quod tendat ad vindictam: unde modus defensionis attenditur in eo, quod fit ob defensionem, non autem in eo quo fit, seu instrumentis defensionis.

Rursus pro qualitate offensionis, & defensionis, quæ 36
petitur observanda pro moderatione inculpatæ tutelæ, docent DD. quod verbalis injuria, verbis dilui debet; non autem manu, verberibus, aut ferro, Merlinus *cent. 1. cont. 66. num 11.* Majorana *in opoprax. crim. lib. 2. d. cap 4. num 18.* Cabal. *de omni gener. homicidi. num. 95.* latè Conciol *resol. crim. 11. ver. def* ubi rem limitat, & declarat Francisc. Anton. Tranchedin *consult. 104. n. 30.*

Sic si quis me vocat latronem, possum incontinenti obi- 37
cere: tu mentiris *l. quæ omnia*, ibi: *Dicat Dominum mentiri*, & infra: *ferendus erit pudorem suum purgans, ff. de procurat. l. qui cum, § idem* ibi: *Si ab eo petitus retorsit, ignoscendum est ei, si voluit se ulcisci provocatus, ff. de bon. lib.* Farin. *in prax. q. 105. n. 306 cum seqq & quæst. 125. n. 326.* Carter *in prax. crimin. tit. de homicid. §. circa quartum de mo-*

de modo se defendendi, nu.10. Majorana *in opoprax. crl. lib.2.dict.cap.4.num.*18. Corona ad Crispolt. *in cas. milit. post cas.12 num.12 sui vori*, Pascalig. *quæst.*233. *numer.*1. Faria ad Covar. *var.lib.1 cap.*11. *num.*6. Lezana *consult.* 29. *num.*30. ubi *num.*31. id doctè disputat, & resolvit non procedere in Religiosis, qui specialiori modo lenitatem, & mansuetudinem Christi imitari debent.

38 Quod limitatur, si verum fuisset, quod obiicitur; quia tunc respondens per verbum *mentiris*, tenetur actione injuriarum, Ciriac. *cont.*126. *n.*33. Farinac. *in prax. quæst.*105. *nu.*321. quam limitationem admittit Faria ad Covar. *var. lib.*1 *dict. cap.*11 *num.*6. quando delictum objectum foret publicum, & non aliàs. De materia quando veritas convicii excuset injuriantem à pœna, tractant Farinac. *in prax. dict. quæst.* 105. *numer.* 219. *cum pluribus seqq. & consil.*30. *cum seq. libr.*1. Bonfin. *ad bannim gener. cap.*26. *num.*2. Conciol. *super statut. Eugub. lib.* 4. *rub.*43. *num.*9.

39 Præterea injuriis provocato non licet aliud injurianti objicere crimen, quia non est defensio injuriæ propulsare aliam injuriam, sed est vindicta, Farinac. *in prax. dict. quæst.* 105. *num.*306. cum pluribus allegatis Pascalig. *quæst. moral.*233. Majorana *in opoprax. lib.*2. *dict. cap.* 4. *num.*18.

40 Proinde non licet pro defensione objicere alicui, quòd *mentiatur tanquam latro, vel fur*, vel quid simile addendo, latè defendit Pascalig. *d quæst. moral.*233. *per totam*, qui *numer.*5. desumit rationem ex eo, quod defensio, ut sit licita, debet esse cum moderamine inculpatæ tutelæ; ita ut tendat ad propulsandam injuriam, non ad inferendam, nec ad vindictam, *cap significasti* 2. *de homicidio*; verba autem *fur*, & *latro* adiecta verbo *mentiris* non sunt necessaria pro defensione; quia verbum *mentiris* sufficienter propulsat totam injuriam, quæ verbis infertur, unde id, quod additur, tendit ad vindictam.

41 Si verò me vocas furem, vel latronem, possum quidem incontinenti convicium in iniuriantem retorquere; etiam cum mendacio animo defendendi, & injuriam propulsandi, Riccius *de pub. iudic. quæst.*16. *sub num.*40. Majorana *in opoprax. crim. lib.*2. *dict. cap.*4. *numer.*18. & declarat Farinac. *in prax. quæst.*105. *numer* 315. *cum seqq.* non autem possum æquè furem, & latronem vocare, absque moderaminis excessu, quo fit ut uterque de injuria illata agere valeamus, Decianus *tractat. crim. lib.*3. *cap.*33. *numer.*6. & pluribus allegatis Majorana citatus.

42 Ulterius circa eandem qualitatem offensionis, & defensionis observandam in moderamine, affirmatur, quòd ab eo exceditur, qui quando percussus in parte corporis non periculosa, percutientem repercussit in capite, & sic in loco periculoso, vel quando quis percussus in spatula, repercussit in capite, ut exemplificando recitat Farinac. *in prax. quæst.* 125. *numer.* 350. Majorana *in opoprax. crim. lib.*2. *dict. cap.* 4. *numer.*29. Thoro *in compend. decis. part.* 3. *tom.* 1. *verbo homicidium qui prius*, ubi vir nobilis fuit pugno ab alio provocatus, & non obstante, quòd provocans pugione armatus, quem post illatam nobili iniuriam arrepsit, & denudavit, per quam evaginationem repercutiendi animus arguebatur, & quòd post dictam percussionem cum pugno, & alia gesta, à loco non discessit: unde alia non erat expectanda percussio, & quod percussus pugno nobilis erat, cui turpe erat pugni offensionem sustinere: nihilominus tradit decisum pro vero habitum fuisse excessum, ratione moderaminis, ex qualitate percussionis in capite, quæ semper mortalis iudicatur, ut cum effectu ex vulnere mors sequuta fuit, & arguit animum occidendi præsumptum: eò magis quòd occisor dubitare non poterat de aliqua percussione; quia si p. gionem arrepsit occisus, non illud denudavit, nisi ob timorem offensionis, & post denudationem ad alium non processit actum, ad quem, si voluisset, devenire posset: unde fuit nobilis condemnatus ad exulandum per quadriennium: nec his contrarium facit Farinac. *dict. quæst.* 125. *numer.* 351. *& seq.* qui intelligendus est quoad pœnam ordinariam, non quoad extraordinariam; ut fuit decisum in casu supra relato.

43 Tandem quoad qualitatem personarum. quæ attendi debet pro judicando moderamine inculpatæ tutelæ, est observandum, quòd illa venit consideranda nedum quoad corporis fortitudinem: videlicet si debilis, vel senex à robustiore, vel fortiore aggreditur pugno; rectè quidem armis repelli potest, Farinac. *in prax. dicta quæst.* 125. *num.* 358. & 366. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *dict. cap.* 4. *n.* 22. Sanfelic *lib.* 3. *decis.* 410. *num.* 1. Thoro *in compend. decis. par.* 3. *ver. Homicida qui prius pag.* 520. Peguera *decis.* 78. *num.* 28. Pasqualig. *quæst. moral.* 21. *n.* 5. qui antea *n.*4 è contrario docet, quòd si aggressus sit fortior aggrediente viribus, & animo, cum facilè sine baculo se defendere possit, si baculo percutiat, non servabit moderamen inculpatæ tutelæ, sed transibit ad vindictam, & dixerat Farinac. citatus *num.* 367. Cuenca *de jui defens. lib.*3. *q.* 2. *n.*6.

Sed etiam quoad dignitatem personarum, cum impunè liceat viro honorato invasorem occidere, qui fustem, vel lapidem impingere nititur, ut inferat ignominiam, si aliter hæc ignominia evitari nequiret, Pasch. *de viribus pat. pot par.*3. *cap.*6. *n.*1. & ibi Prato *num.* 23. Majorana *in opoprax crim. lib.* 2. *dict. cap.* 4. *num.* 23. Et licet pro sola honoris defensione non liceat quemquam interficere, Farinac. *in prax. quæst.* 125. *num.* 42. (quæ intelligenda sunt, prout diximus *decis.* 42.) hoc tamen intelligitur respectu iniuriæ verbalis, non autem iniuriæ realis, undè alapa in faciem impingere volentem mihi, permittitur impunè gladio interficere, si aliter quam cum gladio me defendere nequeo, Berlich. *par.* 4. *conclus.* 13. *num.* 65. Peg. *decis.* 78. *num.* 23. & *num.* 30. (ubi ait quòd qui non potest aliter evitare maxillatam sine vituperio, nisi cum gladio, etiamsi occidendo caverit, exculpatur) Cuenca *de jui defens. lib.* 3. *quæst.* 2. *num.*9. Tuschus *litt. D. conclus.* 131. *num.* 9. qui distinguit; Majorana *in opoprax. crim. lib* 2. *dic. cap.* 4. *num.* 26. ubi ex Berlich. *conclus.* 13. *num.* 67. ait etiamsi aliter se defendere posset, si esset miles, nobilis, vel alia persona egregia, ob alapâ, percussorem impunè occidere posset, tenet post Farinac. *quæst.* 175. *n.* 262. *cum seqq.* 44

Præcipuè si iniuria à rustico, & vili persona nobili esset facta; nam tunc statim ipse nobilis repercutere, vel fugientem insequi potest, vel impunè interficere, vel saltem offendere, quantum necessum sit ad honorem recuperandum, Farinac. *in prax. dic. quæst.* 125. *n.*392. Sanfel. *lib.*3. *decis.* 410. *n.*5. Conciol. *resol. crim.* 6. *verb. defensio n.*3. & 4. & pluribus citatis Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *dict. cap.*4. *num.* 27. & *num.* 28. 45

Sed non ita absolutè est tenendum, ut impunè liceat nobili interficere rusticum iniuriantem; etsi namque nobilitate decorato ignominiosum sit aufugere; negari non potest, quod modum excedendo, homicidii aliquam culpam habuerit, quæ etsi gravis non est ratione honoris, nihilominus culpa est, quæ ad pœnam imponendam sufficit, sed aliquantò mitiùs, habito respectu, quòd fugere ob nobilitatem indecorum est, Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *dic. cap.* 4. *n.*39. à quo non discedit Thoro *in compend. decis. par.* 3. *verb. Homicida si homicidium pag.* 522. Hæc omnia adhuc intellige in foro externo respectu pœnæ temporalis; nam respectu fori interni adeantur definitiones Apostolicæ à maximo Pontifice nostro Innocentio Undecimo, feliciter Ecclesiam Catholicam gubernante, cujus memoriam nulla unquam delebit oblivio, ob ingens in Ecclesiam zelum semper in suo pectore æstuans. 46

Non omittimus in hac re, quæ docent DD. quòd qualitas aggressionis, quando per testes formales probari non potest, probatur præsumptionibus, & coniecturis, juxta notata per Alberic. Vulpel. Hipolit. Riminal. Carrer. Boer. Menoc. Farinac. *quæst.* 125. *n.* 436. latè *cum pluribus seqq.* probat Reg. Matthæu *de re crim. cont.* 22. *n.*4. & comprobant DD. infra citandi; quæ assignantur ut infra. 47

Prima, præsumitur aggressor, qui passus est aliquam iniuriam, & sic causam habet vindicandi; nam iniuriatus promptus est ad vindictam, Cæpolla *consil.* 28. *ver. Octavo subest.* Alexan. *consil.*13. *num.* 9. *lib.* 3. Gram. *con.* 29. *num.* 16. Severin. ad Sanfel. *decis.* 410. *lib.*3. *ver. circa quod*, Menoc. *cas.* 363. *num.*3. Farinac. *in prax. dict. quæst.* 125. *numer.* 467. Reg. Matthæu *de re crim. dict. cont.*22. *num.* 5. & *n.*10. idem profitetur in eo, qui originem dedit rei illicitæ, graviter alium offendendo ex causa honoris (& *num.* 19. ab ea coniectura recedit ob præsumptiones, quas in facto ponderat, quod comprobat Majorana *in opoprax. crimin. lib.* 2. *capit.*4 *n.*50. 48

Secunda præsumitur aggressor, qui armatus accedit ad locum rixæ, ibi expectans inimicum Cæpolla *cons.* 28. *& seq.* Blanc *in prax. crim. in ultima parte*, quæ 49

incl-

incipit, *tertia pars defensionis num.* 16. ubi id præcipuè verum asserit, quando expectans vel gladium eduxit, vel visus fuit pallium brachio involvere, Severin. ad Sanfelic. *dict. decis.* 410. *ver. Secundò*. Et ex armis insidiosis præsumi quem aggressorem, ex Farinac. *d. quæst.* 125. *num.* 449. *cum seqq.* scribit Reg. Matthæu *de re crim. cont.* 22. *num.* 13.

50 Tertia, præsumendus est aggressor, qui est validior, & fortior suo adversario, Sanfelic. *dict. decis.* 410. & ibi Severin. *ver. Tertiò* (ubi ait, id evenire posse respectu personæ, ut quia audacior, & robustior altera sit, vel respectu armorum, quæ defert; ut si unus sit inermis, & alius cum armis, vel ex quo plures secum defert socios) Farinac. *in prax. d. quæst.* 125. *num* 443. *cum seqq.* Cabal. *resol. crim. cas.* 231. *num.* 13. Reg. Matthæu *de re crim. dict. cont.* 22. *num* 12. Thoro *in compend. decis. par.* 3. *verb. Homicida, qui prius, pag* 519.

51 Quarta, rixari solitus præsumitur aggressor, Boerius *decis.* 237. *num.* 2. Gram. *consil.* 29. *num.* 16. & *vot.* 22. & 24. & his, ac aliis citatis Severin. ad Sanfelic. *decis.* 410. *ver. Quartò*, comprobat pluribus citatis Reg. Matthæu *dict. cont.* 22. *num.* 12.

52 Quinta, præsumitur aggressor, qui fugientem, vel auxilium implorantem insequitur, ex Innocen. Blanc. Bald. Alciat. tenet Severin. ad Sanfelic. *dict. decis.* 410. *ver. Quintò*. Nunquam enim præsumitur aggressor, qui præcedit, sed qui sequitur, Farinac. *dict. quæst.* 125. *num.* 464. & 475. (ubi probat ex loco rixæ præsumi, vel non præsumi aggressorem) & eo allegato Matthæu *de re crim. dict. cont.* 22. *num.* 14.

53 Sexta, præsumitur aggressor, qui mortuus, vel magis vulneratus reperitur, ut fatentur Blanc. *in prax. crim. in ultim. par.* quæ incipit, *tertia pars defensionis num.* 24. Cepolla *cons.* 29. post Grammat. *consil.* 72. *in fine*, sicut refert Farinac. *dict. quæst.* 125. *num.* 439. & 495. Reg. Matthæu *dict. cont.* 22. *num.* 20.

54 Quæ non transeunt sine contradictione; nam alii contrarium tenent, ajentes quòd ille, qui magis vulneratus, aut mortuus reperitur, præsumitur insultatus, Corneus *consil.* 51. *lib.* 1. Boerius *decis.* 168 *nu* 8. Farinac. *dict. quæst.* 125. *num.* 440 & 496. Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *n.* 25. & ibi Ayllon. *num* 26 Cabal. *cas.* 231. *nu.* 17. *seqq.* & plures quos allegat Reg. Matthæu *dict. cont.* 22. *n.* 6. & 7.

55 In hoc casu remittendum esse ad arbitrium judicis, ut consideratis conjecturis perspiciat, quid sentiendum, tenet Severin. ad Sanfelic. *dict. decis.* 410. *ver. Sextò*, à quo non recedit Reg. Matthæu *d. cont.* 22. *n.* 21.

56 Septima, præsumitur aggressor ex eventu ipso, ut quando ex duobus vulneratis unus reperitur lethaliter vulneratus, & ineptus ad pugnam, nam iste præsumitur aggressor, & quòd prius vulneravit; nam si vulnus antea recepisset, alium non posset vulnerare, quam præsumptionem in facto deciso ponderat Reg. Matthæu *dict. cont.* 22 *nu.* 15.

57 Octava, ex acclamatione insultati præsumitur alium fuisse aggressorem, cum nemo acclamare soleat sine causa, ut ex Cæpol. Alciat. Mascard. Farinac. Cabal. Giurb. ponderat Reg. Matthæu *dict. cont.* 22. *n.* 16.

58 Nona, præsumitur quis aggressor ex fama, Malvesi. *consil.* 25. *num.* 23. Hipol. Rimin. *consil.* 217. *num.* 20. Farinac. *in prax. dict. quæst.* 125. *nu.* 477. Reg. Matthæu *dict. cont.* 22. *nu.* 17.

59 Decima conjectura desumitur ex fuga; nam aggressor præsumitur is, qui fugit, vel ad confugium accedit, & insultatus is, qui sponte comparet, Vulpel. *cons.* 118. *n.* 17. & 22. Bertaz. *consil.* 135. *nu* 4. Mascardus *de probat. concluf.* 1126. *nu.* 26. Farinac. *in prax. dict. quæst.* 125. *n.* 471. Cabal. *resol. crim. cas.* 288. *nu.* 42. *cum seqq.* Reg. Matthæu *de re crim. dict. cont.* 22. *n.* 18.

60 Hæ tamen conjecturæ, & præsumptiones alias in contrarium admittunt præsumptiones, & conjecturas, & in concursu præsumptionum hinc inde, plures vincunt pauciores, & majores prævalent minoribus, Cæpol. *consil. crim.* 28. *num.* 15. Bolog. *consil.* 36. *col. fin. ver. Et de istis non miretur quis*, Hipol. Riminald. *consil.* 359. *num.* 18. & 38. & *consil.* 361. *nu.* 12. *lib.* 4. Farinac. *in prax. dict. quæst.* 125. *nu.* 480. & his allegatis Reg. Matthæu *d. cont.* 22. *nu.* 22.

61 Quando verò conjecturæ sunt æquales numero, & gravitate, tunc sunt præferendæ, quæ militant ad favorem Rei, Riminald. *dict. cons.* 359. *nu.* 39. *lib.* 4 Alciat. *de reg.* 3. *præs.* 39 *n.* 12. Farinac. *d q.* 125. *n.* 481. Guaz. *def.* 29. *cap.* 2. & cum pluribus Reg. Matthæu *d. cont.* 22. *n.* 23.

Consideratis quamplurimis ex ponderatis conjecturis, 62
decisum fuit, aggressorem fuisse, qui ex causa honoris, vel libidinis, instrumento igneo alium leviter vulneraverat, & hic illum ense lethaliter percusserat, & die sequenti occubuerat, & homicidam constitutum in discrimine vitæ, ac in necessariam defensionem homicidium commisisse, & sic venire absolvendum, ut cum in effectu fuit absolutus in facto relato per Reg. Matth. *d. cont.* 22. *tota*.

Hic etiam cum defensio non præsumatur, sed sit pro- 63
banda, Conciol. *resol. crim.* 9. *verbo defensio*, Majorana *in opoprax lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 51. Quæritur, an ut quis impunis evadat occidendo ad defensionem, necesse habeat copulativè probare, primò quòd fuerat provocatus, secundò quòd se defendendo interfecit, & quòd defensio erat necessaria; quia interficiens erat positus in discrimine vitæ, & hæc requisita esse probanda tenent Gail. Carpz. Berlich. Carrer, & alii relati à Majorana *lib.* 2. *d. cap.* 4. *n.* 51.

A qua opinione discedere videntur dicentes, quòd quando constat de insultu, & aggressione, insultatus vulnerando, vel occidendo insultantem, vel aggressorem, id fecisse præsumitur ad sui necessariam defensionem, absque alia probatione, ut tenent Vulpel. Bajard. ad Clar. Honded. Farinac. Giurb. Guaz. Calvinus, Latro, & alii relati per Conciol. *resol. crim. resol.* 10. *ver. defensio*, *nu.* 5. Tranchedinus *consult.* 86. *n.* 8.

Et testes (quando constat de insultu) deponentes homicidium fuisse factum ad defensionem insultati, illam probare, quod secus esset, si de insultu non constaret, tenent Curtius junior, Farinac. quos citat, & sequitur Conciol. *resol. crim* 9. *verb. defensio in fine*.

Conciliat has opiniones Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2 *dict. cap.* 4. *n.* 53. doctè animadvertens, quòd aut loquimur, ut ab omni prorsus pœna occidens liberetur, & tunc meritò probari oportet, quòd in discrimine vitæ erat constitutus, adeò ut mortem evadere non posset, ideoque ad necessariam defensionem prorupisse in homicidium; aut loquimur de pœna homicidii ordinaria, tunc certum est, quòd probato insultu, & aggressione, quoniam præsumptiva necessaria defensionis probatio emergit, reus à pœna ordinaria liberatur; non autem ab extraordinaria, licèt probaret homicidium ad sui defensionem fuisse factum, cum posset esse quòd reus ipse in propulsatione non omnia observaret, quæ petuntur in moderamine inculpatæ tutelæ.

Pro facto controverso, ampliando susceptam mate- 64
riam defensionis necessariæ, ad anteriora retrogrediamur, affirmando, quòd quilibet injustum invasorem impunè offendere potest cum moderamine in defensione adhibito, etiam pro extranei defensione, *cap. dilecto in fine de sent. excom. in* 6. Jason. *consil.* 86. *num.* 2. *vol.* 2. juxta illud Ciceronis; *qui non defendit hominem ab iniuria, cum possit, tam est in vitio, quàm si patriam, & parentes deserat*. Cuenca *de sui def. dict. lib.* 5. *quæst.* 1. *nu.* 2. Antonius Gomez *tom.* 3. *de delict. cap.* 3. *nu.* 2. Clarus *in §. homicidium, num.* 28. Guazin. *def. reorum* 29. *cap.* 4. *nu.* 19. *ver. Ac etiam*, plenè Farinac. *de homicidio quæst.* 125. *nu.* 267. & *seq.* Conciol. *in ver. Defensio resol.* 7. *num.* 1. & *super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 34. *nu.* 8. Chrispol. *cas. mtlit.* 20. *ver. Illud autem* P. Diana *in summa verb. occidere invasorem num.* 17. Peguera *cap. item ne super laude mio ver.* 8. *num.* 114. Can. *var.* 2. *cap.* 10. *num.* 72. *cum seqq.* quod comproba t ex Usat. *constituerunt igitur*, qui est unicus *tit. de defen. permesa à qui scu de si mateix, ò altre;* ubi latè dictum usaticum explicat; rationem tradunt, quia faciens iniuriam, & vim tertio, illam facere dicitur Reipublicæ; unde cuique licet eam propulsare.

Fortiori iure quilibet iniustum invasorem licitè offen- 65
dere poterit (non excedendo moderamen defensionis) pro sanguine conjuncti defensione, Cuenca *de sui def. lib.* 5. *q.* 1. *nu.* 2. Placa *in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 21. & *seqq.* Mascard. *de probat. concluf.* 490. *num.* 10. *vol.* 1. Addentes ad Farinac. *in prax. quæst.* 125. *num.* 281. ubi latè, & *consil.* 2. *litt. D*, Menoc. *de arbit. cas.* 361. *nu.* 10. & *seqq.* Conciol. *resol. crim. in verbo defensio resol.* 7. *num.* 4. & *super statut. Eugubii lib.* 4. *rubr.* 34. *nu.* 9. Canc. *var.* 2. *d. c.* 10. *nu.* 73. & *seqq.*

Hic refero decisum per Sanfelic. *lib.* 3. *decis.* 410. in facto Anelli Feminiani de Sancto Antamo, inquisiti de homicidio, quia rixantibus uxoribus, ad quarum rixam accesserunt mariti, ambo cum baculis ad

eorum exercitium solitis, & remansit in capite vulneratus, qui primò extraxit baculum, cujus vulnere fuit mors sequuta, & Anellus inquisitus de homicidio extra ordinem, non condemnatus ad interesse, & expensas, fuit punitus.

67 Et in fratre pro stimulo fratris rixantis occurrente, & occidente tertium non rixantem, sed astantem in favorem rixantis contra fratrem, tradit Farin. *in prax. dict. quæst.* 125. *nu.* 287 *dict. cons.* 2. *num.* 4. post Bas. *tit. de homicidio num.* 58. & his relatis Guazin. *def. reor.* 29. *cap.* 4. *num.* 19. *ver. Ac etiam*, Clarus *in dict.* §. *homicidium*, *ver. Item locum*, *num.* 27. ubi Antonius Persicus, qui ut auxiliaretur fratri suo, interfecerat alium, non cum eo rixantem, & fuit absolutus 24. Novembris 1548. & in his terminis Thoro *in compend. decis. par.* 3. *sect.* 1. *ver. Homicidium commissum per fratrem. pag.* 525.

68 Imò etiam amicus pro defensione amici, consocii, seu alterius secùm deambulantis, potest insultantem offendere, Placa *dic. cap.* 28. *num.* 28 cum aliis, Guaz. *def. reor.* 29. *cap.* 4. *n.* 19. *ver. Imò etiam*, Bajardus ad Clar. *in* §. *homicidium*, *nu.* 83. Conciol. *resol. crim. in verbo defensio resol.* 7. *n.* 5.

69 Sic Crispolt. *casu milit.* 20. tradit decisum, quòd dum miles cum altero sub portico Divi Francisci deambularet, de suo negotio sermonem habens, illuc ex improviso se contulit alter Civis, qui iratus valdè, irata verba cum factis miscens, eum qui cum milite differebat, colapho percussit; miles visa injuria, quam sibi impactam reputavit, cum secum adesset offensus, eum pluriès late gladio cæcidit, & non fuit judicatus excessus, nec dolus ex parte militis, sed justa ira ex causa injuriæ in honorem illatæ; & fuit per Ducem exercitus absolutus, & quòd si quid culpæ commisisset, id cum decem diebus custodiæ compensasset, & ne præsentia loci nondum benè placatis animis altercationis occasionem præberet, miles à mansionibus Ferrariæ, ad mansiones Bononiæ fuit dimissus; & in puncto militis defendentis alterum secum existentem, allegat Ferret. *de milit. tit. de milit. just. num.* 84. Cabal. *cas.* 294. *num.* 441. *cent.* 3.

70 Quæ omnia procedunt, sive insultatus clamet, & petat auxilium, sive non, sic Gomez *var. lib* 3. *cap.* 3. *num.* 21. *ver. Quod extende modo*, latè Iason. *consil.* 86. 2. *vol.* Bajard. *in* §. *homicidium*, *num.* 83. Guaz. *def. reor.* 26. *cap.* 4. *num.* 19. *vers. Et hoc procedit*, Farin. *in prax. quæst.* 125. *num.* 271 ubi aliàs ampliationes adducit, Conciol. *resol. crim. in verbo defensio, resol.* 7 *n.* 3. nam vim passus, si per se non potest violentiæ, & oppressioni resistere, ex defectu potentiæ, licitè, ac jure permittente poterit ad eam propulsandam convocare servos, amicos, familiares, & extraneos, ad sui, & suorum defensionem, *ex tex. in cap. dilecto, de sent. excom. in* 6. Salgado *de regia protect. par.* 1. *cap.* 1 *prælud.* 3. *nu.* 87.

71 Etiam pro defensione rei propriæ licet armata manu resistere, & invasorem occidere, si id fiat cum moderamine, & quando res aliter servari non possunt, & aliter domino rerum non foret consultum, & sic quando illi parci non potest sine periculo rerum, alias secùs, ex pluribus tradit Conciol. *resol. crim. verbo defensio resol.* 5. *nu.* 17 Manfrella ad Latro *decis.* 75. *n.* 9 Peguera *dec.* 78. *n.* 26 Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 4. *n* 23. Lezana *in summa in verbo Homicidium. n* 9 Farin. *in prax. q.* 168. *cum pluribus sequentibus*, ubi latissimè agit, quando impunè liceat furem occidere pro recuperatione rerum furatarum, & pro eadem quæstione videas Cuenca *de sui defensione lib.* 3. *q.* 3. Fagnanum *cap. interfecisti, extra, de homicidio, à num* 11. Tellez ibidem, & antea latissimè, *cap. si perfodiens* 3. *eod. tit.* Et hic repete quæ dicta sunt pro defensione personæ.

72 Hoc fuit consideratum die 22 Januarii 1674. ubi Joannes N. agricola loci del Hospitalet, delatus quòd baculo percussit Ioannem Paulum Turret pastorem gregis præsentis Civitatis in agro suo, dicto den Planes, termini de Sans, ubi grex Civitatis depascebat, fuit condemnatus pro excessu, quòd banniretur à præsenti Principatu, & Comitatu per triennium, ref. Taverner, in actis Riambau scribæ. Et die 29. Maii 1681. Joannes N. agricola Parochiæ Sancti Martini de Provensalibus delatus, quod die 8. Decembris 1680. in pascuis hæreditatis Nobilis Eulaliæ Cellers, sitæ circa fontem vocatum *den Alió* cujus erat colonus partiarius dictus Joannes N. percussit cum instrumento manuali Joannem Catarro pastorem, oves Civitatis in eo loco pascentem, eum lethaliter vulnerando, fuit condemnatus pro excessu ad serviendum laborando in præsidio de Rosas cum solito stipendio per triennium, ref. Tristany, Not. Famada.

Respectu defensionis consanguinei, amici, extranei, domini, socii, ac similium, ut possint insultantem impunè occidere, intelligendum venit quando aggressus erat constitutus in discrimine vitæ (vel pro defensione necessaria, ut dicit Canc. *var.* 2. *cap.* 10. *num.* 72.) secùs verò si non erat ita constitutus; quia tunc puniretur occidens saltem pœna extraordinaria pro excessu, Placa *in epit. dict. cap.* 27. *num.* 10. & *cap.* 28. *num.* 27. *circa fin. ver. Si sane mediator*, Gomez *var. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 21. Addentes ad Farin. *consil.* 2. *lit.* D, *in fine*, & *in prax. q.* 125. *num.* 167 *cum seqq.* Carpzou *in prax. crim. quæst.* 32. *ex num.* 1. Berlich. *par.* 4. *conclus.* 12. & 44. *cum seq.* Majorana *in opoprax. crim. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 65. & repete hic quæ dicta sunt circa sui defensionem, Guaz. *def. reor.* 29. *cap.* 4. *num.* 19. *ver. Quod intellige* Crispolt. *cas. milit.* 20. *ver. Quia tunc.* Conciol. *resolut. crim. in verbo defensio, resol.* 7. *num.* 6. & 13. & *super statut. Eugub. lib.* 4. *rub.* 34. *num* 10. 73

Hinc recitat Anton. Gomez *var.* 3. *cap.* 3. *num* 21. in facto cujusdam Civis pauperis, qui dum vidisset duos in rixa, ex qua unus evasit mortiferè vulneratus, mediator pacis inter eos existens, quodam baculo, vel lancea quam apprehendit, percussit aggressorem culpabilem, taliter quod ex percussione decessit, & in favorem ejus dixit, quod non erat condemnandus pœna mortis. Primò, quia ex genere, & qualitate personarum, instrumenti, & loci præsumebatur, quòd non habuit animum occidendi, sed pacem mittendi. Secundò, quia si excessus in defensa aggressi posset considerari, tantùm pro excessu puniendus erat pœna extraordinaria. Et tertiò nunc dico, quia si mediator rixæ remaneret vulneratus ab aliquo ex rixantibus, quodammodò se defendendo, & sine dolo, ipsis principalibus rixæ salvis remanentibus, prout multoties contingit, percutiens non tenebitur de vulnere, quia se defendendo dabat operam rei licitæ. 74

Clarus *in* §. *homicidium*, *num.* 31. *in fine*, tradit quod fuit absolutus per Senatum quidam Antonius Daverius, qui dum se ab alio insultante defenderet, percussit quemdam saxo qui mortuus fuit, visus tamen fuit ipse Daverius per annum exulari die 24 Octobris 1543. & in hanc partem est videndus Boerius latissimè *decis.* 83. *tot.* Bajardus *in dicto* §. *homicidium*, *num.* 83. & 84. qui alios allegat, & *in num.* 83 addit, dictum Daverium aliqua pœna debere condemnari, quod probat *ex l. sententiam*, §. *qui cum aliter*, *ff. ad l. Aquil.* ubi projiciens lapidem contra aggressorem, si non eum, sed pretere untem percusserit, tenetur, & ibi Basdus. 75

Sic Francum Jovone inquisitum de homicidio cujusdam Cauponis, qui cum vendidisset vinum fratri ipsius Francisci, & ab eo pecuniam acceperat, & illam in corbonam reposuerat, & postea reassumendo, improbaverat esse falsam, & restituere volens dicto emptori, eam ille recipere recusarat, asserendo non debuisse in corbonam ponere, malè tractando illum, qui ad domum accessitus, omnia dicto Francisco fratri suo contulerat, qui illicò arrepto ense in cauponam irrepserat, & inter verborum iratorum altercationem vulnus intulit, ob quod mortuus inde ad certos dies extitit, licet per M.C. Vicarii tradat Joannes Bap. Thoro *in comp. decis. par.* 3. *sect.* 1. *ver. Homicidium commissum per fratrem pag.* 525. fuisse condemnatum ad remigandum per septennium; attamen devoluta causa ad S. C. fuit tempus moderatum ad biennale exilium. 76

Etiam ibidem tradit decisum in causa Josephi Marocta, qui cū vidisset ejus fratrem à quodam verberari, imò vulnerari, arrepto lapide in caput illius, & pluriès opprimendo, ipsū occidit, & fuit cōdemnatus per M.C. Vicarii die 29. Maij 1634. in exilium per triennium, subdit ex Paris. *de re milit. lib.* 8. *n.* 92. aliū casū in eisdem terminis. 77

Inde infertur, quòd occidens, aut vulnerans à tergo, & proditorie rixantem cum patre, filio, consanguineo, affine, amico, confugiens ad Ecclesiam gaudet ejus immunitate, quia id non ex proposito, consultove contingit, sed causa defendendi, vel coadiuvandi consanguineum gratia, naturæque impulsu; quo nos, & nostra defendimus, ex Gutierez *pract. lib.* 1. 78

lib. 1. quæst. 2. per totam, & alijs. Reg. Cortiada *tom. 2. decis. 96. numer. 40.* & fuit declaratum per Cancellarium Pons, Consultoribus Rull. & Aleny 29. Junij 1668. in causa immunitatis Ecclesiasticæ allegatæ in personas Joannis, & Francisci NN. fratrum villæ Sancti Fœlicis de Guixols violenter extractorum cum sono emisso à Conventu Divi Benedicti eiusdem Villæ, & ad Regios Carceres Barcinonæ adductorum, & mancipatorum, qui impetiti fuerunt de nece per dictum Franciscum N. proditoriè (ut prætendebatur) perpetrata ictu pugionis in personam Laurentij de Nuono Vexilarij 18. Novembris 1666. dum dictus de Nuono rixabatur contra dictum Ioannem N. fratrem suum, quibus adde Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 20. num. 72.* allegantem Eman. Rodrig. *in sum. tom. 1. cap. 155. conclus. 5.* Cur. Philipp. *par. 3. §. 12. num. 40.*

79 Et in fratre, qui assumpsit sclopum ad defensam fratris sui periclitantis coram rustico rixantis, à quo malè afficiebatur, & auxiliandi gratia, verbo incensus, calore, & absque dolo, ut hosti resisteret, occurrit, & advenit, qui liberatus fuit à banni contraventione, ob apportationem sclopi absque schedula, cum utique nec ea arma deferre esset solitus, tradit decisum Caracciolus *decis. 21. tot.*

80 Evenit casus in Regio Concilio; nam Martinus Seguer, Civis honoratus Barcinonæ in loco de Iafra Diœcesi. Gerundæ domiciliatus cum accederet cum duobus æstimatoribus, armatus instrumento manuali parvæ mensuræ, quod in cinctu gestabat, ad suum mansum Seguer ejusdem loci, in quo uti coloni partiarij cohabitabant Raphael N. & Narcisus N. fratres ad invicem partiendum quosdam vitulos, quos ad commune lucrum habebant, super divisione orta fuit contentio inter dictos Seguer, & Raphaelem N.; prætendebat ille ad se omnes pertinere, & eos cum baculo impellendo extrahebat à manso, iste cum alio baculo cohibebat, & alter ex æstimatoribus timens ne confligerent, admonuit rixantes, ut familiariter procederent; at Raphael auxilium petijt à Narciso fratre suo, qui intus mansum stabat, ibi: *Narcis no baixas*? id est, *Narcise non descendis*? Et projecit instrumentum manuale parvæ mensuræ dicto Martino N. eum in brachio vulnerando, & audito ictu statim occurrit dictus Narcisus N. qui aliud instrumentum manuale parvæ mensuræ, quod armatum deferebat, in eundem explosit, & eum vulnera vit lethaliter in pectore, ex quo vulnere dictus Seguer post breves dies decessit (suam sustulit pœnam Raphael N. qui post à dicto Seguer iam lethaliter vulnerato fuit occisus) sed cum de pœna Narcisi N. ipsius fratris rixæ superviventis tractaretur, etsi varia exorta fuerint dubia, ex supra jactis fundamentis evanuerunt.

81 De duobus delictis esse culpatum Narcisum N. prætendit F. P. R. C. primò de homicidio proditorio, & ex proposito commisso in personam Martini Seguer. Secundò in eundem de ictu sclopeti parvæ mensuræ, & pro unoquoque pœnam mortis naturalis subire debere; scilicet ordinariam ex homicidio, & statutariam ex ictu instrumenti manualis iuxta *cap. 20. Regiarum præconizationum*.

82 Respectu homicidij contra reum opponebat, quòd non procedebat exculpatio superiùs cum juribus, & DD. fundata, fuisse scilicet commotum fratrem ad vocem, & petitionem fratris ad auxiliandum in insultu, stimulo fraternitatis, & non dolo malo, & ex proposito ad homicidium patrandum; quia hæc procederent quando frater, vel coniuncta persona foret insultata; non verò quando insultans, prout in casu, & quòd in his terminis loquuntur Doctores qui favent fratribus auxiliantibus, ut teneatur de excessu, quos supra citavimus.

83 Nec de insultu fratris timere tenebatur, ex quo dictus Seguer ad latus gestabat quendam sclopetum, quem ex latere non extraxit, nec aliquid cum eo facere minatus fuit, ea ratione.

84 Quia licèt, quando quis venit contra aliquem cum armis, verosimiliter sit præsumendum accedere causâ offendendi, propterea sic accedentem à coniuncto, vel extraneo offendi licite posse, anteaquam ad realem persequutionem deveniat, tradant Gomez *var. 3. cap. 3. n. 22.* quod probat *ex l. is qui aggressorem, C. ad l. Cornel. de sicariis*, ut ibi notavit Odof. Baldus, & com. Rep. *l. si quis percussorem, l. si ut allegas eod. l. 5. ff. ad l. Aquil.* ubi gloss. Bartoli, & aliorum Ayllon ad dictum Gomez, Salgado *de reg protec. p. 1. cap. 6. n. 15.* Guazin. *def. reor. 29. c. 4. n. 20.*

Dicitur namque probata defensio, si constet, quòd 85
quis veniat cum armis; cum sufficiat armorum terror, ut homicidium dicatur factum ad necessariam defensionem, plenè Farinac. *de homicidio, quæst. 125. num. 52.* Latro *lib. 1 decis. 75.* Guaz. *def. 28. c. 5. & def. 29. c. 4. n. 20.* ubi dicit sufficere, quòd quis veniat contra aliquem cum magno fuste, vel stagna, Cabal. *resol. crim. cas. 88. n. 4. & seq.* ubi ait hoc eò magis habere locum (prout in casu nostro) in veniente contra alium cum archibusio; in quibus terminis etiam loquitur Latro *d. decis. 75. num. 22.* quos allegat Conciol. *resol. crim. ver. defensio. resol. 10. num. 3.* & admittit Reg. Matthæu *de re crim. contro. 22. num 30.* docens quòd nemo est, qui nesciat violentiam horum armorum, nam eorum ictu quis instantaneè occiditur, vel lethaliter vulneratur, antequam percipere aggressorem possit, & in terminis sclopi calibati præ manibus versus inquisitum occidentem, loquitur Tranchedinus *consult. 86. in princ. & per tot.*

Constat namque pro defensione occidere, qui venien- 86
tem contra se cum armis occidit, *l. si quis percussorem 3. C. ad l. Cornel. de sicar.* in illis verbis: *si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit, non ut homicida tenetur, quia defensor propriæ salutis in nullo peccare videtur.* Nemo enim debet expectare se percuti, & ut dicitur primum ictum; nam licet pro defensione prævenire, Cabal. *cas. 88. n. 4 cum seqq.* Giurba *consil. 17. n 10. & 32.* Latro *d. decis. 75. n. 18. lib. 1.* & his relatis Conciol. *resol. crim. 10. verb. defensio n 1. ver. cum nemo & consil. crim. 2. n. 12.* Tranched. *cons. 86. n. 3.* Bonder. *vel. 2 collect. legal. 46. n. 39. & n. 5. cum seqq* Cuenca de *jur defens. lib. 3. q. 2. n. 7.*

Attamen hæc intelligenda fiscus deduxit, quando quis 87
venit contra aliquem cum armis evaginatis, quia ex evaginatione apparet, quod venit animo occidendi, vel vulnerandi; vel cum armis in manu, faciendo aliquem actum, ex quo appareat illum velle offendere, puta, minando, & similia, vel quia est inimicus, aliàs secùs, ut ex Carrerio *in prax tit. de homic. §. circa quartum n. 134.* tradit Conciol. *in ver. defens. resol. 19. num. 2. & 4.*

Non enim sufficit terror armorum, ut homicidium di- 88
catur factum ad necessariam defensionem; nam ultra arma apparere debent signa, & indicia manifesta proxima offensionis. Farinac. *dict. quæst. 125. num. 52. & seqq.* ubi etiam ait timorem armorum debere esse justum, ita ut cadat in constantem virum; & in his terminis debent intelligi Doctores supra in contrarium citati, & loquitur Guazzin. *def. 28. cap. 1. num. 22. & in dict. def. 29. cap. 4. vers. Sufficit, versus finem*; prout ita eos intelligit Conciol. *dic. resol. 10. n. 4.* qui subdit, quòd in hac materia periculosa non nimis habenas laxandas censeret, & *in fine* affirmat in hac re multum Judicis arbitrio esse tribuendum, Giurba *consil. 17. n. 34.* ubi affirmat; an ad vindictam, vel ad defensam quis percusserit, ex facti, personarumque qualitate colligi posse, per arma nempè, percussiones, locum, modum, atque vim, & allegat *Peg. decis. 78. num. 17.* & alios.

Cum igitur, ut præhabetur, dictus Seguer, etsi ad latus 89
gestaret archibusium, nec ex latere eum extraxerit nec cum eo minatus fuerit, quando recepit vulnus lethale ab inquisito, apparebat affirmandum, occidentem juvari non posse de timore probabili periculi insultus, vel offensæ in fratrē suum, & ideò eo homicidio doloso venire puniendū.

Circa qualitatem homicidij allegabat F. P. illud esse 90
proditorium, quia fuit in incantum commissum, per colonum in dominum non se præcaventem, vel præcavere valentem, ex regula generali, quam statuit ex nostratibus Regens Cortiada *decis. 96. num. 6.* ac etiam animo deliberato fuisse patratum, quod ponderabat ex qualitate armorum parvæ mensuræ, quibus commisit delictum, ex illorum præparatione; quia ea dispositа deferebat *ab lasbarras altas* ad offendendum; ex auxiliatione dicti occidentis à fratre implorata, qui statim ei occurrit; ex qualitate vulneris in parte periculosa; quia inter fratrem auxiliantem, & aggressum nulla præcessit rixa; ex minis illatis à Raphaele N. diebus antecedentibus homicidio, casu quo dictus Seguer accedere vellet, & ad se exportare vaccas, & quia nocte antecedenti in eadem domo fratris conficiebant pilas stanneas quadratas, ut resultabat probatum per unicum testem, quas conjecturas pro animo

delib. rato ponderat Reg. Cortiada *decis. 98. num. 37.* & nos etiam latius *in decis.* 38.

91 Et ultimò concludebat, quod in omni casu pro jactu supportare tenebatur aggressor pœnam mortis naturalis, juxta *capit. 28. regiarum præconizationum*, in quo disponitur, quod projiciens sclopetum parvæ mensuræ incidat in pœnam mortis naturalis, quamvis cum jactu non occiderit, nec vulneraverit, sivè fuerit jactus cum animo deliberato, sivè in rixa, aut aliàs, etsi sclopetus ignem non emiserit.

92 Sed in favorem Rei fuit perpensum, ipsum primò audijsse fratrem clamantem, & jactum instrumenti manualis, & excogitare potuisse fratrem suum esse insultatum, & sic de excessu, & non de homicidio, quod ea perturbatione commisit, debere puniri, juxta doctrinam Farinacij *in prax. dict. quæst. 125. numer. 288.* in illis verbis: *Imò si video fratrem meum rixantem cum altero, & ad rixam occurro, & rixantem cum fratre meo occidero, putans eum fuisse aggressorem, & tamen fuerat insultatus, non punior de homicidio, sed de excessu, secundum Claud. Seyssel. in l. ut vim, ff. de just. & jur. num. 77. in lectura, & in rep. num. 108. & est doctrina Baldi in l. 1. n. 42. in fine, & num. 43. C. unde vi, Carrer. in prac. crim. in trac. de homicidio, & assassinio, num. 79.* quos sequutus fuit Thoro *d par. 3. in comp. decis. in ver. Homicidium commissum per fratrem, pag. 525. circa medium.*

93 Non obstare visum fuit oppositionem fisci allegantis Doctores, qui subleväant fratrem supervenientem rixæ, à pœna homicidij, loqui, quando frater rixans fuit insultatus, quia non negant à pœna ordinaria homicidij excusari, quando frater rixans fuit aggressor, si potuit præsumere fuisse insultatum; prout in præsenti casu, qui audita voce fratris petentis auxilium, audivit utique jactum sclopeti, nesciens à quo fuerat explosus.

94 Nec qualitas homicidii est agitanda; quia tantùm motus fuit frater ex rixa fratris ibi orta, inductus probabili timore insultus, & non dolo malo, & præveniens sclopetum, supervenit rixæ, occurrens stimulo solo fraternitatis, quæ excusationem merentur à pœna ordinaria, licèt de excessu teneatur.

95 Quoad jactum sclopeti, pro quo *in dict. ca. 28. regiarum præconizationum*, disponitur pœna mortis naturalis, est consimilis ordinatio in Regno Luzitaniæ, Gamma *decis. 70.* in Regno Siciliæ, Mastril. *decis. 155.* Giurba *consil. 63. num. 1.* & Neapolis, Gizzarel. *decis. 25.* Thoro *in compend. decis. par. 2. verb. remissio, seu exculpatio pag. mihi 576* fuit responsum eam ad terrorem fuisse statutam ad repellendum tam infame genus armorum, & nunquam fuisse exequutam, insinuat Nob. Reg. Cortiada *decis. 99 numer. 29.* & de simili loquitur Bapt. Thoro *in comp. decis. par. 2. verbo remissio sive exculpatio pag. mihi 570* & in his terminis loquitur etiam Gizzarel *dict. decis. 25. num. 10.* quos, & alios allegat Regius Senator Tristany *decis. 12. num. 20.* (in casu admodum dubitabili) & adhuc quia dictus Narcisus N. tempore delicti solum erat ætatis viginti duorum annorum parùm minus, veniebat pro jactu mitiùs puniendus, Reg. Cortiada *decis. 92. nu. 33. & decis. 99. num. 27. & 30.*

96 At quòd pro hoc delicto erat pœna extraordinaria tanquam maiori plectendus, fuit decisum, quia delinquens cum armis prohibitis punitur tantum unica pœna, videlicet, vel delationis armorum, si ea sit maior, quàm pœna delicti; vel delicti, si ea sit maior, quàm pœna delationis armorum; cum minor pœna cum majori confundatur scribit Reg. Cort. *decis. 34. num. 131. & 132.* qui allegat Guaz *def. reor. 29. cap. 2. numer. 18.* & alios, cum quibus etiam pertransire videtur Post. *obs. 151. in fine*, & tenet Latro *decis. 78. numer. 7. part. 1.* ubi dicit id fuisse in Sacro Concilio resolutum; & ibidem Manfrella *num. 9.* Sanfelic. *in decis. 43. n. 7.* Luca ad Franc. *decis. 324. n. 7.* Conciol. *resol. crim. in verbo arma, resol. 2.* quod procedit, si delicta sint complicata; secus si diversa, & separata; nam tunc pro unoquoque delicto pœnæ diversæ applicantur, Clarus *lib. 5. prac. quæst. 84. num. 4.* Laganarius ad Rovit. *super prag. 4. de armis*, latissimè Manfrella citat. ad Latro *decis. 78. n. 11.* qui ponit exemplum, ut si quis delinquat cum armis prohibitis, & postea ex intervallo cum eisdem, vel aliis armis per Curiam fuerit captus, tunc utràque pœnà plecti potest, quia duo delicta sunt, nec unum ad aliud præparatorium: quæ intellige, dummodò pœnæ sint compatibiles, Farinac. *in prax. quæst. 22. circa finem.*

Hinc pariter dicitur, quòd si ultra delationem armorum interveniat explosio, licèt delatio sit præambolum ad explosionem, ita ut unum censeatur delictum, Joseph. Cumia *in tit. mag. cur. capit. 60. num. 18.* Barz *decis. 136. in fin.* cum tendant ad unum effectum, Farinac. *in prax. quæst. 22. num. 22.* attamen quia pœnæ confunduntur, si major est pœna delationis, illa est attendenda, licèt debeat magis aggravari, & augeri, cum non stet in puris terminis delationis, sed adjuncta sit quoque explosio, Ciriac. *cont. 26. n. 66.* Latro *dict. decis. 78. n. 7.* ubi Manfrella *n. 8 & 9.* Tranchedinus *consul. 104. n. 27. cum seqq.* 97

Et licèt adhuc non sileret in hanc rem defensio Rei, quia cum à delicto principali exculpatus maneret, ex probabili timore offensæ fratris sui, sperabat etiam de usu sclopeti in eam causam explosi impunitatem, ut in simili edicto, quod disponit pœnam mortis naturalis contra exonerantes archibusium adversus aliquem intententione eum offendendi, sivè animo deliberato, sivè in rixa, etiam nulla subsequuta offensione, ut non comprehendat illum, qui se ipsum defendit; cum solùm intelligi debeat in casu culpabili, & non licito, scribit Cabr. *resol. 88. tot.* Ottavius Carc. *decis. 21.* notant Giurba *consil. 63. num. 17. & 33.* Paschal. *de viribus pat. potest. part. 4. cap. 10. & in addit. ad par. 3. cap. 6. num 1. & in fin. operis num. 16.* Mastril. *decis. 155. in fin.* cum aliis etiam allegatis à Mele ad Gizzarel, *decis. 25. num. 12.* & ibi etiam Didacus de Mari alius Additionator, *nume. 5.* Burg. *de modo proced. ex abrupt. quæst. 23. nu. 184. & seq.* Riccius *in prax. Archiep. resol. 589. num. 6.* 98

Cæterum fuit dictum, hæc procedere posse, si se defendens assumeret arma ab adversariis, & aggressoribus, aut ex domibus, vel apothecis, aut manibus, vel lateribus personarum rixæ, & cum illis contra dictos adversarios admenasset; quia cum licita foret defensio, licitus etiam esse debebat armorum usus, ut se ipsum explicare videtur Cabal. *cent. 1. cas. 62. in fine*, a quo dissentire non videtur Ottavius Caracciolus *d. decis. 21. nu. 12.* qui allegat Cabal. *resol. crim. 45.* & probat Conciol. *resol. crim. 16. num. 2* at in specie qua versamur frater occidens supervenit rixæ præventus sclopeto igneo parvæ mensuræ, quem extraxit à propria domo, qua morabatur, & in dictis præconizationibus regiis in citato *capit. 28.* contra illos qui domi retinent arma parvæ mensuræ, est statuta contra plebejos pœna triremium in perpetuum. 99

Nec obiici potuit retentionem domi tormenti manualis ignei reprobati fuisse momentaneam, quocirca non esse punibilem, Bertazol. *consil. 173. nu. 1. & seq. & consil. 217. numer. 2. & seqq.* & ibi Addent *& consil. 219. tot. libr. 1.* Bajard. ad Clar. *§. fin. quæst. 82. numer. 74.* Guaz. *de fensa 29 cap. 2. num. 17.* Massin. *de confisc. bonor. quæst. 8. num. 33* Andreol. *cont. 426. num. 21.* Conciol. *resol. crim. 16. verbo arma, & super statut. Eugubii lib. 4. rub. 37. num. 4.* Fragos *de regim. Reipub. par. 1. lib. 5. disp. 3 § 12. numer. 350. & seqq* Novar *in summa Bullar. lib. 1. comment. 15. nume. 4.* punctim Farinac. *in prax. quæst. 108. nume. 43.* Nam contrarium tenent Ludovic. Rodolph. *quæst. lib. 2. quæstion. 34* Riccius *in prax. part. 1. tom. 1. resol. 595.* Vincent. de Anna *in repetit. constit. Regni, si quis aliquem, num. 17.* quos allegat, & sequitur Francisc. Anton. Tranchedin. *consult 104 num. 15. cum seqq.* in casu, quo non liquebat adeò fuisse delationem sclopeti brevem, quin excederet quadragesimam partem horæ; hanc opinionem sequitur, attentis præconizationibus Regiis, noster Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii, lib. 4 rub. 37. num. 11.* juxta exemplaria nostri Senatus, quę allegat Reg Cortiada *decis. 71.* In facto non constitit momentaneam fuisse instrumenti manualis ignei parvæ mensuræ retentionem domi, & sic non fuit opportunum intrare ad difficultatem præhabitam, & fuit declaratum, ut sequitur. 100

Die 24. Martij 1681. in facto F. P. R. C. & partis instantis adversus, & contra Narcisum N. agricolam è loco de Gauses Gerun. Diœtes. oriundum, minorem, delatum, & inculpatum de jactu instrumenti manualis parvæ mensuræ vulgò pistola *in personam Martini Seguer Civis honorati Barcinonæ, in loco de Iafra populati, rixantis cum Raphaele N. fratre dicti Narcisi in manso Seguer sito in termino dicti loci de Iafra die 6. Decembr. 1678. ex quo dictus Seguer letbaliter vulneratus remansit, & ex dicto vulnere vita functus fuit die 13. ejusdem mensis, & anni, facta relatione per Magnificum Michaelem Joannem Taver-* 101

ner

ner & Rubi I. R. C. meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum quod declaretur, quod dictus Narcisus. N. condemnetur ad servitium Regiarum triremium remigando ad decennium.

DECISIO LXVI.

ARGUMENTUM.

Qua pœna puniatur homicidium per lasciviam in certamine lapidum commissum; & qua pœna puniantur minores pro portu tormenti manualis parvæ mensuræ.

SUMMARIUM.

1 *Homicidii atrocitas exponitur.*
2 *Factum, & dubia.*
3 *Si quis offendat aliquem in ludo consueto, non tenetur de percussione, declaratur num. 12.*
4 *Licitus est ludus projiciendi lapides inter pueros; quo ipsi exercitentur ad vires corporis; declaratur n. 13*
5 *Discus quis sit, enodatur.*
6 *Homicidium in certamine lapidum commissum punitur pœna extraordinaria.*
7 *Quæ sit ista pœna extraordinaria; & num. 8.*
9 *Ludus lapidum in hac Civitate prohibetur sub pœna fustigationis, & aliis pœnis, ubi adducitur decisio.*
10 *Considerationes in facto recitantur, & num. 11.*
14 *Quid observet Senatus in condemnando reos delatos de portu tormenti manualis parvæ mensuræ.*
15 *Minor mitiori pœna, quàm statuta punitur.*
16 *Pœna mortis imposita in edictis generalibus contra projicientes jactus tormenti manualis parvæ mensuræ, non observatur.*
17 *Decisio Senatus.*
18 *Percutiens lapide, nisi occidat, punitur pœna arbitraria.*
19 *Minores inquisiti de portu instrumenti manualis parvæ mensuræ, de aliis criminibus, & delictis, qua pœna afficiantur, demonstratur.*
20 *Decisio Senatus.*
21 *Alia decisio, & num. 22.*
23 *Alia decisio.*
24 *Minores, delati tantùm de portu tormenti manualis parvæ mensuræ, qua pœna puniantur, traditur decisum.*
25 *Alia decisio.*
26 *Alia decisio.*
27 *Alia decisio.*
28 *Interdum à benignitate pœnæ recedit Senatus ad pœnam assignandam minoribus in delicto portus instrumenti manualis parvæ mensuræ.*
29 *Decisio Senatus, & num. 30.*
31 *Alia decisio.*

1 HOMICIDII causa agitatur in hac decisione, cujus sceleris atrocitatem exponunt laudati per Reg. Cortiada *dec. 34. num. 44.* & per nos *dec. 20. num. 16.* quibus addo Cardinal. Luca *in suppl. dec. par. 3. lib. 16. de delictis, & pœnis obs. 298. in fin.* Excellentiss. Jurisconsultum, & Magistrum Dom. Don Franciscum Ramos del Manzano *ad leges Jul. & Pap. lib. 3. cap. 22. num. 2.* ad cujus etiam detestabilitatem non omittantur, quæ refert Afflict. *decis. 391. num. 7.* authoritate Hermogin. philosophi, ut affert Aristoteles *in lib. de regim. Princip. in cap. de Regis justit.* quòd quando creatura interficit creaturam, omnes virtutes Cœlorum clamant ad Divinam Majestatem dicentes, *Domine, Domine, servus tuus vult esse tibi similis*, & Deus respondet, *ipse interfecit, interficientes mihi vindictam, & ego retribuam*; quando enim Judex ritè, & rectè hominem condemnat ad mortem, hoc facit, quia Minister est Dei, quæ cuncta accepi à Reg. Sanfel. *dec. 410. in fin.* & alia plura invenies apud Carpzou. *in prax. crim. par. 1. quæst. 1. num. 1. cum seqq.*

2 A priscis temporibus est consuetum extra hanc Civitatem Barcinonæ diebus Festivis congregari juvenes ex una parte Civitatis, dicta *los ollers*: & ex alia parte, dicta *la ribera*; & solent, ut se ad bellandum exerceant, & ad id animosiores reddantur, adinvicem lapidibus concertare secum, ita ut pugna verè apparet: & multa inde facinora sequuntur, prout evenit, nam Jacobus N. aliàs Naronja, minor, factionis *de la libera* in ludo lapidum jactu tormenti manualis parvæ mensuræ juvenem factionis contrariæ dictæ *dels ollers* occidit de anno 1658. cumque de pœnæ inflictione ageretur, de tribus dubitari contigit. Primò de illa pœna homicidii. Secundò de pœna portus tormenti manualis parvæ mensuræ. Tertiò de jactus pœna.

Exordiri poterat difficultas in hoc facto, quia colluctatio illa lapidum consuetudine approbata fuerat, & si quis offendat aliquem in ludo solito, & consueto, vel ludo pugillorum, licèt mors sequatur ex illa percussione, non tenetur percutiens, ut notat Florianus *in l. dolo malo, ff. de ser. corr.* & consuluit Decius *consil. 9.* Sanfelic. *in prax. judic. sec. 20. num. 20.* 3

Et ulterius congressus ille permissus videbatur esse; quia licitus est ludus projiciendi lapides inter pueros, quo ipsi exercitentur ad vires corporis, & industriam experiundas, docent Covar. *ad Clem. furiosus de homicid. par. 2 §. 4. num. 6.* Gonzalez Tellez *ad cap. de cætero 11. de homicidio, num. 8.* DD. *in cap. exhibita 22. eod. tit. per eundem tex.* ut de jactu disci solet annotari per Covar. & Tellez citatos; de quo ludo Martial. *lib. 4. epigram.* 4

Splendida cum volitent spartani pondera disci:
Esse procul pueri sit semel ille nocens.

Erat discus rotunda quædam moles saxea, vel plumbea, sivè ferrea, cujus jactu juvenes inter se certabant; victorque evadebat qui aut altiùs in sublime, aut longiùs in tractu ultra designatum spatium projiciebat, Pyndar. *Olymp. od. 10.*

Longè Eniceus jaculatus est saxo, id est saxeo disco.
Manum circumrotans supra omnes.

Et Isthimicor. *od 1.*

Qualiter manibus iaculantes, cum jacularentur jaculis, & saxeis discis.

Statius *lib. 7. Thebaid. v. 21.*

Hic netuus Gradive furor, sonat orbe recusso
Discus, & oebalii coeunt in prælia cæstus.

Optimè Ovid. *lib. 10. metam. fab. 5.*

Corpora veste levant, & succo pinguis olivæ.
Splendescunt latique ineunt certamina disci.
Quem prius aereas libratum Phœbus in auras.
Misit, & oppositas discrevit pondere nubes,
Decidit in solidam longo post tempore terram.
Pondus, & exhibuit junctam cum viribus artem.

Plura de his invenies apud Depsterum in Rossin. *lib. 5. cap. 1.* Covar. *ad clem. furiosus par. 2. dict. §. 4. n. 6. & 7.*

His non obstantibus, quoad primum dubium dixerunt Domini homicidium dici non posse dolo commissum, sed per lasciviam, & sic non pœna homicidii ordinaria, sed extraordinaria judicis arbitrio puniendum, *l. qua actione 7. §. si quis in colluctatione, ff. ad l. aquil.* ibi: *Si quis in colluctatione, vel pancratio, vel pugilles dum inter se exercentur, alius alium occiderit, si quidem in publico certamine alius alium occiderit, cessat Aquilia, quia gloriæ causa, & virtutis, non injuriæ gratia videtur damnum datum, tex. in l. si obstetrix, §. sed si per lasciviam, cum l. seq. eod. tit. l. omne delictum 6. §. per vinum ff. de re militari*, ibi; *Per vinum, aut lasciviam lapsis capitalis pœna remittenda est*; & militiæ mutatio irroganda, Pegue *decis. 14. num. 24.* Decius *cons. 9. per tot.* Ancharra. *cons. 283.* Rovitus *in prag. 1. de lapid. & fulgor. num. 2.* 6

Quam extraordinariam pœnam ultra relegationem non posse arbitrari videbatur *per tex. in lege Cornelia 4. §. cum quidam, ff. ad l. Cornel. de sicar.* ibi: *Cum quidam per lasciviam causam mortis præbuisset, comprobatum est factum Ignatii Taurini proconsulis veritæ à Divo Adriano: quòd eum in quinquennium relegasset.* 7

At verò quia homicidia in ludo perpetrata dici possunt dolosa, culposa, aut casualia, Farinac. *quæst. 95. num. 25.* & Melius *quæst. 126. num. 28.* magistraliter Menoch. *de arbitrar. casu 400.* & per casuum varietates, variant DD. pœnas: nam si data opera, & dolo commissum sit, dicunt puniri pœna legis corneliæ de sicariis, Farinac. *quæst. 126. num. 28.* Menoch. *casu 400. numer. 24.* si culposum, hoc est per lasciviam, pœna triremium, vel exilii, ut Clar. *§. homicidium nu. 2.* Farinac. *ubi prox. numer. 45. & 46.* Non tamen pœnâ ordinariâ; quia 8

verum est, quod lata culpa non æquiparatur dolo, ubi de pœna corporali agitur, Farin. *quæst.* 126. *num.* 30. Guazz. *def.* 33. *c.* 18. *num.* 1. Sanfel. *in prax. sec.* 20. *num.* 20. Resolverunt inde hoc, de quo agimus, homicidium (etsi dolosum dici non posset) esse latà culpà commissum per lasciviam, & animi petulantiam, ne ejus factionis juvenes à colluctantibus fugarentur, Farin. *quæst.* 126. *num.* 37. *glos. in verbo per lasciviam*, *§. cum quidam*, *l. Cornel. 4. ff. ad l. Cor. de sicar.* & nisi sequentia considerata fuissent, dubitarent admodum, inquisitus an ad pœnam triremium condemnari posset.

9 Quapropter fuit primò consideratum, quod ludus lapidum est prohibitus in hac Civitate sub pœna fustigationis, & aliis gravibus, *in cap.* 48. *edictorum generalium*, & fuit observatum die 29. Novembris 1613. contra Andream N. hortolarium, qui erat ætatis decem, & octo annorum, & Antonium N, molinerium Regni de Francia loci de Castic, delatos, & inculpatos, quod die 10. Novembris 1613. in præsenti Civitate Barcinonæ iniecerunt lapides contra alios homines: & adolescentes, qui lapides adinvicem, & reciprocè contra se proiiciebant, contra Regias præconizationes, & prohibitiones, ad relationem Magnifici Monserrati Ramon I. R. C. fuerunt condemnati, quod circulis lapidum in collis eorum appositis, & appensis fustigaretur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ, & bannirentur ab eadem Civitate, & ejus Vicaria stricta per annum: & ad relationem Magnifici Raphaelis Rubi, & Coll die 14. Decembris 1614. fuit confirmata hæc sententia in causa supplicationis, scriba Cesilles. Nec tolerantià ludus est permissus, immo tot annis dum fortiùs lasciviri incipit, à Ministris Justitiæ colluctantes capiuntur.

10 Secundò, quòd statimatque colluctationem prospectantes à Civitatis mœniis viderunt homicidam instrumentum manuale parare, repetitis vociferationibus, ne illud exploderet, exhortabantur.

11 Tertiò, quod fuit commissum scelus tam dissimili, ac lethali armorum genere, supra modum, & arma ludendi, cum ad lapides tantùm colluctarentur, quapropter dicebant Domini non esse in casu *l. 4. §. cum quidam ff. ad l. Cor. de sicar.* (prout in observationibus manu inscriptis à Reg. Senatore Josepho Aleny R. A. D. Advoc. Fiscali Patrimoniali dignissimo, à quibus suscepi normam recitandi hanc decis.). Unde attestatum vidi omnes tenere, quod si major fuisset reus, & instrumento manuali non prohibito necem patrasset, illum ad remigandum per decennium damnassent: unde pro nece tormento manuali brevioris mensuræ majori pœna puniendum nemo negabat.

12 Nec obstare potuit colluctationes illas lapidum consuetudine admissas fuisse; quia de consuetudine apparere non potuit, imò de prohibitione in Regiis præconizationibus, publicari solitis in ingressu Dominorum Locumtenentium Generalium in principio sui triennalis gubernii, ut supra habetur, & estò quòd de consuetudine constaret, ea tanquam prava non suffragaretur ad exculpandum in illa pugna noxiè occidentes, ut terminanter dixit Magister insignis Covar. *in dict. Clem. furiosus de homicidio par. 2. §. 4. num. 6.* ibi: *Ego verò quoties agitur de ludo proiictendi lapides ad offensionem, opinor nec inter pueros, nec inter majores licitum esse; quia noxius est, tametsi qui eo in ludo alterum occiderit, aut percusserit, non sit puniendus pœna ordinaria, si consuetudine is ludendi modus, cave pugna fuerit inducta, quod notant Ancar. in c. Cum venerabilis de consuetudine. Idem in consil. 283. Cremeus in singul. 199. Cæpol. in consil. 30. facit ad id glos. in C. sane de temp. ordinat. & quæ latè tradit Roc. curt. in C. ult. de consuet. fol. parvo 14. Hippol. in l. 1. limit. 19. ff. de sicar. Jas. & Purpurat. num. 113. post Bartol. in l. singularia, ff. si cert. petatur.*

13 Ex his pariter infertur solutio alterius difficultatis, quia licèt verum sit, ludum illum proiiciendi lapides inter pueros esse licitum, & reprobum esse inter majores, quia est noxius, *l. nam ludus 10. ff. ad leg. Aquil.* attamen quando agitur de proiiciendo lapides ad offensionem, nec inter pueros, nec inter majores licitus est, quia noxius est, Covar. sup. citatus, Pantoja *de aleat. ad l. 2.* Gonzal. Tellez. *ad c. exhibita de homicid. nu. 3.*

14 Ad secundum dubium fuit dictum quòd, etsi reus deferens tormenta manualia parvæ mensuræ, pro sola delatione incidisset in pœnam triremium per decennium, *cap. 28. edictorum generalium*, & observat Senatus, Peg. *decis. 55. tom. 1.* (nunc est triremium in perpetuum, ut in eisdem edictis Regiis disponitur, *cap. 28.*) at passim hanc pœnam moderare observat Regium Concilium, Reg. Cortiada *dec. 71. num. 16.* ubi etiàm asserit vidisse in multis declarationibus, Senatum ex causa pœnam minorasse ad septennium vel quinquennium.

Attamen, quia impetitus minor fuerat, pro benigniori pœna fuit perpensum, nam quoties statutum, aut consuetudo punit delictum, quod etiam à jure communi punitur, etsi comprehendat minores, sunt tamen mitiùs puniendi, Farinac. *quæst. 11. nu. 29. q. 92. n 148. 152. & 153. per tex. in l. auxilium*, *§. in delictis*, *ff. de minor. l. fere in omnibus* 108. *ff. de reg. Jur. l. aut facta*, *§. persona in fine*, *ff. de pœnis*, *cap. fin. de seni. excom. cap. 1. & 2. de delictis pueror. cap. in adolescentes* 33. *q. 6.* cum aliis multis allegatis per Jacobum Menochium *de arbitrariis casu* 329. *num. 2.* Sebastian. Guazz. *defensa* 33. *cap. 17. ex num. 1.* Narbona *de ætat. à num. 25. quæst. 43. tot.* latè qui rem declarat, Reg. Matteh. *de re crim. cont. 8. num. 5. cum pluribus sequentibus* Conciol. *resol. crim. prima verb. minor*, *& super statut. Eugubii lib. 4. rub. 14. num. 1.* Fagnanus *cap. 1. de constitut. num. 117. & seqq.* Luca *in supplem. dec. lib. 16. par. 3. de ætat. & qualit. obs. 11.* latissimè Prato *respons. crim. 25. num. 46. cum seqq.* ubi minoribus pœnas fuisse minoratas ex stylo diversorum Reg. Tribunalium Europæ comprobat plenè Bondenius *vol. 2. collect. legal. 15. fere per tot.* Et cum de jure arma prohibita proditoria deferens puniatur, *l. Jul. devi. pub. tex. in l. 1. ad l. Jul. devi pub.* Farinac *quæst. 108. num. 11. & 51.* Coercendum mitiùs esse apparuit, ut punctiam tradit Reg. Cortiad *dec. 71. num. 28.* Tristany *dec. 12. num. 9.* & patet ex exemplaribus nostri Regii Senatus, quæ infra recitantur. 15

Ad tertium fuit responsum, quòd pœnæ rigor mortis (impositæ *per cap. 28. edictorum generalium*, contra proiicientes jactus tormentorum manualium mensuræ parvæ; etsi nec mors, nec vulnus sequatur) non observatur; nàm ad terrorem, & ad retrahendum ab hujusmodi delictis ordinatum animadvertitur, & dicimus *dec. anteced. num. 95.* 16

Quibus omnibus per oculatissimos Senatores discussis (si major fuisset inquisitus, pœnà triremium in perpetuum cum damnasset) communi voto fuit concluſum, quòd condemnaretur ad servitium regiarum triremium per septennium, & ita fuit pronuntiatum die 24. Octobris 1659. Relatore Pallarés, scriba Cortés. die 24. Novembris ejusdem, renuntiavit causæ supplicationis quam interposuerat. 17

Percutientem lapide, nisi occidat, puniri pro arbitrio inspecta injuriæ, vel criminis qualitate, scribit Novarius *super prag. Reg. Neap. de lap. col. 1. num. 4.* ex Gram. *dec. 17. num. 2.* Muta *dec. 30. num. 8. & 11.* Giurba *consil. 73. à num. 7.* aliqua pariter de injuria lapidibus illata, & de pœna injuriantis tradunt Thoro *par. 1. vot. 71.* Mastril *dec. 168. num. 15.* 18

Ansam dedit decisio prænarrata contra minorem, delatum de homicidio per lasciviam commisso jactu instrumenti manualis parvæ mensuræ, ad recitandum exemplaria nostri Regii Concilii Criminalis contra minores edictata in casibus, quibus non tantùm minores inquiruntur de portu instrumenti manualis parvæ mensuræ, sed de aliis criminibus, & delictis, & alia referre, in quibus tantùm sunt inculpati de portu tormenti manualis minoris mensuræ, vulgò *pistola*. 19

Primæ speciei est quod evenit die 13. Septembris 1673. in facto F. P. R. C. adversus, & contra Salvatorem N minorem, textorem lini Civitatis Barcinonæ, delatum, & inculpatum de portu tormenti manualis parvæ mensuræ vulgo *pistola* die 2. Januarii ejusdem anni, & de aliis criminibus, & delictis, qui ad relationem Reg. Senatoris de Amigant fuit dictus Salvator N. condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando ad quinquennium. Sed hæc pœna non fuit exequuta, quia ex gratia Excellentissimi Domini Locumtenentis Generalis hujus Principarus fuit commutata ad serviendum per idem tempus in arce de Puigcerda. 20

Et die 22. Februarii 1679. contra Petrum N. minorem, delatum, & inculpatum de portu instrumenti manualis parvæ mensuræ vulgò *pistola* cum quo fuit apprehensus die 1. Junii 1677. hora undecima noctis in platea Nova præsentis Civitatis, per Josephum Fortuny 21

tuny Algutzirium spectabilis Gerentis vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, & quòd de mense Maii ejusdem anni in assassinio attentato per Augustinum N. & alios de mandato N. in personam Joannis Archs, ut mediator scienter intervenit, modum, & formam, quibus erat perpetrandum à dicto mandante, dictis mandatariis reportando: Et fuit conclusum in R. C. quòd dictus Petrus N. ref. R. Sen. Don Jacobo de Potau condemnaretur ad servitium Regiarum triremium remigando ad decennium; erat ætatis viginti quator annorum, & quatuor mensium.

22 In causa supplicationis, ref. Regio Senatore de Anglasell die 25. Maii 1679 fuit pœna triremium moderata ad quinquennium, scriba Badia Notario.

23 Et die 26. Maii 1682. ref. Regio Senatore de Puig, Paulus N. aliàs lo Serrador, minor, delatus, & inculpatus de quodam furto valoris sex librarum, decem & octo solidorum, & de portu instrumenti manualis parvæ mensuræ, scirba Famades Not. fuit condemnatus, quòd fustigaretur, bullaretur, & ad servitium Regiarum triremium remigando ad septennium, erat ætatis viginti quatuor annorum multò completorum, quæ sententia fuit in gradu supplicationis confirmata, ref. Regio Senatore Jacobo de Potau die 29. Augusti ejusdem anni.

24 Secundæ speciei sunt, quæ evenerunt 9. Novembris 1677. contrà Raymundum N. minorem, delatum, & inculpatum de portu tormentorum manualium parvæ mensuræ, cum quibus fuit apprehensus die 27. Octobris ejusdem anni, qui ad relationem Regii Senat. de Tristany fuit condemnatus, ut relegaretur in insulam per suam Majestatem nominandam ad triennium. Et reus inquisitus solùm erat ætatis viginti unius annorum, & probavit concludenter merita impensa Regio servitio, ex quibus fuit pœna temperata, juxta à nobis tradita *dec.* 78. de hoc exemplari mentionem facit idem Regius Senator Tristany *dec.* 12. *num.* 10.

25 Et die 7. Decembris 1677. Jacobus N. ætatis decem novem annorum completorum, Villæ de Ciutat Diœces. Urgellen. delatus, & inculpatus de portu tormenti manualis parvæ mensuræ, cum quo fuit apprehensus die 25. Aprilis ejusdem anni hora decima noctis in vico den Roca præsentis Civitatis, qui ad relationem Regii Senatoris Jacobi de Potau fuit condemnatus, ut relegaretur in insulam per suam Majestatem nominandam, ad triennium, scriba Badia Not.

26 Die 20. Decembris 1677. in Regia, & Generali visita celebrata in Regiis carceribus Civitatis Barcinonæ, præsidente in ea Excellentissimo Domino Locumtenente Generali, Paulus N. ætatis decem octo, & dimidii annorum, delatus de portu instrumenti manualis parvæ mensuræ, ad relationem Regii Senatoris Jacobi de Potau fuit relaxatus, attento pacto per eum voluntariè suscepto serviendi suæ Regiæ Majestati militando cum solito stipendio in aliqua arce, per suam Excellentiam nominanda, ad triennium.

27 Et die 23. Novembris 1679. contra Benedictum N. minorem, agricolam loci de Aqua frigida Diœcesis Vicen. delatum, & inculpatum de portu instrumenti manualis parvæ mensuræ vulgò *pistola*, cum quo fuit apprehensus die 17. Martii ejusdem anni hora undecima ante meridiem in Villa de Granollers per Bajulum ejusdem Villæ, refer. Regio Senatore Jacobo de Potau fuit condemnatus quòd relegaretur in insulam per suam Majestatem nominandam ibique ad serviendum cum solito stipendio militando ad quinquennium.

28 Interdum ab hac benignitate recessit Regium Criminale Concilium, ex aliquibus circunstantiis facti, veluti malæ qualitatis Rei, ut intelligo evenisse in casu Christophori N. Majoricensis die 3. Martii 1667. inculpati de portu tormenti manualis parvæ mensuræ vulgò *pistola*, cum quo fuit apprehensus per subvicarium Barcinonæ die 5. Septembris 1666. inter decimam, & undecimam horam noctis in vico quo itur, de la Tapineria ad plateam del Oli præsentis Civitatis; qui ad relationem Magnifici Joannis Baptistæ Roca & Julià I. R. C. 2. Martii 1667. fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando per septennium. Et die 5. Maii ejusdem anni fuit sententia illa confirmata per Magnificum Josephum Aleny R. A. D. & in facto Stephani N. minoris delati de portu instrumentorum manualium parvæ mensuræ, cum quibus fuit apprehensus die 24. Octobris 1677. per Josephum Fortuny Algutzirium: & fuit dictus Stephanus N. die 2. Martii 1678. ref. Regio Senat. Nob. Tristany condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando ad quinquennium: erat reus inquisitus ætatis viginti duorum annorum completorum.

Prout etiam minor inquisitus de iactu tormenti manualis, ex circunstantia jactus acriùs punitur: & fuit observatum 9. Maii 1679. contra Petrum Joannem N. minorem, agricolam Villæ de Arfa, delatum, & inculpatum de jactu instrumenti manualis, vulgò *pedrenyal* in personam Pauli Gibert agricolæ Villæ de Figuero, Campi, & Archiepiscopatus Tarraconæ in eadem Villa, die 2. Decembris 1677. inter quartam, & quintam horas post meridiem, & ref. Regio Senat. Nob. Jacobo de Potau fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando ad quinquennium; erat reus ætatis viginti duorum annorum, & malæ qualitatis. 29

Sed die 16. Novembris 1679. in causa supplicationis moderata fuit pœna, ref. Regio Sen. Nob. de Anglasell, & condemnatus dictus Petrus Joannes N. ad relegationem in insulam ad quinquennium, ibique militando cum solito stipendio. 30

Sed quia præcessit rixa, non sic evenit 18. Maii 1679. ref. Regio Senatore Tavener, scriba Riambau Nott. nam Ferdinandus N. scriptor ætatis decem & octo annorum pro jactu tormenti manualis parvæ mensuræ in rixa habita cum Ludovico Garriga fuit tantùm condemnatus ad relegationem in insulam per quinquennium. 31

DECISIO LXVII.

ARGUMENTUM.

In furto magno noctu commisso, cum indiciis condemnatur ad pœnam mortis, & ad pœnam condemnatur particeps furti ex dicto socii, & aliis indiciis: ubi recitantur indicia; & quomodo debeat de valore rei furatę constare in causa criminali, & quomodo in causa civili; & an valor per juramentum litis decisorium, vel per suppletorium probetur.

SUMMARIUM.

1 *Detestabilia circa furtum ponderantur.*
2 *Factum.*
3 *De indiciis quòd res inquisiti fuerut repertæ in domo derobati, & num.* 4. 5. & 6.
7 *De indicio sanguinis reperti in vestitu Rei in delicto vulneris, remissivè.*
8 *Ex fuga socii infertur indicium contra alium criminis socium, remissivè.*
9 *Latitatio est indicium, & idem operatur, quod fuga criminosi.*
10 *In delictis nocturnis, & difficilis probationis admittuntur testes domestici.*
11 *In furto duplex oritur actio, criminalis ad vindictam, & civilis ad recuperandam rem furatam, & quando una alteri sit præjudicialis.*
12 *Quantitas rei furatæ non probatur per juramentum partis, litis decisorium, quando agitur Criminaliter ad effectum puniendi furem pœna corporali, vel pecuniaria Fisco applicanda; secùs autem pro interesse civili, furto probato, ubi decisio Senatus.*
13 *Non admittitur juramentum suppletorium in causis criminalibus, quando agitur de pœna corporali, & quid in causis civilibus.*
14 *Valor rei furatæ quomodò considerari valeat in casu, quo furtum per plures est commissum.*
15 *Decisio Senatus.*
16 *Referuntur indicia quoad socium, videlicet fugæ, famæ, mendacii, & malæ qualitatis inquisiti, & alia usque ad nu.* 22.
23 *Fur manifestus dicitur, quando in ipso ortu abstractæ puncto deprehenditur (ubi ampliatur) vel cum re furtiva, priusquam è loci rem pertulerit; quò destinaverit.*

24 *Facti*

24 *Facti circunstantiæ.*

25 *Mala qualitas inquisiti contra ipsum facit indicium.*

26 *Ex socii criminis dicto, juncta infamia Rei, cum aliis indiciis efficaciam unius testis omni exceptione majoris superantibus, condemnatur in furto magno (quod est difficilis probationis, præcipuè nocturnum) ad pœnam ultimi supplicii.*

27 *Decisio Senatus.*

28 *Quamvis furtum sit magnum, si non constat plenè de furto, non condemnatur ad pœnam ordinariam, sed extraordinariam; ita Senatus.*

29 *Si furtum ascendit ad summam centum librarum, si non est monetæ argenteæ Barcinonæ, quamvis constet plenè de furto, tantùm condemnatur ad pœnam extraordinariam; ita Senatus, ubi recitantur indicia, ubi etiam dicitur, quòd repertura partis rerum furatarum influit, & est indicium ad furtum totius rei.*

30 *Excusatur minor etiam in furto.*

1 FURTUM verè turpe, & ignominiosum à jure naturali improbatur, *l.1. in fin. ff. de furtis, l. probrum 42. ff. de verb. sig. §. 1. inf. de obligat. quæ ex delict. nascun.* & divino, positivo, seu scripto, Exod. *cap.* 20. Deuteron. *cap.* 5. Levitic. *cap.* 19. cum dominiorum distinctionem, quæ juris naturæ est, turbet, & juris gentium præcepta, de suo cuique tribuendo, nec lucro ex alterius jactura captando, violet, *l. justitia* 10. juncta *l. & hoc jure 5. ff. de justit. & jure, l. nam hoc natura 14. ff. de condict. indebiti*, juncto *§. furtum, inf. de oblig. quæ ex delict. nasc.* Divus Augustin. *par.* 8. super Levit. *quæst.* 68. Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad L. L. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 10. Oſvald. ad Donel. *lib.* 15. *comment. cap.* 29. *lit. K*, Athanasius Oteiza, & Olano *in paralipom. juris lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 40. & 41.

a Profurto magno quod successit noctu, scalis appositis ante fenestram die 26. Novembris 1678. in domibus Nobilis Petri Corbet Equitis Ordinis, & Militiæ Sancti Jacobi de Spata, sitis in hac Civitate; quià furibus ictibus pugionis fuit vulneratus: Fiscus recurrere habuit ad indicia, quæ resultabant ex processu contra Joan. N. Regni Aragonum.

3 Primum fuit, quòd post detectum delictum, inventa fuerunt domi derobati duo instrumenta manualia parvæ mensuræ, quæ plenè per duorum testium dicta extitit probatum, esse inquisiti, & de hoc articulo interrogatus judicialiter, id ipsum confessus fuit; at quòd eadem vendiderat ante delictum personæ incognitæ.

4 Secundum indicium fuit, in eadem domo adinventum fuisse pallium, quod secundo gestasse deliquentem ante furtum, concludentissimè fuerat in processu probatum.

5 Tertium indicium, non dissimiliter fuerat demonstratum ex plurium testium depositionibus, propè pallium adfuisse pileum gausapinum sericum, id est *muntera de vellut*, qui fuerat criminosi.

6 Et licèt hæc tria indicia dissimilia non sint; attamen separatim ponderata fuerunt ad firmandum Senatum in majori credulitate, prout in his terminis separatim ea expendit Menoc. *de præsump. lib.* 5. *præs.* 31. *num.* 13. ubi indicium inducit ex eo, quòd res aliqua accusati reperta sit in loco commissi furti, ut si ejus vestis, telum, vel quid simile. Et *num.* 14. aliud indicium ponderat ex scala reperta ad speculam domus, in qua fuit commissum furtum, quæ scala visa sit in domo inquisiti, & sequitur Mascardus *vol.* 2. *conclus.* 830. *num.* 9. & 10. & generaliter quòd indicium furti oriatur contra eum, cujus res nempè pileus, pallium, scalæ, aut similia fuerunt inventa in loco furti, tradit Farinac. cum aliis per eum allegatis *in prax. quæst.* 176. *num.* 74. Conciol. *resol. crim. ver furtum resol.* 12. *num.* 7. & quòd ex inventione earum rerum oriatur indicium in homicidio commisso, diximus *dec.* 41. *num.* 40. & *seq.*

7 Quartum indicium fuit, quia paulò post capturam criminosi, quæ fuit incontinenti post patratum furtum, visus fuit cum colobio scorteo cinctus zonà pelliceà, id est *corretja*, madefacta guttis sanguinis recentis; quod indicium tanquam urgens ad casum, in quo in dominum rerum furto subtractarum fuit sequutum vulnus, ponderabile judicatur, ut punctim in furto cum homicidio recitavimus *dict. decis.* 41. *nu.* 54.

8 Quintum indicium fuit, quod criminosus statim atque extitit in carceribus mancipatus, ejus socius hujus criminis fugam arripuit; & ex fuga socii oritur contra alium criminis socium indicium, ut diximus *decis.* 45. *num.* 28.

Sextum, quia publicata fuerunt præconia regia, quibus præmium promittebatur denuntiantibus delictum: & cum hac notitia se abdidit reus in quodam fumarium domus alienæ, ejus obserans ostia, & ibi apprehensus, & captus fuit, & latitatio est indicium, Farinac. *in prax. q.* 48. *num.* 8. ubi idem operatur latitatio quàm fuga; & hæc est indicium ad delictum, diximus *decis.* 44. *num.* 70. & de latitatione in furto loquitur Sanfel. *dec.* 342. *in addit. ver. Ille penès.* 9

Hæc comprobata remanebant ex depositione cujusdam domestici domus derobatæ, qui in delictis nocturnis, & difficilis probationis admittuntur, Masc. *de probat. con.* 1174. *num.* 39. *lib.* 2. Cabal. *resol. crim.* 282. *num.* 12. *cent.* 2. declarat Farin. *in prax. quæst.* 52. *num.* 55. & 59. & *seq.* Conciol. *resol. crim.* 24. *num.* 5. ubi *per tot.* late, *ver. Testis quoad personas*, diximus *decis.* 16. *num.* 49.) deponentis vidisse reum intus dictam domum tempore commissi facinoris, & de frequentanti, vel viso in loco delicti diximus *decis.* 41. *num.* 38. 10

De valore rerum furatarum ascendente ad summam centum librarum monetæ Barcinonæ argenteæ, qui requiritur, ut condemnetur fur in hoc Principatu ad pœnam mortis, & ex Reg. Cortiada *dec.* 106. *num.* 55. & 63. constabat plenè per testium depositiones, qua in re non omitto, quòd in furto competit duplex actio, criminalis scilicet ad vindictam; & civilis ad recuperandum rem furatam, ad tex. *in l. fin. ff. de privat delict. l. unica, C. quando civilis actio*, & ex Gomez, Paz. Fachin. Riccio. Muscatel. Farinac. & aliis probat cum Rovit. Altimarus ejus Additionator *consil.* 85. *to.* 1. *num.* 13. ubi latè agit de quæstione, an pars eligens actionem civilem, possit intentare criminalem. 11

Inde dicitur, quod licèt Peg. *decis.* 23. doceat, quantitatem rei furatæ non probari per partis denuntiationem, sed per juramentum partis, litis decisorium; attamen intelligi oportet pro interesse partis pecuniario, qui sunt termini in quibus loquitur, & declarat Vermig. *consil.* 270. *num.* 6. Farinac. *in prax. quæst.* 176. *num.* 35. ubi ait, quòd non defertur juramentum litis decisorium parti, quando agitur criminaliter ad effectum puniendi furem pœnà corporali, vel pecuniarià applicanda Fisco, quæ pœna imponi non posset, nisi furtum ascenderet ad tantam summam; secùs autem pro interesse civili, furto probato: & ita fuit observatum in R. C. in causa Marci N. scriba Badia Nott. ref. Nob. Senatore Amigant 22. Junii 1673. 12

Prout etiam non admittitur juramentum suppletorium in causis criminalibus, quando agitur de pœna corporali etiam levi, Farinac. *in frag. verbo juramentum, 2. par. num.* 1235. (ubi quid, si agatur de pœna pecuniaria, videndus cum Fab. *in C. lib.* 2. *tit.* 1. *def.* 43. Stayban. Junior. *in tract. de interesse lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 22.) licèt in causis civilibus ex semiplena probatione juramentum suppletorium deferatur, *l. bonæ fidei. C. de reb. cred.* Grat. *dec. Marc.* 36. *nu.* 5. Ripoll. *in prax. rubr.* 21. *num.* 29. Xamm. *de offic. Judic. lib.* 1. *quæst.* 10. *num.* 96. *cum seqq.* Staybanus *de interesse dic. lib.* 1. *quæst.* 5. ubi late, & licèt etiam in causis civilibus magnis, & arduis si probatio fuerit pluſquam semiplena, & non aliàs deferatur actori juramentum suppletorium, Boerius *dec.* 85. *nu.* 4. Gram. *dec.* 42. *nu.* 12. Benedic. *dec.* 73. *nu.* 2. Camarata *resp. dec.* 37. *num.* 4. ubi *num. antecedenti* ait quod in cognoscendis causis, an sint magnæ, vel parvæ, inspicienda est conditio personarum, sequitur Canc. *var.* 2. *cap.* 8. *n.* 22. Peg. *tom.* 2. *dec.* 21. Giovag. *consil.* 37. *num.* 33. *lib.* 1. Rota Burat. *decis.* 266. *num.* 11. Crespi *obs.* 23. *n. fin.* Leo *tom.* 2. *dec.* 139. *n.* 16. & 17. hęc tamen discussa non debuit Senatus inquirere in casu contentioso, in quo plenè constabat de valore rei furatæ per testes, nec egerat pars ad liquidandum valorem rei furatæ. 13

Observatur in hac re, quòd sufficit, ut valor rei furatæ ascendat ad summam centum librarum monetæ argenteæ Barcinonæ, ut possit condemnari ad pœnam mortis, etiam in casu quo à pluribus præcedente tractatu fuerit furtum commissum; etiamsi pars unjuscujusque contingens non accedat ad dictam summam, dum tamen omnium partes ad dictam summam centum librarum monetæ argenteæ Barcinonæ conscendant, 14

juxta

juxta tradita à Joanne Anton. de Nigro *in cap.* 10. incipiente *ab hoc, nu.*60. *sub rubr. de furtis*, Bajard. ad Clarum *§. furtum, n.*38. Calvin. *de æquitate lib.* 2. *cap.*180. *n.*41. *& seq.* Conciol *in statut. Eugubii lib.*4 *rub.*51. *n.*4.

15 His omnibus maturè consideratis per Senatum, post dies sex commissi furti, & sic die 1. Decembris 1678. fuit conclusum. ref. Nobili Jacobo de Potau tunc I. R. C. scriba Badia, Joannem N. esse reum mortis, condemnando eundem, quòd fustigaretur, & amputarentur ei auriculæ, & suspenderetur in alta furca, & ad restitutionem rerum furto subtractarum liquidatione reservata, & ante illius executionem subiiceretur quæstionibus, & tormentis in caput sociorum: in tormentis fassus fuit delictum, & nominavit in socios criminis Balthasarem N. Valentinum, & Petrum N. vulgò *Pericoel Navarro*, & fuit sententia exequuta die 3. Decembris sequenti; sed ex gratia Excellentissimi Domini Locumtenentis Generalis non fuit reus fustigatus, nec ei fuerunt auriculæ amputatæ.

16 Particeps igitur in illo furto magno deprehensus fuit Balthasar N. & cum ad concludentiam delicti tantum adesset depositio dicti testis socii criminis, ad supplendum plenam probationem, necesse habuit Regius Fiscus recurrere ad indicia in facto contingentia, & erant sequentia.

17 Primum, repertura rerum furatarum penès criminosum, de qua plenè constabat ex dictis testium, & ex Rei confessione: & derobati res furatas fuisse, concludenter fuit apertum, de hoc indicio latiùs diximus *dec. cis.* 41. *num.*71. *cum seq.*

18 Secundum, fuga Rei incontinenti arrepta post capturam socii criminis, & probant per hos dicta *dec.*45. *nu.*28.

19 Tertium, publica vox & fama per numerum sufficientem testium probata ante inquisitionem, de quo indicio scripsimus *dict. decis.*45 *numer.*30. *& seqq.*

20 Quartum mendacium criminosi in substantialibus, ut probavimus *dic. decis.*45. *num.*29. cum pluribus, quibus adde Franc. Anton. Tranchedin *consult.* 74. *nu.*26. *cum seqq.* Meli. *obser. forens.* 93. *num* 9. latè Bonden. *tom.* 2. *collect. legali* 36. *num.*69. *& seqq.*

21 Quintum, mala qualitas inquisiti in eodem genere mali, quod vehemens esse asseruimus *decis.*44. *num.*56.

22 Et cum his quadrabat depositio unius testis, de confessione extrajudiciali rei deponentis.

23 Amplius de indagatione primi, secundi, tertii, & quarti indicii non liceat quærere; nam illa se obtulerunt investiganda in citatis decisionibus, & ibi opportunè illa digesta invenies: de primo, & ultimo adhuc supereset enarrare. Nam quoad primum adde, quòd in casu controverso furem manifestum inquisitum dici, non fuerat erroneum; quia licèt fur manifestus dicatur, quando in ipso rei abstractæ puncto deprehenditur, Leo *decis.*125. *num.*46. Sanfel. *decis.*39. *lib.*1. *nu.*2. ubi id intelligit non per magnum intervallum inventus, nullo actu extraneo medio, vel eodem die quo furtum est commissum, *ex l. Quò* 4. *ff. de furt.* cujus sunt verba. *Quò destinaverit quis auferre, sic accipiendum est, quo destinaverit eo die manere cum eo furto:* Attamen fures manifesti sunt, si deprehensi fuerint cum re furtiva, priusquam eò loci res perrulerint, quò destinaverint, *ex l.*3. *ff. de furtis, §. furtorum autem, inf. de oblig. quæ ex delic. nasc.* Sanfel. *dict decis.* 39. *& decis.*272. ubi tradit decisum, tertia die post furtum cum rebus furtivis deprehensos esse fures manifestos, & ratione furti magni pœnà ultimi supplicii esse condemnatos; & signanter pro casu contingenti, ibi: *Nec obstat tex. in l.* 4. *ff de furtis; illa enim verba eodem die, dicuntur, eodem die quo detulerunt, vel deposuerunt in loco destinato; secus si extra Regnum perferre destinassent, deprehendantur ante, erunt secundum Hug. fures manifesti, glos. in dict. §. furtorum autem in verbo deponere, inf. de oblig. quæ ex delic. nasc.*

24 In facto occurrenti fuit commissum furtum die 26. Novemb. 1678. & die 15. Decembris ejusdem anni hora octava ante meridiem, in portu præsentis Civitatis captus fuit reus inventus in quadam cymba, quæ de transitu erat ad Regnum Valentiæ, in qua fuerunt inventæ plures ex rebus furatis magni valoris, quæ correspondebant quotæ spectanti ex furto; & reus erat natione Valent. & in hac Civitate non habebat domum, nec sedem: unde non indifficiliter præsumendum erat destinasse perferre res furatas extra Principatum, in Regnum Valentiæ; & sic deprehensum, antequam ad locum destinatum res deferret, tanquam furem manifestum posse plecti.

Pro indicio malæ qualitatis criminosi, concludenter 25
erat in processu probata; & hæc indicium facit, ex regula: semel malus semper præsumitur malus, Leo *decis.* 125. *num.*13. Mascardus *de probat. conclus.* 831. *num.*10. Menoc. *de præsump. lib.* 1. *quæst.*89. *nu.*133. Farinac. *in prax. quæst.*23. *nu.*20. *& quæst.*47. *num.*199. Cabal. *resol. crim. cas.*255. *num.*6. Clarinus *lib.* 1. *cont. cap.*12. *numer.* 36, ubi tractat de his qui sunt facinorosi, seditiosi, fures, vel morum depravatorum, vel malæ vitæ.

Et cum furtum præcipuè nocturnum sit difficilis pro- 26
bationis, Craveta *consil.* 178. Suelvez *cent.* 1. *consil.* 29. *numer.*6. Vermig. *consil.* 421. *nu.*4. ubi plures allegat, & probant per nos dicta *in decis* 41. *num.* 2. Ex socii criminis dicto juncta infamia Rei, cum aliis indiciis efficaciam unius testis omni exceptione majoris superantibus, fuit conclusum pro pœnà ultimi supplicii, ut latè exposuimus *decis.* 16. *num* 21. & nunc prout sequit.

Die 24. *Januarii* 1679. *in facto F. P. R. C. adversus,* 27
& contra Balthasarem N. Chirurgum Villæ de Trayguera Regni, & Archiepiscopatus Valentiæ, delatum, & inculpatum, quòd die 26. *Novembris proximè effluxi inter tertiam, & quartam horas diluculi una cum aliis, scalis appositis ante fenestram, ingressus fuit domum Nob. Petri Corbet Equitis Sancti Jacobi de Spata, sitam in vico nuncupato den Iensana præsentis Civitatis, ab eaque furto subtraxit quoddam candelabrum, sigillum, fornices argenteas, duo scrinia, in quibus aderant septem horologia, annuli, & globuli aurei; nec non quamplurimas alias res aureas, & argenteas magni valoris, multùm excedentes summam centum librarum monetæ argenteæ Barcinonæ: idibusque pugionis vulnerato relicto dicto Corbet, & de aliis furtis, facta relatione per Magnificum Jacobum de Potau I. R. C. præsentis causæ Relatorem, meritis processus attentis, & alias fuit conclusum. quòd declaretur, quod dictus Balthasar N. est reus mortis, & quod fustigetur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis, & quod amputentur ei auriculæ, & quod suspendatur loqueo per collum in alta furca, taliter quòd naturaliter moriatur, & anima ab ejus corpore illico separetur, & ad restitutionem rerum furto subtractarum liquidatione reservata; & quod post latam sententiam, & ante illius executionem subiiciatur quæstionibus, & tormentis in caput sociorum.* Quæ sententia executa fuit die 26. ejusdem mensis, & anni, dempto quòd ex particulari gratia suæ Excellentiæ non fuit fustigatus, neque fuerunt auriculæ amputatæ: in conspectu tormentorum fassus fuit septem furta, de quibus erat in processu impetitus, sociosque nominavit, videlicet dictum Joannem N. & Petrum N. vulgò *Perico el Navarro.*

Quamvis furtum sit magnum, si non constat plenè 28
de furto, non condemnatur fur ad pœnam ordinariam, sed ad extraordinariam, Reg. Cortiada *decis.*106. *num.* 64. sic per Senatum die 7. Novembris 1670. ref. Nobili Senat. de Amigant, scriba Famades, Joannes N. loci de Morri Diœcesis Urgellen. fuit condemnatus, quòd fustigaretur, bullaretur, & ad triremes per quinquennium pro furto 160. duplarum auri à domo Josephi Maris, de quo constabat non plenè, sed per indicia reperturæ duplarum, & quod nocte, qua furtum fuit commissum, non dormivit in domo solitæ habitationis: & alia.

Prout etiam quando ascendit ad summam centum li- 29
brarum, si non est monetæ argenteæ Barcinonæ, etsi constet plenè de furto, tantùm condemnatur ad pœnam extraordinariam: sic die 10 Octobris 1680. Joannes Petrus N. pro furto rerum valoris centum librarum monetæ de ardits, ætatis viginti quatuor annorum completorum cum fractura arcæ cujusdam cubiculi domus N. quam in hac Civitate habitabat, fuit condemnatus, referente Regio Senatore Taverner, scriba Riambau, quòd fustigaretur, bullaretur, & ad triremes per quinquennium: constabat de fractura, & de repertura partis rerum furatarum in posse inquisiti (quod facit indicium ad furtum totius pro pœna extraordinaria, Reg. Matthæu *de regi. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 8. §. 8. *numer.* 14. *&* 18.) de fama, de fuga immediata; & quòd visus fuit reus ascendere ad domum, in qua fuit furtum commissum, & statim recognità arcà, conquestus fuit dominus de furto, convictus fuit reus

men-

mendacio, & aderat tacita confessio socii: ex quibus data fuit proconstanti plena furti probatio; & ideò etiam reus fuit condemnatus ad restitutionem rerum furto subtractarum.

30 Considerata etiam hic fuit minor ætas furis, qua excusatur minor etiam in furto magno à pœna ordinaria furti, Reg. Cortiada *decis.* 106. *numer.* 65. & 103. & *seqq.* Antonell. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 16. Conciol. *resol. cri. verb. minor resol.* 1. & *verbo furtum, resol.* 6. *n.* 12. Gobius *in tr. de monetis, quæst.* 11. *num.* 26. Reg. Matthæu *de re crim. cont.* 8. *num.* 5. & 6. & *cont.* 41. *sub numer.* 15. & aliis quamplurimis allegatis Bondeu *vol.* 2. *collect. legali.* 15. *n.* 17. & *seqq.* & *num.* 30. & 84. *cum seqq.*

DECISIO LXVIII.

ARGUMENTUM.

Quando inter patrem, & filium; maritum, & uxorem pro furto oriatur actio criminalis; & an puniatur opem, vel auxilium præstans personis assignatis, ad furtum faciendum.

SUMMARIUM.

1 *Patri non datur actio furti contra filium furem, etsi rem patri surripiat.*
2 *Filius, vivente patre, quodammodò dominus existimatur bonorum paternorum.*
3 *In furto tria concurrere debent, videlicet contrectatio, dolus, & dissensus Domini.*
4 *Pater, & filius censentur una persona.*
5 *Etiam in peculio castrensi, vel quasi, patri non datur actio criminalis contra filium furem; sed actio civilis ad emendam damni, eatenus, quatenus filius in peculio habet.*
6 *In furto magno, patri contra filium non dari furti actionem, existimant aliqui Doctores.*
7 *Contrariam opinionem tenent alij; & quòd respectu filii existentis in potestate Judex dictabit sententiam secundùm voluntatem patris.*
8 *Respondetur obiectionibus.*
9 *Furta domestica puniuntur, & quidem graviter.*
10 *Furtum dicitur magnum, vel parvum secundùm qualitatem personarum, & quantitatem rei subtractæ.*
11 *Maritus furti agere non potest contra uxorem illius bona furantem, quia fœminæ in mariti potestatem, & familiam transibant; sed cum ea agitur rerum amotarum actione.*
12 *Contra mulierem contrectantem res mariti post divortium, datur marito actio furti.*
13 *Vidua, quæ expilavit hæreditatem, vel res inventarij mariti; non tenetur crimine expilatæ hæreditatis, ubi decisio.*
14 *Vidua honestè vivens adhuc in matrimonio perseverare censetur, & ejus juribus, & privilegiis gaudet.*
15 *Hæreditas jacens representat personam defuncti.*
16 *Post apprehensa bona ab hærede contra viduam subtrahentem bona mariti, datur hæredi actio furti.*
17 *Adita hæreditate definit esse hæreditas, & in patrimonium hæredis transfunditur.*
18 *Si hæres adeat hæreditatem, ab instanti mortis testatoris successisse creditur.*
19 *Mulier pro furto mariti, & è contra, si furtum sit magnum, puniuntur.*
20 *Decisio Senatus.*
21 *Opem, & auxilium filio, servo, vel uxori ferens, ad faciendum furtum patri, domino, vel marito, actione furti tenetur.*
22 *Senatus Decisio.*

1 SI filius rem patris surripiat, etsi furtū committat, actio tamē furti patri non datur, § *hi qui*, & ibi glos. & Doctores *instit. de oblig. quę ex delict. nasc. l. nec cum filiofamilias* 16. *& in l. seq.* & ibi glos. & Doctor. *ff. de furtis*, Bossius *in prax. cri. tit. de furtis n.* 27. Pet. Greg. *syntag. Jur. li.* 37. *c.* 12. *num.* 2. Farinac. *in prax. quæst.* 174. *n.* 99. Cabal. *resol. crim.* 204. *n.* 8. Paschal *de pat. pot. par.* 4. *cap.* 5. *num.* 3. Giurba *consil.* 68. *num.* 4. *& seq.* Conciol. *resol. crim.* 9. *ver. furtum nu.* 1. Fermosinus *allegat. fiscal.* 59. *nu.* 23. *cum seqq.*

Quod triplici ratione comprobatur. Prima, quia filius vivente patre, quodammodò dominus bonorum paternorum existimatur, *l. in suis* 11. *ff. de lib. & post.* Ioseph. à Santolaria *in interpret. ad l. Papinianus* 8. § *quartæ inof. test. in princ.* patriæ enim potestatis strictissimum vinculum, & suitatis jus ratione naturali subnixum liberis parentum hæreditatem addicit, velut ad debitam successionem eos vocando, *l. nam, & si parentibus* 13. *ff. de inof. test. l. scripto* 7. *in fine ff. unde liberi, l. cum ratio* 7. *ff. de bonis damnat.* Valent. *illust.* 2. *tract. de adquir. hæred. cap.* 3. *num.* 5. *& de jure fictur. hæred. cap.* 1. *in prin.* Bossius *de pat. pot. cap.* 3. *num.* 224. *& seqq.* ideò filius non dicitur propriè rem alienam auferre; in quam tantùm cadit furtum, § 2. *inf. de oblig. ex delic. nasc.* Giurba *d. cons.* 68. *nu.* 8. *ver. Respondeo secundò.* 2

Secunda, quia filius furripiendo rem patris, saltem potuit credere id sibi de jure licere, quæ credulitas licèt iniusta, debet filium excusare, tradit Giurba *dict. cons.* 68. *n.* 6. *& n.* 8. quia in furto tria concurrere oportet, quorum altero deficiente obligatio non nascitur, videlicet contrectatio, *l. si quis uxori* 52. § *neque verbo ff. de furtis*: dolus, quia potest esse contrectatio sine dolo, *l. inter omnes* 46. § *rectè eod. tit.* & dissensus domini, *dict.* § *rectè, l. qui te* 76. *eod. cum servus ff. de condic. ob causam* Menoch. *consil.* 834. *n.* 23. Giurba citatus. 3

Tertia, quia pater, & filius censentur una, & eadem persona, § *ei vero, inf. de inut. stip. l. ult. C. de impub. & aliis subst. l. scimus in fin. C. de agricol. & cens. lib.* 11. *cap. contradicimus, §.* 1. 35. *quæst.* 3. *c. iam itaque* 1. *quæst.* 4. Pasc. *de viribus pat. potest. par.* 4. *n.* 1. & ibi Prato *in annot.* Valentia *illust. tom.* 2. *de adquir. hæred. d. cap.* 3. *num.* 5. Bossius *ad tit. de pat. pot. cap.* 3. *n.* 215. *cum pluribus seqq.* Oroz. *de apic. iur. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 5. & 6. & sicuti nobiscum agere non valemus, ita nec contra filios, suam rationem expressit I. C. Paulus *in l. nec cum filiofamilias* 16. *ff. de furtis*, in illis verbis: *Non enim juris constitutio, sed natura rei impedimento est, quod non magis cum his, quos in potestate habemus, quàm nobiscum ipsis agere possumus* dixit Paulus naturam rei impedimento esse ut patri contra filium detur actio furti; nam si patri permitteretur agere, nec esse haberet secum ipse experiri; efficereturque idem debitor, & creditor, ut explicat Pichar. § *hi qui, inf. de oblig. quæ ex delict. n.* 9. *& seq. Neque enim qui potest in furem statuere, necesse habet adversus furem litigare; idcirco nec actio ei à veteribus prodita est*, inquit Ulp. *in l. servi* 17. *ff. de furtis*, diximus *decis.* 30. *numer.* 61. 4

Ultima est ratio, quia non congruit, quòd inter patrem, & filium detur actio famosa, ut voluit Vermig. *consil.* 46. *n.* 8. *& consil.* 259. *in princ.* ponderat Conciol. *resol. crim.* 9. *ver. furtum n.* 2. hinc differo, quòd licet in castrensi peculio actio, & judicium possit esse inter patrem, & filium, *l. lis nulla* 4. *de judiciis*, in quo filius familias tanquam paterfamilias habetur, *l.* 2. *ff. ad S. C. Maced.* non tamen ideò decet etiam in peculio castrensi, vel quasi furti criminalem dari patri actionem, sed civilem ad emendam damni, eatenus, quatenus filius in peculio habet, & sic intelligo Pichard. *in d.* §. *hi qui in parentum, inf. de oblig quæ ex delic. nascin. n.* 8. *cum seqq.* & expressè tenet Farinac. *in prax quæst.* 174. *num.* 101. 5

Patri tunc contra filium pro furto datur actio in factum, ad damnum recuperandum, si filius habeat peculium castrense, vel quasi, vel adventitium, cujus usufructus patri non quæratur, *ad tex. in l. si quis uxori* 52. § *si servus meus*, & ibi glos. *ff. de furtis*, Giurba *dict. cons.* 68. *n.* 5. ubi idem competere filio existenti extra patriam potestatem existimat, adversus patrem pro recuperatione rei, per patrem ei ablatæ, Vermig. *consil.* 36. *n.* 8. Conciol. *resol. crim.* 9. *ver. furtum*, *n.* 8.

In furto levi hæc procedunt; sed in furto magno, & gravi, an patri detur actio furti contra filium, controvertitur; & in furto magno non dari actionem furti contra filium probant Molina *de just. & jur. disp.* 686. *numer.* 6. Giurba latè *dict. cons.* 68. *n.* 26. qui arguit contra Farinac. contrarium tenentem, & pro hac opinione vigent rationes supra recitatæ. 6

Contrariam opinionem, quòd in furto magno, & gravi contra 7

UAB Biblioteca de Ciències Socials

contra filium detur patri actio criminalis furti, innuere videtur *tex. in l. perspiciendum* 11. §. *furta ff. de pœnis* in illis verbis: *Furta domestica si viliora sunt, publice vindicanda non sunt, nec admittenda est hujusmodi accusatio*; & voluerunt Ant. Gomez *var.* 3. *cap.* 5. *nu.* 3. ubi testatur de communi opinione, & quod respectu filii existentis in potestate Judex dictabit sententiam secundum voluntatem patris, *ex lib.* 3. & 4. *C. de pat. pot.* & ibi communiter DD. & doctrinam sequitur Ayllon ad dictum Gomez *n* 4. Petrus Cabal. *resol. crim. cas.* 204. *n.* 1. ubi latè hanc probat distinctionem, & facit plures illationes, Farinac. *in prax. quæst.* 174. *num.* 112.

8 Nec tunc obstant jura, & rationes, quibus fundatur, patrem inspecto patriæ potestatis nexu agere non posse actione furti contra filium; quia licèt in furto levi hæc procedant, in quo Judex non potest contra filium per inquisitionem procedere, & de officio se intromittere (licèt possit ejus officium implorari, si nolit rem sublatam restituere, ut eum corripiat, & restituere cogat) at vero si furtum est magnum, sive grave, potest Judex procedere ex officio nemine querelante, aut accusante, tenet Cabal. *dict. resol. crim.* 204. *numer.* 7. & *seqq.* Farinac. *in prax. dict. quæst.* 174. *num.* 112.

9 Scire oportet, quòd non servatur in practica, quòd furta domestica non puniantur, si sint levia, ubi fiunt à servis, servitoribus, ancillis, pedisequis, aut similibus personis familiaribus; nam puniuntur, & quidem graviter, quia domesticitas furtum aggravat, propter fidem quæ à dominis habetur de talibus personis, ut ex Bossio, & aliis tenuit Cabal. *dict. resol.* 204. *nu.* 25. & *seqq.* Farinac. *in prax. d. q.* 174. *nu.* 96. & 114. dicens quod illa distinctio de levibus, & magnis, aut gravibus intelligitur in uxoribus, & filiis, secùs in aliis familiaribus: & ex nostro Senatu comprobat hanc rem Reg. Cortiada *decis.* 106. *num.* 45. ubi agit de fure simplici cum qualitate famulatus, qui si domino furripiat, acriùs punitur, quàm fur extraneus; ibique plures allegat, & id observamus.

10 Furtum dicitur magnum, vel parvum in proposito secundùm qualitatem personarum, & quantitatem rei subtractæ, Farinac. *in prax. quæst.* 174. *num.* 113. Cabal. *dict. resol. crim.* 204. *num.* 15. & 17.

11 Hucusque tradita in filio bona patri furante, procedunt in uxore furante res mariti, contra quam maritus furti agere non potest, *l. si quis uxori* 52. *ff. de furtis*, quia vitæ societas quodammodò dominos eos facit (& utique fœminæ in mariti potestatem, & familiam transibant, Ulpian. *frag. tit.* 11.) sed cum ea rerum amotarum agitur, *l.* 1. & passim, *ff. rer. amot.* Farinac. *in prax. quæst.* 174. *num.* 103. & 104. (ubi idem asserit de marito uxori furante) Fermosinus *allegat. Fiscal.* 59. *nu.* 23. *cum seqq.* juxta ea quæ diximus *decis.* 30. *num.* 59.

12 Hæc procedunt, quando mulier res amovit constante matrimonio; secùs verò quando ea post divortium contrectavit, quo casu furti actione marito tenetur, *l.* 3. *ff. rer. amot.* ubi Gothof. Osualdus ad Donel. *lib.* 15. *com. cap.* 19. *in fin.* Faber *de error. pag. decad.* 79. *error.* 2. Farinac. *in prax. q.* 174. *num.* 105. & his citatis Olea *in addit. ad suum trac. de cess. jur. tit.* 5. *q.* 9. *num.* 13.

13 Mulier verò, quæ expilavit hæreditatem mariti defuncti, crimine expilatæ hæreditatis accusari non potest, *l. uxor.* 5. *ff. expilat. hæredit.* ibi: *Uxor expilatæ hæreditatis crimine idcirco non accusatur; quia nec furti cum ea agitur, l. quamvis* 17. *de furtis, l. adversus* 4. *C. de crim. expilat. hær.* Farin. *in prax. dict. q.* 174. *n.* 130. & 131. Olea *in addit. ad suum tract. de cess. jur. tit.* 5. *dict. quæst.* 9. *nu.* 14. qui ad id allegat Reg. Cortiada *decis.* 35. *n.* 125. in eo quod cum decisione in causa dubii docet, quòd vidua fraudem committens in confectione inventarii, non dicitur committere furtum; & sic non debet accusari in Regio Criminali Concilio, sed debet in Regia Audientia Civili conveniri, ut fuit resolutum die 17. Decembris 1660. ad relationem Nobilis Michaelis Pallarès, scriba Cortès.

14 Ratio supradictorum infertur ex antedictis, quia sicut marito contra uxorem amoventem res mariti, constante matrimonio, non datur actio furti; ita pariter nec eo mortuo, hæreditate jacente; nam vidua honestè vivens adhuc in matrimonio perseverare censetur, & ejus juribus, & privilegiis gaudet, *l. fin C. de bon. mater.* Amaya *ad l. ult. C. de incol. à num.* 24. Narbona *ad l.* 10. *glos.* 1. *nu.* 47. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Ægidius *de privileg. honest. art.* 5. *nu.* 12. Olea *in addit. ad suum tract. de cess. jur. tit.* 5. *quæst.* 19. *num.* 14. & nos suo loco.

Et quia hæreditas jacens maritum defunctum repre- 15
sentat, & eum vivum esse fingit, *l. liber homo* 13. §. *si servus hæreditarius. ff. ad leg. Aquil. l. si ante aditam* 15. *ff. de interrog. in jur. facien. l. non minus* 31. §. 1 *ff. de hæred. instit. l. legatum* 116. § *servo, ff. de legat.* 1. *l. si titio* 55. §. 1. *ff. de leg.* 2. *l. si is qui pro emptore* 15. *in fin. l. hæres. & hæreditas* 22. *ff. de usucap. l. mortuus* 22. *ff. de fidejus. l. nil est aliud.* 24. *ff. de verb. signif. l. cum hæreditas* 9. *C. depositi, l.* 13. §. *quæsitum, ff. quod vi, aut clam. l. hæreditas* 61. *ff. de adq. rer. domin. l. novatio* 24 *ff. de novat.* Valentia *illust. ad tract. de adq. hæred. cap.* 1. *à n.* 6. & *lib.* 1. *tract.* 3. *cap.* 2. *n.* 3. & *seqq.* Salgado *in labyrint. credit. par.* 1. *cap.* 32. *à nu.* 3. Velasco *de privil. pauper. tom.* 3. *quæst.* 3 *num.* 207. D. Joseph à Santolaria *interp.* 11. *num.* 12.

Post apprehensa verò ab hærede bona hæreditaria con- 16
tra viduam subtrahentem bona mariti, oritur actio furti, *l. de his* 11. *C. de furtis* Cacheranus *decis.* 31. *à n.* 17. *ver. non obstat*, Olea *in addit. ad suum tract. de cess. jur. d. quæst.* 9. *num.* 14.

Et patet, quia aditâ hæreditate desinit esse hæreditas, 17
& hæc transfunditur in proprium hæredis patrimonium *l.* 1. *ff. de separ. l. sed si plures* 10. *ff. de vulg. & pupil. subst. l. procuratorem* 90. § 1. *ff. de adq. hæredit. l.* 2. §. *si fœvola, ff. si is qui testam.* Oroz *de apicibus jur. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 13. fictione hæreditatis (utpote jam superflua evacuata) ut illustrat Doctissimus Valentia *lib.* 1. *tract* 3. *d. cap.* 2. *num.* 5. vel ut non minùs doctè scribit Santolaria *interp.* 5. §. 2. *n.* 7. additione evacuari hæreditatem ab illis qualitatibus personæ, ac dominatricis per accidens adjunctis hæreditati, dum jacens existit.

Tollitur enim ratio hæreditatis ab instanti mortis, & 18
si adeat illam hæres, ab instanti mortis successisse creditur, adeò ut personam testatoris, & dominium sine interruptione continuasse videatur, *l. hæres* 54. *ff. de adq. hæred. l. si ex re* 28. §. *ult. ff. de flip. ser. l. omnis* 138. *l. omnia* 193. *ff. de regul. juris*, Valent supra citatus *lib.* 1. *tract.* 3. *cap.* 1. *nu.* 5. Anton. Fab. *in cap. tit.* 2. *princ.* 5. *tit. lat.* 3. *ver. Ad hanc & tit.* 3. *princ.* 3. *in princ.* Oroz *de apic. jur. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 16.

Sed quòd mulier pro furto mariti, & è contra, si fur- 19
tum sit magnum, puniantur, mitiùs tamen, tenet Farinac. *de furtis dict. q.* 174. præcipuè *nu.* 114. Vermig. *cons.* 261. *nu.* 2. Cabal. *d. resol.* 204. *num.* 2. & *seqq.*

Et id intellexit Senatus contra Joannem Franciscum 20
N. Flandrium, qui fugiendo inventus fuit in quadam navi cum aliquibus duplis, & jocalibus auri, & argenti uxoris suæ, valoris 313. ℔ ß. qui cum solum esset impetitus de portu instrumenti manualis parvæ mensuræ, vulgò *pistola*, de dicto furto fuit resolutum in Regio Concilio, quòd in conclusione poneretur delatum de portu instrumenti manualis, & de aliis criminibus; & fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando ad decennium; die 19. Octobris 1671. ref. Reg. Senat Taverner, scriba Riembau, fuit à dicta sententia supplicatum, & supplicatione pendente reus gratiam à sua Excellentia impetravit.

Generaliter tamen statuitur ab Ulp. *in l. qui servo* 36. 21
§. *item placuit. ff. de furtis* ibi: *Placuit, eum qui filio vel servo, vel uxori opem fert furtum facientibus, furti teneri, quamvis ipsi furti actione non conveniantur*, §. *hi qui*, & ibi DD. *inst. de obl. quæ ex delic* ubi opem & auxilium filio, servo, vel uxori ferens ad faciendum furtum patri, domino, vel marito, actione furti tenetur, comprobat ex pluribus Farinac. *in prax. q.* 168. *nu.* 38. & *q.* 174. *nu.* 116. Conciol. *resol. crim.* 9. *ver. furtum num.* 6.

Ita Senatus 20. Aprilis 1668. ref. Regio Senat. No- 22
bil Narciso de Anglasell I. R. C. ubi fuit condemnatus Franciscus N. ad serviendum militando cum solito stipendio in præsidio Podii Ceritanei ad quinquennium; inter alia, quia auxilium præbuit Magdalenæ N. uxori Jacobi N. ad amovendum raupas, & alias res à domo dicti viri sui.

DECISIO LXIX.

ARGUMENTUM.

Pro injuria facta officiali ratione officii, officialis ipse Judex esse valet; & potest injuriam puni-

punire, etiam pœna arbitraria, ubi eo in casu optimum traditur iusdicenti consilium. Ante recusationem processus est validus, nisi fuerit Judex suspectus ex causa inimicitiæ. Quando quis possit judicare in causa capituli in qua patruum habet capitularem; & quando pater, cujus filius est Advocatus, agitur cum Senatu, cum intelligentia *Const.4.8.& 9.tit.de recusaciò de tots Iuries*.

SUMMARIUM.

1 *Officialis, sive Baro est Judex competens pro injuria sibi illata, prætextu dignitatis, aut officii, secus si injuria sit illata ut personæ privatæ; nam tunc superior erit Judex: potest Judex de facto, & ex abrupto punire injuriosos in ipsum pro tribunali sedentem.*

2 *Judex offensus ratione sui officii est competens ad puniendum offendentem, etiam adversus Judicem exercentem jurisdictionem cum clausula adbicativa, & privativa, si tamen ipse prævenerit in captura delinquentis.*

3 *Pro injuria facta Judici ut privatæ personæ, Dominus Rex, & ejus Regium Concilium causam ad se evocat, ubi Senatus decisio.*

4 *Judicem injuriam sibi factam ratione officii non posse punire, quando offensa non est notoria, & pœna est arbitraria, scribunt aliqui Doctores; contrarium alii existimant, ubi traditur iusdicenti optimum consilium eveniente casu, quando officii obtentu à subditis fuerit facta offensa.*

5 *Fuit observatum in casu quo recitatur, & traditur pœna injurianti illata.*

6 *Factum.*

7 *Dubia.*

8 *Injuria facta famulo, domino censetur facta.*

9 *Pro injuria facta famulo, ejus dominus jus reddere non potest.*

10 *Quando injuria dicatur facta contemplatione officii, vel ratione officii, & supra num.1.*

11 *Quoties Gubernator, Potestas, aut alii superiores sunt suspecti, omnes ejus Auditores, quamvis ab illis creati non sint, suspecti pariter redduntur, imò tota familiâ.*

12 *Baro, qui Judex esse non potest in causa in qua agitur de suo interesse, non potest causam alteri delegare.*

13 *Suspectus ex causa inimicitiæ, non valet alteri causam delegare.*

14 *Senatus decisio.*

15 *Ante recusationem, processus à Judice factus, est validus.*

16 *Limita si Judex foret suspectus ratione inimicitiæ; quia tunc esset processus nullus.*

17 *Licèt acta per Judicè ante recusationem sustineantur, id non evenit, quando recusatio procedit ipso jure.*

18 *Observantia Senatus.*

19 *Si offensus haberet condominos, possent hi, vel ejus officiales ab eo deputati judicare, nisi & ipsi ex aliis circunstantiis forent suspecti.*

20 *Decisio Senatus.*

21 *Non impeditur judicare in causa Capituli, qui patruum habet Capitularem, quando non agitur de interesse Capitularis ut singuli, cum Senatus decisione.*

22 *Repelluntur à judicando pater, vel socer in causis in quibus filius, vel gener sunt Advocati.*

23 *Non potest quis esse Judex illius partis, cujus antea erat Advocatus tempore introductionis causæ, juxta Constitutionem 9. tit. de recusac.*

24 *Constitutiones, quæ sunt contra jus commune, debent intelligi ad litteram; nec admittere extensionem de casu ad casum.*

25 *Decisio Senatus.*

26 *Quando agitur de causa Capituli, licèt filius sit Advocatus Capituli; non impeditur pater in ea causa, in qua filius non interveni judicare.*

1 OFFICIALIS, sive Baro est Judex competens pro injuria sibi illata, prætextu dignitatis, aut officii: secus si injuria sit illata ut personæ privatæ; nam tunc superior, erit Judex, Cyn. *in l.1. C. nequis in sua causa*, & ibi Alber. *& in l. Senatus consulto, nu.10. ff. de offic. præ. fid.* Clarus § *fin. quæst.35. num.26.* & ibi Bijard. *num.26. & seqq.* Capyc. *decis.124.* Boer. *decis.9 nu 26. & 40. cum seqq.* Episc. Frances *in pastor. regu. par.2. quæst.9. n.35.* Canc. *var. 2. cap.2. nu.253. & 254.* Xamm. *de offi. Iudic. par.1 quæst.14 à num.30. cum seq. & à numer.72. ad 80.* Ludovicus Ferrer *in disc. pro jurisdic Regia num 85.86. & 90.* Nobilis Senator Tristany *in Relig. Benedic. cap. 5. numer. 60.* Sanfel *lib.1. decis.63. in princ.* Cabal. *resol. 128. num.1.* Bovad. *in polit. lib.2. cap. 21. num. 83. & lib. 3.cap.1. numer. 33. & 36.* Farinac *in prax. quæst. 17. nu 45. & 46.* Vivius *decis. 278. num. 72.* Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim.cap.5. numer.37.* Cardinal. Luca *de jurisdic. & for. comp. discur. 47. num.7.* Altimar. ad Rovit. *decis. 80. num 5.* Carleval. *de judic. 2. quæst.7. num. 785. cum seqq.* ubi de materia doctè, & latè, & *numer. 798.* explicat, quando injuria est facta contemplatione officii, vel ratione officii. Et *nu. 799.* ait quòd Judex potest de facto, & ex abrupto punire injuriosos in ipsum pro tribunali sedentem, quam sententiam attestatur vidisse practicari sæpius in Tribunalibus Supremis Hispaniarum.

Quod ampliatur, nam judex offensus ratione sui officii 2
est competens ad puniendum offendentem, etiam adversùs Judicem exercentem jurisdictionem cum clausula abdicativa, & privativa, si tamen ipse prævenerit in captura delinquentis, Merlinus *cent. 2. cont. 71. num. 25.* Prato *responsf. fisc. 42. num. 47.* & latiùs per nos dicitur *in decisione octogesima prima*.

Hinc dicitur, quòd pro injuria facta judici uti privatæ 3
personæ, Dominus Rex, & ejus Regium Concilium causam ad se evocat, diximus *decis.1 num.17.* Caro. Anton. de Rosa *in prax. crim. d. cap. 5. num.37. ver. Si pro causa privata*, Prato *responsf. crim. 17. num. 7.* & observari refert Cancer. *var.3 cap 13. à numer. 197. ad 202.* Font. *de pact. 1. claus. 4. glos. 11. num. 39. vers. benè verum est*, ubi recitat in causa recursus Sebastiani N. fuisse declaratum locum esse recursui contra Comitem de Montegut, eò quia tractabat Comes de puniendo delictum per dictum Sebastianum N. commissum, quod Comitis interesse respiciebat, cujus propterea cognitionis erat procul dubio incapax, ampliùs de hac re agemus *in d. decisione 81.*

Licètque omnes ferè citati DD. dicant, tunc Judicem 4
posse punire injuriam sibi illatam ratione officii, quando offensa est publica, & notoria, & pœna non est arbitraria, sed certa, & à lege definita; signanter citati per Carleval *de Iudic. disp. 2 quæst.7. nu. 798* (qui id intelligit, quando pœna corporalis est arbitraria) contrarium tamen tenent Farinac *in prax. quæst. 17. numer. 46.* Xamm. *de offic. Iunic. par.1. quæst.14. num.35. & num.79.* qui ex Bovadilla subdit, optimum fore consilium, ut eveniente casu, quo officii, & dignitatis obtentu à subditis offenduntur, informationem recipiant, & personas offendentium, si fugæ timor subsit, capiant, & postea pro puniendo delicto Regium Concilium adeant; quia sic se integerrimos ostendent Judices, & pectora ab ira, & odio privato aliena; atque in Regio Concilio tunc rectiùs contra delinquentes ministratur justitia, quàm quando Rei per Dominum offensum condemnati, ad illud per appellationem venirent conquerentes de eo quod iratus ulcisci se volens, jus sibi in causa dixit: hanc doctrinam ad litteram recitat Sanfel *decis.63. numer. 3.* & post eum Altimarus ad Rovit *decis. 80 numer. 5.*

Adivit Regium Concilium Capitulum Sedis Barci- 5
nonæ Baro Villæ de Sitges, pro injuria suo Bajulo officianti illata, & Senatus die 11. Januarii 1659. ad relationem Nob. Josephi Rull nunc Reg in Supremo Concilio Aragonum, scriba Oriol, fuit condemnatus injurians, quòd banniretur à Villa, & Bajulia de Sitges per quinquennium, juxta tradita à Farinac. *quæst. 17. num. 36. quæst. 105. à numer. 21.* Thesau. *decis. 224.* Gomez *tom. 3. cap. 6. nu. 7.* & ibi Ayllon *n.8.* Gamma *decis.17.*

Casus subsequens ad dicta evenit, Joannes N. & Pe- 6
trus N. Villa de Arenys de Munt delati fuerunt de homicidio commisso in personam Joannis Blanch, famuli Nob. Joannis de Mata Procuratoris Generalis jurisdictionum Vice Comitatus de Capraria, & Basso, pro Excellentissimo Marchione de Aytona, cujus jurisdictionis erant

UAB Biblioteca de Ciències Socials

erant criminosi ratione domicilii, & loci delicti; & cum fuissent per Procuratorem Generalem capti; à captura, & procedimentis recursum interposuerunt ad Excellentissimum Locumtenentem Generalem, & Regium Concilium, & pro decisione causæ, duo dubia fuscitata fuerunt.

7 An pro offensa facta famulo, suspectus Judex sit Procurator Generalis ejus Dominus.

Et an stante suspicione Procuratoris Generalis, posset nihilominus causa offensæ judicari per judicem ordinarium Vicecomitatus.

8 Pro certo habuerunt Domini Senatores, quòd injuria facta famulo, censetur Domino facta, Farinac. *in prax. quæst.* 105. *num.* 207. & sic licet domino criminaliter agere, sivè sit in domini contumeliam, sivè non, Farinac. *ibidem n.* 276 ex Bart. *in l.* 1 §. *sciendi, ff. de injur.* Mantienzo *dialogo relator. par.* 3. *cap.* 51. *num.* 6. & 7.

9 Hinc ergo sequitur, quod pro injuria ex causa privata facta famulo, jus reddere non potest ejus Dominus, Bartol. *in l. si quis fortè*, §. *si quis post vers. Quæro, ff. de pœnis*, Clarus *in prax. quæst.* 35. *num* 26. nec solet etiam Capella Tholosana *quæst.* 145. *in addit.* Guid. Pape *dec.* 157. Marc. *dec.* 174. Paschal. *de viribus pat. pot. par.* 1. *cap.* 10. *num* 17. Guazz *defen. reor.* 1. *cap.* 18. facit Font. *dec* 44. *num* 4. juncta *dec.* 336. *num.* 9. *tom.* 2. Cabal. *cent.* 2. *cas.* 128. *num.* 8. & *per tot.* Carleval. *de judic. dis.* 2. *quæst* 7. *num.* 792.

10 Nec obstare visum fuit dicere interfectum fuisse dictum Joannem Blanch contemplatione officii Procuratoris Generalis Domini sui; quia non fuit occisus, dum Procurator Generalis pro tribunali sedebat, aut erat in actu alicujus executionis, vel alio judiciario, nec aderat præsumptio; quia id ipsum inferri liceret, per ea quæ tradit Guazz. *def. reor.* 1. *dict. cap.* 18. *num.* 3. & 4. Farinac. *in prax. quæst.* 17. *num.* 42. Cabal *cent.* 2. *dict. resol.* 128. *num. fin.* Carleval. *de judic. disp.* 2. *quæst.* 7. *num.* 798. Prato *respons. crim.* 17. *nu.* 11. Xamm. *de offic. judic. par.* 1. *quæst.* 14. *num.* 38. ubi diversa exempla tradit, & concludit, in hanc rem inspici debere originem offensæ, & unde habuerit dependentiam, facit Reg. Cortiada *decis.* 102. *à n.* 26.

11 Minùs obstare dixerunt, quod allegabatur, ut etsi Procurator Generalis injuriatus dici posset, & quòd in causa homicidii interesse haberet, & sic ut suspectus ea in causa judicare non posset; attamen hæc in Judice ordinario, & Assessore Vicecomitatus non procedebant; quia nec ipse injuriatus erat, nec aliquod interesse habebat in causa, nec per Procuratorem Generalem creatus erat; quas, & alias rationes hic ponderat Carleval. *de judic. disp.* 2. *quæst.* 7. *num.* 792. & *seqq.* quia fuit dictum, quòd quoties Gubernator, Potestas, aut alii Superiores suspecti sunt, omnes ejus auditores, quamvis ab illis creati non sint, suspecti pariter redduntur, imò, & tota familia, Ludovic. *dec. Perus.* 108. *tota*, Font *te.* 1. *dec.* 6. *num.* 7 8. & 9. Ramon. *consul.* 3. *à num.* 40. Ripoll. *var. cap.* 2. *à num.* 57. Guazz. *defen.* 1. *cap.* 21. *num.* 17. Canc. *var.* 3. *cap.* 13. *num.* 189. & *seq* Giurba *dec.* 27. *num.* 9. Roccus *de offic. rub.* 12. *num.* 58. Ripoll. *var. cap.* 2. *num* 58. & *seq.*

12 Maximè in casu occurrenti, in quo Judex debeat judicare in vim commissionis sibi factæ per Procuratorem Generalem; & ejus nomine sententiam promulgare tenebatur, & dicebatur in causis criminalibus Assessor Procuratoris Generalis, *ex l. observandum* 47. *ff. de judiciis*, ubi non potest in causa qualibet dari ille Judex, quem litigans sibi assignari petit: ergo nec poterit esse Judex, quem pars ipsa litigans dat, ac perconsequens non poterit judicare causam Baronis Judex ab ipso constitutus; ita pro hac opinione punctim argumentatur Carleval. *de judiciis, disp.* 2. *quæst.* 7. *num.* 787. & quod Baro, qui Judex esse non potest in causa, qua agitur de suo interesse, non possit causam alteri delegare, tradit Bart. *in l. qui jurisdictioni, ff. de jurisd. omn. judic.* Ursil. ad Afflict. *decis.* 263. *numer.* 35. *vers. Et secundum prædicta, & cum decis.* Sanfel. *lib.* 2. *decis.* 244. Manfrella ad Latro *decis.* 87. *numer.* 6. (ea ratione, quia in delegando potest multum recusanti nocere) Etsi contrarium teneat in Civilibus Canc. *var.* 3. *cap.* 13. *numer.* 189.) nisi ubi delegatus esset subditus Baronis delegantis) in criminalibus tamen his annuit *num.* 197.

13 Et patet ulteriùs, nam suspectus ex causa inimicitiæ (prout in casu) non valet alteri causam delegare, Novar. *prag.* 15. *de susp. official. num.* 1. & per tradita à Thoro *in Cod. cas.* 57. *numer.* 5. Sanfelic. *in prax. sect.* 4. *numer.* 17. Montan. *de regalibus, pag.* 145. *nu.* 30. Mastril. *de magistrat. lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 86. observat Manfrelia ad Latro *decis.* 87 *numer.* 4 & 6. & *decis.* 90. *numer.* 4.

Supradictis omnibus consideratis, die 5. Novembris 1658. fuit conclusum, quòd declararetur recursui per dictos Joannem N. & Petrum N. interposito locum fuisse, & esse, & quod ad ulteriora in Regio Concilio procederetur, relatore Doctissimo Regio Consiliario Ludovico Ferrer Tertiæ Aulæ D. pro Nob. Michael. de Pallarès I. R. C. infirmo, scriba Cortès Nott. 14

Et quia erat ad ulteriora procedendum, fuit pariter dubitatum, an processus factus per Procuratorem Generalem esset validus: ratio dubitandi fuit, quia Procurator Generalis, etsi suspectus esset, non fuit recusatus, anteaquam inquisitionem formaret, & testes examinaret, & ut processus factus per Judicem sit nullus, debet præcedere recusatio, Farinac. *frag. par.* 2. *num.* 933. *lit.* I. Guazz. *defens.* 1. *cap.* 19. *num.* 33. & *cap.* 20. *per tot.* Conciol. *ad statut. Eugubii lib.* 2. *rub.* 3. *num.* 9. Rovitus *prag.* 9. *de suspic. offic. num.* 5. & *consil.* 49. *lib.* 2. *num.* 11. & *seqq.* ubi Altimarus, Giurba *obs.* 68. *num.* 17. Vargas Machuca *decis.* 2. *num.* 10. Ripoll. *var. cap.* 2. *num.* 185. Escobar. *de puritat. quæst.* 6. §. 5. *num.* 2. Mastril. *decis* 151. *à num.* 16. Dominus Don. Christophor. Crespi de Valldaura *obs.* 8. *numer.* 7. & in hanc opinionem punctim inclinat Carleval. *de judic. disp.* 2. *quæst.* 7. *numer.* 797. materia hinc inde dispuncta, ibi: *Ergo certe si quid valet meum de hac re judicium, in contingenti casu non dubitarem si opponeretur adversus officialem Baronis, dum procedit in causa ad jus Baronis attinente, non posse illum procedere in ejusmodi causa, quoniam sit officialis illius, & quasi homo suus, etiamsi recusatio, aut suspicionis causæ non interponerentur solemniter, & solita forma, debere illum deinceps supersedere, & abstinere se à judicio, causamque ad superiores remittere; verum si adversarius Baronis tacito consensu nil opponens, proces. sum approbaret, crederem debere sustineri, & non ex eo defectu corruere, quòd causa ad Baronem pertineat, quasi ex eo solo sit incompetens officialis Baronis.* 15

Attamen dixerunt Domini Senatores, quòd erat certum, ex nece famuli oriri inimicitiam capitalem inter dominum, & homicidas, eratque certum in hoc casu non fore necessariam recusationem, ut nullus redderetur processus factus per judicem inimicum, Farinac. 2. *par. lit.* I. *frag. num.* 706. Sanfel. *decis* 63. *num.* 4. *vers. Adde*, & ideò dixerunt, quòd processus nullitatis vitio laborabat. & probat Guazz. *def. reor.* 1. *cap.* 18. *in fin.* ibi: *Imò non poterit pro injuria privata sibi, vel suis facta, processum fabricare, testes examinare, & assumere informationes, cum iste sit actus nimis præjudiciatos de delicto.* Caballus *dict. cas.* 128. *num.* 5. ibi. *Et ex eadem distinctione similiter videbatur, eundem Vicarium male fecisse, dum ob percussiones, ut ferebatur, illatas ejus filiis per executores fori mercatorum, incarcerari fecit dictos executores, & examini subjecit, & processum informativum contra eos fecit, quem tamen postea ad superiorem transmisit, nam cum injuria facta filiis, ipsimet patri facta videatur, ut per Clar. & Menoc. dicebatur, quod non poterat in ea causa se intromittere, & ut Judex ex privata causa offensus, ut pun-* 16
dualiter in istis terminis probat in dict. l. qui jurisdictioni, & in dict. l. lex Cornelia & specialius servit dict. l. Senatusconsulto, ff. de offic. præsid. hæc omnia comprobat Prato *resp.* 17. *numer.* 13. *cum seqq.*

Quod comprobatur, quia licèt acta per Judicem ante recusationem sustineantur, ut diximus, id tamen non procedit, quando suspicio ipso jure procedit, nam tunc etiam ante partis recusationem acta per eum gesta non valebunt, Rovitus *dict. prag.* 9. *de susp. official. num.* 2. Giurba *obs.* 68. *numer.* 18. 17

Ex quibus fuit injunctum officiali, qui ad fortificandum processum, & ad ducendum captos ad Regios carceres Barcinonæ erat nominatus, quòd processum informativum de novo faceret, testes per ordinarium receptos de novo examinaret. 18

Antedicta limitant, si offensus haberet condominos; nam possent hi, vel officialis ab eo deputatus judicare, 19

nec

nec cognitio ad ſuperiorem ſpectaret, niſi & ipſi ex aliis circunſtantiis forent ſuſpecti, Rolandus à Valle *conſil. 16. lib. 2.* Cabal. *reſol. 128. num. 5.* Canc. *var. 3. cap. 13. n. 179. & ſeq.* cum Alberto Bruno *conſil. 31.* ubi iſtos condominos non eſſe ſuſpectos à jure ait, ut eis juriſdictio auferatur in ea cauſa, ſed tantùm ex ſocietate cauſari ſuſpicionem, quæ parte non opponente, non tollat juriſdictionem.

20 Sic vidimus obſervatum in cauſa recurſus interpoſiti à ſententia facta per Aſſeſſorem Capituli Gerunden. Baronis de Lloret, qui cognovit de injuria verbali facta in eodem loco de Lloret, Antonio N. Canonico, & Præſentore Capituli per Franciſcum N. incolam dicti loci de Lloret die 8. Maii 1676. ref. Nobili Senatore Triſtany I. R. C. ſcriba Badia Nott. in qua fuerunt admiſſa in Regio Concilio uti valida procedimenta, & ſententia facta per dictum Aſſeſſorem contra dictum N. etſi irrogata eſſet injuria dicto Canonico, quia erat de corpore Capituli Baronis dicti loci, & aliàs eſſet probatum, quòd quilibet Canonicus, qui reperitur in dicto loco de Lloret, exercet in eo juriſdictionem ipſo jure, & ſine commiſſione dicti Capituli: ſed fuit revocata ſententia, quia licèt dictus recurrens fuiſſet condemnatus ad ſerviendum in arce de Roſas per tempus duorum annorum; quia non conſtabat eo modo, quo conſtare debebat de injuria præhabita: fuit tamen condemnatus, quòd banniretur à dicto loco, & termino per tempus ſex menſium.

21 Pariter fuit declaratum in Regio Senatu die vigeſima quarta menſis Martii ann. 1678. ſcriba mandati Don Antonio Reart, non procedere ſuſpiciones contra collegam noſtrum in cauſa criminali, quæ ducebatur in Regio Concilio, inſtante Syndico Capituli Barcinonæ contra Stephanum N. incolam Villæ de Sities, cujus Baro eſt Capitulum, licèt in Capitulo haberet patruum Capitularem; quia conſiderari non poterat intereſſe Capitularis ut ſinguli; unde eo ceſſante impeditus non erat conſanguineus Capitularis cauſam judicare, ex doctrina Fontan. *deciſ. 15. numer. 19.* qui loquitur in fortioribus terminis, quid quid dicat Rovitus *deciſ. 80. num. 1.* & ibi ejus Additionator Altimarus.

22 *In Conſtitutione 4. tit. de recuſatio*, &c. repelluntur à judicando patet, & ſocer in cauſis, in quibus filius, & gener ſunt advocati: idem diſponitur *in Conſtitutione 8. ejuſdem tit.* probat Dominus Don Chriſtoph. Creſpi de Valldaura *obſ. 9. num. 15.* & eſſe eas Conſtitutiones conformes juri communi, ait Fonta. *tom. 1. deciſ. 8. nu. 3.* ſed quòd repugnet juri comuni, tradit Cancer *var. 1. cap. 21. num. 49.* cum advocatus non tractet de proprio intereſſe, & ſic attento jure communi, quòd poſſit etiam pater eſſe judex in cauſa, in qua filius eſt advocatus, probat Xamm. *de effic. Iud. par. 1. quæſt. 12. numer. 130.* Ripoll *var. cap. 2. num. 264.*

23 *In Conſt. 9. ejudem tit.* diſponitur, quòd non poſſunt eſſe judices illius partis, cujus antea erant advocati tempore introductionis cauſæ, quæ eſt contraria juri communi, in quo diſponitur, quòd poſſunt eſſe judices ſui clientuli in cauſa, in qua non fuerunt advocati, nec aliàs conſulendo intervenerunt, Fonta. *dic. deciſ. 8. n. 14.*

24 Sic igitur dictæ Conſtitutiones intelligi debent ad litteram, & non ſunt extendendæ de caſu ad caſum, ob juris reſiſtentiam, Ramon *conſil. 17. numer. 16. & ſeq.* Maſcardus *de interp. ſtatut. concluſ. 4. num. 51.* Andreol. *cont. 63. nu. 8.* Cardinal Luca *in theat. verit. tom. 6. tit. de dote. diſp. 109. num. 4.* Rota apud Merlin. *deciſ. 390. n. 12. & deciſ. 554. nu. 3* apud Bichium *tom. 2. deciſ. 319. n. 31. & deciſ. 333. num. 11. par. 11. recent* Conciol. *alleg. forenſ. 30. num. 53 & alleg. 48. numer. 55. & in ſtatut. Eugubii in prælud. nu. 125.* Caſtagna *de beneficio ageat, q. 7. n. 68.*

25 Quare rectè in cauſa ſuſpicionum, de qua Fontanella *dict. deciſ. 8. nu 15. ver. Contrarium declaravit*, juxta litteram *dictæ Conſt. 9.* in ſuſpicione egregii Senatoris Nob. Joannis Magarola, qui fuit repulſus à cauſa Capituli Vicenſ. eò quia tempore introductionis illius erat advocatus Capituli, licèt conſtaret non fuiſſe Advocatum, nec conſultum in ea cauſa.

26 Prout juridicè judicavit Regium Concilium in cauſa criminali Stephani N. agricolæ Villæ de Sities die 24. Martii 1678. ſcriba mandati Don Antonio Reart, repellendo ſuſpiciones alterius collegæ noſtri, qui licèt haberet filium advocatum Capituli Barcinonæ partis inſtantis in dicta cauſa criminali, non tamen fuit advocatus, nec conſultus in dicta cauſa; fuit tamen ex officio, juxta tradita *in dicta Conſtit. 9.* delatum in Regio Concilio juramentum dicto advocato, ut eo mediante affirmaret ſe interveniſſe conſulendo, nec aliàs, in dicta cauſa.

DECISIO LXX.

ARGUMENTUM.

Infames, vel criminoſi ad novos honores aſcendere non debent, latè fundatur; & præterea expenditur, an eligens indignum privetur facultate iterum eligendi, ut poſſit ad ſuperiorem devolvi electio, ad quem ut deferatur, an requiratur, quòd tota electio de indignis dolosè, & ſcienter fit facta an verò ſufficiat unum ex electis eſſe indignum, reſolvitur cum deciſione Senatus.

SUMMARIUM.

1 *Infamibus portæ dignitatum patere non debent.*
2 *Infamis licèt formaliter ſit homo, moraliter tamen eſt falſus homo.*
3 *Carcerati non habent vocem activam, & paſſivam in electionibus Univerſitatum.*
4 *Infamis à teſtimonio ferendo repellitur.*
5 *Infamis arcetur à dignitate Eccleſiaſtica, ab Ordinum ſuſceptione, & à Beneficiis Eccleſiaſticis.*
6 *Incurritur infamia pluribus modis, qui explicantur.*
7 *Non ſolùm in caſibus, quibus incurritur infamia, privatur impeditus aſcendere novos honores; ſed etiam generaliter.*
8 *Accuſatus, ſeu inquiſitus de aliquo crimine, pendente accuſatione, vel inquiſitione, non debet ad novos honores, ſeu officia promoveri.*
9 *Ad huc pendente appellatione à ſententia à abſolutoria, ubi an aſſecutiò novi honoris convaleſcat per ſententiam ſuperuenientem abſolutoriam.*
10 *Criminoſus in Iudicem eligi non poteſt, ubi ratio aſſignatur.*
11 *Qui crimen habent, non poſſunt in Epiſcopos, vel Archiepiſcopos eligi, nec ad Ordines promoveri.*
12 *Nec ad beneficia Eccleſiaſtica poteſt admitti ille, qui de aliquo crimine diffamatus, ſcandalum Populo præbere poteſt.*
13 *Nec in Religionem admitti poteſt criminoſus, ubi an profeſſio criminoſi annulletur.*
14 *Pendente proceſſu criminali contra aliquem pro mala adminiſtratione officii publici, quod geſſerat, aſpirare non poteſt ad aliud, vel ad ſimile.*
15 *Durante tempore relegationis, vel ſimilis condemnationis temporalis, non poteſt condemnatus eligi ad honores.*
16 *Pendente judicio viſitationis, vel Syndicatus, inquiſitus ad honores, vel officia promoveri non debet.*
17 *Criminoſus repellitur à teſtificando.*
18 *Limitatur principalis concluſio, quando Judex imoratur in formanda inquiſitione, quod declaratur.*
19 *Item ſi fuerit inquiſitus de crimine levi.*
20 *Nec tunc teſtis criminoſus repellitur à teſtificando.*
21 *Ut inquiſitus non poſſit promoveri ad honores, requiritur, quod conſtet contra inquiſitum, vel accuſatum de aliquo ſubſtantiali ex informatione Curiæ, nam nõ inquiſitio, ſed inquiſitionis probatio attẽdi debet.*
22 *Accuſatus ad honores promovetur, ſi conſtet accuſationem proponi per fraudem, vel calumniam.*
23 *Probatio plena requiritur, quando agitur ad effectum pœnæ formalis privationis Beneficii jam obtenti, & numer. 24.*
25 *Deciſio Senatus.*
26 *Alia deciſio Senatus.*
27 *Deciſio alia.*
28 *Alia deciſio.*
29 *Extractus ante ingreſſum habet jus ad rem, ratione qualitatis pendentis à ſorte, & num. 33.*
30 *Leges præſumunt quemlibet eſſe bonum.*

31 *Ex-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

31 *Exceptiones, quæ reddunt aliquem incapacem officiorum, sunt priùs cognoscendæ.*

32 *Infamia facti notatus, prohibetur adipisci Beneficia Ecclesiastica, ea verò, quæ possidet, non amittit, infamia verò juris aufert obtenta; desideratur tamen sententia privationis.*

34 *In crimine hæresis ad infamiam contrahendam, necesse non est, quòd interveniat sententia.*

35 *Habens potestatem eligendi, ignoranter eligens indignum, potest iterum eligere, & electionem de digno facere.*

36 *Judex, qui nulliter judicat, non privatur iterum facultate judicandi.*

37 *In dubio quis præsumitur, ignoranter fecisse electionem de indigno.*

38 *Eligens scienter indignum privatur pro ea vice facultate eligendi, quod declaratur.*

39 *Patronus præsentans scienter indignum, privatur pro illa vice iterum facultate præsentandi.*

40 *Ignoranter verò præsentans, illa facultate non privatur.*

41 *Valet argumentum de Beneficiis Ecclesiasticis ad officia sæcularia.*

42 *Decisio Senatus, & n.* 43.

44 *Quoties Superiori devolvitur facultas eligendi, tenetur eligere personam de eodem oppido, & n.* 45.

46 *Controvertitur, an casu quo electio est facta scienter de indigno, ut ad Superiorem devolvatur, requiratur, quòd tota electio sit facta de indignis, vel quòd unus tantùm sit indignus; & sufficere unum esse indignum probatur cum Senatu, & numer.* 47. *&* 48.

49 *Regula* utile per inutile non vitiatur *explicatur, & num.* 53. 54. *&* 55.

50 *Tot sunt electiones, quot sunt personæ electæ.*

51 *Per electionem quæritur jus electo.*

52 *Aliorum contemptus, & hominum dissentio debent evitari.*

56 *Assignatur ratio, cur eligens scienter indignum, privetur illa vice facultate iterum eligendi, usque ad num.* 58.

59 *Indignitas qualis debet considerari, ut privetur eligens facultate eligendi.*

1 INFAMIBUS portæ dignitatum patere non debent, quia infamia, qua notantur, eos ab omni honore expellit *cap. infamibus de reg. jur. in* 6. *cap. inter dilectos de excess. Prælat. l.* 2. *C. de dignit. lib.* 12. Molin. *de hisp. primog. lib.* 1 *cap.* 13. *num.* 8. Mastril. *de Magist. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 447. *& lib.* 4. *cap.* 10. *numer.* 27. Cabal. *resol. crim. cent.* 2. *cas.* 172. *à num.* 10. *cum seqq.* Regens à Ponte *de pot. Proreg. tit.* 1. *§* 2. *n.* 4. Tapia *dec. Ital.* 17. *n.* 7. Gonzalez Tellez *l.* 5. *decr. tit.* 1. *de accusat. c. Omnipotens* 4. *n.* 6.

2 Nam ut eruditè notat Lucas de Penna *in l. infames, C. de infamibus, lib.* 10. licèt infamis sit formaliter homo, moraliter tamen est falsus homo; quia infamia, quæ latitat, reddit eum turpem in interno; quale est pulchrum pomum, delectabile visu, intrinsecus tamen putridum, & stomachabile, juxta illud Lucian. *in serm. contra ind. longa libror. serie tumentem*, dum ait: *Infames, & alii quos turpi nota affectos noscimus uti pomum colore placidum, sapore verò pessimum, sunt.* quæ omnia recitat Rodoer. ad Marin. *quotidian. resol. libr.* 1. *c.* 182. *n.* 1. *& seqq.*

3 Ideo carcerati non habent vocem activam, & passivam in electionibus Universitatum, Caput. *de regim. Reipubl. cap.* 3. *n.* 76. pro delicto quod infamiam irroget, ut credit noster Romaguera ad Conciol. *in addit. super statut. Eugubii lib.* 1. *rubr.* 16. *num.* 15. generaliter loquitur Otero *de official. cap.* 8. *num.* 29.

4 Præterea infamis à testimonio ferendo repellitur, ut pluribus citatis probat Rodoer. ad Marin. *quot. resol. cap.* 182. *lib.* 1. *num.* 4. *& seq.* (ubi rem declarat) Majorana *in opop. crim. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 77. Romaguera ad Conciol. *in statut. Eugubii lib.* 1. *rub.* 16. *num.* 15.

5 Arcetur infamis à dignitate Ecclesiastica, ab Ordinum susceptione, & à Beneficiis Ecclesiasticis, Rodoer. *dict. cap.* 182. *num.* 6. Cardin. Luca *libr.* 12. *de Benefic. discur.* 75. *num.* 14.

6 Incurritur infamia pluribus modis, & omissâ distinctione inter infamiam juris, & facti; innumeræ sunt infamium species, utpote inquisitus de homicidio, & de reiteratis criminibus, Fures, Raptores, Malefici, Sacrilegi, Sortilegi, Venefici, Adulteri, Incestuosi, Periuri, Simoniaci, Sodomitæ, Usurarii, Duellantes, Hæretici, eorumque Fautores, Calumniatores, Lenones, Buffones, Publici saltatores, Histriones, Comædias publicè repræsentantes, Carnifices, Birruarii, Proditores, Apostatæ, Meretrices, publicè fustigatus, publicè pœnitentes propter hæreticam pravitatem, condemnati pro furto, vel pro alio quocumque famoso crimine, Falsarii, & omnes qui pro delicto aliquo fuerunt ad remigandum damnati, latè Rodoer. ad Marin. *libr.* 1. *quotid. resol. d. cap.* 182. *num.* 7. (ubi *numer.* 8. probat, quòd nullam præbet infamiam tortura, quæ ad eruendam veritatem infertur) etiam publico judicio damnati ob carmen famosum, vel ob vitæ turpitudinem, Gonzalez Tellez *in cap. testimonium* 54. *de testibus lib.* 2. *decret. num.* 8.

Non solùm in casibus, quibus incurritur infamia, 7
privatur impetitus ascendere novos honores, sed etiam (cum limitationibus tamen infra scriptis) generaliter impeditur criminosus novos honores assequi, ut probat Gonzalez Tellez *ad lib.* 5 *decret. cap. Omnipotens* 4. *de accusat. num.* 6. *&* 7. (etsi contrarium dicat Thoro *tom.* 1. *vote* 100 *num.* 79.) Fagnanus *ibidem n.* 12.

Hinc communiter dicitur, quòd accusatus, seu inqui- 8
situs de aliquo crimine, pendente accusatione, vel inquisitione, non debet ad novos honores, seu officia promoveri, *l. reus delatus, ff. de muner. & honor.* ubi Marcianus scribit, ibi: *Reus delatus, etiam ante sententiam, honores petere prohibetur:* in quo concordat *cap. omnipotens, de accusat.* ibi: *Valdè grave est, ut vir, de quo talia, & tanta nuntiantur (cum ante requiri, & discuti debeant) honoretur*, cujus Textus decisione corrigitur, quod Ulpianus decrevit *in l. rescripto, §. si quis accusatorem non habeat, ab honoribus prohiberi non debeat, quemadmodum necis, cujus accusator destiterit:* nam etiam ille, qui accusatore caret, ad dignitates promoveri non debet, si tamen aut denuntiatus fuerit, aut contra ipsum inquiratur: gravata est enim ejus opinio, ut interim non debeat promoveri, ut inquit *glos. in dict. capit. omnipotens*, ponderando verbum Textus *nuntiantur*, & alt ibi: *Sic ad ultimam partem tit. pertinet, cum etiam aliquis accusatur, aut denuntiatur, aut etiam inquiritur*, & conclusionem supra jactam cum his, & aliis juribus comprobat Carol. Tap. *decis. Ital.* 17. *num.* 1. *cum duobus seqq. & per tot. decis.* Aponte *de potestate Proreg. tit.* 3. *§* 5. *n.* 3 Cavedo *decis.* 84. *n.* 18. *to.* 2. Mastril. *de Magistr. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 53. *& ca.* 9. *à n.* 9. Cabal. *resol. crim. casu* 121. Xammar *de privileg. Civitatis Barcinonæ*, §. 22. *num.* 79. *cum seqq.* Font. *de pactis* 1. *claus.* 4 *glos.* 10. *par.* 1. *à n.* 55. Buccaron. *de differen. inter. &c. differ.* 128. *n.* 16. Matthæu *de regi. Regni Valent. tom.* 1. *cap.* 4. §. 8. *n.* 26. Ricci: *par.* 8 *collect.* 3833. Thoro *par.* 3. *sec.* 1. *verb. inquisitus an pendente. fol.* 553. *& tom.* 1. *vot.* 100 (ubi *nu.* 61. *&* 73. tunc propriè reum delatum, seu accusatum dici scribit, quando ejus nomen inter alios reos est receptum) Velasco *de judic. perfecto rubr.* 7. *annot.* 3. *n.* 14. Fagnanus *in* 1. *part. decretal. lib.* 1. *cap. bonæ memoriæ de postul. prælat. n.* 72. *& lib.* 5. *cap.* 10. *de accusat.* Escobar *de purit. quæst.* 9. §. 2. *de testibus de visu n.* 26. *par.* 1. Altim. ad Rovit. *decis.* 62. *n.* 1. *ver. ampliatur.* Cardinal. Luca *de Benef. libr.* 12. *disc.* 70. *&* 71.

Ampliatur præsens assertio, pendente appellatione 9
à sententia absolutoria, quia per appellationem suspenditur pronuntiatio, nec adhuc censetur reus absolutus per eam sententiam, sicut nec condemnatus, *l.* 1. §. *ult ff. ad Turpil. l.* 2. §. *fin. ff. de pœnis*, latè probat Gonzalez Tellez *ad d. cap. Omnipotens* 4. *de accusat. num.* 8. ubi *num.* 9. etiam docet, quòd assecutio novi honoris, quæ nulla fuerat à principio, non convalescit, quantumcumque postea per diffinitivam inquisitus absolvatur, & declarat Fagnanus *ad dict. cap.* 10. *n.* 18. *cum seqq.*

Sic pariter criminosus in Judicem eligi non potest, 10
Velasc. *de Judic. perfecto rub.* 7. *annot.* 3. *num.* 14. nam ut optimè scribit Cassiod. *lib.* 12. *Epistol.* 2. ibi: *Sit in nobis frons libera, ut possimus aliorum emendare peccata: æquat crimen omne, quod inquinat; & ideò dissimilis ab accusato debet esse, qui judicat*, & P. Scribanus *in polit. lib.* 2. *cap.* 27. ubi de virtutibus eorum qui à Principe in Concilium sunt eligendi ait: *Amovebit verò, quotquot corrupti mores, impurior vita, fraus, & dolus occuparunt, quos rei familiaris angustia oppressit, nec permittet in senatorio portu naufragos hos conquiescere,*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

quos alieno magis patrocinio, quàm vitæ innocentiæ innitì senserit.

11 Sic qui crimen habent, non possunt in Archiepiscopos, aut Episcopos eligi, *cap. Catinensis 61. distinct.* cum Barbosa docet Pegas *de competent. inter Archiepisc. part. 1. cap. 15 num. 2.* nec ad Ordines promoveri, *cap. tantis 81. distinct.* Gonzalez Tellez *ad cap. 4. de accusat. n. 8.* Fagnanus *ibidem num. 3.*

12 Nec ad beneficia Ecclesiastica admitti potest ille, qui de aliquo crimine diffamatus, scandalum populo præbere potest, *cap. Omnipotens 4. de accusationibus, ad text. in cap. secundò, & cap. penult. ac finali de purgatione Canonica, cap. tantis Daniel. 81. distinct.* Panormitanus Abbas *in capit. 1. numer. 8. de elect.* Calderin. *cons. 9. de probat. cum concord.* per Lotter *lib. 2. quæst. 31. num. 146. cum seqq.* benè ad rem Rota apud Comitulum *decis. 119. num. 3, decis. 77. & 210. post secundum volumen cons. Farinac. in Sabinen. concursus* coram Sacrato apud Marches. *de commiss. par. 1. fol. 291.* quod allegat Cardinalis Luca *lib. 12. de Beneficiis cap. 70. num. 3.*

13 Neque in Religionem admitti potest criminosus, ex Bulla Sixti Quinti, quæ irritat etiam professionem; quod tamen Clemens Octavus reformavit quoad eam partem, quæ professionem annullat, ut doctissimè ponderat noviter cum Sanches, Portel, Peyrin, Lezana, Garcia, Mendo. Barbosa, Carleval. Bordono. Pegas *de comp. inter Archiepisc. par. 1. d. c. 16. n. 3. & 4.* Escano *propug. Relig. Sancti Joannis discep. 3. cap 7.*

14 Eodem fundamento docent DD. quòd pendente processu criminali contra aliquem pro mala administratione officii publici quod gesserat, aspirare non potest ad aliud, vel ad simile, Cabal. *cent. 2. d. resol. 121.* Altimarus ad Rovit. *decis. 62. num. 1. ver. ampliatur*, & infra cum Senatu.

15 Sic etiam durante tempore relegationis, vel similis condemnationis temporalis, non potest condemnatus eligi ad honores, Cabal. *dict. resol. 121. in fine*, Mastril. *de Magist. lib. 2. c. 9. n. 20.*

16 Et pendente judicio visitationis, vel Syndicatus inquisitus ad honores, vel alia officia promoveri non debeat, Carol. Tapia *decis. Ital. 17. num. 1. cum seqq.* qui ad id ponderat *l. 1. C. de re postul. lib. 10* ubi inquit Imperator, ibi: *Reos criminis postulatos novos honores appetere non debere, antequam purgarint innocentiam suam, & à me sæpe rescriptum est: l. libertus, §. in quæstionibus. ff. ad municipal.* ubi Papinianus respondit, *in quæstionibus nominatos capitalium criminum, ad novos honores ante causam finitam admitti non oportet, cæterum dignitatem pristinam interim retinent, l. Lucius §. idem respondi, si per accusatorem d. tit. ad municipal.* ubi Paulus scribit. *Idem respondi, si per accusatorem criminum capitalium non stetisset, quominus crimen intra statutum tempus persequeretur, reum non debuisse medio tempore honorem appetere*; & probant alia jura supra allegata.

17 Rursus etiam Accusatus, Inquisitus, seu denuntiatus, pendente accusatione, inquisitione, seu denuntiatione, repellitur à testificando, *ad text. in l. in testimonio 20. ff. de test. & in cap. si testes 4 qu. 3. c. fin.* & ibi DD. *ead tit. de test.* Farinac *in prax. quæst. 36. n. 167. & seqq. & consil. 39. n. 5. l. 1.* Carena *de offic. Sancti Inquisit. p. 3. tit. 5. n. 46.* & cum limitationibus prosequitur cum Farinacio citato Conciol. *resol. crim. ver. testis quoad personas, resol. 11. tota, & per tex. in cap. testimonium ejus 54. de testibus* latè Gonzalez Tellez, *& in cap. 4. de accusat. n. 8.* Balboa *cap. 1. de excep. num. 80* Fagnanus *ad c. 4. de accusat. n. 7.*

18 Limitatur principalis conclusio. Primò si Judex inquisitionis multùm immoretur in formanda inquisitione; nam poterit inquisitus pendente judicio inquisitionis, aut visitationis, ad officia promoveri, ut fuit decisum in San. C. Italiæ quando transactum erat biennium à die quo fuerat injunctum Proregi, ut inquisitionem formaret, recitat Tapia *d. c. Ital. 17.* quod comprobat ex supra citatis Juribus *in d. l. reus delatus, ff. ad municipal. l. Lucius Titius, §. idem respondi si per accusatorem, ff. eod.* & sequitur Thoro *in compend decis. part. 3. ver. Inquisitus, an pendente, pag. 553.* Matthæu. *de regim. Reg. Valent. cap. 4. §. 8. num. 30. & seqq.* ubi tradit Judicatum. Hanc tamen limitationem juxta praxim hodiernam locum non habere probat Gonzalez Tellez *ad c. Omnipotens 4. de accusat. numer. 10.* & probant apud nos exemplaria infrascripta.

19 Secundò limitatur, si quis fuerit inquisitus de crimine levi; nam is inhabilis non iudicatur ad obtinendum honores, & officia, punctim Altimarus ad Rovit. *decis. 62. num. 1. ver. ampliatur*, & delicta gravia expostulari, probat Gonzalez Tellez *per text. in c Omnipotens 4. de accusat. num. 10.* per illa textus verba, ibi: *De quo tanta, & talia*, & per alia iura quæ ibi allegat Fagnanus *ad d. c. 4. num. 17.* (ubi dinumerat delicta gravia) & ex his, quæ tradit Font. *tom. 1. claus. 4 glos. 10. part. 1. num. 58.* ubi ait quòd ut delictum dicatur grave, & magnum, vel parvum, remittitur arbitrio iudicis, & sequitur Mastril *de Magistrat. lib. 2. c. 9. n. 33. & seqq.*

Sic etiam licèt testis criminosus repellatur à testificando; limitatur tamen in accusato, seu inquisito pro delicto gravi, secùs pro delicto levi, Mascardus *de probat. concl. 27, num. 2.* Farinac. *in prax. quæst. 56. nu. 174.* Conciol *resol. crim. ver. Testis quoad personas, ref. 11. n. 4.* 20

Tertiò, si contra inquisitum, vel accusatum non constet de aliquo substantiali ex informatione Curiæ, Novar. *quæst. forens. par 1 quæst. 129.* Reg. Matthæu *de re. gi. Reg. Valen. cap. 4. §. 8 numer. 29.* atque ita si innocentia inquisiti fuerit notoria, poterit ad dignitatem eligi, Faria ad Covar. *var. lib. 1. cap. 16. num. 11.* non enim sola inquisitio, vel potiùs titulus inquisitionis attendendus est, sed inquisitionis probatio; quia multa improperantur, quæ postea delentur, *l. furti, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* nec qui accusatur, sed qui convincitur, reus est, *cap. nonne 8. quæst 4.* benè Rovitus *prag. 1. de custod. reor. num. 4. & 5.* irruens contra Judices, qui ad solam tituli criminis ostensionem contra inquisitos procedunt. Prato *discep. forens. tom. 2. capit. 50. num. 45. & respons. 26. num. 31. cum plurib. seqq.* 21

Inde est certum, accusatum posse ad honores promoveri, quando ex coniecturis constat accusationem proponi, & reum deferri per fraudem, & calumniam, ut is honores, & dignitates assequi non valeat; tunc enim perinde, ac si nulla penderet accusatio, admittendus est, *l. qui de libertate 29. vers. Qui verò, ff. de liberali causa*, probat plenè Gonzalez Tellez *in d. cap. Omnipotens 4. de accusat. num. 10. in fin.* 22

Quin obstet illud, quod scribit Cardinalis Luca *de beneficiis lib. 12. discurs. 76. numer. 5.* quòd concludens, & perfecta criminis probatio requiritur, quando agitur ad effectum pœnæ formalis privationis beneficii iam obtenti, ac iuris validè, & perfectè quæsiti; secùs autem ad repellendum à iure quærendo, & sic à beneficii assecutione; quoniam tunc omnino verius est, solam diffamationem de facto sufficere, ex qua resultet scandalum populo, sive quædam diminutio existimationis, ac benemerentiæ, à quibus non discedit Thoro *tom. 1. vot. 100. fere per tot.* Fagnanus *ad dict. cap. 4. de accusat. numer. 10.* 23

Quia respondetur, quòd magis secura opinio est, in honoribus sæcularibus, ut debeat constare de aliquo substantiali ex informatione Curiæ ad evitandum calumniantium fraudes, ut criminosus pendente inquisitione, ad honores non possit promoveri, quam supra probavimus: existimo tamen, quod concludens, & perfecta debet esse probatio ad privandum, & inhabilitandum insaculatum à bursis officiorum, & censeo sic fuisse iudicatum in exemplari, quod infra recitatur *n 26.* 24

Divi Andreæ festo anni 1657. cum Hieronymus N. chirurgus, inquisitus ad partis instantiam de uxoricidio, extractus sorte in consulem quintum Civitatis Barcinonæ fuisset, & à Centumvirali Concilio ejusdem admissus, fuit per Excellentissimum Dominum Locumtenentem Generalem mandatum præfatis Consiliariis, quòd alium in locum dicti N. consulem extraherent, insequendo conclusionem Trium Aularum factam 16. Decembris 1657. & ita fuit exequutum, extractusque in illius locum N. aromatarius. 25

Die 22. Januar. 1659 in R. Concilio in facto propositionis factæ per Magnificum Regentem Cancellariam pariter fuit resolutum Josephum N. Villæ de Vilafranca de Panadès, extractum sorte pro terna suæ Excellentiæ proposita ad officium Bajuli dictæ Villæ, non posse promoveri ad officium, non obstante, quòd sua Excellentia illum elegerat, & in sui favorem privilegium firmaverat; fuit inquisitus de participatione homicidii cujusdam, gravatus indicio famæ non benè probatæ, & alio remoto, sociationis delinquentium multò post commissum homicidium, scilicet quinque diebus, & delinquentes palam, & publicè deambulabant. quapro-

pter

pter associatio parùm aut nihil contra illum faciebat. Ex libro conclusionum crim. sequentem transcripsi.

26 *Die 20 Novembris 1592. in facto supplicationis oblatæ per F. P. R. C. facta relatione per Puig. fuit conclusum, quod pro nunc, & donec aliter fit provisum, mandetur Consiliariis præsentis Civitatis, & Concilio ejusdem; & aliis ad quos spectet, quòd si Petrus N. Julianus, N. & alii quorum aliqui in Regiis carceribus sunt capti, aliqui ejecti à pace, & treuga cæteri verò banniti, non sunt imbursati in bursis officiorum præsentis Civitatis, nullatenus imbursentur, & si imbursati sint, & fortè ad officia consiliariorum, seu aliorum officiorum præsentis Civitatis extrahantur; nullatenus admittantur, sed penitus repellantur tanquam inhabiles, & incapaces ad dignitates, & honores, & ad officia publica: & pro his fiant mandata opportuna, juxta Curiæ stylum.*

27 *Sic die 12. Junii 1686. in facto propositionis factæ per Nob. Reg. Cancellariam super extractione cujusdam personæ ad officium Procuratoris primi Civitatis Dertusen. cui per Syndicum illius Civitatis opposita fuit exceptio, prætendendo non posse ad officium exercendum admitti, eò quia idem officium antea obtinens, ejus occasione, præcedente promissione, & petitione judiciali, & non sponte, accepit quædam donaria ab Arendatariis Civitatis, de cujus ordine arrendamentum confecerat, fuit conclusum, ad novam extractionem esse procedendum, & quòd novitèr extractus, si sentiret se gravatum, recurreret ad Judicem competentem.*

28 Die Julii 23. anni 1686. iniunctum, fuit, cum mandato in forma Cancellariæ expedito, Deputatis, & Auditoribus Computorum Generalis Cathaloniæ, habitâ deliberatione Regiæ Audientiæ junctis Tribus Aulis, ut inculpatum de delicto gravi infamiam irrogante (contra quem fuit processum ad instantiam partis, & fuerat facta provisio capturæ) extractum in Deputatum Militarem, non admitterent in exercitium, nec juramentum; imò inconsentienti novam facerent extractionem Deputati Militaris, præcedente extractione habilitatorum. Postea non obstante, quòd pars instans destitit; quia idem inquisitus noviter repertus fuit culpabilis delicto gravi plenè probato in processu Regaliæ, cum resolutione Regiæ Audientiæ junctis tribus Aulis, fuit ordinatum dictis Deputatis, & Auditoribus die 25. Julii 1686. quatenus primum mandatum exequerentur, & nullatenus permitterent dicto reo, ut concurreret in nova extractione.

29 In primo exemplari poterat obiici, quòd extractus ante ingressum habuit jus ad rem, ratione qualitatis pendentis à sorte, Urrutigoyti *var. resol. cap. 41. num. 22.* (ubi de excommunicato, qui licet sit inhabilis ad officia sæcularia habentia jurisdictionem annexam, non tamen est inhabilis, quando est extractus ad officium, quod à sorte pendebat, ex quo novus titulus non confertur, nec erigitur) Reg. Matthæu *de regi. Reg. Valent. cap. 4. §. 9. num. 7.* asserens, quòd insaculati habent jus quæsitum ex insaculatione ad sortem, cum à Principe electi sint ad concursus nam insaculatio verè electio est, ut tradit Leo *dec. 49. num. 3.* Et sic non poterat inhabilitari, nisi post sententiam.

30 Quod rationabiliter id fieri videtur; quia leges uti habentes animum ingenuum, non solùm, præsumunt quemlibet esse bonum, & bonæ famæ; verum id etiam admittunt, licèt qui's jam sit accusatus vel inquisitus; quia non statim quo quis est accusatus, vel inquisitus præsumitur culpabilis, ut ratiocinatur *cap. Nonne 1. 8. quæst. 4 cap. fin. 15. quæst. ult.* ibi: *Non statim quo accusatur, reus est; sed qui convincitur criminosus.* Baldus *consil. 210. num. 1. in fin. lib. 2.* Nam Cato Romanus, quadragiès, & sex, fuit accusatus criminaliter in Senatu Romano, quadragiès, & sex, non sine maxima ejus gloria absolutus plenariè fuit, probat Rubeus *de validit. legal. cap. 1. nu. 18. & seqq.* & nos latiùs suo loco.

31 Ideò dicitur, quòd delictorum exceptiones, quæ reddunt aliquem incapacem officiorum, priùs sunt cognoscendæ, ut probat Franc. Anton Tranchedinus *consult. 23. num. 53.*

32 Pariter infamia facti notatur, quamvis prohibeatur adipisci beneficia Ecclesiastica; ea quæ possidet tempore, quo illam incurrit, non amittit, Garcia *de benef. par. 7. cap. 8. n. 33. & seq.* Et licet infamia juris auferat obtenta, Loterius *de re benef. lib. 3. quæst. 33. ex num. 59.* ait tamen, quod desideratur sententia privationis, Faria ad Covar. *lib. 2. cap. 8. num. 59.*

Nam obiici respondetur, quòd licèt insaculatus ad honores, seu officia habeat jus ad sortem, vel ad concursum, id est jus ad rem, attamen tantùm jus in re habere incipit ex ipsa extractione, cujus officii, vel novi honoris ingressui, vel exercitio præstant impedimenta crimina, de quibus extractus impeditur, nec requiritur declaratoria criminum, nam sufficit, ut de aliquo substantialiter informatione Curiæ contra inquisitum constet, ut supra probatur. 33

Prout etiam in crimine hæresis ad infamiam contrahendam, necesse non est, quòd interveniat sententia, ut ex veriori cum Peña, Castro, Gregor. Farinac. P. Thom. Sanc. probat Escobar *de puritat. par. 1. qu. 9. §. 2. n. 23. & seqq.* ubi *n. 26.* id comprobat, asserens, indubitatum esse jure canonico, ex solo crimine irrogari infamiam, & ab omni honoris consequutione criminosum repellendum. 34

Procul dubio in secundo exemplari, vel fuit facta nominatio de uno ex propositis in terna, qui habiles reperiebantur, ut infra probatur; vel injunctum fuit Universitati Villæ Franchæ Pœniten. quatenus alium forte extraheret pro terna Bajuli proponenda Excellentissimo Domino Locumtenenti Generali, in locum alterius ex terna impediti: ita evenit in casu quo eliguntur pro terna officii, & alter ex propositis impeditus reperitur, nam tunc nova non fit electio ternæ, sed tantùm eligitur alter in locum impediti, quando ignoranter eligens indignum proposuit; quia quando eligendi potestatem habens, ignoranter eligit indignum, facultate eligendi non privatur, sed potest iterum eligere, & electionem de digno facere, ut probat expressè *tex. in cap. si electio de electione in 6.* ubi disponitur, quòd si electio facta non fortita fuit effectum, ex eò, quod electus ei consentire noluit, aut post consensum juri suo renuntiavit, aut mortuus est, aut electio ipsa propter electi vitium irrita declarata fuit: iterum electio ipsa fieri poterit, ad quam faciendam datur electoribus tempus integrum à die dissensus, renuntiationis, mortis, seu irritationis electionis, ac si nova electio contigisset, & comprobat Menoc. *de arbit. lib. 2. cent. 6. cas. 511. nu. 6* Molina *de Hisp. primog. lib 2. c. 4 nu 38.* & ibi Additionator de la Mota, Salgado *de supplicatione ad Sanctissimum par. 2. cap. 12. nu. 46.* Oterus *de officialibus cap. 5. num. 14.* Xam. *rer. judic. par. 2. def. 57 num. 3.* Riccius *in prax. resol. 441. à nu. 1.* Achil. de Gras. *decis. 282.* Font. *de pact. nup. claus. 4. glos. 10. par. 1. numer. 46.* Luca ad Gratian. *tom. 1. discep. forens. cap. 58. num. 4.* Nob. Senator Tristany cum Senatu *dec. 24. nu. 154.*

Sicut Judex, qui nulliter judicat, non privatur iterum facultate judicandi, *l. si ut proponis 2. C. quomodo, & quando Judex.* Menoc. *de arbit. quæst. 67. lib. 20. nu. 2.* Caldas Pereyra *de nominat. emphyt. tom. 3. cap. 5. n. 8. cum seqq.* Oterus *de offic. dic. cap. 5. num. 15.* Font. *de pactis 1. clau. 4 dict. glos. 10 par. 1. num. 48.* Tondutus *resol. civil. lib. 2 cap. 62 n. 29.* Xammar *rer. judic. d. par. 2. def. 57. nu. 3* Salgado *de supplic. ad Sanctiss. dict. par. 2. cap. 12. num. 46.* Luca ad Gratian. *tom. 1. discept. forens. dict. cap. 58. num. 4.* 36

Hæc procedunt in casu, quando non constat an scienter, vel ignoranter quis fecerit electionem de indigno; quia cum præsumatur electio indigni facta ignoranter, eligens non privatur facultate iterum eligendi, Font. *de pact. nup. par. 1. claus. 4. dict. glos. 10. num. 30.* Oterus *de officialib. dict. c. 5. num. 17.* Luca ad Gratian. *discep. forens. tom. 1. dict. c. 58. num. 4.* 37

Eligens verò scienter indignum privatur pro ea vice facultate eligendi, *c. cum in cunctis, §. ult. de elect.* & pro ea vice ad superiorem devoluitur eligendi facultas, *c. gratum de postul. præl. c. bonæ 2. eod tit. cap. quanto eod. tit. in 6.* Menoc *de arbit. cent. 6. cas. 511. num. 1. cum seqq.* Gras. *dec. 282. nu. 4* Molina *de Hisp. primog. lib. 2. d. c. 4. num. 39.* ubi Addit. la Mota, Barbosa *de potest. Episc. par. 3. alleg. 72. nu. 105. & lib. 1. vot. 4. dub. 5. num. 111.* Pet. Gregor. *syntag. jur. tom. 1. lib. 17. cap. 9. num. 5.* Font. *de pac. 1 clau. 4. glos. 10. par. 1. num. 41.* Xammar. *rer. judic. d. def. 57. num. 1.* Fagnanus *in 1. prim. decretal. c. bonæ memoriæ, de postul. prælat. n. 43.* (ubi ait, electionem seu nominationem debere esse perfectam, aliàs nominantes non privari potestate nominandi; etiamsi nominaverint indignum, *c. perpetuo de elect. lib. 6.*) Luca ad Gratian. *discep. forens. to. 1. dict. c. 58. n. 3. cum seqq.* (ubi differentiam statuit inter electionem nullam, & 38

electionem factam de indigno scienter, ut eligens nulliter possit iterum eligere; quia non fuit consumata electio per actum nullum; secus verò eligens sciens indignum, qui pro illa vice privatur eligendi facultate.) Oterus *de offic. d. cap. 5. num. 11.*

39 Hæc recepta sententia ampliatur in patrono præsentante scienter indignum, qui privatur facultate pro illa vice iterum præsentandi, Menoc. *de arbit. cent. 6. cas. 511. num. 1.* & licèt aliqui differentiam constituant inter patronum Ecclesiasticum, & laicum; attamen ab hac distinctione recedunt Veral. *decis. 293. par. 2.* Cævallos *com. lib. 2. quæst. 658. n. 4.* Mota ad Molinam *de Hisp. primog. lib. 2. c. 4. num. 39. ver. Hæc recepta.* Font. *de pac. nup. tom. 1. clau. 4. dict. glos. 10. par. 1. nu. 42.* Oterus *de offic. d. c. 5. num. 11.* Riccius *in prax. resol. 441. à num. 3* ubi etiam ponit exemplum in abutente privilegio, beneficio, vel liberalitate Principis vel domini, Xam. *rer jud. d. def. 57. n. 2*

40 Prout è contra ignoranter præsentans indignum, non privatur facultate iterum præsentandi, Craveta *consil. 63. num. fin.* Lambert. *de jur. patron lib. 2. par. 2. quæst. 7. art. 21. num. 6.* Xammar *rer. iudic. dict. def. 57. num. 6.*

41 Quæ ampliatio, licèt procedat in officiis Ecclesiasticis, eam etiam comprobant antedicti quoad electionem officiorum sæcularium; valet enim argumentum de beneficiis Ecclesiasticis ad officia sæcularia, ut pluribus citatis probat Font. *de pac. 1. clau. 4. dict. glos. 10. par. 1. numer 42.* Mota ad Molinam *de Hisp. primog. lib. 2. d. cap. 4 num. 3.* Oterus *de offic. dict. cap. 5. num. 11.* Capicius Galeota *resp. fisc. 12. num. 96. & seq.*

42 Hæc superiùs relata circa nominationes, & electiones officiorum sæcularium ferè omnia comprobavit noster Regius Senatus in causa Sydici Universitatis Villæ Palamosii ex una, & Procuratoris Generalis Illustrissimi Comitis Palamosii partibus ex alia, ad relationem egregii Senatoris Raphaelis Alzina, die 13. Martii 1596. actuario Joanne Colell, in qua declaratum extitit non licuisse Jacobo Alos Colom procuratori generali dicti Comitatus, spretis ternis, & nominatione trium personarum pro officio bajuli, & totidem pro officio Judicis per Universitatem factis, & eidem præsentatis: juxta privilegia eidem Universitati concessa, alium nominare in Bajulum, & alium in Judicem præter nominatos in dictis ternis; & ejus officio incumbebat, vel unum ex illis nominatis in dictis ternis, qui nullos patiebatur defectus, eligere, vel saltem monere juratos, ut alium in locum illius, qui inhabilis reperiebatur, pro dicto officio nominarent; licèt namque per dictum Procuratorem Generalem fuisset prætensum, ad eum jure devolutionis pertinere nominationes prædictas; propterea quòd in qualibet ex dictis ternis, sivè nominationibus reperiebatur unus nominatus, qui esset incapax, & inhabilis ad dictum officium; attamen fuit responsum, non constare nominationes prædictas ratione personarum inhabilium, scienter per dictos Juratos factas fuisse; imò erat præsumendum, quòd ignoranter factæ extiterunt, cum contra unum ex illis opponeretur, eum fuisse inquisitum de quodam delicto de quo non fuerat unquam remissus; & tamen constabat dictum inquisitum post dictam inquisitionem, & ea non obstante à pluribus annis, scientibus, videntibus, & tolerantibus officialibus illius loci, palam, & publicè in sua-propria domo, quam habebat in dicto loco, habitasse: contra alium verò alterius ternæ, quòd esset familiaris Sancti Officii, & sic incapax ad simile officium obtinendum, præsumendum erat hoc ab Universitate ignoratum fuisse, cum de ejus scientia, & notitia non appareret; & in viam juris electio per habentes potestatem eligendi, ignoranter, & sine dolo, & fraude facta de persona indigna, vel non habente qualitates requisitas, non efficitur nulla respectu aliarum personarum habilium, nec propterea pro ea vice censetur devoluta potestas omnimoda eligendi ad superiorem; hanc nostri Regii Senatus observantiam punctim notavit Font. *de pac. nup. tom. 1. clau. 4. glos. 10. par. 1. num. 54. ver. Hæc ferè.*

43 Ex qua Regia declaratione sequitur dicendum, quod casu, quo ab eligentibus ignoranter est facta electio in terna de persona indigna, superior, qui unum ex terna nominare in officium tenetur, potest vel unum ex aliis nominatis in terna, qui nullos patitur defectus, nominare, vel monere eligentes, ut in locum illius, qui inhabilis reperitur, pro dicto alterum eligant.

Prout etiam est certum, quòd quoties dominus, vel 44
Superior, ad quem devoluitur facultas eligendi in casu quo scienter, vel dolosè est facta electio de indigno, tenetur eligere personam de eodem oppido, quo eligentes nominare tenebantur ex vi subrogationis, Cavedo *dec. 52. n. 2.* Font. *de pac. 1. clau. 4. glos. 10. par. 1. num. 45.* Oterus *de offic. d. c. 5. num. 12.*

Undè quamvis irritetur electio in casu quo scienter ab 45
eligentibus est facta electio de inhabili, & ea devolvatur ad Superiorem, & propterea superior non teneatur alios, qui habiles reperiuntur, nominare in officium tanquam ab eligentibus nominatos; non privatur tamen Superior, quod alterum ex eisdem possit ad dictum officium nominare, tanquam unum ex oppido; licèt ad id non teneatur, uti ab eligentibus propositum, & nominatum.

Ad id controvertitur, an casu quo electio scienter, 46
vel dolosè est facta de indigno ut ad Superiorem devolvatur pro illa vice electio, requiratur, quòd tota electio sit facta de indignis, anuè sufficiat, quòd vnus tantùm indignus sit nominatus; in qua quæstione sufficere esse unum electum ex indignis, ut omnimoda electio ad Superiorem devolvatur, tenet Font. *tom. 1. clau. 4. glos. 10. par. 1. n. 53. & 54.* Cabedo *dec. 84. num. 7. & 15.*

Ita Senatus 13. Martii 1494. inter Syndicum Civita- 47
tis Gerundæ ex una, & N Conques ex alia, referente egregio Senatore May, de qua declaratione scribit Xammar *rer. judicat. part. 2. def. 57.* ubi cum Universitas ex Regio Privilegio haberet jus faciendi ternam pro quolibet officio obtinendo, & tres personas ad id nominasset, & prætenderet Fisci Regii procurator, duas ex illis tribus in terna positis inhabiles esse ad præfatum officium exercendum; ideoque totum jus eligendi ad dominum Regem devolutum fuisse, & liberè, & absolutè personam sibi benè visam posse eligere sine terna: decisum fuit nominationem ab Universitate factam esse nullam, quotiens scienter indignos eligit, & pro ea vice facultate nominandi, & eligendi privatam esse, jusque liberè eligendi, & providendi ad officium, jure devolutionis spectare ad Regiam Majestatem.

Contrarium tamen videtur tenere Oterus *de offic. d.* 48
c. 5. num. 20. & seqq. videlicet jure devolutionis ad Superiorem non devolvi electionem pro illa vice, qua eligentes nominant indignum, nisi ab his tota electio fuerit facta de indignis.

Fundamenta desumit primò ex regula *utile per inutile* 49
non vitiatur, l. 1. §. item quæritur, ff. de aqua quotidiana, & æstiva, l. Pædius 7. ff. de recep. arbit. l. quæstamento, ff. de excusat. tutor. c. turbat. 37. distinct. c. utile, & cap. non debet de reg. in 6. Gratianus *discep. forens. tom. 4. cap. 644. num. 2. & cap. 657. num. 9. cum seqq.* Castillo *controver. tom. 4. cap. 13. num. 13. & cap. 62. num. 24. cum seqq.* quos cum aliis allegat Barbosa *axiomat. 321.*

Secundò, quia in electione officialium quot sunt per- 50
sonæ electæ, tot sunt electiones, ad notata *in l. cohæredi, §. cum filia, ver. Nec fideicommisso, ff. de vulg. l. quoties C. de donat. quæ sub modo, l. unum ex familia, §. sed si quidem, ff. de legatis 2.* Molina *de Hisp. primog. lib. 4. cap. 11. nu. 48.* undè nil connexitatis habet una ab altera electione nec vnus alteri electo inferre valet præjudicium, *argum. l. etiam 30. § 1. ff. de minor.*

Tertiò, quia per electionem idem jus quæsitum fuit 51
electo, ac electori, cui electione facta inter vivos non licet variare, nec electionem revocare, *l. servi electione, ff. de leg. 1.* Molina *de Hisp. primog. lib. 2. cap. 4. num. 36. & num. 37.* & ibi la Mota, & Maldonado Addentes, Valenzuela *consil. 155. num. 20. vol. 2.* Novar. *quæst. foren. lib. 1. quæst. 44* Staybanus *lib. 1. resol. forens. cap. 46.* undè sic acerbum, & rigidum judicatur, ac si ex delicto alterius innocens puniretur: unusquisque namque tantùm tenetur de eo quod fecit, *l. fin. ff. ad leg. Cornel. de sicar.*

Denique quia ingens, & maximus circultus est, ob 52
in capacitatem unius omnem pervertere optionem, & factionibus, & quodammodò injuriis eorum, qui legitimè erant electi, daretur occasio, & maximus eorum est contemptus, & opprobrium, quæ omnia semper vitanda sunt, ut probat ex juribus quæ allegat dictus Oterus *de official. d. cap. 5. num. 22.*

Sed ex his quatuor rationibus ita excogitatis, non re- 53
cedere audemus à superiùs fundata, & canonizata resolutione, quòd in casu quo scienter, vel dolosè electio est facta de indigno, ut ad superiorem pro illa vice devoluatur electio, non requiritur quòd tota electio facta

sit

sit de indignis; sufficit namque, quod unus tantùm indignus sit nominatus.

53 Nec obstant argumenta contraria; non primum, quia regula illa, *utile per inutile non vitiatur* procedit in separabilibus, & in his quæ sunt divisibilia, *l. certi conditio*, §. 1. *ff. si certum petat. l.* 1. §. *similiter l.* 4. §. *si quis duplam*, *ff. de verb. obligat. l.* 3. §. *Trebatius*, *ff. de aqua quot. & æstiv. l.* 1. §. *publicani*, *ff. de pub. & vectig. l. sancimus* 5. *C. de donat.* Castillo *controver. lib.* 1. *de usuf. cap.* 7. *num.* 27. & *lib.* 5. *cap.* 100. *num.* 6. *cum seqq.* Duran. *decis.* 286. *nu.* 12. non verò procedit in connexis, & individuis, *l.* 1. §. *item quæritur*, *ff. de aqua quot. & æstiv. d. l.* 3. §. *Trebatius*, *ff. eod. l. græce*, §. *illud*, *ff. de fideiuss.* Gratian. *discep. foren. c.* 752. *n.* 62. (qui *num.* 68. ampliat etiam in rebus sua natura dividuis, partium tamen conventione individuis, vel quas partes individuas esse cogitaverunt) quæ omnia comprobat Barbosa *axiom.* 231. & *de univers. jure Ecclesiast. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 19.

54 Neque procedit illa regula, quando actus respectu formæ dici potest individuus, licèt respectu essentiæ sit dividuus; tunc namque utile per inutile vitiatur, Bartol. *in d. l. græce*, §. *illud*, *ff. de fidejus. per illum tex.* Font. *de pact. tom.* 1. *clau.* 4. *glos.* 10. *par.* 1. *num.* 53. *ver. verùm*, qui indè infert, quòd cum pro forma nominationis, illa debeat fieri de tribus personis habilibus, & capacibus, quia id satis clarè in Privilegiis, quæ conceduntur, exprimi solet; proinde nemo ambigere debet, quin uno existente inhabili, tota ipsa nominatio corruat; absque facultate ulteriùs pro ea vice nominandi: Hac ratione motus Ludovic. Ramon. *in consil.* 66. respondet, electionem contra formam statuti in triennium factam, nedum corruere, & nullam etiam respectu triennii esse, sed etiam & respectu cujuslibet alterius brevioris temporis, ac proinde nec in annum sustineri posse. Hæc Fontanella citatus.

55 Consideratur ulteriùs pro individuitate actus electionis, quòd electoribus, anteaquam suffragia præstent, defertur juramentum eligendi capaces, & idoneos, & juramentum electionem individuam facit, nam juramenti natura est, actum de se dividuum, & separabilem, individuum facere, Seraphin. *de juram. privileg.* 107. *nu.* 29. & aliis allegatis per Oterum *de offic. dict. c.* 5. *numer.* 19 *ver. Deinde.*

56 Pro solutione secundi, & omnium argumentorum in contrarium expensorum, prænotanda est differentia, & illius ratio quæ militat inter casum, quo ignoranter de indigno est facta electio, in quo electores non privantur facultate iterum eligendi capacem in locum inhabilis; & casum quo scienter, vel dolosè de indigno est facta electio, in quo electores pro illa vice privantur facultate iterum eligendi, quorum differentia fundatur in eo, nam in primo casu propter electi vitium irrita fit electio, ut dixit *tex. in c. si electio de election. lib.* 6. in secundo verò casu irrita, & nulla redditur electio propter vitium, & delictum electorum, qui non solùm privantur facultate iterum eligendi pro illa vice; sed debent etiam pro arbitrio ob delictum commissum puniri, ut tenent DD. supra citati, signanter Font. *de pact. nup. d. claus.* 4. *glos.* 10. *par.* 1. *num.* 44. Oterus *de offic. d. c. num.* 13. noviter his allegatis Franciscus Romaguera I. C. Gerun. in elaborata *addit. ad annotat.* Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 1. *rubr.* 6. *num.* 7. Undè sic in primo casu nil mirum, quòd electores, qui delictum non commiserunt, non priventur facultate iterum eligendi; & in secundo casu ob pœnam, & delictum, quod patrarunt; facultate iterum eligèdi priventur.

57 Quibus suppositis respondetur secundo argumento contrario, quod in casu quo scienter, vel dolosè fit de indigno ob vitium, & delictum electorum, nulla redditur illa electio, adeò ut electi ex defectu juris eligendi, nullum jus ex electione tanquam à radice infecta prætendere possint, & sic nullatenus dici potest tot esse electiones, quot sunt personæ electæ; quia nullæ fuerunt electiones. & nulliter fuerunt personæ electæ.

58 Et eisdem rationibus respondetur tertio, & ultimo argumento, nam delictum electorum infectat electionem, & æquè officit electis, non quod propter delictum electorum puniantur electi, sed quia delictum electorum annullat, & irritat electionem, adeò ut nullum jus virtute electionis nullius, dici valeat in electos translatum, nec in vim electionis illegitimæ, esse legitimè electos inferri possit.

Calderò Decis. Pars II.

Indignitas qualis debeat considerari in casibus supra controversis, & quomodò scientia, vel ignorantia indignitatis probetur, tradunt DD citati. 59

DECISIO LXXI.

ARGUMENTUM.

Explicantur casus, in quibus per Regium Concilium propter abusus in jurisdictione commissos per Barones tam Ecclesiasticos, quam sæculares, eorum sequestratur Jurisdictio: ubi de nominatione sequestratoris, ejus officio, & exercitio peragitur: cum formis procedendi ad providendum sequestrum, nominandi sequestratorem cum salario, & sequestra tollendi.

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictiones apud Principem, tanquam apud fontem sunt, à quo effluunt, & refluunt: sicut flumina ad mare.*

2 *Omnes inferiores ratione supremæ jurisdictionis sunt sub ditione, & Principis protectione, ad quem pertinet providere, ne delicta, & maleficia, quæ committuntur, ulteriùs committantur.*

3 *Jurisdictiones, quas Barones in suis Baroniis habèt, ab ipso Rege fluunt; & sic si Barones impiè circa jurisdictionis exercitium agant, poterit Rex ut suprema potestas tales Barones, & inferiores Dominos jurisdictione abutentes punire.*

4 *Tenetur Princeps ex officio vindicare gravamina, & oppressiones vassallorum, sub calore justitiæ à Baronibus illata.*

5 *Potest Rex Baronibus, qui iniustitiam faciunt, vel justitia abutuntur, privilegia tollere, & cassare.*

6 *In Cathalonia licèt confiscatio bonorum sit interdicta, nisi in criminibus hæresi, aut læsæ Majestatis in primo capite: attamen quando Barones abutuntur jurisdictione, Baroniæ eis non adimuntur irrevocabiliter, sed solùm sequestrantur, & revocabiliter privantur jurisdictionibus; sed fructus, & emolumenta ipsius rei sequestratæ non auferuntur, ubi Senatus.*

7 *Decisio Senatus.*

8 *Potest procedi ad sequestrationem in casibus à jure permissis.*

9 *Dum plures contendunt possessionem, proceditur ad sequestrum, dummodò de suspicione armorum, & scandali prius in actis constet, ubi Senatus.*

10 *Propter scandalum, quod committunt Barones, quando facinorosos homines scienter receptant, eorum jurisdictiones sequestrantur.*

11 *Senatus Decisio.*

12 *Similis.*

13 *Similis.*

14 *Similis.*

15 *Similis.*

16 *Similis, & num.* 17.

18 *Cõtra Barones Ecclesiasticos in casibus à iure permissis practicatur sequestratio iurisdictionis, & n.* 19.

20 *Regulariter non fit provisio capturæ contra Barones sæculares, quando propter eorum abusus sequestrantur iurisdictiones, ubi Senatus, & n.* 21.

22 *Si tamen appareat Senatus, quòd excessus Baronis ultra sequestrationẽ maiori indigent demonstratione, procedit ad provisionẽ capturæ, & ad punitionẽ delicti, & quando providetur sequestrũ sine provisione capturę, auditur Baro secularis extraiudicialiter.*

23 *Ob desidiam, & negligentiam officialium Baronis proceditur ad sequestrum jurisdictionis Baronis, traditur decisio Senatus.*

24 *An Potestates teneantur de delictis officialium ab eis electorum, an vir, vel dominus de gestis ab uxore, vel familiaribus, traditur remissivè.*

25 *Barones de delictis, & culpis officialium non tenentur.*

26 *Nisi delictum officialis esset successivum.*

27 *Probissimos eligat in officiales Baro, & ejusdem*

qualitatis eligi debent domestici, & numer. 28.

29 *Decisio, ubi fuit sublatum sequestrum.*

30 *Quando Barones malè se gerunt in exercitio suarum jurisdictionum saltem civilium, illæ sequestrantur.*

31 *Decisio Senatus, & alia contra impedientem recipere informationes cuidam Regio Commissario, illum aliter offendendo.*

32 *Si Barones negligant justitiam facere, delicta non puniendo, proceditur contra eos ad jurisdictionis sequestrationem ..*

33 *Decisio Senatus.*

34 *Similis.*

35 *Si jurisdictiones debitis careant dominis, proceditur ad sequestrationem jurisdictionis, cum Senatu, ubi fuit etiam sublatum postea sequestrum, & num. 36.*

37 *Ob sævitias domini in vassallos, privatur ipse jurisdictione de jure communi.*

38 *In Cathalonia ob sævitias sequestratur Baronis jurisdictio, ubi Senatus.*

39 *Vassallus nimis gravatus à domino, ita ut possit ad sævitiam reputari, potest eximi ab ejus jurisdictione, & subiectione, ubi decisio Senatus.*

40 *Similis.*

41 *Si proposita querela, vel accusatione non apparet de causis oppositis Baroni, declaratur sequestro locum non fuisse, ubi Senatus.*

42 *Baro poterit procedere contra accusantes in eodem processu, petens illos tanquam calumniatores puniri.*

43 *Locumtenens Generalis nominat sequestrem, & ipse quomodò ingrediatur possessionem, sequestri, declaratur.*

44 *Litteræ sequestri dicuntur justitiæ, & quomodò expediantur.*

45 *Litteræ nominationis sequestratoris expediuntur in forma Cancellariæ, prout ibi.*

46 *Quid observatur, quando Regens Thesaurariam nominatur sequestratòr, ubi Senatus Decisio, & numer. 47.*

48 *Sequestratori de fructibus Baroniæ sequestratæ assignatur salarium, & qua forma.*

49 *Alia Similis.*

50 *Stylus procedendi in taxatione salarii sequestratoris, & num. 51. & 52. ubi de taxatione alimentorum in sequestro puellarum.*

53 *Judex in causa qua judicaturus est, de jure communi sequester esse potest, quod non procedit in hoc Principatu, ubi Senatus.*

1 INDUBITATI juris esse censemus, jurisdictiones apud Principem, tanquam apud fontem esse, à quo effluunt, & refluunt; sicut flumina ad mare, Peg. *decis.* 36. *num.* 1. Salgado *de supplicat. ad sanctiss. par.* 2. *cap.* 33 *num.* 31. Castillo *de tertiis cap.* 4. *à n.* 10. Ramon. *consil.* 24 *num.* 53. Calicius *in Margarita fisci dub.* 8. *prærog.* 213. Reg. Cortiada *decis.* 38. *n* 25. Bolero & Caxal. *de decoc. tit.* 2. *quæst.* 1. *num.* 1. Cancer *var.* 3. *cap.* 13. *num.* 346. Fontanella *tom.* 2. *decis.* 34. *nu.* 2. & nos infra *dec.* 82. *n.* 1.

2 Hinc fine dubio procedit, quòd omnes alii inferiores ratione supremæ jurisdictionis sunt sub ditione, & Principis protectione, ad quem pertinet providere, ne delicta, & maleficia, quæ committuntur, ulteriùs committantur, Peg. *dict. decis.* 36. *num.* 3. Font. *tom.* 2. *dict. decis.* 341. *num.* 28.

3 Ex quibus refert dictus Peg. *dict. decis.* 36. *num.* 3. quòd cum jurisdictiones, quas Barones in suis Baroniis habent, ab ipso Rege fluxerint; si ipsi Baronès impiè circa jurisdictionis exercitium agant; poterit Rex ut suprema Potestas tales Barones, & inferiores Dominos, jurisdictione abutentes, punire, atque eorum malitiam cohibere, illos legitimis pœnis coercendo.

4 Tenetur Princeps ex officio vindicare gravamina, & oppressiones vassallorum, sub calore justitiæ à Baronibus illata, Vico *ad prag. Reg. Sardin. tit.* 18. *cap.* 3. *num.* 6. sequitur Novar. *post. lib.* 3. *de gravam. decis* 1. *nu.* 15. *decis.* 2. *tota. & decis.* 6. *circa med.* & observa Cassiodorum *l.* 12. *Epist.* 1. ibi: *Proinde ad utilitates publicas esto solicitus, injuncta morali compulsione procura. Plus agit inculcator rationis, quàm possit exercere terribilis. Persona tua refugium sit oppresso, infirmo defensio, præsidium aliqua calamitate concluso: sic enim propriè nostros cancelles agitis, si læsorum impia claustra solvatis.*

El licèt Baronibus, qui à Rege merum, & mixtum 5
habent imperium, etiam per viam contractus, qui injustitiam faciunt, vel justitiâ abutuntur, jure licito possit Rex privilegia tollere, & cassare; quia abutentes jurisdictione, illa privari debent, Peg. *decis.* 36. *numer.* 10. Vico *ad pragmat. Regni Sardin. tit.* 18. *dict. cap* 3. *num.* 6. & 7. ad tradita per Prato *responsa crim.* 50. *numer.* 43. Thesaurus *qq. forens. lib.* 3. *quæst.* 53. Mastril. *de Magistrat. lib.* 4. *cap.* 16. *numer.* 238. Fab. *in Cod. lib.* 3. *tit.* 18. *def.* 2. Ramirez *de leg. Reg.* §. 33. *num.* 8. ex innumeris probat Solorzan *de jur. Indiar. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 76. *tom.* 2. & *lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 55. & *seqq.* Rosenth. *de feudis cap.* 10. *conclus.* 33. *numer.* 45. 48. & 59. Castillo *de usuf. cap.* 3. *num.* 100. *cum seqq.* (generaliter concludens, quemlibet, qui jure suo competenti abutitur, illo privari debere) Camillus de Curte *resol. feudal. cap.* 5. *numer.* 100. Novar. *post. tractat. de gravam in. vassallor. decis.* 12. *numer* 5. & *fere per tot.*

Quod ex juris communis regulis sumptum videtur, quæ dominos, aut parentes, si in servos, vel filios sæviant, & eos malè, & crudeliter tractent, ad eos manumittendos, vel emancipandos compellunt, *l.* 2. §. *dominorum*, *l. si dominus*, *ff. de his qui sunt sui*, *vel alieni jur.* § *sed & major inf. eod. l. Divus Adrianus*, *ff. ad leg. Pompe. de parricid. l si lenones*, *Cod. de Episcop. Audient.* & comprobat Solorzano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 75. Novarius *post lib.* 3. *de gravam. vasal. decis.* 4. *n.* 1.

Enim verò in Cathalonia cum per Constitutiones con- 6
fiscatio bonorum interdicta sit, nisi in criminibus hæresis, & læsæ Majestatis in primo capite, ut *in cap.* 10. *Regis Ferdinandi Secundi in prima Curia Barcinonæ*, *sub tit. de bens de condemnats.* Peg. *dict. decis.* 36. *num.* 11. & *in prax. crim. c.* 20. *num.* 11. *ver. Sciretamen.* quando Barones abutuntur jurisdictione, Baroniæ eis non adimuntur irrevocabiliter sed solùm sequestrantur, & revocabiliter privantur jurisdictionibus, Vico *ad prag. Regn. Sardin lib.* 1. *tit.* 18. *d. cap.* 3. *num.* 5. & *cap.* 4. *numer.* 14. sed fructus, & emolumenta ipsius rei sequestratæ non auferuntur, Peg. *d. decis.* 36. *num.* 11. & *in prax. crim. d. cap.* 20. *nu.* 11. *vers. Sciretamen.*

Ita Senatus 28. Maii 1675. in facto supplicationis ob- 7
latæ per Commendatorem de Asco, ubi fuit sublatum sequestrum in fructibus jurisdictionis, dempto apposito in jurisdictione civili, & criminali, juribus, & pertinentiis earundem.

Et ulteriùs, licèt jure cautum sit, prohibitam esse re- 8
rum sequestrationem, *l. unica*, *C. de prohibit. sequestr.* Et in Cathalonia, ex Constitutione incipiente: *Mes estatuim* 4. *tit. de sequestres*, *y emparas*; attamen in ejsdem juribus nostris cavetur, posse procedi ad sequestrationem in casibus à jure permissis, & cum deliberatione Concilii: unde recurrendum est ad terminos juris communis, ad dignoscendum casus, in quibus cavetur posse ad rerum sequestrationem deveniri, & ad rem observa D. Josephi de Rosa *consult.* 5. *toman.*

Inter quos casus legitur pariter quando scandalum im- 9
minet; quia tunc potest Iudex ex officio rem apud tertium sequestrare, ut scandalis, & malis obviet, & hæc est ratio: quare quando timetur, ne partes veniant ad arma, dum plures contendunt possessionem apud eos esse, proceditur ad sequestrum; dummodò de suspicione armorum, & scandali priùs in actis per summariam informationem judici constet; per plures quos citat Post. *de manuten. obs.* 75. *à nu.* 7. recitat. Reg. Cortiada *decis.* 35. *num.* 70. allegans Xamm. *de offic. Judic. par.* 1. *quæst.* 4. *numer.* 24. Font. *de pact. tom.* 2. *cla.* 7. *glos.* 3. *par.* 9 *num.* 4. & 5. Ram. *consil* 51. & 52. Nos *decis. seq.* & scripsimus *decis.* 1. *num.* 34 Canc. *var.* 1. *in respons.* 1. *à nu.* 120 & ex pluribus exemplaribus, quæ ipsi allegant, solùm colligo relatum die 29. Novembris 1617. nam cum inter Illustrem Marchionem de los Veles, & Marchionem del Vilar, filios Illustris Donnæ M. de Zuniga, & Requesens Comitissæ de Benavent, ex primo, & secundo matrimonio respectivè orta fuisset post matris suæ mortem quæstio super capienda possessione Baroniarum de Martorell, castri veteris de Rossanis, & aliorum, quisque cum eorum armatis hominibus ad capiendam possessionem properasset, ad vitanda scandala fuit in dictis Baroniis, & illarum juribus, & emolumentis, ad relationem Magnifici Michaelis Rollan I. R. C. appositum sequestrum, donec per Judicem competentem fuisset jus dictum, & fuit sequestrator Nobilis Don

Gerar-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Gerardus de Guardiola, duravitque sequestrum usque ad annum 1622. quo in favorem Marchionis de los Veles in Consistorio Vallis-Soleti lata sententia fuit. Simile antea die 5 Junii 1617. super jurisdictione loci de Palaudar, quæ fuerat Raymundi de Vilanova, referente Magnifico Francisco Gamis, tunc I. R. C. quam declarationem ad longum recitat Font. *de pac. 2. cla. 7. gloss. 3. part. 9. num. 5.* & subdit simile de sequestro appositio in loco de Cambrils, instante Syndico dictæ Villæ contra Excellentissim. Ducissam Cardonæ, quod fuit revocatum in causa supplicationis in Regia Audientia interpositæ, sententia lata 4. Martii 1577. & fuit concessa assistentia dictæ Ducissæ in quasi possessione juris, & Villæ; & ipsis adde provisionem sequestri factam die 22. Junii 1514. in domo, & quadra de la Bleda. Sequestrum igitur providetur in supra expressis, & similibus casibus ad scandala vitanda, quando partes ad possessionem properant; at si in Regio Criminali Concilio constat certum esse possessorem, tunc non procedit ad sequestrationem; sed assistentiam concedit possessori, Font. *de pac. tom. 2. cla. 7. glos. 3. part. 9. à num. 8.* ubi ad longum refert declarationes, Ramon *dict. consil. 51. & 52.* Canc. *var. 1. in respons. 1. à nu. 120.* cum his, & aliis Reg. Cort. *d. dec. 35. n. 71. cum seq.* ubi refert exemplaria, & Nos dicimus *decis. seq* & scripsimus *decis. 1. n. 33. & 34.*

10 Etiam propter scandalum, quod certè committunt Barones, quando facinorosos homines scienter receptant, quos potiùs prehendere, & punire deberent, publicam pacem in suis terris, & jurisdictiones turbantes, eorum jurisdictiones sequestrantur, Peg. *in prax. crim. cap. 20. num. 11. vers. Scire, & seq.* ubi formas recitat, *& dict. decis. 36. tota*, Font. qui praxim tradit *decis. 341. num. 29. p* 2. R. Cort. *dec. 28. n. 34. & in addit.*

11 Ita in Regio Criminali Concilio 10. Januar. 1584. fuit jurisdictio Castri, Villæ, & termini de Mosset Vicariæ confluentis posita sub Regio sequestro, quia constabat, quòd in dictum Castrum, Villam, seu terminum se recipiebant plures facinorosi homines armati, & coadunati, unde postea exibant ad committenda, & perpetranda facinora, pacem publicam perturbando, qui post latrocinia, & homicidia perpetrata ad dictum Castrum, Villam, seu terminum tanquam ad tutissimum confugium refugiebant, scientibus, & patientibus domino, & officialibus ejusdem Castri, & Villæ: de quo exemplari attestatur Peg. *d. decis. 36. in fine.*

12 Et die 18. Augusti 1592. in facto supplicationis oblatæ per F. P. R. C. adversus nobilem Bernardum N. fuit conclusum, quòd Castra locorum de Ciuvadilla, de Abella, & Sant Romà, & omnimoda jurisdictio civilis, & criminalis, merum, & mixtum imperium, quam, & quod dictus Nob. Bernardus de N (cujus esse dicebantur dicta loca) habebat, seu habuisse dicebatur in dictis locis, seu eorum terminis, apprehenderetur, & poneretur sub Regio sequestro in posse personæ, seu personarum per suam Excellentiam nominandæ, seu nominandarum, & quod pro iis fierent commissiones, & provisiones, & litteræ, iuxta stylum Regiæ Curiæ. Est in Libro conclusionum *fol.* 180.

13 Similis die 9. Decembris 1592. in qua fuit appositum sequestrum in castro, & jurisdictione tàm civili, quàm criminali meri, & mixti imperii, quam habere prætendebat Thomas de N. in Castro, Villa, & termino de Alfarras, Vicariæ Illerdæ, ref. Ubac. est in *l. concl. fol. 220.*

14 Et die 26. Augusti 1631. ref. Berart I. R. C. fuit appositum sequestrum in jurisdictione civili, & criminali Vicecomitatus de Basso; eò quod officiales, & ministri Illustris Marchionis de Aytona erant admodùm negligentes, & remissi in exercitio dictæ jurisdictionis, tolerando multos latrones, & facinorosos homines habitare in dicta jurisdictione; & præsertim partialitatem dels Cadells, & signanter in loco Sancti Stephani de Bas, lo Mallol, & aliis, & fuit relevatum sequestrum 18. Februarii anno 1632.

15 Similis die 28. Martii 1613. contra Onuphrium N. Baiulum, sivè Ballium maioricarum, & præceptorem præceptoriæ de Granyena, Montornès, & Mansi de Bondia, in quæ inverecundè se recipiebant tàm die, quàm noctu plures latrones, grassatores, & facinorosi homines armati tormentis manualibus. sivè *pedrenyals*, & signanter Benedictus N. cum sua quadrilla; fuit appositum sequestrum in jurisdictionibus dictorum locorum.

16 Similis die 5. Julii 1628. fuit provisum sequestrum in jurisdictione loci, & termini de Granyena, quam Fr. Don Philippus N. uti commendator præceptoriæ dicti loci, & termini, & aliorum locorum exercebat, eo motivo, quia in dictam Villam, & Castrum inverendè se recipiebant tàm die, quàm nocte plures latrones, grassatores, & facinorosi homines, armati instrumentis manualibus vulgò *pedrenyals*, quod sequestrum fuit sublatum, prout sequitur.

17 *Die 25. Maii 1629. in facto supplicationis oblatæ pro parte Don Petri Georgii Puigdorfila Prioris Cathaloniæ, qua supplicat sequestrum appositum in jurisdictione loci, & termini de Granyena, quam Fr. Don Philippus de N. uti commendator præceptoriæ dicti loci, & termini, & aliorum locorum exercebat; die 5. Julii 1628. provisum ex causis in supplicatione contentis tolli, ut latius in illa continetur, facta relatione per Guiamet, fuit conclusum, quòd sequestrum appositum in jurisdictione civili, & criminali mero, & mixto imperio dicti loci, & termini de Granyena, & aliorum locorum præceptoriæ dicti loci, & termini, quam dictus Don Philippus de N. obtinebat, prædicta die 5. Julii proximè elapsi provisum, pro nunc, & donec aliter sit provisum, tollatur prout cum præsenti tollit, ad effectum, ut per dictum Priorem Cathaloniæ dicta jurisdictio exerceatur, & quòd per præsentem provisionem non censeatur tributa magis jurisdictio Priori, quàm ei de jure, & alias competebat, & pro his fiant, & expediantur litteræ, & aliæ provisiones opportunæ, juxta Regiæ Curiæ stylum.*

18 In his duobus penultimis exemplaribus fuit provisum sequestrum contra Barones Ecclesiasticos, quod provideri posse statuit Curia Generalis anni 1542. *in Constitut. Mes estatuim, in ordine 3. tit. de sequestres, y amparas:* Cujus littera est ut sequitur. *Mes estatuim, y ordenàm que los sequestres, que de assi al devant se posaràn, axi en civil, com en criminal en Barontes, Vilas, y llochs, è jurisdiccions, y altres bens de Prelats, Barons, y Cavallers, y altres personas axi Ecclesiasticas, com seculars non sian posats sino en los casos permesos de dret, y ab delicò del Consell.* Id est. *Amplius statuimus, & ordinamus, sequestra, quæ deinceps imponentur tàm in civilibus, quàm in criminalibus, in Baroniis, Villis, & locis, & jurisdictionibus, aliisque bonis Præsulum, Barenum, & Equitum, aliarumque personarum tàm Ecclesiasticarum, quàm secularium, minimè imponi nisi in casibus a jure permissis, & cum Concilii deliberatione.*

19 Confirmat Regius Senatus Cathaloniæ in consultatione missa Serenissimo Domino Imperatori Carolo Quinto, data Barcinonæ 13. Febr. 1551. quam ad litteram expendit Reg. Cortiada in fine discursus impressi pro Fisci Procuratore Bajuliæ Generalis Cathaloniæ contra Curiam Ecclesiasticam Urgellen. & Fratrem Bartholomæum Morillo, illis verbis: *Ex causa scandali, & quando convenire arbitratur Majestas vestra providet sequestra in jurisdictionibus, & fructibus Ecclesiarum.* Comprobant rem hanc Peguera *decis. 36. tom. 1.* Cancer *var. 2. cap. 2. num. 187.* Vico *ad pragmat. Regni Sardiniæ, lib. 1. tit. 18. cap. 3. num. 7. in fine*, Reg. Cortiada *tom. 1. decis. 28. num. 34. & in addit. post 2. tom.* Fontanella *tom. 2. decis. 341. numer. 28. & 29.* quæ fundantur ea ratione, quia Barones Ecclesiastici temporalem jurisdictionem habentes, antequam adipiscantur possessionem jurisdictionum temporalium, Regi fidelitatem, & homagium præstant, & tenentur exequutoriales litteras obtinere, idem Fontanella *dict. decis. 341. numer. 5. & 6.* quam rationem probat Oliba *de jure Fisci cap. 9. num. 8. in usat. Alium namque, & cap. 10. num. 3. & seq.* Ripoll. *var. cap. 1. num. 212* nec ab his discedit Delbene *de immunit. Ecclesiastica tom. 2. cap. 9. dub. 35. section. 8. num. 1. & seqq. & num. 9.* Sesse *in Epistola Regia* quæ est *in principio tom. 2. decis. num. 114.* Et nuper dixit Senatus junctis Tribus Aulis die 19. Septembris anno 1680. in facto dubii propositi per Fisci Advocatum in illis verbis: *Attento quòd contra bona Baronis etiam Ecclesiastici per eum uti Baronem de commissis cognoscere debet Regium Criminale Concilium; quia uti Baro subest tantùm Regiæ jurisdictioni*, & Nos de re hac aliqua scribimus *decis. 75.*

20 Pro praxi sequestri jurisdictionum scribit Fontan. *decis. 341. num. 28. & 29.* quòd auditur Baro Ecclesiasticus post sequestrum (quod secretò, sine citatione partis apponi solet) verbo extraiudicialiter, & quando apparet Senatui satisfactum, sequestrum tollit, dempto, quòd

non fit provisio capturæ, sicut in Baronibus sæcularibus.

21 Sed adhuc nota, quòd regulariter non fit provisio capturæ contra Barones sæculares, quando propter eorum abusus sequestrantur jurisdictiones; quia docet Peg. *decis.36. num.11.* quòd sequestrantur jurisdictiones revocabiliter, ut in eo, in quo delinquunt, puniantur: & id ipsum sic intellexit Senatus in sequestro jurisdictionis 22. Novembris 1683. relat. Regio Senatore Sabater, scriba Riambau Nott. quæ infra citatur, quo in casu sine provisione capturæ Baronis processit Regium Concilium ad sequestrandum jurisdictionem.

22 Si tamen appareat Senatui, quòd excessus maiori indigent demonstratione, procedit ad provisionem capturæ, & ad punitionem delicti, ut insinuat id, quod fuit observatum: *Die 19. Februarij 1631. in facto supplicationis oblatæ per F. P. R. C. qua hesterno die fuit provisa captura contra Nob. Acardum de N. vigore Usatici Barcinonæ incipientis Auctoritate, & rogatu, facta relatione per Mir pro Guiamet I. R. C. absente, fuit conclusum, quod jurisdictio tàm civilis, quàm criminalis, Villæ, seu loci del Albi, & eius termini, qui dicitur esse dicti Nobil. Acardi de N. pro nunc, & donec aliter provisum fuerit, ponatur sub Regio sequestro, & quod illa exerceatur per sequestratorem per Excellentissimum Dominum Locumtenentem Generalem nominandum, nomine Regiæ Curiæ, taliter quod per præsentem provisionem non censeatur ei attributa major jurisdictio, quàm illi competat, & pro bis fiant litteræ, & aliæ provisiones opportunæ, juxtà Regiæ Curiæ stylum* (& quando providetur sequestrum sine provisione capturæ, auditur Baro sæcularis post sequestrum verbo extrajudicialiter) fuit sublatum hoc sequestrum jurisdictionis del Albi die 15 Aprilis ann. 1631. per Mir pro Guiamet absente.

23 Et nota, quod ab desidiam, & negligentiam officialis Baronis, etiam ad sequestrum jurisdictionis criminalis Villæ de Manlleu fuit processum die 9. Augusti 1630. in facto F. P. supplicantis, eò quia officiales, & ministri Illustris Marchionis Aytonæ erant tam delidentes, & negligentes, ut ob eorum desidiam, & negligentiam multi latrones, & facinorosi homines factionis catellorum haberent refugium, & tutamen in eadem Villa, & locis circumvicinis, & fautores, amici, & valitores ipsorum latronum, sociantes se cum eisdem officialibus, provisiones, memorialia, & alia mandata, quæ ex parte Nob. Regentis Thesauriam expediebantur, & tradebantur eisdem officialibus, recognoscebant, & post redditum ipsorum officialium ipsi latrones redibant in eandem Villam.

24 An potestates teneantur de delictis officialium ab eis electorum, an vir, vel dominus de gestis ab uxore, vel familiaribus, an si scientes, an si ignorantes, an civiliter, an criminaliter, agunt DD. *in l. observare 4. §. proficisci, ff. de offic. Proconsul.* Bovadilla *in politic. tom. 2. lib. 5. cap. 1. num. 78. cum seqq.* Berart *de visit. cap. 16. num. 86. cum seqq.* Larrea *decis. 48. num. 9. & 23.* Prato *in responso pro Syndicat. num. 210 cum pluribus seqq.* Gallego *in respons pro sui Syndicatu, cap. 5. per tot.* Vargas Machuca *in considerat. pract. pro Syndicatu tom. 2. par. 8. tit. 1. considerat. 2. num. 26. & 27. considerat. 5. num. 22. & pluribus seqq. & considerat. 8.* Azevedo, & alii Repetentes *ad l. 1. tit. 6. & l. 5. tit. 9. libr. 3. recopil.* Rovitus *super prag. 4. tit. de muner. official.* Gobius *consult. decis. 125. numer. 53. & seq.* Solorzano *de jur. Indiar. tom. 1. lib. 3. cap. 6. num. 106. & seq. & tom. 2. lib. 4. cap. 9. num. 26. & seqq. & in politica lib. 1. cap. 12. lit. R, & S,* Don Hieron. Borgia *ad explicat. l. inter causas 16. §. sed cum servus, ff. mandati, investig. jur. civil. lib. 3. capit. 5. num. 11.* Scialoya *de foro comp. cap. 33. nu. 75. & seq.* Card. Luca *de Regalibus discur. 86. num. 6. & 7 disc. 88. in fin. discur. 109. n. 8. & de credito discur. 68. n. 9.* Dominus Don Christoph. Crespi de Valldaura *obs. 67.* lignanter *num. 5.* doctè Giurba *consil 36. n. 31. & seqq. & num 47. & seqq.*

25 Secundùm receptam in hoc Principatu tententiam, Barones de culpis, & delictis officialium non tenentur, de qua attestatur Fontan. *de pact. nup. tom. 1. claus. 4 glos. 10. part. 1. num. 166.* citans *Constitutionem 4. tit. de injuriis*, & dixerunt Calicius *in extravag. cur. cap. 7. num. 117* Cancer *var. 2. cap. 2. num. 166.* & post eos Xam. *de offic. Judic. part. 1. quæst. 24 num. 95. & seq.* quod comprobat Reg. Constant. *ad l. nullus 60. de decurion. lib. 10. numer. 66. cum seqq.* ea ratione, inquit, nam Barones ex necessitate Capitaneos, & Judices eligere tenentur. Et hic non omitto, quæ scripseram *part. 1. decis. 4. num. 35. & seq.*

Si verò agatur de delicto successivo officialis, ac continuatis fraudibus, Dominus jurisdictionis tenetur, quasi præsumatur de ejus voluntate deliquisse, tanquam non obviaverit, cum posset illud removere, ad tradita per Menoch. *lib. 5 præsump. 27. num. 12. & 13.* Gratian. *discep. forens. tom. 4. cap. 625. num. 15. & 16.* Natta *consil. 499. num. 2.* & his citatis existimant Xammar *de offic. judic. par. 1. dict. quæst. 24. num. 97.* sentit Prosper Fagnanus *2. decretal. cap. constitutis de testibus pag. 194. n. 8.* 26

Probissimos eligat in officiales Baro; nam pessimus quisque asperrimè Rectorem patitur, ut animadvertit P. Scribanus *in polit. lib. 2. cap. 18.* Et sicuti summo studio curare quis debet, ut domesticos, & familiares omnium virtutum satellitio vallatos lateri suo adjungat, quia ut Seneca Tragicus inquit *in Thyeste*. 27

Pellucet omne Regiæ vitium domus. De his plura apud Solorzan. *Emblem. 69. num. 13 & seqq.*

Ita æquali cura studere debet, ut præpositi ad exercitium gubernii sint omni virtute præditi. Exodi cap. 18. *Provide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderunt avaritiam; & constitue ex iis qui judicent populum.* 28

Sequestrum hoc fuit sublatum prout, ibi: *Die 20. Martii 1631. in facto supplicationis oblatæ pro parte Illustris Marchionis de Aytona, qua supplicat, tolli sequestrum appositum in jurisdictione crimtnali Villæ, & termini de Manlleu, Diocef. Vicen. die 9. Augusti 1630. facta relatione per Ramon pro Guiamet I. R. C. absente, meritis processus attentis, & aliàs, fuit conclusum quod sequestrum appositum in dicta jurisdictione criminali, Villæ, & termini de Manlleu, quæ dicitur esse dicti Marchionis de Aytona, pro nunc, & donec aliter sit provisum, tollatur, prout cum præsenti tolli mandat, ad hoc ut per ejus officiales possit dicta jurisdictio exerceri, & quod per præsentem provisionem non censeatur tributa major jurisdictio, quam illi competit, & pro bis expediantur litteræ, provisiones, & commissiones juxta R. C. stylum.* 29

Pariter & in casu, quo Barones malè se gerunt in exercitio suarum jurisdictionum saltem civilium, illæ sequestrantur per Regium criminale Concilium, ex ratione antedicta, quia jurisdictione abutuntur, prout sequitur. 30

Die 26. Januarii 1634. in facto inquisitionis factæ instante F. P. R. C. contra Fr. Antonium N. Abbatem Monasterii Villæ Balneolarum, in & supplicationis coram eo oblatæ die 5. Octobris tunc proximè elapsi, eò quod in exercitio jurisdictionis civilis à multis citra temporibus malè se gessisset: meritis processus attentis, & aliàs, facta relatione per Magnific. Michaelem Joannem Magarola I. R. C. fuit conclusum, quod jurisdictio civilis Villæ, & termini Balneolarum, quæ dicebatur esse Fr. Antonii N. Abbatis Monasterii dictæ Villæ, pro nunc, & donec aliter foret provisum, poneretur sub Regio sequestro, & quòd illa exerceatur per sequestrem per Excellentissimum Dominum Locumtenentem nominandum, nomine Regiæ Curiæ, taliter quod per illam provisionem non censeatur attributa major jurisdictio, quàm illi competeret, & pro bis fiant litteræ, & aliæ provisiones opportunæ, juxta R. C. stylum. Est in libr. conclusionum crim. fol. 353. Hic accommoda sequestrum jurisdictionum provisum in Reg. Concil. die 16. Septembris 1680. contra Equitem Ordinis de Calatrava, qui se opposuit impediendo in suis locis jurisdictionalibus recipere informationes vigore instructionum Commissario Regio, aliter eum offendendo, & fuerunt Equitis sequestratæ jurisdictiones. 31

Ulterius si negligant justitiam Barones facere, delicta non puniendo, proceditur contra eos ad sequestrum, ad tradita per Gram. *decis. 30.* Vico *ad prag. Reg. Sardin. tit. 18. lib. 1. cap 4. num. 4. & 5.* Cancer. *var. 3. cap. 13. num. 56. & 282.* Mastrii. *de Magistrat. lib. 4. capit. 16. num. 225.* Novar. *post tract. de gravam. libr. 3. decis. 5. & decis. 9. numer. 4.* probans quod ex moribus Superioris asperioribus, aut pravo jurisdictionis usu, subducuntur subditi ab ejus jurisdictione. 32

Sic die 22. Februarii 1541. in facto supplicationis oblatæ per Syndicos vulgò dictos *de la comuna*, & F. P. R. C. supplicantis, attento pluribus necibus, & delictis perpetratis in locis, & terris Campi Tarraconæ, ob negligentiam Francisci N. procuratoris dicti Campi; per Romeu fuit conclusum, quòd apponeretur sequestrum 33

UAB Biblioteca de Ciències Socials

questrum in locis subjectis mensæ Archiepiscopali, & quòd nominaretur per suam Illustrissimam Dominationem sequester, qui nomine Regiæ Curiæ dictam exerceret jurisdictionem; cum clausula *pro nunc, & donec aliter fit provisum*, & quod pro his fierent commissiones, litteræ, & aliæ provisiones opportunæ, & necessariæ. Est in lib. conclus. crim. fol. 117.

34 Similia die 31. *Martii* 1631. *in facto supplicationis oblatæ per F. P. R. C. contra Nobilem Joannem de N. virum Nobilis Annæ de N. usufructuarium eo nomine Bajuliæ naturalis Villæ Episcopalis, pro Reverendo Episcopo Gerundæ, & ut Bajulum naturalem exercentem jurisdictionem civilem, & criminalem in dicta Villa, & ejus termino, qui à multo tempore non solum negligens fuit in exercitio ipsius jurisdictionis, & capturæ, ac persequutione delinquentium; sed ipse; & ejus Locumtenens in sua præsentia solitus est insedere coadunatus per dictam Villam cum pluribus delinquentibus & facinorosis hominibus armatis silicibus, pacem, & quietem publicam ejusdem Villæ, Vicariæ, Civitatis, Villarum, & locorum Gerundæ perturbando, ex quo plura homicidia, & gravia delicta subsequuntur: facta relatione per Vinyola fuit conclusum, quòd jurisdictio tam civilis, quàm criminalis Villæ Episcopalis, quæ exercetur per dictum Nobilem Joannem de N. qui dicitur esse Baiulus naturalis dictæ Villæ, pro nunc, & donec aliter fit provisum, ponatur sub Regio sequestro, & quod illa exerceatur per sequestratorem per Excellentissimum Locumtenentem Generalem nominandum, nomine Regiæ Curiæ, taliter quod per præsentem provisionem non censeatur ei attributa major jurisdictio, quam dicto de N. competat, & pro his fiant litteræ, & aliæ provisiones opportunæ juxta R. C. stylum* Die 20. Decembris anno 1633. fuit relevatum sequestrum.

35 Ac etiam si jurisdictiones debitis careant dominis, qui eas exerceant, proceditur ad sequestrum jurisdictionum, ad tradita per Camil de Curte *resol. Feudal. cap.* 3. *num.* 101. *cum seqq.* Giurba *de succes. feud. cap.* 118. *§.* 2. *glos.* 12. *num.* 16. Menoc. *de adipiscend. possessione remed.* 6. *n.* 12. Prout die 30. Jan. 1503. fuit dictum in facto supplicationis oblatæ per F. P. R. C. die 9. Decembris tunc proximè elapsi supplicantem sequestrum imponi in jurisdictionibus civilibus, & criminalibus, mero, & mixto imperio Villarum, & locorum de Gandesa, Batea, Corbera, Miravet, Pinells, Benisanet, Pesquera, Gineştar, Bajuliæ de Miravet, de Orta, unà cum tribus, aut quatuor locis de pertinentiis præceptoriæ dictæ Villæ de Orta, & Villæ de Vildecona; eò quòd pluribus inde mensibus, debitis carebant dominis, qui justitiam subditis administrarent, & justitiam unicuique reddi facerent, delinquentes castigarent, & bonos in pace conservarent, ob quorum defectum improbi plures, inquieti; homicidæ, & aliàs criminosi liberè insedebant, & sine metu per dictas Villas, & loca, per quos in dies delicta perpetrabantur, absque aliqua coertione, in gravissimum status, & quietis publicæ damnum; per Josephum Mur I. R. C. fuit conclusum, quòd declararetur (cum clausulis illis *pro nunc, & donec aliter per illum, vel illos, ad quem, seu ad quos spectet, debitè fit provisum, & sine præjudicio jurium, & prætentionum quorumcumq; in prædictis habere pretendentium*, jurisdictiones omnimodæ tam civiles, quàm criminales, merum, & mixtum imperium dictarum Villarum, & locorum, cum earum terminis, & territoriis respectivè, ponerentur sub Regio sequestro in posse personæ, seu personarum per suam Excellentiam nominandæ, seu nominandarum; & quòd pro his fierent litteræ, & aliæ provisiones opportunæ juxta Regiæ Curiæ stylum: est in libro conclusionum fol. 263.

36 Quod sequestrum die 4. Septembris 1596. ref. Magnificio Joanne Benac I. R. C. fuit sublatum, ex quo cessabant causæ, propter quas dictum sequestrum fuerat appositum.

37 Ob sævitias domini in vasallos, licèt de jure communi privetur eorum jurisdictione, *l.* 1 ubi Bartol. *debits qui sunt sui, vel alieni juris*, Sperellus *dec.* 139. *num.* 38. *ver. sic etiam*, Mastril. *de Magistrat. lib.* 4 *cap.* 16. *num.* 238. de Ponte *dec.* 16. *num* 34. ubi tradit decisum *num.* 36. Canc. *var.* 3. *c.* 3. *n.* 89. Thesaurus *quæst. forens. lib.* 3. *quæst.* 53. apud quos agitur, an præcedere debeat trina monitio; at nullam monitionem requirit, docent Vico *ad prag. Reg. Sardin. lib.* 1. *tit.* 18. *num* 7 *cap.* 3. *& cap.* 4. *num.* 8. *in fin.* (ubi probat tunc evocari posse causam ad superiorem) Rosenth. *de feudis cap.* 10. *concluſ.* 33 *num.* 59 Camil de Curte *resol. feudal. cap.* 5. *num.* 100. Novar. *post. lib.* 3. *de gravam. dec.* 1 *fere per tot. decis.* 3 *dec.* 6. *& decis.* 12. Solorzano *de jure indiar. tom.* 2. *lib.* 1 *c.* 3. *num.* 75. *cum seqq. & lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 55. *cum seqq.* innumeris allegatis (ubi etiam latè comprobat non requiri monitionem) Sesse *de inhibit. cap.* 26 *in fin.* (asserens quod vasalli propria auctoritate possunt deserere dominum, qui eos male tractat) Peguera *dec.* 36. *num* 9. *ver. Ex quibus omnibus*. Nam ut inquit Poeta.

Quitemerè, & præceps rabidus exarsit in iras
Excedet semper limina justitiæ.

In Cathalonia Baronis Jurisdictio (ea ratione antedicta; quia in hac patria non proceditur ad bonorum confiscationem, nisi in criminibus hæresis, & læsæ Majestatis in primo capite) ob sævitias in vasallos sequestratur; & ita nuper fuit observatum in Regio Concilio referente Nobili Joanne Baptista Pastor Tertiæ Aulæ Doctore (nunc meritissimo Regente in Supremo Concilio Regni Aragonum) propter nominationem Nob. Narcisi de Anglasell ad R. A die 3. Septembris 1670. contra Fr. Don Ludovicum de N. Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitan. Commendatorem de Asco, cujus jurisdictio fuit sequestrata, quia in exercitio dictæ jurisdictionis à multis temporibus malè se gerebat. Similis propter abusus in jurisdictone commissos die 22. Novembris 1683. referente Regio Consil. Sabater, scriba Riambau fuit provisum sequestrum in jurisdictione civili, & criminali Nobilis Felicis de N. in Baronia de la Granadella, quam usufructuarii nomine possidebat. 38

Itaque si Superior gravet nimis suos subditos, potest omnino ei interdici administratio, dixit Joan. Fab. *in §. sed hoc tempore, inf. de bis qui sunt sui, vel alieni juris, num.* 7. de Ponte *decis.* 16. *num.* 36. ex Gram. *decis.* 104. Celso. Hugo *consil* 60. *num.* 49. Guido Pape *dec.* 61. resolvit Canc. *var. par.* 2. *num.* 185. qui tradit Senatum ita declarasse die 8. Julii 1555. ad relationem Magnifici Riusec Regii Consiliarii, ubi Ant. Bargallò agricola termini Caprariæ fuit exemptus à jurisdictione Ludovici N. domini termini Caprariæ; quia ob quandam litem, quam cum eo ducebat dictus Bargallò, ab eo possim opprimebatur. 39

Et idem fuit declaratum die 23. Novembris 1666. ref. Nobili Narciso Anglasell I. R. C. scriba Cortès; cujus observantiæ litterarum, & fundamenta adduxi à Doctoribus comprobata *dec* 23 *par.* 1. *num.* 34. quibus adde Vico *ad prag. Regni Sardin. tit.* 18. *lib.* 1 *cap.* 4. *num.* 8. *circa fin.* Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 76. *& lib.* 2. *cap.* 24. *nu.* 57. *& seqq.* Camillum de Curte *resol. feudal. cap.* 5. *n.* 100. Navarium *post lib.* 3. *de gravam. vassall. decision.* 1. *fere per tot.* & signanter *num.* 19. *& sequentibus*, agit quando tantùm vasallus oppressus debet eximi à jurisdictione Baronis, & quando indistincte debeat Baro interdici ab omni jurisdictione vasallorum) *& dec.* 2. *tota, & dec.* 4 *& dec.* 7. *& dec.* 8. *num.* 4. *& dec.* 9. *& dec.* 11. *num.* 6. 40

Si proposita querela, vel accusatione, non appareat de causis oppositis Baroni, observatur cum provisione formiter declarari, sequestro locum non fuisse, prout, ibi: 41

Die 4. *Julii* 1611. *viso præsenti processu, & supplicatione in ea oblata* 31. *& ultima mensis Augusti anni* 1610. *per Quircum Marc Nott. ut Procuratorem singularium Villæ Rivipulli, Diœcesis Vicen. in & cum qua, rationibus, & causis in dicta supplicatione expressis*: Causæ oppositæ erant; quia nulla facinora perpetrata in Villa, & termino, punita erant, quorum erat conscius Abbas, *petit, supplicat sequestrum apponi in jurisdictione, quam possidet, & exercet Fr. Franciscus N. ut Abbas Monasterii Beatæ Mariæ Rivipulli ordinis Sancti Benedicti in eadem Villa, & Baronia Rivipuli, & pro his causam evocare, & committi alicui ex Magnificis Judicibus R. C. offerendo de contentis, & narratis in dicta supplicatione plenam informationem dare. Visa commissione de præsenti causa facta Nobili Petro Soler I. R. C. & ejus absentia durante, relatori infrascripto, & provisione inde sequuta. Visa potestate per plures singulares, & particulares dictæ Villæ Rivipulli attributa dicto Quirco Marc, penes Franciscum Duran Nott. Villæ Rivipulli* 24. *Augusti* 1610. *visis depositionibus Testium ministratorum*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

rum super contentis in præcalendata supplicatione, & instrumentis exhibitis in præsenti processu. Visa quadam scriptura missiva Vincentii Vasia Nott. directa Excellentissimo tunc Locumtenenti Generali, unà cum depositionibus Testium ministratorum super verificatione illius. Visis præconitis per dictum Quircum Marc dicto nomine exhibitis cum supplicatione oblata 20. Junii proximè elapsi; visa depositione in tortura facta per Bernardinum Puig. Visa commissione de præsenti causa facta relatori infrascripto, durante absentia dicti Nobilis Petri Soler, cum supplicatione oblata per F. P. R. C. 31. Maii proximè effluxi; visis inquisitionibus factis, & formatis in Regia Curia, tàm super nece perpetrata in personam Ludovici Villanonga, quàm Vincentii Vasia Notarii Villæ Rivipulli, & aliis inquisitionibus in præsenti processu confutis ad instantiam dicti Quirci Marc, nomine quo in processu exhibitis cum supplicatione per eum oblata 30. Junii proximè præteriti; viso denique toto processu, videndisque visis; meritis dicti processus attentis, & aliàs insequendo conclusionem in Regio Concilio factam, providet non fuisse, nec esse locum dicto sequestro per dictum Quircum Marc dicto nomine prætenso, & instante in jurisdictione, quam habet, & possidet dictus Abbas Monasterii Beatæ Mariæ Rivipulli Ordinis Sancti Benedicti in eadem Villa, & Baronia Rivipulli.

Sala.

42 Postea processit Abbas contra accusantes in eodem processu, quem vidi in actis scribæ Olzina, postea Cesilles, cum supplicatione oblata 9. Decembris 1610. petens illos tamquam calumniatores puniri.

43 Excellentissimus Dominus Locumtenens nominat sequestrem, & ei expeditur mandatum cum litteris patentibus, qui præstat Sacramentum, & homagium Domino Regi in manu Excellentissimi ejus Locumtenentis, vel ex ejus commissione in manu Cancellarii, vel Regentis Regiam Cancellariam, præstat cautiones assuetas, & ingreditur possessionem jurisdictionum sequestratarum, & à vasallis accipit Sacramenta & homagia, creat officiales, & alia facit quæ in ingressu possessionis Baroniæ fieri in hac Provincia est assuetum.

44 Litteræ sequestri dicuntur justitiæ, & expediuntur cum firma Regentis Regiam Cancellariam, Regentis Regiam Thesaurariam, Advocati Fiscalis, & Relatoris causæ; & diriguntur Alguzirio exequenti.

45 Litteræ nominationis sequestratoris expediuntur in forma Cancellariæ cum firma Domini Locumtenentis Generalis, Regentis Regiam Cancellariam, & Regentis Regiam Thesaurariam; hæc omnia resoluta fuerunt per Regium Concilium die 26. Novembris 1683. verbo non obstante diversitate, quæ in aliis sequestris in hoc genere expeditionis litterarum visa fuerat in Regio Concilio.

Sequester tunc nominatus per suam Excellentiam, debet præstare Sacramentum, & homagium in posse suæ Excellentiæ, vel ex sua commissione in posse Reverendi Cancellarii, vel Nob. Regentis Canc. & tenetur præstare cautiones, ut supra dicitur.

46 Quando Regens Thesaurariam nominatur sequestrator, litteras non firmat, sed Nob. Regens Cancellariam, pro Regente Regiam Thesaurariam, & tunc Regens Thesaurariam pro sequestro non præstat noviter Sacramentum, & homagium, nec novas dat cautiones, quia jam præstitit Sacramentum, & homagium in ingressu officii, & cum pecuniæ sequestri intrent ad Regium Fiscum, Regens Thesaurariam in ingressu officii jam præstitit cautiones pro securitate quantitatum, & quarumcumque rerum ad Fiscum devenientium, pro ut fuit resolutum in facto propositionis factæ per Nob. Regentem Regiam Cancellariam, me solùm contradicente die 25. Novembris 1683. nam fuit voti, quòd respectu sequestri Regens Thesauriam erat alter officialis, quia jure ordinario ad ipsum non spectabat sequestratio, sed virtute nominationis suæ Excellentiæ, & sic quòd tenebatur præstare noviter Sacramentum, & homagium pro exercitio sequestri, prout sequitur.

Die 25. Novembris 1683. in Regio Concilio, præsidente Nob. Michaele de Cortiada Regente Regiam Cancellariam interfuerunt cum eo Nob. & Magnifici Doctores sequentes.

Nob. Josephus de Balaguer. T. A. D.
Nob. Narcisus de Anglasell. T. A. D.
Mag. Michael de Calderò, F. A.
Mag. Vincentius Sabater I. R. C.
Nob. Franciscus de Cancer I. R. C.

In facto propositionis factæ per Nobilem Regentem Cancellariam, an in litteris Regiæ Cancellariæ expediendis pro nominatione sequestri in personam Nob. Petri de Montaner Regentis Regiam Thesaurariam nominati per suam Excellentiam jurisdictionum civilis, & criminalis, Villæ, & Baroniæ de la Granadella, Pobla, & Boera, in eis sit apponenda clausula (præstito prius per Vos dictum Nob. Petrum de Montaner solito juramento, & homagio, & idonea cautione de benè, & legaliter se habendo) Attento quia dictus Nob. Petrus de Montaner, nominatus sequester per suam Excellentiam est Regens Regiam Thesaurariam, & in ingressu sui officii jam præstitit Sacramentum fidelitatis, & homagii, deditque idoneam cautionem, & quod forsan respectu dictarum jurisdictionum receperit, jam pertinet ad Regium Fiscum.

Don Josephus de Balaguer est voti, quòd dictæ clausulæ non apponantur.

Idem Nob. Narcisus de Anglasell.
Idem Mag. Vincentius Sabater.
Idem Nob. Franciscus de Cancer.

Mag. Michael de Calderò F. A. est voti respectu Sacramenti, & homagii, per Nob. Regentem Thesaurariam præstandi, quod ex quo sequestrum supra expressum, ei non competit jure ordinario, sed per novam nominationem suæ Excellentiæ, sine qua ad sequestrum immitti non poterat, dictus Nobil. Regens Thesaurariam tenetur noviter pro dicto sequestro sacramentum, & homagium præstare.

Et Nob. Regens Cancellariam pro observantia constitutionis concludit cum voto dicto Nob. Josephi de Balaguer, & aliorum ejus voto adhærentium. Die 12. Decembris 1684. fuit taxatum salarium 100 ℔ S. pro anno administrationis sequestri de la Granadella Nobili Regenti Regiam Cancellariam.

Sequestratori de fructibus Baroniæ sequestratæ assignatur salarium sub forma sequenti. 48

Die 21. Januarii 1563. in facto supplicationis oblatæ pro parte Gulielmi de Ivorra domicelli Carlani, qui dicitur loci, & termini de Corbins Vicariæ Illerdæ die 8. præsentis mensis Januarii, qua in effectu supplicatur, quòd cum ipse dictus Ivorra fuerit, & sit per suam Excellentiam electus, nominatus, & deputatus Regius sequester in locis, & terminis de Alfarras dictæ Vicariæ Illerdæ, & eo nomine sequestri fuit sibi commissum, & commendatum exercitium, seu administratio jurisdictionis, quam Thomas de N. dominus qui dicitur dictorum loci, & termini de Alfarras, aliàs habet, & ad eum pertinet, & spectat, quod quidem exercitium, seu administratio jurisdictionalis in dictis loco, & termino, & hominibus, & habitantibus in eis exercere nequeat absque maximo labore, & expensis: supplicans proinde ratione, & prætextu dictorum laboris, & expensarum sibi congruum, & competens salarium annuum assignari, & taxari, ut in dicta supplicatione ad quam habetur relatio, latiùs continetur, facta relatione per Vbac, meritis processus attentis, & aliàs, fuit conclusum, quòd declaretur, quòd dicto Guilelmo de Ivorra sequestro Regio prædicto pro nunc, & donec aliter fuerit provisum, in satisfactionem laborum, & expensarum occasione dicti sequestri, & exercitii jurisdictionalis per eum in dicto loco, & termino de Alfarras, exsolvatur salarium annuum centum librarum monetæ Barcinonæ, pro cujus quidem salarii satisfactione mandetur arrendatoribus, seu collectoribus omnium, & quorumcunque reddituum, & emolumentorum dictorum loci, & termini de Alfarras, ad quos spectet, quod realiter, & cum effectu dicto Guilelmo de Ivorra sequestro Regio prædicto exsolvant per tertias annuatim; & dicto Regio sequestro durante, centum libras annuas, super dictis verò expensis per dictum Ivorra ad effectum expeditionis dicti sequestri, aut aliàs factis, & per eum petitis, ac etiam super aliis extraordinariis, si quæ forsan à cæterorum factæ fuerint, & reficiendæ videbuntur; postea providebitur, & pro his fiant, & expediantur litteræ opportunæ, juxta R. C. stylum; est in lib. fol. 259.

Similis 11. Februarii 1593. & fuit facta salarii taxatio Francisco Guilla, olim Subvicario Pallarien. quinquaginta librarum, per tertias anticipatas de tribus, in 49

tribus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tribus mensibus solvendas ex emolumentis locorum de la Abella, & S. Romà, sequestratorum, mandando arrendatoribus & collectoribus fructuum dictorum locorum, quatenus decem militibus ad custodienda dicta Castra deputatis exsolverent tres ducatos, illis, & cuilibet eorum pro salario taxatos, cum provisione facta 9. Novembris dicti anni 1593. singulis mensibus anticipatis, in principio scilicet cujuslibet mẽsis; est in lib. fol. 267. Etiam fuit facta taxatio salarii Michaeli Torres sequestro nominato in facto Fr. Ludovici N. Commendatoris de Asco (ut supra habetur) ref. Magnifico Michaele Joanne Taverner I. R. C. scriba Riambau, die 23. Aprilis 1674.

50 Super his nota, quòd in his taxationibus proceditur more criminali absque *intimetur*, sed in fine provisionis dicitur; *& pro his fiant, & expediantur litteræ, & aliæ provisiones opportunæ juxta R. C. stylum*; ut vidimus in processu sequestri jurisdictionis commendatoris de Asco d. die 23. Aprilis 1674. & eo fundamento pariter observavimus in R. C. quòd provisio taxationis alimentorum in sequestro puellarum potest fieri in ipsa provisione sequestri, vel separatim, & petitur postea pro tertiis alimentorum provisio exequutionis; & nec in sequestri, nec in executionis provisionibus fit *intimetur*; sed solum dicitur, *& ob id expediantur litteræ*, &c.

51 Ita Senatus 18. Aprilis 1607. in facto Joannæ de N. uxoris Valentini de N. ubi fuit facta provisio alimentorum in ipsa provisione sequestri.

52 Et in facto Eulaliæ N. filiæ Francisci N. militis Barcinonæ populati 7 Octobris 1682. scriba Riambau, ref. Magnifico Vincentio Sabater I. R. C. fuit facta provisio alimentorum separatim à provisione sequestri; & utraque provisio fuit facta absque *intimetur*, videndus pro hac materia Peg. *decis.* 20. Tondutus *de prævent. par. 2. c. 23. n. 15.* Font. *de pac. nup. to. 2. c. 6. glos. 2. p. 3. n.* 33.

53 Iudex in causa in qua iudicaturus est, de jure comuni sequester esse potest, Canc. *var. 2. cap 4. n.* 35. qui *nu. sequenti*, id non procedere in Cathalonia asserit *ex Constitutione finali, tit. de depositaris, y depositis de exec.* vidi observatum in Regio Concilio die 29. Aprilis 1680. ref. Regio Senatore Taverner, scriba Riambau, in causa recursus interpositi per Consulem de Olanda, à quibusdam procedimentis in eum factis per Vicarium Barcinonæ illi apprehendendo (ob prætensam fraudem lesdæ non solutæ) quamdam partitam piperis.

DECISIO LXXII.

ARGUMENTUM.

Enumerantur casus, in quibus ob scandali, vel armorum timorem providetur de sequestro possessionis, aut conceditur assistentia certo possessori: & quomodò de qualitate scandali, vel armorum timore in actis debeat constare, ut super illis possit Regium Concilium providere: pariter recitantur casus in quibus non oportet, quòd de qualitate illa constet ad providendum assistentiam.

SUMMARIUM.

1 *Quando duo contendunt super possessione vacante, propter timorem ne partes veniant ad arma, poterit Judex ex officio nobili possessionem sequestrare.*
2 *Justa timoris armorum scandali causa, & justificanda prævia causæ cognitione, ubi demonstratur quando periculum armorum adesse dicatur.*
3 *In dubio est præsumendum informationes fuisse receptas ad sustinendum decretum.*
4 *Si certus sit possessor, & dubitatur, ne alter armis eum deturbet, Judex possessionem in sua possessione tueri debet.*
5 *Solet Regium Criminale Concilium, ne partes contendentes super possessione veniant ad arma, & ob scandali timorem, manutenẽtiam, seu assistentiam possessori concedere, etiam si inter eosdem partes pendeat lis in Regia Audientia super interdicto interim.*
6 *De officio conceditur assistentia, cum Senatu.*
7 *Turbator possessionis punivi etiam potest criminaliter, & si Judex præcipiat turbatori, ne possessionem impediat, in casu contraventionis locus erit actioni criminali.*
8 *Spoliator cum armis punitur, spolii causa tunc tractatur criminaliter.*
9 *Quando spolium dicatur commissum cum armis.*
10 *Quomodo debeat constare de qualitate armorum, seu scandali, ut per Regium Criminale Concilium possit deveniri ad sequestrũ, vel assistentiã, agitur, & n. 11.*
12 *Quando timetur scandalum, compelluntur partes ad firmandum pacem.*
13 *Ponderatur doctrina Post.*
14 *Decisio Senatus, ubi traditur litteralis declaratio dubii an causa sit civilis, vel criminalis.*
15 *Respondetur alii decisioni Senatus, quæ pro objice allegatur num. 16. & 17.*
18 *Super exercitio jurisdictionis notoriæ super facto criminali, super qua non adest controversia, nec pendet lis in Regia Audientia, potest Regium Criminale Concilium assistentiam concedere, & numer. 19.*
20 *Prout observatur in exequutione Regiorum privilegiorum, si appositus fuerit ampara sigillo Regio.*
21 *Decisio Senatus.*
22 *Quæ litteraliter recitatur.*

QUANDO duo contendunt super possessione vacante, propter timorem, ne partes veniant ad arma, poterit Judex ex officio nobili possessionem sequestrare, juxta *tex. in l. æquissimum*, ubi Bartol. & Alexan. *in addit. ff. de usuf.* Baldus *in l. quidam estimaverunt num 6. vers. Secundo casu ff. si cert. pet.* Jason *ibidem numer.* 4. quos expendit Paz *de tenuta cap.* 10. *numer.* 6. Marcus *decis.* 1198. *numer.* 4. Anton. Fab. *in C. lib. 7. tit. 19. def.* 8. Revert. *decis.* 47. ubi Marin. Manfrella ad Latro *decis.* 197. *num.* 4. Rovit. *ad prag.* 11. *de feudis numer.* 30. Gonzalez Telez. *lib. 2. decret. tit. 17. c. 3. nu.* 7. Barbosa *ibidem num.* 4. Hermosilla ad Lopez *to. 2. pag. mihi* 179. *nu.* 13. *& seq.* Rodri. *de privileg. credit. ar. 6. num.* 23. ubi tenent, quòd quando partium jura sunt ita obscura, ut confusione involvantur, & non appareat, quis alteri de jure præcedat, salvo jure cujusque partis judicem sequestrum facere debere, Telasco *consult.* 191. *num.* 33. Nenoc. *de adipisc. possess. remed. 6. num.* 19. Post. *de manut. obs. 75. tota*, Salgado *de reg. protec. par. 2. cap. 16. n.* 33. Castillo *de alim. lib. 8. cap.* 13. *num.* 17. & 19. cum Senatu Xammar. *de offic. Judic. par. 1. quæst. 4. num.* 24. formam refert Font. *de pac. tom. 2. clau. 7. glos. 3. par 9. n. 4. &* 5. & his ac aliis laudatis Reg. Cortiada *dec.* 35. *n.* 70. Faria ad Covar. *l. 1. c. 16. n.* 34. diximus *dec. 1. n.* 34. *& dec. antec.* 1

Quoties enim justa timoris armorum, & scandali subest causa, illa prævia causæ cognitione justificanda est, saltem summariè, Angel. *consil.* 107. *in fin.* Decius *consil.* 366. *sub. num.* 13. Hypolit de Marsil. *sing.* 543. quod incipit *maleficiis*, Marinis ad Revert. *d. dec.* 47. *num.* 1. Post. *d. obs.* 75. ubi *num.* 3. dicit, quòd si non adsit timor armorum seu scandali, non debet Judex de facto se intromittere: *num.* 11. quod periculum armorum adesse non censetur, si jam inter partes adesset pax, seu datum esset verbum de non offendendo, vel si unus ex contendentibus possessionem esset puer. fœmina, Clericus, Religiosus, vel alius, qui non esset armiger, sed potiùs persona quieta, & pacifica; & alios casus prosequitur. 2

Nec Judicis dicto statur, Marinis ad Revert. cum allegatis *d. dec.* 47. *num.* 1. etiamsi vires supremas gerat, Post. *de manut. d. obs.* 75. *num.* 8. ubi ait, quòd in dubio præsumendum est informationes fuisse assumptas ad sustinendum decretum, pro quo præsumitur. 3

Si verò certus sit possessor, & dubitatur, ne alter armis eum deturbet, Judex ad sequestrum minime procedit, sed possessorem in sua possessione tueri debet, Revert *d. dec.* 47. ubi Marin. nec tunc admittitur petitio partis adversariæ sequestrum petentis, etiam si rixæ, vel contentiones timeri possint, Paz. *de tenuta cap.* 10. *à num.* 1. Capic. *decis. 96. num.* 11. Gomez. *ad l. 45. tauri num.* 147. quos, & alios recitat Hermozilla ad Lopez *tom. 2. fol. mihi* 178. *num.* 12. Molina *de Hisp. prim. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 72. & ibi Addit. Gutier. *prac. lib. 3. quæst. 73. n.* 74. Barbosa *ad cap. 3. decret. de seq. pos. lib. 2. tit. 17. nu.* 4. 4

Rovi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Rovitus *in prax. 11. de feudis n.* 50 ubi etiam non esse locum sequestro asserit, quando constat de detentore, Post. *obs. 75. num. 16. cum seq.* ubi alios laudat, & *numer.* 22. dicit quòd sufficit qualiscumque occupatio bonorum.

5 Solet nostrum Regium Criminale Concilium, ne partes contendentes super possessione veniant ad arma, & ob scandali timorem, manutenentiam, sivè assistentiam possessori concedere; etiamsi inter easdem partes pendeat lis in Regia Audientia super interdicto interim, Xamm. *de effic. Iudic. par. 1. quæst. 4. numer.* 23. Ramon *consil.* 51. & 52. Font. *de pact. nup. tom. 2. claus. 7. glos. 3. par. 9. à nu. 8.* & alii laudati per Reg. Cortiada *decis. 35. num. 71.* diximus *decis. 1. n. 33. & decis. antec.*

6 De officio cum supplicatione solùm P. F. R. C. expensis communibus partium declaravit Regium Criminale Concilium die 1. Junii 1680. ref. Regio Senatore Nobil. Jacobo de Potau I. R. C. & concessit assistentiam promiscuam in facto Nobilium Mariæ de Agullò & Pinòs viduæ, & Josephi de Agullò, & Pinòs, ejus filii, ex una, & Universitatis, & singularium Villæ de Berga ex alia, in actis Badia Nott. videlicet pro conservando singulares in possessione, seu quasi servitutis juris lignandi in certis nemoribus, & Nobiles Agullons in facultate prohibendi abusus dictæ servitutis. Idem fuit observatum in declaratione assistentiæ die 4. Martii 1683. ref. Regio Senatore Vincentio Sabater I. R. C. in facto inter admodum Reverendum in Christo Patrem Archiepiscopum Tarraconæ ex una, & Syndicum ejusdem Civitatis ex alia, scriba Riambau.

7 Turbator etiam possessionis puniri valet, *ex tex. in cap. cum teneamur, de appellat.* Berous *cons. 45. ex numer. 3 lib. 3.* Natta *cons. 121 à num. 1. usque ad num. 6 lib. 1.* Ialon. *consil 91. n. 24. & seq. l. 3.* his laudatis Paz *de tenuta cap. 10. nu. 10.* Post. *de manut. d. obs. 75. n. 25.* ubi *n. 26.* ait quòd si Judex præceperit turbatori, ne possessionem impediat, in casu contraventionis locus erit actioni criminali, etiam ex capite spreti præcepti, seu inhibitionis, & revocationis attentatorum per viam civilem, & criminalem.

8 Spoliator etiam cum armis punitur, & spolii causa tunc tractatur criminaliter in Reg. Conc. & ita de nostra praxi testatur Canc. *var. 2. capit. 7. num. 4. & par. 3. cap. 4. à num. 253.* Ripoll *var. 5. à nu. 251. & in addit.* ad Peguer. *in prax. civili rub. 32. à numer.* 33. Fonta. *de pact. 1. claus. 4. glo. 22. à numer.* 50. *& tom. 2 claus. 7. glos. 3. par. 9. numer. 2. &* 3. Reg. Cortiada *dic. decis. 35. num. 73. cum seqq.*

9 Quando spolium cum armis commissum dicatur, ut in Regio Concilio Criminali tractari possit, agit Fontanella *de pac. nup. tom. 1. claus. 4. glos. 22. num.* 53 *& seq.* ubi resolvit, non esse necessarium spoliatorem armis usum fuisse in spoliatione, sed sufficere quòd armatus veniret, *ex l. 3. circa fin. ff. de vi, & vi armata,* ibi *Qui armati venerunt, etsi non armis usi sunt ad deiciendum, si dejecerunt, armata vis facta esse videtur; sufficit enim terror armorum, ut videantur armis dejecisse* juncta glosa, ibi: *Si dejecerit* dicens *sine armis:* quia fortè armis visi fugerunt, aut cum venissent armati, eis depositis, ejecerunt possidentes, ex singulari glosa etiam *in l. 1. ff. de vi pub.* verbo *domi*, ubi sic dicitur: *Nota mirabile quod reputatur vis solum habere arma vel domi, vel portasse;* & tradit d. Font. observantiam Senatus *n.* 54. sequitur cum Canc. Ripoll, & aliis Reg. Cortiada *dic. decis. 35. num. 76. & 77.*

10 Tandem regulam hanc tenendam esse censemus, ut assistentia Regia possessori certo concedi possit in Regio criminali Concilio, videlicet quòd de turbatione cum armis debeat constare per summariam informationem; nec esse necessarium probare turbatorem armis usum fuisse, sed cum armis visum esse, quando possessorem impedire intendit, & adhuc eo in casu sufficere quod verosimile sit ad arma, & rixas venturos, qui fortè jam suos convocant, & arma præparant, ut in terminis sequestri apponendi, quando properant ad occupandam possessionem, & sic fortioribus, docet Velasco *consil. 191. num.* 33. ubi de praxi communi attestatur, & ex armorum motu, & scandali futuri timore, ad sequestrandum procedi posse ait Menoc. *de adipisc. possess. remed. 6. nu. 19.* & quod in hac re qualitas personarum consideranda sit, ut si lis est inter Nobiles, & potentes, vel furor arma ministraret, seu debilior esset deperatus, & quod talis timor non habetur indistinctè de omni persona, & Judex debet se conformare cum verosimili, & rectè arbitrium regulare, scribit Post. *de manuten. obser. 75. numer. 12.*

Nec obesse posse censeo, affirmare supra expensa pro- 11
cedere, ut ad sequestrationem possit deveniri, sed non ut sequestrum, vel assistentia in Regio Concilio (quod ad interesse civile partium se intromittere non potest) provideri valeat; nam ut Regium Concilium criminale assistentiam concedere possit, debet qualitatem suæ jurisdictionis per summariam informationem radicare, & sic de violentia cum armis, quæ delictum pariat, informationes in actis recipere, ut principaliter de eodelicto cognoscat, & incidenter de interesse civili, & ne partes veniant ad arma, ad evitanda scandala, assistentiam incidenter concedere, sine præjudicio causæ civilis, ut licet videre in exemplaribus relatis à Regio Senatore Xam. *de effic. Iudic. par. 1. dict. quæst. 4. num.* 23. Ramon *consil.* 52. Canc. *var. 1. in primo respon. num. 128.*

Quia respondetur, quòd sufficienter qualitatem juris- 12
dictionis suæ Regium criminale Concilium habebit probatam, si de timore armorum, scandali, aut rixarum, per informationes summarias in actis Curiæ constet; quia ex solo timore probabili rixarum, aut quòd partes veniant ad arma, potest Regium Concilium se intromittere, & informationes recipere cum partis petitione, aut de officio; prout in casu, quando timetur scandalum, compelluntur partes per Regium criminale Concilium ad firmandum pacem & treugam, cum simplici obligatione de se non offendendo; nam ad eas obligandum, ut securitatem præbeant cum cautione, fieri non solet, nisi cum causæ cognitione, ut docet Canc. *var. 2. cap. 11. num. 50. &* 51. facit Reg. Matthæu *de regi. Reg. Valen. cap. 11. §. 5. n.* 53. & nos suo loco dicimus, & passim observamus, quo in casu dubitare non licet, posse in consequentiam, Judicem mandare sub pœna pro securitate pacis, ne certum locum alter eorum subintret, aut aliàs quid agat, prout opportunum judicabit.

In hanc partem refero, quod punctim scribit Post. *de* 13
manut. d. obs. 75. num. 24. ibi: *Et si timeatur, ne partes ad rixam, vel arma veniant, cum est certum alterum possidere, Iudicis officium tunc est præcipere, seu inhibere sub certa pœna parti, quæ non possidet, ne possessorem in sua possessione impediat, neque ipsum turbare præsumat, Plot. de in lit. tur. §. 3. nu. 47. Menoch. cons. 696. num. 6. Contard. de moment. poss. in 5. rat. decid. n. 13. Beni. decis. 73. sub. n. 5. & 7. Christoph. Paz. de tenut. c. 10. n. 6. Coler. de proces. execut. par. 1. c. 2. n. 112. & turbatorem punire, idem Paz. d. c. 10. n. 10. & in casu contraventionis locus erit actioni criminali etiam ex capite spreti præcepti, seu inhibitionis, revocationi attentatorum per viam civilem, & criminalem.*

Sic in his terminis assistentiæ ex trium testium depo- 14
sitionibus de publica voce, & fama, & qui de judicio deponebant de probabili timore scandali, absque eo quod de armorum strepitu, nec de convocatione gentium cum armis constaret; fuit in Regio Concilio concessa assistentia die 14. Julii 1679. in favorem Antonii Pera & de Tort Bajuli Civitatis Urgellen. & Vicarii Vallium Andorræ creati per Reverend. in Christo Patrem Episcopum Urgellen. refer. Nobili Petro de Amigant, pro exercenda jurisdictione dictorum officiorum contra Syndicum dictæ Civitatis, scriba Riambau. Et non obstante quòd in causa supplicationis ab evocata causa, varia Syndicus deduxit, & probavit circa articulum possessionis: nihilominus ref. Regio Senatore Josepho Aleny R. A. D. die 8. Octobris 1679. cum conclusione R. A. fuit in omnibus decretatio evocatæ causæ confirmata; & cum non acquiesceret Syndicus, firmavit dubium. an causa esset civilis, vel criminalis, juxta disposita *in Constit. unica tit. com se deu firmar lo dupte;* & in causa dubii pariter succubuit die 11. Julii 1679. pro ut sequitur, ibi: *Die 11. Julii 1679. visa supplicatione oblata per Syndicum Civitatis Urgellen. 6. Junii denuò elapsi in, & cum qua firmavit dubium per dictum Syndicum contra F. P. R. C. & Reverend. in Christo Patrem Episcopum Urgellen. an scilicet sit civilis, vel Criminalis cognitio causæ; utrum Consules, & Civitas Urgelli possint denegare admissionem Bajulis prænominatæ Civitatis; nominatis per dictum Episcopum, ex tantibus justis causis, continuando possessionem, seu quasi in qua existere prætendunt; occasione cujus contradictionis fuit processum in Regio criminali Concilio ad relationem Magnifici Michaelis Joannis Taverner & Rubi I. R. C. & poste a fuit*

ſtea fuit introducta cauſa ſuper dicta poſſeſſione, ſeu quaſi in Regia Audientia civili ad relationem Magnifici Joſepòi Aleny Regii Conſiliarii. Viſa nominatione per ſuam Excellentiam facta de Doctoribus infraſcriptis juxta Conſtitutionem 1. tit. com ſe ha de declarar lo dubte, &c. Viſo proceſſu in Regia Curia inſtructo ſuper aſſiſtentia officialis Regii, petita pro parte præfati Reverend. Epiſcopi Urgellen. in favorem perſonæ ultimò nominatæ ad officium memoratum Bajuli Urgellen. ut abſque periculo ſcandali poſſit dictum officium exercere. Viſo proceſſu cauſæ civilis, viſis procedimentis utriuſque cauſæ, habitis diverſis colloquiis, meritis dictorum proceſſuum attentis, providerunt, & declarant, quòd unuſquiſque relator in ſua cauſa procedat, & quòd una per aliam non impediatur, & intimetur

Aleny. *Roca & Julià.*
de Calderò. *de Amigant.*

15 His obeſſe poteris cum declaratione aſſiſtentiæ facta die 31. Maii 1673. ref. Nob. Senatore de Amigant tunc I. R. C. in actis Famada Nott. in qua fuit conceſſa aſſiſtentia Univerſitati, & ſingularibus Villæ, & termini de Roſas in poſſeſſione, ſeu quaſi piſcandi privativè ad ſingulares homines Villæ de Cadaquès, & alios tam in igne, quàm in cetaria, & retibus, & aliis hujus generis apparatibus, in loco dicto *cala dels Joncols* ſito inter Villam de Cadaquès, & Roſas; & conſtabat de qualitate criminalitatis; quia ex teſtium depoſitionibus apparebat, quòd diverſæ gentes Villæ de Cadaquès armatæ cum archibuſijs, & aliis inſtrumentis igneis partim in terra, & partim in mari cum lembis expectabant incolas Villæ de Roſas, ad eis impediendum poſſeſſionem piſcandi, & quòd tres lembi cum ſuis piſcatoribus Villæ de Roſas erant in loco *de la Cala*, & quòd fuerunt impediti ab hominibus de Cadaquès, comminando quòd recederent, aliàs contra eos inſævirent; apparebat pariter de timore ſcandali, quia de eo idem teſtes deponebant de judicio proprio; & nihilominus in cauſa ſupplicationis interpoſitæ ab evocata cauſa criminali dictæ aſſiſtentiæ die 16. Junii 1673. ad relationem Nobilis Narciſi Anglaſell R. A. D. die 24. Auguſti 1674. fuit commutata decretatio dictæ evocatæ cauſæ, & concluſione R. A. declaratum, evocationi prædictæ cauſæ locum non fuiſſe, nec eſſe, & conſequenter non fuiſſe intentionis ſuæ Excellentiæ prædictam cauſam ad ſe, ſuumque Regium Concilium criminale evocare.

16 Sed reſpondetur, quòd ideo fuit commutata decretatio evocationis præhabitæ cauſæ, quia ut inquit Regia ſententia in cauſa ſupplicationis lata, ibi: *Attento ex depoſitionibus teſtium miniſtratorum ſuper articulis in hac cauſa ſupplicationis oblatis per Syndicum Villæ de Cadaquès 1. Julii 1673. conſtat nullum fuiſſe delictum, propter quod evocatio prædictæ cauſæ poſſit ſubſiſtere*, conſtabat cum teſtibus miniſtratis pro parte dicti Syndici de Cadaquès, quòd ſingulares ejus Villæ non acceſſerunt ad locum, ipſis piſcari prohibitum, ſed ad alium, videlicet *la cala de Peloſa* ipſis piſcari permiſſum privativè ad Univerſitatem, & ſingulares Villæ de Roſes, & quòd ex quo intelliexerunt in eo reperiri tres lembos cum gente armata, in animo habuerunt occupatum fuiſſe à mauris, & piratis, prout multoties evenerat; & cum acceſſiti in comitiva cum juſtitia ordinaria, id eſt Bajulo Villæ, locum recognoſcerent, & adinveniſſent gentes Villæ de Roſes, verbis eis impedierunt, ut piſcarentur, & illi digreſſi fuerunt à loco, eis piſcari prohibito, ſine ſeditione aliqua, imò cum magna amicitia ſe ſalutarunt, invicem proſperam noctem denuntiantes; unde ſic apparet gentes armatas viſas non fuiſſe ad locum prohibitum, nec aliàs acceſſiſſe cum armis animo delinquendi, ſed expurgandi piratas; nullumque ſic commiſiſſe delictum, quia animus, & propoſitum diſtingunt maleficia, *l. quod Reipublicæ 33. ff. de injuriis*, Doctores *in l. 1. §. Divus Adrianus, & in l. Divus Adrianus, ff. de injur.* Farinac. *in prax. lib. 3. quæſt. 87. num. 6.* cum allegatis.

17 Nec ulteriùs de ſcandalo, & damno potuit timeri ex facto ſic probato, ex quo ambo à loco amicabiliter receſſerunt, prout nec timor armorum in hac re adeſſe cenſetur, ſi jam inter partes adeſſet pax, ſeu datum eſſet verbum de non offendendo, ut diximus ex Poſt. *de manut. dict. obſ. 75. num. 11.*

Adhuc non recedimus à materia aſſiſtentiæ; nam 18
licèt verum ſit, quòd, ne partes veniant ad arma, ſoleat per Regium criminale Concilium ea concedi poſſeſſori.

Attamen pro exercitio juriſdictionis notoriæ (ſuper 19
qua non adeſt controverſia, vel lis in Regia Audientia civili) ſuper facto criminali etiam poteſt Concilium Regium criminale aſſiſtentiam concedere officiali Regio, vel Baronis, ut tutius, & ſine metu violentiæ poſſit in illo facto juſtitiam exercere, prout verbo multoties conceditur, vel in ſcriptis, ſi petatur ab officiali; quo in caſu neceſſarium non eſt, ut conſtet de ſuſpicione armorum, vel ſcandali per informationem ſummariam; nam factum ſuper quo petitur aſſiſtentia eſt criminale, & per judicem civilem manutenentia, ſeu aſſiſtentia in eo nequit concedi, *Conſt. 12. & 15. ſub tit. de elec. de Doſt.*

Quod ſimiliter obſervatur in executoria omnium Pri- 20
vilegiorum Regiorum officiorum hujus Principatus; nam ſi munus aliquod à Regia Majeſtate, aut ejus Locumtenente demandatum ſit, expeditumque tradatur Privilegium Regium in forma debita cum ſigillo munitum, auxilium Regium ad capiendum poſſeſſionem conceditur, non obſtante quacumque lite, ſeu contradictione, niſi appoſita fuiſſet empara ſigillo Regio, Ramon *conſil. 51. numer. 6. ver. obediant.*

Vidi obſervatum ref. Magnifico Jacobo de Potau 21
I. R. C. in Regio criminali Concilio 22. Januarii 1676. nam Patiarii Villæ Cervariæ cum Privilegio Regio, juncta obſervantia à centum annis, & ultra, probarunt eſſe in poſſeſſione exercitii juriſdictionis compellendi quoſcumque rixantes, & delinquentes in delictis levibus ad firmandum treugas (de quo nulla erat cauſa, vel controverſia civilis) & cum Michael de Sabater domicellus nollet firmare treugas cum Hyacintho Pomes argentifabro dictæ Villæ, petierunt aſſiſtentiam alicujus officialis Regii, ut exequi valerent dictum Privilegium Regium, & ſupplicationi pro parte Patiariorum oblatæ fuit facta decretatio *Magnificus Jacobus de Potau recognoſcat, &c.* poſtea pro juſtificatione facti fuit proviſum *miniſtratis teſtibus, &c.* deinde in modum ſequentem fuit facta concluſio.

Die 16. Januarii 1676. viſa ſupplicatione, &c. meritis 22
proceſſus attentis, & aliàs, inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam providet, quòd pro nunc, & donec aliter ſit proviſum, & ſine præjudicio jurium, & prætentionum partium, aliter quòd per præſentem proviſionem nullum jus partibus accreſcat, vel decreſcat, aliquis ex Regiis Alguzirijs accedat ad dictam Villam Cervariæ, qui aſſiſtat exercitio juriſdictionis, quam dicti patiarii habent virtute dictorum Privilegiorum, eorumque obſervantiæ, compellendi dictumque de Sabater ad firmandum patem, & treugam cum dicto Pomes, ne vis per dictum de Sabater, ſeu alios dictis Patiariis inferatur, & probis fiant, & expediantur litteræ, inſtructiones, & aliæ proviſiones opportunæ, juxta Regiæ Curiæ ſtylum, ſcriba Badia.

DECISIO LXXIII.

ARGUMENTUM.

Regium Concilium cognoſcit de delictis commiſſis per Claſſicos in terra contra paganum, ſed ſi fuerint commiſſa inter Claſſicos, ex novo Regio reſcripto de his cognoſcit Juſtitia maris, quod amplè declaratur, & enodantur caſus, qui pertinent ad cognitionem Ducis Claſſium, & alii, qui ad Præfecti Provinciæ punitionem ſpectant.

SUMMARIUM.

1 *Factum uſque ad num. 3.*
4 *Indubitata eſt juriſdictio, quam habet Regium Concilium in cognoſcendo delicta nautæ delinquentis in terra, & fundamenta traduntur num. 5.*
6 *Recitatur ad id Regium reſcriptum, ubi attribuitur juriſdictio cognoſcendi delicta commiſſa per Claſſicum contra paganum in terra, Regio Concilio, & Judici loci delicti.*
7 *Etiamſi ſit delictum commiſſum inter Claſſicos, inconſpe-*

conſpectu vexilli triremium; & ſit delictum leve.

8 *Comprobatur ex dicto reſcripto Regio.*

9 *Et ex diſpoſitione juris communis; nam Judex loci delicti cognoſcit de delictis nautæ communibus, nec de eis debet cognoſcere Juſtitia maris.*

10 *Judex militaris cognoſcit de cauſis civilibus, & criminalibus, & non Judex ordinarius loci ex conſuetudine in hoc Principatu, ſed ea non extenditur ad delicta Claſſicorum.*

11 *In Regnis Neapolis per particulares leges, & inſtructiones Regias, Generales triremium cognoſcunt de delictis inter Claſſicos, & num. 12.*

13 *Habet locum præventio inter juſtitiam ordinariam, & maris, & num. 14.*

15 *Ad exercitium juriſdictionis ſolùm attenditur forum Rei, id eſt delinquentis.*

16 *Judex loci delicti cognoſcit de delictis Claſſicorum in terra patratis, etiamſi ſint levia.*

17 *Quamvis delicta illa commiſſa forent in conſpectu vexilli triremium, aliàs magnum reſultaret inconveniens, quod ponderatur.*

18 *Obſervantia cognoſcendi Regium Concilium de delictis commiſſis per Claſſicos in terra contra paganos.*

19 *Alia deciſ. Senatus.*

20 *Alia deciſ. Senatus.*

21 *Alia deciſ. Senatus.*

22 *Obſervantia traditur, quam habet Regium Concilium cognoſcendi de delictis communibus commiſſis per Claſſicum contra Claſſicum in terra, uſque ad numer. 25.*

26 *Regium diploma in quo inter Claſſicos attribuitur juriſdictio cognoſcendi Juſtitiæ maris.*

27 *Regiæ leges Regni Neapolis quibus terminantur controverſiæ juriſdictionales inter Duces Claſſium, & Præfectos Provinciarum, remiſſivè.*

28 *In cauſis Civilibus, ſi actor Claſſicus ſit, & Reus paganus, conveniendus is eſt coram Præfecto Provintiæ, ſi verò controverſia ſit inter commilitones, vel Claſſicos, de ea cognoſcat Dux Claſſium.*

29 *Juriſdictiones Præfecti Provinciæ, & Ducis Claſſium omnino ſeparatæ ſunt; & ſic non cumulativæ, ſed privativæ.*

30 *In caſibus quibus conceditur juriſdictio Duci Claſſium, ea procedit indiſtinctè in omnibus delictis tam militaribus, quàm communibus.*

31 *Dux Claſſis exequi facere ſuorum ſubditorum ſententias in terra non poterit ſine licentia Præfecti Provinciæ.*

32 *Delicta commiſſa in triremibus pertinent ad cognitionem Ducis Claſſium, ubi remiſſivè tractatur quid quando Provincialis in Claſſe delinquit contra Provincialem.*

33 *Si Claſſicus delinquat contra Claſſicum in terra, cognito delicti eſt Ducis Claſſis.*

34 *An Duces Claſſium poſſint carcerare facere ſuos ſubditos in terra, declaratur.*

35 *Pertinet ad cognitionem Præfecti Provinciæ, delinquentium in contemptum juſtitiæ, aut propter injuriam, aut ſimiles res.*

36 *Delictum à Claſſicis commiſſum in terra contra paganum cognoſcitur à Judice loci delicti.*

37 *Si Claſſicus delinquat in terra, arma prohibita exportando, punitur à judice loci delicti.*

1 JACOBUS N. nauta Claſſis Regiæ triremium Excellentiſſimi Domini Ducis de Turcis (nunc in portu hujus Civitatis Barcinonæ quieſcunt) per Mathiam Ros Caput excubiarum die 11. Januarii 1681. fuit Regiis carceribus traditus, ob homicidium, quod in perſonam alterius Claſſici commiſit in littore maris præſentis Civitatis; ex ordine Excellentiſſimi Ducis de Bournonville Locumtenentis Generalis hujus Principatus acceſſit quidam adjutor tribuni militum ad carceres, ubi congregatum ad viſitandos carceratos ſtabat Regium Concilium criminale, petens ſibi perſonam dicti Jacobi N. nautæ liberari, ad eum remittendum Gubernatori præhabitæ Claſſis prætenſo Iudici competenti illius delicti; etſi verbo ſuæ Excellentiæ allegatum fuerit fundamentum, quo nititur Regium Concilium prodetinendo reo, & de ejus cauſa cognoſcendo, eidem in ſcriptis conſultationem propoſuit, quam juris, & obſervantiæ fundamentis ſtabilivit, demonſtrans in ea ad Locumtenentem Generalem, & Regium Concilium punitionem ſceleris ſpectare, id ipſum diſponens Regium diploma pro his caſibus recitatum à Nob. Sebaſtiano de Cortiada *de juriſ. cap. gen. quæſt. 3. in fine.*

At conſultationi huic decrevit ſua Excellentia, cauſam illius militaris ad ſuum proprium judicem remittendam eſſe; quia delictum fuit inter Claſſicos, & ad aſpectum regalis vexilli triremium, & quòd licèt benè ſe geſſerit officialis in capiendo criminoſum; at poſt capturam teneri Regium Concilium reum remittere ſuo Judici militari. 2

Motivis decreti ſatisfaciens Regium Concilium, alteram propoſuit ſuæ Excelentiæ conſultationem; in qua fuit dictum, & concluſum, quòd ignorabatur modus quomodo iſte reus poterat remitti; & tradi prædicto Gubernatori triremium; quia vigore Regiorum ordinum cognitio hujus delicti ſpectabat Regio criminali Concilio; at huic ultimæ conſultationi reſpondit ſua Excellentia cum alio decreto, reſolvens ſibi tradi captum, aut Auditori Generali; ut remiſſionem diſponeret in eum ad quem ſpectaret, nec eſſe novum, imò frequens, militares ſuis judicibus remitti, prout reliqui remittuntur Regio Concilio, ſi militares eos capiant; ſub his verbis. *Barcelona 18. de Henero 1681. que eſte preſo ſe me entregue à mi, ò al Auditor General, y diſpondrè de ſu entregua al que tocare, no es coſa nueva; ſino muy juſta, y ordinaria, que los militares ſe entreguen à ſus Iuezes, y como tambien los demàs al Conſejo, ſi militares los han cogido.* 3

Verùm, ut dubitari non valeret de indubitata juriſdictione, quam Regium Concilium habet in cognoſcendo delicta Claſſicorum delinquentium in terra, ponderavimus ſcripta à Nob. Sebaſtiano de Cortiada *de juriſd. cap. gen. d. quæſt. 3. num. 19.* tanquam principale fundamentum reſolutionis aſſerti, ibi: *No puedo dexar de referir un caſo, en que el General del mar no puede conocer, ni tiene juriſdiccion en ſus ſubditos, que es, quãdo los ſoldados, marineros, moros, ò otros ſubditos del General del mar cometieren delitos en tierra contra la gente de la tierra, que entonces, aſſi de derecho, como por inſtrucciones, y ordenes de ſu Mageſtad deve caſtigarlos el Virrey con el Conſejo criminal, y no ſe han de remitir al General del mar; y ſi fueren preſos en el mar por la juſticia de la armada, ſe han de remitir, y entregar à la juſticia de la tierra, Franc. deciſ. 88. ubi Luca num. 1. Conſianc. in l. unica num. 80. C. de cla. lib. 11. Sanſtel. in prax ſec. 19. num. 7. & deciſ. 290. num. 34. Maſtril. de magiſtrat. lib. 5. cap. 15. nu. 20. & 21. Caracciol. de fort privil. remiſ. q 41. n. 16. ver. & ſubdit, Bolaños in Cur. Philipp. t. 2 l. 3. c. 3. n. 15. in fine. Revert. dec. 81. n. 3 ubi Marinis in obſ. n. 1. & 5. doctamente Rocco de offic. rub. 16. à n. 25. y dende el n. 63. trahe muchas deciſiones del Reyno de Napoles.* 4

Ten eſta conformidad el Real Conſejo de Cataluña en 17. de Setiembre 1668. hizo conſulta al Excelentiſſimo Señor Duque de Oſſuna, ſiendo Lugartiniente, y Capitan General en eſt Principado, en la qual dize, que el conocimiento de los delitos, que los ſoldados de las galeras, y armadas de mar, marineros, moros, y otras perſonas deſte genero cometen en tierra, toca al Virrey, y Real Conſejo, y no à los Generales del mar; y que aſſi fue declarando por ſu Mageſtad en el año 1658. de que ay muchos exemplares en Cataluña, que en ella reſiere; y ſu Excelencia fue ſervido conformarſe con ella, y en eſta conformidad lo ha declarado ſu Mageſtad por ſu Real carta, dada en Madrid à 17. de Setiembre 1670. quam refert *in cad. quæſt. 3. numer. 23.* tenoris hujuſmodi. 5

La Reyna Governadora.

Iluſtre Duque de Ceſſay de Baena, Primo, mi Lugartiniente, y Capitan General, con vueſtra carta de 17. de Febrero de eſte año, ſe recibiò el papel, que os hizo la Sala criminal de eſſa Real Audiencia, ſobre el conocimiento de la cauſa de un Italiano, oficial de una de las galeras de la Eſquadra de Don Pagan Doria, que cometiò un hurto en tierra en una de las barracas del muelle de eſſa Ciudad, y la pretenſion de Don Pagan de aver de conocer del reo, por ſer ſubdito ſuyo, y ha parecido reſponderos, que hizieſteis bien poner en las carceles el delinquente, pues no es diſputable, que el conocimiento, y caſtigo del os 6

toca

toca con la Sala Criminal de essa Real Audiencia, por averse cometido en tierra su delito, y observandose assi en casos semejantes à este; no solo en esse Principado, sino en otros Reynos de la Corona, y estar dispuesto assi por Reales ordenes. Y assi os encargo, y mando lo executeys en este, y en los demas casos, que se ofrescan de delinquir en tierra la gente de las galeras, que lo mesmo he mandado advertir à Don Pagan Doria, para que assi lo observe, y se escusen en adelante las competencias, que pudieren originarse, y hareis que esta mi orden se note en el Libro de las acordadas de essa Real Audiencia para la noticia della Dat. en Madrid à 17. de Setiembre 1680.

Yola Reyna.

Ut. Don Christoph. Crespi Vicecan.
Ut. Exea Regens.
Ut. Marchio de Castellnovo.
Ut D. Petrus Vilacampa Reg.
Ut Fernandez ab Heredia Reg.
Ut. D. Josephus de Bozados Reg.

Don Didacus de Sada Secretarius.

Et licèt appareat in relato Regio diplomate, non disponi in casu quo delictum fuerit inter Classicos commissum ad aspectum vexilli triremium, & foret delictum leve, quæ sunt fundamenta expressa in decretis Excellentissimi Domini Locumtenentis Generalis, cum quibus gubernator triremium potest suam radicare iurisdictionem.

7 At verò recognovit Regium Concilium, quòd tam ex supra recitato Regio rescripto, quàm ex dispositione juris communis, & observantia subsequta in casibus ejusdem generis, ad se pertinet cognitio relati delicti, quamvis concurrant in eo circustantiæ, quòd commissum fuerit inter Classicos, in conspectu vexilli triremium, & sit delictum leve.

8 Quamvis enim sua Regia Majestas in rescripto supra expresso resolvat, in casu quo Officialis triremium commisit furtum in terra in quodam tugurio littoris huius Civitatis, & sic in casu quo delictum fuit commissum contra non Classicum, at sic Regia Majestas indistinctè, & generaliter in casu quem exprimit, & aliis similibus disponit, ea ratione expressa, quia fuit delictum commissum in terra, injungendo quòd in cæteris casibus, in quibus gentes triremium delinquant in terra, idem observetur, quæ ratio militat in casu controverso, & sic idem jus est statuendum:

9 Ex dispositione juris communis, quia delictum commissum per nautam, non fuit militare, sed commune, & sic ejus cognitio ad iudicem loci delicti, & non ad justitiam maris debet pertinere, probat *tex. in l. fin. ff. de accusat. & in l. de milit. 8. ff. de custodia reorum*, & est communis Doctorum opinio insequentium *glos. in l. Magisteriæ, C. de jurisd. om. jud.* Bovad. *in pol. lib. 4. cap. 2. num. 67.* Caval. *resol. crim. cas. 294. n. 272.* Maltril. *de Magistrat. lib. 5. cap. 16. num. 18. & seqq.* Franc. *decis. 88.* Salcedo *in theat. honor. glos. 42. num. 22.* Sanfel. *decis. 290. num. 34. & in prax. judic. sec. 19.* Regens Tapia *lib. 2. juris reg. ad caput Regis Caroli 1. fol. 384. lib. 2. & decis. 13. tota.* Rovit. *super pragmatica 11. de militibus.*

10 Et licet Judex militaris debeat cognoscere de causis civilibus, & criminalibus militum communibus; & militaribus, & non Judex ordinarius loci; at in hoc Principatu id procedit ex consuetudine, & rescriptis Regiis specificè id idem disponentibus, ut scribit Regens Cortiada *tom. 1 decis. 11. num. 18.* quæ non comprehendunt causas criminales navicularium, & militum navium; & sic tanquam casus ommissus manet in dispositione juris communis, quæ ut diximus tribuit cognitionem delictorum communium per navicularios, & milites maris, judici loci delicti, prout ita argumentatur Reg. Sanfel. *in prax. jud. dic. sec. 19. num. 7. ver. Et tantum pragmatica.*

11 Nec his obstant qui differentiam tradunt inter casum, in quo sunt delicta commissa inter Classicos, & casum quo per Classicum in Provincialem; in primo affirmantes, cognitionem spectare justitiæ maris, & in secundo judici loci delicti, ut scribunt Georg. *alleg. 48. tot.* Marin. ad Rev. *dec. 88. n. 4.* Ping. *in alleg. c. gen.* quę est impressa *in prag. 11. de mil.* per Rov. Addit. Luc. ad Franc. *d. decis. 88.*

Quia respondetur, supracitatos Doctores loqui de Regnis Neapolis, & Siciliæ, quæ habent particulares leges, & instructiones Regias, in quibus expressè conceditur Generalibus triremium jurisdictio ad cognoscendum delicta inter Classicos, & in individuo illas recitat Roccus *de offic. rub. 16. à num. 26.* qui exprimit ad id instructiones Regias Dom. Regis Philippi Secundi, quas adducit ex Reg. Const. *in l. unic. C. de Classi. lib. 11. n. 77.* concessas Regno Neap. 12

Ulteriùs etiam, quia est certum, quòd inter illas justitias habet locum prævention: quia quamvis justitia maris habeat jurisdictionem in illo delinquente ratione domicilii; at justitia ordinaria Regia habet etiam in eo ipso jurisdictionem ratione loci delicti, & sic cumulativa adest jurisdictio inter hos Magistratus, & est locus prævention, & præcedere debet in cognitione causæ ille, qui prævenit per informationes, & capturam Rei, ex Franc. *decis 88. nu. 5.* Sanfel. *decis. 290. num. 33.* cum aliis allegatis à Rocc. *de offic. rub. 16. num. 53.* & in fortioribus terminis scribit Tondut. *de prævent. Jud. par. 1. cap. 28. num. 25.* 13

Ex allegatis infertur, quòd per dispositionem juris communis, quæ venit sequenda in hoc Principatu, cum deficiant ordines, & instructiones Regiæ, pertinet cognitio delicti controversi ad jurisdictionem Regiam ordinariam, ratione delicti commissi, maximè stante prevention. 14

Nec diversitatis ratio considerari potest de casu in quo committitur delictum per Classicum contra paganum, ad casum quo committitur per Classicum contra Classicum; nam in utroque casu, quo reus est Classicus ratione loci delicti, ad justitiam loci delicti pertinet cognitio, nec ad exercitium jurisdictionis aliud attenditur, quàm forum Rei, id est delinquentis, ex regula *cap. fine cap. si Clericus de foro comp.* Excellen. Dom. Crespi *obs. 51. num. 12.* & alii quos tradit Advoc. Fisc. Ferrer. *in discur. Jurisd. Regiæ num. 39.* 15

Supra tradita resolutio Doctorum, qui attribuunt cognitionem iudici loci delicti per Classicos patrati, non solum procedit, quando delictum est enorme, & grave; sed etiam quando delictum est leve; quia distinctio illa non est admissa, sed potiùs reprobata, & jure aliquo comprobari non valet, ita Revert. *decis. 81. in fin.* Roc. *de offic. rubr. 16. num. 36.* quantò magis quia delictum successum est homicidii, & sic non leve, sed grave reputari, omnibus sit compertum. 16

Nec facere potest prætentioni Gubernatorum triremium, quod dicitur, fuisse patratum in conspectu vexilli triremium; quia ubique est certum, ex quo fuit commissum in terra, illius punitionem ad judicem loci pertinere debere, quia si iurisdictio Gubernatoris triremium extenderetur in terra usque ad aspectum vexilli triremium, sequeretur illud vanum, & absurdum, quòd esset, habere Ducem Classis iurisdictionem non solùm in Classi, sed etiam in majori parte huius Civitatis, & præcipuè in parte maritima murorum, intus portam maris, & adhuc intus Palatium Excellentissimi Pro-regis, ut similiter huic asserto satisfacit Senator Roccus *de offic. rub. 16. num. 58.* qui inde resolvit in favorem Regiæ iurisdictionis ordinariæ, non obstante, quòd delictum commune, de quo loquitur, fuit commissum per Classicum ante conspectum vexilli triremium Classis Regni Neapolis. 17

Observantia subsequuta, quòd cognoscat Locumtenens Generalis, & Regium criminale Concilium de delictis communibus commissis per gentes triremium in terra, ac in littore maris, non solùm in casu quo fuit commissum contra navicularios, Classicos, vel alias gentes triremium, fit manifestum. Primæ speciei fuit casus, qui evenit 5. Junii 1637. ad relationem magnifici Jacobi Mir. tunc I. R. C. & postea Regentis Regiam Cancellariam, contra Josephum N. & Franciscum N. milites triremis Capitaneæ Hispaniæ delatos de resistentia facta in vico *de la porta Ferissa* huius Civitatis, Petro Sabater portario Regio, à cuius manibus exemerunt cum violentia quendam captum, & fuerunt condemnati per Regium criminale Concilium ad serviendum triremibus Hispaniæ, cum alimentis necessariis tantùm, & sine stipendio militari per tempus quinque annorum. 18

Sic etiam fuit observatum 16. Februarii 1667. contra Lazarum N. & Damianum N. milites Classis triremium Genuens. qui invaserunt portarium Clavarii huius 19

Civi-

Civitatis, & alios suæ comitivæ, deducentes à manu portarii quasdam merces introductas in Civitatem in fraudem jurium intratæ, & unus ex comitiva portarii occisus mansit, & cum alter ex aggressoribus fuisset extractus cum sono emisso declarato per Regium Concilium, ab Ecclesia Parochiali Beatæ Mariæ de Mari, tandem per remissionem delicti pro bono publico factam per Locumtenentem Generalem hujus Principatus, fuerunt omnes gratiati, & a carceribus relaxati.

20 Etiam die 9. Maii 1669 ad relationem Magnifici Joannis Baptistæ Roca & Julià tunc I. R. C. postea Regentis Regiam Cancellariam in Regno Majoricensi, & nunc Tertiæ Aulæ D. fuit condemnatus per Regium Concilium Franciscus N. nauta falucæ triremis nuncupatæ *del Santo Christo*, & pro crimine nefando fuit condemnatus ad fustigandum, & ad servitium Regiarum triremium per decennium, & fuit postea confirmata sententia in gradu supplicationis, ref. Nobili Francisco de Ribera R. A. D.

21 Et die 13. Septembris ejusdem anni fuit carceratus de mandato Magnici Josephi Ferrer & Vinyals I. R. C. Petrus N. nauta falucæ nominatæ *de Sant Francisco de Paula*, culpatus de furto commisso in platea del Born hujus Civitatis; & 18. ejusdem mensis, & anni fuit relaxatus per Regium Concilium sub Sacramento, & homagio: quia delictum erat leve.

22 Secundæ speciei fuit, qui evenit 6. Februarii 1676. contra Antonium N. nautam culpatum in nece commissa die 2. Februarii 1675. in littore maris hujus Civitatis, circa tugurium Capitaniæ Generalis cum jactu instrumenti rotati in personam Enardi Nostra, etiam nautæ; & ad relationem Magnifici Jacobi de Potau & Molas I. R. C. fuit condemnatus ad servitium Regiarum triremium remigando per quinquennium.

23 Ac etiam ad relationem ejusdem Senatoris fuit fulminatus processus contra Jacobum N. naviculatorem Genuensem delatum de homicidio Laurentii Griello, etiam navicularii Genuensis in via publica Sanctæ Margaritæ, Villæ Mataronis; & per Excellentissimum Locumtenentem Generalem fuit remissus 30. Octobris 1678. cum compositione pro Regia Thesauraria.

24 Quibus sic animadversis, concludenter apparebat resolvendum fore in casu occurrenti pro Regia jurisdictione ordinaria; at vero quia dictus Jacobus N. delinquens erat captus de mandato suæ Excellentiæ, ex quo suæ Excellentiæ constitit homicidium per illum commissum, fuisse in defensam propriam, & fratris sui, fuit à carceribus de mandato etiam suæ Excellentiæ relaxatus de mense Februarii 1681.

25 Terminata nihilominus fuit hæc controversia in posterum cum Regio diplomate expedito Matriti 25. Martii 1681. ut sequitur,

El Rey.

26 *Ilustre Duque de Bournonville Pariente, mi Lugartinente, y Capitan General. Por vuestra carta de primero del corriente, he visto lo que respondeys al informe que mandè pediros, sobre la disputa movida, à cerca de aver retenido la Real Audiencia Criminal de esse Principado un delinquente de las Galeras de Genova, que avia preso, y puesto en las carceles Reales de essa Ciudad de Barcelona, diziendo las razones que diò para no entregarle al Governador de dichas Galeras, en execucion de vuestros mandatos, y que eran, fundandose en las ordenes Reales que ay dadas, declarando, que los Capitaneos Generales de mar, y tierra no tienen jurisdiccion sobre los suyos, sean marineros, soldados, ò moros, quando delinquian en tierra; y que el conocimiento de sus delitos tocava al Virrey, y Real Audiencia Criminal; y para que à vista de las que vos expressays en contrario para este caso, determine entregar el preso al Governador de dichas Galeras, como con efecto quedava executado. Y ha parecido responderos, que respeto de aver sido (como dezis) el delito, de que se trata, cometido entre dos marineros, ambos de las Galeras de Genova, os apruebo lo que obrasteis en orden à aver mandado entregar este preso al Governador dellas, pues lo mismo deve entenderse, y observarse en esse Principado, que en Cerdenna, donde paraque se escusen semejantes encuentros entre ambas jurisdicciones tengo resuelto, y mandado por mis Reales ordenes, que el General de la Esquadra de aquel Reyno le toque en primera instancia el conocimiento de los delitos cometidos en galera, y fuera de ella, quando suceden entre subditos suyos, y no puede hazerlos prender en tierra, sin beneplacito del Virrey, ò si huviere peligro en la tardança, dandole cuenta inmediatamente despues de presos, y antes dellevarlos à las Galeras; y que al Virrey, con la Real Audiencia tocara el castigo, y conocimiento de los que delinquieren en tierra en desacato de la justicia, ò por injuria, ò cosas semejantes, y tambien como fuere contra particulares. En cuya conformidad, es mi voluntad se observe en esse Principado, y que se registre este mi Real orden en los Libros de las acordadas de essa mi Real Audiencia, paraque se tenga presente en lo venidero. Dat. en Madrid xxv. de Março M.D.C.LXXXI.*

Yo el Rey.

Ut. Xulve. Regens. — *Ut. Don Michael de Calba.*

Ut. Pastor Regens. — *Ut. Marchio de Castellnovo.*

Don Franciscus Yzquierdo de Berbegal Secretarius.

In Regno Neapolitano cum frequentes orirentur 27
controversiæ inter Duces Classium, ac Præfectos Provinciarum, in quibus Classes reperiebantur, Invictissimus Dominus Rex Philippus Secundus certas sub ea re statuit leges, quas ad litteram adducit Fulvius Constantius *ad leg. unic. C. de Classicis num. 77.* Ad quarum declarationem aliqua annotanda scripsit, quæ deservire possunt pro omnimoda intelligentia diplomatis Regii supra expensi.

Primò, quòd in hoc Regis rescripto tantùm statuitur 28
super causis criminalibus, & nihil agitur de civilibus, undè consequens est, juris communis dispositionem in causis civilibus esse servandam, secundùm quam, si controversia sit inter commilitones, vel Classicos, ita ut tam actor, quàm reus Duci exercitus, vel Classis subsit, vel conventus fuerit de ejus jurisdictione, in utroque casu cognoscat Dux; sic interpretatur *textus in l. Magisteriæ C. de jurisd. omnium Judicum*, Bellapert, Salycet. Castren. & alii ibi scribentes; si vero reus paganus sit, & actor Classicus, conveniendus ille sit coram Judice Provinciæ, ex regula *rex. in cap. cum sit generale, de foro competenti*: quæ comprobat Reg. Constantius *ad dictam l. unic. C. de Class. lib. 11. numer. 77. vers. Primò igitur*, Rocus *de offic. rubr. 16. num. 20. & 21.* Marin. ad Revert. *dec. 81. num. 9.*

Secundò quòd in dicto Regio mandato separavit 29
Dom. Rex jurisdictiones inter Præfectos Provinciarum, & Classium Duces, unicuique ipsorum discretivè jurisdictionem concedens, ad sedandum controversias, & competentias, quæ inter has jurisdictiones oriebantur: undè non cumulativum, sed privativum inter ipsos statuit imperium; sic enim limitatur regula illa, quæ habetur *in l. 1. de offic. Præf. Vrbis*, ut docuit Bald. *in l. unic. vbi autem. num. 2. vers. Secundo casu, de caduc. tol.* & in Auth. habita: *Ne Filius pro patre, n. 32.* Angelus *in l. cum Prætor, ff. de judic. & in l. si vacantia de bonis vacantibus*, Felinus *in cap. Pastoralis, col. 2. vers. Limita Secundò, de officio ordinis*, Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsump. 18. vers. Sextus est casus*, Constantius *ad d. l. unic. de Classicis, lib. 11. num. 78. & seq.* Roccus *de offic. rub. 16. num. 15. & seq.* Luca ad Franc. *dec. 88 nu. 1.* Marinis ad Revert. *d. decis. 81. num 10.* Et denotant verba illa: *Ha parecido responderos, que respeto de aver sido (como dezis) el delito, de que se trata, cometido entre dos marineros, ambos de las Galeras de Genova, os apruebo lo que obrasteis, en orden à aver mandado entregar este preso al Governador dellas.*

Tertiò, quòd in casibus, in quibus statuitur in d. Reg. 30
ordine cognitio in favorem Ducis Classis, venit intelligendus absque distinctione, nimirùm an sint crimina militaria, vel communia, gravia, vel levia; nam delictum commune erat commissum à Classico in casu controverso; & tamen fuit decretum ad Gubernatoris Classis cognitionem pertinere in citato Regio rescripto; & comprobant Reg. Constantius *in dict. l. unic. Cod. de Class. lib. 11. num. 84.* Marinis ad Revert. *decis. 81. num. 11.* Roccus *de offic. rub. 16. num. 17.*

Quæ-

31 Quartò, licèt Dux Classis in casibus expressis in decreto Regio, habeat cognitionem causarum; attamen nullo pacto ei licebit suorum judicum sententias in terra executioni demandare; sed in ipsa Classe tantum, nisi de Præsidis Provinciæ licentia, Puteus *in tract. de duello lib. 1. cap. Qui possunt judicare, par. 4.* Marin. ad Revert. *d. dec. 81. nu. 13.* & antea Regens Constantius *in d. l. unica de Class. num. 90.* referens exemplaria, quæ in hac Civitate Barcinonæ evenerunt, ibi: *Et memini in anno 1597. Barcinonæ carceratum fuisse quendam Tribunum Militum Italorum ab Illustrissimo Duce Feriæ, illius Regni Prorege, quòd militem suum desertorem militiæ ultimo supplicio in mole illius Civitatis affici mandasset, ipso inconsulto. Et anno 1612. cum pro quodam gravi crimine fuit igni damnatus quidam ex remigibus triremium Barcinonæ, fuit super quibusdam vegetibus confectum tabulatum in ipso mari, & arena, & lignis supra positis ibidem cambustus, ut accepi à Domino Joanne Baptista Valenzuela Velazquez viro insigni:* id ipsum recitat Roccus *d. rub. 16. nu. 48.* & probat Marinis ad Rovit. *d. dec. 81. num. 13.* cætera ad materiam notanda videnda sunt apud Reg. Constantium, & Marin. ad Revert. *loc. cit.*

32 Ultimò, quòd determinatum, & definitum habetur in hoc novo Regio rescripto ann. 1681. est, quòd pertineat ad Præfectum Classium triremium cognitio delictorum, quæ committuntur in triremibus, ibi: *Que al Generalde la Esquadra de aquel Reyno toque en primera instancia el conocimiento de los delitos cometidos en galera, y fuera della, quando sucedan entre subditos suyos, &c.* & dicit Reg. Constantius *ad d. l. unicam n. 80. cum seqq.* ubi *nu. 87.* agit quando Provincialis in Classe delinquit contra alium Provincialem, an delicti cognitio sit Præsidis Provinciæ, Luca ad Franc. *dec. 88. nu. 1.* Marin. ad Revert. *d. dec. 81. nu. 4. & 6.*

33 Si Classicus contra Classicum in terra deliquerit, criminis cognitio ad Ducem Classicum spectat, ibi; *Que al General de la Esquadra de aquel Reyno toque en primera instancia el conocmiento de los delitos cometidos en galera, y fuera della, quando sucedan entre subditos suios, &c.*

34 Etiam decernitur, quòd Duces Classium non possint carcerare facere subditos suos in terra absque beneplacito Proregis, aut si periculum adesset in mora, postquam fuerint capti, teneant Proregi notitiam immediatè præbere, antequam capti ad triremes ducantur, ibi: *Tno pueda bazerles prender en tierra sin beneplacito de Virrey, ò huviere peligro en la tardança, dandole cuenta inmediatamente despues de presos, y despues dellevarlos à las Galeras.*

35 Ad Præfectum Provinciæ, & sic ad Proregem, & Regiam Audientiam pertinçat cognitio, & punitio delinquentium in terra in contemptum justitiæ, aut propter injuriam, aut similes res, ibi: *Y que al Virrelcon la Real Audiencia tocara el conocimiento de los que delinquieren en tierra, en desecato de la justicia, o por injuria, ò cosas semejantes:* Et hæc latè probavimus *decis. 70.* punctim Reg. Rerveter *decis. 81. in fine.*

36 Ubi delictum à Classicis commiteretur in terra, in personam pagani, illius cognitio ad Judicem loci delicti spectet, ibi: *Y que al Virrey con la Real Audiencia tocara el castigo, y conocimient de los que delinquieren en tierra en desecato de la justicia, ò por injuria, ò cosas semejantes, y tambien como fuere contra particulares.* Et expressiùs in anteriori rescripto Regio anni 1670 ibi: *Pues no es disputable, que el conocimento, y castigo del os toca en la Sala Criminal dessa Real Audiencia, por averse cometido en tierra el delito.* Conprobant Constant. *in dict. l. unica, n. 80.* Tapia *jus Reg. l. 2. super c. Reg. Carol. 1. & in dec. sacr. Concil. 73. in fin.* Sanfel. *in prax. 10. c. 19. n. 7. & dec. 290.* & alii allegati quos sequitur Roccus *de offic. d. rubr. 16. n. 52.* Luca ad Franc. *dec. 88. n. 1.* Marinis ad Revert. *d. dec. 81. nu. 5.*

37 Et hinc inde pro constanti habetur, quòd si Classicus delinquat in terra, arma prohibita asportando, punitio pertinet ad judicem loci delicti, ut strenuè, & doctè defendit Roccus *de officiis rub. 16. nu. 27. & seqq.* & decisum tradit Regens Reverterius *d. dec. 81. tot.* ibi: *Dicebatur & tandem, quòd si isti milites triremium per terram iter agentes secum arma à Regis Sanctionibus prohibita, asportarent, vel sic insultarèt, vel resisterèt officialibus terræ, quòd essent puniendi per magnam Curiam, sivè per alios officiales terræ, sicque aliàs observatum per magnam Curiam, facto verbo in Collaterali Concilio, & coram Illustriss. Prorege.*

DECISIO LXXIV.

ARGUMENTUM.

De delictis merè Ecclesiasticis, de merè temporalibus, & de mixtis; & in quolibet eorum Judex Ecclesiasticus, & Sæcularis quibus pœnis delinquentes punire possit, & ab uno punitus, an possit iterum ab altero pro eodem delicto puniri, & an Ecclesiasticus in mixtis possit procedere ad capturas laicorum, & in casibus jurisdictionis suæ an egeat territorio Principis ad carcerandum laicos, discutitur, & declaratur, ubi etiam agitur de comœdiarum tolerantia, de saltationum tempore carnisprivii, & larvarum vulgò *mascaras* prohibitione in hoc Principatu.

SUMMARIUM.

1 *In triplici differentia sunt delicta, alia sunt merè Ecclesiastica, alia merè Sæcularia, & alia mixta.*

2 *Ecclesiastica merè ea sunt, quæ tantum à jure Ecclesiastico sunt prohibita, & tangunt tantùm res Ecclesiasticas spirituales, ut crimen hæresis, simoniæ, & alia.*

3 *Merè Sæcularia sunt, quæ à lege civili vetita reperiuntur, & versantur tantùm circa res profanas, & à secularibus perpetrantur, ut furtum, homicidium, & alia.*

4 *Mixta sunt, quæ tam à Jure Ecclesiastico, quàm civili prohibentur, & ratione subjecti, aut personæ delinquentis possunt esse sæcularia, aut Ecclesiastica, ut Adulterium, Sacrilegium, concubinatus, Usura, Sortilegium, Periurium, Nefandum crimen, Blasphemia.*

5 *Ordinarii Ecclesiastici cognoscere debent de delictis merè Ecclesiasticis, tam in laicis, quàm in Clericis etiam pœnis corporalibus citrà sanguinis effusionem.*

6 *Recitatur decisio in causa Matrimonialis.*

7 *Alia allegatur decisio.*

8 *In delictis mixti fori est locus prævention inter judicem Ecclesiasticum, & Sæcularem, & præfertur in cognitione causæ, ille qui prævenit, & processus prævenientis facit cessare processum prævenit.*

9 *Decisio, ubi condemnatur eximere tentans carceratos à carceribus Episcopalibus.*

10 *In delictis mixti fori posse Judicem Ecclesiasticum laicos punire pœnis etiam temporalibus, recitatur.*

11 *Qui contrarium tenent, allegantur, & nu. 12.*

13 *In delictis mixti fori, si reus per Ecclesiasticum sit absolutus, poterit nihilominus per Sæcularem puniri.*

14 *E contrario non prohibetur Ecclesiastico procedere cõtra absolutum à Sæculari in delictis mixti fori.*

15 *Quando judex Ecclesiasticus poterat competentem pœnam imponere, ab eo absolutus, qui prævenit, non potest amplius molestari a Judice Sæculari.*

16 *In delictis mixti fori, si per Judicem Ecclesiasticum non fuerit punitus laicus pœna condigna, capi, & puniri potest per Judicem Sæcularem.*

17 *Si verò captus, & punitus sit per Judicem Sæcularem, postea puniri non potest per Ecclesiasticum; quia semper pœna imposita à Sæculari, præsumitur competens, quod declaratur etiam in n. 18.*

19 *An Ecclesiasticus in delictis mixti fori possit propria auctoritate delinquentes laicos capere, quod est consequens necessarium ad prævention, proponitur: referuntur doctores pro affirmativa sententia.*

20 *Pro contraria alii allegantur.*

21 *In praxi tamen quoad delicta mixti fori ubique ferè moribus est receptum, ut ad laicorum delinquentium capturam Ecclesiastici non procedant.*

22 *Etsi Episcopi in sua Diœcesi habeant jurisdictionem ordinariam, ita ut in quolibet loco pro tribunali sedere possint, & subditos, eorum excessibus id exigentibus, capi facere; tamen extra septa Ecclesiæ, & Palatii Episcopalis non habere territorium, nec posse capere aliquem, & captum ducere,*

nisi habeant territorium à Principe, cujus est territorium concedere pro exercitio contentiosæ Jurisdictionis, traditur.

23 *In Cathalonia habent Episcopi territorium ad exercitium Jurisdictionis contentiosæ contra Clericos, & subditos; & absque Principis licentia possunt eos capere, & captos per Regium territorium ducere, sed non ad laicos capiendum: expenditur usat.* laudaverunt, sub tit. de Bisbes, y Prelatis.

24 *Ponderatur ad id ipsum Const.* 1. tit. de heretjes cap. 6. tit. de Bisbes, y Prelats in 2. vol. Const. *& doctrinæ diversorum DD. n.* 25. *&* 26.

27 *Declaratio in causa contentionis super eadem re.*

28 *Alia declaratio Senatus.*

29 *Ponderatur alia declaratio contentionis.*

30 *Hodiernas comædias, quæ, & cujusmodi in usu sunt, non posse nostro sensu, & ut credimus receptiore, ac saniore censeri inter res licitas, aut indifferentes, & nu.* 31. *&* 32.

33 *Easdem comœdias, & illarum tolerantiam licitam esse sine noxa conscientiæ publicè tolerantis, traditur.*

34 *Earundem comœdiarum tolerantiam justa politica censura, non esse expedientem publicis moribus, ac potiùs expedire, ut non tolerentur.*

35 *Tolerantiam, prohibitionemve comœdiarum esse auctoritatis politicæ, & eatenùs Ecclesiasticæ, quatenus Ecclesiæ, & sacris offensivæ sint, & contendentibus politica tolerante, & Ecclesiastica prohibente, standum politicæ, nisi quatenus Ecclesiæ, & sacra offendantur.*

36 *Princeps Sæcularis eas prohibere poterit pœnis temporalibus; Ecclesiasticus in suo casu pœnis spiritualibus, non verò pecuniariis, quas nec indicere potest Ecclesiasticus in laicos, etiam quando Sæcularis fuerit negligens, nisi ubi adest consuetudo, & tunc Ecclesiasticus potest indicere pœnam Ecclesiasticam, sed per Sæcularem exequi debet, & n.* 37. *ubi impugnatur doctrina Cartharii.*

38 *Saltationes tempore carnisprivii, & larvæ vulgò* masçaras *jam sunt depulsæ, & n.* 39. *ad litteram traditur Regium rescriptum illas prohibere mandans, & alia prohibitionem probantia usque ad fin. decis. allegantur.*

1 IN triplici sunt differentia delicta, alia sunt merè Ecclesiastica, alia Sæcularia merè, & alia mixta, tam Ecclesiastica, quàm Sæcularia, Pareyra 2. *par. de manu. Reg. cap.* 56. Vela *super cap.* 1. *de offic. Judic. ordin. num.* 17. Gonzalez Tellez *in eod. cap.* 1. *nu.* 8. Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *n.* 763. *& seqq.* Sperel. *dec.* 3. *nu.* 3. *& seq. &* n 13. cum pluribus citatis Conciol. *resol. crim. verb. delictum resol.* 2. *nu.* 1.

2 Merè Ecclesiastica ea sunt, quæ tantum à jure Ecclesiastico sunt prohibita, & tangunt tantùm res Ecclesiasticas, spiritualesve, ut crimen Hæresis, *cap. ut inquisitionis § prohibemus de hæret. in* 6. Simoniæ, *cap.* 1. *& per tot.* 1. *quæst.* 1. & alia, ad quorum intelligentiam, & indagationem adeatur Carleval. *de Judic. d. disp.* 2. *n.* 768. *cum seqq.*

3 Merè Sæcularia sunt, quæ lege civili vetita reperiuntur, & versantur tantùm circa res profanas, & à sæcularibus perpetrantur, ut Furtum, Homicidium, & alia, ut docent DD. supra citati, signanter Carleval. *dict. disp.* 2. *nu.* 771. docens, illa delicta esse merè Sæcularia, si dumtaxat prohibeantur jure civili, & in eorum cognitionem, & punitionem Ecclesiastici Judices nunquam manus mittent, nisi ratione personæ delinquentis, quæ sit Ecclesiastica.

4 Mixta sunt, quæ tam à jure Ecclesiastico, quàm civili prohibentur, & ratione subjecti, aut personæ delinquentis possunt esse Sæcularia, aut Ecclesiastica, Thomas Cel bene *de immunit. Ecclesiast. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 1 *sect.* 2. *suppos.* 1. *nu.* 8. *& suppos.* 2. *n.* 5. Carleval. *de judic. lib.* 2. *nu.* 771. Valboa *in cap. cum sit generale n.* 18. *de foro compet.* Conciol. *resol. crim.* 2. *num.* 4. *cum seqq. & resol.* 3. *verb. delictum.* Ansaldus *de jurisdict. par.* 4. *cap. unic.* Ciarlin. *cont.* 42. *n.* 61. Gobius *consult. decis.* 28. *num.* 6. ut Adulterium, Sacrilegium, Concubinatus, Usura, Sortilegium, Periurium, Nefandum crimen, Blasphemia, & alia Gonzalez Tellez *dic. cap.* 1. *de offic. ordin. num.* 8 Faria ad Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 36. alios DD. allegans, Ansald. *de jurisdict. d. par.* 4. Valenzuela Velazquez. ubi agit de concubinatu, & incestu *concil.* 131.

Ordinarii Ecclesiastici cognoscere debent de delictis merè Ecclesiasticis, tam in laicis, quàm in Clericis, cum communi resolvunt Clarus *lib.* 5. *sent. §. simonia nu.* 7. Decianus *in tract. crim. lib.* 4. *cap.* 26. *n.* 5. Paz *in prax.* 5. *par. tom.* 2. *cap.* 3. *in princ. n* 80. Morla *in empor. juris. tit.* 2. *in prælud. num.* 132. Vela *in prælect. ad c.* 1. *de offic. Judic. ordin. nu.* 29. Gonzalez Tellez *ad dict. c.* 1. *num.* 9. etiam pœnis corporalibus, citra sanguinis tamen effusionem, Sperel. *dec.* 4. *tota* Conciol. *resol. crim.* 2. *verb. delictum, num.* 4. Vermig. *cons.* 88. *num.* 7. ad tradita per Bondenium *colluct. leg.* 18. *tom.* 1. *nu.* 47. Tellez *ad cap.* 6. *decretal. de accusat. nu.* 9. 5

Ita fuit declaratum per Cancel. Agullana, Consultoribus Bonet, & Ferrus 18. Septembris 1615. in causa contentionis in favorem Curiæ Eccl. Elnæ contra Curiam Sæcularem Gubernationis Rossilionis, & Ceritaniæ ubi (cum causa esset matrimonialis, & sic merè Ecclesiastica, Larrea *dec.* 1. *n.* 2. ad Episcopi tantùm jurisdictionem spectans, juxta Concilium Trident. *sess.* 24. *de ref. cap.* 1. & ibi Barbosa *num.* 47. Delbene *de immunit. Eccles. tom.* 2. *cap.* 10. *du.* 4. *per tot.* & crimina circa matrimonium commissa solùm rei Ecclesiasticæ, videlicet Fidei, & Religioni adversentur, Delbene *d. cap.* 10. *dub.* 2. *sec.* 1.) cum Vitalis N. aliàs Barbeta polygamus fuisset condemnatus per Judicem Ecclesiasticum ad servitium Regiarum triremium, declaratum extitit, firmæ Jutis in Curia Sæculari factæ locum non fuisse, nec esse. 6

Idem fuit declaratum per Cancel. Pons, Consultoribus Aleny, Carbonell, Colomer, & Nabona 24. Januarii 1675. in causa contentionis jurisdictionis ortæ inter Curias Ecclesiasticam, & Sæcularem hujus Civitatis, occasione procedimentorum factorum in dicta Curia Ecclesiastica, contra Conjuges Augustinum N. scriptorem, & Mariam N. domicellam, per quem fuerunt condemnati ad pœnam exilii, seu bannimenti, eò quòd tentaverunt matrimonium contrahere coram Rectore Parochialis Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pinu, & testibus, omissis solemnitatibus Sacri Concilii Tridentini. 7

In delictis mixti fori est locus prævention inter Judicem Ecclesiasticum, & Sæcularem, & præfertur in cognitione causæ ille, qui prævenit, & processus prævenientis facit cessare processum præventi, ex regula *text. in l. si quis postea* 7. *& in l. ubi captum alias acceptum* 30. *ff. de judiciis, c. proposuisti* 19. *de foro comp.* & prosequuntur Boss. *in prax. tit. de foro comp. n.* 19. Clarius *l.* 5. *sent. qu.* 37. *n.* 1. *in fin. cum seq.* Bovad. *in polit. lib.* 2. *c.* 17. *a nu.* 163. Cævallos *prac. qu. tom.* 4. *qu.* 897. *nu.* 569. Scaccia *de Judic. l.* 1. *c.* 12. *à nu.* 37. *ad* 79. Vela *in prælect. c.* 1. *de offic. Judic. ordin. nu.* 33. Gonzalez Tellez *in eod. c. nu.* 8. *in fin. & in c. de iis criminibus* 6. *de accusat. lib.* 5. *decret. num.* 9. Tondutus *de prævent. par.* 2. *c.* 28. Larrea *dec.* 1. Sperel. *dec.* 4. *n.* 4. Guazz. *def.* 1. *c* 8. *n.* 1. Giurba *cons.* 48. *n.* 38. *& cons.* 70. *n.* 10. Marta *de Juris. par.* 2. *c.* 2. *ex n.* 4. Carleval. *de Judi. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *qu.* 7. *sec.* 3. *n.* 899. ubi bene, Verm. *cons.* 52. *n.* 2. *& cons.* 102. *n.* 3. *& cons.* 121. *n.* 7. Bond. *colluc leg.* 18. *n.* 34 Valenzuela Velazq. *cons.* 131. *n.* 12. Faria ad Covar. *var. lib.* 2. *c.* 10. *num.* 37. Rodoer ad Marin. *resol. quotid. cap.* 48. *n.* 5. Conciol. *resol. crim.* 2. *verb. delictum num.* 2 *& resol.* 3. *numer.* 1. Cancer *var.* 3. *cap.* 19. *num.* 59. cum pluribus Gobius *consult. decis.* 18. *num.* 5. 8

Allego in hanc partem Senatum die 20. Junii 1665 contra Nicolaum N. majoricensem delatum, & inculpatum, quod die 8. Augusti 1664. inter sextam, & septimam horas ante meridiem, unà cum aliis coadunatus, fuit ingressus Palatium Episcopale præsentis Civitatis, & conatus fuit eximere carceratos à carceribus Episcopalibus, crates ferreas violenter rumpendo, ex quibus, ruptis lapidibus pars illorum fuit jam à pariete separata, & fuit condemnatus ref. Magnifico Bernardo de Olzina & de Vilallonga I. R. C. ad servitium Regiarum triremium regando per quinquennium. Non inficior delictum supra expressum esse mixti fori, ex traditis à Conciol. *verb. delictum, resol crim.* 3. *nu.* 8. 9

In delictis mixti fori posse Judicem Ecclesiasticum contra laicum procedere non solùm ad pœnas spirituales, sed etiam ad pœnas temporales, citra tamen sanguinem, tenent Cabal. *resol. crim. cas.* 194. *n.* 10. *&* 11. Farinac. *de immunit. Ecclesiastica cap.* 16. *num.* 236. Guaz. *def.* 10

def. reor. 1. cap. 8. nu. 28. & cap. 11. nu. 20. ver. Quæ opiniones, & vers. Sed contrarium, & post eos Conciol. *resol. crim. verb. delictum resol. 3. nu. 4.* Tellez *ad cap. 1. de offic. Judic. ordin. nu. 10. & 11.* Bondenius *de jure controver. tom. 1. colluct. legal. 18. nu. 44.* quamplures allegans.

11 Contrarium, quòd in delictis mixti fori Judex Ecclesiasticus non potest laicos punire pœnis corporalibus, sed tantum Ecclesiasticis, tenent Mastril. *decis. 68. num. 7.* Giurba *cons. 70. num. 16.* Ansald. *de Iurisd. par. 4. tit. 1. cap. 4. per tot.* Senator Ludovicus Ferrer *in disc. pro defens. jurisdic. Regiæ in comp. cum inquisit. n. 77. pag. 34.*

12 Et hac admisâ opinione, non est invigilandum, an delictum usurarum (quod inter delicta mixti fori connumeratur à DD. supra citatis *num. 4.* & per nos etiam *in decis. 54. numer. 62.*) sit delictum mixtum, vel potius mixti fori, ut doctè inquirit Reg. Cortiada *decis. 180. num. 14. cum sequentibus*, quia quidquid sit de hac opinione, ipse assentit etiam *num. 24.* quod quoad censuras, & pœnas Ecclesiasticas, contra laicos imponendas, cognitio spectat ad Judicem Ecclesiasticum; secùs verò quoad pœnas sæculares, & pecuniarias, in quo casu cognitio contra laicos usurarios ad Judicem Sæcularem pertinet ex Scialoya *de foro comp. cap. 46. numer. 4. ver. Et sic Judex*, Cutel. *de immunit. Eccles. lib. 2. quæst. 78. à numer. 12. & 15.*

13 In delictis mixti fori si reus per Ecclesiasticum sit absolutus, poterit nihilominus per Sæcularem puniri, ut ex Farinac. Gomez, Gail. Foller. Maranta, Bossio, Claro, Guazzin. Scaccia, Tuscho probat Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 10. numer. 37.* docet Ansaldus *de jurisdict. par. 4. ti. 10. cap. 2. fere per tot.* rem declarans Valenzuela Velazquez *consil. 131. tot.* signanter *à num. 15.*

14 E contrario etiam Judex Ecclesiasticus non prohibetur procedere adversus absolutum per Sæcularem, ex supra citatis Doctoribus tenet Faria ad Covar. *var. dict. lib. 2. cap. 10. numer. 38.* (assignans rationem, quoniam illæ prædictæ potestates sunt diversæ, ac separatæ, & exceptio rei judicatæ in una, alteri non nocet) Rodoer. ad Marin. *resol. quotid. lib. 1. cap. 50 num. 9.* Ansaldus *de jurisdic. par. 4. tit. 10. c. 2. ferè per totam*, ubi rem limitat, & declarat, Cancer. *var. 3. cap. 19. num. 61. cum seqq.*

15 At verò quando Judex Ecclesiasticus poterat in delicto competentem, & condignam pœnam imponere, absolutus per Iudicem Ecclesiasticum, qui prævenit, non potest ampliùs molestari per Judicem laicum, probat Conciol. *resol. crim. 4. ver. Absolutio, numer. 2.* Valenzuela Velazque *dict. consil. 131. num. 16.*

16 Pariter in delictis mixti fori, si per Judicem Ecclesiasticum non fuerit laicus punitus pœna condigna, capi, & puniri potest per Judicem Sæcularem, *cap. fœlicis 5. §. per hoc de pœnis lib. 6.* Vela *tom. 1. dissert. 10. num. 51. & in prælect. dict. cap. 1. de offic. Judic. ordin. num. 130. cum seqq.* Pereyra *de manu Reg. lib. 1. cap. 10. nu. 12.* Ferm. *in cap. cum sit generale 8. de foro comp. quæst. 11. nu. 2.* Farinac. *de test. quæst. 67. num. 32.* Tondut. *de prævent. par. 2. cap. 47. num. 6.* Peg. *decis. 79. num. 6.* Germonius *de sacror. immun. lib. 3. capit. 12. num. 88.* & pluribus allegatis Faria ad Covar. *var. lib. 2. d. cap. 10. n. 39.* Conciol. *resol. crim. 4. ver. absolutio, num. 4* Cancer. *var. 3. cap. 19. à n. 61.* Tellez *ad l. 5. decretal. t. 1. de accusat. c. de his criminibus 6. nu. 9.* Ansaldus *de jurisd. p. 4. t. 1. c. 4. nu. 26. & seqq.* Severin. ad Sanfel. *lib. 3. decis. 377. ver. In criminibus.*

17 Si verò captus, & punitus sit per Judicem Sæcularem, postea puniri non potest per Ecclesiasticum; quia semper pœna imposita à Sæculari præsumitur competens, Gomez *varia. 3. cap. 1. numer. 40. ver. Et certe in hoc dubio*, Covar. *var. 2. cap. 10. num. 6.* Barbosa *in l. 2. solut. mat. p. 1. n. 140.* Bolan. *in Curia Philip. 3. par. §. foro Ecclesiastico num. 33.* Paz. *in prax. tom. 2. prælud. 2. num. 49. & seq.* recitat Faria ad Covar. *var. lib. 2. d. c. 10. nu. 39.* Valenzuela Velasq. *consil. 131. num. 78.* Fermos. *in dict. cap. cum sit generale, quæst. 11. in fine*, Vela *in dict. cap. 1. de offic. jud. ordin. num. 138.* qui duo illud intelligunt respectu pœnæ temporalis, at quod Ecclesiasticus, non obstante punitione laici per Sæcularem, possit illum punire pœnis spiritualibus, ait Barb. *in collec. ad cap. cum sit generale 8. de foro comp. in fine*, Rodoer ad Marin. *resol. quotid. lib. 1. c. 50 num. 8.* Lopez ad Diaz *in prac. can. cap. 90. sub. lit. B.* Font. *de pactis cla. 4. glos. 13. par. 2. num. 64.* Antonel. *de reg. par. 2. lib. 6. cap. 36. in fine*, Bondeni. *colluc. leg. 18.*

18 Rem prosequitur Farinac *in prax. quæst. 4. ex num. 7. ad 13.* ubi *num. 10.* declarat, quod quando alter Judex procedit in causa, quia per primum competens pœna non fuit imposita, tunc prima pœna computatur in secundam, & secunda suppletur per primam, ne reus plùs justo puniatur, *& num. 11.* subdit, quòd si contingat, quòd per Judicem Ecclesiasticum fuerit imposita pœna condigna, non poterit Judex Sæcularis contrà reum procedere, de quo iterum Farinac. *in tract. de immun. Eccles. ex numer. 236. & 363.* Ayllon. ad Gomez *tom. 3. cap. 1. numer. 40.*

Hucusque dicta circa delicta mixti fori, principaliter pendent à quæstione, an Ecclesiasticus in delictis mixti fori possit propria auctoritate delinquentes laicos capere, quod est consequens necessarium ad præventionem in criminalibus. Ciarlin *controver. foren. lib. 1. cap. 16. nu. 144. & seq.* Rodoer. ad Marin. *resol. quotid. capit. 48. num. 6. & seq.* Cancer. *var. 3. cap. 19. num. 59.* & quid in Cathalonia *num. 66. & seqq.* punctim de hac re agunt Gonzalez Tellez *ad cap. 1. de offic. judic. ordin. nu. 10. & seq.* Barbosa *lib. 3. vot. 92.* & posse tradunt Vela *de mod. proc. in cau. crim. capitol. 6. numer. 78.* Marta *de jurisd. par. 1. cap. 50. à num. 5. & 2. par. cap. 29 ex num. 1.* Molin. *de invoc. brac. sæc. lib. 1. cap. 4 per tot.* maximè *à nu. 31. ver. Contrariæ*, Barbosa *de potest. Epis. par. 3. allegat. 107. num. 8. & de univer. jure Eccles. lib. 1. cap. 30. §. 4. à numer. 49.* Ciarlin. *cont. forens. cap. 15. à num. 31.* quos, & alios longa serie allegat Vela *in prælec. ad cap. 1. de offi. Iudi. ordin. nu. 117.* Bovad. *in pol. lib. 2. cap. 17. nu. 29.* Salgado *de reg. protec. par. 2. cap 4. numer. 211.* Bonden. *colluc. leg. 18. num. 44.* (ubi id docet in statu Ecclesiastico, in quo Ecclesia habet territorium) latè, & doctè contrariis satisfaciendo probat Prosp. Fagnan. *1. par. lib. 5. decretal. in cap. pervenit, nu. 10. cum pluribus seqq.* Conciol. *resol. crim. ver. delictum resol. 2. num. 3. & resol. 3. nu. 4.* Sperellus *decis. 4.* ubi in fine docet pragmaticam Neapolitanam contrarium statuentem, esse nullius momenti, utpote libertati Ecclesiasticæ contrariam, Cancer. *var. 3. cap. 19. numer. 57.* 19

Contrarium, nisi ubi Ecclesiasticus jurisdictionem temporalem habeat, tenent Clarus *lib. 5. sent. §. fin. quæst. 37. num. 8.* Bovadilla, & Salgado parum sibi constantes, ille *in polit. d. lib. 2. cap. 17. nu. 167. ante medium*, & latius *num. 170. & 173. in fine*, hic verò *de reg. protec. d. lib. 2. cap. 4. à nu. 36.* Larrea *decis. 1. nu. 20.* Amaya *ad l. nemo carcerem nu. 35. C. de exac. tribut. lib. 10.* quos recitat Vela *in prælec. ad d. c. 1. de offi. Iudic. ordin. nu. 118.* qui tamen in puncto Juris asserit, quòd fundamenta hujus opinionis sunt debilia, & facilè dilui possunt, prout ea sigillatim diluunt Molin. *de brac. sæc. d. l. 1. c. 4.* Barbosa *de univers. jur. Eccles. d. l. 1. c. 39. §. 4 n. 61. ver. respondeo.* 20

In praxi tamen quoad delicta mixti fori, ubique ferè moribus esse receptum, ut ad laicorum delinquentium capturam Ecclesiastici non procedant, volunt Covar. *prac. capit. 10. num 2. circa fin. ver. Contrarium planè, & ver. Secundò quotiens*, sentit Faria ad ipsum Covar. *var. lib. 2. cap. 20. numer. 216.* Jul. Clarus *lib. 5. sent. §. fin. quæst. 37. num. 8.* Gutierres *Canonic. lib. 1. quæst. 45. nu. 2. in princ.* Anas. Germin. *de sac. immun. lib. 3. cap. 12. nu. 77. ver. quidquid sit*, Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 12. num. 80.* Vela *in prælec. ad dict. cap. 1. de offic. Iudic. ordin. num. 119. & 120.* ubi docet quòd in Regno Castellæ illa consuetudo in jus statutum transit *in l. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. novæ recop.* 21

Et sic licèt Episcopi in sua Diœc. habeant jurisdictionem ordinariam, ita ut in quolibet loco pro tribunali sedere possint, ac subditos, eorum excessibus id exigentibus, capi facere, & ad cacercem deportari, *c. cum Episcopus de offic. ordin. in 6. cap. 1. extra. eod.* tamen extra sepia Ecclesiæ, & Palatii Episcopalis non habent territorium, nec possunt capere laicum, & captum ducere, nisi habeant territorium à Principe, cujus est territorium concedere pro exercitio contentiosæ jurisdictionis, scribunt Salgado *de reg. protec. par. 4. capit. 14. numer. 101.* Mieres *collat. 4. capit. 9. item ordinamus in. 3. Cur. Barcin. Iacob. 2. numer. 33. & 34. in antiq. & novis nu. 49. & 50.* Oliba *in usat. aliumq. namq. cap. 11. numer. 3. & 4.* Fontan. *de pact. 1. cla. 4. glos. 11. nu. 88.* Reg. Cortiada *decis. 26. num. 61.* Larrea *decis. 1. nu. 21.* in terminis juris communis, & ita in Regio Granat. Senatu decisum refert *num. 25.* & his laudatis, non sat laudatus Ludovicus Ferrer *in disc. Iurisd. dict. Reg. nu. 69. & 76.* 22

In hoc Principatu habent Episcopi territorium ad exercitium 23

citium jurisdictionis contentiosæ contra Clericos, & alios subditos suos; & absque Principis licentia possunt eos capere, & captos per Regium territorium ducere, *usat. laudaverunt* 1. *sub tit. de Bisbes, y Prelats, in* 1. *vol. const.* (in quo non fuit concessum territorium Episcopis contra laicos, ad eos capturandum; nec respectu etiam criminis sacrilegii, ut contra Molin. *de brac. secular. lib.* 1. *cap.* 4. Cancer. *var.* 3. *cap.* 19. *num.* 67. defendit Ferrer *in d. disc. num.* 9. & Oliba *in usat. alium namque cap.* 11. *n.* 4.) *& in consil.* 6. *tit. de heretjes in* 1. *vol. const. in Tarrac. ver. Sobre la qual cosa al dit Bisbe per autoritat Real atorgam*, Fontanella *de pact.* 1. *cla.* 4 *glos* 11. *nu.* 88.

24 Episcopi verò in casibus suæ jurisdictionis non habent territorium ad capiendos laicos, quod comprobat *const.* 1. *tit. de heretjes*, in qua Princeps sibi reservat contra homicidas Clericorum punitionem, ibi: *Pœna de sinc cents sous dor à nos pagar fien stinguts, pœna corporal à ells per nos no res menys imposadora.* Id est: *Pœnam quingentorum solidorum auri nobis solvere tenentur, & corporalem eis per nos imponendam.*

25 Fortiùs id confirmat Fontanella *de pact.* 1. *dict. cla.* 5. *glos* 11. *num.* 89. ex Privilegiis concessis Stamento Ecclesiastico *cap.* 6. *tit. de Bisbes, y Prelats in* 2. *vol. const.* in quo pro parte Judicum Ecclesiasticorum fuerunt duo petita, unum, quòd possent ubicumque capere Clericos in territorio Regis; & aliud, quòd capere etiam possent laicos in casibus suæ jurisdictionis, quod fuit clarè territorium petere: & primum fuit concessum; non verò secundum, & sic denegatum. *l. Cum prætor de judic. cap. non ne ex. de præsump. arg. l. nam quod liquidè, ff. de pen. leg.* Larrea *decis.* 1. *num.* 31. & 36. Leo *tom* 2. *decis.* 154. *num.* 6. & visi sunt Ecclesiastici, cum dicta petitione fateri sibi non licere, sine licentia Regis, quæ non fuit concessa, laicos capere, si territorium non peterent, argumento *tex. in l.* 1. *C. de Thesauris lib.* 10 *l. imperatores, ff. de privil. cred.* Surd. *decis.* 173. *nu.* 18. *& consil.* 198. *num.* 26. Scobar *de ratio. cap.* 6. *num.* 4. Farinac. *decis.* 85. *num.* 1. *in novis. tom.* 1. & ita hanc rem resoluit Ludovic. Ferrer *in dict. discurs. numer.* 73. *& seq.*

26 Et ita quæstionem dirimunt Mieres *d. col.* 4. *cap.* 9. *nu.* 49. & 50. Oliba *dict. cap.* 11. *numer.* 3. & 6. & *cap.* 15. *numer.* 49. Peg. *decis.* 92. *numer.* 25. qui respondet dispositioni Sacri Concilii Trident. *cap.* 3. *de ref. sess.* 25. (& sequitur Leo *par.* 2. *decis.* 154. *numer.* 15. qui alias etiam declarationes dispositionis Concilii subministrat) Font. *de pact.* 1. *cla.* 4. *glos.* 11. *numer.* 88. & 89. & *clau.* 13. *par.* 2. *numer.* 71. & 72. & *decis.* 310. *numer.* 18. Reg. Cortiada *decis.* 26. *num.* 62. Ferrer *in dis pro Juris. Reg num.* 75. In delictis merè Ecclesiasticis, aut mixtis quomodò concedendum Brachium Sæculare, scribit latè Carleval *de jud. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *nu.* 762. *cum pluribus seqq.*

27 Sic fuit declaratum per Paulum Pla Archidiaconum Sedis Barcinonæ tertium contentionum, de consilio omnium Trium Aularum 24. Martii 1607. in causa contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Episcopi Gerunden. ex una, & Curiam Sæcularem Vicarii ejusdem Civitatis ex alia, super repetitione Gerardi laici Parochiæ Sancti Martini Capresa, detenti in carceribus Episcopalibus Gerundæ, accusati de homicidio perpetrato in itinere Regio in personam Laurentii Bech. Sacerdotis, & Parochi dictæ Parochialis Sancti Martini, prout refert Canc. *var.* 3. *c.* 19. *nu.* 82. Font. *de pact.* 1. *cla.* 4. *glo.* 11. *d. num.* 89. Reg. Cortiada *decis.* 9. *nu.* 34. & *decis.* 26. *nu.* 64. & his allegatis Ferrer *d. num.* 75.

28 Idem fuit declaratum, me patrocinante, & contrarium prætendente die 17. Martii 1663 ref. Nob Michaele Pallarés I. R. C sriba Riambau contra subcollectorem Cameræ Apostolicæ, qui processit ad capturam laici in delicto mixti fori, & fuit subcollector citatus ad informandum Banchum Regium, & concluſum in suo casu non procedere.

29 Idem censuerunt Domini Senatores in illa contentione Conjugum NN. desuper expressa, ubi declararunt, firmæ Juris factæ in Curia Sæculari locum non fuisse, nec esse. Si observas verba declarationis, ibi: *Accesserunt ad Palatium Episcopale, & dictus N. in carceribus Episcopalibus se manicipare fecit, & dicta N. acceptavit in eadem Curia Ecclesiastica tenere arrestum in domo, &c.* hic in causa matrimoniali; & sic in casu jurisdictionis Ecclesiasticæ capturam, & arrestum exequutum in Palatio Episcopali in personas laicas subsistere fuit judicatum.

Non extraneum erit hic ex Juribus supra jactis terminare dubium, an spectet ad Judicem Ecclesiasticum, an ad Sæcularem prohibere comœdias; at inconsultè agerem, si ad discernendum illud accederem, quando consultò, politicè, & eruditè decretum extitit per admirabiles Hispanos nostros Dom. Don Christophorum Crespi & de Valldaura, & Dominum Don Franciscum Ramos del Manzano, & quæ tanta cum procuritate trahuntur, esset jacturam impensis arripere, & tempus conterere, ac traducere, Orat. *lib.* 1. *Epist. ad Lollium.* 30

Inter cuncta leges, & percontabere doctos
Quo ratione queas traducere leniter ævum.

Solùm meditabor regulas ad nostram praxim, & usum, ille *ofer.* 1. *num.* 128. *cum sequentibus* quoad comœdias, iste *libr.* 2. *ad l. Jul. & Papiam cap.* 43. *usque ad ultimum*, quoad tolerantias, & permissiones earum, punctim quoad dubium suscitatum statuens quatuor assertiones *cap. fin. num. fin.* quas recito, est. 31

Prima, hodiernas comœdias, quæ, & cujusmodi in usu sunt, non posse nostro sensu, & ut credimus, receptiore, ac saniore censeri inter res licitas, aut indifferentes. 32

Secunda, easdem comœdias, & illarum tolerantiam licitam esse, sine noxa conscientiæ publice tolerantis. 33

Tertia, earundem comœdiarum tolerantiam, justa politica censura, non esse expedientem publicis moribus, ac potius expedire ut non tolerentur. 34

Quarta, tolerantiam, prohibitionemve comœdiarum esse auctoritatis politicæ, & eatenus Ecclesiasticæ, quatenus Ecclesiæ, & sacris offensivæ sint, & contendentibus politica tolerante, & Ecclesiastica prohibente, standum politicæ, nisi quatenus Ecclesiæ, & sacra offendantur. 35

Princeps Sæcularis eas prohibere poterit pœnis temporalibus, Ecclesiasticus in suo casu pœnis spiritualibus, non verò pecuniariis, quas nec indicere potest Ecclesiasticus in laicos, etiam quando Sæcularis fuerit negligens, punctim Menoc. *de arbit. cas.* 69. *num.* 33. & 34. Gratianus *discep. foren. tom.* 1. *cap.* 184. *num.* 26. & 27. nisi ubi adest consuetudo, & tunc Ecclesiasticus potest indicere pœnam pecuniariam, & non per eum, sed per Sæcularem exequi debet, Leo *part.* 2. *decis.* 154. 36

Et licèt contra Menoc. & Gratian. fortiter insurgat Jul. Carthar. *decis.* 20. *à num.* 167. eosque erraſſe affirmet, ajens posse Judicem Ecclesiasticum in his casibus procedere contra laicos nedum pœnis spiritualibus, sed etiam temporalibus; à prædicta tamen opinione non est recedendum Menoc. & Grat. ob rationes per eum adductas, scilicet quòd in delictis mixti fori laicus punitur à Judice suo laico pœnis temporalibus, & ab Ecclesiastico pœnis spiritualibus, ut supra recitatur. 37

Nunc verò saltationes illæ turpes, tempore carnisprivii, & larvæ vulgò *mascaras* quæ in hoc Principatu irreligiosa consuetudine admissæ erant, jam sunt depulsæ, quas Dominus noster Rex sanctor decreti Regii, cum eo exterminavit, cui exequentissimè obtemperarunt nostra duo Consistoria, Deputatorum solicitum, & accuratum unum, Centum virale Civitatis sapiens, & moderatum aliud, deliberantia etiam, quod pyrsophora tedæ, quæ pro vigilia illarum noctium flagrabant, non arderent; hic etiam editum fuit publicum Regium edictum, quod tot annis sub pœna gravi publicatur, & eo prohibentur hæc spectacula, & ut non labatur pro ætate recordatio, en Regium Diploma. 38

El Rey.

Ilustre Duque de Bournonville, Pariente, Cavallero de la Insigne Orden del Tuson, de mi Consejo de Guerra, mi Lugartiniente, y Capitan General. Hase recibido vuestra carta de diez y ocho de Noviembre proximo passado, en respuesta de la que os mandé escrivir en veinte y uno de octubre antecedente, ordenandoos comunicassets reservadamente al Arcobispo, Obispo de essa Ciudad de Barcelona, y à los Conselleres de ella el papelque la acompañava, tocante à los graves inconvenientes, que se siguen al servicio de Dios, y mio, y al beneficio publico de continuarse las fiestas de Carnestolendas en essa Ciudad, y Principado, en la forma que se expressa en èl: y aviendo visto con particular atencion las apretadas instancias que hazen el Obispo, con la Ciudad, en los papeles que remitis, y las cartas que me hanc escrito entrambos en orden à la extincion total deste genero de se-

de fiestejos, y considerandose juntamente, que el aver venido la Ciudad con tanta conformidad, y resolucion en ello, es la occasion mas opportuna que podia ofrecerse, para desarraigar los abusos, y desordenes que se han introducido. He resuelto por esto motivos, que no solo se prohiban totalmente las mascaras, y disfraces, sino que tambien se quiten los bayles, assi de dia, como de noche en essa Ciudad, y en lo restante del Principado, à cuyo fin os ordeno, y mando, que desde luego rasseis à prohibir uno, y otro, con publicos pregones, en la forma que lo ajustareis con la Ciudad, respeto de estar tan proximo el dia en que se suele dar principio à dichas Carnestolendas, fiando del vuestro zelo à mi servitio que contribuireis por vuestra parte à este intento, demanera que se logre la abolicion de tan perjudiciales abusos, y se eviten los pecados tan escandalosos, que de ello resultan en tan grave ofensa de Dios nuestro Señor, y daño de la quietud, y me avisareis de averlo executado. Dat. en buen Retiro à xx. de Dezembre M. DC. LXXIX.

Yo el Rey.

Ut. Petrus Præses.
Ut. Don Petrus Villacampa Reg.
Ut. Marchio de Ossera.
Ut. Don Raphael de Vilossa Reg.
Ut. Don. Antonius de Calatayud.
Ut. Xulve Regens.
Ut. Don Michael de Calba.
Ut. D. Laurentius Matthæu Reg.

Don Franciscus Tzquierdo de Berbegal Secretarius.

40 Iterato conatu sua Majestas Domini nostri Regis, cujus pectus in syncera semper religione Catholica fervens æstuat profligare vitia, & sibi dilectam probitatem fovere, litteris Regiis directis Excellentissimo D. Marchioni de Leganes solertissimo, belligero, flagitiorum integerrimo debellatori, eruditissimo, & in omnibus præstanti, Locumtenenti, & Capitaneo Generali hujus Principatus, per Nob. Don Josephum de Veitia Secretarium expeditionis Universalis Regiæ Monarchiæ, præcepit per hæc verba.

El Rey nuestro Señor se halla informado de que (si bien el Señor Duque de Bournonville, siendo Virrey de esse Principado, puso en excution las ordenes que tuvo de su Magestad, para prohibir en Barcelona, y en toda Cathaluña las Carnestolendas, y bayles, y viniendo la Ciudad en ello, se logrò, aunque con trabajo) toda via se conservan algunas reliquias dignas de coreccion, por los inconvenientes que occasionan en lo espiritual, y temporal para la juventud, y gente modesta de ambos sexos. Y siendo el Catolico, y piadoso animo de su Magestad, que (lo que à cerca de esto tiene ordenado) se cumpla en el todo inviolablemente, assi por lo que conduce al buen govierno politico, como (principalmente) por lo que mira à atajar las ofensas de nuestro Señor, en tiempo que ay tanta mayor necessidad de aplacar su Divina indignation, qual es el presente (en que con mayores efetos nuestra tenerla en tantas, tan continuadas, tan graves, y tan atropelladas calamidades, conque nos castiga, solicitando con estos recuerdos nuestra emienda) me ha mandando su Magestad diga à V. E. que luego que reciba esta, haga V. E. que se observen puntualmente las referidas ordenes, generalmente en todo el Principado, haziendo echar sus pregones, y imponiendo penas con devida execucion, sin excepcion de personas, valiendose V. E. de los demàs medios q̃ le dictare su prudencia, y su autoridad, para quellenamente se logre tan justo fin, quedando su Magestad con toda confiança de que por la direccion de V. E. se ha de conseguir una obra tan propria de su Real agrado, y en que V. E. hará à ambas Magestades un servicio muy especial, y V. E. me avisarà del recibo de esta, y de lo que dispusiere, y resultare para ponerlo en noticia de su Magestad. Dios guarde à V. E. muchos años como dezeo, Madrid à 24. de Henero de 1685.

41 Illo sinistro ætatis ævo in novas species, novos vultus, atq; in varias transibant omnia figuras, placidi, modesti, & pudici mores obscænam, pravam corruptamque quandam naturam induendo; incedebantque viri fœminea veste amicti, mulieres dispersæ probroso amictu hominum vestitæ pererrabant, mentiendo sæpe & faciem, & sexum, Juvenalis *Satyra* 2.

Qui Curios simulant, & bacchanalia vivunt.

Ad omnia vitiorum genera laxis habenis liberè casu præcipiti, nec non ruina fatali ferè omnes irruebant, oriebantur propè innumerabilia scelera, & qui nocere, injuriamve aliis inferre desiderabant causa contumeliarum, dum aliorum ipsi, cum personas imitarentur, in publicum injurias prodibant, Dempster *antiq. Rom. lib. 5. cap. 6. Mimi* inquit *non erant personati, sed fuligine oblini, & agninis amicti pellibus*, & infra *ibant autem cum canistris, & herbis, serpyllo, mantha, violis, hedra, carollis saltabantque in numerum, atque honorem Bacchi*, & infra. *Inde percurrentes obvium quemque subsannabant.*

Larvæ vulgò *mascaras* Mimi cognominantur, quæ 42
nomina usque adeò horrida sunt, & pernicioſa, ut mirer cur illi, qui se inter alios alicujus esse pretii honoris, & dignitatis jactitant, & arbitrantur, velint has induere larvas, Petrus Greg. *Syntag. Jur. par. 3. lib. 39. cap. 11. num. 5.*

Sed dicet aliquis, ubique ferè homines personatim in- 43
federe in diebus carnisprivii (aut potiùs bacchanalibus ex ferculorum abusu) nec juris resistentia id fieri consuevisse, Novar. *de gravam. vassal. tom. 1. grav.* 309. Rovitus *super prag. 1. de personatis nu. 1.*

Quia respondetur, quòd propter innumerabilia faci- 44
nora, & scandala, quæ magis cognita sunt, quam explicari oporteat, prohibitæ fuerunt figurationes illæ vulgò *mascaras*, quod jure permittente fieri probat Azevedo *in recopil. lib. 8. tit. 15. lib. 7.* Novar. *de gravam. tom. 1. d. grav.* 309. *nu. 2.* Rovitus *in pragm. 1. de Personatis n. 1.*

Idem à Deo Optimo Maximo vetitum arguitur Deuter. 45
c. 22. ibi: *Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste fœminea; abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc cap. si qua mulier in 2.* 30. *dist.* Et Constitutiones Ecclesiasticæ corruptelam illam explodunt, *cap. cum decorem de vita, & honestate Clericorum*, Greg. *tit. de spect. in Ecclesia non faciendis in prag. sanct.* ex Concil. Basil. Petrus Greg. *Syntag. juris dict. c. 11.* probant etiam lege Langobardorum, & in Anglia, seu Britania id pariter interdictum esse, & apud Hispanos *in dict. l. 7. tit. 15. lib. 8. novæ recopil.*

Eodem motivo in hoc principatu choreæ, & ballatio- 46
nes diebus carnisprivii fuerunt reprobatæ, & faciunt tradita per Gonzalez Tellez *lib. 3. decret. de vita, & honest. Cleric. dict. cap. cum decorem num. 7.* ubi *ex lib. 6. cap. Caroli c. 193.* scribit ibi: *Ballationes, canticaque, turpia, ac luxuriosa, & illa lusa diabolica non faciat nec in plateis, nec in domibus, nec in ullo loco, quia hæc de paganorum consuetudine remanserunt.*

Utinam hæ omnium utilissimæ, ac rectæ prohibitio- 47
nes longos durent, & in ultimos usque trahantur Sæculorum annos.

DECISIO LXXV.

ARGUMENTUM.

Sententia nocet tertio scienti, & patienti litem agitari, & conjecturis probatur scientia; propterea declaratio contentionis nocebit vel parti, vel Fisco, probata ipsius scientia, & pars, quæ sciens passa fuerit contentionem agitari, si super eadem re firmet de novo contentionem, repelletur per viam attentatorum, & procul dubio allegare ignorantiam non poterit, si fuerit in contentione citata, & procedimenta, quæ fient in contentione, illi notificentur, & quomodò id practicatum fuerit.

SUMMARIUM.

1 *Sententia tantum operatur inter eos, inter quos actum, & judicatum est.*
2 *Sententia nocet tertio scienti, & patienti litem agitari.*
3 *Sententia lata contra uxorem nocet marito, si sciat, & patiatur litem cum uxore agitari, nec poterit sententiæ exequutionem impedire.*

4 *Sententia lata contra resignantem post perfectam resignationem beneficii, obstat resignatario scienti.*

5 *Si quis patiatur, & sciat, quòd alter ejus nomine causam ducit absque mandato, sententia contra alterum lata sibi nocet, cum Senatu.*

6 *Si creditor patiatur, & sciat litem agitari cum debitore super proprietate pignoris, sententia lata contra debitorem nocebit creditori.*

7 *Lite agitata contra matrem uti tutricem filii sui, nocet sententia matri hæredi, & possidenti, cum Senatu.*

8 *Idem in emptore, qui rei sibi venditæ nomine, cum venditore scit causam agi, sibi præjudicat, & sententia illi nocet.*

9 *Factum in causa Civili.*

10 *Quoties Procurator, qui non ignorat jus suum, alium in judicio defendit, propter litis, & causæ scientiam non potest ratione juris sui postea sententiæ executionem impedire.*

11 *Senatus decisio, ubi sententiam latam contra proprietarium nocere declaravit usufructuario, narrantur motiva.*

12 *Hinc sententia lata contra accusatorem non nocet novo accusatori ignoranti, qui suam, vel suorum injuriam prosequi intentat, quod in Cathalonia non procedit.*

13 *Declarata contentione inter Procuratores Fiscales Curiarum Ecclesiasticæ, & Sæcularis, potest pars interessata, & formalis, quæ æquale interesse habet cum Procuratore Fiscali alterutrius Curiæ, novam contentionem firmare, si pars privata interessata ignorantiam haberet primæ contentionis; secus si scientiam, nam tunc nova contentio firmari non posset.*

14 *Factum in causa criminali usque ad num. 18.*

19 *Decisio in causa contentionis.*

20 *Ad arguendam scientiam parti interessatæ, aut Procuratori Fiscali, contentionis, & sententiæ in contentione proferendæ, ut postea alter ex his non possit ob ignorantiam allegare novam contentionem, remedium opportunum est, quòd litteræ, quæ emanantur à Curia Sæculari, præsententur Curiæ Ecclesiasticæ, Procuratori Fiscali illius, & parti interessatæ, & quòd procedimenta successiva notificentur parti, & Procurat. Fisc. & tunc ex quo omnes sunt vocati, & citati, novam contentionem, prima declarata, firmare non poterunt.*

21 *Si pendente contentione adeat Procurator, vel pars Curiam Ecclesiasticam, & in ea procedat per novam contentionem, vel aliàs, obstat eis lis pendentia; & procedimenta ipsorum revocantur ut attentata.*

22 *In publicatione sententiæ arbitrorum assistunt duo Notarii, unus quisque pro sua Curia, limita si cõsuetudo est in contrarium, prout in Civitate Gerundæ.*

23 *Alia decisio in causa contentionis, & num. 24.*

25 *Proceditur per attentata etiam in casu quo procurator, vel pars habuerint notitiam contentionis talem, cum qua sententia adversus eos pareret judicatum.*

26 *Scientia, vel ignorantia probatur conjecturis.*

27 *Si procedatur per revocationem attentatorum, evitabuntur variæ dilationes reorum, quæ in contentionibus procurantur.*

1 LICET res judicata tantùm operetur inter eos, inter quos actum, vel judicatum est, *l. 1. l. Et an eandem, in princ. ff. de excep. rei jud. l. 1. & per tot. C. res inter alios*, Gonzalez Tellez *lib. 5. decretal. tit. 1. de accusat. cap. de his criminibus 6. n. 3.* & infinitis citatis Juribus *lib. 2. decret. per tex. in c. quamvis 25. de sent, & re judicata*, ubi rem amplè declarat, Osualdus ad Donel. *l. 22. c. 5. lit. X, & l. 27 cap. 1. lit. M*, Valencia *l. 2. illustrium tract. 2. c. 10 per tot.* Cujacius *l. 12. observat. c. 15.* Olea *de cess. jur. tit. 3 qu. 12. nu. 14. & tit. 4. quæst. 6. n. 33.* Escobar *de puritat par. 1. q. 13. §. 1. & 2.* & dixerat Symmachus *lib 20. epist. 47.* ad Theodosium, & Arcadium scribens, ibi: *Quæso igitur ne in contumeliam judicii vestri, & juri, & innocentiæ fraus paretur, quando enim absentibus, atque ignorantibus inter alios gesta nocuerunt? Quis unquam sententiam numinis vestri inauditus accepit?* declarat Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Iul. & Papiam. to. 1. l. 2. c. 24. n. 9. cum sequentibus*, Pegas *de competen. inter Archiep. Episcopos ve. par. 1. c. 6. n. 24.* Valenzuela *consil. 90. num. 145. cum seqq.* latissimè Bondenius *tom. 2. collect. leg. 4. num. 51. cum pluribus seq.*

Attamen sententia lata nocet tertio scienti, & patienti litem agitari, ita ut non possit illius executionem impedire, Nigro. *de re judicata c. 2 §. 18. n. 15. & 16. & §. 21. nu. 25.* Barbosa *l. 2. decr. de re jud. c. 17. n. 8.* Canc. *var. par. 2. c. 16. nu. 50.* Peguera *tom. 2. decis. 7. n. 10.* Fermos. *de judiciis c. 9. quæst. 9. nu. 7.* Costa *de facti scientia cent. 1. dis. 57. n. 4. & seq.* Marinis *var. resol. l. 2. c. 53. nu. 2. & seq.* ubi plurimos allegat, Gonzalez Tellez *ad dict. cap. quamvis regulariter*, per ejus verba, ibi: *Quamvis regulariter aliis non noceat res inter alios judicata; ei tamen, qui cum primùm sibi de ea re actio, vel defensio competebat, sustinuit sequentem agere, ac illi etiam qui passus est eum, à quo causam habuit, experiri, est præjudicium generatum*, Valentia *illustrium to. 2. tract. 2. c. 10. n. 27.* qui doctè scribit, ita demum scientibus sententiam contra alium latam nocere, si ex illorum scientia voluntas etiam colligatur consentiendi causæ per alium actæ; qui omnes, & alii plures, quos ipsi allegant, fundantur in expresso Jure *l. sæpe 63. ff. de re judicata.* 2

Hinc sententia lata contra usufructuarium nocet proprietario scienti litem agitari, & è contra, Puteus *par. 3. dec. 335. num. 1.* Barbosa *l. 2. decretal. de senten. & re judicata cap. 17. num. 22.*

Sententia lata contra uxorem licèt marito non noceat, attamen si maritus sciat, & patiatur litem agitari cum uxore, nocebit sententia marito, nec poterit sententiæ executionem impedire; ita fuit decisum pluries in nostro Regio Senatu, scribit Fontan. *de pact. nup. tom. 2. claus. 6. glos. 1. par. 3 numer. 28. cum seq.* cui additur Niger. *de re judicata cap. 2. §. 14. num. 29.* 3

Pariter etiam licèt sententia lata contra resignantem post perfectam resignationem beneficii, non noceat resignatario, quia post resignationem nullum jus habet resignans, imò omne jus est translatum in resignatarium; attamen sententia lata contra resignantem obstat resignatario scienti, & patienti, docet Tondutus *quæst. benef. par. 3. cap. 179. num. 10.* ex Menoch. *cons. 319. nu. 5.* & Dueñas *reg. 274. limit. 1.* 4

Simili modo, si aliquis patiatur, & sciat, quòd alter nomine suo causam ducat absque mandato, illa scientia operatur quòd sententia contra illum lata sibi noceat, ut contra se exequi possit, tradit ex nostro Regio Senatu Egregius Senator Xammar *def. 6. per tot*, sequitur Nobilis Senator de Amigant *in addit. ad prax. Peg. rub. 28. n. 38.* ubi ad fulciendam limitationem plurimas scribit instantias, & præsertim *n. 32.* ex Canc. *var. par. 3 c. 5. n. 82.* ubi si pater consentiat filium onus domus portare, & mercari, tenetur de contractibus filii circa domus administrationem. 5

Rursus si creditor patiatur, & sciat litem agitari cum debitore super proprietate pignoris, sententia lata contra debitorem nocebit creditori, *ex dict. l. sæpe 63. ff. de re judicata*, tradunt ibidem Repetentes, quamvis aliqui notent litteram, ponendo exemplum in debitore sciente, ut advertit vulgata littera, & tradit Graña. *ad rex. in c. 17. de sent, & re judic. num. 7.* de hac re agit Olea *de cession. jur. in addit. tit. 1. quæst. 1. num. 9. cum seqq.* 6

In ratione hujus limitationis, videlicet quod scientia, & patientia noceat tertio, fundatur decisio Senatus relata à Canc *p. 3. var. c. 17. n. 568.* ubi cum lis agitata esset contra matrem uti tutricē filii sui, nocuit sententia ipsi matri hæredi, & possidenti; & adversus eam fuit executa. quod multis rationibus, & argumentis probat *à nu. 546. ad 568.* 7

Pariter etiam in emptore, qui rei sibi venditæ nomine, cum venditore scit causam agi, sibi præjudicat, & sententia illi nocet, illustrat Valentia *to. 2. tr. 2. c. 10 n. 27.* 8

En factum quod successit, Nobil. Conjuges de Pinòs, & Nob. Maria Sayol & Quarteroni obtinuerunt Regiam sententiam, ref. Egregio Senatore Nobili Joann. Baptista Pastor Regiæ A. D. & nunc Reg. in Supremo Concilio Aragonum, in qua fuit condemnatus Nob. Franciscus Junyent & Pons ad firmandam retrovenditionem loci, & termini de Puigvert dictis Nob. de Pinòs, & Donæ Mariæ Sayol, reservata liquidatione pretii dicti loci, & aliorum liquidandorum in decreto executionis, vel alia ulteriori liquidatione: in causa decreti executionis, & liquidationis comparuit Nob. Franciscus de Junyent & Marimon filius dicti Nob. Francisci de Junyent 9

nyent & Pons in dicta Regia sententia condemnati, qui uti donatarius universalis bonorum omnium, & jurium dicti parentis se opposuit in causa, petens in dictæ Regiæ sententiæ executione procedendum non esse; quia virtute dictæ donationis ipse erat proprietarius dicti loci, & termini de Puigvert, nec fuit citatus, nec auditus in dicta causa, in qua, quamvis fuerit condemnatus parens suus usufructuarius; sibi tamen proprietario non citato, nec audito non potuit sententia nocere.

10 Attamen quia Nobilis Franciscus Junyent proprietarius, & donatarius habuit scientiam litis agitatæ inter dictos Nob. agentes contra parentem suum usufructuarium. Primò, quia ipse proprietarius comparuit tanquam Procurator patris sui usufructuarii in processu visuræ remissæ Vicario Acrimontis, & in eo deduxit, & probavit credita, & meliorationes factas in castro, & termino de Puigvert controverso, & quotiens Procurator, qui non ignorat jus suum, alium in judicio defendit, propter litis, & causæ scientiam non potest ratione juris sui postea sententiæ executionem impedire, Ancar. *cons.* 333. *n.* 4. & 5. Canc. *var.* 3. *c.* 17 *n.* 557. cum traditis à Xammar *defin.* 6. *rerum judicat.*

11 Secundò, quia proprietarius fecit cessionem usufructuario parenti suo de tribus mille libris in ea causa deducendis, virtute cujus cessionis visum fuit usufructuarium cessionarium litem illam suscipere oportere, constituendo se ipsum Procuratorem in rem propriam, Olea *de cessione Jur. tit.* 1. *quæst.* 2. *num.* 37. & 44. Fuit dictum 14. Martii 1665. contra Nobilem Franciscum Junyent, scientiam litis, quam habuit proprietarius nocere, & sic ad executionem illius fore procedendum; & licet pars supplicavit contrario imperio ab ea provisione, supplicationi tamen renuntiavit.

12 Hæc procedunt, si civiliter agatur, atverò ab his non disceditur, quamvis criminaliter procedatur, hinc dicitur, quòd sententia lata contra accusatorem non necet novo accusatori, qui suam, vel suorum injuriam prosequi intentat, modò primum judicium ignoraverit, Reg. Cortiada *dec.* 12. *n.* 107. punctim Sanfel. *dec.* 377. *n.* 3. & ibi additio *vers. Absolutus semel*, Scacc. *de Judic. d.* 1. *c.* 11. *n.* 81. Ayllon ad Gomez *l.* 3. *c.* 1. *n.* 27. Faria ad Covar. *lib.* 2. *c.* 10. *n.* 12. hæc in Catalonia non procedere existimo ubi processus est Fisci.

13 Punctim in materia contentionis scribit Reg. Cortiada *dec.* 12. *nu.* 106. qui docuerat, quòd declarata contentione inter Procuratores Fiscales Curiarum Ecclesiasticæ, & Sæcularis, potest pars interessata, & formalis, quæ æquale interesse habet cum Procuratore Fiscali alterutrius Curiæ, novam contentionem firmare, si pars privata interessata ignorantiam haberet primæ contentionis; secus verò si de ea scientiam haberet; nam tunc nova contentio firmari non posset, ex Canc. *var.* 3. *cap.* 10. *nu.* 94.

14 Hoc dispuncturi fuimus in casu controverso, suscitata fuit contentio inter Curiam Ecclesiasticam Civitatis Gerundæ, & Curiam Regiam Vicarii ejusdem Civitatis ex alia, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica per procuratorem Fiscalem ejusdem Curiæ & per Procuratorem Petri N. agricolæ Villæ de Olot super immunitate Ecclesiastica, quam dictus Petrus N. allegavit, declarata fuit contentio intra quinque dies per arbitros per Curias respectivè nominatos, & in ea dictum Petrum N. immunitate Ecclesiastica non gaudere fuit pronuntiatum.

15 Adductus reus ad Regios carceres hujus Civitatis Barcinonæ, novam super eadem immunitate Ecclesiastica contentionem firmare intendit, adiit Curiam Ecclesiasticam hujus Civitatis, & obtulit informationem super extractione à loco sacro, & expeditum fuit cartellum à Curia Ecclesiastica directum Regenti Regiam Cancellariam, Relatori causæ, & Procuratori Fiscali Regiæ Curiæ, ad videndum jurare testes super extractione ab Ecclesia, juxta praxim quam tradit Pegue. *in prax. crim. c.* 26. *n.* 7. *vers. Et vigore*, Font. *dec.* 256. *n.* 1. *par.* 1. Reg. Cortiada *dec.* 13. *n.* 19. comparuit Procurator Fiscalis Regiæ Curiæ hora assignata in Curia Ecclesiastica, & opposuit exceptionem rei judicatæ, sententiæ per arbitros declaratæ, quam posuit in posse Curiæ, juxta tradita à Font *dec.* 318. *par.* 2. *nu.* 3. Reg. Cortiada *decis.* 12. *nu.* 50. 52. & 58.

16 Expeditæ nihilominus fuerunt à Curia Ecclesiastica 3. Feb. 1680. litteræ in forma contentionis cum clausula, quòd si firma contentionis non procederet, firmabat dubium super contentione cum electione arbitri in forma dubii, cum quibus prætensum fuit exceptioni rei judicatæ locum non esse; quia sententia arbitrorum nulliter fuit promulgata; admissum fuit dubium per Curiam Regiam, & 17. ejusdem mensis, & anni, & à Regio Concilio fuerunt expeditæ litteræ responsivæ in forma dubii cum electione arbitri, & iterum Procurator Fiscalis Regiæ Curiæ opposuit exceptionem rei judicatæ, & firmavit jus, & de jure dictæ Curiæ Ecclesiasticæ, illius Procuratori Fiscali, ac dicto Petro N. & aliis ad quos spectaret pro decem solidis, cum juris augmento, cum protestatione expressa, quòd tam dictæ litteræ, quàm omnia procedimenta dubii notificarentur Procuratori Fiscali dictæ Curiæ, ut ignorantiam allegare non posset dictæ litis, & declarationis in ea obtinendæ: in effectu litteræ responsivæ fuerunt præsentatæ Curiæ Ecclesiasticæ, & Procuratori Fiscali illius; & etiam fuerunt præsentatæ ipsi parti interessatæ, & omnia procedimenta fuerunt notificata dicto Procuratori Fiscali, & parti, aut ejus Procuratori.

Pendente dubio fuerunt à Curia Ecclesiastica novæ 17
emanatæ litteræ 4. Martii 1680. in quibus instata fuit repetitio, & restitutio ad Ecclesiam de persona dicti Petri N. propter prætensam nullitatem sententiæ, & declarationis dictorum arbitrorum, prætendendo quòd postquam fuit devoluta causa ad Cancellarium, elapsis quinque diebus assignatis ad declarandum arbitros ambarum Curiarum, non fuit prorogata contentio mota super immunitate prætensa per dictum Petrum N. & sic censeri declaratam in favorem Curiæ Ecclesiasticæ, & quòd Procuratori Fiscali Curiæ Ecclesiasticæ obstare non poterat pendentia dubii, quia solùm ad instantiam partis interessatæ fuit suscitatum, & expeditæ fuerunt litteræ ad illius instantiam, & non Procuratoris Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ.

Procurator Fiscalis Regiæ Curiæ coram Cancellario 18
exposuit novas illas litteras expeditas ad instantiam Procuratoris Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ super repetitione, & restitutione ad Ecclesiam de persona dicti Petri N. esse attentatas, & nulliter expeditas, & via privilegiata attentatorum esse revocandas, & annullandas, exhibendo propterea copiam dictarum litterarum, & præsentationis illarum.

Exitus hujus dubii fuit, contentionem super præten- 19
sa immunitate dicti Petri N. non esse firmandam per dictum Regium Criminale Concilium, & per illius Procuratorem Fiscalem, & omnia procedimenta per dictam Curiam Ecclesiasticam, & illius Fisci Procuratoris cum litteris à Curia Ecclesiastica expeditis pendente dubio, & illarum præsentationibus, esse nulla, & attentativè ficta, & ut talia revocanda per Reverendum Cancellarium Monserrat 13. Septembris 1680. intervenientibus Aleny, Pastor, Balaguer, Magarola, Ferrer, Amigant, Taverner & Rubi, Carbonell, Colomer, & Nabona. Motivum hujus declarationis est, ibi: *Visa alia supplicatione oblata per dictum Procuratorem Fiscalem Regii Concilii Criminalis* 20. *Martii ejusdem anni, qua dictus Procurator Fiscalis institit petitioni declarationis dictorum attentatorum, eo quia in litteris responsivis dicti Regii Concilii Criminalis fuit firmatum jus, & de jure Procuratori Fiscali dictæ Curiæ Ecclesiasticæ, & eidem Curiæ per dictum Procuratorem Fiscalem Regii Concilii Criminalis, nec non prædictæ litteræ responsivæ, & intimæ deductionum factarum in dicta causa prædicti dubii fuerunt præsentatæ, directæ dictæ Curiæ Ecclesiasticæ, & illius Procuratori Fiscali, quibus patet, notitiam, & scientiam judicialem certam, & individuam habuisse dictam Curiam Ecclesiasticam, & illius Procuratorem Fiscalem præsentis causæ dubii, & omnium deductionum in ea factarum, quibus concurrentibus, certum esse non potuisse instari per dictam Curiam Ecclesiasticam, & illius Procuratorem expeditionem, & præsentationem dictarum litterarum 4. & 7. Martii per dictam Curiam Ecclesiasticam, & ejus Procuratorem Fiscalem expeditarum, & presentatarum absq; vitio attentatorum, cum in viam juris prædictæ notificatio, & scientia operentur idem, ac si revera dicta Curia Ecclesiastica, & illius Procurator Fiscalis dubium firmassent, & in causa revera fuissent.*

Observo ex hac declaratione dubii, quòd ad arguen- 20
dam notitiam parti interessatæ, aut Procuratori Fiscali contentionis, & sententiæ in contentione proferendæ,

ut postea alter ex his non possit ob ignorantiam allegare novam contentionem, remedium opportunum est, quòd litteræ, quæ emanantur à Curia Sæculari, præsententur Curiæ Ecclesiasticæ, Procuratori Fiscali illius, & parti interessatæ, & quòd procedimenta successiva notificentur parti, & Procuratori Fiscali; ex quo enim omnes sunt vocati, & citati, novam contentionem, primâ declaratâ, efformare non possunt juxta tradita ab Episcopo Urrutigoyti *de competentiis quæst. 60. num. 19.*

21 Iterum observo, quòd per dictam citationem, & notificationem, si pendente contentione adeat Procurator, vel pars Curiam Ecclesiasticam, & in ea procedat per novam contentionem, vel aliàs, obstat eis litis pendentia, & procedimenta ipsorum revocantur ut attentata; nam sicut pendente appellatione, procedimenta facta revocantur ut attentata, ita & quæ fiunt pendente contentione. Regens Cortiada *dec. 22. num. 30. & 56.* cum Fontanella *dec. 312. n. 12. & seqq.* Urrutigoyti *de competentiis cap. 61. num. 13.*

22 Tandem fuit declaratum sententiæ arbitrorum non obesse (quam pars prætendebat nullam fuisse ex quo in ejus publicatione solùm interfuit Notarius Curiæ Sæcularis, & in Cathalonia arbitris assistunt duo Notarii, unusquisque pro sua Curia, Regens Cortiada *dec. 20. n. 30.*) quia, ut insinuat ipse, id fundatur in observantia, & in processus dicti dubii, fuit pro parte Procuratoris Fiscalis Regiæ Curiæ probatum, observantiam in Civitate Gerundæ fuisse, quòd quando declaratur contentio per arbitros in favorem Curiæ Ecclesiasticæ, publicatio, & notificatio sententiæ fit per Notarium Curiæ Ecclesiasticæ; & pariter quando declaratur per arbitros contentio in favorem Curiæ Sæcularis, per Notarium hujus Curiæ solum publicatur, & notificatur sententia; quem stylum, & observantiam approbavit dicta sententia dubii repellendo nullitatem.

23 Idem evenit, & sine ulla difficultate successit in causa contentionis Galcerandi N. aliàs Busca, quia Procurator Fiscalis Regiæ Curiæ firmavit jus Procuratori Fiscali Curiæ Ecclesiasticæ in litteris responsivis, & notificare fecit eidem, & parti omnia procedimenta, ac contentione pendente novam suscitavit Procurator Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ, qui in prima contentione non comparuit, & fuit dictum hanc contentionem, & litteras noviter emanatas fuisse tanquam attentata revocandas; quia litteræ primæ contentionis, & procedimenta illius fuerant etiam Procuratori Fiscali Curiæ Ecclesiasticæ notificata, & declaratum, dictum Busca immunitate Ecclesiastica non gaudere, per Cancellarium Monserrat, intervenientibus Balaguer, Ribera, & Carbonell.

24 Sunt verba declarationis, ibi: *Tamen quia in prædictis litteris responsivis Regii Concilii Criminalis fuit firmatum jus, & de jure dicto Procuratori Fiscali Curiæ Ecclesiasticæ per dictum Procuratorem Fiscalem Concilii Criminalis, prædictæque litteræ responsivæ fuerunt præsentatæ, & notificatæ dicto Procuratori Fiscali dictæ Curiæ Eccles. nec non et intimatæ, & notificatæ omnes deductiones factæ in præsenti causa contentionis, quibus patet, notitiam, & scientiam judicialem certam, & individuam habuisse dictam Curiam Ecclesiasticam, & illius Procuratorem Fiscalem præsentis causæ contentionis, & omnium deductionum in ea factarum, quibus concurrentibus, certum esse non potuisse firmari jus, & de jure in dicta Curia Ecclesiastica, & instari expeditionem, & præsentationem dictorum cartellorum* 31. Maii 1680. *per dictam Curiam Ecclesiasticam, & ejus Procuratorem Fiscalem expeditorum, & firmatorum absque vitio attentatorum, cum in viam juris prædictæ notificatio, & scientia operentur idem, ac si revera dicta Curia Ecclesiastica, & illius Procurator Fiscalis contentionem firmassent, & in dicta causa partes fecissent, & revera fuissent.*

Pari passu procederem per viam attentatorum in causa, qua Procurator Fiscalis fuit citatus, & pars tantùm firmavit contentionem, si post sententiam per Cancellarium factam procederet Procurator Fiscalis, qui non firmavit contentionem super facto decisio, novam firmando contentionem; vel è contra, si Procurator Fiscalis firmasset contentionem, & pars, quæ tantùm in contenti one citata est, novam firmaret contentionem: in utroque enim casu omnia gesta post, & contra sententiam, attentata forent, & per consequens revocanda, *ex cap. non solum de appel. in 6.* & passim Rota *recent. par. 17. nu. 13. dec. 274.*

Ac etiam non solùm in eo casu, in quo Procurator, vel pars habuit notitiam judicialem per citationem, agerē ad revocationem attentatorum pro nova contentione firmata; sed etiam in casu quo aliunde haberet notitiam talem, cum qua sententiam contentionis adversus eos pareret judicatum, nam licèt attentata non committantur, quando causa est diversa per diversitatem rei, aut actionis aut personarum, Lancel. *de atten. appel. pend. cap. 12. limit. 2. nu. 20.* Menoc. *de arbit. cas. 95. & cons. 123. nu. 20.* Grat. *discep. foren. c. 914 n. 31.* Addit. ad Burat. *dec. 644. n. 10.* attamen si de una causa ad aliam, sententia parit exceptionem rei judicatæ, attentata committuntur, quia quando una causa ab alia dependet, inevitabilia sunt attentata, Lancel. *de attent. pend. appel. par. 2. c. 4. limit. 2. num. 98. in notis*, Addit. ad Buratum *d. decis. 644. num. 11. vers. Verum ut hoc procedat*, Rota *recen. par. 15. num. 192.* 25

Scientia, vel ignorantia in eo qui intendit novam contentionem allegare, cum sit materia conjecturalis, & de his quæ in animo consistunt, Fontanella *tom. 1. decis. 17. num. 9. & 10. & decis. 18. numer. 18.* conjecturis probatur, pro quibus ultra allegatos à Reg. Cortiada *decis. 12. num. 108.* recurrere poteris ad Gizz. *decis. 51.* & ibi Mele, *& decis. 53. num. 5. & seqq.* Giovag. *cons. 43. num. 30. & seq.* Capiblanc. *de Baron. tom. 2 cap. 63. numer. 9. & seqq.* Ciarlin. *tom. 2. cap. 82. num. 4. & seqq.* & alios laudatos à Sanfel. *decis. 377. in addit. ver. Et scientia, cum seq.* Faria ad Covar. *lib. 2. cap. 10. num. 14. & seqq.* 26

Si procedatur per revocationem attentatorum in casibus præhabitis, evitabuntur dilationes reorum, quia si agatur cum firma dubii, an sit firmanda contentio, vel si firmatur nova contentio, in utroque casu sunt observandæ dilationes concordiæ Dominæ Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Convenarum, & ulteriùs contentiones protrahuntur per altercata, & alia quæ suscitantur ad longæva temporum spatia, cum quibus patitur vindicta publica, in grave damnum administrationis justitiæ. 27

DECISIO LXXVI.

ARGUMENTUM.

Viduæ Militum militiæ armatæ, Nobilium, Militum militiæ aulicæ, Regiorum Senatorum, Advocatorum, Medicinæ Doctorum, & liberi eorundem respectivè, an gaudeant fori prærogativa, & immunitatibus, quibus, dum vivebant mariti, gaudebant, & an famuli militum gaudeant fori privilegio, & quid de famulis personæ generosæ, & quando dicantur famuli necessarii.

SUMMARIUM.

1 *Proponitur dubium.*
2 *Miles stipendiarius gaudet privilegio fori, etiam tempore pacis.*
3 *Uxor gaudet privilegio fori mariti.*
4 *Etiamsi marito competat forus ratione artis, & in uxoribus scholarium, & in uxoribus militum idem procedit.*
5 *Vidua retinet privilegia, beneficia, & immunitates, quibus in vita viri gaudebant, ubi ratio assignatur, declara ut infra.*
6 *De Advocatis ad milites militiæ armatæ valet argumentum, & è contra, & nu. 7.*
8 *Advocatorum viduæ, durante viduitate, gaudent omnibus immunitatibus, quibus gaudebant in vita virorum.*
9 *Viduæ Nobilium, seu Militum militiæ aulicæ gaudent privilegiis, & foro viri.*
10 *Citantur jura, & Doctores qui tenent, viduam militis, durante viduitate gaudere foro viri mortui.*
11 *Non transit ad viduam privilegium, quod competebat viro ratione officii habentis dignitatem annexam,*

12 Pari-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

12 *Pariter nec illud privilegium competens pari ratione officii transit ad filios post mortem parentis, ubi ratio assignatur.*
13 *Vidua militis, durante viduitate, non gaudet foro mariti, nec eo gaudent filii militis defuncti, & n.* 14.
15 *Decis. Senatus.*
16 *Alia decis. Senatus.*
17 *Resolutio Trium Aularum Regiæ Audientiæ.*
18 *Traditur intelligentia Doctorum in contrarium citatorum.*
19 *Viduæ Medicinæ Doctorum non fruuntur privilegiis maritorum; benè verò ipsorum uxores dum vivunt mariti, & sic ad viduam non transeunt privilegia, ne torqueantur, ne capiantur pro debito civili, ne hospites recipiant, & alia ut ibi.*
20 *Melior est conditio Advocatorum, nam eorum immunitates transeunt ad eorum viduas, & liberos, ubi ratio assignatur.*
21 *Uxores, & liberi Regiorum Senatorum, & Doctorum Regii Concilii gaudent eorum privilegio fori, si cum ipsis habitaverint, illis verò defunctis, in viduarum, & liberorum personis omnino cessant.*
22 *Opinio Auctoris circa hanc rem.*
23 *Viduæ Nobilium, & Militum militiæ aulicæ gaudent foro maritorum; quia eorum nobilitas est ac per se, & non ratione officii.*
24 *Intelligentia* l. quotiens 3. C. de privileg. scholarum, *& n.* 25.
26 *Traditur nova objectio.*
27 *Solutio objectionis, & explicatur regula resoluto jure datoris, resolvitur jus successoris.*
28 *Iterum suscitatur dubium.*
29 *De viribus observantiæ in judicando.*
30 *In controversiis decidendis priùs est deferendum DD. nostris practicis.*
31 *Famuli militum an gaudeant foro militari.*
32 *Famuli generosorum an gaudeant foro dominorum suorum, ubi decisio, & n.* 33.
34 *Decis. Senatus.*

1 ANCEPS est dubium, an vidua militis gaudeat foro militari mariti; nam pro utraque opinione affirmativa, & negativa extant rationes, & jura.

2 Primò pro affirmativa dicitur; quia miles stipendiarius est ad mandatum superioris, gaudet privilegio fori militaris, Reg. Cortiada *decis.* 11. *nu.* 26. Cardinalis Luca *de foro compet. discur.* 33. *n.* 5. *& seq.* etiam tempore pacis; nam miles stationarius habet privilegium fori, quia semper dicitur esse in expeditione, Rovitus *prag.* 11. *de milit. num.* 16. *cum seqq.* Greg. Lopez *l.* 49. *tit.* 5. *par.* 5. *glos.* 2. Accat. *de privil. milit privil.* 4. *n.* 6. Crispol. *cas. milit. privil.* 18. *& 19. & in epilogo privil. milit lit. V, amp.* 1. Castillo *decis.* 105. *nu.* 35.

3 Sed uxor gaudet privilegio fori mariti, *ex l. de jure* 37. §. *mulieres, ff. ad municipal. & in col. l. Imperatores* 38. §. *item rescripserunt, ff. eod. l. mulieres* 9. *de incol.* Font. *de pact. tom.* 2. *claus.* 7 *glos.* 3. *par.* 15. *num.* 40 *cum seq. & nu.* 43. Xamm. *de privil. Civitatis Barcinonæ* §. 24. *nu.* 12. *& 13.* Crespi *obs.* 55. *num.* 57. ubi tractat de uxoribus Clericorum Græcorum, & Latinorum, ad idem Fagnanus *in cap. nullus de for. com. nu.* 33 *cum seqq.* Faria ad Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 1 *num.* 23. *& cap.* 9. *nu* 43. Hipolyt. de Samper *Montesa. Illust. par.* 2. *num.* 279. Altimar. ad Rovit. *tom.* 2. *consil.* 60. *nu* 4. Gonzalez Tellez *ad cap. super eo* 22. *de testibus num.* 2. Tondutus *de prævent. judicial. par.* 1 *cap.* 29. *nu.* 1. *& seqq.* Salzedo *in theat. honor. l.* 16. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil. glos.* 53.

4 Etiamsi marito competat forus ratione artis, *ex l eos.* 6. *l. penult.* ubi glos. *C. de Fabricens. lib.* 11. *l. ne ad diversa, C. de silentiariis, eod. lib.* 11. *l.* 2. *in fin. C. de Episcop. & Cleric. l. quotiens* 3. *C. de privil. schol.* prosequitur inde Escobar *de Pontif. & Reg. Jurisd.* in uxoribus scholarium quæ gaudent foro virorum, *cap.* 36. *nu.* 1 *cum seqq.* & regulam profitetur Franc. *decis.* 363. *rota.* & ibi Addit. Luca, qui allegat Dansa *de pug. doct. tom.* 2. *tit. de elect. for. cap.* 5. *nu.* 17. Merlin. *cont.* 94. *cent.* 1. *num.* 2. Novar. *de elect. for. quæs.* 47. *num.* 1. decidit Sanfel. *decis.* 21. & in terminis uxoris militis militiæ armatæ Reg. Cortiada *decis.* 11. *nu.* 20. *& decis.* 8. *nu.* 108. Rovit. *d. prag.* 11. *de milit. n.* 20. Accat. *de privil. milit. lit. V, ad l. mulieres, C. de dignit.* Ayala *de Jure bel. lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 26. Capycius Galeota *resp. Fisc.* 1. *nu.* 110.

Igitur ita pariter eodem fori privilegio gaudere debet vidua post mortem mariti, viduitate durante; quia retinet omnia privilegia, beneficia, & immunitates, quibus in vita viri gaudebat, per regulam *tex. in l. filii* 22. §. *vidua ff. ad munic.* & ibi Doctores, *l. fin. C. de incol. lib.* 10. *arg. tex. in l. decurione* 14. *ff. de decur. & cor. fil. l. quædam puella, ff. de Iurisdict. omni. Jud. l. ult. Cod. de bon. mat. l. cum te.* 10. *Cod. de nup. l. fœminæ* 8. *ff. de Senat.* Thesaur. *lib.* 1. *quæst.* 50. ubi latè de materia, Ripoll. *par. cap.* 13. *num.* 546. *cum seq.* à Ponte *consil.* 31. *n.* 9. Fontan. *de pact. nup. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 3. *nu.* 44. *cum seqq.* Ciarlin. *controver. jur. lib.* 2. *cap.* 119. *n.* 32. Rodoerius ad Marin. *quot. resol. cap.* 22. *num.* 18. *& seqq.* Cardinalis Luca *in Theat. verit. lib.* 9. *de test. discur.* 29 *num.* 5 Faria ad Covar. *lib.* 2. *d. cap.* 9. *num.* 43. Bolero Caxal, pluribus citatis *de decret. debit. Fis. tit.* 5. *quæst.* 12. *num.* 10 *cum seqq.* Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 3. Salzedo *in theat. hon. l.* 16. *tit.* 2. *lib.* 4. *recop. dict. glos.* 53. *n.* 10. *& seq* quia remanens in viduitate, & retinens nomen mariti, in matrimonio manere intelligitur, *cap* 20. §. *solut. igitur in glos. perdurare, & §. non tamen Authen. de nup. col.* 4. Fontanella *de pactis dict. claus.* 7. *glos.* 3 *par.* 5. *nu.* 9 Xammar *de off. Jud. par.* 2. *qu.* 2. *nu.* 2. Ciriacus *cont.* 273 *num.* 40. & 41. Novarius *de electione fori quæst.* 3. *n.* 18. Rodoerius ad Marin. *dict. cap.* 22. *num.* 18. latissimè Valeznuela Velasq. *cons.* 80. *nu.* 9. *cum seqq.* Fermosin. *ad cap. cum contingat* 13. *quæst.* 13. *nu.* 3. nam matrimonium dicitur pendere uno conjugum tantùm superstite, §. *præterea authent. neque virum quod ex dote col.* 7. ibi glosa *pendente.* 5

Secundò, quia ab Advocatis ad Milites militiæ armatæ valet argumentum, & è contra, nam, non enim soli imperio militare creduntur illi, qui gladiis, clypeis, & toracibus nituntur, sed etiam Advocati, militant namque causarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt: quæ sunt verba Imperatoris *in l. Advocati* 14. *C. de Advoc. diver. jud.* Velasco *de privil. miser. person. q.* 17. *num.* 56. quia inquit, oportet adversantium tela retundere, cavillationes refellere, propalare fraudes, insidias deregere, infligere, evadereque fœliciter ictus, victoriam denique reportare, nec minus proficua mortalibus hæc, quàm illa judicetur, quæ hominum pariter vitam, & facultates tutatur. De hac re latiùs Georgius Acacius *de privil. milit. lib.* 1. *cap.* 7. ubi de intelligentia *dict. l.* 14. 6

Et patet ulteriùs, nam in judicio litterata militia exercetur, pugnantes partes sunt, & justitiæ aciem contra iniustitiam, maleficosque sustinet Judex, quo argumento utitur Divus Thomas 2. 2. *quæst.* 71. *art.* 3. *argu.* 3. & hanc litteratam militiam vocant Imperatores *in l. Proximos* 8. *Cod. de proxim. sacr. lib.* 12. *& in l. unic. Cod. quibus causis milit.* Lucanus ad Pisonem. 7

Licet exercere togatæ
Munera militiæ. Licet sine sanguinis hausu,
Mitia legitimo sub Iudice Bella movere.
Hinc quoque servati contingit gloria civis,
Altaque victricis intexunt limina Palmæ.

Quæ recitat Velasq. *de Iudice perfec. rubr.* 14. *an.* 4. *nu.* 10. faciunt tradita per Solorzan. *in polit. Ind. lib.* 5. *cap.* 18. *post lit. E, ver. Y conservarense.*

Sed Advocatorum viduæ, durante viduitate, gaudent omnibus prærogativis, immunitatibus, quibus in vita illorum gaudebant, & sunt de ipsorum foro, & domicilio, Xamm *de offic. Iud. par.* 2. *quæst.* 2. *nu.* 58. *& pluribus seqq.* signanter *nu.* 62. Igitur dicendum videtur in viduis Militum militiæ bellicæ viduitatem servantibus, hanc inferri posse conclusionem, & apparet ex his quæ tradit Rovitus *super prag.* 11. *de milit. nu.* 44. ibi: *Quod etiam competit litterarum professoribus, quia dicuntur militare: si ergo aliis, quia militare dicuntur, indulgetur; quare militantibus denegetur, ego non capio?* 8

Tertiò, quia viduæ Nobilium, seu Militum militiæ aulicæ fruuntur eisdem privilegiis, & foro virorum, Fontanella *de pact. 2. d. claus.* 7 *glos.* 3. *par.* 15. *num.* 40. *cum quatuor sequentibus*, Vincen. de Franc. *dec.* 416. *num.* 2. 4. 7. *& 8.* Xamm. *de offic. Iud. par.* 2. *quæst.* 2. *nu.* 57. remissivè Reg. Cortiada *decis.* 8. *num* 111. Igitur pariter viduæ militum militiæ armatæ eodem privilegio frui debent, quia hæc militia nobilitat, & est vera nobilitas, cum ex sanguine sit quæsita, Bald. *in l.* 2. §. *filiis, ff. de decur.* 9

Quartò, eam sententiam probat Imperator *in l. quotiens* 3. *Cod. de privil. scholarum*, ibi: *Quotiens super* 10

causa

causa civili, vel etiam criminali, ex sententia videlicet judicii tui culminis scholares, vel eorum conjuges (sive adhuc viverent earum mariti sive post mortem eorum in viduitate constitutæ sunt) matresve eorum in viduitate permanentes, aut liberi, qui non specialiter alterius Judicis jurisdictioni subjectam conditionem sortiti sunt, & servi ad eos pertinentes conveniuntur, minimè eos, easve extranei fideiussoris exactione vexari. Et eam opinionem cum glosa etiam *d.l.* probat Belluga *in spec. Princ. rub.* 20. *nu.* 21. & sequuntur Amaya *in Cod. de incol. tit.* 39. *num.* 28. & 29. Oiual *lib.* 17. *comment.* Donel. *cap.* 12. *lit.* I, & *lib.* 13. *c.* 21. *lit. F.* Lucas de Pen. *ad eandem l. in prin.* idem tenent Rovitus *super prag. de milit.* 11. *nu.* 20. Chrisolt. *in epilogo privil. milit. lit. V.*

11 At his non obstantibus admissa est negativa opinio, videlicet, quòd vidua militis non gaudeat privilegio fori mariti, ex unica, & invincibili ratione; quia privilegium fori quod competit militi, est ratione militaris officii, & exercitii; & sic, eo mortuo, ad ejus uxorem transire non potest; quia aut privilegium competit viro ratione nobilitatis, & dignitatis; aut ratione alicujus officii habentis dignitatem annexam; in primo casu transit ad viduas: in secundo verò non, sed extinguitur cum persona viri, cum qua extinguitur officium, quam distinctionem observarunt cum decisione Fab. *in Cod. lib.* 3. *tit.* 17. *def.* 3. *lib.* 9 *tit.* 29. *def.* 9. & 10. 22. & 23. Xamm. *de effic. Jud. par.* 2 *quæst.* 2. *ex num.* 57. Font. *de pact.* 1 *cla.* 3. *glos.* 1. *num.* 31. Fran. Milanen. *decis.* 10 *tota.* qui tradit judicatum *nu.* 16. Narbona *ad leg. Regias lib.* 3. *nu.* 16 *leg.* 9. *glos.* 9. *nu.* 8. ex Pasc *de virib. pat. potest. par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 7. Giurba *obs.* 18. *nu.* 6. 8. 14. & *seqq.* Fermosinus *ad textum in cap. ex tenore* 11. *q.* 5. *nu.* 12 Cibedo *dec.* 98. ubi tradit decisum.

12 Cum eadem distinctione resolvunt eandem quæstionem in filiis post mortem parentum, Reg Cortiada *decis.* 10. *nu.* 121. Barbosa *in l. quia tale* 14. *ff. solut. mat. par.* 2. *nu.* 25. quorum est ratio; quia quotiescumque privilegium competit personæ ratione alterius personæ, tandiu durat privilegium, quandiu illa prima persona vivit, probat Thesaur. *quæst. forens.* 90. *lib.* 1. *nu.* 4. allegans *l.* 3 *ff. de censibus*, ubi immunitas concessa personæ, cum persona extinguitur. Et amplius Probatur *ex tex. in l. in omnibus* 68 *ff de reg. jur.* in illis verbis; *in omnibus causis id observatur, ut ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficit*, ubi Gothofred *lit. C*, scribit, id dicendum esse in privilegio dignitati concesso, & his citatis probat Olea *de cessione jur. in addit. tit.* 3. *q.* 3. *in princ.*

13 Et in nostris terminis prosequitur eam rem idem Barbosa *in dict. l. quia tale* 14. *nu.* 22. qui fundatur in mente *l. sordidorum* 13. *C. de excusat. mun.* cujus sunt verba: *Sordidorum munerum excusatio delata personis, ad hæredem, successoremve transire non potest; neque enim potest esse perpetuum, quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis, atque militiæ indulsisse nos constat;* docens hanc legem loqui de privilegio concesso alicui ratione militiæ, & dignitatis, & sic in milite habente dignitatem militiæ annexam: præsupponens privilegium pertinere ad filium, & uxorem, dum ille vivit, & eo mortuo, extingui; & quamvis loquatur Imperator de filiis, & successoribus, & non de viduis, ut annotat Escobar *de Pontif. & Reg. Iurisc. cap.* 36. *num.* 27. considerans in hanc rem differentiam inter filios, & uxores viduas; adest contra eum communis scribentium doctrina per Reg. Cortiada, qui supra, citatorum, qui parem rationem, & jus respectu patris, & viri adesse docent quoad transactionem privilegii fori in filium, & uxorem viduam respectivè.

14 Et comprobat Capiblanc. *de Baron. lib.* 1. *prag.* 8. *par.* 2. *nu.* 175. *cum seqq.* ubi postquam dixerat, filios, & ipsorum militum conjuges foro militari gaudere, etiam mortuo viro, donec uxor in viduitate permaneat, docet hæc intelligenda fore, quando fori privilegium dignitatis, vel ordinis ratione viro competit; secus autem quando ratione personalis militiæ, & servitii spectat; nam exercitio deficiente, privilegium cessat, quod probat *ex dict. l. Sordidorum, & l. Maximarum, C. de excusat. munerum lib.* 10. ibi: *Ut non singulis indulta personis, sed in commune dignitati, vel corpori hujusmodi beneficia deceantur fuisse concessa.*

15 Sic decisum fuit, ref. Magnifico Alexio Tristany R.A.D 18. Januarii 1670. facto verbo in R.A. in causa supplicationis contrarii imperii Hyacinthi Ricart, & Gratiæ Font viduæ Antonii Font Ducis reformati Equitum, & Militis Societatis Equestris Don Petri Planella & Talamanca ex una, & Mariæ Clarisò, & Eulaliæ Costa partibus ex altera, Not. Oriol & Macer, eo motivo, ibi: *Cæterum attento constat hujusmodi privilegium, quod Antonio Font Equestrum Duci competebat, illi competisse non ratione nobilitatis, & dignitatis; sed ratione militaris officii, habentis dignitatem annexam, quo in casu certum est in jure fori privilegium ad uxorem, viro mortuo, non transire, sed cum persona extingui.*

Idem censuit Regius Senatus, ref. Nobili Bonaventura de Tristany R.A.D. facto verbo in R.A. 2. Julii 1685. actuario Troc. Not. in causa inter Franciscum Guardin ex una, & Theresiam de Corbera viduam Gabrielis de Corbera instructoris majoris ex alia parte. 16

Et die 6 Junii 1686. proposito hoc dubio Regiæ Audientiæ junctis Tribus Aulis fuit idem declaratum per omnes (dempto uno Regio Senatore qui contrarium censuit) pro causa vertenti in R.A. ad relationem Mag. Joannis de Colomer R.A.D. inter Nobilem Antonium de Homs Ducem Equestrem filium Nobilis Mariæ de Homs viduæ Nobilis Emanuelis de Homs ex una, & Egregium Comitem de Plasensia partibus ex altera. 17

Ex hac ergo distinctione, & resolutione remanet satisfactum primæ rationi contrariæ opinionis, licèt enim vivente viro gaudeant uxores privilegiis, & foro mariti, & sic uxores militum fruantur, ipsis viventibus, foro militari ratione conjunctionis (quod non sine distinctione id probat Afflict. *in Constit. Reg. Neapol. rub.* 19. *de except. hoste. lib.* 2. *nu* 13. Franc. *decis.* 363. *nu. fin.* Marin. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 350. *n.* 11. Tondutus *de prævent Iud. par.* 1. *cap.* 29. *num.* 1.) attamen, illis mortuis, si illa privilegia competant viro ratione officii, habentis dignitatem annexam, ad viduam, & filios non transeunt, sed morte viri extinguuntur. 18

Sic viduæ Medicinæ Doctorum non fruuntur privilegiis maritorum; benè verò ipsorum uxores dum vivunt mariti, Narbona *ad ll. novæ recop. lib.* 3. *tom.* 16 *l.* 9. *glos.* 9. *pag.* 338. Font. *claus.* 3. *glos.* 1. *n.* 31. Codex Fab. *lib* 9. *tit.* 29. *diff.* 9. & 10. Thesau. *quæst. for. lib.* 1. *quæst.* 90. P. Mendo *de Iure Acad. lib.* 1. *quæst.* 13. *num.* 330. Barbosa *ad l. quia tale* 14 *ff. solut. matr. pag.* 316. *num.* 32. & 33. *tom.* 2. qui loquendo de DD. refert ex Alciat. quòd illis competunt aliqua privilegia ratione dignitatis, ut ne torqueantur, ne capiantur pro debito civili; & alia ratione officii, ut ne hospites recipiant, ut sint liberi à muneribus publicis, & hæc, ne ab studiis evocentur, & tenet, quòd ista omnia competunt uxoribus, & filiis, vivente Doctore indistinctè, nulla tamen, eo mortuo in uxorem transeunt, quia in Doctore principaliter consideratur officium; & dignitas venit in consequentiam per modum annexionis, & ideo extincto officio per mortem, extinguitur & dignitas illi annexa. 19

In eo igitur est melior conditio Advocatorum, & Doctorum Iuris, quàm Medicorum, scribit Anton. Fab. *in Cod. lib.* 9. *tit.* 29. *def.* 10. Advocati enim non solùm adquirunt nobilitatem perindè, ac qui in Castris militant, sed etiam dignitatem (latè Escobar *de pastate par.* 1. *q.* 4 §. 5. *n.* 9. *cum seq.* Rodoer. ad Marin. *quot. resol. cap.* 167. *nu* 6. & *seqq.* Bossius *de pat. pot. cap.* 3. *nu.* 239.) quandam habere existimantur. Proinde habent beneficium immunitatis non ex privilegio, & contra juris regulas, ut Medici, sed jure communi, quo immunes sunt à plebeis muneribus, & oneribus, & consequenter transit ad eorum viduas, & liberos idem jus immunitatis. 20

Nec abijciuntur inde milites, si sint ex his, qui in exercitio dignitatem, vel nobilitatem annexam habeant, quia etsi uxores, & liberi Regiorum Senatorum, & Doctorum Regii Concilii gaudeant eorum privilegio, si cum ipsis habitaverint, Fab. *in C. lib.* 3. *tit.* 17. *def.* 3 *ver. Quas rationes*, illis verò defunctis, cum concedatur ratione officii, & non dignitatis, in viduarum, & liberorum personis omnino cessare scripsit idem Fab. *in C. lib.* 3. *tit.* 17. *d. def.* 3. *in fine, & lib.* 9. *tit.* 29. *def.* 22. & 23. Barbosa *in l. quia tale* 25. *ff. solut. matr.* & aliis citatis Reg. Cortiada *dec.* 10. *num.* 121. quare si his privilegia virorum non indulgentur, mirum non est, ut militum viduis denegentur. 21

At verò aliud ego assererem, nempe Senatorum privilegia, & immunitates, tam respectu fori, quàm aliàs, ad 22

ad eorum viduas, & liberos transmitti; quia dignitas Senatoria ob suam maximam, & eximiam præeminentiam, simpliciter, & generaliter eos reddit Nobiles; idque comprobat Bossius *de pat. pot. cap.* 3. *nu.* 238. & 241. ac illustrat Textus *in l. omnes C. de metat. lib.* 12. ibi: *Quos ipsa quidem administrationis conditio spectabiles novit, bonor tamen additus à nostra liberalitate reddit illustres*, ex quo Jure, & aliis infert Solorz. *in discur. præeminentiarum quæ Senat. emeritis debentur nu.* 376. celsitudinem, & auctoritatem illam egregiam muneris, & officii Senatorum reddere eos Nobiles, Illustres, atque clarissimos; quamvis ex suo genere Nobiles non sint, & id ipsum affirmarem pro viduis, & liberis militum, qui præeminenti admodum, & excellentiori dignitate militari potiuntur, & ita intelligerem Bossium *d. cap.* 3. *num.* 245. *in fin.*

23 Ex his etiam cessant reliquæ rationes opinionis adversæ; nam viduæ Nobilium, & Militum militiæ aulicæ ideo gaudent foro maritorum, quia eorum nobilitas est non ratione officii, sed de per se, & ita respondet Milanensis *lib.* 1. *decis.* 9. *nu.* 15.

24 Quin obsit *d. l. quotiens* 3. *C. de privil. scholarum*; quia illa lex disponit de fidejussoribus, & sportulis dandis in litibus Scholarium, & antecedens *l. hac lege decernimus* 2 *eod. tit.* fovet huic nostro asserto respectu jurisdictionis criminalis; nam disponitur in ea de omnibus scholis, cui jurisdictioni subjiciebantur, ibi: *Ac deinceps usque ad finem vitæ foro tuæ celsitudinis* (hoc est jurisdictioni magistri officiorum, *ex l. 1 Cod. de offic. tantummodò subiaceant, ne ex alterius cujuslibet sententia civile subire litigium compellantur. In criminalibus sanè controversiis, & in publicis tributis, ita etiam adversus tales viros Provincias moderantium congruam jurisdictionem volumus observari, ne sub prætextu concessi privilegii, vel flagitiorum crescat auctoritas, vel publica vacillet utilitas.*

25 Et licèt ratione subjectionis civilis, & criminalis in ea lege disponeretur fori differentia, & observari juberetur inter milites scholares illius ævi, hæc antiquata nostris temporibus cernimus, imò nec illos, hos esse patet; nam scholares erant milites sub magistri officiorum dispositione taxati, *ut in l. fin. Cod. locati*, & erant scholæ corpora, seu ordines officialium, hoc est eorum, qui munere, & officio aliquo, quod ad Principis ministerium pertineret, fungebantur, ut notant ibi Doctores, & si de his scire cupias, de nominibus officialium, de gradibus scholarum, & de aliis vide Altam. *ad tit. Cod. de filiis officialium cap.* 2.

26 Nec contra dictam distinctionem obstant quæ affirmat Escobar *de Pontif. & Reg. Juris. cap.* 36. *nu.* 41. quem sequitur P. Mendo. *de jure Academ. lib.* 1. *quæst.* 13. *nu.* 340. quod etsi privilegia essent concessa ob nudum ministerium, adhuc uxori viduæ servanda essent, quia jam ei competere cæperunt vivente viro, quando enim ex persona alterius jus semel fuit quæsitum, perpetuò durat, etsi deficiat persona, & causa, ex quibus jus provenit, quod probat *l. si post mortem* 10. §. *hi qui propter alios*, *l. illud* 4. §. *si quis eum*, *ff. de bonor. possess. contra tabul. l. Et servorum* 5. §. *ingenui*, *l. Imperator* 18 *ff. de stat. hom.* §. *sed etsi*; *inst. de ingenuis*, & ad idem facere dicit *cap majores*, §. *fin. de baptismis*, & confirmat Salzedo *l.* 16. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop. glos.* 53. *nu.* 12.

27 Quia respondetur, quòd etsi prærogativa fori in personam uxoris incæperit viro vivente, habuit tamen dependentiam successivam ex vita viri, cujus privilegio, & jure extincto per mortem, resolvi etiam debuit privilegium uxoris; propter regulam quod resolutio jure datoris, resolvitur & accipientis in his, quæ habent dependentiam successivam, non in his quæ in instanti radicantur, & perfectionem habent in se, ex Barbosa *axiom. jur. quæsit.* 135. *nu.* 6. leges verò in contrarium allegatæ loquuntur in jure quæsito, & radicato ex persona alterius, quod perfectionem habuit ab initio, ut in illis est videre, & sic semel quæsitum, perpetuò durare debet, etsi persona deficiat.

28 Ex quibus destructa manet opinio affirmantium, & viresci opinio negantium prærogativam fori viduæ militis, ut supra decisum annotamus; & huic stabilito ad sedandas competentias, justitiæ nocivas (& ut ait Imperator *in d. l. hac lege* 2. *Cod. de privil. scholarum*, ne flagitiorum crescat auctoritas; esse præstandum intendi) quando de novo suscitato iterum dubio scribit Nobilis Reg. Cortiada *par.* 3. *decis.* 144. *nu.* 38. *& seqq.* docens, motus diversis rationibus (quas desuper ponderando, & dubitando manumissimus, & ipsis satisfecimus) quòd vidua Clerici conjugati, ac Equitis Ordinum Militarium Sancti Jacobi Calatravæ, Alcantaræ, & Montesiæ gaudet, viduitate durante, privilegio fori Ecclesiastici, & idem dicit de viduis familiarium Sancti Officii, Senatorum, Nobilium, Militarium militiæ aulicæ, militum militiæ bellicæ, dignitatem annexam habentium, & studiosorum, quæ gaudent privilegio fori virorum amissorum, rationes assignat *nu.* 39. 40. & 41. & Doctores allegat *num.* 42. signanter Bossium *de pat. pot. cap.* 3. *nu.* 236. *cum duobus seqq* 241. & 245. (ubi punctim de vidua militis) recedendo à distinctione per Nos, & per eundem Reg. Cortiada traditam *par.* 1. *decis.* 10. *nu.* 121. utpote privilegia concessa ratione alicujus officii publici habentis dignitatem annexam, post obitum mariti, vel patris ad viduam, vel filios non transire; secùs verò illa quæ competunt, ratione nobilitatis, aut dignitatis.

At verò distinctionem illam esse admittendam existimo (non inficior tamen probabilem esse opinionem contrariam, prout valdè probabilem profert Bossius *de pat. pot. dict. cap.* 3. *num.* 241.) quam approbavit Senatus Sabaudiæ, atteslatur Faber. *in C. lib.* 9. *tit.* 29 *def.* 9. & magna Curia Regni Siciliæ fatur Milanen. *dec.* 10. signanter *nu.* 16 Senatus Lusitanus, scribit Cabedo *decis.* 98. & pluriès noster Senatus respectu viduæ militis militiæ armatæ, ut supra probatur (quidquid sit de quæstione viduarum, & filiorum aliorum exemptorum, an gaudeant foro mariti, vel patris amissi, quæ hic non controvertitur, nec resolvitur) & sic ab hac observantia in casu controverso in judicando non esse recedendum firmiter teneo. Tum quia decisio Senatus in terminis anteponenda est communi opinioni, & Regulæ, & est securior opinione communi, Borgninus *par.* 1. *decis.* 43. *nu.* 10. Sesse *tom.* 4. *decis.* 432. *nu.* 62. Xammar. *in Epist. ad lect.* Tum quia sententiæ Senatus sunt pro lege servandæ ad causarum similium decisiones, Cabedo *decis.* 212. *par.* 1. Castillo *de tertiis cap.* 30 *num.* 4. Valenzuela Velazquez *cons.* 40. *num.* 55. *cum duobus seqq. & cons.* 72. *nu.* 5. per eumdem Xammar. citati, ubi plura de hac re. Tum etiam quia auctoritas rerum judicatarum in similibus controversiis constituit stylum, & practicam, à qua recedere non licet. Larrea *decis.* 47. *n.* 13. & 14. *& alleg.* 23, *nu.* 27. vel consuetudinem inducit, cui est obtemperandum, Nobilis Senator Tristany *dec.* 27. *num.* 3 *cum pluribus seqq.* ubi *nu.* 7. asserit, ad consuetudinem judicandi constituendam, ad minus duas judicaturas requiri, quod ego intelligo prævia formali discussione, ex deductis à Capiblanc. *de Baron. prag.* 1. *num.* 190. *& seq.* Franch. *dec.* 41. 238. & 722. Rovit. *cons.* 18. *nu.* 3. *lib.* 1. tenet Cardinal. Luca *in theat. verit. de legitima disc.* 10. *num.* 4. & *de Benefic. disc.* 67. *num.* 7.

Ulteriùs eam distinctionem admittunt practici nostri maximè conscii styli Patriæ, quorum vestigia insectari tenemur, etsi enim exteri sint viri equidem doctissimi, & de nostra jurisprudentia benemeriti, ac venerandi Patres; attamen in controversiis, negotiisque hujus Provinciæ tractandis, secundi, aut tertii; ut docto calamo profitetur Antonius Oliba *in dedicatoria de jur. Fisci ad usat. Alium namque*. 30

Famuli militum necessarii quòd gaudeant privilegio fori militaris, extra aleam apud nos est, & ita Baldus *in l.* 1. *Cod. de uxor. milit.* quem sequuntur Socarrats *in commen. Petri Albert. Cod. Barones ut sunt*, *nu.* 40. & 41. *fol.* 417. Menoc. *de arbit. cas.* 563. *n.* 58. qui explicat quòd licèt famuli laicorum regulariter non gaudeant fori privilegio dominorum suorum, si tamen ita necessarii sunt, & sine illis commodè privilegiatus uti suo privilegio nequiret, gaudent utique, Canc. *var. par.* 3 *c.* 3. *nu.* 426. concinunt Gratia. *discep. foren. cap.* 340. *nu.* 9. Marta *de jurisd. par.* 4. *cas.* 111. *num.* 13. Tondut. *de prævent. Judic. par.* 1. *cap.* 29. *num.* 1. *& seq.* (ubi id probat, dummodò tales sint, qui ipsis sint necessarii, juxta personarum qualitatem, & dignitatem) Sanfel. *dec.* 1. *num.* 4. Narbona *l.* 20. *glos.* 1. *nu.* 22. *tit.* 1. *lib.* 4. quos remissivè allegat Reg. Cortiada *dec.* 8. *n.* 121. *circa finem*, Rovitus *consil.* 60. *lib.* 2. Rodoer. *consil.* 50. *nu.* 72. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *d. cap.* 340. *num.* 2. ad tradita per Cardinal. Luca *in theat. verit. de foro comp. discur.* 33 *nu.* 3. *cum seqq.* (ubi docet, quòd famuli non censentur, locantes dictim ope- 31

ras

ras ſuas ; ſed pro majore vitæ , ſeu anni parte) Capyc. Galeota *reſp. Fiſc. 1. nu. 109.*

32 Ut pariter famuli militum, & hominum generoſorum apud nos eorum fori privilegio gaudent, Socarrats proximè citatus, Font. *dec. 366. nu. 5.* ſic fuit declaratum in R.C. die 13. Martii 1593. in cauſa contentionis juriſdictionis inter Curiam Regiam Procuratoris Regii Campi Tarraconæ ex una, & Curiam Bajuli Villæ de Cambrils ex alia, ref Senatore Regio Ferrer, declarando cognitionem, & punitionem Dominici N. aliàs Pellicer francigenæ de familia Joannis Buſquets domicelli, domini qui dicebatur loci de Mulans, delati de vulnere in perſonam Catharinæ Martorell, ſpectare ad Procuratorem Regium.

33 Ex præfata namque ratione, & auctoritate communiter habetur, familiares, & domeſticos ſortiri forum dominorum ſuorum, Mieres *in Curia Montizoni Pe. 3. cap. 23. nu. 19. collat. 6. pag. 101. p. 2.* Marquil *in uſat. hoc quod juris eſt Sanctorum, pag. 508. verſ. Et tales domeſtici, & familiares* Deſpujol *in repetit. ad Mier. verb. familiares, & domeſtici, fol. 71.* Font. *deciſ. 336. num. 4. & 366. num. 5.*

34 Ex quibus, famulum militis tradendum eſſe Auditori Generali ejus Judici competenti, Senatus cenſuit die 30. Januarii 1660. relat. Pallarès, ſcriba Cortès, & recitat Reg. Cortiada *tom. 2. in addit. ad deciſ. 8. num. 121.* Similis de menſe Maii 1660. in Sylveſtro N. famulo Nob. Franciſci Granollachs tribuni militum, capto in regiis carceribus, ad relationem Nob. Narciſi Anglaſell J.R.C. fuit traditus Auditori Generali exercitus, inſequendo reſolutionem verbo factam junctis Tribus Aulis, ut verbo retulit dictus de Anglaſell, in actis Riambau Not. Similis 1. Aprilis 1672. ubi fuit pariter verbo reſolutum junctis Tribus Aulis in famulo Nob. Joſephi Agullò & Pinòs Ducis Equitum, & extitit per Auditorem dictus famulus publicè punitus.

DECISIO LXXVII.

ARGUMENTUM.

Ocularis inſpectio, ſeu viſura in cauſis criminalibus quomodò practicetur, & an in omnibns debeat intervenire Fiſci Patronus: ubi ſtabilitur forma procedendi in viſuris agendis, tam circa nominationem peritorum, & tertii in caſu diſcordiæ, quàm circa alia admodum practicabilia.

SUMMARIUM.

1 *Prætoris, vel Præſidis fuit cognoſcere de finibus regendis per agrimenſores.*

2 *Quomodo juramentum peritis deferatur.*

3 *Oculorum inſpectio, ſivè viſura eſt probatio notoria, & omne genus probationis vincit, & nunquam cenſetur excluſa.*

4 *De peritorum electionibus, ſuſpicionibus, eorumque fide, & probatione remiſſivè.*

5 *In cauſis criminalibus admittitur viſura, quando reus de falſitate teſtium offenſionalium opponit aſſerens, quòd ab illo loco, quo dicunt ſe eſſe, non potuerunt videre caſum, de quo de viſu deponunt.*

6 *Quæ viſura in praxi multoties fuit viſa, & allegantur exemplaria.*

7 *Admittitur etiam viſura, quando inquiſitus arguit de falſo teſtes deponentes inter eum, & aggreſſum, vel nulla eſſe verba, vel aliqua non provocatoria delicti tempore, exponens, à loco, quo audiſſe declararunt, ad locum delicti magnam adeſſe diſtantiam, qua poſſibile non fuit teſtes audire potuiſſe verba aliqua.*

8 *Allegantur exemplaria, & n. 9.*

10 *In cauſis criminalibus, ubi petitur viſura, debet in illa aſſiſtere Fiſci patronus, qui tenetur intervenire in omnibus cauſis fiſcalibus, in quibus agitur de intereſſe Fiſci.*

11 *Apud nos ex ſpeciali jure Fiſci Advocati, qui ſunt de Regio Concilio, tam in cauſis civilibus, in quibus agitur de intereſſe Fiſci, quàm indiſtincte in omnibus cauſis criminalibus ſuum proferunt votum.*

12 *Prohibetur Fiſci Procuratoribus ſub pœna privationis officii in criminalibus, ne contra aliquem agere valeant, niſi de conſilio Advocati Fiſcalis, de quo conſtare debet per ejus ſcripturam, & aliter non audiantur, niſi in flagranti crimine, vel ſi allegetur fugæ ſuſpicio.*

13 *Aſſignantur caſus, in quibus non intervenit in viſura pro facto criminali Advocatus Fiſcalis, & nu. 14. & 15.*

16 *In cauſa aſſiſtentiæ criminalis conceditur viſura, prout etiam conceditur in cauſis poſſeſſoriis.*

17 *In caſu aſſiſtentiæ ſi nullum conſideratur intereſſe Fiſci, ſed ſolum partium privatarum, non eſt neceſſarius Fiſci interventus.*

18 *Forma viſuræ uſque ad n. 26.*

27 *Quomodo ſit facienda expertorum nominatio, & quando intret tertii relatio, & an præcisè ſit ſtandum relationi peritorum.*

28 *Continuatur forma viſuræ uſque ad n. 32.*

33 *Aliqua animadvertenda traduntur circa praxim viſuræ uſque ad nu. 41.*

42 *Forma relationis peritorum.*

43 *Peritorum relatio magis eſt judicium, quàm teſtificatio.*

PRÆTORIS, vel Præſidis fuiſſe cognoſcere an fines regi, anve ab alterutro confinium præſtari aliquid oporteret, eoque cognito arbitros, hoc eſt agrimenſores dare, per quos vel regerentur fines, vel illud, quod oporteret, reſtitueretur, *l. ſi finalis 4. C. Theodoſ. finium regund.* & conſonat *l. 3 C. eodem tit.* & in eo ſenſu accipiendus eſt Ulpianus *in l. ſi irruptione 8. §. ſecundo, ff. dict. tit. finium regund.* dum ait, ad officium cognoſcentis, hoc eſt Prætoris, & Præſidis de finibus ſpectare menſores mittere, & per eos dirimere ipſam finium quæſtionem, qui dabantur vel lege Duodecim Tabularum per illa verba. *De confinio agrorum vicini ne jurganto, ſed tres arbitri fines regunto*, vel lege Mamilia, ut indicat Cicero *lib. 1. de leg. circa finem*, ibi: *Ex hac autem non rerum, ſed verborum diſcordia controverſia nata eſt de finibus, in qua quoniam uſucapionem duodecim Tabulæ inter quinque pedes eſſe noluerunt, depoſci veterem poſſeſſionem Accademiæ ab hoc acuto homine non ſinemus, nec Mamilia lege ſinguli, ſed tres arbitri fines regemus.* Quæ recitat Gonzal Tell. *ad lib. 2. decretal. cap. ex litteris 3. tit. 29. de probationibus*; de qua etiam re Fermoſ. *in d. c. q 2.* 1

Hæc, quæ adinventa fuerunt pro finibus per agrimenſores regendis, aut terminandis, ampliata fuerunt ad illa, quæ ſenſu corporeo percipiuntur, & ad ea pariter, quorum certitudo haberi non poteſt, nec cum ea poſſunt atteſtari periti, Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 13. num. 29.* docens, quòd periti à partibus, vel à Judice electi de veritate dicenda, ac bona fide quod ſenſerint, ſe relaturos juramento debent promittere, quando id quod eorum aſſertioni committitur, ſenſu corporeo percipi, ac diſcerni valet, ut agrorum dimenſuratio, &c. alioquin dumtaxat de credulitate, vel judicio jurabunt, in his ergo rebus proceditur per ocularem inſpectionem, ſeu viſuram: de quibus aliquid pertractare utile circa praxim exiſtimo. 2

Oculorum itaque inſpectio, ſive viſura eſt probatio notoria, & omne genus probationis vincit, *ad tex. in d. l. ſi irruptione, §. ad officium, ff. fin. reg.* Avendaño *de exeq. Reg. Mand par. 1. cap. 4. nu. 19. ver. ideo*, Poſtius *de manu tenendo obſerv. 19. in fin.* Rota *deciſ. 17. poſt 1. vol. conc. Farin. num. 4.* Conciol. *reſol. crim. verb. defenſio reſol. 14. num. 2.* Giurb. *conſil. 70. nu. 16.* & nunquam cenſetur excluſa, imò coram quocumque & quandocumque fieri poteſt, Oliba *de act. par. 2. lib. 1. cap. 14. num. 12.* Canc. *var. 3. cap. 17. nu. 129.* pluribus allegatis. Reg. Cortiada *dec. 2. num. 15.* Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii lib. 6. rub. 7. nu. 5. & 6.* & tam in cauſa civili, quàm criminali negari non debet, Canc. *var. 3. dict. cap. 17. num. 129. verſ. Et ſimiliter*, Font. *tom 1. dec 60. num. 15. & deciſ. 339 num. 22.* & latè *deciſ. 381. & 382. & dec. 600. tota*, Ripoll *in prax. ad Peg rub. 21. num. 28. & rub. 27. nu. 152.* de Amigant *in noviſ. addit. ad eandem prax.* Conciol. *verb. defenſio, d. reſ. 14. nu. 2.* prout etiam admitti oportet in cauſis contentionum, 3

tionum, ut declarat Reg. Cortiada *decis.21.n.36.& 37.*

4 De peritorum electionibus, suspicionibus Ripoll *variar.c.2.n.259. & seq.* eorumque fide, & probatione Velasc. *de partit. cap.* 8. Hermosilla ad Lopez *tom.2. pag. mihi* 294. *num.* 23. *cum pluribus seqq.* Joan. Anton. ab Ecclesia *obs forens.* 141. *&* 142. & an periti possint suam relationem ex post facto declarare, Ciarlin *lib.1. cont. cap.*75. & in casu discordiæ, quibus standum, & quamplurima ad rem Ursel. *conclus.* 69. *num.*56. *cum pluribus seqq.* Faria ad Covar. *variar.lib* 2. *d.cap.*13. *num.*31. ubi peragit, an bis possit fieri electio peritorum, Nobilis Senator Tristany *dec.* 19. *nu.* 24. pertractat, an visura possit fieri bis, & an in actu visuræ possint objici personæ testium.

5 Institutum nostrum est, in causis criminalibus aliqua peragere conducentia ad praxim in hac visurarum materia, eaque cum nostri Regii Concilii Criminalis judicio authorizare: admittitur ergo visura, quando reus de falsitate testium contra eum ministratorum opponit, asserens, quòd ab illo loco, in quo dicunt se esse, non potuerunt videre casum, de quo de visu deponunt; & tunc recurri potest ad oculorum inspectionem, ut recognoscatur, an testes verum deposuerint, attestando vidisse reum perpetrasse delictum, & de hoc casu est integra decisio Fontanell. ultima *in 2.tom.* Giurba *consil.* 70. *num.* 16.

6 Quam passim in praxi admissam vidi, & recognovi, ut antiquitùs fuerat observatum in illa causa cujusdam Civis honorati Barcinonæ (quam recitat Reg. Cortiada *dec.*98. *nu.*19. *in fine.* Berart. *de visit.cap* 9. *nu.*25. & decima octava Martii ann. 1679. in causa contra Theresiam N. ref. Senatore Nobili Tristany, scriba Maurici Not. & ref. Nobili Senatore Jacobo de Potau 22. Februarii 1680. scriba Badia Not. in causa Mariæ N.

7 Admittitur etiam visura, quando inquisitus arguit de falso testes deponentes inter eum, & aggressum, vel nulla esse verba, vel aliqua non provocatoria delicti tempore, exponens à loco in quo audisse declararunt, ad locum delicti magnam adesse distantiam, qua possibile non fuit testes audire potuisse verba aliqua; licèt enim tunc ratio testium cadat sub sensu auditus; attamen visurà dignosci poterit distantia loci, à quo audire deposuerunt, ad locum delicti; undè periti judicare poterunt veritatem rationis testium, aut aliunde per testes à reo probari valebit summissa voce aggressorem, & aggressum alloquutos fuisse; & impossibile esse testes ulla verba inter invasorem, & invasum audisse, & sic pariter in illa circunstantia, & aliis in facto occurrentibus, periti in sua relatione id ipsum declarabunt.

8 Sic evenit in causa Bartholomæi N. agricolæ de Tiana, inculpati de nece proditoriè, & appensatè perpetrata; & in defensam petiit reus visuram, quam admisit R.C. ref. Nobili Senatore Don Christophoro de Potau tunc J.R.C. die 6. Decembris 1681. scriba Badia Not. & in processu visuræ opposuit contra testes offensionales falsò deposuisse de visu, quando affirmarunt, reum insultasse in invasum; quia ex loco, in quo deposuerunt, videre non poterant locum delicti, & falsò etiam depositisse audisse verba inter homicidam, & aggressum prolata; quia ex longa distantia loci audire non poterant verba illa; ac etiam quòd falsò etiam dixerunt circa dinumerationem passuum à loco, ubi deposuerunt testes adfuisse, ad locum delicti, quia major erat loci distantia.

9 Idem fuit observatum in casu contentionis super immunitate Ecclesiastica allegata per Joannem N. qui coram Reverendo Cancellario Olegario Monserrat obtinuit visuram fieri in loco delicti die 31. Maii 1683. & in effectu fuit exequuta ad recognoscendum, an testes à loco, in quo deposuerunt, audire possent verba inter invasorem, & invasum prolata; & in processu visuræ periti suam relationem juratam super his fecerunt.

10 In præcitatis casibus visuræ fuerunt factæ cum interventu Fisci Procuratoris, & Advocati Fiscalis Regiæ Curiæ, & partis instantis, ac ejus Advocati pro una parte, & assistentia Procuratoris, & Advocati Rei ex alia; ibique respectivè fuerunt deductiones, & articuli præsentati juxta stylum. Hancque praxim necessariam esse apparebat, quia Fisci patroni tenentur intervenire in omnibus causis Fiscalibus, in quibus agitur de interesse Fisci; & nequit sine ejus præsentia aliquid expediri, juxta *tex. in l. fin. C. de Advocat. Fisc. l. 2. Cod. si adversus Fisc. l. non intelligitur, §. Divus, l. si Fiscus, ff. de jure Fisci*, Peteg *de jure Fisci lib.* 7. *tit.*2. *num.* 2. Berart. *de Syndic. cap.*12. *nu.*11. Font. *tom.*1. *dec.*30. *n.* 10. *& dec.*558. *par.*2. Mastril *dec.*214. *num.*21. *de Magistrat lib.*5. *cap.*8. *num.* 78 Reg. Matthæu *de regi. Reg. Valent. cap.* 12. *§.* 1. *num.*20.

Apud nos ex speciali jure, Fisci Advocati, qui sunt de Regio Concilio, tam in causis Civilibus, in quibus agitur de interesse Fisci, quàm indistinctè in omnibus causis Criminalibus suum proferunt votum, *Const. per tolre vexacions* 7. *tit. de appella. Const. com per la bona* 12. *fin. tit. de elect de dott de la Audienc. Const.*15. *eod. tit. c.* 9. *cur-an.*1599. Berart. *de Syndicat. d. cap.*12. *nu* 12. *& c.*27. *à num.*27. Peg *in prax. civil. rub.*27. *nu.*15. & ibidem Ripoll *nu.*117. *& seq.* Xammar. *de offic. Iudic.*2. *par. quæst.*6. *nu.*30. *&* 68 Canc. *var.*1 *cap.*17. *num.*15. *& cap.* 18. *lib.*3. *num.*29. Ferrer. 3 *par. obs. cap.*7. Reg. Cortiada *decis.*23. *num.* 34. 11

Ac etiam prohibetur pariter *in Const. als Procuradors* 4. *tit. de offic. de Advocats, y Procuradors Fiscal*, Fisci Procuratoribus, sub pœna privationis officii in criminalibus ne contra aliquem agere valeant, nisi de consilio Advocati Fiscalis, de quo constare debeat per ejus scripturam, & aliter non audiantur, nisi in flagranti crimine, vel si allegetur fugæ suspicio. notat ibi Mieres *tom.*2. *in novis. pag.*244. Xammar. *de offic. Iudic. par.*2. *q.*6. *nu.*88. Berart *de visit. dict. cap.*12. *nu.* 27. Reg. Matthæu *de reg. Reg. Valent. cap.*8. *§.*1 *nu.*24. 12

His igitur licèt appareret in visuris causarum criminalium interesse debere Procuratorem Fiscalem, & patronum Fisci; nec in eis esse audiendum Procuratorem Fiscalem, nisi per deductiones, & articulos factos de consilio Advocati Fiscalis; attamen contrarium non sine jure observatum vidi in duobus casibus. Primò, in facto contra Hieronymum N. delatum de nece proditoriè perpetrata in personam Hieronymi Solana Presbyteri in loco de Peramea, ubi per Regium Senatorem Taverner & Rubi die 22. Januarii anni 1680. fuit provisa assignatio ad visuram, facto verbo in Regio Concilio, eò quia inquisitus opposuit contra testes Fisci falsò deposuisse de visu; nam in loco delicti fuit facta visura sine assistentia Advocati Fiscalis Regiæ Curiæ, & solùm cum interventu Procuratoris Fiscalis ex una parte, & Procuratoris, & Advocati partis ex alia per Algutzirium Regium ex commissione Regii Concilii in vim instructionum firmatarum per Nob. Regentem Regiam Thesaurariam: fundamenta fuerunt, quia visura illa exequuta fuit de consensu Advocati Fiscalis Regiæ Curiæ, qui suum etiam votum præbuit in provisione desuper Kalendata assignationis ad visuram, nec obstare potuit dicta Constitutio *als Procuradors* 4 *tit. de ofic. de Advocats, y Procuradors Fiscals*, ubi requiritur in causis Criminalibus consilium Fisci Advocati ad inquirendum, aut ad libellum, petitionem, aut scripturam per Procuratorem Fiscalem offerendum, de quo constare debeat per scripturam firmatam per Advocatum Fiscalem, quia in facto præhabito jam constitit de consilio Advocati Fiscalis in visura assignanda, nec per firmam Advocati Fiscalis constare debuit de ejus cõsilio in deductionibus, & articulis in visura præsentandis; quia illæ per Advocatos partium non firmantur, & satisfactum apparuit Constitutioni ex consensu præambulo Advocati Fiscalis; & quia Procurator Fiscalis instructus per Me Advocatum Fiscalem accessit cum omnibus deductionibus, & articulis forsan necessariis ad visuram obtinendam. cum Constitutio præsentiam Advocati Fiscalis non expostulet, sed consensum, ut interpretatur Mieres *in cad. Const. tom.*2. *col.*9. *in novis. nu.*35. ibi: *Et est ratio; quia in omnibus actibus, & processibus Fiscalibus debet esse præsentia, vel consensus Advocati Fiscalis.* 13

Ac etiam, quia ad visuram faciendam accessit Algutzirius Regius, qui nomine Regiæ Curiæ, mediantibus instructionibus, visuram aperuit, & eam exequutus fuit: & passim in Regio Concilio observatum in omni ætate attestamur fortificari, & continuari processus Criminales in Regia Curia per Algutzirios Regios cum instructionibus firmatis per Regentem Regiam Thesaurariam sine assistentia, nec præsentia Advocati Fiscalis, & Procuratoris; quia in provisione, cujus vigore fiunt, & expediuntur instructiones, adest, & vovet Advocatus Fiscalis. 14

Secundo in casu, fuit in assistentia viciſſim in Regio Con- 15

Concilio petita per Syndicum Civitatis Gerundæ, & per Syndicum Universitatis loci de Salt, & conjuges Josephum, & Catharinam Font & Llorens, ad relationem Senatoris Regii Nobilis Jacobi de Potau; & postea ob ejus ascensum ad Aulam Civilem, ad relationem Nobilis Francisci de Cancer, ubi die 25. Novembris 1680. fuit assignatum ad visuram, & 14. Decembris ejusdem anni in loco quæstionis exequuta sine interventu Advocati Fiscalis Regiæ Curiæ, & ejus Procuratoris Fiscalis, sed solùm partium ac ejus Advocatorum in præsentia Regii Senatoris; & licèt prætensum in contrarium fuisset ex regula antehabita, quòd in causis Fiscalibus nequit sine præsentia, vel consensu Advocati Fiscalis aliquid agitari; tamen materia hac consulta cum Regia Audientia junctis Tribus Aulis fuit verbo resolutum in contingentia facti non id fore necessarium, & posse visuram per Regium Senatorem fieri cum assistentia sola partium, & earundem Advocatorum.

16 Fundamentum fuit, quia disputatio, quæ inter partes veniebat in visura agenda, erat super interesse merè civili incidenti in causa criminali, in quo incidenti nullum aderat interesse Fisci; disputabatur namque inter partes diversio confinium, super quibus prætendebat Civitas Gerundæ assistentiam sibi impertiri in possessione, seu quasi pascendi pecudes macellorum ejusdem Civitatis in omnibus terris remanentibus ex alluvione rivi Ticeris, quæ vulgariter nuncupantur *aygualexos*, & inveniebantur ex septo regali, id est *reseloſa real* usque ad Hospitale Sancti Lazari ejusdem Civitatis, & lignandi ligna, quæ remanebant ex alluvione prædicta: in contrarium per Syndicum loci de Salt, & conjuges Fonts prætendebatur, assistentiam in possessione, seu quasi juris prohibitivi exponendo; quo in casu visuram fieri posse apparuit, prout in possessoriis visura admittitur, si necessarius sit accessus ad rem recognoscendam, *ex l. si irruptione § ad officium*, ibi: *Si ita res exigit, ff. fin. reg* Font. *tom. 2. decis. 382. n. 17. & 18.* qui Textus, licèt loquatur in illa particulari materia finium, ex identitate tamen rationis, vel aliàs extenditur eò ubi visitatio rei, super qua contenditur, appareat necessaria, Font. *dec. 381. n. 6.* & signanter quando agitur de augmento per alluvionem, quòd visuræ locus sit docet Post. *de manut. ob. 101. num. 6.* ubi etiam in causis possessoriis.

17 In casu ergo dictæ assistentiæ, in quo fuit concessa visura, fuit consideratum nullum versari interesse Fisci, sed solùm partium privatarum; & sic earum interventum, non Fisci in visura forè necessarium.

18 Plerumque evenit visuram fieri, cujus normam descriptam apud Practicos non invenimus, & in causis criminalibus indifficulter ex processibus accipere etsi valeamus, diversimodè amplexam cernimus, & ne in illis quæ celeritatem expostulant in opportunitate hinc, & illinc divagemus, recitatur.

FORMA visuræ tam in causis Criminalibus, quàm Civilibus.

19 Petitur visura cum schedula in causa Civili, & cum supplicatione in causa Criminali; schedulam invenies formatam *in prax. addit. Peg. rub. 21. in fine*, supplicationis tenor in causa Criminali, est.

Excellentissime Domine.

20 *Quoad defensam N. Rei inquisiti necessaria est ocularis inspectio in loco oppositi delicti; supplicat propterea, ad visuram diem assignari, & justitiam ministrari offic. &c.*

Altissimus, &c.
N.

Remittatur Magnifico Relatori causæ, qui super supplicatis debitè provideat.

Provisa per Nob. Regentem Cancellariam die T. mense T. anno T.
Hieronymus Llampillas.

Recepta D.D. & anno, assignat ad visuram diem T. cum sequentium continuatione.

N. Judex.

21 Si die assignata non fit visura, tenetur Judex monere per nuntium partes, quarum interest, ut sint tali die, & hora cum expertis in loco quæstionis, Ripoll *var. cap. 5. num. 211. & seqq.*

Accedit Judex ad locum, Villam, vel Civitatem aptam, ut moretur, dum visura disponitur, cujus sollicitudinis erit, quòd Advocatus partis, quæ instavit visuram, ordinet deductiones, & articulos (nisi eos præventos jam tradiderit) illos, & eas instructas ponat in posse scribæ causæ. 22

Officiosus scriba causæ absque mora aliqua de deductionibus, & articulis copiam alteram tradat reo collitiganti, & alteram apud se retineat pro processus formatione.

Illicò Advocatus Rei (dicitur hic reus respectu visuræ, qui aliàs, & interdum in causa actor est, vel Advocatus Fisci, qui regulariter ad visuram impellitur ab inquisito ad objiciendum dicta testium offensionalium) defensionis causa adversus eum, cum quo agitur, excipiat cum deductionibus, & articulis, & pari forma compositos tradat scribæ causæ, qui copias conficiat, unam pro actore, & alteram pro processu. 23

Advocatus actoris, si negotii ratio id expostulet adjuvando priores, secundas allegationes cum deductionibus, & articulis replicando, proponat, de quibus scriba causæ copiam accipiet reo tradendam, & copiam pro compilatione processus. 24

Advocatus alter, si alia allegatione opus est adjuvandi Rei gratia, quæ duplicatio vocatur (*ex §. rursus inst. de replicat.*) cum deductionibus, & articulis respondeat, quos tradat scribæ causæ, qui eorum copias suscipiat, unam edat actori, & aliam pro processu reservet; sicque tam actor, quàm reus de deductionibus, & articulis omnibus in visura præsentatis integram copiam recipiant. 25

Expertorum nominatio fit per partes, *l. hac edictali, §. his illud* verbis *quos utraque pars elegerit* & ibi Baldus *in 2. C. de secun. nupt.* & ita debet servari, Grat. *discep. forens. cap. 228. num. 21.* Ursell. *conclus. leg. 69. num. 68.* & si partes recusant, Judex nominat pro recusante, & etiam in casu discordiæ nominat tertium, Ripoll *var. cap. 5. num. 212. & seq.* Ursel. *conclus. legal. 133 num 131.* Luca ad Gratian. *tom 2. cap. 228. num. 10.* ubi etiam docet *num. 11. & seqq.* quòd relatio tertii solùm intrat, discordantibus primis peritis, & agit an tertio perito sit standum, quando cum nullo ex primis concordavit, & resolvit *nu. 17.* relinquendum id esse arbitrio Judicis, qui sequi potest opinionem unius ex peritis discordantibus, qui sit fide dignior, vel meliorem reddat rationem, & potest ipsas relationes corrigere delendo, vel supplendo, si iniustas cognoverit; & idem repetit *cap 263. n. fin.* probans Judicem præcisè non teneri stare relationi peritorum: At discordando ab utroque, judicium tertii attendendum esse vult Cardinal. Luca *in theat. verit. lib. 15. de judic. disc. 33. nu. 26.* ex Burat. & Addit. *dec. 56.* Bichio *dec. 291.* Rota *recent. par. 7. dec. 111.* 26

FORMA deductionum, & articulorum partis petentis visuram.

Compareix N. en la present visura (si altera abest, dic, *acusant la contumacia à la part contraria de N.*) *y anomena N. en expert, perque ab lo anomenador per la altra part; y en cas de discordia de dits experts, lo tercer ex officio per v. m. anomenador, mitjensant iurament* (*legits à dits experts las deductions, y articles se presentaràn, la prova de aquells, y actes se exhibiràn, conforme axi demana esser manat la Notari de la causa*) *relaciò fassen sobre las deduccions seguents.* 27

Primo miren, vejan, & regonegan. Narra per deductiones distinctas, & separatas opportuna parti pro explicatione facti, & instructione expertorum.

Postea in deductionibus, in quibus opus habetur, ut relationem experti faciant; deductionem forma. *miren, vejan, regonegan, y mitjensant jurament, relaciò fassen, &c.*

Conclude: *Per lo que, y altrament demana fia manat à la part altra present en visura; que anomene expert, y en cas de recusaciò (ò per la contumacia* quando abest, *fia anomenat per v. m. ex officio) y que fian despedits mandatos à dits experts, y en son lloch al tercer en cas de discordia, perque mitjensant jurament en la forma acostumada, fassen dita relaciò.*

T per major declaraciò del deduit, y allegat en las presents

sents deduccions, y q ab mes certitut pugan los experts fer sa relació, y à tots fins, y effectes mes utils, y necessaris, &c. forma articulos more solito, & concludе.

Percò, y altrament, &c.

Posa que ditas cosas son verdaderas, &c. y demana sian despedits dits manaments, y contedida una competent dilació pera provar, y justicia ministrada ab tot compliment de dret, non solum præmisso sed etiam omni meliori modo, y protesta.

FORMA deductionum, & articulorum partis ad visuram vocatæ respondendo deductionibus, & articulis partis visuram petentis.

28 *Responent à las deduccions, y articles contraris compareix N. en la present visura, y accepta en primer lloch las confessions per la altra part fetas, tacitas, y expressas en quant per si fan, y no altrament, y anomena en expert à N. lo qual ab lo anomenat per la adversant, ò en cas de discordia ab lo tercer ex officio nomenador, mitjensant juramentrelació fassen sobre las deduccions seguents, legits emperò à ells las presents deduccions, y articles, que se deduiran, las deposicions dels testimonis, que sobre dits articles deposaran, y actes se exhibiran, lo que demana esser axi manat al Notari la causa.*

Primo miren, vejan, y regonegan, &c. forma deductiones prout oportet ad defensam partis, & in illis, in quibus opus est, ut periti relationem faciant, subde: *Miren, vejan, y regonegan, y mitjensant juramentrelació fassen &c.* quibus si pars addere intendit articulos, eos ordinabis formà ordinarià, & conclude.

Que ditas cosas son verdaderas, &c. y demana sian despedits los manaments als experts per las parts anomenats, y en cas de discordia de aquells, al tercer ex officio anomenador, pera que fassen dita relació, y que à provar sia concedida una competent dilació, y justicia sia ministrada ab tot compliment, & omni meliori modo, y protesta.

Advocatus Rei in replicatione addendo prioribus deductionibus, & articulis sub eadem forma, novas deductiones, & articulos poterit ordinare, quibus non dissimiliter actor in duplicatione cum deductionibus, & articulis poterit respondere.

Traditis deductionibus, & articulis actuario causæ, accedit Judex ad locum quæstionis, cum partibus, & Advocatis, & ibi conficitur instrumentum visuræ per actuarium (quod omnino requiritur juxta tradita à Post. *de manut. obs.* 101. *nu.* 4.) prout sequitur.

29 *Noverint universi, quòd anno à Nativitate Domini, &c. constitutus personaliter Magnificus, & dilectus Consiliarius Regius N. V. I. D. Judex Regiæ Curiæ una cum N. & N. in loco quæstionis qui est in termino, &c. assistentibus Advocatis utriusque partis in presentia N. & N. testium ad hoc vocatorum, dictus N.* (hic est actor, vel ejus procurator) *per organum N. advocati deduxit sequentia;* inferantur hic deductiones, & articuli actoris (quorum formas supra retulimus) postea deductiones, & articuli Rei in quorum inscriptione exprimatur, qui eos obtulit per organum N. advocati, & inde suo ordine continuentur aliæ deductiones, & articuli secundo loco præsentati.

30 Iudex providet deductiones, & articulos partium, nominat tertium, & concedit dilationem ad probandum; quæ omnia in calce deductionum, & articulorum continuantur per actuarium in illo publico instrumento visuræ, ut sequitur.

Et dictus Magnificus Relator auditis partibus, & earum rationibus ad plenum intellectis, admissaque nominatione expertorum utriusque partis, quibus omnibus mandetur videant, & recognoscant loca quæstionis, modo quo petitur, & postea medio juramento relationem faciant, & in casu istorum discordiæ nominat ex officio in tertium N. & etiam quod mandetur Notario; ut petitur circa expertos, & providet quòd inferantur producta (casu quo instrumenta sint exhibita) *& quod articuli, seu deductiones oblatæ per partes primo, & secundo loco admittantur ad probandum; salvo tamen jure impertinentium, & non admittendorum, de quibus in diffinitiva habeatur debita ratio, ad quem effectum, & aliàs ad probandum concedit dilationem TT. dierum partibus communem* (si adest altercatum adde, *non obstantibus, &c.*) *& pro his fiant mandata oppertuna, juxta stylum partibus præsentibus.*

Casu verò, quo repellendi sunt aliqui articuli alicujus ex partibus, suprascriptæ provisioni in illis verbis *debita ratio*, adde: *exceptis articulis T. & T. oblatis pro parte N. quos non admittendos esse providet, prout non admittit, super reliquis verò recipiantur testes*, & continua reliquum provisionis ut supra. 31

Vigore hujus provisionis expediuntur cartella, seu mandata expertis, quæ continuantur in processu, & illis discordantibus, expeditur cartellum tertio, qui respectivè relationes faciunt, ut infra notatur. 32

Ad tollendos circuitus, qui ex recusationibus manant, evitandaque subterfugia, servat praxis, ut cum quælibet pars suum nominet expertum, semper inter expertos dignoscitur notabilis discordia, cum gerant tunc partes procuratorum, vel defensorum, ac propterea devenire oportet ad deputationem tertii per Judicem faciendam; in hac deputatione adhiberi debet hæc cautela, ut vocentur partes ad dandam listam confidentium, & diffidentium, ut ita Judex valeat eligere unum ex his, qui per utramque partem inter confidentes ponitur, vel alterum, qui non legitur inter diffidentes ab utraque parte datos in lista, quam praxim approbat Cardinal Luca *in theatr. verit. lib.* 15 *de judic. disc.* 33. *num.* 24. has tamen listas sibi reservet Judex, nec vicissim eas partibus communicet.

In his omnibus pro praxi observa. Primò, quòd visura est quoddam Judicium verbale, in quo Judex in loco quæstionis audit partes; & licèt hæ deductiones, & articulos in scriptis redigant; attamen perinde Judex se gerit, ac si verbo partes deductiones, & articulos allegassent; nec eis manu providet, sed verbo recitat provisionem Notario causæ, de qua conficit instrumentum, ut præhabetur, provisio illa est una, audito auctore in sua prima allegationem deductionum, & articulorum, & reo audito in sua exceptione; quam concipit etiam per deductiones, & articulos, & audito pariter actore in replicatione, & tandem reo in sua duplicatione. 33

Secundò, quòd proinde praxis admisit ut ultra illas quatuor allegationes, videlicet duas pro actore, & alias duas pro reo, si aliæ forsan offerantur, omninò repellantur, nec partibus de ipso licet conqueri; quia antequam ad locum quæstionis accedant, prævident deductiones, & articulos contrarios, & considerare possunt opportuna. 34

Tertiò, quòd nec post provisionem à Judice factam, in instrumentum publicum per actuarium causæ reductam, admittuntur instrumenta, neque aliquæ scripturæ, exceptis relationibus expertorum, vel tertii, & provisione quæ in calce relationum fit, cum quibus visura clauditur, & ne Advocati partium errore capiantur, eis demonstrabit Judex, quòd in actu visuræ, & non ultra instrumenta, scripturas, & quæcumque exhibita admittet. 35

Quartò, quòd si in allegationibus partium suscitetur aliquod altercatum super admissione articulorum, vel super alio capite, declaratur simul cum provisione illa, quæ post deductiones, & articulos verbo fit per Judicem, & de illa per scribam causæ conficitur instrumentum, ut supra annotatur, à qua provisione non licet supplicare, & casu quo de facto supplicaretur, repellenda est ea supplicatio, & ad ulteriora in visura proceditur. 36

Quintò, intra dilationem partibus ad probandum concessam non admittuntur novæ deductiones, articuli, nec instrumenta, etiam beneficio restitutionis in integrum ex capite minoris ætatis, quæ in visuris rejicitur, quia animo differendæ litis, præsumitur petita, juxta communiter à Doctoribus tradita, quos vide apud Font. *tom.* 1. *decis.* 213. Ripoll *in prax. civ. ad Peg. rub.* 29 *num* 92. 37

Sextò, concessa dilatione intra illius terminum, Judex præcipiet Notario causæ, admittat ad examen priùs testes partis petentis visuram, & postea testes alterius partis, & ita ordinatim procedat, ut separetur cum distinctione probatio actoris à Rei. 38

Septimò, inter has moras si consonum arbitrabitur Judex, cum sollicitudine recognoscere valebit cum expertis partium, & tertio, locum quæstionis, quorum dicta perpendet, nec animum propa- 39

let,

let, ne suspectus à peritis, & partibus notetur.

40 Octavò, ordinato processu per actuarium causæ, receptis jam testibus, de eorum dictis, & deductionibus, & articulis fit lectura per Notarium causæ expertis, & tertio, ut attestentur de rebus, quibus petitur relatio, ne aliàs frustraneè agant, juxta Rot. *recent. par.* 12. *decis.* 12. *num.* 37. & 38. quæ partium informationes audiunt, si informare velint, per tradita à Cardin. Luca *in theat. verit. de judiciis discurs.* 33. *num.* 27. & conferentias in domo Judicis separatim habent, postmodum re benè inspecta, & ut decet ruminata, suas in scriptis relationes faciunt, & si unum censeant, unam relationem proferunt, quam Judici præseptant, & ipse providet *inseratur*, si dissentiant, singulas relationes divisim agunt, quas Judici edunt, & is providet sua manu quod *inseratur*; & de relationibus copiam tradere mandat tertio, & ille postmodum suam relationem disponit, eamque tradit Judici, qui providet manu sua, *ut inseratur* præstito in omni casu per expertos juramento in posse Judicis de facienda æqua, & legali relatione, juxta tradita à Rota *recent. par.* 17. *decis.* 5. *num.* 1. & per nos supra, & cum his concluditur visura.

41 Nonò, observet Judex, quòd tempus non prætermittant partes in deductionibus, & articulis agendis, & testibus subministrandis, & ne ante ipsius recessum à visura periti relationem facere deserant; quia aliàs magnam eà causà partes sentirent jacturam; & inde oriretur grave nocumentum administrationi justitiæ, & prorogaretur exitus litis in infinitum, quod ratio non edictat, & jus abhorret.

FORMA relationis expertorum.

42 *Obtemperant N. y N. experts anomenats, &c. al manament à ells presentat, &c. obidas del Notari de la causa las deduccions, y articles de las parts, y obits los ditxos dels testimonis sobre dits, articles per ditas parts respectivament ministrats, y actes exhibits; aventingut diferentes conferencias tant en lo lloch de la questiò, com en altres parts, y ben premeditat tot loque premeditar se devia, mitjensant jurament, prestat en la forma acostumada, diven, y relaciò fan en la forma seguent, &c.* (Narra hic judicium, & relationem expertorum) concludè *la qual relaciò fan en la Vila de &c. als T. del mes de T. any T. y axi bo firman. de mapropria,*

N.
N.

In calce relationis manu Judicis fit provisio, prout sequitur

Die T. anno T. inseratur in processu.

N. Judex.

43 Hæc peritorum relatio magis est judicium, quàm testificatio, Font. *decis.* 381. *num* 18. ubi peritos esse quasi Judices docet, ex Grat. *discept. forens. cap.* 235. *num.* 32. & *discept.* 263. *num.* 20. & *cap.* 600. *num.* 24. Luca ad Gratian. *discept. tom.* 2. *cap.* 228. *in princ.* Cardin. Luca *in theat. verit. lib.* 15. *de judic. dis.* 33. *num.* 20. *Et altera*, dummodò relationem faciant de his quæ sunt facti, non verò juris; quia aliàs ipsis non creditur, Coccin, *decis.* 422. *num.* 17. Othob. *decis.* 205. *num.* 12. Rota *recent. par.* 14. *decis.* 320. *num.* 12. Gregorius *decis.* 244. Dunozet. *decis.* 826. *in fin.* Luca *in theat. verit. d. lib.* 15. *de judiciis disc.* 33. *num.* 31.

44 Hæc omnia observa etiam in visuris Judicum ordinariorum inferiorum, quæ sine difficultate accomodari poterunt in contingentiis occurrentibus.

DECISIO LXXVIII.

ARGUMENTUM.

Ob merita delinquentis, vel illius parentum, aut consanguineorum, quando temperetur, aut aboleatur pœna delicti; & an ex nobilitate filii excusetur parens à pœnis infamibus, discutitur, & cum decis. terminatur.

SUMMARIUM.

1 *Factum.*
2 *Delinquenti de Principe, aut Republica benemerenti pœna remittitur, vel minuitur.*
3 *Etiam remittitur, vel minuitur pœna propter servitia à majoribus, vel conjunctis delinquenti impensa.*
4 *Debitum est gratia, quæ est remuneratoria servitiorum.*
5 *Ex parentum meritis quamplurima privilegia ad filios transmittuntur.*
6 *Filiorum merita ad parentes subeunt.*
7 *Parentes per filios nobilitantur, & à pœnis infamibus liberantur.*
8 *Ignominia filii dedecus est patris, & ex mala progenie indicium depromitur.*
9 *Quando ob servitia non temperetur pœna delinquentis, & nu.* 10.
11 *Si delicto servitia sint annexa, an temperetur, vel remittatur pœna, & nu.* 12.
13 *Decisio, & nu.* 14.
15 *Alia decisio & nu.* 16.
17 *Decisio alia.*

FRANCISCUS N. mulio loci de la Alforja, delatus de homicidio proditoriè in eadem Villa commisso, de quo ferè convictus erat: in defensionibus plura Domino Regi, & Regno turbationum tempore impensa servitia probavit; quibus attentis, criminis pœnam remitti, aut saltem minui fuit deprecatus, cujus supplex petitio juri consona per Dominos Senatores visa fuit. 1

Quia regula legitur trita apud Doctores, quod delinquenti de Principe, aut Republica benemerenti, propter merita, præstitaque officia, pœnam remittere, vel minuere potest Judex, Farinac. *quæst.* 98. *num.* 140. Clar. *§. fin. quæst.* 60. *num.* 27. & ibi Giach. *num.* 97. *ver. Egregius miles*, Cavalcan. *de brachio Regio par.* 4. *num.* 79 *per tex. in l.* 2. *§. postea cum Appius, ff. de orig. Jur. l. non omnes, §. fin. ff. de re milit. l.* 1. ibi: *Ob merita indulsit, ff. de Constit. Princip.* Tiraquel. ad quem omnes se referunt *tract. de pœnis temperandis causa* 49. *per tot.* ubi regulam Juribus, Doctorum dictis, virorumque sapientum exemplis magistraliter probat Gram. *cons.* 29. *post num.* 40. Capyc. Latro *decis.* 172. *num.* 51. & ibi Manfrella *num.* 21. Chassan. *in catal. glor. mund. in* 6. *par.* 19. *consid.* & 28. Prato *respon. crim.* 6. *num.* 47. & *seqq.* Luca ad Gratian. *tom.* 1. *cap.* 179. *num.* 11. Sanfelic. *in prax judic. sect.* 20. *num.* 33. *ver. Tertiò.* 2

Quæ servitia, etiamsi non à delinquente, sed à suis majoribus, vel conjunctis præstita sint, regulæ serviunt, Farin. ex multis Doctoribus *d. q.* 98. *nu.* 141. Chassan. *in catal. glor. mundi par* 11. *consid.* 21. Bovad. *par.* 2. *polit. c.* 2. *à num.* 24. Valen. *consil.* 83. *nu.* 156. Manfrella ad Latro *dict. decis.* 172. *num.* 24. Ærod *rer iud. lib.* 6. *tit.* 1. *cap.* 15. Mastril. *de Magistrat. lib* 6. *cap.* 10. *num.* 143. Altamirus *de filiis offic. cap.* 13. *num.* 4. *cum seq.* Luca ad Gratian. *tom.* 1. *d. cap.* 179. *num.* 11. Sanfelic. *in prax. iud. sect.* 20. *num.* 33. *ver. Tertiò*, Escobar. *de puritate* 1. *par. quæst.* 1. *proem. §.* 3. *num.* 23. Regius Consillarius Nobilis de Tristany *decis.* 12. *à num.* 4. cum nostro Senatu. Itaque genitorum merita posterorum supplicia diluunt, non aliter, ac si ipsi quoque parentes virtutibus scelera redimerent, *cap. filii* 22. *quæst.* 1 *l.* 2. *§. postea cum Appius, ff. de orig. iur. l. non omnes* 5. *§. ult. ff. de re milit. l.* 1. *de Constit. Princ.* Chassan. *in catal. glor. mundi par* 6. *consid.* 19. Clar. *sent. lib.* 5. *§. fin. quæst.* 60. *num.* 27. Grat. *discep.* 3

discep forens. cap 179. *n.* 23. Ayala *de jur. bell lib.* 3. *cap.* 9.

Hinc docuit Cassiodor. *lib.* 1. *Epist.* 36. *debes enim advertere, quam vicissitudinem reddere studeamus vivis, qui mortuorum fidem non possumus oblivisci*, & idem Cassiod. *lib.* 2. *Epist.* 15. *Providentiæ nostræ ratio est, in tenera ætate merita futura tractare, & ex parentum virtutibus prolis judicare successus.*

4 Quæ fundantur in illa communi ratione, qua suademur debitum esse gratiæ, quæ est remuneratoria servitiorum, ut dixit Seneca *Epist.* 28. ad Lucil. *credamus nil esse grato animo honestius, omnes hoc urbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes clamant. In tanta judiciorum diversitate referendam benemerentibus gratiam, omnes uno ore affirmant. in hoc discors turba consentit. & in l.* 57 *tit.* 18 *par.* 3. ibi: *Fermosa gracia es la que el Rey faze por merecimiento de servicio, que aya alguno fecho, o por bondad que aya en si*, ubi Gregorius addit: *Pulchra est illa lex, & meritò dici pulchram gratiam, quæ sit in remunerationem servitiorum, cum tunc non dicatur contra jus, sed potiùs secundùm juris dispositionem, undè tanquam beneficium est latissimè interpretanda, & in dubio non præsumitur personalis, sed realis.* Et de his plura apud Solorzan. & per ipsum allegatos *de jur. ind. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 57. *cum seqq.* Valenzuel. Velazq. *cons.* 82. *n.* 57. *cum seqq.*

5 Sic parentum meritis quamplurima privilegia ad filios transmittuntur, *l. vocatio* 8. *ff. de muneribus, & honor l.* 1. *l. immunit.* 4. *ff. de rer. immunit. l. emancipatum* 7. *de Senat. l. veteranis* 3 *ff. de veteran l. isti quidem* 8. *ff. quod met. cau. l. honor* 5. *l. si matrem* 9. *l. decurionum* 12. *C. de pœnis l.* 2. *§. ult. Cod. de Episcop. & Cleric. l. Divo Marco* 11. *C. de quæstion. l. cum advocato* 8. *l. post duos* 15. *in princ. l. ad similitudinem* 16. *C. de Advocatis, leg. Medicos* 8. *& leg. fin. C. de Profes. & medic. lib.* 10. *l.* 1. *& l.* 2. *C. de privileg. eor. qui in Sac. Palat. milit. l. jubemus* 5 *C. de silent. & decur. l.* 2. *C. de comit. consist. l. in sacris* 9. *l.* 12. *C. de prox. sac. scrin. l. hac salubertima* 2. *C. de præpos. ogen. in reb. lib.* 12. Fab. *in pap. tit.* 8. *princ.* 7. *illat.* 16. Acac. *de privileg. in princ. num.* 18. quæ jura, & DD. allegat Altim. *de filiis offic. c.* 13. *n.* 15.

6 Quid enim mirandum est, quòd paterna merita in filios veniant, si gradu inverso, à filiis ad parentes subire comperimus, *l. bello missi* 18. *ff. de excusat. tut. l. moris est* 9 *§. parentes. ff. de pœnis, l. fin. §. hæc autem, C. de Castr. & minist. l. in Sacris* 12. *C. de proxim. sacror. scrin. lib.* 12. *novel.* 103. *de consul. §.* 2. *cum aliis.*

7 Parentes namque per filios nobilitantur *l.* 2. *§. in filiis, ff. de decur. l. moris. §. parentes ff. de pœnis, auth. constitutio quæ de dignitatib. §. generaliter*, ibi: *Et nobiliores adhuc patres efficiat*, ibique Glos. in verbo *Nobiliores* inquit, *Nota nobilitari patrem per filium*, & in verbo: *Occasionem*, ibi: *Nota dignitas filii, laus, & gloria patris, cum una sit persona, ut C. de impuber. & aliis substit. l. fin. sic è contra, dedecus patris, dedecus filii videtur, ut ff. de liber. caus. l.* 3. *& filii injuria, patris est.* Ut cum pluribus docet Escobar. *de puritate par.* 1. *quæs.* 1. *procem. §.* 3. *num* 9. *cum seqq. par.* 2. *q.* 4. *art.* 2. *ex nu.* 75. ut parentes propter dignitatem filiorum pœnis infamibus non puniantur: propterea Episcopi Genitor, vel Doctoris à torturæ pœnis, fustigationis, furcæ, & aliis eximitur, Font. *tom.* 1. *dec.* 229. (ubi id ipsum docet in filiis Doctorum) Altimir. *de filiis offic. c.* 13. *num.* 16. Gizzarel. *dec.* 10. *per tot.* ubi de Doctore legum, sutoris filio (Grammat. *dec.* 112.) ubi de quodam lapicida patre Episcopi (Giurba *de succes. feud. prælud.* 3. *n.* 10. Prato *respon. crim.* 21. *n.* 24. *cum seqq.*) ubi *n.* 33. id ampliat in genero (Bondenius *collu. legal.* 15. *tom.* 2. *nu.* 20.) ubi ex splendore familiæ, furi consuetudinario minui pœnam vult Faria ad Covar. *var. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 44. Paschal. *de viribus pat. potest. par.* 4 *cap.* 2 *nu.* 29. Dominus Don Christophorus Crespi de Valldaura *obser.* 72. *tota*, Narbona *ad l.* 4. *tit.* 1. *glos.* 1. *nu.* 30. *lib.* 1. *recop.* Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 2. *tom.* 1. *cap.* 6. *n.* 11. *circa finem.*

8 Prout aliàs videtur, quod ignominia filii dedecus est patris, & consanguineorum, Escob. *de purit. par.* 2. *qu.* 4. *ar.* 2. *n.* 83. & antea *par.* 1. *q.* 1. *procem. §.* 3. *à n.* 25. plura de hac re apud Guizz. *dec.* 10. ubi Addit. Mele, & Mari: *Nam sicut indigna posteritas laudes antiqui generis abnegat, ita præclara de patribus, egregia dona confirmat*, Cassiod. *lib.* 3. *Epist.* 6. & Eccles. *cap.* 3. *ver.* 12. & 13. ibi: *Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria ejus confusio: gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filii pater sine honore*, ita ex mala progenie indicium depromitur, ut consideravit l. C. *in l. quisquis, C. ad l. Jul. Majest.* juxta illud Matthæi 7. & Lucæ 6. *neque enim arbor mala fructus bonos potest producere*, Rosa *in prax. crim. cap.* 5. *nu* 43. *in fine*, Escobar *de puritat. par.* 1. *qu.* 1. *procem §.* 3. *nu.* 19.

Hæc, quæ de pœnis remittendis, vel temperandis ob merita, vel servitia protulimus, procedunt, nisi delinquens immane quoddam contra Principem aut Rempublicam delictum committeret, Bajard. ad Clar. *q.* 60. *n.* 99. *lit. I*, Farinac. *in prax. q.* 98. *nu.* 141. vel aliàs esset scelus gravissimum, aut atrocissimum, Tiraq. *de pœn. temp. can.* 49. *n.* 13. *& seqq.* Altimiranus *de filiis offic. d. cap.* 13. *n.* 8. *cum seqq.* Luca ad Gratian. *tom.* 1. *discep. c.* 179. *n.* 11. eo condimento legem agebant olim Persarum Reges, ut si proceriora fuerant officia peccatis, hæc sub illorum umbra laterent, atque in æqua utrotumque libra, in clementiam solebant inclinare, Pet. Ærod. *rer. Judic. lib.* 9. *tit.* 5. *cap.* 2. ibi: *Sanè & hoc fuit Persarum institutum, ut neminem animadverterent, cum bona multa antecesserint. Si paria essent invicem, ita rem dimittebant, ut cum paribus sententiis legis benignitate absolvitur.* 9

Si quæ talia sint scire cupis lege Farin. *q.* 18. *n.* 88. qui *n.* 92. ait totum Judici arbitrio relinquendum esse, qui id secundùm loci, vel Civitatis consuetudinem judicet. 10

In casu controverso temperandam pœnam esse apparuit, quia merita, & servitia inquisiti separata erant à delicto: jamdiu enim ante delictum de Rege, & Regno benemeritus erat, & illa præstiterat. & tunc propter præcedentia merita in Rempublicam, pœna aut minuitur, aut remittitur, Farinac. *in prax. q.* 98 *nu.* 143. subdens in hac re distinctionem (quæ Dominis Senatoribus placuit) quòd si merita delicto fuissent annexa, taliter quod ex eodemmet homicidio Reipublicæ utilitas processisset, delinquens non haberet animum deliquendi, sed inferendi Reipublicæ commodum, & utilitatem, remissionis pœnæ dignus sit. 11

Si verò ab initio delinquendi animum haberet, nec utilitatis Reipublicæ memor esset, quamvis casualiter Reipublicæ utilitas ex delicto resultaret, pœnam remittendam non esse; benè verò minuendam propter fœlicem eventum. 12

Servitia præstita per dictum N. erant plura, quia pluriès ut hostium secreta consilia caperet, & exercitus suæ Majestatis Ducibus panderet, vitam periculo exposuerat, sua industria, & ope loca aliqua ab hostium manibus erepta, & debitæ suæ Majestatis obedientiæ restituta fuerant, & alia. Die 2. Oct. 1658. communi voto fuit conclusum per Dominos Senatores minuendam esse pœnam Francisco N. quam commutarunt in servitium suæ Majestatis militando in partibus Italiæ per decennium. 13

Attamen ne hæc resolutio ansam delinquendi præberet innumeris, qui similia, vel majora servitia præstiterant, nolucrunt, quòd continuaretur conclusio, sed fuit resolutio implicitè patefacta delinquenti, & ipse se obtulit voluntariè servire in dictis Italiæ partibus, & fuit pactum acceptatum, & conclusio acceptationis continuata dict. die 2. Octobris 1658. 14

Idem fuit observatum die 2. Maii 1661. ref. Nob. Michaele de Pallarés I. R. C. cum conclusione Regii Concilii, declarando, quòd Franciscus N. loci de la Garriga, Petrus Joannes N. Villæ de Sabadell, delati, & inculpati, quòd jactu instrumenti manualis die 16. Maii 1659. in Villa de Granollers in vico de Sant Roch, proditoriè occiderunt Franciscum Fortuny agricolam dictæ Villæ de la Garriga; condemnarentur ad servitium Regiarum triremium remigando per decennium, scriba Riambau Not. 15

Mori fuerunt Regii Senatores ad eos non condemnandum ad pœnam ordinariam delicti, ob ingentia servitia per eos in Dominum Regem, & Provinciam impensa, de quibus in processu, & ex assertione Excellentissimi Locumtenentis; & Capitanei Generalis constabat, etiam non obstante instantia partis, ex Farinac. *in prax. qu. est.* 127. *num.* 26. 16

Aliud exemplar recitatur *decis.* 38. *num.* 33. 17

DECISIO LXXIX.

ARGUMENTUM.

Occidens in bona occisi prohibetur succedere; at hæreditas in hoc Principatu Fisco non applicatur, sed in eam succedunt proximiores, aut alii, ad quos de jure hæreditas spectat, ad intelligentiam Constitutionis unicæ, *tit. de indignis successionum*, quæ diversimodè ampliatur, & limitatur.

SUMMARIUM.

1 *Homicidium commissum per fratrem in personam fratris, dicitur proditorium.*
2 *Et parricidium nominatur, non quod in eo casu imponatur pœna ordinaria parricidii, sed ultimi supplicii.*
3 *De fratricidii atrocitate aliqua dicuntur, & n. 4.*
5 *Dubium.*
6 *Occidens fratrem, vel consanguineum quibus ab intestato erat successurus, privatur illorum hæreditate, Doctores contrarium tenentes allegantur n. 9.*
7 *Consideratur differentia inter indignitatem, & incapacitatem ad succedendum, & n. 8.*
10 *Si occisor per statutum excluditur à successione occisi, non indignus, sed incapax judicatur.*
11 *Expenditur Constitutio unica*, tit. de indignes de successions.
12 *Decisio.*
13 *Privatur successione occisi non solùm qui occidit suis manibus, sed etiã qui quocumq; alio modo interficit.*
14 *Homicida non solum privatur immediatè successione illius quem interficit, sed etiam prohibetur succedere ejus hæredi.*
15 *Maritus occidens uxorem in casu à jure permisso, non privatur ei succedere.*
16 *Occisor non privatur hæreditate occisi, si illum occiderit cum causa.*
17 *Homicida sicuti privatur hæreditate interfecti; ita etiam privantur ejus filii, nisi filii succedant ex propria persona.*
18 *Si quis occidat testatoris filium, illius hæreditate privatur, ac si occidisset testatorem ipsum; & an hæc procedant, si quis occiderit testatoris uxorem, aut filium fratris, traditur.*
19 *Substitutus in casu mortis, illius quem interfecit fideicommissi beneficio privatur, quod declaratur.*
20 *Quando occisor privatur successione occisi, ea ad Fiscum non devolvitur in hoc Principatu.*

1 HOMICIDIUM commissum per fratrem in personam fratris dici proditorium tradit P. Grassetus *de nece prodit. §. 18. n. 4.* post eum Conciol. *resol. crim. ver. confiscatio resol. 14. in addit. num. 1.* tanquam inamicum commissum, *nam quæ potest amicitia esse tam fœlix, quæ imitetur fraternitatem?* inquit Quintil. *decla. 321.*

2 Et parricidium nominatur *in l. 1. ff. ad leg. Pomp. de parricidiis*, ac probant Rovitus *par. 2. conf. 11. nu. 2.* Michalor *in tract. de fratr. cap. 56. nu. 1. cum pluribus seqq.* Solorzan. *de Parricidii crim. lib. 2. cap. 14.* non quod eo in casu imponatur pœna ordinaria parricidii contra fratrem, sed solùm ultimi supplicii, *l. penultim. § qui pœna, ff. ad legem Pomp de Parricidiis*, Michalor. *d. cap. 56. n. 3.* Nos *par. 1. dec. 45. nu. 5. & seq.* sed graviori quàm homicidii voluit Solorzan. *d. lib. 2. cap. 14.*

3 Si quod crimen grave est, & supplicium meretur, fratricidium certè non modò atrox, sed nefandum; non sceleratum, sed horrendum judicari debet, *Vox sanguinis fratris* (inquit Dominus) *clamat ad me de terra*, Gen. *c. 4.* Maro Virgilius 6. *Aene.* apud inferos pari tormentorum cruciatu fratrum, & parentum injurias lui, his verbis ostendit.

Hic quibus invisi fratres, dum vita manebat,
Pulsatusve parens, & fraus innexa clienti.

Et Quintilianus *d. decl. 321.* elegantissimè *Equidem Judices*, inquit, *admirari me confiteor, aut constitutas esse tantis sceleribus pœnas, aut ullos inveniri potuisse mortalium in quos caderet ista suspicio: fratrem suum potuit aliquis occidere? Non obstitit tacita natura? Non sanguinis jus? Non sceleribus manus suas objecit quæcumque est illa, quæ creditur esse pietas fratrem occisuro? Non succurrit communis uterus? Non eadem causa vitæ? Non una primordia? Non illa consuetudo, quæ alienos etiam, & nulla necessitudine inter se conjunctos, componere, & adstringere affectibus potest? Consuetudo actæ pariter infantiæ, pueritiæ studia, lusus, tristitia, joci. Nam quid est aliud fraternitas quàm divisus spiritus?* Post eum An. Robert. *rer. judic. lib. 3. cap. 7. ver. Pro agnato.*

Quod idem nec minus eleganter Valerius Maximus *lib. 5. cap. 5 in prin.* sic extulit. *Quam copiosæ suavitatis illa recordatio est in eodem domicilio antequam nascerer habitavi: in eisdem incunabulis infantiæ tempora peregi, eosdem appellavi parentes: eadem pro me vota excubuerunt: parem ex majorum imaginibus gloriam traxi. Chara est uxor, dulces liberi, jucundi amici, accepti affines, sed postea cognitis nulla benevolentia accedere debet, quæ priorem exhauriat.* Hæc, & alia eruditè tradit Solorz. *lib. 2. de parricid. crim. c. 14. n. 14. & seqq.* 4

Scelus illud commisit Antonius N. qui Franciscum N. fratrem suum proditoriè interfecit, & 11. Julii 1670. ob tantum facinus fuit ad mortem condemnatus, & dubitari cepit an Fiscus succederet dicto fratricidæ in portione illi spectanti in bonis fratris sui, ab intestato defuncti. 5

Fiscum in illa portione succedere debere probabat illa juris regula qua docemur, quòd quando quis occidit patrem, vel consanguineum, cui ab intestato erat successurus, non impeditur succedere, sed ab eo bona auferuntur tanquam ab indigno, & Fisco applicantur, *l. non intelligitur, si quis palam, ff. de jure Fisc.* Ponte *de potest. Proreg. tit 8. §. 9.* Giurba *de feudis, §. 2. glos. 4. nu. 7.* Latro *consult. 131. num. 26.* Noguerol. *allegat. 12. num. 184. cum seqq.* Fragos. *de regim. Reipub. par. 1. lib. 3. disp. 5. ex n. 25.* Solorzan. *de crim. parricid. lib. 2. cap. 19. ver. Quæ quidem quæstio*, Bellonus *de jure accres. cap. 7. quæst. 47. & 48.* Ciriac. *controver. 217. tom. 2.* Altimarus ad Rovit. *par. 2. consil. 11. num. 1.* Pereg. *de jure Fisc. lib. 2. tit. 3. nu. 1. & seq.* Massin. *de confiscat. bonor. quæst. 24. num. 16.* Vermig. *consil. 371. num. 1.* Conciol. *resol. crim. 14 ver. Confiscatio, num. 1.* Farinac. *in prax. quæst. 120. num. 23. & seq* Cabal. *cent. 1. resol. 10* Castillo *cont. tom. 6. cap. 161.* Cancer. *var. 1. cap. 6. nu. 8. & seq.* Michalor. *de frat. par. 3 cap. 56. nu. 29.* Sanfelic. *decis. 70.* Cardinalis Luca *in theat. verit. lib. 11. de succes. ab intest. disc. 27. n. 4.* Marinis ad Revert. *dec. 96. & dec. 133.* Cabedo *par. 2. dec. 81. fere per tot.* ubi rem declarat. 6

At ad hanc regulam diserendam oportet dignosci differentiam inter dignitatem, & incapacitatem ad succedendum. Primo in casu, quia indignitas est privatio supponens habitum, indignus succedit, & acquirit bona, quæ tamen à Fisco auferuntur; in secundo intrat omnimoda criminosi exclusio; ac si persona ejus non esset in rerum natura: undè propterea excluso Fisco, locus aperitur ulterioribus successoribus; quam differentiam ferè omnes agnoscunt DD. supra citati, signanter Altimarus ad Rovit. *part. 2 cons. 11. nu. 5.* Cardinal. Luca *in theat. verit. lib. 11. de succes. ab intestato d. disc. 27. nu. 5.* Rodoer. ad Marin. *quotid. resol. lib. 1. cap. 127. num. 17.* Anneus Robert. *rer. Judic. lib. 3. cap. 7. vers. Pro Fisco*, Revert. & ejus Addit. Marin. *decis 96. & 233.* 7

Undè quoties frater occidit fratrem, cui ab intestato erat successurus, inspiciendum est, an versemur in casu quo fratricida sit indignus successionis, an verò sit incapax; nam si indignus, ab eo auferuntur bona, & Fisco applicantur; si incapax, excluso Fisco, veniunt proximiores agnati; quia Fiscus capere non potuit, ex quo criminosus incapax nil acquisivit. 8

Indignum fuisse probavimus ex Doctoribus citatis; at verò incapacem esse dixit Sanfel. *lib. 3. decis 412. tot.* & ex Marciano *cons. 3. & 5.* affert decisionem pro incapacitate Annæus Robertus *rer. Jud. lib 3. c. 7* etiam pro hac opinione tradit judicatum Christinæus *vol. 1. dec. 200. nu. 17. cum seqq.* ubi plures decisiones recitat. 9

Sed quidquid sit de hac controversia, quæ difficilis dicitur à Solorzan. *de parricid. lib. 2 d. cap 9.* certum, & indubitatum apparuit, in casu controverso fratricidam incapacem, non verò indignum esse portionis ab intestato; quia regula antedicta, pro dubitandi ratione adducta, limitatur, si occisor per statutum excludatur à successione occisi, nam tunc incapax judicatur occisor; cum statu- 10

UAB Biblioteca de Ciències Socials

statutum à principio impedia t adquisitionem, & succes sionem: & cum Fiscus apud eum nil auferendum reperiat, accrescit hæreditas aliis fratribus, vel proximioribus occisi, ut originaliter docuit Baldus *in l. si quis incest. 6. in fin. Cod de incest. nupt.* Barbat. *cons.* 8. *n.* 8. *& per totum secundum dubium*, ubi dicit, quòd simile statutum denotat omnimodam resistentiam ipsi occisori in succedendo, & consequenter Fiscus ab eo auferre non potest, Pereg. *de jur. Fisc. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 3. *& lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 8. Barbosa *in l. si ab hostibus* 11. *§. fin. sub n.* 24. *ver. Quinimo si statutum, ff. solut. matr.* Eugenius *cons.* 77. *num.* 1. *lib.* 1. Farinac. *in prax.* q. 120. *nu.* 51. *diversis in nu.* 2. *cons.* 128. *nu.* 2. ubi decrevit hoc esse indubitatum, *&* 137. *num.* 3. ubi tradit judicatum, Massin. *de confisc. bonor. quæst.* 24. *nu.* 17. *& seq.* Michal. *de fratribus d. par.* 3. *cap.* 56. *nu.* 45. *& seq.* Conciol. *resol. crim.* 14. *verbo confiscatio num.* 5. Bajard. ad Clar. §. *homicidium num.* 62. Marta *de succes. leg. par.* 1. *quæst.* 3. *art.* 4. *à num.* 2. Nigro *cont.* 217. *tom.* 2. *num.* 10. *& seqq.*

11 In hoc Principatu limitatio prædicta verificatur, quia adest Constitutio 1. *& unica tit. de indignes de successions*, in qua disponitur per hæc verba, ibi: *Marit à Muller, la qual aurà morta, en dot, ne en altres bens per confiança, ne per altra manera, encara mitjensant la persona de son fil, è de la dita muller succehir puixa, si dons no prova haver feta la dita mort en los casos de dret leguts, è expressats, è açò mateix en altres persones, de las quals la una haje mort à laltra, volem esser observat.* Est dicere quòd si maritus occiderit uxorem, privatur successione bonorum ejus, in quibus maritus succederet vel ex pacto, vel aliàs, adeò ut nec per mediam personam filii sui in dictis bonis provenientibus ab uxore quam occidit, succedere possit, nisi maritus casu à jure permisso uxorem occideret; quod etiam procedit in quacumque persona quæ alteram occiderit in casu à jure non permisso, pro qua Constitutione adeatur Cancer. *var.* 1. *cap.* 6. *per tot.* ubi *nu.* 3. docet, quòd licèt Constitutio tantùm loquatur de marito, est etiam intelligenda de uxore quæ virum occiderit; quia dispositum in uno ex correlativis, censetur dispositum & in alio, *l. final. cum ubi not. C. de indi. vidu. tol.*

12 Quibus in medium jactis ita fuit resolutum die 7. Februarii 1671. per Dominos Cancellarium, Regentem Regiam Cancellariam, per Advocatos Fiscales Regiæ Curiæ, & Patrimonialē unà cū Regente Thesauriariā in juncta ordinata pro executione tractatus pacis generalis.

13 Circa intelligentiam dictæ Constitutionis unicæ *tit. de indignis successionum*, aliqua observanda excogita vi, quæ subsequuntur. Primò, quòd hæc Constitutio locum habet non solum in casu, quo quis interfecit suis manibus; sed etiam in quocumque interfectore, puta in aliquo qui denegando alimenta occidit, qui successione occisi privatur, Molina *de Hisp. primogen. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 33. Surd. *de alim. tit.* 4. *quæst.* 5. *nu.* 8. Farinac. *cons.* 153. *lib.* 2. qui loquitur in muliere filium suffocante, Altimar. ad Rovit. *par.* 2. *d. cons.* 11. *num.* 11. Paschal. *de vitib. pat. pot. par.* 4. *cap.* 8. *num.* 7.

14 Secundò, quòd non tantùm occidens immediatè privatur successione occisi, sed etiam si legitimus hæres defuncto successerit, non potest in illis bonis, in quibus successit dictum occisorem hæredem instituere, nec ab intestato ei in dictis bonis succedere posse, docet Cancer. *var.* 1. *c.* 6. *nu.* 11. homicida namque non solum privatur immediatè successione illius quem interfecit, sed etiam prohibetur succedere ejus hæredi, Pasch. *de viribus pat. pot.* 4 *cap.* 8. *n.* 6. qui ex opinione aliorum id procedere dicit, sihæres sit filius; secùs si extraneus; sequitur Altim. ad Rovit. *par.* 2. *d. cons.* 11. *n.* 7. Galeota *cont.* 33. *n.* 42 *lib.* 2.

15 Tertiò, illud quod disponitur in citata Constitutione unica, ut maritus occidens uxorem in casu à jure permisso non privetur ei succedere, concordat cum jure communi, ut per Textū *in l. si ab hostibus, §. si vir. ff. solut. mat.* tenet Paschal. *de vir. pot. par.* 4. *d. cap.* 8. *num.* 6. Annæus Robert. *rerum judic. lib.* 3. *cap.* 7. *vers. Pro Fisco, & vers. Pro agnato*, Altim. ad Rovit. *par.* 2. *d. cons.* 11. *n.* 14. Cabedo *par.* 2. *dec.* 81. *n.* 17. Andreol. *cont.* 336. *tot.*

16 Quartò in eandem partem est observandum, quòd occisor non privatur hæreditate occisi, si illum occiderit cum causa, Gomez *ad l. Tauri* 83. *n.* 64. Marin. *lib.* 2. *quotidian. resol. cap.* 151. Altim. ad Rovit. *par.* 2. *d. cons.* 11. *nu.* 13. *&* 15. Andreol. *dict. cont.* 336.

17 Quintò, sicuti privatur homicida hæreditate interfecti: ita etiam privantur ejus filii, ut insinuat Constitutio nostra, & probant Palez *de majoratu par.* 2. *quæst.* 4. *illat.* 1. *nu.* 17. *& seqq.* Thesaur *quæst. forens.* 41 *lib.* 2. *num.* 12. Gomez. *variar.* 3. *cap.* 3. *nu.* 52. *vers. Similiter iste casus*, ubi Ayllon. Prat. ad Paschal. *de vir. pat. pot. par.* 4. *cap.* 8. *num.* 2. Thoro *in compend. decis. par.* 3. *verbo Uxor occidens, pag.* 442. & his citatis Altim. ad Rovit. *par.* 2. *dict. cons.* 11. *num.* 10. Farinac. *in prax. quæst.* 120. *nu.* 29. Conciol. *resol. crim.* 14. *vers. Confiscatio, nu.* 4. Michal. *de fratrib. par.* 3. *cap.* 56. *nu.* 35. ubi *nu.* 37. *& seq.* id limitat, si filii succedant ex propria persona.

Eadem ratione, si quis occidat testatoris filium, illius 18
hæreditate privatur, ac si occidisset testatorem ipsum, cum pater, & filius unica persona reputentur, Paschal. *de vir. pat. pot. par.* 4. *dict. cap.* 8. *num.* 4 & 5. ubi agit an ea procedant, si quis occiderit testatoris uxorem, aut filium fratris. Altimar. ad Rovit. *par.* 2. *d. cons.* 11. *nu.* 8.

Sextò, Constitutio citata habet locum in hæreditate 19
ex testamento, sivè ab intestato delata, Farinac. *cons.* 128. *num.* 5. *lib.* 2. Conciol. *resol. crim.* 14. *ver. Confiscatio, nu.* 5. sivè deferatur ex testamento, vel ab intestato proximioribus, sivè ex testamento extraneis; proindè substitutus in casu mortis, illius quem interfecit, fideicommissi beneficio privatur, Paschal. *de vir. pat. pot. par.* 4. *d. cap.* 8. *num.* 3. Farin. *in prax. qu.* 120 *nu.* 46. Fusarius *de substit. quæst.* 317. *num.* 18. Peregrinus *de fideicommissis art.* 22. *nu.* 98. Castillo *lib.* 6. *contro.* 161. Altimar. ad Rovit. *par.* 2 *d. cons.* 11. *num.* 9. At si alii dantur substituti, ipsis occisor non præjudicat, Michal. *de fratribus par.* 3. *d. c.* 56. *n.* 43.

In omnibus his casibus observandum est, non admitti 20
Fiscum ad bona, quæ incapax succedere valebat, sed vel proximiores ab intestato successuros, vel substitutos, aut fideicommissum ex testamento vocatos, aut illos, quibus portio deficiens de jure accrescit, vel spectat, prout supra probavimus, id disponente Constitutione unica *de indignis successionum*.

DECISIO LXXX.

ARGUMENTUM.

Forensis quando teneatur pœnis statuti loci delicti, & signanter, an obligetur ad pœnas statuti prohibentis delationem armorum, dispungitur, & cum decisionibus terminatur; ubi etiam, an remiges in Corona Aragonum condemnati, sint exportandi ad Regias triremes Regni Sardiniæ, resolvitur.

SUMMARIUM.

1 *Quis dicatur forensis, usque ad nu.* 3.
4 *In quæstione, an forensis teneatur pœna statuti loci delicti, admittitur distinctio, quæ explicatur.*
5 *Statutum imponens pœnam mortis pro primo furto obligat forenses ignorantes.*
6 *Delatio armorum est prohibita jure Digestorum, Codicis, Authenticorum, novissimo Feudorum, & jure Nostro.*
7 *Forenses ignorantes condemnantur etiam ad pœnas statuti prohibentis delationem armorum, juxta unam opinionem DD.*
8 *Alii DD. existimant statutum ligare ignorantes, quando pœna statutaria est levis; secùs si gravis, quod declaratur.*
9 *Forensis prorsus à pœna excusatur, quando ignorantia banni est probabilis, & justa.*
10 *Forensis portans arma in itinere non continetur sub statuto prohibente portum armorum.*
11 *Decisio Senatus.*
12 *Factum in alio casu.*
13 *Deferens arma cum licentia superioris, si cum eis delictum committat, puniri etiam potest de delatione armorum, contrarium traditur vers. seq.*
14 *Forensis præsumitur habere ignorantiam decreti publicati, quando non fecit longam moram, vel diu conversatus ibi non fuit; aliàs secùs.*
15 *In dubio præsumitur ignorantia banni, ad quam excludendam assignatur cautela.*

16 *Ad pœnam infligendam consideratur qualitas armorum, ubi etiam decisio Senatus.*

17 *Remiges in hoc Principatu, & Corona Aragonum præcisè non sunt exportandi ad triremes Regni Sardiniæ; quia ex causa per viam depositi possunt ad triremes Hispaniæ transmitti.*

18 *Regium diploma.*

1 FORENSIS est ille, qui in loco natus non est, nec in eo habet domicilium, Menoc. *tom.1.cons.74.nu.4.* Valenzuela *cons.55.tom.1.nu.35.* Carpan. *ad statu. Mediolan.lib.2.cap.438.num.1.* Conciol. *ad statut. Eugubii lib.2.rub.14.nu.8. & lib.4.rub.65.nu.3.* Altograd. *cons.28. nu.41.vol.2.* Gobius *consult.decis.105. nu.78.*

2 Vel forensis dicitur, qui est de alio loco, & Civitate utente diversis legibus, & statutis, licèt sit de eodem dominio, Mascard. *de interp.statut.concluſ.6.nu. 212.* Conciol. *ad statut.Eugubii lib. 2.d.rub.14. num. 7. & lib.4. d. rub.65.nu.2.*

3 Vel potiùs forensis multipliciter in jure sumitur, prout subjecta materia expostulat, ut ex Corneo, Menoc. Cavagnol. Alba. docet Gobius *consult. dec. 45. nu. 19.* Propterea in hac decisione sumitur forensis pro alienigena à Principatu.

4 In quæstione an forensis teneatur pœnis statuti loci delicti, admissa est distinctio. Aut sumus in his quæ sunt delicta de jure communi; & tunc punitur forensis secundùm pœnas statuti loci delicti, nec aliqua cadit excusatio propter ignorantiam statuti, ex quo facit actum, etiam cessante statuto, prohibitum, & culpa est attentare illicitum. Aut sumus in his quæ delicta non sunt de jure communi, sed solùm secundùm statuta loci commissi delicti, & tunc forensis non punitur pœna statuti, sed ab ea excusatur, cum nihil ei possit imputari in actu de se licito, nisi statuti haberet scientiam, vel esset in supina, & crassa ignorantia. Hinc distinctionem probat pluribus citatis Cabal. *resol.crim.cent. 2. cas.129. num 2. cum seqq.* Farinac. *frag. verb. bannimenta*, Cardinalis Luca *in theat. verit. de regalibus disc.152. num.5. & 6.* Nigro *tom.4.cont.578.*

5 Hinc ex primo capite distinctionis infertur, quòd statutum imponens pœnam mortis pro primo furto (quia furtum de jure communi est prohibitum, & punibile) comprehendit forensem ignorantem, ut tradit decisum Franc *dec.521.* & post eum Thesaurus *qq. forens. q.80. num. 6.* Novar. *in collect. ad prag.1. de furtis noct. & de gravam.vassal.grav.136.lib.1.nu.7.* Rovitus *in prag.1.de furtis nu.3.* Cabal. *resol.crim.cent.2.dict.cas.129. nu.3.*

6 Hinc pariter ex eodem primo capite distinctionis inferri posse videbatur, statutum pœnale prohibens delationem armorum comprehendere forenses ignorantes (hic est casus in hac decisione controversus) quia delatio armorum vetita est à jure communi. Digestorum *in l.1.ff. ad leg. Jul.de vi pub.* in qua I.C. Martianus inquit: *Lege Julia de vi publica tenetur, qui arma, tela domi suæ, agove in Villa præter visum venationis, vel itineris, vel navigationis coegerit*, Jure Codicis, *ut in rub.& l. unica, C.ut armor. usu.insc. Princ.interd. sit lib. 11.* ubi Imperatores rescribunt: *Nulli prorsus nobis insciis, atque inconsultis quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur.* Jure Authenticotum *in authen. de armis*, ibi: *Non enim ista aliis cuidam instruere sinimus, præter eos, qui deputati sunt in sacris nostris fabricensibus, solos autem fieri, & vendi à privatis, & privatis vendi permittimus cultellos minores, quibus nullus in prælits utitur.* Jure novissimo Feudorum *in cap. unic. de pace tenen. §. si quis rusticus*, ibi: *Si quis rusticus arma, vel lanceam portaverit, vel gladium, Judex in cujus potestate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti solidos per ipsos recipiat à rustico*; quæ cuncta probat Andreol. *cont.cap.426.nu.1.* Reg. Cortiada *par.2.decis.71.nu.2.* Dom. Don Christophor. Crespi de Valldaura *obs. 13. n.62* Jure nostro Municipali in diversis Constitutionibus *sub tit. de prohibitio de armas.* Ac demum in diversis præconizationibus (præcipuè armorum brevioris mensuræ) publicari solitis in ingressu gubernii Locumtenentium Generalium in hoc Principatu.

7 Undè ad pœnas statuti prohibentis portum armorum, forenses etiam ignorantes condemnari debere scribunt Calvinus *de æquitate lib. 2. cap. 129.* affirmans quod ingrediens aliquam Provinciam tenetur se informare de statutis, & consuetudinibus Provinciæ, & si non faciat, dicitur esse in supina ignorantia, ideo tenetur pœna delationis armorum imposita per statuta, sequitur Farinac. *in prax.q.108. nu.16. & seq* Mascardus *de interp. statut. concluſ.6.n.66. & seqq.* Ursell. *in exam.concluſ.legal.143. num.28.* & secundùm prædicta fuisse pluriès servatum, licèt ipso reclamante, dicit Cabal. *resol. crim. d cas.129. nu.18.ver. Sciotamen cent.2.* recitat Conciol. *resol. crim. verb.arma, num.1, cum seqq.* Cavalcanus *lib.5.de delictis decis.11.nu.21.tom.4.*

At verò non ita indistinctè tenenda esse superius relata apparuit Senatui; nam ea procedere intellexit, quando per statutum loci imponitur pro delatione armorum aliqua pœna levis; secùs tamen est, si sit imposita pœna gravis, nempe triremium, vel capitalis, quia tunc ratione probabilis ignorantiæ forenses esse puniendos mitiori pœna voluerunt Clarus *in prax.d.q.85. n.2.* Farinac *in prax.d.q.108.nu.17.* qui affirmat, quòd si ipse Judex esset, nunquam imponeret forensibus pœnam rigidam statuti, his præsertim, qui veniunt ex longinquis partibus, quibus talia statuta non vigent, idem voluit Ursellius *d. concl.legal. 43. num. 30.* Conciol. *resol. crim. 4. verb.arma, nu.4.* Luca ad Franc. *d.dec.521.nu.3.* 8

Et forenses prorsùs à pœna excusari, quando ignorantia banni est probabilis, & justa, tradit Nigro *tom.4.cont. 578.nu.fin.* Cabal. *dict.cent.2.cas.129 nu.16. & 17.* (dicens ita ipsum pluriès vidisse, & quod si ignorantia est crassa, & supina, locus est pœnæ ordinariæ banni, si verò est ignorantia dubia, locus est pœnæ mitiori) Conciol. *res. crim.4.ver.arma,n.4.* Luca ad Franc. *d.dec.521.n.3.in fin.* 9

Ac etiam statutum, sivè bannum non comprehendere forenses portantes arma in itinere, scribunt Conciol. *var. arma, dict.resol.crim.4. num.4. & resol. 16. tot.* maximè *num. 4* Luca ad Franc. *decis. 125. num. 3.* ad tradita per Andreol. *cont. 426. nu. 21.* Gobium *consult. decis. 136.num 30.* 10

Sic die 16. Martii 1635. ref. Mag. Antonio Vinyola I.R.C. cum Joannes N. Genuensis nauta, eadem die qua accessisset ad portum præsentis Civitatis, circa portale maris ejusdem Civitatis fuisset apprehensus cum instrumento manuali parvæ mensuræ, vulgò *pistola*, fuit bannitus à præsenti Principatu per quinquennium. 11

Alter evenit casus, in quo Antonius N. nauta Calaber in vindictam atrocis iniuriæ verbalis sibi illatæ à Nardo Nostra nauta, hunc interfecit jactu instrumenti manualis parvæ mensuræ vulgò *pistola*; & cum de coercendo homicidio ageretur, dubitari valuit principaliter, an propter jactum instrumenti manualis teneretur pœna mortis prescripta in Regiis præconizationibus. (Homicidium commissum fuit justo calore iracundiæ ortæ ex iniuria denigrante honorem aggressoris, in eum prolata per aggressum intra viginti quatuor horas, cujus pœnam mitigandam esse scripsimus *dec.42. tot.* signanter *nu.48. & n.49.*) & videbatur ab illa pœna liberandum non esse: quia licèt forensis omnino excusetur, vel saltem mitiùs puniri debeat ob probabilem ignorantiam Præconizationum, ut suprà scripsimus. 12

Attamen pœnà Præconizationum, contra projicientes instrumenta manualia parvæ mensuræ statutà plecti oportebat, quando cum eo instrumento homicidium commisit; argumento eorum quæ traddunt DD. quòd deferens arma cum licentia superioris, si cum eis delictum committat, cum dicatur illis abuti, privilegium illa deferendi amittit, & ideo puniri etiam potest de delatione armorum, Farinac. *in prax.quæst. 108. à num. 151.* Guazzin. *def.reor.29.cap.2 nu.19.* Conciol. *resol. crim.3. verb.arma, num.1.* 13

Sed tamen nil hanc dubitandi rationem obstare visum apparuit, tanquam extra rem, & casum ponderatam. Imò etiam offendentem cum armis quæ vigore licentiæ superioris portaverat, non posse puniri de delatione armorum, sed solùm gravius plecti posse, cum dicatur offendere benignitatem superioris, tenet Decianus *tract. crim.lib 8.cap.3.sub nu. 62.* & benè comprobat Cabal. *res. crim.cent.1.cas.63.nu.9.* ubi dicit, nunquam vidisse contrarium servari, nisi in impetratione licentiæ promisisset de non abutendo, & sequitur Conciol. *d.resol.crim.3. ver.arma, nu.2.* 14

Nec pariter visum fuit obstare, quòd inquisitus stetit per aliquos dies in præsenti Civitate Barcinonæ, undè præsumi poterat habere notitiam illarum Præconizationum ex doctrina Cavalcani *to.1.in indice diver.annotat. verb forensis*, dicentis, quòd forensis præsumitur habere igno-

ignorantiam decreti publicati, quando non fecit longam moram, vel diu conversatus non fuit ibi; aliàs secùs.

15 Quia fuit responsum, in processu non constare de diebus, quibus forensis moram traxit in hac Civitate, quod Fisco probare incumbebat, & sic in dubio ignorantiam præsumi contentorum in Prœconizationibus pro irroganda pœna mitiori, ut suprà probavimus ex Cabal. *resol. crim.cent.2.cas.129.n.16.& 17.* cave igitur in efformatione processus, ut prohibentur circunstantiæ, ex quibus argui potest scientia statuti, vel banni, nempè inter alias, conversatio in loco prohibito per certos, & plures dies, Menoc. *tom.1.consil.74.n.15.& seq.*

16 Ob excessum in vindicando iniuriam, cum circunstantia qualitatis armorum, quibus homicida in delictum prorupit (quæ ad pœnam infligendam considerari oportet, Reg. Matthæu *de re crim. cont.* 42. maximè *in fine*) fuit dictus Antonius N. condemnatus 6. Februarii 1676. ref. Nobili Jacobo de Potau I.R.C. scriba Badia, ad remigandum in Regiis triremibus per quinquennium, quam decisionem ad litteram adduxi *dec.42.n.49.*

17 Observa obiter, quòd remiges in hoc Principatu, & Corona Aragonum non sunt præcisè exportandi ad triremes Regni Sardiniæ, ut in illis servitium adimpleant, nam Constitutionem id disponentem non adinvenio; imò si in Constitutionibus id ipsum præventum adesset, adhuc non dubito ex causa per viam depositi posse ad Regias triremes Hispanas transmitti, ut vidi observatum, & disponitur in Regio diplomate, quod hic recitatur.

El Rey.

18 *Illustre Duque de Bournonville, pariente, mi Lugartiniente, y Capitan General. Porque combiene, que las Galeras de la Esquadra de Espana, que estàn en Cartagena, se hallen enteramente reforçadas, y de ferbicio para passar à las costas de esse Principado, sin dilacion alguna. He mandado, que à este fin se apliquen à ellas los forçados, que huviere en la Corona de Aragon en deposito, hasta que se tunten con las de Cerdena, como se ha hecho otras vezes, y por lo que mira à essa Provincia, os encargo, y mando deys las ordenes que combengan, para que se execute en esta conformidad. Dat. en Madrid à 22. de Junio 1684.*

Yo el Rey.

Ut. D. Joan. Bap. Pastor. Regens. — *Ut Don Joseph. Rull Reg.*

Ut Valero Reg.

Don Geronimo Dalmao, y Cassanate Secretario.

DECISIO LXXXI.

ARGUMENTUM.

Equites Ordinum Militarium non subjiciuntur Regio Concilio in hoc Principatu quoad eorum personas, sed tantùm respectu temporalitatum, & bonorum; ubi latè discutitur, an cognitio offensæ, seu resistentiæ sit Judicis offensi, an proprii Judicis; vel an inter eos detur prævention (casu quo Judex offensus, etsi sit incompetens, non est incapax respectu offendentis prout etiam quando offenditur Judex ex falsitate testis coram se in testificando commissa, vel in aliis actibus criminosis. An Judex Sæcularis possit capere Equitem Ordinis Militaris ad finem illum remittendi ad suum Judicem superiorem, non solùm in flagranti delicto, vel quando est in fuga Eques, vel contra eum datur suspicio fugæ; sed etiam his cessantibus, ex intervallo, resolvitur.

SUMMARIUM.

1 *Equites Ordinis, & Militiæ Beatæ Mariæ de Calatrava, & aliorum Ordinum Militarium, qui vel* Calderò *Decis. Pars II.* *sunt uxorati, vel ducere possunt uxorem, non sunt verè, & perfectè Religiosi, una est opinio.*

2 *Secunda est opinio, quòd Equites Ordinum Militarium sunt verè, & propriè Religiosi.*

3 *Tertia est opinio, Equites dictorum Ordinum non esse verè Religiosos; sed personas Ecclesiasticas, & fori privilegio gaudere.*

4 *Quarta assignatur opinio.*

5 *De professione Equitis Divi Jacobi, Ordinis Calatravæ, Alcantaræ, & Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, & ejus institutione, & statutis, & aliis remissivè.*

6 *Quinta est opinio, circa forum Equitum Ordinum Militarium deferendum esse consuetudini, & observantiæ, & hæc opinio servatur in hoc Principatu, in quo Equites Ordinum Militarium quoad eorum bona propria, sunt in jurisdictione Domini Regis, & personæ sæculares censentur; quo verò ad eorum personas pro Ecclesiasticis reputantur.*

7 *Equites dictorum Ordinum propter delicta commissa in eorum officiis publicis, quæ susceperunt, subjiciuntur Judicibus Sæcularibus, non ita ut possint puniri pœna capitali, aut temporali, sed suspensionis, aut privationis ab officio.*

8 *Prohibentur ideò ad officia sæcularia eligi, & quid in Catbalonia remissivè.*

9 *Equitibus dictorũ Ordinũ propter abusus in jurisdictione cõmissos sequestrãtur jurisdictiones tẽporales.*

10 *Rationes dubit.*

11 *In Domo Deputationis hujus Principatus Equites Ordinis de Calatrava, & aliorum Ordinum reputantur pro personis sæcularibus; quia insaculantur in bursis Stamenti Militaris.*

12 *Si alicujus Judicis, etsi incompetentis jurisdictio offenditur, vel contemnitur, ut in casu resistentiæ, vel in exercitio sui officii, resistens, vel offendens punitur à Iudice offenso, etsi incompetenti.*

13 *In casu offensæ non opitulatur Equiti privilegium Militare.*

14 *Si Provinciales offendunt Capitaneum Generalẽ, ac ejus Algutzirios exercẽtes opera ad bellicã artẽ pertinẽtia, punitio pertinet ad Capitanẽũ Generalẽ.*

15 *Laicus percutiens satellites, & Ministros Iudicis Ecclesiastici in actu exequutionis, efficitur quoad offensam de foro Ecclesiastico, & idem est, si offendens exemptus sit à jurisdictione Episc.*

16 *Si officialis Regius offendatur in exercitio sui officii per vassallum Baronis, punitio pertinet ad Dominum Regem, etiamsi Iudex loci in quo fit iniuria, ibidem exerceat jurisdictionem cum clausula privativa, & abdicativa.*

17 *Hæc procedunt, sive offendatur minister, sivè officialis à Iudice deputatus.*

18 *Quemadmodum idem est, si offendantur Notarii Curiæ, aut Nuntii, aut servientes.*

19 *Quæ procedunt, si offensa fiat officiali in exercitio sui officii, vel ratione officii, & non ex causa privata; quia si extra officium offendatur, Judici incompetenti non competit punitio offensæ, sed per punitionem debet adiri Judex proprius.*

20 *Judici offenso in officio, vel ratione officii nõ datur jurisdictio privativè ad judicem proprium offendentis, sed cumulativè, & inter eos est locus prævẽtioni.*

21 *Testis coram Iudice falsum deponens, ab eodem punitur, licèt aliàs non sit delinquentis competens, & quod dicitur in falsitate, procedit etiam in omni actu criminoso, quem coram Iudice quis fecerit.*

22 *Propter offensam, & contemptum Iudicis incompetentis, & qui nullam habet jurisdictionem, testis coram eo deponens punitur pœna extraordinaria, dummodo sit incompetentia actualis, non potentialis.*

23 *Miles falsum deponens punitur à Iudice, coram quo deposuit.*

24 *Equitem Ordinis Militaris in casu offensæ Iudicis officiãtis, ab eo puniri ponderatur, sed cõtrariũ infra.*

25 *Decisio Senatus contra Equitem Ordinis Divi Ioannis in causa resistentiæ, intelligeut infra.*

26 *Equites S. Ioannis Hierosolymitani sunt verè, & propriè Religiosi, quia emittũt tria vota substantialia.*

27 *Iudex Sæcularis non solùm incompetens, sed etiam incapax existit cognoscẽdi in causis mixtis, & Criminalibus de personis Equitum Ordinũ Militariũ.*

28 *Quod comprobatur nu.29.*
30 *Laicus coram Ecclesiastico falsum deponens, potest ab eo puniri data præventione ex parte Ecclesiastici.*
31 *Propter incapacitatem Judicis Sæcularis actualem, & potentialem, ab eo puniri non potest Clericus falsum coram eo deponens.*
32 *Prout nec in casu resistentiæ potest Judex laicus punire Ecclesiasticum impedientem, aut resistentem jurisdictioni laicæ, pœna aliqua corporali, aut pecuniaria.*
33 *Possunt resistentes, vel jurisdictionem laicam impedientes, à potestate Sæculari capi, si aliter Jurisdictio Sæcularis defendi non possit, ad effectum illos remittendi ad judicem Ecclesiasticum, quæ remissio debet fieri decenter.*
34 *In hoc Principatu in casu resistentiæ validæ factæ per Clericos Regiis officialibus in actu capturæ, seu exequutionis alicujus provisionis, vel sententiæ; quia est atrox delictum, illius cognitio, & punitio pertinet ad judicem Brevis Apostolici.*
35 *Decisio Senatus.*
36 *Equites Ordinum Militarium insaculati in Domo Deputationis pro Stamento Militari, non subjiciuntur Visitatoribus Deputatorum, quoad personas, nec pœnis corporalibus puniuntur, sed pecuniariis.*
37 *Contra Equites Sancti Joannis Hierosolymitani resistentes justitiæ sæculari non proceditur per Constitutionem* com instigant, *nec ejiciuntur à pace, & treuga.*
38 *Dominus Rex tanquam Administrator perpetuus Ordinum Militarium Castellæ potest causas, & punitionem Equitum Ordinum Militarium judicibus sæcularibus committere, & si pro hoc Principatu tunc expediri oportet commissio per Sacrum Supremum Concilium Ordinum cum literis approbatoriis, & ut vulgò dicitur* sobrecarta *supremi Concilii Aragonum.*
39 *Dubium.*
40 *Judex Sæcularis non potest capere personam Ecclesiasticam, nisi in flagranti delicto, vel quando persona Ecclesiastica est in fuga, vel est suspecta de fuga, & nu.41.*
42 *De potestate suprema œconomica, & politica agitur remissivè.*
43 *Recitatur concordia Comitis de Osorno super exemptione fori, qua gaudent Equites Divi Jacobi, & nu.44. & 45.*
46 *Quæ concordia etiam ponderatur in reliquis Equitibus Ordinum Militarium, & ejus validitas, & observantia controvertitur usque ad nu. 57.*
58 *Observantia nostra traditur.*
59 *Opinio Auctoris.*
60 *Primaratio assignatur.*
61 *Secunda ratio, ubi varia recitantur exemplaria, in quibus Equites Militares fuerunt capti à Judicibus sæcularibus, & remissi ad Regium Concilium Ordinum, usque ad nu.67.*
68 *Tertia ratio.*
69 *Doctores Regiæ Audientiæ sunt privativè subditi Domino Regi, quod declaratur, & nu.70.*
71 *Objectio.*
72 *Solutio.*
73 *Equites Ordinum Militarium capiuntur à Judicibus Sæcularibus, ne delicta eorum remaneant impunita, quæ ratio ampliatur etiam. n 74.*
75 *Potest Judex Sæcularis capere, Ecclesiasticum bono zelo ductus, ut illum præsentet suo Judici.*
76 *Potest Judex Sæcularis capere Ecclesiasticum ex intervallo, ut eum remittat ad Judicem Ecclesiasticum sine ulla requisitione.*
77 *Maximè non existente Prælato, vel Vicario Generali in loco delicti.*
78 *Quando deficit Potestas Ecclesiastica, possunt laici capere Clericos, & in illos animadvertere, & absentia Judicis competentis tribuit jurisdictionem incompetentis.*
79 *Varii assignantur casus, in quibus Judex non est competens ad puniendum, & est competens ad capiendum, ad finem remittendi.*
80 *Resolutio Auctoris, & n.seqq.*

CONJECIT se intrò dubitatio, an Equites Ordinis, & Militiæ Beatæ Mariæ de Calatrava, & aliorum Ordinum sint verè Religiosi, & privilegio fori Ecclesiastici gaudeant; in qua antiqui, & moderni pugnant, quos congessit Carleval. *de judiciis tom. 1. tit. 1. disp. 2. nu. 413.* P. Suarez *de Religion. tom. 4. lib. 1. cap. 4. à num. 8.* Sarmiento *de reddit. Ecclesiastic. par. 4. cap. 1. n. 13. & in defensione ejusdem tractatus par. 1. in responsi admonit 55. à n. 1.* de la Mora *de confirmat. Ordinis Divi Jacob. lib. 2. cap. 1. § 2. 3. 4. & cap. 2. per tot.* quos allegat Faria ad Covar. *var. lib. 1. cap. 19 nu. 74.* Sperel. *decis. 2. tota*, & patet ex DD. infra citandis, ex quibus colligo diversas opiniones. Prima est affirmantium, Equites dictorum Ordinum, qui vel sunt uxorati, vel ducere possunt uxorem, non esse verè, & perfectè Religiosos, eam tenent allegati à Reg. Cortiada *dec. 8. à num. 81. usque ad nu. 88. & in addit. post secundum tom. decis.* Fr. Joannes Martines *in discurs. Theologicis, & politicis dis. 9.* Sanfelic. *dec. 251. lib. 2. nu. 14.* & refert Manfrella *ad decis. Latro 102. nu. 2.* sequitur Jul. Caponius *tom. 2. discep. forens. 121. nu. 5. cum seqq. & à n. 11.* latissimè, *& à num. 18.* Rota coram Seraphin. *inter ejus dec 121. & inter. dec. diver. par. 2. dec. 591.* & coram Robusterio in anno 1579. quam decisionem refert Parisius *de resig. benef. l. 2. quæst. 2. n. 116.* & utramque decisionem recitat Garsia *de benef. par. 1. cap. 4. n. 15.* & coram dict. Seraphin inter ejus impressas *decis. 587.* Cæsar. de Graf. *de preba. dec 1.* Duran *dec. 95. & dec. 308.* quarum secunda est repetita penès Post. *post tr. de manut. decis. 326.* Diana *moral. tr. de dub. Regular. resol. 64* contra id quod dixerat *tom. 1. tract. 2. resol. 50. & tom. 4. tr. 1. res. 36.* Cardinal Luca *de jurisdict. & foro comp. disc. 92. n. 8.* Ursellius *concluf. legal 65. nu. 12. & seq* Carol. Anton. de Luca *to. 2. ad discep. forens. Gratian. c. 363. nu 15. in fin.*

1

Secunda est opinio, hos Equites Ordinum Militarium esse verè, & propriè Religiosos, pro qua diversos allegat Doctores Reg. Cortiada *dict. decis. 8. num. 28. & 29. & in addit. post. 2. tom. decis.* & noviter post hæc scripta visus *decis. 139. num. 5.* Quesada Pilo *cont. forens. cap. 50. num. 82. & dissert. 22. num. 70. & 83.* Crespi *obs. 55. à num. 19.* Marinis *var. resolut. lib. 1 cap. 44. num. 14.* & sequitur Caramuel. *in 2. Theolog. regul. epist. 11. nu. 2602.* ubi doctissimè id probat, & cum Basilico Pontio *tract. de imped. matr. cas. 27. quæst. 2 §. 4* dicit. ibi: *Dicos Equites esse verè, & substantialiter Religiosos, adeò certum existimo, ut oppositum judicem nimis licentiosè dictum, ne dicam gravius, cum pleno ore litteræ Pontificiæ illos appellent Religiosos, & etiam cum castitate conjugali vera Religio constare possit, & quod sicut in paupertate latitudo est, etiam in castitate, quæ est materia voti;* & post eum nuper scribunt, & sequuntur Dom. Vicecan. Crespi *obs. 55. num. 18.* & Hippolitus de Samper, *in Montesia illustrata tom. 2. par. 3. discurs. 4. num. 611. usque ad 617.* infinitos recitat P. Mendo *de Ordinibus Militaribus dis. 2. quæst. 2. §. 2.* ubi fundamenta opinionis adducit, & § 3. fundamenta contraria ponderat, & inter Doctores quos allegat pro hac opinione, est Don Ginesius Morote Blasques *in patrocinio Ordinis de Alcantara ex fol. 13* à quo centum, & septuaginta duo Auctores affert, & latissimè etiam Episcop. Urrutigoyti *de competent. qu. 75.* infinitos allegat Reg Matthæu *de regim. Reg. Valen. c. 7. §. 4. nu. 38.* Manfrella *ad d. decis. Latro 102. nu. 2.* Sanfelic. *in prax. sect. 22. num. 7.* al quos etiam allegat Caponius *d. discep forens. 121. nu. 11.*

2

Tertia est opinio, Equites dictorum Ordinum non esse verè Religiosos, sed personas Ecclesiasticas, & privilegio fori gaudere, quam tenent allegati à Reg. Cortiada *d. decis. 8. nu. 89. & in addit. post. 2. tom. decis. & tom. 3. d. decis. 139. num. 6.* pluribus citatis Sperel. *d. decis. 2. à n. 99.* Velasq. *consult. 108. num. 77. lib. 2.* Marinis *quot resol. lib. 1. d. cap. 44. num. 14.* Fagnanus *in cap. nuper à nobis, de bigamis num. 35.* Rota coram Bichio, quæ est inter ejus impressas *tom. 1. decis. 288. num. 45. & 46.* Leo *tom. 1. decis. 89. num. 15.* ubi tradit, Equites Ordinis de Calatrava gaudere privilegio fori Ecclesiastici, Quesada Pilo *d. dissert. 22. num. 70 & 83. & cont. forens. cap. 50. n. 82.* & esse personas Ecclesiasticas impropriè, & abusivè tenet Caponius *d. discep. 121. nu. 13. & seqq.* P. Fragoso *de Republ. Christ. tom. 2. de censur. §. 2. nu. 44.*

3

Quarta est opinio, ex communi usu loquendi Equites Ordinum Militarium Religiosorum appellatione non cõtineri; quapropter qui professus fuerit Ordinem Militarem, non obtinebit legatum Religioso relictum, ut in fortiori-

4

tioribus terminis ex doctrina Sanchez *in præcep. Decaleg. lib.4. cap.16.num.11.12.& 51.* Pelliz. *tom.1.tract.4.cap.1. num 42.* probat Faria ad Covar. *var.lib.1.cap.19.nu.78. & seqq.* quæ opinio hic agitari non oportet, quia casus, qui controvertitur, est circa dictorum Equitum forum.

5 Professio Equitum Divi Jacobi in assumptione habitus, signationeque purpureæ Crucis fit sub regula Sancti Augustini Canonicorum Regularium, ut dicunt Clemens VII. in sua Bulla edita anno 1581. Paulus III. in Bulla edita anno 1534. Pius V. in suo diplomate dato anno 1566. tradit Chassan. *in catal. glor. mundi par.9. consid.7.* Equites verò Ordinis Calatravæ, & Alcantaræ sub Ordinis Cisterciensis regula professionem emittunt, Chassan. *consid.8 dict.par.9.* Lopez *lib.1.par.1.tit.2. glos. 10.l.2.* Quesado Pilo *d.differt.22.n.84.* Jul.Capon. *tom.2. discep.121.num.41.* Matthæu *de regim.Reg.Ualen. cap.7. §.4. num.56. cum seqq.* de quorum, & aliorum Militarium Ordinum statutis, & ordinationibus agitur apud Gaspar Kloc. *de contribut.cap.14. à nu. 73.* & repetit Julius Capon. *tom.2.discep.121.* Equites Hierosolymitanos dici Clericos Regulares sub Religione Sancti Augustini, dixit Rota per Dunozet. *decis.467.nu.5.* forma professionibus habetur penès Franciscum de Leon. *in thesau. fori Ecclesiastici par.1.cap.14.num.16.* & legitur in eorum stabilimentis *tit. de regularibus cap.1.& 2.& in tit. de recep.fratrum cap.1.* ut latè scribit Novar. *quæst. fortuit. par.1. quæst.24. in prin.* sequitur Sanfel. *lib.2. decis.251. nu.3.& 4.* etiam de hac re Rota *recent. par.11. decis.15.* & de nobilitate generosa necessaria ad illorum habitum Cardinal. Luca *in theat.verit. de præeminentiis disc.32. cum duob seqq.* de illius Religionis origine, & institutione latissimè, & doctè agit Julius Capon. *tom.1.discep.forens.2.* plures allegans, Historicos, Legistas, & Theologos, qui Sacram Religionem Sancti Joannis Hierosolymitani, sivè Melitensis, & illius privilegia illustrarunt; etiam de his aliqua recitant Reg. Cortiada *decis.138. in princ.* Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *discep. forens. tom.2.cap.363.num.14.*

6 Quinta est opinio, quòd circa forum Equitum Ordinum Militarium deferendum sit consuetudini, & observantiæ (& hanc sequimur) scribit Reg. Cortiada *d. dec. 8.nu.94.* ubi usque *ad nu.102.* refert quid in Regno Aragonum, in Regno Valentiæ, in Regno Castellæ, in Lusitaniæ, in Regno Neapolis, & in Regno Sardiniæ observetur, ex latè per eum adductis, & in *addit.post.2.tom. à nu.94.ad 102. & tom.3. dec.139. nu.14. cum seqq.* In hoc Principatu Equites Ordinum Militarium quoad eorum bona propria sunt de jurisdictione Domini Regis, & personæ sæculares censentur; quo verò ad eorum personas pro Ecclesiasticis reputantur, tradit Canc. *var.3.cap.14. nu.67.& 68.* ubi testatur ita passim per Dom. Cancellarium judicari, Berart. *in spec.visit.cap.3.n.46.& 47.* Ripoll *var.cap.1.nu.378.in fin.* quorum doctrinas, & observantias colligit Reg. Cortiada *dict.dec.8.nu.94.& tom.3. dec.139.nu.12.* Quam consuetudinem esse validam, & ei standum scribit Mast. *decis.290.num.87.lib.3.* P. Mendo *de ordin. milit. disq.2. num.46.* Dom. Don Christoph. Crespi *obs.55.num.9.& 10.* Reg.Cortiada *post.2.tom.dec. in addit.ad dictam dec.8. à nu.94. ad 102.& tom.3. d.decis.139. num.12.* & probat Cardinalis Luca *de foro comp. dict.discur.92.num.16.& 18.* Castro Palao *tom.6.tract.de censur.disp.23.§.1.num.16.* Bonacina *tom.3.de excom. in partic.disp.2.quæst.3 punct.6. sect.3.n.9.* docens in aliquibus Regnis usu receptum esse, ut propter delicta fiat exequutio in fructibus Comend. per Judicem Sæcularem, & sequitur Julius Capon. *dict.discep.121.à num.28.* qui *n.34.& 47.* assignans rationem dicit, quod illa exemptio à foro laicali est juris positivi, undè contrarium consuetudo benè potest introducere.

7 Supradicta consuetudo in hoc Principatu admissa adjuvatur ex sequentibus; nam Equites dictorum Ordinum propter delicta commissa in eorum officiis publicis quæ susceperunt, subjiciuntur Judicibus Sæcularibus; non tamen ita, ut possint puniri pœna capitali, aut temporali, sed suspensionis, vel privationis ab officio, Carleval. *de judic.lib.1.tit.1.disp.2.quæst.6. sect.3. num.453.* P.Mendo, *de ordin.milit.disq.2.quæst.2.num.80.* in Equitibus Ordinum, asserens, id non jure, sed consuetudine fuisse introductum: Berart. *in spec.visit.cap.3.nu.46.& 47.* ad quem se refert D. Didacus, Bolero & Calax *in tract. de decoc. debitorum Fiscal.tit.1.quæst.14. n.12.* & faciunt adducta à Jul.Capon. *tom.2.d.discept.forens. 121. nu.18.* Regens Cortiada *dec.138. nu.7.* remissivè de hac re.

Qui Doctores ideò affirmant Equites dictorum Ordinum (quia uti Religiosi ab omni jurisdictione sæculari sunt exempti) prohiberi ad officia sæcularia eligi, Berart. *in spec. visit dict.cap.3.nu 49.* Et in Milite Hierosolymitano idem refert Franc. *decis.479 nu.4. in fin.* & ibi ejus Additionator modernus Luca, & sequitur Roccus *tom.1.responsi.35. num.10.* Tapia *dec. Italiæ 10.* Rovitus *in prag.1.de Cleric. & Ecclesiast. personis*, Marta *de jurisdict.par.4.cent.2.cas.127.nu.7.* Thoro *in compend. dec. Cur Archiepiscop.tom.3 par.2. verb. Milites Hierosolymitani*, Cutel. *de donat.tract.1.discurs.20 par.3.num.10.& nu.54. ac 55.* & alii citati per Julium Caponium *tom.2. discept.forens.121.n.9.* Reg.Cortiada *dec.8 n.71.tom.1.& dec.9.n.10 & dec.138.n.7.tom.3.* pluribus citatis.

At in Cathalonia Pragmaticas habemus *sub tit. de las cosas prohibidas als Clergues, & Const.2.eodem tit. & pro Domo Deputationis cap.35.cur. 1599* super his Font. *tom.1 dec.190. & seq.* in quibus enumerantur officia publica, à quibus arcentur Clerici, & ad quæ admittuntur in hoc Principatu, attento jure communi, de hac re agunt Mastril. *de Magistrat.lib.2.cap.6.nu.1. & seqq.& num.10.* Carleval. *de judic.dic. disp.2.num. 453. in fin.* Solorz. *in polit.Indian.lib.5.cap.4.lit.F, & tom.2.de jur.Indiar.lib.3. cap.8.in fin.& lib.4.cap.4.à nu.42.* Vela *differt.43.num.3. & 15.* & alii citati per Romaguera ad Conciol. *ad statut. Eugubii lib.1.rub.65.nu.1.* latissimè Capyc. Galeota *resp. Fiscal.12.a nu.221.*

Et ulterius patet, nam Equitibus dictorum Ordinum sequestrantur jurisdictiones temporales, propter abusus in jurisdictione commissos, ut patet in exemplaribus relatis *decis. seq.* 9

Non obstantibus suprà fundatis in observantia cognoscendi delicta Equitum Ordinum Militarium, quoad bona tantùm, cum incidisset hæc hæsitatio anno 1680. in Equite offendente officialem Regium Sæcularem in exercitio sui officii, opposuit Fisci Procurator Regiæ Curiæ posse per Regium Criminale Concilium in casu controverso procedi ad punitionem Equitis quoad personam, & bona, ex duplici ratione. 10

Prima, quia practicatum videmus in Domo Deputationis hujus Principatus, in qua Equites Ordinis de Calatrava, & aliorum Ordinum reputantur (exceptis Equitibus Divi Joannis) pro personis sæcularibus, & non Ecclesiasticis, quia insaculantur in bursis Stamenti Militaris, & non in bursis Stamenti Ecclesiastici, ubi tantùm insaculantur Prælati, & Personæ Ecclesiasticæ, prout vidimus, quòd pro Stamento Militari fuit Auditor computorum Franciscus de Pedrolo Ordinis, & Militiæ Beatæ Mariæ de Montesia; quo arguto in contrarium utitur Episcopus Urrutygoyti *in tractatu de competentiis quæst.75.num.41.* scribens, in Aragonia Equites dictorum Ordinum esse verè Religiosos, idque manifestum fieri ex praxi, cum ex notoriis actibus Curiæ constet, Commendatorem Majorem Montalvani Ordinis S. Jacobi, & Commendatorem Majorem Ordinis de Calatrava imbursatos, & insaculatos existere in officiis Prælatorum Deputationis cum cæteris Episcopis, & Prælatis; & multoties vidisse fortitos fuisse, & quod magis est, eosdem Commendatarios in Curiis Generalibus habere sedem, & vocem in Bracchio, seu Stamento Ecclesiastico, quod dicit esse notum. 11

Secunda, quia si alicujus Judicis, etsi incompetentis, jurisdictio offenditur, vel contemnitur, ut in casu resistentiæ, vel in exercitio sui officii, resistens, vel offendens punitur à Judice offenso, etsi incompetenti: tradit decisum Franc. *decis.147.* & ibi Additionator Luca, Tondutus *de præven.judiciali par.2.cap.46.n.1.cum seq.* Thoro *in compend decis.par.2.ver.remissio vassalli*, Scialoya *de foro comp.cap.19.nu.33.* Boerius *dec.19. num.15.* Franc. *decis.722.* Merlinus *cont.71.cent.2.* Roccus *de offic.rub.15. nu.157.* Nobilis de Tristany *in Corona Benedictina cap.5.num.24.& seq. & nu.54.& seq.* Romaguera ad Conciol *super statut. Eugubii lib.4.rub.30.nu.9.& 10.* Reg.Cortiada *decis.27. à num.8.* & Nob.Sebastianus de Cortiada ejus filius *in tract. de jurisd. Cap. Gener. quæst. 21.num.1.& 2.* qui *num.3.* ex Quesada Pilo *cont. cap.35. num.103.* id extendit non solùm, quando personæ offendentes sunt personæ privatæ, sed etiam quando sunt personæ publicæ, & habent dignitatem, vel jurisdictionem; aliqua de hac re alibi diximus. 12

Nec opitulantur Militi privilegiū militare, *ex l.1.& 2. ff.de* 13

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ff. de offic. præf. Ayala *de jure belli lib. 3. cap. 8. num. 5.* Galeota *responso Fisc. num. 24. & 25.* & his citatis Rocc̃us *de officiis rub. 15. nu. 165.* Scialoya *de foro comp. cap. 19. 33. & cap. 37. num. 57.* Solorz. *in politica Indian. lib. 5. cap. 18. lit. F.* Nob. Sebastianus de Cortiada *in tract. de Jurisd. cap. Gener. quæst. 21. num. 17.* ubi tradit observatum fuisse de tempore Excellentissimi Domini Principis de Parma Locumtenentis Generalis in principio suæ Locumtenentiæ, qui juravit 6. Martii 1676. contra Militem Equestrem, qui resistentiam fecit Bajulo Villæ Franchæ Pœniten. in exercitio sui officii: vidi etiam observatum 6. Octobris 1676. ref. Nobili Bonaventura de Tristany I. R. C. in casu resistentiæ factæ per Franciscum N. Militem Equestrem, qui per R. C. fuit bannitus à Villa Francha Pœnitent. & ejus termino per unum annum, & die 1. Octobris 1680. Jacobus N. miles vulgò *micalets* per Regium Concilium ob resistentiam factam Bajulo Regio Villæ Turricellæ de Montegrino in exercitio sui officii, in qua fuit occisus Consul ejusdem Villæ, qui assistebat Bajulo, pro his criminibus fuit condemnatus, quòd suspenderetur in alta furca ut ejus anima separaretur à corpore, ref. Domino Michaele Taverner & Rubi, scriba Riambau, sed ex decreto Excellentissimi Ducis de Bournonville fuit commutata pœna in triremes perpetuas.

14 Sic etiamsi Provinciales ipsi Capitaneo Generali, suisque Algutziriis ducendo exercitum, vel aliàs exercentibus opera ad bellicam artem pertinentia, de facto resistentiam fecerint, cognitio, & punitio ad Capitaneum Generalem pertinet, Ferrer 3 *par. obs. cap. 116. ver. Primò fuit conclusum, in fine*, Reg. Cortiada *dec. 11. nu. 5.* Don Lud. de Exea *de jurisd. ducis belli fol. 58.*

15 Ad idem faciunt, quæ decisa refert Cartharius *dec. 86. & 89.* contra laicum percutientem satellites, & ministros Judicis Ecclesiastici in actu exequutionis à Judice Ecclesiastico indictæ, & sequuntur Ric. *collect. 4299. par. 9.* Boerius *dec. 105.* Pape *dec. 179.* & hos laudat Roccus *de offic. rubr. 15. n. 170.* Jacobus Pignatel *tom. 2. consult. 52.* qui *num. 1.* recitat congregationem immunitatis in Aconitan. 9. Junii 1671. & suam congregationem Concilii in Panormitan. declarasse officiales Curiæ Episcopalis in actu exercendi suum officium offendentes, vel aliàs jurisdictionem Episcopi impedientes, etiam si Milites Hierosolymitani sint, vel aliter exempti ab Episcopo, coerceri, & puniri posse, & post Barbos. *de univers. jure Eccles. lib. 1. cap. 43. nu. 154. & decis. Apostol. cap. 303. num. 6.* Regens Cortiada *tom. 3. decis. 139. num. 17.* & in Religioso offendente Ecclesiasticum in exercitio sui officii, ut ab eo possit puniri, Belletus *disq. Cleric. §. 5. num. 20. & 21.* Ciarlin. *controver. foren. cap. 48. num. 16.* Nobilis Bonaventura de Tristany *in Corona Benedict. cap. 5. nu. 53.*

16 Pariter si officialis Regius offendatur in exercitio sui officii per vassallum Baronis, punitio pertinet ad Dom. Regem, Franc. *decis. 722.* Tondutus *de præven. par. 1. cap. 11. ver. quartò*, & aliis allegatis Reg. Cortiada *decis. 27. num. 125.* & adde eundem Tondut. *de præven par. 2. cap. 46. nu. 8.* etiamsi Judex loci, in quo fuit facta iniuria, ibidem exerceat jurisdictionem cum clausula privativa, & abdicativa, Merlin. *cent. 2. cont. 71.* Roccus *de offic. rub. 15. nu. 161.*

17 Hæcque procedunt, si offendatur Minister, vel Officialis à Judice deputatus in exercitio sui muneris, Auth. *de quæst. §. maximè, & in Auth. de judicibus, §. qui ver. necessitatem*, Merlin. *cont. 2. cap. 71. num. 3.* Roccus *de offic. d. rub. 15. nu. 159.*

18 Quemadmodum idem est, si offendantur Notarii Curiæ, aut nuntii, vel servientes in ea, ut ex Cattrens. *in d. l. nullum 12. Cod. de testibus*, Bovadilla *in polit. lib. 2. cap. 17. nu. 48.* Farinac. *de testibus q. 67. §. 2. ex tex. in l. si quis forte, §. si quos ff. de pœnis*, Merlin. *d. cont. 71. nu. 3.* & his, & aliis allegatis sequitur Roccus *de offic. d. rub. 15. num. 160.* Nob. Sebast. de Cortiada *in tract. de jurisd. Cap. Gener. quæst. 21. num. 7.*

19 Quæ procedunt, si offensa fiat officiali in exercitio sui officii, vel ratione officii, & non ex causa privata; nam si ex hac offendatur, Judici incompetenti non competit punitio offensæ, sed pro punitione debet adhiberi Judex proprius, Consilia. Ferrer *in alleg. pro jurisd. Reg. num. 80. 85. 86. & 90.* Nob. Bonaventura de Tristany *in Corona Benedictina cap. 5. nu. 60.* ex pluribus per eos laudatis.

20 Judici tamen offenso in officio, vel ratione officii non datur jurisdictio privativa ad Judicem proprium offendentis, sed cumulativa, & inter eos est locus præventioni, Cabal. *resol. 117. cent 2.* Giurba *cons. 59. n. 118.* Rodoe. ad Marinis *lib. 1. res. cap. 50. nu. 7.* Nobilis de Tristany *in Corona Benedictina cap. 5. nu. 47. 48. & 57.* Chrispolt. *cas. milit. 33.* Prato *resp. 42.* Tondutus *civil. par. 2. cap. 46. n. 9.* Merlinus *cent. 2 cap. 71.* Franc *dec. 147.* & ibi Luca *n. 4.*

21 Quæ omnia fundantur *in l. nullum 14. Cod. de testibus*, in qua disponitur, ut testis coram Judice falsum deponens ab eodem puniatur, licet aliàs non sit delinquentis competens, quæ lex, etsi casum falsi testis expresserit; attamen propter identitatem rationis in ea lege scriptę, fundatæ in offensione aurium Judicis, per Doctores ampliata est, ut habeat locum in omni actu criminoso, quem coram Judice quis fecerit, Nobilis de Tristany *in Corona Benedictina cap. 5. n. 25. & seq. & nu. 56. & seq.* Farin. *in prax. q. 8. nu. 26. & quæst. 67. tota*, Galeota *resp. Fisc. 1. nu. 4.* Sanfelic. *dec. 63. nu. 4.* Merlin. *cent. 2 cap. 71. nu. 4.* Roccus *de offic. rub. 15. nu. 136. & seqq.* sivè sit pars litigans, sivè Advocatus, sivè actorum Notarius, Sebastianus Guazzin. *def. 1. cap. 27.* imò etiamsi non sit coram Judice, Franc. *dec. 147.* & ibidem Luca *nu. 1.*

22 Et ita est certum, quòd propter offensam, & contemptum Judicis incompetentis, & qui nullam habet jurisdictionem, testem coram eo deponentem punit pœna scilicet extraordinaria, Peg. *in prax. crim. cap. 26. ver. Præterea posset dubitari, & decis. 60. num. 1. & decis. 79. num. 2.* Xammar *de offic. Jud. par. 1. quæst. 1. nu. 79.* quos, & alios laudat Reg. Cortiada *dec. 21. num. 46.* Roccus *de offic. d. rub. 15. n. 156.* Nob. Sebastianus Cortiada *in tract. de jurisd. Cap. Gener. q. 21. nu. 6.* Episc. Urrutigoyti *de comp. jurisd. q. 64.* dummodò sit incompetentia actualis, & non potentialis, Prato *resp. crim. 42. n. 12.* Nobilis de Tristany *in Corona Benedictina cap. 5. nu. 46.*

23 Et in Milite, qui potest propter falsitatem puniri à Judice, coram quo falsum deposuit, ex pluribus Reg. Cortiada *dec. 11. nu. 28. ver. dicentur, in fine*, Roccus *d. rub. 15. nu. 165.* cum pluribus aliis Nob. Sebast. Cortiada *in tract. de jurisd. Cap. Gener. q. 21. n. 20.* quibus accedit Chrispolt. *casu milit. 33.* ubi tradit decisum.

24 Undè ex his omnibus videbatur dicendum, quòd in casu offensæ Judici officianti, vel Regio Officiali factæ, Equites Ordinis de Calatrava, & aliorum Ordinum Militarium gaudere non debent privilegio fori, sed possunt personæ eorum puniri per Regium Concilium offensum; ut in similibus terminis in hanc partem allegari potest Larrea *alleg. 64.* & post eum Reg. Cortiada *to. 3. dec. 139. nu. 21.* de hac re latius infra.

25 In nostro Regio Concilio supradictam opinionem admissam fuisse apparet in casu fortiori; nam cum Paulus de Fluvià Regius Algutzirius ordinarius capturam fecisset in personam N. non dubitarunt N. & N. Commendator Ordinis Sancti Joannis, Ludovicus N., & alii validam resistentiam facere dicto Algutzirio, & aliis officialibus de ejus comitiva, in qua exemerunt à manibus dicti Algutzirii captum. Et per Regium Criminale Concilium die 25. Maii 1591. (est in lib. fol. 45. de qua re mentionem facit Xammar *de privil. Civitatis Barcinonæ, §. 22. in addit. sub num. 18.*) fuit conclusum, quòd procederetur contra eorum personas, & bona ad exequutionem ibi: *Fiat instata exequutio in personas, & bona*, &c. in vim laudamenti Curię vigore regaliæ Usatici *Auctoritate, & rogatu*, taxando quantitates injuriæ ad duas mille quadringentas libras, & damnorum ad octingentas libras, una cum undecuplo.

26 Diximus hæc in fortioribus terminis procedere, quia sine difficultate aliqua Equites Sancti Joannis Hierosolymitani sunt verè, & propriè Religiosi; quia emittunt tria vota substantialia Religionis, Sperel. *decis. 21. & antea dec. 2. num. 58.* Reg. Cortiada *d. decis. 8. à num. 64.* & noviter *tom. 3. decis. 138. ferè per tot.* diversos allegans, quibus adde Luc. *de Jurisd. & foro comp. disc. 92. num. 8.* Tondutum *quæst. benef. tom. 2. cap. 132. à n. 10.* Rodoer. ad Marinis *resol. quotid. lib. 1. cap. 111. num. 26.* Faria ad Covar. *var. lib. 1. cap. 19. num. 76.* Jul Capon. *tom. 1. discep. forens. 2. num. 2. & 18. ac fere per tot. & tom. 2. discep. 121. num. 9.* & dixit Rota apud Ludovis. *dec. 87. & in recent. par. 1. decis. 333. & par. 2. decis. 454. & par. 11. & decis. 15. decis. 51. num. 2.* Pasqualig. *quæst. moral. juridic. quæst. 56.* Amat. Dunozet. *decis. 467. nu. 5. & antea decis. 240. num. 1.* Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *discep. forens. c. 363. nu. 11.*

27 Sed

27 Sed his haud refragantibus non habuimus recedere à suprà traditis, solùm quoad bona, & temporaliter subiici Equites Ordinum Militarium Regio Concilio, ex observantia hujus Principatus, & non quoad personas, quarum respectu dicimus Judices Sæculares incōpetentes esse; nam observantia nostra quoad personas illorum Equitum nihil innovavit, & ex magis veriori, & certa opinione dicti Equites censentur Religiosi, vel personæ Ecclesiasticæ, & Judex Sæcularis non solùm incompetens, sed etiam incapax existit cognoscendi in causis mixtis, & criminalibus de personis dictorum Equitum.

28 Quam rem certam reddidit Philippi Regis nostri Catholici indelebilis memoriæ Regium diploma datum Matriti 10. Januarii 1609. quod expresè recitat Mastril. *dec.* 290 *num.* 165. confirmatum per Breve Clementis VIII. & a Paulo V. corroboratum, ubi causas mixtas, & Crimina les cujuscumque generis Equitum Ordinum Militarium, quamvis casus graves sint, nulla causa, & forma à Judicibus Sæcularibus cujuscumq; qualitatis sint, posse cognosci, & in eis se intromittere; Civiles verò regulandas forè juxta loci stylum, ac consuetudinem, sancitur ibi: *Y que de alli adelante todas las causas criminales, y mixtas de los Cavalleros de dichas tres Ordenes Militares vayan en primera instancia al Consejo dellas, y que por graves que sean los casos, y aunque esté en presas las personas remitan à ellas, y ellas al dicho Consejo de las Ordenes*, sequitur Quesada Pilo *differt.* 22. *n.* 85.

29 Probat Crescent. in Milite Sancti Jacobi *dec.* 3. *de foro comp.* ibi: *Exemptus à jurisdictione ordinarii, ut est Miles Sancti Jacobi de Spata non potest dando mandatum, neque aliàs prorogare jurisdictionem, & consentire in non suum judicem, cum non de suo tantùm, sed etiam superioris præjudicio tractetur, cui immediatè est subjectus, ut per Abbat. in cap. cum tempore 5. not ab. de arbitris. Ideò secundum Dominos in una Legionen. matrimonii, coram Domino Pisaurienſi sententia contra talem Militem lata, fuit tenta nulla, & tanto magis, quia Privilegium Martini Quinti habet Decretum irritans, cui non potest de partium consensu renuntiari, ad glos. in cap. statutum, §. in nullo quoque de rescrip. in 6.* quem ad litteram recitat Marin. *lib.* 1. *c.* 44. *n.* 14. & peneraliter in omnibus Militibus, Carleval. *de judiciis lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 6. *sec.* 3. *n.* 452. Reg. Cortiada *dict. decis.* 8. *n.* 76.

30 Rursus licèt laicus falsum deponens coram Ecclesiastico, possit ab eo puniri data prævention ex parte Ecclesiastici, Peg. *dec.* 79. *n.* 6. Xammar *de offic. Judic. par.* 1. *quæst.* 2. *nu.* 82. quos, & alios sequitur Reg. Cortiada *dec.* 21. *n.* 50. (qui illud *in sequentibus n.* ampliat in testibus coram Cancellario falsum deponentibus, etsi sint personæ Ecclesiasticæ, ubi per eum) & in materia adde Ciarlin. *cont. par.* 1. *c.* 48. Ansald. *de jurisd. par.* 2. *tit.* 19. *c.* 26. *n.* 59. Merlin. *dict. cont.* 71. *nu.* 9. Roccum *de offic. d. rub.* 15. *num.* 169. Nobilem Don Bonaventuram de Tristany *in Corona Benedictina c.* 5. *nu.* 31 Manfrella ad Latro *dec.* 172. *nu. fin.* Rovit. *dec.* 20. *n.* 18. & ibi Altim. Rodoer ad Marin. *quot. resol.* 50. *n.* 6. Guazz. *ad defens. animar. lib.* 2. *def.* 1. *c.* 12. *n.* 11. & alios quos allegat Romaguera *ad statuta Eugubii lib.* 4. *rub.* 47. *in fin.*

31 Attamen propter incapacitatem, & incompetentiam Judicis Sæcularis, actualem, & potentialem, ab eo puniri non potest Clericus falsum coram eo deponens (quid quid dicant Roccus *de offic. d. rub.* 15. *nu.* 168. & multi ab eo laudati) Peguera *dec.* 79. *n.* 5. Ripoll. *var.* 1. *à nu.* 137. Xammar. *de offic. judic. par.* 1. *qu.* 2. *n.* 81. cum multis Reg. Cortiada *to.* 1. *dec.* 21. *n.* 51. & *dec.* 35. *nu.* 41. adde Lucam ad Franc. *dec.* 147. *n.* 4. *in fine*, cum pluribus à Rodoer. *in addit. ad Marin. lib.* 1. *q.* 50. *n.* 3. eundem Marin. *lib.* 2. *resol.* 177. *n.* 12. Cabal. *res. crim. cas.* 261. *num.* 4. Barbos. *de univers. jur. Ecclesiast. l.* 1. *c.* 39. §. 2. *nu.* 90. & 91. Vela *disser. jur. lib.* 2. *differt.* 44. *n.* 55. Rovitum *dec.* 20. *num.* 18. & ibi Altimar. *eod. num.* 18. Sabel. *in summa diversor. tract.* §. *Clericus numer.* 52. Guazz. *ad defens. animarum lib.* 2. *def.* 1. *cap.* 12. *numer.* 11. Capon. *discep. forens. tom.* 3. *capit.* 134. *num.* 72. & alios quos citat Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 4. *d. rub.* 47. *n.* 13. Nobil. de Tristany *in Corona Benedictina capit.* 5. *n.* 32. & *n.* 44. & *seqq.* qui allegat Tambur. *de jure abbat t.* 1. *disp.* 15. *q.* 19. *n.* 28. Prato *res. crim.* 42. *n.* 12. & illis adhuc adde Crispolt. *casu milit.* 33. *n.* 2. *ver. demum*, Ciarlin. *contr.* 48. *n.* 10. Merlin *t.* 2. *contr.* 71. *n.* 9. Marin. ad Revert. *dec.* 234. *n.* 3. cum allis laudatis Manfrella ad Latro *decis.* 172. *num.* 30.

Prout nec in casu resistentiæ potest Judex laicus puni- 32
re Ecclesiasticum impedientem, aut resistentem jurisdictioni laicæ, pœnà aliquà corporali, vel pecuniariâ, ut contra Bovad. *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *num.* 84. & alios tenet Diana *par.* 4. *tract.* 1. *resolu.* 79. & *in summa in ver. Judex laicus nu.* 2. Sanchez *in opusc. tom.* 1 *lib.* 3. *cap. unico, dub.* 31. *nu.* 2. Delbene *de immun. Ecclesiast. cap.* 10. *dub.* 35. *sec.* 4.

Possent tamen resistentes, vel jurisdictionem laicam 33
impedientes, à potestate sæculari capi, si aliter jurisdictio sæcularis defendi non possit, scribit Delbene *de immun. dict. c.* 10 *dub.* 35. *sec.* 4. ad effectum illos remittendi ad Judicem Ecclesiasticum, quæ remissio non debet fieri ignominiosè, sed decenter, ut scribit Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 2. *numer.* 60. *usque ad numer.* 67. & Nos *decis.* 12. *num.*

In hoc Principatu in causa resistentiæ validæ, factæ 34
per Clericos Regiis Officialibus in actu capturæ, seu executionis alicujus provisionis, vel sententiæ (quia est atrox delictum) cognitio, & punitio pertinet ad Judicem Brevis Apostolici, qui est Ecclesiasticus, ut pluribus comprobat Reg. Cortiada *decis.* 38. *num.* 107. & *sequenti*.

Sequitur ergo, Equites Ordinum Militarium subjec- 35
tos non esse Regio Criminali Concilio in hoc Principatu quoad eorum personas, sed tantùm respectu bonorum, ex observantia hucusque tenta, & in casu contraverso declaravit Senatus die 19. Septembris 1680. in Regia Audientia junctis Tribus Aulis per illa verba: *Attento Equites Ordinum Militarium quoad eorum bona propria sunt de jurisdictione Domini Regis, & personæ Sæculares censentur.* & iterum declaravit R. Audientia junctis Tribus Aulis die 25. dicti mensis Septembris 1680.

Nec tunc obstat observantia Domus Deputationis, 36
in qua Equites dictorum Ordinum pro Sæcularibus reputantur, quia id procedit ex dispositione, & observantia Domus particulari: & adhuc Deputatorum Visitatoribus non conceditur indè facultas puniendi eos Equites pœnis corporalibus, sed pecuniariis, & aliis extra eorum personas.

Nec etiam obstat provisio laudamenti Curiæ facta in 37
Regio Concilio contra personam, & bona Commendatoris Sancti Joannis Hierosolymitani die 25. Maii 1591. in casu resistentiæ, & offensæ factæ officiali Regio in exercitio sui officii, ut supra expediuntur, quia non constat eam provisionem respectu dicti Religiosi habuisse effectum, imò quod magis est in eodem die, cum in eodem Concilio Regio fuisset concluſum, quòd procederetur contra offendentes dictum Officialem Regium, per Constitutionem *cum Instigant. tit. quant sia licit, ò no quisca veny.* juxta praxim traditam à Peg. *in crim. cap.* 21. eos publicando pro inimicis Domini Regis, & pro electis à pace, & treuga: attamen contra dictum Commendatorem per tale remedium non fuit processum, nec contra illum cernitur declaratum publicandum esse pro ejecto à pace, & treuga, ut est videre *in lib. conclus. crim. dict. anni fol.* 46. in quo demonstratur clarè contra illius personam non fuisse processum.

Dominus noster Rex tanquam Administrator perpe- 38
tuus Ordinum Militarium Castellæ (ut scribit Cardinal. Luca *in theat. verit. lib.* 14. *discur.* 22. & Carol Anton. de Luca ad Gratian. *tom.* 2. *discept. cap.* 363. *num.* 15. *circa med.* Reg. Cortiada *tom.* 3. *decis.* 139. *num.* 22.) potest causas, & punitionem Equitum Ordinum Militarium Judicibus Sæcularibus committere, ex Pontificia concessione Leonis X. testatur Carleval. *de judiciis disp.* 2. *numer.* 435. quem sequutus fuit Excellentissimus Crespi *obs.* 53. *num.* 32. Reg. Cortiada *d. decis.* 139. *num.* 25. & comprobat Sanfelicius *in prax. sec.* 22. *num.* 6. *cum seqq.* ubi *num.* 8. recitat quòd imputato quodam Marchione, Equite Aurei Velleris, de mandato ad occidendum alterum Marchionem; non obstante prætenso privilegio, fuit delegata causa Ministris perpetuis non ejusdem Ordinis, per quos compilato processu fuit condemnatus pœnà relegationis, & exequuta contra ipsum sententia, & tradit formam Decreti, & comprobat Reg. Cortiada *d. decis.* 139. *num. fin.* & id observatum recitat Carol. Antonius de Rosa *in prax. crim. cap.* 4. *num.* 13 in Equite Sancti Jacobi inquisito de crimine falsæ monetæ: Expediri tunc oportet commissio per Sacrum Supremum

Con-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Concilium Ordinum cum litteris approbatoriis, & ut vulgò dicitur *sobore carta* Supremi Concilii Aragonum, Crespi *dict. observ.* 53. *n.* 24. ut fuit in hoc Principatu observatum die 25. Maii 1612. in remissione Thesaurarii reddituum Ordinis de Alcantara, requirente Commissario ad id deputato, ut trado *dec.* 37. *nu.* 32. *vers. A Regio Concilio.*

39 Post hæc scripta evenit disputandus articulus, an Equites Ordinis, & Militiæ Sancti Jacobi de Spata, impetitus de crimine usurpatæ Regiæ jurisdictionis (contra quem pars interessata instavit, & aliunde fuit processum per Regaliam usatici *Auctoritate, & rogatu, tit. de dret del Fisch*) posset capi de ordine Regii Criminalis Concilii, post aliquos dies commissi delicti, & sic ex intervallo, ad effectum illum cum processu informativo remittendi ad Regium Concilium Ordinum Castellæ.

40 Cui dubio apparebat negativè respondendum ex unico fundamento; nam ut suprà latiùs probavimus, Milites Ordinum Militarium sunt personæ Religiosæ, & Ecclesiasticæ, & quoad eorum personas Judex Sæcularis non tantùm est incompetens; imò etiam incapax. Atqui Judex Sæcularis non potest personam Ecclesiasticam capere ad finem remittendi captam ad Judicem competentem, nisi in flagranti delicto, vel quando persona Ecclesiastica est in fuga; vel suspecta de fuga; non verò ex intervallo, Reg. Cortiada *p.* 3. *dec.* 138. *à n.* 16. *cum seqq. usque ad n.* 26. Grassis *de effect. Cleric. effect.* 1. *n.* 537. juncto *n.* 350. *& seq* ad tradita per Nos *dec.* 12. *par.* 1. *nu.* 81.

41 Ergo extra eos casus, & sic post multum tempus delicti, & ex intervallo non poterit Judex Sæcularis capere Equitem Ordinis Militaris Divi Jacobi, ad finem illum remittendi ad suum Judicem Ordinum.

42 Ante difficultatis cardinem præmittenda sunt aliqua juris primordia; & sit primum, quòd hic non agitur de potestate Suprema œconomica, & politica, de qua agunt Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 27. Dom. Don Christoph. Crepi *observ.* 3. *à n.* 17. Dom. Don Francis. Ramos de Manzano *ad II. Juliam, & Papiam. lib.* 3. *cap.* 46. *cum seqq.* sed agitur de potestate Judicibus Sæcularibus via ordinaria competenti.

43 Secundum, Cæsarea Majestas Imperatoris Caroli Quinti Hispaniarum Regis indelebilis memoriæ in concordia facta cum Capitulo Generali Ordinis Divi Jacobi, vigesimatertia mensis Augusti anni 1527. (quam Concordiam vocant Comitis de Osorno, quia quo tempore fuit facta, erat Præses Concilii Ordinum Militarium Castellæ) tria Capitula statuit, quoad Primum (recitata exemptione fori quâ gaudere debent Equites Divi Jacobi) disponens Equites prædictos in sex casibus forè jurisdictioni Sæcularis subjectos, seu amittere privilegium fori, videlicet in causa hæresis, criminis læsæ Majestatis, peccati nefandi, proditionis, seu rebellionis, seditionis, tumultus, commotionis, seu concitationis Populorum, aut illationis belli, violationis Regiorum rescriptorum, aut securitatis Regiæ, aut inobedientiæ Regiorum præceptorũ.

44 Secundum, quòd in aliis delictis enormibus, & atrocibus detur præventio inter Judices Sæculares, & Judices dicti Ordinis, ibi: *Item, que en otros qualesquier delitos enormes, y atroces, nosiendo de los arriba contenidos, como si fuessen alevos, ò forçadores, ò publicos robadores, è incendiarios, escandelizadores, quebrantadores de Iglesias, ò Monasterios, ò incurriessen en otros delitos semejantes, è calificados, que aora sea à pedimiento de parte que acuda, ò se proceda de officio, que aja lugar prevencion entre las nuestras Justicias, è de la dicha Orden.*

45 Ultimum, quòd in cæteris delictis minoribus sint Equites exempti à jurisdictione Sæculari, & teneantur Judices Sæculares, Equites cum processu remittere ad Judices Ordinis, ibi: *Pero, que en todos los otros delitos, y excessos menores, y de menos calidad, que los susodicos, aunque sean tales, que por ellos se deba imponer pena de muerte, ò cortiamento de miembro, ò destierro perpetuo, conforme à derecho, y leyes de nuestros Reynos, que contra los dichos Comendadores puedan solamente conocer para hazer la pesquisa, è prender, ò prendar los delinquentes; pero luego que dentro de veinte y quatro horas, si los Juezes de la Orden estuvieren præsentes; y en otra manera dentro de tres dias sean obligados à los remitir, ò entregar à los Juezes de la Orden, a costa de los delinquentes, con la informacion que huvieren tomado; para que por ellos sean punidos, y castigados conforme à justicia; y que no puedan bolver, ni buelva à jurisdiccion del Juez, que los prendiò, à donde se cometiò el delito, sin que traigan carta en forma de los Juezes de las Ordenes, de como fueron sentenciados, y muestren como han complido la sentencia en el tiempo, segun, y de la manera que en ella fuere contenido.* Quam Concordiam, ut hic habetur ad litteram, recitat Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *n.* 433.

Tertium juris primordium est, quòd licèt hæc Concordia solùm disponat quoad forum Equitum Ordinis Sancti Jacobi de Spata, eam tamen ponderant in reliquis Ordinibus Militaribus, Larrea *alleg. Fiscal.* 64. *nu.* 23. *cum seqq.* Crespi *obser.* 53. *n.* 27. *& seq.* Reg. Cortiada *dec.* 139. *nu.* 21. 46

Quatrum, quòd constans non est apud Doctores validitas, & observantia dictæ Concordiæ Comitis de Osorno; nam quidam pugnant pro ejus invaliditate; quidam in contrarium certant; & alii denique rem conciliant. Dicunt Primi, quòd per Equites Ordinum Militarium à prædicta Concordia Comitis de Osorno fuit supplicatum, Gregorius Lopez *in l.* 1. *tit.* 7. *par.* 1. *glos.* 1. F. Emmanuel. Rodericus *tom.* 2. *regular. qu.* 63. *art.* 13. Bovadilla *in politic. lib.* 2. *c.* 19. *n.* 10. P. Mendo *de Ordinibus Militar. disp.* 2. *quæst* 2. *nu.* 53. 47

Et cum sine Ordinis assensu fuerit facta dicta Concordia, eam non servari, atte statur F. Emmanuel Rodericus *d. qu.* 63. *ar.* 13. Bovadilla *in polit. lib.* 2. *d. cap.* 19. *n.* 10. & esse nullam, & invalidam recitat Mendo. *d. disp.* 2. *q.* 2. *n.* 53. nec ab his dissentit Carl. *de jud. l.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2 *n.* 434. 48

Ad quod comprobandum referunt Justitiam, & Concilium Aragoniæ intentasse cognoscere contra quendam Equitem eorum Ordinum, eò quòd de quodam crimine assassinatus erat convictus; sed tandem non obtinuisse, sed fuisse ad Concilium Ordinum remissum, ut de dicto delicto cognosceret, attestatur Bovadilla *in polit. lib.* 2. *d. cap.* 19. *n.* 12. Rodericus *d. q.* 63. *ar.* 13. 49

Apud nos ponderari potest casus in hac decisione propositus, ubi dixit Senatus, Equitem Ordinis de Calatrava offendentem Magistratum Secularem in exercitio sui officii, & sic violantem securitatem Regiam, sub qua Officiales Regii in hoc Principatu sunt positi, ut probavimus *dec.* 3. *nu.* 14. *par.* 1. subditum propterea punitioni Judicis Sæcularis (juxta disposita in dicta Concordia Comitis de Osorno) posse quoad bona, non quoad personam per Senatum puniri, ut diximus suprà. 50

Rursus non tam Concordiam fuisse, quam medium quoddam ab Imperatore in junctum ad dirimenda dubia, quæ ipsi proposuerat Capitulum Ordinis Divi Jacobi, dixit Mendo. *de Ordin. Militar. disq.* 2. *qu.* 2. *n.* 53. qui etiam recitat rationes contrariæ opinionis. 51

Alii tamen Doctores existimant, dictam Concordiam Comitis de Osorno, esse admissam, & usu receptam, probat in Regno Valentiæ Dom. Don Christoph. Crespi *observ.* 53. *nu.* 25. *cum seqq.* qui tradit ita obtentum inter alia (etiam ex fundamento desumpto à dicta Concordia) contra Equitem Divi Jacobi. 52

Et in Regno Castellæ decerni competentias juxta dictam Concordiam in Senatu Supremo Castellæ, refert P. Mendo *de Ordin. Militar. dict. disq.* 2. *qu.* 2. *n.* 53. & defendit Larrea *alleg. Fisc.* 64. *num.* 23. loquens in delicto inobedientiæ excepto in dicta Concordia. 53

Et comprobat exemplar relatum à Bovadilla *in polit. lib.* 2. *d. cap.* 19. *n.* 12. ubi Commendatarius illorum Ordinum propter peccatum nefandum fuit condemnatus ad mortem à quodam Judice Sæculari, & tandem fuit concremates, id ipsum recitat Rodericus *d. ar.* 13. 54

Admittendam esse illam Concordiam Comitis de Osorno in hoc Principatu Cathaloniæ argui poterit in casu, quo tale commiserit Eques in hoc Principatu delictum, quod patratum in Regnis Castellæ, à judicio, & jurisdictione Concilii Ordinum, cum excluderet, & per Judices Sæculares puniri posset; nam si in origine, & proprio fundamento Religionis, ex causa delicti atrocis privilegio fori non gaudet; pariter nec in hoc Principatu tali foro gaudere debet, ut argumentatur Dom. Don Christophor. Crespi *d. observ.* 53. *n.* 27. & 28. (qui loquitur de casu evento Valentiæ) & sic intelligi potest Reg. Cortiada *d. dec.* 139. *num.* 21. 55

Postrema opinio conciliatrix est, videlicet non consensisse Concordiæ Religiosos in his, quæ concernunt limitationem jurisdictionis Judicum sui Ordinis, & præjudicium exemptionis Religiosorum, eorumque gravamen; in 56

in his tamen quæ respiciunt favorem, & commodum suum, eam suscepisse, & semper fuisse observatam, quam tenet. Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 1. d. disp. 2. n. 433. in fine.*

57 Hac admissa conciliatione opinionum, non immeritò affirmari poterit, quòd (cum ultimum capitulum Concordiæ Comitis de Osorno disponens circa Equitum remissionem ad Regium Concilium Ordinum, sit favorabile Ordini Militari Divi Jacobi; quia cum remissione fortius radicatur Equitum exemptio, & Regii Concilii dicti Ordinis jurisdictio quoad Equitum punitionem; secùs verò primum, & secundum statuentia circa punitionem, & præventionem Judicibus Sæcularibus permissam in delictis quæ ibi expressantur) observanda veniet Concordia circa Equitum remissionem ad Concilium Ordinum; non verò circa cognitionem, & punitionem Judicibus Sæcularibus concessam.

58 Nec his dissentit observantia in hoc Principatu admissa in exemplari supra relato, in quo Equitem Ordinis de Calatrava quoad personam esse exemptum à jurisdictione Regia Sæculari & subjectum jurisdictioni Ordinum Militarium fuit dictum per Senatum, ut supra recitatur.

59 His in medium jactis, meum judicium est, posse Judicem Sæcularem post delictum, & ex intervallo, quamvis non concurrat flagrantia delicti, vel fuga, vel suspicio fugæ, capere saltem de facto Equitem Ordinis Divi Jacobi, non ad eum puniendum, sed ad illum remittendum ad Regium Concilium Ordinum, ex variis rationibus.

60 Prima, quia ita expressè cautum est in ultimo capitulo (favorabili Ordini Militari Divi Jacobi) Concordiæ Comitis de Osorno, quod supra litteraliter recitatur.

61 Secunda, quia quidquid sit de validitate, & observantia dictæ Concordiæ Comitis de Osorno, ipsum fit manifestum ex diversis exemplaribus, quæ referunt Doctores. Sic de anno 1506. Don Antonius Manrique de Lara, Comes de Morata, Eques Sancti Jacobi captus fuit per Ministros Regios Regni Aragonum, & extitit per Regiũ Decretum, consultatione præcedente remissus, ut asserit Don Didacus Franc. de Urrutigoyti *de comp. qu. 75. n. 10.*

62 Sic cum Mantuæ deliquisset Flaminius Paleogolus Eques Jacobæus, Dom. Rex Philippus Secundus tamquam Ordinis Administrator, seu Magister litteris datis 20. Maii 1564. à Duce Mantuę poposcit eum sibi remitti & fuit remissus, recitat P. Mendo *de Ordin. Milit. disq. 2. quæst. 2. n. 42.*

63 Nec aliud expostulant Bulla Clementis VIII. sub die 20. Januar. 1600. & Pauli V. sub die 5. Novembris 1608. quas recitat Mastril. *dec. 290. num. 165.* Urrutigoyti *d. quæst. 75 num. 16.* quàm causas, & captos esse remittendos ad Regium Concilium Ordinum.

64 Sic communiter habetur, Equites esse remissos, vel remittendos ad suos Judices, vigore privilegiorum Apostolicorum, insinuat Caponius *tom. 2. discep. 121. n. 27.* scribit Carleval *de judic. lib. 1. tit. 1. d. disp. 2. n. 418.* asserens quòd quoties Judices Sæculares de istis causis cognoscunt, inhibentur à Judicibus Concilii Ordinum, ut ad se remittant Reos, & processus.

65 De Regno Aragoniæ esse remissos Equites ad Concilium Ordinum testatur Urrutigoyti *de comp. dict. quæst. 75. nu. 10.* Svelvez *tom. 1. conf. 19. nu. 3.*

66 De Regno Castellæ dicit Bovadilla *in polit. lib. 2. cap. 19. n. 12.* Azevedo *lib. 3. tit. 5. l. 14. n. 4.* asserens in duobus Militibus, Alcantaræ videlicet, & Calatravæ criminaliter accusatos, vidisse, & audivisse à jurisdictione Sæculari exemptos, & pro punitione remissos ad superiores sui Ordinis: de Regnis Aragoniæ, Valentiæ, Cathaloniæ, Navar. Siciliæ, Insularum Majoricæ, & Sardiniæ, de Ducatibus Mediolani attestatur Carleval *de judic. lib. 1. tit. 1. d. disput. 2. n. 437. & seqq.* ubi asserit posse nominatim referre plura exemplaria, ab his Regnis multos Equites trium Ordinum, Sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ remissos fuisse ad Regium Ordinum Concilium.

67 Patet ex his, per Judices Sæculares Equites Ordinum Militarium fuisse captos, & remissos ad Regium Concilium Ordinum, prout nec aliud petunt, & requirunt Judices deputati à dicto Concilio Ordinum, quàm remissionem dictorum Equitum.

68 Tertia probatur ex doctrina Fr. Emmanuel. Roderici *q. can. & regular. tom. 2. qu. 63. ar. 13.* ubi formato dubio an Commendatarii Ordinum Militarium possint conveniri coram Judice Sæculari, scribit ibi: *Pro cujus articuli decisione advertant Judices Sæculares, quòd Commendatarii Ordinum Militarium Divi Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, in eorum territorio delinquentes, debent contra eos procedere usquequò sint per Concilium Regale, aut Tribunal Cancellariæ inhibiti; licèt enim Salicetus affirmaverit eos statim, ut constat de privilegio exemptionis, esse ad suos Judices remittendos, quod videtur innuere Aviles, etiamsi à nemine talis remissio petatur: at non ita practicatur, cum nonnulli horum Commendatariorum, occasione suorum privilegiorum, & exemptionum licentiores, quàm decet reddantur; ita ut contra Ministros Justitiæ, & alias personas publicè controversias moliri audeant; ut autem maxime eorum confringãtur facta juridica informatione delictorum, possunt ipsos apprehendere, & in carcerem intrudere, & secundùm gravitatem negotii eos custodibus custodire: Et licèt contra præfatos Judices Sæculares censuræ proponantur, respondeant appellando, & provisiones ordinarias adducendo, ut absolvantur, & interim misso processu ad Concilium Regale, aut ad Curiam, detinent ipsos incarceratos, usquequò sibi quid agere debeant, respondeatur.*

Quarta est ratio, quia sicuti Equites Ordinum Militarium sunt exempti à jurisdictione Judicum Sæcularium, adeò ut eorum jurisdictionem non possint prorogare, ut supra diximus; ita similiter DD. Regiæ Audientiæ in Criminalibus sunt exempti non tantùm à foro Ordinariorum; sed etiam à foro, & jurisdictione Proregis, & sunt subditi Domino Regi, taliter quòd Prorex absque speciali commissione suę Majestatis non potest contra illos procedere, processus fulminare, nec eos carcerare; & si de facto id fecerit, est ipso jure nullum, nec potest per Dominum Regem revalidari, Carleval *de jud. l. 1. tit. 1. disp. 2. n. 1112.* Reg. Cortiada *dec. 10. n. 123.* Scialoya *de foro cõp. c. 33. n. 114.* (& nos suo loco) in tantum, ut non possint prorogare jurisdictionem Judicum Inferiorum, imò neque Proregis, ut tradunt Doctores citati. Atqui est certum, quòd poterit Prorex in delictis extra officium gravibus, ut homicidii, aut alterius generis, informationes capere, & sub fidejussione Doctores Regiæ Audientiæ detinere, donec Rex certioratus fuerit, & ab ipso responsum obtinuerit; sicut etiam si de corruptela certioratur Prorex, quæ probari postea minimè posset, si negotium in longum traheretur, posset Prorex informationem capere, eamque ad Dom. Regem transmittere, ut illà visà provideret, Tapia *dec Italiæ 3. n. 24.* ad cujus ornatum adeatur Regens Cortiada *dict. dec. 10. n. 123.* 69

Ergo dicendum est, posse Judices Sæculares informationes recipere contra Equites Ordinis Divi Jacobi in delictis gravibus, eosque sub tuto ponere, donec certior redderetur Dom. Rex, tanquam Administrator Ordinum Militarium, ut quod juris fuerit, providere mandet. 70

Supradictis omnibus non officit dicere, quòd ex ultimo capitulo Concordiæ Comitis de Osorno, & ex exemplaribus, & Doctorum assertis supra recitatis, non liquet Equites Ordinis Divi Jacobi, & aliorum Ordinum Militarium posse capi, vel esse de facto captos ex intervallo, imò debent intelligi capturas factas fuisse tempore habili, velut in flagrantia, vel data fuga, aut fugæ suspicione, in quibus casibus licet Judici Sæculari capere Ecclesiasticum ad finem illum remittendi ad suum Judicem competentem; quia triplici ratione huic objectioni respondetur. 71

Primò, quia Concordia Comitis de Osorno; & extra terminos Concordiæ (quidquid sit de ejus observantia) Doctores, qui attestantur de observantia remittendi Equites ad Regium Concilium Ordinum, loquuntur indistinctè, & indubitanter: si illorum asserta ita generaliter non procederent, ab aliquo ex Doctoribus citatis animadverteretur quod nullatenus scriptum cernimus. 72

Secundò, quia motivum, ob quod Doctores, per Judices Sæculares docent captos, & remissos esse Equites Ordinum Militarium ad Judices Ordinum, fundatur in interesse publico, ne delicta remaneant impunita, de quo Reg. Cortiada *dic. dec. 138. nu. 17. & 26.* vel ut punctim docet F. Rodericus *quæst. can. & regul. to. 2. d. q. 63. ar. 13.* ne aliqui eorum Equitum Ordinum Militarium occasione suorum privilegiorum, & exemptionum licentiores, quàm decet, redderentur. Ac ulterius quia, si hæc facultas capiendi non concederetur Judicibus Sæcularibus, & deberent capi à Judicibus Ordinum Militarium, ubi illi non adsunt, possent Equites liberè transire in faciem, & contemptum Judicis loci delicti, in gravem injuriam, & dedecus justitiæ, quod Jus abhorret, ad tradita per Concil. *resol. crim. verbo Exilium resol. 2. in not. num. 3.* 73

Hæc ratio universalis militat tam in casu, quo Eques dicta. 74

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dictorum Ordinum in flagranti, vel dum fugit, aut datur suspicio fugæ, quàm etiam ex intervallo capitur à Judice Sęculari. Ergo utrobique poterit affirmari, tribuendam esse facultatem Judici Sęculari capiendi dictũ Equitem, ad finem illum remittendi ad suum Judicem Ordinũ.

75 Et hic accommoda quod vult Grassis *de effect. Clericat. effect. 1. n.* 536. quòd possit Judex Sæcularis capere Clericum bono zelo ductus, ut illum scilicet præsentet suo Judici: Et hinc infero, quòd zelo justitiæ, ne Equites licentiores reddantur, in dedecus Justitiæ Sæcularis, poterunt capi à Judicibus Sæcularibus, ad finem eos remittendi ad suos Judices Ordinum; quæ doctrina Grassis *in d. num.* 536. intelligi debet non in flagrantia delicti, sed ex intervallo, quia de casu flagrantiæ diversam concipit limitationem *in nu.* 537. *cum seq.*

76 Tertia, nam juxta sensum Reg. Cortiada *dec.* 138. *n.* 26. Clericus post delictum commissum potest capi per Judicem Sæcularem, non solum quando est repertus in flagranti, vel quando fugit, vel est suspectus de fuga; sed etiam in omni casu, in quo Judici Sæculari constat Clericum deliquisse; dummodò ipse Judex Sæcularis prædictum Clericum ita captum sine aliqua requisitione ad suum Judicem Ecclesiasticũ remittat; & probat ex Carolo de Graf. *de effect. Cler. effec. 1. n.* 542. qui alios allegat.

77 Maximè non existente Prælato, vel Vicario Generali in loco delicti, idem Cortiada *d. dec.* 138. *nu.* 26. (ad tradita per Bovadill. *polit. l. 2. c.* 18. *n.* 50. *in fin.* Graf. *de effectu Cleric. d. effec. 1. n.* 963. *cum seqq.* ubi refert observatum in causa cujusdam Equitis Melitensis, & in causa Receptoris Religionis Melitensis, qui duo commisit homicidia, & fuit captus per officiales Regii Concilii Panorm. & ita captus sub fidejussione fuit transmissus ad ejus Magnum Magistrum; à quo non discedit Sanfel. *dec.* 251. ubi ita judicatum tradit in Novitio ejusdem Religionis) idque æquissimum esse existimat, ne delicta remaneant impunita, nec credit, quod Prælatus Ecclesiasticus Clericum sic captum ex intervallo per Judicem Sæcularem, relaxaret, eò quòd sicut Clericus potest capi per Judicem Sæcularem de licentia Episcopi, Barbosa *in c. ut famæ n.* 4. *de sent. excom. c. si Clericus, eodem in* 6. ita potest capturas ratificare, ex traditis per Alciatum *in c. cum ab homine, à n.* 65. *ver. Puto communem, de Judiciis*, hæc Regens Cortiada.

78 Hoc est quod dicitur, quòd quando deficit Potestas Ecclesiastica, possunt laici capere Clericos, & in illos animadvertere, absque metu excommunicationis, *cap. Princeps Sæcularis*. juncta Glos. 23. *qu.* 5. Belletus *disq. Cleric. par. 1. de fau. Cleric. can. §. 2. nu.* 37. (qui ideo docet, quòd Sede Apostolica vacante laici possunt includere de facto, & obsidere Cardinales in conclavi pro creando Summo Pontifice) & deficit Potestas etiam quando longè abest; nam etiam absentia Judicis competentis tribuit jurisdictionem Judici non competenti, Grassis *dict. effect. 1. n.* 963. Cutell. *de immunit. l. 2. qu.* 53. hæc, quæ proceduntin Clericis, fortiùs procedere debent in Equitibus Ordinum Militarium.

79 Quorum omnium ratio est, quia licèt Judex Sæcularis incompetens sit ad capiendum Equites Ordinum Militarium ad illos puniendum, non tamen erit incompetes ad illos remittendum ad Judicem Ordinum; quia varii à jure assignantur casus, in quibus Judex incompetens ad judicandum, vel puniendum, non est incompetens ad capiendum, ad finem remittendi, ob periculum in mora, & propter pacem publicam, ut scribit Bovadil. *in polit. l. 2. c.* 18. *n.* 50. *in fine*, Cancer *var. 2. c. 2. n.* 257. Scialoya *de foro comp. c* 19. *n.* 27. Reg. Cortiadia *dec.* 10. *n.* 184.

80 Undè existimo, posse Judicem Sæcularem capere saltem de facto Equitem Ordinis Divi Jacobi, impetitum de delicto gravi, videlicet usurpationis jurisdictionis Regiæ, etiam ex intervallo, ad effectum illum remittẽdi una cum processu informativo ad Regium Concilium Ordinum.

81 Nec officit rario in initio hujus controversiæ ponderata, inducta ab exemptione fori sæcularis, quo gaudent personæ Ecclesiasticæ, quia singulariter in Equitibus Ordinum Militarium, quid observandum sit, est desuper stabilitum, ultra quod etiam in illis præcisis, & fortioribus terminis, quid sentiant DD. est discussum, ex quorum declarationibus, vel subdeclarationibus, quid in puncto sit sentiendum, est suprà fundatum.

82 Super allegatis, & dubii declaratione, interposita est consultatio Domino nostro Regi, & nihil super illa fuit decretum, sed sub die 10. Januarii 1687. remisit per S. C. Ordinum cognitionem causæ Excellentissimo Domino Marchioni de Leganes Locumtenenti Generali hujus Principatus, &c. usque ad sententiam exclusivè.

DECISIO LXXXII.

ARGUMENTUM.

Deciditur casus, quando Baro Ecclesiasticus procedit cum Censuris ut Baro contra officiales Regios, & firmat contentionem, aut dubium super contentione in sua Curia, aut in alia Ecclesiastica contra Curiam Sæcularem, & qua forma procedatur; an per hanc sit firmanda contentio, vel dubium super contentione: ubi etiam agitur de contentione firmanda per Equites Ordinum Militarium. Pariter quædam præludia ponderantur demonstrantia quomodò, & per quos Officiales regatur jurisdictio in Civitate Tarraconæ.

SUMMARIUM.

1 *Omnis jurisdictio dimanat à Rege tanquam à fonte, & in ea Dominus Rex fũdatam intentionem habet.*

2 *Barones Ecclesiastici Cathaloniæ jurisdictionem temporalem habentes, anteaquam adipiscantur possessionem Baroniæ, Regi fidelitatem jurare tenentur & executoriales litteras obtinere, & procedetur criminaliter contra eos, qui his non actis tradunt possessionem.*

3 *Quando Baro Ecclesiasticus procedit ut Baro, ab illius procedimentis non recurritur ad Judicem Ecclesiasticum, sed ad Dominum Regem, & ejus Regium Concilium.*

4 *Quælibet causa illis movenda circa jurisdictionis exercitium, vel quia illam Regi spectare prætendatur, in Regia Audientia tractari oportet tanquam consistorialis natura sua, & si Criminalis sit, ad Regium Concilium spectat, & secunda instantia per appellationem, vel recursum.*

5 *Ecclesiastici Barones tenentur exercere jurisdictionem eisdem modo, & forma, quibus illam exercent cæteri Barones Sæculares.*

6 *Contra Barones Ecclesiasticos procedetur ad sequestrum jurisdictionis sæcularis, si ea abutantur.*

7 *Contra Ecclesiasticum qui se gerit uti Baronem, non firmatur contentio, ubi declaratio Cancellarii, & infra num.* 14.

8 *Alia declaratio.*

9 *Si agitur contra Baronem Ecclesiasticum de prærogativis Ecclesiasticis, vel spiritualibus, & non profanis, causa est tractanda coram Iudice Ecclesiastico.*

10 *Comprobatur.*

11 *Quædam præludia demonstrantia quomodo, & per ques officiales regatur jurisdictio in Civitate Tarraconæ, proponuntur usque ad nu.* 21.

22 *Factum usque ad nu.* 29.

30 *Vicarii intra eorum Vicarias latas possunt ministrare justitiam querelantibus de Bajulis Regiis, & eorum Locatenentibus, Assessoribus, & Judicibus, de his quæ debent uti privatæ personæ.*

31 *Barones nullo in casu Civili, aut Criminali possunt de Regiis officialibus cognoscere, sunt enim de familia Domini Regis, & de ejus foro, & jurisdictione.*

32 *Si officialis graviter delinqueret, posset Dominus Castri illum capere, & ad superiorem remittere.*

33 *Provisio contra Baronem Ecclesiasticum procedentem contra officiales Regios.*

34 *Litteræ vigore provisionis.*

35 *Quoties est contentio jurisdictionis inter duos Barones, vel Baronem, & officialem Regium, contentionis declaratio pertinet privativè ad Dominum Regem, etiamsi Baro sit Ecclesiasticus, ubi diversæ conclusiones Senatus expressantur, & nu.* 36.

37 *Supplicatio Procuratoris Fiscalis, & provisio Senatus in causa præhabito.*

38 *Secundæ litteræ à Curia Ecclesiastica, cum motivis in eis contentis.*

Quan-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

39 *Quando Curia possit compelli firmare contentionem.*
40 *Et jam in casu notoriæ jurisdictionis, quando Curia possit compelli ad firmandum dubium, declaratur, & numer.* 41.
42 *Quando compelli non possit, & numer.* 44.
43 *Provisio sequestrationis jurisdictionis in casu controverso.*
44 *Aliæ litteræ à Curia Ecclesiastica Tarraconæ.*
45 *Litteræ responsivæ à Curia Regia.*
46 *Declaratio Trium Aularum.*
47 *Quid urbanitatis gratia fuerit actum in casu, & exitus procedimentorum, & numer* 48.
49 *Quando procedendum sit ad occupationem temporalitatum, ex quo recusat Curia Ecclesiastica firmare contentionem cum sæculari, & num.* 50.
51 *Aliud simile dubium.*
52 *Quando delegatus lædit aliquam Regaliam, quomodò contra illum procedatur.*
53 *Quomodo Equites Ordinum Militarium, si molestantur in Cathalonia per Judicem Sæcularem, firmare possint contentionem, & num.* 54.
55 *Factum cum resolutione Senatus, usque ad fin.*

1 PRÆLUDIA quædam supponenda censeo ad muniendam decisionem facti contingentis. Primò, quòd omnis jurisdictio dimanat à Rege tanquam à fonte, & in ea Dominus Rex habet fundatam suam intentionem, Font. *decis.* 341. *num.* 2. Cancer *var.* 3. *cap.* 13. *num.* 346. & Nos *decis.* 71. *numer.* 1.

2 Quocirca Barones Ecclesiastici Cathaloniæ, veluti Archiepiscopus, Episcopi, Abbates, & alii Prælati Jurisdictionem temporalem habentes, antea quam adipiscantur possessionem jurisdictionum temporalium, Regi fidelitatem jurare tenentur, & exequutoriales litteras obtinere, Fontan. *d. decis.* 341. *num.* 25. & 26. ubi *num.* 27. dicit, quòd Rex procedit criminaliter contra eos, qui sine exequutorialibus Domini Regis tradunt possessionem de aliqua Baronia personæ Ecclesiasticæ, dicimus *decis.* 3. *num.* 40.

3 Secundò, quando Baro Ecclesiasticus procedit ut Baro, ab illius procedimentis per oppressum recurritur non ad superiorem Ecclesiasticum, sed ad Dominum Regem, & ejus Regium Concilium; quia considerata temporali jurisdictione, quam exercet ut Baro, de ejus procedimentis Dominus Rex est Judex competens, Reg. Cortiada *decis.* 9. *num.* 3. & *decis.* 15. *num.* 14.

4 Tertiò, quòd hinc quælibet causa illis movenda circa jurisdictionis exercitium, vel quia illam Regi spectare prætendatur, in Regia Audientia tractari oportet tanquam consistorialis natura sua, Cancer *var.* 1. *cap.* 12. *numer.* 90. Fontan. *d. decis.* 341. *per totam*, Ripoll. *var.* 2. *cap.* 1. *à num* 203. & causæ omnes motæ in Curiis prædictorum uti Baronum, cum qualitate in prima instantia ad Regiam Audientiam evocantur, & si Criminales sint, ad Regium Criminale Concilium, ut Nos dicimus latius *in decis.* 1. *num.* 8. & in secunda instantia per appellationem, vel recursum, Fontan. *d. decis.* 341. Oliba *de jure Fisci cap.* 10 *num* 13.

5 Quartò, secularem jurisdictionem exercere tenentur eisdem modo, & forma, quibus illam exercent cæteri Barones Sæculares, Font. *d. decis.* 341. *num.* 7. nec possunt uti censuris, aut excommunicatione pro illius exercitio, Cancer *var.* 3. *c.* 13. *n.* 146. Cabedo *dec.* 40. *n.* 13. *par.* 2. Reg. Matthæu *de regi. Reg. Valen. t.* 2. *c.* 8. *§.* 8. *n.* 281. Reg. Cortiada *decis.* 9. *numer* 11. & *decis.* 27. *num.* 190.

6 Quintò, si Barones Ecclesiastici jurisdictione sæculari abutuntur receptando delinquentes, ejectos à pace, & treuga, aut usurpando Regiam jurisdictionem, vel vassallos opprimendo, proceditur contra illos ad sequestrationem jurisdictionis sæcularis, & formatur processus in Regio Criminali Concilio eodem modo, ac si procederetur contra Baronem Sæcularem ad Fisci instantiam per informationem, & provisionem secretam absque partis citatione, dempto quòd contra eos non fit provisio capturæ, sicut contra Barones Sæculares, practicando in omnibus *decis. Peg.* 36. *tom.* 1. Font. *dec.* 341. *num.* 28. & Nos diximus *decis.* 71.

7 Sextò, quando Baro Ecclesiasticus non se gerit ut personam Ecclesiasticam, sed ut Baronem exercentem jurisdictionem temporalem, cum eo non firmatur contentio; imò si per Curiam Regiam ordinariam inadvertenter firmetur, declaratur per Cancellarium, contentionem non procedere, prout ita fuit dictum per Cancellarium Cassador die 29. Aprilis 1568. intervenientibus Regiis Senatoribus Sabater, Sorts, Cordellas, Quintana, Poll, & Puig, in facto Reverendi in Christo patris Episcopi Vicen. qui ut Baro inquisitionem firmaverat contra Joannem N. tanquam usurarium, qui recursum interposuit ad Regium Concilium Criminale, à quo litteræ recursus fuerunt emanatæ; & quia ex inquisitione constabat tanquam Baronem processisse, fuit declaratum contentionem non procedere, & per Cancellarium Rovirola die 30. Octobris 1604. fuit declaratum, consultoribus Fontanet, & Senjust in favorem Curiæ Sæcularis R. A. & singularium Villæ de Riudaura contra Abbatem Campirotundi uti Baronem dictæ Villæ; tractabatur namque in R. A. de possessione per singulares dictæ Villæ prætensa, ducendi, tractandi, & finiendi omnes, & quascumque causas tam Civiles, quàm Criminales, ad jurisdictionem dicti Abbatis pertinentes in termino dictæ Villæ de Riudaura, & super prohibitione venandi in dicto termino absque licentia Abbatis per eum uti Dominum jurisdictionis dicti termini facta, ut aliis exemplaribus comprobat Ferrer *obs. par.* 3. *c.* 168. Oliba *de jure Fisci. cap.* 10. *num.* 2. & *num.* 12. Canc. *var.* 1. *cap.* 12. *à numer.* 86. & *par.* 3. *cap.* 13. *num.* 345. & 346. Font. *de pact. tom.* 1. *cla.* 4. *glos.* 10. *par.* 1. *numer* 9. & *decis* 341. *à num.* 16. *par.* 3. idem Oliba *de jure Fisci cap* 3. *nu.* 28. *ad* 40. Mastril. *de Magistrat lib.* 3. *cap.* 1. *tot* Ramon. *cons.* 24. *n.* 112. Callicius *in Margarita Fisci dub.* 8. *nu.* 16. *præ.* 94. quos aliquibus prætermissis citat Reg. Cort. *dec.* 9. *n* 4.

Et fuit declaratum per Cancellarium Pons, Consultoribus Aleny, Anglasell, & Ferrer 7. Maii 1672. in causa contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Sæcularem R. A. & Syndicum Villæbertran ex una, & Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Archipresbyterum, & Capitulum Ecclesiæ de Villabertran ex alia, occasione quarundam oppressionum, & vexationum per dictos Archipresbyterum, & Capitulum contra singulares dictæ Villæ vasallos suos illatarum, pro quibus Syndicus dictæ Villæ instabat in dicta Curia Sæculari R. A. ad Magnifici Josephi Aleny R. A. D. relationem, sequestrum jurisdictionis, & extitit declaratum per dictum Cancellarium, cognitionem dictæ causæ ad Curiam Sæcularem pertinere, & spectare. 8

Septimò, notanter supra diximus, quòd attenta temporali jurisdictione Baro Eccles. reputatur ut laicus, & est conveniendus in Curia Sæculari; quia si de prærogativis spiritualibus, vel Ecclesiasticis, & non de profanis ageretur, causa tractanda foret coram Judice Ecclesiastico; & ita resolutum fuit in contentione jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & F. P. Curiæ Ecclesiasticæ Dertusæ ex una; & P. F. P. & Curiam Sæcularem Regiæ Audientiæ, & Fr. Don Ludovicum de Pujalsons Equitem Sancti Joannis Hierosolymitani Commendatorem de Asco ex alia, in qua dictus Pujalsons uti Baro de Asco prætendebat prærogativam sedendi in presbyterio Villæ de Asco, dum in ea divina officia celebrantur, & licèt prætenderet P. F. P. dictam prærogativam esse de regalibus, & sic cognitionem causæ ad Curiam Sæcularem pertinere; attamen per Cancellarium Pons, Consultoribus Aleny, Tristany, & Anglasell 29. Aprilis 1671. fuit declaratum, cognitionem dictæ causæ ad dictam Curiam Ecclesiasticam pertinere, quia dicta prærogativa non erat temporalis, sed Ecclesiastica. 9

Quæ comprobat Cancer *var* 3. *c.* 10. *n.* 115 ubi allegat contentionem declaratam in favorem Curiæ Ecclesiasticæ per Cancellarium Rovirola 26. Septembris 1603. & sequitur Intrig. *in prax. t.* 1. *annot.* 12 § *unico nu.* 28. & *de potest. Archiep. c.* 228 *de not. rev. reg. t.* 4. *tr* 8 *q.* 33. Barbosa *l.* 3. *vot.* 226. *n.* 275. & *in collec. ad Concil. Trident sess.* 25. *de reg. c.* 13. ubi plures, Novar. *consil. t.* 1. *l.* 2. *de foro comp. cons.* 3. *num* 5. ubi rationem assignat loquens de quadam Confraternitate laicali, asserens, quòd licèt illa subiiciatur Judici laico, & debeat coram eo conveniri, & non subsit Episcopo regulariter quoad temporalia, & bona, quæ ipsis habent in sua Congregatione; illi tamen subiiciuntur Episcopo quoad actus Ecclesiasticos. 10

Etiam ad facti infrascripti perceptionem liceat considerare, quòd jurisdictio Civilis, & Criminalis, merum, & mixtum imperium in Civitate Tarraconæ est Domini nostri Regis, & admodum Reverendi in Christo Patris Archiepiscopi ejusdem Civitatis, & illam exercent pro indiviso, & ad ejus administrationem constituunt sua 11

Maje-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Majestas unum Vicarium, & Archiepiscopus alium, quibus unusquisque nominat Assessorem.

Vicarius Regius, & Vicarius Archiepiscopi tantùm exercent pro indiviso jurisdictionem in plebejos, non in milites, neque in gaudentes privilegio militari.

12 Vicarius Archiepiscopi nullam communicatam habet regaliam; Vicarius tamen Regius duas regalias communicatas tenet, videlicet pacis, & træguæ, & soni emissi.

13 Jurisdictio in dicta Civitate administratur non nomine Vicariorum, sed Curiæ communis, & eo nomine omnes provisiones, & sententiæ promulgantur; quo fit ut jurisdictio utriusque Vicarii sit cumulativa, & simul cognoscunt de causis vertentibus in Curia, quin sit inter eos locus præventioni.

14 Pro decisione causarum appellationum primarum, seu secundæ instantiæ creat Archiepiscopus Judicem Secularem; pro causis verò appellationum tertiæ instantiæ, seu secundarum appellationum Judex est Vicarius Generalis Archiepiscopi, qui etiam nomine Curiæ communis sententias profert, & si impeditus reperitur Judex primarum appellationum, Vicarius Generalis illa decidit, & coram illo prosequuntur, Oliba *de jure Fisci c.* 10 *n.* 15.

15 Solus Dominus Rex in Civitate, & Campo Tarraconæ alium officialem creat, qui Procurator Regius vocatur, & semper Miles est, aut gaudens privilegio militari, sicut cæteri Vicarii Cathaloniæ; qui tamen plebei esse possunt, nisi contrarium per privilegium sit indultum Fonta. *dec.* 220. *tota*.

16 Procurator Regius in Civitate, & Campo Tarraconæ jura regalia exercet, scilicet illa quæ Vicarii Regii in suis Vicariis habent; nam cognoscit de Militibus, & gaudentibus privilegio Militari, eo modo quo Vicarii, prout explicat Xammar *de offic. Judic. par.* 1. *qu.* 7. *n.* 62. ex Cancer. Fontan. & aliis, Reg. Cortiada *dec.* 10. *a n.* 140. civiliter scilicet, & non criminaliter, etsi inquisitionem facere possit, & Milites capere (exceptis regaliis soni emissi, & pacis, & treugæ) habet Locumtenentem, Assessorem, & Curiam formatam.

18 Si suscitatur contentio super immunitate Ecclesiastica, non potest firmari coram Vicariis, sed coram Regio Procuratore, aliàs declaratur contentionem non procedere, Reg. Cortiada *d. c.* 11. *n.* 37. & signanter *nu.* 39. cum Xammar *rerum Judic. def.* 100. *n.* 4. *cum seqq.*

19 Regius Vicarius potest creare Locumtenentem Regaliarum, & sic Vicarius Regius exercet regaliam soni emissi, & in ejus absentia Locumtenens regaliarum, Fontan. *de pact. claus.* 4. *glos.* 11. *n.* 52. Cancer. *var.* 3. *c.* 5. *n.* 39.

20 Absente Vicario Regio, & ejus Locumtenente regaliarum, exercet Consul in ordine Secundus dictæ Civitatis, & eo absente Consul Tertius regaliam soni emissi; non verò exercet aliam jurisdictionem ordinariam, nisi quando absunt Vicarius Regius, & Vicarius Archiepiscopi; nam si quilibet ex his fuerit præsens, is nomine Curiarum exercet jurisdictionem ordinariam.

21 Cuncta superiùs relata ponderata fuerunt in Regio Concilio die 4. Martii 1683. ref. Magnifico Vincentio Sabater nunc R. A. D. in declaratione assistentiæ, quam obtinuit officialis, seu Vicarius admodum Reverendi in Christo Patris Archiepiscopi Tarraconæ in exercitio jurisdictionis in Civitate Tarraconæ.

22 His præhabitis fuit factum, nocte diei 8. Decembris 1659. Joannes Pinyol Bajulus Regius Villæ de Cambrils exarmavit tres Commissarios Regii Procuratoris; & licèt eos mancipare in Regiis carceribus tentaret; id tamen non perfecit. Die decima prædictorum mensis, & anni ex procedimentis per Bajulum factis, læsam suam jurisdictionem prætendens Regius Procurator, seu ejus Locumtenens, Bajulo præcepit litteratoriè, quatenus intra spatium viginti quatuor horarum, sub pœna florenorum quingentorum, arma sibi restitueret, aut justas redderet rationes; & quia dum rationes reddebat in Curia, quædam protulit inurbana verba, captus fuit à Locumtenente Regii Procuratoris die 12. Decembris 1659. in Civitate Tarraconæ; à captura Bajulus appellavit ad Vicarium Generalem Judicem secundarum appellationum Tarraconæ (omisso medio quia impeditus) & requisivit Locumtenentem Procuratoris Regii, quatenus appellationem prosequeretur in dicta Curia Baronali, quòd facere juridicè recusavit.

23 Die 13. Decembris 1659. horæ undecimæ pulsato quadrante, Josephus de Arnes Vicarius Generalis, ut Judex secundarum appellationum Tarraconæ, Locumtenenti Regii Procuratoris in scriptis mandavit, quatenus intra trium horarum spatium compareret in sua secundarum appellationum Curia, & in ea prosequeretur appellationē per Bajuli Procuratorem interpositam sub pœna excōmunicationis latæ sententiæ, trina Canonica monitione præmissa, &c. & illum simul citavit ad videndum se declarari excommunicatum termino elapso in casu cōtrafactionis.

Die eadem 13. Decembris 1659. unius horæ diei tribus pulsatis quadrantibus, Locumtenens Regii Procuratoris litteratoriè monuit Vicarium Generalem, quatenus mandatum revocaret, vel firmaret contentionem, juxta formam præscriptam in Concordia Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Convenarum. 24

Cave, quòd erravit Locumtenens Regii Procuratoris; quia Concordia locum habet, quando Judex Ecclesiasticus Ordinarius, ut talis procedit extra casum suæ jurisdictionis, turbando Regiam, vel alterius Judicis Sæcularis, aut Baronis sivè Sæcularis, sivè Ecclesiastici. Reg. Matthæu *de regi. Reg. Valent t.* 2. *c.* 7. §. 1. *per tot.* secùs vero quando Baro Ecclesiasticus ut talis Regiam, vel alterius turbat, aut usurpat jurisdictionem; hoc enim in casu locum non habet Concordia, sed proceditur eodem modo, quo inter reliquos Judices Sæculares per viam contentionis jurisdictionis; & evocatur causa ad Regium Concilium, in quo deciditur, cui spectet casus cognitio, Matthæu *de regi. Reg. Valen.* nostris adductis *c.* 7. §. 5. *n.* 29. *t.* 2. 25

Die 15. Decembris 1659. horæ quintæ diei quadrantibus duobus pulsatis, Locumtenens Regii Procuratoris litteratoriè monuit Vicarium Generalem, quatenus attentata facta post præsentationem primarum litterarum, eidem iterum horam assignando, revocaret, aliàs contentionem firmaret, juxta concordiam; & iterum erravit. 26

Die 16. Decemb. 1659. Vicarius Generalis Locumtenentem Regii Procuratoris excōmunicatum declaravit. 27

Locumtenens Regii Procuratoris die 17. Decembris 1659. monuit Vicarium Generalem litteratoriè; quatenus obtemperaret litteris eidem præsentatis 13. Decembris, de quibus suprà, sub comminatione occupationis temporalitatum. Et die 20. Decembris sub dicta comminatione eundem monuit, quatenus pareret litteris ei præsentatis die 15. ejusdem mensis, de quibus suprà. 28

Die 29. Decembris 1659. comparuit coram sua Excellentia, & Regio Concilio Nobilis Josephus Rossell de Omedes Regius Procurator Tarraconæ nomine proprio, & procuratorio, Locumtenens, quibus adhæsit Fisci Procurator Regiæ Curiæ, & cum supplicatione factum, & procedimenta omnia facta Tarraconæ recitando, allegarunt omnia procedimenta per Vicarium Generalem esse nulliter facta, & prolata; ac esse præjudicialia, turbativa, & usurpativa Regiæ jurisdictionis; quia etiamsi Vicarius Generalis jurisdictionem haberet in appellationibus causarum Criminalium Tarraconæ; illam minimè habere poterat in causis Regiorum Officialium, in quibus Barones nullo modo jurisdictionem habere possunt, & in omni casu cum talis jurisdictio dimanet à commissionibus Regiis ex suo primævo origine, exerceri non potuit pœnis, & censuris Ecclesiasticis, sed solum eo modo, quo jurisdictio temporalis Baronum laicorum valet exerceri in Cathalonia, taliter quòd nec potuit, neque debuit pro exercitio dictæ temporalis jurisdictionis uti pœnis, & censuris Ecclesiasticis, quibus uti valet pro exercitio jurisdictionis Ecclesiasticæ, quam habet uti Archiepiscopus, quapropter omnia prædicta deducendo, &c. exhibendo, &c. firmando, &c. supplicavit, ut infra in provisione hic erat decretanda supplicatio, ut sequitur. 29

Magnificus N. recognoscat supplicata, & verbum faciat.

Provisa, &c.

Lecta supplicatione in Regio Concilio, & cunctis exhibitis attentè ponderatis, dixerunt domini Senatores quòd Regii Officiales in Cathalonia sunt penitus exempti à foro Baronum, & etiam à foro Regiorum Officialiū inferiorum, & regulariter à jure communi, & ex prærogativa, & regalia Dominus Rex punit illos, dicimus alibi.

Verum est, quòd Vicarii infra eorum Vicarias latas possunt ministrare justitiam querelantibus se de bajulis Regiis, & eorum Locatenentibus, Assessoribus, & Judicibus de his, quæ debent ut privatæ personæ; & hoc ne cogantur officiales deserere exercitium officiorum sibi commissorum, ut habetur *in Constitutione* 12. *lib.* 3. *tit.* 2. *vol.* 1. Miler. *collat.* 7. *in Curia Regis Petri III. Montisoni cap.* 23. *à num.* 27. & Nos alibi. 30

Baro-

31 Barones tamen nullo in casu civili, aut criminali possunt de Regiis officialibus cognoscere; sunt enim de familia domini Regis; & ita de ejus foro, & jurisdictione, *Conflit. unica tit. que los oficials*, Ferrer 3. *par observ. cap.* 302. Canc. *var.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *in fine*, & *var.* 3. *capit.* 5. *numer.* 46. 94. & 95. & *cap.* 10 *num.* 130. & *cap.* 12. *à num.* 100. & *cap.* 13. *num.* 224. *ver. an autem*, latè Reg. Cortiada *decis.* 27. *num.* 113.

32 Si verò officialis graviter delinqueret, posset castri dominus illum capere, & ad superiorem remittere, Canc. *var.* 2. *cap.* 2. *num.* 257. & *var.* 3. *cap.* 13. *nu.* 223. Reg. Cortiada *decis.* 10. *num.* 184. & *decis.* 27. *nu.* 118. cum ergo Regius Procurator Tarraconæ, & illius Locumtenens sint verè Officiales Regii, & præeminentes, certissimum est, de illis cognoscere non posse Archiepiscopum, uti Baronem nec ejus officiales.

Provisio contra Baronem.

33 *Recepta* 29. *Decembris* 1659. *insequendo conclusionem in Regio Concilio factam, provideat quod inserantur, &c. & admissa juris firma, &c. scribatur admodum Reverendo Archiepiscopo Tarraconæ, ejusque officiali, & Vicario Generali; & aliis ad quos spectet, quod intra spatium trium dierum cassent, revocent, annullent, & à registris ejus Curiæ deleant procedimenta facta contra Nobilem Didacum de Uidal, & Agrai Locumtenentem Procuratoris Regii in dicta Civitate, Campo, & Vicaria Tarraconæ, & de cassatione, revocatione, & deletione prædictis, intra dictum terminum fidem faciant; cum comminatione, quod alias lapso dicto termino procedetur ad sequestrationem jurisdictionis, & occupationem temporalitatum, & alia juris remedia, prout juris fuerit, & pro his fiant, & expediantur litteræ, & aliæ provisiones opportunæ, juxta Regiæ Curiæ stylum.*

Hujus provisionis vigore expeditæ fuerunt litteræ, & præsentatæ Archiepiscopo, & ejus Vicario Generali die 3. Januarii 1660.

34 Die 7. Januarii 1660. Procurator Archiepiscopi, & Fisci Curiæ Archiepiscopalis comparuerunt coram Reverendo Barcinonens. Episcopo, & cum supplicatione narrarunt præsentationem litterarum, & in illis contenta, & allegarunt illarum motiva non procedere; tum quia Locumtenens procuratoris Regii in captura personæ Joannis Pinyol Bajuli de Cambrils, tanquam persona privata intus Civitatem Tarraconæ, nullam habendo jurisdictionem, processerat; tum quia jurisdictio Locumtenentis est restricta, & limitata ad personas Militares, vel Privilegio Militari gaudentes, & ad feuda, & jura regalia; ideoque jurisdictionem non habebat in personam Joannis Pinyol plebejam; eadem ratione, cum esset plebejus Joannes Pinyol illum capere non valuit intus Civitatem Tarraconæ, absque assistentia alterius ex Vicariis, qui sunt Domini territorii, prout sic semper fuit observatum; tum quia Locumten. Procuratoris Regii Vicarium Generalem in superiorem suum uti Judicem appellationum recognoscere noluerat; Et cum in hiscalibus ageretur de defendenda jurisdictione patrimoniali Ecclesiæ, potuerat per censuras procedere contra dictum Locumtenentem privatum; Nam Archiepiscopus ex inveterata consuetudine obtinuit procedere per censuras pro tuitione jurisdictionis suæ; Ideoque deducendo, &c. firmando, &c. supplicavit rescribi suæ Excellentiæ quod remitteret causam, & partes Vicario Generali Tarraconæ Judici competenti, & pro tuitione suæ jurisdictionis Ecclesiasticæ patrimonialis ritè processisse per censuras. nec usurpasse Regiam jurisdictionem; si aliàs hæsitaverit, &c Hujus supplicationis vigore expeditæ fuerunt litteræ à Curia Ecclesiastica Barcinonæ, & præsentatæ Magnifico Regenti, Advocato Fiscali, & Relatori 8. Januarii 1660.

35 Considerarunt principaliter domini, quod Archiepiscopus, Baro, seu Procurator illius, & Fiscalis suæ Curiæ, rationes, quas exposuerunt coram Episcopo, allegare tenebantur coram sua Excellentia, & Regio Concilio; quia quoties adest contentio jurisdictionis inter duos Barones, vel Baronem, & officialem Regium, talis contentionis declaratio pertinet privativè ad Dominum Regem, Matth. qui plures allegat, *de regi. Reg. Valent. c.* 7. § 5. *n.* 39. quod procedit, etiamsi Baro sit Ecclesiasticus, ut Archiepiscopi, Episcopi, Abbas, vel alius jurisdictionem temporalem habens, Ranc. *var.* 2. *c.* 10. *n.* 14. & *var.* 3. *c.* 10. *n.* 15. & *c.* 13. *n.* 346. Peg. *dec.* 92. *n.* 11. Font. *dec.* 75. *n.* 13. *par.* 1. & *dec.* 341. *n.* 16. *par.* 2 Reg. Cortiada *dec.* 38. *n.* 56. Ferrer 3. *par. obser. c.* 168. qui exempla refert, quibus declaratum fuit, firmæ juris factæ in Curia Sæculari locum esse: alia videri possunt apud Fontanel. *dec.* 341. *n.* 1. ratio est, quia radix, & fons omnium jurisdictionum temporalium est Princeps, ab ipsoque fluunt, & refluunt; ideoque ipse solus, à quo dimanant, judicare debet cujus sint, alias addunt Ferrer *d.* 3. *par. obs.* 168. Font. *d. dec.* 341. *n.* 2. & similes contentiones declaratas per Excellentissimum dominum Locumten. in Regio Concilio leguntur in libris conclusionum criminalium, & præcipuè diei 25. Novembris 1627 contentio inter fratrem Raphaelem Cotoner Ordinis Sancti Joannis Hierosolym. Commendatorem de Bajolas ex una, & V. G. Comitatum ex altera. Et diei 18. Novembris ann. 1633. contentio inter Didacum de Boxados Ordinis Sancti Joannis Hierosoly. Commendatorem de Orla, & Bompas, ex una, & Vicarium Rossilionis, & Vallispirii ex altera.

Et in terminis jurisdictionis Archiepiscopalis Tarra- 36
conæ diei 11. Februarii 1597. in causa contentionis inter procuratorem Regium, & Vicarium Regium Tarraconæ fuit provisum relaxari captum à Regio Procuratore. His ergo attentis fuit conclusum, contentionem nullatenus firmandam esse per Fisci Procuratorem Regiæ Curiæ, sed scribendum Episcopo, quòd revocaret procedimenta; & contra Archiepiscopum procedendum ad ulteriora ad sequestrationem jurisdictionis.

Supplicatio Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ.

Die 3. Januarii 1660. præsentavit Fisci Procurator 37
Regiæ Curiæ supplicationem, in qua postquam narravit contenta in litteris Episcopi Barcinonæ, dixit: *De quibus quidem litteris, & de contentis in eis admodum miratur Fisci Procurator Regiæ Curiæ, non solum quia, quando foret contentio firmanda juxta formam præscriptam in Concordia, &c. inter Curias Ecclesiasticas, &c. (quod ex legitima causa mox exprimenda negatur) debuisset dictus admodum Reverendus Archiepiscopus, Fiscique Procurator Curiæ Ecclesiasticæ illius firmare jus, & de jure in ejus Curia Metropolitana Tarraconæ; verum etiam, quia cum ageretur de contentione, occasione jurisdictionis temporalis suscitanda inter Regium Concilium, & Archiepiscopum, ejusve Vicarium Generalem tanquam Baronem, nihil magis notorium, indubiumque est, quàm illam sopiendam, dirimendamque fore per suam Excellentiam in Regio Concilio; aliter enim Regia jurisdictio notorie turbaretur; quapropter Fisci Procurator deducens prædicta omnia, &c. firmans, &c. supplicat (prout in provisione.)*

Recepta 3. *Januarii* 1660. *facto verbo in Regio Concilio, provideat, quod admissa, &c. scribatur Reverendo Episcopo, ejusque officiali, & Vicario Generali, & aliis, ad quos spectet, quatenus intra dies tres cassent, revocent, & annullent, & à registris ejus Curiæ deleant prædictas litteras, & omnia, & singula, &c. & de cassatione, &c. intra dictum terminum fidem faciant, alias dicto termino elapso, procedetur contra illos, prout juris fuerit, & ad id expediantur litteræ, &c.*

Litteræ secundæ à Curia Ecclesiastica Barcinonæ emanatæ.

Præsentatis litteris vigore prædictæ provisionis expe- 38
ditis, secundæ à Curia Ecclesiastica Barcinonæ fuerunt præsentatæ 22. Januar. 1660. in quibus post relationem rationum allegatarum per Fisci Procuratorem Regiæ Curiæ, in proximè dictis litteris allegabat. Primò, quòd Curia Ecclesiastica, maximè Barcinonen ubi residet Regium Concilium, defendere tenetur libertates, & jurisdictionem Ecclesiasticam, quamvis nec causa, nec reus sint subditi. Secundò, quòd Princeps potest permittere, quòd Ecclesiasticus Baro utatur censuris pro tuitione jurisdictionis temporalis, quæ permissio jus tribuit Ecclesiasticæ, & talem permissionem habet Archiepiscopus, quia 15. Decembris 1672. Vicarius Generalis Tarraconæ censuris processerat contra Vicarium Regium Tarraconæ, & Dominus Infans Don Joannes Filius Regis Petri, facta revocavit, & ita fuit pluriès obser-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

obſervatũ; quapropter cum notoriè non conſtaret firmandam non eſſe contentionem, nec uſurpatam fuiſſe Regiam juriſdictionem; idcireo prædicta omnia, &c. firmando jus, &c ſupplicavit firmam admitti, & dubium firmari (praxis eſt apud Reg. Cortiada *deciſ.* 15.) & juſtitiam, &c. Dicta die 22. Januarii 1660. fuerunt præſentatæ litteræ, quibus, ut vides, non reſpondit Curia Eccleſiaſtica motivo Regiarum litterarum principali, ſcilicet quòd deciſio contentionis inter officialem Regium, & Baronem Eccleſiaſticum pertinet ad Dominum Regem.

39 Et licèt certum ſit, quòd quando diſceptatur ſuper facto, firmanda ſit contentio, Canc. *var.* 3. *cap.* 10. *numer.* 70. vel ſuper jure ſimul, & facto, Reg. Cortiada *deciſ.* 12. *num.* 31. & 35. & Curia Sæcularis compelli poteſt ad firmandum dubium ne dum in caſu, quo adeſt dubium probabile.

40 Sed etiam in caſu, quo adeſt dubium ſuper notorietate juriſdictionis, ac etiam ubi dubitatur, an dubium ſit probabile, Canc. *var.* 3. *dec. cap.* 10. *numer.* 71. Ferrer. 3. *par. obſ. cap.* 272. *ver. Et dicti arbitri*, Font. *dec.* 313. *tota*, & his allegatis Reg. Cortiada *deciſ.* 15. *num.* 8. & 9. qui *numer.* 12. docet nil intereſſe, quòd una Curia dicat ſe non dubitare, ſi alia dubitat; aliàs namque nunquam firmaretur contentio; ſemper enim una, aut altera Curia id ipſum diceret, comprobat ex allegatis per Fontan. *dict. deciſ.* 313. *num.* 14. & alios.

41 Ac etiam, quamvis dubium non ſit probabile, ſuſcitato dubio notorietatis, debet Curia, quæ affirmat, ad ſe juriſdictionem notoriè pertinere, ſuper hoc dubio contentionem admittere cum electione arbitri, Reg. Cortiada *deciſ.* 15. *numer.* 17. quod fundat ex *cap.* 4. *prag.* 1. *de content. juriſdictionum*, in illis verbis, ibi *Ubi verò ſuper hoc an pertineat notoriè de conſuetudine, vel de jure ad Eccleſiam, vel Regiam juriſdictionem, ſuper qua fiunt proceſſus, dubitetur, concordatum eſt, quod communes perſonæ eligantur*. Et tradit ita declaratum die 5. Junii 1658 per Cancellarium Soler, Conſultoribus Codina, Viloſſa, Llunès, Ferrer, & Paſtor in facto dubii notorietatis ad favorem Curiæ Sæcularis Regiæ Audientiæ, contra Curiam Eccleſiaſticam Barcinonæ, & Nobilem Didacum Giron de Robolledo Priorem, & Canonicum Tarraconæ.

42 At his omnibus attentè diſcuſſis, fuit concordi voto concluſum per Dominos Senatores, dubium firmandum non eſſe; dixerunt enim regulam prædictam de dubio ſuper notorietate firmando, limitari, quando ſuſcitatum dubium nullam probabilitatem habere poteſt, & Curia requiſita eſt in caſu notoriæ juriſdictionis ad ſe pertinentis, idque pluriès diffinitum reperiri; & eſſe in innegabili poſſeſſione illius juris, Cancer. *variar.* 3. *c.* 10. *nu.* 71 *in fin.* Matth. *de regi. Reg. Valent. cap.* 7. § 1. *n.* 52. Reg. Cortiada *dec.* 15. *num.* 24. & *dec.* 33. *num.* 26. & ſic in limitationis caſu eſſe Regiam Curiam intrepidè affirmarunt, quia pluriès deciſum reperitur, ad Dominum Regem, & Locumtenentem Generalem pertinere deciſionem contentionum juriſdictionis inter Officialem Regium, & Baronem Eccleſiaſticum, ut vidimus ſuprà ex Cancer *var.* 3. *cap.* 10. *nu.* 14. Ferrer 3. *par. obſ. cap.* 168. Font. *deciſ.* 341. *nu.* 1. & eſſe in innegabili poſſeſſione juris declarandi ſimiles contentiones, ut vidimus ſupra in exemplaribus adductis dierum 11. Februarii 1597. 25. Novembris 1627. & 18. Novembris 1633. Et quod hic ageretur de contentione inter Regium Officialem, & Baronem, negari non poterat; quapropter nullatenus dubium firmandum; eſſet enim eluſorium judicium, immo ad ulteriora procedendum in comminata juriſdictionis ſequeſtratione, punctim Reg. Cortiada *deciſ.* 15. *numer.* 24.

Proviſio ſequeſtrationis.

43 Die 15. Januarii 1660. Fiſci Procurator Regiæ Curiæ ſupplicationem præſentavit, in qua poſt narrationem omnium motivorum in quibus fundabantur litteræ Archiepiſcopi præſentatæ 29. Decembris 1659. illas exhibendo, deduxit Archiepiſcopum illis non obtemperaſſe, ideoque ipſius juriſdictionem temporalem ſequeſtrari; & in ſupplicatione concludit, prout in proviſione ſequenti.

Recepta d. d. & anno; inſequendo concluſionem in Regio Conſilio factam, provident, quòd juriſdictio temporalis tam Civilis, quàm Criminalis Civitatis, & Campi Tarraconæ, quæ dicitur eſſe admodum Reverendi Archiepiſcopi Tarraconæ, pro nunc, & donec aliter ſit proviſum, ponatur ſub Regio ſequeſtro, & quòd illa exerceatur per ſequeſtratorem per Excellentiſſimum Dominum Locumtenentem Generalem nominandum nomine Regiæ Curiæ, taliter quod per præſentem proviſionem non cenſeatur ei attributa maior juriſdictio, quàm dicto Archiepiſcopo competit, & pro his fiant litteræ, & aliæ proviſiones opportunæ, juxta, &c. Hæc proviſio non fuit exequuta, ut infra videbis.

Litteræ ſubſidiariæ Curiæ Eccleſiaſticæ Barcinonæ.

Procurator Fiſcalis Curiæ Archiepiſcopalis renuntiavit procedimentis factis in Curia Eccleſiaſtica Barcinonæ, & die 26. Januarii 1660. præſentavit litteras ſubſidiarias Curiæ Eccleſiaſticæ Barcinonæ, in exequutionem petiti ſubſidii per Archiepiſcopum, in quarum corpore continuatæ legebantur litteræ in forma contentionis expeditæ à Curia Eccleſiaſtica Tarraconæ, ad inſtantiam Fiſci Procuratoris illius, qui cum ſupplicatione in eiſdem litteris inſerta poſt narrationem Regiarum litterarum, quæ fuerunt præſentatæ Archiepiſcopo 29. Decembris 1659. dicebat illas eſſe gravatorias, & præjudiciales juriſdictioni communi Tarraconæ, & juriſdictioni appellationum, quam habet Archiepiſcopus, tam in cauſis Civilibus, quàm Criminalibus. Et etiam quia ſemper de ſtylo, & conſuetudine in Curia Eccleſiaſtica Tarraconæ contra quoſcumque Regios Officiales, & alios turbantes temporalem juriſdictionem Archiepiſcopi, proceditur per cenſuras, & alias pœnas Eccleſiaſticas, in vim Conſtitutionum Provincialium Tarraconæ de invaſoribus tam ſupremæ juriſdictionis per Archiepiſcopum ſibi reſervatæ, quam aliàs, nec unquam Regius Procurator in Civitate Tarraconæ carceribus mancipavit plebejos, ſed Vicarius, prout in ſuo caſu offerebat probare: *Id circo, &c. ſi mans, &c. ſupplicat firmam admitti, & litteratoriè reſcribi Excellentiſſimo Domino Locumtenenti Generali, quatenus dictas Regias litteras, & omnia, & ſingula, &c. caſſent, &c. & de caſſatione, &c. & amplius juriſdictionem non perturbent, & in caſu hæſtationis, &c.* Hæc erant ſubſtantialia litterarum. 44

Litteræ ſecundæ Fiſci Procuratoris ad Archiepiſcopum.

Fiſci Procurator Regiæ Curiæ reſpondendo prædictis Subſidiariis litteris, die 30. Januarii 1660. præſentavit ſupplicationem ſequentem. *Excellentiſſime Domine, ex parte Joſephi de Arnes Presbyteri, &c. fuerunt expeditæ litteræ ſubſidiariæ Reverendo Epiſcopo Barcinonæ, ejuſque in ſpiritualibus Vicario Generali 24. Januarii 1660. in forma contentionis juxta præſcriptum in Concordia, &c. occaſione litterarum Regiarum, quæ fuerunt expeditæ à Regia Curia, quibus requiſiti fuerunt admodum Reverendus Archiepiſc. Tarraconæ, ejuſque Vicarius Generalis, ut intra ſpatium trium dierum caſſarent, &c. procedimenta quæcumque facta contra Nobilem Didacum Vidal & Agras, &c. quibus nulliter declaratus fuit excommunicatus, eò quod appellationis cauſam per Joannem Vidal Bajulum Regium, &c. coram Vicario Generali dicti Archiepiſ. ut aſſerto Judice appellationum, nulliter ab ejus captura interpoſita, proſequutus non fuerit ex juſtis, legitimiſque cauſis expreſſis in dictis litteris, quibus rationibus inaniter reſpondere conatus fuit Fiſci Procurator Curiæ Metropol. Tarraconæ, videlicet deducendo*, hic continuantur reſponſiones, ſeu motiva litterarum Curiæ Eccleſiaſticæ Tarraconæ, *prout latius in eis continetur, quibus impugnativè habetur relatio, de quibus litteris, & contentis in illis miratur valdè Fiſci Procurator Regiæ Curiæ, eò quia agitur de contentione ſuſcitanda inter Procuratorem Regium Tarraconæ, Regium Officialem, & dictum Admodum Reverendum Archiepiſcopum, ejuſque Vicarium Generalem, tanquam Baronem, quo caſu notiſſimum, & indubitatum eſt, illam per ſuam Excellentiam, & Regium Concilium dirimendam, & ſine debito terminandam forè ex ſuprema Regalia à Regia Majeſtate inſeparabili, prout ſæpius à Reverendo Cancellario declaratum fuit, nec in* 45

Regios

Regias Officiales dictum Admodum Reverendum Archiepiscopum jurisdictionem aliquam temporalem exercere valere; & sic in dictos Procuratorem Regium, & Regium Bajulum Villæ de Cambrils, cum plusquam notum sit immediatè subditos esse privativè suæ Regiæ Majestati, aliter enim Regia jurisdictio notoriè, & manifestè perturbaretur, & nihil plus inauditum, quam prætendere dictum Archiepiscopum Supremam jurisdictionem in dicta Civitate Tarraconæ, cum in Cathalonia plusquam manifestum sit, suæ Regiæ Majestati solùm Supremam jurisdictionem temporalem competere, in hisque suam intentionem fundatam habere, cum omnes jurisdictiones temporales ab eo tanquam à fonte dimanent; aliter enim sequeretur, quòd Fisci Procurator Regiæ Curiæ, & officiales Regii proprætentione jurisdictionis Regiæ deberent jus suum deducere coram dicto Archiepiscopo, & in ejus Curia; quod nec visum, nec auditum, nec aliquid absurdius dici, excogitari, aut prætendi potest; cumque in manifestis nullatenus sit firmanda contentio, nec tam frivolæ prætentiones sint sub litigio ponendæ, in tam maximum Regiæ jurisdictionis præjudicium, idcirco Fisci Procurator deducens, &c. firmans, &c. supplicat, dictam firmam, &c. & litteratoriè rescribi, &c. ut in provisione.

Recepta d. d. & anno, insequendo conclusionem in R. C. factam, providet, quod admissa, &c. rescribatur Admodum Reverendo, &c. quatenus intra tres dies revocent, &c. omnia procedimenta in supplicatione expressa, & à regestris, &c. Et de eorum cassatione, &c. intra dictum terminum fidem faciant, sub comminatione quòd aliàs elapso dicto termino procedatur prout juris fuerit, & probis &c. Fuerunt expeditæ litteræ.

46 Excellentissimus Dominus Locumtenens Generalis temporalitatum sequestratorem jam nominaverat, & expedita erat per Cancellariam nominatio, se se tamen dubium ostendebat circa executionem; & quamvis clarè non dixit, quod consulerentur Aulæ, id tamen cupere demonstravit, antequam sequestri provisio exequeretur; ideòque die 18. Februarii 1660. junctis Tribus Aulis fuit eis propositum per Regentem Regiam Cancellariam, utrum firmanda esset contentio cum Archiepiscopo, prout petierat litteris subindiatiis supra adductis, an verò facienda esset temporalitatum recuperatio, & instandum simul litteratoriè quòd revocaret procedimenta: Et fuit concordi voto conclusum (uno dempto) quod non confirmaretur contentio, sed quòd exequeretur sequestrario occupando temporalitates, & simul præsentarentur litteræ proximè dictæ.

47 Relata conclusione Excellentissimo Locumtenenti, prius de illa Archiepiscopum privata epistola certiorare voluit urbanitatis gratia, quâ edocta Archiepiscopus de resolutione Trium Aularum revocavit procedimenta omnia contra Nob. Didacum de Vidal & Agras Locumtenentem Regii Procuratoris, & suæ Excellentiæ revocationis instrumenta transmisit, & iste Regio Concilio, & quia revocatio concepta, & facta erat cum aliquibus protestationibus, dixerunt domini Senatores referendum esse suæ Excellentiæ, quod Archiepiscopus iterum moneretur, quod revocaret procedimenta, servata juris forma, & ut solitum erat fieri, expediebatque Regiæ jurisdictioni, ut videre est apud Fontanel *de pact. 1. claus. 4. glos. 13. par. 3. num. 10. fol. 210.* Sesse *de inhibit. c. 10. §. 1. num. 11.* Reg. Cortiada *tom. 1. decis. 28. num. 177.* qui recitat revocationem Archiepiscopi, cui extrajudiciali monitioni paruit Archiepiscop. & legitimè revocavit litteratoriéque de revocatione suam Excellentiam certioravit, ut sequitur.

Revocatio.

48 *Excellentissimo domino Don Francisco de Orosco, & Ribera Marchioni de Olias, Mortara, & Sarreal, &c. Locumtenenti, & Capitaneo Generali, &c. & seu Nobili Michaeli Pallarès, &c. relatori, nec non aliis, &c. Josephus de Arnes Presbyter V. I. D. pro Illustrissimo domino Don Francisco de Rojas, Dei Gratia Sanctæ Tarraconen. Ecclesiæ Archiepiscopo, Regioque Consiliario, in spiritualibus, & temporalibus Officialis, & Vicarii Generalis salutem in Domino, & prosperos, ad vota successus. Rescribentes litteris à V. E. Regioque Concilio emanatis die 29. Decembris proxime lapsi more Regiæ Audientiæ, per præsentes attestamur, & fidem facimus die præsenti, & infrascripta coram Notario, & Scriba Curiæ nostræ, &c. & testibus infrascriptis cassasse, revocasse, & annullasse omnia, & quæcumque procedimenta, & actitata per Nos facta contra Nobilem Didacum de Vidal & Agras Locumtenentem Procuratoris Regii Civitatis, & Campi Tarraconæ, ex causis in dictis litteris præcalendatis, facta contra eum ad instantiam Raymundi Porta, &c. mandasseque Notario, & Scribæ causæ, quatenus à Regestris dictæ nostræ Curiæ delinearet, & deleret omnia, & singula procedimenta prædicta, & quod de dictis cassatione, revocatione, & delineatione V. E. fidem per instrumentum faceret authenticum, & in præsentibus describeret uti insertum, cujus tenor sic se habet. Universis, & singulis attestor, &c. Ego Augustinus Alemany auctoritatibus, &c. Not. &c. quod in regestro currenti dictæ Curiæ communis, & Ecclesiasticæ Tarraconæ, est descriptum, & continuatum instrumentum per Illustrem & Admodum Reverendum dominum Josephum de Arnes Offic. & Vic. Generalem, tenoris sequentis. Die 7. Martii 1660. Tarraconæ, Illustris, & Admodum Reverendus Dominus Josephus de Arnes Presbyter pro Illustrissimo, & Reverendissimo, &c. in spiritualibus, &c. Officialis, & Vic. Generalis, constitutus personaliter intus domos, &c. qui mihi dicto Augustino Alemany auctoritatibus &c. Not. requisivit, & mandavit, quatenus in regestris dictæ Curiæ, & Scribaniæ, seu Vicariatus Ecclesiastici Tarraconæ scriberem, & continuarem scripturam per se coram testibus infrascriptis, mihi jam dicto, & infrascripto notario oblatam, & coram eisdem testibus per me Not. lectam, tenoris sequentis. Quia quædam litteræ expeditæ fuerunt à Regia Audientia die 29. Decembris proximè lapsi, ac Illustrissimo, &c. præsentatæ, quibus continetur, infra trium dierum spatium à præsentatione, cassent, revocent, &c. procedimenta facta contra Nob. Didacum de Vidal & Agras, &c. cum comminatione sequestrationis, & occupationis temporalitatum in casu renitentiæ, causis, & rationibus in dictis litteris contentis (salvis juribus mensæ Archiepiscop.) in omnibus, & per omnia cassamus, revocamus, & annullamus, & à regestro nostræ Curiæ delemus, seu deleri mandamus procedimenta contra Don Didacum, &c. prædicto nomine facta, & quòd præsens cassatio, &c. describatur in regestris dictæ nostræ Curiæ, & quòd expediantur litteræ juxta stylum cum insertione præsentis instrumenti, & quòd notarius, & scriba dictæ nostræ curiæ de prædictis fidem faciat, Arnes officialis, de quibus, &c. præsentibus, &c. quæ omnia inseri mandavimus, ne dubitetur de prædictis, in quorum, &c. Dat. Tarraconæ 7. Martii 1660.*

Dr. Josephus de Arnes Offic. & Vic. Gen.

Nos Josephus de Arnes, &c. & quia constat Nob. Didacum de Vidal, &c. per nos à mense Decembris proximè lapso excommunicatum ex causis in præsenti processu contentis, & excommunicatio sit pœna medicinalis, & non mortalis, absolvimus dictum Vidal ab excommunicatione ad cautelam, & quatenus opus sit, concessa copia intimetur, de Arnes, &c. lata &c. 7. Martii 1660. festes, &c.

Firmata contentione per Curiam Vicarii, & præsentatis primis litteris contentionis Curiæ Ecclesiasticæ in forma solita, tradita à Ripoll *post addi. ad Peg. in prax. rub. 11.* & per Peguer *cap. 26.* si Curia Ecclesiastica firmare recusat, nec revocat procedimenta, expediuntur secundæ litteræ à Curia Vicarii, quibus comminatur occupatio temporalitatum, & si præsentatis istis secundis litteris Curiæ Ecclesiasticæ, ista nec firmat, nec revocat, non proceditur ad ulteriora in Curia Vicarii, quia ipsi non possunt occupare temporalitates, sed tunc comparent coram Excellentissimo Prorege, dicimus *dec. 1.* cum processu Curiæ Sæcularis & narrant cum supplicatione factum, & quia ordinarius non est potens, fit per Judicem, cui causa committitur, provisio, quæ est, ut sequitur. 49

Recepta d. d. & anno, quia ex processu exhibito quod inseratur, seu consuatur, constat de qualitate causæ, facto verbo in R. Audientia, providet quod fiant tertiæ litteræ in forma contentionis, quibus scribatur Reverendo in Christo Patri Episcopo Vicen. & ejus Vicario Generali, quatenus intra dies tres revocent dicta procedimenta, aut firment dictam contentionem cum Vicario Regio Minoriss.æ, 50

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cum electione arbitri, aliàs dicto termino elapso post litteræ præsentationem, comparent in Regia Audientia die immediatè sequenti, si feriata non fuerit, cum sequentium continuatione, ad videndum declarari incidisse in pœnas occupationis temporalitatum, & alias de jure permissas juxta stylum.

Pastor.

51 Non dissimilis contentio suscitata fuit occasione firmæ juris interpositæ in Curia Ecclesiastica Barcinonæ per Baronem, Equitem Ordinis, & Militiæ de Calatrava, qui cum Conservatore Ordinis instaverat, revocanda esse procedimenta facta in Regio Concilio contra dictum Equitem uti Baronem, ad cujus controversiæ intelligentiam supponere habui.

52 Quòd licèt in hoc Principatu, casu quo delegatus aliquam regaliam lædit, Dominus Rex, seu ejus Regium Concilium illi scribat, ut procedimenta revocet, vel compareat Banchum Regium informaturus, Reg. Cortiada *dec.* 29. *n.* 30. 32. 108. & 111. & *in addit. ad nu.* 109. Ludovicus Ferrer *in alleg pro iurisd. Reg. num.* 17. qui id fundat in jurisdictione universali, quæ competit Hispaniæ Regibus nostris in omnibus temporalitatibus sui Regni, in defensam jurisdictionis Regiæ, ut cum hac, & aliis rationibus, & fundamentis illud affirmant Ferrer. 3 *par. obs. cap.* 172. & 273. Oliba *ad Usat. Alium namque cap.* 11. *num.* 20. & 21. Peg. *in prax. crim. cap.* 24. *tom.* 1. & *dec.* 92. & præcipuè *nu.* 17. & 21. *vers. Quare*, Canc. *var.* 3. *cap.* 10. *à num.* 45 *ad* 50. Font. *de pact.* 1. *clau.* 4 *glos.* 13. *par.* 3. *num* 8. & *decis.* 323. *à nu.* 4. *ad* 10. Xam. *rer. Judic. par.* 2. *def.* 100. Leo *tom.* 1. *decis.* 2. *nu.* 14. Matthæu *de regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 1. *num.* 2. 14. & 15. & *sect.* 2. *num.* 30. & *sect.* 5. *nu.* 192. *cum seq.* Reg. Cortiada *tom.* 1. *decis.* 3. *nu.* 1. 2 & 6. *decis.* 8. *nu.* 1. & 2. & *decis.* 29. *à nu.* 1. *cum seq.* & ita fuit consultum per Regiam Audientiam hujus Principatus Cæsareç Majestati Caroli Quinti Barcinonæ 13. Februarii 1551. ut refert Reg. Cortiada *dec.* 29. *nu.* 6. ubi *nu.* 7. & 8. exemplaria refert, & de Gubernatorie Cathaloniæ plura tradit Ferrer *par.* 1. *obs. guber. cap.* 80. & *par.* 2. *cap.* 40.

53 Attamen est certum, quòd Equites Ordinum Militarium, si molestantur in Cathalonia per Judicem Sæcularem, adire valent suum Judicem, & cum suo Judice firmare de jure coram Ecclesiastico ordinario, ut pro eis Ecclesiasticus ordinarius Judici Sæculari rescribat in forma contentionis; aliàs si solum per ipsos sine suo Judice firmetur contentio, solet declarare Cancellarius Cathaloniæ contentionem non procedere, ut cum exemplaribus id probat Reg. Cortiada *dec.* 8. *n.* 94. & 102.

54 Sic ergo Baro, qui erat Eques professus Ordinis, & Militiæ Beatæ Mariæ de Calatrava, & Commendator ejusdem Ordinis adivit Curiam Ecclesiasticam ordinariam Barcinonæ unà cum Conservatore ejusdem Ordinis, & Procuratore Generali illius; pariter firmarunt jus in eadem Curia Procuratori Fiscali Regiæ Curiæ, & aliis ad quos spectaret, sub die 29. Septembris 1680. petentes litteratorie rescribi in forma contentionis Excellentissimo Locumtenenti Generali, quatenus juberet, & revocaret procedimenta in Regia Curia facta contra dictum Baronem tanquam nulla; quia erat exemptus a jurisdictione sæculari, & cognitio ejus personæ, & bonorum pertinebat ad Judicem Ecclesiasticum competentem, nominando arbitrum juxta stylum, aliàs quod procederetur contra Nob. Regentem Regiam Cancellariam, Relatorem causæ, & alios, prout de jure, usu, & stylo Curiæ Ecclesiasticæ invenirent fore procedendum, & ordo dictaverat rationis.

55 Sub die 21. ejusdem mensis Septembris 1680. instarunt Baro, & Conservator, & Procurator Ordinis de Calatrava secundas litteras in forma contentionis, quas obtinuit, cum comminationibus, quòd procederetur contra Nobiles Regentem Regiam Cancellariam, relatorem, & alios, prout de jure, & stylo Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ inveniretur fore procedendum, & ordo dictaverat rationis.

56 Et eodem die ante præsentationem secundarum litterarum Curiæ Ecclesiasticæ, fuerunt ad instantiam Procuratoris Fiscalis in Regio Concilio provisæ litteræ responsivæ, quæ fuerunt præsentatæ die 24. Septembris dicti anni 1680. non admittendo contentionem, quia Regia Curia procedebat contra bona Baronis, & in hac Provincia decisum pluries extabat, quòd Equites Ordinum Militarium quoad eorum bona propria sunt de jurisdictione Domini Regis, & personæ sæculares censentur, & etiam, quia juxta Concordiam Dominæ Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Convenarum, Curia Ecclesiastica non debuit admittere contentionem, quia considerato subjecto, quod temporalem jurisdictionem exercet ut Baro, subest tantùm Domino Regi Judici competenti; undè fuit rescriptum supradicto admodum Reverendo in Christo Patri Archiepiscopo Episcopo Barcinonæ, & aliis ad quos spectabat, quatenus annullarent, cassarent, & revocarent intra spatium trium dierum prædictas litteras contentionis, & omnia, & singula in eis contenta, & à regestris suæ Curiæ delerent; & de cassatione, revocatione, & annullatione fidem facerent intra dictum terminum; aliàs elapso dicto termino procederetur, prout juris fuerit.

Die 23. Septembris ejusdem anni fuerunt expeditæ 57
tertiæ litteræ à Curia Ecclesiastica, & fuerunt præsentatæ die 24. ejusdem mensis, cum quibus fuit rescriptum Excellentissimo Locumtenen Generali, Nobili Regenti Regiam Cancellariam, & relatori ut revocarent intra tres dies procedimenta contra personam, & bona Baronis facta, aut firmarent contentionem juxta dictam Concordiam; aliàs si prædicta facere recusarent, eos citabant termino elapso post dictarum litterarum præsentationem die immediatè sequenti cum sequentium continuatione, comparerent dicti Nob. Reg. Cancellariam, Relator, & Procurator Fiscalis Regiæ Curiæ in Consistorio dictæ Curiæ Officialatus Barcinonæ ad videndum se declarari in pœnas, & censuras incidisse, per sacros Canones, & Conc. Tarracon. statura, in posterioribus litter s comminatas; aliàs etiam elapso dicto termino quem præcisè, & peremptoriè assignabant, si prædicta ptimo, secundo, & tertio monitis non adimplerent, procederetur in prædictis, prout de jure, usu, & stylo invenirent fore procedendum, taliter quòd jurisdictio Ecclesiastica salva, & illæsa maneret.

A Regia Curia die 25 Septembris ejusdem anni 1680. 58
quæ fuerunt præsentatæ die 26 sequenti, secundæ litteræ fuerunt expeditæ admodum Reverendo Archiepiscopo, & aliis ad quos spectaret, repellendo contentionem; allegabatur esse in casu notorio Regiæ jurisdictionis, & fuit responsum, quatenus intra spatium viginti quatuor horarum cassarent, revocarent, & annullarent, & à regestris suæ Curiæ litteras primo, secundo, & tertio loco expeditas, & omnia, & singula in eis contenta, & de cassatione, revocatione, & delatione prædictis intra dictum terminum fidem facerent, cum comminatione, quòd aliàs elapso termino procederetur, ad sequestrationem jurisdictionis, & occupationem temporalitatum dicti admodum Reverendi Archiepiscopi, & ad bannimentum respectu officialis, & Vicarii Generalis, & aliàs prout juris fuerit, & rationis.

Die 26. Septembris 1680. quartæ fuerunt expeditæ 59
litteræ à Curia Ecclesiastica, & Curiæ Regiæ rescriptum, quatenus revocarent relata procedimenta, aliàs firmarent dubium an esset contentio firmanda, juxta Concordiam Dominæ Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Convenarum, sine præjudicio executionis tertiarum litterarum, à dicta Curia Ecclesiastica emanatarum, & censurarum in eis comminatarum in casu recusationis firmæ dicti dubii.

Maturiùs res fuit discussa in Reg. Audientia junctis 60
Tribus Aulis, ubi fuit concorditer deliberatum, dubium admittendum non esse. Ut sequitur: *Die 19. Septembris 1680. Barcinonæ in Aula Nobilis Don Josephi Rull Regentis Regiam Cancellariam interfuerunt cum eo Nobil & Magnific.*

Don Michael de Cortiada Advocat. F.P.
Josephus Aleny.
Don Josephus de Balaguer.
Joannes Baptista Roca & Julià.
Don Josephus Ferrer.
Michael de Calderò F. Advoc.
Don Hieronymus de Magarola.
Don Petrus de Amigant.
Michael Joannes de Taverner &
Raphael Nabona.

In facto dubii proposito per dictum Magnificum Fisci Advocatum, utrum Regius Fiscus teneatur respondere firmando contentionem, aut dubium super contentione, litteris emanatis à Curia Ecclesiastica in forma contentionis, instan-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

instantibus Conservatore Ordinis, & Militiæ Beatæ Mariæ de Calatrava; & ejusdem Ordinis, & Militiæ quodam Equite Barone aliquarum Villarum, & locorum hujus Principatus; eò quia procedit Regium Criminale Concilium contra bona dicti Equitis, & Baronis tantum pro excessibus per ipsum uti Baronem commissis. Attento quòd Equites Ordinum Militarium quoad eorum bona propria sunt de jurisdictione domini Regis, & personæ sæculares censentur: attento quod contra bona Baronis etiam Ecclesiastici de excessibus per eum uti Baronem commissis cognoscere debet Regium criminale Concilium; quia uti Baro subest tantùm Regiæ jurisdictioni: & attento quòd in supradictis regaliis, tam notoriis, Regia Curia exitit in innegabili possessione jurisdictionis ad se spectantis; prout ita pluries diffinitum reperitur, nec tunc contentionem, nec dubium super notorietate firmare tenetur; fuit conclusum, quòd Regius Fiscus nec contentionem, seu dubium super contentione firmare debet litteris emanatis à dicta Curia Ecclesiastica, instantibus dictis Conservatore, & Equite Barone; sed ad ulteriora procedere potest.

Consultatione interposita domino nostro Regi per Excellentissimum Locumtenentem Generalem sua Regia Majestas per S.S C.Coronæ Aragonum die 26. Octobris 1680. mandavit pariter repellendum esse dubium propositum, quia à notorio causæ cognitio spectabat ad Regiam jurisdictionem, per Regalias indubitatas.

61 Tandem die 23. Februarii 1681. revocavit Curia Ecclesiastica procedimenta quoad interesse instantium (salvo tamen jure Procuratoris Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ, ac immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ) & missa fuit revocatio R. C cum certificatoria authentica dictæ revocationis, & ea visa, junctis Tribus Aulis die 17. Martii 1681. fuit verbo resolutum, manere ex revocatione reintegratas Regalias Domini nostri Regis.

DECISIO LXXXIII.

ARGUMENTUM.

Mulier capi non potest pro debito civili: Per stipulationem plures obligati, singuli pro rata tenentur, nisi aliàs expresè actum sit ut in solidum teneantur; fidejussio est strictè intelligenda, nec extenditur de loco ad locum, nec de re ad rem, nec de tempore ad tempus. Et hinc emergunt variæ conclusiones in materia fidejussionum præstitarum pro repræsentandis reis.

SUMMARIUM.

1 *Factum.*
2 *Mulieri obstat renuntiatio jurata beneficii Velleyani.*
3 *An mulier meretrix capi possit pro debito Civili, & infra.*
4 *Mulier capi ex nulla scriptura potest.*
5 *Quando capi mulier possit.*
6 *Decisio Senatus.*
7 *Ob fracturam arresti, arrestati pœna pro rata tenentur, ubi decisio.*
8 *Quoties per stipulationem sub pœna plures promittunt, si unus contrafecerit, ab omnibus solida pœna ex æquitate exigi non potest, sed tantum pro rata, & n. 9. ad n. 10.*
11 *Nisi specialiter actum sit, ut Rei in solidum obligentur, exigi ab eis in solidum non potest, ubi Senatus decisio.*
12 *Promissio est strictè interpretanda ut minus obliget.*
13 *Cautio de non offendendo, licèt à principio sit favorabilis, postquam est præstita, est strictè intelligenda.*
14 *Fidejussor de non discedendo de tali loco, liberatur data reo licentia discedendi, ubi ampliatur, & quid si licentia fuerit concessa ad audiendum sacrum, vel Divina officia, & n. 15.*
16 *Fidejussores de non discedendo de tali cubiculo, intelliguntur liberati per dationem aliorum fidejussorum de non discedendo de tota Civitate.*
17 *Fidejussores de præsentando reum intra mensem, liberati censentur, facta à judice temporis prorogatione sine consensu fidejussoris.*
18 *Et quid, si à creditore fuerit facta debitori prorogatio.*
19 *Fidejussor Rei de non discedendo à certo loco, liberatur, si de mandato judicis in alio loco ponatur, veluti in carceribus, & id locum habet in fidejussore de tuto carcere, qui liberatur, si reus per judicem reducatur ad strictiorem carcerem. Et quid, si facto custodis in latiori carcere ponatur.*
20 *Fidejussor liberatur, si principalis minis, vel præceptis, vel alio modo à judice perterritus aufugiat.*
21 *Fidejussor, qui aliquem tenetur repræsentare in uno tribunali, non tenetur illum in alio præsentare; nam fidejussio non extenditur de loco ad locum, nec de re ad rem, nec de tempore ad tempus, & quid, si fidejussor fuerit datus coram ordinario, an remaneat obligatus evocata causa ad R.A.*
22 *Fidejussor de repræsentando non liberatur, si reus novum committat delictum, at verò liberatur ex Rei captura, etiamsi fuerit fidejussor obligatus cum clausula* toties quoties.

DOMI arrestata fuit Estasia N. diffamata de lenocinio sub pœna, ad hujus securitatem in fidejussorem assignavit Annam Fita viduam, fregit illa arrestum, & hæc pro pœna commissa carcerata fuit; de validitate capturæ fuit jus actum. 1

Et omissa quæstione, utrum obligationi obstaret Senatusconsultum Velleyanum, quia illius beneficio renuntiaverat cum juramento, certiorata per Notarium, Hering *de fidejussor. c. 7. n. 466.* Thesaurus *dec. 223. nu. 8.* Gutier. *de juram. confirm. par. 1. cap. 55. nu. 6. ver. Sed contrarium*, Gallerat. *de renunt. tom. 2. renunt. 63. num. 5. ver. Sed contrarium*, Matienzo *lib. 5. novæ recop. tit. 3. leg. 9. glos. 1. nu. 5.* & ibidem Azevedo *in glos. obligar por fiadora, nu. 9.* Carena *resol. 85. nu. 4.* 2

Capi potuisse pro debito Fiscali videbatur asseverandum, per ea quæ tradit Farinac. *in prax. qu. 27. à nu. 55.* ubi docet quod licèt mulier capi minimè possit pro debito civili, non tamen id procedit in meretrice, latè Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 1. n. 15.* (ubi quid in muliere, quæ vitam inhonestam duxerit sciente viro, & quando censeatur mulier inhonestè vivere) Reg. Matthæu *de re crim. cont. 59. nu. 23.* talis fuerat Anna, quæ in turpitudine vitam agere consueverat. 3

At verò concordi voto conclusum fuit, excarcerandam esse, quia sic expresè disponitur *in Const. A la condició 8. tit. de accions, y obligacions, vol. 1.* ibi: *A la condició femenil volents deferir, è volents conservar honestat de aquella, ordenam, è estatuim que alguna fembra per vigor de carta de comanda, scriptura de ters, ò altre qualsevol scriptura privilegiada, ò de altre qualsevol obligació, no puga esser personalment presa, ò mesa en preso, è que aquesta Constitució no puga en alguna manera, encara mitjensant sagrament renunciar, ans tals scripturas, è obligacions de assentiment, è aprobació de la dita Cort, tant quant tocan la preso, volem, è declaram ipso facto esser nullas, è fretuar de tota eficacia, è valor, è lo Notari que tals scripturas, sagraments, è obligació rebra, perda lo ofici de notoria.* 4

Comprobat Cancer *par. 3. cap. 8. à nu. 96.* ubi limitat, quando rem sibi commodatam restituere recusat, & c. 17. *nu. 522. cum seqq.* limitat in muliere occultante viri bona, ut exequutionem fugiat, Baeca, *de inop. debit. cap. 15. nu. 7. & seqq. & nu. 16. & cap. 16. nu. 19 & 24.* Narbona *ad ll. additas recopil. in l. 14. tit. 2. lib. 6. glos. 1. nu. 81. & seqq.* Bolero Caxal *de decoct. debit. Fiscal. tit. 5. q. 9. nu. 3. & 11.* Faria ad Covar. *lib. 2. cap. 1. nu. 14* ubi idem dicit, si debitum sit publicum, vel Fiscale, & quod idem privilegium ancillis quoque competat, Font. *de pact. 1. claus. 3. glos. 3. num. 24. & de pact. 2 claus. 7. glos. 3. par. 2. num. 75.* Oliba *de actio. par. 1. lib. 3 §. fin. à num. 20. pag. 588.* cum Mier. *tom. 2. colla. 10. in Curia Reginæ Mariæ Col. 18. n. 16.* ubi affirmat, quòd etsi meretrix sit mulier, Constitutionis beneficium non amittit, quia sexui concessum fuit, licet honesta Curiam impulerit ad illud concedendum, Petrus Gregor. *syntag. jur. lib. 2. cap. 6. num. 11.* Hector Latro Capicius *decis. 44. num. 3.* Gutier. *pract. qq. lib. 2. quæst. 25. num. 26. & de jur. confir. cap. 16. num. 35.* & alii quos adducit Cancer. *par. 3. cap. 8. num. 97.* & de jure communi est textus *in l. 1. Cod. de offic. diver. Judic. Auth. sed novo jure, Cod. de custod. reor.* Salgado *in labyr. cred. par. 1. cap. 41. num. 10. ver. Et in expresso,* 5

ubi agit, quid in muliere obligata ratione administratæ turelæ pro debito ex ea resultante, Carleval. *de judic. tom.2.lib.1.tit.3.n.27.* ubi ait quòd mulier honesta carcerari pro debito civili non potest: imò nec inhonesta, si nupta sit.

6 Quibus attentis, die 26 Januarii 1660. relatore Regio Senatore Aleny in R. C. fuit conclusum, quòd dicta Anna Fita vidua relaxaretur à carceribus, in quibus detinebatur, scriba Oriol

7 Facultatem opportunè hinc accepi non abs re aliud inferere; an ob fracturam arresti unius ex pluribus arrestatis, pœna pro rata tantùm contrafacientis debeatur, quod dubium successit die 19. Aprilis 1668. in facto supplicationis oblatæ pro parte Michaelis Torres militis in Civitate Dertusæ populati, & aliorum. Et die 6. Decembris 1667. supplicavit superfederi in executione pœnæ 500 ℔ monetæ argenteæ Dertusæ, currentis, promissæ in casu contrafactionis arresti, quem salvum, & securum servare promiserunt Francisca Gual uxor Josephi Gual V.I.D. Villæ Morellæ, Balthasar Gener studens Villæ Panisculç & Catharina Bru domicella, in domo d. Torres habitatrix; vel saltem superfederi in tertia parte ex eo, quia non erat pœna stipulata pro quolibet ex dictis in solidum, & dictus Balthasar Gener non contrafecit dicto arresto: & facta relatione per Nob. Josephum Ferrer & Vinyals I.R.C fuit conclusum, quòd pro nunc, & donec aliter foret provisum, supersederetur in dicta exequutione quoad tertiam partem dictæ pœnæ.

8 Fundata fuit decisio, quia licèt quoties per stipulationem sub pœna plures promittunt, si unus contrafecerit, ab omnibus solida pœna exigi mero jure possit, at non de æquitate; quoniam qui non contrafecerit, si ab eo pœna petatur, exceptionem doli mali opponet, probat tex. *in l. si servus 9 §. si plurium, ff. si quis cautionibus*, in illis verbis: *Si plurium servorum nomine, judicio sisti cauſa, una stipulatione promittatur, pœnam quidem integram committi, licet unus status non sit Labeo ait: quia verum sit, omnes status non esse; verum si pro rata unius offeratur pœna, exceptione doli usurum eum, qui ex hac stipulatione convenitur*, ornat ibidem Bartol. Afflict. *dec.153.num.4.* Marcus *dec.414.* Tepatus *Sentent.lib.2.tit de verb.obligat. & in tit. de stipulat. pœnalibus*, Borgia *in investigationibus juris civilis contra Anton. Fabrum l.b.3.cap.7.n.9.*

9 Probat punctim decisionem nostram Cavalc. *de brac. Reg.par.2.n.233.* ibi: *Item sciendum est, quod si quis promisit præsentare plures sub certa pœna in solidum, tunc tenetur præsentare omnes, per tex. in Auth. hoc ita Cod. de duob. reis; sed si aliquem non præsentaverit ex eis, non tenetur ad totam pœnam, sed ad ratam, & hic est alter effectus quando quis promisit præsentare in solidum, secus si promisisset etiam pœnam solvere in solidũ. Angel. & DD in l.2.C. de exhib. reis in l.4.§. Cato, ff. de verb. obligat.* Colla *de port. ratæ cap.77.nu.4.* Rim. Jun. *conſ.306.*

10 Ratio est, quia ea stipulatio pœnalis est facti dividui, quia potest unus à loco recedere, & alius in loco permanere, & tantùm commissa fuit pro parte adimplementi non sequuti, juxta *d.l.4.§. Cato de verb. oblig.* quam doctè illustrat Valentia *illust.2.c.6.tract.4.n.19. cum seqq.* Borgia *contra Fabrum ad d.l.4 §. Cato lib.3.cap.7.*

11 Et nisi specialiter actum fuerit ut Rei in solidum obligentur, exigi ab eis in solidum non poterit, *auth. hoc ita C. de duobus reis*, Ronchegal. *in l.reo §. cum in tabulis n.26. ff. de duobus reis*, Capibl. anch. *de Baron fig.36.n.93.* Grespi *obs.84.n.40.* Et observavit Senatus ref. Nob. Josepho Ferrer & Vinyals omni virtute insignito, & litteris erudito R.A.D. in favorem Michaelis Porras Civis Dertusen. & aliorum die 19. Aprilis ann. 1668.

12 Quibus addi valet, quod promissio illa stricte intelligenda venit, ut minus obliget, quàm fieri possit, ut tradunt generaliter in fidejussoribus de representando reum. *ex l. quidquid stringendæ 99. de verb. obligat. l. si ultra 22. C. de fidejuss.* Ciriac. *cont.546.n.143 & seqq.* Carena *resol. 90.n.1. & seqq.* Latro *dec.183.n.41. par 2.* Conciol. *resol. crim.7.ver. Cautio de representando.*

13 Ac idem dicitur in cautione de non offendendo, quæ licèt à principio dicatur favorabilis, cum per eam occurratur delictis committendis; postquam tamen est præsita, & agitur de illius pœna, verba cautionis sunt stricte intelligenda, Farinac. *in prax. q.107.n.398. & conſ.62 n.3. lib.1.* Guaz. *de caut de non offendendo q.2.n.6. & 9.* Conciol. *ref crim 7. verb. cautio de representando.*

14 Ex dictis inferuntur variæ conclusiones pro praxi quotidiana utiles. Prima est, quòd fidejussor de non discedendo de tali loco, liberatur dicto reo licentia discedendi, quasi facta novatione, Giovag. *conſ.58.nu.18. ver. tertiò facit quia, lib.1.* Ciriac. *cont.10.1. cont.101. à n.35. usq; ad n.40.* Carena *ref 90 n.13. & tot. ref.* ubi loquitur in casu, quo apposita est clausula, firma manente fidejussione, si fidejussores non consentiunt, Rota Farinac. *post. dec.149. nu.2. par.1.* Conciol. *resol. crim.1. verb. fidejussor. nu.1 cum seqq.* (qui *n.8.* rem limitat stante clausula *& in casu licentiæ de se representando, &c.*) Ramon. *conſ.43.n.14. cum seqq* & per reditum Rei ad locum, non revivisicit fidejussio, quæ fuerat extincta, Carena citatus *n.40 & seqq.*

Rodoer. ad Marin. *quot. ref lib. 1. c. 133. nu.6.* asserit quòd fidejussor ejus qui tenet mandatum per Palatium, vel per Civitatem, statim liberatur, si Judex concedat ei licentiam, vel in scriptis, vel oretenus, sivè per nutus affirmativos discedendi aliqua die, aut tempore, de palatio ex Giaz. *discep. crim tit de fidejuss. à num.4. cum seqq.* latissimè Novarius *quæst. forens lib.2.q.77.* & subdit Rodoerius ibidem *n.18.* quod in una contingentia consuluit, quod fidejussor de præsentando aliquem, cui fuit assignata domus loco carceris, vel cui mandatum fuit ne de domo discederet, si Judex concedat reo licentiam audiendi sacrum, & Divina Officia in Ecclesia propinquiori; per hanc licentiam satis videtur alterata fidejussio, inspecto quòd dicitur reus positus in libera facultate deludendi Judicem, & fidejussorem, constituendo se in Ecclesia. Unde infert, non esse concedendas has licentias, nisi tantum cum consensu fidejussoris, quia aliàs censebitur liberatus, quæ sunt notanda ad declarationem punctualis *decisionis* Sanfelicii 253. sed cum eodem Sanfelicio contrarium tenet Scialoja *in prax. torquendi reos c.5. n.49.* Conciol. *verb. fidejussor resol.1. in notis nu.3* qui subjungit, quod si carcerato in aliquo carcere Judex dat licentiam eundi in alium, fidejussor liberatur. 15

Secunda, fidejussores de non discedendo de tali cubiculo, intelliguntur liberati per dationem aliorum fidejussorum de non discedendo de tota Civitate, Candelc. *concil.198.nu.3.* Menoc. *conſ.212.uu.29. & 30. vol.3.* Farinac. *conſ.59. nu.9. vol.1.* Thoro *in compen. dec. tom.2. ver. fidejussor de præsentando aliquem*, Borgn. *dec.14.n.18. par.5.* Carena *d. resol.90. num.14.* Conciol. *resol. crim.1. verb. fidejussor nu.6.* 16

Tertia, fidejussores de præsentando reum intra mensem, liberati intelliguntur, facta à Judice temporis prorogatione sine consensu ipsius fidejussoris, Villagut. *dec.21.* Thoro *in comp. dec. d. verb. fidejussor de præsentando, tom.2. ex tex. in l. si cum hermes, C. locati*, Carena *d. resol.90. nu.16. & seqq.* 17

An ex prorogatione termini à venditore debitori facta, censeatur ejus fidejussor liberatus, agunt Fachin. *cont. jur. lib.2.c.88. & lib.12.c.30. in princ.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.17. tit.4. nu.5. & 6.* Parlador. *ver. quotid. lib.1. §.11 limit.6.n.53.* Thesau. *quæst. forens. lib.2. q.57.* Cabal. *ref. crim. cent.1. cas.58. num.2. & 13.* Cevallos *com. con. com. q.754. n.40* Marinis, & ibi Rodoerius *quotid. ref. lib.1. cap 133. n.20. cum seqq.* 18

Quarta, extincta censetur fidejussio, quòd reus non discedet à tali loco, si de mandato Judicis in alio ponatur, puta in carceribus, & inde aufugiat; quia tunc non dicitur reus aufugisse à loco, à quo fidejussor promisit eum non discessurum, Gramat. *vot. 66. n.64.* Ciriac. *d. cont.101. nu.34.* Carena *d. ref. 90. nu.25.* Conciol. *ref. crim.13. ver. Cautio de representando*, ubi latè rem ampliat, & declarat, *& n.2.* id extendit, ut locum habeat in fidejussore de toto carcere, qui liberatur, si reus per Judicem reducatur ad strictiorem carcerem, Scialoja *in prax. torq. reos c.5. n.50.* idem Conciol. *ver fidejussor resol.1. n.5.* sed quid, si facto custodis, & ex propria authoritate in latiorem carcere reus ponatur, & non liberari fidejussorem; si reus aufugiat, docet R. Vilosia *de fugit. c.18 §.3. n.34. & 35.* 19

Quinta, fidejussor liberatur, si principalis minis, vel præceptis, vel alio modo à Judice perterritus, aufugit, Ciriac. *d. cont.101. n.41.* Giurba *conſ. crim.36. nu.9.* Carena *dicta ref.90 nu.31.* ubi generaliter statuit, quòd quilibet actus Judicis inducens metum, si ex eo reus aufugit, liberantur fidejussores, Giovag. *d. conſ.58. n.29. ver. quod postrus*, Bertaz. *conſ. crim.432. n.3.* Farinac. *d. conſ.59. nu.20.* Giurba *citatus n.9.* fidejussor enim de se representando liberatur, si reus representandus culpa Judicis, qui eum terruit, effectus sit irrepræsentabilis, ut cum pluribus allegatis probat Rodoerius ad Marin. *quotid. ref. cap.134.* 20

Sexta,

21 Sexta, fidejussor qui aliquem tenetur repræsentare in uno tribunali, non tenetur illum in alio repræsentare, Ciriac. *cont.* 285. *numer.* 38. Farin. *inprax. qu.* 34. *numer.* 272. *& seq.* Guazz. *def.* 6. *cap.* 4. *numer.* 20. amplè cum ampliationibus, & limitationibus Conciol. *resol. crim.* 6. *tota*, qui hæc omnia fundat in regula supra stabilita, quòd fidejussio est stricti juris, nec extenditur de loco ad locum, nec de re ad rem, nec de tempore ad tempus, & allegat Cabal. *resol. crim. cas.* 59. *nu.* 4. *cent.* 1. Ciriac. *cont.* 546. *nu.* 143. *& seq.* Vermig. *consil.* 311. *n.* 3. *& cons.* 312. *nu.* 12. & alios. Undè insurgit quæstio, an fidejussores dati coram Judice ordinario remaneant obligati, evocatà causà ad R. A. pro qua videndus Reg. Cortiada *post secundum tom. dec. ad* 16. *nu.* 15.

22 Ultima, fidejussor de repræsentando non liberatur à nexu obligationis, si reus præsentandus novum committat delictum, ut apud nos servatur, Cancer *var.* 2. *cap.* 3. *de fidejussor. n.* 146. & eo citato Rodoer. ad Marin. *quot. resol. lib.* 1. *cap.* 133. *num.* 9. (qui id disputat in casu quo pro delicto fuit bannitus, ad quod adeatur Conciol. *resol. crim.* 1. *ver. Cautio de repræsentando, tota*) atverò liberatur per primam capturam, etiamsi fuerit fidejussor obligatus cum clausula *toties quoties*, Pegueta *dec.* 47. & post eum Canc. *var. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 133. & 134. de qua re late Conciol. *resol. crim. fin. verb. cautio de se repræsentando tota*.

DECISIO LXXXIV.

ARGUMENTUM.

Consuetudo antiqua Gothorum prava introduxit in Hispania, & in hoc Principatu Cathaloniæ Duella, & Bella particularia. Et quibus legibus gubernabatur Hispania, & Principatus ante, & post invasionem à Sarracenis, & usque ad regimen Domini Raymundi Berengarii antiqui, Primi Comitis Barcinonæ; & quibus legibus successivis temporibus, & nunc gubernetur, latè discutitur.

SUMMARIUM.

1 *Rescriptum Regium, quo ordinatur Domino Locumtenenti Generali huius Principatus, quòd referat Leges, & Ordinationes Municipales ad excidendum damnosum abusum Duellorum.*

2 *Diffusæ, & variæ sunt Leges in hoc Principatu, loquentes de Duellis, & defidamentis.*

3 *Expenditur Usat.* Item constituerunt 15. tit. de feus, y potest. in 1. vol. Const.

4 *Recitatur Const.* Ordenam, in ordine 3. tit. de comercis in eod. vol. 1. Const.

5 *Refertur dispositio Usatici* Omnes homines, tit. de desaximents, y guerra.

6 *Inducitur Const.* Algun Cavaller in ordine 1. eod. tit. de desaxim. y guerra.

7 *Sub appellatione* potestatis *in dict. Usat.* Omnes homines, *veniebant comprehensi omnes Comites hujus Principatus, & Rossilionis, & Ceritaniæ, & sic etiam Comes Barcinonæ at defidasse Vicarium Barcinonæ; illius Comitem fuit delictum.*

8 *Comitores erant familiares Comitum, & erat titulus inter Vicecomitem, & Vasuassorem: Vasuassores erant Capitanei, & Officiales Comitum, qui erat titulus inter Nobiles, & Magnates, & majoris conditionis, quàm Militarium.*

9 *Homines de Paratico erant æquales, quantum ad immunitatem, Militaribus, & solummodò nunc adesse possunt successores antiquorum.*

10 *Tractatur Const.* 7. tit. de pau, y treva, *& Const.* 11. ejusdem tit. *quæ assentire videntur, in hoc Principatu esse permissam facultatem defidandi.*

11 *Prisci temporibus etiam esse prohibitam facultatem duellandi suadet Prag.* E perque alguns, 7. tit. de desafius in 2. vol. Const.

12 *Traduntur præludia, cum quibus elucescit materia tam ardua in hoc Principatu.*

13 *In Hispania ante eius invasionem à Sarracenis exequutam, Catholici Gothorum Reges celebrabant Concilia quæ Nacionalia cognominabantur, in quibus Reges illi cum interventu & approbatione Episcoporum, Prelatorum, Magnatum, Nobilium, & Populi condebant leges universales concernentes utilitatem rei Ecclesiasticæ, & sæcularis.*

14 *Enricus septimus Rex Gothorum in Hispania in scripturam redigere ordinavit leges Goticas in Concilijs Nacionalibus editas.*

15 *Ex ordine Alarici Octavi Regis Gothorum in Hispania Avianus Iurisconsultus in majorem methodum leges Gothicas ordinavit, & Codicem Theodosianum composuit.*

16 *Leovigildus decimus in Hispania Gothorum Rex rescecavit leges Gothicas superfluas, plurimasque addidit.*

17 *Omnes illas legesin unum composuit Flavius Egica trigesimus tertius Rex eo modo, & forma, quæ reperiuntur hodie in foro juzgo.*

18 *Ob Hispaniæ jacturam cessavit Regum Gothorum Imperium; at adhuc Catholici, qui exterminati vivebant, legibus, & consuetudinibus Gothicis gubernabantur.*

19 *Juxta illa primæva jura, cum haberent antiqui facultatem nominandi Regem, elegerunt in Principes, in Castella Don Pelayum, in Aragonia Garci-Ximenez, & alii dicunt, Inigum Aristæ, & in hoc Principatu Carolum Magnum Imperatorem.*

20 *In hac ætate Caroli Magni, Nostri alienigenas non susceperunt leges; nam illius potestati non se subdiderunt, debellatione coacti; sed libera voluntate; & sic cum asservatione legum suarum.*

21 *Recitatur locus Zuritæ, id ipsum expressiùs probans.*

22 *Quas etiam leges usque ad regimen Dom. Raymundi Berengarii antiqui, primi Comitis Barcinonæ, servavit hic Principatus.*

23 *Fuit ille peculiaris in Principatu legislator, qui asperitates legum antiquarum correxit, & consuetudines antiquas in scripturam redegit; unde jus nostrum scriptum, quod* usaticos *appellamus, originem habuit, & crescente ætate, constitutiones per Dominos Reges fuerunt statutæ.*

24 *Origo duellandi in Hispania descendit ex barbara consuetudine Gothorum, & in Cathalonia id clarius evincitur; cum de Duellis, & Bellis particularibus faciant mentionem primitùs Usatici, qui ex consuetudinibus Gothorum fuerunt formati.*

25 *Ex consuetudine igitur antiqua, seu verius ex abusu, prætenditur in hoc Principatu permissam fuisse facultatem guerrificandi.*

SACRA Catholica Regiaque Majestas Domini nostri Regis rescripto Regio dato Matriti die 12. Octobris 1679. injunxit Excellentissimo Marchioni de Leganes Locumtenenti Generali hujus Principatus, quòd perpensis iniquis effectibus, qui eveniebant in servitium Majestatum, Divinæ, & Humanæ ex Duellis, & monomachiis, oportebat ea omninò exterminare, & quòd sic informaret sua Excellentia de legibus, & ordinationibus, in hoc Principatu statutis, ad excidendum Duella, insimulque suum demonstraret consilium super re, ut asseveranter assequeretur superatio tam damnosi abusus, ut eis præhabitis, posset sua Regia Majestas decernere opportunum. 1

Retuli judicium, quod in scripturam redegi, & illud Regium Criminale Concilium stabilivit, quodque Excellentissimus Dominus Locumtenens Generalis suæ Regiæ Majestati misit; & quia difficilis examinis materia introspicitur, ob diffusas, & varias leges nostras de ea agentes, rem pensavimus, ponderavimus, & recognovi silentio ipsam non præterire; apparet esse jura in hoc Principatu, ex quibus affirmari potest, esse permissam facultatem duellandi cujuscumque conditionis hominibus, militaribus, generosis, & plebeis, nec eis Dominum Regem, salva sua Regia clementia, & Potestate posse illam auctoritatem interdicere. 2

Serenissimus namque Dominus Raymundus Berengarius, *lo antich*, Comes Barcinonæ in usat *Item constituerunt* 15. *in vol. const. tit. de feus, y potestats*, disposuit, 3

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ibi: *Item ſtatuiren los ſoven dits Princeps, que ſi nengun per ſi matexi, ò per ſon miſatje volia acuydar, ò deſafiar ſon ſenyor ſegur ho puxa fer, ſegur mentre vendra, è ſegur mentre que eſtarà, è ſegur entro que ſia tornat à caſa.* Eſt dicere: Statuerunt ſæpe dicti Principes, quòd ſi aliquis per ſemetipſum, vel per ſuum nuntium voluerit acuydare, vel diffidare ſuum ſeniorem, ſecurus poſſit facere, ſecurus dum venerit, ſecurus dum ſteterit: ſecurus uſquequo ad domum ſuam reverſus fuerit, unde infert Valleſica *in dic. uſat.* quod in Cathalonia quilibet poteſt diffidare ſuum dominum.

4 Etiam in Conſt. Dom. Regis Jacobi Secundi, edita in ſecunda Curia Barcinonæ anno 1299. in ordine 3. incipiente: *Ordenàm 3. tit. de comercis*, ſcribitur, ibi: *Ordenàm que quiſcun ric home, Cavaller, ò Ciutada, è hom de Vila, è qualſevol altre home, qualque condició ſia, puxa anar francament, ſens contradicció, ò reemço de nos, è de officials noſtres, è de altra perſona, à ſa voluntat, à qualſque parts ſe voldrà, è per qualſevulla camins, è carreras per terra, è per mar, è valer, è anar valer de guerra aquis volra, axi com per uſanza antiga, è altras Conſtitucions fetas ſobre açoen altras Corts, es acoſtumat eſſer fet: exceptas pageſos, è fills de pageſos de las terras haont ſe acoſtuman de recmbre.* Id eſt, quicunque homo poteſt in Cathalonia ire, quò voluerit, & quo libuerit, & valere alteri de guerra, exceptis ruſticis, & filiis eorum, de terris ubi conſueverunt redimi, nam hi ſtricti ſunt glebæ, & in ea tenentur facere reſidentiam, ut notat Mieres in hac Conſt. *par. 1. pag. 146. in nov.*

5 Ad idem ponderatur Uſat. *omnes homines* poſitus *in tit. de deſaximents, y guerra*: ubi ſtatuitur forma diffidamenti, videlicet, quòd omnes homines, qui diffidatam habetent poteſtatem, ipſi obſervent pacem per triginta dies, & poteſtates in Vicecomitibus, vel Comitoribus per quindecim dies, & Vaſuaſoribus, & aliis Militaribus per decem dies.

6 Et Conſt. Sereniſſimi Regis Jacobi Secundi in prima Curia Barcinonæ ann. 1291. quæ incipit: *Algun Caval ler, in ordine 1. tit. de deſaximents, y guerra*, in qua diſponitur, quod aliquis de genere Militari, aut homo de Paratico non poſſit damnificare alium, ſine defidatione, & quòd habeat ſpatium quinque dierum, & obſervare debeat cartam pacis, & treugæ factæ Barcinonæ, & confirmatæ Tarraconæ per Conſt. *En nom de Jeſu Chriſt. 11. §. item ſtablim 2. tit. de pau, y treva.*

7 Sub appellatione *Poteſtatis*, Uſatici *Omnes homines*, veniebant comprehenſi omnes Comites hujus Principatus, & Roſſilionis, & Cer taniæ, & ſic etiam Comes Barcinonæ, ſcribit Valleſica *in dict. uſat. omnes homines fol. 151.* ubi recitat diverſa exemplaria, & eum ſequitur Marquilles *in eod. uſat. fol. 329. not. 3.* Socarrats *in conſuet. ſuper uſat. ſi Dominus pag. 9. n. 12.* Ripoll *in prax Curiæ Vic. Barcinonæ rubr. 1. num. 7.* ubi refert ſententiam, qua fuit declaratum, defidamentum cum Sereniſſimo Raymundo Berengario, hujus nominis quarto, & Comite Barcinonæ procedere debere, cum Berengario Raymundo Caſtellet Vicario ejuſdem Civitatis, & citat Diago *l. 2. biſtor. Comit. Barcinonæ c. 119.* defendit tamen Calicius *in virid. milit. q. 2. n. 6. & ſeqq.* fuiſſe delictum diffidare Comitē Barcinonæ, quia Comes Barcinonæ eſt Princeps, faciunt tradita per Larrea *alleg. 117. n. 27. cum ſeqq.*

8 Comitores erant familiares Comitum, & erat titulus inter Vicecomitem & Vaſuaſorem, & Vaſuaſores erant capitanei, & Officiales Comitum, qui erat titulus inter Nobiles, & Magnates, & majoris ſtatus, & conditionis, quam Militarium; at de tempore Sereniſſimorum Dom. Regum Aragoniæ, deperdita eſt memoria titulorum de Comitoribus, & Vaſuaſoribus, quæ omnia ſcribit noſter Boſc. *dic. tit. de honors de Cathalunya lib. 3. cap. 3. §. 3. & 5.*

9 Homines de Paratico erant æquales quantum ad immunitates, Militaribus, & originem habuerunt in anno 386. tempore Comitis Barcinonæ Raymundi Borrell; per alium verò illi tituli non fuerunt conceſsi, & ſolùm nunc adeſſe poſſunt deſcendentes antiquorum, Boſc qui ſupra *lib. 3. cap. 13. §. 13.*

10 Terminus duellandi diſpoſitus in citato uſatico *omnes homines*, reſpectu Militarium, & hominum de Paratico limitatus fuit in dict. Conſtit. *Algun Cavaller*, cum ejus concordantibus deſuper allegatis, ad terminum quinque dierum, intra quos pax obſervari debebat, & ſolum poterant elapſo illo termino, ſe damnificare, adimplendo tamen diſpoſita per Dominum Regem Jacobum primum hujus nominis in Curiis Barcinonæ die 12. Kal. Jan. ann. 1228. quæ eſt Conſt. 7. *tit. de Pau, y treva*, confirmata per eundem Dominum Regem in Curia Tarraconę 16. Kal. Aprilis 1234. eſt Conſt. 11. *ejuſdem tit.* notant Mieres *in cem. Cur. Barcin. Jacobi 2. col. 4. cap. item quod aliquis par. 1. in noviſ. pag. 114. num. 53. in fin.* Marquilles *in dicto uſat. omnes homines fol. 329. not. 2.* Calic *in virid. militiæ quæſt. 3. nu. 34.* & huic aſſerto, quod permiſſa foret facultas defidandi, aſſentiunt Calic. *in virid. milit. q. 2. num 1 cum ſeqq. & quæſt. 9.* & alii DD. ſuper dicto uſat. *omnes homines*, Reg. Viñes *in dic. celeb. Curias diſ. 8. num. 175.*

11 In contrarium ſcilicet, jam priſcis temporibus prohibitam eſſe facultatem duellandi, apparet eſſe affirmandum ex his, quæ animadvertit Dom. Rex Don Ferdinandus Secundus in prag. data Burgis die 3. Novembris 1511. *cap. 5.* quæ incipit: *E perque alguns, in ord. 3. tit. de deſafius in 2. vol. conſt.* in qua reprobat abuſus Duellorum, reſcribens quòd aliqui abutuntur defidamentis, ſub prętextu conſtitutionis factę in Curia Barcinonę celebrata in Monaſterio Fratrum Minorū, quę benè perpenſa, non approbat dicta defidamēta; & crimina, quamvis ſint perpetrata prędecente defidamento damnat, ubi *E perque alguns abuſan en gran manera à deſafiar, ò poſar deſeximents, prenent color de la Conſtitució feta per nos en la Cort celebrada en la Ciutat de Barcelona en lo Moneſtir dels Frares Menors, la qual ben enteſa no aproba los dits deſafiaments, è los crims encaraque fian comeſos precehints dits deſafiaments, mana ſian punits*, & in finalibus verbis dictę pragmaticæ repetit, quòd per contenta in eadem non intelligit approbare duella, ibi: *No entenent emperò per lo que dit es, aprobar deſafiaments alguns.* Nec huic Religioſo aſſerto deficit auctoritas noſtri Practici Mires *in Curia Barcinonæ Jacobi 2. col. 4 par. 1. cap. 16. n. 2.* in illis aureis verbis: *Secundò nota, quod quilibet poteſt alteri valere de guerra, quod fortè intelligendum eſt de guerra Principum, vel alia licita: ſecus eſt de banditis, & guerris illicitis: quia nemini eſt licita impunitas peccandi.*

12 Ad capeſcendum hæc, & alia jura, quæ ſparſim in voluminibus Conſtitutionum in hac re loquuntur, ſelegi quatuor præludia extricare; de quorum primo agetur in hac deciſione, & de reliquis in ſequentibus.

Primum eſt, quòd prava conſuetudo, & uſus introduxit in hoc Principatu defidamenta.

Secundum de Duellis, eorumque prohibitione de jure Naturali, Civili Canonico, Divino, & particulari Regnorum.

Tertium non invenitur Conſtitutio, vel lex Municipalis expreſsè concedens defidamenta, & bella inter perſonas Militares, & alterius generis.

Quartum, conſuetudo antiqua reducitur ad terminos tolerantiæ, & erat hæc cum tantis formalitatibus, tantiſque limitationibus, ut pauci, aut nulli poſſent confideraſi caſus, in quibus duellantes poſſent impunes evadere.

Quintum, quod conſuetudo, uſus, & tolerantia remanet totaliter derogata per diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini, cujus ſancta diſpoſitio eſt totaliter aſsequēda.

13 Quoad primum præludium introducimus hac in re aliquas antiquitates, quibus examinatis manifeſta fiet reſolutio; ſint itaque, quod in Hiſpania ante ejus invaſionem à Sarracenis exequutam, Catholici Gothorum Reges celebrabrant concilia, quæ Nationalia cognominabantur, ſcribit Zaavedra Faxardo *in Coro. Gothic. par. 1. ſub anno Regis Athaulphi 412. cap. 2. ver. Para mantener*, Reg. Matthęu *in forma celeb. Cur. cap. 1. n. 11.* in quibus Reges illi cum interventu, & approbatione Epiſcoporum, Prælatorum, Magnatum, Nobilium, & Populi condebant leges univerſales, concernentes utilitatem rei Eccleſiaſticæ, & Sæcularis. Roderic. *in ep. Tolet. lib. 2. de rebus Hiſp. cap. 19. & lib. 3. c. 14.* Vaſeus *in hiſt. ſub an. 589.* Valdes *de dig. Reg. Hiſp. cap. 1. n. 13 & 20* Molina *de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 2. n. 11.* Garzia *de expenſ. cap. 16. n. 17. & de Nob gloſ. 1. n. 2. & gloſ. 18. n. 37.* Andreas Gomez *in præf. ad leges del fuero juzgo col 2* Alfà Villadiego *in rub. & in l. 1. tit. 1. lib. 2. del fuero juzgo*, Garzia de Loayſa *in collec. concil. Hiſp. ſub not. ad Tolet. 4.* quos laudat Reg. Viñes *in trac. cel. Cur. diſc. 1. num. 23.* Zaavedra *in Cor. Got* qui ſuprà *par. 1. cap. 2.*

14 Quas leges Gothicas in Conciliis Nationalibus editas colligere, & in ſcripturam, & ordinem reducere diſpoſuit Enricus Septimus Rex Gothus in Hiſpania, ut referunt Renat. Caphin. *de dom. Franc. lib. 2. tit. 15. nu. 5.* Ciriac.

lib. 2.

lib.2. de feud. tit.11. tom 4. Rod. Tolet. *de reb. Hisp. lib. 2.cap.10.* quos sequitur Reg. Viñes *in trac. celeb. Cur. dict. disc.1. nu.23.* Taraf. *de reb. Hisp. ann.* 515. Zaavedra *Cor. Goth. sub anno* 468. *Eurici par.1. cap.8. in princ.* Baron. *in annal. eod. an. ver* 12.

15 Ex ordine Alarici Octavi Regis Gothorum (qui in Hispania etiam regnavit) Avianus Jurisconsultus, vir spectabilis, in majorem methodum leges Gothicas disposuit, & Codicem Theodosianum ordinavit, ut cum Cujac. *in Epist. scripta in princ. d. Cod.* quam affert ante Fragmen. Pauli, Decianus *in apolog. cap.7. nu.* 10. Raud. *consil.2. de succes. Reg. Port. n.64.* tradit Reg. Viñes qui suprà *disc.1. n.26.* Baron. *in an.* 506. *ver.9 & 12.* Mariana *in histor. Hisp. tom.1. lib.5. cap.6. in fin.* Rod. Men. de Silva *in Geneol. Reg.7.* Zaavedra *Cor. Got. sub an.* 507. *Alarici Regis par.1. cap.9 ver Reyno.*

16 Pleraque ex dictis legibus superfluas resecavit, plurimasque addidit, & quæ in legibus ab Eurico videbantur inconditè custoditæ, vigilanti studio correxit Leovigildus Decimus in Hispania Gothorum Rex, ut fertur à Roder. Tolet. *de reb. Hisp. lib.2. cap.* 10. & 14. Alfon. à Carthagena *Reg. Hisp. anaphalosi cap.26.* Garibay *lib.11. cap.11. & 21.* Villad. *in Cor. Goth sub Leovigildo*, quos recitat Reg. Viñes *in trac. celeb. Cur. d. disc.1. n.23.* P. Mendo *de Princ. perf. doc.56. n.11.* Zaavedra *Cor. Goth. an.577. sub Leovig. Reg. par.1. cap.14 ver. Acabadas.*

17 Et tandem omnes illas leges in unum composuit Flavius Egica trigesimus tertius Rex, eodem modo, & forma, qua reperiuntur hodie in foro *juzgo*; nam quamvis dicatur has leges Gothicas collectas fuisse à Sisenando vigesimo sexto Rege, & illarum recopilatio tribuatur Divo Isidoro; at vero esse dicti Flavii Egica confirmant Roder. de Hisp. *in geneal. Reg. Hisp. in vita Regis Egicæ*, Jacob. Valdes *in addit. ad* Suarez *in proem. fori juzgo*, Vaseus *in vita Sintillæ* Garibay *lib.8. c.21 & 43.* Loaysa *in concil.4. Tolet.* Alf. Villad. *in rub dicti fori*, Baeça *de inop. debit. cap.16. nu.46.* Reg. Viñes *in d. disc.1. nu.27.* Zaavedra *in Cor. Goth. par.1. cap.21. ver. En este Concilio*, P. Mendo *de Princ. perf. doc 56. n.11.*

18 Postea ob Hispaniæ jacturam cessavit Regum Gothorum imperium; adhuc tamen non finivit legum, & consuetudinum antiquarum observantia, nam Catholici, qui exterminati vivebant, stylis, & legibus Gothicis moderabantur, alias non cognoscentes leges, non enim erant debellati, nec aliorum Principum subditi, Garcia *de exp. cap.16. num.17. & 70.* Molina *de Hisp. primog. lib.1. cap.2. num.11.*

19 Undè sic etiam cum juxta primæva jura asservarent facultatem nominandi Regem; hæc sectantes vestigia, in Castella Don Pelayum, in Aragonia Garci-Ximenez, aut alii dicunt, Inigum Aristæ, & in hoc Principatu Carolum Magnum Imperatorem in Principes elegerûr, scribit Reg. Viñes *in disc.1. celeb. Cur. n.29.* Zaavedra *in Cor. Goth. Castel. & Aus. par.2. in princ. ver. Passa Don.*

20 Et in hac ætate imperii Caroli Magni, Antiqui alienigenas non susceperunt leges; nam illius potestati non se subdiderunt, debellatione coacti; sed libera, & prompta voluntate, & sic cum asservatione legum suarum, prout in jure præsumitur, Bald. *in cap. translato nu. 4. const. & in l. etiam n.16. C. de jur. dot.* Socin. *sen. consil.7. nu.2. & 13. lib.1.* qui loquitur de alia subjectione voluntaria, quam fecit Civitas de Arecio ad Civitatem Florentiæ, est communis Doct. sententia Bartol. *n l. si convenerit*, §. *si nuda*, *ff de pig. act.* Albert. Bruno *in tract. de aug. dot. cap.8. num.10.* Honded. *consil. 23. num.15. & seq. lib.1.* Roman. *cons.218. col. 2. ver. In adversam autem, nu.6.* Pereyra *dec. Portug.2. tot.* & concludenter suprahabita doctissimè probat Viñes *in dic. disc.1. nu.30. cum seq.* ex duobus epistolis, una Ludovici Pii primi Kalen. Jan. anni primi sui imperii, & altera 4. Idus Febr. anni tertii, & ex quodam privilegio Caroli Calvi nepotis Caroli Magni, quas ad litteram inducit, & latius expendit Nobilis de Tristany *in Cor. Benedic. cap.10. nu.526. & 527.* & allegat F. Diago *in hist. Comit. Barcinonæ lib.2. cap.4. & cap.6.* Baron. *in an* 815. *tom.9.* Spondan. *in epit. fol.248. tom. 2.* Corbera *in factis Dom. Mariæ Cervello lib.9. fol.21. cap.2.*

21 Sed nullus expressiùs, quàm Zurita *lib.1. annal. cap.6.* ibi: *Fue tambien concedido à los del Condado de Barcelona, que juzgassen entre si por sus leyes, que eran las antiguas Goticas, que permanecieron mucho tiempo, las quales se avian puesto por escrito en tiempo del Rey Godo Eurico, que son las del fuero juzgo, que se guardaron en Barcelona, y su tierra en el tiempo de los Reyes Godos, y aun despues por los pocos Christianos, que quedaron en tiempo que la possebian Moros, y aun tambiem despues de Carlo Magno, y Ludovico Pio, sin conocer otras leyes, por mas de ducientos, y cinquenta años.* Idem affirmat F. Diago *in histor. Comit. Barcinonæ lib.1. cap.* 5.

Ab ætate hac usque ad regimen Domini Raymundi 22
Berengarii antiqui, primi Comitis Barcinonæ, easdem leges, & consuetudines servavit Principatus Cathaloniæ, ut recitat idem Zurita *dict. lib. 1. cap. 6.* ibi: *hasta que el Conde Don Ramon Berenguer el primero, estableciò los usajes, con acuerdo, y loacion de la Corte General de Cathaluña, que convoco para este efecto.*

Cum enim asperitates dictarum Legum subire prisci 23
non valerent, nec dispositæ sufficerent ad discertandum quæ occurrebant; ideo Dominus Raymundus Berengarius antiquus, Primus Comes Barcinonæ, hujus Principatus peculiaris legislator leges Gothicas emendavit, & consuetudines antiquas in scripturam redegit in Curiis Generalibus Barcinonæ, celebratis anno 1163. undè jus nostrum scriptum, quod *usaticos* appellamus, ortum habuit, probat Usat. *cum Dominus 2. tit. de proem. in 3. vol. const. inter superf.* & habetur in genealogia Comitum Barcinonæ descripta *in princ. vol. const.* tradit Reg. Viñes *in tract. celeb. cur. disc.1. in princip.* & crescente ætate, edi cœperunt Constitutiones per Dom. Reg. Alphon. Primum hujus nominis in ann. 1173. & 1192. & ulteriùs per cæteros Dominos Reges Regni successores.

His præhabitis, pro certo affirmamus, originem Duel- 24
lorum in Hispania descendere ex barbara consuetudine Gothorum, ut observat Larrea *alleg. Fisc.117. n.14. in fin.* quod in hoc Principatu clarius evincitur, nam leges, quæ primitùs verba faciunt de Defidamentis, Duellis, & Bellis particularibus, sunt supra citati usatici: *Item constituerunt 15. tit. de feus y poteſt Usat. omnes homines tit. de desaximents. y guerra*, quos usaticos formavit, ut præhabetur, Don Raymundus Berengarius Comes Barcinonæ ex legibus Gothicis, & consuetudinibus antiquis.

Id ipsum insinuat Const. *Ordenam 3. tit. de comercis*, & 25
clarè recitat Calic. *in marg. milit. quæst. 1. in summar. ventamus numer.* 5. in illis verbis: *Ex quibus Barones, Milites, & homines de paratico pretendunt ex consuetudine, & longissimo usu Cathaloniæ se posse invicem guerrificare*, sequitur Mieres *in com. Jacob. 2. in Curia Barcinonæ, col.4. cap. Item quod aliquis, part.1. pag.112. in novis, num. 2.* ibi: *Licet de facto per consuetudinem, & verius abusum permittantur guerrificare isti nobiles, milites, & alii homines de paratico.*

DECISIO LXXXV.

ARGUMENTUM.

De Duellis, eorumque prohibitione de jure Naturali, Civili, Canonico, Divino, & particulari Regnorum.

SUMMARIUM.

1 *Duellum est duorum bellum, græcè monomachia, id est singularis pugna.*

2 *Sumitur propriè, & impropriè; impropriè est quodcumque certamen, sive licitum, sive illicitum; & sic latè sumptum Duellum, significat omne bellum.*

3 *Duellum aliud est judiciale, & aliud extrajudiciale; exploratur, quid sit judiciale, & traditur illud, quod pro honore Imperatricis Germaniæ suscepit Raimundus Berengarius Nonus Comes Barcinonæ.*

4 *Extrajudicialis definitio Duelli refertur, aliis relictis definitionibus.*

5 *Bellum Principis auctoritate indictum, non est Duellū.*

6 *Illud genus pugnæ non fit causa odii privati, sed ex causa publica, & militibus incumbit, pro publica utilitate pugnanda usque ad extremum halitum, præceptis Ducis obedire.*

7 *Conflictus inter milites in bello justo de consensu Ducis, ad conservandam bonam famam ob causam publicam, non sunt Duella.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

8 *Certè conflictus illi non parum sæpè fiant ad totius belli eventum, quod exemplis demonstratur.*

9 *Non sunt Duella conflictus, qui fiunt subito iræ furore, & calore iracundiæ.*

10 *Intellige, quando non devenitur ad actum intermedium, in quo satis versatur judicis arbitrium, etiam quando pugna sequitur eadem die qua facta fuit rixa, & conventio.*

11 *Duella non sunt conflictus inter illos, qui cum sibi obviant, invitant ad pugnandum, etiamsi unus alteri dicat, distringe ensem ad pugnandum.*

12 *Idem affirma de pugna mulierum, vel virorum sine instrumento periculoso ad pugnandum; ubi aliqui explicantur casus, in quibus Duellum non committitur.*

13 *Committitur Duellum, quando causa pugnandi, unus alteri dicit, veni ad talem locum, ubi te expecto.*

14 *Quando injuriatus videns injuriantem ense carere, dicit ei, affer ensem, hic te expecto, committitur Duellum.*

15 *Idem quando existens in platea, dicit alteri, exeamus hinc ad pugnandum.*

16 *Secus autem, si existens in Ecclesia, ob periculum adjutorum inimici, dicit ei, exeamus hinc, fugiens Ecclesiæ irreverentiam.*

17 *Sic mota rixa in Ecclesia, à qua exierunt, offendens extra Ecclesiam gaudet immunitate, quidquid sit de quæstione illa, an mandans in Ecclesia, aliquem occidi, vel vulnerari extra Ecclesiam, sequuto damno, gaudeat immunitate.*

18 *Quando quis provocat ad pugnam, dicendo tecum pugnabo prima vice, qua tibi per urbem obviam ero, non committit Duellum.*

19 *Ex Duello sequuntur mortes, animarum perditiones, ordo judiciorum pervertitur, & insurgunt alia absurda.*

20 *Duella antesignanum habuerunt Diabolum, & eo fabricante fuerunt introducta: Barbarum, injustum, & impium est Duellorum præsidium.*

21 *Duella sunt prohibita per Jus Naturale, Civile, Canonicum, & Divinum.*

22 *Traditur in Hispania prohibitio Duellorum, cum eorum pœnis.*

23 *Prohibita sunt etiam in Gallia, & referuntur pœnæ duellantium.*

24 *In Regno Lusitaniæ vetita sunt Duella adjunctis pœnis contrafacientibus.*

25 *In Belgis recitatur prohibitio pœnalis duellandi.*

26 *Neapoli etiam adest inhibitio Duellorum, adjectis variis pœnis.*

27 *Idem statuitur in Regno Siciliæ, nec sustinentur Duella per licentiam obtentam à D. Rege, vel Vice-Rege.*

28 *Inter Equites Divi Joannis Hierosolymitan. adest statutum pœnale prohibens duella.*

29 *In statu Ecclesiastico pariter adest prohibitio duellorum juxta varias Pontificis Constitutiones, & juxta S. Conc. Trid.*

30 *Medium ad extirpanda omninò Duella.*

1 EST Duellum idem, quod duorum bellum, græcè monomachia, id est singularis pugna, *cap. Monomachiam 2. quæst. 5.* Sylvest. *in sum. verbo Duellum*, Lezana *in sum. eod. verbo Duellum*, *num. 2.* Valen. *in tit. decretal. de cler. pug. in duel. nu. 1.* Fragos. *de reg. Reipub. par. 1. lib. 1. disp. 2. § 10. nu. 13.* Caponius *tom. 5. discep. foren. 379. nu. 1. & discep. 391. nu. 2.* Claudius Coteræus *de jur. milit. lib. 3. cap. 24.*

2 Sumitur autem dupliciter, scilicet propriè, & impropriè: impropriè est quodcumque certamen sivè licitum, sivè illicitum, Lezana *in verbo Duellum nu. 2.* & sic latè sumptum Duellum, omne bellum significat, ut legitur apud Horat. *lib. 2. epist. 1.* Cicer. *de orat.* ibi: *Antiqui nomina contrahebant, quo essent aptiora, ut Duellum, Bellum:* Et *lib. 2. de leg.* ibi: *Nam æs, atque ferrum Duelli instrumenta*, Livium *lib. 6. belli Maced.* ibi: *Populus Romanus cum eo tempore bellum intulisset cum Rege Antiocho.* Varron. *lib. 6. de ling. lat.* ibi: *Per duellum, duellum id postea bellum; ex eoque perduelles dicti, quos hostes vocamus*, *l. quos 234. ff. de verb. sig.* illustrat Pet. Greg. *lib. 48. syntag. cap. 16. nu. 1.* & eo citato Gonzalez *super 5. decretal. tit. 14. de Cleric. pug. cap. 1. & 2. n. 7.* Bejerlink *in theat. vit. hum. verbo Duellum in princ.* Caponius *d. discep. forens. 379. n. 1. & seq. & dic. discep. 391. n. 3.*

Duellum aliud est judiciale, & aliud extrajudiciale: judiciale est, quod fiebat Judicis auctoritate, ad veritatis indagationem, vel criminis purgationem, vel litis terminationem, hujus duelli mentio habetur *in cap. unico, ver. Si autem omnibus de pac. tenen, & lib. 2. feud. tit. 27. ver. Qui hominem, & §. rusticus*, & usu receptum fuerat apud Danos, Saxones, Francos, Gallos, Longobardos, Italos, Hispanos, tradit Gonzalez *in d. cap. 1. & 2. de Cler. pug. num. 8.* Rodoer. ad Marinis *quot. resol. cap. 110. num. 1. cum seqq.* apud Valentinos Reg. Matthæu *de regi. Reg. Valent. cap. 11. §. 5. num. 53. cum seqq.* & apud Aragonenses Cuenca *de sui def. lib. 4. qu. 3.* & Larrea *alleg. Fisc. 117. num. 10. cum seqq.* per numeratas, & alias Regiones transit, & recitat ad id ipsum *num. 17.* ex Marin. Sicul. *de viris illust. in vita Raymundi Berenq. noni Comit. Barcinonæ* Duellum, quod suscepit pro defendendo honore Imperatricis Germaniæ, cum illius innocentiam cognosceret, & anteaquam pro ea Duellum acciperet, ut justè provocaret, adivit simulato habitu Religiosi, ut ab illa exploraret factum, quam innocentem esse agnovit. De purgatione criminum per ignem, per aquam ferventem, vel frigidam, aut per Duella illicita differit Salzedo *de reg. princ. lib. 3. cap. 6. dissert. 34.* de Duello decretorio, & propugnatorio, vel satisfactorio, purgatorio criminis objecti, probatorio alicujus occultæ veritatis, & decisivo alicujus litis agit Caponius *tom. 5. discep. 391. nu. 12.* latè Claudius Coteræus *de jure milit. lib. 3. cap. 24.* 3

Extrajudiciale est, quod partes citra Judicis auctoritatem capessunt, & ejus apta definitio traditur à Lezana *in sum. verb. Duellum num. 2.* scilicet: certamen inter duos, vel plures in pari numero, privata auctoritate, ex condicto, id est pacto invicem inito, statuto loco, & tempore cum periculo vulneris, mutilationis, aut mortis, Bonac. *de cens. disp. 2. quæst. 6. punc. 2. nu. 1.* Ludov. Caspensis *in Cur. theol. tom. 2. tract. 17. disp. 7. sec. 2. n. 23.* Vidal *de Duellis inquisit. 4. n. 2.* Caponius *tom. 5. dic. discep forens. 379. n. 2 & dic. discep. 391. n. 3.* relictis aliis definitionibus, quas tradunt Larrea *alleg. 117. num. 3. & 4.* Gonzalez *ad cap. 1. & 2. de Cler. pug. in duel. num. 7.* Diana *in sum. verbo Duellum*, Rodoer. ad Marin. *lib. 1. quot. resol. dict. cap. 110. num. 7.* 4

Pro intelligentia supra habitæ difinitionis Duelli extrajudicialis, de quo in præsentiarum pro intelligentia nostrorum jurium verba facimus, aliquas expendimus illationes, videlicet, quòd ideo bellum, non est Duellum, quia non est privatà, sed Principis auctoritate indictum, Lezana *in summa verbo Duellum*, *nu. 2.* & ex Sayro, Lyra, Novar. Valent. Cayet. Menoc. Azevedo, & aliis recitat Fragos. *de reg. Reipub. par. 1. lib. 1. disp. 2. § 10. n. 29. & seqq.* Caramuel *in sua theolog. fundam. n. 412.* Caponius *tom. 5. discep. foren. 391. n. 6. in fine.* 5

Illud enim genus pugnæ non fit ex causa vindictæ, aut privati odii, sed pro bono publico, & sic bellantes extra culpam sunt, imo laudem merentur, *l. 1. §. qui operas, ff. post.* Ayala *de jur. bel. lib. 1. cap. 3.* & teneri milites dictis obedire Ducis præcipientis, ne stationem mutent, signum præliandi dent, & similia, ex communi Doctorum sensu tradit ex Homob. *de stat. 2. par. cap. 15. de stat. milit.* Altam *rub. de fil. tis offic. cap. 4. n. 12.* ibi: *Docet Bañes 2. 2. quæst. 40. ar. 1. dub. ult. & Dionys. Cart. de vita milit. ar. 2 & 3. militibus asserit incumbere, ut in publica utilitate propugnanda, sibi propria salus vilescat, & ad extremum usque halitum pro causa nobilissima cadant, communi bono victimæ devotæ.* 6

Et hinc pariter infertur, quòd non sunt Duella illi conflictus, qui fiunt inter milites, quando Dux vnius exercitus mittit, verbi gratia, Ducem & milites, contra Ducem, & milites alterius exercitus; quia hoc etiam fit publica vtilitate, Lezana, *in dict. verb. Duellum, num. 2.* conflictus enim illi in bello justo acceptari, & iniri possunt, si non fiant propter vanum finem; sed principaliter ad conservandam bonam famam, ac nomen apud exercitum hostilem, si ex eo, quod non accepterentur hæc certamina, fiant audaciores hostes contra nostros, existimantes præ timore, Nostros hujusmodi conflictus non admittere, Suarez Valent. Nov. Bonacin. Azor. Ferrar. Filliuc. Hurtad. Diana *resol. moral. tom. 5. trac. 13. miscel. resol. 27. & tom. 6 tract. 6. res. 20* remittens se ad alios quos adduxit *tom. 3. ad. 5. resol. 1.* Fagun *in præcep. decalog. lib. 5. cap. 8. n. 37.* Larrea *alleg.* 7

alleg. Fisc. par.2 cap.106.num.11. ver. Ex quo, & alleg. 117. num.48. & seq. Rodri. *tom.1. sum.in edit.cap.73. num. 2.* & allegatis Prato *responso crim.40. num.27.* Frag. *de regi. Reip. par.1. lib.1. disp.2. §. 10. num.27.* Caponius *discep. forens. tom.5. discep.391. num.6.*

8 *Et certè* inquit Ayala *de jure belli lib.1. cap.3. hæ pugnæ non parum sæpè ad totius belli eventum faciunt. Itaque Livius lib. 5. de pugna illa Torquati cum Gallo tractans: tanti inquit, ea dimicatio ad universi belli eventum momenti fuit, ut Gallorum exercitus, relictis trepidè castris, in Tiburtem agrum, mox in Campaniam transierit. Similiter bello sociali, cum ingens Gallus ex Gallicis auxiliis, quæ L. Cluentius cum Sylla decertaturus assumpserat, procurrens invitasset ad singulare certamen ex Romanis aliquem, & cum parvæ staturæ Numida confecisset; territi Galli confestim terga verterunt: jamque turbata acie, nec alii Cluentiani perstiterunt; sed Nolam perfugerunt trepidè,* Appian. *de bello civil. l.1.* idem sentit P. Remig. *dec. moral. belli c.11. §.1.* ubi alia demõstrat exempla, Valent. *in par at. ad tit. de Cler. pug. in duel. n.7.*

9 Similiter non sunt Duella quotidiani conflictus, qui fiunt subito iræ fervore, vel ex aliqua altercatione; cum non fiant ex condicto, & pacto sed casu, Lezana *in sum. verbo Duellum, num.2.* Duellum enim, ut sit punibile, debet fieri animo deliberato, & ex proposito; secùs est si calore iracundiæ, & orta inter duos rixa fiat provocatio ad Duellum, & incontinenti ad aliquem locum accedentes dimicant, ut notat Farin. *in prax. quæst. 119. num.24.* ubi dicit, pluriès in facto obtinuisse, & *consil.4. num.35. lib.1.* Guaz. *de confis. bonor. conclus.13. amp.89. num.6.* Marin. *resol.110. num.9.* Sanchez *in præc. decal. lib.2. cap.39. num.28. in fine*, Masin. *de confisc. bonor. quæst.10. num.19. & seq & num.3. & seq.* ubi dicit, hoc procedere; etiamsi duellantes se vocaverint ad dimicandum incerto loco, ut ibi per eum P. Diana *in sum. ma in verbo Duellum, n.9.* Conc *resol. crim. verbo Duellum resol.1. num.4* Caponius *tom.5. discep. forens.391. nu. 4.* ubi transit ad alios casus, in quibus ob calorem iracundiæ contentio pugnandi non est Duellum.

10 Sed ipse hæc intelligenda censet, quando scilicet non devenitur ad aliquem actum intermedium, ex Ludov. *dec. Luc.11. in fine*, ubi dicit in hoc satis versari Judicis arbitrium, quem sequitur Anton. *de temp. leg. lib.1 cap. 29. num 6.* & quando pugna sequitur eadem die quà facta fuit rixa, & conventio, ut dicit P. Diana *resol. moral. par.6. trac.6. resol.21.* quem referendo sequitur Anton. *de temp. leg. lib.1. cap.29. num.7.* & sentit etiam P. Graf. *de nece prodit. §. 2. nu.10. & 11.* Conciol. qui suprà, & de hac materia Amuesca *de potest. in semetipsi. lib.2. cap.5. num.25.* Muta *in prag. Reg. Sicil. de pœn. provoc. ad duel. prag. unt n.14.* Hinc declaravit congregatio Concil. 15. Octobris 1644 quòd, qui absque assignatione loci ad monomachiam, & absque vocatione patrinorum, in primo iræ impetu in rixa calore iracundiæ vulnerat, non incidit in pœnas Concilii *sess.25. de ref. cap.19.* scribit Pignat. *tom.1. consul.318.* qui ex Bonac. asserit id ipsum procedere, etiamsi assignetur locus, & sit incontinenti Panimolle *p.2. dec.144.*

11 Idem asseritur de conflictibus, qui fiunt inter milites, vel alios similes, qui propter inimicitias, quas in se habent, cum sibi obviant, se invitant ad pugnandum, & eo loco pugnant, etiamsi unus alii dicat, distringe enfem ut pugnemus; quia tunc non est certamen cum determinatione loci, & temporis Lezana *in verbo Duellum, n.2.* Valent. *in parat. ad tit. de Cler. pug. in duel. n.5.* Ric. *in prax. dec.634.* Caponius *to.5. discep. foren.391. n.5.*

12 Idem affirmatur de pugna, quæ solet esse inter mulieres, vel etiam inter viros, sine instrumento periculoso ad vulnerandum; quia non est periculum occisionis, mutilationis, aut vulneris, & de his Filliuc. *trac. 15. cap.5. num.107.* Pereg. *de duel. quæst.2.* Bonac. *de cens. disp.2. qu.6 punc.2.* & his citatis Lezana *in summa verbo Duellum n.2.* Caponius *tom.5. dic. discep. foren.391. num.6.* ubi asserit, quòd nec pugna, quæ fit propter defensionem necessariam sui ipsius est Duellum, quia non est deliberata, nec exercetur ex pacto mutuo, nec Duellum committit proditor, qui consultò aliquem invadit ex insidiis, quia non intervenit mutua conventio deliberata ab utraque parte, sponte, statuto loco, & tempore.

13 Committitur verò duellum, quando causà pugnandi unus dicit alteri, veni ad talem locum, ubi te expecto; nam ibi adest pactum cum designatione temporis præsentis, & loci, Sanchez *in decalog. lib.2. cap.39 num.28.* Bonac. *de cens. d. pun.2. nu.6.* Lezana *in sum. in verb. Duellum, nu.3.* Caponius *to.5. d. discep. foren.391. num.4.*

Similiter, quando aliquis ab alio iniuria affectus, vi- 14
dens ipsum ense carere, dicit ei, abi, affer ensem, hic te expecto, vel in tali loco, committitur Duellum ex condicto cum designatione temporis, & loci, & Sanchez *dict. cap.39. nu.28.* Bonac. *dic. punc.2. num.6.* Lezana *in verbo Duellum, num.3.* Diana *resol. mor. par 2. tract.19. resol.53. & in summa in verbo Duellum, n.8.* Fragos. *de regi Reip. par.1. lib.1 disp.2. §.10. num.58. & seqq.* Barbosa *in Concil. Trident. de refor. sess.25. cap.19. num.10.* (ubi discurrit ad alios casus) Caponius *discep. foren. 391. tom.5. num.4.*

Similiter committitur Duellum, quando existens in 15
platea dicit alteri, exeamus hinc ad pugnandum; eo animo, ne impediantur à circunstantibus, tunc enim non est negandum ex condicto provocari ad pugnam, & verè designari locum, & tempus, Sanchez, & Bonac. qui suprà. Lezana *in dic. verbo Duellum, n.3* & ex Reginal. Molina, Frag. *de regi. Reipub. par.1 lib.1. disp.2.§ 10.n.62*

Aliter, quando videns inimicum in Ecclesia, in eo 16
habens adjutores timens periculum, dicit, exeamus hinc, solum fugiens Ecclesiæ irreverentiam, & suum periculum, Lezana *in sum. in verbo Duellum, num.3.* Barbosa *in Concil. Trident. sess.25. cap.19. de refor. nu.11.* Fragos. *de regi Reip. par.1. lib.1. disp.2. §.10. num.61.*

Undè quidquid sit de quæstione illa, an mandans in 17
Ecclesia, aliquem occidi vel vulnerari extra Ecclesiam, gaudeat immunitate sequuto damno, de qua latissimè Reg. Cortiada *dec.114. num.12* inclinarunt tamen Domini Senatores 26. Martii 1671. existentem in Parochia Sancti Justi, & Pastoris hujus Civitatis, inculpatum de assistentia cum pugione facta in homicidio perpetrato ictu pugionis per alium propè Ecclesiam Parochialem Beatæ Mariæ de Pino, mota rixa in Ecclesia, à qua exierunt, gaudere immunitate Ecclesiastica.

Ulteriùs, quando quis provocat ad pugnam, dicendo 18
tecum pugnabo prima vice, qua tibi per urbem obviam ero, cum non designetur locus, & tempus certum, probabilis est opinio quòd non committitur Duellum, ut contra Bonac. tenet Diana *resol. mor. par.5. trac.13. resol.59.* sequitur Lezana *in sum. tom.2. verbo Duellum, num 3. in fine.*

Ex Duello procedunt mortes repentinæ, animarum 19
perditiones, nova inter adstantes amicos pugnantium odia, ut habetur in Bulla Jul. 2. *const.19. in Bull. tom. 1.* recensent P. del Rio *disq. m. g. lib 4. cap 4 sec.2. ver. Detestabilis*, ordo judiciorum, & legum, omnis auctoritas, quæ actiones constituit, quibus vnicuique jus suum in judicio prosequi licet, pervertitur, nec cuique licet propria auctoritate jus sibi dicere, *l. extat. ff. quod met. caus.* Ayala *de jur. belli lib.1. cap.3.* Valen. *in parat. tit. de Cler. pug. in duel. num.2.*

Est Duellum quædam furia contra humanitatem, & 20
naturalem rationem, omnem stultitiam continens. Muta *in prag. Reg. Sicil. prag. unic. tit. de provoc. ad Duel. num.6.* juxta illud Oratii *lib.1. epist.*

Gracia Barbaria lento collisa Duello
Stultorum Regum, & Populorum continet æstus.

Athletam, & antesignanum habuit Diabolum, ex Alciat. Castillo, Ferret Azeved. Salzed. Mat. ad Guid. Pape, Prato *resp.40. in princ.* Muta *d. prag unic.n.6.* Larrea *alleg. Fisc.117.n.8.* Ayala *de jur. belli l.1.c.3. in princ.* & sunt verba Concil. Trid. *sess.25. de ref. cap.19.* ibi: *Detestabilis Duellorum usus, fabricante Diabolo introductus.*

Causam si quæras; plurimùm nullam reperies, inquit P. Scrib *Christ. polit. lib.2. cap.41. Quasi supra belluarum feritatem, in sanguinem propter sanguinem eatur. Honor prætexitur, nimirum honor est, tota anima in infernum delabi, & quodde illo.*

Non arma manu, non fræna remisit.
Sicut erat, rectos defert in tartara currus.
Ita nostri, toto calente ferro, in nunquam morituros igens animas deferunt; ut dicere cum eodem possint,
Non tumulo, non igne miser, lacrymisque meorum.
Productus, tot pariter tibi funere veni.
O nimis toto! & ante fumus toto! anima pariter, & corpore flammis tumulandi æternis.

Nil mirum igitur, si Duellum sit per Jus Naturale, 21
Civile, Canonicum, & Divinum, prohibitum, ut pro-

probant P. del Rio *disp. mag. lib.4. cap.4. sec.2.* Mas. *de confisc.bon quæst.10.in prin.* Diana *in summa verbo Duellum*, Cohel. *ad Bullam boni regim. cap.14.num.106.* Anton. *de temp.leg.lib.1 cap.29.* quos citat Conciol. *resol.crim. 1. verbo Duellum*, P. Fragol. *de regi Reipub. par.1.lib.1. disp.2.§.10.* Caraf *in trac. de duel. par.2. tit. de prohib. duel. quæst.1.* latissimè Prato *ref.crim.40. num.7. cum pluribus seqq.* Ayala *de jur.bel.lib.1.cap.3.* Fag. *in cap. Henricus de Cler.pug.in duel.* ubi pro Duellorum prohibitione à jure Divino septem rationes ponderat *num.9. & seqq.* Gonzalez *ad dic. cap. Henricus num.9.* Muta *in dic.prag. uni.n.4.* Cuenca *de sui defen.lib.4 quæst.3.n.1.& 2.* qui allegat *l.un.C. de gladiat.lib.11.* ubi Glos. & DD. Azevedo *in l.10.lib.8.tit.8.novæ recop.n.13. Can. Monomachiam 2.q. 4.c 1. extra de pug. vulg.c.1.& 2. de Cler.pug.in duel. Clem. un. de torneam.* ex Divo Thoma 2.2 *qu.25.* & aliis. P. Muga *disp. moral.11.n.25.* Calic. *in virid. milit. quæst.1. sum. veniendo num.1. ad 7.* Pereg *in tract. de duel. quæst.2. à princ.* Jason. *vol.2. consil.144. num.2.* Cenedo *in collec. ad decret. col.117. par.2.* Reud. *in tract. de bello, cum commen. quæst.10.* Rodoer. ad Marinis *lib.1. quot resol. cap.110.n.8. & ferè per tot.* Caponius *tom.5. discep. foren.379. nu.4.*

Barbarum, injustum, & impium est Duellorum præsidium; Barbarum, quia grassatur spiritum proximo, vel sibi, invito Deo, Domino, & Judice; Injustum, quia invadit justitiam Principis, de facto, & sine judice se vindicando; ideo Rex Theodoricus querulus exposuit Senatui Romano: *Si quid est fortè, quod pœnam mereatur, admissum in præfecti Vrbis notitiam deferatur, ut culpa legibus non per præsumptam puniatur iniuriam. Quid enim discrepat à peccante, qui se per excessum nititur vindicare? Impœnitenda est ultio, quæ de legibus venit, & excellentes videtur de pulsato triumphasse, qui victor pronuntiatur à Judice* apud Casiod. *lib.1. Epist.30.* & strenuis quibusdam edictavit, ut vires suas in hostes, non verò in suos exprimerent: *Illud præterea vos credimus admonendos, ut non in vos, sed in hostem sævire cupiatis. Res parva non vos ducat ad extrema discrimina. Acquiescite justitiæ, qua mundus lætatur. Cur ad monomachiam recurritis, qui venalem judicem non habetis;* Casiodor. *lib.3. epist.24.* notat hæc cuncta P. Garau *in Olimpo del Sabio, Maxim.8. num.2. & seqq. par.2.*

22 In Hispania licèt Duella permitterentur, ut constat *ex tit.3.& 4* & eorum legibus *par.7.* quæ agunt *de los reptos, y desafios;* attamen postea de anno 1480. omnino fuerunt prohibita, & nulla ex causa permissa, adjunctis pœnis pugnantibus, mediatoribus pugnæ, & patrinis, ut incurrant notam proditorum, bonorum amissione plectantur, Fisco applicanda, & pugnantes pœnis corporalibus afficiantur, ut si provocans ad pugnam adversarium occiderit, vel vulneraverit, capitali supplicio puniatur, & si provocatus vicerit in pugna, ubi vulnus, vel mors adversarii sequuta fuerit, provocatus à Regno exulatur, constat *ex l.10. tit.8. lib 8. recop.* ubi Doctores, & eum Belluga, Heringio, Anisæo, Bodino Vischer *de duel. sec.1. mem. ar.3.* Larrea *alleg. Fisc. 117. num.3.* Muta *ad prag. unic. tom.1. de pœn. provoc. ad duel. num.7.* Prato *resp.40. num.22. & seq.*

23 In Gallia etiam pluribus Regiis edictis, & pœnis bella particularia fuerunt vetita, ut ex Caroli Magni testamento, & Beati Ludovici alio testamento confirmante edicta Regis Henrici Quarti in Duella, & declarationem pacificationis Duellorum probat Rual. *actione in duella pag.63. usque ad 81.* & de prohibitione Duelli extat Concilium Valent. celebratum ann.855 apud Baron. & his rescriptis Larrea *dict. alleg. Fisc.117.n.35.* & Prato *ref.40. n.24.* refert alias leges promulgatas de ann.1646. & de tempore Ludov. decimi tertii, scribit Barbosa *in Concil. Trid. sess.25. de ref.c.19.* quod ablatis, & cassatis quibuscumque prædecessorum Constitutionibus, & irritatis omnibus consuetudinibus bellandi singulari certamine, addita fuit contumacibus, & non obedientibus pœna confiscationis bonorum, dignitatis, & nobilitatis.

24 In Regno Lusitaniæ adest lex *lib.5. cap.43.* ubi duellantes puniuntur pœna amissionis omnium bonorum suorum, adjectis aliis pœnis, tam provocantibus ad Duellum, quàm lacessitis Duellum acceptantibus, nec non patrinis, tradit P. Molina *de just. tract.3. disp.17. num.5.* Prato *dict. resp. crim.40. num 24. in fine.*

25 In Belgiis extat Seren. Principis edictum 27. Februarii ann.1610. quo provocantes, & consentientes in Duellum, declarantur infames, indigni nobilitatis insignibus, privati officiis, & dignitatibus omnibus, cum publicatione dimidiæ partis bonorum, ipsis verò duellantibus, aut ad locum Duello deputatum ex condicto convenientibus, pœna infligatur mortis cum publicatione bonorum omnium, nec posse hanc remitti, & eos, qui extra patriam Duellum indixerunt, puniendos ducentis marcis auri puri, aut aliis pœnis arbitrariis, recitat Valent *in parat. jur. can. ad tit. de Cler. pug. nu.2.*

Neapoli *in prag.2. de Duello* die 3. Decembris 1632. re- 26
laxando Reg. Prag. 1. ejusdem rubricæ, fuit dispositum, provocantes ad Duellum ac etiam mediatores pro prima vice, puniendos esse pœna relegationis per quinquennium, & pecuniaria ducatorum bis mille, provocatos verò acceptantes provocationem alterutrà coercendos fore ad arbitrium Proregis, quòd si secundà in idem inciderint, ultimi supplicii pœnas esse plectendos, quam pragmaticam illustrat Rovitus, & Tapia, & in viridi esse observantia tuetur, & obtinuit Prato *in resp. crim.40.*

In Regno Siciliæ extat Prag. *uni. tit. de pœna provoc.* 27
ad Duel. ubi provocantes ad duellum, vel ipsum acceptantes, aut insultantes parentes, consanguineos, aut affines suorum inimicorum, pœnà publicationis dimidiæ partis bonorum suorum, & perpetuæ deportationis plectuntur, eisdemque pœnis subiaceant ut proditores, & fractores pacis; & licèt in eadem Pragmatica excipiantur duellantes, qui præviam habent licentiam Domini Regis, vel Viceregis; attamen nec his præhabitis Duella esse permissa, nec impetrata valere, & Principem cum bona conscientia illa concedere non posse, tradit Marius Muta *tom.1. in cod. pag.* & ad id probandum citat decretum invicti Imp. Carol. Quinti in colloquio generali editum *in cap. Regni* 82. est *sub rub. de Duel. non permi.* scribit Reg. Tapia *in rub. de Duello.*

Inter Divi Joannis Hierosolymitani Equites hoc adest 28
statutum, ut quandocumque constet, Equites Duella, aut singularia certamina exercuisse; ultra Ecclesiasticas pœnas, dicti Ordinis habitu priventur, scribit Cuenca *de sui defens. lib.4. q.3. num.24.*

In statu Ecclesiastico post Julium II. Leonem X. Cle- 29
ment. VII. Pium IV. qui duellorum usum damnarunt, ut videre est in Bulla *Ea quæ* ejusdem Pii IV. ann 1560. *in 2. tom. Bul.* postea Concil. Trid. *sess.25. de refor. cap.19.* & Greg. decimus tertius *in Const. ad tollendam ann.1582. in 2. tom. Bul.* eadem reprobavit, & Clem. octavus *in Const. illius vices ann. 1592. in 3. tom. Bul.* Constitutiones, & decreta Pii quarti, Concilii Trident. Gregorii decimitertii approbavit, confirmavit, & innovavit, ut ad litteram ea recitat Lezana *in summa verbo Duellum num.5. cum seqq.* & novissimè abusuum extinctor, & omnium, quæ animæ venenum afferunt, solertissimus extirpator Sanctissimus Alexander Septimus Duella debellavit, dum infrascriptam 2. propositionem, ibi: *Vir equestris ad Duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud altos incurrat*, sub excommunicatione damnat. Quæ nescio quo prætextu dedecoris, timiditatis aut infamiæ notæ, à non acceptantibus Duellum incurrendæ, ab aliquibus admittebatur; cum magnum, eximiumque honorem adsciscat, qui, ne Divinæ legi adversetur, longè, & latè Duella reiicit renuendo.

Medium efficacissimum, & facile ad extirpanda omni- 30
no Duella exponit P. Mendo omni liberali doctrina politissimus *in stat. opinio. dissert.1.n.274* & notat P. Garau in eruditione, & doctrina summè versatus *in Olim. del Sabio max 8.* quòd præcipiatur, ut antequam quisque admittatur ad Ordinem Equestrem, aut ad quodvis munus Senatorium, aut publicum, aut ad dignitatem Ecclesiasticam quamcumq;, quin & anteaquam Sacris Ordinibus initietur, fiant informationes, in quibus rigidè inquiratur, an candidatus provocaverit, an acceptaverit Duellum; statuaturque fore impedimentum indispensabile, ac impedimentum infamiæ, ita ut nequeat quidquam ex illis rebus obtineri, si id impedimentum detur, ulteriusque privandum fore indispensabiliter quocumque munere, vel dignitate, si in ea sit constitutus, Judice cognoscente de Duello, Judicemque fore à munere suo deponendum, si ita non judicet, & exequatur: publiceturque notandum esse ut hominem infamem, quisquis Duellum acceptaverit, vel ad illud provocaverit, aut ejus fuerit patrinus.

Hæc stabilivimus ad capescendum intra nostra quibus 31
fundare intendunt Regnicolæ esse permissa Duella in hoc Principatu, & ad enervanda tam pessima propugnacula, quibus se integunt ad illas noxas protegendas, ut

inhibi-

inhibitio Regia Duellorum exequatur, atque inviolabiliter observetur, quam religioso themate, omnium sui sæculi Principum maximus, & qui conferri meritò cum primis omnium retro sæculorum Regibus potest, & debet, ordinare incitavit, prout in decisionibus expressum fiet.

DECISIO LXXXVI.

ARGUMENTUM.

Non invenitur Constitutio, aut lex Municipalis expressè concedens defidamenta, & bella inter personas, militares, & alterius generis.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur argumenta, quibus fundatur, permissa esse defidamenta, bella particularia, seu Duella in hoc Principatu.*

2 *Arguitur primò* ex Usat. cunctum malum 13 tit. de feus, y potestats.

3 *Etiam* ex Usat. si quis dixerit, quarto tit. de orde judiciari.

4 *Et ulterius etiam arguitur* ex Const. Algun Cavaller 3. tit de desaxim y guer. *cum suis concordantibus.*

5 *Respondetur his juribus, & an argumentum à contrario sensu in statutis subsistat, traditur.*

6 *Argumentum à contrario sensu non procedit, quando ex illatione sequitur aliquid contra juris dispositionem, vel publicam utilitatem, vel non sumus in verbis dispositivis.*

7 *Sequeretur absurdum in jure, & quid repugnans utilitati publicæ, si admitterentur Duella, vel bella particularia.*

8 *Arguitur secundò* ex Const De las Divinals 4. §. vias publicas 11. Const. En nom de Jesu Christ 7. §. vias publicas tit. de pau, y treva. Const. A honor, §. item sors aquesta pau in 3. vol. const. eod. tit. inter superfluas.

9 *Etiam* ex dict. Const. De las Divinals, §. volem 17. ver. Si emperò los Barons, *cum qua concordat* Const. En nom de Jesu Christ 7. §. item las casas ver. Si emperò los Barons, tit. de pau, y treva.

10 *Pariter* ex Const. De las Divinals 4. §. los trencadors, ver. si emperò lo Senyor, Const. A honor de Jesu Christ collocata post const. 11. §. los trencadors 20. eod. tit. Const. A honor 1. §. si emperò 21. Const. En nom de Jesu Christ. 22. §. item cascu, ver. Los trencadors eod. tit. in 3. vol. Const. inter superfluas.

11 *Respondetur his juribus, & traditur, quod duellantes, etsi à pœnis dictarum Constitutionum excusentur, non tamen impunes evadunt.*

12 *Datur intelligentia prag. Dom. Reg. Ferdinandi ult.* tit. de desafius in 2. vol. const.

13 *Arguitur tertiò* ex Usat. Item constituerunt 15. tit. de feus, y potest. & ex Const. Ordenam 3. tit. de commercis.

14 *Contra disposita* in Usat. Item constituerunt 15. *adversatur* Usat. Qui ita ductus tit. de feus, y potest.

15 *Etiam obstat* Usat. Qui seniorem 10. eod. tit. *adversus dispositam in dic.* Usat. Item constituerunt.

16 *Ad idem ponderatur* Usat. Bonum Usaticum 21 tit. de injur. y danys.

17 *Ulterius infertur ex his Usaticis ponderatio contra dictum* Usaticum Item constituerunt.

18 *Pro intelligentia eorum jurium traditur, quòd dominus defidatus non potest vassallum defidantem nocere de facto; at tamen potest assequi per terminos juris punitionem, & satisfactionem, propter opprobrium, & injuriam, quæ dominus à vassallo afficitur.*

19 *Ad corroborationem suprahabitæ intelligentiæ circumfertur doctrina Calicti.*

20 *Pro sensu dictæ* Const. Ordenam 3. tit. de commer. *dicitur esse intelligendam de bello Principum justo, in quo quis potest alteri facere valentiam.*

21 *Solum igitur consuetudo, vel usus antiquus permisit, & toleravit bella particularia, & cum ea tolerantia dispositæ sunt aliquæ formalitates in defidamentis.*

22 *Ex recitatis lucem capiunt diversæ Const. & Usatici, qui hic recitantur.*

23 *Expenditur ad id doctrina Cuenca* in tract. de sui def. *qui foris Arag. tradit eandem intelligentiam.*

24 *Et his omnibus intelligitur prag. Dom. Reg. Ferdi. ult. tit. de desafius.*

AD majorem intelligentiam secundi præludii, in quo affirmavimus, non adesse constitutionem, vel legem Municipalem, quæ expressè concedant defidamenta, seu bella particularia inter personas militares, & alterius cujuscumque generis; supponitur, quòd tribus modis arguitur, esse permissa defidamenta, Duella, seu bella. Primo, argumento à contrario sensu ducto ex eamet lege, sive constitutione. Secundò, quia in eisdem legibus, & constitutionibus est prohibitum posse per Dominum Regem & ejus Officiales puniri duellantes. Tertiò, quia in aliquibus dispositionibus constitutionum liberè, & cum securitate permittitur posse duellare, & guerrificare; quæ omnia scrutanda veniunt, & debilitas argumentorum Duella suadentium demonstrabitur. 1

Primi argumenti est *Usat. Cunctum malum 13. tit. de feus, y potest*, ubi statuitur, quòd omne malum, quod quisque homo fecerit adversùs dominum, vel dominus adversùs hominem, sine juris fatica, & defidamento, debeat per partes respectivè resarciri; igitur si sit malum præcedente juris fatica, & defidamento, non debet emendari. 2

Est etiam *Usat. 4. tit. de orde judiciari*, ubi disponitur, quòd, si quis dixerit, dominum suum, ipsum acuydasse, aut defidasse, si id probare non potuerit, debet domino satisfacere omnia mala, quæ ad id faciet; igitur, si probare potuerit defidamentum, non debet mala facta emendare 3

Ulteriùs est *Const. Algun Cavaller 3. tit. de desaximents, y guerras*, ubi statuitur, quòd nemo possit alium defidare, nisi cum termino quinque dierum, in quibus debet pacem servare, ut comprobat etiam *Const. En nom de Jesu Christ 7. §. item statuim 18. Const. En nom de Jesu Christ 11. §. item statuim 2. tit. de pau, y treva*, ergo cum assignatione termini quinque dierum, in eis pacem observando, potest duellari sine reatu pœnæ. 4

At huic arguendi modo faciliter respondetur; quia, quidquid sit, an in statutis valeat argumentum à contrario sensu, prout non valere tradunt ex Bart. *in l. omnes populi, ff. de just. & jure*, Bald. *in l. conventiculam, C. de Episc.* Marinis *alleg. in consuet. Neapol. ver Unum tamen*, & è contrario etiam in statutis valere argumentum à contrario sensu tradit ex multis Barbosa *loc. com. 27. num. 10.* Rota *recent. par. 15. dec. 293. num. 12.* Rovitus *in prag. 23. de feudis num. 48.* 5

Procul dubio argumentum à contrario sensu non procedit, quando ex illatione aliquid contra juris dispositionem sequeretur, *l. cum patrem familias 2. C. de condit. incer.* ex pluribus Barbosa *dic. loco com. 27. n. 5. & 11.* Rot. *recent. par. 6. dec. 318. nu. 10.* Surd. *dec. 75. n. 7.* Sesse *dec. 146. n. 13.* Ferrer *in const. hac nostra glos. 4. n. 304.* Font. *de pac. nup. cl. 6. glo. 1. par. 4. nu. 26.* Rodoer. *in addit. ad* Mar. *lib. 1. cap. 28. num. 20.* vel aliquid contra publicam utilitatem, Rota *recent. par. 6. dec. 318. n. 10.* & quando non sumus in verbis dispositivis alicujus legis, Canonistæ *in cap. publicato de elect.* Everard *in locis legalibus in loco à contrario sensu num. 13.* Botillier *de success. ab intest. cap. 1. theor. 10. nu. 26.* 6

Sequeretur absurdum in jure, & quid repugnans utilitati publicæ, si defidamenta, bella particularia, aut duella permitterentur, ut infra latiùs dicetur, ergo sequela hæc admittenda non est, ex argumento in dictis statutis à contrario sensu perpenso, & ita satisfacit objecto Calicius *in virid. milit. quæs. 4. sum veniamus nu. 1. & 2.* ut ibi: *Primum argumentum non multum urget nos ad dicendum, quòd guerra sit licita, nec permissa; quia licet argumentum à contrario sensu sit fortissimum in jure, ut in l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius cui man. est jurisd. tamen non procedit ubi ex dicta argumentatione sequeretur absurditas, ut in l. conventiculam, C. de Episc. & Cler. cum ibi not. & per glos. Bart. & Bald. & in l. nemo, Cod. de jurisd. omn. jud. sed in casu nostro sequeretur absurditas, habito respectu ad jus Divinum, & ad jus Civile, & ad jus Canonicum, ut est supra dictum per extensum; igitur, &c.* Et hanc etiam evasionem sequitur Mieres *in comment. Jacob. 2. in Curia Barcinonæ col. 4. par. 1. cap. item quod aliquis in novis, pag. 112. num. 23.* 7

Secun-

8 Secundi argumenti sunt *Const. De las Divinals* 4. §. *vias publicas* 11. *Const. En nom de Jesu Christ.* 7. §. *vias publicas*, *tit. de pau y treva*, *Const. A honor.* 1. §. *item sots aquesta pau eod. tit. in* 3. *vol. const. inter superf.* quæ tradunt, quòd viæ publicæ sint positæ sub securitate, & nemo itinerantes possit invadere, sub pœna læsæ Majestatis imminenter, exceptis militaribus, & eorum filiis, qui manifestam guerram inter se haberent.

9 Eadem *Const. De las Divinals* 4. §. *volem.* 17. *ver. Si empero los Barons*, cum qua concordat *dict. Const. En nom de Jesu Christ* 7. §. *item las casas*, *ver. Si empero los Barons. tit. de pau y treva*, in quibus disponitur, quòd si Barones, aut milites inter se haberent bellum, & pugnando castrum inimici, ei immittunt ignem, non teneantur de pace rupta.

10 Citata *Const. De las Divinals* 4. §. *los trencadors vers. Si empero lo Senyor*, *Const. A honor de Deu, post const.* 11. §. *los trencadors* 20. *eod. tit. de pau, y treva*, *Const. A honor* 1. §. *si empero* 21. *Const. En nom de Iesu Crist* 2. §. *item cascun*, *ver. Los trencadors eod. tit in* 3. *vol. const. inter superf.* in quibus habetur, quòd qui pacem fregerint, maneant obligati ad cavendum, & pignora dandum in manu Vicarii in propriis personis; at possit dominus, qui eos in malum conduxerit, vel ad bellum, pro illis cavere, vel pignora dare per se, vel per milites, qui fuerint domus suæ. Ex his Constitutionibus arguitur, quòd ita in eis permittuntur inter milites personas bella, & bandositates, quòd in casibus ibidem expressis disponitur, non manere obligatas ad pœnas pacis fractæ.

11 Atverò his juribus respondetur, quod quâvis id procedat inter milites, qui habent bella, seu bandositates, ut non subiiciantur pœnæ læsæ Majestatis, si se damnificent in viis publicis, nec incurrant pœnam pacis ruptæ, si mittant incendium ad castellum, quod impugnant, & sine pacis violatione possent domini cavere per milites, qui forent domus suæ, quos ad bellum, vel malum conduxerunt; atverò ex his non rectè infertur. Ergo pro dictis bellis, & bandositatibus non possunt duellantes aliis pœnis coerceri; nam supra relatis pœnis non plectebantur; at aliis salvi non manebunt, ob delicta; & ita his juribus satisfacit Calic. *in virid. milit. quæst.* 1. *sum. veniamus num.* 3. Mieres *in com. Jacob.* 2 *in Curia Barcinonæ col.* 4. *cap. item quod aliquis par.* 1. *in novis pag.* 112. *nu.* 23. ibi: *Sed hujusmodi constitutiones cautè loquuntur, nec expressè concedunt, nec permittunt tales guerras posse fieri impunè. Sed datis diffidamentis, à pœna proditionis excusentur* (de qua pœna fit mentio *in Const. Con instigant, tit. quant fa licit, const.* 11. §. 2. *tit. de pau, y treva*) *sed non excusantur ab aliis pœnis.*

12 Id ipsum confirmaverat Dom. Rex Ferdinandus Secundus *in prag. ult. tit. de desafias*, ibi: *E perque alguns abusan en gran manera à desafiar, è posar de aximents, prenent color de la Constitució feta per Nos en la Cort celebrada en la Ciutat de Barcelona en lo Monestir de Frares Menors, la qual ben entesa, no aprova los dits desafiaments, è los crims encara qui son comesos, procedint s dits desafiaments, mana sian punits.* Sic igitur ex juribus in contrarium ponderatis, pro defidamentis, duellantes impunes non manent, cum aliis pœnis plectantur.

13 Tertii argumenti, quo dicendum apparebat, liberè, & cum omnimoda securitate permitti defidamenta, & valimenta belli, est *Usat. Item constituerunt* 15. *tit. de feus, y potest* & *Const. Ordenam* 3. *tit. de commercis*, nam *in Usat. constituerunt* disponitur, quòd si aliquis defidaverit suum dominum, cum securitate id agere possit, juxta quem sensum intelligi potest Ansaldus *de jurisd. par.* 4. *cap.* 7. *nu.* 3. & 4. asserens, quòd ita utitur in Cathalonia, cujus homines, si non recipiunt à domino justitiam, contra eum armatâ insurgunt manu. *Et in Const. Ordenam* statuitur, quòd sine contradictione Domini Regis, & suorum Officialium, possit quilibet facere valentiam in bello.

14 Cæterum quoad Usaticum respondetur, quòd adversùs in eo disposita extat *Usat. Qui ira ductus* 9. *tit. de feus y potest.* in quo ordinatur, quod si aliquis ira ductus diffidaverit dominum suum, aut renuntiaverit suum feudum, dominus illi sequestret omne quod ab ipso tenet; & penes se retineat; usquequò ad suum homagium revertatur, & firmet de jure, & cum sacramento emendet dedecus, quod domino intulit, & postea recuperet feudum, quod dereliquit.

15 Etiam ad id ponderatur *Usat. Qui seniorem* 10. *eod. tit. de feus, y potest.* ubi statuitur, quòd qui dominum suum contempserit, aut cum superbia accordaté illum defidaverit, perdat decem omni tempore, de eo, quod pro domino habet, & restituere debeat omnia mobilia, quæ de illo tenuit, quibus adhuc usus non fuit: major etiam pœna disponitur contra defidantem dominum suum *in eod. tit. de feus, y potest. post. consuet. gener. Cathal. Petri Alberti cas.* 8.

16 Ac ulterius adest *Usat. Bonum usaticum* 21. *tit. de iniur.* & *dam. dat.* ubi disponitur, quòd homines, qui habent dominos, nulla fraude, nec ratione aliqua, neque cum defidamento, & acuydamento dominos damnificent, sub pœnis ibidem contentis.

17 Ergo contra disposita *in dicto Usat. constituerunt* 15. *tit. de feus, y potest.* in quo datur securitas vassallo, qui dominum diffidaverit, urgent supracitati Usatici, qui disponunt pœnas contra vassallos, dominos suos defidantes, propter contemptum, & injuriam, quibus domini ex defidamentis afficiuntur.

18 Pro concordantia horum Usaticorum affirmamus, quòd licèt dominus non possit vassallum defidantem de facto nocere in actu defidationis, nec eundo, & redeundo; potest tamen dominus assequi satisfactionem, & emendam à vassallo per tramites juris, propter opprobrium, & injuriam, quam ob defidamentum supportavit, & ideo *in Usat. Qui tra ductus* conceditur domino facultas, ad sequestrandum feudum vassallo, *in Usat. Bonum usaticum* datur potestas domino ad carcerandum vassalum pro damni emenda, propter dedecus receptum, prout declaraverit, & judicaverit Princeps, & Curia, ibi: *Segons lo juy del Princep, y de sa Curia*, hoc est, per directum, & cum cognitione causæ, & sic habebit vassallus, qui dominum suum defidaverit, securitatem de facto, & ita intelligitur Usat. *constituerunt* 15. *tit. de feus, y potest.* atverò securus non manebit à pœnis, quibus, ob injuriam illatam domino defidato, subiicitur, juxta disposita *in d. Usatico Qui seniorem* 10. *eod. tit. de feus, y potest. Usat. bonum usaticum* 21. *tit. de injurias, y damys.*

19 Hanc intelligèntiam insinuare videtur Calicius *in virid. milit. in sum. veniamus num.* 3. ibi: *Sed adhuc potest dici, quòd adhuc istud argumentum non multùm urget, ad docendum, quòd guerra sit permissa; quia videtur, quòd dictus usatic. item constituerunt, solum providet, quod dominus non offendat vassallum, cum defidantem, in actu defidationis, nec in veniendo, nec redeundo, donec redierit in domum suam propriam, nec ex hac provisione Usaticus videtur approbare guerram; imò videtur juris dispositionem remanere.*

20 Minus obstat *Const. Ordenam* 3. *tit. de commercis*, in qua disponitur, quòd sine contradictione, & impedimento Domini Regis, & suorum Officialium possit quilibet facere valentiam in guerra; quia respondetur, quòd hæc Constitutio debet intelligi de bello Principum, justa, aut licita causa indicto, de quo loquuntur etiam *consuet. Gener. Petri Alberti in* §. 39. *in tit. de feus, y potest.* de qua re videndi sunt Layman *in theol. moral. lib.* 3. *tract.* 3. *cap.* 5. *num.* 3. *ver. Tertius*, Sanchez *in sum. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 16. & alii quos allegat Larrea *alleg. Fiscal.* 116. *num.* 11. & *alleg.* 117. *num.* 46. & *seq.* P. Mendo *in stat. opin. disc.* 1. *num.* 250. P. Muga *disq. moral.* 11. *dub.* 3. *conc* 9. *num.* 61. P. Benedic. Remigius *in decis. prac. & moral.* §. 1. non verò loquitur dicta Constitutio de duellis, bandositatibus, & aliis guerris illicitis, & hanc prosequitur intelligentiam Mieres *in com. Jacob. secu in Curia Barcinonæ in cap. item quod quilibet vichus homo* 16 *par.* 1. *col.* 4. *in novis pag.* 146. *num.* 2. in illis verbis: *Secundo nota quòd quilibet potest valere alteri de guerra, quod forte intelligendum est de guerra Principum, vel alia licita; secus de bandositatibus, & guerris illicitis; quia nemini est licita impunitas peccandi.*

21 Ex supra recitatis concluditur, quòd non adest constitutio, vel lex Municipalis, quæ expressè concedat defidamenta, seu Duella inter personas Militares, seu alterius generis, ut concludit Mieres *in com. Jacob. 2. in Curia Barcinonæ*, *col.* 4 *cap. Item quod aliquis*, *par.* 1 *in novis pag.* 112. *n.* 23. Et insinuat Menchaca *illust. lib.* 1 *cap.* 49. *n.* 2. citatus per Larrea *alleg. fisc.* 117. *nu.* 14 *in princ.* ubi in Tarraconensi regione refert Duella usitata. Solùm enim consuetudo, & usus antiquus ea admisit, & tolerat, & cum ea tolerantia dispositæ inveniuntur aliquæ formalitates in defidamentis observandæ, ut inquit Ayala *de jure bel. lib.* 1. *cap.* 3. qui refert solemnitates

duel-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

duellandi antiquas, & controverſias, quæ in hoc genere pugnæ incidere ſolebant, quia cum de facto ſervari ſoleret, de hujuſmodi corruptela diſputavere, atque ſi valeret.

22 Et ita debent intelligi aliæ diverſæ conſtitutiones, & leges Municipales, in quibus loquitur de defidamentis, & bellis, *ut in Uſat. omnes homines, tit. de deſax. y guer. Uſat. in Bajalia 2. tit. de ſervituts, Uſat. magnates 1. Uſat. Qui Seniorem 8. tit. de feus, y poteſt. & in eod. tit. in Conſuet. General. Petri Alberti, § Vaſſall. 14. §. Si empero 15. §. Si algun alboer 16. §. Caſtilla 18 §. Si Vaſſall. 24. §. Si algu 32. §. Si algun Senyor 37.* & poſt dictas conſuetudines *in eod. tit. de feus, y poteſt. caſ. incip. loſegon cas, & in conſuetud. ſcrip. in eod. tit. de feus, y poteſt. cap. Item es coſtum 10. & cap. 14. & Uſat. ſimili modo 2. Uſat. ex magnatibus 5. Conſt. null Cavaller 2. tit. de dret del Fiſc. Uſat. Si quis per treva 3. Uſat. treuga data 5. Conſ. De las Divinals 4. §. Volem 17. Conſ. Si algu dels Magnats 6. Conſt. En nom de Jeſu Chriſt 7. §. Item ſtatuim 18. Conſt. En nom de Jeſu Chriſt 11 §. ſtablim. 2. tit. de pau. y treua. Conſt. En nom de Jeſu Chriſt 2. §. Item ſots 13. & §. Item ſots aqueſta 18. eod. tit. inter ſuperfluas in 3. vol. Conſt. & Conſt. com inſtigant 1. tit quant ſia licit, ò no venjarſe*, & alias ſimiles, quas tradit Calic. *in virid. milit. quæſt. 1. in ſumma veniendo, num. 9. & 11.*

23 Claudimus deciſionem cum doctrina Cuenca *in tract. de ſui defenſ.* in ſimilibus terminis foror. Arag. *lib. 4. quæſt. 3. numer. 7.* ſcribentis ibi: *Et licet forus à domino Imperatore, & Rege noſtro Carolo Quinto conditus, tit. En que caſos el Procurador aſtricto es obligado à hazer parte, editus Cæſaraugustæ an. 1528. & ſic ante Concilium Tridentinum, ſolummodo damnet, & aſtrictum Procuratorem accuſare cogat illum, qui contra forum aliquem diffidat, ſive ad ſingulare provocat certamen, ibi: E contra qualeſquiere perſonas que deſafiaran a otro, ò otros en bienes, ò perſona deſaforadamente, excipiens Duella ſive certamina, quæ publicis ſchedulis, Principiſque auctoritate, & aſſecuratione, ſingulariter (id eſt cuerpo à cuerpo) fiunt, & excipiens etiam, quæ privatim abſque Principis auctoritate, ſed inter infanciones (de hidalgo à hidalgo) accidunt. Tamen non ex eo negat Imperator, certamina hujuſce reprobata eſſe; quinimo fateri videtur, cum aſſerat, (no dando empero por eſto auctoridad alguna, ni permiſo para los tales deſafios hazer) non ignarus Duella hujuſmodi (ut illicita) ſe abſque iræ Dei timore ſtatuere non poſſe, ut in Rege Hiſpaniæ, & Angliæ exemplificans, tenet Azebedo ubi ſupra num. 19 (eſt ad l. 10. lib. 8. tit. 8. novæ recopil.) ex Jaſ. in l. ex facto, num. 63. ff. de juſt. & jur. Eman. Suarez in com. opinion. verbo Duellum. Solùm enim à dicto foro excipiuntur Duella illa, ut exercentes per aſtrictum Procuratorem accuſari nequeant; non verò, ut à juridica pœna (ſi quid commiſſum fuerit) liberi evadant, parte cujus principaliter intereſt, accuſante, & inſtante.*

24 Iterum accipio ad manum D. Regis Ferdinandi Secundi *prag. ulti. tit. de deſafius*, in qua in principio dat intelligentiam conſtitutioni per eundem editæ in Curia Civitatis Barcinonæ in Monaſterio Fratrum Minorum, aſſerens, per eam non eſſe approbata defidamenta, & crimina, quamvis præcedant defidamenta, jubet eſſe puniendam: ulterius etſi in ead. pragmatica diſponat inter alia formam, quando defidatus firmat jus, & de jure defidanti; in finalibus tamen clauſulis dictæ prag. ſtatuit ibi: *No entenent empero, per lo que dit es, aprobar deſafiaments alguns.* Ex quibus verbis apparet, quod fateri videtur Dominus Rex, Duella hujuſmodi eſſe reprobata, nec intelligi illa approbare, quamvis ſtatuat circa formalitates obſervandas in firma juris defidati; rectè igitur affirmamus, quod licet ſolum uſus, & conſuetudo antiqua admiſerit in Cathalonia defidamenta, & licet cum ea ſola tolerantia, diſpoſitæ ſunt in noſtro jure aliquæ formalitates, quæ debebant obſervari per diffidantes, ut dicetur in *deciſ. ſeq.* attamen non ex hoc ſequitur manere per dicta jura approbata defidamenta, ut à juridica pœna defidantes liberè evadere valeant.

DECISIO LXXXVII.

ARGUMENTUM.

Defidamenta, ſeu Duella per conſuetudinem, aut potiùs tolerantiam admiſſa fuerant, cum variis tamen limitationibus, fallentiis, & declarationibus, quæ hìc referuntur.

SUMMARIUM.

1 *Cartha defidamenti, quem terminum continere debebat in Poteſtatibus, in Vicecomitibus, Condoribus, Militaribus, & hominibus de Paratico.*

2 *Intra cartbæ terminum non poterant ſe damnificare defidantes, aliàs puniri poterant tanquam proditores.*

3 *Notificata cartha defidamenti, poterat defidatus firmare jus, & de jure coram Judice competenti, ut defidans deſiſteret, aut revocaret Duellum, quæ firma juris fieri debebat, tam pro pace, & treuga, quàm pro batalla, cum pignoribus tenentibus.*

4 *Duellans comparere tenebatur, & contra recuſantem quomodò procedebatur.*

5 *Elapſo termino defidamenti, nec adhuc pugnari poterat certis diebus, & feſtivitatibus, in quibus erat ſervanda pax, & hæc appellabatur Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

6 *Pugnari non poterat in certis locis, videlicet in Eccleſiis, Cœmeteriis, viis publicis, & aliis, in quibus obſervari debebat pax, quæ vocabatur* Principis; *at verò invaſores viarum publicarum incurrebant pœnam criminis læſæ Majeſtatis.*

7 *Non poterat concertari contra Prælatos, perſonas Eccleſiaſticas & alias conſtitutas in ordinibus Sacris; & contrafacientes incidebant in pœnam pecuniariam, quæ refertur.*

8 *Non poterant damnificari boves, & aliæ res arateriæ, & deſtinatæ ad culturam.*

9 *Traditur pœna defidantium nomine vero, ſi non obſervarunt formas defidamenti, vel nomine ficto, vel ſine alterius mandato, aut ſine ejus ſcientia, & conſenſu, aut ſine nominis expreſſione.*

10 *Sunt poſiti in ſecuritate euntes, ſtantes, & redeuntes à Curia, & contra damnificantes eorum perſonas, vel bona proceditur per regal.* Uſat. Auctoritate, & rogatu.

11 *Traditur ad id declaratio antiqua, quam recitat Calic.* in virid. milit.

12 *Quando dom. Rex in hoc Principatu mandat Curias convocare, jubet ut publicetur edictum generale, in quo ponit ſub pace, & treuga omnes vaſſallos ſuos, cujuſque conditionis ſint, qui habent, vel non habent inter ſe guerras, ſive ſint principales, ſive valitores, ſub pœnis contentis in conſtitutionibus, & aliis arbitrariis.*

13 *Sub eadem ſecuritate ſunt poſiti euntes ad poteſtatem, ſtantes, & redeuntes; dummodò negotia gerant Curiæ; & contra eis nocentes proceditur per regulam* Uſat. Auctoritate, & rogatu

14 *Proceditur per dictum Uſaticum contra injuriantes Officiales Regios, in exercicio ſuorum officiorum, vel eorumdem occaſione.*

15 *Poteſt Princeps ponere treugam ad certum tempus inter militares, & altos inter ſe inimicos. Primogenitus autem non poteſt, niſi Dominus Rex exiſtat ultra mare.*

16 *Quando adeſt timor probabilis rixarum, aut quod partes veniant ad arma, cum petitione partis, aut de officio compelluntur firmare pacem, aut cum ſimplici obligatione de ſe non offendendo, aut cum cauſæ cognitione compelli poſſunt ad præſtandum cautionem fide juſſoriam, ubi remiſſivè an cautio de non offendendo pro filiis, comprehendat filium in Religione profeſſum.*

17 *Tempore belli, quando habet locum proviſio* Uſatici Princeps namque *aut quando Princeps convocat exercitum, aut propter alia negotia, in quibus eget perſonis Militaribus, aut hominibus de Paratico, poteſt inter eos declarare pacem per tempus opportunum.*

18 *Quando ergo adeſt periculum rixarum, aut tempore belli,*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

belli, contra frangentes pacem proceditur per regaliàm Usat: Simili modo.

19 *Etsi concedi non possint salvæguardiæ personis particularibus, solet Princeps eas concedere viduis, pupillis, miserabilibus personis, Corporibus Communitatum, & Universitatum, & bonis illarum, & adversus inobservantes salvasguardias proceditur per* Usat. simili modo.

20 *Salvæguardiæ debent publicari in capitibus Vicariarum de quinquennio in quinquennium, aliàs sunt nullæ, & extinctæ.*

21 *Contrafacientes* const. 3. tit. de esposalles *defidando parentes, avum maternum, tutores, aut curatores, proximiores puellæ, sine quorum consensu contrahunt matrimonium, sunt ipso facto ejecti à pace, & treuga.*

22 *Si bellum non erat debitè denuntiatum, procedi poterat contra inobservantes per inquisitionem, etsi erant militares, per accusationem, cum instantia partis, nisi in casibus, in quibus per regalias, videlicet Pacis, & treugæ, vel alias proceditur.*

23 *Has limitationès statuerunt Principes in defidamentis, cum sit materia odiosa, perturbationibus plena, & paci publicæ damnosa.*

1 CONSUETUDO itaque antiqua reducta ad terminos tolerantiæ admisit defidamenta, & bella particularia, cum talibus, tantisque formalitatibus, & limitationibus, ut penè aliqui considerari valeant casus, in quibus posset verificari impunes duellantes evadere posse. Primò igitur statutum fuerat; quod cartha defidamenti in Poestatibus continere debebat terminum triginta dierum, in Vicecomitibus, & Condoribus quindecim dierum; & in Militaribus, & hominibus de Paratico quinque dierum, juxta disposita *in Usat. Omnes homines tit. de desax. & in Const. Algun Cavaller 1. eod. tit.* Calic. *in virid. milit. q. 3. n. 39. & seq.* ubi tradit diversas formulas duellorum, & apud Hispanos solemnitates, & ritus scribit Larrea *alleg. Fisc. 117. num. 20.*

2 Intra relatos terminos non poterant defidantes bellare, neque se damnificare, sub pœna, quòd aliàs puniri valerent tanquam proditores, *Const. En nom de Jesu Christ 7. §. item statuim 18. tit. de pau y treva*, Mieres *in com. Jacob. 2. in Curia Barcinonæ cap. item quod aliquis col. 4. num. 17. pag. 112. par. 1.*

3 Secundò, notificatà carthà defidamenti, poterat defidatus firmare jus, & de jure coram Judice competenti, ut desisteret defidans à duello, aut illud revocaret, quæ firma juris fieri debebat, tam pro pace, & treuga, quàm pro batalia, cum pignoribus tenentibus, *ex const. 13. ver. Si la querella, tit. de pace, & treu. Usat. Bataya tit. de desax.* & utrumque probat Reg. Cortiada *dec. 12. n. 9.* & ad id allegat Calic. *de pace, & treuga dub. 11. ver. Ulterius*, Font. *de pac. nup. t. 1. clau 4. glos. 15. nu. 128.* Oliba *de jure Fisci c. 11. n. 15.* Despujol ad Ferrer *par. 3. cap. 364.*

4 Et casu, quo duellans prætenderet contrarium, id ipsum allegare debebat coram Judice intra quindecim dies, quòd si id facere recusabat, elapso termino, pro damno, quod defidatus recipiebat; ex quo se præcavere tenebat, & cum libertate ad sua negotia peragenda accedere non valebat, licèt aliud damnum defidatus non pateretur, poterat procedere contra duellantem, in vim constitutionum de pace, & treuga, & querela debebat defidato admitti, & non comparentibus querelatis, publicabantur pro ejectis à pace, & treuga; & hæc non practicabantur, tam si duellans revocaret cartham defidamenti intra quindecim dies, quàm etiam casu, quo defidatus etiam provocantem defidaret, ut disposuit D. Rex. Ferd. secun. *in cit. prag. ult. tit. de desafius in 2. vol. const.* & scribit Calic. *in virid. milit. q. 8. num. 8. cum seq.*

5 Tertiò, elapso termino defidamenti, nec adhuc pugnari poterat diversis diebus, & festivitatibus, in quibus pax erat servanda, & hæc appellabatur pax domini nostri Jesu Christi, ut videre licet *in Const. Sub tit. de pace, & treuga*, & explicat Calic. *in tract. de pace, & treuga, dub. 3. in princ. & in virid. milit. qu. 5.* Die Jovis non erat bellandum propter ascensionem Domini in Cœlum, neque die Veneris propter reverentiam passionis Domini nostri Jesu Christi, neque die Sabbathi, quòd eo die Discipuli latuerint propter metum Judæorum, & Corpus Christi latuit in sepulchro, neque die Dominica propter honorem Resurrectionis, Host. Joan. And. *in cap. 1. de treuga, & pace*, Martinus Laudensis cum com. *in trac. de bello q. 17.* & alia ad hanc rem videnda *in dic. c. 1. de pace, & treuga* per Gonzalez Tellez, ubi latè agit de pace legali, seu canonica, & de conventionali.

Quartò, nec in certis locis pugnare licebat, videlicet 6
in Ecclesiis, Cœmeteriis, viis publicis, & aliis, ut recitant citatæ Const. *Sub. tit. de pace, & treu.* & explicat Calic. *in eod. tract. d. dub. 3* & eam vocat *pacem Principis, & in virid. milit. q. 4.* quoad vias publicas est *Usat. camini; & stratæ 2. Const. Ordenam 2. tit. de commercis, Const. com en la Const. 14 tit. de pau, y treva*, in qua derogata fuit pœna criminis læsæ Majestatis imposita contra invasores viarum, & stratarum publicarum, ut scribit Mieres *in com. Pet. 3. in Cur. Barcinonæ col. 2. c 45 in novis par. 1. pag. 55.* videndus Peg. *in prax. Crim. c. 15. tot.*

Quintò, non poterat concertari contra Prælatos, per- 7
sonas Ecclesiasticas, aut alias constitutas in ordinibus sacris, *ex Const. Ajustant 4. tit. de desafius* (de qua Berart *in spec. visit. c. 13. n. 26.*) Calicius qui suprà, *& in prag. scedulè 1 prag. Et si solicitudo 2. d. tit. de desafius in 2. vol. const.* ubi imponitur pœna Nobilibus, Baronibus, Militaribus, & aliis contrafacientibus, duorum mille florenorum auri solvendorum irremissibiliter.

Sextò, nec poterant damnificari boves, & aliæ res 8
aratoriæ, & destinatæ ad culturam, prout declarant citatæ Const. *sub tit. de pace, & treuga*, & explicat latè cum suis limitationibus Calic. *in trac. de pace, & treuga dub. 3. & 5.* Mieres *d par. 1. in novis pag. 114. n. 56. cum seqq.*

Septimò, fuit dispositum *in prag. ult. tit. de desafius* 9
per Dom. Reg. Ferdin. sec. quòd observaretur pax, & treuga generalis cum formalitatibus, & declarationibus dispositis in Constitutione celebrata in Civitate Barcinonæ, & qui contrafaceret, quamvis defidaret nomine vero, & non ficto, & de voluntate illius qui ipsum nominavit, si foret persona conditionis, incurreret in pœnam exilii arbitrariam, & si non foret illius qualitatis, in pœnam fustigationis, sine spe remissionis, ultra pœnas per Constitutiones stabilitas, & si aliquis defidaret, aut defidare faceret pro tertia persona sine ipsius mandato, vel notitia, & consensu, incurreret in pœnam perdendi pugnum, aut aliam per Regiam Curiam arbitrandam, juxta qualitatem casuum, & personarum, in similem pœnam incideret qui defidaret, aut defidare juberet sine nominis expressione.

Octavò, sub pace erant positi, qui ibant ad Curiam 10
Principis, toto tempore, quo stabant in via, manebant in Curia, & redibant ad proprias domos, & habitationes; prout disposuit Dom. Rex Pet prim *in Const. A questa es la pau 3. §. axi mateix 5. tit. de pau y treva*, & contra damnificantes eorum personas, vel bona procedebatur per pœnas *Usat. Auctoritate, & regatu 2. tit. de dret de Fisc.* Reg. Viñes *in trac. celeb. cur. disc. 8 num 214.* Peg. *in prax. crim. cap. 14. n. 2. ver. Secundò declaratur*, quæ Regalia comprobatur cum *Usat. Cum temporibus dic. tit.* in quo disposuit Dom. Rex Alphonsus pro personis Militaribus, quæ ibant, & manebant in Curia, & eas posuit in securitate, confirmando pœnas statutas per suos prædecessores, ut latius diximus *decis. 3. num. 13.*

Quodque pariformiter fuit declaratum in lite inter 10
Domin. Regem Aragonum Jacobum primum, & Nobilem Raymundum Vicecomitem Cardonæ, coram Judicibus datis per Dom. Regem, & coram suo Assessore Gulielmo de Soler Canonico Ilerd. 11. Kalen. Novembris 1252. Barcinonæ, scribit Calic. *in virid. milit. dub. 10. num. 2. cum seqq.*

Eaque ratione observatur, quòd, quando Domini 12
Reges in hoc Principatu ordinant convocare Curias, mandant, ut publicetur edictum generale, in quo ponunt in pace, & treuga omnes suos vassallos, cujuscumque gradus, dignitatis, legis, & conditionis sint, qui habent inter se guerras, bandositates, aut eas non habent, per tempus durante Curia, sivè sint principales, sivè illarum valitores, sub pœnis contentis in Constitutionibus Cathaloniæ, & aliis arbitrariis; quod edictum originem traxit ex Const. quæ incipit *Revocant. 11. Cur. Barcinonæ Dom. Regis Ferdinandi Catholici ann. 1481.* quæ est *in ordine 7. tit. de dret. del Fisc.* recitat Reg. Viñes *in dic. tract. celeb. cur. disc. 8. n. 182. & seq.*

Nonò, sub eadem securitate erant constituti Nobiles, 13
& plebei, qui ad Poestatem veniebant, vel in ea stabant, sive ab ea recedebant, & qui eis, vel eorum honoribus nocebant, vel damnificabant, incurrebant in pœnas *Usatici*

Au-

Auctoritate, & rogatu, qui in hanc partem est litteralis, comprobant Peguera, & Viñes citati, ubi ampliant idem esse, si nocebant, vel damnificabant præsentes in loco audientiæ Principis, qui ibant ad eam, vel ab ea recedebant pro negotiis, vel litibus, propter quas debebant sequi Curiam, secus pro mercatura, aut negotiis particularibus, & diximus *decis. 3 num. 5. cum seqq.*

14 Decimò, in vim dicti Usatici, & ratione ejusdem securitatis proceditur contra injuriantes personas, quæ sunt subservitio Dom. Regis, videlicet Officiales Regios, qui sunt positi sub Regia protectione, ut scribit Peg. *in prax. crim. dict. c. 14 n. 2.* & ita practicatur inconcusse contra resistentes, injuriantes, vel damnificantes Officiales Regios, in exercitio suorum officiorum, & eorum occasione, Reg. Viñes *in dict. tract. celeb. cur. dis. 8 num. 206. cum seq.* & de hac re nos latiùs alibi.

15 Undecimò, potest etiam Princeps ponere treugam inter Militares, & alios inter se inimicos, ad certum tempus, prout declaratum fuit in relata sententia Dom. Regis Jacobi primi, & subdit Calic. *in virid. milit. dub. 10. n. 2. cum seq.* Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii l. 4. rub. 29. num. 14.* & id ipsum comprobat sine ulla temporis limitatione dictus *Usat. simili modo tit. de dret del Fisc. in princ.* & innuit Dom. Rex Petrus tertius *in prag. data Barcinonæ 1. Decembris* 1368. quæ est *in ordine primo in 2. vol. const. tit. de treuas conventio.* super qua Ferrer *obser. Guber. par. 1. c. 75.* in eaque disponitur, quòd Primogenitus Domini Regis potest dare treugam, existente Domino Rege ultra mare per sex menses, aut aliud tempus, ut scribit Calic. *d. dub. 10. in fine.*

16 Et quando adest timor probabilis rixarum, aut quòd partes veniant ad arma, cum petitione partis, aut de officio, quando timetur scandalum, compelluntur ad firmandum pacem, & treugam, cum simplici obligatione de se non offendendo; nam ad eas obligandum ut securitatem præbeant cum cautione, fieri non solet, nisi cum causæ cognitione, ut ait Canc. *var. 2. cap. 11. num. 50. & 51.* & observavit Regium Criminale Concilium inter quosdam Militares hujus Civitatis die 26. Aug. 1658. & inter Militarem, seu Domicellum, & Mercatorem hujus Civitatis fuit conclusum 17. Decembris 1660. & quia Domicellus noluit firmare treugas 12. Maii anni 1661. cum conclusione Regii Concili fuit facta contra recusantem provisio capturæ, ut ibi: *Quod N. capiatur, & Regiis carceribus mancipetur, donec, & quousque cum effectu mandato paruerit* (de simili cautione juxta *for. 2. de malef.* loquitur Reg. Matthæu *de regi. Reg. Valent. cap. 11. §. 5. nu. 53.*) & fuit injunctum, ut firmarentur treugæ cum simplici obligatione. Faciunt ad supradicta, quæ noviter scribit Reg. Cortiada *decis. 138. num. 38.* & generaliter tradunt DD. quòd potest Judex de officio, vel ad instantiam partis inquisitos, licèt absolutos compellere, ad pacem, treugamque firmandam, cautionemque de non offendendo præstandam, Valeron. *de transac. in proem. numer. 21. & seq.* Gomez *var. 3. cap. 6. n. 16.* & ibi Ayllon. *n. 17.* Sabel. *in summa diverf. tract §. cautio, n. 16.* Luca ad Franc. *decis. 359. nu. 1.* Conciol. *ad statuta Eugubii lib. 4. rub. 36. n. 5. & in eod. lib. rub. 29. nu. 14.* ejus Addit. Romaguera, Urceolus *tom. 1. consult. foren. 41. n. 24 & 25. & 26.* ubi per totam agit, an cautio de non offendendo præstita pro filiis, comprehendat filium in Religione professum.

17 Duodecimò, tempore belli, aut quando Dom. Rex exercitum convocat, aut propter alia negotia, in quibus peragendis indiget personis Militaribus, aut hominibus de Paratico, potest inter eos declarare pacem, & treugam per tempus opportunum, Calic. *in virid. milit. quæst. 10. num. 2. & 5.* ita fuit declaratum in citata sententia Dom. Regis Jacobi primi, & Vicecomitis de Cardona, & tunc cum edictis generalibus (in bello videlicet quando locum habet provisio *Usatici Principe namque*) ponuntur bellantes in pace, & hic est casus reservatus *in Const. Revocant 11. tit. de dret del Fisc.* Reg. Viñes *in tract. celeb. cur. dic. 8. num. 40.*

18 In his igitur casibus, quando adest periculum rixarum, & timor scandali, aut tempore belli, contra frangentes pacem, & treugam, per Principem positam, proceditur criminaliter per regaliam *Usat. Simili modo*, scribit Peg. *in prax. crim. cap. 13. numer. 1. & seq.* Reg. Viñes *d. disc. 8. numer. 186. & seq.*

19 Decimotertiò, licèt *in Const. 17. cur. anni* 1299. quæ est *in ordine 1. tit. de salvaguard. guiat. y pcons*, sit prohibitum concedere securitates, & salvasguardias personis particularibus; at verò admittit Constitutio suas fallentias; quia solet Princeps eas concedere viduis, pupillis, miserabilibus personis, Corporibus Communitatum, & Universitatum, & bonis illarum, pro sua Suprema Regalia, & id comprobatur *ex Const. 4. tit. de guiatjes*, & ex Calic. & Mieres tradit Oliba *de jure Fisci c. 3. n. 34.* & latius *c. 14. n. 142. & c. 15. n. 15.* & eis citatis Reg. Viñes *dict. disc. 8 nu. 188. & seqq.* qui asserit, contra damnificantes personas, vel Corpora, quæ habent salvasguardias, proceditur per pœnas *Usat. Simili modo.*

In Const. 35. Curiarum Barcinonæ Dom. Reg. Fer. ann. 20
1493. est in *ordine 3. tit. de guiatjes, y salva.* fuit stabilitum, quòd, ut salvæguardiæ, & securitates prodesse valerent personis, & locis, quibus concessæ existunt, publicari oporteret de quinquennio in quinquennium in capitibus Vicariarum, ibi: *Perço ab aprobació, è assentiment de la present Cort estatuim, volem, y ordenam, que los qui tingan salvaguardas, las hajan de fer publicar ab veu de crida al cap de las Vegueries de sinch en sinch anys; altrament qui sian nullas, è extinctas.* & recitat Reg Viñes *in tract. celeb cur. disc. 8. n. 204* diximus *decis. 2. num. 39. cum seqq.*

Decimoquartò, postquam dispositæ fuerunt *in Const.* 21
Com per fer. 3. tit. de esposalles, pœnæ contra contrahentes sponsalia, aut matrimonium cum puella sine consensu parentum, avi materni, tutoris, aut curatoris, vel proximiorum, statuitur *in Const. Encara mes 4 eod. tit* quod qui defidaverint, vel defidare fecerint, vel qui id egerint contra aliquem ex supra expressis, occasione dicti matrimonii, sint ipso facto habiti pro ejectis a pace, & pro talibus publicati, ac incurrant etiam in pœnas dictæ Constitutionis.

Decimoquintò, si bellum non erat debitè denuntiatum 22
per personas habiles, debito loco, & tempore, procedi debebat in vim dictarum Constitutionum per inquisitionē contra inobservantes, & contra personas Militares per accusationem, & sic, dummodò adesset pars privata, quæ instasset, & non alio modo, juxta privilegia, quibus in hoc Principatu gaudent personæ Militares, & sunt eis concessa per Dom. Regem Petr. ter. 19. Maii 1380 confirmata per Dom. Reg. Ferdin. 9. Octobris 1481. & 2. Septembris 1510. quæ habentur *in secundo vol. const. c. 3. 4. & 5. de accusat.* nisi in casibus, in quibus proceditur per Regalias, ut explicant Ferrer *obs. par. 3. c. 422.* Font. *de pac. nup. t. 1. cl. 3. glos. 3. nu. 34 & seq.* Anton de Vilaplana *in trac. de Brac. Milit. c. 3. n. 72. cum plurib. seqq.* & sic in casibus, quibus proceditur per Regalias Constitutionum de pace, & treuga, ut observat Ferrer 3. *par. dict. cap. 422. ver. Eisdem, numer. 10.*

Ex his omnibus hucusque dictis rectè infertur, quòd 23
defidamenta, seu bella, quæ antiquitùs observabantur, & pro speciali prærogativa tolerabantur Potestatibus, Comitibus, Vicecomitibus, Nobilibus, Baronibus, Militaribus, hominibus de Paratico, & alterius conditionis, hodie non observantur; quia cum esset materia tam otiosa, perturbationibus plena, quieti, & paci publicæ damnosa, Principes, qui creverunt in auctoritate, eam limitarūt, cum relatis limitationibus, & modificationibus, ut expendit Reg. Viñes *in d. dis. 8. nu. 177. ver. Por esto.*

DECISIO LXXXVIII.

ARGUMENTUM.

Consuetudo, aut tolerantia duellorum est omninò derogata per Sacrum Concilium Tridentinum, cujus dispositio est assequenda in hoc Principatu, cum decisione Senatus.

SUMMARIUM.

1 *Per Sacrum Concilium Tridentinum strictiùs fuerunt prohibita duella, recitatur littera Concilii.*
2 *Sub hac prohibitione comprehenduntur bandositates, & bella particularia, non obstante quocumque privilegio, aut consuetudine immemorabili.*
3 *In Cathalonia consuetudines inviolabiliter debent observari, quia pro Constitutionibus habentur.*
4 *Consuetudo est species juris, & æquiparatur statutum cum consuetudine, & è contra.*
5 *Detestabilis est consuetudo irrationabilis.*

6 Non

UAB Biblioteca de Ciències Socials

6 *Non subsistit consuetudo contra Canones, intellige si fuerit contra jus Naturale, aut bonos mores.*
7 *Consuetudo duellandi est contra omnes jus, irrationabilis, & contra bonos mores, nec sustinetur per jura patriæ, quæ approbant consuetudines.*
8 *Nec leges Municipales subsistent admittentes duella, stante dispositione S. C. Trident. ut in Regno Aragoniæ.*
9 *Non observantur in Regno Valentiæ duella post dictum Conc. Trident.*
10 *Idem est observandum in hoc Principatu Cathaloniæ.*
11 *Reges, & Judices monomachias, seu duella non patiantur, quia illorum mala Deus ab ipsis exiget.*
12 *Conclusio R. Criminalis Concilii prohibens duella.*
13 *Præconizationis forma super prohibitione duellorum, & numer. 14.*
15 *Judicium Auctoris, & novissima resolutio Senatus.*

1 CONSUETUDO, aut tolerantia defidamentorum, bandositatum, aut duellorum manet totaliter derogata ex dispositione Sacri Concilii Tridentini *sess. 25. de ref. c. 19.* ubi strictiùs prohibentur Duella per hæc verba: *Detestabilis duellorum usus, fabricante Diabolo, introductus, ut cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur, Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac jurisdictione, & dominio Civitatis, Castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur, & si feudalia sint, directis Dominis statim acquirantur. Qui verò pugnam commiserint, & qui eorum patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptiones, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & ut homicidiæ, juxta Sacros Canones puniri debent, & si in ipso conflictu decesserint, perpetuò careant Ecclesiastica sepultura, Illi etiam, qui consilium in causa Duelli, tam in jure, quàm facto dederint, aut alia quacumque ratione ad id quemque suaserint, nec non spectatores, excommunicationis, & perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obstante quacumque privilegio, seu prava consuetudine, etiam immemorabili.*

2 Sub qua prohibitione dubitari nefas est, quòd comprehenduntur bandositates, & bella particularia, propter ampliationem, quam recipit in Bulla Gregorii XIII. quæ incipit *Ad tollendam*, data 9. Decembris an. 1582. quam confirmavit, & ampliavit Clemens VIII. in sua Bulla ann. 1592. quæ incipit: *Illius vices*; ex quibus dispositionibus manifestum fit, consuetudinem, aut tolerantiam defidamentorum in Cathalonia manere totaliter derogatam, juxta relata verba Concilii: *Non obstante quocumque privilegio, seu prava consuetudine, etiam immemorabili.*

3 Nec his obstat *Const. Mes avant statuim 13 & const. fin. tit. de observar. const.* in quibus statuitur, quòd consuetudines, practicæ, & usus in Principatu inviolabiliter observentur, Peguera *tom. 1. in addit. decis. 16. in fine*, ubi pro legibus, & pro constitutionibus sunt habendi, Oliba *de jur. Fisci cap. 4. num. 65.* ubi constitutio, usus, seu consuetudo quantum ad legis essentiam æquiparantur, ex traditis à Reg. Viñes *in trac. celeb. cur. disc. 4. & 5.* ex Marquilles, Mieres, Font. *de pac. 1. clau. 4. glos. 19. num. 71. & 72.* & ipsis allegatis Crespi *obs. 1. num. 275.*

4 Consuetudo namque est species juris, *cap. consuetudo dist. 1. cap. consuetudo extra eod. l. de quibus 32. §. 1. l. diuturna 33 l. sed ea 35. l. imò ff. de legibus, l. 1. & 3. Cod. quæ sit longa cons. §. fine scripto, Jus de jure nat.* Giurba *in consuet. mes. in procem. n. 12.* Font. *de pac. nup. t. 1. claus. 4. gl. 19. p. 2. n. 14. & dec. 254. n. 12.* & æquiparantur statuta cum consuetudine, & è contra, *ex l. omnes populi, ff. de just. & jur.* Fermos. *ad rub. de consuet. quæst. 4. n. 15. & 16.* Masc. *de interp. stat. conc. 8. n. 11. & con. 6. n. 89* Giurba qui suprà *numer. 22.* & eis citatis latè, & doctissimè D. Ludovicus de Valencià *ad illust. const. 7. tit. de electio de DD. de la R. A. cap. 7. n. 55.* ubi *in seqq.* pertransit ad requisita consuetudini, & differentias enucleat inter consuetudinem, & observantiam.

5 Quia respondetur, quòd est detestabilis, consuetudo irrationabilis, *capit. fin.* ubi glos. *verbo irrationabilis de consuet. c. 1. eod. tit. in 6. c. cum venerabilis de excep. c. frustra, c. quæ contra, cap. mala autem, dis. 8.* Giurba *in consuet. mes. in procem. n. 19. & 23.* Font. *de pac. nup. cl. 4. glos. 19. p. 2. n. 13. & dec. 301. n. 15. & 304. n. 1. & 2. & 305. n. 26. & 479. n. 14.* Fermos. *ad rub. de consuet. q. 5.* & maximè *n. 8. 9. & 11. & in præmis. ad cap. fin. eod. tit. & in qu. 1. num. 4. & 5. & quæst. 3. num. 53. & 54. & 60. & in cap. ad audientiam 3. in præmis. nu. 2. & 3.* Gonzalez Tellez *in com. ad cap. fin. de consuet.* Fag. *in cap. utrum autem de cogn. spir. n. 14. & cap explicari n. 41. de obs. jeiunii, & in cap. cum causam de elec. num. 2. 4. & 6. & in cap. quod à prædecessore n. 65. de schism. & in cap. tuæ fraternitatis n. 29. de spons. & mat.* quos collegit D. Ludovic. de Valencià *ad d. const. 7. de elec. de DD. de la R. A. num. 70.*

Pariter etiam, non subsistit consuetudo contra Canones, *cap. si Episcopus* juncta glos. *de pœnit. & remis.* Font. *decis. 304. num. 5.* Valenz. *consil. 34. n. 136. ex cap. non satis, cap. incolas,* ubi DD. *de simonia,* Sperellus *par. 1. decis. 37. nu. 50.* D. Ludovicus de Valencià qui supra *n. 56. circa finem*, qui id intelligit, quando fuerit consuetudo contra jus Naturale, aut bonos mores. 6

Cum igitur tolerantia, consuetudo, aut usus duellorum admissus in hoc Principatu sit irrationabilis, contra bonos mores, & contra jus Naturale, Civile, Canonicum, & Divinum, ut probavimus, sequitur indè, tanquam detestabilem, & pravam per jura patriæ supra allegata sustinendam non esse; imò tanquam expressè reprobatam per Concilium Tridentinum, ut affirmavimus, enervandam esse talem consuetudinem, ut ita concludunt Ayala *de jur. bel. lib. 1. cap. 3. n. 5.* Cabal. *de om. gen. hom. numer. 77.* Frag. *de regi Reip. par. 1 lib. 1. disp. 2. §. 10. num. 14.* P. Scrib *in polit. Christ. lib. 2. cap. 41.* Larrea *alleg. Fisc. 117. nu. 34.* Coel *ad bullam boni regim. cap. 14. num. 107.* Barbosa *in Concil. Trid. sess. 25. cap. 19. de reform.* & ferè omnes Doctores, qui de hac materia agunt, qui ultra infinitos allegatos per Larrea, qui supra, Barbosa, & Conciol. ille *in Concil. Trid.* iste *resol. 1. & seq. verbo Duellum*, tractant Lezana *in sum. verbo Duellum.* Diana *in sum. eod. verbo,* Prato *responsa. 4.* Ricc. *in prax for. Ecc. resol. 47. 49. 50. 51. 52. 53. 54. & 55* Novar. Tapia. & Rovitus *in prag. de Duel.* Muta *to. 1. tit. de pœna provoc. ad Duel. pag. unica,* Reg. Matthæu *de regi. Reg. Valen. cap. 11. § 5. n. 57.* Reg. Viñes *in disc. celeb. cur. disc. 8. n. 178.* Velasquez *de leg. hum. & mun. fic. cap. 2. §. 4.* Farinac. *tom. 1. consil. 9.* P. Mendo. latissimè *in stat. opin. dissert. 1. à n. 235.* & precipuè *n. 256. & de Ordinibus Militar. disq. 3. q. 11. à num. 15. & disq. 18. in append. miscel. quæst. 1. à num. 1. & de jur. Academ. l. 3. à nu. 306.* P. Muga *disq. moral. 11.* Gonzalez *ad tit. de Cleric. pugnan. & in eod tit.* Fagnan. & DD. Cuenca *de sui def. lib. 4. quæst. 3.* Beyerlink. *in theat. vit. hum. verbo Duellum*, ubi refert Duella vetita, ac exemplaria duellorum antiqua cum eorum ritibus, P. Garau *in olimp. del sabio par. 2. max. 8.* Massin. *de consis. honor. quæst. 10.* Rodoer. ad Marin. *lib 1. resol. cap. 110.* (ubi agit de pœnis duellantium) Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 10. n. 72. cum seqq.* Carafa *per integrum tract. de duello*, Cardinalis Luca *in theat. verit. in annot. ad S. C. T. disc. 50. lib. 14. par. 5.* Caponius *tom. 5. discep. for. 379. tota*, (ubi tractat de pœna privationis sepulturæ Ecclesiasticæ, & ad idem est *discep. 391. tota*) Claudius Coteræus *de jure mil. l. 3. c. 24. tot.* 7

Imò etiamsi non versaremur in terminis nudæ tolerantiæ, aut consuetudinis, vel abusus, sed cautam in nostris legibus patriæ haberemus stabilitatem duellorum, & defidamentorum, eis obtemperandum non foret stante supra stabilita dispositione Concilj Tridentini, ut in Reg. Arag. scribit Cuenca *de sui def. lib. 4 quæst. 3. n. 5.* ibi: *Ex quibus patet quascumque leges, quascunque consuetudines, Duella disponentes, sive ad comperiendum veritatem, sive in defectum probationis, sive alio quocumque modo, ut in foro nostro tit. de duel. & in tit. de forma defidam. de quibus Molinus verbo Duellum, fol. 114. & verbo defidamentum, fol. 94. penitus sublatas esse, & jure nullas, prout hodie non observantur, nec vigent si quoquo modo dispositioni Concilj Tridentini contrariantur.* 8

In Regno Valentiæ Reg. Matth. *de regi. Reg. Valen. cap. 11. §. 5. nu. 18.* tractando de permissione duellorum in suo Regno Valentiæ *per for. 2. de duel. & for. 16. de malefic.* dixit, ibi: *Sed hæc omnia jam olim illicita reputabantur, sed solùm sustineri poterant in vim consuetudinis introductæ ad finem vitandi majora mala, ut Belluga ibidem testabatur, & post eum videndi sunt Doctores in capit. 2. de purg. vulg. Torreb. de jur. spir. lib. 9. cap. 12. ex num. 5. Martin. del Rio disq. mag. lib. 4 cap. 4. q. 4. sec. 2. Frag. de regi. Reip. Christ. par. 1. lib. 1. disp. 2. §. 10.* 9

ex

ex n.10. Ant. Mat. de crim. ad lib.48.ff.tit.16. de quæst. & confes. cap.2.ex n.2. Ben. Carpzou. in pract. crim. par.1. qu. 29. num.71. cum seqq. ex nostris Reg. Val. scriptoribus post Bellugam, Michael Salon. de just. & jure in 2.2. Divi Themæ quæst.64. ar.3 Joan. Aegid. Trullench in lib.5. Decalog. cap.2. dub.13. per tot. sed post Tridentinum cap.19. sess.25. de ref. ubi Barbosa plures cumulat, jam omninò exterminatum est à Republica Christiana, ita ut absque crimine non admittatur. Et sic quæ fiebant tanquam appendices rei prohibitæ, nequaquam possunt in consequentiam trahi, comprobant Dom. Don Christophor. Crespi de Valldaura *obs.13. nu.60.*

10 Et in hoc Principatu Cathaloniæ scribit Reg. Vines *in disc. celebr. cur. 8. nu.176.* ibi: *Pero esto que antiguamente tanto se practicava, y por grande, y especial prerogativa lo tenian los ricos hombres, Condes, Viscondes, Nobles, Barones, Caballeros, y hombres de paraje de Cathalunya; oy no se practica, ni guarda, y la razon puede ser, porque esta materia es odiosa, y llena de perturbaciones de la paz publica, y assi los Principes creciendo en la authoridad, la han limitado, quanto ha sido posible, poniendo pazes, y treuges entre los enemigos, procediendo contra los inobedientes por el processo de la Regalia Simili modo; y tambien porque ha sobrevenido el Sagrado Concilio Tridentino, el qual en la sess.25. cap.19. ha prohibido estrechissimamente los duelos, y desafios, baxo la qual prohibicion se pretende, son comprehendidas estas bandosidades, guerras.*

11 Et si his duellantes non acquiescant, Reges, & Judices, quorum munus est salutem Reipublicæ curare, has monomachias, & gladiatoria spectacula non patiantur, Pet. Greg. *synt. lib.48. cap.16. n.24.* duellorum enim mala Deus à Principe exiget, scribit P. Scrib *in polit. Christ. lib.2 cap.41.* & ejus religiosa verba sunt: *Barbaram hanc consuetudinem quis crederet, inter Christianos, Christi sanguine lotos, æternitati natos, repertri? aut quis Deus Principi hanc culpam donabit? quam vereor ne à manu illius suorum exigat sanguinem? Sistere hunc Princeps debuit, potuit, non stitit: fusi sanguinis reus stabit. Quis eripiet tanti sanguinis reum? aut quod flumen purgabit hoc crimen? dicet, non potuisse? quo illi ferrum, & pœnæ? dicet, noluisse? non opus alio Judice: dicet, parcere voluisse? parceret Regno: & in unis pœnam, multorum sanguinem sisteret: dicet, aliorum precibus, & lacrymis indulsisse? negligere privatas, in publicis lacrymis debuit: dicet, ignorasse? non cadit ignorantia in Regem, cum etiam remota regna Duella hæc traxerint in admirationem: dicet, non omnibus indulsisse? sed vel omnibus debuit, vel nulli delicti paritas pœnæ paritatem deposcat, & non vel indulsisse, ad audiendum parta, reliquis viam stravisse est? Nulli ergo in hoc crimine ignoscet, & pœnarum etiam magnitudine terrebit omnes.*

12 Excogitavimus hæc, tanquam fundamenta, cum quibus de tempore Excellentissimi Dom. Ducis de Cessa, & Baena Locumtenentis, & Capitanei Generalis hujus Principatus fuit facta conclusio in Regio Criminali Concilio 11. Februarii ann. 1670. & inde Regiæ Præconizationis, quæ publicatæ fuerunt in hac Barcinonen. Civitate die 17. ejusdem mensis, & anni prohibendo Duella, & defidamenta infrascriptà forma.

13 Qui defidaret per se, vel interpositas personas, si esset militaris, vel privilegio militari gaudens, incurreret in pœnam exilii à Principatu, & Comitatibus per tempus arbitrarium suæ Excellentiæ, & Regio Concilio, si esset plebejus, in pœnam fustigationis: & qui defidamenta acceptaret, si esset Militaris, aut privilegio militari gaudens, incideret in pœnam exilii à Principatu per tempus quinque annorum; & plebeius per tempus septem annorum; casu verò quo Militaris, aut privilegio militari gaudens, aut plebejus duellans vulneraret, aut occideret defidatum, incurreret in pœnam mortis naturalis; at si defidatus occideret, vel vulneraret defidantem, si esset Militaris, vel de genere militari, incideret in pœnam deportationis in arcem per suam Majestatem nominandam in perpetuum; & si esset plebejus, in pœnam remigandi in Regiis triremibus in perpetuum.

14 Et quia in defidamentis interdum interveniunt patrini, qui etiam pugnant, eadem pœna defidantium eis injuncta fuit; tractatoribus, & mediatoribus, aut illis, qui tradunt cartas defidamentorum, imposita fuit pœna, videlicet, si essent personæ Militares, aut privilegio militari gaudentes, exilii à Principatu, & Comitatibus per tempus quinque annorum; & si essent plebei decem annorum. Hoc intellecto, quòd per prædictas præconizationes nullatenus intelligerentur derogatæ pœnæ majores, quæ de jure, edictis, aut aliàs certis casibus fuissent dispositæ contra defidantes, tam ratione qualitatis facti, quàm armorum, cum quibus defidantes bellarent.

His igitur omnibus consideratis, censui nuper etiam 15
per edicta publica prohibenda fore defidamenta, & Duella, & ita esse consulendum Domino Excellentissimo Locumten. Generali; at ex majori parte Regii Concilii fuit resolutum pro nunc non esse publicandas prohibitiones duellorum; quia hujus generis excessus nec frequentabantur, nec penitùs experiebantur, & ita fuit consultum, & in prohibitione supersessum.

Verùm, cum effera ista, & planè insana duellorum rabies, immo tortuosa colubris sævam attolleret faciem, iras suas per immensos gyros cæcà caligine implicans; furiisque agitatus impatiens, ac stultus honor turgenti vultu pullularet, publicatæ fuerunt Regiæ Præconizationes die 17. Martii anni 1687. justè, & sanctè Duella sub antedictis pœnis prohibentes, ut immite hoc piaculum prorsùs ferinum, & inhumanum à satis Catholicis omnino aboleretur, radicitusque avelleretur.

DECISIO LXXXIX.

ARGUMENTUM.

Jus visitandi est de regalibus, & Regius Visitator habet jurisdictionem privativè etiam ad Proregem Regni, cui nec jus visitandi, nec cognoscendi de delictis Senatorum, nisi ex speciali commissione Domini Regis competit; solet tamen Prorex cum Regio Concilio deputare Universitatibus Visitatorem, & punit fraudantes res Universitatis; ubi explicantur *Costit. 17. tit. de cosas prohibid. Const. 3. tit. de salar. de sentent. Const. 16. tit. de offic.*

SUMMARIUM.

1 *Annalium Officialium Syndicatus ad Præfecti Prætorii jurisdictionem pertinebat, & in Judice etiam Magistratus apud Romanos, & ad Principem benè, vel malè illorum gesta referebantur.*

2 *Visitandi potestatem penes Principem residere, vel ab eo deputatos, & jus visitandi de Regalibus esse, exponitur, ubi de visitatore Academiæ Salmatinæ.*

3 *Eliget Dominus Rex ex terna Iudicum tabulæ, & quid in visitatione Domus Deputationis observetur.*

4 *Rex nominat visitatores ad Regias Universitates, quod procedit etiam in hac Civitate, si ejus Consiliarii, vel Civitas id petant.*

5 *Prorex in Cathalonia, & aliis Regnis est* alter Nos *Domini nostri Regis, habetque mandatum cum libera etiam in reservatis.*

6 *Non potest Prorex nominare visitatorem in Magistratus, nec informationes contra Regios Officiales recipere, ad finem in scriptis informandi Principem, nec in Proregem potest jurisdictio prorogari.*

7 *Visitator à Domino Rege nominatus habet potestatem visitandi privativè ad quoscumque, ac etiam ad Dominum Proregem.*

8 *Ius visitandi est personalissimum Domini Regis.*

9 *Licèt Prorex uti* alter Nos, *exerceat in Regno regalias nomine Regis absentis, & habeat mandatum in reservatis, & specialibus, intelligitur tamen exceptis illis quæ per jura patriæ, moresque majorum, aut aliàs à Corona Regia separari nõ possunt.*

10 *Non potest Princeps sibi ipsi potestatem, superioritatem, & jurisdictionem auferre.*

11 *Prorex non habet facultatem visitandi Magistratus.*

12 *Sed poterit visitare Regios Officiales perpetuos, si commissionem particularem à Domino Rege habeat.*

13 *Doctores Regiæ Audientiæ in Criminalibus nedũ sũt exempti à foro ordinariorum, sed etiã à foro, & jurisdictione Proregis, nec Prorex potest contra illos procedere absq; speciali commissione suæ Majestatis.*

14 *Fallentiæ huius regulæ, & doctrinæ explicantur usque ad nu.16.*

17 *Officiali dè his de quibus cognoscere valet sua potestate ordinaria, & iure ordinario, commissio, seu delegatio fieri non permittitur, at potest officialis commissionem acceptare in his quæ ad se, & ad eam jurisdictionem ordinariam non pertinent, & progestis in ea commissione tabulam non purgat, & n.18.*

19 *Nec Vicariis, nec aliis ordinariis loci mittuntur instructiones, ad fortificandum processus super delictis quæ pendet in R. C.*

20 *Prorex habet jurisdictionem delegatam ad Universitatem causarum.*

21 *Prorex Regni deputare potest visitatorem triremium ad liberandum eos qui tempora condemnationum adimpleverant, ut Neapol. observatur, in Cathalonia completo termino, gratis sunt liberandi.*

22 *Solet Prorex, & Regium Criminale Concilium deputare visitatorem Universitatibus, & quomodo id observetur, traditur cum diversis decisionibus Regii Senatus.*

23 *Delictum depositarii, qui penes se retinet cum fraude pecunias Universitatis superiorem recognescentis, non dicitur crimen peculatus.*

24 *At verò depositarius ille furtum committit, & puniendus est, cum decis. Senatus.*

25 *Visitationes Universitatum ad Concilium Criminale spectare traditur decisum.*

26 *Quando actio Civilis præjudicet Criminali, & è contra, & quando possint cumulari, remissivè.*

1 DE jure communi licèt annalium Officialium Syndicatus ad Præfecti Prætorii jurisdictionem pertineret, *l. si quis post hac 5. de offic. Præf. Præt. orient. l. fin. Cod de Offic. Præf. august. §. necessitatem Auth. ut judices sine quo suf. rag.* vel Ordinarium loci, *l. Pater litterarum 47. ff. de judiciis*, vel ad successorem in officio, Bovad. *in polit. lib. 5. cap. 1. nu. 24.* quæ omnia scribit Mastril. *de Magist. lib. 6. cap. 1. num. 18.* Censorio tamen muneri comparavit Visitatoris judicium Dom. Don Franc. Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. tom. 2 lib. 3. cap. 6. nu. 10.* Cæterùm de antiquo, & veteri more in Judices etiam Magistratus apud Romanos generaliter inquirebatur, & ad Principem benè, vel malè illorum gesta referebantur, secundùm Tacit. *lib. 15. annal.* ibi: *Olim quidem non modo Prætorem, ac Consulem, sed privati etiam solere mitti, qui Provincias viserent, & quid de cujusque obsequio videretur, Senatui referrent*, Pet. Ærod. *rer. judic. lib. 9. cap. 4.* Berart. *in spec. visit. cap. 3 in prin.* quod comprobat Tex. *in l. fin. C. ubi Senat. vel clarissimi*, ibi: *Sed hoc solummodò in hujusmodi viros vice quoque Principis Auditori licebit, ut intentatum apud se crimen, si patefactum fuerit, ad principalem referat portionem, ultionis autem tantis inferendæ dignitatibus modus non nisi in Principis residebit arbitrio.*

2 Ex quo Tex. communiter infertur visitandi potestatem penes Principem, vel ab eo deputatos, & jus visitandi de regalibus esse, Clarus *in prax. §. fin. quæst. 35. ver. Prætera quæro*, Belluga *in spec. Princip. rub. 44. num. 2.* Mastril. *de Magist. lib. 6. tit. 1. num. 15.* Berart. *in spec. visit. cap. 2. nu. 3.* Castillo *cont. lib. 7 cap. 41.* Reg. Leo *lib. 3. dec. 10. num. 27.* Larrea *dec. 98. num. 15* Reg. Matthæu *in tract. de re crim. cont. 71. num. 5.* Cabedo *decis. 68. par. 4.* Fragosius *de regim. tom. 1. lib. 7. disp. 23. n. 9.* Sanfel. *dec. 62.* qui *à num. 125. ad 128.* latè explicat *dict. l. fin. C. ubi Senat. vel Clarissi.* & in puncto allegat Reg. Tapia *in decis. Italiæ 3. num 4.* Prato *in respons. pro Syndic. n. 145. cum pluribus seqq. nu. 158 nu. 200. nu. 211. nu. 236. & 237.* D. D. Christo. Crespi de Valldaura *obs. 4. n. 142.* P. Mendo *de jure acu. q 8. num 238. cum seqq.* qui ex Escobar *de Pontif. & Reg. Jurisd. cap. 21. num. 60.* affirmat, ad Dominum nostrum Regem pertinere nominationem Visitatoris in Academia Salmantina, & de visitatoribus sæcularibus ejusdem Academiæ exemplaria refert.

3 Sic externa, pro Judicibus Tabulæ ab Universitatibus hujus Principatus proposita, eligit Dom Rex, probat *const. 7. tit. de offic. Judic. tabulæ*, Berart. *in spec. visit. cap. 2. nu. 2. & 3.* & formam visitationis quam habet Domus Deputationis hujus Principatus in singulis triennijs a Domino Rege, & Curiis Generalibus statutam observat, juxta *cap. 1. novæ refor generalitatis Curiarum anni 1599.* Berart. *in spec. visit. cap. 2. nu. 6.* & Regio privilegio Serenissimi Domini Regis Philippi Secundi dato 3. Julii 1599. singulis annis Domus Civitatis Barcinonæ in officiales suos visitationem exercet, Xammar *de privil. Civit. Barcinonæ*, §. 20 *nu. 42.*

Ad Dominum autem Regem non solùm pertinet visitare, vel Visitatores nominare ad Officiales Regios; sed etiam ad Regias Universitates, Berart. *in spec. visit. cap. 23. nu. 3.* Leo *lib. 3. d. dec. 10. num. 27* & ex pluribus aliis citatis Nobilis Reg. Matthæu *in tract. de re crim. cont. 71. num. 5.* Ramon *cons. 64. nu. 3. & 4.* qui observat diversimodè procedere in hac Civitate Barcinonæ, nisi fortè Civitas, aut Consiliarii ejus id peterent, ex privilegiis peculiaribus ejusdem Civitatis, & eo citato Xamm. *de privilegiis Civitatis Barcinonæ*, §. 20. *n. 43. cum seq.* 4

Quæ adeò vera sunt ut licèt Prorex in Cathalonia, & aliis Regnis sit alter Nos Domini Regis, Canc. *var. 3. cap. 3. nu. 329.* Xamm. *de offic. Judic. par. 1 quæst. 7. nu. 97.* Berart. *in spec. visit. cap. 9. num. 2.* Font. *dec. 3. num. 7.* sic vocatur, quia ob absentiam Domini Regis, illius nomine regalias exercet, Oliba *de jure fisc. cap. 4. nu. 58.* Bosc. *de les titols de hon. de Cathalunya lib. 2 cap. 36. §. 39. verbo origen.* Nobilis Senator de Amigant *in addit. ad prax. Ripoll. in rub. Vic. Barcinonæ 21. nu. 25.* Reg. Matthæu *de regi. Reg. Valen. tom. 1. cap. 2 §. 1. nu. 9.* habeatque mandatum cum libera etiam in reservatis, Giurba *cons. 19. sub nu. 19. & 20.* ut hæc omnia ex pluribus comprobat Nobil. Reg Cortiada *dec. 10. nu. 3. & seqq.* qui *num. 18.* scribit, quòd ut uno verbo claudatur potest Prorex omnia facere, quæ ipse Dominus Rex posset, si præsens esset in Regno; etiamsi specialia forent, ex Carol. de Graf. *excep. 1 num. 44.* Mastril. *de Magist. lib. 5. cap. 6. à nu. 25. & 245.* Reg. Vico *ad prag. Regni Sardin. lib. 1 tit. 4 cap. 4. num. 5.* Dexart. *ad cap. Sardin. in proem. nu. 25.* Castillo *dec. 125. num. 18.* & aliis, & nuper Nob. Sebast. de Cortiada *in discur. Cap. Gener quæst. 2. nu. 9.* qui etiam alios addit, Quesada Pilo *differ. 1. num. 31. & seqq* Vilosa *de fugit. dissert. 6. § 4. num. 14.* qui punctim plures adducit, diximus Nos *dec. 2. par 1. nu. 26.* 5

Cæterùm non poterit Prorex nominare Visitationem in Magistratus, Prato *in resp. pro Syndicatu num. 200.* nec ipse Prorex potest Officiales Regios visitare, Scialoya *de foro comp. cap. 33. num. 114.* nec informationes contra Regios Officiales recipere, ad finem in scriptis informandi Principem, *ex d. l. fin. C. ubi Senat. vel Clar. Auth. ut judic. sine quo suf. §. volumus ver. damus, ver. Si autem, & §. necessitatem*, & aliis juribus Reg. Tapia *decis. Ital. 3. nu. 14.* Sanfel. *dec. 62.* nec in Proregem jurisdictio potest prorogari. Scialoya qui supra *de for comp. cap. 33 nu. 114.* qui summatim omnia supradicta tradit. 6

Imò Visitator à Dom. Rege nominatus, potestatem visitandi habet privativè ad quoscunque, ac etiam ad Dom. Prorenem. Rovit. *in prag. 1 de Syndic. offic. in addit.* Facit *const. 7. tit. de offic. judic. tab.* cum quo æqualem potestatem habere sæpe contendit Ponte. *de potest. Proregis §. 7.* vel majorem in concernentibus commissionem, *ex cap sanè 11. de offic. judic. deleg. cap. Pastoralis, §. Præterea de offic. ordin.* & utrobique Augustin. Barbosa, & eis allegatis Reg. Matthæu *in tract. de re crim. cont. 73. nu. 18.* & in his terminis facit Costa *de remed. subsid. remed. ult. in prin.* quem citat Gallego *in respons. pro Syndic. cap. 1. n. 16.* & facit etiam quod tradit Roc. *de offic. §. 4 n. 35.* quod Visitator generalis Regni Neapolis præcedit Præsidentem illius Concilii, & in eo eminentiorem locũ occupat. 7

Quorum ratio est, quia jus visitandi est personalissimum Dom. Regis, & ejus ossibus affixum, Sanfel. *dec. 72. num. 74. & seq.* Cabedo *decis. 40. num. 2.* Tapia *dec. Ital. 3. n. 32.* Prato *in respons. pro Syndic. nu. 210. & seq.* ex expresso jure *in dicti l. fin. C. ubi Senat. vel Clarissi.* ubi Imperator sibi hanc cognitionem reservat per verba aliis abdicativa, ibi: *Nullius alterius Judicis*, ac ibi: *Nisi nostræ pietatis*, & utitur dictione *tantummodò*, & aliis limitativis, ut latissimè ponderat dictus Tapia *in decis. 397. & seqq.* & etiam; quia Dominus Rex in Curiis Generalibus sibi hanc facultatem nominandi Visitatorem reservavit, ut liquet ex dispositis *in cap. 5. curiarum anni 1599.* 8

Undè fluit regula; quòd licèt Prorex, uti alter Nos exerceat in Regno regalias nomine Regis absentis, & habeat mandatum in reservatis, & specialibus; intelligitur tamen exceptis illis, quæ per jura patriæ, mores majorum, aut alias à Corona Regia separari non possunt, Oliba *de jur. fisci dict. cap. 4. num 58.* Cancer. *var. c. 3. n. 329* Font *to. 1. dec. 3. n. 23* Xamm *de offic. Judic. par. 1. qu. 7. num. 92.* quos laudat Reg. Cortiada *decis. 19.* 9

num.

num. 20. & Nob. Sebast. de Cortiada filius tanti Auctoris & hinc Cassiod. *lib.* 9. *epist.* 23. ibi: *Rerum causæ in semine sunt, fructus editus prodit auctores, & quidquid à Divinitate meremur, de fœlici prole colligitur*) *in discursu de jurisd. Cap. Gener. qu.* 2. *nu.* 10. & allegatis à parente suo addit Reg. Matthæu *in tract. de re crim. cont.* 73. *num.* 15. Dom. Vicecan. Crespi *obs.* 5. *nu.* 73. & alios.

10 Quinimò passim traditum est, ac quasi per manus nec quidem posse Principem sibi ipsi potestatem, superioritatem, & jurisdictionem auferre; Reg. Tapia *in rub. ff. de conf. Prin. cap.* 4. *nu.* 16. Pereg. *vol.* 1. *conf.* 1. *nu.* 12. Rimin. junior *conf.* 13. *nu.* 82. Menoc. *de arbit. lib.* 2. *cas.* 559. *nu.* 6. nisi exviscerans Principatus sui viscera, propriæ dignitatis fieret homicida, Lather. *de cens. lib.* 1. *cap.* 16. *nu.* 28. Thom. Michael. *de jurisd. thez.* 15. *lit. B*, Cardin. Tusc. *pract. conclus. lit. A, conclus.* 336. *num.* 12. Baeza *de debit. inop. cap.* 2. vel saltem, ut ait Guill. Anton. *de rescript. morat. tit.* 2. *num.* 54. *circa med.* hoc modo mutilando se sua potentia, efficere ut dextera sibi præcidat sinistram, & hæc pro nostris terminis scribit Prato *in respons. pro Syndic nu.* 212. *cum seqq.*

11 Antedicta comprobat, & meliori luce exornat Reg. Tapia *in d. dec.* 3. *Ital. tot.* qui *nu.* 22. refert, ea declarata fuisse per Dominos invictissimos Reges Philippum Secundum, & Tertium, & litteras Regias rescribit *n.* 147. *ver. de his omnibus, & num.* 148. & 152. asserit fuisse per Supremum Italiæ Concilium de his actum, & per trinas consultationes sua Majestas certiorata resolvit, Proregem non posse visitare Regios Ministros, attentis juris communis dispositione, instructionibus, & litteris Regiis ad Proreges missis; stantibus etiam aliis declarationibus in aliis Regnis in similibus casibus, & sequitur Mar. Prat. *in resp. pro Syndic. nu.* 145. *ad nu.* 157. post Sanfelic. *dec.* 62. *tot.* qui latissimè probat etiam, in contrarium acta non posse per Dom. Reg revalidari, maximè *n.* 156. quia fuerunt nulla ex defectu jurisdictionis, & *in num.* 146. allegat Zerdan. *in suo verriloquio cap.* 1. §. 2. ubi dicit, per Dom. Reg. Philip. Secundum fuisse provisum in ejus personam, dum esset Regius Advocatus Fiscalis Valentiæ contra Comitem de Aytona, qui eum suspenderat, & jussu Domini Regis fuit statim reintegratus.

12 Licèt enim hæc ita procedant; at poterit Prorex visitare Regios Officiales perpetuos, si commissionem particularem à Domino Rege habeat, *ad tex. in l.* 1. *Cod. de offic. Præf.* Ponte *de potest. Proreg.* §. 7. cui adde *d. l. fin. C. ubi Senat. vel. Clarif.* ibi: *Vel sacri tantummodò cognitoris cui nostra serenitas hujusmodi negotii audientiam vice sua sacris apicibus mittendis mandaverit*, quam ad id ponderat Reg. Tapia *dec.* 3. *nu.* 8. Sanfel. *dec.* 62. *num.* 40. ex traditis à Reg. Matthæu *cont.* 71. *nu.* 6. Prato *in resp. pro Syndic. num.* 236. & 237. ubi intelligentiam præbet Regenti à Ponte *in dec.* 26. ne sibi esset contrarius *in tract. de potest. Pror. tit. de elect. offic.* §. 7. post Sanfel. *dec.* 62. *num.* 74. probant tradita alibi per Nos.

13 Hæc sunt quæ communiter habentur, utpote Doctores Regiæ Audientiæ in criminalibus nedum esse exemptos à foro ordinariorum, Fer. 3. *par. obs. cap.* 302. allegat ad id, explicat *Const. Los oficials* 12. *tit. de jurisdict. omn. judic.* Xamm. *de offic. judic. par.* 1. *q.* 2. *n.* 58. sed etiam à foro, & jurisdictione Proregis, & sunt subditi Domino Regi, adeò ut Dominus Rex in criminalibus de illis cognoscat, vel qui mandatum speciale ab ipso habeat; taliter quòd Prorex absque speciali commissione suæ Majestatis non potest contra illos procedere, processus fulminare, inquirere, nec in vincula conjicere, & si de facto id fecerit, est ipso jure nullum, nec potest per Dom. Regem revalidari, Reg. Matthæu *de regi. Reg. Valen. tom.* 1. *c.* 2. §. 2. *nu.* 46. & 47. Mastril. *de Magist. lib.* 5. *c.* 6. *à num.* 134. Solorz. *de Jur. indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *à nu.* 73. & *in polit. lib.* 5. *c.* 4. *ver. Lo septimò*, & latè *ver. Teste est fol.* 785. Carleval. *de iudic. disp.* 2. *nu.* 1112. & 1233. ubi addit, quòd non possunt consensu suo sine licentia Domini Regis prorogare jurisdictionem cujusq, inferioris, ac etiam Proregis, quod ipsum annotat Capiblanc. *prag.* 8. *de Baron. par.* 1. *nu.* 107. & 108. Thoro *in supplem. verb. Prorex an possit, fol.* 509. & hæc omnia tradit cum aliis Reg. Cortiada *dec.* 10. *num.* 123. & adde Scialoyam *d. cap.* 33. *nu.* 114. & *seqq.*

14 Sed suprapositæ regulæ duas fallentias addit Reg. Cortiada *dict. decis.* 10. *num.* 123. scilicet, nisi periculum esset in mora, ex Sanfel. *decis.* 62. *num.* 128. & Bovad. *in polit. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 60. & 61. vel nisi causa esset gravis, vel scandalosa; nam tunc Prorex posset Senatorem suspendere, etiam inconsulto Dom. Rege, ex Solor. *de jur. India. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 80. Sed pro harum limitationum intelligentia adde Tapia *decis. Ital.* 3. *num.* 24 & *seqq. & num.* 149. ubi eas procedere fundat in delictis extra officium, ut homicidii, aut alterius generis, & posset eo casu Prorex informationem capere, & sub fidejussore carceratum detinere, donec Dom. Rex certioratus fuerit, & ab ipso responsum obtineret, ex expressa *l. si gravius, C. de dignit. lib.* 12. ibi: *Si gravius ullum facinus admittatur, noscente persona extra carceralem custodiam sub fidetussione habita; super illustribus quidem nobis suggeri iubemus; super cæteris verò quadam minori dignitate decoratis ad tui referri culminis notionem*; sicuti etiam si de corrupte la certioretur Prorex, quæ probari postea minimè posset, si negotium in longum traheretur, posset Prorex informationem capere, eamque ad Dominum Regem transmittere, ut illa visa provideret, si esset vel plenius probandum, vel aliter procedendum contra ipsum Ministrum; non tamen posset aliàs contra ipsum procedere; hæc Tapia qui suprà.

Allegatus autem Solorz. *de jur. India. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 80. ad jura specialia Indiarum venit referendus, ut observat in his terminis Regens Matthæu *de re crim. cont.* 73. *num.* 9. ubi adhuc loquendo de jure Indiarum scribit, quòd ob summam locorum distantiam in delictis ratione officii, vel illius colore patratis, solum permissum est Proregi inquirere, & ab officio suspendere, ubi crimen id expostulat, juxta rescriptum particulare, quod ibi refert, & *num.* 11. ait ibi: *Sed enormitas, & gravitas criminis tribuens similem facultatem Proregibus, versari debet circa tranquillitatem Reipublicæ, nam ea deficiente, licèt alio respectu crimen enorme videatur, solùm inquirere, & referre licet.* 15

Ex omnibus supra jactis infertur, Proreges Regni, nec per viam visitationis, aut inquisitionis procedere posse contra Ministros Regios, nisi specialem à Domino Rege haberent potestatem, & solùm licere Proregi se informare, & Principi referre, & ut plurimum, quando grave foret delictum, & versaretur circa tranquillitatem Reipublicæ, sub fidejussore extra carceres Ministrum detinere ante resolutionem Domini Regis super his expectandam. 16

Ex his lucem capiunt *constit.* 17. *tit. de cosas prohibidas als officials*, cum qua concordat *l. Præses* 4. *ff. de offic. Præsidis l. fin. ff. de offic. Præt.* cui obstare videntur *constit.* 16. *tit. de offic. Judic. tabulæ*, & *constit.* 3. *tit. de salaris de senten.* nam *in dict. constit.* 17. *tit. de cosas prohibidas als officials* statuitur, quòd nullus Officialis Ordinarius Domini Regis, cujuscumque stamenti, gradus, aut conditionis sit, audeat accipere commissionem aliquam cujusque causæ, aut negotii, nec ea commissione possit uti, sed solum sua ordinaria potestate cum consilio sui Assessoris, sub pœna privationis officii, & resartionis damnorum, *in constit.* 16. *tit. de offic. iudic. tab.* in contrarium disponitur; quia Officiali Ordinario permittitur commissionem accipere in his, quæ jure ordinario cognoscere poterat, & de gestis in ea causa teneatur judicio tabulæ; & quòd si causa commissa ad eum non spectabat jure ordinario, de gestis in ea causa non teneatur tabulam pugnare, quod idem probat *constit.* 3. *de salaris senten.* ubi dicitur, quod quilibet Officialis Ordinarius ex causa sibi per specialem commissionem, aut delegationem commissa, de qua potestatem ordinariam haberet, ex delegatione, seu commissione, salarium recipere non possit, est ratio; quia tunc illa commissio quæ Judici Ordinario datur de ea re, de qua aliàs ut ordinarius cognoscere poterat, non est vera delegatio, sed officii excitatio, *cap. licet in corrigendis*, & ibi Barbosa *num.* 2. *de offic. judic. ordin.* extra, Muga *in comment. ad constit. si post pag. mihi*, 137. *num.* 440. Canc. *var.* 3. *cap.* 12. *num.* 221. Nob. de Tristany *in Corona Benedict. cap.* 2. *à num.* 181. qui duo Doctores loquuntur in terminis *dict. Constit.* 16. *tit. de offic. iudic. tab.* 17

Quia prædicta jura ita sunt concilianda; Officiali pro his, de quibus cognoscere valet sua potestate ordinaria, ut Ordinario commissio, seu delegatio fieri non permittitur, nec eam acceptare potest, nec ea uti valet, ex singulari jure *d. constit.* 17. *tit. de cosas prohibidas als officials*, quæ fuit curiarum anni 1409. Dom. Regis Martini, 18

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& comprobat Michael Ferr. *obſ. par. 3 cap. 8. num. 2.* at poteſt Officialis commiſſionem acceptare in his quæ ad ſe, & ad eam juriſdictionem ordinariam non pertinent, & pro geſtis in hac commiſſione, & extra officium ſuum ordinarium, tabulam non purgat, *Conſt. 16. tit. de offic. judic. tabul.* quæ eſt Curiarum Dom. Regis Petr. ter. in anno 1351. cæterum quod in ead. conſt. dicitur, *& in conſtit. 3. tit. de ſalaris ſentent.* quæ eſt ejuſdem Curiæ, quòd ex commiſſione cauſæ, quæ Officiali competit ex ſua ordinaria poteſtate, tabulam purget, & ſalarium ex alio latere non accipiat, eſt derogatum *per d. conſt. 17. tit. de coſas prohibidas als officials*, præcitatis poſterior., in qua ut ſuprà habetur eſt prohibitum commiſſiones in his quæ ſunt poteſtatis ordinariæ accipere, & ita has Conſt. conciliat, & intelligit Mieres *in tit. de offic. judic. delegat 2 par. col 8. cap. 10. in novis fol. 178. nu. 20.* & ſic ſimiliter ſunt intelligendi Doctores noſtri practici ſupra allegati.

19 Ita paſſim obſervamus in noſtro Reg. Con. nam nec Vicariis, nec aliis Ordinariis loci mittuntur commiſſiones, & inſtructiones ad fortificandum proceſſus ſuper delictis, quæ pendent in Regio Concilio, & licèt aliquoties vidi in contrarium prætenſum, quia in cauſa evocata inferior ligatas habet manus, nec in ea cauſa via ordinaria procedere poteſt; attamen ſemper vidi denegatum eſſe hujuſmodi commiſſiones concedere, propter juriſdictionem ordinariam, quam habitu habent in ſuis territoriis.

20 Fit igitur, quod cum Prorex in hoc Principatu non habeat juriſdictionem ordinariam; ſed delegatam ad univerſalitatem cauſarum, ex latè traditis Reg. Cortiada *deciſ. 10 nu 24. ad 28.* & poſt eum Reg. Viloſſa *poſt. tract. de fugit. diſſert 6. §. 7. num. 71. cum pluribus ſeqq* poterit (quin obſtent Conſtitutiones) per Dominum Regem attribui Proregi jus viſitandi Officiales, & Magiſtratus hujus Principatus.

21 Cæterum poteſt Prorex Regni Viſitatorem triremium deputare ad liberandum eos, qui tempora condemnationum adimpleverant, ut Neapoli tradit obſervatum, & convalidatum per ſuam Majeſtatem Dom. Regis Philippi Quarti indelebilis memoriæ, Rocc. *de effic. rub 16. nu. 23. & ſeqq.* & eo citato Nob. Sebaſt. Cortiada *in diſcur. Juriſd Cap. Gen. q. 3. nu. 21.* & à triremibus tunc gratis fore liberandos ſcribit Reg. Cortiada *tom. 2. dec. 85. nu. 30* & diſponit *Conſt. 9. tit. de penis corpor. in primo vol.*

22 Solet etiam Dominus Prorex cum Regio Criminali Concilio, conſtito priùs de dolo, & fraude per informationem de mala adminiſtratione Univerſitatis, nominare Viſitatorem ad rationes Univerſitatis diſpungendum, & calculis computatis per Regium Concilium proceditur ad delinquentium punitionem, juxta tradita à Berart. *in ſpec. viſit. cap. 23. nu 3. ver. adeoque*, Leo *dec. 10 lib. 3. num. 72.* ſic fuit obſervatum contra quendam arcarium vulgò *caxer*, & alios, qui res gerebant Civitatis Balagariæ, ad quam pro calculatione adminiſtrationis. & fraudum indaginibus in rebus Univerſitatis fuit deputatus Viſitator, celebris ille memoria laudandus; ſed non ſat laudatus Magnificus Petrus Antonius Serra Regius Senator; & die 1. Martii 1659. referente Nobili Michaele de Pallarès Judice Regiæ Curiæ, ſcriba Oriol, fuit arcarius condemnatus ad ſuſpenſionem ab officiis Civitatis prædictæ, per decennium, & ad reſtitutionem reliqui, liquidatione reſervata, quam obſervantiam latiùs expendit Nobilis de Triſtany *dec. 25. a nu. 1. uſque ad n 36.*

Adinvenit Regium Concilium fraudes in adminiſtratione commiſſas, nam ut locus ſit pœnæ in crimine peculatus, vel de reſidius exigitur in committente, dolus, & fraus. *l. 1. in fin.* & ibi Bartol. *ff ad leg. Jul. pecul. & de reſid.* Farinac. *in prax. qu. 171. n 54.* Sanfelic *dec. 285. ſub n. 69.* Anton. Gobius *conſult dec. 38. n. 27. cum ſeqq.*

23 In ea cauſa fuit dubitatum, an judicium illud arcarii rerum Univerſitatis, pro rationibus ejuſdem reddendis foret Civile, an verò Criminale, propter qualitatem fraudum in adminiſtratione commiſſarum, & invaluit in Regio Criminali Concilio, fuiſſe judicium Criminale; quia licèt delictum depoſitarii, qui penès ſe retinet cum fraude pecunias Univerſitatis, non potuit dici peculatus crimen; ex quo Univerſitas illa ſuperiorem recognoſcebat, *l. ob pecuniam 81. ff. de furtis*, cum tunc privati loco habeatur, *l. qui veſtigal. 16. ff. de verb. ſignificatione.* ad tradita per Capon. *tom. 4. diſcep for. 246. n. 6.* benè tamen commiſſum diceretur, ſi pecunia eſſet Univerſitatis ſuperiorem non recognoſcentis, *l. 4 §. fin. ad l. Jul. pecul.* ut ſic hæc jura concordarunt Dicianus *lib. 8. cap. 28. n. 11.* Cabal. *reſol. crim 99. n. 6.* Farinac. *in prax. quæſt. 171. nu. 12. & 13.* omiſſa emendatione *d. l. ob pecuniam* Alciat. *lib. 1. diſp. cap. 3.* Anton. Auguſt. *lib. 1. emen. cap. 3.* Luca ad Gratian. *tom. 2. diſcep. foren. cap. 304. nu. 15. cum ſeqq.* Pichar. *in §. item lex Julia peculatus, inſ. de pub. judic.* qui ad novum jus recurrit, Oſval. ad Donel. *lib. 15. c. 29 lit. H* & Franciſcus de Amaya *obſ. lib. 3. cap. 7.* qui *nu 20. cum ſeqq.* prætermiſſis omnibus, novam conciliationem diſcutit.

Negari tamen non poterat furtum commiſiſſe, *l. ob* 24
pecuniam 81. ff. de furtis, & ſic in judicio Criminali per inquiſitionem procedi poſſe, & debere probat Bartol. *in l. non ſolum 29. §. fin. nu. 1. ff. de probat. ex l. 1. §. ſolent, ff de offic Præſid. & in l. 1. §. ſciendum, ff. de ſuſp. tut.* Maranta *in prax. q. 4. tit. de judic. Civil. & crim. n. 18.* Montan. *de tutel. cap 37. reg. 5. nu. 6.* Scobar. *de ratiot. cap 42. nu 19.* facit *l. 1. §. tutores, ff. de falſis.* Xamm. *rer judic. def. 37 num. 29.* Ferret. *obſ. par. 3. cap. 144.* Creſpi *obſ. 83.* maximè *num. 52 & 61. & obſ. 84.* noviter Bondenius *colluct. leg. 24. vol. 2 num 70. cum ſeq.*

Poſtea autem indubiè ad judicium Criminale hanc 25
Viſitationem Univerſitatum Regiarum, recepta priùs informatione de fraudum geſtione pertinere, fuit dictum; & obſervavit Regium Concilium pro Villa Terratiæ, ad quam viſitandam acceſſit Nobilis Joſephus Balaguer Tertiæ Aulæ Doctor, facta concluſione die 12. Januarii 1661. ſcriba Preve, & pro bono regimine Univerſitatis fuerunt diſpoſitæ in Regio Concilio ordinationes cum alia regia concluſione die 23 Junii ejuſdem anni, ſimilis die 5. Martii 1671. ad petitionem Syndicorum Parochiæ de Gurb, ſcriba Famades, & fuit Viſitator Nobilis Petrus de Amigant tunc Judex Regiæ Curiæ nunc Tertiæ Aulæ Doctor & F. A. R. C qui pariter fuit Viſitator Univerſitatis de Agramunt, & pro Civitate Urgellen. fuit Viſitator Michael Joannes Taverner tunc I R.C nunc R. A. D

Quando cauſa Civilis præjudicet Criminali, vel è con- 26
tra, & quando poſſint cumulari, tractat Reg. Cortiada *dec. 35.* Carol. Antonius de Luca *in animad. ad Grat. diſcep. foren. 394. tom 2.* Barra *cont. foren. 76.* Altimar *de nullitat. rub. 13. q. 16.* Romaguera ad Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii lib. 2. rub. 4. n. 21.* Regius Senator Nobilis de Triſtany *dec. 25.* Cardinalis Luca *de foro comp. diſ. 79. & lib. 15. par. 1. de judic. diſc. 15. nu 9* Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 10. num. 17. & 78.* Altimarus ad Rovit. *tom. 1. conſ. 85. num. 33.*

DECISIO XC.

ARGUMENTUM.

De præviis conſiderationibus, tam circa accuſantes, quàm circa viſitandos à Regio Viſitatore habendis in exercitio viſitationis, & de qualitatibus Regii Viſitatoris.

SUMMARIUM.

1 *Sacrilegii inſtar eſt dubitare, an dignus ſit, quem Imperator elegerit.*
2 *Scopus viſitationis conſtat ex animadverſione perſonarum, loci, materiæ, & temporis, & de viſitatione Eccleſiaſtica ad Sæcularem valet argumentum.*
3 *Animadverſio circa perſonas, eſt vel circa accuſantes, vel circa viſitandos.*
4 *Sunt ſagittæ accuſantes, qui collimant viſitandos qui ſunt ſignum; Judices namque præcipuè ſuperiores ſunt poſiti tanquam ſigna ad ſagittas.*
5 *De differentiis accuſantium.*
6 *Calumni antium, & detrahentium quæ ſint genera.*
7 *Quibus cognomentis detrahentes, & calumniantes dignoſcantur.*
8 *Timeant detractores ruinam.*
9 *De pœnis calumniantium.*
10 *Arcendi ſunt in viſitatione detractores, & calumniatores tanquam malevoli, & maledicti; & ratio aſſignatur, & nu 14.*

11 *Viſ-*

11 *Visitator ostendat sibi displicere, & ignorabit Aula detractores, non accipiat eos hilari vultu, & concidet omne illorum studium.*

12 *Cupiditas est judicum, & casarum Criminalium ambitio, ex quo calumniatores punire non curant, sed adhuc accusatum expensis gravant, & eis impendere jubent.*

13 *Insonum est, ut ipse Judex subdito detrahat.*

15 *Invidi sunt assecla detrahentium, nam invidia plerumque bonos inficit, & plura de hoc malo.*

16 *Detrahentes, & invidi spargunt famam, ex qua componitur vulgi opinio.*

17 *Ex hac fama quæ fluit ex amore, odio inclinatione, ira, dolore, timore, errore, perturbatione, aut præscripto, juris firma, aut Judicis formula, populus iniquissimum infert judicium, & sic spernendi sunt à visitatione populi latratus, & vanæ voces, nam ex populari rumore nihil est statuendum, ubi varia.*

18 *Magistratus, ut plurimùm superiores, sunt signa regiminis, inimicitiis exposita; judicare namque inimicitias contrahit.*

19 *Recitatur ad id P. Mendo.*

20 *Nihil difficilius est quàm omnibus benè præesse, opusque magnum est, & arduum imperare, & sic consideret Visitator personas visitandas esse inimicitiis, vituperationibus, invidiis, ob eorum administrationes, & regimina, quibus subdunt, expositas.*

21 *Multa de honore Magistratuum.*

22 *Magistratibus, & judicibus debetur salutatio.*

23 *Quæ procedunt etiam durante tempore Syndicatus, nam pristina dignitate fruuntur.*

24 *Non desunt, qui affirmant Magistratus non debere subiici calumniis visitationis, & solùm ea ratione, ne contingat quid mutabile ob honores adeptos, visitationes Magistratus subire debere.*

25 *In visitatione agitur de honore Magistratus, quod animadvertat Visitator, ubi de honoris æstimatione, & num. 26. & 27.*

28 *Veritas à Visitatore à quibus personis sit perquirenda.*

29 *Naturales, seu provinciales, ut plurimùm sua natura inclinant animum ad vindictam, & quasi tropheum putant, judicantque gloriam, ut suos Judices, & Officiales quos oppido habent, infestos possint dilacerare.*

30 *Conquestiones, & querelæ modicæ in visitatione non sunt attendendæ.*

31 *Visitationes debent esse ut fulmina, quæ paucorum pericula cadunt omnium metu.*

32 *Gravibus delictis gravia supplicia conveniunt, levibus levia.*

33 *Per tempus dignoscitur utile.*

34 *Leges sub ense jacent tempore belli.*

35 *Progentium, temporum, ac ingeniorum differentia, res est temperanda, & ad Visitatoris prudentiam omnia sunt referenda.*

36 *Multa recitantur de prudentia.*

37 *Præcipitatio est noverca justitiæ.*

38 *Ira est expers animi, & consilii, & multa de hoc vitio, & num. 39.*

40 *Plura etiam de urbanitate superioris usque ad n. 49.*

50 *De aliis qualitatibus Visitatorum usque ad finem.*

1 CONSIDERATIONES exactà curà, & pervigili custodiâ per Visitatorem Regium ante visitationis exercitium, quærendas tradimus, cujus solertiam, & qualitates indagare non libet, cum à Cæsare nobis approbatus mittatur juxta illud Taciti *lib. 6. annal.* ibi: *Non est nostrum æstimare, Cæsar, quem præ cæteris, & quibus de causis extollas: tibi summum rerum judicii Dii dedere, nobis obsequii gloria relicta est.* Divus Chrisost. *homil. 14. ad Roman.* inquiens, ibi: *Neque enim Rege suffragio suo aliquem eligente, aut honorem alicui apud omnes præconio suo decernente, sustinebit subditorum quisquam contradicere*, sacrilegii enim instar est, dubitare, an dignus sit, quem elegerit Imperator, *l. 2. Cod. de crim. sacril.* Solor. *emblem. 52. nu. 28. & in post hum. de drecho de Plaças honorar. nu. 111. cum seqq.* Mendoza *lib. 1. disp. de pactis c. 5.* Modicus *lib. 2. disp. dubit. 33.* Rodolphinus *conclus. 9 n. 9.* Maria Campana *in tract. de elect. official. num. 92.* Alfaro *de offic. Fiscal. glos. 3. nu. 4. & glos. 13. nu. 6.* quia cæterùm hujus Principatus legum, & observantiæ non notus nationisque non instructus, à propriis devians, non facile scit ea, atque eventura præsentire, quæ lustravit Dominus Rex Jacob. 2. in secunda Curia Barcinonæ anno 1281. *in consl. 2. tit. que tots los oficials*, illis verbis: *Perco com los Catalans saben mils las costums, è las observansas de Catalunya*; ideo per latores præsentium pietati suggerenda committimus, & ne epistolaris sermo reddatur extensior, ut nec aliquid pro utilitatibus nostris prætermitti videatur opitulante Cassiod. *lib. 1. epist. 2. in fin.*

Præcipuus igitur scopus visitationis constat ex animadversione personarum, loci, materiæ, & temporis; prout hæc inter alia admonet Concilium Trident. *sess. 24. de reform. cap. 3.* quia de visitatione Ecclesiastica ad Sæcularem tenet argumentum, ex Costa *de remed. subs. rem. ult. num. 9. cum seqq.* & aliundè has considerationes præ oculis à Visitatore esse habendas est certum ex Mastril. *de Magist. lib. 6. cap. 2. nu. 53.* & à quocumque Judice, *ex l. perspiciendum 11. l. aut facta 16. §. sed hæc, ff. de pœnis, l. unica, C. de fam. libel.* Bovadilla *in polit. lib. 1. cap. 5. num. 18.* & latissimè *lib. 2. cap. 2. nu. 10.* Guazzin. *def. reor. 33. cap. 4. num. 7.* Conciol. *in verbo pœna, resol. 15. num. 4.* & post Arist. *lib. 8. et hic. cap. 20* Coras. *lib. 1. miscel. cap. 18. nu. 12.* Covar. *in regula potior 2 §. 6. num. 3.* Scanarol. *de visit. carcerat. lib. 3. §. 7. nu. 12.* P. Mendo *de Princ. perfect. doct. 78. nu. 28* Solorz. *emblem. 73. nu. 12.* ex pluribus traditis per Reg. Cortiada *tom. 2. dec. 106. num. 23.* Crespi *obs. 5. nu. 15.* & quadrat Ovid. *lib. 1. trist. Eleg. 1.*

Judicis Officium est, ut res ita tempora rerum.
Quærere, quæsito tempore tutus erit.

Et Seneca *in Hercul furent.* sic habet.

Judex futurus sanguine humano abstine
Quicumque regnas, scelera taxantur modo
Majore nostra.

Solorz. qui suprà *emblem. 73. num. 3.*

2 Circunstantias igitur personarum, loci, materiæ, & temporis singulas adamussim percurramus, & prægredietur animadversio circa personas: hæc circa accusantes, & hæc circa visitandos, dixit Saturninus *in l. aut facta 16. §. persona dupliciter spectatur: ejus qui fecit, & ejus qui passus est. ff. de pœnis.*

3 Sunt fagittæ accusantes, qui collimant visitandos, qui sunt signum; Judices namque præcipuè Superiores sunt positi tanquam signa ad sagittas, Textus capitalis *in cap. qualiter, & quando el 2. de accusat.* Stayban. jun. *resol. forens. 100. num. 229. & seqq.* Tessay *allegat. 8. num. 8.* Villadiego *in sua politic. cap 6. de los juezes de la residencia, §. 2. num. 8.* Bovadilla *in politic. lib. 1. cap. 15. nu. 24. & seqq. & lib. 3. cap. 1. num. 203.* Gallego *in resp. pro Syndic. cap. 1. num. 12.* Carena *resol. 9. nu. 4.* Solorzan. *de jure indiarum tom. 2. lib. 4. cap. 8. num. 38. & in politica India. lib. 5 cap. 10. pag. 843. ver. Y en duda*, Tapia *decis. Neapol. 3. num. 13.* Bondenius *de jure controv. collect. legal. 32. num. 39.* Vermig. *consil. 378. num. 4.* ubi inquit ex Bertrando *consil. 83. num. 9. & seq. vol. 1. Officiales censentur quasi signum, & scopus ad sagittam non valentibus omnibus complacere, ex quo ratione officii tenentur, nedum arguere, sed etiam increpare: quamobrem frequenter odium multorum incurrunt, & sæpius etiam insidias patiuntur*, comprobat Quesad. Pil. (expendens Vigil. *lib. 1. Aenel. ver. 26.*) *controver. cap. 37. nu. 38.* toto igitur animo nulla in eis agendis prætermittat Visitator, juxta illud Poetæ.

Discedite segnes.
Non sunt hæc timidis signa tuenda viris.
Nox, & hyemis, longæque viæ, sævique labores
Omnibus his castris, & dolor omnis adest.

Et pro optimis visitandis fundat illud memorabile apud Horat. *ad Arist. ode 20. lib. 1.*

Integer vitæ, scelerisque purus,
Non eget Mauri jaculis, nec arcu,
Nec venenatis gravida sagittis,
Fusce pharetra.

5 Invenies in hoc genere accusantium quosdam, qui palam improbi feruntur in omnes alios, qui concreto vultu, suspenso supercilio, per ambages, & anfractus nocituram seriem evolvunt, tortuosa circuitione vehena jaculantes; alios qui amicitiam profitentes tanquam sella pertenui melle lenientes, eò fortius infigunt aculeum, quò sub amici persona validiùs in incautos illabuntur. Sunt qui crocodilos imitantes, inter commiserationum voces, & lacrymas barbarè perimunt, eò crudeliùs, quò remotiores à sanguine lacrymæ esse debēt, laudant hi in eo cui detractum eunt plurima, claudunt deinde narrationem com-

miserationibus vestitam, tanquam scorpii cauda, ore quasi blandientes, de posthumo corporis verberantes, qui eò nocentius vulnus, & virus figunt, & infundunt, quò falliciùs feriunt: hæc petii verba à Carolo Scribano *superior. Religios. lib. 1. cap. 21.* & id comprobat Divus Bernard. *ser. 24. in cantic. 5.* & quod hæc genera accusantium sint sagittæ, quæ innocentes feriunt, ex Divo Hieronym. recitat P. Scriban. *lib. 1. cap. 21. super Religios.*

6 Sed quia magna horum calumniantium, & detrahentium in visitationibus experitur strages, ut nullis integumentis sit involuta, præcipueque oculis percipi valeant; adhuc prætolentur operæ, & etsi Divus Thom. 2.2. *q. 7.* inter contumeliosos, & detractores constituat discrimen, ut illi sint, qui per aperta dicta intendunt honori derogare; isti verò qui occultè seminant mala in proximi injuriam; in effectu tamen in nihilo differunt, & hoc confundunt Doctores allegandi. Fit ergo detractio secundùm Divum Thomam, qui supra, octo modis: quatuor directè, & quatuor indirectè; directè, primò, imponendo crimen falsum, secundò amplificando crimen verum tertiò pandendo crimen occultum; quartò sinistrè interpretando alterius factum; indirectè, primò, negando rectè facta, vel dotes alterius; secundò, ea extenuando; tertiò, tacendo bona alterius eo loco, & tempore, quo silentium alii interpretabuntur tacitam vituperationem; quartò, simulatè, vel frigidè laudando.

7 Ne detrahentes, & calumniantes abstrudantur, ut laceræ dignoscantur stirpes, & internoscantur, cum variis cognomentis eos notant Doctores, & sacra Pagina; *garritores* appellat Scanar. *de visc carcer. lib. 7 §. 5. n. 11. garrulos* nuncupat Maria Prat. *in respons. pro fisc. nu. 538. biltingues maledictos* nominat ex Eccles. 28. Scriban. *medic. relig. lib. 3. c. 28. susurrones* cognominat Solorz. *de jure indiar. lib. 4. cap. 8. nu. 34. Syncophantes* vocat Gordianus Imp. *in l. verbum precibus*, ubi glos. Bald. Alb. & alii *C. ex quibus causis infam. irrog. & tex. in §. porro ver. aliquando*, ubi Archid. 3. *q. 7.* & ibi assignat rationem quare ita dicantur: *muscas* appellidat (quæ canino tempore molestiis opprimunt) Gallego *in respons. pro Syndic. cap. 1. nu. 13. viperinam* habere naturam, & sic non esse expectandum mordeant, sed eos, cum primum occurrerint, interficiendos, scribit Demost. *in orat. contra Aristeg.* uti *balenas* detractores designat Scrib. *polit. Christ. lib. 1. c. 17.* quia ferè in fortunatissimos vectores insurgunt, & improba oris, ac clamorum alluvie in medio fœlicissimi cursus, alia omnia cogitantes desorbent, & Div. Hieron. *in epist. ad Celantiam* ait, per illud detractiones vitium incidi quasi in extremum diaboli laqueum; & portare diabolum in lingua, *& in epist. ad Nepot.* viles homines vocitat, & Div. Chrisost. *in ps. 100.* Dæmones turbulentos, detrahentes vocat. Et homicidas esse dicitur Joan. 1. *canonic. cap. 3. omnis qui detrahit fratri suo homicida est, & omnis homicida non habet partem in Regno Dei.* Et Sanctus Clemens inter genera homicidiorum recensuit *in cap. homicidiorum de pœnis dist. 1.* & probat Escobar. *de puritat. part. 2. qu. 2.* ubi plura de hac re *à n. 6.*

8 Licetque adversùs calumniatoris morsum non esse remedium dicat Aristophanes in Plutar. ut refert Domitius Brusonius *de facetiis, & exem. lib. 2. cap. 8.* & Athanas. *apol. 1.* affirmet, calumniam esse clavam, gladium, & jaculum incurabile: verè timeant detractores ruinam, & perditionem, quibus terrorem incutit Salom. *proverb. cap. 12 & cap. 24.* ex damnis quibus Superiores implicant; nam ita Amonitarum Regem; Davidem, Aristobulum, Herodem Ascalonitam, Philippum Macedonem, Imperatores, Claudium, Commodum, ac Richardum Angliæ Regem, aliosque mille incommodis induerunt, compluresque vita etiam, & Regno detractio exuit, & de aliis apud Carol. Scrib *super. relig. lib. 1. c. 21. in princ.* qui recitat illud Eccles. 28. ibi: *Civitates muratas divitum destruxit, & domos magnatorum effodit; virtutes populorum concidit, & gentes forte dissolvit, flagelli plaga livorem facit; plaga autem linguæ comminuet ossa, multi cecidêrunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam, beatus qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundiam illius non transivit, & qui non attraxit jugum illius, & in vinculis ejus non est ligatus; jugum enim illius, jugum ferreum est, & vinculum illius, vinculum æreum est, mors illius, mors nequissima est, & utilis potiùs infernus, quàm illa.*

9 Sic optimè Imperatores Honor. & Theod. rescripserunt, quòd quisquis crimen intendit, non impunitam noverit fore licentiam mentiendi: cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii *in l. fin. C. de accusat.* adeò ut consuetudo, vel statutum disponens calumniatorem non puniri, non possit eis suffragari, probat Giac. *in cons. de syndic.* inter opera Clari *num. 224.* sunt enim detractores insidiatores, & deteriores illis, qui substantias aliorum, prædiaque deripiunt, *cap. deteriores, cap. qui ambulat 5. quæst. 5.* & sic Argesilaus majori odio calumniantes, quàm fures insectabatur ita delatores falsos, flagellis, ac fustibus cædi, & in exilium pelli, Vespasianus imperavit, vivos etiam exuri Augustus mandavit; nervis cædi Mauritius Imperator, capitali pœna affici Marcus Antonius Pius jussit, ut hæc tradit P. Scriban. *Medic. Relig. lib. 3. cap. 45. circa fin.* alia scitu digna circa rem, & de pœnis Calumniantium scribunt Martial. *in amphit. epigram. 4.* P. Mendo *de Princip. perf. doct. 78. nu. 26.* Bovad. *in politica lib. 5. cap. 2. nu. 92. cum pluribus seqq.* & antea *eod. lib. cap. 1. nu. 75. cum seqq.* Larrea *alleg. Fiscal. 101. cum duabus seqq.* Scobar à Corro *de purit. par. 1. quæst. 1. §. 6. & par. 2. glos. 1.* Doctissimus P. Carol. Scriban. *in tract. Medic. Relig. lib. 3. cap. 45. 46. & 47. & super. Religios. lib. 1. cap. 21. & in politic. Christi. lib. 1. cap. 17. & lib. 2. cap. 17.* & latissimè, qui complures recitat Maria Prato *in resp. pro Syn. nu. 30. cum seqq. nu. 56 nu. 90. cum seqq. nu. 279. num. 286. & 356. & 414. & 538. & 544. & 546. & 639. & 644. & 699.* Sanfel. *tom. 3. decis. 374. tor.* Berart. *in spec. visit. cap. 28.* ubi *nu. 5.* excalamat, ab Aula recessisse pœnam talionis quam supportabant falsi querelatores, *& nu. 7.* scribit, in ejus locum successisse pœnam calumniatoris, & atrocis iniuriæ.

Arcendos ergo esse in visitationis inquisitione detra- 10
ctores, & calumniatores tanquam malevolos, & maledictos, disposuit Pontif. *in citato cap. qualiter, & quando el. 2. de accusat.* & allati Doctores fatentur; quia in optimos sæviunt, in Magnates feriunt, & ut plurimùm in eos, qui propter peritiam universum regimen Reipublicæ supportant; & quia munus Visitatoris Regii est, ut inquit Carena *resol. 9. num. 4.* non Fiscum instruere, sed Magistratibus in hoc judicio paternè assistere, & veritatem à personis non suspectis, & malevolis diligenter inquirere, Azevedo *ad Regias Hisp. const. lib. 3. tit. 7. de las residencias leg. 10. num 18.* Villadiego *in sua politica cap. 6. de los Iuezes de residencia, §. 2. num. 2.* ibi: *Y el Iuez de residencia los deve favorecer, y amparar,* & infra: *Y deve como Christiano Iuez dar à entender, que el no viene à ser instrumento de vengaças de los apacionados.* Ideo inquit Solorz. *de jur. indiar. tom. 2 lib. 4. cap. 8 num. 34* ibi: *Iustè notandi sunt Visitatores, qui contrarium faciunt, in deheneandis, & culpis undecumque quæsitis, gravandis visitatis, gloriam sibi ac laurum paratam, sive collatam esse perperam arbitrantur. Et multò magis, qui facinorosis, ac calumniosis hominibus, perditisque susurronibus, syncophantis aures grâtulas, & patulas præbent, cum hi sæpe, aut potiùs semper eos decipiant, & legibus ita suspecti, & exosi sint, ut fugiendi potiùs, quàm allicendi, vel alendi (ut aliqui imprudentes Visitatores faciunt) videantur.*

Ostendat ergo sibi displicere Visitator, vel Superior, 11
& ignorabit Aula detractores, non accipiat eos hilari vultu, & concidet omne illorum studium, ut optimè P. Scriban. *super. Religios. lib. 1. cap. 21.* ibi: *Tolle auditores, deerunt detractores, quinimò tolle prælatores, non erunt detractores; nemo enim facilè gratuitò malus est, præmia deposcit improbitas, ut si illa sustuleris, scelerata nulla sint. Quare si difficilem se detractoribus præbeat Superior, carebit illis, quod si falsas delationes non permiserit impunitas, ingenti pestè familiam levabit, & securitati suæ, suorumque consulet, & in altissima cum suis pace vitam transiget; sin admiserit, universam familiam everter: mutuam animorum conjunctionem tollet, emulationes, odiaque sparget, fiduciam minuet, diffidentiam ingenerabit, partium studia provocabit, animos optimis quibusque ad magna, & ardua adimet, ignaviam fovebit, dolos excitabit, adulationibus ostia aperiet, mutuis criminationibus viam sternet, candorem obfuscabit, politicam agendi rationem inducet, dissimulationibus, ac suspicionibus omnia replebit, in mutuas eversiones suos impellet, mœroribus primos quosque macerabit, & obruet, noxios præmiabit, damnabit innoxios, reluctantes ad imperia suos sentiet, experieturque languentes, ac fastidio plenos, & in omnem*

pieta-

pietatem nauseantibus ex tempestate similes.

12 Undè non immeritò exclamat Prato *in resp. pro Syndic.* (& nos eum, eodemque dolore sectamur, & de sua ætate conqueritur Grat. *tom. 1 in præfat. discep. forens. num. 94.*) *nu. 645.* ibi: *Sed proh dolor! fœdata temporum conditio fert, ut non modò hujusmodi delatoribus, & alienorum gestorum exploratoribus nimium deferatur; verùm etiam bi honorentur, & præmia consequantur, quod utiq; non eveniret, si supplicia sustinerent*: & antea *n. 541.* ibi. *Cupiditas fuit judicum, & causarum criminalium ambitio, ex quo calumniatores punire non curant, sed eos alliciunt, & si in probatione delictorum defecerunt, non solum insultos relinquunt, imò ex bonis miserrimi accusati, vel ex communi bursa pœnarum expensas ei impendere jubent.*

13 Sed ampliori mœrore indueretur Prato, si ipse Judex subdito detraheret, quod insonum omninò esse scribit Bovad. *in polit. lib. 3. c. 11. num. 23.* dicit tunc valeret cum P. Scriban. *super. Relig. d. lib. 1. c. 21.* ibi: *Infelicissimi verò sub tali capite subditi sunt, cum ferè perpetuis agantur timoribus, incerti in quam partem dicta, factaque deferenda, in quam accipienda, cum virtus, vitiumque ex unius delatoris voluntate, verbisque pendeat, fortietur nimirum nomen ab hoc Prætore; neque enim iam accusator tantum, sed Judex est.*

14 Ex quibus jam liquidò constat perbellè considerare Visitatorem teneri, ne contra Magistratus detractiones, & falsæ accusationes admittantur, *tex. in cap. cum in juventute 15. de accusat.* ut post Cassiod. Claudium Pau. I. C. Don Franc. de Amay. *lib. 1. obs. c. 1.* refert Larrea, qui suprà *allegat. 101. lib. 2.* & probant ibidem Doctores citati.

15 Invidi etiam sunt affectæ detrahentium, nam virtutis comes invidia plerumque bonos infectatur, dicit Cicero & integritatis est affecta, recitat ex Adriano P. Mendo *de Princip. perf. doc. 78. num. 12.* & tradit satis concinnè *polit.* Zaavedra Faxardo: *Heu quàm multis malo fuit virtutum, & iterum cum laude gestarum rumor? quam multos fama in invidiam adduxit*, ad idem etiam Cassiod. *lib. 6. epist. 12. interdum* inquit *assidui labores, etiam ipsas ingratas faciunt dignitates, grave pondus invidiæ est, splendere cinguli claritate, & morum lampade non lucere*, de invidis loquitur *l. 1. de quæst. cap. repellantur 7. de accusat.* Decius *consil. 64. col 4. ver. propter*, Roman. *consil. 7. vol. 2.* Decianus *resp. 51. num. 128.* Surdus *consil. 477. num. 2.* Valenzuela *consil. 92. num. 129.* Escob. *de purit. par 1. quæst. 1. §. 6. n. 5. & quæst. 12. §. 2. num. 11. & 12.* Solorz. *emblem. 60. & 61.* Prato *in resp. pro Syndic. num. 96. cum pluribus sequentibus*, qui tradunt invidis pariter obstruendas fore aures.

16 Quanta ergo fides vociferationibus popularibus debeat adhiberi, jam non indifficulter quis colliget: detrahentes & invidi spargunt famam, ex qua componitur vulgi opinio; unde ex Divo Hierony. ad Ruff. scribit Valenz. *consil. 90. num. 185.* ibi *Sæpe enim mendacium ab uno seminatur ingenio æmulationis, aut suspicionis arbitrio, aut ingenita, & naturali mentiendi voluntate, ex quo ipsa fama oritur.* Et ideo Hebræi detractorem vocant Halach-Rachil. id est deambulantem, detractores enim solent discurrere, & aliquid explscari, quod deinde alijs inter deambulandum variis verborum circulis, & ambagibus exponunt, tradit Theat. *vitæ hum. lit. D. fol. 76. vol. 2* & ex his populus famam exarat, ut ait Divus Hierony. *epist. 2.* ibi. *Vulgus habet os barbarum, procax, & in convicia semper armatum, quid quid novum insonuerit, aut auctor, aut exaggerator est famæ.*

17 Et ex hac, quæ fluit ex amore, odio, inclinatione, ira, dolore, timore, errore, perturbatione, aut præscripto, juris firma aut Judicis formula, populus iniquissimum infert judicium, Cicero *lib. 2. de orat.* ut abundè in visitationibus hæc cruenta judicia vanis vocibus & populi clamoribus jam à primordiis audita (ut & nos in nostra visitatione audivimus) exclamat Vargas *par. 6 consid. 18. n. 24.* & notat, ibi: *Esta razon combiene bien à los judicantes, de quienes dixo Bardaxi, que el dia de la extraccion, se profetiza la sentencia de los denunziados; y yo quisiera que esto no fuera assi; pero la experiencia confirma su dicho, y nota el juizio de parcialidad de Juez, ò del denunciante, y juzgan tal vez mas por vanidad, que por razon de justicia.* penfantes vilescere in hominũ judicio cum non damnant, sed liberant, Gra. *dec. 28. n. 26.* undè infert P. Mendo. *de princ. perf. doct. 78.* quòd vulgi latratus sunt spernendi, ut antea eodem lemate id ipsum docuit Solorz. *emblem. 97.* & tradit celebre dictum Joannis Romani Pontif. 23. qui rogatus, quid esset à vero remotius, *vulgi* inquit *sententia: quidquid enim laudat, vituperatione dignum est, quidquid cogitat, vanum, quidquid loquitur, falsum, quod improbat, bonum est, quodque approbat, malum, & quidquid denique extollit, infame*, & sic ex populari rumore non esse statuendum juxta *tex. in l. decurionum, Cod. de pœnis qua pleb. cap. si ergo 8. quæst. 1.* scribit Gallego *de Syndic. cap. 1. num. 7. & cap. 10. num. 32. & 33.* Berart. *in spec. visit. cap. 3. n. 62.* P. Grau. *in polit. to. 1. maxim. 11. nu. 63.* Episcop. d. Marc. Bravo de la Serna *in spec. juvent. fol. mihi 23* Ovid. *lib. 4. fast.* ibi:

Conscia mens recti famæ mendacia ridet
Sed nos in vitium credula turba sumus.

infertur igitur ex suprapositis spernendos esse à judicio accusantes, detractores, calumniatores, invidos, populi latratus, & vanas voces.

Ultimam manum imponamus animadversioni perso- 18
narum circa visitandos, & qui visitationi subjiciuntur, qui sunt Magistratus, ut plurimùm Superiores hujus Regni, adversus quos insurgunt detrahentes, calumniantes, invidi, & vanæ voces populi; Magistratus igitur sunt signa regiminis inimicitiis expositi, ut dicit Bertrand. *in consil. 83. num. 9. & seqq. vol. 1. par. 1.* Vermig. *consil. 378. num. 4.* annotavit Bonden. *colluc. legali 32. num. 39.* Villadiego *in sua polit. cap. 6. de los Iuezes de resid. §. 2. num. 8.* ibi: *Es imposible cosa que se pueda administrar justicia sin tener emulos, y calumniadores, porque no ay obra por buena que sea, que no pueda ser calumniada*, Bovadilla *in polit. lib. 5. cap. 1. num. 203.* qui allegant pulcherrimam legem Sereniſſimi Regis Alphonſi *par. 1. 2. tit. 28. & lib. 11. tit. 1. par. 7.* ibi: *Que los homens que oficio tienen maguer fagan drecho, no puede ser que no ayan malquerientes, è porende si los pudieran acusar envilecer seya por ay el lugar que tienen, e tanto serian los acusadores, que no podrian complir lo que eran tenidos de facer*, quæ verba mirabilia appellat Gallego *de Syndic. part. 1. cap. 1. num. 13.* & amplè expendit Solorzan. *in politica Indian. lib. 5. cap. 10. ver. Y en duda, pag. 843.* ambas rationes, tam Reipublicæ utilitatem, quàm Judicum honorem, decentiam, & honestatem amplectentes, recitat Vargas *in consil. pract. de Syndic. par. 7. cons. 1. num. 3.* Carena *resol. 9. num. 4.*

Hinc Palæmon dissidias inter Menalcam, & Damætam pastores noluit judicare: dixit Poeta.

Non nostrum inter vos tantas componere lites.

Et notat Ludovic. Laserda, quod potuit Poetæ versari ante oculos locus Aristophanis in ranis, ubi Dyonisius pares dimittit Eschylum, & Euripidem, neque eos vult judicare, ne in alterutrius inimicitiam incurrat.

Haud immemores simus sententiæ Tullij *in oration. pro* 19
Flavo, ubi ait: *O conditiones miseras administrandarum Civitatum, & Provinciarum, in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia vituperationum, ubi severitas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, fraus omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, venientes Prætores expectant, præsentibus inserviunt, abeuntes deserunt.* Et non dissimile est, quod Quint. *declam. 138.* affirmat, ibi: *Hanc esse conditionem omnium, qui administrationem Reipublicæ aggrediuntur, ut ea quæ maximè pertinent ad salutem communem, cum quadam sui invidia efficere cogantur*, recitat P. Mendo *de Prin. perf. doc. 78. n. 12.*

Nam nihil difficiliùs est, quàm omnibus benè præ- 20
esse, opusque magnum est, & arduum imperare, ut ait Plato *in epist. Averr. in lib. de Repub. tract. 2.* Cornel. Tacitus *lib. 1. annal.* eamque inter omnes artes vivendi, & regendi ampliorem, & superiorem esse docuerunt Divus Thomas *lib. 2. de reg. Princ. cap. 15.* Divus Gregor. Naz. *in apolog.* Divus Chrisost. *in post. epist. ad Corint.* Mastril. *de Magist. lib. 1. cap. 30. numer. 21.* ubi plura eruditè admodum congerit, P. Marquez *in lib.* cui nomen dedit *de gover. Christ. in princ.* & ad hæc plura Maria Prato *in resp. pro Syndic. num. 627. & 628.* Hæc est prima animadversio à Visitatore tenenda circa personas visitandas, utpote considerare, esse inimicitiis, vituperationibus, invidiis ob eorum administrationes, & regimina, quibus subduntur, expositas, & his

UAB Biblioteca de Ciències Socials

attentis non facilè contra eas delationibus deferet

21 Sequitur & alia, quæ honorem amplectitur; nam Magistratus Superiores sunt signa digna honore, æstimatione, & dignitate; etenim dicitur magistratus honori ergo datus, & Princeps honorat eos, qui Magistratus honorant, tradit Xam. *de offic. judic. par. 1. qu. 2. n. 31.* sic dicitur, quòd in Consiliarijs Regijs viva Regis Corona, vivum sceptrum repræsentatur, illisque Regii vertícis ornata sublimitas vivos Majestatis suæ radios jaculatur, Regnum temperat, & sicut spiritus sanguinem fert, ac animat, quoad caput, & omnia corporis membra, prore, ac tempore, ut suis quæque officijs perfungantur, ita Consiliariorum virtute, Rex imperando, subditi obtemperando conveniunt, dixit doctissimus Solorz. *emblem. 71. in princ.* & Dom. Rex Ferdinandus Catholicus, quia inter cætera observavit justitiæ auctoritatem, fuit dignè plausus pro Principe famæ immortalis, scribit Mariana *de reb. Hisp. lib. 25.* & eo relato P. Mend. *de Prin. perf. doct. 78. n. 11.* de his plura apud Solorzan *politica Indiana lib. 5. cap. 4. & in postbum. de derechos de honorar. jubil. n. 176. cum seqq.* Amaya *in l. probibitum, C. de jure Fisci lib. 10. num. 6.* & diximus *decis. 2. partis 1. n. 28.*

22 Sic Magistratibus, & Judicibus debetur salutatio nudato capite, scribit Giurba *consil. 38. n. 15.* & allegat Nevisan. *consil. 152. n. 10.* Rugin. *prac. quæst. cap. 47. n. 65.* Caravita *in tit. mag. cur. 5. n. 10. & seq.* Muta *in prag. tit. 4. n. 43. par. 1.* & eos sequitur Conciol. *resol. crim. verbo officialis resol. 2.* diximus *par. 1. decis. 3. n. 19.* & puniendos esse, qui officiales non salutant, scribit Thoro *vot. 27. n. 49.* Giurba *obs. 91. n. 5.*

23 Et hęc procedunt etiam durante tempore syndicatus, quibus debetur idem honor; nam priùsna dignitate fruuntur, *l. unic. C. de magist. fac. scrin. lib. 12.* Paz. *in prax. tom. 1. par 8. cap. uni. n. 15.* Bovad. *in politic. tom. 2. lib. 5. cap 1. n. 55.* & his laudatis Xamm. *de offic. judic. par. 1. quæst. 2. n. 9. & 70.* Conciol. *resol. crim. verbo Syndicatus resol. 1. tota*, diximus *decis. 3. n. 23.*

24 Unde non desunt qui affirmant rationibus præcitatis, quòd Magistratus integritate, & virtute præditi, non debeant calumnijs visitationis exponi, sed de sua integritate fore confidendum, & suo muneri incumbebat ad reddendum Deo villicationem de conscientia, & mundo de sua honesta gestione, & conatu muneris, nec alio gravari debere, tradit ex Bald. Papien. & Cathald. Bovad. *in polit. lib. 5. cap. 1. n. 20* Stayban. Jun. *resol. forens. 100. n. 238.* & facit Tacitus *in agricol.* affirmans, meliùs esse officiis, & administrationibus non peccaturos perficere, quàm damnare, cum peccaverint, & Just. Imperator *in Auth. ut Judic. sine quæ suf. cap. 8.* illis verbis: *Quis enim non diligat eum, & honestate compleri magna putet, si nostro decreto, judicioque tui culminis ad cingulum veniat, testimonium quidem habens, quia sit optimus*, & solum ea ratione, ne contingat quid mutabile ob honores adeptos, visitationibus Magistratus subire debere, tradit ipse Bovad. qui supra, & adde Adam. Contzen. *Polit. lib. ca. 7. 9. §. 4.* undè ponderata Magistratuum Superiorum dignitas pręponderanda est à Regio Visitatore in visitationis exercitio.

25 Ulterius in ejus consideratione fistat altera circa visitandos animadversio; quia in visitationibus agitur de honore Magistratuum, omnibus rebus hujus sæculi anteferendo, teste Consulto *in l. Julianus, ff. si quis omis. caus. test. l. reprehendenda*, ubi Jason. *notab. 3. C. de instit. & subst.* Cravet. *consil. 793. n. 5. & consil. 830. n. 8.* qui ex Textu *in l. infamia C. de decur. lib. 10.* scribit, graviorem esse famę jacturam, quàm oculorum.

26 Et in honoris comparatione pro nihilo reputantur mille thesauri, & divitię, ut in veteri testamento *Proverb. c. 22.* Salomon omnium Sapientissimus ita admonet: *Curam habe de bono nomine: hoc enim magis pertinebit tibi quàm mille thesauri pretiosi, & magni,* & Eccles. *c. 7. & c. ex merito 6. q. 1. c. licet in Beato Petro de accusat.* Covar. *reg. peccat. par. 1. relec. n. 6.* Molina *de just. t. 5. disp. 37. n. 24.* Divus Ambros. *lib. 3. offic. cap. 4.* qui inquit: *Quis enim vitium corporis, aut patrimonij damnum non levius inducat vitio animi, & existimationis dispendio*, & ait Surdus *decis. 59. n. 2.* Bovad. *in politic lib. 2. cap. 14. n. 38. & lib. 3. cap. 11. n. 24.*

27 Omnibus sic concluditur, Visitatorem in visitatione exercenda juridicè, & perpoliticè animadvertere teneri qualitates visitantium, eorundem detractiones arcendo, quibus ob administrationem sui muneris subjiciuntur, & cum magna circumspectione, in eis procedere debere, ob præeminentias quibus honorantur, & hac attenta superioritate, altiùs extollendo visitandorum æstimationem, cum de illorum honore in eo judicio agitetur.

Sequitur animadversio loci, quam inter alias circun- 28
stantias observare tenetur Regius Visitator; informet se igitur tanquam novus, Bovad. *in politic. lib. 1. cap. 5. à nu. 23.* ut *in c. 29.* Job. dicitur: *Causam, quam nesciebam, diligentissimè investigabam*, scribit Mastril. *de Magistratib. 6. cap. 2. num. 21.* ibi: *De vita, moribus, virtutibus, & doctrina officialium visitandorum, extrajudicialiter à personis probis, fide dignis, maximè Advocatis, Procuratoribus, Actuarijs, & aliis hujusmodi generis hominibus, cum quibus ut plurimum negotia geruntur*, Berart. *in spec. visit. cap. 3. n. 76.* & concordat cum *cap. qualiter el. 2. de accusat.* in illis verbis: *Si per clamorem, & famam ad aures Superioris pervenerit, non quidem à malevolis, & maledictis, sed à providis, & honestis veritatem diligentius perscrutari.* Alloqui debet Regios Ministros, ab eis se informare, interrogare, & videre, quænam sit illorum habilitas, quomodò sint litterarum eruditi, quam capacitatem teneat, ut scribit de Ponte *de potest. proreg. tit. 3. de elec. offic. §. 7. num. 13.*

Informet se ulterius de conditione naturali provincia- 29
lium, ubi accedit ad visitandum, quia aliquando provinciales, ut plurimum sua natura inclinant animum ad vindictam, & quasi tropheum putant, judicantque gloriam, ut suos judices, & officiales, quos oppido habent infestos, possint dilacerare, aut dilaniari, vexare, seu calumniari, ut animadvertit Giac. inter opera Jul. Clar. *in suo consil. de Syn. n. 102. & alijs*, Berart. *in spec. de Syndic. c. 3. n. 67.* ut de popularibus Siciliæ exclamat Cassiod. *lib. 1. epist. 3.* Solorz. *de jure indiar. lib. 4. cap. 8. nu. 40.* Neapolis Aponte *de potest. proreg. dic. tit. de elec. offic. 3. §. 7. n. 12.* Sanfel. *dec. 62. n. 78.* & de interamnis similis conditionis Giac qui supra, & de nostris affirmat Gallego *d. c. 1. n. 17.* ibi: *Attendendo semper ad conditionem naturalem hujus regni provincialium, quod non sine cordis dolore dicitur, licet non de omnibus*, & infrà, ibi: *inclinant siquidem tales iracundæ nationes, ęquæ ęquptus ad persequendos eos, quos enixè amare deberent, & redarguunt ea, quæ vix sunt alicujus momenti, & quod deterius est, impie plusquam hostili animo unus alii, & alter alteri, mutuum pollicentur testimonium ad persequendos judices*, & ea mutuat ex Giac. *num. 104.* & 124. de fama fallaci loquens Cicero in orat. pro Marc. Lelio, ait: *quotusquisque istam effugere potest in tam maledica civitate*, refert Valenz. *tom. 2. consil. 169. n. 106.* Quesada Pilo *dissert. 16. n. 108.* ut ibi: *Quæ his temporibus adamussim concinnunt seu dolor, desinat eorum murmuratio, à me, & non morientur, testatur Dominus in Num. cap. 20.*

Circumspiciat, & vigilanti studio tueatur Visitator cir- 30
cunstantiam materiæ visitandæ, juxta illud Ovidii *lib. 1. eleg.*

Consilium nobis res que, locusque dabunt

quod nec ratio congruentiæ, nec Divina admittit, ut Censor paratas habeat aures ad conquestiones, & querelas modicas, & vitia minima, quæ si cuncti diceremus non habere, deciperemur utique; & nos seductos offenderemus, *cap. si enim inquit. de pœnit. distinct. 2. cap iterat. de consec. dist. 2.* cum in die septiès cadat justus. Proverb. *cap. 24. cap. septies de pœn. dist. 3.* undè dicit Psalmista *psalm. 129. si iniquitates observaveris domine, domine, quis sustinebit:* & dicitur.

Si quoties peccant homines, sua fulgura mittat
Jupiter, exiguo tempore inermis erit.

hæc punctim scribit Gallego *in resp. pro Syndic. cap. 1. n. 7.* Bondenius *de jur. cont. collect. leg. 32. vol. 1. n. 37.* Solorzan. *in politica Indian. lib. 5. cap. 842. ver. Y finalmente.*

Visitationes enim ut fulmina debent esse, Seneca *lib.* 31
1. de clement. cap. 8. qui inquit, *ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu, sic animadversiones magnarum potestatum terrent latius, quàm nocent, nam cum feriant unum, non unum fulmina terrent, vinctaque percusso turba pavere solet*, ex quo educit P. Mendo documentum *in Principe perfecto 34. Plus terrendum, quàm torrendum*, & sic Varg. *in consid. prac. de Syndic. par. 8. introduct. n. 20* inquit ibi: *Tno và cierto el rayo à lo debil, à lo leve, y humilde, và à lo altivo, y à lo mas resistible, y opuesto*, (dicente Aulio Persio *satyr. 2. ignovisse putas, quia cum tonat ocyus ilex. sulphure discutitur sacro)*

cro) esta limitacion persuade, que no se deve usar de la denunciacion para castigo de leves culpas: sino para las dolosas, y notables defetos: Et infra ibi: *Y basta en este caso por leve culpa, la pena, sosobra y cuydado que ha padecido en la denunciacion el Ministro*, & antea dixerat *n.* 3. ad idem Prato *in resp. pro Synd. n.* 293. *cum seq.* & præcipuè *n.* 302.

32 Et concludamus cum Natali Comite *lib.* 4. *hist.* quem recitat Solorzan. *emblem.* 73. *n.* 6. in illis verbis: *Nam profectò gravibus erroribus gravia supplicia conveniunt, levibus levia; nam sicut gravissimis, molestissimisque morbis, levissima pharmaca non conveniunt quòd ea magis irritent, quàm mitigent vim morbi, sic levia supplicia, si gravissimis sceleribus jungantur, sit impunitas quædam & quasi licentia ad eadem flagitia, cum scelestos faciant cautiores, & non timidiores. Sin gravia pharmaca levissimis morbis adhibeantur, universi corporis salus in magnum discrimen, ac periculum injicitur; quod ipsum fit in Civitatum ægritudinibus, & in omni Republica; impunitas enim fit licentia scelerum; crudelitas impellit Cives ad res novas, & defectionem.* Inde clarè sequitur, à superiori delicti qualitatem esse attendendam ad ejus rectam inquisitionem, & punitionem, & pro delictis gravibus, flagitia graviora; sed pro levibus animadversiones expostulari.

33 Temporis animadversio est etiam consideranda à Regio Visitatore; nam cum Licurgus Lacedæmoniorum Rex percontaretur, quam ob causam non uterentur legibus scriptis; *quoniam*, inquit, *eruditi, qui sunt benè educati, probant quod pro ratione temporis expediat*; nam tempus est omnium sapientissimum, notat P. Grav. *max.* 30. *n.* 66. & dixit Virg. *in eleg de Mæcenatis obitu.*

Tempora dispensant usus, & tempora cultus.
Hæc hominem, pecudes, hæc moderantur aves.

Et Ovidius *de remed. amor. lib.* 1.

Temporibus medicina valet: data tempore prosunt,
Et data non apto tempore vina nocent.
Quin etiam accendas vitia, irritesque vetando,
Temporibus si non aggrediare suis.

Per tempus dignoscitur quid utile, quidque tractu temporis injustum esse patefiat, *l. ex facto* 43 *ff. de vulgò cap. suggestum de decimis cap Alma Mater* 24 *de sent. excom. in* 6. *cap. qua sancta* 28. *§. verùm* 63. *distinct.* & quod utile, & justum est, potest ex circumstantiis loci, & temporis injustum, aut contrarium publicæ utilitati fieri, ex Barb. & Sayro tradit Crespi *obser.* 1. *n.* 169.

34 Quis diffitebitur in hoc corruptissimo sæculo Inter bella, quæ nati sectamur, leges subesse jacere, ut dixit Ovid *lib.* 5. *trist.*

Non metuunt leges, sed cæcidit Viribus æquum,
Victaque pugnaci jura subesse jacent.

Et quod Valerius Max. *lib.* 5. *cap.* 2. de Cajo Mario dicebat: *Inter armorum strepitus, verba se juris Civilis exaudire non potuisse; & sanè ad id tempus tunc erat, quo magis defendere quam audire leges oportebat*: at *in hostico deprehensos Præsides*, dixit Ulpianus *in l. fin. ff. de test. milit. & tergeminos Senatores cinctos vidimus*, ait Paulus *in l. antiqui* 3. *ff. si pars hæred petat.* cum Plinio *lib.* 7. *ad Ruf. sicut in Castris, sic & in litteris nostris plures cultos pagano, quos cinctos, & armatos invenies*, sic decoratos utriusque militiæ professores in castris, Senatores in bellicis vidisse inter armorum strepitus assidendo in anno 1674. & seq. Regio, & catholico exercitui, & nos attestamur, & dicimus cum Marcial. *lib.* 6.

Ille sacri lateris custos Martisque togati.
Credita cui summa castra fuere Ducis.

Hæc non spernenda, sufficiunt pro pœnis temperandis, *l.* 1. *Ob merita indulsit, ff. de Const. Princ. l.* 2. *§. cum Appius, ff. de orig. jur. l. non omnes, §. fin. ff. de re milit.* Tiraq. *de pœnis temp. caus.* 49. *per tot.* Clarus, *§. fin. qu.* 60. *n.* 27. Cavalcan. *de brac. reg. par.* 4. *n* 79. Farinac. *in prax. lib.* 3. *qu.* 96. *caus.* 15. *nu.* 140. unde sic, & consideratione Visitatoris digna esse nemo negliget, Mastril. *de Mag. lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 143. Bovad. *in polit. lib.* 5. *cap.* 1. *nu.* 158. *& seq.* Berart. *in spect. visit. cap.* 23. *nu.* 143. ultra temporis calamitosi animadversionem, de qua Imp. *in l. unica, C. de cad. tel.* ibi: *Ut quod belli calamitas introduxerit; pacis lenitas sopiret*, licet adhuc eximiè in procinctu, & leges observari immemores stipendii proprii, sine commodo publico, & facultatibus inavari curarunt. & laudo Cassiod. *lib.* 1. *epist.* 3. illic: *Ubi sub procinctu Martio Civilia jura custodiens, publica, privataq; commoda inavarus arbiter æstimabas, & proprio cœtu neglecto, sine invidia lucri, morum divitias retulisti, excludens, vel querelis auditum, vel derogationibus locum*; Et hæc de temporis circumstantia.

Sed quia in his omnibus nulla certa regula constitui 35
potest, sed pro temporum, rerum, casuum, & personarum varietate prudenter Judex varie constituere tenetur, nam ut in proverbio est, non potest eodem collyrio omnibus mederi, sed pro gentium, temporum, & ingeniorum differentia res est temperanda, ut observat Crespi *obs.* 7. *in fin.* Ita Concilium Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 3. postquam animadversiones singulares circa personas, locum, materiam, & tempora à Visitatore observandas in visitationis judicio, ad ultimum, & præcipuum, ac omnium primarium recurrit, in eis verbis: *Cætera ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere*, cum in hanc enodationem hujusce visitationis scopum insectantes, ad Visitatoris prudentiam cuncta referendo, non inaudita aliqua de illius prudentia in visitandos habenda tradamus.

Prudentia namque est propria virtus Jurisperitorum, 36
ut suadet Justin. *in primis Inst. elementis*, Visitatorum dicit Scanar. *de visit. cancerat. lib.* 1. *§.* 7. *cap.* 2. *num.* 10. Præsidentis inquit Chavas. *de vera prudent. lib.* 2. *cap.* 1. *§.* 6. & antonomasticè virtus Præsidis nuncupatur ex Arist. *lib.* 3. *etb. cap.* 11. laudat Altam. *de filiis offi. cap.* 6. *nu.* 29. & esse primum officii, id est boni operis fontem; quia sine hac nec justitiam, nec aliam virtutem esse posse inquit Divus Ambros. *lib.* 1. *de offic. cap.* 27. per prudentiam discernuntur honesta à deterioribus, utilia à noxiis, dixit Zaaved. ex Tacit. *lib.* 4. *annal.* & iterum Altam. *de filiis offi. d. cap.* 6. *num.* 29. omnia hæc expendit in illis verbis. *Mirè hanc commendantium cum politicis viris publicis suadet, annuens illa, si virtutis vultum intueare, cæteris imperat, si artis, cæteras docet; ex supremo mentis solio minoris humani mundi machinam gubernat, regalis sanè animi portio, adeò innectenda Magistratui, ut cui hæc vel solitariò floreat, dignus possit haberi, cui desit, repudietur, quidquid alioquin ornatus.* E post digressum ad diversas species prudentiæ, de politica loquens docet *nu.* 32. ibi: *Quid enim aliud est politica prudentia, quàm scientia, & experientia? bis binis si operandum est, prudentia utitur manibus, si prævidendum, aut providendum hisce oculis*, & tradit Chokier *Thez. polit. lib.* 2. *cap.* 19. Amirat. *de reg. reg. inst. lib.* 2. & plura Solorzan. *de jur. indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 49. & latè *lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 68. *cum seqq.*

His homnibus pensatis singula de prudentia exposuit Borbonius Poeta in sequentibus elegiacis.

Spernit & invidiam sceleratæ murmura linguæ
Spernit clamosi jurgia vana fori.
Omne malum (breviter) prudens spernitque, fugitque.
Virtutemque bonæ gaudia mentis habet.
Contentusque una hac mortalis videt honores.
Inque humili patiens nescit egere casa.
Omnia fert, & se casus componit ad omnes
Quod loquitur lingua, pectore sentit idem.

Hæc non egent commentatione, cum omnimoda luce appareant esse propria officii, & muneris Visitatoris in Magistratus.

At sigillatim de duabus, quibus inter cæteras fulgescit prudentia, circumspectione scilicet, & urbanitate, aliqua non dissoluta solvamus, ut circumspectè, & non lentò procedatur in visitationibus agendis; nam præcipitatio est noverca justitiæ, *l. si quis filio* 6. *§. quid autem, ff. de iniust. rupt. l.* 1. *Cod. de excep. rei jud. l. nec quicquàm* 9. *§. circa advocatos, ff. de offic. presid.* juxta intelligentiam Antonii Fab. *in jurisp. pap. tit.* 1. *princ.* 4. *illat.* 8. & quidquid impetu agitur, rarò invalescit, Adam. Contz. *pol. lib.* 7. *cap.* 13. *§.* 7. de inconstantia notat P. Mendo *de Princ. perf. doct.* 71. *nu.* 15. de iniquitate arguit Seneca *de elem. lib.* 1. *cap.* 14. *in fine*: *Prope est ut inique puniat, qui nimis, ita propè, ut libenter damnare videatur, qui citò*, & difficili revocationi subest, ut inquit Livius *lib.* 2. *Festinatio in consiliis improvida, & cæca est, & præcipitata consilia neque revocari, neque in integrum restitui possunt.* Unde Ovidius.

Nec citò credideris, quantum citò credere lædat.

Hæc detestabilia maximoperè iudicantur, si cum so- 38
luta ira tractentur, ut de Plutarc. *in quæst. centur. Romanis, pag.* 628. quærit, cur majoribus Magistratibus virgæ annexis securibus colligatæ præferebantur, respon-

ſponditque, non debere præcipitem, & ſolutam eſſe iram Magiſtratuum, ſed quod mora allata, & cunctatione, dum ſenſim virgæ ſolvuntur, identidem poſſit conſilium de plectendo in mitius mutari; nec modum pœnæ ultra menſuram delicti unquam excedere, ait Alex. *lib.* 3. *diver. genial. cap.* 5. & eo citato Valenzuela *conſ.* 164. *nu.* 88. Solorzan. *emblem.* 74. *nu.* 8.

39 Ira namque eſt expers animi, & conſilii, *l. adulterium, ff. ad l. jul. de adult. l. lex Julia, ff. ad l. repet.* Rubeus *de validit. legal. cap.* 16. *nu.* 16. Ponte *dec.* 16. *nu.* 33. Vargas *in conſidera. par.* 8. *tit.* 2. §. 2. *conſ.* 3. *n.* 28. *& ſeqq.* Solorz. *emblem.* 38. *&* 60. Berart *in ſpect. viſit. cap.* 10. *nu.* 48. & dixit Seneca *in Medæa*: *Cæcus eſt ignis ſtimulatus ira, nec regi curat, patiturvè frænos, haud timet mortem, cupit ire in ipſos obvius enſes.*

40 Altera prudentiæ virtus eſt affabilitas, & urbanitas quæ gentes conciliat, ex Cicero. *offic.* 2. nam ſuperior debet eſſe mitis, & placidus, omnibus habens paternam affectionem, Textus ſingularis *in §. ſit tibi quoque in Auth. de mandat. Princ.* latiſſimè Staiban. jun. *reſol. foren.* 100. *nu.* 339. *cum pluribus ſeqq.* ubi ex *nu.* 345. contra eos qui in dandis audientiis, arrogantiam præferunt, ſcribit ibi: *Poſt enim tardam moram dum comparent, quaſi gravi affecti ſolicitudine, vix litigantes loqui ſinunt, eos ſolicitantes, ut breviter ſermonem exhauriant, qui ex hoc territi, nec loqui, nec juſtitiam ſuam patefacere audent, ex quo ſæpè ſæpius cauſæ non rectè examinantur, & decreta ex abrupto fiunt, in maximam iuris, & juſtitiæ perniciem, ac publicæ utilitatis detrimentum*, & ponderat Pſal. 21 *Salva me ex ore Leonis*, & alia eruditè.

41 Urbanitas itaque fit manifeſta ex verbis, & factis; undè non immeritò, ne ſermonibus excandeſcant ſuperiores adverſus ſubditos, jura notarunt, *in l. obſervandum, ff. de offic. præſid.* ibi: *Neque excandeſcere adverſus eos, quos malos putat*, nec verbis eos licet injuriare, *l. nec* 32. *ff. de injur.* Paz *in prax.* 6. *par. tom.* 1. ubi de conviciante appellanti, *clem. unica*, ubi DD. *de exceſ. prælat.* Xammar *de offic. Jud. par.* 1. *qu.* 1. *nu.* 62. *&* 78. Aponte *de poteſt. Proreg. tit. de elect. offic.* 3. §. 6. *nu.* 6. Maſtril. *de Magiſt. lib.* 6. *cap* 10. *nu.* 100. Fragoſ. *de reg. tom.* 1. *lib.* 7. *diſp.* 23. §. 3. *nu.* 64.

42 Neque factis in eos irrogetur inurbanitas, expreſſit Tex. *in l.* 3. *Cod. ubi Senator. & clariſ.* Cabal. *reſol.* 50. *tot.* Maſtril. *de Magiſt. lib.* 6. *cap.* 2. *nu.* 55. & facit *l. in ſacris* 2. *C. de prox. ſac. ſcrin. lib.* 12. & notat Sanfel. *dec.* 62. *n.* 68. qui tradunt, Senatoribus ſedem deberi, cum ab eorum ſuperioribus examinantur, imò & ſedem, & anſianitatem inter collegas, ſaltem ex urbanitate, quamvis non uti Senatores, ſed ab alium finem Aulam ingrediantur informaturi, Fontanel. *tom.* 1. *dec.* 207. *n.* 11. quidquid in illis terminis de rigore juris ſtatuat Franch. *dec.* 138. & comprobant tradita à Marinis, *lib.* 1. *reſol.* 262. & recitat Luca *ad dict. dec. Franc.*

43 Cæterum frequentes urbanitatis acceſſus punctim explicat Bovadilla *in polit. lib.* 5. *cap.* 1. *nu.* 50. quos Viſitator ſyndicandis præſtare tenetur. ibi: *Las occaſiones, que ſuelen ofrecerſe en que honrar al Corregidor paſſado, ſon*, & infra: *Salirle à recebir, y à deſpedir quando viene à negociar, ò aviſarle à ſu caſa, honrarle de palabra en auſencia, acompañarſe con el alguna vez por las calles, y en la Igleſia*, & infra: *Y en lo que hubiere de embiarle Alguazil, embiarle primero recado con un Paje*, & ibi: *Hazerle los cargos con lenguaje, y termino decente*, & denique illic: *Y finalmente en todas las ocaſiones guardarle mucho el decoro, y cortesia, y mandar à ſus officiales, que en ellos con el, y con los ſuyos hagan lo miſmo, y ſignificallo en el ajuntamiento à los Regidores, en la Audiencia à los Eſcribanos, y Procuradores, y en ſu caſa à los negociantes.*

44 Exemplaria humanitatis habemus in Conrado Henrici Tertii Imperatoris filio, qui Aulicos, & Miniſtros Patris, etiam infimæ ſortis, Comminiſtros appellabat, & familiariſſimè cum illis converſabatur.

45 Ludovicus Bivarus Imperator, erga omnes ſe humanum exhibebat, obvios ſalutabat, & ſingulos colloquebatur.

46 Trayanus Imperator amicis incuſantibus, quòd parum memor Imperatoriæ Majeſtatis, nimium eſſet omnibus expoſitus, reſpondit, *talem præſtabo Imperatorem privatis, qualem optarem ipſe privatus.* Hæc recitat Theat. vitæ hum. *vol.* 4.

In eadem prope ſententia fuit Capitolinus in Antonino Pio, nam Senatui tantum detulit Imperator, quantum privatus eſſet, deferri ſibi ab alio Principe optavit; juxta illud Eccleſ. 12. *reſorem te poſuerunt, noli extolli, ſed eſto quaſi unus ex illis.*

Et deteſtentur inurbanitatis umbraculæ, ob peſſima 47
fundamenta, quibus jacent, nam ex inferioris jactantia, & Superioris elatione naſcuntur, dixit Bovadilla *in polit.* qui ſupra: *Porque ay muchos hombres de tan poco valor, que les parece que honrando à otros, diſminuyen ſu pundonor, y quieren acrecentar la autoridad propria con el menoſprecio de la calidad agena, y de aqui nacen las deſcorteſias, y malos miramentos*, & huc quadrat quod ex Bloſio ſcripſit Prato *in reſp. pro Syndic. nu.* 88. *Non enim qui alium deprimit, ipſe dignitatem ſuperiorem aſſequitur, cum neceſſe ſit, ut deprimendo ipſe quoque deliciatur, ſed is potius qui ſe cum aliis virtutibus ſuis evehit in ſublime.*

Et alter dixit, ne ſuperba ſecuritate confidat altior, 48
nam quid mane, quid veſper ferat, incertum eſt, ex Horat. ſcripſit Salzedo *de reg. Princ. lib.* 4. *cap.* 13. *diſſert.* 48.

Dum tua navis in alto eſt
Hoc age, ne mutata retrorſum te ferat aura,

altitudinem in ſulcum obvertendo ut incidit Cynaras filiabus, quæ ſuâ mirâ ſpecie ſuperbæ, traductæ fuerunt à Diis in templi ſuppedanea, ut ab omnibus calcarentur.

Vitanda eſt ergo inurbanitas in ſubditos ex antè actis, 49
& etiam principaliter ex duplici dicto; primo propter honorem, quo Magiſtratus viſitandi decorantur, juxta illud Martial. *lib.* 8. *Epigram.* 8.

Te primum pia thura rogent, te voce ſalutent
Purpura te fœlix, te colit omnis bonos.

Secundo, ex exemplo ne alioquin à plebe delicientur, quæ ſingula admittit Bovad. *dict. lib.* 5. *cap.* 1. *nu.* 50. & dixit Seneca.

Calcat jacentem vulgus,
Inviſum opprimet

Sicque populus intentam videns Principis curam in ſuis honore afficiendis Conſiliariis, eos majori proſequetur amore; pluriſque ducet, eruditè ſcribit Reg. Ulloſſa *poſt trac. de fugit. dict.* 6 §. 6.

Inconſultò in qualitates Viſitatoris incidimus, ſed 50
hinc inde in eas immerſi, eaſdem pro ſola notione colligamus; qualitates itaque, quæ in Viſitatoribus, & Syndicatoribus requiruntur, ſunt ſcientia, auctoritas, zelus ſine excandeſcentia, bonitas, prudentia, veritas, clementia, nobilitas, conſtantia, humanitas, de quibus, ac de aliis agit Berart. *in ſpec. viſit. cap.* 2. *à nu.* 11. *cap.* 3. *à num.* 61. *cap.* 26. *à num.* 54. Siman. *de Cathol. inſtit. tit.* 41. *num.* 27. & 28. & eo relato Fragoſ. *de regim. tom.* 1. *lib.* 7. *diſp.* 23. *n.* 8. Solorzan. *politic. Indian. lib.* 5. *cap.* 10. *pag.* 841 *ver. La tercera*, Vargas *in conſid. pract. par.* 6. *conſid.* 3. *& part.* 8. *tit.* 2. §. 2. *conſid.* 3. *à num* 58. *& par.* 9. *tit.* 1. *in introduct.* qui eas reducit ad quatuor, nempè ad prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & juſtitiam; & præhabitas, & ſimiles flagitant in Judice, Senatore, vel Conſiliario Regio, Reg. Matthæu *de regim. Reg. Valent. tom.* 1. *cap.* 2. § 2. *ſect.* 2. Caſſiod. *l.* 11. *epiſt.* 9. Salzedo *de reg. princ. l.* 4. *c.* 13. *diſſert.* 48. Lipſius *civilis doctrinæ in not.* Joan. Coch. *in the. polit. lib.* 2. *cap.* 28. *& lib.* 3. *cap.* 1. Pet. Greg. *lib.* 24. *de repub.* Bart. Philip. *in Epiſc.* de hac re ſpeciali Laurent. Remirez *de ead. re* Henric. Enon. *diſp. pol.* 4. *à num.* 10. Peg. *in praxi crimin. cap.* 7. & 8. Xammar *de offic. Jud. par.* 1. *q.* 1. Bovadilla *in polit. lib.* 1. *cap.* 1. *uſque ad cap.* 11. *& lib.* 2. *cap.* 1. *cum pluribus ſeqq.* Adam. Contz. *pol. lib.* 7. *ca.* 13. P. Mendo. *de princ. perf. doc.* 71. *n.* 3. & 4. Scialoya *de for. com. cap.* 33. *n* 328. & latiſſimè Scanarol. *de viſit. Carcer. lib* 2. §. 9. *Cap.* 2. *tot.* & ab omnibus videndus doctiſſimus Staibanus junior *reſol. forenſ.* 100. *à n.* 174. *in fin.* Joan. ab Eccleſia *obſervat forenſ. in rubr.*

Si tot qualitates in Viſitatore deſiderantur, non mi- 51
randum erit, quod ſecundùm Plat. *lib.* 12. *de legibus* affirmat Maſtril *de Magiſt. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 25. & ſequitur Fragoſ. *de regim. tom.* 1. *lib.* 7. *diſp.* 28. *n.* 8. & ex Ariſtot. 6. *politic. cap.* 8. Solorzan. *in polit. indian. lib.* 5. *cap.* 10. *à ver. La tercera pag.* 841. divinum aliquem virum pro Viſitatore eſſe quærendum, qui omnium virtutum genere omnibus excellat: at in prudentia, circumſpectione, & urbanitate præſtantiorem eſſe excogitamus qui in viſitatione agenda attendat ad perſonas, locum, materiam, & tempus ut ſupra probavimus, & pro complemento cuncta complectitur, Scriban. *polit. Chriſt.* qui eſt norma

hujus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

hujus materiæ *lib. 2. cap.* 17. ibi: *In omni saltem delatione meminerint, dexteram semper aurem reo dare, delatori sinistram, potiorem nimirum, digniorem que illi partem, non potest hic peccari moderatione, potest credulitate. Cogitet plurima intercurrere, quæ accusatorem impellant, error, suspicio, zelus, æmulatio, odium, mœror, timor, præmium, facilitas in credendo, suspendat proinde sententiam in omni delatione, tacitusque secum singula delatoris despiciat, delictum, personam deferentis, ac delati, utriusque vitam, & mores, narrationis modum, circunstantias locorum, temporum, personarum; audiat deinde reum placidissimè vultu, & ore, observet in eo singula, non minus quàm in accusatore: meminerit que magni Alexandri in Philippo Medico: nec quidquam statuat nisi re compertissima: plusque semper reo, & clementiæ tribuat, quàm accusatori, & severitati; nam si satis esset accusasse, Princeps reus staret & optimus quisque, in quem fere improbitas insurgit, tantum odia possunt, aut speratus bonos, & spes.*

Et tandem non omittimus quod animadversum tradit Solorzan. *in polit. Ind. lib. 5. cap. 10. ver. Y finalmente pag. 842.* ibi: *Y finalmente sea el que fuere el nombrado, debe ir con animo, y advertencia, de no desear (como algunos lo hazen) hallar muy culpados à los que huviere de residenciar, ò visitar, porque esta obligado à saber, que igualmente le embian à que se informe, y entere de los Iuezes, y Ministros, que huvieren procedido bien, fueren rectos, prudentes, doctos, y virtuosos, porque essa es tambien la intencion Real, y el fruto de la visita, y que à los que hallare tales, se los remita, ò proponga con todo el encarecimiento, y aprobacion, que pidieren sus meritos, y servicios, para que conforme à ellos sean remunerados*, & infra, ibi: *Por todo lo qual son dignos de notar, y reprehender los Visitadores, y Iuezes de residencia, que hazen lo contrario, y iuz. gan mal, que toda su gloria, y medra consiste en buscar, y sacar muchos cargos contra los visitados, y residenciados, pruebense, como se probaren.* Et amplius *pag. 846. ver. Lo sexto.* ibi: *Que ponen toda su felicidad* (loquitur de Syndicatoribus) *en sacar muchos cargos, y en afectar, que suenen los mas feos, aunque se funden en solas presunciones muy remotas, y falibles, ò en oidas, y vanas creencias, siendo assi, que affiguravan mas su conciencia, y conseguirán mas credito con sus superiores, y con todo el mundo, si los cargos fueran pocos, pero bien provados, y sustanciados.*

Hæc omnia repetit Solorzan. *de jur. indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 8. à numer. 31.*

DECISIO LXXXXI.

ARGUMENTUM.

Visitatio in Magistratibus rationem de gestis suis reddituris, utilitati publicæ est consentanea, sed in perniciem retorquetur, si exercitetur in indagandis vanis querimoniis, aut si subtiliter contra Magistratus scrupulositates captentur: & commodè fieri valebit, si particulariter in Ministrum provideatur, & in eum, ipso audito, procedatur: ubi an Baroni competat jus visitandi in suis Baroniis, cum decis. Senatus.

SUMMARIUM.

1 *Expenditur* Cap. 5. cur. anni 1599. *ubi est disposita Regia Visitatio Magistratum, & Regiorum Officialium hujus Principatus.*

2 *Disponitur ordo sequentium decisionum super materiam Syndicatus agentium.*

3 *Ut mederi valeret in Curiis Magistratuum, & ne authoritas eos superbiret, & aliis rationibus, quæ hic recitantur, introductus fuit Syndicatus Magistratuum, & officialium.*

4 *Delicta Magistratuum graviera judicantur ratione eorum à quibus committuntur; quia omne animi vitium tantò conspectius in se crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur, quod illustratur.*

5 *Magistratuum scelera ad alterum ruinas nascuntur, quod exornatur.*

6 *In puniendis Magistratibus celeritas, & in plebejorum sceleribus puniendis dilatio admittitur.*

7 *Magistratuum delicta majori pœna sunt digna.*

8 *Decretum, vel consuetudo, quòd officialis non teneatur stare Syndicatui, est contra bonos mores.*

9 *Maximè Reipublicæ interest, Principem de Magistratu peculiarem curam habere, ut illius auctoritas sustineatur, nam in Magistratuum decore spiritus justitiæ, & Regni essentia conservatur.*

10 *Salus Principis incolumnitate Senatus conservatur.*

11 *Visitatio est incentivum calumniantium, qui adversus magistratus, illius opportunitate, fortiter insurgunt.*

12 *Visitationi exercitium in Reipublicæ detrimentum versatur, ubi publici latrones immunes evadunt, & impuniti; boni autem, & integri Ministri innocentes puniuntur.*

13 *Visitationes instar turbinis in plateis vente excitatur.*

14 *Visitationem generalem contra statum publicum fore, non verò visitationem particularem traditur.*

15 *Visitationem Proregi committendam defenditur ab aliquibus, contrarium aliqui tenent num. 16.*

17 *Alii affirmant, quod casu quo provideatur de visitatione generali, Visitatori incumbat non procedere contra Magistratus, subtilitatibus, vel voluntariis querelis, & calumniantium inquisitionibus, quando immunes sunt à corruptione, subornatione, sive coemptione.*

18 *Magistratus qui illotis manibus administrarunt Rempublicam, & æquabiliter in pace, & justitia eam sustentarunt, bene est de ea mereri, ut scrupulosa inquisitione non vexentur.*

19 *Detestabile est in Ministro justitiæ quodcumque genus furandi.*

20 *Per decretum, vel consuetudinem de non stare Syndicatui, exacta inquisitio remissa censetur.*

21 *Administratori, cui est promissa à reddendis rationibus liberatio profutura administratione, intelligitur, ut non teneatur de anxia, & stricta rationum redditione; benè verò de dolosa teneatur, prout remitti etiam potest dolus præteritus.*

22 *Visitationem esse proficuam quidam existimant, quando limitatur ad tempus, casus, & personas.*

23 *Experientia est rerum Magistra.*

24 *Auctoris judicium, an visitatio sit Reipublicæ utilis.*

25 *Practicetur Visitatio, audito inquisito.*

26 *Improbatur visitatio extrajudicialis secreta.*

27 *Ac etiam visitatio secreta judicialis cum sola summaria informatione.*

28 *Visitandi jus competit Baronibus, qui habent omnimodam jurisdictionem, & in hoc Regii Visitatores se intromittere non possunt.*

29 *Standum est consuetudini, ut Baro in suis locis non possit deputare Visitatorem, & quomodo probetur consuetudo in juribus negativis.*

30 *Et, qui tantùm simplicem jurisdictionem habet, jus visitandi non competit, sed Proregi, & Concilio Regio.*

31 *Decisio Senatus.*

32 *Alia decisio.*

IN *cap. 5. cur. ann. 1599.* precibus Curiæ super nomi- 1
natione Regii Visitatoris deputandi, qui esset in dignitate constitutus, naturalis Coronæ Aragonum, non verò hujus Principatus, & Comitatuum, nec in eis Baronias, aut bona immobilia possideret, neque in Regia Audientia lites supportaret, nec pro exercitio visitæ nominari posset in officialem Commissarius Sancti Officii, tantum annuit Dominus Rex, quòd in Visitatorem nominaret, qui foret naturalis Coronæ Aragonum, & non præsentis Principatus, & Comitatuum.

Juxta normam *dicti cap. 5. in anno 1677.* resignatam 2
agnovimus Regiã visitationem Magistratibus, & Regiis Officialibus, ubi visitandorum tolerantia æquanimiter contumelias populi ferebat, tunc ad perpendiculum in animo erexi de diversis inquirere, quæ nunc infero, principales quæstiones, & earum resolutiones in ea re investigare, quas trado ordinatim in sequentibus decisionibus recurrendas, non abs re pro munere decidendi.

Quoad primam: en causam finalem Syndicatus, & en 3
utilitatem: ut mederi valeret injuriis Magistratuum, & ne auctoritas eos superbiret, justitiamque, & urbanitatem in insolentiam, & tyrannidem detorquerent, contracta-

tractaque crimina obnubilarent; visitationem pro Reipublicæ pacifico statu, & illius conservatione, ut justitiæ administrationi fieret satis, & crimina ab illis commissa debitis pœnis puniri possent, introductam fuisse docent Bovad. *in pol. 5. cap. 1. num. 18. cum seq.* Mastril. *de Magist. lib 6. cap. 1. nu. 1. cum seq.* Berart. *de visit. cap. 1.* Larrea *tom. 2. decis. 98. num. 15. & 26.* Reg. Matthæu *in tract. de re crim. cont. 71. nu. 8.* Solorz. *de jure Indiar. to. 2. l. 4. c. 8. nu. 1. & 12.* Adam. Contz. *polit. l. 7. c. 9. & §. 4. & 5.* Fragos. *de reg. tom. 1. lib. 7. disp. 23. nu. 8.* Sesse *in respons. pro Syndicatu post. trac. de inhibit. num. 1. & seq.*

4 Delicta namque Magistratuum in eorum factis, & officiorum exercitio graviora judicantur, ratione eorum, à quibus committuntur; quia omne animi vitium tantò conspectius in se crimen habet, quantò major, qui peccat habetur, Juven. *satyr. 8.* An. Robert. *rer. Judic. lib. 1. cap. 4. in fine*, & iniquum foret eos, qui aliena crimina puniunt, ipsos criminibus esse obnoxios, Mastril. *de Magistrat.* qui *sup. cap. 1. nu. 2. l. justas 6. C. de jure Fisci, l. digna vox 4. C. de legi* Philon. Hebræus *in lib. de Iud.* ibi: *Absurdum enim fuerit, eos in culpa hærere, qui jura prescribunt aliis: quando quidem ab his potissimum exemplum vitæ petendum est; sicut enim ignis quæcumque admoventur calefaciens, ipse primum innata sibi vi calet, nix contra, suapte natura frigida, infrigidat. & alias sic Judex ipse debet esse plenus justitia, si alios jus administraturus est, à quo seu fonte promanant fluenta dulcia legum, & potabilia sitientibus justitiam.* Laudat Solorz. *in emb. 69 n. 11.* & probat Iul. Capon. *t. 4. disc. 246. nu. 2.*

5 Magistratuum, & Magnatum scelera ad aliorum ruinas nascuntur, quia exemplo hujusmodi, vitia privata augentur, & externa in Republica pullulant, ut politicè animadvertit Adam. Contz. *lib. 2. cap. 3. §. 2.* multa ad institutum ex Nostratibus eruditè scribit P. Franc. Garau *in pol. to. 1. max. 32. tot.* Namque plebejorum noxiæ non in populi, sed ipsorum damnum cadunt; atverò Magistratus delicta ad universum dispendium pertinent. Mastril *de Magist. lib. 2. c. 2. nu. 31. cum seq. & lib 6. cap. 2. nu. 4.* Peg. *in prax. crim. cap. 12. nu. 13.* & his consentiunt verba Beati Greg. *in c. præcipue 11. quæst. 3.* ibi: *Scire enim Prælati debent, quia si perversa unquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt: unde necesse est ut tantò se cautius à culpa custodiant, quantò per prava, quæ faciunt, non soli moriuntur,* & concordant *l. aut facta 16. §. fin. l. si quis 38. §. quia abortionis, ff de pœn. l. 3. §. adiecto, ver Sed ex Senatus consulto ff. ad leg. Corn. de fic.* Farinac. *in prax. qu. 18. nu. 65.* Scanar. *de visit. carcerat. lib. 1 §. 12. cap. 2. nu. 3.* P. Causin *in præf. Curiæ sant. par. 6.*

6 Undè circumfertur, quòd in puniendis Magistratibus celeritas, licèt in plebejorum sceleribus puniendis, dilatio admittatur, *l. Presbyteri 8. Cod. de Epis. & Cler.* Bovad. *in polit. lib. 5. cap. 1. n. 19.* Mastril. *de Magistrat. lib. 6. cap. 1. nu. 4.* Vargas *in consid. prac. par. 7 in princ. introduc.* Sesse *in resp. pro Syndicatu post trac. de inhibit. num. 3.*

7 Quare ex injuria, quam muneri, & Reipublicæ delinquendo infert Magistratus, ex ratione Text. *in l. locatio 9. §. quod illicite, ff de pub. & vect.* ibi: *Alterum utilitas privatorum, alterum vigor publicæ disciplinæ postulat acerbius*: eorum delicta sunt vindicanda, & majori pœna digni existimandi, Larrea *dic. decis. 98. nu. 2.* ex pluribus per eum allegatis, cui adde Pet. Fab. *libr. 1. semes. cap. 18.* Iust. Lup *de milit. lib. 5. dial. 18.* quos adducit Solorz. *de crim. parric. lib. 1. in post. cap. 2.* Peg. *in prax. crim. cap. 5. nu. 3.* Et dixit Plinius junior *in paneg. ad Trajan.* ibi: *Magistratuum delicta graviùs puniendæ esse, quàm plebejorum.* Et meliùs Cassiodor. *1. var. Epist. 18.* ibi: *Oportet vos colere, & observare justitiam, qui æquitatem populo dicere suscepistis, quando non licet delinquere, qui alios creditur sub æquitatis regula continere, ne fiat exemplum parvum, qui electus ad laudabile cognoscitur institutum.*

8 Et hæ sunt rationes, quibus dicitur, decretum, quòd Officialis non teneatur stare Syndicatui, esse contra bonos mores, & consuetudinem esse pravam, Caval. *de brac. Regio part. 5. numer. 18.* Tessay *alleg 15. num. 79.* & post eum Mastril. *de Magist. lib. 6. cap. 1. numer. 13.* Bovadilla *in polit. lib. 5. cap. 1. numer. 26* Berart. *de visit. cap. 2. numer. 9. & cap. 23. numer. 5.* Scialoya *de foro com. cap. 33. numer. 204.* concluditur ergo, ratione publicæ utilitatis, visitationem Magistratuum introductã esse, ne ipsorum delicta, quæ publica sunt, & ad universum statum, & exemplar tendunt, impunita remanerent.

Cæterùm non minùs vincunt fundamenta, quibus 9
suadetur contra utilitatem publicam visitationem exercitari; nam maximè Reipublicæ interest, Principem de Magistratu peculiarem curam habere, ut illius auctoritas sustineatur, & conservetur, ea ratione; quia in Magistratuum decore spiritus justitiæ, & Regni essentia conservatur, quæ velut corporis vita sine afflatu, ita sine Magistratibus, & justitia, Regna moderari nequeunt, ex Aristot. Dionis. Mastril *de Magistrat. lib 3. cap. 3. numer. 40.* Larrea *alleg. 51. num. 2.* extollit Mar. Prato *in resp. pro Syndic. num. 173. & seq.* ex Pretorio *de Principatu salubriter administrando lib. 1.* Pet. Gregor. *de reb. lib. 4. cap. 6.* & aliis Solorz. *de jure Indiar. dic. lib. 4. cap. 3. num. 11. & 12.*

Salus namque Principis, incolumitate Senatus fir- 10
matur, ex Tacit. *lib. 1. historiæ sub pœna Imperatoris Othonis* scitè ad hanc rem scribit Salzed, *de reg. Princ. lib. 2. cap. 8.* quibus adde P. Mendo *de Princ perf. doc. 55.* qui ex Jovian. Pont. scribit, ibi: *Quæ observantia esse potest, ubi & vitia in pretio sunt, & Magistratus contemnuntur! quorum contemptus omnium civilium malorum est origo, & fomes.*

Hæc omnia devastat Visitatio, cum sit incentiuum ca- 11
lumniantium, qui adversùs Magistratus, illius opportunitate fortiter insurgunt, ut calumnientur, quod est prærumpere justitiæ neruũ, & prosternere auctoritatem Magistratuum, viamque aperire, qua maligni vires suas augeant, justitiæque Ministros timidos reddant, ut ponderat Mar. Prat. *in resp. pro Syndic. nu. 312.* Mastril. *de Magist. lib. 6. cap. 8. num. 7.* Bovad. *in pol. lib. 5. c. 1. nu. 20.*

Et sic visitationis exercitium in Reipublicæ detrimen- 12
tum versari dixit Donat. Anton. de Marin. *lib. 2. c. 244.* qui docet esse in Regis detrimentum, ac justitiæ perversionem, Carleval *post tract. de Judic. in apolog. num 5.* ibi: *Forsan enim illius editione* (verba facit de Regente Carmo qui tractatum de visitatione composuit, & non fuit excussus) *cohiberentur visitationum inutilium Reipublicæ ne dicam perniciosarum (si credimus Joanni Francisco de Ponte de potestate Proreg. tit. 3. §. 7. nu. 1. & 10. & rebus ipsius) calumniæ, gravamina, & injuriæ, in quibus ferè semper publici latrones immunes evadunt, & impuniti; boni autem, & integri Ministri innocentes puniuntur, & quæ non rapuerunt, exsolvunt*: ad hæc Bovad. *in politic. lib. 5. cap. 1. nu. 27. & seq.* ubi nocentis Judicis machinationes tradit ad se liberandum à residentia, prout plerumque per sordes convincit, & innocens flagellatur, inutilem, & damnosam ideo visitationem appellat Regens de Ponte *de potest. proreg. dict. tit. 3. §. 7. num. 10.* ibi: *Et sic dum Visitatores Generales qui in Regnis destinantur, ad officiales, inquirendos tantum tempus conterunt in ipsorum informationibus, ex quo mala tanta oriuntur, & omnia in derisum convertuntur, atque in vilipendium maximis Regis expensis, ac cum perquam maxima perturbatione, & confusione jurisdictionum, ac justitiæ perversione*, cuncta comprobat Solorzan. *in polit. Indian. lib. 5. cap. 10. pag. 840. ver. Por lo qual, & seq. & de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 8. nu. 24.*

Deservire potest in practicam hujus veritatis illud, 13
de quo exclamat Larrea *in alleg. fisc. 101. num. 25.* & Solorz. *de jure Indiar. t. 2. lib. 4. cap. 8. nu. 23. & in politica Indiana lib. 5. cap. 20. pag. 840. ver. Por lo qual, in fine*, referens egregium apophthegma, quod audivit à domino Peruano Prorege Marc. de Monteclaros, ibi: *Dicere solebat has visitationes instar turbinis in plateis vento excitari sibi videri, Hispane dicimus* remolino, *cum is pulverem, & paleas humi jacentes removeat, & super capita elevet, & visitationes similiter, humiles quoslibet, plebejos, & flagitiosos, qui velut pulvis, & stercus Reipublicæ jacebant, judicibus, qui sunt, & esse debent ejusdem Reipublicæ capita, superponunt.*

Hæ sunt pugnantium sententiæ, alii qui existimant, 14
in utilitatem publicam fundari visitationem Magistratuum, aliqui tenent, in perniciem Reipublicæ retorqueri: sunt qui affirmant visitationem generalem contra statum publicum fore, non verò visitationem particularem, in cujus versatur interesse regiminis, Larrea *decis. Granat. 98. n. 26. & 27.* in illis verbis: *Id verò ita salubriter exerceri posset si in totum Senatum, vel Cancellariam non provideretur visitatio, nisi rarò, quando ordo judicialis, ut speciali non possent providentia sanari, & tum juxta illud Poetæ Martialis, lib. 8. Epig. 15.*

Prin-

Principis est virtus maxima nosse suos.

In eum quem cognovit Magistratum muneris injuncti, aut justitiæ administrationem non pro debito exercere Syndicatum specialiter mittat, & statim velut adhibito membrum putridum à Senatus corpore abscindat, ne contagio alios lædat, nam visitationibus generalibus in plura visitatores distenti non possent cujusque merita discutere, & multoties qui constanter, & rigidè justitiam exhibuerunt eorum quos pœnis affecerunt, calumnias patiuntur, & alii qui omnibus placere semper intenti, vulgi opinione probi existimantur; sed & cum excessus alicujus in visitationem generalem remittuntur, & illa non possit statim provideri, nec ex querelis contra unum datur, sed cum generaliter toti corpori Cancellariæ, aut Senatus mederi oportet, interim ille, qui verè Syndicandus excessus commisit, querelas placat, vel in aliud munus mittitur, tuncque ex tempore, & absentia eorum, qui læsi, indignatio frigescit, vel Judex moritur, aut testes deficiunt, & ita nec legis, nec Reipublicæ satisfacit; unde non in universum Senatum, sed celerius in quemcumque Senatorem, cum opus fuerit, visitatio providendo foret. Et infra, ibi: *Nam si omnes non deliquerunt, quare universo ordini, & Senatui gravamen visitationis injungitur? tunc similiter nullo majori metu, magistratus, mores Princeps coercere poterit, & diligentiam excitare, quam si sciant in eum, qui non rectè munere fungeretur, Syndicatum specialiter decernendum; ut non solum postea sententia notetur; sed etiam antea inquisitione ipsum respiciente, & non alio.*

15 Docet Franciscus de Ponte *de potest. proreg. tit.* 3. § 7. *in princ.* quòd ut parcatur sumptibus, quos pariunt visitationes generales, & evitentur altercationes, quæ suscitari valent inter Proreges Regni, & Visitatores, utilitati publicæ congruit, ut committatur ipsi Protegi visitatio Magistratuum: nam qui indagare veritatem potest est ipse Prorex, qui de omnibus est informatus; & benè cognoscit qualitates, & partes Ministrorum, & non minus subditorum qui ut plurimum propter justitiam eis administratam, in ipsorum votum insurgunt adversus Ministros, & si Proregi totum Regnum gubernandum, & custodiendum confiditur; quantò magis visitatio suorum Ministrorum, cujus principaliter interest habere ministros vitæ innocentia conspicuos, puritate integros, ac litterarum genere præditos; nam aliàs ut plurimum fiunt hinc inde partes; & omnes adhærent Proregi, & visitatio ad nihilum reducitur: hæc de Ponte qui supra, quem sequitur Mastril. *de Magist. lib. 6. cap. 2. nu. 19.* Berart *in spec. visit. cap.* 3 *n.* 83. observat Maria Prato *in resp. pro Syndic. num.* 201.

16 Sed hæc non transeunt sine contradictore, nam inconvenientia in hac Proregis commissione insinuat Reg. Tapia *decis. Ital.* 3. *numer.* 2. & post illum Regens Santel. *decis.* 62. *numer.* 40. 78. & 79. & *seq.*

17 Affirmant alii, quod casu quo providetur de visitatione generali, Visitatori incumbat non procedere contra Magistratus subtilitatibus, vel voluntaris querelis, & calumniantium inquisitionibus, quando immunes sunt à corruptione, subornatione sive coemptione; quia aliàs perturbatur inde bonum publicum avertendo, Judices ipsos à cura, laboribus accusationis, & querelæ, qui ex hac imbecilles redduntur, viribus carent, officium vilescit, & ex tali impedimento nesciunt, quid faciunt, Mastril. *de Magist. lib. 6. cap.* 8. *num.* 4. *cum seqq.* Sesse *in respon. pro Syndicatu num.* 5. & 6. Bovad. *in politic. lib. 5. cap. 1. num* 59. 134. & 135. & *numer.* 143. Solorzan. *de jure Indiar. d. lib* 4. *cap.* 8. *num.* 55. Gallego *in resp. pro Syndic. par. 1. cap. 1. num.* 11. & 16. Vargas *consid. prac. de Syndic. p.* 8. *in introduct. n.* 24. & *p.* 6. *consid.* 17.

18 Et omnes eam tradunt rationem; nam Magistratus, qui illotis manibus administrarunt Rempublicam, & æquabiliter eam in pace, justitia sustentarunt, benè est de ea mereri, ut de scrupulosa inquisitione non vexentur *Auth. de fide inst. §. oportet*, ibi: *Non expedit de rebus exiguis sustineant homines attritiones, l. nec supina* 6. ibi: *Nec scrupulosa inquisitio exigenda, ff. de juris, & facti. ignor. l. servus veritus* 119. ibi: *Nec scrupulosa inquisitio fiat, hoc est negligentiæ ratio non habeatur, sed tantum fraudum, ff. de leg. 1. l. Senatus censuit* 15. *in princip.* ibi: *Et si errasse videbitur, det imprudentiæ veniam, ff. de jure fisc.*

19 Quibus quadrat dictum Samuelis Judicis, & Prophetæ Regni Israel, quia coram domino se obtulit rationem reddere; *utram bovem cujusquâ tulerat, aut asinum, si oppressérat aliquem, si de manu cujusquam munus accéperat, & restituet illis*: dum quibus concordat Eccles. *cap.* 46. *circa finem*, insinuans detestabile in Ministro justitiæ quodcumque genus furandi, ut magis enixè illud declarat Salvian *lib.* 4. *de gub. Dei*, adductus per Rober. *rer. judic. lib.* 1. *cap.* 4. *in fine*, ibi: *Furtum in omni quidem est homine malum facinus: sed damnabilius, si Senator furatur.* Sed parcendum præter tam difforme, quodcumque leve, scribit Tacit. *in agric.* ibi: *Parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare, nec pœnas semper, sæpiùs pœnitentia contentus esse.*

Et eo modo etiam non difficulter procedent, quæ supra firmavimus, nam licèt non subsistat decretum, nec valeat consuetudo, quòd officialis non teneatur Syndicatui stare; tanquam contra bonos mores, & utilitatem publicam condita; intelligitur tamen pro gestis dola, & fraude; nam aliàs remitterentur delicta futura, quod leges abhorrent; sed non, ut remissæ non censeantur scrupulosæ indagines, imò approbant jura, ut per illud decretum, vel consuetudinem de non stare Syndicatui, exacta inquisitio remissa intelligatur, ut seipsos declarant Bovad. *in præcit. lib.* 5. *cap.* 1. *nu.* 26. Canc. *var.* 3. *cap.* 12. *num* 74 & *seq.* Scialoja *de for. comper. d cap.* 33. *num.* 204 Fragol. *de regim. tom.* 1. *lib.* 7. *disp.* 23. *num.* 7. Guazz *defen. reor.* 1. *cap.* 23. *n.* 9. Crespi *obs.* 98. *num.* 3. 20

Argumento eorum quæ tradunt Doctores, quòd licèt Administratori sit promissa à rationibus reddendis liberatio pro futura administratione, subsistit, ut non teneatur anxia, & stricta rationum redditione, benè vero dolosa teneatur, cum ubique dolus in generali remissione videatur exceptus, *l. tres fratres* 35. *ff. de pactis*. ne præberetur ansa delinquendi, ut respondit Consultus *in l. si unus* 27 *§. illud* 3. *ff. de pac.* Covar. *var.* 2. *cap.* 14. *num.* 3. & ejus Addit. Ibañez de Faria *num.* 32. & 44. Canc. *var. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 85 & *seq.* Dominus Don Christophorus Crespi de Valldaura *d. obser.* 98. *num.* 2. ubi *num.* 4. rem declarat. Nigro *tom.* 1 *cont.* 73. *num.* 28. & 29. qui ea ratione tradunt, nec dolum pro futura administratione posse expressè remitti; licèt dolus præteritus remitti permittatur, *actione* 4. *C. de transact. l. si quis rationes* 10 *l. Lucius* 13. *l. Aurelius* 29. *§. Titius, ff. de lib. leg.* Farinac. *in frag. dicton. dolus, num* 151. Gomez *var.* 2. *cap.* 12. *num.* 83. & ejus Addit. Allon. Cabal. *resol crimin.* 115. *tot.* Guazzin *defens. reor. defen.* 3. *cap.* 6. *num.* 8. ibi id intelligit quoad remittentis damnum; non quoad vindictam publicam; & facit Paulus I C. *in l. illud convenire* 3 *ff. de pact. dot.* 21

Ac denique affirmant ultimi, quòd proficua, & non nociva regimini publico sit Magistratuum visitatio, quãdo limitatur ad tempus, casus & personas, ut dixit de visitatione Ecclesiastica Concilium Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 3. ubi Doctores; ne scilicet Magistratus perpetuò essent submissi calumniis partium, quarum infligatio eos deterreret, & à justitiæ administratione turbaret, vilesceretque constantia in judicando, quam omnimodè in Judice requirunt Alvarez Velaz. *de judic. perfect. rub.* 1. *à num.* 3. Peg. *in prax. Crimin cap.* 8. *num* 11. Xammar *de offic. Jud par.* 1. *quæst.* 1. *nu.* 27. & ne benemeriti præviis molestiis, & pensatis scrupulosis indagationibus, à munerum acceptatione se distraherent, & inconsulti ea ambirent, quæ publica invadunt, Bovad. *lib.* 1. *polit. cap.* 6 & *cap* 15. Prato *de Syndic. numer.* 594. Bol. *de decoc. debit. fiscal. tit.* 5. *q.* 2. *nu* 30. *cum seq.* quas rationes expedit Vargas *in consid. prac. p.* 6. *consid.* 17 *tota.* 22

Si mihi licet in eam rem certum expromere animum, non recedam à priscis, qui ægrotos in propatulo collocabant, quos, quisque, si quid salutare, vel ægrotando ipse, vel ægrotos tractando comperisset, judicabat, Plut. *nosce te ipsum*, ex proverbiali schemate experientia est rerum Magistra, & quod in pristino poterat esse illucinatio, jam in hoc firmum sustinetur judicium, ut cum Demade possimus dicere, namque interrogatus, quo præceptore usus esset? *Tribunali* respondit *Atheniensium*, Stob. *ser.* 27. 23

His igitur, & præponderatis Doctorum dictis fasciculum colligam, introductionem visitationis in Magistratus rationem de gestis suis redditurus, Divino, & Humano jure stabilitam, Capu. *de regim. Reipub. cap.* 7. § 9. *nu.* 1. & 61. Romaguera ad Concil. *super Statut. Eugub. l.* 1. *rub.* 19. *n.* 16. Otero *de officialibus, c* 16. *n.* 38. utilitati publicæ esse consentaneam; sed in ejus perniciem retorqueri, si exerciteur in investigandis vanis querimo- 24

UAB Biblioteca de Ciències Socials

rimoniis, aut si subtiliter contra Magistratus scrupulositates captentur; quia his vilescit auctoritas imperii, & justitiæ administratio turbatur, & adhuc ut plurimum inutilis postea visitatio generalis redditur: attamen quod sine strepitu ea visitatio commodiùs, & utiliùs fieri valebit, si particulariter in Ministrum provideatur.

25 Practicetur tamen hæc visitatio, audito inquisito, & in hanc partem præter jura nostra, quæ id suadent, refero illud celebre dictum, quod recitat Pater Andreas Mendo Societ. Jesu *de princip. perfect. doc.* 62. in illis verbis: *Aun menor castigo no quiso dar el señor Rey Felipe Segundo à Granuella, que aviendole puesto por Governador en Flaudes, y instandole de allà dos señores, y personas de mas lustre, le privasse del cargo, les respondiò, que no acostumbrava remover ningun Magistrado sin causas, y sin oirle, y que pues no le hazian cargos, no era justo privarle, y que viniesse alguno à darle quenta de ellos, y vistos essos, y los descargos, resolveria lo mas conveniente*, & infra ibi: *Taunque el puesto de Magistrados, y Consejeros pende del Principe que le dà, no se le debe quitar sin culpa, comolos demàs castigos no se dàn sin ella, y assi el cinguło que antiguamente era insignia de los Magistrados, nunca se les quitaba*; ad quod adducit Cassi. *lib.* 6. *epistol.* 2.

26 Redarguo igitur visitationem extrajudicialem secretam, quando Princeps adhibet Visitatores secretos contra ejus Officiales, à quibus habitis relationibus, procedit nulla sententia lata, nec ipsis aliter auditis, quæ fundamentum habuit *ex l. cum oportet* 19. *de accusat. & ex l. justissimos* 3. *C. de offic. rect. provinc.* & de ea meminit Annib. Molesi. *decis.* §. 16. *quæst.* 3. *num* 13. Fontanel. *dec.* 215. Crespi *obs.* 7. & ad id singulare adducit Mastril. *de Magist. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 27. quod observatum audivit in suo Regno, ut fama fert, quòd Supremus Consiliarius, qui primus procedendi modum hunc, nullis datis defensionibus contra reos introduxit, fuit unus inde ex his, contra quem eodemmet modo processum fuit, juxta illud Psalm. 7. *Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foveam, quam fecit, &c* quæ refert, & latius expendit Rub. *de validit. leg. cap.* 3. *num.* 72.

27 Nec laudo visitationem secretam judicialem, quæ exercitatur in Ministros Regios in communi, vel particulari cum sola summaria informatione, non didiscitis testibus, nec testificatis, nec exacta depositione à reo; sed traditis capitulis, de quibus accusatur, ea respondente, & probante, quæ sibi expedire credit, una sententia terminatur, de qua Reg Matthæu. *in tract. de re crimin. con.* 71. *nu.* 6. Velazq. *t.* 2. *conf.* 155. *nu.* 39. Larrea *d. decis.* 98. *num.* 15. Solor. *de jure Indiar. lib.* 4. *cap.* 8. *nu.* 11. Excellentissimus Dom. D. Christophor. Crespi *obser.* 89. *num.* 17. qui à Domino Rege Ferdinando Catholico in Regno Castellæ adductam asserunt, & de ea in suo Regno mentionem fecit Mastril *lib.* 6. *c.* 1. maximè *nu.* 24.

28 Visitandi jus competit etiam Baronibus, qui omnimodam jurisdictionem, merum, ac mixtum imperium habent, & sic jus compellendi Juratos, & Reipublicæ Administratores suorum locorum ad dandum, & reddendum computum rerum publicarum, Berart *in spec. visit. cap.* 2. *num.* 8. *& cap.* 23. *nu.* 4. Mieres *in comment. Cur Reg. Ferdinandi par.* 2. *col.* 9. *cap.* 25. *num.* 30. *in novis fol.* 274. Cancer. *var.* 3. *cap.* 3. *num.* 451. *& cap.* 12. *nu.* 237. Reg. Matth. *de reg. Reg. Valen. c.* 6. §. 1. *n.* 85. D. D. Christoph. Crespi de Valdaura *obser* 4. *nu.* 142. nec in his Regii Syndicatores se intromittere possunt, Mastril. *de Magist. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 37. & 38.

29 Ac licèt, quando adest consuetudo, controvertatur, an ea non obstante, possit Baro in suis locis deputare Visitatorem, & quod possint, teneat Bovad. *in pol. l.* 5. *c* 4. *nu.* 2. quem refert Berart *in spec. visit. c.* 2. *n.* 9. ab eis tamen discedit Craveta *consil.* 238. *& seq. vol.* 1. sed standum esse consuetudini est constans, ut dicit Berart *in d. c.* 23. *nu.* 4. affirmans tunc probari consuetudinem in juribus negativis consistentem, quando duo simul concurrunt, videlicet contradictio ex parte Populi, & patientia ex parte Domini, quia jura negativa neutiquam præscribi, & adquiri possunt, nisi à tempore prohibitionis, & patientiæ adversarii, & allegat Glos. communiter approbatam *in l. luminibus ff. de servit. urban* Sed adde magistralem doctrinam Covar. *in reg. possessor. par.* 2. §. 4. *num.* 6. *ver. huic sane.* Fab. *in C. lib.* 3. *tit.* 21. *de servit. & aqua def.* 1. & 10. Thesaur. *decis.* 16. *n.* 7. & 8. Canc. *var.* 2. *c.* 2. *nu.* 83. & 106. Fontanel. *to.* 1. *claus.* 4. *glos.* 17. *nu.* 52. Post. *de manut. obser.* 40. *in fine*, Rot. *recent. par.* 3. *decis.* 473. *nu.* 4. Crespi *obser.* 93. *n.* 27. Xam. *de Privileg. Civ. t. Barcin.* §. 10. *nu.* 71. & punctim in visitatione Ecclesiastica scribit doctissimus Pegas *de competent. inter Archiep. &c. p.* 2. *c.* 160. *n.* 20.

Hæc procedunt in Barone, qui habet omnimodam ju- 30
risdictionem, merum, & mixtum imperium; nam si tantùm simplicem jurisdictionem habet, jus ei visitandi non competit, sed Proregi, & Concilio Regio, Mastril. *de Magist. l.* 2. *c.* 1. *nu.* 38. qui allegat Cassan. *in Consuet. Burgun. in verbo des justiciers,* § 7. *n.* 36 & 37 Leo *l.* 3. *decisione decima tota*, tradit judicatum jus visitandi Universitates non esse mixti imperii, sed eo casu ad Præsidem Provinciæ, & Regium Officialem, & Gubernatorem Regni spectare debere, D. D Christoph. Crespi del Valdaura *d. obseru.* 4. *n.* 143. qui tradit decisum, at verò contrarium apud nos habetur, latè Reg. Cort ada *decis.* 148. *num.* 95

Et ideo 12. Februarii 1612. conclusione facta in Re- 31
gio Senatu Cathaloniæ, referente Senjust, inter Syndicum Villæ Sancti Cucuphatis, & Præpositum Monasterii ejusdem, decisum fuit, quod Dominus Jurisdictionis Civilis plenæ, qualis est dictus Præpositus, potest cogere Juratos, Administratores, & Receptores impositionum Universitatis ipsius Villæ, ad reddendum rationem illarum coram prædicto Domino, cum Dominis incumbat cura, an rectè pecunia Universitatis, & sic viduarum, pupillorum, & pauperum expendatur, non obstante, quod nunquam eam reddiderint coram Domino, sed solum coram Auditoribus computorum, ad id per Universitatem electorum, cum non constaret olim de contradictione vassallorum, & dicti domini Præpositi acquiescentia, undè potuisset incipere præscriptio quam recitat Xammar *de priv. Civ. Barc* §. 10. *n.* 72.

Et Noviter ref. Nob. Petro de Amigant Tertiæ Au- 32
læ Doctore, nunc F. A. In causa inter Syndicum Universitatis Villæ de Banyolas, ex una, & Abbatem ejusdem Villæ ex alia, cum Regia sententia lata die 17. Octobris 1682. scriba Collell, omnia supra tradita fuerunt declarata, ibi: *Constat præfatam transactionem non opponi prædictis mandatis, nec contra ea facere quod memorata Universitas nunquam ostenderit libros Administrationum Abbati, sed solum computa reddiderint Administratores coram Auditoribus computorum, cum non appareat de contradictione antiqua vassallorum, & Abbatis acquiescentia, unde potuisset incipere præscriptio, neque enim de possessione immemorabili circa ista allegata constat, saltem eo modo quo de jure constare debet, atque ideo patet à jure non esse deviam jussionem Abbatis, directam ad editionem, & traditionem librorum Clavariatus per Juratos faciendam. His, & aliis, &c. declarat licere Abbati dicti Monasterii Sancti Stephani Balneolarum uti existenti in exercitio omnimodæ jurisdictionis illius Villæ, præcipere, & jubere Juratis ejusdem, quatenus edant, & tradant supradicto Abbati libros Clavariatus administrationum, & reddituum dictæ Villæ. Hoc tamen intellecto, quod similia mandata fiant cum præconio publicando in eadem Villa Balneolarum, sive de Banyolas, notum faciendo omnibus, quòd dictus Abbas nominavit aliquem Jurisperitum ad effectum visitandi nomine jam mentionati Abbatis dictam Universitatem de Banyolas pro administratione habita de redditibus illius perceptis, annis ibidem exprimendis, præcipiendo, ut ad diem designandam habeant libros paratos concernentes administrationes reddituum, & aliorum bonorum dictæ Universitatis in loco cum præmisso præconio explicando ad relatum effectum.*

DECISIO XCII.

ARGUMENTUM.

Regius Visitator non potest uti commissione secreta ad inquisitiones secretas formandum contra Regios Officiales, adversùs quos inquirit in visitatione publica statuta *in c.* 5. *cur. anni* 1599. nec virtute commissionis secretæ potest supplere id, in quo inordinatè processit in visitatione publica; ubi de præventione inter diversos Visitatores, & inter Visitatorem, & Judicem ordinarium inferiorem, inter quos obstat litis pendētia: ac etiam agitur de præventione inter Actuarios criminales.

SUM-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

SUMMARIUM.

1 *Nominatio Regii Visitatoris in hoc Principatu expeditur more Regiæ Cancellariæ Supremi Concilii Regii Aragonum; prout quæcunque Regia rescripta, quæ spectant ad Regna Coronæ Aragonum.*

2 *Et in hoc Principatu, & Comitatibus nulla negotia justitiæ, quæ tendunt ad interesse partium, diriguntur, quin sint firmata à Cancellario, Vicecancellario, aut Regente Regiam Cancellariam.*

3 *In omnibus Visitationibus semper litteræ nominationis Visitatoris fuerunt ea forma expeditæ.*

4 *Regium Visitatorem non posse uti (eodem tempore quo exequitur Regiam Visitationem publicam) commissione secreta, ad inquisitiones secretas firmandum contra Regios Officiales, traditur, ubi assignantur rationes.*

5 *Pro eo quod Officialis Regius Ordinarius (qualis est Visitator Regius) jurisdictionem ordinariam, exercet, non potest uti commissione.*

6 *Visitator Regius habet statutam formam, & contra eam non potest commissionem particularè obtinere.*

7 *Dominus Rex non attribuit Visitatori Regio commissionem, seu delegationem ad visitandum, sed nominat Visitatorem ad exequendum visitationem in Officialibus, juxta formam statutam* in cap. 5. cur. ann. 1599.

8 *Commissio causarum DD. Regiæ Audientiæ, quia jurisdictionem ordinariam habent, non est delegatio, sed divisio, seu distributio causarum.*

9 *Reputare Visitatorem alienigenam à Principatu, de Corona tamen Aragonum fuit statutum* in dict. c. 5. *& si commissiones acciperet, & eas exequi posset, in his reputaretur forensis, & esset contra Constitutiones sub* tit. que tots los officials en Catalunya.

10 *Proreges possunt obtinere commissiones in hoc Principatu extra ea quæ sunt sui muneris, & officii.*

11 *Visitator uno eodemque tempore non potest procedere ad inquirendum virtute potestatis ordinariæ, & simul commissionis secretæ, super eodem delicto, & remissivè datur forma opponendi exceptionem contra secundum processum.*

12 *Si processerit Visitator ad informationes processuum, non poterit impertiri nova commissione ad supplendum id, in quo non ordinatè processit.*

13 *Aliæ rationes pro facto controverso assignantur.*

14 *Respectu diversorum visitatorum datur prævention, & sic si unus prævenerit in punitione delictorum, non poterit alter, quamvis fuerit Superior, delinquentem iterum punire.*

15 *Litis pendentia obstat respectu Judicum ordinarii, & Visitatoris.*

16 *Decisio.*

17 *Alia decisio.*

18 *Inter Actuarios Criminales, quando detur prævention, usque ad nu. fin. cum decisione Senatus agitur.*

1 LItteræ Regiæ nominationis manus suæ Majestatis firmatæ diplomate Regio cum debitis solemnitatibus, more Regiæ Cancellariæ Supremi Concilii Regni Aragonum expeditæ, deferuntur Regio Visitatori nominato; etenim quæcumque rescripta, quæ sua Majestas expediri mandat pro hoc Principatu, & Comitatibus, non possunt aliter exequi (salva sua Regia clementia) nisi præmissa forma fuissent expedita, scribunt doctiss. Senator Ludovic. Ferrer *in suo disc. in defens. jurisd. R. reg. num.* 136 & 158. Vicecanc. Crespi *obs.* 15. *nu.* 35 & 83. quos sequitur Nobilis Sebast. de Cortiada *in disc. jurisdic. Ca. Gener. quæst.* 6. *nu.* 9. & utique est certum, quod omnia, quæ spectant ad Regna Coronæ Aragonum, debent expediri respectu provincialium per Concilium Supremum Aragonum, Bosch. *dels titols de honors lib.* 2. *cap.* 36. § 37. *vers. En lo dit Consell, fol.* 279. D. Vicecancel. Crespi *d. obs.* 15. *nu.* 58. *ver. Sed quæ*, cui subordinantur Regna Coronæ Aragonum, Leo *decis.* 2. *numer.* 32. *lib.* 1.

2 Et in hoc Principatu, & Comitatibus nulla negotia justitiæ, quæ tendunt ad interesse partium, diriguntur, quin sint firmata à Cancellario, Vicecancellario, aut Regente Regiam Cancellariam, juxta disposita in *Const.* 1. & 2. *tit. de offic. de Cancel.* Mieres *in Curia Barcinonæ Reg. Martini par.* 2. *collat.* 8. *cap* 1. *à numer.* 3 *fol.* 156. *in novis*, Oliba *de jur. fisc. cap.* 4. *numer.* 40. Berart *in spec. visit. capit.* 10. *numer.* 2. Nob. Sebast. de Cortiada *dic. quæst.* 6. *numer.* 8. ubi latissimè pro hac materia diversa exemplaria, ad id ipsum tendentia, refert usque ad finem quæstionis.

At hæc nemo inficiatur; quia ubique in omnibus Regiis visitationibus, quas ab anno 1599. perquisivi, semper hæ litteræ nominationis ea forma fuerunt expeditæ. Sed nuper in dubium audivimus, an ultra nominationem desuper expressam, cum qua visitationem generalem omnium Magistratuum Regiorum, qui non purgant tabulam, Visitator in hoc Principatu, & Comitatibus exequi tenetur, possit simultaneè commissionem secretam à Domino Rege obtinere, & ea uti eodem tempore, ad inquisitiones secretas formandum, & eas domino Regi referendum. 3

Quæstionem hanc non terminabimus ex firmamentis illis, non posse has commissiones clausas exequi in Cathalonia; quia non sunt expeditæ debita forma, & quia si admitterentur, eis procederetur per indirectum, sine plenaria cognitione causæ, ex abrupto, & non admissis defensionibus; sed terminanter eam destinabimus; sistunt ergo indubitata, quibus asseveranter firmamus, eodem tempore accipere, & uti non valere Regium Visitatorem nominatione publica formali, & commissione secretâ, & clausâ. 4

Primò; quia in hoc Principatu est statutum, quod Officialis ordinarius Regius (qualis est Visitator Generalis, qui habet jurisdictionem à lege & mortua, & viva, ut per omnes notatur *in l.* 1. *ff. de offic.* ad tradita per Cancer *var.* 3. *cap.* 12. *num.* 3. *& seq.* Fontanel. *decis.* 259. *numer* 4. *& seq.* Altima. *de nullit. tom.* 1. *par.* 2. *rub.* 10. *qu.* 1. *nu* 67. *& par.* 1. *rub.* 3. *quæst.* 10. *nu.* 21. allegatos à Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 1. *rub.* 19. *num.* 17. Reg. Cortiada *decis.* 16. *num.* 43. Berart *de visit. cap* 6. *numer.* 19.) jurisdictionem ordinariam, & à lege sibi attributam habens, pro illo, quòd utitur jurisdictione ordinaria non potest accipere, vel uti commissione, per textum formalem de omnibus Officialibus Regiis ordinariis loquentem *in Const.* 17. *l.* 1. *tit.* 37. *de cosas prohibidas vol.* 1. *Constit.* ergo ultra potestatem, quam *ex c.* 5. *Curiar. anni* 1599 habet Regius Visitator, non potest accipere, vel uti alia commissione particulari. 5

Secundò; quia Visitator habet statutam formam visitandi in præcitato *cap.* 5. & fit expressum *in cap.* 6. *seq. ejusdem Curiæ*, ibi: *En la forma que en aquella es à ordenat*; ergo contra hanc formam legalem non potest simul, & eodem tempore obtinere commissionem particularem, *ex Const.* 1. *tit. que novells officials lib.* 1. *vol.* 1. *Cons.* ibi; *E en è, per la forma.* Et infra, ibi; *Tolents, è abolints totas, è senglas comissions, è provisions en contrari fetas, è emanadas, ò de aqui avant emanadores: è si le contrari serà fet per los dits Officials, ò algu dells, sian aguts per privats de llurs effects, è tots actes que apres faràn, sian ipso jure nulles, è no sian obtemperats per los Officials ordinaris*, quod etiam comprobat *Const.* 2. *ejusdem tit que oficial novells*, & tradit Gallego *in respon. pro Syndic. c.* 7 *nu.* 17. 6

His rationibus non officit, si dicatur, quòd eis stantibus quorsum fieri valebit in hoc Principatu, & Comitatibus, quod Regius Visitator obtineat commissionem à Domino Rege ad visitandum Magistratus, qui tabulam non purgant, si pro illis visitandis jam habet Visitator potestatem, & dispositam formam *in dicto cap.* 5. *Curiar. anni* 1599. ? quia facilis est evasio; nam Dominus Rex *in d. cap.* 5. solum sibi ex conventione cum Curiis reservavit nundam nominationem Visitatoris, unde Dom. Rex non attribuit Visitatori Regio commissionem, seu delegationem ad visitandum, sed nominat tantùm Visitatorem ad exequendum visitationem in Officialibus, juxta formam statutam *in d. cap.* 5. ut doctè animadvertit Gallego *in resp. pro Syndic cap.* 7. *numer.* 19. *ver. Nono*. 7

Sic enim idem de commissione causarum, quæ fit per Cancellarium, Vicecancellarium, vel Regentem Regiam Cancellariam Doctoribus Regiæ Audientiæ affirmatur; quia cum jurisdictionem ordinariam, & à lege habeant, ea commissio non est delegatio, sed divisio, vel distributio causarum, Ferrer 3. *p. obser. cap.* 279. Ripoll ad Peg. *in prax. Civil. rub.* 5. *numer.* 10. Berart. *in spec. visit. cap.* 10 *numer* 11. Oliba *de jure fisc. capitol.* 4. *numer.* 48. Fontanel. *decis.* 411. *numer.* 2. 8

par. 3.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

par.2. Reg. Matth. de reg. Reg. Valen. tom.1. cap. 2. §. 2. n.20. & sec.3. n.1.182 quos allegat Reg. Cort. *dec.10 n.36*

9 Tertiò; quia deputare Visitatorem de Corona Aragonum, & non de hoc Principatu, & Comitatibus, & sic alienigenam, fuit statutum *in dict. cap. 5.* ergo ultra formam in eodem cap. dispositam, commissiones accipere, & eas exequi non potest Regius Visitator, in his namque reputaretur forensis, & intrarent prohibitiones *Const. tit. tot. que tots los Officials en Catalunya, y Mallorca fian Catalans in 1. vol. Const.* & signanter *Constit. 3. ejusdem tit.* quæ est ampliatio antecedentium, ubi ultra originem requirit domicilium ibi: *Ajustants que algun qui domicili no haja en Catalunya, no puxa esser Iutge Ordinari, delegat, ò Oficial, qui us de jurisdictiò, ne conexer de algun negoci de Catalunya, ò aquell encara determenar, è asso volem esser estes, no tant solament als Iutges de la nostra Cort, ans encara als Iutges de la molt alta Reyna muller nostra, è del Infant en Pere Primogenit, è General Procurador nostre, è encara à universos altres Iutges, è Oficials.* Et *Const.4* quæ terminanter prohibet has commissiones secretas ad informationes referendum D. Regi, ibi: *E à aquell anyadint statuhim, que algu qui domicili no haja en Catalunya, è aquell comunament no tenga en aquella, no puxa encara en nostra persona conexer, ò sentencias donar, ne proces en contra algu regoneixer, è relaciò en nostra Cort, ò en altra part fer de aquell, ne en altra manera se entremeta de causas de Catalunya per ninguna manera.* Quæ fuerunt confirmata per Dom. Regem Ferdinand. primum in prima Curia Barcinonæ anno 1413. quæ est *Const. 6. ejusdem tit.* & per Dom. Reg. Ferdinand. 2. in 2. Curia Barcinonæ anno 1481. *in ordine Constit. 11. eod.*

10 Nec tunc obstabit dicere, quòd Proregi Regni, cui ex potestate ordinaria, vel delegata ad universalitatem causarum non comperit facultas visitandi, vel inquirendi contra Regios Ministros, si facultas illa specialis tribueretur (prout requiritur, ut supra diximus) in commissione illa extra officium reputari deberet forensis, & sic intrare prohibitiones dictarum Constitutionum *tit. que tots los Officials en Catalunya*, quia respondetur, quòd indubiè hæc procederent, si specialiter de his in dictis Constitutionibus non foret provisum, ut *in Constit. 12. ejusdem tit.* ibi: *No volent ne entenent que en la present disposiciò, sien compresos loctinencia general, ne altres oficis de casa nostra, è dels Reys successors nostres.* Et adhuc, dum pendet visitatio generalis, Proregem simultaneè commissione illa uti non posse, est in comperto, ut infra dicetur.

11 Quartò; quia Visitatorem uno, & eodem tempore non posse procedere ad inquirendum, & formandum processus virtute potestatis, quam habet à lege, & simul commissionis secretæ, quam habet à Principe super eodem delicto, jura convincunt, *l. qui de crimine 9. Cod. de accusat.* ibi: *Qui de crimine publico in accusationem deductus est, ab alio super eodem crimine deferri non potest, l. hi tamen 12. §. ab alio, ff. eod.* ibi: *Ab alio delatum alius deferre non potest*, ubi Glos. in verbo *ab alio*. intelligit pendente accusatione prima, *l. & ita 3. §. fin. ff. nautæ, caup.* ibi: *Novissimè videndum, an ejusdem res nomine, & de recepto honorario actione, & furti agendum sit, & Pomponius dubitat: sed magis est, ut vel officio judicis, vel doli exceptione, alterutra esse contentus debeat, l plura 53 ff. de obligationibus, & actionibus*, ibi: *Plura delicta in una re plures admittunt actiones, non posse omnibus uti, probatum est. l. sanctio legum 41. ff. de pœnis*, ibi: *Neque sanè verosimile est delictum unum eadem lege variis æstimationibus coerceri*, concordat *l sepulchri 6. de sepul. viol.* Bartol. *in l. Senatus nu.3. ff. de accusat.* ubi dat formam opponendi exceptionem contra secundum processum pendente prima super eodem delicto, Greg. Lop. *in l.3. tit.1. p.7. in verb. otroserro.* Rot. *dec. 3. tit. de pœn. in antiquis*, Reg. Sesse *tom.1. decis.106. n.4.* ubi dicit, bis ita fuisse judicatum, & *num.7.* explicat doctrinam Bartoli *in d. l. Senatus* post Clar. *in prax. §. fin. quæst.13. verb. item quæro*, & in nostris terminis Sanfel. *d. decis. 62. num.25. & 136.* qui latius comprobat non posse admitti concurrentiam visitationis generalis, & inquisitionis clausæ, Larrea *decis. 98.* ubi decisum his rationibus tradit, non posse in secreta inquisitione adversus Judicem procedi, in eo quod muneris exercitium non respicit, & ante Syndicatum actio, vel accusatio, ab eo, qui injuriam passus est, instituta fuit.

Hæc procedunt a principio muneris injuncti; sed maximopere si processerit Visitator Regius ad efformationem processuum, non poterit impertiri nova commissio, ne ad supplendum id, in quo inordinatè processit; imò si tunc commissionem fuerit consequutus, de mala fide potest argui, prout adaptabiliter loquitur Sanfel. *dec.62. n. 130.* ubi Prorex Regni Neapolis, non finito visitationis generalis judicio, petiit litteras Regias, ibi: *Para poder processar algunos Ministros de secreto*, de delictis, quæ dixit, non fuerant per Visitatorem inquisita, & probat ex hac licentiæ impetratione malam fidem edoceri, & varias scribens rationes: eam assignat *num.151.* ibi: *Quartò hæc probatio malæ fidei est textualis per tex. expressum in c. penul. de præscript. ubi licet præscribens habeat bonum finè, ex eo solo quod petiit privilegium super illomet quod bona fide possidebat, interrumpitur possessor malæ fidei.* 12

Ultra jura expressa, id ipsum postulant innumeræ rationes, ne diversis sumptibus, & judiciis idem inquietetur, ne continentia causæ dividatur, ne officia mutuò se impediant, punctim Sanfel. *decis. 62. num. 138. & seq.* ne una pœna in uno processu ex altera in alio processu vindicetur, scribit latissimè Aylion ad Gomez *tom.3. cap. 1. numer. 38. & 39.* ne admissis in una causa defensionibus, eis omissis in alia judicetur, facit Scanar. *de visit. carcer. lib.1. § 8 sect. num.27* coercentur sicque duplæ explorationes, & vidi animo iterato, omni liberali doctrina politissimum Dominum Vicecancel. Crespi *obser.7. num 39. & 40.* 13

Etiam obstat litis pendentia respectu diversorum Visitatorum, & ideò, si unus ex Visitatoribus prævenerit in punitione alicujus delicti, non poterit secundus Visitator, quamvis fuerit Superior, delinquentem iterum punire, nec è converso, si quis à Visitatore præveniente, quantumvis inferiore, absolutus fuerit, non poterit iterum ab alio, quamvis Superiore, cogi ad suam innocentiam demonstrandum, Barbosa ad Concil. Trident. *sess. 24 de ref. cap.3. nu.17. & in tract. de pot. Episc. p.3. alleg.73. n.31.* Tondut *p.2. de prov. c.45. n.18.* 14

Et eadem litis pendentia obstat respectu Judicum ordinarii, & visitatoris, dixit Larrea *in dic. decis.98 nu. 11.* ibi: *Cum de ea re ad judicium publicum fuerit proventum accusatione instituta ante Syndicatum, vel visitationem, non poterit in illa separatim eadem causa prosequi: nam sunt omninò diversa judicia, accusatio respicit judicium publicum, & regulare; Syndicatus verò, & visitatio secretum, & extraordinarium, etenim judex semel cœpti formam non mutanda. l. penultim ff. jud. solut, & ex mente Aristotelis notat Alciat lib.1. Parergon. c.17. consentit Marta de jurisdict. 4. par. c.177. n.3 dum tradit, intentato uno judicio velut ordinario, non posse variari ad executivum*, hæc comprobat Crespi *obser.1. num 317 cum seqq.* 15

Sic die 10. Januarii 1605. in Regia Visita Regentis Clavero fuit absolutus Anticus N. Regius Commissarius à querela sibi illata per Syndicum Universitatis de Santa Susana pro indebita exactione salarii diurni, & aliorum jurium in executione Regiæ sententiæ sibi commissæ in favorem Don Heronymi Angelesola contra dictam Universitatem; & quia super impetitis vertebatur inter partes lis in R. A. fuit dictum in illis verbis: *Et meritis processus attentis constat super prædictis pendere litem inter dictas partes in Regia Audientia ad relationem Jacobi Puig in R. C. D. ac de dicta litis pendentia per dictum Anticum N. oppositum fuisse, ob dictamque causam, & ex aliis in processu deductis dictam querelæ justificatam non remanere idcircò, & aliàs pronuntiamus, sententiamus, & declaramus, ac dictum Anticum N. absolvimus à dicta querela: reservamus tamen dictæ Universitati omnia jura sibi competentia circa prædicta tam deducta, quàm deducenda in dicta causa vertenti in R. A. quibus in aliquo præjudicare non intendimus; sed quòd liberè dictam causam prosequi valeat, perinde, ac si dicta querela posita non fuisset, nec præsens sententia lata.* 16

Sic etiam per eundem Reg. Clavero die 11. Januarii 1605. Gualdericus N. Locumtenen. Procuratoris Regii in statione Confluentis accusatus, quòd negligentia data, opera commissa, excarceravit quendam pyratum, ut revelaret quasdam res Regii patrimonii, apud dictum Gualdericum N. perventas, & occultatas, & fuit dictum, ibi: *Ideo, & aliàs declaramus, & sententiamus, dictam accusationem non remanere legitimè fundatam, ut in hoc Syndicatus judicio potuerit definitivè decidi, nec dictæ litis pendentiæ præjudicium parari, absol-* 17

absolvimus ab observatione præsentis judicii Syndicatus dictum Gualdericum N. salvis juribus Regio fisco competentibus in dicta causa suscitata coram præfato Procuratore Regio.

18 Præventio etiam datur inter Actuarios Criminales, & ille præferendus est, qui causam præoccupavit, Tondutus *de prævent. judic. par. 1. cap. 2. nu. 3.* Unde in Regio Concilio regulariter Notarius, qui conficit processum evocatæ causę, & simul præoccupat causam, prętfertur ei, qui cum Judice R. C. vel Algutzirio processum fortificat.

19 Hinc cum Bernardus Famada Notarius Regius de anno 1678. à præsenti Civitate Barcinonæ discessisset ad actuandum processum contra quosdam Inquisitos Civitatis Tarraconæ, comitando Magnificum Michaelem Joannem Taverner I. R. C. & Algutzirium Regium, & absente jam dicto Famada fuisset evocata causa, actuante Hieronymo Badia Regio scriba petitionerio, dubitatum in Regio Concilio fuit, quis ex his Actuariis præferri deberet in fabricatione processus.

20 Et invaluit, ac verbo decisum fuit, ad dictum Famada pertinere actuationem processus; licèt namque dictus Badia esset Notarius evocatæ causæ, eam tamen præoccupaverat dictus Famada proficiscendo à presenti Civitate, destinatus ad illum fabricandum processum.

DECISIO XCIII.

ARGUMENTUM.

De Officialibus perpetuis, vel temporalibus conveniendis tàm in causa Civili, quam Criminali durante eorum officio, & de stylo procedendi per contumaciam contra Regios Officiales in Regio Concilio: ubi, an citatio eorum debeat esse personalis, vel an sufficiat per proclamata pertractatur.

SUMMARIUM.

1 *Ad rectam Principatus administrationem Magistratus omnino sunt necessarii.*
2 *Magistratus temporales esse jura disponunt, ubi remissive de quæstione, an conveniens sit, Magistratus esse temporales, vel perpetuos.*
3 *Si ad modicum tempus Officiales sint creati, inutile agnoscitur.*
4 *Ratio assignatur diversis Constitutionibus* tit. de Offici de lutges de Taula.
5 *Secundum diversam speciem politicæ constituendi sunt Ministri, temporales interdum, & perpetui interdum, & qui hi sint in hoc Principatu.*
6 *Officiales Regii temporales durante ejus uita, vel ultra triennium, perpetuari prohibentur; & ad reddendum rationem muneris ante gesti, quolibet triennio nominantur Syndicatores, id est Judices Tabulę, qui cõtra Officiales inquirũt; & qua forma.*
7 *Judices Tabulæ dicuntur, quia Officiales in ingressu officii præstant securitatem tenendi Tabulam, id est cautionem de standō Syndicatui, quæ securitas ab omnibus Officialibus Regiis temporalibus præstari debet.*
8 *Quam securitatem repetunt finito officio comparendo coram Judicibus Tabulæ, ubi simplici cautione promittunt de standō juri, & judicatum solvere, & non recedere à loco Tabulæ, sine licentia intra quinquaginta dies.*
9 *Officialis, qui Tabulam non purgaverit, ad alia etiam in diverso loco officia promoveri non poterit.*
10 *Etsi Officialis Regius, qui minus anno in officio steterit, possit in ulteriori triennio continuari; non tamen poterit, si de gestis in illo residuo prius rationem non reddiderit.*
11 *Designantur Officiales perpetui remissive.*
12 *Officiales dicuntur etiam qui jurisdictionem non habent, & tantum in potiori significatu Officiales vocantur, qui utuntur jurisdictione.*
13 *Pro Officialibus perpetuis statuta est forma visitæ, Regiæ* in cap. 5. cur. anni 1599. *quod explicatur.*
14 *De jure Communi Officiales temporales durante officio non possunt conveniri.*
15 *An Consiliarius hujus Civitatis, Civiliter possit conve-*
16 *niri durante anno Consiliariatus, agitur remissive.*
In Cathalonia Officiales Regii pro malè extorsis, aut gestis, & ex contractionibus propriis conveniri possunt coram domino Rege; & sic coram Locumtenente Generali, vel coram Generali Gubernatore, durante Vice Regia, nec ab Ordinariis puniri possunt, & si aliquos excessus fecerint in Baronia, potest Baro contra illos agere ad emendam damni, & illius punitionem in R. Audientia aut in judicio Tabulæ, finito officio.
17 *Vicarii, vel eorum Locumtenentes infra eorum Vicarias latas justitiam querelantibus possunt facere de Baiulis Regiis, & eorum Locumtenentibus, Assessoribus, & Judicibus ordinariis: è contra Baiuli, vel Locumtenentes Regii, de Vicario, & eius Locumtenentibus, Assessoribus, & Judicibus Ordinariis possunt, & debent de his, quæ Civiliter debent uti privatæ personæ facere iustitiam, durante officio, & eius administratione.*
18 *Stylus procedendi in R. Concilio contra Regios Officiales per evocationem causæ, aut via ordinaria, & per capturam: ubi de forma usque ad num. 20.*
21 *Citatio domi facta sustinetur; quando fieri personaliter non potest, & Nuntius tenetur exprimere in relatione domum, & diligentias, quas adhibuit in persequendo reum, ut personaliter illum citare posset, & intelligitur domus in qua habitat, & in qua sedem constituit, vel domus, in qua uxor habitat. Ubi quid in vagabundo.*
22 *Ad incursum pœnæ in casu contumaciæ vere necessaria est citatio personalis.*
23 *Decisio Senatus de citatione per proclama.*
24 *Alia decisio.*

AD rectam Principatus administrationem, Magistratus omnino necessarii sunt, juxta divum Tho. scribit ejus com. Salzedo *de reg. Princ. lib. 2. c. 8. n. 67.* quia inquit Cassiod. per illum allegatus *l. 8. c. 9.* ibi: *Summæ potestati alios in curarum partem adiungendos esse, tum quod facilius munia Reipublicæ sociatis laboribus exequitur; tum etiam, quod melior æstimabitur, qui solus omnia non præsumit,* ad idem latè Don Feder. Moles *de def. in. elec. §. 1. in princ. ex* Tac. *annal.* 3. ibi: *Non potest Princeps sua scientia cuncta complecti,* Peg. *in prax. crimin. c. 7. n. 1.* Gallego *in resp. pro Syndic. c. 1. n. 22.* Solorz. *de iur. Indiar. l. 4. c. 3 nu. 10. & 11.* Xam. *de offic. iudic. par. 1 quæst. 2. nu. 42.* Roccus *de offic. in proœm. nu. 2. cum pluribus seq.* Galeota *resp. fisc. 12. num. 85.* 1

Et licèt eos temporales esse, & non continuandos disponant jura *in l. honor. 14. § gerendorum. ff. de mun. l. divus 18. ff. ad munic. l. legato 12. ff. de vacat. mun. l. filio 6. ff. de legat. l. nemo 5. cum seq. C. de offic. l. unica, C. ad leg. iul. de ambit. l. 2. C. de mun. l. 10.* quam & alias ibidem ponderat Amaya, & in ea est sententia Grat. *discep. foren. c. 18.* Tiraq. *in l. si unquam in præf. n. 14.* Paschal. *de virtb. par. potest. 4. par. c. 10. n. 2 & seq.* Staiban. junior *resolut. 87. n. 17. cum seq.* ubi adducit limitationes, Luca ad decis. Franc. 264. Scanarol. *de visitat. carcerat. l. 1. c. 7 nu. 20.* & de quæstione, utrum conveniat Magistratus esse temporales, vel perpetuos ex Arist. *2. c. 7.* Siman. *l. 8. de repub. c. 37.* Bodin. *de repub. l. 4. c. 4* Bovad. *in polit. l. 1 c. 17.* Mastril. *de Magist. l. 1. c. 23.* Contzen *polit. l. 7. c. 10.* & aliis scribit Solorz. *de iure ind. cap. 4. num. 56.* 2

Cæterùm ad modicum tempus Officiales creari inutile agnoscit noster Mieres *in Cur. Jacob. II. col. 4. in novis. p. 1. fol. 192. n. 3.* ibi: *Quia scientes se modicum durare in administratione officii, emungunt plebiculas usque ad sanguinem, & tanto dominantur gravius, quanto brevius, & qui recentes superveniunt, dissipant, quidquid invenlunt,* prout etiam ad id scribit Salzed. *de reg. Princ. d. lib. 2 c. 10. nu. 83.* qui affirmat ibi: *Videntur quidem annui magistratus accipitribus Novergiæ similes, qui ob brevitatem diei cito, avidissimèque cæteras aves rapiunt,* & faciant quæ tradit Peg. *decis. 10. nu. 4.* Fontanel. *tom. 1. de pact. claus. 4 glos. 9. par. 2. ex nu. 24. cum sequentibus.* 3

Hæc fuit ratio, ut scribit Mieres qui supra, quare post Const. 2. 3. 4. & 5. per Dominos Reges Alfons. Secundum, & Jacob. Secun. *tit. de offic. de Jutges de Taul.* statutum fuerat, quod quolibet anno fieret inquisitio in officiales per eundem Dom. Regem Jacob. Secun. postea *in Const. 6. sti.* dispositum fuit quod prorogaretur ad biennium, & postea in Const. 7. eodem, ad triennium, quo jure 4

urimur; etsi etiam in hanc partem non desint quidam ex supra allegatis Doctoribus qui affirmant, contra utilitatem publicam esse, in tam longum tempus officia prorogari, & maximè Tacit. annal. 2. ibi: *Superbire homines etiam annua designatione, quid si honorem per quinquennium agitent?*

5 Sed quia secundùm diversam speciem politicæ, constituendi sunt ministri, temporales interdum, & perpetui interdum; ut optimè ponderat Salz. *de reg. Princ. qui supra, lib. 2. cap. 10. num.* 8. ideo in hoc Principatu statutum reperimus, ut sint duo genera officialium regiorum: alii namque sunt officiales Regii temporales, qui ut plurimum sunt triennales, & alii sunt officiales Regii perpetui, veluti Senatores Regii, & complures, ad quod inducitur Solorz. *de iur. ind. lib. 4. cap. 4. nu.* 56. affirmans Prætorum, Correctorum, & aliorum similium Magistratuum officia, convenienter ob varias, & graves causas temporalia esse debere, Senatorum autem, vel Auditorum, Quæstorum criminum, ac Fiscalium, qui ad Regia Concilia, & Cancellarias, meritis, virtutibus, & studiis præcedentibus, & suffragantibus provehuntur, in perpetuum conservari oportere; idem scripsit *in pol. Indian. lib. 5. cap. 4 pag. 783. ver. La qual decision.*

6 Officiales Regii temporales (quos nec perpetuari durante ejus vita, nec continuari ultra triennium est dispositum *in Const. 1. 2. & 3. tit. de offic. triен. no fian atorg. à tot. te. Const. 1. & 2. tit. q. offic. temp. no fian cont.*) ad reddendum rationes ante gesti muneris, tenentur, & ad id quolibet triennio, tempore carnis privii nominantur tres Syndicatores, quorum alter est Miles, vel de genere militari, alter Civis, vel Burgensis, & alter jurisperitus, qui contra dictos officiales inquirunt, & ad eum effectum ipsis consignantur quatuor menses, videlicet primus mensis ad proponendum querelas, secundus ad eas justificandum, tertius ad defensas, & ultimus ad sententiandum, juxta disposita *in dict. Const. 7. & 19. tit. de offic. de Iuries de taul.* quæ confirmatur *in Const. 12. cur. anni* 1599. ubi pœna judicibus negligentibus intra illa tempora declarare, statuitur, Romaguera ad Concil. *super statut. Eugubii lib. 1. rub. 19. nu.* 30. *& seqq.* qui Syndicatores in dictis Constitutionibus, & passim cognominantur judices tabulæ Mastril. *de Magistrat. lib. 6. cap. 10. n.* 153. Font. *tom. 2. decis.* 157. & 158. *tot.* Canc. *var. 3. cap. 12.* & de materia Mieres in Curia Barcinonæ Jacob. 2. *col.* 4. *in novis fol.* 191.

7 Appellantur ideo Judices tabulæ; quia in ingressu officii præstant Officiales securitatem tenendi tabulam, quæ in effectu importat cautionem de stando Syndicatui finito officio, Canc. *var. 3. cap. 12.* Font. *de pact. nup. to. 1. claus. 4. glos. 10. par. 2. nu. 39 & tom. 1. dec. 157. nu. 3. & 158. nu. 12.* & habetur *in tot. Const. de officis de lugies de taula*, ubi generaliter statuitur ab Officialibus Regiis temporalious præstandas esse has securitates. & signanter *in Const. 3. 8. & const. statuim. 13. tit. de offici de Veguers*, quod juri communi conforme inducitur *ex l. fin. §. fin. ff. ad munic.* Bovad. *in politic. lib. 1. cap. 15. nu.* 49. Mastril *de Magist. lib. 6 cap. 4. nu* 20. Varg. *de Syndic. consid. pract. par. 6. consid. 17. num.* 24. Nec aliter possunt recipi in Officiales per Universitates, ut per Capiblanc. & Altimarum probat Romaguera ad Concil. *super statut. Eugubii lib. 1. rub. 19. num. 21.* diximus *dec. 4. nu. 8.*

8 Quam securitatem repetunt finito officio, comparendo coram Judicibus tabulæ, ubi simplici cautione promittunt de stando juri, & judicatum solvere, & non recedere à Civitate, Villa, seu loco ubi tabula tenetur, pendente visitationis judicio, sine licentia ipsorum Judicum tabulæ, seu Visitatorum, petita, & obtenta, ut de jure est dispositum *in Auth ut iudices sine quo suf. tot. l. 1 C. ut omnes iudices*, & de speciali jure probatur *in Const 18. tit. de offici de Jurg. de taul.* in qua disponitur Officialem non posse recedere à loco tabulæ finito officio, nisi elapsis quinquaginta diebus, quam explicat Canc. *var. par. 2. c. 2. nu.* 178. apud Lusitanos triginta tradit Barbosa *in collect. ad cod. in d. l. 1. C. ut omnes iudic.* & idem apud Hispanos Paz *in schol. ad leg. Syl. l. 135. in fin. nu. 2.* Bovad. *in politic. lib. 5. cap. 1 num.* 77. & ulteriùs tenentur jam à principio muneris deponere salaria dictorum Judicum, qui eos sunt judicaturi, *Const. 17. eod. tit.*

9 Et tam rigidè præmissorum observantiam disponunt jura, signanter *Const. com en la cort tit. de offic. de Jurg. de taula*; quia si tabulam Officiales non purgaverint, ad alia etiam in diverso loco officia promoveri non potuerunt, & probat *tex. in l. neminem 4. Cod. de susp. præp. lib. 10.* Rovitus *in prag de Baron. num. 19.* Scyal. *de foro comp. cap. 33. nu. 119.* Mastril. *de Magistrat. lib. 1. cap. 23. num. 75.* Font. *tom 1. decis. 157. num. 15.* Cancer. *var. 3. cap. 12. num. 151.* Altimarus *de nullit. tom. 1. par. 2. rubr. 10 quæst 12. num. 1.* Fragos. *de Regim. Reipub par 1. lib. 7. disp. 23. § 1. num. 11. & 13.* Romaguera ad Conciol. *super stat. Eug. lib. 1. rub. 19. nu. 22.* quæ jura intrepidè observant Veneciani, Genuenses, Lucenses, & Florentini, tradit Bovad. *in polit lib. 5. cap. 1. num. 24. circa finem*, & Lusitani, Fragos. *de regim. tom. 1. lib. 7. q. 23. num. 12.*

Quæ adeò in hoc Principatu vera sunt, ut etsi Officialis Regius, qui minus anno in officio steterit, possit in ulteriori triennio continuare, *Const. 1. tit. que offic. temp.* non tamen continuare poterit, si de gestis in illo residuo, prius rationem non reddiderit, ut contra doctrinam Berart. *in spec. visit. cap. 3. num. 33.* affirmant Canc. *var. par. 3. c. 12. num. 170.* & post eum Xammar *de offic. iudic. par. 1. quæst. 24. num. 46.* & lato calamo tuetur Font. *tom. 1. decis. 157. & 158.* Nec sic esse differendum Syndicatum in finem ulterioris trienii, Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib 1. de rub. 19. nu. 26.* 10

Officiales perpetui designantur *in l. iurisperitos 30. ff.* 11 *de excusat.* & ibi notant Baldus, & communiter Doctores, Font. *tom. 1. decis. 213. num. 2.* Canc. *var. par. 1 capit. 1. numer. 99.* Oliba *de jure Fisci cap 4. num. 45. & seq.* Castillo *contr. lib. 7. cap. 41. num. 22.* Molina *de Hisp. primog. lib. 1 cap. 25. à num. 3.* Mastril. *de Magist. lib. 1. cap. 27. à num. 16.* & alii per Boer. *de decoc. debit. Fisc. tit. 1. quæst. 15. num. 2.*

Et licèt etiam Officiales dicantur, qui officium publi- 12 cum in Republica habent, *l. verum 12. §. ex facto: ff. de minor. l. aufertur 2. ff. de his quæ ut indig. l. observare 4. §. proficisci 2. ff. de offic. procons.* & paulò latiùs Officiales dicantur, qui jurisdictionem non habent; in potiori tamen significatu Officiales nuncupantur, qui jurisdictione utuntur, Sesse *de inhibit. cap. 1. §. 4.* Font *tom. 2. decis. 599. num. 2.* Vincent de Franc. *decis. 407. num. 5.* & ibi Carol. Anton. de Luca, Rovit *in pag. de offic. & quæ his probib. num. 1. & decis. 72. num* 50. Thoro *in verbo Officialis an actuarius tom. 2.* Sanfel. *decis. 61. numer. 7.* Stayban. jun. *resol. 100 num. 45. & 50.* novissimè Dom. Reg. Vilosa *post tract. de fugit. dissert. 5. §. 2. numer. 21.* prout sic intelligimus *Const. 6. tit. de elec. dels Doctores*, ibi: *En algu dels llochs, ò oficis.* Et *Const. com sia 8. tit de violent. y resist. de despulla*, in similibus verbis.

Pro Officialibus perpetuis statuta est forma Visitæ 13 Generalis Regiæ *in cap. 5. Curiar. anni* 1599. ubi nominatim ibidem explicantur, & sunt Consiliarii Regii, Magistratus, & Judicentes, & habentes officium, id est exercitium, & ministerium dictarum Potestatum, quales sunt Actuarii, Portarii, & alii ibi designati, qui perpetuum officium in Provincia habent, & ut uno verbo dicatur, comprehenduntur *in dicto capitulo 5.* omnes Curiæ cum suis Potestatibus, Officialibus, & Ministris deputatis ad justitiam ministrandam, expediendam, qui judicio tabulæ non tenentur, Ram. *consil. 35* maximè *num. 3.*

Etsi verum sit, quòd Officiales temporales durante ip- 14 sorum officio, non possint de jure communi conveniri nec Civiliter, nec Criminaliter; sed in fine sui officii de in eo gestis syndicari, *l. in jus 2. ff. de injus. voc. l. pars litterarum 48. ff. de Judic.* id est Officiales qui habent imperium aut potestatem, ut ibidem loquitur l. C. *& in l. nec Magistratibus 32. ff. de injur. & fam. libel.* non verò Magistatus minores, qui non habent dignitatem, ut explicat Mastril. *de Magist. lib 6. cap. 5. num. 5. & seq.* nisi in casibus, de quibus ipse *nu. 9* Berart. *in spec. visit. cap. 7. nu. 32.* Vargas *consid. prac. de Syndic. par. 7. consid. 3* & plenius Scialoya *de foro comp. cap. 33. in princ. usque ad nu. 9* Conciol. *resol. crim. 4. ver. Syndicatus, & ad statuta Eugubii lib. 1. rubr. 9. n. 2 & seqq.* explicans, qui sint Magistatus majores, & qui minores, & ibi Romaguera *n. 20. & rubr. 19. n. 11.* Choel. *de bon. regim. c. 19. n. 39* Solorzan. *in polit. indiana lib. 5. cap. 4. pag. 784. ver. Lo septimo.*

Et an id procedat in causis Civilibus durante consula- 15 tus anno, tractat Solorzan. *de jur. Indiar. lib. 4. capit. 4. num. 66.* & ni Consiliariis hujus Civitatis Barcinonæ tradit Romaguera ad Conciol. *in statut. Eugubii lib. 1. d. rubr 9. num. 19.* Xammar. *de privil. Civitatis Barcinonæ*

§. 71.

§.71. *nu.*21. & 28. & latissimè *post tract. D. Ioseph. Monras*, disputans an ea intelligantur in causis incæptis ante consulatum, & allegat Narbona *ad l. reg. lib. 4. tit. 1. l.20. glos.20. nu.*13. Vela *tom.*2. *dissert.* 39. *num.* 11. & *seq.* Ramon. *consil.* 3. *nu.* 102. Osval. ad Donel. *com. lib.* 23. *cap.*2. *lit. V*, Veral. *tom* 2. *dec.*389. Marta *dig. novis. tom.*4. *tit. offic. cap.*26. Cabedo *par.*1. *dec.*24. *per tot.* Pet. Greg. *Syntag. par.*3. *lib.* 49. *cap.* 2. Tondut. *de prævent. cap.* 28. *num.* 46.

16 In Cathalonia tamen Officiales pro malè extorsis, aut gestis, & ex contractibus propriis conveniri possunt coram Domino Rege, *Const. unic. tit. quæ los officials*, Romaguera ad Conciol. *super statut Eugubii lib.*1. *dict. rubr.* 19. *nu.*20. & sic coram Locumtenente Generali, vel Regio Concilio, Font. *de pac. nup. tom.* 1. *clau.* 4. *glos.*10. *nu.*67. vel coram Generali Gubernatore durante Vice-Regia, Ferrer *obs. Guber. par.*1. *cap.*10. & 42. & *par.* 2. *cap.* 23. Canc. *var.* 3. *cap.* 12. *nu.*100. & adest jam regula, quòd Officialis Regius, sivè delinquat in officio, sivè extra officium, non potest puniri ab Ordinario, in cujus territorio deliquerit; sed solum à Domino Rege, vel ejus Locumtenente Generali, ut habetur in Concordia Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum *cap.* 1. ibi: *Quinimo Dominus Rex contrafacientes puniet*, & est *Prag.*1. *de somat.* quæ omnia supradicta latè, & doctè prosequitur Reg. Cortiada *tom.*1. *dec.*27. *nu.*76. *cum seq.* & *nu.*113. & laudat Oliba *de jure Fisci cap.*12. *nu.*23. & 24. & *cap.*14. *num.* 76. Ferrer 3. *par. obser. cap.*222. & *cap.*302. Canc. *var. tom.* 2. *cap.*2. *nu.*1. *in fin.* & *var* 3. *cap.*5. *nu.*4.6.94. & 95. & *cap.*10. *nu.*130. & *cap.*12. *à nu.*100. & *cap.*13. *num.* 224. Font. *tom.*2. *dec.*317. *à num.* 6. & 318. *num.*1. & alii per dictum Reg. Cortiada allegati, qui *ibidem num.*120. scribit, quòd si Officialis Regius aliquos excessus in aliqua Baronia fecerit, potest Baro contra illum agere ad emendam damni, & illius punitionem in Regia Audientia per viam querelæ, aut in judicio tabulæ finito officio, & allegat Canc. *var* 3. *cap.* 5. *num.* 110. *ver. Cumigitur*, & *nu.*101. diximus alibi.

12 Atverò Vicarii, vel eorum Locumtenentes infra eorũ Vicarias latas justitiam querelantibus possunt facere de Bajulis Regiis, & eorum Locumtenentibus, Assessoribus, & Judicibus ordinariis, & è contra Bajuli, vel Locumtenentes Regii de Vicario, & ejus Locumtenentibus, Assessoribus, & judicibus ordinariis possunt, & debent de his quæ civiliter debent uti privatæ personæ facere justitiam, durante officio, seu ejus administratione, *Const. Los Officials* 12. *tit. de jurisd. de tots Jut.* Mieres *in Curia Dom. Regis Petri* 3. *Montis Alb. col.* 6. *cap.*23. *in novis tom.* 2. *fol.* 101. Font. *tom.* 2. *dec.* 366. *num.* 12.

13 Stylus procedendi in Regio Concilio contra Regios Officiales est, quòd vel evocatur causa, ut diximus *dec.* 1. *nu.*13. vel via ordinaria proceditur indistinctè in omnibus delictis extra officium commissis, per inquisitionem, & capturam, facto verbo in Regio Concilio, prout tradit Peg. *in prax. crim. cap.*12. *num.*5. Et porrecta supplicatione per Procuratorem Fiscalem Regiæ Curiæ constito de delicto per aliqualem probationem, arbitrio Senatus regulandam, cum termini assignatione ad comparendum, & pœnæ comminatione, facto verbo in Regio Concilio illis impertitur mandatum, quatenus compareant coram Relatore, reddituri rationes de impetitis, & si compareant, & non satisfaciant, interdum juxta facti qualitates, mandatur illos in carceribus mancipari, de qua praxi attestatur Ferrer. *par.* 1. *obser. Guber. cap.*42. & ita fuit observatum die 10. Decembris 1591. contra Vicarium Civitatis Minoriſſæ, & idem nuper die 10. Junii 1667. contra Assessorem Vicarii Illerdæ, ref. Nob. Josepho Ferrer tunc Judice Regiæ Curiæ, & postea in Regia Audientia Civili Doctore meritissimo, scriba Famada Nott. & passim observamus.

Supplicationis forma pro mandato Officiali injungendo, est.

Exmo. Domine.

Quia ex informatione recepta constat Petrum Joannem N. Subvicarium præsentis Civitatis Barcinonæ esse delatum, & inculpatum de homicidio, & per ipsum commisso inter quintam, & sextam horas post meridiem die Martis proximè præterita prope Ecclesiam Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, in personam Josephi Casanoves Torneri cum vellet illum capere, & Regii, carceribus eman. cipare: Ideo, & aliàs Fisci Procurator Regiæ Curiæ exhibens informationem super prædictis receptam, ut inseratur, supplicat, dictum Petrum Joannem N. citari mandari, quatenus intra certum tempus sub aliqua metuenda pœna compareat coram V. Ex. & Reg. Conc. ad dandum rationes, de quibus impetitur; & pro his de litteris citatoriis provideri, & in omnibus justitiæ complementum ministrari, juribus Fisci semper salvis, Off. &c.

Altissimus, &c.

N. F. A.

Remittatur Relatori causæ, qui super supplicatis debitè provideat, &c.

Provisa per Nob. Reg. Cancellariam xx. Martii M. DC. LXXVII. Barcinonæ.

DELFAV.

Forma provisionis.

Recepta d. d. & anno insequendo conclusionem in Regio Concilio factam providet, quòd Petrus Joannes N. Subvicarius Barcinonæ citetur quatenus infra decem compareat coram sua Excellentia, & Regio Concilio, rationem redditurus de his, de quibus impetitur, sub pœna mille librarum, & pro his fiant, & expediantur litteræ, cartella, & aliæ provisiones opportunæ, juxta Regiæ Curiæ stylum.

Taverner & Rubi.

Quia dictus Petrus Joannes N. latitabat fuit ei præ- 16
sentatum mandatum domi, quòd sufficere videbatur, nam citatio domi facta sustinetur, quando fieri personaliter non potest, Vantius *de nullit. tit. de nullit. ex defec. cit. nu.*38. Novarius *in collec.* 2. *Prac. Reg. Neap. de ordin. judic. prag.*2. Larro *dec.* 161. *nu.*9. & ibi Manfrella, Carol. Anton. de Rosa *in prax. crim. cap.* 9. *nu.* 26. *ver. tamen in criminalibus, ex tex. in l.* 1. *ff. de lib. agnosc.* Roccus *de effectis rub.* 15. *nu.* 144. & *seqq.* ubi dicit quòd nuntius tenetur in relatione exprimere domum, & diligentias quas adhibuit in perquirendo reum, ut personaliter illum citare posset, Peg. *in prax. crim. cap.*12. §.4. *num.*7. qui intelligit domum in qua habitat, & in qua sedem constituit, vel domum in qua uxor inhabitat, ut de vagabundo, qui sufficit ut citetur in domo uxoris, & aliàs, si uxorem non habeat, citetur per edictum, Danza *de pugna dd. ad tit. de vagabundis nu.*58. Scialoya *de foro comp. cap.* 49. *nu.*6. late Merlinus *de citatione in domo uxoris cent.* 1. *contr.* 41. Luca ad Franc. *dec.* 514 *num.*4. Cardinal. Luca qui contra latitantem affectatè hanc doctrinam admittit *in theat. verit. lib.* 15 *de judic. disc.* 9. (ex Burato *dec.*416. & 519. Ces. *dec.* 130. & 177. Ridolph. *in prax. par.*1. *cap.*3 *nu.*11. & *cap.*14. *num.*242.) *num.*13. & *dis.*10. *nu.*6. & de nostro stylo attestatur Reg. Cortiada *par.*3. *dec.*123. *nu.*51. quòd in civilibus sustinetur prima citatio domi facta.

Atverò quia citatio illa fuit ad incursum pœnæ in ca. 17
su contumaciæ verè, quo in casu necessariam esse personalem citationem tradunt Baron. *de cit. qu.*12. *num.* 56. ad tradita per Cardinal. Luca *in theat. verit. lib.*15. *de judic. d. disc.*10. *nu.*4. juncto *nu.*7. Reg. Cortiada *par.* 3. *dec.*123. *nu.*31.

Apparuit Senatui per proclama Subvicarium fore ci- 18
tandum, ad formam citationis ad fines banni, accusando ei tres contumacias, juxta formam quam tradit Peg. *in prax. crim. cap.*14. §.4. *in formul.* Quod comprobari potuit; quia citatio fieri potest per edictum, quando quis domi citari non potest, ut quia est vagabundus, vel quia latitat, vel ubi locus, ubi citandus degit, tutus non est, vel ibi Judex recusat impertiri brachium, scribit Carol. Antonius de Rosa *in prax. crim. cap.* 9. *num.* 26. *ver. Insuper & seqq.*

Prout fuit punctim observatum contra Vicarium 19
Cervariæ, ref. Magnifico Paulo Gujamet Judice Regiæ Curiæ, & quia comparuit, fuit in modo supersessum (juxta tradita à Berart *in spec. visit. cap.*4. *n.*32. ut in simili tradit Ramon. *consil.*43. *nu.*8. Font. *tom.*2. *dec.*407. *n.*8. & 9.) & publicata inquisitione, & admissa

defensione die 22. Septembris 1637. fuit relaxatus cum manuleuta.

DECISIO XCIV.

ARGUMENTUM.

Jusdicentes dumtaxat de dolo, vel lata culpa, quæ in dolum cadat, syndicantur, & majori ratione Magistratus Superiores, qui nec syndicantur de sententiis latis in corpore Senatus: ubi explicantur Textus *Auth. ut judices sine quo suffrag. §. illud, in l. unica C. ut omnes Judices, & Const.* 11. incipiens *Poch valdria tit. de obser. const.*

SUMMARIUM.

1 *Delicta coemptionis, & doli in Judice graviter coercenda sunt criminaliter, & actione famosa ultra interesse partis.*
2 *Judex litem suam facit ex negligentia, quæ ex dolo, vel lata culpa provenit, & ultra pœnam, ad quam criminaliter incurrit, tenetur veram litis æstimationem parti solvere.*
3 *Quidam DD. existimant, quòd Judex litem suam facit ex negligentia, quæ ex levi culpa descendit.*
4 *Pro levi culpa alii opinantur, quòd criminaliter Judices non plectuntur, sed civiliter ad partis emendam.*
5 *Jure Civili attento Judices tenentur de imperitia.*
6 *Imperitia Judicis moderatur juxta gradus culparum.*
7 *Posteriori jure statuitur, quòd Judices pro gestis in officio, tantum de furtis teneantur.*
8 *Comprobatur ulterius.*
9 *Quod non est in statuto expressum, indubiè non comprehendi ab statuente id voluisse est manifestum.*
10 *Judices jure novissimo non tenentur nisi de furtis, in quibus complectuntur coemptio, barattaria, & alia crimina, de quibus infra.*
11 *Ex generali consuetudine bodie Officiales non syndicantur, nisi de furtis, malè ablatis, & barattariis; non autem de iniquis sententiis, & malè latis.*
12 *De consuetudine generali non tenentur officiales in Syndicatu, de iniquis sententiis per imperitiam, & malè latis, nisi per dolum malum, & sordes judicaverint.*
13 *Circa negligentiam Officialium, an possint syndicari intra terminos consuetudinis, loquuntur Doctores aliqui, existimantes Officiales non teneri de negligentia, nisi talis negligentia sit dissoluta, vel dolo proxima.*
14 *Alii de lata culpa existimant teneri.*
15 *Alii non teneri de negligentia, nisi tanta esset, quæ in dolum caderet.*
16 *Existimant expressiùs cæteri non teneri de lata culpa, nisi de dolo.*
17 *Auctor sentit Officiales tantùm de dolo in Syndicatu teneri.*
18 *Quod lata culpa dolo æquiparetur. & propè fraudem accedat, imò lata culpa dolus sit, procedit hoc in actionibus civilibus, quæ descendunt ex contractu, vel quasi; secùs autem, si ex delicto criminaliter agatur; nam lata culpa dolus non est, nec dolo æquiparatur.*
19 *Lata culpa dolo non æquiparatur etiamsi civiliter agatur pro pœna pecuniaria ex delicto, quando lex, vel statutum pro delicti punitione expressè, vel tacitè dolum requirit.*
20 *Nec lata culpa dolo æquiparatur in actionibus famosis.*
21 *Respondetur Doctoribus contrariam opinionem auctoris tenentibus, qui unus post alium sequuntur, vel ut oves, vel grues, usque ad num. 26.*
27 *Admittitur etiam sententia, Officiales puniri de negligentiis, si tam dissolutè forent, ut in dolum caderent.*
28 *Communiter loquendo culpa transit in dolum, quando summæ negligentiæ aliquid accedit.*
29 *In Judicibus dolus (non per præsumptiones, & conjecturas, sed per evidentes probationes, quæ tendant in ambitionem, vel sordes, ex quibus insurgat latissima culpa, vel dolus verus, vel quæ in dolum verum cadit) argui concludenter debet.*
30 *Officiales de contraventionibus constitutionum, vel statutorum non tenentur, nisi evidenter arguatur dolus, vel malus animus.*
31 *Ex negligentia sine dolo, nisi sit per Foros præventum, non sunt syndicandi Officiales.*
32 *Officiales superiores non syndicantur remoto dolo.*
33 *Nec Officiales perpetui aliter syndicantur.*
34 *Officiales Domus præsentis Civitatis dumtaxat de dolo, fraude, & barattaria tenentur, ubi quomodo ad syndicatum procedatur, explicatur.*
35 *Assignantur rationes.*
36 *Si sententiæ in Aula proferantur, vel in corpore Senatus, pro judicatis non sunt admittendæ querelæ, ubi ratio assignatur.*
37 *Alia ratio ponderatur.*
38 *Comprobatur ex jure peculiari nostro.*

DOCTORES in hac re perturbant antiquum jus cum novissimo, quod consuetudo universalis approbavit, ac intermiscent suorum placita, non distinguentes inferiores à superioribus Magistratibus; adeò ut ipsorum intricationibus nulla regula certò elici possit, quibus obviam, ab incertis certas seligentes, compertam rem pertingemus. Hìc non indagamus negligentias Magistratuum, qui annexam in munere habent administrationem, vel quandam solicitudinem, nec eos qui ex officio aliquid statutum observare debent, neq; qui moram contrahunt per partis interpellationem ad jus dicendum; sed tantum de illis agimus, qui solum juri dicendo præsunt, Nulli dubium relinquitur, delicta coemptionis, & doli in Judice omni jure graviter coercenda esse criminaliter, & actione famosa ultra interesse partis, quod ei tenetur Judex resarcire, *l. fin C. de pœna Judic. qui malè judic. l. filius familias* 15 *§ Judex, ff. de Judiciis, l in lege Cornelia* 7 *in prin. ff. ad leg. Cornel. de fic. l. fin. C. de pactis l. fin. C. de privat. carc. l* 2. *& passim ff. ad leg Juliam repet.* 1

Tenetur Judex de lata culpa, & litem suam facit ex negligentia, quæ ex dolo, vel lata culpa provenit, Sesse *in resp. pro Syndic. n.* 23. Castag. *de Benef. ne egeat. q.* 14. *n.* 17. & ultra pœnam, ad quam criminaliter incurrit, tenetur veram litis æstimationem parti solvere *ex d. l fin. Cod. de pœnis Judicum, l. filius familias* 15. *ff. de Judiciis*, Faber *in juris pap. tit. 1. principio* 3 *illat. 2. commentarii ad prin. inst. de obligat. quæ ex quasi delic. nas.* Castag. *d. qu.* 14. *nu.* 17. Xammar *de offic. Judic. part. 1. q.* 17. *n* 36. Vargas *consider. prac. de Syndic. par.* 8. *tit.* 3. *consid* 2. *n* 9. Farina. *in prax. qu.* 111. *nu.* 364 Bucar. *de different. inter Iudic. Civil. & Crim. qu.* 152. *nu.* 20. 2

An Judex litem suam faciat ex negligentia, quæ ex levi culpa descendit, controversum agnovimus ex Xammar *de offic. Iudic. par. 1. qu.* 17. *n.* 40. nam aliqui commentantur tunc Judicem criminaliter arceri; quia cum qui ex munere habet aliquid faciendum, æquè delinquit, committendo, sicut emittendo, ut in tutore exprimitur *in l. 1. in prin. ff. de Tutel.* Amed. Just. *de Syndic. nu.* 69. Sesse *in respon. pro Syndic. dict. nu.* 23. *in fin.* 3

Alii affirmant, quod pro levi culpa criminaliter Judices non plectantur, sed civiliter ad partis emendam, Altim. *ad dec. Rovit.* 36. *nu.* 36 Matril. *de Magistrat. lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 36. Fragos. *de regim. par.* 1. *lib* 7. *disp.* 23. *n.* 40. Cancer *var.* 3. *cap.* 12. *n.* 76. 90. *& 120. ex l. fin. ff. de extraord. cogn. l. si quis absentis* 5. *§ fin ff. de oblig. & action.* Gallego ex pluribus *in resp. pro Syndic. cap.* 2. *nu.* 8. 4

Jure Civili etiam attento, Judices tenentur de imperitia, nam licèt ex defectu dotium naturalium non possit quis vituperari, *ex tex. cum glos. in l. fluminum* 24. *§. vitium ff. de dam. infec. Can. fin.* 5. *dist.* & ignorantia veniam mereatur juxta illud Ovidii. 5

Præteritæ veniam dabit ignorantia culpæ, Atverò cum in ingressu sui officii Judex promiserit, & juraverit jus reddere, ad id obligatur sub culpa, Vargas *in consid. pro Syndic. par. 8. tit.* 3 *consid.* 2. *&* 3. Prato *in respons. pro Syndic. num.* 219. *com seqq.* & post culpam, innocentiam jactare argumentum, reatus est, ex Salviano Robertus *rer. iudicator. lib.* 1. *cap.* 10.

Unde subdit Sesse *in respon. nu.* 30. *&* 33. quòd imperitia Judicis moderatur juxta gradus culparum, ut sic, si errat in expressa legis dispositione, aut opinione communiter approbata, committit latam culpam, & tenetur ad veram litis æstimationem, sed non fit infamis (Cancer *var.* 3. *cap.* 12. *num.* 171. Bovadilla *lib.* 3. *Polit. cap.* 1. 6

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cap. 1. *numer.* 134. Berart. *de visit. numer.* 171. quos laudat Crespi *obser.* 4. *n.* 73.) si errat in eo, quod solum Doctores periti sciunt, & mediocriter docti, erit in levi culpa, & sic in minus condemnabitur; si errat circa id quod etiam multi periti ignorant, & solum doctissimi sciunt, erit culpa levissima, & multò minus condemnabitur; & si quod frequenter evenit propter naturalem hominum ad dissentiendum facultatem, aiente *tex. in l. item si unus* 19. §. *principaliter, ff. de recep. arbit. l. quia poterat* 4 *ff. ad Senat. Trebel.* & Persio *in saty.* 5.

Mille hominum species, & rerum discolor usus.
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.

errat Judex circa id in quo doctissimi variant, in totum excusatur Ex. Crespi *obser.* 1. *num.* 186. etiam ob diversitatem opinionum, vel ob proprium dictamen, si juri esse consonum existimat, Judicem excusari docet, & solum in coloratam, & levem opinionem quæ ad gradum probabilitatis non ascendat, excusationem non præbere, ubi latiùs.

7 Huc usquè prænotata principia procedunt de jure communi, & ejus nimia scrupulositate perpensa, at posteriora jura acceserunt (quibus ante dicta derogantur, ut ait Consult. *in l. non est novum* 26. *ff. de legibus*) in quibus fuit statutum, Judices pro gestis in officio tantum de furtis teneri, nec ultra Visitatoris officium, quam ad furta extendi posse, tex. est formalis, & expressus quem ad id expendit Bertaz. *consil.* 71. *num.* 5. *in Auth. ut Judices sine quo suf.* §. *illud*, ibi: *Nullam esse nostris subjectis licentiam in alio quodam, præter furtum hoc circa Judices agere: non enim si videatur vehementissimus indevotis propter Fiscalium exactionem, aut propter delictorum executionem, dabimus subiectis agere aliquid adversus eum. Ex diverso autem etiam pœnis eos omnium amarissimis subjugamus, si eos qui puris usi sunt manibus, & Fiscalium exactionem, cum omni detulerint subtilitate, postea deponentes administrationem iniuriari præsumpserint, & non cum omni favore post legitimum tempus provincias relinquentes deduxerint.* Hoc descrimen aperit Imperator inter Judices qui juri dicundo solum præsunt, & eos qui etiam Fiscalium habent exactionem, in illis præter furta; in his præter injuriam in rerum Fiscalium exactione; subiectis indevotis adversus eos insurgere non permittit.

8 Id ipsum probamus ex Zenonis Imperatoris rescripto *in l. unic. C. ut omnes Judic. tam Civil. quam milit.* ubi disponitur in Judices tam civiles, quàm militares post dispositam administrationem, de furtis, aut aliis criminibus esse experiundi facultatem, & ter verba expressit, ibi. *Ut pateat omnibus facultas libera super furtis, aut criminibus querimoniam commovendi*, & infra *in* §. *ipse autem*, ibi: *Quatenus interea minimè possint crimina, vel furta celari, & in* §. *quod si intra, seq.* in illis verbis: *Civiliter quidem super furtorum sceleribus pulsatus*, enixè tex. statuit supra furtis, vel criminibus Judice syndicari: de furtis utique ex lege Julia repetundarum, de aliis criminibus, veluti peculatus, aut manubiis id est de prædationibus, & concussionibus, juxta *tex. in l. ult.* §. *nec tamen* 5. *ff. de mod. mulc.* & explicat Jacob. Cuiac. *in paratil. ad dictam l. unicam.*

9 Et quamvis Imperator non utatur verbis taxativis ad excludendos casus, præter expressos, indubiè alios non comprehendi velle, fit manifestum; nam si voluisset, expressisset, ut dixit tex. *in l. unica*, §. *fin autem*, *Cod. de caduc. tollen. l. sed etsi* 26. §. *ait prætor*, *ff. ex quibus caus. mai.* quo argumento passim utuntur Doctores in similibus, ut per Surd. *decis.* 195 *numer.* 8. Gutier. *prac. lib.* 3. *quæst.* 29. *ex numer.* 3. Pereg. *de fideicom. ar.* 25. *numer.* 28. Menchaca *de succes. creat.* §. 3. *numer.* 6. & conducunt verba Romani Pontificis *in cap. inter corporalia post med. extra de transl. Episc.* ibi. *Unde circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat de translatione poterat expressisse: & quod non est sanct. Patrum decreto sancitum, superstitiosis non est adinventionibus præsumendum*, & conferunt tex. *in l. si servum* 71. §. *non dixit*, *ff. de adq. hæred. l. si ita stipulatio* 126. §. *Grusogonus ff. de verb. obligat.* & innumeris ornat Tiraquellus *in l. si unquam in verbo liberti* 5. *nu.* 3. *& seqq. Cod. de rev. donat. & n.* 5. *circa med.* & expendit latius in simili Sanfel. *decis.* 62. *n.* 115. *& seqq.*

10 Ex his itaque (aperto jure novissimo) convincitur contra Judices nisi pro furtis, in quibus complectuntur coemptio, barattaria, & alia crimina, de quibus infra de gestis in officio argui non posse, hæc cuncta complectitur Farinac. *lib.* 1. *consil.* 64. *nu.* 10. ibi: *Tertiò, & hoc omnem difficultatem tollere videtur, quia ad hoc, ut Judex in Syndicatu de dolo teneatur, non sufficit probare ipsum malè pronunciasse, aut contra jura, aut contra statuta, sed quod dolo, & male animo sic male pronunciaverit, nec malo animo, & dolo pronunciasse dicitur, nisi etiam probetur, aut prece, aut odio, aut pecunia corruptum pronunciasse, prout est text. expres. in l. filius familias ff. de Iudic.* & ibi: *Angelus in sum. annotavit Judicem inique indicantem, nunquam litem suam facere, & dixit Castrens. in l. servo invito,* §. *cum prætor. nu.* 1. *ff. ad S. C. trebel. quod dolus Judicis tunc bene probatur, quando probatur ipsum dixisse quod volebat ferre sententiam edio, vel amicitia, cum aliter non videatur bene dolum posse probari, ex quo in dubio potius error, quam dolus præsumitur.*

Hinc communiter receptum tradit idem Farinac. *dict.* 11
lib. 1. *consil.* 64. *dic. nu.* 10. *in fin.* quod ex generali consuetudine hodie officiales non syndicantur, nisi de furtis, male ablatis, & barattariis; non autem de iniquis sententiis, & malè latis. Et in primis quod ex universali consuetudine officiales in Syndicatu non teneantur nisi de furtis, pecunia accepta, de malè ablatis, & cæteris barattariis, probant Jazon *in l. unic. C. ut omnes Judices, tam Civil. quàm milit. num.* 11. Ludovic. *dec. lucen.* 1. *& dec.* 3. *num.* 39. Fab. Turret *consil.* 4. *nu.* 3. Guazzin *in defens. reor.* 1. *cap.* 23. *num.* 8. Castillo *tom.* 2. *dec.* 162. *nu.* 27 Rovit. *super pragm.* 1. *tit. de Syndic. offic. nu.* 39. Bertaz. *consil.* 71. *nu.* 3. Scialoya *de foro com. cap.* 33. *num.* 60. Massin. *de confisc. bonor. qu.* 11. *nu.* 5. Farinac. *de diverse. crim. qu.* 111. *num.* 572. Giurba *consil.* 72. *nu.* 3. Conciol. *in verbo Sindicatus resol.* 3. *nu.* 1. Antonel. *de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 51. *nu.* 15. Berart *in specul. visit. cap.* 3. *nu.* 72. *in fin.* & clariùs *cap.* 25. *nu.* 55. *cum seqq.* Borgn. Caval. *de brac. reg. par.* 5. *n.* 61. Mastril. *de Magist. lib.* 6. *cap.* 8. *nu.* 8. Scanarol. *de visit. carcerat. lib.* 1. §. 8. *cap.* 7. *num.* 6. Thoro *in compend. dec. par.* 3. *sec.* 2. *verbo officialis*, Bonden. *de jure controvers. colluc. leg.* 32. *nu* 1. ubi in fine tradit decis. Franciscus Antonius Tranchedinus *consult.* 41. *num.* 34. Vel ut alii, qui sine consuetudinis mentione affirmant, officiales tantum de dolo syndicari, antesignanus est Baldus *in l. obser.* 4. §. *proficisci qu.* 15. *nu.* 17 *ff. de offic. proconsul.* juncto eo, quod idem scribit *in l. hoc edicto* 2. & ejus additio, *ff. quod quisque juris*, Canc. *var.* 3. *cap.* 12. *nu.* 175. Prato *in respons. pro Syndic. num* 434 Cavalc. *de de brac. Reg. par.* 5. *num.* 2. Massin *de confisc. bonor. quæst.* 11. *nu* 5.

Ulterius quòd de consuetudine generali non tenean 12
tur officiales in Syndicatu de iniquis sententiis per imperitiam, & malè latis, nisi per dolum malum, & sordes judicaverint, quia judicando secundum leges, vel non, vix pro bono regimine officiales syndicantur, tradunt Accur. *in tract. de Syndic. ver. Item si est firmata*, Amed. *in tract. eodem num.* 136. Guazzin. *def.* 36. *cap.* 10. *n.* 11. Bertaz *consil.* 71. *nu.* 8. Giac. *in respons. pro fisdic. inter oper. Juli. Clar. num.* 33. *& seq.* Scaccia *de appellat. qu.* 19. *remed.* 4. *nu.* 4. *cum seqq.* Castagna. *in tract. de benef. ne egeat. quæst.* 14. *nu.* 45. Scialoya *de foro comp. cap.* 33. *num.* 60. Berart. *in spec. visit. cap.* 25. *num.* 55. Costa *in tract. de scientia, aut ignorantia dist.* 42. *cent.* 1. *num.* 6. Franciscus Antonius Tranchedinus *consult.* 41. *num.* 34.

Et licèt intra terminos consuetudinis loquentes, ali- 13
qui existiment officiales non teneri in Syndicatu de negligentia, nisi talis negligentia esset dissoluta, vel dolo proxima, Farinac. *in prax. qu.* 111. *n.* 415. Ramon *consil.* 35. *n.* 33. Xamm. *de privil. Civit. Barcin.* § 20. *nu.* 43. Franc. Merlin. *cent.* 2. *cont.* 28. *n.* 8. Mastil. *de Magist. lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 45. Catena *resol.* 9. *n.* 16. Rovit *de offic. Syndic. prag.* 1. *ejus addit. & in respons. quod inter Rovit. opera edidit* Rogerius, latissimè Amed. Justin. *in eodem tract. nu.* 64 *cum seqq.* Puteus *in simil. tract. cap. de negligent. n.* 11. Bosius *in prax. tit. de offic. corrup. n.* 26. etiamsi accederet ad latam culpam, Vermi. *consul.* 79. *nu.* 10. nisi dolo æquipararetur, Fragos. *de reg. par.* 1. *lib.* 7. *qu.* 23. *n.* 49.

Attamen variè alii affirmant cum eadem consuetudine loquentes, scilicet non teneri officiales de negligentia, nisi esset dissoluta, Gram. *consil.* 54. *n.* 11. Cathal. *de Syndic. qu.* 265. *nu.* 173. vel de magna imperitia, Xam. *de offic. Judic. par.* 1. *qu.* 17. *nu.* 45. vel esset lata culpa,

Caval. *de Brac. Reg. par. 5. n. 72.* Berart. *in spec. visi. cap. 3. n. 72. in fine*, Bucc. *de different. inter Judic. Civil. & Crim. diff. 151. nu. 3. & 4.* qui explicat negligentiam tunc proximã dolo esse, quando ex lata culpa exorta, & causata est.

14 Alii, non syndicari hodie officiales de levi, & levissima culpa, secùs de lata culpa, & dolo proxima, nullum discrimen arguentes inter latam culpam simpliciter prolatam, & inter eam, quæ dolo est proxima, vel dolo æquiparatur, & in ea sententia sunt Clarus *in prax. quæst. 73. nu. 3. ver. Item Judex*, & ibi Balard. Sesse *in resp. pro Syndic. n. 26.* Mastr. *de Magistrat. lib. 6. cap. 8. nu. 2.* Vargas *in consid. prac. de syndic. par. 8. tit. 2. consid. 2. num. 7. par. 8. tit. 3. consid. 2. num. 12.* Bovad. *in politic. tom. 2. lib. 5. cap. 1. num. 142.*

15 Alii asserunt non syndicari officiales, nisi esset tanta negligentia, quæ in dolum caderet, Castagna, & per illum allegati *in tract. de benef. ne egeat quæst. 14. numer. 95.* vel de dolo, fraude, & corruptione, quæ latam culpam secum contineret, Gallego *in respons. pro Syndic. cap. 1. numer. 7.* Bovad. qui *supra lib. 5. cap. 1. numer. 134. in fine*, Rovit. *de offic. Syndic. prag. 1. in addit.* Berart. *in spec. cap. 3. numer. 72.* vel de commissis cum dolo, & culpa.

16 Existimant expressiùs cæteri, non teneri de lata culpa, nisi de dolo, Jason *in l. unica C. ut omnes Judices*, Bertaz. *consil. 71. numer. 4.* qui recitat varia dicta, Alex. Raudens. *cons. 49. num 42. lib. 1.* Castillo *tom. 2. decis. 162. n. 29.* qui alios laudat Giaccharius inter opera Julii Clari, *in consil. pro Syndic. n. 36.* Giurba *cons. 72. nu. 4.* qui animo fluctuat, Conciol. *cons. 11. n. 33.* & ferè *per tot. consilium*, ubi tradit judicatum.

17 Vnde jam non difficulter cernitur, confusam rem adesse apud scribentes, sed constanter habeo, officiales tantum de dolo, non etiam de lata culpa in Syndicatu teneri; quia ut supra probavimus *ex §. illud, Auct. ut Judices sine quo suf. & l. unica, C. ut omnes Judic. tam civil. quam milit.* Judices non nisi pro furtis, in quibus comprehenduntur coemptio, barattaria, dolus, & alia crimina, plectuntur ex Farinac. *dic. cons. 64. n. 10.* & aliis supra citatis.

18 Et licèt lata culpa dolo æquiparetur, *l. si Procuratorem 8. §. dolo, l. dolus 9. ff. mandati, l. si is cui, §. dolum, ff. ut in poss. legat. l. 1. §. 1. ff. si mens falsi mod. dix. l. mulier 22. §. si hæres, ff. ad S. C. Trebel.* & prope fraudem accedat, *l. impuberibus 7. § 1. ff. de suspec. tut.* prope dolum sit *l. si fidejussor. 29 ff. mandati*, & dolo proxima dicatur, *l. cum res. 47. ff. de leg 1.* imò & lata culpa dolus sit, *l. quod Nerva 32. ff. depositi, l. magna negligentia 126. ff. de verborum sig.* hęc procedunt in actionibus quæ descendunt ex contractu, vel quasi, secus autem si ex delicto criminaliter agatur, tunc namque nec lata culpa dolus est, nec dolo æquiparatur, *l. in lege Cornelia 7. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* & ibi: apostilla, *nota quod licet lata, & dolus in civilibus æquiparentur, secus tamen erit in criminalibus, l. quo naufragium 3. §. non tantum 3. ff. de incend. ruin. l. præter ait 3. §. fin. ff. vi bonorum rap. l. filiberti 10. C. de administrat. tut.* ex Bartol. Cagnol. Florian. Gregorio, Suarez, & ex communi DD. probat Scobar *de purit. 2. par. qu. 6. §. 5. n. 36.*

19 Prout nec lata culpa dolo æquiparatur, etiamsi civiliter agatur pro pœna pecuniaria ex delicto, quando lex vel statutum pro delicti punitione dolum expressè vel tacitè requirit, Bartol. *in l. quod Nerva 32. ff. depositi. num. 20. & in l. 1. §. 1. ff. si mens falsi mod. dix.* Angel. *de malef. verbo intendiar. n. 5.* Tiraquel. *de pœn. temp. de caus. 14. num. 6. & 7.* Menoch. *de arbit. lib. 1. quæst. 65.* Bos. *in tit. quom. procedat. per act. in delic. num. 38.* Covar. *de sponsal. par. 2. cap. 6. §. 8. n. 21.* Hermoz ad Lopez *tom. 1. pag. mihi 192. nu. 13.* qui doctè jura conciliat, Cabal *resol. crim. 31. nu. 20.* Giurba *cons. 72. n. 4.* Castagna *in tract. de benef. ne egeat, quæst. 14. n. 11.* Sesse *in resp. pro Syndic. num. 16.* Farinac. *in prax. quæst. 87. numer. 30.* Bucar. *de dif. inter Judic. Civil. & Crim. dif. 124. num. 5. cum seqq.* Barbosa *in præludio, ad l. si mora 10. tom. 2. ff. solut. mat. n. 21. & 22.* & probant textus *in l. cum autem 23. §. excipitur, ff. de ædilit. edic. l. 1. l. si quis dolo 10 ff. ad leg. Cornel. de sicar.*

20 Ac etiam, nec culpa lata dolo æquiparatur in actionibus famosis, nam condemnatus per latam culpam, infamis non efficitur, latissimè Sesse qui *supra, n. 19. cum pluribus seqq.* & post eum Vargas *in consid. prac. de Syndic. par 8. tit. 3. consid. 2 num. 10.*

21 Nec obstant asseclæ scribentes, officiales in Syndicatu teneri etiam de lata culpa, proxima dolo, vel simpliciter de lata culpa, vel magna culpa, vel de soluta negligentia, sine doli expressione; quia ultra quod referri possunt ad juris Civilis dispositionem antiquam, per jus novum derogatam; respondetur etiam, quod illi fundamenta capiunt ab antiquioribus; oportet ideo ab illo principio ordiri, ut indubia in medium explorentur; nam q; primi conditores contrariæ supra habitæ opinionis sunt Angel. *in trac. de Syndic. n. 8.* iste ait, quod scrupulosa dicitur inquisitio contra administratorem, quando syndicatur de negligentia, salvo nisi sit dissoluta, & dolo proxima, & quod ita servat consuetudo, & hic suo marte prælia-tur sine legum, & Doctorum adiumento, sed solum attestatur de consuetudine.

Cathaldin *in eodem tract. quæst. 265. nu. 173.* adhuc non adinvenit legum, & Doctorum præsidia, cum ea non animadvertat, & dicit quod Judices tunc de negligentia debent syndicari, quando esset negligentia dissoluta, & servat consuetudo, quæ multum fovet, similiter iste loquitur de consuetudine. 22

Amed. *in tract. etiam de Syndic. numer. 69. cum seq.* nulla mentione facta de consuetudine universali, ait non esse conveniens, quod officiales syndicentur de negligentia, quæ esset nimis scrupulosa inquisitio, *l. si servus, ff. de leg. 1.* nisi talis negligentia esset dissoluta, & dolo proxima, allegat Bald. *in l. observare, 4. §. proficisci, ff. de offic. Proconsul. quæst. 9.* sed ipse Amed. *in nu. 136.* de consuetudine attestans affirmat, quod non syndicentur Judices nisi de furtis, pecunia accepta, & malè ablatis, & cæteris barattariis, non autem de iniquis sententiis per imperitiam, & malè latis, quod dicit notandum, ac etiam ex Baldo, quem ipse allegat *in dic. numer. 69.* contrarium legi *in dict. l. observare 4 §. proficisci, ff. de offic. Proconsul. quæst. 15. numer. 17.* & per eundem notatis *in l. hoc edicto 2. ff. quod quisque jur.* qui sunder officiales de dolo syndicari. 23

Alter Antiquior Puteus in alio *trac. de Syndic. cap. de negligentiis num. 11.* per eadem pensitata verba pronunciat *non esse conveniens*, ut officiales de negligentia syndicentur, nisi esset dissoluta, & dolo proxima addit *& ita servat consuetudo*, fundamentum capit ab Angelo *in l. si servus vetitus 119 ff. de leg. 1.* sed hic sine jure, & de consuetudinis assertione loquitur. 24

Cæteri qui sequuntur, consularem viam habent ad similia proferendum; quia ornatum habent ad eadem fulciendum; sic Bossius *in prax. tit. de offic. cor. num. 26.* allegat dictum Chatald. qui suprà, Clarus *in prax. qu. 73. nu. 3. ver. Item Judex*, citat dictum Chataldin. & vocat jam Bossi. & nuper alter alterum sequitur, & huc quadrat quod dicit Ludovic. *dec. lucen. 52. num. 13.* & post eum Thesau. *dec. 134. num. 15.* Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 3. num. 20.* quod unus inde post alium currit, vel ut oves, vel grues; ut diximus *dec. 27. nu. 34.* 25

Undè quid commodè à suprà in jure, & consuetudine universali fundatis resilire possumus, detecto debili fundamento contrarii judicii? assentimur igitur opinioni, officiales de furtis, & dolo syndicari posse, non verò de lata culpa, & dissoluta negligentia. 26

Solùm admittimus de negligentiis puniri officiales, si tam dissolutæ forent, ut in dolum caderent, Bertaz *tom. 1. consil. 81. n. 2.* & aliis allegatis sequitur Castagna in *tractatu de beneficio ne egeat, qu. 14.* qui postquam regulas à jure communi stabilitas tradiderat *nu. 46. & 48.* respondens doctrinæ Carrab. *de Syndic. par. 2. num. 13.* (quem etiam impugnaverat Scialoya *de foro comp. cap. 33. & 60.*) affirmantis consuetudinem, quod Judex non teneatur nisi de barattaria, furtis, extorsionibus, & concussionibus, & non de iniquis sententiis, tanquam in justitiam inducentem, non esse observandam, scribit, ibi: *Sed ego credo, quod talis consuetudo non valeret secundum Carraba loco citato, quando negligentia esset talis, quæ caderet in dolum, secundum glos. in dict. l. præceptoris, & in dic. l. Divus, aliàs secùs, propter auctoritatem Doctorum tenentium, talem consuetudinem valere eo magis, quod excedendo consuetudinis formam, legem ipsam excedere dicitur, cum consuetudo pro lege observetur, dict. l. de quibus de legibus, & docuit Menoc. qu. 71. num. 3. lib. 1. de arbit. Judic. & Judices tenentur secundum consuetudinem judicare, Tiraqu. de retrac. in præfat. n. 3. & seq. Rebuf. in trac. de appel. ar. 22. glos. 2. n. 6. Suarez alleg. 1. n. 29. imò Judices faciunt litem suam judicando contra consuetudinem, ac si contra legem judicarent, cum ipsa sit altera lex, l. diuturna ff. de leg. Bald. in Auth. jubemus, C. de judic. late de com-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

UAB Biblioteca de Ciències Socials

communi affirmat in suis com. opin. Franc. Turz. cap. 96. & in hanc partem allego D. Vicecanc. Crespi *obs. 98. n. 12.*

28 Et licèt communiter loquendo tunc culpa tranſeat in dolum, quando ſummæ negligentiæ aliquid accedit, quia tunc magis malitiæ, & dolo tribuitur, quam negligentiæ, *l. magna 226. ff. de ver. ſig. l. quod Nerva 32. ff. depoſiti*, quatenus in ea aſſeritur quod latior culpa eſt dolus, quia illud verbum *latior* tanquam comparativum præſupponit poſitivum *in l. ubi autem 75. ff. de verborum obligat.* ut ea jura explicans tradit Barboſa *in dict. l. ſi mora 10. ff. ſol. mat. nu. 25.* quem laudat Hermoz. ad Lopez *tom. 1. fol. 193. num. 13. & ſeq.* & latior culpa dolus præſumptus ſit, quando conjecturæ doli non ſunt manifeſtæ, ſed præſumptivæ.

29 Atverò in Judicibus hæc non procedunt, dixit Farinac. *dict. conſ. 64. nu. 10* & probat Roger. *poſt prag. 1. de offic. Syndic. Roviti in reſponſ. verſ. Dol quoque.*

Et tunc ſummam negligentiam in dolum cadere expoſuit *tex. in l. filius familias 15. §. Judex ff. de Judic.* ibi: *Judex tunc litem ſuam facere intelligitur, cum dolo malo in fraudem legis ſententiam dixerit, dolo malo videtur hoc facere, ſi evidens arguatur ejus, vel gratia, vel inimicitia, vel etiam ſordes, ut veram æſtimationem litis præſtare cogatur*, & dictam l. litteraliter in hanc rem, allegatis Hoſtienſi, Deciano, & aliis citat Vargas *in conſid. pract. par. 2. dic conſid. 2. n. 10.* & de ea integrum commentarium edidit Caſtagna *in tract. de benef. ne tegat. in qu. 4. tot.* Bovad. *in polit. lib. 5. cap. 3. nu. 29. & 30.* Xam. *de offic. Judic. par. 1. qu. 17. num. 36.* Paz. *in prax. par. 1. temp. 1. nu. 61.* & concordat Ulpianus *in l. ſed etſi 26. §. ait prætor 4 ff. ex quibus cauſ. major.* Berart. *in ſpec. viſit. cap. 17. nu 41.* & adverto dictionem *tunc* in tex. quæ reſtringit diſpoſitionem ad caſus expreſſos, ex pluribus tradit Barboſa *in ea dictione*, unde peculiariter in Judicibus dolum non per præſumptivas conjecturas (ut in aliis) ſed per evidentes probationes (nota illa verba ſi evidens arguatur) quæ tendunt in ambitionem, vel ſordes, ex quibus inſurgit latiſſima culpa, quæ dolus verus dicitur, vel in dolum verum cadit, argui debere concludenter tradimus.

30 Ex hucuſque perpenſis fluit non diſſimilis regula poſt dictam conſuetudinem univerſalem communiter obtentam; officiales ſcilicet de contraventionibus Conſtitutionum, & ſtatutorum non teneri, niſi evidenter arguatur dolus, vel malus animus in ea contrafaciendi, ut dicitur *in l. filius familias 15. §. Judex*, ibi: *In fraudem legis, ff. de Judiciis*; & licèt in vim juramenti, quod in initio ſui muneris præſtant obſervandi conſtitutiones, & ſtatuta, juxta Peg. *in prax. crim. cap. 9.* ad Conſtitutionum, & ſtatutorum obſervationem arceantur, adeò ut de contraventionibus illorum in Syndicatu querelari poſſe, ex pluribus relatis ſcribat Maſtril. *de Magiſt. lib. 6. cap. 8. nu. 109.* attamen de eis non adſtringi, niſi dolus interveniat, deciſum tradit Farinac. *in dict. Conſt. 64. lib. 1.* & ad in eſt Gallego *in reſponſ. pro Syndic. cap. 1. num. 9.* ex Seſſe ſcribens, nulla ratione eſſe inquiſitionem faciendam, ubi contingat aliquid ſuper obſervantia, vel violatione legum patriæ, num benè, vel malè fuerint intellectæ; quia aliquando cum Homero, viri inſignes dormiunt, niſi tantum cum dolo, vel malitia, violatio contigerit, id ipſum probat Font. (explicans verbum *ſcienter in Conſ. 11. tit. de obſervar. conſt.* recitatum, quod dolum indicat) *in dec. 498. num. 14. & antea dec. 359. nu. 18.* faciunt tradita à Peg. *in prax. crim. cap. 17. num. 5.* Ramon. *conſil. 60. num. 15.* Regens Vinyes *in diſc. celebrandi curias diſc. 2. nu. 53. & ſeq.*

31 Et ſic ex negligentia ſine dolo (niſi ſit per Foros præventum) ex ſolo damno, vel injuria partis pro contraventionibus fororum non eſſe officiales ſyndicandos ſcribit Vargas *in conſid. prac. pro Syndic. par. 8. tit. 2. conſid. 1. nu. 10.* & de eo caſu, in quo per Conſtitutiones eſt diſpoſitum, loquitur Maſtril. qui *ſuprà de Magiſt. lib. 6. cap. 8. n. 109.* & objectioni violationis juramenti ſatisfaciens poſt latè, & doctiſſimè enucleatam materiam, in idem convenit Excel. D. Vicecancel. Creſpi *obſ. 1. nu. 315.* cujus en aurea verba: *Et non ſufficere culpam, ſed dolum ad perjurium obſervandi conſtitutiones, & in re gravi, non in levibus probat Mieres ad Conſt. Cathal. tom. 1. collat. 7. cap. 9. nu. 23. & 24. Berart de viſit. cap. 3. nu. 72. Anguian. de legibus lib. 2. controver. ver. 23. nu. 14. etenim in quolibet juramento cenſetur excepta legitima cauſa cap. 2. de his fiunt à major. par. Cap. ubi Interpretes, & qui odio, vel amore in judicando ducitur, pervertit judicium Chriſti, qui eſt juſtitia, & fructum illius convertit in amaritudinem, cap. 79. quicunque 11. qu. 3. l. fin. ff. qui ſatisd. cog. l. 1. ff. de ventre in poſſeſ. mit l. quamvis, ff. de condit. & demonſ. l. non videtur, § juſſu. ff. de jur. iurand.*

Semota quæſtione jure noviſſimo in Magiſtratibus, & 33
Juſdicentibus ſtabilita, fortiùs, & ſine controvertia in Superioribus venit obſervanda, & ſic hæc ſine dubio procedere in Auditoribus Rotæ Lucen. tradit Ludovicus, qui *in dec. 1. n. 50* poſtquam dixerat, quod licèt aliquando fuerant negligentiis delati, moleſtati, ſemper abſoluti fuerunt, ſcribit *in dec. 3. nu 45* ibi: *Iſti ergo domini Judices ex communi, & generali conſuetudine (quid quid ſit de jure) non debent aliquo modo inquietari pro iſtis ſimilibus cauſis etiam remota dicta conſuetudine, quia eorum ſententia mihi viſa fuit juſta, & ego exercui duodecim, ſive quatuordecim officia, nec unquam vidi meos anteceſſores ſyndicari, nec ego ſyndicatus ſive moleſtatus fui pro ſententiis, à quibus datur appellatio, ſive quando dictæ ſententiæ reparari poſſunt in alio judicio, quemadmodum erat iſta, cum ſi quod eſſet præjudicium, potuiſſet reparari: dici enim ſolet ſi gravaris, appella, & ut verum fatear, obſtupui, quam primum vidi, inquietari iſtos dominos iudices ſuper iſtis ſententiis ab ipſis prolatis ſemoto dolo.*

Et in officialibus perpetuis idem ſequitur Caſtillo *in* 33
dec. 162. nu. 30. & apertiùs in Senatoribus Regiis, qui Præfectorum Prætoris ſunt ſubrogati, niſi per ſordes judicaverint, non etiam per negligentiam, viſitationi ſuppoſitos eſſe, poſt Bovadilla repetit Anton. Pichar *lib. 4. inſt. imp. de obligat. quæ ex quaſi delic. naſc. in princ. n. 30.* cujus verba expendo: *Reſtat ultimum quo probavimus, Judices ſupremorum Tribunalium qui Præfectorum Prætoris loco ſubrogati ſupremam habent juriſdictionem, Præſidentes, ò Regentes, y Oidores de las Cancillerias, y Audiencias, de malè judicatis non teneri, nec in Syndicatu eorum occaſione poſſe urgeri, vulgo quando ſon viſitados, quoniam obſervo quæſtionem hanc ab aliis omiſſam, diligenter examinari ab Hiſpano Bovad. lib. 5. polit cap. 3. ex nu. 55. ad 65. qui tandem decem argumentis concludit in eis regulam noſtri textus limitari, nulloque caju contra eos has malè judicatarum litium cauſas admitti, ſi propter imperitiam malè judicaſſe dicantur, quam eandem opinionem probat gloſ. ad edictum juriſdictionale judicum præſidialium gloſ. 26. verbo ſane appellant, nu. 34. & 35. ſicque praxi, & uſu admiſſum conteſtentur in omnibus tribunalibus ſupremis, quibus & ego aſſentior, magnæ enim ſunt rationes (quas eſſet nimis otioſum tranſcribere) quæ eos judices petitionibus his moleſtari non ſinunt; & quia nullus eſſet, aliàs finis litium, cum & Judex ipſe, qui de hujuſcemodi cauſis cognoſcere poſſet, item & male judicare, & ejus ratione teneri, atque ſic daretur proceſſus in infinitum, quod tamen ferendum non eſt.*

Solummodò quando per ſordes, aut dolum litem ſuam fecerint, admittendas eſſe contra ſuperiores Judices querelas ſubdit dic. Pichar. in citato loco, & in Senatore loquitur Farinac. *dict. conſil. 64. n. 10.* notat Larrea *dec. 198. n. 59.* ſcribens eo non leviter peccare viſitatores qui ſyndicatorum ſententias inquirunt an judicaverint, cum plures cauſæ ſint, quæ arbitrio Judicis relinquuntur, & Maſtril. *de Magiſt. lib. 6. cap. 10. n. 122* dolet, aliquando id malè, ac peſſimè obſervatum contra Sanctiſſimam Regis noſtri mentem, & recitat Solorz. *de jur. Indiar lib. 4. cap. 8. nu. 56.* eandem ſequitur reſolutionem Berart. *in ſpeculo viſitat. cap. 25. nu. 56.* ubi inquit quod Magiſtratus, & Judices ſuperiores de imperitia viſitari nequeunt ullo modo, & allegat dic. Bovad. eandem proſequitur Vargas *in conſid prac. par. 8. tit. 3. conſid. 5. nu. 7.*

Scopus Regiæ intentionis in hoc Principatu, & ut Se- 34
natores de ſordibus, & dolo malo tantum teneantur, comprobatur; nam in Regio privilegio Sereniſſimi Domini Regis Philippi Secundi 13. Julii 1599. pro Officialibus Domus præſentis Civitatis Barcinonæ ſancitur, ut quotannis facta electione ad ſortem novorum Conſulum Barcinonæ per eos, & Clavarium ſyndicentur veteres Conſules, & reliqui Officiales Civitatis, atque facta ad id extractione unius Aſſeſſoris, Advocati Fiſcalis, & tabellionis cognoſcant dumtaxat de dolo, fraude, ac barattaria, & non aliàs: prædictum privilegium perlegi, & idem de eo ſcribit Xammar *de privil. Civitatis*

Barcinonæ, §.20. nu. 42. in fine, & §. 21. num. 43. quid ergo de Magistratibus Superioribus Dominus Rex sanxisset, id altiùs argumentum demonstrat, ut in simili argumentatur Gallego *in respons. pro Syndic. nu. 25.* undè sic infertur etiam juxta Regiam sanctissimam intentionem non de negligentiis, sed de dolo, fraude, & barattaria Magistratus superiores in visitationibus Regiis syndicari.

35 Nam præter hos expressos casus, de scrupulosis querimoniis syndicari, est, ut inquit Puteus *de Syndic. nu. 1. & 6.* frangere nervum justitiæ, deprimere auctoritatem Judicum, augere maleficorum audaciam, & qui mundas in officio habuit manus omnimodam attestationem habet, quod injuncto muneri satisfecit, & magna cum gloria reluceſcit, Mastril. *de Magistrat. lib. 6. cap. 8. nu. 4.* nam sic Magistratui scisciranti quomodò suo oneri incumberet, & justitiam moderaretur, litteris rescripsit excellens in vera prudentia religiosissimus P. Eusebius Nieremberg Societatis Jesu, ut in manibus candorem servaret, & interesse non incumberet, nec ve alia eidem impulit in mentem cum in eo præstantis Judicis documentum tendat, *epist. 16.*

36 Sed hæc ulterius sine opaccatione ulla comprobantur, si sententiæ à Senatoribus in Aulis, vel in corpore Senatus capiantur, pro judicatis tunc, non sunt à Syndicatoribus admittendæ querelæ, comprobat Bovadilla *in polit. lib. 5. cap. 3. nu. 63.* Gallego *in respons. pro Syndic. cap. 6. n. 7. & 10.* Berart *in spec. visit. cap. 10. num. 22.* Vargas *in consid. prac. de Syndic. par. 8. tit. 2. consid. 6. in princ. & n. 26. & tit. 4. consid. 4.* Solorzan. *de jur. indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 8. num. 55.* Dom. Vicecancel. Crespi *obs. 6. nu. 10.* & optimè *in obser. 1. n. 289.* ubi rationes pro hoc asserto tradit, ibi: *Ex hoc fundamento fluit, ut ea opinio, vel interpretatio, quæ à Senatu complectitur, nunquam possit Syndicatui esse obnoxia, vel justè ab ea reclamari regulariter tanquam notoriè injusta; quia sola Sen. auctoritas tribuit illi ab extrinseco probabilitatem, l. filius 14. ibi sic enim inveni Senatum censuisse, ff. ad l. Cornel. de falsis.* Et ex alia parte Senatus opinio intrinsecà probabilitate non caret; nam res, quas ipse Senatus diiudicat, & declarat, priùs maturæ, & magna cum circumspectione scrutatur: & aliunde Judex non suam, sed alienam causam agit, Crespi cit. ibi: *Judex qui illam in judicando amplectitur nequeat dici suam litem facere, Bar. in l. fin. C. de pœna Judic. noster Valerius verbo opinio diff. 1. n. 1. Salsedo de leg. polit. lib. 1. cap. 9. nu. 44. multo magis id efficiet Senatus censura, cui jus dicendi auctoritas est, & à lege, & foris concessa, & in cujus Senatoribus frequentius est matura jurisperitia, experientia, & integritas, docte Solorz. de Jure indica tom. 1. lib. 3. cap. 2. nu. 38. & tom. 2. lib. 3. cap. 1. nu. 62. & 63. & ob Senatus auctoritatem ab eo non interponitur appellatio, sed supplicatio, Font. dec. 5. nu. 14. tom. 1. l. unica ff. de offic. præfec. præt. leg. si quis 5. Auth. quæ supplicatio, Cod. de præcibus Imp. offeren. facitque opinionem communem sententia Senatus, imo securior est, Borgninus dec. 43. nu. 10. Sesse dec. 432. nu. 66.*

38 Aliam ad id rationem adducit Larrea *dec. 98. nu. 59.* ibi: *Sed & quis visitator.*

Divi Themidos oraculi vates.

majorem jurisprudentiam adeptus præsumpserit, quàm tres aut quatuor periti Senatores, qui decreverint in Aula Concilii, & de eis affirmamus quod dixit Imperator *in l. humanum 8. Cod. de legibus, ibi: Bene enim cognoscimus quod vestro consilio fuerit ordinatum id ad beatitudinem nostri imperii, & ad nostram gloriam redundare,* unde cum eo nos asseveramus de generali consuetudine, Senatores de sententiis in Senatu factis non syndicari.

39 Extat apud nos expressa Constitutio 11. *incipiens: Poch valdria, tit. de observar constitucions,* ibi: *E empero si las ditas sentencias seran donadas ab determinacio, ò deliberacio del Concell Real. ò de la Audiencia, no volem que los dits Officials, ò Jutjes pugan esser querelats,* probant ex nostris Gallego *in resp. pro Syndic. cap. 6. nu. 7. & 10.* Berart. *in spec. visit cap. 10. n. 22.* & alii suprà *n. 36.* ita fuit observatum in Regia visita D. Regentis Clavero 16 Novemb. 1604. in favorem Mag. Joannis Gallego, Josephi Benac. & aliorum Regiorum-Senatorum contra Raphaelem Cornell partem instantem Civem Barcinonæ, & eodem die in favorem N. Josephi Mur Regentis Reg. Cancel. & 10 Januarii 1605. in favorem Magnifici Joannis Magarola contra Syndicum Civitatis Illerdæ.

DECISIO XCV.

ARGUMENTUM.

Speciali jure Cathaloniæ Officiales inferiores subjecti judicio tabulæ, syndicari possunt de lata, & levi culpa; & eodem jure Magistratus superiores querelari non possunt, nisi de dolo, & coemptione; prout de jure communi solùm ad id tenentur Officiales inferiores perpetui, ad intelligentiam *Const. 6. & 7. tit. de offic. de Jutg. de Taul. & unic. tit. de la pena del Jutge,* quæ concordant cum *cap. cum æterni 1. de sent. & re judic. lib. 6.*

SUMMARIUM.

1 *Officiales inferiores possunt syndicari jure nostro, propter fraudes, barattarias, & latam culpam,* ut in Const. 6. tit de offic. de Jutges de taula, *& propter crimina, & culpas,* ut in Const. 7. ejusdem tit.
2 *Culpa in dictis Constitutionibus intelligitur levis, & Constitutiones una per aliam interpretantur, & argui potest de ratione legis revocatæ, ad intelligentiam revocantis.*
3 *Officialis condemnatus propter fraudem, corruptionem, barattariam, aut aliam magnam culpam, amplius ad officium redire non potest, cum decisione.*
4 Const. 6. & 7. tit. de offic. de Jutg. de Tau *loquitur de officialibus temporalibus, qui purgant tabulam, alii verò, qui subiciuntur Regiæ Visitæ syndicantur tantùm de dolo, & negligentiis, si tam dissolutæ sint, ut cadant in dolum.*
5 *Judex superior propter dolum commissum in judicando, tenetur solvere parti litis æstimationem.*
6 *Officiales superiores per se, mulierem, filios, aut aliam interpositam personam aliquid à clientulis non accipiant, sub pœna privationis officiorum.*
7 *Ubi quod lex statuere intendit, illud exprimit, & quando id non exprimit, negare intelligitur.*
8 *Constitutiones in omissis accipiunt interpretationem a jure communi activè, & passivè, etiam quando jus commune corrigunt, quia commentari debent, ut illi minus derogent.*
9 *Jus dici oportet in hoc Principatu priùs secundum jus Patriæ, post secundum jus Canonicum, & eo deficiente, secundum jus civile.*
10 *De pœna Judicis Ecclesiastici, qui per gratiam, vel sordes judicaverit.*
11 *Interpretatur* Tex. in cap. cum æterni de sentent. & re judic. *loqui in judice Ecclesiastico ordinario.*
12 *Superior Magistratus in hoc Principatu habet jurisdictionem ordinariam.*
13 *Impugnatur doctrina Cancerii & nu. 14. & nu. 17.*
15 *Dolus verus habet duas pœnas, unam pro qua civiliter agitur, & alteram quæ criminaliter prosequitur, & de uno judicio ad aliud non obstat judicatum.*
16 *Regia Audientia civilis cognoscere tantùm potest de causis Civilibus; non verò de Criminalibus, nisi incidenter.*
18 *Quando senten. prolata per sordes, aut gratiam sit nulla, & debeat revocari.*
19 *Statuta accipere debent interpretationem à consuetudine universali, & eam interpretationem accipere etiam debet delegatio Syndicatus, quamvis sit concepta plenioribus verbis.*
20 *Decisiones Regiæ visitæ.*

1 AN dicta in Decisione antecedenti procedant de jure nostro Municipali, videlicet quod Officiales, & Magistratus tantùm syndicari possint de dolo, non verò de lata culpa, & negligentiis in officio; superest nunc, proferamus, & utique in utraque officialium sphæra, tam Superiorum, quàm inferiorum, aliquid in nostris juribus statutum excogitemus. Pro officialibus inferioribus, qui judicio tabulæ subsunt, duæ sunt Constitutiones, altera Dom. Regis Jacobi Secundi in Curia Illerden anno 1301. quę est in ordin. 6. incipiens: *Primerament tit. de offic. jud. c. tabulæ,*

tabulæ, & altera ejusdem Dom. Regis Jacobi II. in tertia Curia Barcinonæ ann. 1311. quæ est *septima* ejusdem tit. Statuit in prima puniri debere Officiales propter fraudes, barattarias, aut latam culpam cum pœnis in Constitutionibus dispositis, & subdit: *sin autem in rebus levibus deliquerint, ibi: Estes cosas lleugeras* puniantur juxta qualitatem criminis, prout ratio dictaverit. In secunda Constitutione circa ordinatoria, & decisoria judicii illius Syndicatus novam formam, quam adhuc observamus, collocat, & in quinque capitula, querelas in Officiales proponendas admitti, videlicet: Primum, si fuerint negligentes in custodiendo, & manutenendo jurisdictionem, aut jura Regia. Secundum si commiserint, vel fraudem fecerint pro pecuniis, vel alia de causa in damnum Domini Regis, & diminutionem suæ Regiæ jurisdictionis. Tertium si servaverint vel non servaverint statuta, & ordinationes Curiarum Generalium Cathaloniæ. Quartum super omnibus, & singulis injuriis, & gravaminibus per dictos Officiales illatis Universitatibus, Ecclesiis, Prælatis Ecclesiasticis, Militibus, Civibus, aut quibusvis aliis. Quintum super omnibus in quibus ipsi Officiales, vel aliquis ipsorum deliquerit in officio; vel tenendo officium, & in hisce casibus pro crimine, vel culpa inquiri; & non aliàs officiales finit, ibi: *E dejen esser en aquest pronunciat tant solament de crim, è culpa dels officials, e no de altra cosa.*

2 Et obiter quæro, de qua culpa intendit contra Officiales agi, cum indistinctè in hac ultima Constitutione de culpa verba protulerit, & certò habetur ejus appellatione culpam etiam levem complecti, scribit Maranta *de ordin. jud. par. 4. disp. 1. num. 88.* punctum in simili statuto Belluga *in spec. Princ. rub. 35. num. 13. cum seqq.* Farinac. *in prax. quæst. 88. num. 100.* Barbosa *appellatione culpæ*, Sesse *in respons. pro Sindic num. 14.* & est ratio, quia in Constitutione antecedenti idem Dominus Rex, & Curia etiam de levi teneri Officiales exploratiùs disposuerant; & non incerti juris est de illa ad hanc sequentem, interpretationem inferri; quia Constitutiones una per aliam interpretantur, Ripoll. *in addit. ad prax. Peguer. rub. 16. num. 18.* Font. *tom. 2. decis. 410. num. 20.* Giurba *in Consuet. Messanen. cap. 2. glos. 1. par. 1. num. 15.* Etsi per unam altera revocetur; nam argui potest de ratione legis revocatæ, ad intelligentiam revocantis, Castillo *controvers. lib. 5. ca. 108. num. 7. cum pluribus seqq.*

3 Hanc resolutionem in dictis Constitutionibus sectantur Mieres ad interpretationem ejusdem *Const. 7. tit. de offic. tab. in Comment. dictæ Curiæ Dom. Regis Jacobi Secundi part. 1. collat. 4. pag. mihi 194. & in Comment. Dom. Regis Petri Tertii in Curia Montis. collat. 6. part. 2. in novis. fol. 56. num. 15. cap. 9.* (sic intelligendus Romaguera *in statut. Eugubii lib. 1. rub 19 nu. 23.*) Canc. *var. 3. cap. 12. num. 94. & 95* juxta mentem dictarum Constitutionum inquit, Officialem condemnatum propter fraudem, corruptionem, barattariam, aut aliam magnam culpam, ampliùs ad officium redire non posse, & quod ita visum fuit Regiæ Audientiæ die 16. Martii 1599. ad relationem Magnifici Joannis Gallego Regii Consiliarii in causa Jacobi Reventos termini de Subirats, contra aliquos singulares dicti termini, scriba Mallol. & Berart. *in spec. visit. cap. 17. num. 129.* ita intelligit *Const algun Official. 3. de person. prohibid. regir. officis*, *Const. tot. Veguer 4. & dictam const. 6. tit. de offic. Judic. tab.* Font. *de pact. 1. claus. 4. glos. 10 par. 1. num. 58.* ubi subdit, quòd dijudicare an sit delictum magnum, vel parvum, pendat ab arbitrio judicantis, pensatis circumstantiis facti, & personæ delinquentis, & quod Senatus in exemplari præhabito censuit, esse delictum parvum, quia dictus Reventos solum fuit condemnatus ad solvendum expensas, & damna passa, & sustenta per partem, post Font. eo litterariter cum exemplari citato, sequitur Rogerius *post prag. 1. de offic. Syndic. in respons. ver Ut autem.*

4 Non omitto Constitutiones illas *6. & 7. tit. de officis de Jutges de Taula* quæ statuunt, Officiales syndicari posse de dolo, & negligentiis, loqui de Officialibus Regiis temporalibus, qui subjiciuntur judicio Tabulæ, juxta dispositia *in dicta Const. 7. & 19. eod tit.* & nihil disponere respectu Officialium Regiorum inferiorum, qui sunt perpetui, & subjiciuntur Regiæ Visitationi, juxta *cap. 5. Curiarum anni 1599.* unde quoad Officiales perpetuos inferiores, quia nihil perventum habent in Constitutionibus nostris, observandum erit, quòd hucusque scripsimus, eos, attento jure communi noviss mo, & consuetudine, non teneri nisi de dolo, & negligentiis, si tam dissolutæ forent, ut caderent in dolum, quia tanquam casus omissus regulari debet à jure communi, & infra dicemus.

Pro Magistratibus Maioribus Regiæ visitationi subditis adest *Const. unica Dom. Regis Ferdinandi Secundi in Curia Montis. anno 1510. tit. de pœna Judic. qui dolo judicaverint*, in qua habetur, quòd si oppositio per partem gravamine de sententia, aut provisione Relatoris, vel judicis primitivi, coram Judicibus Causæ supplicationis, ipsi ex eisdem actis illam revocaverint, & pars egerit contra Judicem pro sumptibus ratione injustitiæ expensis, si Regio Concilio visum fuerit, Relatorem cum dolo partem gravasse, solvat ei incontinenti omnes expensas, prout religioni Regii Concilii apparuerit; à qua declaratione supplicari, vel recurri non possit; hoc intellecto, quòd pars justitiam quærere teneatur intra triginta dies postquam fuerit revocata primitiva sententia, seu provisio; & intra alios triginta accuratiùs obtinere declarationem præmissam; aliàs non audiatur; illæsis tamen manentibus pœnis Constitutionis observantiæ, & aliarum Constitutionum ad id disponentium. Hæc Constitutio in Doctoribus Regiæ Audientiæ statuit, ut ex ejus littera nuper expensa depromitur, & ait Canc. *var. 3. cap. 12. numer. 271.* & annuit etiam juri communi, ut inquit idem Canc. quia cum damnum parti quoad contenta in primitiva sententia per revocatoriam fuerit instauratum, in pœnam doli, expensas, id est litis æstimationem ei resarcire Judici jubet; prout habetur *in l. fin Cod. de oar & extraor. cog. l. filius familias 15. § judex, ff. de judic. princ inst. de obligat. quæ ex quasi delic. nasc.* quæ pariter cum jure Canonico concordant, ut probat *tex. in cap. 1. de senten. & re judic. in 6.* ad tradita per Farinac. *in prax. quæst. 111. num. 10.* Bucar. *de different. quæst. 152. num. 20.*

De aliis autem pœnis judicantium per dolum nihil edictat Constitutio, eas tamen instituit alia Const Dom. Regis Ferdinand. Secundi, in secunda Curia Barcinone ann. 1493. *in ordine 3. tit. de salaris reben los official. sobre lo Gener.* quæ Officialibus superioribus, prohibet, quod per se, mulierem, filios, aut aliam interpositam personam aliquid à clientulis accipiant, sub privationis officiorum pœna, & inhabilitatis ad alia, & solvendi undecuplum Generali, quam allegat Berart *in spec. visit cap. 10. numer. 57.* Xammar *de off. judic. par. 1. quæst. 20. numer. 49.* & licèt solum ejus littera appareat versari in delicto coemptionis, sub eo tamen reliqua Judicum delicta comprehensa veniunt, ut dicimus alibi. 6

Ex quo in dictis Constitutionibus de coemptione, & dolo fit mentio, docemur, illa tantum esse delicta, quibus contra Magistratus superiores in hoc Principatu insurgi potest, nam si aliàs Dom. Rex, & Curia tentos esse voluissent coniunctim ea expressissent, prout exploratiùs illa dixerunt *in Const. 6. & 7. tit. de offic. Judic. tab.* ubi ad dolum, latam, & levem culpam Officialium inferiorum transgrediuntur, & in ipsis obstrictos esse non omiserunt; unde eadem que præter coemptionem, & dolum in citatis juribus Dom. Regem, & Curiam præter-mittendo satis demonstrant ad commissa dolo Officiales superiores coarctari; prout in simili disp ngit Vargas *consid. pract. de Syndic. par. 8. tit. 2. consid. 2. n. 6. & in introd. n. 15.* & ad casum amplius Bovad. *in polit. lib. 5. cap. 3. n. 62* cujus verba suo idiomate transcribo; ibi: *Lo septimo porque la ley de la partida, que abla de las demandas del mal juzgado por impericia manda, que los Juezes paguen el danno a bien vista de la Corte del Rey, y si la ley quisiera que tambien los de la Corte del Rey, que son Præsidentes, y Oydores pudieran ser convenidos, expressaralo y pues ne lo hizo, fue visto excluhirlos de semejante exaccion:* ita in simili Carleval. *de judic. lib. 1 disp. 4. n. 7.* 7

Ac liceat ulteriùs insequi, de quo dolo loquatur *dict. Const. unica tit. de pœna Judic.* & certò ex prænotatis quæ jecimus *in decis. antec.* de dolo, vel impericia, quæ in dolum cadit, Constitutionem edicere patet; quia cum doli ibidem expressi enodatio fuerit omissa, dispungenda ea venit à regulis juris communis *l. ut gradatim 11. § 1. ff. de mun. & hon.* Font. *dec 108. n. 4. & de pac. 1. claus 4. glos. 18. par. 2. n. 68.* & à jure, activè, & passivè interpretationem accipere debet Canc. *var. 3. Cap 12. numer 274.* Font.

decis.

de cis. 498, *num.* 17. quæ emanant, tum quando statuta conveniunt cum jure communi, à quo tunc reassumunt ampliationes, & restrictiones, Oliba *de aff. to. 1. par. 1. lib. 2. cap. 4. à num.* 20. Canc. *var. 3. cap. 16. num.* 144. Despujol ad Mieres verbis: *Constitutionum verba in repertorio*, Iranco *de potest. consid.* 89. *n.* 8. Nobilis Senator de Tristany *in Corona Bened. cap. 2. num.* 272. tum etiam quia quando ius commune corrigunt commentari debent ut illi minus derogent, *l. præcipimus* 32. § *fin. Cod. de appel. cap. cum dilectus* 8. *de consuet.* Giurba *in consuet. Mes. cap.* 11. *glos.* 5. *num.* 5. Regens Vilosa *post trac. de fugit. dissert.* 5. §. 2. *num.* 45. atqui a jure novissimo Codicis (quod uti posteriùs attendi debet, *l. non est novum* 26. *ff. de leg.* Reg. Vilosa *supra n.* 52.) tantum de dolo, de quo appareat per evidentes probationes (quem tunc dolum verum esse asseveranter probavimus) Magistratus præmaximè Superiores conveniri valent: ergo de dolo vero Constitutionem loqui concludenter infertur.

9 Sed apprimè ad casum: nam Constitutiones nostræ priùs interpretationem assumere debent in casibus omissis à iure Canonico, quam à citato iure Civili; namque jus dici oportet in hoc Principatu priùs secundùm jus patriæ, post secundùm jus Canonicum, & deficiente eo, secundùm ius Civile, *Const.* 40. *Cur. ann.* 1599. Berart *in spec. Visit. cap.* 25. *num.* 21. Peg *in prax. sub* 25. *n.* 8.

10 Atqui de iure Canonico sancitum adest *in cap. cum æterni de sent. & re jud. in* 6. Judicem Ecclesiasticum ordinarium, vel delegatum, contra iustitiam, & conscientiam propriam iudicasse videri, quando per odium, favorem, præmium, aut præmii expectationem iustitiam everterit, ut & ibi; *Quicquam fecerit per gratiam, vel sordes ab executione officii per annum noverit se suspensum ad æstimationem litis parti, quam læserit, nihilominus condemnandus*; ubi explicans Barbosa ex communi Doctorum, quos allegat subdit *num.* 5. ibi: *Notantes hujus textus decisionem procedere tribus concurrentibus, primo, quòd per sordes, vel gratiam, secundo quòd contra justitiam, tertio in gravamen partis, Judex Ecclesiasticus injustam proferat sententiam*, & licèt respectu pœnæ suspensionis per annum, discrimen adinveniatur inter Judices Ecclesiasticos; & Sæculares, quoad reliqua comparantur, ut indicat idem Textus, ibi: *Salvis aliis constitutionibus, quæ in iudicibus malè iudicantibus, pœnas ingerunt, & infligunt*, facit Barbosa *ibidem*, & Bucar. *de different. inter Judic. Civil. & Crim. diff.* 152. *num.* 19. Vargas *in consid. pract. de Syndic. par.* 8. *tit.* 2. *consid.* 2. *n* 10. & de visitatione Ecclesiastica ad Sæcularem valere argumentum scribit Costa *de remed. subs remed. ult.* ergo nostra Constitutio de dolo superioris, qui per gratiam, vel sordes iudicaverit, & sic de dolo vero intelligenda restat.

11 Et ut magis adaptetur hæc consideratio, ulteriùs ponderamus, quia Pontifex etiam *in dict. cap. cum æterni*, decernit in Judicibus Ecclesiasticis, qui ordinarii sunt, & sic in Prælatis superioribus, qui iurisdictionem ordinariam habent, ut Episcopi, *cap. Episcopus de offic. ord. lib. 7. cap. conquerente, cap. cum dilectus eodem tit. in antiq.* Barbosa *de potest. Episc. par* 3. *alleg.* 54. *num.* 31. Capitulum Sede vacante, Utrit. *in trac. de Capit. Sede vac. quæst.* 1. *num.* 6. *cum seqq.* & alii ut in similibus terminis explicat Luca *de foro comp. disp.* 68. *num.* 2. & *seq.*

12 Vnde sic ejus, intellectus non ineptè ad superiores Magistratus sæculares duci valet; namque etiam hi in hoc Principatu jurisdictione ordinaria utuntur, *tot. tit. de Audient. y Consell. Real. tot. tit. de elect. nom. y exam.* ut universi, & ut singuli in causis sibi commissis, Reg. Cortiada ex infinitis *d. cis.* 10. *num.* 30. *cum seqq.* & amplius conveniunt, quia Pontifex Judicem condemnat in litis æstimationem, Rex, & Curia in expensas litis, quę idem sunt cum æstimatione litis, Pontifex extra suspensionis pœnam, ad alias per Constitutiones statutas jus reservat; pro ut id ipsum habetur in fine nostræ Constit. ut inde inferatur æqua lance utrasque currere leges, & sic per dolum tunc Superiores judicasse dici, quando per gratiam, vel odium, aut etiam per sordes litem suam fecerint, infertur.

13 Iam nunc sequitur cavendum esse à Canc. *var. 3. cap. 12. numer.* 271. quem sequitur Berart. *in spec. visit. cap. 25. numer.* 44. affirmando intelligi dictam Constitutionem unic. tantum de dolo præsumpto, in quem, inquiunt, incurrit Judex, si in jure vulgato erret, vel si non facit quod ratione sui officii scit, vel scire debet, non autem de dolo vero voluntario, nam tunc dicta Constitutio iniqua esset, cum grave crimen Judicis impunitum remaneret, & in mera partis libera voluntate illius punitio penderet, nihil de eo conquerendo intra triginta dies nec utique condigna punitio veri doli foret; cum sola restitutione expensarum, cum vera punitio doli mali, sit infamiæ, & officii privationis, ac nec eget in dolo malo pars obtinere revocationem sententię iniquę, qualem Constitutio requirit, cum tunc sententia sit ipso jure nulla.

Nam his obviam fit ex insta er comprobatis, quod 14
Judex, maximè Superior, non incurrit in dolum, nisi per gratiam, odium, aut etiam sordes judicaverit; & quòd licèt communiter in cæteris dolus probetur per præsumptivas coniecturas, qui dolus tunc dicitur præsumptus; at in Judice dolus non probatur per præsumptivas coniecturas, nec in eo arguitur ex dissoluta negligentia, sed requiritur quod probetur per evidentes coniecturas; & tunc jam non est dolus præsumptus, sed verus; & ut uno verbo rem claudamus, etsi in aliis dolus præsumptus sit punibilis, in Judice nunquam potest dici dolum præsumptum esse punibilem; cum nunquam in eo dolus præsumptus argui possit, sed verus dolus, de quo constet per manifestas, & evidentes probationes, quæ tendant in ambitiones, vel sordes.

Ulteriùs, quamvis versetur Constitutio in dolo vero, 15
prout præcisè in eo intelligi oportet; non inde sequi valet quod affirmant citati Doctores, impunita remanere tam gravia delicta, qualia insurgunt ex dolo vero, nec eorum punitionem pendere à mera partis voluntate, quæ potest non conqueri, intra triginta dies in Constitutione ei præfixos; & sic per dissimulationem delictum absolvere; nam ea non indifficiliter ex documentis jactis refellimus; quia dolus verus habet duas pœnas in jure statutas, instar furti, unam pro qua civiliter etiam potest agi, quæ consistit in litis æstimatione parti solvenda; & alteram quæ criminaliter prosequitur, comprobat idem Canc. *var. 3. cap. 12. numer.* 241. qui resolvit esse prædicta judicia diversa, nec de judicio, in quo agitur de damnorum recuperatione, ad id de quo agitur ad vindictam, & pœnæ criminalis persequutionem posse inferri; cum tendant ad diversum finem, necde altero ad aliud obstare rem judicatam; cui adde *Const. confirmantis* 6. *tit. de iniurias*, ubi in fine id ipsum expressè probat.

Insuper coram Judicibus causæ supplicationis de 16
dolo, criminaliter prosequendo, agi non poterat. Quia Regia Audientia Civilis, seu Judex civilis tantùm cognoscere potest de causis civilibus, & non potest se intromittere in criminalibus, *Const. com. per la bonam administracio 12. tit. de la elecc. dels Doctors de la Aud. Const. fin. eodem tit.* Font. *de pac. 2. claus. 7. glos. 3. par. 9. num.* 12. & quamvis incidenter possint de causa criminali cognoscere, Font. *decis.* 562. *num.* 12. *cum seqq.* at verò ity lus jam prilinus admisit, de quo testatur Ferrer *obs.* 3 *par. cap.* 394. *in fin.* ut nostra Regia Audientia Civilis per Relatorem causæ recipiat informationem, & postea illam tradit, factumque illud notificat alicui ex Judicibus Regiæ Curiæ, & tunc in Regio Criminali Concilio de eo cognoscitur puniendo, vel absolvendo, Reg. Cortiada doctè, & enucleatè *p* 1. *dec.* 35. *n.* 30. *ad* 37.

Quorsum igitur poterat *in dicta Const. unica*, coram 17
Regia Audientia Civili, in qua agebatur de causa civili supplicationis, provisionis, aut sententiæ dolo exaratæ, per Judicem primitivum de alia pœna tractari, quàm de litis æstimatione per Judicem cum dolo vero sustinendam? Affirmativè id ipsum profitemur, quia in eo judicio agitari non poterat de alia pœna, quàm de ea, de qua civiliter conqueri pars ob sui interesse valebat, & utique, quamvis pro expensis exigendis statutus sit parti terminus triginta dierum, non eo pendet impunitas delicti, de quo non loquitur Constitutio; imò pro eo persequendo reservat jus in aliis Constitutionibus, nec vindicta publica tam gravis delicti ab arbitrio particulari dimanabat; cum tunc jam Visitatoris Regii officium adesset firmiter sancitum *in Const. 2. tit. de offic. de visit. in 3. vol Const. 2. in superfluis*, quæ fuerat ejusdem Dom. Regis Ferdinandi Secundi in eadem Curia anni 1510. ubi delictum pœna criminali condigna poterat ex officio, persequi, & pars etiam poterat conqueri, cum per dictam *Const. tit. de officio visit.* derogata non censeretur *Const.*

unica de pœna judic. prout nec correcta censetur per novam visitationis formam statutam *in cap. 5. cur. an. 1599.* scribit Canc. *ibidem*. Convincitur ergo legitimè, prolatam Constitutionem sanxisse de dolo vero in causa civili, quoad expensas litis à Judice parti resarciendas, agitari posse, & non sic impunita crimina judicis dolosi per Constitutionem manere, & condigna pœna afflictum adesse; cum pro dolo vero respectu interesse civilis partis alia non sit, quàm vera litis æstimatio à Judice præstanda, *ex l. filius familias 5. §. si Iudex. ff. de jud.* & juribus citatis.

18 Nec tandem sustinetur consideratio Cancerii, & Berart asserentium de dolo præsumpto debere Constitutionem unicam loqui, cum de ea sententia iniqua edicter, quæ revocatione indiget, & sententia per dolum verum lata est ipso jure nulla, quia præmissa regula incerta est; nam per dolum verum judicare, est per gratiam, odium, vel per sordes jus dicere; & quamvis per sordes præmio, vel pecunia accepta, sententia lata sit ipso jure nulla, nec egeat revocatione: Cæterum si per odium, gratiam, vel sordes pecunia, vel præmio non interveniente, sententia feratur, ea non est nulla ipso jure, sed revocari debet, ut ex infinitis dicit Farinac. *in prax. qu. 111. n. 206.* Vargas *in consid. prac. de Syndic. par. 9. tit. 2. consid. 15. n. 5.* ac etiam utrobique est verum, adiri debere Judicem, ut gravamen, & nullitatem declaret; nam in casu sententiæ nullius, duo habet remedia pars gravata; vel dicere principaliter de nullitate, vel de ea supplicare per modum gravaminis, & nullitatis, tradit Peg. *rub. 28. nu. 5. & 6.* ubi Addit. Ripoll, Font. *tom. 1. dec. 285.* & signanter *tom. 2. dec. 458. & 459.*

19 Ac nec consilio labimur, si perpensa non subsisterent, cum citatos Doctores relegimus pro intellectu dictæ *Consi. unic.* mentem accepisse à juribus Pandectarum antiquatis, nam si à recentioribus, & à consuetudine universali, nostro assentirent dicto, nam scribit Born. *de brac. Reg. par. 5. n. 61.* Mastril. *de Magistrat. lib. 6. cap. 8. nu. 8.* statuta accipere debere interpretationem à consuetudine illa universali, ut Judices, & Officiales non syndicentur de sententiis per imperitiam malè latis, sed tantùm de furtis, malè ablatis, dolo & barattariis. Ita in fortiori Const. Reipublicæ Lucen. in qua disponitur, ut Officiales teneantur de omissis, interpretatur Ludovic. *dec. Lucen 1. n. 48. ver. absolvi,* & ante ipsum in delegatione syndicatus, plenioribus verbis concepta à Duce Ferrariæ Barbat. *consil. 47. cap. 10. Primum, nu. 15. col. 8. vers. Si dicatur*, & post utrumque, in terminis commissionis amplissimæ Alex. Raudens. *consil. 49. n. 83. vers. Tametsi, usque ad nu. 90.* quos laudat Rogerius *post prag 1 de Syndic. offic. in respons. ver. Licet autem*; quæ sine difficultate in Magistratibus superioribus procedere inquit Berart *in spec. de visit. cap. 25. num. 56.*

20 Unde resolvitur speciali jure Cathaloniæ Officiales inferiores subjectos judicio tabulæ syndicari posse de culpa lata, & levi, & eodem jure Magistratus superiores querelari non posse, nisi de dolo, & coemptione, & jure communi officiales perpetuos pariter de dolo in syndicatu tantum teneri.

Elaborata hæc tradidi, ut doctrina Vigilantissimi Admodum Illustris Domini Don Didaci de Clavero in Supremo Concil. Arag. Regentis, pariterque in hoc Principatu Visitatoris Regii enitesceret, in querela ad instantiam Philippi de Olzinellas Militis contra Magnificum Jacobum N. Regium Consiliarium ob denegatam justitiam ei oppositam ex causa repulsæ quarundam supplicationum, ut ibi: *veruntamen cum bene perpensis meritis processus, ejus intentio, nec quoad istam doli qualitatem, nec quoad facta principalia remaneat probata saltem quo prætenditur*, fuit absolutus sententia lata die 11. Decemb. 1604. Non dissimilis alia Admodum Illustris Dom. Don Josephi Perez de Bañatos Regentis in Supremo Concil. Arag. & Visitatoris Regii in hoc Principatu in sententia Regia lata die 5. Junii 1613. in favorem Michaelis N. Regii Consiliarii, impetiti ad instantiam Procuratoris Fisc. R. C de negligentiis in munere, quia fuit absolutus eo motivo, ibi: *Tamen quia in his, & aliis dolo versatus non fuit, de quo non constat*; quas, & alias allegandas selegi reconditas in Archivo Regio hujus Principatus.

DECISIO XCVI.

ARGUMENTUM.

Officiales, & Judices, qui habent administrationem rerum fiscalium, vel aliam publicam administrationem, tenentur de dolo, lata, & levi culpa: sed an teneantur de levissima, dispungitur, & an hæc procedant in Commentariensi carcerum, declaratur cum observantia Senatus, qui Commentariensem etiam ad emendam damni condemnat, etsi non fuerit nisi tantùm condemnatus ad pœnam extraordinariam; prout idem evenit in committente falsitatem, licèt verum sit, quòd fur solùm, quando condemnatur ad pœnam ordinariam delicti, condemnatur ad emendam damni, & interesse partis. An Deputati, & Auditores Generalis Cathaloniæ, possint, aut debeant præmia, id est *axaus* licitantibus jura Generalitatis offerre, & an syndicari possint, ex quo præmia non promiserunt. Quomodò admittantur recursus à sententiis Visitatorum Generalis Cathaloniæ, ubi ad litteram recitatur Regium decretum in hoc statuens.

SUMMARIUM.

1 *Judices licèt de jure novissimo, & de consuetudine universali non visitentur nisi de furtis, & dolo; id non procedit in illis, qui habent administrationem, quia isti tenentur de dolo, lata, & levi culpa.*

2 *Comprobatur ex diversis decisionibus, videlicet in Magistro Regiæ Seclæ monetarum, & Credenserio majori, in Magistris Rationalibus, in Dohaneriis, in Consiliariis, & Administratoribus annonæ divet. sarum ditionum, & hoc magis procedit, ubi ex negligentia aliquod damnum infertur Reipublicæ.*

3 *In his officialibus negligentia sola per se est punibilis, & qua pœna.*

4 *Decisio Senatus.*

5 *Ponderatur Doctrina D. Vicecan. Crespi.*

6 *Controvertitur an hi officiales, qui ultra jurisdictionem habent administrationem, progestis in officio teneantur de levissima culpa: affirmativam sententiam tenentes, hic citantur.*

7 *Contrariam opinionem tuentes, cum æquiparentur tutoribus, hic allegantur.*

8 *Quomodo exculpentur officiales.*

9 *Factum in exercente officium Commentariensis Regiorum carcerum Barcinonæ.*

10 *Custos carceris quando est in dolo, vel fraude plectendus est eadem pœna, qua reus, qui aufugit, & si reus capitali non tenebatur, custos carceris extraordinaria Iudicis arbitrio punitur, si in culpa, pœna mitiori.*

11 *Decisio Senatus.*

12 *Decisio in facto controverso; ubi etiam aliæ decisiones citantur.*

13 *Commentariensis comparatur depositario, & ob id, si ex ejus culpa levi, vel levissima reus aufugiat à carceribus, tenetur damnum ex fuga parti illatum resarcire.*

14 *Objectio, & solutio.*

15 *Non condemnatur fur ad emendam damni, & interesse partis, quando plectitur pœna extraordinaria delicti.*

16 *Atverò extra terminos furis, & sic in falsitate, & in Commentariensi condemnatur ad pœnam extraordinariam cum emenda damni, ita Senatus, usque ad nu. 18.*

19 *Ob contraventionem præcepti à Superiore Commentariensi in juncto condemnatur pœna extraordinaria.*

20 *Repulsa supplicatione in pœna principali, non admittitur in consequenti damnorum remissive.*

21 *De quibus delictis cognoscant Visitatores Generalis Cathaloniæ.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

22 *Factum.*
23 *Deputati, & Auditores Generalis Cathaloniæ quando possint præmia licitantibus offerre.*
24 *In arbitrariis Judex non syndicatur.*
25 *Præmia publice dari, & promitti debent, & quomodo, & 26.*
27 *Quando dicatur notoriè injusta sententia.*
28 *Quam diligentiam præstare teneantur Administratores in rebus publicis.*
29 *Quibus in casibus permissum sit recurrere à sententiis Visitatorum Generalis Cathaloniæ, & quomodo in his procedatur, & nu.30. & 31.*
32 *Verbum* potest *in statutis importat necessitatem.*
33 *An sit arbitrarium Deputatis præmia licitantibus offerre, usque ad fin.*

1 REGULÆ quòd Judices de Jure noviſſimo, & de conſuetudine univerſali non viſitentur, niſi de furtis, & dolo, procedit in illis, qui juridicundo tantum præſunt, ut expreſſavimus *in dec. antecedentibus*. Etſic primo ab ea ſepara illos, qui habent adminiſtrationem rerum Fiſcalium (quæ eſt ſecunda pars Auth. *ut judices ſine quo ſuffrag.* § *illud*) vel aliàs publicam exactionem; quia iſti & Pandectarum jure, & Novellarum ævo, & ubique poſt dictam conſuetudinem univerſalem tenentur de dolo, lata, & levi culpa, *l. magiſtratus 6. ff. de adminiſt. rer. ad civit. pertinent. l. ſi pupillus 45. § fin. ff. admin. tut. l. quid ergo 13. ff. ad municip. l. unica C. de conduc. & procurat. ſive act. præd. Fiſc. lib. 11. l. 1. Cod. de canonic. larg. l. judices 11. C. de annon. & tribut, l. 1. Cod. de ſuſcep. l. omnes judices 33. Cod. de decur. l. placuit 4. Cod. de collat. fund. pat. Auth. de quæſtoribus* §. *ſuper*.

2 Comprobatur ex Rovit. *dec.* 36. ubi agit de Magiſtro Regiæ Seclæ monetarum, & Credenſerio Majori, qui in exercitio officiorum omiſerant habere duos libros cum ſpecifica deſcriptione ſingularum partitarum æris, argenti, vel auri immiſſi in eam ad laborem, ut poſſent conferri pro evitatione fraudum, & probat deliquiſſe; & illam negligentiam eſſe latam culpam, & punibilem, Georg. *alleg.* 42. ubi tradit de Magiſtratibus Rationalibus Regiæ Seclæ Regni Neapolis, ad quos ſpectat juriſdictio ponderum, & de negligentiæ pœna, Merlin. *lib. 2. contro. cap.* 28. in caſu Dohanerii, & in eiſdem terminis pro Fiſco, Galeota *alleg. Fiſc.* 15. Berart *in ſpec. viſit. cap.* 22. *num.* 31. qui ſcribit de Conſiliariis, & Adminiſtratoribus annonæ, & de cura eorum in conſervatione tritici, Revert. ad Marin. *dec.* 114. *num.* 1. ubi loquitur in Rationali Regiæ Cameræ Neapolis, & eam reſolutionem comprobat Moles *in dec.* §. 16. *quæſ.* 1. Marius Cutel. *in C. l. ſæcul. ad l. Martini not.* 63. *nu.* 4. Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 87. & his allegatis ex variis Doctorum dictis, & juribus latiſſimè, & doctè Bolero Caxal. *in trac. de decoc. debitorum Fiſ. tit.* 1. *quæſt.* 15. *nu.* 4. *cum ſeqq.* qui *nu.* 5. hæc à fortiori procedere inquit, ubi ex negligentia aliquod damnum illatum eſt Reipublicæ, & allegat Boer. *dec.* 217. & Franc. de Amaya *in l.* 3. *Cod. de canon. largit. tit.* 9. *n.* 19.

3 In his ergo officialibus, qui adminiſtrationem Regiam, vèl publicam habent, negligentia ſola per ſe eſt delictum, & puniuntur pœna privationis officii, *l. quicunque Cod. de diver. Offic. lib.* 12. *l. ſi quos* 3. *Cod. de offic. præf. præt. orient. Auth. de armis*, §. *ſancimus*, Merlin. *lib.* 2. *controverſ. forenſ. dict. cap.* 28. & aliis allegatis recitat idem Bolero *in d. tract. de decoc. debit. Fiſc. tit.* 1. *qu.* 15. *num.* 4. cui adde Prato *in reſponſ. pro Syndic. nu.* 327. ſed ea intelligit Rogerius poſt Rovit. *in prag.* 1. *de Syndic. offic. in reſponſ.* latiſſimè *ver. Eum verum*, ſi culpa magna ſit, & dolo proxima, & ſecundùm qualitatem negligentiæ, Berart in his officialibus intelligendus *in ſpec. viſit. cap.* 26. *n.* 49. *in fin.* Jul. Capon. *tom.* 4. *diſcep.* 246. ubi agit de pœnis illorum qui pecunias Fiſcales in ſuos uſus convertunt, deſtinatas in alios uſus, *à n.* 4.

4 Et his retentis terminis fuit obſervatum in noſtro Regio Concilio die 1. Martii 1659 ref. Nob. Michaele de Pallarès I.R.C. ſcriba Oriol. ubi fuit Arcarius Civitatis Balagarii damnatus pro mala geſtione rerum univerſitatis, ad ſuſpenſionem officii Civitatis prædictæ per decennium, & ad reſtitutionem reliqui liquidatione reſervata.

5 Et in hanc partem venit citandus D. Vicecanc. Creſpi *obſer* 98. *n.* 12 & antea *obſ.* 84 ubi in Arcariis Majoribus Civitatis Valentiæ tradit deciſum, ex quo adinventi fuerant in ſua adminiſtratione in manifeſta, & diſſoluta negligentia, non in vero dolo, ſed prope dolum, fuerunt damnati ad reſarciendum damnia Civitati, ex æquitate, *l. in Magiſtratus 7. ff. de Magiſtrat. convenien.* pro virili eo adiecto, ut cæteris Collegis diſcuſſis, pro illis etiam in ſubſidium, & in ſolidum tenerentur, ut Urbis res omnino ſalva foret: Cum tamen ſi in dolo vero fuiſſe appareret, ſtatim conveniri in ſolidum poſſent, & textus, quos ad id allegat, de officiali, qui habet adminiſtrationem, loquuntur, & ſupra laudavimus.

Sed an hi officiales, qui ultra juriſdictionem, habent 6
adminiſtrationem, progeſtis in officio teneantur de leviſſima culpa, vidimus controverſum, affirmativam partem ſectantes ſunt Rovit. *dict. dec.* 36. & alii allegati per dictum Bolero *in tract. de decoc. debit. Fiſcal. tit.* 1. *quæſt.* 11. *nu.* 4. & 9.

Sed contrariam, quod de leviſſima non obligentur, 7
cum æquiparentur tutoribus, qui ad ea non adſtringuntur, *l. contractus* 23. *ff. de reg. jur. l. tutori* 20. *Cod. de negot. geſtis l.* 1. *C. de tutel. & rat. diſt.* §. *tutores inſ. de obligationibus quæ ex quaſi contr.* tradunt Cavalc. *dec.* 37. *n.* 12. Grat. *diſſer. forenſ. to.* 1. *cap.* 125. *n.* 1. & in Theſaurario Generali Sanctæ Cruciatæ obſervat D. Vicec Creſpi *obſ.* 102. *n.* 7.

Sed adhuc præſtoletur Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 6 *cap.* 8
10. *num.* 29. qui docet, quòd excuſantur officiales pecuniarii ob ignorantiam, ſi dolus non intervenerit, *ad tex. in l.* 1. *in fin. ff. ad l. Jul. pecul.* vel quia ſe debitores declarent, vel ſi pecuniam in certum uſum deſignatum, in alios etiam Reipublicæ causà conſumpſerint, credentes id ſibi licere, vel propter excellentiam, & auctoritatem Magiſtratus Reipublicæ, benè meritiſſimi, ut ibidem licet videre.

Ad inſtitutum non omitto quòd Jacobus N. ſutor exer- 9
cens Officium Commentarienſis Regiorum carcerum Barcinonæ fuit delatus in Regia Curia de mala carcerum cuſtodia, & quòd die 16. Julii 1671. prope decimam horam noctis à dictis Regiis carceribus per feneſtram, qua proſpicitur ad plateam *del Rey*; aufugit Petrus Radondo & Albarado à Civitate Cæſaraugustæ Regni Aragonum oriundus, quem per carceres incedere per aliquos dies permiſit, & quod die 3. Aprilis 1672. inter ſextam, & ſeptimam horas veſpertinas aufugit quidam V. I. D. Civis Barcinonæ, quem à cubiculo carceris, in quo erat clauſus quamplurimis diebus, poſtquam extitit captus, extrahebat, contra ei injuncta, nec non etiam aufugit Franciſcus N. incola Villæ de Oliana cui toto tempore quo extitit captus in carceribus Regiis, ei permiſit per illos ambulare.

In dubium venit, quà pœnà eſſet plectendus, at ve- 10
rò cum dictus Jacobus non fuiſſet in dolo, vel fraude, quo in caſu veniret puniendus eadem pœna, qua plectendus eſſet reus captus, *l. ad Commentarienſem, Cod. de Cuſt. reorum*, Farinac *quæſt.* 31. *nu.* 159. licèt alii affirment pœna arbitraria, Jul. Clarus §. *fin. quæſt.* 66. *nu.* 28. ubi Bajardus, Gomez *var.* 3. *cap* 9. *n.* 11. Peguer. *dec* 69. Menoc. *de arbit. caſ.* 302. Caſtillo *dec.* 165. *tom.* 2. Berart. *in ſpec. viſit. cap.* 20. *à num.* 11. de hac materia Thoro *in comp. dec. par.* 3. *ſec.* 1. *verbo carcerarius, ſive cuſtos, pag.* 125. & *in ſupplem. dec. in verbo cuſtos carcer. pag.* 139. Sanſel. *dec.* 46. & alii remiſſivè relati per Reg. Cortiada *deciſ.* 82. *num.* 21. Reg. Matthæu *cont.* 18. & 19. Carol. Anton. de Roſa *in prax. crim. cap.* 3. *num.* 41. de qua re etiam latè agunt citati per noſtrum Romaguera ad Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii lib.* 1. *rub.* 16. *nu.* 3. Caponius *tom.* 4. *diſcep. foren.* 246. *num.* 15. & *ſeqq.* aſſerens quòd ſi is, qui aufugit, detinebatur pro crimine non capitali, tunc Judicis arbitrio punitur cuſtos carceris, & quod ſi duo ſint cuſtodes, & unus aufugit cum reo, alter ad nihil tenetur.

Sed eſſet in culpa, ideo mitiori pœna eſſe plectendum 11
apparuit, ut citati DD. tradunt, inſequendo exemplaria antiqua Regii Concilii, nam ſic fuit obſervatum in noſtro Reg. Criminali Con die 2. Auguſti 1593. & refert dictus Reg. Cortiada qui ſupra (& nos diximus *dec.* 4. *nu.* 63., ubi cuſtos carceris delatus de mala cuſtodia carcerum Regiorum Barcinonæ, quia per portas carceratus aufugerat, fuit condemnatus ad relegationē per quinquennium, & Commentarienſis eodem die fuit condemnatus ad privationem officii, & declaratus inhabilis in perpetuum. Et nuper 4 Maii 1665. fuit damnatus Joannes N. cuſtos dictorū carcerum ad remigandum in Regiis triremibus in perpetuum, inculpatus de doloſa cuſtodia, & die 18 Februarii 1671. referente Nobili Hieronymo de Magarola tunc

I.R.C.

I. R. C. scriba Badia Not. pro negligentia extitit condemnatus custos carceris, ut banniretur à Principatu per quinquennium.

12 Quibus consideratis fuit conclusum in Regio Concidie 13. Julii 1672. & dictus Jacobus N. condemnatus ref. Nob. Petro de Amigant tunc I.R.C. nunc F.A. Actuario Famada Not. ad relegationem in Insulam per suam Majestatem nominandam per quinquennium, & ad refectionem, seu emendam damni, si quod datum fuerat occasione fugæ dicti doctoris, liquidatione reservata.

Circa adducta non omitto, quæ noviter observavit Carol. Anton. de Rosa *in praxi crim. dict. cap. 3. n. 40.* ubi (cum Farinac. *quæst. 31. n. 7.*) probat custodem carceris etiam puniri pro levissima culpa, & *num. 41.* (ex eodem Farinac. *num. 10. & 13.*) ait, latam culpam in Commentariensi, dolo æquiparari, referens exemplaria, in uno ubi carcerarius ob latam culpam fuit condemnatus ad triremes per decennium; in altero ob minorem culpam fuit condemnatus ad exulandum per quinquennium à Provincia.

13 Quoad emendam damni expono in facto, quod Doctor, qui fugam arripuit, erat detentus ad instantiam partis privatæ, à qua prætendebatur, supposito Procuratoris nomine, ab ea accepisse falsò ad cambium ducentum, & triginta duplas auri; quare intrabat regula de quo Donellus *lib. 16. comment. cap. 7.* Farinac. *in prax. quæst. 32. num. 14. & 20.* Boer. *decis. 207.* Pereyra *dec. 69. n. 2.* Esse *in respons. pro Syndic. n. 18.* Scanarol. *de visit. carcerat. lib. 1. §. 3. cap. 1. num. 25.* Reg. Matthæu *de re crim. cont. 18. & 19.* qui affirmant cum *l. quoties 3. Cod. de exact. trib. lib. 10.* commentariensem comparari depositario, & ob id, si ex ejus culpa levi, vel levissima reus fugiat à carceribus, teneri damnum ex fuga parti illatum resarcire.

14 Nec visum fuit obesse, dictum carceris custodem non posse condemnari non defensum à delicto carcerati effugientis, cujus processus ei non fuit communicatus; quia responsum fuit, eum simpliciter non fuisse condemnatum ad damna, sed ad illorum emendam, si quæ data fuissent.

15 Dubitatum etiam fuit in ea causa, an posset ad emendam damni condemnari dictus Jacobus N. exercens officium Commentariensis, cum tantum fuisset pœna extraordinaria punitus, & observat Regium Concilium ad emendam damni, & interesse partis furem condemnari, quando pœna ordinaria delicti, non verò extraordinaria plectitur, Reg. Cortiada *decis. 35. num. 20.* cum observantia Senatus.

16 At verò examinata fuit, in exemplaribus quæ allegat, illam loqui in terminis furis; non verò in illis, in quibus versamur, & proinde magis adaptari casui nostro visum fuit recitatum ab eodem Reg. Cortiada *decis. 88. num. 32.* ubi 6. Octobris 1592. Ludovicus N. causidicus Barcinonæ civis, delatus de quadam falsitate ejus persuasione facta, condemnatus fuit quòd fustigaretur, & ad remigandum in Regiis triremibus in perpetuum, & ad restitutionem damni, si quòd datum esset occasione dictæ falsitatis, liquidatione reservata.

17 Sic pariter die 23. Januarii 1592. quidam Not. fuit condemnatus, eò quòd duo instrumenta fecisset, & clausisset, non visis partibus, nec testibus, falsum committendo, quòd privaretur potestate, & auctoritate Notarii in perpetuum, & ad relegationem in decennium, & ad restituendum expensas, & damnum parti, propter falsitatem instrumentorum.

18 Sic etiam die 20. Augusti 1593. adversus alium Notarium delatum quod tanquam assertus procurator Dominici Roda sartoris capti, & manuleutæ traditi de se præsentando dolosè, & fraudulenter extorsit, & realiter, & cum effectu recepit à Hieronymo Perera agricola Villæ de Batea fidejussore dicti Dominici Roda in instrumento dictæ manuleutæ, quinquaginta libras sub velamine, spe, & promissione relicta, quòd dicta manuleuta executioni non traderetur, & quòd eum obtinuisset licentiam à Magnifico Relatore causæ criminalis, instante Nobili Galcerando de Eril, tanquam illius assertus procurator ad firmandum per Dom. Galcerandum mandatum limitatum ad exigendum, & recipiendum pecunias in Regno Arag. dicto Galcerando debitas, instavit, & procuravit illud firmari, & liberari cum libera, & generali administratione; & in vim dictæ clausulæ extrahi, & authenticari potestatem ad acceptandum præsentationes quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum in favorem dicti Galcerandi de Eril, ad eludendum dictum Judicium Criminale; & de aliis criminibus, & delictis, fuit conclusum, quòd condemnaretur quòd in perpetuum privaretur officio, & exercitio Causidici, & Procuratoris, & relegaretur in insulam per suam Majestatem nominandam ad quinquennium, & ad restitutionem dictarum 50. ℔ ß.

Tandem in facto dicti Jacobi N. Commentariensis, ad eum pœna extraordinaria puniendum, fuit maximopere ponderata inobedientia, & formalis contraventio, præcepto illi à Judice injuncto, iuxta tradita à Farinac *in praxi quæst. 31. num. 170.* 19

Non admissa fuit supplicatio, tam in pœna principali, quam in consequenti damnorum reo condemnato, ex rationibus, quas ponderamus *in decis. 52. n. 49.* 20

Propterea existimo statutum fuisse *in cap. 9 cur. ann. 1599.* novi regressus, quod Visitatores Generalis Cathaloniæ possint cognoscere de omnibus excessibus, & culpis commissis per Deputatos, & Auditores: circa quod recito factum quod de meis temporibus evenit, dum gerebam officium Advocati Fiscalis Visitæ Generalitatis. 21

Die 22. Julii 1658. Deputati, & Auditores Generalis Cathaloniæ vectigal Generalitatis, dictum vulgò *lo dret de Guerra*, quod jam diu hastæ subjiciebatur locare plus offerenti per quadriennium statuerunt, & ut illi qui pro pretio offerret decem mille libras pro quolibet anno, obsignarentur in præmium vulgò *axaut*, centum, quæ incontinenti oblatæ fuerunt; procurator alterius licitatoris supervenit; qui cum præmio quingentarum librarum pro singulis annis duodecim mille libras pro mercede locationis dare obtulit. & hæc oblatio repulsa fuit, & liberatum arrendamentum pretio 10004. ℔ ß pro anno quolibet. 22

Die 11. Junii 1660. in visita fuerunt condemnati Deputati, & Auditores ad solvendum, & reficiendum Generalitati 2300. ℔ ß. simul, & in solidum, ita ut uno solvente &c.

Die 14. Junii anni ejusdem recursum interposuerunt ad suam Excellentiam, prætextu notoriæ injustitiæ, quam manifestare exposuerunt sequentibus rationibus.

Prima, quia denegando præmia obtemperarunt dispositis *in cap. 4. cur. anni 1433.* quod legitur *in lib. dels 4. sensals pag. 256.* ubi expresse prohibitum legitur Consistorialibus Deputationis præmia pluris licitantibus jura Generalitatis offerre. 23

Secunda, quia quamvis Deputatis, & Auditoribus permissum esset præmia promittere *ab reports*, ut disponitur *in dict. cap. 4.* quòd latinè dicitur maturè, attentè, circumspectione media; tamen quia per dictum *cap. 4.* non diffinitur quomodo, nec determinatur quando præmia danda sint, sequitur Consistorialium arbitrio relictum fuisse, *l. 1. ff. de jur delib.* Monet. *de distr. par. 3. qu. 10. n. 4* Menoch. *de arb. lib. 3. quæst. 14. n. 3.* Xam. *de offic. Judic. par. 1. quæst 9. n. 194.* & in his quæ Judici arbitraria sunt, regulariter syndicari Judex non potest, Xammar *d. quæst. 9. n. 198. glos. in cap statutum § Assessorem, verbo relinquatur de rescrip. in 6.* Menoch. *de arbit. lib. 1. q. 70. n 6.* Salgado *de reg. protect. par. 3. cap. 13. n. 29.* Larrea *dec. 98. n. 59. tom. 2.* Berart. *de Syndicat. cap. 25. n. 12. pag. 370.* 24

Tertia, quia quamvis inquisiti stricti forent præmia promittere; syndicari tamen non poterant illa denegando in facto controverso; quando licitator privatim præmia petiit, & præmia dari, & promitti debent non pactionibus privatis, & secretè, sed publicè, mandando præconibus, publicent quod tale dabitur præmium ei, qui tale promittet pretium, Niger *de subhast. cap. 7. § 6. n. 8.* Posth. *de subhast. inspec. 27 n. 93.* Mangil. *de subhast. quæst. 25. n. 7. & qu. 133. in fin.* Azin. *de execu. §. 6. cap. 9. n. 1.* Larrea *alleg. Fisc. 29. n. 1.* 25

Quarta, quia ante liberationem locationis, novus oblator, requisitus à præconibus noluit agere pretium arrendamenti, asserendo principalem suum animum mutasse; undè in illa condemnatione Visitæ, ex fundamentis antedictis injustitiam notoriam passos recurrentes fuisse, dicendum apparebat. 26

Contrarium fuit per Dominos Senatores concordi voto conclusum, qui ante omnia investigarunt, quando adesse dici posset notoria injustitia, & dixerunt, quòd tunc dicitur notoriè injusta sententia, quando sine aliqua probatione extrinseca; ex actorum inspectione (junctis allegationibus jurium, & auctoritatum, ex quibus 27

effici-

efficitur communis opinio) apparet talis, ut cum ex dictis testium, ad quæ fuit facta per Judicem relatio, apparet sententiam continere errorem facti, Ludovic. *dec. 1. per tot. & dec. 264. num. 4. & decis. 330. n. 3.* Font. *dec. 287. nu. 18.* Surdus *consil. 324. tom. 1.* Gratian. *disceptat. forens. tom. 1. cap. 103. num. 18.* ubi Luca, qui explicant dici injustam sententiam notoriè, quando ejus iniquitas deprehenditur ex processu, quando non est conformis libello; & quando est lata contra notorium jus partis.

28 Pariter indagarunt diligentiam, quam præstare tenentur Administratores in rebus publicis sui muneris, quod fuit suprà per nos manifestum.

29 Non omiserunt introspicere decreta superintelligentiam *cap. 1. cur. ann. 1599. del nou redres*, in quo cap. licet condemnatis in visita denegetur provocatio ad superiorem: attamen ex causa notoriæ injustitiæ, illis in Regio decreto recursus conceditur, qui nunquam censetur eo tunc denegatus, ut dicimus *decis. 25. num. 1.* verba decreti Regii sunt.

El Rey.

Illustre Marques de Olias y Mortara, Primo, de mi Consejo de Estado, y mi Lugartiniente, y Capitan General. Ha se visto el papel que os dieron los Ministros de las Tres Salas dessa mi Real Audiencia, i me remitistes con vuestra carta de 27. de Março passado, en respuesta de otra mia de 14. Deziembre antecedente, sobre lo que se me ha suplicado en nombre de los Visitadores de la Deputacion y Generalidad de esse Principado, de que por estar dispuesto por capitulos de Corte, que de las sentencias, que como Visitadores promulgan no se admittan recursos, ni appellaciones en essa mi R. A. sea servido mandarlo observar assi, y que en caso de admitirse sea con calidad que dichos Visitadores dentro de diez dias den copia delos autos del processo, y que con vista de ellos declare la Audiencia dentro de veynte; y que no declarandose dentro deste termino quede por declarado en favor de los Visitadores, de manera que puedan, non obstante qualesquier mandatos poner en execucion sus sentencias. Y ha parecido que si no fuere en caso de notoria injusticia los recursos que las partes intentaren de las sentencias de los Visitadores, no se intrometa la Audiencia en ellos, ni los admitta: Pero hallando que io son, es mi voluntad que se haga, y proceda en estas causas con los terminos, y en la conformidad que los Visitadores suplican; paraque desta suerte no se retarde la execucion de lo que se determinare en estas causas, como es justo, y conveniente à la buena administracion de la justicia, y beneficio de la Generalidad se haga, y en esta conformidad dareis orden à la Audiencia lo observe, y cumpla de aqui adelante, y que esta Carta se registre en el libro de las acordadas della: para que haya noticia. Dad. en Madrid à 14. de Abril 1660.

Yo el Rey.

Ut D. Christ. Crespi Vicecan.
Ut Comes de Robres Reg.
Ut. D. Petrus Villacampa Reg.
Ut. Marta Reg.
Ut. Comes de Altabera.
Ut. D. Georgius de Castelvi.
Ut. D. Iosephus de Pueyo Reg.

D. Didacus de Sada Secretarius.

30 Statuit sua Regia Majestas in dicto Regio decreto, instantibus Visitatoribus, quod Regia Audientia non se intromittat in causis recursuum à sententiis Visitatorum, nisi in casibus notoriæ injustitiæ, nec illos admittat; attamen si notoriè injustas esse sententias visum fuerit, & ideò admittendum recursum, quod hoc casu intra decem dies à die intimæ provisionis admissionis recursus, teneantur Visitatores tradere Relatori acta omnia, & sententiam, à qua recurritur, & Relator declarare intra viginti dies à die traditionis actorum, recursui locum esse, vel non, aliàs censeatur recursus declaratus in favorem Visitatorum, qui possint ad ulteriora procedere. Hunc suæ Majestatis habes ordinem in Codice Trium Aularum, & in libro Epistolarum memorabilium vulgò *acordadas*.

In recursibus qui interponuntur à sententiis, & procedimentis Visitatorum Deputatorum proceditur hoc modo, præsentata supplicatione recursus, decretatur *Magnificus, &c.* & postea traduntur acta Relatori, quibus attentis, si admittendum recursum fore videtur, fit provisio quod *intimetur Visitatoribus dicant intra decem, cur supplicata fieri non debeant, & intra eundem terminū mittant, &c.* (hæc clausula ponitur à die decreti suæ Majestatis) *& interim nihil innovent, &c.* Cave tamen quòd antequam fiat prædicta provisio, apparere debet Senatoribus de notoria injustitia, aut nullitate procedimentorum ex actis exhibitis, & si pars acta non habet, Relator extrajudicialiter vocatis Fiscalibus, acta recognoscit, & relationem facit, aut illa defert, & leguntur in Concilio.

Et tandem redeundo ad controversiam, dicitur, 31
quòd Domini Senatores declararunt, injustitiam non continere condemnationem visitæ, imò juri conformem esse, & adhuc æquitate munitam, cum in ampliori summa deberent condemnari.

Objectioni primæ fuit responsum *ex cap. 4. cur. anni* 32
1433. Deputatos strictos esse præmia dare, *ab report*, ideò cautè, attentè, & matùre; nec esse in illius libertate præmia dare, vel denegare; etsi namque statutum conceptum sit per verbum *potest*; attamen verbum illud importat necessitatem in statutis, *ad text. in l. relegatorum 7. §. hîs qui ff. de interd. & releg.* Franc. *dec. 487. n. 2. & 3.* & ibi Luca, Fontanella *de pactis nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 10. par. 1. num. 23.*

Secundæ fuit dictum non esse arbitrarium Admini- 33
stratoribus istis bonorum Generalitatis in illius evidens damnum oblationem repellere, & sic non versari in terminis materiæ arbitrariæ, in qua Syndicatoribus facultas inquirendi non conceditur.

Tertiæ fuit satisfactum, præmia fuisse petita à lici- 34
tatore, & non pactum fuisse modum illa offerendi, quæ palam, ut juris est media subhastatione poterant concedere.

Ultimæ fuit responsum, non constare de diligentia aliqua per Deputatos, & Auditores exequuta in alliciendo novum oblatorem, quibus omnibus perpensis fuit repulsus recursus.

DECISIO XCVII.

ARGUMENTUM.

De negligentia Judicum in declarando causas tam criminales, quàm civiles: quibus in casibus ob negligentiam possint puniri, & de requisitis ad negligentiæ probationem; & an ex nimia diligentia possint coerceri, ubi an teneantur Judices Advocatos partium audire, ad intelligentiam diversarum Constitutionum hujus Principatus, in quibus statuitur forma pro Audientia partium, & Advocatorum.

SUMMARIUM.

1 *Ad negligentiam contrahendam in jus dicendo differentiam quidam Doctores agnoscunt inter Judices causarum criminalium, & Judices causarum civilium, & quæ sit differentia.*
2 *Impugnatur ex illis Vargas.*
3 *In causis criminalibus docuit ad constituendum Judicem in negligentia declarandi, necessariam esse interpellationem.*
4 *Auctor considerat in hac re differentiam inter judicium criminale, & civile.*
5 *Si omissio, vel Judicis commissio in persequendo, & puniendo delinquentes fuerit in re admodum gravi, ex quibus evenerit notabile damnum Reipublicæ, ad constituendum judicem in negligentia punibili, necesse non est, ut illi præsentetur interpellatio; quia ejus officio incumbit vigilare, & abstergere Rempublicam facinorosis hominibus.*
6 *Aderant Romani officiales latrunculatores, & hi qui erant? & alii, qui milites stationarii dicebantur.*
7 *Interpellationem non esse necessariam, ut Judex negligens persequendi delicta publica puniatur.*

8 In

UAB Biblioteca de Ciències Socials

8 *In hoc Principatu Officialibus negligentibus in persequēdis deliquentibus imponitur pœna privationis officii.*

9 *In delictis privatis in re admodum gravi, si negligentia consistat in persequendo, & puniendo delinquentes; eo ipso quod probatur delicta esse notoria, & quod de eis potuit judex habere notitiam, aut si reos non carceravit in crimine flagranti, aut eidem fuerunt denunciata, aut notificata, cum submini-stratione testium, vel indiciorum; si Judex ulterius non processerit, illicò probata negligentia dicitur, ubi rationes, & exempla recitantur.*

10 *Si negligentia in causis Criminalibus consistat in omittendo in concernentibus utilitatem privatam, veluti quia intra terminum Judex causam non expedivit, vel reum non relaxavit, necessaria est protestatio, ut negligentia sit punibilis.*

11 *Stante parte in causis criminalibus Ecclesiasticis, quarum cognitio ad solum Episcopum pertinet, ut declaret intra biennium, non eo lapso, constituuntur in mora ob denegatam justitiam, nec eo prætextu licet appellare.*

12 *In Judicio syndicatus Officialium Regiorum hujus Principatus, qui purgant tabulam, in quibus criminaliter proceditur, Judices non sunt in mora punibili elapso mense eis præfixo ad declarandum, nisi à parte fuerint interpellati, ubi decisio.*

13 *In materia liberationis privilegiatæ, Rei capti, intra tres dies faciendę juxta forum Aragonię, ut judex in mora punibili sit, necessaria est in ipsum requisitio.*

14 *Delatus de crimine quo probato non meretur puniri pœna corporali, traditur idoneæ manulentæ, at si pœna corporali puniri debet, & fuerit delictum in Principatu commissum, intra viginti quinque dies, postquam fuerit reus captus, debet fortificari, & instrui inquisitio, & eis elapsis publicari debet intra quinque dies, si visum fuerit, quòd debeat publicari; & dicti quinq; dies, quod est tempus publicandi inquisitiones, posti elapsos dictos viginti quinq;, non currunt nisi à die quo protestatur delapsu temporis.*

15 *Quando supplicatur à decretatione evocatæ causæ criminalis, dātur decem dies ad probandum; & alii decem dies ad declarandum, & ut Judex constituatur in mora, ei à parte præsētari debet protestatio.*

16 *Respondetur doctrinæ Bucaronii.*

17 *In delictis publicis principalis offensa sit Reipublicæ, ratione cujus quilibet de populo potest accusare; minùs verò principalis sit parti, at in privatis cōtra.*

18 *In contentione an causa fuerit civilis, vel criminalis, dantur octo dies ad declarandum, sub pœna privationis salarii per tempus unius mensis, in quam non incidunt Iudices, nisi à parte fuerint interpellati.*

19 Const. unica tit. com se deu declarar lo dubte, *quatenus statuit octo dies ad declarandum dubium, non est in observantia, & praxis est partem illico, quo scit causam criminalem, dubium firmare.*

20 *Culpæ expers evadit Judex ob factum antecessorum.*

21 *Pro delictis sivè publicis, sive privatis indistinctè est certum, Judicem, vel Officialem ex negligentia puniri, quando à Judice affectatur ex ambitionibus, vel sordibus, quod declaratur, ubi decisio.*

22 *An Judex teneatur pro injusta carceratione, inquisitione, vel sententia.*

23 *Et qua pœna.*

24 *An pro delictis omissionis, & declaratur num. 25.*

26 *Judices causarum civilium non incidunt in negligentiam punibilem ex omissione in declarando, etiamsi statutum à lege habeat terminum, nisi à parte illis injunctæ fuerint protestationes.*

27 *Decisio.*

28 *Ad arguendum Officialium negligentiam, illis præsentari debent protestationes personaliter.*

29 *Ad incurrendam pœnam constitutionis observantiæ tres præambulæ requisitiones Officialibus personaliter præsentari debent; ubi Senatus junctis Aulis,*

30 *Requiritur trina monitio diversis temporibus facta, ad constituendum Judicem in mora punibili, ubi decisio junctis Tribus Aulis.*

31 *Quando in statuto assignantur breve tempus ad declarandum, una sufficit interpellatio.*

32 *Non requiritur trina requisitio, si Judex in prima expressè recuset facere, quæ ei requirebantur.*

33 *Requisitiones requirunt scripturam, & quod fiant instanter, instantiùs, & instantissimè.*

34 *Debent fieri protestationes congruo tempore, id est postquam processus est instructus, & esset Judici exhibitus, depositumque esset salarium.*

35 *Ad hæc comprobandum ponderatur* Const. Statuim 4. tit. de suplic. de sentencias.

36 *Omnibus conjudicibus debent requisitiones præsentari.*

37 *Licèt dies interpellet pro homine; in Magistratu tamen respectu partis interessatæ, inest tacita conditio, si à parte fuerit sollicitatus, quod variis exemplis demonstratur.*

38 *Judex præsumitur semper paratus ad reddendum jus partibus, eo ipso quod contrariū non probatur, & præsumitur justè impeditus ob multitudinem causarum.*

39 *Judex non renuat protestantibus respondere, imo repotestetur, & excusationes proponat, & quomodò in judicio contrafactionis debeat respondere, & id comprobatur.*

40 *Solum Officiales, & jusdicentes de dolo, vel negligentia, quæ in dolum cadit, tenentur, in quem incipiunt cadere post protestationum præsentationes.*

41 *Superioribus Magistratibus quomodò requisitiones præsententur.*

42 *Contra Magistratus non declarantes intra terminum Constitutionis præfixum, procedi potest per judicium contrafactionis.*

43 *Negligentiæ Judicis, ut puniantur, debent probari esse ad casum ordinatas, & quod ex culpa damnum parti fuit causatum,*

44 *In denuntiatione Judicis negligentis includi debet fuisse instatum, & requisitum.*

45 *Quomodo negligentia Judicis debeat probari, & articulari.*

46 *Nimia diligentia per se non est punibilis, ubi proponitur quod in syndicatu fuit denuntiatus Nob. Josephus Leissa Locumtenens justitiæ Aragonum, ut non horreant visitandi, quia nemo in hac re carult.*

47 *Expedient est acceleratio, ut quando Judices timere possunt favorem, metum, aut alia insolita.*

48 *Quando injusta profertur sententia notorię, & adest acceleratio, insurgunt duo indicia, præcipitatio scilicet, & injustitia ad dolum præsumendum.*

49 *Non incumbit Judici; admissis allegationibus facti, ad informandum Advocatos petere, & num. 52.*

50 *In hoc Principatu arbitrio Relatoris causæ, & R. Audientiæ relinquitur vocare partes, & Advocatos ad concordandum in facto, & quomodo procedatur, & numer 51.*

NUNC agimus de Judicibus, qui moram contrahunt per interpellationem partis ad jusdicendum; & de illis, qui solicitudinem, & curam aliquam habent prosciptam ex munere officii, præter onus judicandi: & primò discernenda venit inter Doctores quæstio, an ad negligentiam contrahendam adsit discrimen inter Judices causarum criminalium, & Judices causarum civilium. Differentiam agnovit Bossius *in prax. tit de offic. corrup. num.* 8. Aviles *in cap.* 1. *præter num.* 45. Azevedo *in recop. lib.* 4. *tit.* 17 *l.* 1. Covad. *in polit. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 147. & 148. Vargas *in consid. prac. par.* 8. *tit.* 3. *consid.* 3. *num.* 23. & latè prosequitur Bucar. *de different. inter judic. civil. & crim. dis.* 151. *num.* 6. *usque ad num.* 10. qui ait, quòd in civilibus, si causa fuerit instructa, & litigantes ex suo latere fecerint incumbentia, si Judicem interpellaverint, eo ipso dicitur probata judicis negligentia; at in criminalibus, cum solicitudo ad Judicem spectet, *l. congruit* 13. *ff. de offic. præsid.* eo ipso quod probatur delictum esse notorium, vel Judici denunciatum, aut notificatum cum submini-stratione testium, vel indiciorum, & Judex ulteriùs non processerit, dicitur probata illius negligentia, & *n* 10. id magis procedere dixit, si lex, vel statutum terminum disponat ad expediendum processum criminalem, & Judex intra illum non expedierit; & adhuc maximopere ea hodie sustineri, quia ex probata consuetudine Judices in omnibus delictis possunt per inquisitionem ex officio procedere, & accusatore desistente, seu concordato, supplere, & instantiam per accusatorem incohatam, prosequi. 1

Ex his urgetur Vargas *in consid. prac. de Syndic. par.* 8. *tit.* 3. *consid.* 3. *nu.* 23. *ver. Digamos*; aiens in causis criminalibus, in rebus, & gestis, in quibus de officio Judices tenentur, veluti in delinquentis captione, in illius relatione, 2

ne, in flagrantia delictorum, & in interrogatione, esse obstrictos sine partis instantia; atverò in eo, in quo in processu versatur factum partis, pro certo haberi, esse semper necessariam instantiam; sed non ea est connexi ratio; quia etiam in eo, quod adest partis factum, ex officio Judex procedere tenetur, præmaximè hodie, ubi ex consuetudine universali inquisitionis remedium est ordinarium, & per accusationem non tollitur.

3 Tum etiam quia præter Amed. *in tract. de Syndic. in proem. nu.77.* per dic. Vargas allegatum, alii etiam DD. non infimæ sententiæ, etiam in causis criminalibus docent ad constituendum Judicem in negligentia necessariam esse interpellationem, & in his terminis loquitur Bertaz. *consil.crim.71.t.1.n.55.* Cepola *de caut.236.* Canc. *var.3.c.12.n.244.* Peguera *in prax.crim.c.12.§.6.n.1.&.§.15.n.10.* Gomez *var.3.c.9.n.9.* & ibi ejus Addit. Ayllon, Grammat. *consil.54.* Portoles ad Molin. *in trac. de liber. c.§.10.n.1.& seqq.* Vermigl. *consil.179.nu.1.& seqq.* Augustinus Barbosa *de potest. Episcop.par.3. alleg.81. nu.13.* Marches. *in trac. de commis. par.2.§.4.nu.54.* & post eum Ricc. *in prax. resol.334.& in decis. Archiep. par.4. decis. 120.* Salgado *de reg.protec.p.2.c.17.n.31* Ciarlin. *l.2.contr.forens.c.125.n.20.* Rodoer.ad Marinis *lib.1.resol. c 17. n.20.* & omnium distinctissimè nuper Joann. Baptista de Luca *in tract. de jurisd. & foro comp.disc.68.num.9.*

4 Quid ergo in re tam dubia deliberamus? non sine distinctione (ad jurium, & Doctorum intellectum) terminandam esse fatemur: constituimus in criminalibus etiam discrimen inter judicium publicum, & privatum; publicum scilicet quod ad statum Reipublicæ spectat, privatum quod ad singulorum utilitatem pertinet, *princ.inst.de just.& jure*, in primo si omissio, vel Judicis commissio in persequendo, & puniendo delinquentes fuerit in re admodum gravi, ex quibus evenerit notorium damnum Reipublicæ, ad constituendum Judicem in negligentia punibili, non est necessaria protestatio; in privatis verò delictis iterum cum distinctione loquendum est; nam si negligentia consistit in persequendo, & puniendo delinquentes, eo ipso quod probatur delicta esse notoria, & quòd de eo potuit Judex habere notitiam, aut si eos carceravit in crimine flagranti; aut eidem fuerint denunciata, aut notificata cum submini-stratione testium, aut indiciorum, si Judex ulterius non processerit, illicò probata negligentia dicitur, si verò consistat negligentia in omittendo in concernentibus utilitatem privatam, veluti quia intra terminum causam non expedivit, vel reum non liberavit, necessaria est protestatio, ut Judex in negligentia punibili sit, & adhuc omni in casu, sive in delictis publicis, sive privatis, & indistinctè est certum Judicem, vel Officialem ex negligentia in officio puniri (quin præcedere debeat protestatio) quando per ambitionem, vel sordes quid omiserit, vel commiserit; sigillatim partium distinctiones juribus, & Doctoribus stabilitas attingemus.

5 Prima pars, in qua asseruimus, quòd si omissio, vel Judicis commissio in persequendo, & puniendo delinquentes, fuerit in re admodum gravi, ex quibus evenerit notabile damnum Reipublicæ, ad constituendum Judicem in negligentia punibili necesse non sit, ut ei præsententur interpellatio. Probatur, quia ejus officio incumbit evigilare, & abstergere Rempublicam facinorosis hominibus, & super eo indagare, & vigilanter inquirere; nec immunis ideo evadere potest allegando delictorum ignorantiam, *tex. in l. conguit 13. ff. de offic. Præsid.* ibi: *Congruit bono, & gravi Præsidi curare, ut pacata atque quieta Provincia sit, quam regit, quod non difficile obtinebit, si solicitè agat, ut malis hominibus Provincia careat, eosque conquirat; nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, & prout quisque deliquerit, in eum animadvertere, receptoresque eorum coercere, sine quibus latro diutius latere non potest.* Idem comprobatur ex traditis *in Constit. fin.tit. de elec. de Doc. de la* R. A.

6 Qua de causa aderant Romanis Officiales, qui latrunculatores nuncupabantur, cujus jurisdictio, imperium, & munus erat, ut homines sceleratos, qui publicas vias cædibus, & latrociniis infestabant in unaquaque Provincia investigare, & requirere, atque facinorosos armata manu sistere, & prehendere, *Novel. ut judic. sine quo suff* §.13. & Ulpianus refert *in l.1.§. quies quoque, ff. de offi. præf. urb.* & Præfectum urbi ad popularium quietem dispositos habuisse milites stationarios scribit Tertul. *in apolog. cap.2.* & sequitur Robert. *rer. Judic. lib.1. capit.4.*

Unde perperam scribunt illi, quòd sicut Medici, nisi 7
sint moniti, non debent infirmitates perquirere, ita nec Ministri indagare habent facinora, nisi instati ad eadem coercendum; cum illorum perquisitio certum sit tendat ad tranquillum statum Reipublicæ, & de officio ad Ministros spectet delicta expurgare, ut politicè animadvertit P. Mendo *dec.24.* qui *in notis* tradit insignem locum Cassiod. *lib.12. epist.5.* in illis verbis: *Subsellia non desinant jura malis moribus intonare, Timeat latro judicium, quod semper expavit, Adulter gremium Judicis intremiscat; Falsarius vocem præconis exhorreat; Fur fora non rideat. Quia tunc libertas gaudet, si talia non lætentur*, & hac ratione omnes Doctores concordant in hunc casum necessariam non esse interpellationem, ut judex negligens persequendi delicta publica puniatur, Aviles *in cap.1.prætor ver. fiel.nu.43. & seqq.* Azevedo *in recop. lib.4.tit. 117. lib.1.* Bovad. *in polit.lib.5.cap.1.num.147.* Xamm. *de offic. Judic. par.1.quæst.19. num.18.*

In his terminis statuit Dom. Rex Ferdinandus *in* 8
Prag edita 5. Novembris 1511. quæ est 3. *in 2.vol.const.t. de fomat. y sacrament.* ubi Officialibus negligentibus in persequendis delinquentibus in hoc Principatu imponit pœnam privationis officiorum, Solorz. *in post pag. mihi 472. numer.171. & in polit. lib.5.cap 18. verf. Porque demas*, qui allegat Pet. Erod. *rer. jud.lib.2.tit. 10. cap.1.* ubi ad id auctoritates, & exempla refert, & eis citatis, in hanc partem intelligendus Reg. Matth. *de re crim. con.61. num.46.* Cortiada *decis.83. num.20.* & Nos *decis.2.*

Secunda pars distinctionis, quòd in delictis privatis 9
in re admodum gravi, ut dixit Solorz. *in post.pag.472. n. 171.* si negligentia consistit in persequendo, & puniendo delinquentes, eo ipso quòd probatur delicta esse notoria, & quòd de eis potuit Judex habere notitiam, aut si reos non carceravit in crimine flagranti, aut eidem fuerunt denunciata, aut notificata cum submini-stratione testium, vel indiciorum; si judex ulteriùs non processerit, illicò probata negligentia dicatur, & sic veniat puniendus *ex l. fin.Cod.ut intra certum tempus crim.cau.* fundatur eadem ratione supra habita, & adde Orat. *sat. 6. lib.2.* ibi: *Sed quod magis ad nos pertinet, & nescire malum est:* at quia latenter possunt delicta commiti, & tunc culpa Judicis vacaret, cum ipsius ignorantia negligentiæ non tribuatur, namque quamplurima innotescunt quibusdam, quæ incognita sunt Judici; propterea tunc probanda est illius scientia, vel per flagrantiam criminis, vel per notorietatem delicti, vel illius notificationem, Bovad. *in polit. lib.5.cap.1. numer.148.* Vargas *in consid. prac. de Syndic. par.8. tit.3. consid.3. numer.8.* Berart. *in spec. visit. cap.16. num.20.* qui *numer.28.* subdit, puniendos Officiales sub pœna privationis officii, ubi viderint rixantes, & arma ruentes, & non occurrerint ad sedandum rixam, nec eorum familiam mitterent, Bucar. *de different. inter judic. civil. & crim. different. 151. numer.8. & seqq.* qui *numer.9.* rationem addit, quia in concernentibus Fisci, & Reipublicæ utilitatem, mora contrahitur re ipsa absque aliqua monitione, sive interpellatione, *l. cum quidam 17. §. Fiscus*, & ibi glos. *ff. de usurts*, & ejusdem sententiæ fuit Baldus *in l. mancipia 5. Cod. de ser. fugit.* ubi dixit, quòd si Judex non vult recipere libellum querimonialem, vel si recipit, sed noluit super eo procedere, & testes super eo productos examinare, eo ipso dicitur probata Judicis negligentia, & probat Textus *in l. criminales 3. Cod. ut intra certum tempus*, in illis verbis: *Scientibus Judicibus eorumque officiis, quòd si litigatoribus admonentibus, ipsi litis introductionem, vel examinationem distulerint, pœna vicenarum librarum auri feriantur*, sequitur Rogeri. *post prag.1.* Rovit. *de offic. Syndic. in resp. ver. Porrò*, nam quando est denuntiatum delictum, si monitus dissimulat vindictam, supplicium illi imminet, quod inferre contemnit, *ex l. fin. Cod. ne sanc. baptis. reit.* Petrus Gregor. *syntag. lib.32. cap.6. numer.3* & tunc affirmat idem Bucar. qui suprà, quòd talis negligentia est lata culpa, seu dolus præsumptus, per Bald. *in dict. l.3. Cod. ut intra cert.*

Altera subdistinctionis pars, si negligentia consistat 10
in causis criminalibus in omittendo, in concernentibus utilitatem privatam, veluti quia intra terminum Judex cau-

causam non expedivit, vel reum non relaxavit, nece ſaria ſit proteſtatio, ut negligentia punibilis ſit; approbari videtur ab Amed. *in trac. de Syndic. in proem. num.77.* Seſſe *in reſponſ. pro Synd. nu.83. & ſeq. & ex dicta l. 3 Cod. ut intra certum tempus*, ubi *in princ.* ſtatuitur biennium ad definiendas cauſas criminales, & ex ea ſcribit Gram. *vot.31. à nu.13.* quod ut non perimatur tempus inſtantiæ, multiplices proteſtationes fiant Judici, & fiant inſtanter, inſtantiùs, & inſtantiſſimè, & quod in actis apparere debeant, & infra, ibi: *Et ideo dixit pulchre Salicetus in l. qui de crimine in 4. quæſt. de accuſat. quod peremptа inſtantia in criminalibus, licet communiter dicatur, quod non audiatur ulterius, tamen ſibi videtur probabilius dicendum, quod aut accuſator, non cum inſtantia requiſivit Judicem, & tunc amplius non auditur, aut requiſivit, & ſuas probationes fecit, & tunc non ipſe, ſed Judex punitur*, & eſt formalis Textus ſic intelligendus, ut *in Auth. ut different. Judic. §. Illud.* & in hanc eandem partem traditur Vargas *in conſid. prac. de Syndic. p. 8. tit. 3. conſid. 3. nu. 28. ver. Digamus.*

11 Et ipſum manifeſtius etiam introſpicitur, nam ſtante parte in cauſis Eccleſiaſticis criminalibus, quarum cognitio ad ſolum Epiſcopum pertinet, ut declaret intra biennium, non eo elapſo conſtituitur in mora ob denegatam juſtitiam, nec eo prætextu licet appellare, niſi fuerit à parte cujus intereſt interpellatus, ut in terminis Concilii Trident. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.* tradit ibidem Barboſa *num. 16. & de poteſt Epiſcop. par. 3. alleg. 81. num. 13.* Marcheſ. *in tr. de commiſſ. p. 2. §. 4. n. 54.* Ricc. *in prax. reſ. 334. & in dec. Archiep. p. 4. deciſ. 120.* Scacc. *de appell. queſt. 17. n. 58.* Salgado *de reg. prot. p. 2. c. 17. n. 31.* Ciarlin. *l. 2. controver. forenſ. c. 125. n. 20.* Rodoer ad Marin. *lib. 1. reſol. cap. 17. num. 20.* Luca *in trac. de juriſd. & foro comp. diſc. 68. num. 9.* & generaliter eſt tritum, non admitti appellationem ad ſuperiorem à denegatione juſtitiæ, niſi Judex inferior fuerit interpellatus; Canc. *var. 1. cap. 17. num. 69. & var. 3. cap. 12. num. 261. & ſeqq.* Nobilis Senator de Amigant *in addit. ad prax. Peg. rub. 27. numer. 232.* & ulteriùs id ipſum patet in delictis, in quibus de officio non proceditur, ſed eſt neceſſaria inſtantia partis, ut in adulterio.

12 Sic pariter in judiciis ſyndicatus Officialium Regiorum hujus Principatus, qui purgant tabulam, in quibus criminaliter proceditur, & criminalia ſunt, ex Reg. Cortiada *deciſ. 35. num. 84.* datur Judicibus tabulæ unus menſis ad declarandum in querelis, ſub pœna privationis ſalarii; & tantundem ſolvendi de bonis propriis, *Conſt. 12. cur. an. 1599.* & utique Judices non ſunt in mora punibili elapſo menſe, niſi fuerint à parte, cujus intereſt interpellati, prout vidi declaratum in Regia viſita Dom. Regentis Clavero die 29. Januarii 1605. in favorem Joſephi de Ager Domicelli, Gaſparis Creſpo Civis; & Franciſci Ferrer I. V. D. Judicum, atque Inquiſitorum tabulæ officialium Regiorum ſtationis Illerdæ, qui fuerunt abſoluti, ibi: *Etiam à pœna conſtitutionum, ob non factam intra quadrimeſtre declarationem ſuper dicta querela, ex quo interpellatio non fuit omnibus injuncta*, & eam declarationem tradit Canc. *var. 3. c. 12. nu. 263.* & ſequitur Berart. *in ſpec. viſit. c. 26. nu. 14.* & antea *cap. 3. nu. 19.* Romaguera ad Concil. *ſuper ſtatut. Eugubii lib. 1 rub. 19. n. 33.*

13 Et in materia liberationis privilegiatæ Rei capti intra tres dies faciendæ, juxta forum Aragoniæ, ut Judex in ea mora punibili ſit, fore neceſſariam in ipſum requiſitionem, ſcribit Portol. *in ſchol. ad Molin. in trac. de liberat. cap. §. 10. nu. 1.* & ait, ibi: *Et ideo inolebit practica, quod talis Judex tribus vicibus requiri, & inſtari ſolet, ut ipſum carceratum per viam privilegiatam à carcere dimittat; quod ideo à pleriſque obſervatur, quoniam pro comperto habent, quod ad hoc, ut judex inſtatus, & requiſitus, & negligens dici poſſit, tres interpellationes, & monitiones diebus ſeparatis ipſi fieri debent*, & juxta eoſdem foros in hac liberatione privilegiata idem ſcribit Vargas *in conſid. prac. de Syndic. par. 8. tit. 3 conſid. 3. nu. 25.*

14 Et apud nos idem habetur *in Conſtit. 5. tit. de accuſat.* quæ fuit confirmata *in Curiis anni 1599. c. per quant. 85.* in qua ſtatuitur, quòd delatus de crimine, quo probato puniri pœna corporali non meretur, tradatur idoneæ manuleutæ; at ſi pœna corporali puniri debet, & fuerit delictum in Principatu commiſſum, intra viginti quinque dies poſtquam fuerit reus captus, debeat fortificari, & inſtrui inquiſitio, & eis elapſis publicari debeat intra quinque dies, ſi viſum fuerit, quòd debeat publicari: ſuper intelligentiam hujus Conſtitutionis ſcribit Senator Peguera *in prax. crim. c. 12. §. 6. n. 1.* ibi: *Sed adverte quod dicti quinque dies, quod eſt tempus publicandi inquiſitiones, poſt elapſos dictos viginti quinque dies, non concurrunt niſi à die quo proteſtatur de lapſu temporis.*

Ac etiam *in cap. 10. Cur. anni 1599.* diſponitur, quod 15
quando ſupplicatur à decretatione evocatæ cauſæ criminalis, præfiniuntur decem dies ad probandum, & alii decem dies ad declarandum; in quibus tenetur Judex mandare ſcribæ cauſæ criminalis, ut reportet proceſſum, ibi: *Manant al Notari del Criminal, que poſe lo proces en poder del Notari de la cauſa*: & ut conſtituatur Judex ſupplicationis in mora declarandi, debet ei à parte præſentari proteſtatio, Canc. *var. 3. cap. 18. numer. 106.* & in his terminis omiſſionis declarandi in cauſis criminalibus intra tempus ſtatuti, quòd ut negligentia punibilis contrahatur ſit neceſſaria partis requiſitio, docent Bertaz. *conſil. 71. tom. 1. nu. 55.* Gram. *conſil. 54. num. 5. cum ſeqq.*

Ex quibus omnibus certa manet concluſio, ut in cau- 16
ſis criminalibus, ſi negligentia Judicis ſit in omittendo in concernentibus utilitatem privatam, veluti quia intra terminum ſtatutum cauſam non expedierit, aut reum non liberaverit, niſi præcedat requiſitio, vel proteſtatio partis cujus intereſt, punibilis dicta negligentia non eſt, facilique negotio occurritur rationi Bucar. *de different. inter judic. civil. & crim. differ. 151. numer. 10* quia licèt ex generali conſuetudine inquiſitionis remedium ſit ordinarium, & in omnibus delictis poſſit procedi ex officio, etiam accuſatore deſiſtente, vel concordante, & utique ſit verum adeſſe ſemper intereſſe publicum, ut delicta coerceantur.

Atverò in delictis publicis principalis offenſa ſit Rei- 17
publicæ, ratione cujus quilibet de populo poteſt accuſare, §. *publicæ inſt. de judiciis*; minus verò principalis ſit parti; at in privatis, contra, principalis offenſa ſit parti ſeu privatæ perſonæ; acceſſorie verò, & ſecundariò ſit Reipublicæ, *l. locatio 9. §. quod illicitè, ff. de public. & vectig.* ut in ſimili ſcribit eruditè, & doctè Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. num. 810.* unde nihil mirum in delictis privatis ad ea quæ concernunt partis intereſſe, ut Judex in negligentia non conſtituatur, niſi præcedat proteſtatio partis, ut ſcribit Seſſe *in reſponſ. pro Syndic. nu. 83. & 84.*

Jam nunc abſoluta manet quæſtio, quæ emanavit ex intelligentia *Conſt. unicæ tit. com ſe deu declarar lo dupte*, in qua inſtituitur, quòd ſi adſit contentio inter duo Concilia, criminale, & civile ſuper cauſa an fuerit civilis, vel criminalis, nominati Doctores numero æquales, ex utraque Aula illam terminare teneantur intra octo dies, comprehenſis diebus feriatis, poſtquam per Procuratorem Fiſcalem R. Curiæ, aut per aliquam partem fuerit oppoſita exceptio, & ſi non declaraverint intra dictum terminum, incidant in pœnam privationis ſalariorum per tempus unius menſis; quia dubio firmato per partem, etſi DD. illud non declaraverint intra octo dies, non ideo incidunt in pœnam dictæ Conſtitutionis, niſi ab ea parte, cujus intereſt, fuerint Judices interpellati; ex regula illa quam ſuper ſtabilivimus, quod in delictis privatis quoad ea, quæ concernunt partis principale intereſſe, non conſtituitur Judex in mora punibili in cauſa criminali reo capto, cujus intereſt relaxatio, niſi ab ipſo interpellet ur.

Sed non inaniſ effunditur circumſpectio: Conſtitutio- 18
nem, illam, quæ octo dierum ſpatium præfigit ad dictas contentiones terminandum, in practica non obſervari, ut atteſtatur etiam in exemplari, quod ibidem allegat Reg. Cortiada *dict. deciſ. 35. num. 111.* cujus atteſtationi omnino eſt ſtandum, Carleval. *de judic. libr. 1. diſp. 2. num. 26.* & alii per eundem Reg. Cortiada citati *deciſ. 3. num. 18.* & cujus indubium creditum confirmamus ex aliis exemplaribus, quæ in libris concluſionum in Regio Archivo recondita circumſpeximus; & ſignanter in dubio firmato in cauſa incæpta die 15. Auguſti 1567. ſuper habilitatione in officium extracti; & fuit declaratum die 10. Februarii 1568. & ſic poſt ſex menſes demptis quinque diebus; quam litteraliter tradit Michael Ferrer *obſ. par. 1. cap. 144.* ſic in dubio firmato die 28. Februarii 1588. ſuper præcepto treugarum; & fuit ſequuta declaratio die 7. Januarii 1579. & ita

UAB Biblioteca de Ciències Socials

post decem menses novem dies: sic in dubio in causa quę incæpit die 25. Januarii 1617. super apprehẽsione nonaginta quatuor arietum; & fuit declaratum die 7. Octobris 1619. & sic post duos annos octo menses, & decem & octo dies: pariter in alio super causa demolitionis furcarum, quæ incohata fuit die 21. Februarii 1663. & fuit dubium terminatum die 24. Novembris 1663. & sic post novem menses, & tres dies; in tribus ex relatis exemplaribus, & ut plurimum in aliis designatus non fuit dies firmæ dubii, sed ex die introductionis causæ criminalis illum designavimus; quia praxis est, illicò dubium per partem, ex quo capit notitiam causæ, illud firmare; ut recognovit Canc. *var.* 3 *cap.* 10. *n.* 67. & est videre in relato a Reg. Cortiada, qui suprà *decis.* 35. *n.* 94.

20 Undè ultra requisitionis præceptum, ad quod tenetur pars, quæ inquirit contra Judicem, in judicio syndicatus in dictæ Constitutionis vim, pro exculpatione illius sufficere eam inobservatam adesse, docet Font. *decis.* 356. *numer.* 1. Xammar *de offic. Judic. par.* 1. *quæst.* 11. *num.* 30. & culpæ expertem evadere ob factum antecessorum, in comperto traditur à Canc. *var.* 3. *cap.* 12. *numer.* 210. Salgado *de supplic. ad sanctiss. 2. par. cap.* 20. *nu.* 41. & *seqq.* Font. *to.* 2 *decis.* 459. *n.* 10. & antea *decis.* 356. *n.* 11. & 12. & latiùs suo in loco enodabimus.

21 In criminalibus causis (ut enucleetur ultima pars distinctionis præhabitæ, quæ superest enodanda) pro delictis, sive publicis, sive privatis, indistinctè est certum, Judicem, vel Officialem ex negligentia puniri, quando à Judice affectatur ex ambitionibus, vel sordibus, & de negligentia in committendo, utpote in Judice, qui carcerat innocentem juris ordine non servato, & sic injustè, & sine legitima causa, ob vindictam, vel aliam fraudis suspicionem, Cabal. *resol. crim.* 86. Rovit. *in prag. de custodia reor.* 1. *nu.* 5. Scialoya *de foro comp. cap.* 33. *num.* 51. Berart. *in spec. visit. cap.* 16. *num.* 19. & in Judice, vel Officiali, qui negligit capere delinquentem, aut ex malitia, prece, vel præmio, aut ipsius spe corruptus captum dimittit, seu liberum, vel capiendum conviventer fugere facit, & permittit, quique pœna arbitraria juxta qualitatem casus puniri debet, Farinac. *in prax. par.* 1. *quæst.* 32. *à nu.* 17. d. Reg. Matthæu *de regi. Reg. Valentiæ tom.* 2. *cap.* 8. §. 8. *à num.* 95. ad 106. & aliis etiam citatis Reg. Cortiada *dec.* 83. *num.* 20. ubi exemplaria nostri Regii Concilii ad id recitat, & adde Regiam sententiam in Regia Visita editam per admodum Illustrem Dom. Don Petrum de Villa campa & Pueyo Visitatorem Regium accuratissimum, & Regentem in Concilio Supremo Aragonum die 5. Martii 1655. super querela *n.* 3. contra Officialem Regium Superiorem, quique pro injusta excarceratione criminosi, delati de portu tormentorum manualium parvæ mensuræ, sine processus compilatione, propria auctoritate, & cum nulla deliberatione Regii Concilii, ex causa inimicitiæ præsumptæ cum gravato facta, fuit suspensus à munere per bimestre.

22 In his omnibus non discedas à probatis *in decisione* 94. ubi affirmavimus Jusdicentes tantum de dolo, vel lata culpa, quæ cadit in dolum, teneri in syndicatu, & sine controversia Judices superiores, quia superiùs enarrata magis illud confirmant. Quantò magis, quod etsi DD. interdum indistinctè asserant, Judicem pro injusta carceratione teneri in syndicatu, ut diximus *decis.* 12. *num.* 12. & ad expensas, & damna condemnari probet Valenzuela *consil.* 50. *num.* 1. *cum seqq.* ubi etiam ad ea teneri Judicem, qui malè inquirit, vel si malè judicet, vel condemnet.

23 Et pœna arbitraria iniquè judicantem coerceri scribant Menoc. *de arbit. lib.* 2. *cas.* 341. & 342. Bovadilla *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 27. Faria ad Covar. *var. to.* 2. *cap.* 9. *nu* 8.

24 Ac etiam quòd non solùm in delictis commissionis, sed etiam in delictis omissionis syndicentur Officiales, Bovadilla *in polit. l.* 5. *c.* 3. *n.* 47. & *c.* 6. *nu.* 4. Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubi l.* 1. *rubr.* 19. *n.* 24. & officio privantur, cum per omissionem possit causa publica vehementer lædi, Carleval. *de judic. tit.* 1. *disp.* 2. *nu.* 518. Mastril. *de Magist. l.* 6. *c.* 6. *nu.* 18. his allegatis Dom. Don Christophor. Crespi *obs.* 98. *n.* 7.

25 Non tamen hæc obstant; quia in malè inquirendo, carcerando, vel judicando, & condemnando verus dolus potest esse, vel lata culpa, quæ cadat in dolum, nec hoc negant DD. citati, qui indistincte loquuntur, imò sunt intelligendi, ea interesse debere, ut syndicari possint: & patet, quia cum officium consistat in obligatione faciendi, ut dicit Carleval *nu.* 519. ea omittere, quæ ad ejus exercitium pertinent, verus potest esse dolus, probat idem D. Crespi *dict. obs.* 98. *nu.* 9. ubi *nu.* 11. docet ex Amaya *in l.* 3 *Cod. de canonic. largit. lib.* 10. *nu.* 17 quod omissionis delictum ita grave esse potest, ut censeatur idem, ac si Judex commisisset, ac punitur, quia dolosè agit, nisi levis sit negligentia, & omnium expressiùs id docet Bondenius *de jure controver. colluct. leg.* 32. ubi quærens, an Judex in syndicatu teneatur de injusta captura scribit *numer.* 28. ibi: *Nullo modo tenetur dictus Gubernator pro ista captura, quamvis etiam indebite commissa, cum nullibi constet, eam fuisse sequutam ob aliquam vindictam, fraudem, vel inimicitiam illius, ut post Bonacos in qq. criminal. ver. carcerari faciens, par.* 2. *traditur à Cabal. resol. crim. cas.* 86. *sub. nu.* 2. *vers. Et in aliquo cent.* 1.

Jam superiùs agnovimus, Judices causarum civi- 26
lium nullatenus in negligentiam punibilem (quæ tunc nimia, & notabilis dicitur) incidere ex omissione in declarando, etiamsi statutum à lege habeant terminum, nisi à parte illis injunctę fuerint protestationes, *l.* 4. §. *hoc autem, ff. de damnis infec. l.* 1. §. *magistratibus* 6. *ff. de magist. conven.* & in hoc concors est Doctorum sententia, Bossius *in tit. de offic. corrup. num.* 25. Caval. *de brac. reg. par.* 5. *num.* 74. & 171. Aviles *in cap.* 1. *prætor. verbo Fiel, num.* 45. Gutier. *prac. lib.* 1. *quæst.* 95. Bovadilla *in politic. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 145. Sesse *in respons. pro Syndic. num.* 26. & *à nu.* 80. Paz *in prax. tom.* 1. *par.* 1. *temp.* 11. *num.* 18. Farinac. *in prax. quæst.* 111. *num.* 429. Mastril. *de Magist. lib.* 6. *cap.* 10. *num* 48. Buccar. *de diff. inter judic. civil. & crim. diff.* 151. *num.* 7. Berart. *in spec. visit. cap.* 25. *à num.* 38. *ad* 44. Font. *par.* 2 *decis.* 360. *à num.* 4. quos, & alios allegat Reg. Cortiada *tom.* 1. *decis.* 38. *num.* 52. quibus adde dictum Berart *in spec. visit. cap.* 5. *num.* 93. & *cap.* 17. *num.* 87. Castillo *decis.* 162. *num.* 39. *par.* 2. Bovad. *in poli. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 270. & *seqq.* & *cap.* 15. *num.* 89. Giurba *consil.* 72. *num.* 49. Scialoya *de foro comp. c.* 33. *num.* 49. qui loquitur in casu quo feriæ sunt dispensatæ, & currunt, Crespi *obs.* 4. *nu.* 36. Xammar *de offic. judic. par.* 1. *quæst.* 18. *n.* 93. Gallego *in respon. pro Syndic. cap.* 3. *nu.* 14. Valenzuela *tom.* 1. *consil.* 16. *num.* 28. qui illud variis argumentis comprobat.

Sic fuit observatum in Regia Visitatione in exem- 27
plari, quod supra retulimus, ac etiam in favorem Magnificorum, & Nob. Doctorum R. A. Aulæ Reverendi Cancellarii, contra quos oppositum fuit per Procuratorem F. R. V. retardasse expeditionem causæ vertentis inter Universitatem de Castellfollit ex una, & egregium Comitem de Montagut partibus ex alia; ad relationem Nob. Bernardi Roig, & constabat de instantiis, & in dicta Regia Visita Dom. Reg. Clavero fuerunt absoluti eo motivo, ibi: *Præsertim non constito de requisitione necessaria*, ad quam refero doctrinam Vargas *in consid. prac. de Syndic. par* 8. *tit.* 3. *consid.* 3. *num.* 24. *in fine*, ubi asserit, ad constituendum Judicem in delicto notabilis negligentiæ, hoc est qualificatæ, debere fieri instantiam, & requisitionem.

In omnibus casibus, in quibus protestationes sunt ne- 28
cessariæ ad arguendam Officialium negligentiam, ipsis præsentari debent personaliter, nec domi sufficiunt, cum agatur de re ponderis, & præjudicii, Tondut. *de prævent. par.* 1. *cap* 9. *nu.* 31. Conciol. *alleg.* 59. *num.* 38. & & de pœna incurrenda ex pluribus Baron. *de citat. quæst.* 12. *num.* 56. & ad inducendum protestatum in malam fidem, *ex l. item veniunt* 20. § *petitam, ff. de pet. hæred.* Iranço *de protest. cap.* 5. *num.* 8. & licèt in hoc Principatu in initio litis sufficiat citatio domi facta, Ferrer *obs. par.* 3. *c.* 131. Ripoll. *in addit. ad prax. Reg. rub.* 6. *n.* 53. & *seqq.* & alibi diximus; hoc ideo fit, quia ob non comparitionem in causa non datur contumacia, nec in illius pœnas incurritur; Font. *t.* 1. *decis.* 274. *per tot.* maximè *n.* 25. & *decis.* 275. *n.* 10. & 11. Ripoll *in addit. ad Peg. in prax. rub.* 7. *n.* 4.

Sic ad incurrendam pœnam Constitutionis observan- 29
tiæ tres illas præambulas requisitiones officialibus personaliter debere præsẽtari, fuit dictũ junctis Tribus Aulis R. A. die 4. Maii 1672. in causa contrafactionis oppositę per syndicũ Generalis cõtra Officiales Capitaniæ Generalis.

Requiritur etiam, quòd trina sit requisitio, & diver- 30
sis temporibus facta, nec una sufficit, cap. *Administratores* 23. *quæst.* 5. ibi: *Post secundam, & tertiam admonitionem, negligere inventi fuerint, c.* 1. *de supplem. neg. Prælat.*

ibi:

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ibi: *Ut si Episcopus tertiò cum humilitate, & devotione (sicut convenit) requisitus*, Aviles *in c.1.prætor ver.Fiel n.* 46.Osasc.*decis.*12.Cavalc.*de brac.reg.p.5.n.*74.Farinac. *in prax. quæst.*111.*nu.*431.*& seq.* Muscat.*in prax appellat.par.2.glos.Primum à nu.*18.Fermosin *in cap.qualiter, & quando quæst.* 19.*de judiciis*, Vargas *in consid.prac. de Syndic.par.8.tit.3.jurisdic.* 5.*nu.* 24. latissimè Ric.*par.* 4. *decis.Archiep.*120.Luca *in trac.de jurisd & foro comp.di. se.*68.*nu.*8.*cum seqq.* & hanc opinionem receptam esse in Cathalonia testatur Socarrats *in con. Pet. Alb. cap. si aliquis nu.*58.*fol.*465.Mieres *in Curia Barcinonæ Regi, Jacobi primi par.*1.*col.*4.*c.*7.*nu.*113.*fol.*198.*in novis*, Canc. *var.*3.*c.*12.*à nu.*244 præcipuè *num.* 256.& 264.Berart *in spec.visit.c.*25.*n.*41.*& seq.* Font.*decis.* 360.*nu.*8.*par.* 2 ubi tradit decisum junctis Tribus Aulis R. A. in interpellationibus quæ sunt Officialibus presentandæ per Deputatos Generalis Cathaloniæ, & recitat Reg.Cortiada *decis.*38.*nu.*52.*circa med.* & pariter sic fuit decisum junctis Aulis in exemplari supra relato.

31 Sed hoc requisitum duas patitur limitationes, primam, quando in statuto assignatur breve tempus ad declarandum; quia tunc unam sufficere interpellationem scribit Canc.*var.*3.*cap.*18.*num.*106.*ver. illud, & cap.*11. *num.* 264. in quam inclinat Reg. Cortiada *decis.* 38.*nu.*52.*circa med.* sed contrariam in praxi tradit Portoles ad Molin. *in trac. de liber.Cap.*§.10.*nu.*1.*cum seqq.*

32 Secundam, videlicet non requiri trinam interpellationem ubi Judex in prima expressè recusasset facere quæ ei requirebantur, tradit idem Canc. *var.* 3.*c.*12.*nu.* 259.Scac.*de appellat.quæst.*17.*n.*59.

33 Ulterius requiritur, quòd fiant protestationes in scriptis, de eis namque debet apparere in actis, & quòd fiant instanter, instantiùs, & instantissimè, diximus ex Grammat. *vot.*31. *num.*13. sentit Berart *in spec. visit. cap.*5.*num.* 92. Font.*decis.*360.*à num.*4.*ad n.*8. Canc.*var.* 3.*cap.*12.*n.* 260.& formam tradit Paz *in prax.tom.*1.*par.* 1.*temp.*11.*num* 18. & est ratio; quia, cum protestationes illæ proponendæ sint coram Judice, Farin. *in prax. quæst.*111.*num.* 429. tanquam actus iudiciales requirunt scripturam, per tex.*in l.ut perfectius* 2.§.*fin autem, Cod. de annal.excep.* Iranço *de protest.cap.*6.*n.*10.

34 Præterea fieri debent protestationes congruo tempore, Iranço *de protest. cap.* 45. *n.* 37. id est postquam processus est instructus, & in puncto ferendæ sententiæ, Bos.*tit.de uffic.corrup.num.*25.Aviles *in cap.* 1.*prætor glos.fiel.nu.*44.Osasc.*decis.*12.*nu.*10. Portol. in Molin. *trac.de liber.Cap.*§.10.*nu.*4.Bucar *diff.*151.*nu.*7 Can.*var.* 3.*cap.*12.*n.*249. (*alias* inquit, *si tempore interpellationis, licet vellet Judex, non posset actum explicare, nequiret constitui in mora per mille interpellationes, eo quod non essent factæ congruo tempore, ut in clem.Quamvis rigor de appellat.*) *&* c.18.*n.* 106.Reg. Cortiada *dict.decis.* 38.*nu.* 52.& processus esset Judici exibitus, quia aliàs non teneretur causam expedire, Caval. *decis.*6.*nu.* 10.Scyalo *de foro comp.c.*33.*n.* 49.Vargas *in consid.prac. de Syndic.par.* 8.*tit.*3.*consid.*3.*nu.*5. (qui asserit, processum tradi debere per scribam causæ, nec per alias manus posse recipi, aliàs Judex redderetur suspectus) & depositum esse salarium, Bossius, Bucar.& Canc. citati, & recitat Reg. Cortiada *d.decis.*38. *num.*52.

35 Sed pro controversiis dirimendis huius Provinciæ, allegationem jurium nostrorum ut primam, non transgrediamur (docte annuit prac.Oliba in Usat. *Alium namque, de jure Fisci in epist. dedic.*) & expressam non omittimus: quæ hucusque allegata comprobat *Const. statuim* 4. *de sup.de sent.* ubi statuitur tempus ad declarandum causas supplicationum ab intermediis, sub pœna privationis partis salarii, & expostulat requisitionem fore scribæ causæ præsentandam, ut reportet processum Judici, & quod eidem pariter tradito sibi processu cum chirographo Generalis, id est cum schedula salarii, iniungantur requisitiones, ut nec aliàs in pœnam incidant ob negligentiam, & adhuc hoc intelligit, cessante iusto impedimento.

36 Ac rursus requiritur, ut omnibus Conjudicibus requisitiones presententur; quia judicant ut universi, & omnes unius vice funguntur, *l.Magistratus* 25.*ff.ad municip.* Cãc.*var.*3.*c.*12.*n.*266.*cum seq.* Cerart *in spec. visit.c.*3.*n.*19. Vargas *in prac.consid.de Syndic.p.*8 *tit.*3.*consid.*2.*n.*16.& declaravit Regia sententia d.Reg. Clavero 29. Januarii 1605.quam suprà recitavimus, in qua Judices tabulæ fuerunt absoluti, ibi: *Ex quo interpellatio non fuit omnibus injuncta.*

Ratio qua superiorum dicta fundantur, in eo sita.t, ut citati Doctores scribunt, quòd licèt dies interpellet pro homine, *l.magnam* 12.*Cod.de cont.& comit.stipul.* fallit in Magistratu respectu partis interesse; inest tamen in eo tacita conditio, si à parte fuerit solicitatus, ut variis exemplis fundat in jure Gallego *in respons.pro Syndic.c.*3.*nu.*2. & multa tradit, quæ ad rem conducunt, Chassan. *in cons. Burg.rub.*13.§.8.*nu.*4.*& duobus seq.*& centum & septem casus, in quibus, si partes non opponant, sustinentur, qui aliàs non subsisterent, congerit immenso labore Portol.in Molin.§.*Rex à nu.* 85.*ad* 233 Grat.*decis.*4.*tot.* Ferrer *obs.par.*3.*c.*76. quia ita intelligit *Const. fin.tit. jus verbal*, ubi præfinitur Cancellario, vel Regenti Regiam Cancellariam terminus trium mensium ad causas decidendum, & ait hoc procedere parte requirente, Xammar *de offic.Judic.par.*1.*quæst.*18.*nu.*93.ubi Constitutiones *sub tit.de denuntiatione processus*, in quibus jubetur decidi causas secundum ordinem denuntiationum, interpretatur, si à parte petatur. 37

Ac etiam quia Judex præsumitur semper paratus ad reddendum jus partibus, eo ipso quod contrarium non probatur, Aviles *in c.*1.*prætor.n.*44.& præsumitur etiam justè impeditus ob multitudinem causarum, Peg. *in prax. rub.*10.*n.*4 Caval.*de brac.reg.par.*5.*n.*171.Farin *in prax. quæst.*111.*nu.*434.quod sæpius evenire solet in Curiis, & Cancellariis, ubi adest major frequentia causarum, Bovadilla *in polit.lib.* 5.*c.*1.*num.*147. Carena *resol.* 9.*nu.* 17.*ver his addendum*, vel quia sunt plures Judices pro cognitione unius causæ, prout sunt in nostra R. A. qui non possunt se in unum congregare, vel concordare, Peg. *in prax. d. rub.* 10. *nu.*4. vel ob causæ qualitatem, vel partium cavillationes, Salgado *de reg.protec.par.*2.*cap.* 17.*nu.*35.Ricc.*in prax.var.resol.*334.*nu.*2.Barbosa *de potest.Episc. par.* 3.*alleg.*81.*num.* 13. vel ob perplexitatem opinionum, Caval. *de brac. Reg.par.*5. *dic. num.*172.& sic Judicis negligentia debet liquido probari, maximè in syndicatu, nec de ea convincitur, nisi fuerit interpellatus, & post interpellationem in causa supersederit, Gram.*consil.*54.*nu.*5.*cum seqq.* 38

Quare consulunt in utraque litteratura versati, ut obtumescens Judex non renuat protestationibus respondere, Berart *in spec.visit. cap.*5.*numer.*94 imò quod reprotestetur, & excusationes proponat, & non conticeat, ne videatur consentire, & denegare justitiam, Caval.*de brac.reg.par.*5 *nu.*171. Aviles *in cap.* 1.*prætor nu.* 44.ibi: *Quod hac de causa semper ego soleo respondere protestationibus factis contra me, quæ in Hispania requerimientos vocantur, ne videar negligens, & consentire*, & in judicio contrafactionis Constitutionum hujus Principatus consultum id habemus; nam pœnas earum evitat, vel revocando contrafacta, vel adhuc non revocando, firmando dubium, in quo se offerat revocare ad arbitrium Regiæ Audientiæ, si ipsa contrafeciisse declaraverit, Font.*tom.*2.*decis.*359.*nu.*12.*& decis.*360.*nu.*3.& dixit Orat.*in Epodon.* 39

Furor ne cæcus, an rapit vis acrior
An culpa? responsum date,
Tacent, & ora pallor albus inficit
Mentesq; perclusæ stupent.

Et Juven. *sat.*1.

Criminibus tacita sudant præcordia culpa.

Ac denique alia adest ratio, ob quam requisitiones Officialibus præsentari debent, ut incidant in negligentiam punibilem; quia ut annotavimus *decis. ant.* solum Officiales, & Judicentes de dolo, vel negligentia, quæ in dolum cadit, syndicari valent, & quamvis in culpa judicentur ante protestationes, eò quia intra statutum tempus non declaraverint, vel aliud omiserint in damnum partis; attamen Incipiunt tantùm in dolum cadere post protestationum præsentationes, Sesse *in respons. pro Syndic. numer.* 26. Font. *tom.*2. *decis.* 359. *numer.* 18.& 498.*numer.* 14. tunc namque in positiva contumacia constitui dicuntur, & puniri debent; ne aliàs inconveniens sequeretur, quod reo, & possessori benevolo in non expediendo, victoriam illi tribuerent, sive in criminalibus, quoties reus est captus, ne ita indirectè innocens absque delicto pœnam perpetuæ, sive longæ carcerationis pati coge retur, scribit Luca *in trac. de foro comp. dist.* 68. *numer.* 9. 40

Et ut nihil in re intactum remaneat, objectioni tacitę quam apertã audivimus, satisfacere non transcendimus, 41

UAB Biblioteca de Ciències Socials

jura, & Doctores, qui requisitiones expostulant Officialibus culposis præsentandas. loqui tantùm de inferioribus, non verò de superioribus Magistratibus; nam subditi, præmaxime in vinculis detenti, perterriti non audebunt eas requisitionum præsentationes instare; nam respondetur ultra quod sine discrimine, ut plurimum, reliqui illas approbant, Peg. *in prax. cap. 12. §. 6. num. 1.* Canc. *var. 3. cap. 18. num. 106.* Reg. Cortiada *decis. 38. numer. 52.* pro Doctoribus R. A. hujus Principatus observantiam Regiam recitavimus supra, & sub eadem specie tradidimus in Prælatis Ecclesiasticis eandem regulam, & signanter in reo capto, Luca *in tract. de jurisdic. & foro comp. dis. 68 numer. 20.* & sine ullo obstaculo hæc in nostro Principatu practicantur; quia constituta adest forma præsentandi Officialibus majoribus requisitiones, injugendo pœnam privationis officii Actuariis illas præsentare recusantibus *in Const. tit. de offic. de proton.*

42 Et si per hoc tritum non audent pertransire, alia sibi suadebunt faciliora; nam ipsi, vel eorum Procuratores denuntient Deputatis Generalis Cathaloniæ contraventionem Constitutionis, quæ statuit tempus ad declarandum, & ipsi pro observantia instati tenebuntur, contra Magistratus præambulis requisitionibus per contrafactionis judicium procedere, *Const. 9. tit. de obs. const.* Berart *de Syndic. cap. 14. num. 5. & 11. cap. 24. numer. 12.* & fuit observatum pro Jacobo N. & Raphaele N. detentis in Regiis carceribus, quibus non fuerat publicata inquisitio intra tempus *Const. 5. tit. de acusat.* præcedente voto, & deliberatione Assessorum Domus Deputationis 21. Aprilis 1631. & in reis captis pro delictis fautoriæ; contra quos fuit processum non præcedente monitione juxta *Const. 1. tit. de fautoria;* scribit observatum pariter fuisse processum contra Magistratus Font. *decis. 372. cum seq.*

43 Ultimam igitur manum huic materiæ imponimus, ubi probationes ad Judicum negligentias arguendas tradimus; pars itaque, vel Fiscus, qui intendit eas probare, jam in initio denuntiationis proponere tenetur eas ad casum ordinatas, & probare, quòd ex culpa damnum illatum fuit, secundùm notabilem doctrinam Bartol. *in l. 2. §. fin. ff. si quis caut.* ubi tradit, ibi *Quod ille, qui asserit causam evenisse culpa alicujus, probare debet, culpam ipsam fuisse ordinatam ad casum, & ob id quod si culpa illa commissa non fuisset, casus non contigisset;* sequuntur Alex. *consil. 64. col. ult. lib. 6.* Decius *in l. contradus in fin. ff. de reg iu.* Craveta *consil. 8. nu. 27* Strac. *de Mercat. tit. de nautis par. 4. num. 2.* Pet. Gregor. *lib. 1. Syntag. cap. 12. nu. 2.* Decian. *respons. 29 num. 29. vers. Quinto, vol. 1.* Menoc. *de præsump. lib. præ. 3. n. 138.* Prato *in respons. pro Syndic. num. 432. & 433.* Sesse *in respons. pro Syndic. nu. 71. 78. usque ad 87.* Vargas *in consid. pract. par. 8. tit. 3. consid. 4. num. 16. & seq. ex l. si vehenda 10. §. si ea, ff. ad leg. rod. de jac.* Gram *decis. 47. num. 1.*

44 In delictis privatis si negligentia consistat in omittendo in concernentibus utilitatem privatam, veluti quia Judex intra terminum causam non expedivit, vel reum non liberavit, ac etiam in causis civilibus, si intra statutum tempus, à legeque præfinitum non declaraverit, ad arguendum Judicem negligentem, adhuc in denuntiatione includi debere, fuisse instatum, & requisitum, nec alias denuntiationem admittendam fore defendit Vargas *in consid. prac. par. 8. tit. 3. consid. 4* ibi: *Por lo que ese requisito de la instancia, ò requerimiento se ha corroborado tanto, y probabo, que es mas inclusion de la parte denunciante, que defensa contra la negligencia, imputada al Iuez la omission de ella requesta.*

45 Et cum negligentia non sit aliquid formatum, quod sensu corporeo percipi possit, testes, qui simpliciter asserunt aliquem negligentem fuisse, non probant, Menoc. *de recup. possess. remed. 7. quæst. 5.* Mascard. *de probat. conclus. 1093. numer. 7.* Ramon. *consil. 35.* ideo indirectè illa probari debet, & testes deponere renentur de illis gestis numero, in quibus necessaria fuit diligentia, & contra legis dispositionem Judex se negavit, Vargas *in consid. prac. de Syndic. par. 8. tit. 3. consid. 3. num. 3. & 4.* Berart. *in spec. visit. cap. 5. num. 92.* cujus verba transcribo, ibi: *Ideoque qui negligentiam probare intendit, eam per indirectum probare debet, articulando illos actus, in quibus in negligentia fuisse quilibet arbitrabitur; ut puta in Judice, qui requisitus à parte per tres vices, cum opportunitate inscienter, & instantissime, ac pluries, quarenus, eo quia in causa fuit conclusum, & ad sententiam assignatum, & processus bene compositus, & ordinatus fuit eidem traditus causam expediat, & sententiam proferat, & sic legitime, & congruo tempore interpellatus id facere neglexerit, aut obmutescens renuerit supplicatis, & protestationibus respondere; ex talibus siquidem actibus concludens negligentiæ probatio apparuerit.*

Pro coronide tradimus, quod licèt negligentia notabilis sit punibilis, nimia diligentia non coercetur; quia de per se non est delictum, Vargas *in consid. prac. de Syndic. par. 8. tit. 4. consid. 19.* qui affert inter alia liberationem quam obtinuit Nob. Josephus Leysa Locumtenens justitiæ Arag. (quem Assessorem Generalem spectabilis Gubernatoris illius Regni in Regia Visita an. 1678. conjudicem sedulum agnovimus; sic non horreant visitandi, quia nemo hac ex caruit, inquit P. Scriban. *polit. lib. 1. cap. 17.* Cato sanè Princeps Portiæ gentis, Senator optimus, optimus Imperator, quater, & quadrigies causam duxit, diversis odiorum simultatibus appetitus, semper fuit absolutus) in anno 1656. in denuntiatione quam in eum obtulit Dux de Hijas, ex quo decretum aliquod interposuit prominore, cum quo Dux litigium habebat, latissimè Svelvez *cons. 28.* ubi *in fine* recitat Magistratum Superiorem absolutum, Menoc. *de arbit. quæst. 42. n. 9.* aiens quòd Judex in uno die potuit esse instructus & causam declarare, ex Bald. *in Auth. sed etsi quis n. 13. C. de testibus*, qui affirmat, Judici credi non modò quoad definitivam, sed etiam quoad interloquutoriam, & præsumendum cum causæ cognitione judicasse. 46

Interdum autem expediens est acceleratio, utpote quando jusdicentes timere possunt favorem, metum ob auctoritatem majorum, aut alia insolita, quæ solent eventus litium intervertere: & justitiam violare, ex Farin. *in prax. quæst 8. n 57.* Bovad. *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 96.* Don Franciscus de Feloaga *in def. Excellentissimi Marchionis de Aytona ar. 1. num. 76.* 47

Tantundem enim quando injusta profertur sententia notoriè, & adest acceleratio, insurgunt duo indicia, præcipitatio scilicet, & injustitia, ad dolum præsumendum, Vargas *in consid. prac. par. 8. tit. 4. consid. 19. in fine*, & in casu damni irreparabilis in criminali judicio, ex præcipitatione, & injustitia disoluta, & executa sententia poterunt Judices puniri, Robertus. *rer. judic. lib. 1. cap. 4.* quia ea de causa ex versutia præsumpta fuerunt interdicti Magistratu, & judicandi officio; ut proinde concludamus pariter, quòd ex nimia diligentia, quæ in dolum, vel in culpam dolo proximam cadit, possint Officiales coerceri. 48

Ex his non indifficulter colligitur indebitè perpensum fore, Judicem præcipitanter se gessisse in expeditione causarum, ex quo ad informandum, Advocatos cum partibus vocare non fecit; quin imò, nec ei incubuerat admissis allegationibus facti; (quia cum processibus ordinatis judicaverat) ad informandum in jure Advocatos petere, Mastril. *de Magistrat. lib. 6. cap. 10. num. 37.* Berart *in spec. visit. cap. 25. nu. 104.* quia Judex potest judicare omissis juris allegationibus, quæ probabiles tantùm sunt, non necessariæ, Menoc. *de arbit. cas. 175. nu. 3. & 8.* & debet per se causam discutere, *l. judices 9. Aut. jubemus, Cod. de judiciis, l. 1. C. ut quæ desunt advoc. c. bonæ de testi.* & his rationibus ita rem concludit Giurba *decis. 68. nu. 11.* quia tantùm illæ serviunt pro instructione Judicis, & pro levandis ejus occupationibus, Pereja *de inst. edit. tit. 6. resolut. 3. num. 134.* Xammar *de offic. Judic. par. 2. quæst. 2. numer. 20.* qui ex his, & Baldo *in Can. Pastoralis de cau. pos. & prop.* dicit, Judicem, qui non vult Advocatum audire, non gravare, ex Calic. *in margar. fisci*, Solorzan. *in polit. lib. 5. c. 8. ver. La tercera*, qui diversum admonet in causis arduis, Crespi *ob. 10. nu. 30.* qui docet Judici esse arbitrarium spectare juris allegationes, & *nu. 87.* in causa difficili verum putat justè recusari Judicem, qui audire Advocatum non vult. 49

Et ampliùs quia apud nos ex jure particulari arbitrio Relatoris causæ, & R. A. relinquitur vocandi partes, & Advocatos ad concordandum in facto, *Const. fin. tit. de Audi. de Advocat.* (quam inobservatam vidimus) quæ concordat cum Regia epistola, quam recitat Solorzan. *in polit. lib. 5. cap. 8. ver. La tercera.* 50

Et in causis majoribus quatuorcentum librarum ante definitivas sententias, præsentatis memorialibus in jure, petentibus partibus cum supplicatione, sunt dubia 51

cau-

causæ per Regiam Audientiam efformata tradenda, & eisdem instantibus teneretur Relator assignare diem ad audiendum Advocatos in Regia Audientia, partibus præsentibus, *Const. 1. & tot. tit. dels duptes, y punts*, Cancer *var. 3. cap. 17. num. 407. in fin.* & de ea praxi Peg. & ejus Addit. Ripoll *rub. 23.* Font. *tom. 2. decis. 461.* Xammar *de offic. Jud. par. 3. quæst. 2. nu. 26.*

Notanter dixi *in diffinitivis*, quia in interloquutoriis, ut dicunt practici, præmissa de tradendis dubiis non procedunt, cum & in eisdem terminis denegari possit audientia Advocatorum; Barzius *dec. 71. num. 40.* Post *de manut. obs. 102. num. 8.* Xammar *de offic. Jud. par. 3. quæst. 2. num. 23.* id ipsum indistinctè tradit Ferrer *obs. par. 2. num. 30* ubi attestatur de observantia R. A. non audiendi informationes in intermediis, quantumcunque maximæ importantiæ, nisi venirent simul cum definitiva terminandæ, & adhuc hæc dispunctio Advocatorum de ordine judicii non judicatur, Afflict. in simili Constitutione Neapolis *l. 2. rub. 44. n. 4* Ginrba *dec. 68. n. 8.*

52 Nec confusam rem reddent citati Mastril. *de Magist. dic. lib. 6. cap. 10. num. 37.* quem eo non citato punctim sequitur Berart *in spec. visit. cap. 25. num. 194.* qui allegant Put. *de Synd. ver. allegationes*, & excusari officialem jurisperitum, inquiunt, & maximè doctrinæ, si Advocatos reorum non audiat, ex Amed. *de Synd. nu. 248. ver Item non tenetur Judex*, Caval. *de Brac. Reg. par. 3. nu. 216.* licèt aliàs teneretur, & posset uti dolosus puniri, maximè ubi ex abrupto procederetur, Salic. *in l. fin. num. 3. Cod. de pœna judic. male jud.* ubi allegat *tex. in l. argentarius 10. §. cum autem ff. de edendo*, & ibi Bald. *in rub n. 8.* Rondin. *de Synd. n. 168.*

Respondetur namq; quod qui rem complectitur, & sub certo loquitur, est Puteus qui sup. *ver. Allegationes num. 3. & seq.* ajens hæc intelligenda de allegationibus facti, magis quàm juris, ut si judex nollet audire probationes partis, vel si non admitteret exceptiones juridicas; quia tunc faceret litem suam, & ex abrupto procedere; non sic si nollet Advocatos partium audire; nam non eo gravaret partes, quia præsumitur peritus, Ponte *tom. 1. consil. 59. num. 1.* Franc. *dec. 22. nu. 12.* ubi Amendola, Menoc. *de arb. cas 175. num. 3.*

Hinc sequitur, notabilem esse animadversionem Xammar *de offic. Judic. par. 3 quæst. 2. num. 23.* qui notat dictum Berart *in supra citato loco*, malè allegasse Amed. *de Synd. nu. 248.*

DECISIO XCVIII.

ARGUMENTUM.

An Judices, & Officiales, tam superiores, quàm inferiores possint à subditis donaria accipere, & an esculenta, & poculenta: & concordantur variæ Constitutiones hujus Principatus, & *Textus in §. scriptum est exemplar, Auth. ut Judex sine quo suffrag. l. plebiscito 18. ff. de offic. præsid. l. solet 6. §. non vero, ff. de offic. proconsul.*

SUMMARIUM.

1 *Quàm turpe sit Iudicem munera, vel donaria accipere, illustratur usque ad n. 12.*

13 *Corrumpitur Iudex non solum, quando pecunia, aut alia re interveniente, expressè promittit aliquid facere ad favorem alicujus; sed etiam si nullo interveniente pacto, sub ficto muneris velamento aliquid recipit.*

14 *Xenia sunt parva munera, nec in totum debet Proconsul xeniis abstinere, sed modum adjicere.*

15 *Iudex, vel Officialis esculenta, & poculenta accipere potest immunis à coemptionis, & barattariæ delicto, declara ut infra.*

16 *Iudex, seu Officialis à subditis, quibus actu Iudex non est, sed esse potest, accipere non potest donaria, imo donationes factæ non sustinentur.*

17 *A sponte volentibus esculenta, & poculenta, accipere dono potest.*

18 *Donatio facta à subditis Officiali propter ejus benemerita, si de illis constet, sustinetur donatio.*

19 *Donatio à subdito Officiali in ultima voluntate valet,* Calderò *Decis. Pars II. nam & is à subdito hæres institui non prohibetur, quod declaratur.*

20 *Ab agnatis, & cognatis possunt Officiales donaria accipere.*

21 *Judices munera accipere possunt amicitiæ causa, & non ex Magistratu, vel officio, ubi declara.*

22 *Is, qui actu, & re ipsa est Judex, nil potest ab eis quorum causas est diffinitur, dono accipere pretiosū.*

23 *Esculenta, & poculenta an possit accipere Judex à litigantibus, controvertitur, negativam partem sequuntur hic citati.*

24 *Affirmativam amplectuntur alii, qui expressantur, ubi enodatur* Textus in §. scriptum est exemplar Auth. ut Judices sine quo suffrag. *& an per hoc jus correctum sit quod disponitur* in l. plebiscito. 18. ff. de offic. præsid. l. solet 6. §. non vero ff. offic. proconsul. *usque ad n. 27.*

28 *Esculenta, & poculenta permittuntur de jure Canonico tam judici delegato, quam ordinario: & ubi prohibitum non est, etiam Inquisitoribus licet,*

29 *Quando admittatur hæc sententia affirmativa, intelligenda est præhabita liberalitate dantis, nec posset xenia Judex directe, vel indirecte, tacitè, vel expressè petere, aut exigere.*

30 *Et hanc esse probabilem, sed negativam tutiorem, & decentem demonstratur.*

31 *In Cathalonia nullus Officialis potest servitia accipere, nisi fuerit de cibo, & de eo parum.*

32 *Et prohibetur Cancellario, Vicecancellario, Regenti Regiam Cancellariam, Doctoribus Regii Concilii, Thesaurario, Prothonotario, seu aliis, scribis mandati, & Rationis, & illorum tenentibus, & aliis, nec directè, vel indirecte recipiant aliqua munera, nisi esculenta, & poculenta, quorum valor non excedat quinque florenos aureos, & hoc semel tantum ab eadem persona usque ad dictum valorem.*

33 *Officiales Generalis Cathaloniæ non possunt accipere quantitates aliquas pecuniarum, nec munera pro rebus ad sua officia spectantibus, nisi esculenta, & poculenta, quæ brevi tempore consumuntur, omni dolo cessante, sub pœna privationis officiorum, & restituendi accepta.*

34 *Statutum etiam est, ut Cancellarius, Vicecancellarius, Regens Cancellariam, Judices Regiæ Curiæ, Portans vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, & ejus Assessor per se, uxorem, filios, nec aliam interpositam personam possint accipere subornationem, aut donaria à persona, quam sciunt litigare in Regia Audientia, vel Concilio, sub pœna privationis officii, inhabilitatis ad alia, & restitutionis rei receptæ in undecuplum.*

35 *Pro Advocatis, & Procuratoribus, Fiscalibus Regiarum Curiarum totius Principatus est constitutum, ut non possint patrocinare in favorem reorum, nec aliarum personarum quæ fuerint captæ, vel arrestatæ, nec extra eorum solitum salarium accipere directè, vel indirecte per se, vel per interpositas personas salaria, pecunias, vel donaria, sub pœnis ibidem contentis.*

36 *Per has ultimas Constitutiones nil censetur innovatum quoad esculenta, & poculenta, ex regula quod posteriores leges non derogant prioribus, nisi quatenus eis contrariantur.*

37 *Esculenta, & poculenta non sunt à Judicibus accipienda, neque ab omnibus, neque omni tempore, neque omnia, considerandæ sunt circunstantiæ, arbitrio Judicis, n. 38.*

39 *An post sententiam, & finito officio liceat Judici donaria accipere, & num. 40.*

40 *Decisio Senatus.*

ILLE *ambulat in justitiis, & loquitur veritatem qui projicit avaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere* Isaias *cap. 33. v. 15.* Pro turpi, quod rectus spernit, speciosum, uberiusque à Deo consequitur, ut agnosci t Horat. *lib. 3. ad Mecænat.*

Quanto quisque sibi plura negaverit, à Diis plura feret

& à Sapiente eidem proponitur præmium, *Proverbiorum 15. ver. 17.* dicente *qui odit munera, vivet.* Et Isaia 33. *qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit, & Regem in decore suo videbunt oculi ejus.* Et Psalm. 14. *Qui pecuniam suam non dedit ad usu-*

uſuram, & munera ſuper innocentem non accepit, is habitabit in tabernaculo domini.

2 Hinc melliſluus Bernardus *de conſideratione ad Eugenium Papam lib 4. cap.* 5. magnificat uſque ad ſydera Cardinalem Martinum, ut inter Divinos Athlantes fuiſſet adſcriptus, qui cum legatus Apoſtolicus eſſet miſſus in Daciam, abundantiſſimam auri, & argenti, ab ea rediit mendicus, ut vix Florentiam pervenire poſſet; & cum ibi ab Epiſcopo dono ei equus daretur, ut iter ſuum perficere poſſet, eo adjecto, ut eſſet propitius in quadam cauſa vertenti in Curia Romana; & invicè Cardinalis ſtatim donum refutavit, per illa verba: *Quid dicis Beatiſſime Eugeni? non ne alterius ſæculi res eſt redditſſe Legatum de terra auri ſine auro? tranſiviſſe per terram argenti, & argentum neſciviſſe? Donum inſuper quod potuit eſſe ſuſpectum, illico rejeciſſe? O ſi talium daretur virorum copia, quid te felicius? Quid tuo ſæculo jucundius, cumquaq; verſum procedens ſtipatus te videres tam inclyto agmine Beatum, &c.*

3 Diſſimilis huic non eſt celebris Ille Graccus Romanus, qui, ut refert Aul. Gel. *lib. 5. c. 12.* ita protulit reverſus à gubernio ſuæ Provinciæ. *O Romani, ita verſatus ſum in Provincia, ut nemo poſſit dicere, aſſem me in muneribus accepiſſe, aut quempiam mea opera ſumptum feciſſe, cum Roma profectus ſum, zonas, quas plenas auro extuli, eas ex Provincia inanes retuli*

Pulchrè Oratius *l. 4. od.* 4. incorruptum Judicē laudat:

Rejecit alto dona nocentium
Vultu.

4 Et de his plura referunt Pacianus *in trac. de probat lib. 2. cap. 44. num. 76. & ſeq.* Rauden *de Analogis cap.* 31. *nu.* 37. Vivius *deciſ. 113. nu. 14. lib. 1.* Paulus Rubeus *in præludio ad juris ſtudioſos practicabil. circa teſtamenta num.* 146 *cum pluribus ſeqq.*

5 E converſo, ſeverè, & ſtrictè inhibitum eſt Judicibus, ne munera accipiant, & maximè turpe, ac nefarium eſſe exclamat Demoſthenes 2 *de orator. & 4. ver.* ibi: *Omnium rerum turpiſſimum, maximè nefarium eſt ob rem dicendam pecuniam accipere; & pretio habere ad dictam fidem, & religionem.*

6 Excæcant munera oculos prudentium, ac ſapientium, Exodi 23. *ver.* 8. *Ne accipias munera, quæ etiam excæcant prudentes*, Deuter. *cap.* 16. *v.* 19 *Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba juſtorum*, Eccleſiaſt. *c.* 20. *v.* 31. *Xenia, & dona excæcant oculos Judicum.* Pater Scribanus *l. 2. polit. Chriſtian. c.* 9. his verbis *Dei verba ſunt, quid cæcitate miſerius? à muneribus cæcitas nata: fuge munera quiſquis oculos amas, cæcitatem averſaris: neque plebejos tantum oculos, ſed ſapientium excæcant munera; quid facient in aliis? non exoculabunt tantum, ſed periment. ea vis muneri nihil inexpugnatum, nulla robora, nulla propugnacula, arma nulla.* Cacheranus *in proœmio dec. n.* 5. ibi:

Excæcant oculos, præcipitantque gradus
Munera; ſiceſſant, miſeris mortalibus ullus
Clamor, nec luctus, nec dolor ullus erit.

7 Et ita munera Judicum excæcant oculos, ut quid juſtum, quid injuſtum ſit, non videant, quod comprobat Concil Arelat. 4. *can.* 13. ibi: *Et munera pro judicio non recipiant, nec falſos teſtes, ne per hoc pervertant judicia juſtorum.* Concil. Bernenſe *can.* 25. ibi: *Nec ullus laicus pro juſtitia facienda ſportulas contradictas accipiat, quia ubi dona intercurrunt, juſtitia evacuatur* De Ophni, & Phinee filiis Samuelis dicitur: *Declinaverunt poſt avaritiam, acceperuntque munera*, & ſtatim ſequitur *perverterunt judicium* 1. *Reg.* 8. Et dixerunt Propertius *lib.* 3. *de luxu fœminarum.*

Auro pulſa fides, auro venalia jura
Aurum lex ſequitur mox ſine lege pudor.

8 Cacheranus *in proœmio deciſ. d. n.* 5. *Munera jus ſtatuunt, deſtituuntq; ſimul*

Munera pervertunt leges, decreta refellunt
Evacuant patrum jura vigore ſuo
Munera judicii libram moderantur, & ipſam
Protinus inflectunt, quæ data penſa trahunt.

Veritatem pariter munera ſubvertunt, canit Henric. Sammar *lib.* 2. *par.* 2.

Deviat à vero corruptus munere Judex
Flaccidumque facit impia gazæpium.

Et Oratius *lib.* 2. *ſatyra* 2.

Malè verum examinat omnis
Corruptus Judex

Ac præclarè profert Cicero *in oratione pro Milone*, 9
ibi: *Et ſic munus à norma recti diſtorquet acumen Judicis, & tetra volvit caligine mentem.*

Nil mirum ſi impius judicetur juſdicens, munera ac- 10
ceptans, Proverbior. 17. *v.* 23. *Munera de ſinu impius accipit, ut pervertat ſemitas judicis.* Leo Papa *epiſt.* 9. relata *in cap. verum* 25. *diſtinct.* ibi: *Mens pecunia avida, nec abſtinere novit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati adhibere conſenſum.* Infidelis, Iſaiæ *c.* 1. *ver.* 23. *Principes tui infideles, ſocii furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones.* Maledictus, in Deuter. 27. *ver.* 25. *Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam ſanguinis innocentis.*

Propterea animas ſuas in perditionem mittunt, ut ad- 11
monet D. Ambroſius *ſerm.* 33. ibi: *Judices, qui cauſas audiunt, juſtè judicent, & munera ſuper innocentes non accipiant; ne fortè dum adquirunt pecuniam, perdant animam ſuam. Nemo enim habet injuſtum lucrum ſine juſto damno. Ubi lucrum, ibi damnum. Lucrum in area, damnum vero in anima*, Concilium Mogunt. 2. *can.* 19. ibi: *Qui ad ſubvertendum juſtitiam à duobus munera accipiunt, hoc eſt ab eo, qui quod ſibi injuſtè ablatum eſt, juſtè requirit, & ab eo, qui eadem injuſtè invaſit, admonendi ſunt, & fortiter increpandi, ne Regnum Chriſti, quod omnibus rectè facientibus patet, ſibi ſine ulla retractatione ſecludant*, & quadrat dictum Job. *c.* 15. *verſ.* 34. *Ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt*, & exponit Div. Gregorius *moral. l.* 12. *c.* 25. ibi: *Quia qui hic in mente audent avaritiæ, illic etiam in carne concremantur ignibus gehennæ.*

Et omnium ſequitur deſtructio juxta illud Micheæ 3. 12
ver. 11. *Propter hoc, cauſa veſtri, Sion quaſi ager arabitur, & Jeruſalem quaſi acervus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſylvarum*, de his plura apud Velaſco *de judice perfect. rub. 9. annot.* 1. Gonzalez Tellez *in lib* 3. *decretal. cap. cum ab omni* 10 *tit.* 1. *de vita, & honeſt. Cleric.* Paulum Rubeum *in præludio ad juris, & pietatis ſtudioſos ad practic. circa teſtamenta nu.* 142. *cum pluribus; ſeqq. & in diſcur. ad iuris Antiſtites recet. par.* 8. *num.* 63. *& ſequent.* Xammar *de offic. iudicis par.* 1. *quæſt.* 20. *in princ.* Joann. ab Eccleſia *obſervat. forenſ. in rub. nu.* 3. Solozan. *iur. Indiar tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 82. *& ſeqq. & lib.* 4. *cap.* 9. *numer.* 30. *& in politica Indiana lib.* 5. *cap.* 4. *pag.* 770. *lit. R.*

Nedum corrumpitur Judex quando pecunia, aut alia 13
re interveniente, expreſsè paciſcitur aliquid facere, vel non facere ad favorem alicujus; ſed etiam ſi nullo interveniente pacto, ſub ficto muneris velamento, aliquid recipit, Farinac. *in prax. quæſt.* 111. *n.* 235.

Cæterum non in totum xeniis abſtinere debere Procō- 14
ſulem, ſed modum adjicere, ut neque morosè in totum abſtineat, neque avarè modum extendat, ait *Tex. in l. ſolent.* 6 *§. non vero, ff. de offic. Proconſ.* & ibi explicat xenia eſſe parva munera, & notant Luca *in dec. Franc.* 493. *n.* 1. Eſcobar *de puritat. p.* 1. *quæſt.* 6. *§.* 2 *n.* 30. eſſe quæ non ſunt in conſideratione, nec animum Judicis movere valent.

Undè intrant Doctores ad quæſtionem, an Judex, 15
vel Officialis eſculenta, & poculenta accipere poſſit immunis à coemptionis, vel barattariæ delicto; & tam de jure Civili, quam Canonico ea accipere ſibi licere approbant *Tex. l. plebiſcito* 18. *ff. de offic. præſid. d. l. ſolent* 6. *§. non verò, ff. de officio proconſul. cap. ſtatutum, §. inſuper ut gratiſ. de reſcrip. in* 6. Menoc. *de arbit. caſ.* 517 Farinac. *in prax. quæſt.* 111. *num.* 255. *& 256. & ſeq.* Xammar. *de offic. Judic. par.* 1. *quæſt.* 20. *nu.* 7. Joann. Caſtillo *tom.* 2. *deciſ.* 164. *nu.* 17.

Quibus ſic perpenſis, in hanc diſpunctionem ſtatui- 16
mus concluſiones, cum quibus univerſa materia complectitur: Primam, Judex, ſeu Officialis, à ſubditis quibus actu Judex non eſt, ſed eſſe poteſt, accipere non poteſt donaria, imò donationes factæ non ſuſtinentur, *l. unica, Cod. de contract. judic. l. fin. Cod ad l. Jul. repet.* Pereg. *de jure Fiſci lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 6. *cum ſeqq.* Bovad. *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 34. & 60. latiſſimè Vargas *in conſid. prac. par.* 8. *tit.* 1. *conſid.* 5. *cum pluribus ſeqq.* Marin ad Rever. *deciſ.* 12. *num.* 1. Scyalo. *de foro comp. cap.* 33. *nu.* 332. Berart *in ſpec. viſit. cap.* 16. *num.* 61. *& ſeqq.* Eſcobar *de puritat par.* 1. *quæſt.* 6. *§.* 2. *num.* 20. *&* 33.

A ſponte volentibus eis dare non magna dona, & mu- 17
nera, quæ danti magno detrimento ſunt, ſed tantùm eſculenta, & proculenta dono accipere poſſe, ex juribus ſuprà citatis probant Decian. *in trac. crimin. lib.* 8.

cap.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cap. 35. *sub num.* 14. Menoch. *de arbit. cas.* 517. *à num.* 3. Xammar. *de offic. iudic. par.* 1. *quæst.* 20. *n.* 7.

Conclusio principalis, in qua dicitur, quòd Judici est interdictum in officio munera, vel donaria recipere, diversas patitur limitationes, quæ subsequuntur.

18 Prima limitatio est, si donatio facta sit à subditis Officiali, propter ejus benemerita; quia tunc donatio illi facta sustinetur, *l. Aquilius* 27. ubi Bartol *ff. de donat.* Grat. *discept. forens. cap.* 208. *num.* 4. Capiblanc *de Baron. prag.* 4. *num* 41. Xammar *de offic. judic. par.* 1. *quæst.* 20. *num.* 13. Ric. ad Franc *decis.* 493. Rovit. *in prag.* 1 *mun. offic. num.* 7. Scialoya *de foro comp. cap.* 53 *n.* 332. qui scribit debere de meritis constare, & tradit ita decisum, Rever. *dict. decis.* 12. & ibi Marin. qui plures laudat; videndus Velasco *de judic. perfecto rubr.* 9. *annot.* 7. *tota.*

19 Secunda limitatio est, si donatio sit facta in ultima voluntate; nam Officiali, & legari, & à subditis hæres institui non prohibetur *l. non dubium* 16. ubi Bartol. *C. de testam.* Rovit. *prag.* 4. *eo tit. n.* 42. Scialoya *de foro comp. cap.* 33. *num.* 332. Franc *decis* 493 qui scribit in causa propria, dum fuit imputatus tempore Generalis Visitationis, quòd receperat legatum ducatorum 100. per Bernardum de Sangro, & *ibidem* Luca, qui alios addit, Rever. *in decis.* 12. & ibi Marinis *num.* 2 Bovad. *lib.* 2. *cap.* 12. *numer.* 45. nisi subditus foret carceratus; quia tunc non posset Judicem hæredem instituere, tradit Bossius *in prax. tit. de car. numer.* 23. Scialoya *de foro comp. cap.* 33. *numer.* 332 vel nisi institutus fuisset clam, & cum fraude facta, ut defendit Bellonnus *consil.* 96.

20 Tertia est limitatio, si ab agnatis, vel cognatis officiales donaria accipiant; sunt enim agnati, & cognati, à l. Jul. repetundarum exceptis; modo non sit ratione officii, *l.* 5. *§. fin.* & ibi glos. *l. lex Julia* 7. *ff. ad l. Jul. repet. l.* 1. *Cod. eodem*, Decian. *in trac. crim. lib.* 8. *cap.* 40. *numer.* 1. Xamm. *de offic. judic. par.* 1. *quæst.* 20. *numer.* 9. Vargas *in consid. prac. de Syndic. tit.* 1. *consid.* 8. *numer.* 6. Scialoya *de foro comp. cap.* 33. *numer.* 332. illud intelligit in consanguineis usque ad textum gradum, ex Boer. *decis.* 163. Capiblanc. *de Baron. prag.* 4. *numer.* 43. Luca *ad decis. Franc. decis.* 493. *in fine*, Farinac. *in prax. quæst.* 111. *numer.* 245. ubi *numer.* 247. subdit, à consanguineis, & proximioribus licere accipere munera in infinitum, & in omni quantitate, nulla adiecta taxatione, Rovit. *de numer. offic. prag.* 5. ubi *numer.* 1. id approbat in consanguineis, in quorum causis Officiales ipsi non possunt esse Judices, cessante ratione suspicionis; de hac re latè Velasco *de judice perfecto rub.* 9. *annot.* 3.

21 Quarta limitatio est, si Judices munera accipiant amicitiæ causa, & non ex Magistratu, vel officio, Decian. *lib.* 8. *cap.* 40. *numer.* 8. Farinac. *quæst.* 111. *numer.* 242. Gras. *de effec. amic. numer.* 275. Xammar *de offic. Judic. par.* 1. *quæst.* 20. *numer.* 11. qui docet *numer.* 12. ibi: *Sed intellige secundùm eundem Decianum, ut si in officio recipiant ab amico, præsumantur ex officii causa regulariter, nisi qualitas personarum repugnet, ut quia sunt integerrimæ vitæ, vel si concurrant aliæ conjecturæ innocentiæ: Nam quod dicit noster Berart. ubi supra cap.* 25. *numer.* 93. *Judicem ab omnibus amicis non posse recipere in toto anno ultra centum aureos, & per tex. in l. eadem lege in fin. ff. ad l. Judi. repetun. & per glo. in verbo à sobrinis in l.* 1. *ff. illo tit. neque per illum textum, neque per eam glosam probatur: Textus licèt dicat, judicem non posse accipere ultra centum aureos, non loquitur ab amicis, sed generaliter, & de jure antiquo, sive de jure civili ante Constitutionem Justiniani, ut notat Menoc. dic. cas.* 517. *n.* 11. *glosam autem nullum verbum facit de amicis, sed de agnatis, & cognatis; & adhuc non probat, ut superius diximus: Et quamvis idem Berart. num.* 94. *subiit etiat bodie videri non licere judici ullo modo, & causa amicitiæ aliquid accipere, præterquam esculenta, per tex. in Auth. ut judices sine quo suffrag. §. scriptum; non videtur mihi iste textus præfatam sententiam Deciani excludere, quod etiam respondeo ad Paridem de Puteo de Syndicat. verbo an si tempore num.* 2. *in fine.* Hæc deserviant pro intelligentia Farinac. *quæst.* 111. *num.* 244. Vargas *in consid. prac. de Syndic. par.* 8 *tit.* 1. *consid.* 8. *numer.* 8. & 9. de hac re plenius Velasco *de judice perfect. rub.* 9. *ann.* 4. *tota.*

22 Secunda est conclusio: is, qui actu, & re ipsa est Judex, nil potest ab eis, quorum causa est diffiniturus dono accipere pretiosum, hoc est aurum, argentum, suppellectilia, & alia his simillima, *§. penult. Auth. ut judic. sine quo suf. §. oportet Auth. de mandat. Princ. cap. statutum de rescrip. in* 6. Menoc. *de arbit. cas.* 517. *n.* 12. Xammar *de privileg. Civit. Barcinonæ §.* 22. *n.* 83 *& de offic. judic. par.* 1. *quæst.* 20. *n.* 14. & alii quos suprà laudamus, etiam per interpositam personam, Escobar *de purit. par.* 1 *quæst.* 6. *§.* 2. *n.* 27. *cum seqq.*

Maior difficultas, quę in hanc partem supereſt, enodanda est, an eo casu possit judex esculenta, & poculenta à litigantibus accipere, quin in suspicionem coemptionis vel barattariæ incidat: In qua divisi sunt Doctores, & probabiliter omnes sua asserta stabiliunt ex juribus priscis, & Codicis, ex quorum dispunctione pendet dubii decretum. Negativam sententiam sectantur citati à Menoc. *de arbit. d. cas.* 517. *numer.* 13. & 18 Escobar *de purit. quæst.* 6. *§.* 2 *numer.* 30. *par.* 1. Solorzan. *in post-hum. in allegatione contra bona, & hæredes num.* 120. Rovit. *prag.* 1. *de muner. Offic. numer.* 3. Scialoya *de foro comp. cap.* 33. *numer.* 337. *in fine*, Farinac. *in prax. q.* 111. *numer.* 251. quos refert Varg. *in consid. prac. de Syndic. par.* 8. *tit.* 1. *consid.* 6. *numer.* 7. *cum seqq.*, & eam assumunt à Constitutione Justiniani *in §. scriptum est exemplar. Authen. ut judices sine quo suf.* quæ cum statuat hos Judices nil capere posse præter salarium, per dictionem *nihil* excludit esculenta, & poculenta; quia universalis negativa totum excludit, *l. hoc genus* 106. ubi glos. *ff. de condit., & demonst.* & hoc est fundamentum glos. *in dic. §. scriptum est exemplar, ver. Avaritiam Auth. ut judices sine quo suff.* ex qua firmatur, lege permittentes xenia esse correctas, quando Officiales habent salarium de publico. 23

Affirmativam amplectuntur illi, quos citat Vargas *in consid. prac. de Syndic. par.* 8. *tit.* 1. *consid.* 6. *n.* 1. *ad* 7. Vivius *decis.* 113. *n.* 12. Narbona *ad leges reg. par.* 1. *lib.* 1. *tit.* 7. *leg.* 31 *glos.* 6. *n.* 56. Velasc. *de judic. perf. rub.* 9. *ann.* 5. & est demente Menoc. *de arb. cas.* 517. *numer.* 5 *& seqq.* Motla *in emp. jur. tit.* 2. *in princ. num.* 1. Luca ad Franch *decis* 493. *n.* 1 Berart. *in spec. visit. cap.* 16. *n.* 67. Joan. ab Eccles. *obser. vat. forens. in rubr. n.* 4. Excel. Dom. Vicecancel Crespi *obs.* 9. *num.* 77. *cum seqq.* & fundamenta capiunt ex juribus Pandectarum, *l. Plebiscito* 18 *ff. de offic. præsid. l. solent.* 6. *§. non vero, ff. de offic. proconsul.* quæ jura correcta non esse suadent *per dict. tex. in §. scriptum est exemplar, Authen. ut judic. sine quo suffrag.* quod stabiliunt ex alia glos. *in Auth. principales in vers. altisque C. de jur. juran.* propter casum ubi scribitur licere xenia Judicibus dari ex legibus prædictis. 24

Qui in his juribus agendis radicitùs se expedivit est Joann. Laganarius ad addit. Rovit. *super pragm.* 1. *de muneribus officialium*, ubi doctè enucleat, ea jura per novum eversa non fuisse; nam *tex in d. §. scriptum est exemplar*, in quo Glos. ejus dictum fundat, duos constituit casus: alter est cum officiali qui salarium habet de publico constitutum; alter verò si nullum habet de publico salarium ibi: *Aut si non est eis aliquod publicum salarium*. In primo casu quo salarium fuit taxatum, Respublica permittit adhuc *indic. §. scriptum est exemplar* esculenta, & poculenta, ac xenia Judicibus dari, ut denotant illa verba, ibi *Nisi secundum quod eis administrat Respublica* nam ea ad jus Pandectarum refert, in quo Respublica permittebat prædicta munera, & xenia; in secundo verò casu, quod scilicet nullum salarium à publico præstatur, tunc quantum inculpabilis antiquitas definierit circa receptionem horum munerum, & xeniorum, accipere libet; ita tamen ut à spontaneis, & non ab invitis recipiant, & parum, & quantum sufficit ad mediocrem vitæ sustentionem, & sic scribit, quòd tantùm abest, remaneant correctæ leges prędictę, quòd primò per Jus Novum manent confirmatæ; unde eo Jure possunt utique Officiales esculenta, & poculenta, sive xenia impunè, ac sine sorde recipere; & eam interpretationem jam approbat Luca *ad dict. decis. Franc.* 493. *n.* 1. 25

Ac ulteriùs, quia Justinianus expresè *in d. §. scriptum est exemplar* non prohibuit capi esculenta, & poculenta, quæ tamen ante Constitutionem Justiniani erant Judicibus permissa, & est vitanda legum correctio, *l. præcipimus* 32. *§. fin. Cod. de appel. cap. cum dilectus* 8. *numer.* 5. *eod.* nec illis refragatur dictio illis negativa universalis *nihil*; quia aliquando restringitur ad terminos habiles, Barbosa *in illa dictione*, aut terminos Juris, ut inquit Regius Senator Xammar *de offic. judic. par.* 1. *quæst.* 20. *nu.* 17. qui hanc illustrat interpretationem, & subdit, quòd cessant utique duæ rationes, quibus Constitutio Justiniani 26

roboratur; nempe ne contingat litigantes facultatibus ſpoliari; & ne corrupti Judices injuſtè judicent; nam nec propter hæc edulia ſpoliantur litigantes, neq; ob tam modica oritur corruptionis ſuſpicio; cum ob modicam rem ceſſet præſumptio doli, *l. ſi oleum 10. §. ult. ff. de dolo*.

27 Quibus admiſſis, recurrendum non erit ad id, quod edictavit Bald. qui Gloſam ſequitur *in dict. §. ſcriptum eſt exemplar, Auth. ut Judices ſine quo ſuf.* id ipſum procedere in Judice ordinario; non verò in delegato, *per tex. in cap. ſtatutum, §. inſuper de reſcrip. in 6.* quia rationem diſcriminis non inveniri probat Laganarius ad Rovit. *in d. prag. 1. de muner. offic.* & poſt eum Luca *ad dict. deciſ. 493. n. 1.* Xammar. *de offi. judic. par. 1. quæſt. 20. n. 24.*

28 Scribit D. Vicecan. Creſpi *obſ. 9. numer. 79.* quòd eſculenta, & poculenta permittit Jus Canonicum, non tantum Judici delegato, de quo loquitur expreſsè *Tex. in dict. cap. ſtatutum 11. §. Inſuper de reſcrip. in 6.* ſed etiam ordinario, ex Sanchez *in opuſc. lib. 3. cap. unic. dub. 2. numer. 5.* & ubi id prohibitum non eſt, etiam Inquiſitoribus licet, ex Diana *par. 4. trac. 8. reſol. 8.* nec cum jure Naturali, vel Divino advertionem habere, ex Navar. *de dat. & promiſ. proju. vel grat. obt. n. 35.* quibus adde poſt alios, quos allegat de communi doctorum ſententia, Bonacinam *tom. 2. circa octavum Decalogi præcep. diſp. 10. q. 8. punt. 8. ver. dixi*.

29 Quando admittatur affirmativa opinio, eſt intelligenda præhabita liberalitate, dantis, nec poſſet xenia Judex directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè petere, aut exigere, ait Xammar. *de offic. Judic. par. 1. quæſt. 20. numer. 33.* Farinac. *in prax. quæſt. 111. numer. 252.* Addit. *ad prag. 1. Rovit. de muner. offi.* & probat. *ex dic. §. ſcriptum eſt exemplar Auth. ut Judices*.

30 Addit Senator Xammar *cit. loco* cui aſſentimur, affirmativam opinionem eſſe probabilem, ſed negativam tutiorem, *in dict. par. 1. quæſt. 20. numer. 27.* & ſequitur P. Mendo *inſtat. opinion. differ. 6. ad ſeptimum præcep. Decal. quæſt. 6. numer. 55.* & magis honeſtam, Farinac. *in prax. quæſt. 111. numer. 250.* quia periculoſum eſt munera à litigantibus accipere, licèt modica ſint; quia non dantur cum charitate, ſed per corruptionem, ut inquit Put. *de Syndic. in verbo Conciliarii numer. 1.* & confirmat Cenedo *in collec. 134. decret. numer. 1.* & comprobavit Ovidius *lib. 3. de Pont.*

Sed tu cum donas, iſta iuvare ſolent.

D. Vicecan. Creſpi *obſ. 9. numer. 81. ſemper aut*, docet *melius erit ab his obſtinere; quia ut inquit Gratian. diſcep. foren. tom. 1. cap. 56. numer. 48. inter eſculenta interdum juſtitia comeditur, & inter oſſa edulium juſtitia ipſa quieſcit*, concordat Caſtillo *deciſ. 164. n. 17. & ſeq.*

31 In noſtro Principatu adeſt *Conſt. D. Regis Alphonſi II. in ſecunda Curia Montiſ. an. 1289. c. 1.* quæ eſt *2. tit. de coſas prohibidas als Officials*; ubi diſponitur, quòd nullus Officialis audeat ab aliquo accipere ſervitia, niſi fuerit de cibo, & de eo parum, aliàs debeat ei imputari in furtum, & perdat officium incontinenti, de qua Berart. in *ſpec. viſit. cap. 16. numer. 66.*

32 Alia adeſt pragmatica D. *Regis Ferdinandi Secundi data Barcinonæ 27. Septembris 1479. cap. 62.* quod eſt vnicum *ſub tit. de coſas prohibidas als officials in 2. vol. Conſt.* in qua prohibetur Cancellario, Regenti Regiam Cancellariam, Doctoribus Regii Concilii, Thelaurario, Prothonotario, Secretariis, ſcribis mandati, & Rationis, & illorum tenentibus, & aliis quibuſcunque, cujuſque præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, nec directè, vel indirectè recipiant ab aliquo munera, niſi eſculenta, & poculenta, quorum valor non excedat quinque florenos aureos; & hoc ſemel tantùm ab eadem perſona uſq; ad dictum valorem, Berar. *in trac. de viſit. c. 25. num. 98.*

33 Hæc eſt conformis cum *cap. 26. Cur. anni 1433. in lib. dels quatre ſenyals pag. 287.* ubi diſponitur, ut Officiales Generalis Cathaloniæ non poſſint accipere quantitates aliquas pecuniarum, nec munera pro rebus ad ſua officia ſpectantibus, niſi eſculenta, & poculenta, quæ brevi tempore conſumantur, omni dolo ceſſante, ſub pœna privationis officiorum ſuorum, & reſtituendi accepta. De ſimili ſtatuto forali Aragoniæ ſcribit Vargas *in conſid. prac. par. 8. tit. 1. conſid. 6. n. 16.*

34 Eſt etiam *Conſt. ejuſdem Dom. Regis Ferdinand. in 2. Curia anni 1493. cap 8.* quæ eſt *Conſt. 3. tit. de ſalaris rebenlos Officials Reals, in primo vol. Conſt.* quam tradit Xammar *de offic judic. par. 1. queſt. 20. n. 49.* in qua ſtatuitur, ut Cancellarius, Vicecancellarius, Regens Cancellariam, Judices Curiæ, Portans vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, & ejuſdem Aſſeſſor per ſe, uxorem, filios, nec aliam interpoſitam perſonam, poſſint accipere ſubornationem, aut donaria à perſona, quam ſciunt litigare in dicta Audientia, vel Concilio, ſub pœna privationis officii, inhabilitatis ad alia, & reſtitutionis rei receptę in unde cuplum, Generali Cathaloniæ applicandum.

Et pro Advocatis, & Procuratoribus Fiſcalibus Curiarium Regiarum totius Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Roſſilionis, & Ceritaniæ extat particularis *Conſtitutio Dom. Principis Caroli in prima Curia Montiſoni anni 1547 cap. 56. in ordine ſtatuim 10. tit. de offic. de Advocats, y Procuradors Fiſcals*, in qua illis prohibetur patrocinari in favorem reorum, nec aliarum perſonarum, quæ fuerint captæ, aut arreſtatæ; nec extra eorum ſolitum ſalarium recipere directè, vel indirectè per ſe, vel interpoſitas perſonas ſalaria, pecunias, nec donaria, ſub pœnis ibidem contentis, nec ullum verbum de eſculentis, & poculentis explicitò facit, & ſic diſcedimus à Berart. *in ſpec. viſit. cap. 12. n. 21.* qui dictam Conſtitutionem non litteraliter complectitur. 35

Per quas ultimas Conſtitutiones nil cenſetur innovatum quoad eſculenta, & poculenta (de quibus non loquuntur Conſtitutiones) ex regula quod leges poſteriores non derogant prioribus, niſi quatenus eis contrariantur, imò debent intelligi, & limitari ſecundum diſpoſitionem legis antiquæ, ut in terminis juris noſtri ſtatuit Canc. *var. 3. cap. 12. nu. 275.* unde ſic impunè potuerunt ultra ſalaria Officiales eſculenta, & poculenta recipere, eum habeant ſtatuta particularia, quę ipſis valoris quinq; florenorũ auri concedũt, ex traditis à Carl. *de jud. l. 1. diſ. 4. n. 2.* 36

Sed adhuc memoriæ eſt commendanda deciſio Vlpiani *in l. ſolent. 6. §. 3. ff. de offic. proconſul.* quam recitat Creſpi *obſ. 9. n. 84.* in ſimilibus terminis: eſculenta, & poculenta non eſſe à Judicibus accipienda, neque omnia, neque omnis tempore, neque ab omnibus, & tradit verba Vlpiani, ibi: *Nam valde inhumanum eſt, à nemine accipere, ſed poſſim viliſſimum eſt, & omnia avariſſimum*: unde concludit, ibi: *Hæc enim obſervare inter ea quæ leges noſtræ permittunt inculpatiſſimum erit*: cum dictis concordat *Conſt. 2. tit. de coſas prohibidas als officials* quam ſuprà expendimus ex Berart *in ſpec. viſit. cap. 16. n. 66. & 67.* 37

Et denique Viſitatorum, & ſyndicatorum menti reddimus, hoc etiam pendere à prudentis Judicis arbitrio, ut inquit Xammar *de offic. judic. par. 1. qu. 20. nu. 31.* & antea Menoc. *de arbit. caſ. 517.* ibi: *Quocirca conſideranda ſunt tria illa quæ commemorantur in cap. & ſi quæſtiones de ſymon. perſonæ ſcilicet dantis, & accipientis qualitas, & quantitas muneris, & donationis tempus*, & infrà, ibi: *Quid enim mali ſuſpicari poſſet, ſi nobilis, & dives aliquot perdices, &c. dono mitteret Regio Senatori, qui graviſſimæ ejus cauſæ Judex eſſet, convenit certè perſonis munus hoc, ob id lege permiſſum id dici debet*. 38

Ultimam manum imponimus examinando, an Judex poſt ſententiam, & finitum officium poſſit munera, vel donaria accipere ab illo, qui coram ipſo litigaverat. Negativa opinio fundatur ex *tex. in l. 1. §. Qui autem, in fine, ff. de calumniat.* in illis verbis: *Qui autem accipit pecuniam, ſive ante judicium, ſive poſt judicium acceptum, tenetur*, & *in l. fin. Cod. ad l. Iul. repet.* ibi: *Nihil penitus tam in adminiſtratione poſitos, quàm poſt depoſitum officium. pro aliquo præſtito beneficio tempore adminiſtrationis, quam gratuitò meruerunt, accepturos*. Quam opinionem poſt plures, quos allegat, admittit Velaſco *de judice perf. rub. 9. annot. 10.* & eam eſſe veriorem, & ſecuriorem, ratione, juribus, & authoritate fulcitam, contrariis ſatisfaciens expendit, quam comprobat Eſcobar *de puritat. par. 1. qu. 6. §. 2. n. 31.* Vargas Machuca *in conſid. prac. de Syndic. par. 8. tit. 1. conſid. 7.* 39

A qua non diſcedo, cum moderamine quod expreſſit idem Velaſco *de judice perf. rub. 9. d. annot. 10. n. 15.* aſſerens, quòd illa præſumptio fraudis, ob quam prohibetur donatio illa, ſicut perdit vires ex diuturnitate temporis; ita è contrario eas aſſumit ex vicinitate; quocirca in judicantis arbitrio eſt poſitum, quãdo ſuſpicionis conjecturæ ceſſent, ſitq; donatio, & receptio officio depoſito permiſſa, perſonarum, temporis, munerum, occurrentiumq; qualitate inſpecta, ut probant Cabal. *reſol. crim. cent 2. caſ. 195. n. 6. cum ſeqq.* Scialoya *de for. comp. c. 33. n. 330.* Farin. *in prax. q. 111. n. 210. & ſeq.* Vargas *in conſid. prac. de Synd. par. 8. tit. 1. conſid. 7. n. 1.* & adhuc in his prętermittendum non eſt, ea procedere, quando ſponte tales fiunt donationes, ex his quę diximus ſuprà, nec ab his diſcedere videtur 40

Xam-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Xammar *de offic. judic. lib. 1. qu. 16. n. 26. cum seqq.*

41 Ita Senatus, ibi *Die 12. Junii 1685. in facto propositionis factæ per Nobilem Regentem Reg. Cancel. super extractione facta die 20. Maii currentis anni 1686. de persona Petri N. Medicinæ Doctoris, ad Officium Procuratoris primi Civitatis Dertusen. cui per Syndicum illius fuit opposita exceptio, prætendendo non posse ad dictum officium exercendum admitti, eò quia idem officium antea obtinens, ejus occasione, præcedente promissione, & petitione postea judiciali, & non sponte, accepit quædam donaria, videlicet certam partitam tritici ab arrendatariis prædictæ Civitatis, cum quibus de ordine memoratæ Civitatis arrendamentum convenerat annonæ illius. Fuit conclusum, quòd scribatur Procuratoribus dictæ Civitatis Dertusæ, qui super prædictis consultationem interposuerunt ad suam Excellentiam, & Regium Concilium, quatenus pro nunc non mittant in possessionem memorati officii supradictum Petrum N. imò alium in ipsius locum extrahant, & quòd si dictus N. censerit se gravatum propter novam extractionem, recurrat ad Judicem competentem ad quem spectet.*

DECISIO XCIX.

ARGUMENTUM.

An Officiales, vel Jusdicentes possint cum subditis negotiari, aut res subditorum, vel quæ venduntur districtu suorum Tribunalium, per se, aut iuterpositas personas emere: An à litigantibus, vel ab eis qui sunt de proximo litigaturi, possint mutuò pecunias accipere, an ab eis emere utensilia, vel ad cultum, aut vitam necessaria; & si contra egerint, an possint puniri, latè discutitur, ubi aliqua de Tutoribus, qui res Pupilli emunt, & de intelligentia *cap. 49. cur. anni 1599.* & *Const. 38. ejusdem Curiæ.*

SUMMARIUM.

1 *Officiales, & Jusdicentes cum subditis negotiari, & contrahere prohibentur, ubi ratio assignatur.*
2 *Nec per interpositam personam.*
3 *Nec domestici, vel familiares Judicum contrahere cum subditis Judicum possunt.*
4 *Hæc procedunt, si per viam mercantiæ contrahant, & sit frequentia emptionum, & contractuum, aliàs licet Officialibus, & Jusdicentibus contrahere.*
5 *Pro victu, & cultu à subditis emere non prohibentur, & victualia possunt soluto pretio auferre, & cogere subditos ad vendendum.*
6 *Superflua semel, aut iterum vendere possunt.*
7 *Generaliter est certum, quod Judices in territorio suæ jurisdictionis suis subditis possunt rem sui patrimonii vendere, ac donare.*
8 *Officialis res subditi emere non potest, nec emere potest utensilia, & victualia vili pretio cum minis, & terrore, quia barattaria committeretur.*
9 *Expenditur locus Tulli.*
Hæc prohibitio non extenditur ad Officiales, qui non habent jurisdictionem; nam hi possunt emere, & contrahere in sua patria, durante officio.
10 *Non extenditur etiam ad Officiales perpetuos; nam hi res subditorum emere possunt, & cum subditis contrahere valent, oppressione cessante: ubi de Senatoribus: nisi emant ab illis, qui coram ipsis litigant, ac postulant, & nu. 11.*
12 *Quando sunt plures Collegæ in officio; & non sunt omnes deputati, & necessarii ad res vendendas; nam aliis vendentibus, & auctorantibus, potest absens eas res emere.*
13 *In casibus, in quibus prohibetur Officialibus res emere, eisdem id permittitur per interpositam personam, si de mala fide aliunde non constat.*
14 *Palam, & bona fide permittitur Officialibus bona administrationis emere etiam per interpositam personam, quod est verum, & certum, dummodo adsit justitia in pretio.*
15 *De bona fide constat, si Administrator, vel Officialis emat eodem pretio, quod alius offerebat, & palam, & bona fide dicitur emere, dum factis publicis subhastationibus, proclamationibus, & cridis emit.*
16 *Et tunc per interpositam personam licet officiali emere, & ratio assignatur.*
17 *Tutores possunt emere bona Pupilli palam, & bona fide cum justo pretio, etiam per interpositam personam.*
18 *Respondetur Hermosillæ contrarium tenenti.*
19 *In Cathalonia prohibetur Doctoribus R. Audientiæ, Assessoribus Bajuliæ Generalis, & aliis quibuscumque Officialibus Regiis emere bona stabilia per se, & per interpositas personas, quæ venduntur pro exequutione suorum Tribunalium, ex c. 49. cur. an. 1599.*
20 *Loquitur dictum cap. 49. in Officialibus perpetuis; attamen sub prohibitione dicti Capituli potest dici non contineri, si emant stabilia districtu suorum Tribunalium palam, & publicè, extante justitia in pretio.*
21 *Traditur judicatum.*
22 *Alia decisio in visita Domus Deputationis.*
23 *Mutuam pecuniam accipere non est negotiatio.*
24 *Quòd Judex, qui mutuam pecuniam accipit à subditis gratis, & sine usuris, incurrat in delictum punibile, est una opinio.*
25 *Secunda est opinio, quod Judex, qui accipit pecuniam mutuò verè à subditis, gratis, & sine usuris ad sublevandas necessitates, incidit in crimen repetèdarum.*
26 *Judex perpetuus potest mutuas pecunias accipere à subditis; non verò temporalis.*
27 *At verò sive sit perpetuus, sive temporalis, non potest à litigante, vel ab eo, qui proximè est litigaturus, mutuò accipere.*
28 *Potest Judex à non subditis mutuò accipere.*
29 *In Cathalonia Doctoribus Regiæ Audientiæ prohibetur negotiari, sed possunt pecunias ad cambium dare.*
30 *Decisio Regiæ Visitæ.*
31 *Judices emere possunt necessaria ad cultum, & victum, ubicumque eas emendas invenerint, vel cum credito habita fide de pretio.*

OFficiales, vel Jusdicentes cum subditis negotiari, & 1
contrahere, prohibitum tradunt Doctores *in l. principalibus 33. ff. si certum petat. per illum Tex. l. milites 9. in prin. ff. de re milit. l. Aufertur 45. 8. quod à præsid. ff. de jur. fisci. l. non licet 46. l. qui officii 62. de cont. emp. l. quod cõtra 8. ff. ad l. jul. pecul. l. unica, C. de contract. judic. l. sancimus, C. ad l. jul. repet. l. eos 3. C. si cert. pet. l. fin. C. de pœnis judic. qui malè judic.* Pet. Greg. *syntag. lib. 21. cap. 5. nu. 11. & lib. 36. cap. 28. n. 7. 11. & fin.* Farinac. *qu. 111. n. 75. & seqq.* Gomez *var. 2. cap. 14. nu. fin. vers. Sexto.* Solorz. *lib. 5. polit. cap. 5. & in post hum. in alleg. contra bona, & hæredes, n. 106.* (allegans ad id aliquas rationes) *& in polit. Indian. lib 5. c. 11. pag. 856. ver. La novena limitacion.* Cancer *var. 3. cap. 1. n. 92. cum seqq.* allegans *Const. algun oficial. tit. de cosas prohibid.* Card. Luca *in theat. verit. l. 7. de alienat. & contract. prohibitis*, ubi agit de invaliditate contractus facti per subditum in favorem superioris, carcerati in favorẽ custodis carteris, inquisiti ad favorem Notarii, & aliorum, & cum pluribus Reg. Matth. *de re crim. cont. 61.* qui *n. 14.* eam tradit rationem, quia si negotiatio Judicibus, ac Prætoribus permissa esset in Provincia quam administrant, omnia subverterentur extorsionibus, concussionibus, atque sordibus, & subornationibus, Ayllon ad Gomez *var. 2. c. 1. n. 7.* & omnium latissimè Hermasilla ad Lopez *ad leg. 5. par. 5. glos. 1. cum pluribus seq. to. 2. fol. 47.* Sanfel. *dec. 105. n. 15.* & plures laudati à Berart. *in spect. visit. cap. 16. n. 20.*

Ampliatur primò, ut nec per interpositam personã pos- 2
sint Officiales contrahere, Tiraq. *de Nobi. cap. 37. n. 109.* Sanfel. *dec. 404. n. 5. par. 3.* Marinis ad Rever. *dec. 12. n. 1.* Bolero Caxal. *de decoct. debit. fiscal. tit. 5. q. 27. n. 26.* Solorzano *in post hum. d. alleg. contra bona, & hæredes, nu. 106.*

Ampliatur secundò, ut nec domestici, vel familiares Ju- 3
dicum contrahere valeant, Put *in tract. de Syndic. ver. contrahere n. 8.* Avendaño *de exeq reg. mandat. cap. 2. n. 22.* Sanfel. *dic. dec 404. par. 3. nu. 5.* Marinis *d. dec. 12. nu. 1.*

Sed intelligitur primò, hæc procedere, si per viam mer- 4
cantiæ contrahant & sit frequentia emptionũ & contractuũ: aliàs licet Officialibus & jusdicentibus contrahere, refert cum aliis Hermozilla ad Lopez *d. l. 5. p. 5. glos. 4. n. 2.*

Limitant secundò in necessariis ad emẽdum pro victu, 5
& cultu; nam hęc etiam à subditis emere non prohibẽtur, *l. unica, §. provincia Cod. de contract. judic.* Scialoya *de foro comp. c. 33. n. 442. & 443.* ad sui, & suę familię sustentationẽ; adeò ut si non inveniant utensilia, possint ea pretio soluto auferre, & cogere subditos ad vendendum, ex variis,

quos

quos laudant Bovadilla *lib.2.cap. 12. nu. 49.* Berart. *in ſpecul. viſit. cap.16. num. 85.* Hermoſ. ad Lopez *tom. 2. par.5. l. 5. gloſ.8. nu.1.*

6 Tertiò limitant in ſuperfluis, quæ ſemel, aut iterum vendere poſſunt, ut ſcribit Carleval. *de judic. lib.1 tit. 1. diſ.8.* ſignanter *nu. 29.* quia contractus prohibiti non extenduntur ad neceſſarios, ſed ad voluntarios, *l. alienationes 13. ff. famil. ercif. l. ſolent.6. ff. de offic. pro conſ.*

7 Et generaliter eſt certum, Judices in territorio ſuæ juriſdictionis ſuis ſubditis rem ſui patrimonij vendere, & donare poſſe, Bovad. *in polit. lib.3. cap.4. num. 39.* Hermoſ. ad Lopez *par.5. leg.5. gloſ.9. nu.1. tom.2. fol.50.*

8 His itaque perpenſis, regula eſt, quòd Officialis res ſubditi emere non poteſt, *l. qui officii 62. ff. de cont. emp. l. fin. C. de reſcind. vendit.* & citatis juribus Bovad. *lib.2. cap.12. nu.34.* Berart *in ſpec. viſit. cap. 16. num. 80. cum ſeqq.* qui *nu.84.* ex pluribus ſubdit, nec emere poſſe utenſilia, & victualia vili pretio, cum minis, & terrore; quia tunc barattariam committeret, regulam ſequitur Scanarol. *de viſit. car. lib.2. §.9. cap.2 nu.26.* Ripoll. *var. cap.11. num.176.* Canc. *var.3. cap.1. num. 97.* Fermoſ. *par. 1. allegat. 58. num 24.* Hermoz. ad Lopez *par.5. leg.5. gloſ.1. fol.47. tom.2. nu.1.* qui aſſignat rationem hujus prohibitionis eſſe, ne Judices ſub prætextu emptionis, fraudes, & barattarias committant.

9 Hæc complectitur Tullius *6. in Verrem*, ibi: *Quæ fuit cauſa* inquit *cur majores noſtri eos, qui cum poteſtate, aut legatione in Provincia ſunt, tam diligenter in Provinciis ab emptione removerentibæc Judices, quod putabant ereptionem eſſe, non emptionem, cum venditori ſuo arbitratu vendere non liceret, in Provinciis intelligebant, ſi is qui eſſet cum imperio, & poteſtate in Provinciis, quod apud quẽque eſſet, emere vellet, idque & liceret, fore uti quod quiſque vellet, ſive eſſet venale, ſive non eſſet, quanti vellet, auferret.* Et ulterius infra dicit: *Teque iſta ſimulatione emptionis, vi, metu, imperio, faſcibus, ab homine eo, quem unà cum cæteris ſociis, non ſolùm poteſtati tuæ, ſed etiam fidei Populus Romanus cum miſerat, eripuiſſe, atque abſtuliſſe.*

10 Hæc prohibitio primò non extenditur ad Officiales, qui non habent juriſdictionem, ut ſunt exactores tributorum, Decuriones, ſive perpetui ſint, ſive temporales; nam hi poſſunt emere, & contrahere in ſua patria, durante officio, Bovad. *in polit. lib.2. cap.12. num.41* niſi emant de bonis ſuæ adminiſtrationis, Hermoz. cum pluribus, *l.5. p.5. g.3 fol.48. tom.2.* Regens Villoſa *poſt tract. de fugit. diſſer.5. §.2. nu.22.*

11 Secundò non extenditur ad Officiales perpetuos; nam hi res ſubitorum emere poſſunt, Canc. *var.3. cap.1. n.98.* qui ita intelligit *Conſt.10. & 11. tit. de ceſſas prohibidas*, Ripoll *var. cap.21. n.178.* Mieres *in par.1. collat.4. cap.23. pag. mihi 152. in noviſ. nu.10.* Mangil. *de ſubbaſt. q.88. nu. 16.* Scialoya *de foro comp. cap.33. n.447.* Marinis ad Revert. *deciſ.12.* ubi tradit licere perpetuis cum ſubditis contrahere, oppreſſione ceſſante, & ea obſervari de conſuetudine atteſtatur Hermoſ. ad Lopez *l.5. tit. 5. par. 5. gloſ.2. fol.47. to.2.* ubi *n.8.* loquitur in Senatoribus, & Auditoribus Regiæ Cancellariæ, niſi emant ab aliis, qui coram ipſis litigant Pereyra *de emp. cap.8. n.64. in fin.* Scac. *de com. §.1. qu 7. par.3. limit. 17. ver. ſubdeclara.*

12 Tertiò non extenditur, quando ſunt plures collegæ in officio, & non ſunt omnes deputati, & neceſſarii ad res vendendas; nam aliis vendentibus, & auctorantibus, poteſt abſens eas res emere, Mangil *de ſubbaſt. qu.88. nu.8. & 9.* Poſt. *de ſubbaſt. inſp.32. nu.64.* & poteſt eſſe ratio; quia illa prohibitio intelligitur in venditione rerum, quæ venduntur Officialis juſſu, ſeu ordine, & reſpectu rerum, quæ ſub ejus judicio ſunt, Ripoll *var. cap.11. nu.177.* & juriſdictioni ſuæ ſubſunt. Bovad. *lib.2. cap.12. num.54.* Scialoya *de foro comp. cap.33. nu. 449.* qui alias limitationes ſequuntur.

13 Sed quæritur, an in caſibus, in quibus prohibitum habent Officiales res ſubditorum emere, per interpoſitas perſonas eis liceat. Negativam opinionem tradunt Bovad. *lib.2. cap.12. num.35. cum ſeqq.* quia quoties interponitur perſona, adeſt major fraus, Ripoll *var. cap.11. n.120.* Guaz. *de conſiſc. bonor. conc. 13 amp.8 n.3.* Maſſin. *de conſiſ. bono. qu.11. nu.29. & 30.* Scialoya *de foro comp. cap.33. nu.297.* Berart. *in ſpec. viſit. cap.16. nu. 82.* facit Olea *de ceſ. jur. tit.5 qu.13. n.7.* Hermoz. ad Lopez *par. 5. tit.5. l.5. fol.46 gloſ. 5.* ſed eam certam judicamus, ſicuti etiam indubitanter firmamus, quòd in caſibus, in quibus licet Officialibus res ſubditorum emere, permittitur eis etiam per interpoſitas perſonas, ſi de mala fide aliunde non conſtiterit, Rocchus *in reſponſ. 63. tom.2. nu.6.* ubi allegat *tex. in l. pupillus, §. ſane, ff. de auc. & conſen. tut.* Mangil. *de ſubbaſt. inſp.32. nu.38.* Sanfel. *in addi. dec.170. nu.8. 16. & 17.*

Unde ſic quæritur, an quando Officiales emunt bona ſuæ adminiſtrationis palam, & bona fide, ſubſiſtat emptio, non ſolum quando per ſe, ſed etiam quando per interpoſitas perſonas emunt; & licèt appareat nec tunc emptionem valere, ut tradit Fachin. *contro. jur. lib 2. cap. 78. & 79.* Hermoz. ad Lopez *par.5. tit.5. gloſ.1. l.5. tom. 2. fol 47.* Scialoya *de foro comp. cap.33. nu.450.* ubi latè defendit, Officiales res ſubditorum emere non poſſe, etiam palam, & publicè, propter metum, qui ſemper in officialibus durat, licèt diverſum dicat in Tutore; quia in eo metus ceſſat: Attamen contraria opinio eſt certior, & verior, dummodo adſit juſtitia in pretio ſcribit, & judicatum tradit Aponte *conſil.49.* Ramon. *conſil 35 n.17.* Vargas *in conſid. prac. de Syndic. par.8. tit.4. conſid.24. in princ.* 14

Generaliter regulam ſtatuunt in omnibus contractibus Revert. *dec.12. n.5.* Poſt. *de ſubbaſt. in ſpec.32. n.64.* Guazz. *de confiſc. bono. concluſ.13. amp.8. nu.fin.* Mangil. *de ſubbaſt. qu.88. nu.10.* qui *nu.13.* tradit, de bona fide conſtare, ſi Adminiſtrator, vel Officialis emat eodem pretio, quod alius offerebat, ut id ipſum tradit Poſt. qui *ſuprà nu.66. & in addit. nu 36.* ubi palam, & bona fide dicitur emere, dum emit factis publicis, & latiſſimis ſubhaſtationibus, proclamationibus, & cridis, ex Sanfel. *in addit. dec 170. nu.7. & 17. ver. Defenſio.* 15

Et non ſolùm per ſe, ſed etiam per interpoſitas perſonas tunc emere Officiales poſſe tradunt citati Mangil. *de ſubbaſt. quæſt.88. nu. fin.* & Poſt. *in eod. tract. inſpec. 32. nu.69.* qui *num.71.* ait, quòd magis ſyncero animo agit Officialis emendo bona fide, & juſto pretio per interpoſitam perſonam, quam ſi ipſemet emat, & licitet, cum emere volens ob Officialis reverentiam poſſit ſe facile à licitatione abſtinere, quod non accidit, ſi pro eo licitet interpoſita perſona, & ignoretur interpoſitio; *& in addit. ad dec. inſpec. 32.* ſcribit *nu. 38.* quòd tollitur præſumptio fraudis, quæ levis tantum poteſt oriri ex perſonæ interpoſitione facta à nobili, & in dignitate conſtituto, cujus nomen non decet, aut non ſolet in contractibus nominari; prout fraus probatur ex interpoſitione facta ab eo, qui prohibetur emere, & fortiùs in interpoſitione geminata, & celata per notabile tempus, Sanfel. *in addit. dec.170. tom.2. num 8. 16. & 17.* & ſic tradit judicatum, Aponte *conſil.49.* quem recitat Rocchus *tom.5. reſponſ.63. n. 5.* & reſpondit pro ſui defenſione Menoc. *tom.12. conſil.1174.* 16

Sic pariter ſubſiſtit peracta reſolutio in Tutoribus, qui bona Pupilli emere poſſunt palam, & bona fide, cum juſto pretio, *d.l. Pupillus 5. §. ſane, ff. de auct. & conſ. tut.* & ibi Doctores, Gutierrez *de tutel. cap.2. nu. 15. & ſeq.* Carpio *de execut. lib.3. cap.3. nu.46. & ſeq.* Salgado *in labyrin. cred. par.1. cap.13. §.2. num.10.* Hermoz. ad Lopez *l.4. tit.5. gloſ.9. num.6. cum ſeqq.* Rocchus *in dic. reſponſ.63.* qui *in fine* tradit deciſum, potuiſſe tutorem redimere ex ſua pecunia annuos reditus à Pupillo Creditori debitos, ad evitandam executionem contra ſtabilia Pupilli, & in ejus locum ſuccedere, & allegat Grat. *diſcep. forenſ. tom.5. cap.870.* & Salgado *in laby. cred. par.1. cap.13. §.2. nu.17. & 18. & cap.24. nu.122. & 124. & par.2. cap.38. nu.8.* & hæc procedere, etſi Tutor emat per interpoſitam perſonam, tradunt allegati, & ſignanter Poſt. *de ſubbaſt. inſpec. 32. nu.51.* per Textum expreſſum *in dict. l. Pupillus 5. §. ſane, ff. de auct. tut.* & ex pluribus aliis quos allegat Roc. *in dic. reſp.63. nu.7.* 17

Nec ſupra ſcriptis contrarium faciunt Hermoz. ad Lopez *par.5. tit.5. l.5 gloſ.1. tom.2. fol.47.* Scialoya *de foro comp. cap.33. nu.450.* quia ſolum affirmant, palam, & bonâ fide officialibus non licere bona ſubditorum emere, & non loquuntur de caſu, in quo verſamur, quando emunt palam, & juſto pretio; nam eo ſtante, ſine dubio in probatam ſententiam venirent, nam juſtitia pretii operatur, ut non ſit conſiderandum, cui res vendantur, dixit Mangil. *in cit. qu. 88. de ſubbaſt. nu.15.* & Poſt. *de ſubbaſt. d. in ſpec.32. num.66.* ceſſatque tunc timoris, & impreſſionis præſumptio, ut inquit de Ponte *conſil.49. nu.55. & ſeqq.* 18

In hoc Principatu adeſt ſuper actis formalis diſpoſitio *in Conſt.10. & 11. tit. de coſas prohibidas als Oficials, &* in 19

& in cap.49 cur.an.1599. ubi constituitur non licere Doctoribus R. A. Assessoribus Bajuliæ Generalis, nec aliis quibuscumque Officialibus Regiis emere bona stabilia, per se, nec per interpositas personas, quæ venduntur pro executione suorum Tribunalium respectivè, & tradit Berart. *in spec.visit.cap.*15.*num.*39.*vers. Decimo.*

20 Et licèt non possit. *dict. cap.*49. recipere illam declarationem, ut non intelligatur in Officialibus perpetuis ut sentit Canc. *var* 3.*c.*1.*nu.*101. (licèt se referat *ad Const.* 38 *cur.an.*1599. & poterat etiam se referre *ad dic. cap.*49. *ejusdem Curiæ*, unde discedimus à Ripoll *var.cap.*11.*nu.*178. qui allegato dic. Canc. etiam non intelligi sub regula prohibitionis nostros egregios Senatores affirmat) cum in his expresè disponat: attamen potest dici, prædictos Officiales Regios, sub dicti cap. Curiæ prohibitione non comprehendi, si emant stabilia districtu suorum Tribunalium palã, & publicæ, extante justitia in pretio.

21 Et hoc manifestum redditur; nam in Regno Neapolis est interdicta emptio bonorum feudalium, & burgensaticorum, quæ venduntur sub hasta Fiscali in Regia Camera, omnibus Officialibus ejusdem Tribunalis, nec palam, nec in secreto, nec per interpositam personam, ne toleretur occasio aliis licitare volentibus, complacendi gratia Officiali, per *Prag.* 10. *de emp. & vendit.* editam in ann. 1576. & tamen omnes Doctores unanimiter affirmant, hanc prohibitionem non urgere, quotiens in contractu emptionis ab officialibus gesto, non tantum dolus, & fraus abfuit, sed imò summa bona fides adfuit, & justum pretium: sicque decisum per Regium Visitatorem in Thesaurario Regio illius Regni, qui per interpositam personam, nullis factis subhastationibus, seu licitationibus (& sic in fortioribus terminis) palam emit bona Regia, & causa cognita, fuit absolutus à judicio criminali, licet ab eodem Regio Visitatore fuisset damnatus in judicio civili; qui poterat moveri ex traditis à Reverterio *decis.*12. *numer.* 5. qui affirmat, quòd quando contractus ab Officiali est factus palam, publicè, & bona fide pœna aliqua officialis puniri non potest, licèt contractus sit nullus ratione prohibitionis. ne detur Officialibus occasio in futurum contrahendi; nihilominus causa revisa, fuit in judicio Civili absolutus, & ita decisum attestatur de Ponte *d. cons.* 49. ex Menoc. *tom.*12. *consil.* 1174. Mangil. *de subhast. quæst.*88. *nu.*17. Reg. Tapia *in l.*2.*vir.reg.tit. de offic.procons. Cæs.prag.*2. *nu.*2. Rocchus *tom.*2. *respons.*63. *nu.*5.

22 Et me patrocinante fuit Auditor Ecclesiasticus computorum Generalis Cathaloniæ in Triennio anni 1662. impetitus in Visita, & Syndicatu Domus Deputationis, quod emerat proprietatem sitam in territorio del Prat. Diœcesi Barcinonæ, quæ vendita fuerat pro executione Tribunalis Deputationis, in quo sedebat, & ex quo venditio fuit facta in publica subhastatione justo pretio (alio non reperto licitatore, qui plus offerret) per interpositam personam, & aliis Collegis auctorantibus, sententia in Visita anni 1666. fuit absolutus, & declarata valida venditio.

23 Licèt diversa sit hæc quæstio ab illa, an Judex recipiens mutuò pecuniam à subditis, aut litigantibus, committat barattariam; quoniam mutuam pecuniam accipere non est negotiari, *l. eum qui* 19. *in prin.ver.utilis ff. de inst. act.* ubi notat Angelus, Salicetus, Paulus, Strac. *de mercat. par.*1.*nu.*40. & 41. & animadvertit Carleval. *de iudic.lib.*1.*tit.*1. *disp.*3. *in prin.* Attamen attentis fundamentis utriusque resolutionis dissimilem non judicamus hanc à superiori, unde circa eam rem variæ sunt DD. opiniones.

24 Prima est, Judicem, scilicet, qui mutuam pecuniam accipit à subditis gratis, & sine usuris, incurrere in delictum punibile, quam sectatur Put. *in tract. de Syndic. verb. corruptio cap.*3. *num.*1. Amed. *in eod. tract. n.*166. *ver. item si accipit.* Aviles *in cap.prætorum. verbo dadivas nu.*14. Gram. *cons.*35. *super caus. fisc. nu.*8. Farinac. *in prax. quæst.*111. *nu.*171. Bovadilla *in polit. lib.*2. *c.*12. *ex nu.*61. & alii congesti à Carleval. *de judic. lib.*1. *tit.*1. *dis.*3. *n.*2. quibus adde Galeota *in respons. Fisc.*15.*n* 119. Rovit. *in prag.*1. *de Syndic.offic. nu.*40. Xam. *de offic.par.*1.*quæst.*19.*n.*32. Scialoya *de foro compet. cap.* 33.*n.*330. qui in eandem opinionem se refert, quando Judex fœnori suis subditis pecuniam dederit; pro his obstat Textus *in l.quisquis* 16. *C. si certum petatur* juxta interpretationem Baldi *ibidem*, in qua is, qui dedit Judici mutuam pecuniam fœnebrem, puniri jubetur, qua, si emptor legum, ac Provinciæ: inde multo magis puniri debet Judex, qui eam accepit, quasi venditor legum, ac Provinciæ, juxta regulam correlativorum, qua statuitur, dispositum in uno ex correlativis, inducere in aliud.

Secunda est opinio, Judicem, scilicet, qui accipit pecu- 25
niam mutuò verè à subditis gratis, & sine usuris ad sublevandas necessitates, non incidere in crimen repetundarum, Cathal. *de Syndic.n.*50. *in fin.* Pereg. *de jure Fisci, l.*4.*tit.*7.*n.*12.*vers. Limita Quarto*, & alii, quos etiam citat Carleval *de judic.l.*1.*tit.*2.*disp.*3.*n.*6. & 7. quibus adde Mascard. *de probat.conclus.*164.*n.*11. Bovad. *in polit. l.*2. *c.*12.*n.*62. Vargas *consid.prac.de Syndic.p.*8.*tit.*1. *consid.*5. *n.*16. qui illud affirmant, quando adest præstatio census, & pro his adest Textus *in l. præsid.* 34. §. *præses, ff. si cert. pet.* ibi: *Præsides Provinciæ mutuam pecuniam fœnebrem sumere non prohibetur*, & eam sententiam quando intervenit mutuum verè absque dolo, & fraude, & sine mutui velamento, tanquam certam in consulendo, & judicando scribit Carleval *de judic.l.*1. *disp.*3. *nu.*16. *cum seq.* cui adde Gonzalez Tellez *ad l.*3. *decretal. tit.*1. *de vita, & honest. Cleric. c. cum ab omni.*10.*n.*10. Regentem Sanfel. *dec.*170. *tota*, in qua Regius Dohanerius accepit magnam pecuniarum quantitatem à suis subditis, & inquisitus de eo, fuit liberatus: quia erat Officialis perpetuus, & accepit dictam pecuniam palam, & bona fide, intervenientibus publicis cautelis, & pro suis necessitatibus, ut solveret debitum Regiæ Curiæ, & eam decisionem recitat, & sequitur Scialoya *de foro competenti c* 33.*n.*330. Marinis ad Rever. *dec.*12.*num.*2. *in fin.*

At pro certo admittitur, considerandam esse differen- 26
tiam inter Judicem perpetuum, & temporalem, illum posse à subditis mutuas pecunias accipere; non verò temporalem, probant Xammar *dict.p.*1.*q.*19. *nu.*32. *& seqq.* (contra Bovadilla *in politic.t.*1.*l.*2.*c.*12.*n* 63. contrarium tenentem) & post eum Velasc. *de Judic. perfect. rub.* 9. *annot.*10.*n.*11. *cum seqq.* (ubi latè rem declarat) qui illud exemplificant in Auditoribus, & in allis, ad Principis beneplacitum officium habentibus, qui perpetui censentur.

Etiam fatemur, quod à litigantibus non licet Judici, 27
sive perpetuus sit, sive temporalis, mutuas pecunias recipere; quia præsumitur corruptus, *l.*2. *de Calum.* Cabal. *resol.crimin.cas.*195. & cum allegatis probat Xam *de offic. Judic.p.*1.*d.q.*19. *n.*34 *cum seqq.* Berart. *de Visit. c.*17. *nu.* 33. vel ab eo qui apud se de proximo litigaturus sit, Vergas *consid.pract. de Syndic.p.*8. *tom.*1. *consid.*5. *nu.*15. *& seq. & consid.*8. *nu.*5. Carleval *de judic. lib.*1. *tit.*1 *disp.*3. *nu.*17.

Prout etiam indubitatum recognoscimus, posse Judi- 28
cem à non subditis pecuniam mutuò accipere, ut probat Velazco *de Judice perfect. rub.*9 *annot.*8. & 9.*n.*10. & *fin.* Cancer. *var.*3.*c.*1.*n.*104. qui *Constitutionem* 38. *cur. ann.* 1599. ubi prohibetur DD. Regiæ Audientiæ negotiari, intelligit non procedere, quando negotiarentur cum non subditis.

In hoc Principatu adest Constitutio 38. Cur. ann. 1599. 29
in qua disponitur, quod Doctores R. A. nullatenus negotiari valeant, at possint ad cambium pecunias dare, pro qua videndus Cancerius *var.* 3. *cap.* 1. *num.* 99. & *seqq.* Xammar *de offic. Jud. par.* 1. *quæst.*19. *num.*37.

Nec his præposterum erit decisum in Regia Visita 30
Dom. Reg. Clavero, in qua ad instantiam Fisci Procuratoris fuit impetitus Magnificus Josephus Dalmau R. A. D. quòd erat solitus emere à pluribus retro annis à Leonardo de Margarit, seu illi committere emptionem plurium rerum pro necessario victu, etiam de eo tempore, quo dictus Margarit habebat causas in Aula Regiæ Audientiæ, in qua dictus Doctor Dalmau sedebat; in alterius tamen relatione, nec aliàs de pretii solutione constabat, quàm per Senatoris judicialem confessionem, & sententia Regia lata 11. Decembris 1604. eo motivo; quia sponte fuerat confessus dictus Doctor Dalmau delatum factũ relevando, Fiscum ab onore probandi, & ibi: *Accedente bono nomine dicti Dalmau, & ejus spontanea confessione, etiam existente alio dictarum causarum Relatore, dicendum est, bona fide fuisse facta, considerata qualitate rerum comestibilium, & vitæ necessariarum*, fuit absolutus.

Hæc fundantur, quia Judices emere possunt ea, quæ sunt illis necessaria ad cultum, & victum, *l.un.* §. *Provincias C. de contrac. judic.* ubicumque eas emendas adinvenerint justo pretio, Bovadilla *in polit.l.*2.*c.*12.*n.*49. Scialoya *de for.comp.c.*33.*n.*443. vel cum credito, habita fide de pretio, Aviles *in c.*2. *Prætorum verb. mercaderia n.*41. *& ver. Sea obligado n.*17. & 18. Bavad. qui *supra nu.*51.

D E-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO C.

ARGUMENTUM.

Contra Officiales optimæ opinionis, & præcipuè contra præeminentes, & Supremos Magistratus in delictis coemptionis, & corruptionis admitti tantùm debent concludentes probationes, & non nisi per tres conteſtes omni exceptione majores convictos esse dici potest; nec mediator est testis ideoneus, nec testes singulares junguntur; at verò Officiales, qui laborant mala fama, damnantur per regulas, & probationes ordinarias cæterorum delictorum, quæ sunt difficilis probationis, ad intelligentiam Auth. *novo jure C. de pœna Judic. l. fin. ad leg. Jul. Repet. l. Judices 12. C. de dignit. lib. 12.*

Pendente conferentia cum Venerabilibus Patribus Inquisitoribus, non est innovandum, at interdum excommunicati absolvuntur, & capti relaxantur sub manuleuta: Et de ejus forma, praxi, urbanitate servanda inter Magistratus in ipsis conferentiis, forma vovendi, & modo tenendo circa hospitandos milites à Familiaribus Sancti Officii.

SUMMARIUM.

1 *Extorsio parum, aut nihil differt à subornatione, & idem est quod barattaria, & num. 2.*
3 *Quid sit barattaria.*
4 *Continet crimen repetundarum, & quid hoc crimen contineat.*
5 *Judex barattariam committit, quando aliquid accipit, ut non facienda faciat, vel facienda omittat.*
6 *Etiam quando pecuniam accipit pro celeri justitia, vel justa sententia proferenda.*
7 *Quid sit corruptio, seu coemptio.*
8 *Concussio est, cum indebitè quid per vim, aut metum extorquetur.*
9 *Crimen repetundarum habet comitem concussionem, & utraque crimina sunt æqualia respectu modi ea probandi, & pœnarum.*
10 *Si civiliter agitur, pœna concussionis est arbitraria; & eadem tenetur barattariam committens.*
11 *Expenditur* Const. 18. tit. de cosas prohibidas.
12 *In crimine concussionis, & barattariæ est stabilita pœna privationis officii.*
13 *Ut locus sit pœnæ privationis officii debet officialis condemnari pœna ordinaria.*
14 *Crimen repetundarum in hæredes exercetur.*
15 *In delicto concussionis, si criminaliter agitur, ultra recepti restitutionem, condemnatur inquisitus ad pœnam arbitrariam.*
16 *In delicto barattariæ, si criminaliter agatur, idem procedit.*
17 *Prævaricationis crimen punitur pœna arbitraria.*
18 *Pœna arbitraria in delictis concussionis, & barattariæ extendi potest usque ad mortē, quod exemplificatur.*
19 *Etiam extendi potest usque ad mortem, si barattariæ delictum est reiteratum.*
20 *Concussionis crimen est gravius barattaria,*
21 *Corrumpens, vel tentans Judicem corrumpere, punitur.*
22 *Scientes barattariam tenentur illam revelare.*
23 *Si mediator, vel proxeneta deponat, utraque parte consentiente, plenè probat.*
24 *Si verò una per illum producat in testem, & ipsa velit (quia testificari non cogitur, nisi utraque parte consentiente, nisi in delicto simoniæ, vel ubi aliter veritas haberi non potest) semiplenè probat.*
25 *In criminalibus non adhibetur fides mediatoribus.*
26 *Ratio assignatur.*
27 *Quæ procedunt, etiamsi mediator sit Clericus, vel in dignitate constitutus.*
28 *Nec facit indicium ad torturam.*
29 *Contrarium opponitur.*
30 *Alii affirmant, in delicto barattariæ resolutionem pendere à qualitate Officialis, & testis mediatoris, & ultra hæc concurrere debent indicia, conjecturæ, & præsumptiones ad condemnandum ad pœnam extraordinariam, usque ad n. 35.*
36 *Auctor ultimam opinionem sequitur.*
37 *Delicta coemptionis, & extorsionis ab Officialibus clam semper, & adhibitis cautelis committuntur, & sic reputantur pro criminibus difficilis probationis, in quibus non requiruntur tam rigidæ probationes; nam in illis minùs idonei testes admittuntur, & inhabiles cum aliis, vel adminiculis conjunguntur.*
38 *In crimine corruptelæ, aut extorsionis contra Officialem integræ fidei, aut opinionis solitum habere manus mundas, non debent admitti testes inhabiles, nec mediatores, nec indicia, adminicula, vel præsumptiones sed concludentissimæ debent esse probationes.*
39 *Nec tunc duo testes sufficiunt, sed tres omnis exceptione majores conteſtes requiruntur ad Officialem convincendum.*
40 *Videlicet unus ad superandum eam præsumptionem, quam Officiales habent in sui favorem; & duo ad probandum.*
41 *Cui obstat præsumptio, majori, & graviori probatione gravatur; ut traditur in terminis metus. Senatus decisio.*
42 *Quæ sine difficultate debent admitti in Officialibus, pro quibus urgentissimæ extant legales præsumptiones, & num. 43.*
44 *Explicatur* Auth. novo, jure C. de pœna Judic. l. fin. C. ad l. Jul majest. *quæ loquuntur de supremis potestatibus,* & l. Judices 12. C. de dig. lib. 12. *quæ loquitur de Senatoribus.*
45 *Dignitas Præfecti Prætorii post Imperatoriam erat, & Judices Supremorum Tribunalium Præfectorum Prætoriis subrogati sunt.*
46 *Codicillorum insignibus induebatur summa Patriciatus Dignitate, & congressu.*
47 *Ponderatur Tacitus.*
48 *Dignitate decorantur Senatores.*
49 *Contra Officiales, qui laborant mala fama, in illis delictis quæ sunt difficilis probationis, probationes irregulares admittuntur; ut testes inhabiles cum coherentia habilium, vel junctis adminiculis, & præsumptionibus, saltem ad pœnam extraordinariam.*
50 *Decisio Senatus.*
51 *Alia in Regia Visita.*
52 *Alia decisio in eadem Regia Visita.*
53 *Aliæ decisiones.*
54 *Decisio Senatus.*
55 *Similes in Senatu.*
56 *Recitantur probationes hujus ultimæ decisionis.*
57 *Contra Officiales opinionis integræ in delicto coemptionis, vel extorsionis non conjunguntur testes singulares, sed in eis necessaria est concludentissima probatio, secus contra Officiales non integræ famæ.*
58 *Comprobatur.*
59 *Pendente contentione, seu conferentia cum Venerabilibus Patribus Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, nihil est innovandum.*
60 *Firmata competentia cum Venerabilibus Patribus Inquisitoribus super cognitione delicti principalis, potest incidens effractionis carcerum Regiorum puniri à Regia Curia, & nu. 61.*
62 *Pendente competentia, excommunicati ab Inquisitoribus absolvuntur; & carcerati Regiæ Curiæ sub manuleuta relaxantur. quod comprobatur & declaratur rationibus, & diversis observatis usque ad numer. 70.*
71 *Forma relaxandi reos captos sub manuleuta, pendente conferentia.*
72 *Forma instrumenti manuleutæ.*
73 *Urbanitates servandæ in conferentiis inter Regium Concilium, & Venerabiles Patres Inquisitores habendis, usque ad nu. 79.*
80 *Forma vovendi dubia in dictis conferentis, usque ad nu. 88.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

89 *Conferentiæ illæ extrajudiciales sunt, & per modum gubernii statutæ, & interdum competentiæ illæ per modum œconomicæ potestatis finiuntur.*

90 *Decreta Regia observanda circa hospitandos milites à Familiaribus Sancti officii, usque ad finem.*

1 ANte difficultatis cardinam excogitari oportet differentia, quæ habetur inter extorsionem, subornationem, & barattariam; corruptionem, ac coemptionem, & concussionem; quæ sunt delicta, super quibus diligenter inquirere Syndicator debet.

2 Extorsio parum, aut nihil differt à subornatione: & idem est, quod barattaria, ut docet Mastril *de Magist. l.6. c.8.n.11.* junctis *n.24.& 37.* Berart. *de Visit c.17.n.9.junctis nu.13.* aliter rem declarat Farin *in prax.q.111.nu.50.*

3 Barattaria est nomen barbarum, quod sic appellatur, quando fit quoddam barattum pecuniæ cum justitia, Mastril. *de Magistr. lib.6.d.cap.8. numer.36.* Berart. *de Visit. cap.17.nu.2.* Varg Mach. *in consid. pract. de Syndic. par.8.tit.1.consid.1.num.4.* Velasco *de Judic. perfect. Rub.9. annot.11.nu.1.* Solorz. *in polit.ind. lib.5.cap. 11.pag 853. vers. Entre los quales, & in post. in alleg. contra bon. & hæred. limit. 6. num.79.* Paulus Rubeus *de testam. in prælud. num.196.*

4 Usurpatur pro crimine repetendarum, quod designat judicium pecunia corruptum, Judicemque quasi justitiam baractantem hocque legem Juliam repetundarum continere probatur *in l. 1.ff. ad legem Juliam repetendarum, l.3.ff. eod.* ibi: *Lege Julia repetundarum tenetur, qui cum aliquam potestatem haberet, pecuniam ob judicandum, vel non judicandum, decernendumve acceperit, & in l.4 d.dit.* adiecit Jurisconsultus, ibi: *vel quo magis, aut minus quid ex officio suo faceret*, ut his juribus contra Bovad. *in polit. lib.5.cap.1. num.228.* probat Velasco *de judic. perfect. Rub.9. annot.11.num.2.& 3.*

5 Quod comprobatur; nam dicitur Judicem barattariam committere, quando quid accipit, ut non facienda faciat, vel facienda omittat, Vargas Mach. *par.8. tit.1. d.consid. 1. num 4.* Conciol. *resol.crim.3.verb.Syndic.nu. 2.& super statut. Eugub lib.1. Rub. 19. numer. 8. & lib.4. Rub.6. num.1.* Paulus Rubeus *de testam.in præfat.nu.96.* Fermosin. *par.1. alleg.58. nu 24.* Solorzan *in politic. Indian. lib.5.cap.11. pag.853. vers. La sexta, & sequen.*

6 Vel quando Judex pecuniam accipit pro justa sententia, vel celeri justitia proferenda, Altimar ad Rovit. *lib. 3.observ. 57.numer.2.* Sabel. *in sum. tract. tom.1. de probib. mon.* Prato *responsi.crimin.46. nu.17.* Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii rub.66. nu.6.* Xamm. *de officio Jud. par.1. quæst.19. num.7. & seqq.* Mastril *de magist. lib.6. d.cap.8. numer. 36.* (ubi *num.52* probat puniri extorsionem ex sola provisione, si Judex annuerit) Varga Mach. *in consid. pract. de Syndic.par.8. tit.1. d.consid. 1. num.4. & consid.5. nu.6. cum seqq.* Fermosin. *par.1. d.alleg 58. num.24.* Solorzan *in polit. indian. lib. 5.dict.cap.11.p.853.vers. Porque: & in post. in alleg.contra bon.& hæred.d.limit.6.n.78.* Paulus Rubeus *practic.de testam.in præl.n.191.* P. Mendo *in statera optn.differt.6.q.7.*

7 Corruptio, seu coemptio tunc committitur à Judice, quando quid recipit ad injustitiam directò faciendam, Vargas Mach. *p.8.tit.1.d.considerat.1.nu.2.& 3.* Solorz. *in post. in alleg.contra bona, & hæredes d.limit.6.nu.78.*

8 Concussio est, cum indebitè quid per vim, aut metum extorquetur, Farinac. *in prax. quæst.111. à nu.39.* Velasc. *de judic. perfect. rub.9.annot.11. num.4.* Mastril. *de Magist. lib.6. dict. cap.8.num.29.* Berart. *in tract. de Syndic.d.cap.17. num.8.* Altimar. ad Rovit. *lib.3. conf. 57. nu.3.* Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugub. lib.4. rub.66. num.7.* Reg. Math. *de re crim.controv. 4. num.6.* ubi latè agit per totam controversiam de concussione commissa per personam privatam.

Et quasi concutere dicitur, si non adhibitis minis, Judex ultra taxatum, salarium exigat, Farinac. *tom.1.cons. 5. num.10.* vel de subornatione teneri, ut dixit Mastril. *de magist. lib.6.d.cap.8. nu.11.* Berart. *de visit.d cap.17. num.13.* & si per minas, & oppressiones illicitè petierit, & exegerit, de concussione punietur, Xammar *de offic. Jud. par.1. quæst.19. numer.25.* vel de corruptela, & barattaria, impropriè, dixit Conciol. *super statut. Eugubii lib.2. rub.25. numer.7.*

9 Hæc licèt ita se habeant, modus tamen probandi, & pœnæ, æqualia reddunt recitata delicta, ut probat Velasco *de judic. per.rub.9. annot.11.* Solorz. *in post. alleg. contra bon. & hæred. dict. limitation. 6.n.78.* & sic dicitur, quod crimen repetundarum habet semper comitem concussionem, *l.2. ff. de concuss.* juncta *l.7. in princip. ff. ad legem Iuliam repetundarum*, Reg. Matthæu *de re crim. controv. 67 nu.8.* Et quod Judex in delicto concussionis tenetur pœna legis Juliæ repetundarum, dixit Xammar *de offic. Judic. par.1. dict. q.19. nu 25.* Et quod in utroque delicto barattariæ, scilicet, & concussionis delinquens teneatur pœna arbitraria, ut ita argumentatur Velasco citatus *nu.5. cum seqq.* & ulterius infra probatur.

Quod ulteriùs comprobatur, nam si civiliter agatur, 10
pœna concussionis est quadruplum, Xammar *de offic. Judic. par. 1. quæst. 19. numer. 25.* In delicto barattariæ eadem pœna debetur, Altimar ad Rovit. *conf. 57. nu. 4. & seq.* Romaguera ad Conciol. *lib.4. rubr. 96. num 8.* Gonzalez Tellez *decret. lib. 3 tit. 1. de vita, & honest. Clericorum, cap.10.n.11.* Berart *de visitat cap.26.nu.47.*

In Constitutione tamen *Aquest edicte 18. tit. de cosas* 11
prohibidas als Oficials, pro crimine extorsionis, ibi expresso, solùm imponitur pœna restitutionis extortorum, una cum duplo.

Et pro unoquoque delicto pœna privationis officii sta- 12
bilitur, *in l.12 Cod. de dignit. lib.12.* ibi: *Judices, qui se furtis, & sceleribus fuerint maculasse convicti, ablatis codicillorum insignibus, & honore exuti, inter pessimos quosque, & plebejos habeantur; nec sibi posthac de eo honore plaudantur, quo se ipsos indignos judicaverint, l.27. C. Theodos. de decurion.* ibi: *Rarum Carthaginis splendidissimæ Senatum, & exiguos admodum Curiales residere conquestus est, dum universi indebitæ dignitatis insulas fœda familiaritis rei vexatione mercantur. Igitur ejusmodi viri, demptis honoribus imaginariis, hujusmodi illi erant, quos fuerant consequuti, civicis muneribus subjungentur, l. eadem lege 6. §. 1. ff. ad leg. Jul. repet. Auth. novo jure Cod. de pœn. Judic.* ibi: *Dignitate, seu cingulo amisso*, Farinacius *lib.1. consil. 5. numer. 3. & in prax. quæst. 111. numer. 27.* Berart *de visit. cap. 7. num. 15.* Vargas Machuca *in considerat. practic. de Syndicat. par. 8. tit. 1. consid.3. numer. 19.* Velasco *de Iudic. perf. rub. 9. annot. 2. num. 3.* Altimar ad Rovit. *lib. 3 consil. 57. numer. 12.* Romaguera ad Conciolum *super statut. Eugubii lib.4. rubr. 66. numer. 12.* Paulus Rubeus *practic. de testamen. in prælud. num.195.*

Sic in Regia Visita per Nobilem Didacum de Clavero Regentem in Sacro Supremo Concilio Aragonum 9. Novembris 1604 Jacobus N. olim Commissarius Regius, propter extorsiones in officio factas fuit condemnatus ad restituendum quadruplum quantitatum receptarum, solvendum intra duos menses Regio Fisco, aliàs ad relegationem in Insulam de Hivissa per quadriennium, & declaratus inhabilis ad illud, vel aliud Regium officium obtinendum.

At ut locus sit pœnæ amissionis officii, debet esse 13
inquisitus condemnatus ad pœnam ordinariam; nam pœna privationis officii non potest imponi ad simplex arbitrium Judicis, sed de jure regulatum, qui Judex, ob id non potest arbitrari contra non convictum pœna ordinaria, & cum pœna privationis officii itroget infamiam, cumulari nequit cum pœna extraordinaria, Caponius *lib. 5. discep. forens. 395. num.18.& 19.*

Ita existimo evenisse in facto contra Gerardum N. Algutzirium supernumerarium, qui in Regia Visita Nobil. Regentis Don Didaci Clavero die 9. Novemb. 1604. delatus de extorsionibus, colore officii factis, fuit interdictus per semestre ab officio, & ut restitueret quasdam quantitates ibi expressatas.

Crimen repetundarum in hæredes exercetur non so- 14
lum respectu interesse partis, sed etiam respectu pœnæ pecuniariæ, quamvis cum antecessore non fuerit lis incæpta, nec habita diligentia aliqua, probant Altimarus ad Rovit. *lib.3. consil. 57. num.8.* Romaguera ad Conciol *super statut. Eugubii dict. rubr. 66. lib. 4. num.9* Fermosinus *par.1. allegat.18. num.10. & allegat. 58. numer. 28.* Farinac. *in prax. quæst. 10. num. 75.* Herodius *rer. judic. lib.9. tit.3. cap.10.* Amaya *in l.fin. Cod. si reus, vel accusat. numer.23. & 24.* Solorzan. *in polit. Indian. lib.5. capit.11. pag. 853. ver. Y que estos, & seqq. & in posthum. in allegat. contra bona, & hæredes*, &c. Gonzalez Tellez *lib.3. decretal. tit. 1. de vit. & honest. Cleric. cap. 10. numer.12.*

Si criminaliter agatur in utroque delicto, concussio- 15
nis scilicet, & Barattariæ, ad recepti restitutionem Judex

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dex obligatur, & pœna arbitraria coercetur; de concussione loquitur *l.1.ff. de Concuſ.* ibi: *Ablatum ejuſmodi terrore reſtitui, Præſes Provinciæ jubet, & delictum coercet, l. quod evitandi 3. C. de tondic. ob turp. cauſ.* ibi: *Quod evitandi tyrocinii cauſa dediſſe te apud competentem Judicem et de quo quereris, in dubia probationis luce conſiteris: inſtantia ejus recipies. Qui memor cenſuræ publicæ, poſt reſtitutionem pecuniæ, etiam concuſſionis crimen inultum eſſe non patietur:* & notarunt Gloſ. *fin. in dict. l.1.ff. de concuſ.* & cum pluribus allegatis Farinac. *in prax. qu. 111. n.40.* Menoc. *de arbit. lib.2. cent.4. caſ.342. n.12.* Velaſco *de Judic. perfec. rub.9. annot.11. n.5. & 6.* Vargas *in conſid. practic. de Syndic. tit.1. p.8. conſid.3. n.24* Reg. Matthæu *de re crim. cont.4. nu.25.* qui loquitur in delicto concuſſionis per perſonam privatam commiſſo, & eam pœnam uſque ad mortem extendi poſſe defendit.

16 Id ipſum dicitur in crimine barattariæ, & repetundarum, *l. lex. Julia. 7. §. Hodie, ff. ad leg. Jul. repet.* in illis verbis: *Hodie ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur, & plerumque, vel in exilio puniuntur, vel etiam durius, prout admiſerint*, & ita cum Grammat. Boer. Boſſio, Julio Claro, & aliis ſcribunt Menoc. *de arbit. d caſ. 342. nu.6. & ſeqq.* Farinac. *in prax. dic. quæſt.111. nu.16.* Velaſco *de Judice perfecto rub.9. annot.11. num.7.*

17 Pariter prævaricationis crimen (à qua exempti non ſunt Judices, illud incurrentes, quando judicant in cauſa, qua advocarunt, vel ſi cum Advocato, aut Cauſidico unius partis in favorem alterius colludentes, ſententiam proferent) pœna extraordinaria ludicis arbitrio punitur, de quo crimine Gobius *conſ. deciſ.108.* & id probat *nu.11.*

18 Hæcque pœna arbitraria concuſſionis, & barattariæ extendi poteſt uſque ad mortem, ut indicat Tex. *in d. l. lex Julia. 7. § Hodie, ff. ad l. Iul. repet.* ibi: *Quid enim ſi ob hominem necandum pecuniam acceperit, vel licèt non acceperint calore tamen inducti interfecerint, vel innocentem, vel quem punire non debuerant, capite pœci debeant, vel certè in inſulam deportari, ut plerique puniti ſunt:* & explicat Farinac. *in prax. dict. q 111. nu.23. & 24.* alternativam Textus, videlicet quòd teneatur Judex pœna capitis, qui pecunia corruptus innocentem ad mortem damnaverit; ſed quando non accepta pecunia, ſed calore iracundiæ, pœna deportationis puniatur, ex Boer. *dec. 153. num.10.* Sed quòd imò Judex pœna capitis, & ut homicida puniatur, quia innocentem ad mortem condemnavit, pecunia corruptus, aut per iracundiam, voluit Clarus *in prax. §. homicidium num. 12. ver. Item Judex*, & notat Farinac. citatus. Et quod condemnetur ad mortem Judex corruptus, ſi per ejus ſententiam aliquis factus fuerit reus mortis, probant Gonzalez Tellez *lib. 3. decretal. ad tit. de vit. & honeſt. Cleric. cap. 10. numer. 12.* Paulus Rubeus *practic. de teſtamentis in prælud. nu. 193.* (ubi de pœna confiſcationis bonorum, quæ agitanda non eſt in hoc Principatu, quia illa obſtantibus Conſtitutionibus locum non habet) Altimarus ad Rovit. *conſil. 57. lib. 3. numer. 10. & ſeq.* Romaguera ad Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii lib.4. rub.66. nu.11.* qui ſubdunt, quod ſi Judex condemnaverit præter mortem innocentem, vel nocentem abſolverit, punitur pœna exilii.

19 Etiam pœnam illam arbitrariam extendi poſſe uſque ad mortem in caſu, quo delictum barattariæ fuerit reiteratum, probat Prato *reſp. crim. 46. nu. 16. & ſeqq.* & in his caſibus poſſe delinquentem torqueri exiſtimat, & probat Capon. *diſcep. forenſ. 246. num.19. tom.4.*

20 Ea quæ ſuperiùs diximus, æquales eſſe pœnas criminales in delictis concuſſionis, & barattariæ, quia in illis impetiti condemnantur pœna arbitraria; intelligenda veniunt ut aliquid amplius, ad aggravandam pœnam in concuſſione conſideretur; nam præter repetundarum pœnam, de vi quoque Judicem teneri notat Accurſius, & poſt eum Velaſco *de Iudic. perf. rub. 9. annot. 11. numer. 20.* & hinc intelligo quod ipſe docet *per totam ferè annotationem* gravius eſſe concuſſionis crimen delicto repetundarum, & comprobat Reg. Matthæu *de re crim. cont. 67. num.29.*

21 In his delictis etiam punitur, qui Judicem corrumpit; ut diſponitur *in Auth. novo jure Cod. de pœn. Iud.* Bovad. *in polit. lib 2. cap.11. numer.32.* Bucaron. *de different. inter, &c. dif.152. nu.26.* Farinac. *in prax. q. 111. à n.98 uſque ad n.137.* Larrea *alleg. Fiſc. 47. n.20.* Vargas Machuca *in conſid. prac. de Syndic. p.8. tit.1. conſid. 9. nu.10. & ſeqq.* Paulus Rubeus *de teſtamentis in prælud. nu.197.* afferens, teneri corrumpentem pœna arbitraria, & puniri etiam qui tentavit Judicem corrumpere, & qui Judicem corrumpit, perdit litem.

Scientes barattariam tenentur illam revelare, aliàs 22
puniuntur, Maſtril. *de Magiſt. lib. 6. cap. 8. numer. 41.* Quibus in medium jactis, circa probationem horum delictorum, aliqua conijcere non omittimus.

Si mediator, ſive proxeneta deponit, utraque parte con- 23
ſentiente, plenam fidem facit, Canc. *var. 1. c.20. n.11.* Farinac. *in prax. q.60. n.408.* Majorana *in opoprax. crim. l. 2. c.6. nu.62.* Queſada Pilo *diſſert. 16. nu.101.* Leotard. *de uſur. q.93. nu.32.* ubi tradit, quæ fides adhibenda ſit in eorum libris, & cum quibus intelligi poſſunt relati per Tondut. *quæſt. civil. tom. 1. cap. 90. numer.22.* Turri *de camb. diſp. 1. quæſt. 2. num.8. & 9.*

Si verò una pars illum producat in teſtem, & ipſe te- 24
ſtificari velit, quia non cogitur, niſi utraque parte conſentiente, Fab. *in Cod. l.4. tit.15. def.56. in notis n.2.* tunc facit ſemiplenam probationem, ut alius teſtis, Canc. *var. 1. c.20. nu.12.* vel pluſquam ſemiplenam probationem facere, ex infinitis vult Gobius *conſult dec.141. num.25. & nu.26.* cum Cardin. Luca *de emp. & vend. diſc. 10. nu.7.* probans teſti mediatori de facto proprio deponenti, nullumque intereſſe habenti, quamvis unico plenam fidem eſſe adhibendam, Fermoſ. *de teſtibus d.c.6.q 3.* ubi *n.44.* ait; quòd invitus deponere non compellitur, una tantum parte exigente, niſi duobus in caſibus, veluti in delicto ſimoniæ, vel quando aliter veritas haberi non poteſt.

Hæc procedunt, ſi civiliter agatur; ſecus autem, ſi 25
criminaliter; in ſimonia quòd in teſtem admittatur *ex tex. in cap.1. de teſtibus in 6.* probat idem Tex. ibi: *Si non agatur criminaliter, ſed civiliter*; notat Fermoſ. *in dic. cap.6. de teſtibus quæſt.3. num.42.* & generaliter, ut in re criminali mediatori fides non adhibeatur, Maſsin. *de conſſ. bon. quæſt.11. nu.15.* Cathal. *de Syndic. quæſt.64.* Put. *in cod. tract. in verbo teſtis cap.2. nu.3.* Farin. *in prax. qu. 111. nu.264. & 271. & ſeqq.* ubi *nu. 275.* agit de teſte qui deponit dediſſe pecuniam Judici. Azevedo *lib. 3. recop. tit.2. l.10. à num 20.* Maſc. *de probat. lib.1. concluſ 165. n. 1. & ſeq.* Caſtillo *deciſ.164. n.23. & ſeq.* Bucat *de dif. inter judic. civil. & crim. dif.152. nu.25.* Giurba *conſil.72. n. 16. prope fin.* Valenz. *conſ.102. n.44. vol.2.* Vargas *conſid. prac. par.8. conſid.1. nu.12.* Fab. *in Cod. lib.4. tit.15. def. 56.* Vermig. *conſil.179. num.9.* Ciriac. *cont. cap. 486. nu. 18.* Conciol. *reſol. crim. in ver. Syndicatus reſol. 2. num. 7. & verb. teſtis quoad perſonas, reſol. 13. per tot. & ad ſtatut. Eugubii lib.4. rubr.66. num.5.* (ubi in utroque loco agit, an per domeſticos barattaria probetur) Majorana *in opoprax. crim. lib.2. d.cap.6. nu.62. verſ. Locum etiam*, Carena *de offic. ſanct. Inquiſ. par.3. tit.5. §. 11. num.60.*

Quorum concludens eſt ratio, quia mediator ſe 26
ipſum repellit, nulla alia probatione admiſſa, cum deponat ſe mediatorem ad corrumpendum, & ſe ipſum exonerat, dum quod ab eis recipit, ſolviſſe aſſerit, & recipiens, ut det, pro ſe retinuiſſe præſumitur, ut latiſsimè has rationes exornat Giurba *dic. conſil. 72. num. 16.* qui *in fin. conſilii* tradit ita deciſum in cauſa ſyndicatus à Judicibus delegatis, Bondenius *de jure contro. cont. 32. num.34.* ubi *in fin.* tradit deciſum.

Et præacta regula procedit etiamſi mediator ſit Cle- 27
ricus, vel in dignitate conſtitutus, Riminal. Jun. *conſ. 213. n.8.* Giurba *dict. conſil.72. n.16.* ac etiamſi eſſent duo mediatores, ex pluribus ſcribit Bovad. *in politic. l.5. c.2 n. 52.* ubi ait ſufficere tunc ad condemnandum Officialem ad reſtituendum ablatum, quia pro intereſſe partis civili ſufficiunt conjecturæ, Maſc. *de probat. con.165 nu.4.* Bucar. *de dif. inter judic. Civil. & Crim. diff. 152. num. 25.* Varg. *in conſid. prac. par.8. tit.1. conſid.1. num.12.*

Unde inquit Berart *in ſpec. viſit. cap. 5. numer.70. &* 28
ſeqq. teſtem mediatorem, qui deponit pecuniam ad Judicem detuliſſe, nullam fidem facere, etiam quoad torturam, & allegat Gram. *conſil. 35. numer. 15. ver. Præterea extat depoſitio numer.19. & omnibus ſeqq.* qui relatis, ac reprobatis contrariis, concludit, quòd mediator, & particeps barattariæ, ſi præſertim & ipſe partem pecuniæ habuit, non facit indicium contra Officialem, etiam junctis adminiculis, & probatur *ex tex. in cap. 1. de teſtibus in 6.* ibi: *Et emolumentum ibi non fuerint conſequuti*, quæ omnia refert Farinac. *in prax. dict. quæſt. 111. num.272. & antea quæſt. 60. numer.477.* qui id ampliat *num. ſeq.* ut ſufficiat etiam ſola promiſſio emolumenti, & muneris.

Cæterum non hæc aſſerta ſine oppugnatione tranſgre- 29
diun-

diuntur: nam adsunt, sunt qui scribunt, hæc intelligenda ad condemnandum, non verò ad effectum torquendi delatum, ex pluribus Masin *de confisc. bonor. q.* 15. *nu.* 17. Ponte *decis.* 16. *num.* 25.

30 At alii affirmant, resolutionem susceptæ rei pendere à qualitate Officialis, & testis mediatoris; nam si delatus est de eodem facinore diffamatus, & testis sit approbatæ famæ, manere ex his corruptionem, vel barattariam probatam, docet Varg. *de Syndic. in consid. prac. de Syndic. p.* 8. *tit.* 1. *consid.* 16. *nu.* 21 *lit. R.* qui recitat judicatum.

31 Et ultra infimam qualitatem Officialis, & approbatam famam testis, indicia, conjecturas, & præsumptiones peti ad condemnandum reum ad pœnam extraordinariam, magistraliter in hanc rem notat Gram. *dict. consil.* 35. *nu.* 43. *& seqq.* asserit namque, si Officialis est bonæ famæ, & solitus mundas habere manus, lex præsumit pro ipso, & elidit fidem indiciorum; sin autem sit malæ famæ, & concurrant ultra dictum mediatoris conjecturæ, illæ sufficiunt ad eum condemnandum; quam opinionem sequitur Farinac. *in prax. quæst.* 111. *num.* 226. *& seqq.* Bayard. ad Clar. *quæst.* 73. *ad med.* Scialoya *de foro comp. cap.* 33. *numer.* 33. qui ex Carb. *in trac. de Syndic. par.* 1. *numer.* 133 subdit, quòd si contra syndicandum probatur tractatus per prius velle ab inquisito tot ducatos pro tali inquisitione; tunc extorsio probatur per mediatorem bonæ famæ, & vitæ.

32 Pro hac eadem pugnat Larrea *alleg. Fisc.* 48. qui inquit, repetundarum crimen probari ex dicto unius testis, qui deposuit de conventione cum Regio Officiali, ut ei darentur sex millia aureorum, si quoddam decretum faceret, exsolvenda per debitorem litigatoris personæ per officialem in instrumento delegationis designatæ, & suppositæ; quæ declaravit à Regio officiali præventam esse, ad scripturam delegationis acceptandam, & ex dicto Notarii, qui illum accusavit, & vidit postea instrumentum penes Regium Officialem, & cum ille simul, & alius amicus (qui id ipsum deposuit) alloquerentur, dictum Regium Officialem confessum fuisse, utilitatem delegationis ad ipsum pertinere, & promissionem acceptasse, & ulterius dictus Larrea *in num.* 29. *& seqq.* adhuc ad alias conjecturas, & præsumptiones, ex qualitate facti insurgentes ad delictum præsumendum, discurrit, & præcipuam fugæ officialis, quæ aliqualem, inquit, saltem præsumptionem præstat, etsi postea ad judicium redierit, & sui copiam fecerit, & docet Varg. *in consid. prac. de Syndic. par.* 8. *tit.* 1. *consid.* 2. *numer.* 22 dictum Larrea fore intelligendum, dummodo constaret de infamia delati, & denunciati.

33 In eandem adducitur de Ponte *decis.* 16. *tota*, ubi ex testibus mediatoribus, & aliis idoneis, junctis indiciis, & adminiculis, eis rationibus; quia adversus judicem in officio delinquentem, pœna est statuta arbitraria, secundum qualitatem facti, & corporalis, & pecunaria, relegationis, & exilii, privationis, & suspensionis officii; pro quo allegat Menoc. *de arbit. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 342. ac etiam quia delicta coemptionis, & extorsionis sunt difficilis probationis, & in eis testes non integri, & indicia conjunguntur, non ad finem condemnandi reos ad pœnam ordinariam, sed extraordinariam, attestatur, Regium Dohanerium per Regiam Cameram in Collaterali Concilio fuisse condemnatum ad suspensionem officii per triennium, quo finito ad illius administrationem non rediret, sed quod officium venderetur ad illius beneficium, & ad solvendum varias pecuniarum quantitates, indebitè, & illicitè exactas, & sententiam fuisse confirmatam per Supremum Italiæ Concilium, in quam abiit major pars, nam adfuerunt vota relegationis, & non parva, quæ si judicata non fuissent inter se singularia, majorem partem facerent.

34 Terminanter dictam decisionem de Ponte 16. sequitur Castillo *dec.* 164. ubi pariter decisum tradit, Magistrum Probe ob extorsiones, & concussiones, per mediatores, & alia indicia probatas, & attento magis, quia ex informatione Officialium constabat, Magistrum non administrare justitiam, prout erat obligatus, quinimo omnia erant apud eum venalia, & quia per exactissimam probationē sic constabat de Officialis mala fama, fuisse damnatum, ut suspenderetur ab officio per quinquennium, quo finito, ad illius administrationem non rediret, sed venderetur in illius beneficium, ejusque pretium deponeretur ad effectum emendi redditus pro securitate emptoris, & creditorum, & quòd ampliùs ad officium aliquod non posset concurrere, & teneretur depositare varias pecuniarum quantitates indebitè exactas, & cancellare contractus per concussionem confectos.

Et post rem discussam, & perpensis Doctorum placitis, 35
eandem sententiam, imò & totum illud pendere ab arbitrio, & regulata religione Judicentium exornat Franciscus Merli. *controver. forens. cent.* 2. *c.* 28. & 29. ubi attestatur, condemnatum fuisse Officialem quendam ad relegationem decennalem ad interesse Regii Fisci, & partium, & ad officii, ejusque beneficii privationem; & attentam fuisse in facto præcipuè mediatoris famam, & qualitatem, & è contra, malam famam Rei delati; & asseverat utique in hujusmodi delinquendi genere animadvertendum fore, an depositio mediatoris sit cohærentia aliarum probationum, vestita, & adminiculata ex facto inde resultante; utpote si probetur aliundè tractatus præcedens, & ex post facto rei eventus, nulla justa causa subsistente taliter subsequutus; prout fuit tractatum; & quòd cum hæc omnia vehementer instruant Judicis mentem, ad credendum factum taliter se habere, qualiter mediator deposuit, purgare videntur omnem præsumptionem contra ipsum, transfertque onus probandi contrarium in reum; eò quòd per unam præsumptionem, alia tollitur, ut latiùs *ibidem* videndus, post Merlin. & Larrea suprà citatos, jam nunc scribit Caponius *discep. forens.* 395. *n.* 12. in delicto extorsionis mediatori adhibendam esse fidem, secundùm opinionem magis veram, quando concurrunt bona fama mediatoris, mala fama inquisiti in eodem genere mali.

Ad hucusque controversas opiniones retulimus, liceat 36
jam nunc nostram proferre resolutionem; assentiremur ultimæ; sed non facilè cum ea expediri valemus; quia Doctores præcitati præcipuum capiunt robur à jure Municipali, quod pro probanda corruptela Judicis viget in Regnis Castellæ, & Neapolis, quod recitant, ut in eo barattariæ facinore staretur tribus testibus singularibus cum aliis præsumptionibus, & in terminis Regni Castellæ loquitur Larrea *alleg. Fisc.* 48. Valenz. *cons.* 102. *num.* 48. & observaverat Bovad. *in polit. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 222. *versi. Otra manera*: & Neapolis, de Ponte *decis.* 16. Merlinus *cent.* 2 *cont. c.* 28. & 29. ac etiam Siciliæ, Mastril *de Magist. lib.* 6. *cap.* 2. *nu.* 33. & *cap.* 8. *num.* 46. & cæteri suprà relati; & cum in hoc Principatu statutum jus non habeamus Municipale, adhuc resolutionem postulare convincimur.

Et sic antecedenter notamus, delicta coemptionis, & 37
extorsionis ab Officialibus clam semper, & adhibitis cautelis committi, & sic reputari pro criminibus difficilis probationis, scribunt Castillo *decis.* 164. *nu.* 34. Merlin. *cent.* 2. *contr.* 29. *numer.* 2. Valenz. *cons.* 102. *num.* 43. & quod in delictis occultis non tam rigidæ, ut in aliis requiruntur probationes ad delatum condemnandum, *l. non omnes* 10 *§. à barbaris, ff. de re milit. l. si vicinis* 10. *Cod. de nup.* Menoc. *de arbit. lib.* 2. *cas.* 116. ubi decem, & novem casus difficilis probationis refert. Hermoz. ad Lopez *glos.* 1. *l.* 56. *tit.* 5. *par.* 5. *tom.* 2. *fol. mihi* 270. *nu.* 63. Font. *de pac. tom.* 2. *clau.* 7 *glos.* 2. *par.* 5. *num.* 83. *in fin.* Latro *lib.* 2. *decis.* 132. *num.* 27. nam in illis minus idonei testes admittuntur, & probant Canc. *var.* 1. *cap.* 20. *num.* 13. *& seq.* Escobar *de purit. par.* 1. *quæst.* 11. §. 1. *num.* 14. & 38. & alii per Ayllon ad Gomez allegati *tom.* 3. *cap.* 11. *numer.* 22. & inhabiles cum aliis testibus, vel adminiculis, ad probandum conjunguntur, Gomez *var.* 3. *cap.* 11. *num* 22. *ver. item adde*, Farinac. *in prax. quæst.* 31. *nu.* 129. *& quæst.* 62. *num* 326. *& seq.* Font. *de pac.* 2. *clau.* 7. *glos.* 2. *par.* 5. *numer.* 82. Merlin. *dict. cent.* 2. *contr.* 29. *numer.* 16. & nos latè alibi.

In delictis igitur difficilis probationis, & quæ secretò, 38
& clam committuntur, ut coemptionis, & barattariæ, distinguendum esse oportet; nā aut agitur de probanda corruptela, & extorsione adversus Officialem integræ fidei, aut opinionis, solitum habere manus mundas, aut contra alium infamis notæ, in officio debitum, & solitum ordinem non servantem, & de pluribus excessibus gravatum: Primo in casu non debent admitti probationes per testes inhabiles, & mediatores, nec per indicia, adminicula, vel præsumptiones; sed concludentissimæ debent esse probationes ad Officialem convincendum, Bonden. *de jure controver. colluc. leg.* 32. *n.* 31. *cum seqq. & in fin.* ita tradit decisum in favorem cujusdam Gubernatoris.

Nec

UAB Biblioteca de Ciències Socials

39 Nec duos teſtes de eodem facto deponentes ſufficere, ſed tres conteſtes omni exceptione majores, requiri dicit Peg. *in diviſt. inquiſit.* 3. *par. quæſt.* 71. *pag.* 666. Randenſ. *reſponſ.* 49. *num.* 16. & 33. Giacch. *in ſuo reſp. numer.* 86. Berart. *in ſpec. viſit. cap.* 5. *num.* 60. Vargas *conſid. prac. de Syndic. par.* 8. *tit.* 1. *conſid.* 16. *n.* 11. & *tit.* 2. *conſid.* 2. *nu.* 8. (etſi in contrarium ſiſtat Bovad. *in polit. l.* 5. *c.* 1. *n.* 220. *in fin.*) Rogerius *poſt prag. Rovit. de Synd offic. ver. rurſus.*

40 Videlicet unus ad ſuperandam eam præſumptionem, quam Officiales habent in ſui favorem, & duo ad probandam, attentè Vargas *dict. conſid.* 16. *numer.* 11. & *tit.* 2. *conſid.* 2. *numer.* 8. & *ſeq.* ducto eo argumento, quòd quando probatio inducitur, cui reſiſtit præſumptio, tres teſtes ſunt neceſſarii, duo ad probationem, & alter ad præſumptionem evincendam, Specul. *in tit. de probat. §. ult. ver. Quod quando aliquis numer.* 2. *par.* 1. Valboa *in cap.* 2. *nu.* 53. *de probat.* Seſſe *de inhibit. cap.* 5. §. 10. *nu.* 18. Suelvez *cent.* 2. *conſil.* 51. *num.* 4.

41 Quia cui obſtat præſumptio, majori, & graviori probatione gravatur, Seraphin. *deciſ.* 336. *num.* 4. Gutier. *conſil.* 16. *num.* 24. & exigitur ea probatio, quæ præponderet præſumptioni in contrarium, Vivius *deciſ.* 507. *numer.* 17. *lib.* 3. & in terminis probandi metum, quando habet reſiſtentiam in contrarium, probat Textus *in l. non erit verosimile* 23. *ff. quod met. cau.* ibi: *Sed hujuſmodi præſumptioni debet apertiſſimas probationes violentiæ opponere*, & tunc ad metum probandum tres teſtes requiri, ſcribit Trentac. *var. reſol. lib.* 1. *tit. de his qui metuſve cauſa fiunt, reſol.* 1. *numer.* 23. & allegat Caſtren. Bald. Maſtril. Gram. Surd. *conſ.* 356. *num.* 19. Menoc. *lib.* 3. *præſ.* 128. *num.* 8. Hermoz. ad Lopez *gloſ.* 1. *leg.* 56. *tit.* 5. *par.* 5. *fol.* 271. *num.* 70. *cum ſeqq.*

42 Et hanc admiſit reſolutionem noſtrum Regium Concilium in Aſſeſſore ordinario, qui etſi impetitus de variis barattariis, & aliis delictis in officio commiſſis, quia pro illis probandis, nec numerus trium teſtium aderat, & quamvis mediator in aliquibus deponeret, quia erat integræ famæ; & approbati nominis reus, nec mediatori, nec aliæ probationi tanquam defectuoſæ fuit delatum, & relaxatus cum manuleuta fuit, referente Magnifico Michaele Joanne Taverner, in actis Famadas Not. die 16. Novembris 1678.

43 Hæc utique admitto, quando Officialis eſt integræ fidei, opinionis, & famæ non vulgaris, ſed notabilis, & vehementis; nam nemo tam vilis eſt, & infimæ conditionis, qui aliquos non reperiat teſtes, bonam ejus famam deponentes, juxta tradita per Nos *deciſ.* 10. *num.* 52. *verſ. Non ſufficiet*, & *deciſ.* 41. *num.* 86.

44 Quæ diſtinctionis pars ſine ulla difficultate, & oppugnatione admitti debet in Officialibus præeminentibus, ut indicat Berart *dic. cap.* 5. *num.* 60 & in Senatoribus Regiis defendit Gallego *in reſp. pro Syndic. dic. cap.* 1. *numer* 33. *cum ſeqq.* nam pro his urgentiſſimæ extant legales præſumptiones, ut ait Teſtay *alleg.* 7. *n.* 32. Maſtril. *de Magiſtr. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 7. Solorz. *de jur. indiar. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 17. & ſic pari paſſu concludentiſſimæ probationes fieri debent, prout manifeſtum fit *in Auth. novo jure Cod. de pœna judic.* ubi de inferioribus Officialibus loqui eſt litterale, & in ea concluditur fieri debere probationes per illa verba, ibi: *Et hoc probaverit*, & infra ibi *Probare litigator nequiverit*, & poſtea, ibi: *Qui offendere non poterit, in l. fin. Cod. ad leg. Iul. rep. in l. judices* 12. *Cod. de dignit. lib.* 12. concludentiſſimas fieri debere probationes contra Officiales Supremos expoſtulant, cum eos convinci debere manifeſtent, ut in prima in illis verbis, ibi: *Quadrupli pœna; eo qui convictus fuerit modis omnibus feriendo*, & in ſecunda, ibi: *Judices, qui ſe furtis, & ſceleribus fuerint maculaſſe convicti*, ut ſic ſi in inferioribus peratur probatio, in ſuperioribus ea non procedant ſed exigant, ut ſint convicti.

45 Et in comperto traditur, dictam *l. fin. Cod. ad legem Jul. rep.* intelligi (juxta eiuſce epigraphe) de Magiſtratibus Supremam habentibus poteſtatem, quia eſt Imp. Theodoſii, & Valent. Florentino Præfecto Prætorio, cujus dignitas poſt Imperatoriam erat, ait Oliba *de jur. Fiſci c.* 4 *ſub n.* 60. Amaya *in l. curialibus* 66. *c.* 2. *n.* 26. *C. de decur. l.* 10. Nob. Sebaſtianus Cortiad. *q.* 1. *de jur. Cap. Gen. n.* 9. & de ea celſitudine plura apud eundem *q.* 5. *n.* 2. *cum ſeqq.* & doctè, & eruditè recitat D. Reg. Viloſſa. *poſt. tr. de fugit. diſ.* 6. §. 7. *n.* 27. *cum pluribus ſeqq.* & repetio quod edixerat Bov. *in polit. l.* 5. *c.* 3. *n.* 57. *circa medium*, Judices Supremorum Tribunalium Præfectorum Prætoriis loco ſubrogatos eſſe, & allegat *in notis lit. C.* Guido Pape *dec.* 29. & 30. *n.* 3. Gram. *dec.* 19. *n.* 13. Greg. *in l.* 4. *tit.* 24. *par.* 3. & adde Pichard. *lib.* 4. *inſ. de oblig. quæ ex quaſi delic. in prin. numer.* 30.

Et *in l. judices* 12. *C. de dig. lib.* 12. de Senatoribus verba proferre convincitur, cum ſtatuat in eis corruptelæ pœnam, ibi: *Codicillorum inſignibus, & honore exui*, quibus induebantur ſumma Patriciatus dignitate decorati, probat Textus *in §. filius familias inſt. quibus mod. juſ. pat. poteſt. ſol. l. fin. Cod. de conſul. lib.* 12. & de ſumma patriciatus dignitate, & progreſſu agunt Livius *lib* 1. Alex. ab Alex. *dier. genial. lib.* 5. *cap.* 18. Ramirez *de leg. reg. §.* 27. *nu.* 25. latiſſimè Amaya *in l. curialibus*, *C. de decur. lib.* 10 *nu.* 48. & *ſeq.* Altam. *de filiis official. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 5. & *ſeqq.* Salzedo *in theat. honor. lib.* 16. *tit.* 1. *recop. gloſ.* 51. *num.* 44. & eſſe Patricios conciliarios Imperatorum, utpote quaſi eorum patres, appellatio obſervat, Minſing. *in dic. §. filius familias nu.* 2. indicat Reg. Viloſſa *poſt tract. de fugit diſſert.* 6. §. 6. *num.* 15. 46

Inquit namque Cajus Cornelius Tacit. *lib.* 4 *annal.* *Patricii novo Conſtantini more fuere: Jam primum publico negotia, & privatorum maximè apud patres tractabantur, dabaturque primoribus differere*, ſcribit de his varia Beyherlink *in theat. vit. hum. vol.* 6. ac eodem Livio teſte *lib.* 1. Patricii dicebantur Senatorii ordinis viri, quique eſſent ab ipſis progeniti, Peg. Greg. *ſynt. jur. par.* 3. *cap.* 47. *c.* 16. *nu.* 4. & qui propter familiæ antiquitatem cæteros antecellebant, ſacra curabant, Magiſtratus gerebant, jus reddebant, & Rempublicam adminiſtrabant, Amaya qui *ſuprà num.* 9. Altamir. *d. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 6. & *ſeq.* 47

Ac ulterius quia *d. l. Judices* 12. eſt collocata *in tit. de dignitatibus*, qua decorari Senatores expreſſerat Imperator *in antecedenti l. Senatores* 11. *cod.* & probant *tex. in l. unic. ff. de offic. Præfec. Prætor. l.* 1. *C. de præpoſit.* Liv. *lib.* 12. tradit Adam. Contzen. *lib.* 7. *cap.* 11. Fab. *in Cod. lib.* 1. *tit.* 3. *def.* 13. 48

Sic concluditur, quod contra Officiales optimæ opinionis, & præcipuè contra præeminentes, & Supremos Magiſtratus in delictis coemptionis, & barattariæ, admitti tantùm debent concludentes probationes, & non niſi per tres conteſtes omni exceptione majores convictos eſſe de barattaria dici poſſunt; ſecundo autem caſu, in quo Officiales laborant mala fama, quia ex infamiæ probatione perdunt præſumptionem favorabilem, in illis delictis, quæ ſunt difficilis probationis damnantur per regulas ordinarias cæterorum delictorum, annotat Vargas *in conſid. prac. de Syndic. par.* 8. *tit.* 1. *conſ.* 2. *nu.* 23. & ſic per probationes irregulares, videlicet per proxenetas, & mediatores, & alios teſtes inhabiles cum cohærentia aliorum habilium, vel junctis adminiculis, & præſumptionibus, prout religioni regulatæ Juſdicentis apparebit, ſaltem ad pœnam extraordinariam, ut his annuit Berart *in ſpec. viſit. cap.* 5. *nu.* 60. & 68. *ſeq.* quam opinionem attento etiam jure communi amplectuntur Gram. *conſil.* 35. *nu.* 43. & *ſeqq.* Ponte *deciſ.* 16. Caſtillo *deciſ.* 164. Merl. *cent.* 2. *cont.* 29. Vargas *in conſid. prac. de Syndic. par.* 8. *tit.* 1. *conſ.* 2. *numer.* 23. & *conſid.* 16. *nu.* 11. & *tit.* 2. *conſid.* 2. *nu.* 8. Scialoya *de foro comp. cap.* 33. *nu.* 40. nec his diſſentit Seraphin. *de privil.* 33. *num.* 77. 49

Sic fuit concluſum die 14. Julii 1594. in Regio Criminali Concilio contra Commiſſarium Regium, qui abſque memoriali, & litteris Regiis tenuit vinctos, & ligatos per aliquod tempus Joſephum N. Antonium N. & alios, & ab illis indebitè, & per vim extorſit, à dicto Joſepho N. quindecim ducatos, & ab Antonio N. decem libras, & de aliis criminibus, & delicti prætextu dictæ commiſſionis perpetratis, & per majorem partem Senatorum fuit damnatus, quod fuſtigaretur, & bullaretur, & ſerviret in Regiis triremibus remigando per quinquennium, & reſtitueret res, & pecunias extortas, ſed alii fuerunt voti, quod condemnaretur ad remigandum per ſeptennium, alii per decennium. 50

Et in Regia Viſita D. Regentis Clavero die 7. Septembris ann. 1604. propter extorſiones in officio fuit condemnatus Regius Commiſſarius ad reſtituendum quadruplum quantitatis acceptæ (quæ eſt pœna *l.* 1. *C. ad leg. Jul. repet.*) ſolvendum intra duos menſes Regio Fiſco Viſitæ Generalis, & in caſu contraventionis, ad relegationem in Inſulam Hiviſſæ per quadriennium, & ad inhabilitatem ad illud, & aliud officium. 51

Et

52 Et die 9. Novembris 1604. in eadem Regia Visita Algutzirius supernumerarius, delatus de extorsionibus, colore officii factis, fuit interdictus per semestre ab officio, & damnatus, ut restitueret pecunias exortas personis ibidem expressis.

53 Die 6. Martii 1628. contra Officialem, qui pro libertate quorundam, penès se detentorum extorsit ab eis sex libras, duodecim solidos, & eripuit à quibusdam Gallicis duo pallia, sub velamento quòd non erant bullata, & non solverant jura Generalitati, & de aliis excessibus, fuit condemnatus, quòd banniretur per triennium, & à cætero non posset obtinere officium Commissarii: Et die 13. Aprilis 1628. contra Algutzirium Gubernatoris Cathaloniæ, qui extorsit à Paulo Querol 15 ℔ ß. à Bernardo Majoral 1 ℔ 6 ß à Bartholomæo Gali duas quarterias avenæ, & uti Regius Commissarius extorsit à Francisco Mauri 5 ℔ 18 ß. & ei surripuit instrumentum manuale, & quandam crucem argenteam, & etiam tres libras, fuit condemnatus quòd bannirerur à Principatu Cathaloniæ per quinquennium, & ad restitutionem rerum, & pecuniarum extortarum, seu earumdem valorem liquidatione reservata.

54 Die 9 Junii 1660. ref. Magnifico Josepho Aleny l. R. C. in R. C. fuit repulsus recursus interpositus per Michaelem N. & pro constanti fuit traditum ex unius testis depositione adminiculata, & mala fama inquisiti, posse istum condemnari ad pœnam extraordinariam; consideratum fuit illum testem non fuisse mediatorem, quia non mediavit ad delictum, nec interesse habuit in tractatu, ex Farinac. *in prax. qu* 60. *nu.* 439.

55 Et nuper die 4. Octobris 1678. referente Magnifico Jacobo de Porau & Moles Regió Senatore, Commissarius qui fuerat loci de Vinyoles, pro concussionibus, & extorsionibus in officio factis, videlicet quia à Michaele Farrater agricola loci de Alaxar extorsit decem duplas aureas, ne adversus eum informationes reciperet, & à receptis desisteret, & eademque causa extorsit ab Isidro Pamies quatuor duplas auri, & simulando ordinem Regii Concilii ad capiendum Joannem Peyrì, ab eo per vim exegit unam duplam, & dimidiam auream, liberum eum relinquendo, & de aliis excessibus, extorsionibus, & concussionibus in officio commissis, fuit damnatus, quòd banniretur à Principatu per quinquennium, & declaratus inhabilis ad obtinenda officia Regia, & ad restituendum suprà expressis, quantitates exortas.

56 Prima extorsio probata fuerat per duos testes mediatores, quorum alter pecunias Officiali tradidit cum cohærentia unius testis idonei, per confessionem extrajudicialem, per testem singularem adminiculatam, cum tribus testibus de fama, & per depositionem testis corrumpentis. Secunda per duos testes mediatores adminiculatos cum geminata confessione extrajudiciali, de qua deponebant duo testes singulares, & cum depositione corrumpentis, & trium testium de fama. Tertia per testes contestes de tractatu, & per singularem de traditione quantitatum, qui deposuit missum fuisse ad exigendum à damnum passis, & tradendum Officiali pecunias extortas, & ultrò constabat de illius infamia in eodem genere excessuum; sed temperata fuit pœna ob ingentia servitia per Officialem impensa Regiæ Curiæ.

57 Ex eisdem regulis commensurant Doctores suprà laudati probationes testium singularium ad Officialis coemptionem, vel extorsionem arguendam, & ad ei pœnas infligendum; namque cum ea delicta difficilis sint probationis, & clam committantur, licèt contra officiales opinionis integræ non conjungantur, sed in eos sit necessaria concludent issima probatio, præmaximè contra officiales præeminentes; cæterum adversus alios pravæ conditionis, & infimæ notæ, de cujus infamia urgentissimè constet, singulares testes junguntur, & vestiti cum adminiculis, & præsumptionibus sufficiunt ad Officialem plectendum, saltem pœna extraordinaria, & ad eum damnandum ad resarciendum damna passis, Aponte *dec.* 16. *n.* 21. Castillo *dec.* 164. *n.* 37. Varg. *consid. prac. par.* 8. *tit.* 1. *consid.* 1. *n.* 21. præcipuè *consid.* 2. *n.* 22. & 23. ita intelligitur, Sesse *in dec.* 214. & Larrea *in alleg. Fisc.* 48. *n.* 27. & id ipsum sectatur Solorzan. *in polit. Indiana. lib.* 5. *cap.* 11. *pag.* 834. *ver. conque* (ubi *ex l.* 6. *tit.* 9. *lib.* 3. *recopil.* sufficere ait tres testes singulares deponentes etiam de proprio facto, pro cujus intelligentia inter alios allegat Larrea *tom.* 2. *dec.* 98. *ex n.* 39.) Berart *in spec. visit. dict. cap.* 5. *n.* 60. & *seq.* qui adversus Officialem inquit, turpè, & malè se gerentem in officio, nec integrę famæ, & opinionis, sufficere testes singulares admini culatos ad pœnam extraordinariam; at fatemur nos adversùs Officialē prę eminentem, virum integrę, magnęque fidei, & opinionis, solitum habere manus mundas, non centeri barattariam probatam, nedum per testes singulares, ad tradita per Bovadilla *in polit. lib.* 5. *cap.* 1. *nu.* 231. verum nec per duos testes de eodem facto deponentes.

Optimo igitur jure DD Christophorus Mosco so Con- 58
cilii Castellæ de ann. 1658 in mense Augusti conquestus fuit cum Judicibus, acerrimè condemnantibus quendam Prætorem Nobilem per testes singulares in alieno facto, conjungendo illos cum mala fama ipsius Prętoris, ut attestatur Fermos *in c. tam litteris* 33. *de testib. q.* 3. *n.* 60. nam autumo quòd pro subornationis delicto, de quo supponitur, erat imputatus Prętor, casu quo per urgentissimas probationes constaret de illius infamia, pro excessibus in officio commissis, quæ superaret prę sumptionem favorabilem, quā lex tribuit Officiali maximè Nobili, adhuc concurrere debebant adminicula, & præsumptiones juxta legem Castellæ, Vargas, qui supra, ut posset pœna plecti.

Hæc omnia quæ diximus respectu probationum testium, mediatorum, & singularium, an observentur in officio Magistri Rationalis Cathaloniæ, non est mei instituti hoc agere, quia in eo Magistratu particulares habentur sanctiones, & observantiæ.

Non est alienum hic recitare quædam practicabilia in 59
contentionibus, seu competentiis, quæ evenire possunt inter Regium Criminale Concilium, & Venerabiles Patres Inquisitores hæreticæ pravitatis, signanter circa illud, quod frequenter evenit super illo juris fundato documento, quòd pendente contentione, seu conferentia, nil est innovandum, Reg. Cortiada *decis.* 22. *à numer.* 1. & *decis.* 30. *sub numer.* 51. *par.* 1. Francès de Urrutigoyti *de competen. Jurisdic. quæst.* 37. & 38. qui etiam docent, quòd conferentia, aut competentia pendet à die, & hora, qua per scribam mandati exponitur venerabilibus Patribus Inquisitoribus per modum chirographi vulgò *recado* deliberatio suæ Excellentiæ, & Regii Concilii, juxta tradita à Reg. Cortiada *decis.* 22. *à nu.* 48. Urrutigoyti *de comp. Jurisd. quæst.* 5.

Firmata namque competentia cum Venerabilibus 60
Patribus Inquisitoribus super cognitione delicti principalis, potest incidens effractionis carcerum Regiorum puniri à Regia Curia; prout ita fuit declaratum infra, ibi: *Die* 8. *Mensis Julii* 1665. *in Regio Concilio, Præsidente Nob. Josepho de Casademunt olim de Boxadòs, Regiam Cancellariam Regente, inter fuerunt cum eo Nob. & Magnifici Regii Concilii Senatores sequentes.*

Don Josphus Marti de Ferran.
Joannes Cellers.
Don Michael de Pallares.
Ludovicus Ferrer F. A. R. C.
Bernardus de Alzina & Vilallonga.

In facto propositionis factę per Nob. Regentem Regiam Cancellariam, circa contenta in quadam epistola per suam Excellentiam remissa unà cum alia Do. Fœlicis de Ubago & Rio Inquisitoris presentis Principatus Cathaloniæ, fuit conclusum, quòd dictę epistolę inserantur de verbo, ad verbum.

Remito à v. m. el incluso papel, que he recibido del Inquisi- 61
dor Don Felis de Ubago, en que dize la orden, que ha tenido del Consejo de la Inquisicion, para abstenerse del conocimiento en la causa de sodomia, que havia prevenido el Doctor Ioseph de Balaguer; y paraque se pueda executar la sentencia de cien açotes en la persona de Salvador N. por aver cooperado en el rompimiento de la carcel, como mas particularmente verà v. m. por dicho papel à que me refiero, y le passo original, assi porque se proceda como es de justicia en estas dos causas, bolviendose el reo à las carceles para la competencia, despues de açotado, como porque este papel original se ponga en la parte donde toca, paraque en adelante haya esta claridad, guarde Dios à v. m. muchos años, Barcelona 4. de Julio 1665.

Señor Regente.

Don Vicente Gonzaga.

El Tribunal ha tenido orden del Consejo de la Santa, y 62
General Inquisicion, paraque alce la mano del conocimiento del delito de sodomia en la causa que previno el Doct. Joseph de Balaguer, y tambien paraque diga à V. E. que pueda mandar executar la sentencia de açotes, por el quebrantamiento de la carcel en la persona de Salvador N. vezino de Olesa, preso por la muerte proditoria de Pedro Malvitjes Familiar de este Santo Officio,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sobre cuyo conocimiento esta formada competencia, frviendose V. E. de mandar despues bolver à la carcel à dicho salvador N. para que se siga la competencia sobre el conocimiento del delito principal. Y el Excelentissimo Señor Obispo Inquisidor General me manda en carta à parte, que de luego esta à T. E. &c. de la Inquisicion, y Julio à 4. de 1665.

Excelentissimo Señor

B. l. m. de V. E.
s. Capellan, y siervo mas rendido

Don Felix de Ubago y Rio.

62 Pariter etiam pendente conferentia, seu competentia, venerabiles Patres Inquisitores, & Judices Ecclesiasticos absolvere excommunicatos, & carceratos relaxare teneri, suadet ratio, quæ subsequitur; nam in concordia Eminentissimi Cardinalis Zapata leguntur verba hæc: *Y dando libertad, y soltura à los presos, sitos huviere de qualquiera de los Tribunales, con fianças figuras para entrambas Curias, en caso que no haya peligro de fuga, y conforme drecho haya lugar.*

63 Vnde traditur, quòd interim pendente conferentia, seu competentia excommunicati ab Inquisitoribus absolvuntur, & Rei capti tam per Regiam Curiam, quam per Inquisitores in delictis gravibus, & atrocibus, si pro illis imponenda veniat pœna sanguinis, vel alia corporalis, in carceribus detinentur; in levibus autem delictis, ubi non agitur de pœna corporali, sed pecuniaria, cum fideiussoribus relaxantur, cum quibus quadrat jus commune, ut probat Reg. Cortiada *dict. decis.* 30. *n.* 68. Faria ad Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 8. *n.* 122. diximus alibi.

64 Sic fuit observatum in Reg. Criminali Concilio ad relationem Magnifici Pauli Guiamet in favorem Hieronymi Brunet, & in favorum Honorati Cabestany, qui fuerunt traditi idoneæ manuleutæ, donec, & quousque fuisset expedita, & declarata competentia firmata per Regiam Curiam, & Tribunal Sanctæ Inquisitionis, ad pœnam ducentum librarum, prout attestatur Reg. Cortiada *dic. decis.* 30. *num.* 67. *in fine.*

65 Adde similes 2. Octobris 1564. ubi fuit conclusum, quòd Josephus N. traderetur idoneæ manuleutæ, nomine Regiæ Curiæ (erat captus in Regiis carceribus Civitatis Gerundæ) donec, & quousque fuisset expedita, & declarata competentia formata per Regium Concilium, & Tribunal Sanctæ Inquisitionis, ad pœnam ducentum librarum, & quod pro his fierent, & expederentur opportuna, & stylata, & 6. Feb. 1665. ref. Regio Senatore Nob. Michaele de Pallares I. R. C. fuit conclusum, quòd Franciscus N. Civis honoratus Barcinonæ relaxaretur ab arresto sub quo detinebatur, & traderetur idoneæ manuleutæ, donec, & quousque foret expedita, & declarata competentia firmata inter Regiam Curiam, & Tribunal Sanctæ Inquisitionis, de se repræsentando in carceribus illius Curiæ, quæ obtineret in dicta competentia, ad pœnam quinquaginta librarum.

66 Sic die 28. Junii 1672. conclusione facta in Regio Concilio, ad relationem Regii Senat. Michaelis Jo. Taverner & Rubi fuit provisum, quòd Jo. N. traderetur idoneę manuleutæ, arrestatus per totam Vicariam strictam Barcinonæ, ad pœnam quingentum librarum, donec, & quousque fuisset declarata, & expedita competentia firmata inter Regiam Curiam, & Tribunal Sanctæ Inquisitionis, & in casu contrafactionis, pendente dicta competentia, exequeretur reo dicta pœna per quamcumque ex dictis Curiis simul, & in solidum, & etiam finita, & declarata competentia in favorem F. P. R. C. traderetur idoneæ manuleutæ, cum reincidentia intra dies decem, absque ulla requisitione, & quandocumque foret requisitus teneretur se reponere intus Regios carceres sub eadem pœna.

67 Sic cum Nob. Thomas N fuisset captus in Regiis carceribus hujus Civitatis ad relationem Regii Senatoris Michaelis Joannis de Taverner & Rubi ad effectum se curandi ab infirmitate, qua gravabatur, sine præjudicio competentiæ firmatæ inter Regiam Curiam, & Tribunal Sanctæ Inquisitionis die 20. Junii 1673. conclusione sequuta in Regio Concilio, fuit relaxatus cum manuleuta, arrestatus in domibus Nob. Narcisi de Escallar in platea Sanctæ Annæ præsentis Civitatis Barcinonæ, sub pœna tercentum librarum, & dictus Thomas N. die 22. Junii 1673. penès Joannem Morer & Pasqual Regium scribam mandati sine præjudicio dictę competentię se obligavit servare dictum arrestum, & quod quotiescumque esset requisitus per Regiam Curiam, seu per Curiam Tribunalis Sanctæ Inquisitionis, aut per alteram, illarum independenter una ab alia, se reponeret intus Regios carceres Barcinonę non guidatus, nec assecuratus, sed ad forum, seu judicium Domini Regis, ejusq; Locumtenentis Gener. seu Regię Curię, ad dict. pœnam tercentum librarum, pro quibus suos fidejussores dedit, quos approbavit Regens Regiam Thesaurariam; & quia dictus Thomas. N non observavit arrestum; nam requisitus non se reposuit ad Regios carceres, ferunt exequuti principalis, & fideiussores, cum provisione facta die 22. Septembris 1673 & in effectu per Fiscum integra pœna fuit imbursata.

Sic etiam die 25. Martii 1684. ad relationem Regii 68
Senatoris Nobilis Francisci de Cancer I. R. C. in causa Francisci N. Familiaris Sancti Officii, qui pendente competentia, fuit relaxatus sub manuleuta sine præjudicio dictæ competentiæ, ut infra annotatur.

Duplici ratione fundatur, quod interim, quo pendet 69
competentia, debent excommunicati absolvi. Prima, quia passim excommunicatio declaratur pro casibus, in quibus tantùm deberi potest pœna pecuniaria, ut puta quia prætenditur, quòd Familiares Sancti Officii tenentur contribuere in taleis Vniversitatum, quod possunt exequi pro pœnis impositis pro re concernenti publicam salutem; unde cum in his terminis debent inquisiti à carceribus relaxari, æqua lance excommunicati veniunt absolvendi.

Secunda, quia licet procedat æquiparatio de excom- 70
municatione ad capturam, Salgado *de reg. protec. lib.* 2 *cap.* 4. *numer.* 242. nihilominus quoad relaxationem utriusque multum absimilis ratio facit, quia in absolutione excommunicationis periculum est in mora, quia quotidie morimur, & quolibet momento sumus in periculo mortis, & in relaxatione capturæ periculum est in festinatione, & in delictis gravibus insurgeret magnum inconveniens: quia etiam cum fideiussoribus relaxati (in casu declaratæ competentiæ, Rei fugiendo pœnam corporalem evaderent, prout ratiocinatur Salgado *d. lib.* 2. *c.* 4. *numer.* 249.

FORMA relaxandi reum pendente competentia inter Regiam Curiam, & Tribunal Sanctæ Inquisitionis.

Excellentissime Dñe.

Ad notitiam Francisci N. Familiaris Sancti Officii in 71
Regiis carceribus capti pervenit in conferentia occasione suæ capturæ habita inter Regiam Curiam, & Tribunal Sanctæ Inquisitionis fuisse concordatum, quod relaxetur pendente competentia cum idonea manuleuta de se repræsentando in favorem illius Curiæ, quę in competentia obtinuerit sub pœna viginti quinque librarum, offerens propterea dictam manuleutam, supplicat, à carceribus relaxari, & justiciam ministrari Offi.

Altissimus, &c.
N.

Remittatur Nob. Relatori causæ, qui super supplicatis debitè provident

Provisa per Nob. Reg. Cancel. die 25. Martii 1684
Scriba Badia.

Recepta d. d. & anno insequendo conclusionem in Regio Concilio factam providet, quòd fine præjudicio competentiæ firmatæ inter Regiam Curiam, & Tribunal Sanctæ Inquisitionis, Franciscus N. tradatur idoneæ manuleutæ, quod finita, & declarata dicta competentia in favorem Regiæ Curiæ, intra dies decem absque ulla requisitione, & quandocumque fuerit requisitus, se reponet intra Regios carceres Barcinonæ, sub pœna vigintiquinque librarum.

Manuleutæ instrumentum Joannis N. de quo supra, fuit receptum per scribam mandati, & Secretarium Tribunalis Sanctæ Inquisitionis, simul stipulantes, & in solidum claudentes, aliud Nob. Thomæ de N. singuli separatim sua receperunt instrumenta manuleutæ, & hoc ultimum, post habilitationem fidejussorum factam

per

UAB Biblioteca de Ciències Socials

per Regentem Thesaurariam (prout in omnibus citatis exemplaribus fuit observatum) admisit Regium Criminale Concilium, sub forma sequenti.

Die vigesima quinta mensis Martii anno à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo octogesimo quarto, &c.

72 *Franciscus N. Civis Barcinonæ in Regiis carceribus præsentis Civitatis Barcinonæ nunc captus, & detentus gratis, &c. sine præjudicio competentiæ firmatæ inter Regiam Curiam, & Tribunal Sanctæ Inquisitionis, &c. convenit, & bona fide promisit Excellentissimo Domino Locumtenenti, & Capitaneo Generali, & Regiæ Curiæ, quòd finita, & declarata dicta competentia in favorem Regiæ Curiæ intra dies decem absque ulla requisitione, & quandocumque fuerit requisitus, se reponet intra Regios carceres Barcinonæ sub pœna viginti quinque librarum monetæ Barcinonæ, & pro his dedit in fidejussores Joannem Miquel ligni armorum fabrum vulgò* ensapador de armas *Villæ Campirotundi Diœcesis Gerunden. Barcinonæ habitatorem, & Hiacynthum Roca sartorem Civem Barcinonæ præsentes, qui acceptarunt, & obligarunt simul, & in solidum personas, & bona tanquam pro debitis Fiscalibus, & Regalibus, & principalis præstitit sacramentum, & homagium ore, & manibus, commendatum penès commentariensem Regiorum carcerum Barcinonæ nomine suæ Majestatis recipientem.*

Testes sunt Dionisius Corder & Desprats Alguazirius ordinarius præsentis Principatus Cathaloniæ, & Nob. Gervasius de Assecins Agorreta Secretarius Sanctæ Inquisitionis.

73 In Regio decreto dato Matriti 24. Julii 1680. decisum observavi, conferentias inter Venerabiles Inquisitores hæreticæ pravitatis, & Regiam Audientiam esse in hoc Principatu unicum remedium, ad decidendas competentias inter hos Magistratus, de quarum praxi perpensa colliges à Reg. Cortiada *decis.* 30.

74 Sed ne in congressu super urbanitate habenda inter conferentes suscitentur contentiones, & quod confert publico, tenebris difficultatum comprimatur, neve à cætero sub oblivione transeant quæ nostris temporibus placidum statum tenent, hinc importunum non censeo circa hanc rem decreta, & observata recensere.

75 Æquabilitatem inter hos Magistratus esse servandam in illa concertatione statuit Dominus noster Rex in suo Regio decreto dato Matriti 19. Septembris 1664. per suum Sacrum Supremum Concilium Coronæ Aragonum, cujus est littera.

El Rey.

76 *Spectable Don Vicente Gonzaga, Gentilombre de mi camara, de mi Consejo de Guerra, mi Lugartiniente, y Capitan General; con ocasion de aver de conferir el anno de 1661. un Ministro de esse mi Real Audiencia con el Inquisidor mas antigo de esse Principado, en una competencia, mande con orden de 24. de Deziembre del dicho año, que en la forma de juntarse, y en la cortesia, con que se han de tratar, se observasse lo que se huviesse estilado en casos de esta calidad, sin que se intente, ni permita novedad; y aviendome representado que por no tener la Audiencia entera noticia de lo estilado antes del año 1640. en razon de la cortesia, con que han de tratarse, por entenderse, que el Inquisidor pretenderia, que el Ministro mio le dè Señoria: Ha parecido deziros, que en la conferencia, que se huvo aqui entre Ministros de ambos Consejos por una causa de Juan Pujalt Familiar del Santo Officio en 21. de Febrero del año 1639. se acordò, que en quanto à esso, que entre el Inquisidor, y Oidor què huviessen de conferir abi sea reciproca la cortesia, supuesto lo qual, y que hasta aora no ay, ni se ha ofrecido cosa en contrario; es razon, y mi voluntad, que reciprocamente se tratende Merced en las conferencias, que se ofreciere tener, y que en lo demas se observe lo estilado, como mande por dicha orden de 24. de Deziembre de 1661. Dat. en Madrid à 19. de Setiembre 1664.*

Yo el Rey.

Ut. Don Christoph. Crespi Vicecan.
Ut. Don Georgius de Castellvi.
Ut. Exea Regens.
Ut. D. Petrus Villacampa Reg.
Ut. Marchio de Hariza.
Ut. Don Michael del Calba.
Ut. D. Ant. Ferrer.

Don Didacus de Sada Secretarius.

Circa reciprocam urbanitatem inter Senatorem Regium, & Inquisitorem servandam (juxta ea, quæ in præsentiarum obtinemus) quod profertur est. 77

Hora assignata ad conferentiam accedit Senator Regius (causæ Relator est) domum Tribunalis Sanctæ Inquisitionis, nullis nisi assuetis consularibus, ornatus insigniis, toga videlicet, pallio, & pileo, quibus moris est uti: perventus ad oreolam scalæ ante portam Regii Archivi, nunciare facit accessum Inquisitori antiquiori, qui illicò familiam suam mittit, & hæc antecellit Senatorem ascendentem, Senator in cacumine scalæ Inquisitorem invenit, Inquisitor epitogio, & sacerdotali pileo amictus, latus sinistrum Senatoris suscipit, & post Senatorem omnes portas aularum ingreditur intus locum, in quo conferentia agitur. Modus sedendi est, mensa de transverso ponitur, tapeto convestita, in medio aulæ, sedet Inquisitor in transverso mensæ de facie ad portam, Senator Regius in alteto transverso mensæ, versa facie ad portam, de aspectu ad aspectum Inquisitoris, sedes Inquisitoris, & Senatoris sunt æquales; in capite mensæ in latere dextero Inquisitoris, & sinistro Senatoris sedet Secretarius Tribunalis Sanctæ Inquisitionis. Inquisitor habet tintinabulum: agitatur conferentia, & interdum primò eam verbo suscitat Inquisitor, interdum Senator Regius, nec inter eos controvertitur, quisnam primus conferre teneatur, diligenti examine, perpolitè, & cum gravi humanitate res discutitur, plerumque alter alteri assentitur; plerumque verò unusquisque suo sensu abundat, & tunc singuli emittunt sua vota, primò Senator, postea Inquisitor (juxta tradita à Reg. Cortiada *dec.* 30. *nu.* 49. & infra recitatur) prorogatur plerumque conferentia ad alium diem de consensu amborum Ministrorum, Senatoris nempè, & Inquisitoris, & prorogatio annotatur per Secretarium; post congressum non dissimili urbanitate Inquisitor antecedit Senatorem, primus egreditur portas aularum, sinistram manum suscipit, & in assumitate scalæ, à Senatore digreditur, & adhuc familia Inquisitoris Senatorem prægreditur usque ad foràs domus Inquisitionis.

In his conferentis tantùm assistit Secretarius Inquisi- 78
tionis, non verò scriba mandati (qui statim, quòd familia Inquisitoris obsequiosè occurrit ad accipiendum Regium Senatorem, ab ejus associatione digreditur) ut fuit decretum per suam Majestatem Dominæ nostræ Reginæ in Reg mandato per Sacrum Supremum C. Coronæ Aragonum 7. Septembris 1667. & sequitur.

La Reyna Governadora.

Ilustre Duque de Ossuna y de Vzeda, Primo, mi Lugar- 79
tiniente, y Capitan General: haviendo entendido, que ay algunas causas pendientes, en que ha de conferirse por Ministros de la Real Audiencia, y por los Inquisidores del Tribunal de esse Principado, y que no se juntan por la duda, de si ha de entrevenir, ò no escribano de mandamiento, con el Notario del secreto del Santo Officio; y teniendo por conveniente, que corran las causas, y no padescan las partes en la detencion los inconvenientes, que suelen resultar en perjuizio de ellas mismas, y de la Real jurisdiccion. He resuelto continue en assistir en estas conferencias el Notario de la Inquisicion, sin el escribano de mandamiento, de que he querido advertiros, para que assi se observe en las conferencias, que se ofrecieren, y porque no se dilaten mas las que ay pendientes, en prejuizio de la administracion de justicia, os encargo, y mando cuydeis de que se tengan luego, en que sereis servida. Dad. en Madrid à 7. de Setiembre de 1667.

Yo la Reyna Governadora.

Ut. Don Criſtoph. Creſpi Vicecan.
Ut. Don Petrus Villaçampa.
Ut. Exea Regens.
Ut. Fernandez ab Heredia.
Ut. Don Antonius Ferrer.

Ut. Don Georgius de Caſtellvi.
Ut. Viloſſa Regens.

Don Didacus de Sada Secretarius.

FORMA vovendi, quando Senator Regius, & Inquiſitor diſſentiunt, eſt.

80 *En el Real Palacio de la Inquiſicion de Barcelona à 11. dies del mes de Febrero de 1675. annos eſtando el Señor Inquiſidor Licenciado Don Balthazar de Prado en el quarto de ſu habitacion, vino à el à las dos horas de la tarde el Señor Doctor Joſeph Aleny, Iuez de la Real Audiencia deſte Principado, para fin, y efecto de conferir en la competencia formada entre eſte Tribunal del Santo Oficio de eſta Inquiſicion de Barcelona, y la Real Audiencia Civil, ſobre la pretencion particular, quettiene la Villa de Centellas, de collectar à los Familiares del Santo Oficio, y viſto los proceſſos hechos por ambas Curias, y aviendoſe hecho tarde, remitieron para otro dia conferir ſobre ello, y ſennalaron el primer dia juridico de Quareſma, ſegun que paſſo ante mi Don Antonio Ponze Cavallero.*

81 *En el Real Palacio de la Inquiſicion de Barcelona à 28. dias del mes de Febrero de 1675. annos eſtando el Señor Inquiſidor Licenciado Don Balthazar de Prado en el quarto de ſu habitacion, vino à el à las dos horas de la tarde el Señor Doctor Joſeph Aleny Iuez de la Real Audiencia deſte Principado; para fin, y efecto de continuar la conferencia en la competencia formada entre el Tribunal del Santo Oficio y la Real Audiencia Civil, ſobre lo arriba mencionado: Y el Señor Doctor Joſeph Aleny dixo que à 26. de Março 1675. los Jurados, y Univerſidad de la Villa de Centellas Obiſpado de Vique preſentaron ſupplicacion à ſu Excelencia, y Real Audiencia, referiẽdo que ſi bien eſtavan en poſſeſſion de cobrar las collectas, que deliberò dicha Univerſidad para ſubvenir à ſus neceſſidades, contribuciones de los ſoldados, ſocorros de levas, bagajes, y otros de Iſidro Figueres labrador de la Mora, Miguel Rovira dels Zerdans, Iuan Darmils, Iuan Serrataco labradores de San Quirſe Safaja, Joſeph Preſeguer de San Miguel Sasforgas, Maria Caſtellar viuda de Pedro Iuan Caſtellar de Valldeneu, T. Trias labrador de Balanya, T. Aguilar de la Quadra y Joſeph Eſtrada carpintero de Centellas, por 18. caſas con ſus heredades que tienen en los terminos de dicha Villa. la qual poſſeſſion prueban cõ relacion jurada de receptores de las rentas de la Villa de que dàfee Franciſco Vila Notario de la Ciudad de Vique, que continuando dicha poſſeſſion, por aver rehuſado pagar el año paſſado de 1674. Iſidro Figueres de la Mora, Miguel Rovira de Zerdans, el Jurado de Centellas, Amador Serra con aſſiſtencia de Jayme Piquer, y Caſanovas Bayle de las Parrochias de Centellas, lo exeeuto, tomando algunos ganados; por lo que acudieron à el Comiſſario del Santo Oficio del diſtricto de Vique, que mandò à dicho Bayle, y Jurado que dentro de tres horas, con pena de excomunicacion lata ſententia, que bolvieſſen las prendas, y por no averlas buelto, les publicaron eſcomulgados, y intentando el* Interdictum ſummariſſimum retinendæ poſſeſſionis, *ſuplican ſean mantenidos en dicha poſſeſſion; y por quanto no ſon ſubditos de la Santa Inquiſicion, ni contra ellos ſe ha podido proceder con los mandatos, y Cẽſuras referidas, que ſe eſcriba à los Venerables Padres Inquiſidores, que revoquen dichos procedimientos, y Cenſuras, y en caſo que tengan duda enello, firmen la conferencia en la forma eſtilada: en fuerça de proviſion hecha en la referida ſuplicacion, ſe deſpachò recado, que ſe preſentiò à 28. de Henero de 1675.*

82 *A el qual reſpondiò el Tribunal de la Santa Inquiſicion, con recado à 1. Febrero, que contiene, que la pretencion de los Jurados, y Univerſidad de Centellas non tienen fundamento. Primeramente, porque* hic allegantur fundamenta juriſdictionis Tribunalis Sanctæ Inquiſitionis.

83 *Se reſpondiò à eſte recado en 7. de Febrero del dicho año, y con otro de 9. ſe admitiò la conferencia, y ſe ſennalo dia, por ſer tarde, mandaron ceſſar en eſta conferencia, y ſennalaron el lunes quarto del corriente, ſegun que paſsò ante mi Don Antonio Ponze Cavallero.*

En el Real Palacio de la Inquiſicion de Barcelona à 4. 84
dias del mes de Março de 1675. años eſtando el Señor Inquiſidor Licenciado Don Balthazar de Prado en el quarto de ſu habitacion, vino à el à las dos horas de la tarde el Señor Joſeph Aleny Ivez de la Real Audiencia deſte Principado, para continuar la conferencia ſuſodicha.

El Señor Doctor Joſeph Aleny proſiguiò, diziendo, 85
que eſta cauſa pareceno puede tocar à el Tribunal de la Santa Inquiſicion, tanto por razon de la materia, que ſe trata en ella, como por la forma del iuizio: en quanto à la materia, &c. hic recitantur rationes, & reſpondetur allegatis in contrarium, & concluditur.

Por todo lo referido, el dicho Señor Doctor Joſeph Aleny 86
es de parecer, que el Tribunal de la Santa Inquiſicion deve revocar los procedimentos, que ha hecho ſobre eſta materia, y remitir la cauſa, y papeles à la Real Audiencia, para que en ella ſe profiga, y ſe adminiſtre iuſticia à las partes, y ſi el Señor Inquiſidor no ſe aiuſta à eſte parecer, lo es, de que ſe remita eſta competentia à los Sacros Supremos, y Reales Conſejos de Aragon, è Inquiſicion.

El Señor Inquiſidor dixo, &c. 87
Por lo que es de parecer, que eſta cauſa ſe ha de continuar en el Santo Oficio, donde ſe comensò, y en caſo que el Señor Doctor Joſeph Aleny no ſe conforme, viene bien que ſe remita à los Señores del Conſejo Supremo de Inquiſicion, y Aragon. Y el dicho Señor Doctor Joſeph Aleny perſeverò en lo que tenia dicho, y de acuerdo reſolvieron ſe enviaſſe eſta competencia à los Señores de dichos dos Conſejos, y lo firmaron. Licenciado Don Balthazar de Prado. Doctor Joſeph Aleny ante mi Don Antonio Ponze Cavallero.

Concuerda con ſu original, de donde lo ſaquè, que queda con los papeles de la competencia que ſe ha formado contra los ſuſodichos, à que me remito, de que doyfe.

Don Franciſco de la Blanca.

Conſiliarius Regius tenetur mittere votum Advocato Fiſcali Sacri Supremi Concilii Coronæ Aragonum, & in margine copiæ voti ſubdere poterit doctrinas, quibus ad vovendum motus fuit, vel formare valebit ſeparatim à voto, Juris diſcurſum, vel memoriale, allegando fundamenta ſua, & contrariis ſatisfaciendo. 88

Ex dicto Regio reſcripto diei 24. Julii 1680. pariter conſtat, conferentias has extrajudiciales eſſe, per modum gubernii ſtatutas, & ſicut cum illis terminantur cõtentiones inter Regiam Audientiam, & Tribunal Sãctæ Inquiſitionis ſuſcitatæ; ita etiam interdum ſine conferentia per modum œconomicæ poteſtatis finiuntur competentiæ aliæ inter hos Magiſtratus evenientes, qualis fuit illa ſuper jure milites hoſpitandi Familiares Sancti Officii, ut in inferiori Regio reſcripto patet, ibi. 89

El Rey.

Illuſtre Duque de Bournonville, Pariente, mi Lugartiniente, y Capitan General. Recibioſſe vueſtra carta de 31. de Julio proximo paſſado, en que me dais cuenta del peligro que corre en eſſe Principado, por aver un grande alboroto originado de la novedad de no querer el Inquiſidor Don Franciſco Vaca, que los Familiares del Santo Officio alojen, ni contribuyan en coſa alguna, aviendo prevenido à los que viven en lugares ſujetos à alojamento, que no le admitan, y que los Comiſſarios eſcomulguen, y mulcten à los Bayles, y Jurados que les hizieren algun repartimento, y que ſobre eſto ſe han deſcomedido, demanera los Miniſtros, y Familiares de la Inquiſicion, en quatro, ò cinco lugares, que el pueblo de ellos ha ſacado la cara à favor de los Bayles, y Jurados, y ha querido maltratarà algun Familiar en ſu caſa, y perſona, de que ſe venga dicho Inquiſidor con excomuniones, y penas que en diferentes lugares ha promulgado contra dichos Bayles, y Jurados, con manifieſto rieſgo de ſuceder muchos eſcandalos, y diſturbios: Y que hallandoos enterado de todo, aviais diſpueſto tener una conferencia con dicho Inquiſidor Vaca, y el Canciller, Regente, y mi Abogado Fiſcal Patrimonial, para perſuadirle à que ſe queduſſen las coſas, como ſe aiuſtaron en tiempio del Marquès de Mortara, ſiendo mi Lugartiniente, y Capitan General en eſſe Principado; pero que no quiſo venir en ello, 90

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lo, ni tampoco en suspender sus executiones, ni absolver à los descomulgados, hasta que informado yo de todo tomasse resolucion en la materia, con cuyo motivo ponderays la importancia de que se ponga en esto quanto antes el remedio, de que se necessita, mayormente persistiendo el dicho Inquisidor en sus procedimentos, y lo que procura crecer cada dia el numero de los Familiares, haziendose estos odiosos; y causando con su franqueza la ruina de los lugares, por redundar en prejuizio de los pobres, imposibilitandose por este camino, el que se mantenga el alojamiento de la Cavalleria, y aviendo visto lo referido, y tambien el informe del Regente, y Abogado Fiscal, en que dizen, que segun el capitulo 32. de los concedidos, y decretados por el Inquisidor General, à peticion de los tres Estamentos de Cathalunna, convocados en las Cortes de Monzon. Y en el capitulo 27. de la Concordia del anno 1568. del Cardenal Espinosa, deven los Familiares del Santo Officio alojar, y hospedar los Soldados, por ser carga Real, y Patrimonial, y no personal, sin que puedan los Inquisidores escusarles de ello, y que el dicho Marques de Mortara governando essos cargos por evitar dudas en la intelligentia de dichos capitulos, ajustò, y concordò con el Inquisidor Don Pedro Chacon, que siempre que los Jurados, y Bayles de las Villas tuviessen alojamiento, le huviessen de tener tambien los Familiares, cuya concordia se ha observado hasta aora, que con motivo de averos escrito, tuviessys la mano, en que seguardassen à los Ministros de la Inquisicion sus privilegios en la forma, que les estuvieren concedidos, el dicho Inquisidor Vaca en fuerca desta orden ha embiado cartas à los Comissarios del Santo Oficio; paraque en caso de alojar los Jurados, y Bayles en las casas de los Familiares, soldados, los descomulguen, y considerando todo lo que sobre esta materia se discurre, he resuelto, se escriva al Inquisidor de essa Ciudad Don Francisco Vaca, paraque con toda precision, y sin la menor dilacion, ni replica absuelva à cautela à todos los que por ocasion de estas competencias tiene descomulgados, y que juntamente se contenga en los limites que le permiten los concordados, y Reales ordenes à cerca del numero de los Oficiales y Familiares que puede aver en cada uno de los Pueblos de essa Provincia: Y que sin prejuizio de los drechos, assi de mi Real Fisco, como de los que puede tener la Inquisicion per aora, y mientres no se determinaren estas competentias, en la forma que està prevenido, y dispuesto por las Concordias, y en particular la referida del Cardenal Zapata del anno 1631. y Reales ordenes, seguarde, y observe el expediente, que se tomò en tiempo del Marques de Mortara, siendo mi Lugartiniente, y Capitan General, con esse Tribunal, tocante à que en caso de alojar los Bayles, y Jurados, lo huviessen de hazer tambien los Familiares, à cuyo fin he mandado al Inquisidor General se execuce assi, de que he querido advertiros; paraque lo tengais entendido, y dispongais se observe en la forma sobre dicha, que assi es mi voluntad. Dat. en Madrid à 20. de Setiembre 1683.

Yo el Rey.

Ut. D. Petrus Villacampa Reg.
Ut. Don Josephus Rull Regens.
Ut. B. Joannes Baptista Pastor Reg.
Ut. Valero Reg.

Don Francisco Yzquierdo de Berbegal Secretarius.

Sequitur aliud Regium rescriptum suprà eadem materia.

El Rey.

91 *Ilustre Duque de Bournonville, Pariente, mi Lugartiniente, y Capitan General. Aviendo entendido por carta del Doctor Don Miguel de Cortiada Regente de essa Real Audiencia, escrita al Doctor Don Francisco Comes, y Torrò Fiscal en este mi Consejo Supremo en 16. de Octubre del anno passado, que aunque con mi Real despacho de 20. de Setiembre antecedente se os participò la resolucion, que yo fui servido tomar de mandar al Inquisidor General, que en el interim, que no se determinavan las competencias suscitadas entre esse Real Audiencia, y esse Tribunal de la Inquisicion sobre el alojamiento de soldados, que rehusan los Familiares, ordenasse la execucion del ajuste, que en tiempo del Marques de Mortara governando essos cargos, se tomò con los Inquisidores, de que alojando soldados los Jurados, y Bayles, lo huviessen de hazer tambien los Familiares, y Oficiales de la Inquisicion, y que se absolviessen los escomulgados à cautela: No solo se avia hecho assi por essos Inquisidores; pero que, ni habun noticia tenian de la referida resolucion, me ha representado con este motivo el Inquisidor General, que yà està dada la providencia conveniente por aora sobre el alojar los Familiares en esse Principado en igualdad de los Bayles, y Jurados de los Lugares, y lo demàs arriba mencionado en conformidad de mi resolucion. Pero siendo conveniente que los Ministros de una, y otra jurisdiccion se junten en esta Corte (como se acostumbra) paraque confieran la forma en que esto ha de quedar asentado para adelante en tiempo de paz; he resuelto se execute assi, y se procure conservar à los Familiares, y Ministros del Santo Oficio en essa Ciudad, y Principado la inmunidad de sus Privilegios, en que os encargo pongais por vuestra parte especial cuidado. Dat. en Madrid à 13. de Henero 1584.*

Yo el Rey.

Ut. D. Petrus Villacampa Reg.
Ut. Don Josephus Rull Reg.
Ut. D. Joannes Baptista Pastor Reg.
Ut. Valero Reg.

Don Franciscus Yzquierdo de Berbegal Secretarius.

DECISIO CI.

ARGUMENTUM.

Constitutarius habet possessionem manutenibilem, quid quando constitutum est conditionale, quid quando est collatum post mortem, aut in tempus mortis, & quando cum clausula *nunc prout ex tunc*, vel *tunc prout ex nunc*, vel cum sola clausula *prout ex nunc*, quæ omnia cum variis Senatus nostri decisionibus illustrantur, & terminantur.

SUMMARIUM.

1 *Constitutum est modus fictus transferendi possessionem tam in corporalibus, quàm in incorporalibus, & quid requiratur in corporalibus.*
2 *In rebus immobilibus id procedit non verò in mobilibus.*
3 *Ut constitutum operetur, requiritur, ut contractus, cui opponitur, sit validus.*
4 *Requiritur quod constituens sit legitimus possessor rei tempore constituti, ubi an Procurator, Curator, vel Syndicus per actus fictos possint transferre, vel adquirere eo nomine possessionem.*
5 *Ex clausula cõstituti reperta in instrumento probatur possessio inter contrahentes, & quid contra tertium.*
6 *Decisio Senatus.*
7 *Constitutum debet esse de re certa.*
8 *Ut constitutum tranferat possessionem, requiritur, quod constitutarius sit præsens tempore constituti, vel si absens ratificaverit tempore habili.*
9 *Licèt constitutario intentare remedia possessoria, & detentio sola remanet penès constituentem.*
10 *Constitutũ collatum post mortem constituentis inutile redditur tanquam collatum ad tempus inhabile.*
11 *Limitatur favore dotis.*
12 *Stante in constituto clausula* nunc prout ex tunc, *vel e converso,* tunc prout ex nunc, *constitutum collatũ post mortem constituentis, an suum operetur effectũ, negativam sequuntur Doctores, qui hic recitantur.*
13 *Affirmativam alii, & quod idem operatur clausula* ex tunc *absque additamento* prout ex nunc.
14 *Alii distingunt, quod si clausula* nunc pro tunc

est apposita in constituto, eo dicatur translata possesso, secus si in alia parte.

15 *Opinioni Doctorum distinguentium est standum.*

16 *Est certum quòd in contractibus ab initio puris per clausulam* constituti *transfertur possessio manutenibilis in constitutarium.*

17 *Constitutum est purum, si donatio, cui accessit, est pura, licèt executio fuerit delata ad tempus mortis.*

18 *Stante clausula* ex nunc, *etsi donator reservet sibi usumfructum, non impeditur translatio possessionis.*

19 *Differentia assignatur, quando constitutum est collatum post mortem, aut quando in tempus mortis.*

20 *Ratio supradictorum traditur.*

21 *Decisio Senatus.*

22 *Respondetur decis. Rotæ coram Duran cum eadem Rota num. 24.*

23 *Constitutum potest firmari à die contractus, suspenso effectu in aliud tempus.*

24 *Per pactum potest donator, si se reservat usumfructum possessionem civilem retinere, & potest in constituto apponi conditio.*

25 *Respondetur doctrinæ Urceoli.*

26 *Etiam respondetur Hondedeo, & aliis.*

27 *Pariter satisfit doctrinæ Hodiern.*

28 *Decisio Senatus.*

29 *Alia decisio Senatus, & num. 30.*

31 *In judicio assistentiæ non admittitur exceptio fideicommissi antiqui, & quæ exceptiones admittantur.*

32 *Decisio Senatus.*

33 *Alia decisio Senatus.*

1 CONSTITUTUM est modus fictus, per quem verè transfertur dominium, & possessio, absque actuali, & corporali traditione, *ex l. sicut, §. supervacuum, ff. quibus mod. pig. vel hipoth. sol. l quædam, ff. de rei vindicat. l. quod meo 18 ff. de adquirenda posse.* Pereg *lib. 4. de modo fict. adquir. posse. n. 66.* Noguerol *alleg. 26. n. 206.* Merlin. *controv. c. 17. n. 24. & c. 19 nu. 19. cent. 2.* Bonden *collect. leg. 47. nu. 42. & 43.* Olea *de cess. jur. tit. 6. quæst. 5. n. 5.* Salgado *de Reg. protect. par. 4. cap. 8. à n. 114. ad 123.* Capic. Latro *consul. 137. n. 22.* Xammar *rerum Judic. def. 74. per totam,* Ramon *consil. 26. nu. 18.* Ferret *sup. Const. Hac nostra temp. 1. declar. 1. n. 9.* Peguera *decis. 48 n. 7. ad 10.* latissimè Post. *obs. 20.* ubi *nu. 13.* ea procedere ait tam in rebus corporalibus, quàm incorporalibus, Tiraquellus *de constituto 2. par. ampl. 34.* Peregrin. *dict. l. 4. n. 66.* Rota penes Postium *post tract. de manut. decis. 265. nu. 1. & 2.* & apud Farinac. *decis. 764. n. 2. par. 2.* Burat. *decis 133. nu. 3. & 175. nu. 6. & decis. 326. n. 1.* & quid requiratur in corporalibus, ut transferatur possessio, idem Post. *n. 45.* ubi *nu. 46.* subdit, quòd possessio non solum transfertur, & probatur per constitutum, sed etiam si quis aliter fateatur, se nomine alterius possidere, *& num. 54.* an per reservationem ususfructus translata censeatur possessio in donatarium, pluribus allegatis Giurba *in consuet. feud. §. 2. glos. 9. n. 40.*

2 Explicat doctè Font. *de pactis 1. clausul. 4 glos. 27. num. 5. cum seqq.* ubi ea procedere in rebus immobilibus, non verò in mobilibus docet, *& à nu. 17.* quatuor assignat requisita, ut constitutum operetur.

3 Eit primum, ut contractus, cui apponitur, sit validus, allegat Velasq. *consult. 106. ex nu. 6.* latè Tiraq. *de const. par. 3. limit. 7. nu. 14. & 15.* comprobat Hodierna *cont. cap. 29 nu. 28.* subdens, quod si inutilis esset contractus, neque etiam militaret constitutum tanquam accessorium, ex Ias. *in lib. 1. §. si vir uxori 15 ff. de adq; posse.* qui ait sic fuisse determinatum, Thomat. *decis. 40. num. 24.* Post *de manuten. obs. 20. n. 40.*

4 Secundum requisitum est, quod constituens sit legitimus possessor rei, quam pro alio, & illius nomine se constituit possidere, idque tempore constituti, declarat Font. *de pactis 1. dict. claus. 4. glos 27. num. 18. & seq.* Velasq. *d. consult. 106. n. 11* Fab. *in C. lib. 7. tit. 7. def. 14.* Post. *de manut. obs. 20. nu. 4. cum seq. & nu. 23.* Hermosilla ad Lopez *fol. 226. tom. 1. n. 11.* ubi ait, quod procurator cum speciali mandato, vel generali ad vendendum, vel alienandum, & etiam ad possessionem transferendum, Curator, Syndicus, & executor etsi constituant se nomine emptoris possidere, non transferunt in eum possessionem, cum non possideant, ex Gomez *ad l. tauri 45. num. 53. & 55. 89. & 91.* Angel. *consil. 387. per tot. & 388.* Tusc. *lit. U, conclus. 64. nu. 9.* attamen quod procurator nomine domini, & curator possunt per actus fictos dominis possessionem quærere, per Gomez citatum *num. 19. & 63. & 82.*

Sic ex clausula *Constituti* reperta in instrumento, probatur possessio inter contrahentes absque alia probatione, Post *de manut. dict. obs. 20 nu. 30. & seq.* & antea *nu. 4.* ubi clausula *Constituti* probat possessionem de tempore constituti contra constitutarium, & possessionem constitutarii post constitutum; ac etiam tam ad favorem constitutarii, quàm habentis ab eo causam; & ibi latè, & ex clausula *Constituti* reperta in instrumento antiquo præsumitur possessio in persona constituentis contra tertium, Pacif. *de salvian interd. inspec. 3. cap. 2. num. 1018.* Tuschus *in verbo constitutum conclus. 785. num. 48. in ver. possessio conclus. 406. num. 58.* Post. *de manut. obs. 20. num. 33.* Tiraq. *de const. limit. 1. num. 19.* Gomez *ad l. 45. tauri num. 87.* Marsil *sing. 521. num. 2.* Socinus senior in puncto possessionis Castri *consil. 187. sub num. 12. ver. tamen, & num. 13. lib. 2.* Socinus Junior *consil. 106. ver. tamen in antiquis*, ubi in his terminus antiquum esse dicit tempus septuaginta quatuor annorum, sequitur Tondutus *de prævent. Judic. par. 3. cap. 12. num. 9.* ubi assignat rationem, videlicet quia propter difficultatem probationis ab antiquitate resultantem, sufficit minor, seu verosimilis probatio, nec verosimile est, quòd debitor constituerit se nomine creditoris possidere, nisi revera possideret, quæ ratio cessat in constituto appositio in instrumentis non antiquis. 5

Et in antiquis probari possessionem ex constituto in constituente contra tertium, dixit Senatus, ref. Egregio Sen. D.D. Joanne Baptista Pastor R. A. D. nunc in S. C. Aragonum Vigilantissimo Regente 25. Novembris 1661. scriba Preve in causa Nob. Raymundi Cagarriga contra Elenam Gili & Frigola, & nunc noviter me referente. 6

Tertium requisitum est, quod constitutum sit de re certa, explicat Fontan. *de pactis 1. claus. 4. d glos. 27. nu. 25.* ex Gomez *ad l. l. tauri d. l. 45. num. 96.* Hermozilla ad Lopez *tom. 1 fol. 226. num. 14.* 7

Quartum requisitum est, quòd constitutarius sit præsens tempore constituti, vel si absens, quod ratificaverit tempore habili, nec sufficit stipulatio Notarii; quia hæc prodest ad quærendum jus, & actionem absenti adversus donantem, & ne possit à donante jam revocari, sed non ad transferendum possessionem, & dominium, Velasquez *cons. 55. num. 2. & 3.* Gomez *ad lib 45. tauri ex num. 82.* Font. *de pac. dict. claus. 4. glos. 27. num. 27.* de hac re latè Hodierna *cont. cap. 29.* (qui *nu. 16. & nu. 22.* insurgit contra Peg. *decis. 48. nu. 11 in fine.* concordat tamen, quòd ante ratificationem tempore debito, absenti non quæritur dominium, nec transfertur possessio rerum donatarum) Canc. *var. 1. cap. 8. num. 16. ver. Et sic videmus*, Hermoz. ad Lopez *to 1 fol. mihi 226. n. 12. & 16.* Post. *de manut. obs. 20. n. 21.* 8

His requisitis per clausulam *Constituti* transfertur in constitutarium ipso jure, absque apprehensione vera, naturalis, & civilis possessio, & dominium, & ejus vigore licet constitutario intentare remedia possessoria, juxta *Text. in l. quod meo 18. ff. de adq; posse.* Font. *de pact. 1. dict. claus. 4. glos. 27. nu. 6. num. 28. & seq.* Velasq. *consult. 106. nu. 1. & seqq. & consult. 126. num. 11.* Rota *recent. par. 16. decis. 50. nu. 5.* Castillo *decis. 74. nu. 7.* Osasc. *decis. 36. nu. 2. & decis. 133. nu. 6.* Perus. *decis. 29. n. 6.* Molina *de primog. lib. 4 cap. 2. num. 5. & 7.* & ibi *addit. num. 5. & 6.* Grat. *discep. forens. lib. 1. cap. 96. num. 17 & 321. num. 15.* Amatus *var. resol. par. 1. resol. 39. num. 75.* Hermozilla ad Lopez *tom. 1. pag. mihi 226. num. 9.* Fab. *in C. lib. 8. tit. 8. def. 6.* Gaito *de credito cap. 4. quæst. 7. nu. 826. & seqq.* Carena *resol. 19.* ubi penès constituentem inquit, sola bonorum suorum detentio remanet, quam Jurisconsulti vocant *affinam*, infinitos allegant Post. *de manut. obs. 20. num. 8. & seqq.* ubi non minus operatur constitutum, quam vera traditio, licèt per modum fictum, Giurba *decis. 112. num. 11.* Rota *recent. decis. 13. par. 5. num. 15.* ubi ait, quod detentatio remanet penès constituentem, Salgado *de Reg. protect. par. 4. cap. 8. num. 117.* Noguerol *allegat. 25. num. 206.* Altimarus ad Rovitum *consil. 86. num 8. tom. 2.* Ramon *consil. 26. num. 19.* 9

Constitutum verò collatum post mortem constituentis, & sic ad tempus inhabile, à quo incipere non poterat, inutile redditur; quia eveniente casu, constituens desiit possidere, nec sic in constitutarium possessionem transferre potuit, cujus nova apprehensio omninò requiritur, Thesaurus *decis. 38. num. 1.* Argel. 10

de

de adq. possess. quæst. 3. *art.* 15. *numer.* 18. Honded. *consil.* 18. *lib.* 2. *à numer.* 56. & 74. Rota *decis.* 258. *numer.* 3. *par.* 4. *recent.* & *par.* 16. *decis.* 50. *numer.* 6. Burat. *decis.* 179. *numer.* 8. & ibi Ferentil *lit. B, & decis.* 220. *numer.* 8. & ibi Addentes *lit. B*, Ciriac. *cont.* 258. *numer.* 33. Noguerol *alleg.* 14. *numer.* 57. Redenas. *consil.* 4. *numer.* 25. Bonden. *colluc. leg.* 47. *numer.* 41. Amat. *resol.* 39. *numer.* 77. Rota apud Duran *decis.* 62. *numer.* 21. & *decis.* 84. *numer.* 6. & 134. *numer.* 3. Post. *dict. obs.* 20. *numer.* 37. Actoli. *resol.* 34. *numer.* 2. Andreol. *cont.* 240. *numer.* 31. Ridolph. *in prax. jud. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 49. Giurba *in succes. feud. cap.* 118. §. 2. *glos.* 11. *n.* 50. Hodierna *cont. forens. cap.* 29. *numer.* 24. Grat. *discep. forens.* 700. *numer.* 63. Castag. *de benef. ne egeat quæst.* 1. *fallent.* 1. *à numer.* 10. Capicius Latro *consul.* 137. *numer.* 22. Canc. *var.* 1. *cap.* 8. *num.* 31. & 32. Xammar *rerum jud. def.* 74. *numer.* 10. Fontan. *de pact.* 1. *claus.* 4. *glos.* 3. *à n.* 17. & *decis.* 298. *n.* 9.

11 Solùm favore dotis, quando maritus obligatur ad restitutionem dotis, cum clausula *Constituti*, evenientе casu restitutionis dotis per viri mortem, possessio bonorum viri in uxorem transit, non obstante quod constitutum collatum sit in tempus obitus mariti, cum ad favorem mulieris collatum de jure existimetur in tempus mortis mariti, & sic in ultimo vitæ spiritu operetur effectum suum, tradit Rota *recent. par.* 13. *decis.* 79. *numer.* 3. ex Oddo *consil.* 22. *num.* 10. Amat. *var. resol.* 39. *numer.* 79. Rota apud Post. *post. trac. de manut. decis.* 28. *nu.* 6.

12 Difficultas nunc est, an stante in constituto clausula *nunc prout ex tunc*, vel è converso, *tunc prout ex nunc* constitutum collatum post mortem constituentis suum operetur effectum. Negativam opinionem tenent Thesaurus *decis.* 38. *à num.* 2. & *numer.* 4. quem allegat Font. *tom.* 1. *d. claus.* 4. *glos.* 3. *numer.* 22. & 23. Angusol. *consil.* 61. *numer.* 15. *cum seq.* Honded. *consil.* 18. *numer.* 57. *cum duobus seqq. lib.* 2. Decius *consil.* 247. *numer.* 3. & *seqq.* Surdus *decis.* 171. *numer.* 22. Brun. *consil.* 31. *numer.* 33. *cum seqq.* Magon. *decis. Lucen.* 21. *numer.* 16 Silvan. *consil.* 97. *numer.* 16. *vers. Nec obstat clausula ex nunc*, & *numer.* 21. *lib.* 2. Albericus *consil.* 103 Cavalc. *decis.* 42. *num.* 29. & *seqq. par* 1. Natta *consil.* 189. *numer.* 1. Argel. *de adq. posse.* *quæst.* 3. *art.* 15. *numer.* 24. *ad* 26. Andreol. *cont.* 240. *numer.* 31. Actolinus *resol.* 84. *numer.* 4. Redenascus *cons.* 4. *numer.* 26 Hodierna *contr. forens. cap.* 29. *numer.* 24. & *seq.* ubi tradunt rationem, quia licèt per clausulam *ex nunc prout ex tunc* videatur constitutum retrotrahi ad tempus ipsius donationis, attamen in materia retrotractionis duo extrema habilia requiruntur, scilicet à quo, & ad quod, & deficit primum, dum habile non est, cum quis post mortem possidere nequeat, & post mortem impossibile sit constituentem possidere.

13 Affirmativam opinionem, quòd stante clausula *nunc prout ex tunc*, constitutum collatum in tempus mortis, suum operetur effectum, tradunt Tiraquel. *de const. possess. limit.* 2. *numer.* 15, ex pluribus Surdus *cons.* 221. *numer.* 53. Barzius *decis.* 49. *sub numer.* 29. Rota *decis.* 549. *par.* 1. Grat. *discep. forens.* 174. *numer.* 31. Natta *consil.* 453. *num.* 7. Guid. Pape *decis.* 268. *numer.* 1. Tuschus *lit. C. conclus.* 789. *numer.* 4. Burat. *decis.* 179. *numer.* 8 & ibi Ferent. *lit. B, & decis.* 200. *numer.* 10. laudati (quos sequitur) per Amat. *par.* 1. *resol.* 39. *nu.* 79. ubi ait, quòd clausula illa operatur, ut futurum tempus præsenti inesse videatur, & actus possit ex quocumque tempore initium sumere, Post. *de manut. obs.* 20. *numer.* 37. ubi id comprobat, quando ex verbis constituti unum tempus censetur alteri inesse, seu apposita est clausula *nunc prout ex tunc*, quia tunc tenet constitutum collatum in tempus de futuro subsistere, cum constitutum ex pacto firmari valeat à die contractus, suspenso effectu, seu exequutione ad aliud tempus, secundum casus contingentiam, allegat Mart. *de claus. par.* 1. *claus.* 20. *num.* 2. 4. & 8 *post. trac. suum de manut. decis.* 28. *numer.* 6. *decis.* 68. *numer.* 1. *decis.* 299. *numer.* 7. & 9. & *decis.* 300. *numer.* 14. 22. 24. & 26. & alios, & subdit etiam, quod idem operatur clausula *ex nunc* absque additamento *prout ex tunc*.

14 Alii verò Doctores distinguunt, quod, aut clausula *nunc prout ex tunc* est apposita in constituto, aut in alia parte instrumenti: primo casu ex vi dictæ clausulæ, ab initio dicitur translata possessio; in secundo verò nullum constitutum producit effectum, tanquam collatum in tempus inhabile; hanc distinctionem agnoverunt Menochius *consil.* 465. *n.* 1. Hodierna *contr. cap.* 29. *n.* 27. Bonden. *colluc.* 47. *n.* 39. Giurba *de succes. feud. cap.* 118. §. 2. *glos.* 11. *sub n.* 50. Ridolph. *in prax. par.* 2. *ca.* 5. *n.* 50. & expressè scripsit Honded *consil.* 18. *n.* 58. & 59 *lib.* 2. Noguerol. *alleg.* 14. *n.* 58. Redenascus *cons.* 4. *n.* 26. Vrceol. *cons.* 92. *n.* 56. Argel. *de legitim. contrad. q.* 6. *ar.* 1. *in addit.* expressius Rota *in recent. par.* 16. *decis.* 50. quæ omnia cum ponderabili ratione scribit ibi: *Et quamvis limitari soleat conclusio, quando constituto additur clausula ex nunc prout ex tunc, ut advertit Tiraq. de const. possess. limit.* 2. *n.* 15. *tamen præterquam quòd contrariam opinionem tenent quamplures Doctores, & magni nominis, cumulati per Tiraq. loc. cit. n.* 17. *& per Thesaur. d. decis.* 38. *n.* 4. *ubi de veriori testatur Magon. decis. Lucen.* 21. *n.* 15. *vers. Quia ultra quòd, ubi refert de magis communi: tunc demum limitatio procederet, quando clausula præfata apposita esset in constituto, veluti si diceretur ex nunc prout ex tunc constituit se possidere; secus verò quando, ut hic, non est adiecta constituto, sed posita in alia parte instrumenti, in qua post mortem constituentis tributur constitutario facultas capiendi possessionem propria auctoritate*: & alibi: *Hoc enim casu clausula prædicta, utpote non adhærens immediatè constituto, non est apta illud corroborare, minusque ex ea usque ab initio dicitur translata possessio, ut in puncto consuluerunt Menoc. consil.* 465. *n.* 1. *ver. Nec est habendum l.* 5 *Hond. cons.* 18. *n.* 59. *lib.* 2. *Hodierna cont. forens. d. c.* 29. *n* 4

Quibus standum esse videbatur, quia inter duas opi- 15
niones contrarias statur tertiæ opinioni distinguenti, tanquam magis veræ, Menoc. *de præsumpt. lib.* 2. *præsump* 71. *n.* 29. & 49. Cevallos *com. contra com. in præf. n.* 29 & 57. Giurba *consil.* 75. *n.* 11. Barbosa *var. decis.* 4. *nu.* 29. *lib.* 2. Ciarlin. *cont. cap.* 15. *n.* 78. & *cap.* 40. *n.* 23. Reg. Matthæd *de regi. Reg. Valent. tom.* 2. *c.* 8. §. 2. *nu.* 53. ex Paris. Cavalcano, Mantica, Barbo, Surdo, Font. & Leo tenent Quesada Pilo *cont. cap.* 16. *numer.* 51. Grat. *discep. forens. tom.* 5. *cap.* 899. *n.* 8.

Nos verò constanter tenemus, quod in contractibus 16
ab initio puris per clausulam *Constituti* transfertur possessio in constituentem manutenibilis, ex his quæ suprà tradita sunt *n.* 9 & in terminis donationis ab initio puræ, & validæ dixit Rota inter impressas Bichii *tom.* 2. *decis.* 426. *tota*, & *n.* 3. ibi: *Clausulæ constituti, & aliæ possessionis translativæ ibi appositæ, transtulerunt, pariter ab initio in donatarium possessionem, quam propterea sine ejus consensu sola donatricis pœnitentia, ac donationis revocatio auferri non potuit, non secùs ac si actualiter possessio tradita fuisset; quia ipsum constitutum habet ad hunc effectum vim actualis traditionis, ut in puncto interdistinguendo inter contractus puros, & in sui origine revocabiles, ac alios conditionales, vel quos contrahentes cogitare potuerunt resolvi posse, ratiocinatur egregiè Gabriel cons.* 51. *n.* 23. *& pluribus seq. lib.* 1

Hęcque procedunt, si donatio est ab initio pura, sim- 17
plex, perfecta, & irrevocabilis; & consequenter etiam constitutum est purum, simplex, perfectum, & irrevocabile, uti accessorium donationis, licèt exequutio fuerit dilata in tempus mortis donantis, Oldrad. *consil.* 114. *n.* 2. quem sequitur, alios referens Sylvan. *consil.* 67. *n.* 6. Font. *de pac. nup. tom.* 1 *claus.* 4. *glos.* 3. *n.* 24 ibi; *Nihilominus in nostro casu ea omnia cessant, in quo dispositio non est conditionalis, sed imò pura, solo illius effectu in tempus mortis suspenso, quo in casu clausulam constituti suam retinere naturam, & solitum effectum translationis possessionis operari, docuerunt Tiraquel. de constit. ampla* 16. *& Tel Fernan. in l.* 17. *tau. n.* 39. 40. & 41. maximè stante clausula *ex nunc*, sentit Fontanella cit.

Quin obesse possit, quod donator reservet sibi usus fru- 18
ctum, quia talis reservatio debet intelligi de possessione naturali cum detentione facti, & facultate percipiendi fructus propria auctoritate, ex qua non impeditur translatio possessionis civilis, tradit decisum per Rot. Post. *post trac. dec.* 299. & *dec.* 300. *tota*, & præcipue in hac *n.* 18. qui respondet *cons.* Nattæ 372. *cum duobus sequentibus*, ibi: *Vltra quod ibi constitutum erat appositum in contractu conditionali quoad substantiam, ut declarat idem Natta dict. consil.* 372. *num.* 2. *& seq. ideo constitutum etiam consebitur conditionale, ut ibi per eum; sed in casu nostro donatio fuit simplex, & pura quoad substantiam; fuit ostensum in decisione, & ideo reservatio usus fructus, & possessionis in vita non potest respicere substantiam donationis, sed illius tantum executionem, Alex. consil.* 14. *sub n* 2. *ver. Et in proposito, l.* 1 *Socinus consil.* 53. *sub n.* 11. *ver. Vnde licet l.* 1. & alibi infra *n.* 20. ibi: *Non obstat Chassaneus cons.* 7. *n.* 36. & 37.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

qui sentit, quod ubi in contractu est opposita clausula constituti, & reservatio ususfructus, non transfertur ulla possessio propter repugnantiam; cum regulariter per solum constitutum transferatur utraque possessio, Naturalis, & civilis, l. quod meo 18. ubi DD. ff. adq. possess. per restitutionem verò ususfructus sola civilis, l. quisquis, Cod de donat. & sic videatur repugnare, quod naturalis retineatur, vel non retineatur; quia in hoc communis est opinio in contrarium, ut per Tiraq. referentem Alex. Cuman. & alios, & reprobantem in specie Cassan. in tract. de constit. par. 3. limita. 23. Honded. vero conf. 18. lib. 2. non obstat, quia loquitur in casu donationis conditionalis, vt ibi n. 63. ver. Pro quorum, sed quando donatio fuit pura, licèt executio fuerit collata post mortem, ipse admittit constitutum, & reservationem ususfructus operari effectum suum, ut ibid. d. n. 63.

19 Expressiùs verò Merlinus *de pig. lib. 4. tit. 4. q 120. n. 28. cum seqq.* rem comprehendit, differentiam considerans, quando constitutum est collatum post mortem, aut quando in tempus mortis, & in utroque casu ita scribit, ibi: *Verum erit animadvertendum, quod sicuti civilis possessio distinguitur à naturali, si effectus contractus fuit translatus post mortem tantùm, ita ut tam naturalis, quam civilis possessio in vita fuerit reservata, & post mortem eadem civilis, & naturalis translata in alium, hoc sanè casu effectus constituti non operatur, & vera erit prima opinio, quam defendit Honded. d. conf. 18. num. 48. cum seq. si verò naturalis tantum possessio fuit in vita reservata, puta respectu perceptionis fructuum, & ususfructus; & ulterius actus sit perfectus, quia commodum totum sit translatum cum clausula constituti, & solum executio contractus sit dilata post mortem respectu translationis facti, & in hoc casu constitutum suum effectum obtinet, quod procedit, etiamsi cum reservatione ususfructus esset facta mentio reservationis possessionis, quod interpretari istud debere de possessione naturali facti necessaria pro perceptione fructuum; non verò de civili, quæ censetur virtute constituti translata; ita optimè distinguit Rota decis. 258. n. 2 & 3. p. 4. rec. quam opinionem confirmavit in Forolivien. bono. 28. Aprilis 1617 ver. Nam si prætenditur coram Dunoz. Argel. de adquir. possess. quæst. 3. artic. 15. n. 818. & 830. Add. ad Burat. dec. 145. in prima edit. quando vero constitutum est translatum in tempus mortis, tunc indistinctè suum parit effectum: ratio est, quia satis potest operari in vltimo vitæ spiritu, Silvan. conf. 97. n. 22. Argel. d. art. 15. n. 827. & 828. & sic apparet esse differentiam inter constitutum post mortem, & in tempus mortis.*

20 Hinc docent Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 4. def. 6.* quem sequitur Font. *tom. 1. clau. 4 glos. 27. num. 30.* quod mortis tempore, & eo instanti, quo jus hæredi nasci incipit, reperitur possessio extra causam hæreditatis, quæ vivo adhuc donatore translata fuit, à quibus non discedit Rota *decis.* 299. & 300. per Post. *post tract. de manut.* recitat Vrceolus *consultatione 92. n. 1.*

21 Sic in his terminis donationis puræ declaratum fuit, provisione facta 3. Junii 1667. per Regium Senatorem Franciscum Vidal & Roca R. A. D. in causa inter Fœlicem Roca & Sitiar ex una, & tutores & curatore filiorum, & hæredum Michaelis Roca & Sitiar ex alia: in actis Cortell. Not. & die 21. Febr. 1671. per Nob. Franciscum de Ribera R. A. D. in causa inter Magdalenam Casas, & Narcissum Casas ex una; & coniuges Casas ex alia, Not. Cortés & Marcer; quæ fuit confirmata in causa supplicationis referente Regio Senatore Magnif. Alexio Tristany 9. Martii 1671. in quibus ratione clausulæ *Constituti* in donatione universali pura, fuit declarata manutentio bonorum donatorum in favorem donatarii, & constitutarii, non obstante, quòd effectus constituti esset dilatus post obitum constituentis. Sic etiam fuit declaratum in causa Doct. Antonii Sala & Codina Canonici Vicen. ex una, & Josephi Sala & Bojons V. I. D ex alia, sententia provisionali facta, ref. Nobil. Josepho Ferrer R. A. D. in actis Vila Not.

22 Nec obstare visum fuit decisionem Rotæ coram Duran. *inter ejus impressas* 134. nam ibi non inapertè constitit de constituto in donatione, sed eo supposito, fuisse conditionale, fuit declaratum, ac ulterius de voluntate donatrici apparuit, quod possessio nullo modo transferretur in ipsius vita per illam clausulam, ibi: *Incontinenti sequuta, morte petitio, exactio, recuperatio, & possessio rerum donatarum illicò donatariæ competat, & non antea, nec alio modo*, & licèt in eo casu donatrix sibi reservasset usumfructum, ait tamen, quòd nihil impedit; quin ex pacto possit usufructuarius retinere possessionem civilem, aut prohibere, ut in ejus vita in donatarium transferatur, prout retinere voluit, seu transferri noluit ex illis verbis, *& non ante, nec alio modo*, quæ si ad naturalem referrentur, essent superflua.

Prout etiam ex pacto constitutum potest firmari à die contractus, suspenso effectu in aliud tempus, secundum casus contingentiam, Negusan. *de pig. mem. 2. par. 2. n. 5.* Surdus *consil. 221. n. 53.* Rota per Post. *post trac. de manut. decis. 28. n. 6.* diximus per eund. Post. *obs. 20. num. 38.* 23

Et per pactum etiam posse donantem, qui sibi reservavit usufructum, possessionem civilem retinere, Post. *de manut. obs. 20. n. 55.* & allegat post suum tractatum *dec.* 620 *n. 6.* quæ est D. Duran suprà citati; & *n.* 59. assignat rationem, nam cum constitutum sit modus fictus transferendi possessionem fictio non operatur, ubi aliter suadet æquitas, & æquitas suadet pacta servari, Masc. *de probat. conc.* 1189. *n.* 11. prout pariter apponi potest conditio in cõstituto in contractu purè celebrato, vel è contra, & constitutum in contractu conditionali possessionem transferre, nisi conditio sit in ipsa clausula *Constituti* appositа, tradit Amatus *resol. 26. tom. 2.* & decisum recitat Cutellus *disc. 1. speciali 17. n. 48. tom. 2.* 24

Aliàs namque si donatio in relata decisione 135. Rotæ Duran. esset pura, perfecta, & irrevocabilis, sine dubio affirmaret, quòd prædixerat *decis.* 48. & signanter *numer. 15.* ibi: *Vnde cum dicta donatio fuerit inter vivos simplex, & pura, facta præsenti, & acceptanti, fuit à principio perfecta, & irrevocabilis, §. aliæ inf. de donat. & per traditionem virtute constituti, fuit jus in persona donatariæ radicatum, & ei dominium acquisitum, l. 1. ff. de donat. Capra conf. 140. n. 5. Josep. Ludo. dec. Perus. 29. numer. 6. cum seq. adeò quòd donatria non poterit amplius de rebus donatis disponere, nec eas in alium transferre, seu alteri obligare, Bart. ol. in l. 1. C. de Jur. Fis. lib. 11. Corset. sing. 82. verb. donatis Celsus, Ugo conf. 53 n. 2. & consil. 58. n. 6. & 8. Vivius decis. 421. n. 20. d. Ludo. Peg. decis. 48. numer. 6. & ratio est, quia clausula constituti non solum possessionis, sed etiam est dominii translativa, sit hic, concurrit titulus habilis ad transferendum dominium, glos. approbata in l. ab emptione, ff. de pac. cap. cum venissent, dè vest. spoliat; prout etiam idem dicendum est de de retentione ususfructus rei donatæ, dict. l. quisquis, & ibi scilicet post glos. & dict. l. qui argentum, §. sed si quidem, C. de donat. Guido Pape q. 46. & 101. quo casu donatarius præfertur alii cuilibet possessori, cui posica fit realis traditio rei donatæ, ut notant communiter DD. in l. quoties C. de rei vindict. Joan. Andr. in addit. quæ incipit: nota quòd si res, Bertran. conf. 173. n. 11. in fin. lib. 1. & Guido Pape, ubi supra.*

Nec etiam obstare apparuit Vrceol. *lib. 2. consult. 92. & decis in fin.* ibidem citata, contra donatarium concedendo manutentionem hæredi donatricis: tum quia eo in casu uxor fecerat donationem rerum dotalium, absque consensu viri, qui habebat insistensiam in rebus dotalibus donatis; tum etiam quia loquitur in terminis statuti continuantis possessionem in hæredem 25

Hondedeus *consil. 18. n 58. & seq. lib. 2.* & post eum alii, qui eum sequuntur, non obstant, quia loquitur in casu quo constitutum erat collatum post mortem donantis, & expressè erat conventum, ut donatarius non posset capere possessionem, nisi finito usufructu, non in casu donationis puræ, & constituti puri, ut advertit Rota per Post. *post trac. de manut. decis. 299. num. 9.* & repetit *dec. 300. num. 13. & seq.* & signanter *num. 21.* subdens, quod Honded. *in d. conf. 18. nu. 58. & seq.* loquitur in casu donationis conditionalis, ut ibi *n. 63. ver. Pro quorum*; sed quando donatio fuit pura, licèt exequutio fuerit collata post mortem, ipse admittit constitutum suum operari effectum, ut ibidem *d. n. 63.* quam intelligentiam non negat Urceol. *d. consult. 92. n. 5. & 58.* 26

Hodierna *cont. forens. c. 29.* loquitur in donatione revocabili, Rota *recen. par. 16. dec. 50* in donatione conditionali, in eisdem terminis Noguerol. *alleg. 14* signanter *n. 51. & seq.* 27

His ergo attentis, fuit observatum die 7. Novembris 1670. in Regio Concilio ref. Regio Senatore Taverner & Rubi I. R. C. scriba Rambau in favorem domnæ Emerentianæ de Semmanat & Toralla viduæ, cui fuit concessa assistentia uti tenutariæ bonorum quondam viri sui, & eo nomine donatariæ cum clausula *Constituti* 28

bo-

bonorum Nob. Mariç de Semmanat, contra Nob. Petrum de Semmanat hæredem dictæ Nob. Mariæ donatricis.

29 Cum non dissimilis incidisset casus in Regio Concilio super possessione locorum de Clariana, & Goda Vicariæ Cervariæ, qua cum armis Nobilis Carolus Sacirera de facto occupaverat, in qua conservari instabat vigore cujusdam vinculi antiqui, petendo assistentiam Regiam sibi concedi, & in ea possessione esse conservandam petebat Nob. Raphael Moxò, in vim clausulæ *Constituti* in sui favorem appositi in donatione universali per Nob. Raphaelem Moxò de Regio Concilio Bajuliæ Generalis hujus Principatus patruum suum, die 22. Junii 1682. in posse Melchioris Cortès Not. & Ludivici Subirana Not. simul stipulantium, petendo propterea assistentiam Regiam sibi indulgeri.

30 In facto jam non fuit dubitatum, donationem illam esse puram, perfectam, simplicem, & irrevocabilem, per verba de præsenti conceptam; licèt in ea esset facta mentio mortis, & suspensa esset executio donationis post obitum donatarii; quia expressè donator bona donavit donatione pura, perfecta, simplici, & irrevocabili, quæ dicitur *inter vivos*, post tamen obitum suum, & non antea, & nunc pro tunc, cum retentione usufructus, & clausula *Constituti*; cum quibus, & aliis apertè demonstratum fuit, mentionem mortis esse respectu executionis donationis, quam antea perfectè, purè, & irrevocabiliter quoad substantiam conceperat, ut punctim Duran *dict. dec.* 34. *n.* 14. *cum seq.* Rota per Post. *post. tract. de manut. dict. dec.* 299. & 300. latè de hac re Hermozilla ad Lopez *tom.* 2. *fol. mihi* 298. *n.* 12. *cum seq.* & in donatione ob matrimonium, Cutellus *de donat. disc.* 1. *speciali* 11. *à n.* Andreol. *cont.* 34. *n.* 98. Marin ad Revert. *dec.* 404. *n.* 2. Luca ad Franc. *dec.* 436. *n.* 6. & de nostris donationibus occasione matrimonii factis Font. *de pac. nup. cla.* 4. *glos.* 3.

31 Nec admisit Senatus in judicio assistentiæ exceptionem fideicommissi antiqui; quia ea reiicitur in judicio manutentionis, cum respiciat petitorium, Rota *div. ers. dec* 64. *par.* 2. Post. *post tract de manut. dic. dec.* 300. *n.* 10. ubi *n.* 11. & *seq.* dicit, quod nulla etiam exceptio (si non sit clara) invaliditatis donationis, in qua constitutum est appositum, impedit constituti effectus, etiamsi illius virtus pendeat à validitate contractus, idem Post. *de manut. obs.* 20. *nu* 45. Rota *dec.* 549. *n.* 4. *vers. Secundo non obstat par.* 1. & *dec.* 217. *par.* 5. *recent.* & coram Bichio *tom.* 2. *dec.* 426. *n.* 7. & *seq.* ubi solum admittitur exceptio nullitatis, quando ex processu, & probationibus factis constat Judici de nullitate donationis, ita ut non egeat altiori indagine; secùs verò, si nullitas non sit probata, sed probanda; tunc enim reiicitur ad petitorium, Grat. *discep. forens. tom.* 5. *cap* 894. *nu.* 20 & *seq.*

32 Ita in terminis constituti appositæ exceptione nullitatis contractus, eam à judicio manutentionis reiiciendam, quia requirebat altiorem indaginem, declaravit Senatus, refer Mag. Francisco Vidal & Roca R. A. D. 23. Martii 1668. in causa Nob. Josephi Gorgot, contra Joannem Margall, scriba Oriol & Marcer, & provisio transivit in judicatum, & ref. Egregio Senatore Joanne Baptista Pastor tunc R. A. D. nunc in Supremo Concilio Aragonum meritissimo Regente 23. Martii 1670. in causa Josephi Brea, contra Joannem Franciscum Ordano, scriba Oriol & Marcer, quæ fuit confirmata in gradu supplicationis, ref. Regio Senatore Josepho Aleny R. A. D. 28. Januarii 1681.

33 Hinc in causa assistentiæ contentiosæ, rejecta exceptione vinculi opposita pro parte Nob. Caroli Sacirera, fuit declarata in favorem Nob. Raphaelis Moxò ex clausula *Constituti* appositi in donatione pura, ref. Nob. Francisco de Cancer I. R. C. scriba Badia Not. cum conclusione Reg. Criminalis Concilii die 19 Novemb. 1683.

DECISIO CII.

ARGUMENTUM.

In interdicto retinendæ quis sit præferendus, an donatarius Universalis virtute clausulæ *Constituti*, an hæredes donatoris in quantitate reservata: & in interdicto adipiscendæ, si concurrant hæres, & donatarius, quis ex his præferatur, discutitur, & quid, quando detinet hæres bona donata propter credita, an in his debeat satisfieri, ut possit per donatorem possessio bonorum donatorum adipisci, cum decisione Senatus declaratur.

SUMMARIUM.

1 *Dubium.*
2 *In interdicto retinendæ possessionis præferendus hæredi est donatarius, qui pro se habet clausulam* Constituti.
3 *Hæres donatoris in donatorem facta cum reservatione usufructus, non manutenetur in concursu donatarii habentis clausulam* Constituti.
4 *In donatione universali cum certa reservatione usufructus, aut alia ad testandum, vel ad suas voluntates faciendum, hæres reservationis præfertur donatario in interdicto retinendæ pro creditis posset habere, quousque in eis fuerit sibi satisfactum, recitatur* Fontanella.
5 *Et ad ipsum ponderatur Cancer.*
6 *Assignatur ratio.*
7 *Decisio Senatus.*
8 *Donataria quæ se spoliatam dixit, possessionem penes se non stare confitetur.*
9 *Iterum decisio Senatus ponderatur.*
10 *Alia decisio Senatus.*
11 *Acceptans donationem omnium bonorum à parente debitore dotis, non potest dotem à se ipso petere, ob confusionem actionum.*
12 *Constitutum in donatione universali nil operatur respectu quantitatis reservatæ.*
13 *Etiam pro quantitate reservata conceditur mulieri tenuta (non obstante donatione universali) saltem in aliqua proprietate æquivalenti.*
14 *Decisio Senatus in eadem causa in Regia Audientia.*
15 *Fuit confirmata in causa supplicationis.*
Usufructuario datur insistentia, seu detentio manutenibilis propter credita, cum Senatus decisione, & num. 16.
17 *Tutor, & curator etiam finita tutela, & curâ, non calculatis rationibus, & quousque in creditis sit ei satisfactum in bonis tutelaribus, manutenetur.*
18 *Colonus finita conductione, tenutaria finita tenuta, emptor resoluto pacto de retro, pro creditis manutenentur & num.* 19.
20 *Donatarius universalis potest juvari remedio* l. fin. de edic. Divi Adriani *contra hæredem, qui petit manuteneri, non tamen contra hæredem, qui retinet pro creditis, nisi fuerit satisfactus.*
21 *Dummodo hæres petat pro justa detentione creditorum, remedium manutentionis.*
22 *Ratio assignatur.*
23 *Alia ratio traditur.*
24 *Recta via donatarius tanquam hæres cum effectu conveniri potest à creditoribus hæreditariis, & sic Senatus declaravit in concursu hæredis donatarium universalem esse præferendum in dispositione bonorum vocantis hæredem.*
25 *Traditur conclusio præmissorum.*

AD aliam difficultatem aggredimur, an donatarius 1
universalis vittute clausulæ *Constituti* in donatione universali pura (licet ejus effectus suspendatur usque ad tempus mortis donatoris) præferendus sit hæredi donatoris in possessione bonorum, & an si donatarius, & hæres donatoris properant ad possessionem, & adest timor scandali, vel armorum, sit concedenda per Regium Criminale Concilium assistentia hæredi donatoris; an verò donatario universali.

Hanc quæstionem videtur terminasse Fab. *in C. lib* 8. 2
tit. 4. *def.* 6. ubi cum Senatu concludit, quòd in interdicto retinendæ possessionis præferendus est hæredi donatarius, sive inter vivos, sive mortis causâ donatum sit, qui pro se habet clausulam *constituti*, quoniam mortis tempore, & eo instanti, quo jus hæredi nasci incipit, reperitur extra causam hæreditatis possessio, quæ adhuc vivo donatore per eam clausulam in donatarium translata fuit: hæc sunt verba definitionis, Fab. & sequitur Fontanel. *de pact. claus.* 4. *glos* 27. *nu.* 30. Rota per Post. *tract. de manuten. dec.* 300. *tota.*

Et quod hæres donatoris in donatione facta cum reser- 3
vatione

UAB Biblioteca de Ciències Socials

vatione usus fructus, non manuteneatur in concursu donatarii habentis clausulam *constituti*, est opinio communiter recepta, Cutel. *de dona. trac.2.disc.1.spe.17. num.46. & spec.32.à n.17.* Noguerol. *alleg.25.n.206.* Olea *de cess. iur. tit.6. q.5. num 9. & 12.* allegati per Vrceol. *consult.foren.92. nu.5.*

4 Hæc in se vera sunt, sed non ita generaliter & indistinctè procedunt; quia in donatione universali cum certa reservatione usus fructus, aut alia ad testandum, vel ad suas voluntates liberè faciendum, hæres reservationis præfertur donatario in interdicto retinendæ pro creditis, duæ posset habere, quousque in eis fuerit ipsi satisfactum, Fontanel. *de pact. 1. claus. 4. glos. 22. nu.46.* ibi: *possent esse aliqua melioramenta à defuncto facta, vel si non adsint; vix tamen unquàm deficiet creditum alicuius quantitatis reservatæ per donatorem ad testandum quæ ad hæredem pertinebit proculdubio, & eius ratione competet eidem eius retinendi, prout Senatus noster in terminis declaravit, referente illius olim Egregio Senatore Salvatore Fontanet, nunc in Supremo Regi Aragonum Regente, in causæ Antoniæ Planes, & Meca, contra Pupillos Graus, sub die 8. Martii 1604. scriba nunc Thio, quæ licet postea fit in alia Aula revocata, sed non quoad hunc articulum; imo postea in tertia Aula, ad relationem Egregii Senatoris Francisci Bonet fuit in omnibus confirmata die 31. Ianuarii 1612.* Vrceol. *consult. foren. cap.92. nu.56. & 60.* ibi: *Secundò, quatenus (etiam veritate tamen illæsa) constitutum esset purum, & Portia solum remansisset usufructuaria, adhuc tamen adversariæ uti proprietariæ non possent petere manutentionem. Sed Andreas illius vir uti hæres usufructuariæ veniret manutenendus, quando ei competunt, aut competere possunt aliquæ detractiones, ut in casu nostro de lucro dotali expressè per Portiam reservato, ut in precibus prædictis, & de scutis 25. reservatis in donatione, & de expensis funerum, & ultimæ infirmitatis, & de aliis, &c. quando ergo aliqua competere potest retentio; tunc manutentio conceditur hæredi usufructuarii, excluso proprietario, ut in terminis notarunt Grat. discep. forens. 899. nu. 7. & seq. Postius de manut. obser. 16. num 42.*

5 Nec ab his discedit noster Cancer. *var.par.1.cap.9.n.* 195. *vers. Iuvabat* in eis verbis, *Iuvabat quòd eramus in claris, quod vidua tenutam etiam in dicta dimidia parte habebat propter illam reservationem quingentum librarum quæ erat in bonis mariti tempore mortis cuius ratione erat certum, ipsam non potuisse expelli à dictis bonis, ut nec poterat vir nisi deductis quingentum libris, aut quod dictus Reart eas solverit, cum & ob chirographariam pecuniam pignus retineri possit ut tot. tit.C. etiam ob Chirographa. pecun. pig. ret. poss. nam in casu Mieres, qui allegabatur in contrarium in Const. Hac nostra, num. 43. & 70 ideò ibi fundum donatum vidua post mortem mariti non possidebat, quia reseruatio tantum erat de usufructu, qui post mortem mariti fuerat extinctus; neque hoc à Regiis Senatoribus negabatur, solum contendebant, quod ex quo de facto possederet dictus Reart, non potuisse à dicta possessione dimoveri.*

6 Ratio supradictorum est, quia quando in donatione adest reservatio quantitatis, non solum donator pro quantitate reservata habet actionem personalem ad exigendum, & eam quantitatem consequendum, sed etiam habet ius retinendi bona donata, quousque fuerit in illa quantitate ei satisfactum, Canc. *var. 1. cap.8. n.* 72. Fontan. *decis.299. num. 19.*

7 Sic Senatus die 1 Februarii 1620 ad relationem Regii Sen. Iosephi Ferrer R. A. D. inter Eufrasinam Sortes ex una, & Michaelem Ioannem Vilageriu ex alia, in actis Pastor, & nunc Pellicer, quæ sententia fuit confirmata in causa supplicationis, referente Regio Senatore Iosepho Roca R. A. D. ubi Ioannes Vilageriu donationem fecit mansorum Vilageriu, & Roca sort, & universæ hæreditatis Eufrasinæ filiæ ex primo matrimonio, cum clausulis *constituti*, & aliis translativis dominii, & possessionis, occasione matrimonii quod contraxit cum Petro Paulo Sorts, cum reservatione usus fructus, & tercentum librarum ad suas voluntates, idem Ioannes Vilageriu antea donato, & de tercentum libris reservatis (minus decem libris quas apud se retinuit) Michaeli Ioanni Vilageriu filio ex secundo matrimonio, & is adeptus fuit possessionem dicti mansi Vilageriu in vim secundæ donationis; concurrebat in causa donataria prima, & secundus donatarius: prætendebat prima spoliatam fuisse à secundo de possessione mansi Vilageriu sibi competentis, in vim primæ donationis, & constituti in ea appositi, ac etiam uti hæredi matris pro credito dotali, in vim Constitutionis *Hac nostra*, secundus donatarius allegabat, quòd prima donataria iuvari non poterat clausula *constituti* primæ donationis, quia donans sibi reservaverat usu mfructum bonorum donatorum, & tercentum libras ad disponendum, cum quibus habere debebat non solùm actionem personalem ad habendum quantitates reservatas, sed etiam ius retinendi bona donata quousque fuisset in eis satisfactus, & quod donataria non poterat prætendere tenutam in bonis parentis donatoris; quia ex quo acceptavit parentis donationem, mansit satisfacta in dote matris.

Ex quo enim prima donataria se spoliatam dixit, con- 8
fessa fuit possessionem stare in secundum, Ludovis. *dec. 200. à num. 4.* ubi Beltram. Post *obser. 42. à nu. 111. & obser. 57. num. 44. & 45.* Fontanel. *pact. claus. 7.glos. 3. par. 10. num. 3. & 52.* Cyriac. *cont.10. n.12.* Rota *decis. 113.n.3. par.2. recent.*

Declaravit Senatus non esse locum spolio prætenso per 9
ditam Eufrasinam primam donatariã universalem, reservato ei iure in alio iudicio quoad dominium, & proprietatem mansi in utraq; donatione comprehensi, contra Michaelem Ioannem Vilageriu mansi possessorem, & seu in eo insistentem pro creditis sibi competentibus. & ad impugnandam secundam donationem. reservato etiam iure secundo donatario pro aliis iuribus, & creditis per eum prætensis, per hæc verba: *Constat dictam donationem cum dictis reservationibus per dictam Eufrasinam donatariam, fuisse laudatam, & acceptatam, & consequenter dictum usumfructum, & alias quantitates per dictum donatorem reservatas in dicta donatione comprehensa non fuisse, quinimo constat, prædictum donatorem per dictam reservationem non solum voluisse sibi reservare personalem actionem ad habendum, & consequendum a dicta filia sua donataria universali, quantitates prædictas in dicta donatione sibi modo prædicto reservatas, sed etiam jus retinendi bona donata, vel partem illorum, donec, & quousque quantitates reservatæ ex bonis donatis essent deductæ, aut per dictam Eufrasinam donatariam universalem aliundè solutæ, & per supradictam posteriorem donationem dicti Mansi Vilageriu per dictum Joannem Vilageriu in favorem dicti Michaelis Joannis Vilageriu filii sui factam, in & cum qua ei donavit usumfructum dicti Mansi, quem sibi de vita sua reservaverat, & supradictas tercentum libras, de quibus dictus donator libere testare poterat (minus decem libris, quas sibi ad testandum retinuit) constat insistentiam saltem, & detentionem dicti Mansi Vilageriu, & seu jus, dictum Mansum retinendi, donec in dicta quantitate satisfactus esset sine aliquo vitio translatam, seu translatum fuisse in dictum Michaelem Joannem Vilageriu donatarium particularem Mansi prædicti, in qua quantitate non constat, saltem eo modo, quo constare debet, dictum Michaelem Joannem satisfactum esse, &c.*

Non dissimilis casus evenit in nostro Regio Concilio, 10
nam Jacobus Joannes Perellò Dominus loci de la Cardosa, contemplatione matrimonii quod Jacobus filius suus contraxit cum Maria Montaner, ei donavit universaliter omnia bona sua, videlicet aliqua absolutè, & sine dilatione, & alia post obitum; purè tamen cum clausulis *Constituti*, & aliis translativis dominii, & possessionis, & cum clausula *nunc prout ex tunc*, cum reservatione usus fructus, & quantitatis quinque mille librarum ad disponendum, in testamento instituit hæredes filios ex secundo matrimonio contracto cum Dorothea Perellò, quam universalem etiam reliquit usufructuariam, hæc post mortem viri sui ingressa fuit possessionem domus de Vergos, alteram ex rebus donatis, colligendo fructus ex illa, quam instrumentaliter etiam cæpit possidere filius donatarius; & cum omnes adhuc properassent cum armis ad possessionem, & ambæ petiissent assistentiam Regiam, concessa fuit Dorotheæ, meliora jura in possessione occupata allegranti, ref. Nob. Josepho Balaguer Tertiæ Aulæ Doctore pro Regio Senatore Michaele Joanne Taverner & Rubi I.R.C. in actis Riambau 8. Juni 1676.

Ea consideratione, quia licèt dictus Jacobus Perellò 11
donatarius prætenderet tenutam in bonis donatis, pro dote matris suę; in ea tamen visus fuit satisfactus, ex quo acceptavit donationem omnium bonorum à parente debito-

bitore dotis sibi factam; in eum namque fuerunt confusæ actiones, quas adversùs se experiri non potuit, Font. *tom 2. claus. 7. glos. 3. par. 7. num. 52.*

12 Et licèt etiam in vim constituti translatam à die donationis prætenderet primus donatarius possessionem bonorum donatorum; attamen constitutum in quantitate quinque mille librarum à donatione universali per reservationem separata, nil potuit operari.

13 Proposuit Dorothea (ultra relictum usufructus quantitatis reservatæ, quam sibi, & omnium bonorum suorum reliquerat ejus vir) tenutam in eisdem, ob dotem, quam constituerat dicto Jacobo Perelló viro suo; & licèt ei esset oppositum, tenuta juvari non posse in bonis per maritum antea donatis, Font. *t. 2. claus. 7 glos. 3. par. 3 à nu. 29. & num. 34. & par. 10. nu. 46. & t. 2. dec. 366. nu. 89.* Canc. *var. 1. c. 9. nu. 42. & 195.* Oliba *de action. p. 1 l. 3. §. fuerat, vers. Quartus casus num. 6.* attamen nemini dubium fuit, pro quantitate reservata, quæ non fuit comprehensa in donatione, Sesse *decis. 185. nu. 10* occupata possessione domus de Vergòs, in eam recadere tenutam, & jus retinendi, quousque fuisset in dote satisfacta, ex Doctoribus supra allegatis, ad ulteriùs respectu possessionis controversiæ, super dicta domo de Vergòs; nec nebula dubii manere potuit, cum saltem in aliqua proprietate æquivalenti mulieri tenuta foret concedenda, Font. *tom. 2. d. claus. 7. glos. 3 par. 3. nu. 35. cum seq.* Canc. *var. 1. cap. 9. num. 195. vers. Juvabat*, extraditis *par. 2. cap. 7. num. 114. & var. 3. c. 17. nu. 507.* Latro *decis. 108. nu. 38. & seq.* faciunt Merlinus *de pignor. l. 3. tit. 2. quæst. 76. nu. 34.* Giurba *ad consuetud. Messanen. cap. 10. glos. 8. nu. 16.* Amatus *var. 1 cap. 39. n. 62.* Redenas. *consil. 4. à num. 1.* Hermozilla ad Lopez *tom. 1. glos. 3 & 4. lib. 9. tit. 2. par. 5. num. 70. pag. mihi in novis* 205. Bonden. *collect. leg. cap. 47. nu. 30. & à nu. 25* prout in hanc sententiam inclinavit Senatus in causa Admodum Illustris, & Nobilis Dominæ Hieronymæ de Marimon & Corbera uxoris Admodum Illustris, & Nobilis Domini Fœlicis de Marimon de Concilio Domini nostri Regis in Supremo Aragonum ex una, & Nobilem Mariam de Corbera viduam ex alia, in actis Stephani Galceran R. scrib. mandati, Regia provisionali sententia in gradu supplicationis lata die 23. Martii 1684. referente Nobili Jacobo de Potau, ubi cum non adessent bona, quæ corresponderent sex mille libris reservatis in donatione cum clausula *Constituti* de qua agebatur, pro quibus erat danda retentio, & manutentio Dominæ Admodum Illustri, & Nobili Hieronymæ de Marimon, uti hæredi donatricis in dicta reservatione, saltem in aliqua proprietate æquivalenti, arbitrati fuerunt Domini, quod donatarius cum clausula *Constituti*, seu illius successor, cui fuit data manutentio in bonis donatis, teneretur solvere Dominæ Admodum Illustri, & Nobili Hieronymæ Marimon pensionem annuam 300. ℔ ℔. quæ erat pensio correspondens dictis sex millè libris reservatis, licet si fas est dicere, quod censeo (salva tanti Senatus censura) melius fuisset concedere illi retentionem, & manutentionem in aliqua proprietate, ex pluribus, quæ sub dicta donatione veniebant comprehensæ.

14 Hæc eadem causa agitata fuit in Regia Audientia, & in ea prætendit Dorothea Perelló manuteneri in universa hæreditate viri sui, exceptis jurisdictione Castri, loci, & termini de la Cardosa, cum accessoriis, & vinea nominata *la mallola*, & ad relationem Nobilis Joannis Carbonell R.A.D. die 19. Decembris 1678. obtinuit per illa motiva, ibi: *Constat deinde ex testibus pro parte dictæ Dorotheæ ministratis, ipsam post mortem dicti viri sui usque ad tempus præsentis litis motæ, tenuisse, & possedisse se omnia bona, quæ penès ipsum tempore mortis reperiebantur, ex sua jurisdictione Castri loci, & termini de la Cardosa, & vineæ nominata la* mallola, *constat de jure manutenentæ competere viduæ tenutariæ omnium bonorum, quæ penès virum de tempore mortis reperiebantur, maximè si Realem, actualem, & corporalem assequuta fuerit illorum possessionem contra donatarium universalem, etiam cum clausula constituti, quando donatio ejusmodi non est facta simpliciter, sed cum reservatione alicujus quantitatis ad testandum, & liberè disponendum, & aliis prout in præsenti casu, quod pariter procedere in favorem cujuscumque successoris in quantitate reservata, vel in aliis reservationibus consimilis naturæ, certum est, maximè concurrente circunstantia prævia apprehensionis quoad realem, & actualem, & corporalem possessionem bonorum, super quibus fuit facta reservatio.*

Fuit confirmata hæc provisio in causa supplicationis, 15
ref. Nobil. Francisco de Ribera 24. Aprilis ann. 1679. & in ea fuit additum non obstante clausulis constituti, & aliis translativis possessionis, & dominii quæ erant appositæ in favorem donatarii.

Comprobantur prædicta, quia potest esse, quòd hæ- 16
res usufructuarii habeat aliqua jura, & credita in bonis, & propter illa datur ei insistentia, seu detentio, ac per consequens manutentio, etiam finito usufructu, Font. *de pact. 1. claus. 4. glos. 22. n 46. & decis. 545. n. 16.* Pacif. *de salviano interdic. insp. 2. cap. 2. ex num. 212. cum seqq.* Trentac. *var. lib. 3. de pig. resol. 1.* Grat. *discept forens. lib. 5. cap. 899. num. 6.* etiam Post. *de manut. obs. 16. n. 41. & 42.* Urceol. *dict. consult. 92. num. 59. & 60.* & sic Senatus, me ref. in causa supplicationis à provisione revocatoria 18. Aprilis 1671. inter Speransiam Grau ex una, & Joannem Monrava ex alia, scribæ Oriol, & Mercer, in his verbis: *Cæterùm attento in vim juris constat usufructuarium, etiam finito usufructu, propter credita habere retentionem rerum ususfructus, & ex consequenti manutentionem. Constat dictam Speransiam Putgrodon habere adhuc credita in dictis hæreditate, & bonis Joannis Grau viri sui, & sic quousque sit in illis integrè satisfacta, debere in earum detentione manuteneri. His igitur &c.*

Tutor, & curator, etiam finita tutela, & cura, 17
non calculatis rationibus, & quousque in creditis sit satisfactus in bonis tutelaribus, manutenetur, Canc. *var. 1 cap. 7. n. 125. & seq. & n. 145. & p 3. c. 1. n. 316.* Argel. *deadq. possess. qu. 13 art. 3. n. 26. & seq.* Post. *de manut. obs. 10 n. 10. & 47 obs. 21. n 48 & obs. 52. n. 25.* Rota *post rec. dec. 322. n. 5.* Redenasc. *consil. 95. n. 2. & 3.* Font. *decis. 544. à n. 12. & 545. à n. 1. ad 11.* Duran. *decis. 322. & 329.* Grat. *discept. forens. cap. 494. n. 3. cum seq.*

Pariter etiam colonus, finita conditione, tenutaria 18
finita tenuta, emptor cum pacto de retrò resoluto pacto, creditor redempto pignore, & alii retinent pro creditis, & conceditur manutentio, Font. *dict. decis. 545. à n. 12. ad fin. & de pact. 2. claus. 7. glos 3. par. 6. num. 47. & par. 7. n. 2. & 3.* Post. *de manut. obs. 11. à n. 1. ad 6. & obs. 16. num. 1. cum sequentibus.*

Concluditur ex his, quòd hæres donatoris pro cre- 19
ditis, quæ donator habere posset occasione usufructus, aut quantitatis in donatione pura reservatæ, aut aliàs debet manuteneri in possessione contra donatarium universalem, cui donatio est facta cum clausula *Constituti*, & aliis translativis dominii, & possessionis, quousque fuerit satisfactus; quia competit hæredi donatoris in bonis donatis jus retinendi, & per consequens manutentio pro dictis creditis, quæ habuit donator.

Et hæc procedent, etiamsi donatarius ageret de adi- 20
piscenda possessione, quia licèt donatarius universalis possit juvari remedio *l. fin. C de edict. Divi Adrian. tollen.* etiam contra hæredem, qui petit manuteneri *ex d. l. fin.* in illis verbis: *Non autem legitimo modo ab aliis detinetur*: Et ibi: *Et possessio adquiratur*, Cutel. *de donat. disc. 1. tom. 2. speciali 32. n. 17* Ramon *cons. 79. n. 10* Pereg. *de fideicom. art. 48 n. 19.* non tamen poterit ab hærede desinenti pro creditis res donatas evacuare, nisi ei satisfacere voluerit; quia legitimo modo, quousque sit in creditis satisfactus, bona donata detinet, ut suprà probavimus.

Si autem hæres donatoris de adipiscenda possessione 21
per indicium *d. l. fin.* ageret, & pro justa detentione creditorum remedium manutentionis non exponeret contra donatarium universalem cum clausula *Constituti*, impediri posset à donatario universali, cui virtute donationis irrevocabilis cum clausula *Constituti* competit immissio, & legitimus contradictor dicitur, Salgado *de reg. protec. par. 4. cap. 8. n. 123.* Giurba *de succes. feud. §. 2 glos. 9. n. 38.* (ubi non solùm præfertur constituentis hæredi, sed etiam ejus cessionario) Noguerol. *alleg. 25. à num. 206.* Font. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 27. num. 30.* Fab. *in Cod. tit. 7.* Menoch. *de adipis. remed. 5. à num. 106.* Argel. *de adqui. possess. quæst. 3. art 15.* Olea *de cess. Jur. tit. 6. quæst. 5. num. 9. & 12.* Cutel. *de donat. tract. 2. disc. 1. speciali 17. n. 45. & 5 speciali 38. num. 16.* (ubi etiam in terminis statuti continuantis possessionem in hæredem, donatarium esse præferendum docet) Urceol. *consult 92. n 5.*

Et rationem tradunt, quia constituens non potuit in 22
hæredem transferre possessionem, quam mortis tempore

non

non habebat, in donatarium, ex constituto translatam Font. *de pact. cla. 7. glos. 3. par. 3. n. 29.* (ubi ait, quod etiam mulier in illis bonis per constitutum translatis, & quæ non erant mariti tempore mortis, per donationem in donatarium translata non habet tenutam, nec facit fructus suos; etiamsi donator sibi reservaret usumfructum, quia morte donatoris fit consolidatio usufructus cum proprietate) *& par. 10. n. 45. & 46.*

23 Et ulteriùs dici potest, quod remedium adipiscendæ est in favorem hæredis scripti inductum *in dict. l. fin. Cod. de edic. Divi Adrian. tollen.* tam pro adipiscenda possessione, quàm etiam pro adepta confirmanda, Doctores *in dic. l.* Ramon *consil. 79. n. 9. & seqq.* & donatarius dicitur hæres anomolus, Canc. *var. 3. cap. 7. ex n. 128.* Font. *de pac. claus. 7. glos. 3. par. 7. num. 53.* Thoro *par. 1. vot. 36. à n. 18.* Marinis *var. resol. l. 1. resol. 139. nu. 20.* Tondutus *qq. civil. c. 50. nu. 23. p. 1.* Cutel. *trac. 2. disc. 1. spec. 38. nu. 7.*

24 Ideo tradunt, quòd recta via donatarius tanquam hæres cum effectu conveniri potest à creditoribus hæreditariis, quibus rationibus in concursu hæredis scripti cum donatario universali in dispositione hominis vocantis hæredem hunc esse præferendum censuit Senatus, ad relationem Magnifici Francisci Llunès R. A. D. in causa inter Venerabilem Abbatem Sacratissimæ Virginis de Monteserrato ex una, & Tutores, & Curatores pupillorum Miraldas ex alia 6. Octobris 1657. ubi pactum reversionale conceptum in favorem hæredis, verificari in donatarium universalem, fuit declaratum.

25 Inde igitur affirmare valemus, in remedio adipiscendæ, juxta terminos, in quibus loquitur *l. fin. C. de edict. Divi Adrian. tollen.* concurrente hærede scripto in testamento cum donatario universali constitutario, hunc illi præferendum esse, ea ratione, quia donatarius hæres cum effectu vocatur, & concurrente cum hærede in vocatione hæredis, donatarius universalis continetur.

DECISIO CIII.

ARGUMENTUM.

Quando causa habilitationis, vel inhabilitationis officiorum sit criminalis, vel civilis. An extractus ad officia Civitatis Barcinonæ, & suffocatus possit à suffocatione appellare ad Regiam Audientiam; an verò causa sit terminanda in domo Civitatis. Et an admittantur in Regia Audientia secundæ appellationes interpositæ à suffocationibus officiorum.

SUMMARIUM.

1 *Quando agitur de habilitatione, vel inhabilitatione officii privati, causa est civilis.*
2 *Etiam causa est civilis, quando agitur de habilitatione, & inhabilitatione officii publici.*
3 *Adducitur limitatio.*
4 *Decisio Senatus.*
5 *Alia decisio Senatus.*
6 *An extractus ad aliquod officium Civitatis Barcinonæ, & suffocatus tanquam inhabilis, possit à suffocatione appellare ad Regiam Audientiam, an verò causa sit terminanda in domo Civitatis.*
7 *Pro affirmativa ponderantur fundamenta, & n. 8. & 9*
10 *Allegatur decisio Senatus.*
11 *Pro negativa manifestantur fundamenta, & nu. 12.*
13 *Allegantur etiam pro hac opinione decisiones Senatus, & hæc opinio observatur num. 14.*
15 *Respondetur argumentis contrariis num. 16. & 17.*
18 *Admittuntur tamen ad Regiam Audientiam secundæ appellationes à suffocationibus officiorũ, cum Senatu.*
19 *In generali concessione omnimoda jurisdictionis non venit appellationum cognitio.*
20 *Concessis appellationibus, non censentur concessæ nisi primæ; non verò secundæ.*

1 AN causa habilitationis, & inhabilitationis officii sit civilis, vel criminalis, tractant DD. infra allegandi, & statuunt super re duas conclusiones firmas jam, & indubitatas. Primam, quando agitur de habilitatione, & inhabilitatione, vel privatione officii privati, causa est civilis, & in Regia Audientia civili tractanda, Farinac. *in prax. quæst. 100. nu. 21. & consil. 25. num. 9.* Suelvez *consil. 22. lib. 3. num. 8.* quos allegat, & sequitur Reg. Cortiada *decis. 35. num. 81.*

Secundam, etiam causa est civilis, quando agitur de 2
habilitatione, & inhabilitatione, seu privatione officii publici, Clarus *§. fin. q. 1. ver. Quintus est casus*, & hanc amplectitur Ferrer *3. par. obs. cap. 144. & 463.* Canc. *var. 3. cap. 17. nu. 458.* Ripoll *in addit. ad Peguer. in prax. civil. rub. 32. n. 36.* quos citat Regens Cort. *d. dec. 35. nu. 82.*

Hanc limitat Reg. Cortiada *ibidem nu. 83.* & allegat 3
Suelvez *dict. cons. 22. sub nu. 8. l. 3.* Sesse *de Syndicatu post trac. de inhibitionibus, n. 42.* quæ limitatio est additionis ad Farinacium *dict. cons. 25. p. 1. in verbo civilis*, ibi: *Limita hanc conclusionem procedere, quando pœna privationis beneficii, non est pœna principalis delicti, cum pro eo alia imponatur pœna, ultra privationem; tunc enim causa dicitur civilis, & non criminalis, quando non agitur ad pœnam principalem delicti, sed ad pœnam privationis: Secus verò quando pro delicto non imponitur alia pœna à lege, vel statuto, quàm privationis; quia tunc causa dicitur criminalis, & non civilis, secundum Felin. in rubrica de judiciis nu. 2. ubi dicit, ita tenere Joan. de Butrio, & Abbat. in cap. super his extra de accusationibus, reprobatis Imola & Annania ibidem contrarium sentientibus Ripa in rub de Judic. n. 94. in fine vers. Cogitare ergo. Maranta de ordin. Judiciorum par. 4 in princ. d. nu. 25. ubi reprobat Felinum, contrarium tenentem in cap. super his de accusationibus, & respondet contrariis. Clarus in prax. §. fin. quæst. 1. vers. Quintus est casus, in fine.* ferè eisdem verbis Farinac. *d. quæst. 100. num. 27.*

Hac pœna utitur Regium Concilium, sic die 28. Januarii 1667. contra Joannem N. Villæ Terratiæ, qui propter verba injuriosa, quibus usus fuit in memoriali, per eum præsentato Excellentissimo Domino Locumtenenti Generali hujus Principatus, fuit conclusum ref. Magnifico Joanne Baptista Roca, & Julià I. R. C. postea R. A. D. quòd exbursaretur ab officiis dictæ Universitatis, in quibus erat insaculatus, taliter quòd nullum officium dictæ Universitatis obtinere posset. 4

E contra pariter cognoscit Regium Concilium de pœ- 5
na illa privandi, vel inhabilitandi Officiales ad officia, in quibus erant imbursati, providendo, quòd iterum imbursentur, sic die 25. Aug. 1666. in lib. fol. 92. *in facto causæ recursus interpositi per arreptionem itineris per Melchiorem N. agricolam Villæ del Vendrell, supplicatione per eum oblata 6. Julii proximè elapsi à procedimentis contra eum factis per Vicarium Generalem Abbatis Sancti Cucuphatis Vallen. Dominus qui dicitur esse Villæ del Vendrell, & Bajulum ejusdem Villæ, facta relatione per Magnificum Joannem Baptistam Roca & Julià I. R. C. meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quòd declaretur recursui per dictum Melchiorem N. interposito locum fuisse, & esse, & quòd dictus Melchior relaxetur ab arresto, sub quo detinetur, & tradatur sub sacramento, & homagio, sub pœna 25. ℔ §. & quòd restituatur, & reintegretur ad omnes bursas, & loca officiorum dictæ Universitatis, à quibus extitit privatus, & pro bis, &c.*

Hac occasione ducti intrat indaganda quæstio frequens, 6
& passim observanda, à paucis agitata; videlicet, an ille, qui fuit extractus ad aliquod officium Civitatis Barcinonæ; & suffocatus tanquam inhabilis, possit à suffocatione appellare ad Regiam Audientiam; an verò sit illa causa terminanda in domo Civitatis.

Pro parte affirmativa facit Xammar *de privil. Civita-* 7
tis Barcinonæ, §. 23. num. 6. & seq. ubi proponit casum, quòd aliquis ad officium in Concilio Civitatis fuit sorte extractus, & per Concilium declaratus inhabilis, & alius in illius locum extractus, prior extractus appellavit ad Regiam Audientiam prætendendo se habilem, & malè suffocatum, admissaque fuit appellatio, & emanata inhibitio; postea verò inhibitione non obstante, secundò extractus immissus fuit in possessionem prædicti officii, & dubitat Xamm. an possessio tanquam attentata possit revocari, & affirmat inveniisse conclusiones in Regia Audientia in hac re diversas. In una fuit declaratum, quòd licèt Regia Audientia manus apposuisset, & fuisset causa commissa, & provisiones factæ, & intimatæ Consiliariis & parti, nihilominus possessio postea tradita secundo extracto non debebat uti attentata, nec aliàs revocari; quia secundùm for-

formam Regiorum privilegiorum Civitati concessorum, Consiliarii videbantur uti jure suo, & aliàs possessione, qua non videbantur privari per provisionem, vel litis pendentiam. In altera fuerunt revocata attentata, quia articulus attentatorum erat præjudicialis ad causam principalem. In alia verò fuit dictum, quòd ex quo attentata habebant connexitatem cum meritis causæ principalis, & ne panderentur merita diffinitivæ, revocatio attentatorum remitteretur ad diffinitivam, ex quibus apertè colligitur pro affirmativa sententia.

8 His additur quod docet Xammar *dict.* §. 23. *num.* 11. quòd si juxta terminos declarationis Regentis Albanell, de qua infra, recurratur ad Concilium ordinarium Civitatis per suffocatum, & declaratur inhabilis, alio in ejus locum extracto, interim donec Concilium ordinarium declaraverit, nil innovari potest; quia recursus domus Civitatis Barcinonæ sunt hujus naturæ, ut pariant utrumque effectum, suspensivum, & devolutivum, cum semper dicantur esse in puncto ferendæ sententiæ, quia disponitur in dicta declaratione Reg. Albanell, ut infra sex, dictum Concilium ordinarium sententiam proferat; en quomodo noster Xammar supponit suffocatum posse appellare ad Regiam Audientiam, vel recurrere ad Concilium ordinarium Civitatis, cum hac differentia, quòd si appellat ad Regiam Audientiam, est in dubio, an appellatio habeat effectum suspensivum, juxta diversitatem conclusionum nostri Senatus suprà relatarum; si verò recurrat ad Concilium ordinarium, est certum, & indubitatum, quòd suspenditur immissio in possessionem secundi extracti.

9 Corroboratur insuper ex doctrina ejusdem Senatoris Xammar *rer. Judic. par.* 1. *def.* 8 *num.* 31. & 32. ubi asserit, quòd quamvis causæ extractionum officiorum Civitatum, & Villarum non possint ad Regiam Audientiam in prima instantia evocari, etiam cum qualitate (& ad id habet quoque Civitas Barcinonæ speciale privilegium Regis Ferdinandi) attamen si ad officium hujus Civitatis quis forte extrahitur, & sine causæ cognitione, ipso inaudito suffocatur, admittere solet Regius Senatus appellationem.

10 Et pro hac opinione affirmativa declaravit Senatus in causa Joannis N. V. I. D. contra Syndicum Civitatis Barcinonæ, & Hieronymum N. domicellum, Regia provisione, facto verbo factà per Magnificum Joannem Cellèrs Regiæ Audientiæ, & Tertiæ Aulæ Doctorem die 16. junii 1666. scriba Oriol & Mercer, in. & cumqua dictum fuit, exceptioni inevocabilitatis causæ appellationis interpositæ per dictum Joannem N. à sententia contra ipsum, & in favorem dicti Hieronymi N. lata, per Consiliarios, & Concilium ordinarium vulgò dictum *de trenta sis* super officio Clavarii dictæ Civitatis oppositæ per dictum Hieronymum N. & Syndicum Civitatis, locum non fuisse, nec esse; sed ad ulteriora procedendum fore, & esse; in qua nullum fuit adiectum motivum, nisi illud *meritis processus attentis, & præcipuè natura, & qualitate causæ, & aliàs.*

11 Pro negativa sententia adducitur primò privilegium Serenissimi Domini Ferdinandi Secundi, datum in Villa Sanctæ Mariæ de Campo 4. Septembris 1506 in, & cum quo expressè prohibetur, quòd Locumtenens Generalis, & Regia Audientia non possint admittere recursus interpositos à causis, seu quæstionibus motis, & movendis super extractionibus officiorum dictæ Civitatis, quacumque causa, ratione, colore, & qualitate.

12 Secundò ponderatur declaratio Mag. Regentis Albanell, quæ vim privilegii habet, super interpretatione privilegii dicti Serenissimi Regis Ferdinandi, dicti del *regiment* Civitati concessi, dati in Villa de Ocaña 13. Decembris 1498. quæ fuit prolata 3. Aprilis 1503. qua disponitur, quòd si extractus ad sortem ad aliquod officium, prætendatur, quòd sit inhabilis, habeat judicari per Consiliarios, & majorem partem Concilii, in quo fuerit extractus, ipso audito, si præsens fuerit in Concilio, aut vocato, si visum fuerit dicto Concilio; & casu quo ille, qui fuerit declaratus inhabilis, non fuerit auditus, & prætenderit esse habilem, possit recurrere ad Consiliarios, & Concilium ordinarium dictæ Civitatis, & non possit pro casu aliquo à declaratione inhabilitatis recurrere ad Locumtenentem Generalem, nec ad alium quemque Officialem Domini Regis.

13 Et fuerat jam antea sic declaratum in causa recursus interpositi per Franciscum N. introducti in Regia Audientia à procedimentis contra eum factis per Consillarios, & Concilium Centum virale circa repulsionem dicti N. ab officio Pallolerii, ad quod fuerat extractus Regia provisione, facto verbo facta per Magnificum Franciscum Descamps 20. Decembris 1591. cum qua visis privilegiis, provisionibus, & declarationibus Regiis pro parte Syndici Civitatis exhibitis, fuit provisum recursui interposito per dictum N. ad Regiam Audientiam locum non fuisse, & ad ulteriora in dicta causa in Regia Audientia procedendum non esse: adest copia dictæ Regiæ declarationis in libro intitulato *sententiarum secundus* recondito in Archivo Civitatis, & est etiam in processu causæ vertentis in Regia Audientia inter Gabrielem N. aromatarium Civem Barcinonæ ex una, & Syndicum dictæ Civitatis. & Franciscum N. Candelerii ceræ ex alia, ad relationem Magnifici Ludovici Ferrer quondã Regiæ Audientiæ, & Tertiæ Aulæ Doct. scriba Bas Not.

Sic similiter fuit declaratum in causa appellationis in- 14
terpositæ per Gabrielem N. aromatarium à suffocatione facta per Consiliarios, & Concilium dictæ Civitatis de persona dicti N. extracti ad Officium Consilliarii in ordine Quinti, quæ fuit evocata ad Regiam Audientiam, & commissa dicto Ferrer, per quem die 1. Septembris 1662. facto verbo in Regia Audientia fuit provisum, prout sequitur: *Meritis processus attentis, & præcipue attento ex dicta deliberatione Magnifici Reg. Albanell, quæ vim privilegii habet, constat, extractum in officiis præsentis Civitatis Barcinonæ, & eo inaudito suffocatum per Consiliarios, & Concilium Centumvirale dictæ Civitatis posse, si prætendat esse habilem, recurrere ad Consiliarios, & Concilium ordinarium dictæ Civitatis, & non posse pro casu aliquo à declaratione inhabilitatis recurrere ad Locumtenentem Generalem, nec ad alium quemque Officialem suæ Celsitudinis; & ex alio privilegio suprà kalendato constat, non posse admitti, nec cognosci in Regia Audientia de aliquibus causis recursuum motis, & movendis super extractionibus officiorum dictæ Civitatis, pro quolibet casu, ratione, colore, & qualitate, contra formam suprà dicti privilegii; imò illud observandum esse in omnibus, & per omnia, juxta illius seriem, & tenorem: Ideo, & aliàs facto verbo in Regia Audientia provideat, & declarat, non fuisse intentionis suæ Excellentiæ præsentem causam recursus, & appellationis pro parte Gabrielis N. interpositæ in dicta suffocatione, & procedimentis factis per dictos Consiliarios, & Concilium Centum virale præsentis Civitatis Barcinonæ ad se, & ad Regiam Audientiam evocare obstantibus dictis privilegiis, & consequenter ad ulteriora dictæ causæ in Regia Audientia procedendum non esse.* Quæ opinio est certa, cum privilegia sint clara, aperta, & Regiis provisionibus observata.

Superest ut respondeamus contrariis; & in primis non 15
obstant exemplaria Senatus allegata per dictum Xamm. *dict.* §. 25. quia ibi non fuit opposita exceptio vocabilitatis per Syndicum Civitatis, nec per partem; ideo nil mirum, quòd fuerint subsequutæ similes declarationes, ideò in causa recursus, seu appellationis interpositæ per Josephum N. Not. Regium à suffocatione facta per Concilium ordinarium Civitatis Barcinonæ de illius persona ab officio coadiutoris scribæ majoris Visitæ domus Civitatis, quæ fuit evocata ad Regiam Audientiam, opposita per Syndicum Civitatis exceptione inevocabilitatis extra tempus constitutionis, fuit declaratum Regia provisione facto verbo in Regia Audientia, ref. Magnifico Joanne Baptista Pastor Regiæ Audientiæ, & Tertiæ Aulæ Doctore, nunc in Supremo Concilio Aragonum Regente accuratissimo 19. Januarii 1674. prædictæ exceptioni locum non fuisse, nec esse, ex quo fuit opposita extra tempus constitutionis.

Nec etiam obstat doctrina Xammar *dic. def.* 8. *nu.* 31. 16
& 32. quia salva pace tanti viri sustineri non potest, tum quia est contra privilegia suprædicta, & signanter contra declarationem Reg. Albanell, in qua expressè dicitur, quòd casu, quo ille, qui fuit declaratus inhabilis, non fuerit auditus, & prætenderit esse habilem, ut non possit pro casu aliquo à declaratione inhabilitatis recurrere ad Locumtenentem Generalem, &c. Tum etiam quia in casu dictorum Gabrielis N. & Francisci N. prædictus Gabriel fuit suffocatus, ipso inaudito, & dictus Franciscus in illius locum extractus, & in possessionem immissus, & hoc non obstante, fuit declaratum, appellationis causam per dictum Gabrielem N. interpositam non potuisse ad Regiam Audientiam evocari.

Pro

17 Pro intelligentia verò causę Doctoris Joannis N contra dictum Hieronymum N. supponitur, quòd Hieronymus N. fuit ad sortem extractus ad officium Clavarii præsentis Civitatis, adversùs quem opposuit Syndicus quandam exceptionem, quam declaravit Centumvirale Concilium obstare dicto Hieronymo ad dictum officium obtinendum, & hac de causa fuit suffocatus, & in illius locum extractus dictus Doctor Joannes N. recursum interposuit dictus Hieronymus N. ad Consiliarios, & Concilium ordinarium dictæ Civitatis à dicta suffocatione, per quod fuit declaratum, ipsum fuisse malè suffocatum, & sic fuit revocata declaratio Concilii Centumviralis, & ab ipsa declaratione Concilii ordinarii appellavit dictus Joannes ad Regiam Audientiam, in qua comparuit Syndicus Civitatis, opponendo exceptionem inevocabilitatis, & fuit declaratum, illam non procedere, attenta natura, & qualitate causę.

18 Sic pro constanti habetur, non admitti primas appellationes ad Regiam Audientiam; verùm admitti secundas appellationes, prout in exemplari immediatè relato fuit etiam declaratum, ibi: *Die 24. Februarii 1676. viso præsenti processu, & partium altercato circa exceptionem inevocabilitatis præsentis causæ in vim dilatoriæ oppositam per subsyndicum Civitatis Barcinonæ schedula per ipsum oblata 4. Februarii 1675. prætendendo in vim Regiorum privilegiorum ipsi Civitati concessorum, non potuisse hanc causam ad Regiam Audientiam ad instantiam Iosephi N. mercatoris Civis Barcinonæ evocari, cui extitit contradictum pro parte dicti Iosephi N. visis schedulis, & deductionibus per partes respectivè oblatis, instrumentis exhibitis, & aliis videndis visis. Attento licèt constet dictum Josephum N. mercatorem die Sancti Andreæ Apostoli 30. Novembris 1674. in Concilio Centumvirali presentis Civitatis sorte extractum in officium Consiliarii in ordine quarti ejusdem Civitatis fuisse suffocatum, & in ejus locum alium extractum, constet in causa recursus interpositi per dictum N. ad Consilarios, & Concilium ordinarium dictę Civitatis fuisse dictam suffocationem confirmatam. Constet ex interpretatione facta per Magnificum Regentem Hieronymum Albanell. die 3. Aprilis 1503. (quæ vim privilegii habet) super privilegio reg minis dictæ Civitatis Barcinonæ etiam eo inaudito suffocatum per Consiliarios, & Concilium Centumvirale dictæ Civitatis posse, si prætenderit esse habilem, recurrere ad Consiliarios, & Concilium ordinarium ejusdem Civitatis & non posse pro casu aliquo à declaratione inhabilitatis recurrere ad Locumtenentem Generalem, nec ad alium quemcumque Officialem Regium. Constet etiam ex alio privilegio Regio dictæ Civitati concesso per Serenissimum Regem Ferdinandum 4. Septembris 1506. prohibitam esse Locumtenenti Generali, & Regiæ Audientiæ cognitionem causarum recursuum, & appellationem motarum, seu movendarum super extractionibus officiorum dictæ Civitatis pro qualibet causa, ratione, colore; & qualitate contra formam dicti privilegii; imo illud observandum esse in omnibus, & per omnia, juxta illius seriem, & tenorem. Ex quibus constare prætendit Subsyndicus Civitatis non potuisse præsentem appellationis causam interpositam per dictum N. à declaratione ipsius inhabilitatis ad Officium Consiliarii in ordine quarti facta per Concilium ordinarium dictæ Civitatis ad Regiam Audientiam evocari, obstantibus dictis privilegiis Regiis. Cæterum attento constat, præsentem appellationem fuisse secundam appellationem, ab ultima declaratione Concilii ordinarii dictæ Civitatis interpositam ad Regiam Audientiam; constat in dicta interpretatione Magnifici Regentis Albanell, nullatenus concessas esse dictæ Civitati secundas appellationes super extractionibus officiorum dictæ Civitatis, quæ cum sint de Regalibus, & de Suprema Domini Regis potestate, non intelliguntur concessæ etiam in generali concessione, nisi expresiè concedantur, nec sic per consequens constat in dicta Regia interpretatione prohibitas fuisse de suffocationibus officiorum dictæ Civitatis secundas appellationes ad Regiam Audientiam, quin illud inferri valeat ex illa clausula* axi que per cars algu de la declaració de la inhabilitat nos puga recorrer al Lloctinient General, ni à altre quaslevol Official de sa Alteza; *constat namque hanc clausulam esse declarativam antecedentium juxta subjectam materiam, ut denotat dictio* ita quod, *& cum in ea disponatur, à declaratione inhabilitatis non posse recurrere ad Locumtenentem Generalem, vel alium quemlibet Officialem suæ Celsitudinis, referri debet ad clausulam, in qua proponitur extractus declaratus inhabilis per Concilium Centumvirale, & sic ad casum primæ appellationis, aut recursus, non etiam ad antecedentem clausulam immediatam; quia in ea solùm disponitur, ut possit inhabilis declaratus recurrere ad Consiliarios, qui Consiliarii tenentur intra sex congregare Concilium ordinarium, ut audito eo qui prætenderit esse gravatum, habito consilio Advocatorum Civitatis fit per dictos Consiliarios, & Concilium, declaratum super dicta inhabilitate, nec ultra progreditur ad casum declarationis inhabilitatis factæ, quæ est materia subjecta denegandi, aut aliàs concedendi appellationem; tum etiam quia ultima verba* sia declarat sobre dita inhabilitat *constat esse comprehensiva casuum, tam in quo declarari valet extractus inhabilis; quam in quo habilis declarari potest, qui ultimus casus non est de quo loqui possit clausula subsequens, in qua à declaratione inhabilitatis appellatio denegatur; quia declarato habili non est quæreudam ab ista habilitatis declaratione, an sit dicta appellatio deneganda, cum solùm à declaratione inhabilitatis denegetur.*

Per consequens liquet in causis extractionis officiorum Civitatis solùm esse prohibitas, posse evocari ad Regiam Audientiam primas appellationes, salvo casu injustitiæ notoriæ, in quo potest adiri superior, ut denotat clausula dictæ interpretationis (salvo quod si Dom. Noss Regi) non verò prohibitum esse posse evocari ad Regiam Audientiam secundas appellationes, nec sic secundam appellationem interpositam ad Regiam Audientiam per dictum N. unde pariter liquet supra kalendatum Regium privilegium Serenissimi Domini Regis Ferdinandi die 4. Septembris 1506 nil supradictis officere, quia non loquitur de secundis appellationibus.

His igitur, & aliis meritis processus attentis, & aliàs facto verbo in Regia Audientia providet prædictæ exceptioni inevocabilitatis præsentis causæ oppositæ per dictum Subsyndicum locum non fuisse, nec esse, sed ad ulteriora in causa esse procedendum, prout in, & cum præsenti procedi posse declarat, articulo expensarum in posterum reservato probibitis fiat executio intimetur.

Fuit hæc declaratio facta, me referente, scriba Congost.

Fundamentum hujus Regiæ declarationis capitur ab illa regula, qua docemur, quòd in generali concessione jurisdictionis omnimodæ non venit appellationum cognitio, Jacob. *in sua investit. in ver. Et dicti Vasalli col.* 13. Capy. *in sua investit. verb. feudum jurisdictionale, ver. Remanet*, cum aliis adductis per Covar. *pract. quæst. cap.* 4. *n.* 6. qui dicit, hanc opinionem in praxi esse receptam, Regens Constant. *ad l. unic. de classicis lib.* 11. *n.* 94. Marinis ad Revert. *decis.* 81. *n. fin.* Mastril *de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 8. *& 9. & lib.* 4. *cap.* 16. *n.* 77. Fontan. *tom.* 2. *decis.* 387. *n.* 15. *& decis.* 389. *n.* 15. Capycius Galeota *resp. fiscal.* 28. *num.* 63. 19

Prout etiam est certum, quòd concessis appellationibus cum castro, vel jurisdictione, non censentur concessæ nisi primæ, secundis penès Principem ex sua præeminentia remanentibus, Font. *tom.* 2. *d. decis.* 387. *num.* 14. *& 15. & decis.* 389. *n.* 14. *& de pactis nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 10. *par.* 2. *n.* 14. *circa fin.* ubi tradit ita pluriès vidisse obtentum. 20

AD-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ADDITIONES
AD PRIMAM PARTEM
DECISIONUM CRIMINALIUM.

AD DECISIONEM PRIMAM.

Ad num. 1.



Ntonius Gobius *consult. decis. 57. num. fin.*

Ad eundem num. 1. in fin

Urceol. *de transact. q. 56. n. 3.* Bonden. *collect. legal. 12. n. 120* & alii allegati per Romaguera ad Conciol. *super stat. Eugub. l. 4. rub. 1. in addit. n. 8. & seqq.* Luca *lib. 15. par. 1. de judiciis decis. 35. num. 4.* reddens rationem, quia apud Romanos cum prudentissimis, politicisque regulis usus inolevit, ut sine aliquo dedecore etiam extraneis, qui nullum interesse haberent, vel injuriam passi essent, pro Reipublicæ quiete, & tranquillitate, licitum esset accusatoris, vel instigatoris partes assumere, quinimò ad meritum, & laudem id potiòs referebatur, juxta ea quæ de Censoriis Catonibus, & de aliis zelantibus Patriciis, vel Civibus apud antiquos Chronistas habentur: Hodie verò in ipsismet offensis, vel injuriam passis nedum nobilibus; sed etiam mediocris civilitatis indecorum, & verecundum reputatur in judicio accusare, quasi quod cum privata vindicta injuriam propulsare congruat; ideoque ad inquisitionem ex officio procedendum est, ne delicta remaneant impunita, probant Fagnanus *1. par. lib. 5. decret. cap. qualiter, & quando, secun. num. 16. cum seqq.* DD. Vicecan. Crespi *obs. 4. num. 20.* ubi latissimè *in observatione à num 14.* agit de casibus, in quibus de officio potest procedi in causis criminalibus.

Ad num. 8.

Hoc fit in vim supremæ jurisdictionis, quæ à Rege non solet separari, & licèt ab ejus jurisdictione ordinaria separentur; semper tamen Vassalli Regis existimantur, Molina *de Hisp. primog. lib. 1. cap. 13. num. 47. &* 48. Parlad. *different. 19. num 4. tit. 3.* Covar. *prac. cap. 4. num. 2.* Cavedo *par. 2. decis. 106. num. 1.* propter superioritatem, quæ semper residet, & manet in Rege, Afflict. *decis. 165. num. 10.* Cavedo *par. 2. decis. 40. nu. 2.* Menoc. *de recup. posses. remed. 1. num. 3.* Otterus *de official. par 2. cap. 1 n. 26. cum seqq.* qui *nu. 29* hinc infert, quod vassalli tenentur Regem defendere contra ipsum Baronem.

At licèt sit magna potestas, & auctoritas Excellentissimi Proregis hujus Principatus, & Regii Criminalis Concilii; non tamen debent fieri tales evocationes sine causis legitimis, ut ex Paulo de Castro, Panormit. Belluga, Rebuf. Tapia in simili scribit Prato *responsa. crim. 4. numer. 3. cum seqq.* docens *nu. 7.* quòd non potest Princeps sine causa propriam jurisdictionem Tribunalibus auferre, & *num. 12.* sine urgenti causa has evocationes irrogare injuriam Judici, à quo causa evocatur, Rota apud Cassad. *decis. 1. de rescrip.* & per Farinac. *in recent. decis. 655. num. 3. par. 1. tom. 2.* Seraphin. *decis. 763. num. 6.* Grat. *decis. 209. numer. 7. & 8.* Eugen *consil. 40. numer. 12. libr. 2.*

Ponte *de potest. Proreg. tit. de deleg. caus. ex numer. 6. & 7.* qui de hac re enqueritur, ibi: *Si Judices mali sint, inconfidentes, juris ignari, corrigantur à Superiore, annales removeantur, perpetuæ suæ Majestati deferantur, ad hoc ut congruum adhibeatur remedium; & prorsus depellantur, & dignitatis insulis depellantur, quomodo igitur Tribunalia punienda veniunt, & desaut horanda, si non peccaverint?*

Prosequitur idem Prato *dict. resp. crim. 4. numer. 21.* ex hac causarum evocatione plura juris theoremata prosterni, quando jam causæ in Tribunalibus introductæ erant, videlicet contra illud, quo docemur, ubi cæptum est judicium, ibi finiri debet, *l. ubi 30. ff. de judiciis,* & punctim observat Covar. *pract. cap. 9. numer. 4* illud. de qua re Judex cognovit, de ea pronuntiare debet, *l. de qua re d. tit. de ind.* cadunt in contumelias judicum, qui de causa cognoscere cæperunt *ad Tex. in l. litigatores, ff. de recep. arbitr.* & consideravit *Tex. in l. nemo, C. de jurisd. omn. judic. Authen. de mandat. Princ. §. sit tibi, col. 3.* ibi: *Si verò cum te non adierit, venire ad hanc Regiam Civitatem præsumpserit, & remittemus eum cum omni correctione, & judicium non dabimus.* Ea sigitur evocationes odiosas esse, & debere restringi, & non sine urgente causa esse admittendas concludit Prato *loc cit.* & pluribus allegatis comprobat antedicta, Castillo *quotid. controv. lib. 6. de tertiis cap 41. nu. 120. cum pluribus seqq.* Cyriac. *controv. 551* Merlin. *obser. 102. n. 3. & seq.* ex Mastril. Fabro, Valenzuela, & aliis comprobat Solorzano *de jure Indiar l. 4. c. 12. nu. 13. & seqq.* & antea *cap. 10. nu. 45.*

Ad num 10.

Mastril. *de Magistrar. lib. 4. cap. 16. n. 215. ad Tex. in l. nullis 10. C. de judic.* qui textus procedit etiam in criminalibus, ut advertit Jason ibi *numer. 3.* sic evocata causa quoad delictum principale, evocanda erit quoad auxiliatores, fautores, aut receptatores, ut probant tradita à Prato *respon. crt. 40. num. 39. & seq.* de hac re Carleval. *de jud. tit. 1. disp. 2. numer. 899. & tom. 2. tit. 1. disp. 2. nu. 5.* Gonzalez Tellez *ad l. 1. decretal. tit. 3. de rescrip. c. quia nonnulli 43. n. 4.* & probat Vico *ad Prag. Reg. Sardin. l. 1. ti. 18. c. 4. n. 26* in eo qui plura delicta commisit, quorum aliqua pertinent ad cognitionem Regiorum Ministrorum; nam tunc etiam potuerunt cognosci de pertinentibus ad Baronem per viam cumulationis.

Ad num. 11.

Faciunt tradita per Reg. Vico *ad Prag. Reg. Sardin. l. 1. tit. 18. cap 4. num 15. cum seq. &* Mastril. *de Magistr. lib. 4. c 16. num. 267.*

Ad num. 13.

Franciscus Antonius Tranchedi. *consult. 60 num. 35.* Fagnanus *super 2. decret. cap. Ex parte de for. comp num. 10.* ubi ait, hæc maximè procedere in causa Pupilli, supposita perhorrescentia, Mastril. *de Magistrat. lib 4. cap. 16. num. 237.* qui intelligit ob potentiam divitis causam inter ipsum, & pauperem evocari, quando Baro potentem protegerit; aliàs secus. Quia ordinarius non erat potens, fuit evocata causa ad R. C. die 4. Septembris contra Franciscum N. & fuit confirmata evocatio die 25. Octobris ejusdem anni, referente Magnifico Vincentio Sabater Reg. Aud. Doct. scriba Riambau; in causa supplicationis præsentavit ordinarius supplicationem, narrando non posse ministrare justitiam ob potentiam adversarii, quod aliunde etiam fuit probatum.

Ad num. 14.

Vicecanc. Crespi *obser. 13. nu. 57.*

Ad num. 15.

Concessio hæc pertinet ad Regem in signum supremę jurisdictionis, Franchius *dec. 75. & dec. 505. nu. 22.* Jason *de antephat. ver. 3. observat. 4. n. 269.* Capiblanc. *de baron. prag. 5. n. 64. & sequen & prag. 8 par. 1. n 81. 86. 87. & 197.* Osasc. *dec. 29. & 101.* & his allegatis Prato *responsa. crimin. 40. nu. 36.* (& sic apud nos causæ criminales contra Officiales Regios evocantur tanquam consistoriales) Capyc. Galeota *respon. fisc. 1. nu. 137. in fine.*

Ad num. 16.

Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 3. nu. 29.* Quando igitur contra violantes Salvasguardias obtentas in exequutionem Regiæ sententiæ possent causæ evocari, scribit Vico *ad prax. Reg. Sardin. l. 1. tit. 18. c. 4. nu. 21* Mastril. *de Magist. d. 4. c. 16. nu. 266.*

Ad num. 17.

Ad materiam vide Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. numer. 798. cum seqq.* Sanfelic. *decis. 224.* cum aliis allegatis Altimar. *ad decis. 80. numer. 5. cum. seqq.* Prato *responsa. crim 17. numer. 13.* Vico *ad prag. Regni Sardiniæ lib. 1. tit. 18. numer. 7.* probans, quod quando agitur de proprio interesse Baronis, evocatur causa, & ideo nec potest in litibus vertentibus inter eum, & subditos judicium ferre, nec cognoscere de injuriis sibi, vel suis Officialibus factis, quod *ibidem* declarat, & *num. 25.* nec de causa subditi domestici, & familiaris Baronis; nam tunc causa in Regia Curia tractan-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

standa erit, idem tenet Mastril. *de Magistrat. lib. 4. cap. 16. num. 258.*

Ad num. 18.

Vico *ad prag. Reg. Sardin. lib. 1. tit. 18. cap. 4. num. 20.* allegans Cancer, & alios.

Ad num. 19.

Princeps, quando apponendo manum in causa, censeatur illam sibi evocare, scribit Altimarus ad Rovit. *l. 2. cons. 35. num. 4.*

Ad num. 22.

Rodoer. ad Marinis *resol. quot. cap. 19. num. 1.* ubi *num. 10.* id etiam admittit, quando inferior est parti suspectus ob justum timorem futuri gravaminis. In casu negligentiæ inferioris, quod possit evocari causa, probat Vico *ad prag. Reg. Sardin. lib. 1. tit. 18. cap. 3. num. 4. & cap. 4. numer. 12.* ubi idem profitetur, quando suspicio imminet contra Baronem justitiam non administraturum ratione amicitiæ, vel inimicitiæ ex Mastril. *dec. 147.*

Ad num. 24.

Ad inferioris cognitionem pertinere, si per edicta Regia non delictum fit delictum, *vel* augetur pœna delicti, probant tanquam receptum, & verum Bagnasacc. respondens Gaspari Thesauro *in suo consil. impress. post addit. ad decis. 433. sui Patris Galeota con. 54. lib. 2.* Rovit. *par. 2. consil. 93. numer. 6.* & ibi Altimarus *numer. 7. & seq.* ubi *num. 8.* recitat conciliationem harum opinionum, ut cognitio sit Principis, quando edictum est speciale; secùs verò si sit generale ex Capiblanc. *de Baron. prag. 8. par. 1. nu. 211. cum seqq. & tom. 2. cap. 40. num. 3.* & ex Scialoya *de foro comp. lib. 1. cap. 44.* (de hac re remissivè Luca *de regal. disc. 124. num. 3.*) Antonius Gobius *consult. decis. 102. nu. 5.*

Ad num. 25.

Dixit Senatus 11. Julii 1686. in facto dubii per me propositi, pro forma procedendi contra Boemios respectu pœnæ amissionis bonorum *in Generalibus Const. sub tit. de Bomians*, dispositæ.

Ad num. 26.

Vel præconia fierent pro bono publico totius status, vel concernerent ea quæ in concessione jurisdictionis superior sibi reservavit, in signum Supremi dominii, vel continerent materiam læsæ Majestatis in primo capite, vel nisi aliter consuetudine introductum sit: hæc comprobat Antonius Gobius *consult. decis. 102. num. 6. & seq.*

Ad num. 33.

Si recurratur ad Magistratum sæcularem in causis Ecclesiasticis, & sæcularibus tanquam ad virum potentem, pro sola defensione in ejus juribus, vel possessione de facto, ut scilicet ipsum recurrentem tueatur, eique assistat adversus turbationes, & molestias æmuli ei impertitur assistentia, Rota *dec. 240. p. 7. recent.* & apud Bichi. *decis. 282. Et post. 2. vol. consil. Farin. dec. 212.* Luca his relatis *in theat. veritat. l. 15. par. 1. disc. 19. n. 17.*

Ad num. 34.

Hermosilla ad Lopez *l. 1. glos. 4. tit. 3. par. 5. n. 11. & 12.* Faria ad Covar. *var. l. 1. c. 16. n. 54.*

Ad num. 36.

Si sit inter Judices æquales contentio jurisdictionis, superior eorum debet adiri, qui controversiam dirimat, ex Canc. Salgad. Valenzuel. & aliis Bolero & Caxal *de decoct. debit. Fiscal. tit. 2. quæst. 4. nu. 20.* Solorzan. *de jur Indiar. l. 4. c. 5. n. 18.*

Ad num. 42.

Comprobat idem Reg. Cortiada *in addit. ad dec. 38. n. 35. post 2. tom. decisionum.*

Ad num. 48.

Poterit etiam tolli Regalia evocatę causæ post latam sententiam à superiore, quod interdum expediens judicatur, in exemplum aliorum, quando in loco delicti vident sententiæ exemplaris exequutionem: hancque tollere evocatæ causæ Regaliam præcisè non incumbit Superioribus apud nos, sed id arbitrabuntur, prout conveniens, & opportunum judicabunt; etsi apud alios tradatur controversum, an petentibus Baronibus, sint remittendi vassalli post terminatam causam civilem, vel criminalem à Tribunalibus superioribus; in quo articulo, post diversas relatas opiniones, affirmativam prosequitur Rodoer. ad Marinis *lib. 1. quot. resol. cap. 34. tot.* & allegat pro ea Caravita *ritu 205. ant. n. 5. ver. Tertio quæro*, Tapia *in jurib. Reg. tit. ubi de delictis nu. 49. lib. 3.* Rovit. *prag. 2. n. 6. eod. tit.* Merlin. *cont. forens. cent. 1. c. 81. nu. 14.* Carleval. *de judiciis t. 1. disp. 2. quæst. 8. sec. 2. nu. 1059.* Sanselic. *dec. 419. n. 62.* ubi Severini, Marot. *discep. forens. c. 7. n. 20.* Novar. *de privil. miser. pers. privil. 95. n. 4.*

Ad num. fin.

Evenit nuper casus singularis, ubi inferior, qui propter indicia ad mortem condemnare non potest, ut alibi passim diximus, interposuit consultationem Regio Concilio, quòd attentis, & ponderatis indiciis, injunxit inferiori, ut reum condemnaret ad mortem, quin evocaretur causa, ibi: *Die 12. Julii 1687. in facto consultationis Regio Concilio interpositæ per Joannem Selva Bajulū Villæ, & termini de Sitias, jurisdictionis, quæ dicitur esse Venerabilis Capituli Canonicorum Sedis Barcinonæ, super sententia per eum ferenda, adversus, & contra Vincentium Montanjès cultorem Villæ de Castillo de la Plana Regni Valentiæ, delatum, & inculpatum de nece per eum appensatè, proditorie, & à tergo jactu instrumenti manualis, vulgò* arma de foch, *de mandato aliorum perpetrata die 13. Junii 1687. hora septima ante meridiem subtus, & prope iter Regium dictum* las costas de Garraf. *in loco vocato* la argamassa de vallcarca *termini dictæ Villæ de Sitias, in personam Josephi Pallarès piscatoris Civitatis Valentiæ, dum ipse, & dictus Pallarès una cum aliis iter facerent à præsenti Civitate Barcinonæ ad Villā de Reus Campi Tarrachonæ, eum derobando. Visa supplicatione per dictum Bajulū oblata die 7. currentis, qua producendo processum originalem inquisitionis in Curia ordinaria dictæ Villæ de Sitias contra dictum Vincentium Montanyès, & alios fulminata, supplicat per Regium Concilium sibi cōsuli super sententia in dicta causa ferenda. Visa licentia ad effectum prædictū per suam Excellentiam Regio Concilio dict. die septima concessa. Viso processu originali dictæ Inquisitionis: facta relatione per Magnificum Franciscum de Portell Judicē Regiæ Curiæ, meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusū, quod per dictum Bajulum Villæ de Sitias cum interventu, & firma sui Assessoris declaretur, quod dictus Vincentius Montanyès condemnetur quod est reus mortis, & quod raptetur per terram, & suspendatur laqueo per collum in alta furca, taliter quod naturaliter moriatur, & anima ab eius corpore illico separetur. Et quod post latam sententiam, & ante illius exequutionem torqueatur in caput mandantium dicti homicidii.*

Insequuti fuerunt Domini exemplar de quo Peguera *dec. 83. in fine*, & facit Sanfelicius *dec. 47. l. 1. n. 8.* Capicius Latro *dec. 163. l. 2. nu. 7.*

AD DECISIONEM II.

Num. 14.

Litterarum cognitionem, liberaliumque artium disciplinam, quibus juventus in publicis Gymnasiis eruditur, magnam Reipublicæ utilitatem afferre attestatur Plutarchus *de instit. liber.* ibi: *Per hanc enim adiutricem nosse licet, quid honestum, quid turpe, quid justum, quid iniquum, brevi quid expetendum, quid fugiendum, quemadmodum erga Deos, quemadmodum erga parentes, qui erga majores natu, qui erga leges, qui adversus Magistratus, qui adversus alte nos, qui adversus amicos, qui adversus coniuges, qui adversus servos nos gerere debeamus. Deos ut colamus, Parentes ut veneremur, majores natu ut revereamur, legibus pareamus, Magistratibus audientes simus, amicos diligamus, castè cum coniugibus agamus, pietatem in liberos exerceamus, in servos non sæviamus, & quod caput est rebus secundis non exultemus, neque nimium animum contrahamus rebus asperis, neque in voluptatibus gestiamus, neque in ira exardescamus, vel efferati simus.* Plura de his apud Gonzalez Tellez *super l. 5 decretal. tit. 5 de Magist. c. quia nonnullis 4. nu. 3.* qui subdit ibi: *Ideo in omnibus rebus publicis benè moratis prima cura fuit scholarum publicarum, ut essent Magistri, qui publicè Grammaticam, cæteraque artes profiterentur, & docerent, publico illis stipendio constituto. De Republica Hæbreorum, ubi erant scholæ Prophetarum, & scribarum latè agit Hallierius de Eccles. hierarch. lib. 1. cap. penul. Et de veteribus Collegiis puerorum, ubi pueri erudiebantur, plura adducit Vivar ad Flav. dexter. anno 385. apud Romanos Hadrianum Cæsarem magno laudum præconio commendat Lampridius, quod Academias instituisset, & eorum studiosus esset, qui liberales artes profitebantur. Et Alexius Comnenus scholam instituit, qua pupilli, pauperumque liberi docerentur, victumque, & alimenta tam docentibus,*

bus, quàm discentibus assignavit, teste Zonava tom. 3. pag. 129. & stipendia non vulgaria esse Professoribus studiorum assignanda docetur in l. unic. Cod. de stud. liber. l. medicus, §. fin. Cod. de profes. & medic. lib. 11. l. 1. Cod. Theodos. eod. tit. plura Theophil. Rainaud. tom. 11. in Threnod. rei litter. fol. 427.

Ad eundem num. 14. infra.

Ad alliciendos animos ad studia litterarum, quæ multis constant laboribus, ut ajebat Eumenius *in orat. pro instau. studii Augustod.* non solum magna præmia professoribus concessa fuerunt, quod esse specimen florentis Reipublicæ ajunt Simanchas *lib. 1. epist. 73.* Cassiod. *lib. 9. epist. 21. & lib. 2. epist. 16.* verum & magna privilegia ipsis concessa fuerunt: Hæc scribit Gonzalez Tellez *lib. 3. decret. tit. 5. de præbend. cap. licet 32. numer. 4.* & alia recitat Pet. Greg. *lib. 8. de Repub. cap. 4. num. 2.* Melchior Junius *par. 3. polit. quæst. 107. ver. Et quidem cum seq.* Justus Lipsius *lib. 4. de magnit. Roman. cap. 10.* Sveton. in Cæsar August. *cap. 42.* Marcel. Donat. *in dilucid. ad eum, cap. 40. pag. 295.* Joann. Pet. Cermenat *in rapsodia de recta Regni administ. c. 17.* Valenz. *consil. 76. nu. 44.*

Ad num. 15.

Scobar *in trac. de Pontif. & Reg. jurisd. in schol.* Pereyra *in tract. de Republ. litterar.* Altimar. *ad lib. 3. Rovit. consil. 47.* Luca *de præemin. disc. 39* Pilaja *decis. can. lib. 1. dec. 10 n. 50* & alii citati per Romag. ad Conciol. *super statut. Eugubii lib. 1. rub. 35. in addit. n. 4.*

Ad eundem num. 15. in fine.

Valenzuela Velasquez *cons. 76. n. 20.* qui asserit, quòd scholastici, aut Doctores gravati, & oppressi, possunt immediatè appellare ad Tribunal Principis, qui eos omninò in suam protectionem recepit, & ab iniuriis pollicitus est vindicare, Pet. Greg. *de Repub. lib. 18. c. 7. n. 15.*

Ad num. 18.

Cabal. *resol. crim. cas. 8. num. 35.*

Ad eundem num. 18. infra.

Burgius *de modo procedendi ex abrupto cent. 1. qu. 19. n. 208.* Muta *super prag. Regni Siciliæ tom. 1. tit. 45. nu. 13.* Franciscus Merlinus latè *cont. forēf. cent. 1. c. 56. n. 4 & seq.*

Ad num. 22.

Unde meritò queri possent, si ex his commodum, præmium, & honorem non consequerentur, ut ait Solorzan. *de jur. Indiar. lib. 2 c. 1 n. 54.* expendens Cassiod. *lib. 2. epist. 28.* ibi: *Exprobata militia creditur, quæ illaudata, & irremunerata traditur, & etiam equi, & bruta animalia spectare videntur præmia sua, & tantæ justitiæ vis est, ut neque illis tardiùs detur laboris pretium, qui sentire non poterant denegatum*; Et prosequitur Solorz. *n. 72.* docens, nullum esse Regnum, nullamque esse Rempublicam, quæ militibus magna aliqua perficientibus, eximia aliqua præmia non concederent, etiam in eorum posteris duratura, ut constat *ex tit. dict. & Cod. de veter. & privil. veter. §. filii autem, inf. de excusat. tut.* ubi plura adducit Balduin, Gentian. Hervet. *in notis ad Clem. Alex. lib. 1. strom. cap. 3. pag. 312.* ubi præmia varia pro meritorum varietate constituta esse ostendit; de Pyrro Epirotarum Rege tradit Plut. *in ejus vita* quòd erat alacris, & promptus ad rependendam gratiam, & Anton. Panorm. *lib. 1. de dictis, & factis Alfons. Reg. Arag* ait Regem illum à nemine unquam gratitudine, & officio se vinci passum: plura pariter de hac re scripsit Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 1. n. 17. & seqq.*

Ad eundem num. 22. infra.

Nec ab his distant Academici à militibus; scolastici enim æquiparantur militibus, Solorz. *in polit. Indian. pag. 441. vers. Aunque*, ideoque dixit Cassiod. *lib. 1. epist. 17.* actionem militarem expeditionem appellari, idem Solorz. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 25. n. 117.*

Ad num. 35.

Ad quorum observantiam præcipuam Nobiles, & majori dignitate pollentes fortiùs stringuntur, *cap. 1. §. si quis verò ausu de pace tenend. & juram. firm.* Solorz. *in allegat. Fiscal. pag. 576. n. 200. in post.*

Hinc quia Deputati, & Auditores computorum Generalis Cathaloniæ non obtemperarunt mandato in forma Cancellaria eis expedito, & præsentato; permittendo quòd Procurator Fiscalis domus Deputationis apponeret exceptionem contra quosdam insaculatos in bursis Deputatorum, & Auditorum, non obstante resolutione R. A. junctis Tribus Aulis facta, declarando illos habiles, fuit conclusum die 21. Julii 1665. in Regio Concilio, Deputatos, & Auditores, Procuratorem Fiscalem, & alios Officiales violasse disposita in Usat. *Auctoritate, & Rogatu*, juxta cujus seriem, & aliorum usaticorum illi applicabilium erat procedendum; & quòd Regiis carceribus manciparentur, servata in Auditore cómputorum Ecclesiastico forma capituli ann. 1580. est in libro conclusionum criminalium illius anni *fol. 49. & 50.*

Ad num. 42.

L. ult. Cod. ad leg. Jul. majest. l sed etsi 26. §. si feriæ, ff. ex quibus caus. major. ibi: *Quia prospicere eas potuerit, & debuerit actor, ne in eas incidat, l. si putator 31. ff. ad leg. Aquil. l. si quis domum, §. 1.* ibi: *Quia hoc evenire posse prospicere debuit, ff. locati*, cum aliis quas adducit Osuald ad Donel. *lib. 15. cap. 23. lit. B*, Radulph. Forner. *lib. 6. rer. quot. c. 21.* Amaya *lib. 1. obs. c. 11. n. 14.* Cabrer. *de pœna trilip. prælud. 1. n. 23. & seqq.* & his allegatis Solorzan. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 25. n. 72.*

Ad num. 43.

Sic intelliges Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib. 1. rubr. 4. num. 21. & seqq* ubi asserit, quòd Civitas Gerundensis habet salvamguardiam à nostris Regibus, & Jurati illius Civitatis, eorum Officiales, & cunctæ res suæ sunt sub protectione Regia, & contra eos offendentes, vel injuriantes, ac damnificantes proceditur per viam Regaliæ; nam hęc procedere poterunt, publicata salvaguardia, & non aliàs.

Ad eundem n. 43. vers. Vlterius.

A voto debui discedere, & sequi observantiam hic allegatam die 28. Januarii 1686. ubi contra personam militarem sine instantia partis, delatam de homicidio commisso in militem, non posse procedi per Regaliam Usatici *simili modo*, fuit concorditer tentum, quia salvaguardia militum in hoc Principatu non fuerat publicata.

AD DECISIONEM III.

Num. 4.

Fagnanus *in 2. par. lib. 1. decretal. c. Innovamus; de pace, & treuga*, ubi *num. 5. cum seqq.* suscitat quæstionem, an concessa securitate eundi, & redeundi, intelligatur pro una vice tantum, an vero pro pluribus; & distinguit tres casus. Primum, quando securitas fuit determinatè petita, & determinatè concessa, & hoc primo casu quęstio procedit de plano, quia standum est determinationi. Secundum, quando securitas fuit determinatè petita, sed indeterminatè concessa, veluti quia petitur securitas vel salvus conductus per decem dies, & superior concedit indeterminatè, & hoc casu indeterminata concessio intelligitur juxta determinatam petitionem. Tertium, quando fuit indeterminatè securitas concessa, & sic versamur in dubio, & hoc tertio casu intelligitur pro prima vice, quem tertium casum limitat cum Felin *in dict. cap. innovamus*, septem modis, & inter alios, duos adducit, qui deservire possunt pro intelligentia Usatici, ut tunc securitas non censeatur concessa pro prima vice, quando illius simplex sermo profertur in materia, quæ de consuetudine requirit iterationem, vel quando per primum actum non est satisfactum menti disponentis, ut hic: quocirca securitas usatici erit pro omnibus actibus, quibus quis ibit, stabit, vel recessit à Curia.

Ad num. 6.

Ire ad Regiam, Audientiam, est ire ad Principis Curiam; nam idem est ire ad Judicem, ac ire ad jus, quia debet esse Judex uti jus animatum, Paulus Rubeus *de valid. leg. cap. 50. n. 111.*

Ad num. 15.

Eximens carceratum à manibus justitię punitur eàdem pœnà, qua puniendus erat captus, & si erat pro causa civili, tenetur eximens ad solvendum debitum illius capti, ac si pro illo fidejussisset, Magon. *decis. lucen. 90. n. 30.* Marin. ad Revert. *decis. 383. nu. 2.* Rocch. *de offic. rub. 14. §. 12. n. 18. & 19.* Atque ita eximens à carcere, seu à manibus Curiæ delinquentem capitaliter convictum, & condemnatum, pœna legis Jul. Maiestatis, & sic ultimi supplicii tenetur, Matthæu *de re crim. cont. 17. à n. 15. ad 29.* Altimar. ad Rovit. *lib. 3. consil. 5. n. 3.* Rodoerius ad Marinis *var. lib. 1. cap. 115. num 1.* Severini ad Sanfelic. *decis. 335.* Guaz. *ad def. reor. 5. cap. 5. numer. 6.* & sic vide per nos dicta *decis. 14. num. 20.* Si autem captus exemptus non erat condemnatus, convictus nec confessus, eximens tenetur ad pœnam, ad quam exemptus tenebatur, Altimar. ad Rovit. *consil. 5. num. 4.* Carpzou. *in prax. crim. quæst. 35. num. 40. & quæst. 111. n. 84.* Rodoer.

doer. ad Marin. *dict cap.* 115. *nu.* 2. Guaz. *in d.cap.* 5. *n.* 9.

Pro causa civili eximens tenetur duplici pœna, nempe ad solvendum id, ad quod captus tenebatur, una cum damnis, interesse, ac expensis; & ad pœnam extraordinariam usque ad mortem, juxta qualitatem facti, Altim. *dict. obs.* 5. *numer.* 31 & 37. *& seq.* Manfrella ad Latro *obs.* 76. *nu.* 9. *& seqq.* Rodoer. ad Marin. *dict. cap.* 115. *numer.* 21. *& seq.* Severini ad Sanfel. *dict. decis.* 335. Luca ad Franc. *decis.* 442. *num.* 1. Guaz. *d. def.* 5. *cap.* 5. *num.* 12. *& seq.* Hæc omnia doctè scripsit Romaguera ad Conciol *super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 43. *num.* 12. *cum seq.* ubi quid in casu, quo uxor exemit maritum, ac etiam antea *n.* 11. scribit quòd eximentium à carceribus, & à manibus Curiæ eadem pœna est, ex Altim. citato *n.* 2. *cons.* 5.

Antedicta procedunt etiam contra impedientes capturam, qui non minus puniuntur, ac si captum à manu justitiæ eximerent, Rodoer. ad Marin. *d. cap.* 115. *nu.* 26.

Ad num. 18.

De materia præcedentiæ inter Officiales, & Magistratus Otterus *de official. par.* 1. *cap.* 14. Marante *resp.* 76. *lib.* 5. *& resp.* 51. *lib.* 3. Larrea *alleg.* 52. *&* 53. Stayban. *lib.* 1. *resol.* 87 *&* 92. Marinis *resol. cap.* 202. *lib.* 1. Constant. *l* 1. *nu.* 36. *de consul. lib.* 12. Marin. ad Revert. *dec.* 446. & plures apud Altim. ad Rovit. *decis.* 65. ubi amplè de hac re, Franciscus Antonius Tranchedinus *consult.* 14. Cardin. Luca *in theat. veritat. de præeminentiis*, latè Rodoer. ad Marin. *quot. resol. dic. cap.* 202. *nu.* 10. *cum seqq.* Vallenzuela Velasquez. *tom.* 2. *consil.* 201. Luca ad Gratian. *discep. forens. in addit. ad c.* 210. Reg. Cortiada *par.* 3 *decis.* 159. *tota.*

Ad num. 38.

Juxta tradita in exemplari die 24. Maii ann. 1591. (per errorem dicitur 14. Maii) fuit declaratum 14. Decembris 1686. refer. Magnifico Francisco de Portell I. R. C. in actis Riambau Not. procedendum esse contra quosdam culpabiles, qui captam detinuerunt in domo quam ipsi habitabant in Civitate Barcinonæ, & sic in carcere privato, eam crudeliter verberando.

Nota quòd id quod dicitur in eodem *num.* 38. *in fine*, in illa specie fuit processum in vim laudamenti Curiæ, conclusio illa laudamenti in libro conclusionum illius anni non invenitur, sed alia in diverso casu.

Ad num. 49.

Rescripta Principis reverenter sunt suscipienda tam à partibus, quæ ea impetrarunt, quàm à Judicibus, quibus ea diriguntur, *cap. si quando de rescriptis*, *cap. suscitatus* 13. *cap. edoceri* 21. *cap. Abbatem* 40. *eod. tit.* quare rescripta Principum sacræ litteræ vocantur *in l. unic. C. Theod. de mandat. Princip. l.* 5. *C. de jur. Fisc. l. ult. C. de long. temp. præscrip. l.* 10. *Cod. Theodos. de his qui super rel. l.* 2. *eod. C. de hæreticis*, Sacri affatus *in l.* 6. *C. Theodos. de divers. rescrip.* cælestia oracula *l. jubemus*, *C. de Sacros. Eccles. l.* 4. *Cod. de legibus*, Rescripta enim Principum pro salutatione, & reverentia moris fuit omni tempore labiis admovere, Paulus Diaconus *lib.* 16. ibi: *Cum autem suscepit Imperatoris sacrum, osculatus est signatum*: plura de his eruditè tradit Gonzalez Tellez *lib.* 1. *decretal. d. cap. si quando* 5. *de rescrip. numer.* 2. *cum seqq.*

Ad num. 40.

Quod præstare omnino tenentur ratione temporalitatum, ut doctè, & latè rem complectitur, & declarat Nob. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 46. ferè *per tot.*

AD DECISIONEM IV.

Num. 4.

Luca *in theat. veritat. de feudis disc.* 76. *nu.* 11. *&* 12. *& disc.* 106. *nu.* 16. Fagnanus 1. *par. l.* 5 *decret. cap. super eo*, *de crim. falsi nu.* 4. *cum pluribus seqq.* Gonzalez Tellez *super lib.* 1 *decret. tit.* 6. *de elect. cap. dudum* 54. *nu.* 6. Amaya *in l.* 2. *C. si servus, aut libert.* Gilicenius *de præc. par.* 2. *memb.* 1. *cap.* 17. Panurola *lib.* 2. *var. c.* 13. Escobar. *de purit. par.* 1. *quæst.* 4. §. 7. *num.* 29.

Ad num. 5.

Resistentiam non esse culpabilem, si fiat Officiali non gestanti virgam, seu signum, ex quo ei non creditur sine signo, scribit ex Pegas *ad ordinat Reg. Portug. tom.* 5. *tit.* 65. §. 1. *per tot. num.* 4. ubi latè de virgis, & signis Officialium, Romaguera ad Conciol *super statutis Eugubii lib.* 4. *rub.* 65. *num.* 7.

Ad num. 13.

Contrarium tamen, videlicet, quod juramentum præstitum in ingressu officii temporalis extendatur ad tempus prorogatum, ex Matthæu *de regi. Reg Valent. c.* 2. §. 1. *nu.* 44. notat Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 1. *rub.* 12. *num.* 5.

Ad num. 14.

Rodoer. ad Marin. *quot. resol. cap.* 136. *num.* 7. ubi pro corroboratione hujus rei subdit, quòd officia temporalia distinguuntur eodem modo, sicut distinguuntur tempora, quibus officia illa durare solent; igitur si officium est annuale, & Officialis post annum confirmatur sive tacitè, sivè expressè, novum officium videtur assequutus, numero diversum à primo, non qualitate.

Ad num. 15.

Hæc non procedunt respectu fidejussorum Officialium, qui pro eorum gestis remanent obligati, etiam pro tempore, quo prorogatur officium, ut probat Otterus *de offic. par* 1 *cap.* 17. *nu.* 19. *cum seqq.* cum ea tamen distinctione *nu.* 28. videlicet, quòd per prorogationem non liberentur fidejussores, quando sunt simpliciter obligati; & sic quando per prorogationem non augetur obligatio; liberentur verò quando sunt obligati ad certum præfinitum tempus, & limitatum, & dictum tempus esset elapsum, & sic quando ex prorogatione termini augetur obligatio: quam distinctionem probat ex Mauro *de fidejuss. cap.* 33. *sec.* 1. *nu* 16. & communem appellat Hering. *de fidei. cap.* 20. *§.* 12. *num.* 3. probat Luca *de regularibus disc.* 6. *num.* 19. & latiùs comprobat Rodoerius ad Marin. *quot. resol. cap.* 136. quæ indistinctè ea procedere asserit, tam in casu, quo ex nova concessione confirmatur Officialis, quàm in casu quo tacitè confirmatur, patiendo quòd exerceat, sine nova concessione, aut confirmatione.

Ad num. 16.

Officium prorogatum primo adhuc durante, dicitur unum, & idem officium; non autem novum, vel diversum, à Ponte *de potest. Proreg. tit. de divers. provis. rub. de potest. subsit in offic. num.* 7. Mastril. *de Magist. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 68. Noguerol *alleg.* 21. Salgad. *in labyr. credit. par.* 2. *cap.* 27. *numer.* 62. Luca *in theat. verit. lib.* 12. *par.* 1. *disc.* 36. *num.* 14.

Ad num. 24.

Otterus *de offic. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 43. & 44. ubi asserit, & cum pluribus probat, quòd Officiales ante usum officii tenentur jurare, Mastril *de Magist. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 48. Conciol *super statut. Eugubii lib.* 1. *rub.* 12. *n.* 2. & ibi Romaguera *in addit. nu.* 4. ubi *n.* 6. addit, quòd virtute juramenti non tenentur Potestates, & Officiales servare statuta injusta, iniqua, & illicita, allegat Cancer *var.* 3. *c.* 13. *num.* 324. Ciriac. *cont.* 321. *num.* 56. Caput. *de regim. Reipub. cap.* 6. *numer.* 5.

Ad num. 29.

De effectibus observantiæ interpretativæ Luc. *in theat. verit. de emphit. disc.* 28. *n.* 13. & 14. *& disc.* 32. *n.* 7. *& de legitim. disc.* 10. *num.* 5. Rota *decis* 59. *nu.* 12. *par.* 10. *recent.*

Ad num. 33.

Otterus *de official. par.* 1 *cap.* 17. amplè de hac re, ubi *numer.* 4. id etiam infert pro Notario, vel Tabellione, cui mittitur recipere fidejussorem, qui parti tenetur ad interesse, nisi Tabellio receperit laudatorem, & approbatorem; etiamsi fidejussio apparuerit, & extiterit minus idonea, vel nisi Notarius de mandato Judicis admiserit fidejussorem, vel nisi principalis debitor sit dives, & sufficit quòd ejus patrimonium valeat tantum, quantum est quantitas promissa, vel nisi Notarius receperit fidejussorem minus idoneum in præsentia partis non reclamantis; & tandem nisi fidejussor esset solvendo tempore fidejussionis præstitæ, licèt ex post facto fuerit factus non solvendo, quam regulam cum recitatis limitationibus comprobat dictus Otterus *à numer.* 4. *usque ad numer.* 10. & latè rem expendit Altimarus ad Rovitum *decis.* 83. *numer.* 37. *cum seqq.* Luca *de regalibus disc.* 86. *numer.* 5. *& seqq.* Franciscus Antonius Tranchedinus *consult.* 62. *nu.* 5. *& seqq. & per tot.* idem Luca *in theat. ver. lib.* 15. *pa.* 1. *disc.* 5. *numer.* 18. ubi dicit, Notarium regulariter teneri de facto eorum juvenum, & substitutorum, seu adjunctorum in his muneribus, quibus per eos sunt præpositi. Otthob. *decis.* 142. *num.* 9. *cum seqq* Luca *in theat. ver. lib.* 15. *par.* 1. *de judic.* 5. *num.* 18.

Ad num. 35.

Luca *in theat. verit. de Regalibus disc.* 23. *num.* 8. *& de Regularibus disc.* 54 *nu.* 2. allegans Gregor. *decis.* 233. Otthob. *decis* 142. Reverter. & Addit. *decis.* 206. *&* 325.

Ad

Ad num. 41.

Otterus *de offic. par. 1. cap. 17. numer. 15.* ubi ſcribit, quòd fidejuſſores Magiſtratuum non tenentur pro eis ad id, quod extra officium contraxerunt, vel deliquerunt, Giurba *deciſ. 88. numer. 8.* ſicuti nec tenetur Magiſtratus nominans famulum, vel officialem pro delictis extra officium commiſſis, Maſtril. *de Magiſt. lib. 6. cap. 10. nu. 40. tom. 2.* Luca *in ſupplemento libr. 16. par. 1. de Regalibus diſc. 180. nu. 7.* & agit, an dominus navis, qui Magiſtrum propoſuit, teneatur de ejus facto, *in tot. diſc. 180.*

Ad num. 42.

Otterus *de offic. par. 1. cap. 17. num. 9.*

Ad num. 51.

Otterus *de offic. par. 1. cap. 17. num. 3. cum ſeqq.* id admittit in aliquibus caſibus.

Ad num. 57.

De differentia fidejuſſoris indemnitatis, & fidejuſſoris ſimplicis Gonzalez Tellez *ſuper decretal. lib. 3. tit. 22. de fidejuſſ. cap. pervenit 2. num. 2.* ubi latè agit, quando non excuſſo principali, fidejuſſor teneatur.

Ad num. 62.

Otterus *de official. par. 1. cap. 17. num. 15.*

AD DECISIONEM V.

Num. 2.

Otterus *de official. par. 2. cap. 5. numer. 4. cum pluribus ſeqq.* qui latiſſimè contrariis juribus ſatisfacit, Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii l. 2. rub. 35. n. 2.* & eſſe Notariatus officium in omnibus Regnis neceſſarium, nobile, dignum, & honorabile, probat Altimarus *ad dec. 3. Rovit. nu. 3.*

Ad num. 18.

Otterus *de official. par. 2. cap. 5. num. 14.* latè.

Ad num. 23.

Valenzuela *conſil. 162. num. 1. cum ſeqq.*

Ad num. 36.

Rocchus *de official. rub. 14. §. 5. num. 105.*

AD DECISIONEM VI.

Num. 8.

Hoc fuit obſervatum in cauſa ſupplicationis ab evocata cauſa, interpoſitæ die 6. Septembris 1686. per Franciſcum Llobera ſtudentem, & fuit Actuarius proceſſus criminalis, & cauſæ ſupplicationis Riambau Not.

Ad num. 13.

Idem fuit formiter declaratum die 8. Octobris 1686. ref. Magnifico Vincentio Sabater R. A. D. in cauſa ſupplicationis ab evocata cauſa interpoſitæ per Franciſcum Llobera ſtudentem, ſcriba Riambau Not.

AD DECISIONEM VII.

Num. 4.

Licèt teſtes in cauſis criminalibus debeant examinari per Judicem: non poteſt tamen ipſe Judex dicta teſtium ſcribere, ac acta conficere, ſed ſolus actuarius, vel Notarius, aliàs nulliter reciperentur, Altim. *de nullit. tom. 1. par. 2. rub. 13. quæſt. 8. numer. 10.* ubi dat rationes, & tradit, quòd Notarii, ſeu actuarii ſunt pars quidditativa judicii, & Judices ſine illis eſſe non poſſunt, imò tabelliones debent habere, ſequitur Romaguera ad Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii lib. 1. rubr. 13. in addit. num. 8.*

Ad num. 5.

Non poſſunt Judices depoſitionem dividere, cum ipſi teneantur inveſtigare veritatem tam pro reo, quàm pro Fiſco, Farinac. *de teſtibus quæſt. 74. num. 16.* Guaz. *def. reor. 14. cap. 2. nu. 1. & ſeqq.* Ambroſ. *in proceſ. inform. cap. 2. numer. 8. & ſeq.* ubi Addent. *num 8.* Zuffi *de legitim. proceſ. crim. lib. 3. quæſt. 189. num. 1. & ſeq.* Conciol. *reſol. crim. verb. Judex reſol. 11. numer. 1. & ſeq. & ſuper ſtatut. Eugubii lib. 1. rubr. 14. num 1.* Eſcobar. *de purit. p. 1. q. 6. §. 4. nu 26.* aſſerens, quòd omnia ita fieri debent, ut ex ſubſtantialibus nil omittatur, & ſcripto tradantur, quæ à teſtibus relata fuerint, ſeu de facto acciderint.

Ad num. 6.

Doctè animadvertit Fagnanus *1. par. l. 5. decretal. in c. qualiter, & quando de accuſat. n. 5. per dictum tex.* docens, priùs eſſe perquirendam veritatem inquiſitionis, anteaquam recipiantur teſtes, & *n. 8.* ſubdit oportere ſuperiorem deſcendere ad locum, in quo quis dicitur diffamatus de crimine, ut meliùs veritas reperiatur, ut multoties vidi apud nos practicatum, & benè evenit, & obſervat etiam Eſcobar *de purit. par. 1. quæſt. 6. §. 4. num. 38.*

Ad num. 7.

Poſt exactum à teſte juramentuum ejus depoſitio dividi non poteſt, Guaz. *def. 14. cap. 2. nu. 3* Zuffi *de legitim. proceſ. crim lib. 3. quæſt. 186. num. 7.* Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii lib. 4. rub. 11. in annot. num. 3.*

Ad num. 8.

Faciunt tradita per Eſcobar *de puritat. par. 1. quæſt. 6. §. 4. numer. 22.*

Ad num. 17.

Teſtis poſt pubertatem deponere poteſt de his quæ vidit, vel ſcivit tempore pupillaris ætatis, ubi præſertim, ſi id percutiat tempus proximum pubertati, Farin. *de teſtibus q. 48. n. 53. cum ſeqq.* Rota *dec. 220. nu. 7. & 8. p. 2. diverſ. & deciſ. 75. nu. 9. par. 10. recent* Luca *de teſtam. dic. 16. num. 4. & de judiciis lib. 15. par. 1. diſc. 32. nu. 47.*

Ad num. 18.

Altim. *de nullit. rub. 12. n. q. 21. 63. cum pluribus*, Meli. *obſ. 136. n. 6.* Paſſerin. *in Tribun. Regular. q. 15. art. 4. per tot.* & poſt eos Romaguera ad Conciol *ſuper ſtatut. Eugubii l. 2. rub. 8. n. 20.* Guaz. *def. reor. 9. cap. 6.* Anton ab Eccleſia *obſ. 64. num. 2. & ſeq. lib. 2.* Giurba *conſil. 71. nu. 45.* Eſcobar *de purit. par. 1. q. 6. §. 4. nu. 26.* Valenzuela Velaſquez *conſil. 102. n. 33.* declarat latè, & doctè rem hanc Bondenius *de jure controv. col. leg. 3. vol. 2. nu. 118. & ſeqq.*

Ad num. 19.

Romaguera *loco citato nu. 21.* Matth. *de regi. Reg. Valent. cap. 10. §. 2. nu. 250.* Luca *in theat. verit. lib. 15. par. 1. de judiciis diſc. 32. nu. 16.* ubi latè *per tot. de probat. teſtium in cauſ. civil. & diſc. 33.* de aliis ſpeciebus probationum Solorzan. *in polit. Indiana lib. 2. cap. 28. pag. 235. verſ. Y aunque*, ubi ait, quòd à ſuperiore juramentum teſti non poteſt diſpenſari.

Ad num. 20.

Licèt contrarium procedat in cauſis civilibus, in quibus de conſenſu expreſſo utriuſque litigantis juramentū remitti poteſt, & teſti creditur, ut ex Gutierres, Guaz. Menc. & aliis probat Faria ad Cov. *var. l. 2. c. 13. n. 11. & 12.*

Ad num. 27.

Notabiliter dicuntur Muti, & Surdi à natura, vel accidenti, ſi intellectu non careant, poſſe in teſtes admitti; nam docet Hyppocr. *Aphoriſm. 58. lib. 7.* ibi: *Quibus cerebrum aliqua ex cauſa concuſſum fuerit, neceſſe eſt, ſtatim mutos fieri, unde* Oteiza, & Olano *in paralip. rur. lib. 4. cap. 15. num. 51.* ſcribit, A cerebro ergo architectura humana dependet, & in eo humana mens ſedem habet: cum ergo homo invenitur mutus, & ſurdus à natura, vel ex morbo, vel mutus ſolum, vel ſurdus; meritò inquiri debet, an intellectum habeat; nam facilè perſuaderi poſſumus mutum ſurdum illo carere poſſe, cum cerebrum infectum, aut vitiatum videmus in nervis, ab illo procedentibus ad linguam, & aures; nam ſatis ſufficiens argumentum, & ſignum eſt, cerebrum pati, id eſt vitium, & injurias intrinſecas habere, apparente utroque, vel altero vitio, ut conjicit Galen. *in lib. Iſagog. art. medic. de ſig. cereb. patien. c. 76.* & ſic Hippocrat. ſolitus eſt nominare mutos, quibus non ſolum læditur vox, & aures, verùm cum ejus læſione interit ſenſus per exuperantiam morbi, facit Urceolus *de tranſac. quæſt. 37. tot.* maximè *num. 5.*

Ad num. 28.

Matthæu *de regim. Reg. Valent. cap. 8. §. 2. num. 35. & ſeq.* Altimar. *de nullit. tom. 1. par. 2. rubr. 13. quæſt. 8. numer. 9.* Conciol *ad ſtatut. Eugubii libr. 1. rub. 13. nu. 1.* & ibi Romaguera *num. 7.* Eſcobar *de purit. par. 1. quæſt. 6. §. 4. num. 29.* Bondenius *colluc. legal. 3. vol. 2. num. 156. & ſeq.* ubi latè.

Ad num. 31.

Suadet juſtitia, ut qui ſua intereſſe crediderit teſtes evocari, ſumptus ei miniſtrare debeat; cum nemo teneatur ſuis ſtipendiis in judicio ad dicendum teſtimonium comparere, *cap. cum. ex officii de præſcrip.* nec debet officium cuique eſſe damnoſum, *l. ſi quoniam Cod. de teſti. cap. cum non deceat de elec. in 6. l. ſed & ſi quis, ff. quemadmod. teſtam.* qui ſumptus teſtibus præſtantur, juxta conditionem perſonæ, *l. 3. §. Gavinio, ff. de teſt. cap. teſtes, §. liberi 4. 3. quæſt.* Alia eſt conditio Nobilis; alia ruſtici; alii non niſi Equites, & cum famulitio: alii pedites iter faciunt. Præſtari debent ſumptus iſti ſtatim, ut teſtes habeant, quo iter ingreſſi alantur, ut indicat *tex. in dicta l. ſi quoniam 11.* in illis

verbis *præstandos esse venturis*. Et apertiùs declaratur *in l. eos, §. si cui, ff. de appel.* ubi dicitur testibus vocatis sumptus præstari itineris faciendi causa, & non dicitur itineris facti, sed faciendi, ut sciamus pecuniam ad futurum iter testibus præstari debere, prosequuntur Barbosa *in l. cum qui temere in princ. nu. 122. ff. de judic.* Menoc. *de arbit. cas. 487.* & hucusque tradita transcripsi ab erudito Gonzalez Tellez *in lib. 2. decretal. tit. 20. de testibus cap. 1. numer. 10.* cui adde Solorzan. *de jur. Indiar. lib. 1. cap. 5.* ubi asserit *num. 75. cum pluribus seqq.* quòd etiam ei, cui constitutum est diurnum honorarium, solvi debet pro diebus, quibus steterit in itinere eundo, & redeundo; & agit de quæstione, quando disposita in termino, censeatur disposita in via, per quam pervenitur ad terminum.

His fundamentis sic fuit verbo resolutum in facto ad relationem Nobilis Francisci de Cancer I. R. C. die 15. Junii 1686. ubi fuit injunctum parti (non erat pauper Eleæmosynæ) quatenus deponeret in posse scribæ causæ quindecim libras pro dictis testis defensæ, quibus instante parte mandatum fuerat, venirent ad deponendum.

Idem ref. eodem Relatore fuit injunctum parti instanti die 26. Junii 1686. pro dictis testium offensæ, ut deponeret in posse scribæ causæ quindecim libras, & in utroque exemplari fuit habita consideratio qualitatum testium, & dierum in itinere eundo, redeundo, & stando quibus vacare poterant testes.

Ad num. 32.

Romaguera ad Conciol. *super statut Eugubii rub. 13. in addit. numer. 9.*

Ad num. 33.

Prato *resp. crim. 7. num. 19. & 20.*

Ad num. 36.

Testes non deponentes de tempore, benè declarantut per alia documenta, Luca *in theat. verit. lib. 12. par. 2. de benefic. disc. 16. num. 18.*

Ad num. 42.

Escobar *de purit. par. 1. quæst. 6. §. 4. num. 15.* Bondenius *vol. 2. coll. legal. 3. n 145. & seqq.* ex pluribus quos allegat.

Ad num. 45.

Extendendo, limitando, vel interpretando dictum testis secundùm ejus rationem, quam deponendo exprimit, ut latiùs probat Escobar *de purit par. 2. quæst. 9. §. 2. num. 5. & seqq.*

Ad eundem num. 45. in fine.

Bonden. *vol. 2. collect. legal. 3. num. 129. & seqq.* ubi rem declarat latè.

Ad num. 48.

Si convincitur testis deponens de nocte, quòd Luna non lucebat, nil probat, Conciol. *conf. crim. 12. num. 16.* & est falsus, si de eo convincitur per peritos, idem Conciol. *d. con. 12. num. 58.*

Ad eundem nu. 48. infra.

Bonden. *vol. 2 collect. legal. 36. num. 32. cum plurib. seq.* ubi plura de hac re.

Ad num. 59.

Luca *in theat verit. lib. 15. par. 1. de judiciis disc. 32. n. 31.* ubi *num. 73* probat testes examinatos in judicio Criminali facere probationem in civili, si eadem est causa, & inter eaidem personas, ac repetiti sunt, Burat. & Addit. *decis. 118. & 419.* Rota *recent. par. 5. decis. 352.* Bichi *decis. 243.* Dunozet. *decis. 826. & 951.*

Ad num 63.

Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib. 4. rub. 37. num. 9.* qui scribit, quòd apud nos delatio armorum prohibitorum etiam est punibilis.

Ad num. 65.

Prato *respons-crim. 9. num. 49. cum pluribus seqq.*

AD DECISIONEM VIII.

Num. 1.

Franciscus Antonius Tranchedino *consult. 28. numer. 20.* Gonzalez Tellez *in decretal. lib. 3. tit. 23. de solut. cap. is qui fin. num. 8.* Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 6. num. 62. & 64.* ubi de hac re latè agit Bondenius *vol. 2. collect. legal. 4. num. 85. & seqq.*

Ad num. 2.

Luca *in theat. verit. lib. 15. de judic. par. 1. disc. 32. num. 65.* Bondenus *collect. leg. 4. vol. 2. num. 85. & seqq. & collect. 36. num. 124.*

Ad num. 3.

Escobar *de purit. par. 2. q. 9. §. 3. num. 29. & seq.*

Ad num. 12.

Hæc intellige, si testis deponat de negativa super substantialibus, non verò super aliis extrinsecis, juxta ea quæ tradit Clarus *in prax. §. falsum num. 8. vers. Solet etiam* juncto *num. 9. ver. Sed quid.*

Ad num. 13.

Conciol. *super statut. Eugubii lib. 4. rub. 5. n. 5.*

Ad num. 18.

De hac re Altogr. *conf. 16. num. 38. & seq.* Meli *obser. 140. numer. 9. & 11.* & allegati ab Altimar. *ad consil. Rovit. lib. 2. obser. 72. num. 3. & ad conf. 51. lib. 3. num. 2. & 3.* Quesada Pilo *dissert. 11.* Pegas *resol. forens. cap. 1. num. 143.* Rota *decis. 292. num. 3. & seq. par. 19. recent.* Actol. *resol. forens. 70. num. 18. & 44. & 65.* & alii apud Romag. ad Conciol. *super statut. Eugubii lib. 2. rub. 32. num. 44. cum seqq.* Luca *in theat. veritat. de feudis disc. 94. num. 8. & seqq. & fere per tot.* (in materia falsitatis) *& de testam. disc. 26. numer. 2. cum seqq.* & antea *disc. 6. numer. 6. cum seqq.* ubi *numer. 8.* probat in concursu probationum per comparationem scilicet, & per testes habentes notam manum, quamvis utraque verificatio fallax sit; illa tamen per comparationem est magis legalis, ac efficacior reputatur. Tum quia lex eam cognovit, non autem cognovit alteram, ut liquet *ex l. comparationes Cod. de fid. instrum. & Auth. at si contractus, C. eod.* ubi scribentes, de quibus Ciriac. *cont. 444.* Farinac. *in frag verb. comparatio nu. 495. cum seqq.* Tum etiam quia illa legaliter, & naturaliter est magis certa, seu minus fallax, cum aliquando reputetur tantæ efficaciæ, ut apta sit ad convincendos de falso testes deponentes se vidisse scribere: ut apud Farinac citat. Debet fieri comparatio cum scripturis certis, & indubitatis, & certò ejus qui eas scripsisse dicitur manu exaratis, Altimar. *ad lib. 3. consil. Rovit. obs. 51. num. 17.* ubi ponit requisita comparationis, Luca de *test. discur. 26. numer. 5.* Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib. 2. rub. 32. num. 46.* & per nos *in annotat. numer. 22.* Luca *lib. 15. par. 1. in theat. veritat. de iudiciis discur. 29. nu. 41.* ubi *à num. 34.* latè agit de verificatione scripturæ privatæ etiam in criminalibus, videndus.

Comparatio litterarum facta cum subscriptione depositionis inquisiti, satis brevi, & in solo nomine consistenti, nullam fidem facit, Prato *resp. crim. 17. nu. 66.* allegans Vermig. *consil. crim. 132. num. 13.* ubi *num. 12.* ponderat quod scribendi forma quotidie mutatur.

Vicecan. Crespi *obser. 27.* ubi agit de juramento testis præstando in verificatione litterarum per comparationem, etiam in causis criminalibus, & probat comparationem solam non facere plenam probationem, nisi concurrentibus aliis probationibus, & adminiculis; & plenissimè, & doctè agit de hac re Bondenius *vol. 2. collect. legal. 19 fere per tot.* Luca ad Grat. *cap. 235. num. 16 cum seqq. & num. 19* ait, quòd ex consuetudine sufficit unus peritus pro comparatione litterarum, vel ad probandum corpus delicti; Antonius Gobius latissimè agit de hac re *consult. decis. 35. & 36.*

Ad num. 19.

Testis, qui dubitativè deposuit in judicio, non potest redargui quod falsum dixerit, Ciriac. *cont. 407. numer. 184.* Conciol. *resol. crim. verb. falsum resol. 14. num. 1. & allegat forens. 100. numer. 1. & super statut. Eugubii lib. 4. rub. 47. in annot. num. 1.*

Ad num. 26.

Testes aliquas exceptiones, patientes, supplentur per adminicula, Luca *in theat. veritat. de testam. disc. 26. n. 5.*

Ad num. 32.

Joan. Paul. Meli *obser. forens. 25. num. 24.*

Ad num. 34.

Mendacium, seu variatio in accidentalibus, & levibus in testibus, non habetur in consideratione, Luca *in theat. veritat. de testam. disc. 5. n. 10.* allegat Latro *consult. 4.*

Ad num. 50.

Homicida proditorius est, qui fœminam occidit, quia se defendere nequit; & ideo talem homicidam non gaudere immunitate Ecclesiastica resolvit Carasco *ad leges recopil. cap. 13. §. 1.* quem sequitur Gonzalez Tellez *in lib. 5. decretal. tit. 12. de homicid. cap. si quis per industriam 1. num. 2.*

Ad num. 54.

Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 20. n. 70. & 71.*

Ad num. 55.

Homicidium commissum in dormientem, proditorium dici-

dicitur, Pater Graf. *de nece prodit.* §. 22. *num.* 6. allegatus à Concilio *consil. crim.* 6. *num.* 4.

Ad num. 58.

Qui justitiarium, seu Ministrum justitiæ occidit exercentem actum justitiæ, securum, & nil tale præcaventem, homicida proditorius est, Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 4. Carrasco *ad leges recop. cap.* 3. §. 4. *num.* 11. & aliis citatis probat Gonzalez Tellez *lib.* 5. *decretal. tit.* 12. *cap. si quis per industriam* 1. *de homicidio numer.* 2. ubi etiam probat, quod homicida proditorius est occidens Sacerdotem, ex Bovad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 33.

Ad num. 62.

Narbona *ad l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop. glos.* 11. *num.* 18. & eo allegato Gonzalez Tellez *lib.* 5. *decretal. tit.* 12. *de homicid. cap. si quis industriam* 1. *num.* 2. *circa finem*, Faria ad Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 70. & 71.

Ad num. 63.

Præsumuntur publici latrones, & qui publicas vias obsident insidiosè, & animo deliberato delinquere, vel occidere, Farin. *in prax. q.* 126. *nu.* 106. Cabal. *de omni gener. homicid. nu.* 385. Rubeus *de valid. leg. cap.* 38. *nu.* 15.

Ad num. 66.

Hic obiter considero quod æquissimum, & maximè consentaneum est, eos qui pari mandato, ac authoritate deliberationi causarum, & Reipublicæ gubernationi intersunt libertate in votis, consiliisque potiri omnimoda: omni prorsus animi motu exhausto, qui sese offensos commonstrent, nec intelligant alii quod ad suam mentem eos allicere appetunt; nam docet Cornelius Tacitus *in dialog. de orat.* ibi: *Non sum offensus à prima disputatione, nec vos offendi debebit, si quid fortè aures vestras præstringit, cum sciatis hunc esse ejusmodi sermonum legem, judicium animi citra damnum affectus proferre*, Demost. 4 *orat. Philip.* ibi: *Æquum est ut Oratores neque odio impulsi, neque ad gratiam cujusque verbum ullum loquerentur, sed quod quisque optimum duceret, id proferret*: de his plura, & doctè apud Solorz. *in post. in alleg. polit. sobre el juzgar y discurrir.* In hac sententia insistere debui, etsi solus permansi, quia ita rem perstringi, prout monet idem Solorz. *de jure Indiar. to.* 2. *lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 44. *cum seqq. Nosque institutum tenebimus, nosque ipsos redargui, reffellique patiemur*, dixit Marcus Tul. *in proem. lib.* 2. & 4. *Tuscul. quid verum, atque decens curo, & rogo*, protulit Horatius *in prima suarum epistol.*

Ad num. 67.

Condemnatus ad remigandum sine temporis præfinitione, an censeatur ad perpetuum, vel ad decennium condemnatus, tractat Franciscus Anton. Tranchedinus *consult.* 64. qui sequitur benigniorem, & allegat in contrarium Cabal. *resol.* 143. Ayllon ad Gomez *lib.* 3. *de delictis numer.* 3.

AD DECISIONEM IX.

Num. 1.

Franciscus Antonius Tranchedinus *consul.* 63 *numer.* 13. & *consult.* 97. *num.* 1 & *seqq.* Luca *lib.* 12. *par.* 1. *de benef. disc.* 76. *num.* 24. Fagnanus *in* 2. *decret. cap pervenit prim. de testibus cogend. numer.* 11. & *seqq.* latissimè Bondenius *vol.* 1. *collect. legal.* 46. *ferè per tot.*

Ad num. 5.

Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 6. *num.* 17. qui plures allegat, idem Conciol. *consil. crim.* 3. *numer.* 2. Scialoya *in prax. torq. reos cap.* 3. Rocchus *de offic. rub.* 15. *numer.* 196. Fagnanus *super* 2. *decretal. cap. pervenit.* 1. *de testibus cogend. numer.* 11. *cum seqq.* Urceol. *de transact. quæst.* 57. *num.* 11. Bondenius *vol.* 2. *collect. legal.* 46. *numer.* 15. & *seqq.*

Ad num. 9.

Altimarus *de nullitate rubric.* 13. *quæst.* 20. *numer.* 72. Pegas *ad ordinat. Reg. Portugal. l.* 5. *tit.* 65. *glos.* 35. *act.* §. 31. *numer.* 39. cum pluribus citatis Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 4. *rubr.* 6. *num.* 15. & *nu.* 16. Prato *resp. crim.* 11. *num.* 21. *cum seqq.*

Ad num. 15.

Romag. ad Conc. *super stat. Eugubii l.* 4. *rub.* 6. *in addit. n.* 16. ab his non discedit Bondenius *vol.* 2. *col. leg.* 46. *nu.* 10

Ad num. 81.

Font. *de pact. nup. clau.* 5. *glos.* 5. *par.* 2. *n* 55 & *seqq.* Altimarus *de nullit. rub.* 13. *q* 20. *n.* 30. & *seqq.* Bonden. *col. legal.* 12. *n.* 27. Hermos. *glos.* 6. *l.* 56. *tit.* 5. *par.* 5. *nu.* 144. & *seqq. ver. Quæ concurrere debeant*, Zach. *q. med. legal. l.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 3. *num.* 13. & *seq.* & alii allegati per Romaguera ad Conciol. *ad statut. Eugubii rub.* 25. *lib.* 4. *in addit. num.* 10. & *in seqq.* de pœnis stuprantium.

Ad num. 21.

Ambros. *in proces. informativo lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 4. & 28. Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 4. *rubr.* 53. *num.* 4.

Ad num. 25.

Matthæu *de re crim. cont.* 64. *nu.* 68. & *seq.* Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii l.* 4. *rub.* 27. *in addit. num.* 17. & Nos *in annot. numer.* 28.

Ad num. 28.

Latissimè, & noviter expendit, & excludit signa veneni Franciscus Antonius Tranchedinus *consul.* 97. *tota.* ad defensam rei, & *numer.* 5. asserit, solùm esse peritorum de veneno judicare.

Ad num. 29.

Conciol. *resol. crim. ver. Furtum resol.* 1. *in fin.* & *super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 53. *num.* 5. Bondenius *vol.* 2. *collect. legal.* 15. *num.* 2. ex infinitis, quos allegat.

Ad eundem num. 29. *infra.*

In crimine insultus, ut probetur delictum in genere, nedum requiritur, ut constet de illo motu, seu saltu aggressoris de loco ad locum; sed etiam quod sit nocibilis erga aggressum, quodque insultans erat adeò propinquus illi qui fuit insultatus, ut potuisset ipsum vulnerare, aut verberare, probat Prato *respons. crim.* 9. *nu.* 47.

Ad num. 32.

Constito de principali delinquente, non potest procedi contra participem, nisi appareant indicia tractatus, participationis, mandati, vel auxilii præstiti. Conciol. *resol. crim. ver. Inimicitia resol.* 4 *nu.* 2. & pluribus citatis, Antonius Gobius *consult. decis.* 125. *num* 30.

Ad num. 37.

Honor cadaveribus debetur, nam ut dicebat Alphons. Rex Arag. quod sumpsit à Platone *lib.* 5. *de Republ.* gravius peccatur in mortuos, quàm in vivos, ac talis majorum pietas, & veneratio in mortuos fuit, ut eos sacros appellarint, ut tradit Plutar. *in Numa.* & Plin. *l.* 2. Hincque locos per mortui illationem sacros, religiososque fieri quis nescit? *l. cum in diversis ff. de relig. & sump. funer. l. fin. ff. de mort. inferend. l. pergit de sepul. viol.* §. *religiosum inf. de rer. divis.* Cuncta hæc, & alia erudite scribit Rubeus *de valid. legal. cap.* 53. *num.* 131. *cum pluribus seqq.* Et licèt etiam hinc dicatur, etiam in reorum cadavera sævire non licere; attamen solent ob immanitatem facinorum, in aliorum terrorem suspendi, notant Cabal. *cas.* 294. *num.* 450. & 451. Clarus *in prax. quæst.* 51. *num.* 15. Guaz. *dec.* 38. *cap.* 6. *num.* 1. Farinac. *in prax. quæst.* 10 *numer.* 78. & *quæst.* 128. *num.* 10. Dum tamen tempore mortis defunctus fuisset damnatus, aut ita convictus, vel confessus, ut nulla illi defensio superesset, Guaz. *num.* 2. Farinac. *dic. quæst.* 10. *numer.* 79. Bossius *in prax. crim. tit. de accusat. nu* 33. & his citatis Faria ad Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 112.

Ad num. 52.

Luca *in theat. veritat. Miscel. Eccles. disc.* 11. *nu.* 9.

Ad num. 53. & 54.

Rocchus *de offic. rub.* 14. §. 4. *num.* 60. *cum seqq.*

Ad num. 63.

Amplè de hac re Dom. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad l. Jul. & Pap. cap.* 45. *lib.* 3.

Ad num. 64.

Ampliùs de hac re Faria ad Covar. *var. lib.* 2. *c.* 1. *nu.* 78.

Ad num. 65.

Comprobat Rocchus *de offic. rub.* 14. §. 4. *n.* 63. respectu rerum contra banni in Ecclesiam introductarum, docens, quòd Judex Ecclesiasticus requiratur, ut ipse licentiam præstet; quòd si renuat præstare, potest per laicos ministros rerum ablatio fieri & *à n.* 64. diversa exemplaria citat. & vide per nos dicta *in annot. n.* 34. *in fin. dec. partis primæ.*

Sic Ecclesiæ Superior, aut Prælatus debet requiri, ut decocti bona in præjudicium creditorum ad Ecclesiã asportata, ab ea extrahantur, & consignentur Judici cõpetenti, quod si renuant præstare, potest per ministros sæculares exequi, Bolero & Caxal. *tit.* 1. *quæst.* 12. *nu.* 9. latè.

AD DECISIONEM X.

Num. 2.

Sabel. *in summa diversorum tractat.* §. *corpus delicti n.* 12. Conc. *post tract. de hæred. simpl. & qualificato, consil.* 3. *num.* 2. & 12. Romaguera *ad dict. Conciol. super statut. Eugubii lib.* 4. *rubr.* 45. *numer.* 14. idem Conciol. *consil.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

crim. 3. ubi latè de hac re, videlicet quomodò debeat constare de inventione, identitate monetæ, & aliis.

Ad num.7.

Conciol. *ad ſtatut. Eugubii lib.* 4. *rubr.*45. *numer* 1. & *conſil. crim.* 3. *numer.* 13.

Ad num. 10.

Hæc requiſita probant D. Iſidorus *lib.*16.*orig.c.*17. Gibalinus *t.*1.*de negot.l.*2.*c.*4. Salmatius *de uſur. cap.* 17. & complures allegati per Gonzalez Tellez *in l.*2. *decretal. tit.*24. *de jure jurand.c. Quanto* 28.*n.*8. ubi latè de hac re.

Ad num. 13.

Farinac. *in prax. q.*115.*n.*18. & *ſeq.* Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii l.*4.*rub.*45.*n.*3. & ibi Romaguera allegans *n.* 11. DD. agentes de pœnis contta fabricantes, expendentes, auxiliantes, vel aliter in hac re delinquentes, ſcilicet Merlin. *cont.*26.*per tot.t.*2. Rovit. *ad prag.*1. *de mon.per tot.* Pegas *in ord.Reg.Port.t.*2.*ad l.*1.*tit.*3 *gloſ.*38. & alios.

Ad num. 14.

Luca *in theat.verit. de regalibus diſc.* 127. *num.* 8.

Ramirez *de lege Regia* § 16. Giurba *conſil.*49.*n.*6. Gonzalez Tellez *in l.*2.*decretal tit.*24.*de jure juran.c. Quanto* 18.*n.*9. probans jus ſignandi metalla, eudendique numiſmata, lege Cornelia numaria, & Conſtantini edicto, ad ſolum Romanum Imperium olim ſpectaſſe, *l.*8. & 9 *ff. ad leg.Cornel.de falſis l.*2.*C.de falſ.monet.* Paulus *l.*5.*ſenten. tit.*25. Imò aureum numum ab alio, quàm Romano Imperatore cudi, & alia quàm Cæſaris imagine ſignari nefas fuit, *l.* 1. *Cod. de vet. numiſm. poteſt.* Atverò hodiè ad Supremos Principes ſpectare, ait D. Thom. *de regim. Princ. lib.*2. *cap.* 13.

*Ad eundem num.*14. *in fin.*

Fagnanus *ſuper.*2 *decretal. cap. cum non ab homine, de judice,n.*83. ubi *per tot.dict.c.* tractat de delictis, ob quæ Clerici degradantur, & traduntur Curiæ Sæculari.

Ad num. 23.

Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii l.*4.*rub.*45. *nu.*5. & 6. ubi probat, quòd expendens monetam ignoranter, & ſine dolo, nulla pœna punitur, & quòd ignorantia præſumitur, ita ut ſcientia ſit probanda per Fiſcum, niſi ignorantia ſit craſſa; & niſi adeſſent conjecturæ ſcientiæ, & *numer.* 7. agit de tingente monetam, ut quia illa ſit de ære, & tingatur de argento, & ſe ipſum allegat *in reſol. crim. verb falſa moneta reſol.*5. *num.*6.

Ad num. 45.

Ob defectum probationis Olegarius N. loci de la Garriga, delatus, & inculpatus, quòd die ultima Auguſti 1685. fabricavit in quodam nemore, vulgò dicto *lo boſch den Illa* termini dicti loci, triginta regalia de octo, & duo de quatuor falſa, fuit condemnatus ad ſervitium Regiarum triremium remigando per decennium, ref. Magnifico Franciſco de Portell I. R. C. die 22. Novembris 1686. ſcriba Riambau Not.

*Ad num.*49.

Oteiza & Olano *in paralypom. juris l.*5.*c.*6.*n.*54. Bondenius *de jure contr.vol.*2.*colluct. legal* 15.*nu.*70.*cum ſeqq.*

AD DECISIONEM XI.

*Num.*6. *in verſ. Sed ſi periti.*

Si periti aggravent, vel minuant qualitates delicti in eorum relatione, tenentur pœna falſi, Guaz. *def. reor.* 3.*cap.*13. *num.*32. Conciol. *reſol.crim.verb. falſum reſol.* 12. & *ſuper ſtatut. Eugubii lib.*4. *rub.*4. *num.*4.

*Ad num.*7.

Luca *in theat.veritat. tit. de Regalibus diſc.* 6. *nu.*7.

*Ad eundem num.*7. *ferè in fine.*

Probat Conciol. *reſol.crim.*5.*verſ. Corpus delicti n.*11. Luca cum Grat. *in animad.c.*235.*nu.*19.*quid ſi non adſit.*

*Ad eundem num.*7. *in calce.*

Cum peritorum judicio committitur an vulnus ſit lethale, vel ne, debent jurare periti dumtaxat de credulitate, vel judicio; nam in his quæ ſenſu corporeo non percipiuntur, certitudo haberi non poteſt; & ſic cum ea periti atteſtari non poterunt, Faria ad Covar. *var.* 2. *cap.* 13. *num.*29. per multos quos allegat.

*Ad num.*11.

Periti plures præferuntur paucioribus, Giurba *conſil.* 43.*n.*28. *ver. Non obſtat;* & ſtandum eſſe peritioribus dixit Pacian. *de prob.l.*1.*c.*47.*n.*158. Anton. de Nigr. *de ſubbaſtat.c.*15.§.15.*n.*13. & his citatis Conc. *conſil.crim.*2.*n.*5.

*Ad num.*20.

Notanter dicitur *pro vulneribus lethaliter illatis*; nam vulnuſculum non videtur in ſe habere delictum, nec modica offenſio habetur in conſideratione, *l.*3.§. *fin. cum leg.ſeq. ff. de adim.leg.* Ciaz. *diſcep.crim.par.*2. *diſcep.*30. *n.*11. *uſque ad n.*17. latè Prato *reſp.crim.*2.*n.*93. *cum ſeqq.*

*In fine deciſ.*11.

Juxta noſtra edicta Regia Medici, vel Chirurgi debent nuntiare Officialibus juſtitiæ vulnera quæ curant, & medicantur, ſub pœnis ibidem contentis: Exiſtimo tamen, quòd ab illa denuntiatione excuſantur, quando vulnera ſunt minima, & parvi momenti, Riccius *in collect. deciſ.* 2746. Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii lib.* 1. *rubr.*34. *in annot. numer.*3. Romag. ad eundem Conciol. *lib.* 4. *rubr.* 4. *numer.*6.

An etiam Medici, vel Chirurgi excuſentur ab illa denuntiatione, ſi pars jam antea expoſuerit querelam, vel Judex acceſſerit ad offenſum, agit Gratian. *diſcep.forenſ. c.*163. & ibi Carol. Anton. de Luca *num.* 4. & remiſſivè Romaguera *loco citato.*

Quamvis Medici, vel Chirurgi ſint vulnerati, debent delicta revelare, ut ex Nov. & Vivio tenet Carol. Anton. de Luca ad Grat. *d.c.*163. *n.*3. & cum eis Romaguera ad Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii l.*4.*rub.*4. *in addit. num.* 5.

AD DECISIONEM XII.

*Num.*1.

Prato alia incommoda carceris enuntiat *in reſponſ. crim.* 32. *num.*19. *reſp.*37. *num.*10. & 12. Fagnan. *in* 2. *decretal. cap. ſuper eo ſecun. de appellat. num.*40. & *ſeq.*

*Ad num.*4.

Solorz. *de crim. parricid. cap.*23. *num.*22. *cum ſeqq.*

*Ad num.*5.

Conciol. *conſil. crim.* 12. *num.* 45. Luca *in theat. verit. lib.*15. *par.*2. *de relat. Roman.Cur. forenſ.diſc.*29. ubi plura de viſitatione carcerum.

*Ad num.*6.

Solorzan. *in politic. Indiana lib.*5.*c.*1.*pag.*571. *lit.* O.

*Ad num.*8.

Viſitatio carceratorum in Regiis carceribus Barcinonæ fit in omnibus ſeptimanis, & in defectu Proregis, & abſentia Gubernatoris Cathaloniæ à Civitate Barcinonæ Vice Regia procedente, fit viſitatio à Vicario Barcinonæ, cum aſſiſtentia Conſiliariorum dictæ Civitatis, Xam. *de privil. Civit. Barcinonæ* §.10. *nu.*41. & ibi Monras *nu.* 42. Romag. ad Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii l.*1.*rub.*17. *in addit.nu.*7. & vide *in annot. in fine Primæ Partis n.*42.

*Ad num.*12.

Rem declarat Conciol. *conſil. crim.* 10. maximè *num.* 23. *cum ſeqq.*

*Ad num.*18.

In delictis gravibus captura decerni poteſt de facto, Novar. *de gravam. vaſſal.c.*1. *gra.*279. *nu.* 11. Scialoya *in prax. torq. reos. c.*2. *n.*2. qui *nu.*7. dicit in delictis occultis capturam eſſe Judici arbitrariam, & in illis ſufficere ſolam ſuſpicionem, ſequitur Conciol. *conſil. crim.*10. *nu.*26. Rocchus *de offic. rub.* 8. *nu.*58. & 59. plenius Gobius *conſult. deciſ.*136. maximè *à num.*16.

*Ad num.*27.

Antonius Gobius latè agit *conſult. deciſ.* 137. quando obligatio carcerati erga Fiſcum, vel Principem facta valeat per viam compoſitionis; & conſtanter tenet promiſſionem illam ſuccedere in locum pœnæ, quæ injuſta erit, ſi pœna nulla deberetur; & tradit deciſum.

*Ad num.*32. *in fin.*

Conciol. *conſ.crim.*11. *num.*32. Luca *in theat. verit. de juriſd. & for. comp. diſc.*48. *num.*17.

Qui probant, tunc capturam nullam non convalidari; nam debet validè ſolidum eſſe fundamentum juriſdictionis, in quo ubi peccatur, inſanabiliter peccatur, Solorzanus *de jur. indiar. tom.*2. *lib.*4. *cap* 4. *num.*40. Valenzuèla *conſil* 95. ubi *num.*11. & *ſeqq.* docet ideò confeſſionem factam coram Judice incompetenti non nocere, ut non poſſ. opponi defectus juriſdictionis.

*Ad num.*35.

Prato *in reſponſ. crim.*36. *numer.*11. *cum ſeqq.* ubi latè Bovadilla *in polit. lib.*3. *cap.*15. *tit. de viſita de carcel. nu.* 9. ex Vicecancel. Creſpi *obſ.*13. *num.*29.

*Ad num.*36.

Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii lib.* 4. *rub.*12. *num.*3. ubi *per tot. annot.* probat, quòd mulier honeſta pro delicto levi non venit carceranda; ſecus ſi delictum ſit admodùm grave; quia tunc poteſt carcerari; in loco tamen

à viris

à viris separato, vel in aliquo Monasterio, Judicis arbitrio, ex Farinac. *in prax q.27. nu.52. & seqq.* & observavit Regium Concilium die 10. Decembris 1667. in facto Eulaliæ N. quæ fuit tradita idoneæ manuleutæ arrestata in aliquo Cœnobio, aut Conventu Monialium, ad pœnam mille librarum Barcinonensium.

Ad num.40.

Sic die 19 Septembris 1664 referente Magnifico Joanne Baptista Roca & Julia, tunc I. R. C. Marianna N. attenta ejus gravissima infirmitate, fuit à Carceribus relaxata, & arrestata in aliqua domo præsentis Civitatis ad pœnam centum librarum. Similis 14. Octob. ejusdē an. Similis 28. Martii 1665. Similis 29. Aug. ejusdem anni.

Et quia carceratus fuit pauper die 25. Aprilis 1666. referente Magnifico Joanne Baptista Rocca & Julia, I. R. C. extitit conclusum, quod portaretur ad Hospitale Sanctæ Crucis, attenta illius gravissima infirmitate. Similis die 3. Septembris ejusdem anni, addita illa clausula; *Ita tamen, quod recuperata sanitate teneatur adimplere pactum per eum voluntariè susceptum, sub pœna in susceptione pacti impesita.*

Ad num.41.

Paulus Rubeus *de valid. legal. c.49 nu.56. & 57.* Pariter infirmus infirmitate gravi, à contumacia excusatur, & à pœnis contumaciæ est immunis, ut docetur *in l. si Prætor 75. in fine ff. de judic. l. contumacia 53 §. 2. l. quæsitum, ff. de re judic. l. 2. §. si quis. ff. si quis caution.* & his citatis juribus probat Gonzalez Tellez *in lib. 1. decretal. tit.38. de procurat. cap. Querelam 2. num. 8.* ubi asserit, hæc non procedere in morbo levi.

Ad num.42.

Barbitonsores, vel Chirurgi aggravantes, vel minuentes qualitates delicti in eorum relationibus. tenentur pœna falsi, Guaz. *def. reor 3. c.13. nu. 32* Conciol. *resol. crim. verbo falsum resol 12. per tot. & super statut. Eugubii lib.4 rub.4 nu.4.* & arbitraria tenentur Medici, ex culpa, vel dolo præbentes causam mortis infirmis, ut latè ea declarat Rubeus *de val. l.c.7. n.54. cū pluribus seqq.*

Ad num.49.

Otterus *de official. par.2. cap.3. numer.8.*

Ad num.50.

DD. Franciscus Ramos del Manzano *ad leges Jul. & Pap. lib.3. cap.48. num.3.*

Ad num.57.

Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii l. 1. rub. 16. in addit. num.12.* Franciscus Antonius Trenchadinus *consult. 32. num.11.*

Ad num.64.

Luca *in theat. verit. de credito, & debito disc.104. n.4.*

Ad num.66.

In his tamen pondero conclusionem factam die 4. Decembris 1666. est *in lib. conclus. crim. fol.102.* ubi in facto supplicationis oblatæ per F. P R. C. in qua supplicavit rigidam exequutionem provideri contra bona Josephi N. Vicarii Dertusen. in Regiis Carceribus detenti, & in personas, & bona Antonii N. Militis ejusdem Civitatis; & Francisci N. Mercatoris Civis Barcinonæ, in solidum pro quantitate mille librarum; eo quia dictus Josephus N. recessit à cubiculis operæ novæ Regiorum Carcerum Barcinonæ, in quibus sub dicta pœna promisit habere arrestum, & ab eis non recedere; & fuit captus in domo dicti Francisci N. & facta relatione per Nobilem Josephum Balaguer R. A. & Tertiæ Aulæ Doctorem exercentem officium I. R. C. per obitum Magnifici Bernardi de Olzina & de Vilallonga I R.C. fuit conclusum fieri dictam exequutionem in dicta quantitate mille librarum, ut supra habetur.

Ad num.67.

Prato *in respons. crim.10. num.18.* Rodoer. ad Marin. *quæst. resol.c.133. nu.5. cum seqq.* ubi ex Grat. *t.4. discep. c. 708. n.46. & 47.* dicit, quod fidejussor de reum repræsentando evitat bonorum exequutionem, etiam post illorum subhastationem, moram purgando, dummodo tamen liberatio sequuta non sit.

Ad num.79.

In hoc Principatu per Constit. *com moltas 4. tit. de capturas*, est statutum, quod aliquis Officialis Regius, qui capiet inculpatum, accusatum, denuntiatum, aut diffamatum de crimine, vel delicto, non possit sub pœna privationis officii, & mille ducatorum relaxare, vel aliàs remittere per compositionem, nisi priùs captum duxerit coram Judice; vel Assessore suo ordinario; & adhuc eo peracto, nisi prius elapsi fuerint sex dies, intra quos possit partis interessatæ, vel Fisci instantia supervenire; & eis non comparentibus cesset dispositio Constitutionis. Non tamen liceat Officiali elapsis sex diebus respectu capti procedere, nisi quatenus de jure habuerit permissum; neque amplior ei tribuitur facultas capiendi, quàm per Constitutiones habuerit ordinatam. Hoc intellecto, quod Judex habens justam causam exculpationis, captum sine partis instantia possit relaxare intra dictos sex dies.

Quibus attentis, & consideratis aliis per Constitutiones nostras provisis, de quibus ꝛt mētio *supra n.69.* in Regio Criminali Concilio die 15. Junii 1686. fuit dictum ibi: *In facto propositionis factæ per Nob. Regentem Regiam Cancellariam, an sit permissum Vicario, vel Regenti Vicariam Barcinonæ capere, & in Carceribus Regiis Barcinonæ captos detinere, non præcedente Judicis provisione, & pariter de facto absque Judicis provisione, vel Concilio captos a Carceribus relaxare, fuit conclusum, non posse dictum Vicarium, vel Regentem Vicariam Barcinonæ capere, nec captos detinere absque Judicis provisione, neque eos relaxare, non præcedente Judicis provisione, vel consilio, nisi in casibus à jure permissis, & in Constitutionibus statutis, quas teneantur observare sub pœnis in eis contentis, & quod notificetur Vicario.*

Ad num.81.

Bolero & Caxal. *de decoct. debit. fiscal. tit.2. q.1. nu.32.* qui *n.33.* cum Diana *t.4. resol. moral. tract.1. resol.85.* Castro Palao *oper. moral. t.2 disput. unic. punc.6. nu.14.* docet quòd etiam in casibus permissis ultra tempus à jure concessum, Judices Laici non detineant Clericos, sed statim quàm primum possint intra dictum tempus, eos suo Judici Ecclesiastico præsentent, Solorzan. *de jure Indiar l.3. c. 25. t.2. n.57.* qui sit, ad hunc effectum posse laicum Clerico deprehenso in delicto, suis expensis Custodes apponere, ne fugiat, & eum ad suum Judicem remittere. Plura de hac re Reg. Cortiada *dec.138. t.3. n.16. Cum pluribus seqq.* ubi explicat. quando versemur in flagrantia delicti. & *n.21.* ait pro obviando delicto futuro posse Judicem laicum capere Clericum titulo defensionis, ad effectum remittendi; & ampliùs de eodem articulo *num.23. cum pluribus seqq. & n.36.* scribit tempus ad remittendum Clericum esse arbitrarium Iudici Sæculari, attentis circunstantiis distantiæ, loci, & aliis, dummodo remissio fiat quantò citiùs.

Ad num.82.

Circa finem Cortiada *t.3. dec.138. nu. 31. & seqq.* latè.

Ad num.83.

Barricelli, seu eorum Satellites, qui non possunt capturam facere absque mandato Judicis in scriptis redacto, Otterus *de offic. par. 2. c.2. n.9* Amaya *in C. ad l.5. de jure Fisc. n.2.* Fragos. *de Regim. Reipub. par.1. l.5. disp.13. §.12. n.335.* poterunt tamen in flagranti delicto, Amaya qui *supra numer. 15. & alii.* Romaguera ad Conciol. *lib. 1. rubr.15. in addit. numer.8.*

Ad num.86.

Licèt d. Franc. de Amaya *in l.2. C. de exac. trib. n 63. in fine* teneat, Fisci patronum, etsi nullam habet jurisdictionem institutum ministerii posse delinquentes capere, & in carcerem mittere; attamen Fermos. *par.1. alleg. Fisc. 1. n.57. & seq.* id tantùm admittit in flagranti, vel quando Judices essent negligentes in capiendo, & non aliter, nec unquam se audiisse asserit in Sanct. Officio Inquisitionis practicatum.

Ad num.87.

Captura debitoris suspecti de fuga potest fieri authoritate propria creditoris, Altim *de nullit. rub. 12. q.10. n.32.* Valeron. *de transac. tit. 2. q.2. n.33.* Romag. ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.2. rub 4. nu.15.* ubi probat, quod si debitor armata manu resistat, potest vulnerari, Antonius Gobius *consul. 81.* hoc intelligit, si constet priùs de debito liquido, & certo.

Quæ captura non solum potest fieri per Judicem incompetentem, Altim. *dict q.10. n.34. & seq.* Cortiada *dec.69. n.5.* Bolero *de decoct. debit. Fiscal tit.2. q.1. nu.15. & 21.* Verùm etiam per Judicem incapacem; & ita potest Clericus debitor suspectus de fuga, seu imò fugitivus capi à Judice, sive debitore laicis. sine periculo excommunicationis; dummodò illum præsentent Judici Ecclesiastico intra viginti quatuor horas, ex Altimar Cortiada Bolero citat. scribit Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib. 2. rubr. 40. numer. 16. cum pluribus seqq.*

& *n.*21. probat posse fieri hanc capturam in quacumque die etiam feriata, per eundem Conciol. *cit. loc. n.*11. & per alios quos allegat Faria ad Covar. *var.* 2. *c.*1. id admittit, si copia Ecclesiastici non sit *n.*67. Valenz. *t.*2. *cons.*157. *fere per tot.* Reg. Cortiada *t.*3. *dec.*138. *n.*18. *cum seqq.*

Ad num 90.

Faria ad Covar. *var. lib.*2. *cap.*20. *num.*151.

*Ad num.*96.

De pœna privati carceris, & qui ab illa liberantur, Guaz. *def. reor.*5. *cap.*7. Farinac. *in prax. quæst.*27 Conciol. *resol. crim. verb. carcer. resol.*4. *& super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.*41. & ibi Romaguera *in addit.* Prato *res. crim.*7. *num.*24. & 34. asserens, contra capientem propria auctoritate indictam esse pœnam; quia jurisdictionem usurpat, Frances de Urrutigoyti *var. resol. cap.* 52. & *seq* defendit validam esse capturam, licèt captus per aliquod breve spatium in domibus particularibus detentus fuerit, nec recta via ad carceres Civitatis fuerit ductus, & etiam Portarium, vel Officialem capientem non teneri pœna carceris privati illo in casu.

*Ad num.*106.

Contrariam opinionem sequitur Carena *de offic. sanct. Inq. par.* 2. *tit.*17. *numer.* 78. Fermosinus *par.* 1. *allegat Fiscal.* 54. *numer.*11. qui docet, improbabile non esse, Inquisitores posse punire subditum Episcopi de ipsius licentia incarceratum, pro majori custodia in carcere Inquisitionis ob fracturam carceris; cum ex tali effractionis fractis Inquisitor offendatur; siquidem effractura carcerum Sancti Officii, quorum fractio est speciale delictum, speciali pœna punibilis est, & allegat Capiblanch *de Baron. prag.*8. §. 1. *num.*225.

*Ad num.*112.

Non multum ab his discedit conclusum in R.C. die 8. Julii 1665. & patet in libro conclusionum criminalium illius anni, ubi in facto propositionis factæ per Nob. Regentem Regiam Cancellariam circa contenta in quadam epistola per suam Excellentiam ei remissa, unacum alia Vener. Don Fœlicis de Hubago, & Rio Inquisitoris hæreticæ pravitatis præsentis Principatus Cathaloniæ, fuit conclusum, quod dictæ Epistolæ inserantur de verbo ad verbum, ut ibi:

Remito à v. m. el incluso papel que he recibido del Inquisidor Don Filiz Hubago, en que dize la orden ha tenido del Consejo de la Santa, y General Inquisicion para abstenerse del conocimiento en la causa de sodomia, que havia prevenido el Doctor Joseph Balaguer; y paraque se pueda executar la sentencia de los cien açotes en la persona de Salvador N. por aver cooperado en el rompimiento de la carcel, como mas particularmente verà v. m. por dicho papel, à que me refiero, y le passo original; assi porque se proceda como es de justicia en estos dos casos, bolviendose el reo à las carceles, para competencia despues de açotado, como porque este papel original se ponga en la parte donde toca, paraque en adelante haya esta claridad, guarde Dios à v. m. muchos años Barcelona à 4. de Julio 1665.

Don Vicente Gonzaga.

Señor Regente.

Excelentissimo Señor.

El Tribunal ha tenido orden del Consejo de la Santa, y General Inquisicion, paraque alse la mano del conocimiento del delito de sodomia en la causa que previno el Doctor Joseph de Balaguer; y tambien paraque diga à V. E. que puede mandar executar la sentencia de açotes por el quebramiento de la carcel en la persona de Salvador N. vezino de Olesa, preso por la muerte proditoria de Pedro Malvitjes Familiar deste Santo Officio, sobre cuyo conocimiento esta formada competencia, sirviendose V. E. de mandar despus bolver à la carcel al dicho Salvador N. paraque se siga la competencia sobre el conocimiento del delito principal. El Excelentissimo Señor Obispo Inquisidor General me manda en carta à parte que luego de cuenta desto à V. E. y me encarga mucho tenga muy buena correspondencia con V. Excelencia, &c. Julio 4. de 1665.

Ex suprà recitatis duo documenta inferri valent. Primum, quòd in delicto sodomiæ datur præventio inter Regium Criminale Concilium, & Tribunal Sanctæ Inquisitionis, ut annotavit Reg. Cortiada *post.*2. *tom. dec. in addit. ad dec.* 30. *numer.* 117. quod fuit observatum die 19. Januarii 1666. in facto F. P. R. C. adversùs Michaelem N. minorem quatuordecim annorum, delatum quòd fuit passus carnaliter cognosci contra naturam à N. Italo, & facta relatione per Magnificum Bernardum de Olzina & de Vilallonga I. R. C. fuit conclusum, quod fustigaretur intus Regios carceres, & banniretur à Principatu Cathaloniæ, & Comitatu Ceritaniæ in perpetuum.

Secundum, quod data competencia inter Regium Criminale Concilium, & Tribunal Sanctæ Inquisitionis super articulo jurisdictionis, & cognitionis causæ alicujus criminosi, si ea pendente reus convincatur de delicto fracti carceris, punitur à Judice de cujus ordine in carcere detinetur, in cujus territorio carcer reperitur.

AD DECISIONEM XIII.

*Num.*1.

Farinac. *in prax. quæst.*103. *numer.*208. *vers. Limita tertiò*, probat Rocchus *de offic. rub.* 16. §. 2. *numer.*101. & meritò id asserit, quia alienum territorium securitatem præstare videtur, *l. Decernimus, Cod. de his qui ad Eccles. confug. l. postliminium, §. postliminio, ff. de postlim. rever.*

*Ad num.*15.

Patrimonii decoctores, lege Roscia inter quatuordecim ordines sedere prohibebantur, ex Græcorum institutis infames erant, ut testantur Diogenes, Laertius in vitis Philosophorum *in vita solonis*, & Quintilianus *lib.* 3. *inst. cap. ult.* Gonzalez Tellez *lib.* 1. *decretal. tit.* 41. *de integ. rest. cap. constitutus* 8. *num.*14.

*Ad num.*24.

Similis in facto F. P. R. C. adversùs Joannem Ignatium N. paratorem Villæ Andorræ die 24. Aprilis 1686. referente Magnifico Francisco de Portell I. R. C. scriba Riambau, & fuit confirmata Regia sententia ref. Nob. Senatore Josepho de Pastor, & Mora die 27. May ejusdem anni.

AD DECISIONEM XIV.

Num. 1.

Bondenius *vol.*2. *collect. legal.*3. *num.*24.

*Ad num.*3.

Caponius *discep.*323. *nu.*3. Altimar. *de nullit. rub.*13. *quæst.*20. *nu.*1. *& seqq.* Majorana *in opoprax. crim. lib.*2. *cap.*9. *nu.*2. Carpzo. *in prax. crim. par.*1. *qu.*16. *nu.*9. *& seq.* Bonden. *collect. legal.*12. *n.*35. *& seq.* Prato *ad prax. Muscatel. in proemio numer.*4. *&* 5. Leo *præparat. judic. par.*2. *præp.*28. *per tot.* Giurba *obs.*33. *num.* 10. quos, & alios allegat Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.*4. *rub.*6. *in addit num.* 8.

*Ad num.*4.

Fermos. *allegat. Fiscal.*55. *num.*3. *par.*1.

*Ad num.*16.

Meli *obs. forens.*93. *tota.* Rodoerius ad Marinis *quot. resol. cap.* 205. *num. cum seqq.* ubi subdit pœnam contra Judicem, qui aliquem dolosè tormentis supponit, & alia ad hanc rem.

*Ad num.*22.

Et *post trac. de hæred. consil.*12. *num.*19. *& allegat.* 85. *numer.*16. *& alleg.*93. *num.*41. *cum seq.* Anton. Gobius *consult. decis.*125. *num.*32. vide *decis.*41. *num.*22.

*Ad num.*23.

Bondenius *vol.*2. *collect. leg.*36. *n.*102. *cum seqq.* qui asserit requiri indicia proxima, & tangentia delictum.

*Ad num.*25.

Rodoer. ad Marin. *quot. resol. cap.*205. *num.* 9.

*Ad num.*32.

Doctores non possunt torqueri, Rota Senen. 15. Maii 1671. allegata per Luca *par.*3. *in supplem.* 16. *de præm. obs.* 285. (an Doctores Philosophiæ gaudeant privilegio Nobilium, Prato *resp. crim.*21. *à nu.* 1. *vers. Quod primam usque ad n.* 13.) eruditissimus D. Franciscus Ramos del Manzano *ad leges Jul. & Pap. l.*2. *c.*4. *n.*8. quod probat *ex l.*3. §. 1. *ff. de re milit. l. nullus* 5. *C. ad leg. Jul. Magest. l. milites* 8. *C. de quæst. severam* 10. *C. de dignit. l.*12. docens tunc sufficere leviorem Nobilitatis probationem, nec requiri adeò exactam, & inconcussam, qualis desideratur, cum principaliter de proprietate nobilitatis quæritur.

*Ad num.*33.

Faria ad Covar. *var. l.*2. *c.*9. *n.*41. Garc. *de nobilit. glos.* 1. *in princ. n.*10. Otalora *de nobilit. p.*5. *princip. c. fin. nu.*4.

Ad

Ad eundem num.33. in fine.

De nobilibus loquitur Solorzanus *de jur. Indiar.lib. 4. cap.5.num.63.* (& *in seq.* docet, ad hanc causam, minorem Nobilitatis probationem, seu informationem sufficere, ex Azeved. Molina. Parlad. Narbona, Bovadilla *in polit.lib. 4.cap.15. numer.2.* & antea idem Solorz. *in eod. numer.63.* probat, declarationem illam nobilitatis incidenter factam, solum ad illum effectum proficere, causæ tamen principali nobilitatis aliquod præjudicium non generabit; vel pro actibus positivis nobilitatis allegari non poterit, Faria ad Covar. *var.lib.2.cap.9. num.46.* asserens sufficere de nobilitate apparere per famam, ex Gutierres, & aliis) Vicecanc. Crespi *obser. 13. numer.39.*

An num.35.

Carol. Anton. de Luca *animad. ad Gratian. cap.328. num.13.* Sanfelic. *decis.335. num.36.*

Ad num.37.

Reus, in aliqua arte, vel professione insignis, torqueri non poterit, si periculum, sit ut peritus moriatur, aut inutilis fiat, Farinac. *in prax. quæst.41. num.8.* Villadieg. *super Curia Philippica p.3. §. sententia 17. nu.20.* Faria ad Covar. *var.lib.2.c.9.nu.69.*

Nec pœna mortis, aut alia, per quam inutilis efficiatur, coercetur, sed Principe consulto pœna erit per Judicem commutanda, vel remittenda, Farinac. *in prax. quæst.98. numer.134.* Horat. *de privileg. Scholar.cap.83.* Villadieg. *in polit.cap.3. num.355.* & cum his, & aliis allegatis probat Faria ad Covar. *var. lib.2.pap.9. n.68.* ubi *num.70.* docet, tunc peritiam artis esse probandam non minus, quam per quindecim testes, ex Farinac. *d. quæst.98. numer.139. & num.71.* illud limitat, si propter seditionem, latrocinium, aliudve simile veniret reus puniendus; nam magis Reipublicæ moribus noceret, quam arte proficeret, ex Farinac. *d. quæst.98. num.135.* & aliis DD. quos allegat.

Ad num.38.

Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap.9. nu.41. cum seqq.*

Ad eundem nu.38. in fin.

Est advertendum inquit Faria ad Covar. *var.lib.2.cap. 9. num.47.* quod eis qui torqueri non permittuntur, metus incuti non potest comminatione tormentorum, ut fateantur; nam terror ipse cruciatui æquiparatur, *l. novissime 7.ff. quod falsi. tut.* quod intelligit de terrore vehementi, ut si ad actus proximos torturæ accedatur; nam levis comminatio verbalis non reddet irritam confessionem, quæ potiùs spontanea, quàm violenter extorta censebitur, & probat ex Clar. Azeved. Gomez, Farinac. Gutierres, Narbona. Guazzin.

Idem in reo contra quem indicia legitima non urgent, ut scilicet terreri non possit, quamvis aliud sit in aliis, qui propter ætatem, aut infirmitatem tormentis affici non possunt, nisi in prægnante, probat ex citatis, & aliis quos allegat Faria ad Covar *lib.2.d.cap.9.nu 47.* inferens inde *num.48.* quod si Judex tormentis, aut eorum metu confessionem à privilegiatis de facto extorqueat, nulla erit, quamvis fuerit ratificata.

Ad num.40.

Testis, qui recusat examini subjici, punitur pœna extraordinaria, Farinac. *in prax. quæst.78. nu.134.* Guaz. *def.14.c.8. in fine,* Cabal. *resol. crim. cas.55. nu.1. & seqq.* Calvinus *de æquitat. lib.2.cap.179. nu.35.* Conciol. *resol. crim. ver. Testium miscellanea resol.1. nu.9. & super statut. Eugubii. 4. rub.48.* ubi rem declarat.

Ad eundem nu.40. in fin.

Mulcta indicta fuit testi recusanti deponere, & etiam provisum, ut exequeretur in exemplari, quod sequitur. *Die 2. Julii 1665. in facto supplicationis oblatæ pro parte F.P.R.C. versus, & contra Joannem N. Bajulum Loci de Collbato, supplicantis, quod eo quia non obtemperavit mandato ei facto pro parte suæ Excellentiæ ex ordinatione Josephi Tries Regii Algutzirii extraordinarii, quatenus intra tres compareret personaliter in præsenti Civitate Barcinonæ, & coram infrascripto relatore ad effectum ab eo exigendi depositionem, instante dicto F.P.R.C. sub pœna ducentum librarum monetæ Barcinonæ. Viso mandato ei facto. Visa relatione Antonii Cortada Regii portarii, qua fecit relationem intimasse dictum mandatum dicto Joanni N. & in ejus absentia uxori suæ 26. mensis Junii proxime dimissi. Attento quia non comparuit intra terminum ei prefixum. Visis videndis, facta relatione per Nobilem Michaelem de Pallarès I.R.C. dictæ causæ Relatorem, fuit conclusum, quod fiat exequutio in bonis dicti Joannis N. Bajuli Loci de Collbato, prodictis ducentum libris Monetæ Barcinonæ, & pro expensis factis, & justè faciendis, turis ordine in exequendo servato, & pro his expediantur litteræ, & aliæ provisiones; & commissiones opportunæ iuxta Regia Curiæ stylum.*

Ad num.42.

Apud alios torquetur reus ad habendam responsionem præcisam, ut ex Riminal. Farinac. Horat. Perf. scribit Meli *obser.93. in fine.*

Ad num.67.

Similis die 28. Februarii 1667. contra Joannem N. Civitatis Minoriscæ, inculpatum de fabricatione monetæ, qui fuit declaratus Reus mortis, & post latam sententiam, & ante illius realem exequutionem torqueretur in caput sociorum fabricationis dictæ monetæ, fautorum, coadjutorum, & expendentium, & de aliis criminibus, de quibus diffamatus extitit, referente Nob. Josepho de Balaguer Tertiæ A. D. perobitum Magnifici Bernardi de Olzina, & de Vilallonga I.R.C.

Ad num.69.

Mastril. *decis.193. nu.7. cum pluribus sequentibus,* ubi rem ampliat, & declarat.

Ad num.71.

Bolero & Caxal. *de decoct. debit. Fiscal. tit.5. quæst.30. nu.7. ubi per tot. quæst.* agit, utrum exequutio condemnationis corporalis possit superfederi instantibus creditoribus, & petentibus in carceribus reum detineri, donec eis solvatur.

Ad num.73.

Solorzan. *in alleg. Fiscal. in op. posth. pag.684. n.493.*

Ad num.74.

Laudat decisionem Revet. 44. Franciscus Maria Prato *resp. crim.23 nu.62. & seqq.* dicens, quod cum in sententia in dicta decis. Revet expensa, concurrat Fisci Patronus, fuit ab omnibus laudatus (*optanda sanè tempora*, hæc sunt verba Prati)

AD DECISIONEM XV.

Num. 8.

Escobar *de pur. par.1. quæst.11. §.2. n.4. & 5.*

AD DECISIONEM XVI.

Num. 2.

Rocchus *de offic. rub.14. §.4. n.35.* qui rem declarat, Velasco *de Judice perfecto rub.14. annot. 4. nu.13. cum seqq.* ubi tractat, si inquisitus nil opposuit contra confessionis nullitatem, renuntiare illi remedio visus sit, & *per tot. annot 4. & 5.* agit de confessione inquisiti, fraudibus, calliditate, vel simulatione interrogantis extorta, & quando ex ea possit sequi condemnatio, Rodoer. ad Marin. *resol. quot. c.178.* ubi admonet Advocatos, ut illicò post emanatam confessionem blanditiis, aut sub spe veniæ promissæ, aut aliter dolo extortam, eam revocari procurent, ne ob perseverantiam condemnari reos incautè, & injustè faciant, ad quam revocationem poterunt devenire, Ciaz. *discep. crimin. cap.1. nu.123.* de confessione per suggestionem extorta, quæ est nulla, & spernenda, agit Bonden. *vol.2 collect. leg.15. nu.42. & seq.*

Ad num. 7.

Paulus Rubeus *de valid. legal. cap.21. num. 2. cum seqq.* ubi late *in nu. seqq.* agit an in crimine simoniæ socii probent contra socium criminis. Velasco *de iudic. prefec. rub.14. annot.5. nu.71. cum seqq.* Antonius Gobius *consul. decis.146. nu.24. & seq.*

Ad num.10.

Gonzalez Tellez *lib.2. decret. tit.18. de confes. cap. cum monasterium 1. nu.7.*

Ad num.11.

Velasco *de Judic. perfect. rub.14. annot.5. nu 73.* Gonzalez Tellez *in lib.2. decretal. tit.18. de conf cap. cum Monasterium 1. n.7.* qui dinumerant delicta exceptuata.

Ad num.16.

Vermigl. *consil.20. n.13. consil.267. n.8. & consil.270. nu.7.* Zuf. *de legitim proces. crim. lib.3. quæst.108. num.7.11. & seqq. & quæst.152. n.3. & seq.* Scial. *in prax. torquend. reos c.14. n.35.* Conciol. *consil. crim.3. n.6.*

Ad num.28.

Ex his intelliges quæ noviter scripsit Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.4 rub. 14. in addit. nu. 4. & 5.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& 5. & de pœna temperanda ob minorem ætatem agunt Fagnan. *in cap. 1. de constit. num. 117. & seqq.* Luca *in supplem. lib. 16. par. 3 de ætate, & qualit. obser. 11.* latissimè Prato *resp. crim. 25. n. 46. cum seqq.* ubi minoribus, pœnas in delictis fuisse minoratas pluribus decisionibus Supremorum Europæ Tribunalium exornatur; & doctè de his plenè agit Bonden. *vol. 2. colluct. legal 15 ferè per tot.* ubi tradit judicatum in minore, qui commisit sacrilegii delictum, calicem scilicet, & patenam furando, & ultra etiam alia furta commiserat, de hac re latè *decis. 66.*

Ad num. 31.

Giurba *consil. 22. n. 29.* & pluribus citatis Conciol. *cons. crim. 3. n. 8.* Antonius Gobius *consul. decis. 125.* ubi ait nec testem probare, quando ei depositio extorquetur sub tædio diuturnæ carcerationis, ac sub spe promissæ liberationis.

Ad num. 49.

Meretrices, & aliæ personæ infames admittuntur ad probandum delictum commissum in prostibulo, Morla *in empor. jur. par. 1. tit. 11. in proem. nu. 78.* Paulus Rubeus *de valid. legal. cap. 21. num. 10. & seq.* licet regulariter à testificando arceantur, *l. 3. §. lege, ff. de testibus,* Don Franciscus Ramos del Manzano *ad leges Jul. & Pap. l. 3. c. 26. num. 1.* propter infamiam vitæ suæ.

Ad eundem num 49. in fine.

Testes famuli non probant in favorem domini, Farinac. *in prax. quæst. 55. nu. 135.* Sperellus *decis. 75. nu. 8 par. 2.* Conciol. *resol. crim. ver. Testes quoad personas, resol. 24. nu. 1. & post allegat. forens. consil. 1. n. 6. & seq.* qui id extendit etiam in casum, quo dominus non facit partem in judicio, sed proceditur instante Fisco, Testes domestici, familiares, & aliàs inhabiles probant ad defensam, Rocchus *de offic. rub. 14. §. 6. nu. 33.*

Ad num. 56.

Numerus testium supplet eorum inhabilitatem, Thomat. *decis. Macerat. 26. nu. 14.* Burat. *decis. 725. num. 12. &* 13 pluribus allegatis, Meli. *obs. 97. nu. 33. &* 36. Luca *animad. ad Gratian. discep. forens. c. 293. tota,* ubi de testibus, interesse secundarium in re habentibus.

Ad num. 57. circa medium.

Escobar *de puritat. quæst. 11. §. 1. num. 36. par. 1.* latissimè, & doctè Bondenius *colluc. legal. 3. vol. 2. nu. 55.* & antea agit, quando inhabilitas testium suppletur ex num.

Ad num. 62.

Prato *resp. crim. 16. à nu. 46.* & allegati per Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib. 4. rub. 10. in addit. num. 13.* Luca *in theat. verit. Miscellanea Eccles. disc. 19. num. 9. 13. & 17.* Leonardus Rodoer. ad Marin. *quot. resol. c. 115. nu. 19 & seq.* Bondenius *vol. 2. colluct. 3. n. 20. & seq.* ubi fortiter insurgit contra Birruarios in crimine fraudatæ gabellæ, quando in negotio habent interesse.

AD DECISIONEM XVII.

Ad num. 8.

Etiam consanguinitas non facit Judicem suspectum, si est æquè consanguineus utriusque partis, cum per parem affectionem omnis suspicio tollatur. Bartol. & alii *in l. qui jurisdictioni 10. ff. de jurisd. omn. Judic.* Jason *in l. 2. num. 17 ff. si quis in jus vocan.* Maranta *in prax. par. 6. de appellat. nu. 30.* Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii l. 2. rub. 5 in addit. n. 3.*

Ad num 9.

Famuli non sunt idonei testes pro domino, Luca *in theatro veritatis de credito, & debito dis. 129. nu. 15.* Escobar *de purit. par. 1. quæst. 11. §. 2. nu. 6* & suprà.

Ad num. 10.

Escobar *de purit. par. 1 quæst. 11. §. 2. nu. 6.*

Ad num. 12.

Licet aliàs de jure interrogari non possit, Bondenius *colluc. legal. 36. nu. 75.*

AD DECISIONEM XVIII.

Ad num. 14.

Minans cum armis, inimicus est minati, Conciol *post allegat. forens. consil. 1. num. 8. & 9.* ex injuria verbali illata ex verbo *Bardacha,* capitalis inimicitia oritur, Giurba *consult. 17. in princ. & n. 5.* Gobius *consult. decis. 125. n. 39. & num. 40. & seq.* ubi gravis inimicitia infertur ex percussione cum cubito, & ex gestatione armorum, maximè si fuerit illata coram pluribus.

Ad num. 5.

Franciscus Antonius Tranchedinus *consul. 97. nu. 26.* Bondenius *vol. 2. colluct. leg. 3. nu. 92. cum seqq.*

Ad num. 6.

Testis omninò inhabilis non suppletur per numerum testium, cum nihil adsit supplendum, Giurba *consil. 98. nu. 14.* Canc. *var. 1 cap. 20. n. 92. & seq.* Conciol. *resol. crim. ver. Testium miscellanea, resol. 5. num. 4. & consil. crim. 2. numer. 24.*

Ad num. 12.

Prato *resp. crim. 41. n. 13* Solorzan. *de jure Indiarum t. 2. lib 4. c. 5. n. 21. cum seqq.* & signanter *nu. 22.* ubi eo in casu attendi debet, qualis fuerit inimicitia, & quibus rationibus orta fuerit; nam poterit forsan magis in causam, quam in personam dirigi; & cum inimicitia non soleat excludere ab agendo, vel accusando eum, qui suam, vel suorum injuriam in judicio prosequitur, ut per Clar. *quæst. 14.* & Tusc. *lit. A. concluf. 160 nu. 5.* sufficere non debebit ad excludendum Fisci patronum, qui ipsum Fiscum, & Regem repræsentat, qui quoniam non potest per se agere, neque in Curia accedere, talem procuratorem proponit cum ampliſſima facultate ad prosequendum omnia negotia Fiscalia, & criminalia, Matth. *de affic. ad Const. Neapol. lib. 2. rub. 39. de reft. Reipub. fol. 83.* Jul Clar. *§. fin. quæst. 3. n. 6.* quod efficit, ut ad ejusmodi judicia invitus, & ex necessitate accedere videatur; non verò ex voluntate, aut nocendi animo, argum. *l. tutorem, ff. de bis quæ ut indig. l. servus communis, §. quod vero, ff. de furtis, l mulier, §. 1. ff. rer. amot. l. 2. ff. de jure Fisci:* hæc sunt verba Solorzan.

Ad num. 13.

A Judice carcerati, non sunt recipiendi testes contra Judicem, Conciol. *resol. crim. verb. Syndicatus, resol. 2. nu. 3. & 4. & super statut. Eugubii l. 1. rub. 19. in annot. nu. 13. & lib. 4. rub. 66. nu. 3.* Bonden. *de jure controvers. to. 1. colluct. legal. 32. n. 36.*

Ad num. 14.

Gonzalez Tellez *l. 2. decret. de testibus c. in omni 4. n. 5.*

Ad num. 21.

Ex insultu cum armis inducitur causa odii, quæ repellit testem ad deponendum, Conciol. *post allegat. forens. consil. 1. num. 15.* maximè cum testis injuriam ad animum revocaverit, ut ipse inquit.

Ad num. 21. ver. Amplius.

Quando frangatur cautio, seu promissio de non offendendo, latiùs apud Conciol. *cons. crim. 1. & 2.* & quando quis compellatur ad eam cautionem præstandum, idem Conciol *super statut. Eugubii l. 4. rub. 47* & latissimè Rocchus *de officiis n 25. cum seq.* probans, quòd cogi potest, ut quis præstet cautionem de non offendendo tam ex officio, quam ad instantiam partis, etiamsi fuerit parti satisfactum: etiamsi fuerit, absolutus ille de quo timetur: etiamsi pars illa quæ offendi timet per priùs alium, à quo cautionem petit, offenderit ex quo inimicitia justa ortum habuit, & in aliis casibus, prout facti qualitas exposuit, & quotidie practicamus, & alia scribit ad materiam, videndus.

Ad num. 22.

Conciol. *resol. crim. in verbo defensio resol. 3. n. 10. & seq. & super statut Eugubii lib. 4. rub. 34. num. 2. cum seqq.* & ibi Romaguera *nu. 14.* qui allegat Altim. *ad lib. 3 consil. Rovit. obser. 11. num. 14. & seq.* Manfrella ad Latro *obser. 75. nu. 9. & seq.* Bonden. *colluct legal. 46. nu. 83 & seq.* & maximè *nu 102.* Severin. ad Sanfelic *decis. 410. lib. 3.* & alios, Prato *resp. crim. 25. n. 27.*

Non tenetur quis expectare primum ictum, & sic homicidium dicitur commissum ad defensionem, etiamsi adhuc non fuerit percussus, Conciol. *resol. crim. verbo defensio resol. 10. num. 1. & seq. & consil crim. 2. n. 12.* Franciscus Antonius Tranchedinus *consult. 86. nu. 3.* (ubi *per tot. consult.* agit, quando homicidium commissum dicatur ad defensionem) Bondenius *vol. 2. colluct. legal. 46. nu. 39. & nu. 52. cum seqq.*

Ad num. 23.

Ciriac. *cont. 126. nu 12.* Calvinus *de æquitat. lib. 2. cap. 192. num. 61. & seq.* Conciol. *super statut. Eugubii lib. 4. rub. 34. num. 6.*

Ad num. 29.

Conciol. *consil. crim. 3. numer. 29.* Prato *resp. crim. 24. numer. 68.*

AD

AD DECISIONEM XIX.

Num. 1.

Caponius *discep.* 37. *num.* 1. & 33. Reg. Matthæu *de re crim. con.* 38. *n.* 9. *& seq.* Romaguera ad Conciol *super stat. Eugubii lib.* 4. *rub.* 46. *in addit. num.* 1.

Ad num. 4.

Manfrella ad Latro *obs.* 172. *nu.* 14. Meli *obser.* 136. *nu.* 25. Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 46. *nu.* 22. Rovitus *decis.* 2. *num.* 2. & ibi Altimarus, Faria ad Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 15. (qui asserit, quod si per instrumentum falsò fabricatum nemini injuria fieri possit, quia solùm respicit favorem fabricantis, vel alterius, pœna arbitraria imponitur) canonizavit Regium Criminale Concilium, ref. Mag. Josepho Aleny, tunc I. R. C. in causa contra Celidonium N. Villæ Cardonæ die 9. Julii 1659.

Ad num. 8.

Qua pœna puniantur testes falsò deponentes tam in offensam, quàm in defensam, & alia ad hanc rem tradunt Carpzou. *in prac. crim. quæst.* 93. *nu.* 46. *& seqq.* Manfrella ad Latro *obs.* 172. *tot.* Majorana *in opoprax. crim. l.* 2. *cap.* 6. *num.* 91. *& seqq.* Pegas *ad ordinat. Regn. Portug. t.* 2. *glos.* 60. *ad* §. 18. *nu.* 2. Delbene *de juram. cap.* 5. *dub.* 13. *per tot.* Fragos. *de regim. Reipub. par.* 1. *lib.* 5. *disp.* 13. §. 6. *per tot.* quos, & alios allegat Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 4 *rub.* 47. *n.* 12.

Ad num. 14.

Giurba *consil.* 71. *num.* 4. & pluribus allegatis Conciol *super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 47. *n.* 3. ubi *num.* 4. ait, testem, qui falsum deposuit super interrogatoriis, negando se consanguineum, inimicum, affinem, vel similia, cum falsitas illa non cadat super negotio principali, sed super accessoriis, puniri tantùm pœna extraordinaria, propter temeritatem, & mendacium, & *n.* 5. idem scribit de teste deponente falsum in judicio sine juramento.

Ad num. 29. *ver. Testis.*

Guaz. *def.* 14. *cap.* 8 *in fin.* Cabal. *resol. crim. cas.* 55. *nu.* 1. *cum seq.* Calvinus *de æquitat. l.* 2. *cap.* 179. *n.* 35. Conciol *super statut. Eugubii l.* 4. *rub.* 48. *tota*, & antea *resol. crim. in verb. testium miscellanea*, *resol.* 1. *n.* 9.

Ad num. 32.

Producens instrumenta falsa, quando causam amittat, tractant Caponius *discep.* 37. *num.* 9. *& ferè per tot.* Franc. Maria Prato ad Muscat. *in prax. crim. cap. de falsis ver. altera fuit quæstio*, Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii l.* 4. *rub.* 46. *num.* 25. & de materia falsitatis in causa civili latissimè Luca *in theat. veritat. l.* 15. *par.* 1. *de judiciis discur.* 26. Borgia *investig. jur. civil. l.* 18. *cap.* 16. *n.* 5.

Ad num. 34.

Font. *dec.* 257. *nu.* 2. *& seq.* Pasqualig. ad Laur. de Franch. *cont. inter Episcop. & Regul. par.* 1. *num.* 1252. *& seq.* Meli *obser.* 136. *num.* 4. Marin. *ad decis.* 6. *Reverter. nu.* 5. Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 46. *num.* 5. & ibi ejus Addit. Romaguera *num.* 23. Franciscus Antonius Tranchedinus *consult.* 105. *nu.* 5.

Ad eundem num. 34. *in fin.*

Crespi *obs.* 23. *à n.* 1. *usque ad n.* 30.

Ad num. 35.

Caponius *discep.* 37. *nu.* 5. *& seq.* Pega. *resol. forens.* 19. *nu.* 20. *& seq.* Romaguera cum aliis citatis ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 46. *nu.* 25. latissimè de conjecturis falsitatis in civilibus agit noviter, & doctè Franciscus Antonius Tranchedinus *consult.* 24. *& consult.* 105. *ac* 106. Capyc. Galeota *resp. fisc.* 15 *nu.* 17. & 18. ubi agit de præsumptionibus falsitatis, Fermos. *alleg. Fisc.* 13. *nu.* 4. 5. *& 22. par.* 1.

Ad num. 39.

Matthæu *de re crim. contr.* 38. *nu.* 13. Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 46. *num.* 16. qui de hac re agunt.

Ad num. 46.

Bondenius *vol.* 2. *collect. leg.* 15. *num.* 30. & 84. ubi *per tot. collect.* agit de pœna committentis tria furta, & de ea temperanda.

Ad num. 47.

Latiùs Capyc. Galeota *resp. Fisc.* 15. *nu.* 2. *cum seq.* ubi latè *per. tot. resp.*

Ad num. 48.

Quòd pœna falsi sit arbitraria, dixit Regium Concilium die 9. Julii 1659. referente Magnifico Josepho Aleny I. R. C. contra Celidonium N. Villæ Cardonæ, qui delatus de falsitate modica, unica, & quia erat homo bonæ famæ, fuit condemnatus ad suspensionem ab exercitio officiorũ Universitatis per decennium, & ut banniretur à Vicariis Cervariæ, & Minorissæ per triennium.

Ad num. 56.

Etsi falsi delictum sit atrocissimum, & pœna mortis puniri dicatur; regulariter tamen pœna extraordinaria punitur, Matth. *de re crim. cont.* 37. *nu.* 10. Reg. Cortiada *dec.* 88. *n.* 19. Anton. *de Regim. Eccl. Episcop. l.* 6. *c.* 26. *n.* 2. quod arbitrarium Judex extendere potest ex gravitate criminis usque ad mortem, Reg. Matth. *d. cont.* 37. *n.* 11. *&* 12. Carpzou *in prac. crim. quæst.* 93. *nu.* 95. cum aliis citat. Romaguera ad Conciol. *in stat. Eugubii l.* 4 *rub.* 46. *n.* 14.

Ad num. 57.

Conceditur Judici jurisdictionis criminalis cognitio super illis effectibus Civilibus, qui sunt per necesse connexi cum causa Criminali, cujus sunt dependentes, & accessorii, veluti si in delicto ultra pœnam Criminalem refectio damnorum, vel interesse debeatur, Luca *in supplem. l.* 16. *par.* 1. *de jurisd. disc.* 105. *n.* 5.

Ad eundem nu. 57. *in fin.*

Borgia *investig. jur. Civil. l.* 18. *c.* 16. *n.* 9.

AD DECISIONEM XX.

Num. 5.

Judex potest capi facere filium ad instantiam patris, si pater sit persona honesta, Bajard ad Clar. *§. fin. quæst.* 28. *num.* 18. Guazz. *def. reor.* 5. *c.* 1. *nu.* 20. Paschal *de pat. pot. par.* 3. *c.* 4. *nu.* 2. *& seq.* licet secus sit ad instantiam matris, & aliorum propinquorum, ut cum pluribus tradit Conciol. *resol. crim. ver. Captura resol.* 3. *in fine*, *& super statut. Eugubii l.* 4. *rub.* 58. *in annot. nu.* 4. *&* 5.

Ad eundem nu. 5. *circa medium.*

Bonden. *vol.* 2. *collect. legal.* 15. *n.* 37. Caballus *resol. crim.* 56. Rubeus *de valid. leg. cap.* 6. *nu.* 107. *&* 108. Vermigliol. *cons.* 270. *num.* 12.

Ad eundem num 5. *infra.*

Pro communi regula Fagnanus *in* 1. *par. lib.* 5. *decret. c. qualiter*, *& quando*, *de accusat. n.* 5.

Ad num. 9.

Gonzalez Tellez *l.* 3. *decretal. tit.* 41. *de celeb. Missar. c. litteras* 14. *num.* 1.

Ad num. 11.

Bondenius *collect. legal.* 15. *vol.* 2. *nu.* 39. *& seq.*

Ad num. 12.

Bondenius *vol.* 2. *collect. legal.* 3. *nu.* 23. *& seqq.* ubi inde infert delictum pro quo imponitur pœna trium ictuum funis, & torturæ esse grave.

Ad num. 16.

Homicidium proditorium longè gravius redditur, quam sit absque proditione; quamvis æquè dolosum, ac appensatè patratum sit, Luca *in Supplem. par.* 3. *l.* 16. *de delictis*, *& pœnis obser.* 298. *in fine.*

Ad eundem nu. 16. *in fin.*

Excellentissimus Jurisconsult. & Magister Don Franscus Ramos del Manzano *ad leges Jul. & Pap. l.* 3. *c.* 22. *n.* 2.

Ad num. 24.

Comprobatur *ex cap. per inquisitionem* 16. *de electione*, ubi testis, ex cujus confessione apparuit eum scienter indignum elegisse, suspenditur ab officio, & probant DD. dum resolvunt quæstionem, an confessio incidenter facta, confitenti noceat, de qua Anguianus *de legibus l.* 2. *c.* 6. Baldoa *in c.* 1. *de ordine cognit.* Gonzalez Tellez *in l.* 2. *decretal. tit.* 18 *de confes. c. cum super electione* 2. *nu.* 4. *cum seq.* per eundem Textum, & ibi Barbosa, & Repetentes.

Ad num. 27.

Pro hac eadem quæstione ex Bejardo, & Cevallos, videndus Conciol. super statut. Eugubii *l.* 4. *rub.* 28. *n.* 1. *&* 2.

AD DECISIONEM XXI.

Num. 1.

Franciscus Antonius Tranchedin. *consult.* 17. *num.* 57. Luca *in theat. veritat. l.* 15. *par.* 1. *de judiciis disc.* 23. *nu.* 1. *cum seqq.* Tellez *ad decret. de judic. c.* 4. *n.* 6. latè Escobar *de puritat. par.* 2. *quæst.* 6. §. 1. *n.* 13.

Hinc adversus confessionem seriosè emissam nec testes quoquomodo admitti deberent, Burat *dec.* 877. *n.* 7. & si examinati, & admissi essent, eis fides danda non esset; perinde ac si admissi, & examinati non fuissent,

Cy-

Cyriac.*cont.*89.*n.*17.Michael.*de poſſ.c.*38.*n.*3.Meli.*obſer.*97.*n.*102.& 103.

Ad num. 3.

Et in eiſdem terminis contendit Bondenius *colluct.leg.* 3.*vol.*3.*n.*189.*& ſeq.*& in diverſis terminis *coll.* 36.*n.*47.

Ad num. 5.

Luca *in theat.verit.l.*15.*par.*1.*diſ.*23.*nu.*26.

*Ad eundem num.*5.*in fine.*

Bondenius *de jur.controverſo,vol.*2.*colluct.leg.*46 *n.*49. *& ſeqq.*juncto *n.*59.Luca ad Gratian.*c.*339.*n.*4.*& ſeq.*

Ad num. 15.

Et ad Gratian.*diſcep for.c.*339 *n.*4.

Ad num. 16.

Luca *animad. ad Gratin,c.*339.*n.*7.

Ad num. 18.

Luca *in theat.veritat.l.*15.*par.*1.*diſc.*23.*n.*26.

Ad num. 19.

De hac re Antonius Gobius *conſul.deciſ.* 139.

Ad num. 20.

Poſſe torqueri qualificatè confitentem, moderatè tamen, dixit Luca *in animad.ad Grat.diſcep.forenſ.c.*339. *nu.*10.*cum ſeqq.*

Ad num. 24.

Antonius Gobius *conſul.deciſ.*85.*n.*18.

Ad num. 25.

Luca *in animad.*ad Gratian.*c.*339.*diſcep.forenſ.n.*4.

Ad num. 27.

Luca *in theat.veritat.l.*15.*de iud.par.*1.*diſc.*23.*n.*26.

AD DECISIONEM XXII.

Num. 5.

Eſcobar.*de pur.p.*2.*quæſt.*6.§.2. *n.*12.*cum pluribus ſeq.*

Ad num. 6.

Valenzuel.*conſ.*27.*n.*8.*& ſeq.*Prato *prat.*1.*obſer. c.*68. *ex n.*11.*& reſp.crim.*15.*n* 61.*cum ſeq.*

Ad num. 8.

Eſcobar.*de purit.quæſt.*6.§.6.*n.*13.

Ad num. 15.

Super ſubſtantialibus dicitur; nam ſi circa alia extrinſeca teſtis de negativa depoſuerit, non punitur de falsò, Clarus *in §.falſum num.*8.*&* 9.nec utique tunc teſtem incarceratum venire recipiendum apparet, cum ceſſet ratio, ob quam teſtes incarcerati debent recipi, quæ eſt ſuſpicio falſitatis.

Ad num. 17.

Prac.Ridolph.*par.* 1.*cap.*10.*n.*108.Scaccia *de iudic.lib.* 2.*cap.*7.*nu.*668.Conciol.*ſuper.ſtatut. Eugubii lib.*2.*rub.*6. *in annot.nu.*28.

Ad num. 19.

An minor reſtituatur adverſus propriam confeſſionem, tractat Carol.Anton.de Roſa *in prax.crim. c.*12.*nu.*38.

*Ad eundem nu.*19.*poſt medium.*

Valenzuela Velaſquez *conſ.*27.maximè *n.*29.*& ſeqq.*

Ad num. 20.

Error etiam confeſſionis probari debet per liquidiſſimas probationes, & per manifeſtiſſimas in ſuperlativo gradu, Grat.*diſcep.forenſ.t.*4.*c.*789.*n.*5.*cum ſeqq.*& multis citatis Eſcobar *de purit.par.*2.*quæſt.*6.§.3.*n.*19.

Ad num. 26.

Ad materiam metus quid ſit, qualiter debeat eſſe, qualiter probetur, vide Bottilier *de ſucceſ. ab inteſt.theor.* 83.*& ſeq.*Rovitum *dec.*21.*ad n.*26. & ibi Altimar. Franciſcum Antonium Tranchedin. *conſult.*48.*n.*22.*cum pluribus ſeqq.*Luca *in theat.verit.lib* 7.*par* 3.*diſc.*43.*num.*5. *& ſeqq.de alienat.& contractus prohibit.* Velaſc *de iudic. perfec.rub.*13.*annot. uni.nu.*14.*& ſeq.& rub.* 14 *annot.* 4. *num.*43.Fagnan.*in* 2.*lib.*1.*decretal.cap.Perlatum,& cap. ſacris de his quæ vi, met. cauſ.*omnium latiſſime agit Gonzalez Tellez *lib.*1.*decretal.tit.*40.*de his quæ vi, metuſue cauſa,cap.Relatum* 1.*num.*13. ubi quando metus dicatur cadens in conſtantem virum, & quando levis dicatur, & ſignanter cum diverſis exemplis rem doctè enucleat, ſignanter quando metus carceris ſit in conſideratione, quem videas pro dubiis, ſuper hoc puncto contingentibus.

Ad num. 31.

Quænam dicatur perſona ſimplex, & ruſtica, ſtat in Judicis arbitrio, Bonden.*vol.*3.*colluct.leg.*5.*num.*134.

Ad num 32.

In Judicis arbitrio remiſſa eſt definitio, quando quis ſagax, verſutus, aut fallax, vel ruſticus dicatur, Bonden.*volum.*2.*colluct.leg.*5.*n.*136.

Ad num. 36.

Comprobat latè Rubeus *de valid. leg.c.*38.ubi de delicto commiſſo calore iracundiæ.

Ad num. 37.

Eſcobar *de purit. quæſt.*6.§.6.*n.*15 *par.*2.

AD DECISIONEM XXIII.

Num. 1.

Latè Franciſcus Antonius Tranchedin.*conſul.*5.*n.* 52. *cum ſeqq.*Eſcobar.*de purit.par.*2.*quæſt.*1.*gloſ.*2.*n.*30.

Ad num. 2.

Cap.Fortitudo cap.Non inferenda 23.*quæſt.*3. *cap.Qui poteſt.*23.*quæſt.*3.ſic ait Oratius.

Sic Reges olim tali ſunt fine creati,
Dicere ius populis, iniuſtaque tollere facta.

Quod de ſe narrat Job *c.*26.*Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam,* Divinumque præceptum extat *Prover.c.*24.ibi: *Erue eos,qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare non ceſſes,* D.Thomas 2.2.*quæſt.*60.*art. ult. ad* 2. Gonzalez Tellez *l.*2.*decretal.tit.*1.*de iudiciis c.qualiter, & quando* 7.*num.*6.eruditè, & doctè Don Franciſcus Ramos del Manzano *ad leg Jul.& Pap.l.*3.*c.*53.*n.*5.*& ſeqq.*

Ad num. 3.

Recurſus eſt nomen generale, derivatum à verbo recurro, & comprehendit omnem actum, per quem ad Principem, & Superiorem recurritur, Rovitus *deciſ.* 14.*num.*1.ibi Altimarus, & obſervat praxim recurrendi in Regno Neapol.

Ad num. 4.

Pro reo abſente defenſor admittitur ſine mandato; non vero pro actore, *l. minorem* 51.*l.is cuius* 64.*l. tutius* 76.*ff. de procurat. l.liberto* 31. *§. item, ff. de negot.geſt. l.tutori, C.eod. l.nam poſſea* 9.*§.* 6.*ius iurandum* 34.*§. procurator, l. qui hominem* 34.*§.ſi gener. l.ſi quis* 58.*ff. de ſolut.* ut his juribus probat Gonzalez Tellez *lib.* 1. *decretal. tit.* 38.*de procurat. cap. Alia* 1.*numer.* 11. ubi eas aſſignat rationes, quia magna pericula fortunis abſentium imminent, qui divinare non poterant; & quia defenſor ſemper meliorem rei conditionem reddit, non deteriorem.

Ad num. 9.

Attenta levitate delicti, & infirmitate recurrentis, idem fuit dictum die 1. Junii 1686. ref. egregio, & litteratiſſimo Senatore Bernardino de Puig I. R. C. per illa verba: *R. d. d. & anno, facto verbo in R.C.providet, quod inſerantur producta, & quod mandetur Baiulo Caſtilionis Empuriarum, & aliis ad quos ſpectet, quatenus intra dies decem mittant inquiſitiones, ſi quas habent contra Joannem N. Notarium dictæ Villæ; & interim nihil innovent, & quod pro nunc, & donec aliter ſit proviſum, & ſine præiudicio cauſæ recurſus dictum Joannem N. relaxent à carceribus, in quibus detinetur, & eum tradant idoneæ manuleutæ nomine Regiæ Curiæ, quatenus intra dies decem teneatur ſe reponere intus Regios Carceres præſentis Civitatis Barcinonæ, ſub pena quingentarum librarum, & pro his, &c. ſcriba Maurici Not.*

Ad num. 21.

Rodoer ad Marin.*quot.reſol.cap.*133.*nu.*1.Valenzuela Velaſq.*tom.*1.*conſil.*16.*per tot.*

Ad num. 24.

De hac re latiùs Rodoer.ad Marin *quot.ref.c.* 133.*fere per tot.*

Ad num. 25.

Sic Senatus ref.Magnifico Bernardino de Puig I. R.C. Actuario Maurici, fuit obſervatum contra Petrum Martyrem N. Villæ de Vilanova, & ejus fideiuſſores die 7. Junii 1686.

Ad num. 26.

Conciol.*reſol crim verbo reus reſol.* 14.*& ſuper ſtatut. Eugubii lib.*4.*rub.* 5.*n.*1.ubi ex Farinac.& Guazzin.*num.* 2.aſſerit, quòd Judex recuſans ſub fidejuſſione relaxare, tenetur in Syndicatu.

Ad eundem num. 26.*in fin.*

Etiam relaxari debet qui in vinculis eſt propter crimen, ex quo primariò pœna pecuniaria imponitur, & in ejus defectum corporalis, ut contra Farinac. defendit Faria ad Covar.*var.l.*2.*c.*8.*n.*128.aſſerens,attendendam eſſe pœnam pecuniariam tanquam principalem, nec timeri poteſt quòd pœna corporalis locum habeat, caſu

quo

quo reus non præsentetur, cum fideiussores idonei interverierint; & ulteriùs idem Faria dispungit punctum, an hoc procedat in casu, quo statutum pœnam corporalem, & pecuniariam alternativè imponit, data electione ei, qui injuriam passus fuerit.

Rursùs si carceratus persona sit nobilitate, & authoritate egregia, poterit fideiussoribus exhibitis dimitti, tametsi corporis pœnam sit subiturus, modò delictum atrocitatem non contineat, Gutier. *prac. lib. 4. quæst. 21. num. 4.* Salgado *de Reg. protec. par. 2. cap. 4. numer. 96.* Guaz. *def. reor. 6. cap. 1. num. 31.* ubi Judices, ut in hoc cautè se gerant, admonet, & post eos Faria ad Covar. *lib. 2. cap. 8. n. 126.*

Ad num. 28.

Hìc obiter trado, quòd fideiussores, qui in se susceperunt custodiam Rei, ut à vinculis publicis liberetur, tenentur etiam ad pœnam corporalem, si reus non compareat, quam ipse foret subiturus, Canc. *var. 2. cap. 5. nu. 96.* Menoc. Suarez, Celsus Hugo, Salicet. Cin. Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 8. num. 125.* Et licèt Clarus, & Farinac. per eundem Faria citati dicant, hoc in praxi non esse admittendum (& Cancer de praxi testetur) ab his discedit asserens posse dici pœnam tunc non infligi ob delictum alienum, sed ob proprium custodis, qui delinquentem fugere passus fuit; & tunc pro pœna infligenda considerentur circunstantiæ facti.

Pariter recurrentes capti interdum relaxantur, & traduntur idoneæ manuleutæ, arrestati in aliqua domo; ut fuit conclusum die 9. Februarii 1667. in facto supplicationis oblatæ per Bartholomæum N. minorem dierum, in quo facta relatione per Magnificum Joannem Baptistam Roca & Julia I. R. C. fuit declaratum, quòd sine præjudicio causæ recursus, taliter quòd per illam provisionem nullum jus partibus accresceret, vel decresceret, traderetur idoneæ manuleutæ arrestatus in domus suæ propriæ habitationis; seu patris sui ad pœnam ducentum librarum.

Ad num. 32.

Similis die 30. Maii 1664. ref. Magnifico Joanne Baptistâ Roca & Julià I. R. C. in facto causæ recursus interpositi per Petrum, & Franciscum NN. agricolas loci de Pallarols, Diœcesi. Urgellen. à procedimentis contra eos factis per Procuratorem jurisdictionalem, ubi fuit declaratum, recursui locum fuisse, & esse, & mandatum inferiori quòd restitueret diversas res recurrentibus, ab eis apprehensas nulliter in æmulationem causæ recursus, & per consequens attentativè, (eodem die apprehensionis publicè subhastatas, & venditas) seu illorum iustum valorem, & etiam damna, liquidatione reservata.

Ad num. 34.

Ex Fabro, Valenzuela, Remirez, Nærvo, & infinitis donec Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. l. 1. cap. 3. n. 76. & lib. 2. cap. 24. n. 58. & seqq.* vide per me dicta *dec. 71.*

Ad num. 37. circa finem.

Similis die 20. Octobris 1665. ref. Nob. Joanne Cellers R. A. & Tertiæ A. D. pro Mag. Joanne Baptista Roca & Julià I. R. C. absente, in favorem Antonii Liosa, & aliorũ loci, & termini de Darnius. Similis 28 eiusdem mensis, & anni in favorem Gabrielis Font Villæ de Riudoms.

Ad eundem num. 37. in fine.

Comprobat antedicta Reg. Cortiada *dec. 35. num. 6.* & ibi additio *post 2. tom. decision.*

Ad num. 47.

Luca *in theat. verit. de iurisdic. & foro comp. disc. 19. n. 1. in fin.* Prato *responsi. crim. 7. n. 48. & resp. 29. n. 34.*

Ad num. 49.

Dixit Senatus die 18. Aprilis 1665. ref. Nob. Michaele de Pallarès I. R. C. in facto recursus interpositi pro parte Mathiæ Bruch, & Magdalenæ Bruch coniugum à sententia contra se lata, quæ fuit revocata, & declaratum, quòd congrua eorum detentio in carceribus Villæ de Limiana, & tempus bannimenti decursum à die dictæ sententiæ cederet loco pœnæ.

Ad num. 50.

Sic Senatus die 24. Aprilis 1686. ref. Mag. Francisco de Portell I. R. C. scriba Riambau in facto F. P. R. C. adversùs Joannem Ignatium N. Paratorem lanæ Villæ Andorræ, inculpatum de violatione pacti per eum voluntariè susceptì serviendi in præsidio Sancti Philippi de Mahò per quinquennium, sub pœna in casu contrafactionis, fustigationis, & serviendi per duplicatum tempus, qui fuit condemnatus, quòd fustigaretur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ, & bullaretur in spatulis, & ad serviendum dicto Præsidio per duplicatum tempus, quod ei in vim dicti pacti adimplendum supererat, & sic per tempus octo annorum. Et hæc Regia sententia fuit confirmata in causa supplicationis ref. Nob. Josepho de Pastor & Mora R. A. D. literatissimo, & meritissimo, sententia Regia lata 27. Maii 1686.

Ad num. 55.

Similes 14. Januarii 1665. ref. Nob. Michaele de Pallarès I. R. C. in favorem Philippi Rosfartoris Villæ de Limiana Similis 28. Februarii ejusdẽ anni, & ref. eod. Nob. Relatore in favorem Antonii Font ferrisabri loci de Tortella. Similis die 8. Februarii 1667. ref. Magnifico Joanne Baptista Rocca & Julià I. R. C. in favorem Bonaventuræ Portia.

Ad num. 56.

Sic die 2. Septembris 1664 in facto recursus interpositi pro parte Jacobi Bayona mulionis Villæ de Olesa, ref. Nob. Michaele de Pallarès I. R. C. ubi fuit injũctum Procuratori jurisdictionali ejusdem Villæ, quatenus intra dies decem mitteret inquisitiones, &c. dictum Bayona captum in carceribus illius Villæ traderet idoneæ manuleutæ arrestatum per dictam Villam nomine Regiæ Curiæ, ad pœnam centum librarum, & interim nihil innovaret, &c Similis die 20. Septembris 1665. ref. Magnifico Joanne Baptista Roca & Julià I. R. C. in favorem Theclæ Carbonell, Villæ de la Selva. Similis die 9. Decembris 1667. ref. Nob. Narcisso de Anglasell I. R. C. in favorem Joannis Campderic agricolæ.

Ad num. 58.

Scaccia *de appellat. quæst. 17. limit. 2. n. 14.* Rota coram Otthob. *dec. 228. n. 9.* Meli *obs forens. 64. num. 11.*

AD DECISIONEM XXIV.

Num. 1.

Solorzan. *de jur. Indiar. l. 2. c. 28 n. 89. & 90. tom. 2.*

Ad num. 13.

Ab hac opinione non discedit Fermosinus *alleg. Fisc. par. 1. 53 tota* qui *nu. 10* ait, quòd rectiùs innocentes pœnam fracti carceris evadent, duobus tamen concurrentibus. Primò, si non servato juris ordine fuerint in carcerem conjecti, Altero, si mortem probabiliter metuant, Escobar *de purit. par. 2. quæst. 4. art. 4. §. 2. num. 60. & seqq.* ubi DD. qui asserunt, quòd si captura nulliter à Judice decreta fuerit, excusetur eximens captum à manu familiæ, intelligit, dummodò persona capta exemptionem notoriam habeat, ut non capiatur; secùs si non ita notoriè captura injusta sit.

Ad num. 20.

De pœna frangentis carceres scribunt Sanfelic. *decis.* 335. & ibi Severini, Concio. *super statut. Eugubii l. 4. rub.* 60. & ibi Romaguera *in addic. n. 8.* (ubi *n. 9* agit de pœna accomodantium instrumenta carceratis, ad fracturam faciendam, de consultoribus, & auxiliatoribus, qua pœna plectantur) & antea *l. 1. rub. 16. n. 9.* allegans Altimar. *obs. 5. ad l. 3. consil. Roviti* Reg. Matthæu *de re crim. cont. 5. à n. 51. & cont. 17.* Faria ad Covar. *l. 1. c. 2. à nu. 63.* ipsis ad. de Fermos. *alleg. Fisc. 52. tota.*

De pœna eximentis captum à manu familiæ latissimè agit Rodoer. ad Marinis *quot. ref. c. 115. per tot,* ubi quid in casu, quo quis capitur de mandato Judicis incompetentis; quid quando à familia Curiæ, vel à quolibet ejus Ministro etiam Superiore habente jusdicendi facultatem, injustè carcerato violentia infertur, verberibus, & contumeliis ille afficitur: & alia ad rem pertinentia expendit, & vide dicta per Nos *dec. 3. n. 15.* Fermos. *p. 1. alleg. Fisc. 54. n. 10.*, ubi docet, quòd non licet resistere Officiali exequenti, etiam deficiente mandato, quando officialis publicè scitur ad id esse deputatum, nec licet privato examinare processum, si injustitia manifestissimè non deprehendatur ex ipsa facti evidentia, à quo non discedit Solorzan. *de jur. Indiar. t. 2. l. 4. cap. 9. nu. 48. & seq.* asserens Magistratibus Superioribus etiam cum injustè læserint, aut processerint, resistendum non esse.

Illi verò, qui fractis carceribus, evadere tentant, condemnantur ad fustigandum; ut patet ex exemplaribus, quæ allegat Reg. Cortiada *dict. dec. 82. nu. 20.* sic fuit conclusum 14. Julii 1665. contra Salvatorem N. Joannem N. & alios, delatos, & inculpatos, quòd præcedenti conspiratione, instrumentis ferreis ruperunt pavimentum cubiculi de la Judeca, ut fractis carceribus possent ab eis

aufu-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

aufugere. & ad relationem Magnifici Bernardi de Osina, & de Vilallonga I.R.C. fuerunt condemnati, ut fustigarentur. Similis die 27. anni 1667. referente Nobili Narciso de Anglasell tunc I.R.C. nunc Regiæ Audientiæ, & Tertiæ Aulæ D. observantissimo, & charissimo ob sua ingentia merita collega nostro, contra illos, qui ruptis parietibus carcerum tentarunt ab eis aufugere, & præventi perficere non potuerunt; fuit confirmata in causa supplicationis, referente Nobili Josepho Rull, tunc Regiæ Audientiæ Doctore, nunc Regente in S.C.A. die 3. Martii ejusdem anni.

Ad num. 21.

Hanc decisionem recitat Nobilis Senator Tristany *decis.* 14. *tom.* 1.

AD DECISIONEM XXV.

Num. 5.

Ex Reg. Cortiada Matthæu, & aliis tradit noviter Romaguera *in addit. ad Conciol. super statutis Eugubii lib.* 3. *rub.* 14. *num.* 12.

AD DECISIONEM XXVI.

Num. 17.

Quæ fides adhibeatur libris gabellariorum agitur à Bondenio *vol.* 2. *colluct. legal* 4. *nu.* 148. *& seqq.* ubi etiam agit, quando compellantur ad libros edendum.

Ad num. 19.

Hanc decisionem litteraliter scripsit; & illustravit Nobilis Senator Tristany *tom.* 1. *decis.* 2. *à n.* 1.

Ad num. 20.

Bon. *de jure cont to.* 2. *colluct.* 3. *nu.* 1. ubi *per tot. colluct.* doctissimè agit, fraudatio gabellæ quando dicatur commissa, etiamsi asportans merces non exiverit territorium, sed fuerit in via repertus.

Ad num. 22.

Ac pariter ex regula generali, qua docemur, quòd qualitas adjuncta verbo, secundùm tempus, & dispositionem verbi regulari debet, Solorz. *de jur. Indiar. to.* 2. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 91 *& seqq.* & qualitas quæ fundat, aut privat, debet ante omnia probari, Velanzuela Velasquez *cons.* 191. *per tot.* signanter *num.* 10.

AD DECISIONEM XXVII.

Num. 1.

Majorana *in opoprax. crim. l.* 1. *cap.* 14. *num.* 28. Altimar *de nullit. rub.* 12. *quæst.* 33. *à nu.* 66. Crespi *obs.* 113. *ferè per tot.* Meli *obs. foren.* 27. *n.* 1. *& seq.* Severini ad Sanfelic. *decis.* 399. *l.* 3. *vers. Hoc dubium*, & cum pluribus Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii l.* 4. *rubric.* 9. *num.* 5.

Ad num. 10.

Vocatus à Judice censetur guidatus, ex Canc. Fontanel. Ramon, & aliis Reg. Cortiada *decis.* 77. *t.* 2. *n.* 9. juncto *n.* 8. ubi exemplaria recitat, quidquid in contrarium dicat, jure communi attento, Crespi *obs.* 113. *per tot.*

Sic Senatus die 8. Maii 1686 in facto P.F.R.C. contra Josephum N. loci de las Borjas, scriba Riambau Not referente Magnifico Francisco de Portell I.R.C. ubi fuit declaratum locum fuisse, & esse exceptioni malæ capturæ per dictum N. oppositæ, ex quò dictus N. fuit captus in loco de Juneda per Benedictum de Gualbes legatum, vulgò *Tinent*, societatis Nob Antonii de Homs, sub qua tunc temporis militabat, ubi de ordine dicti de Gualbes, & per eum evocatus dictus N. accesserat, & sic fuit desguidatus cum termino decem dierum.

An verba à Gerente vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ *que feria lo que poria*, prolata, exhortando conspirantes carceres Regios hujus Civitatis tempore, quo procedebat via ordinaria ob absentiam Domini Locum tenentis Generalis hujus Principatus, importent guidaticum, tradit cum Senatu Nob Senator de Tristany *decis.* 14.

Ad num. 11.

Luca *in theat. verit. de Regalibus*, *disc.* 129. *num.* 2.

Ad num. 16.

De Divi Raymundi de Penafort sanctitate, doctrina celebri, vita, actis, & canonizatione, post plures multa cõgerit, & adducit Eymericus *in direct. Inquisit.* 2. *p. com.* 25. Tamayo de Salazar *die* 6 *Januarii, t.* 2. *Martyrologii. f.* 80. *à n.* 9. Gonzalez Tellez *t.* 1. *decret. de orig jur. Canon. n.* 52.

Ad num. 29.

Dio Cassius *in Sever.* Livius *dec.* 3. Polyb. *lib.* 3. Did. de Valdes *de dign. Reg. Hisp. c.* 7. *n.* 25. D. Greg. Lopez Madera *de excellent. Monarchiæ Hisp. c.* 11. §. 3. *pag.* 92. addens Jubam Mauritaniæ Regem suos reliquisse, & Hispanis sui corporis tutelam commendasse, quæ omnia recensent Solorz. *de jur-Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 26.

Ad num. 34.

Solet enim multitudo, seu potiùs turba Doctorum, absque delectu rationis, & legis sequi, ut notat Escobar. *de purit. par.* 2. *quæst.* 4. *ar* 4. §. 1. *n.* 18. & non ex multitudine, sed ex ratione, & jure judicandum est, ut docuit Justin. Imp. *in l.* 1. §. 6. *C. de veter. jur. enucl.* ibi: *Sed neque ex multitudine Auctorum, quod melius, & justius est, judicatote.*

Ad eundem num. 34. *in fine.*

Novar. *in manuali cap.* 27. *n* 289 Azor. *instit. moral. t.* 1. *l.* 2. *c.* 17. *quæst.* 6. Reginald. *in prax. fori pœnit l.* 13. *n.* 62. & 105. Sanchez *de matrim. l.* 3. *disp.* 44. *n.* 2. & *in Decalog. l.* 1. *cap.* 9. *n.* 109. Escobar *de purit. p.* 2. *quæst.* 4. *art.* 4 §. 1. *n.* 19.

Ad num. 35.

Marcus Tul. *l.* 3. *offic.* Rubeus *de valid. leg. c.* 59. *nu.* 167. *cum pluribus sequentibus*, inquiens *merito de priscis Romanis gloriosè tactabatur, difficilius esse à fide data eos avertere, quam solem à suo cursu*: & pulchra plura de Principum fide servanda adducit Valenzuela *consil.* 162. *num.* 40. *cũ seqq.* unde Theodoric. Rex apud Cassiod. *l.* 3. *c.* 35. dixit, *liberalitatem nostram firmam decet tenere constantiã, quia inconcussam debet esse Principis votum, nec prostudio malignorũ cõvelli, quod nostra noscitur præceptione firmari.*

Ad num. 36.

Promissio facta per Principem sub fide, & verbo Regio, habet vim juramenti, comprobat, & illustrat Bolero & Caxal. *de decoct. i.* 2. *q.* 2. *n.* 50. Valenzuela *consil.* 162. *n.* 45.

Ad num. 45.

De excubiis, quando à subditis peti possint, & quæ personæ ad illas teneantur, agit Otterus *de official. par.* 2. *cap.* 13. *num.* 35.

AD DECISIONEM XXVIII.

Num. 5.

Capon. Jul. *discep. forens.* 15. *n.* 6. Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii l.* 4. *rub.* 9. *n.* 7.

Ad num. 7.

Manfrella ad Latro *decis.* 105. *n.* 6. Rovitus *ad prag.* 1. *de guidat. nu.* 11. *cum seqq.* Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii l.* 4. *rub.* 9. *a.* 8.

Ad num. 24.

Mulier ob imbecillitatem mentis mitiùs punitur, quàm masculus, maximè in delictis levibus, Farinac. *in prax. quæst.* 98. *n.* 1. Tiraq. *de pœnis temper. causa* 9. *n.* 1. *& seq.* Carpzov *in prac. crim. par.* 2. *quæst.* 53. *n.* 18. Conciol. *ad statuta Eugubii l.* 4. *rub.* 12. *n.* 4. & ibi Romaguera *in addit. n.* 5. *cum seqq.* rem benè declarat, latissimè Manfrella ad Latro *decis.* 79. *n.* 1.

Ad num. 41.

Luca *in theat. verit. de foro comp. disc.* 8. *n.* 7. ubi asserit quod pro gratia sustinenda sufficit generica, vel verisimilis cognitio, ex Burat. *de jur.* 883. *n.* 7. & Rota *post tract. Vivii de jure patron. decis.* 118. *n.* 7. *& recent. decis.* 107. *pa.* 10. coram Cerro 28. Junii 1647. idem Luca *in theat. verit. Miscel. Eccles. disc.* 4. *n.* 10. *& de Regularibus disc.* 6. *n.* 3. *& seq.* Solorzan. *de jur. Indiar. t.* 2. *l.* 2. *c.* 8. *n.* 7. Faria ad Covar. *var. l.* 1. *c.* 20. *n.* 26. ubi in antecedentibus & subsequentibus nn. amplè tractat de hac re.

Ad eundem num. 41. *in fin.*

Valenzuela Velasquez *consil.* 188. *n.* 3. *cum seqq. t.* 3.

Ad num. 42.

Idem in abolitionibus delictorum dixit Luca *in theat. veritat. miscel. Ecclesiastic. disc.* 18. *n.* 6.

Ad num. 46.

Non est servandus salvus conductus sub condione concessus, seu cum ablativo absoluto, non purificata conditione, Quesada Pilo *differt.* 7. *n.* 56. Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii* l. 4 *rub.* 9 *n.* 9.

Quando gratiæ motu proprio Principis conceduntur, dicuntur favorabiles, neque possunt in consequentiam revocari, quinimò in illis omnis surreptionis macula cessat, Rodoer. ad Marin. *quot. resol. c.* 159. *n.* 4. allegans Pereg. *de jur. Fisc. l.* 1. *tit.* 3. *n.* 38. Geor. *alleg.* 37. *n.* 2.

AD DECISIONEM XXIX.

Num. 1.

Declarat Crespi *obser.* 98. *tota.*

Ad

Ad num. 2.

Luca ad Franc. *decis.* 717. *n.* 1. *& seq.* Altimar *ad consil. Rovit. l.* 3. *obs.* 11. *n.* 3. Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii l.* 4. *rub.* 9. *in addit. n.* 10. *& seqq.*

AD DECISIONEM XXX.

Ante num. 1.

Legitimatio personarum est fundamentum judicii, *Glos.* 2. *in l.* 2. ubi Bartol Salycet, & moderni *Cod. de edict. Div. Adrian. tollend.* Jason *in rub. Qui admitti ad bonor. possess.* Boerius *decis.* 271. *n.* 19. Alex. *consil.* 59. *n.* 2. ubi Addit. *lib.* 2. Franc. Becci *consil.* 170. *n.* 2. *vol.* 2. Anton. de Virgilio *in tract. de legitim. personar. in prælud. à num.* 1. Ideo oportet quærere legitimas personas accusantium in judiciis criminalibus, ut punctim dixit Valenzuela Velasquez *consil.* 176. *t.* 2. *n.* 1.

Ad num. 1.

De materia hujus Decis. Altimarus cum Rovit *dec.* 25.

Ad num. 5.

Consules, ac Jurati eadem ratione injurias illatas Universitati non possunt remittere sine consensu Concilii, ut cum Clar. Bajar. Guazz. & aliis scribit Sabellus *in summa divers. tract. at.* §. *Abbas num.* 21. Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii l.* 4. *rub.* 43. *in addit. n.* 16.

Ad num. 6.

Filius familias est legitima persona standi in judicio sine patris consensu, quando criminaliter agit pro quocumque crimine sibi illato, Farinac. *in prax quæst.* 12. *n.* 10. qui & de communi testatur observantia, etiamsi sit pupillus, ubi suam vel suorum injuriam prosequitur, & comprobat. Prato *resp. crim.* 51. *n.* 18. *cum seqq.* ubi *nu.* 20. inde infert, quòd fortiùs virgini querelandi jus sine patris placito competit.

Ad eundem num. 6. *in fine.*

Urceolus *consult. forens. cap.* 41. *num.* 18. & 19. Valenz. *tom.* 2. *consil.* 176. *num.* 2.

Ad num. 12.

Urceolus *consult. forens. vol.* 1. *c.* 41. *nu.* 15. *cum seqq.* qui *n.* 16. ideò asserit, quòd pecunia proveniens ex remissione injuriæ illatæ Monacho professo, applicabitur Monasterio, & non patri ejusdem Monachi, qui etiam *per tot. c.* probat, & tradit judicatum, quòd cautio de non offendendo aliquem per partem pro filiis præstitam, non comprehendit filium in Religione professum, ita ut non dicatur pax rupta, si filius professus offenderit eum, pro quo pater cautionem præstitit, qui tam pro se, quàm pro filiis suis generaliter promisit; quia hæc cautio non comprehendit filium, quem in potestate non habet.

Ad num. 22.

Plura de hac re doctè scripsit Gonzalez Tellez *ad lib.* 5. *decretal. de adulteriis c.* 4. *n.* 3.

Ad num. 24.

Altimarus ad Rovitum *decis.* 68. *n.* 4.

Ad num. 27.

Ob majorem honestatem, quæ in sexu desideratur, usus recepit ut in viris, adulterii pœnæ per legem inductæ non vigeant, ut vigent in mulieribus, Luca *in theat. verit. de succes. ab intestat. discur.* 39. *n.* 9.

Ad num. 40.

L. eum ratio 7. §. *præterea, ff. de bon. damn. l. His consequenter* 18. §. 1. *ff. famil. hercisc. & in feudis l.* 2. *t.* 24. *quæ sit prima caus. benef. amit.* §. *Item qui dominum*, Don Franciscus Ramos del Manzano *ad leges Jul. & Pap. l.* 1. *c.* 16. *n.* 14. Solorzan. *de crim. parricid l.* 2. *c.* 19. *n.* 21.

Ad num. 64.

Prato *resp. crim.* 51. *num.* 31.

Ad eundem nu. 64. *in fine.*

Idem fuit verbo deliberatum in facto homicidii, ubi inquisitus obtinuit remissionem à filiis occisi, ad obtinendum remissionem per Regiam Thesaurariam die 2. Julii 1686. ref. Magnifico Francisco de Portell I. R. C & eius absentia durante ad relationem Nobilis Petri de Amigant Tertiæ Aulæ Doct.

Ad num. 67.

Latè Valenzuela *t.* 2. *consil.* 153. *tot.*

Ad num. 85.

Valenzuela Velasquez *consil.* 153. *n. fin.*

Ad num. 86.

Prato *resp. crim.* 51. *num.* 24.

Ad num. 89.

Altimarus *de nullit. rub.* 13. *quæst.* 27. *n.* 88. & 133. Urceol. *de transac. quæst.* 56. *nu.* 3. & 4. Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii l.* 4. *rub.* 18. *in addit. n.* 8. *& seqq.* ubi cum pluribus agit, an obtenta pace ab offenso, possit delinquens puniri pœna ordinaria, resolvens pro extraordinaria.

Ad eundem num. 89. *in fin.*

Escobar *de purit. par.* 1. *quæst.* 1. §. 8. *n.* 16. *circa fin.*

Ad num. 90.

Mandatum ad syndicandum debet esse speciale, Canc. *var.* 2. *cap.* 14. *nu.* 10. *in fine*, carcerati per procuratorem comparere possunt, exceptis tribus casibus, nempe ad litis contestationem, ad torturam, & ad sententiam, Altimarus ad Rovit. *decis.* 34. *n.* 7. ubi amplè rem limitat, & declarat.

Ad num. 100.

Minor non restituitur in integrum adversùs lapsum temporis præfixi ad accusandum, seu inquirendum, Calà *de restit. in integrum cap.* 33 *num.* 56. sicut non restituitur in integrum adversùs pacem factam, ac remissionem de delicto, etiam de morte patris, rationibus traditis per dictum Calà *de in integ. restit. cap.* 18. *num.* 40. Valeron. *de transact. tit.* 4. *quæst.* 7. *n.* 100. Luca ad Franc. *decis.* 535 *n.* 3. *vers. Ampliatur*; benè tamen, si dictum beneficium imploret ad consequendum damna, & interesse, Rovit. *ad prag.* 7. *compos. num.* 11. *in fin.* Valeron. *dict. quæst.* 7. *n.* 101. quæ cuncta recitat Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 2. *in addit. num.* 5. ubi *num.* 6. remissivè tradit agentes, an infans, pupillus, aut pubes possint delicti remissionem, ac pacem facere cum auctoritate Tutorum, & sine decreto Judicis, allegans Luca ad Franc. *decis.* 535. *per tot.* Severin. ad Sanfel. *ad decis.* 40. Fragos. *de reg. Reipub. par.* 1. *lib.* 6. *disp.* 16. §. 2. *n.* 89. *& seq.* & alios.

Ad num. 101.

Et fuit observatum cum deliberatione Regii Concilii die 12. Julii 1686. in favorem Bartholomæi N. imputati de homicidio, qui obtinuit remissionem die 17. Novembris 1685. ab iniuriatis, quorum alter, qui erat ætatis viginti duorum annorum, remissionem iuravit.

Ad num. 103.

Licèt pax possit etiam probari per testes, cum contractus pacis non sit ex illis contractibus, qui requirunt scripturam, ut tradunt Farinac. *consil.* 81. *num.* 1. *& seq. lib.* 1. *& consil.* 168. *in addit. lit. D.*, Conciol. *resol. crim. verb. Pax resol.* 11. *num.* 1. attamen, quando agitur ad pœnam pro fractura pacis, de pace debet constare ex istrumento, & ita servari de consuetudine scribunt Farinac. *cons.* 81. *num.* 1. *l.* 1. *& consil* 150. *num.* 10. *l.* 2. Guazz. *de pace par.* 1. *quæst.* 32. *num* 12. Massin. *de confiscat. bonor. quæst.* 14. *n.* 4. Conciol *d. resol.* 11. *n.* 3. *& seq. & super statut. Eugubii l.* 4. *rub.* 29. *in annot. n.* 9.

Ad eundem num. 103. *in fine.*

Faciunt tradita per Urceol. *de transac. par* 3. *quæst.* 58 maximè *num.* 6. *& seqq.*

AD DECISIONEM XXXI.

Num. 1.

Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 2. *l.* 4. *c.* 9. *n.* 47.

Ad num. 3.

Comprobat ex Tiraq. Avend. Covar. Gutier. Spino. Bovadilla, Garsia, Cochier, Solorzan. *de iur. indiar. t.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 85.

Ad num. 7.

Severitas ulciscendi maleficia, est disciplina benè, cautèque vivendi, Rubeus *de validit. legal. cap.* 34. *nu.* 75. subdens illud Isaiæ *cap.* 25. *quia transgressæ sunt leges, mutarunt jus, maledictio vorabit terram, & insanient cultores ejus, & remanebunt homines pauci*; & in Sapient. *cap.* 6. *quod custoditio legum, consumatio est interrumptionis*, Solorzan. *in post. alleg. Fiscal. pag.* 681. *nu.* 482. ex Arnobio, ibi: *Crescit multitudo peccantium, cum redimendi spes datur, & facile itur ad culpas, ubi est venalis ignoscentium gratia.*

Ad num. 15.

Romaguera ad Conciol *super statut. Eugubii lib.* 4. *addit. rub.* 15. *num.* 5. *& seqq.* qui plures allegat concordantes, Urceolus *de transac. quæst.* 56. *num.* 16. *cum seq.*

Ad num. 18.

Similis die 26. Junii 1686. ad relationem Nob. Francisci de Cancer I. R. C. scriba Badia, in facto Antonii N. laboratoris loci de Peretallada, in cujus odium fuit declarata

ra ta nulla remissio per Bajulum dicti loci de homicidio; quia fuit facta sine desistentia partis, & relaxatus extitit à Regiis carceribus Barcinonæ, & desguidatus cum termino sex dierum.

Ad num. 20.

Ab his non discedit Luca ad Gratian. *discep. forens. cap. 309. numer. 6.*

Ad num. 23.

Rodoer. ad Marin. *quotid. contr cap. 159.*

Ad eundem num. 23. in fine.

Latè de hac re Crespi *observat. 82. tota.*

Ad eundem num. 23. ver. Hæc utique.

Indulta generalia, ac motu proprio concessa, quæ delicta comprehendant, adducit Capon. *discep. 37. num. 30. & seq.* Marinis *ad decis. 6. Revert. num. 6.* DD. citati à Casteion. *in suo alphabetico ver. Impunitas*, Pegas *in ordinat. Reg. Portug. tom. 2. glos. 56. cum seqq. §. 18.* Quesada Pilo *disc. 7. n. 34. & seq.* Crespi *obs. 5. & 82. tot.* Laganar. *ad prag. 1. Roviti rub. de abolit.* quos, & alios allegat Romaguera ad Conciol. *super statutis Eugubii lib. 4. rub. 15. nu. 9.*

Ad num. 56.

Solorzan. *in post alleg. Fiscal. pag. 533. num. 84.* ponderans *l. ult. in fin. Cod. de abolit.* ibi. *Etiam abolitio non dabitur in illis criminibus, ut in violata Majestate, aut Patria oppugnata, vel prodita, aut peculatus admisso, aut Sacramentis desertis* Cabal. *resol. 294. nu. 118.* Urreol. *de transac. quæst. 56. n. 58.* ubi *n. 63. cum seqq.* latè probat, super futuris delictis licitam transactionem, aut pactionem non esse, quia daretur ansa delinquendi contra Tex. *in l. convenire, ff. de pact. dot.* Cancer. *var. 1. cap. 7. num. 87.* Carena *resol. 186. sub num. 2.*

Ad num. 60.

Farinac. *in prax. quæst. 17. num. 61.* Velasco *de Judic. perfec. rub. 11. annot. 2. num. 28.*

Ad num. 61.

Et ibi Faria *n. 105* qui illud limitat in pœna pecuniaria.

Ad eundem num. 61. in fine.

Rodoer. ad Marin. *quot. cont. lib. 1. cap. 33.* probat ultimam limitationem, & ampliùs *nu. 7.* affirmat, quod si Baro condemnasset aliquem in exilium de facto, & non probato contra eum delicto, vel non servata forma judiciaria, potest eumdem exulatum de facto eodem imperio revocare, allegans Canc. *var. 2. cap. 2. num. 155.* & *nu. 10.* subdit, quòd si Baro de aliquo crimine inculparetur, pro cujus exclusione, vel exoneratione esset necessaria persona ejus qui legitimè per sententiam fuit exulatus, posset illum ab exilio revocare: non tamen ad finem gratiandi, sed ad veritatem rei detegendam.

Sicuti post sententiam inferioris non est locus transactioni, sic etiam post sententiam nequit Judex pœnam, quam juxta legem irrogavit, inconsulto Principe augere, aut temperare, etiamsi justa intervenerit causa, *l. acta 45. §. 1. l. Judex 55 ff. de senten. & re judic. l. 1. §. ult. ff. de quæst.* ut his, & aliis juribus quæ citat, probat ex Clar. Farinac. Gail. Tusc. Gomez. Carrer. Plaça Villad. Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 9. n. 105.*

Et sicuti Princeps potest dispensare delicta ante, vel post latam sententiam; ita etiam poterit à pœnis legalibus intra rationis, & justitiæ metas recedere, Ciriac. *cont. 66 num. 1.* Cabal. *cas. 294. num. 282 & 293. cum seqq.* Faria his, & aliis citatis *var. lib. 2. cap. 9. num. 107.* apud Nos *in cap. 60 Regiarum Preconizationum* est dispositum, in quibus casibus, & delictis possunt augeri, vel diminui pœnæ legales.

Ad num. 68.

Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib. 4. rub. 15. in addit. num. 13.*

AD DECISIONEM XXXII.

Num. 1.

Licèt namque Princeps debeat nocentes punire, ut cæteri cives eorum exemplis terreantur, Seneca *declam. 22.* ibi: *In vindicandis injurtis hæc tria lex sequuta est, quæ Princeps quoque sequi debet; ut aut eum quem punit, emendet, aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat; aut ut sublatis malis, cæteri securiores vivant*, Gelius *lib. 6. noct. cap. 14.* ibi: *Peccatis puniendis tres sunt rationes, emendatio peccantis, vindicatio læsi, exemplum in vulgus*: Attamen aliquando reo pœna remitti potest, si aut tres illi fines pœnæ cessent, aut alii fines ex opposito occurrant, non minùs utiles, & necessarii, aut fines propositi alia via obtineri possint, ut illustrat Gonzalez Tellez *ad lib. 2. decretal. tit. 17. de sent. & re judic. c. cum te 23. n. 7.*

Ad num. 3.

Nec misericordiæ nomen meretur, si illius exemplo similia, aut majora facinora patrantur, Origen. *homil. 7. in Jos.* Valenzuela *in disc. polit. par. 2. consid. 8. n. 7.* Solorzan. *in post. in alleg. Fisc. num. 482. pag. 681.* & siniştra clementia est facinorosos dissimulare, Filesac. *2. select. tit. de Regia Majest. cap. 13. pag. 264.* Solorzan. *in polit. Indian. lib. 5. cap. 5. pag. 788. lit. I.*

Ad num. 5

Facit Solorzan. *in post. b. alleg. Fisc. pag. 685. & nu. 496.* nam transcursus temporis consideratur admodùm, pro temperanda delicti pœna, ut ex Gomez, Claro, Cenedo, Tiraquel. Guazzin, Fachin. Barbosa, Thesauro, & aliis scribit Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 9. nu. 28.* hoc temporis spatium esse decem, vel saltem octo annorum probat.

Ad num. 6.

Reiteratio, & consuetudo delinquendi, per binos actus introducitur, Glos. *in c. ita nos 25. quæst. 2.* Luc. de Pen. *in l. 1. C. de superexact. lib. 10.* Roc. de Curte *in tract. de consuet. post. n. 371. vers. Prima Conclusio.* Alex. ad Bart. *in l. 1. de pas. pub. lib. 11.* Et multò fortiùs, si ter, vel pluriès delinquitur, Glos. *in d. cap. Ita Nos*, Paul Merend. *cons. crim. diver. 90. n. 22. vol. 2.* Masc. *de probat. conclus. 838. n. 11. & 12* Quæ cuncta probat Prato *resp. crim. 46. num. 12.*

Et ex iteratione delinquendi pœnæ augentur, quia iteratio transit in consuetudinem peccandi, Fagnanus *lib. 2. decret. cap. cum non ab homine de judic. numer. 58. & 59 per tex. in l. 3. in fin. C. de Episcop. audient.* Gonzalez Tellez *super. 2. decretal. tit. de judiciis, cap. cum non ab homine 10. num. 29.* Tam si delinquatur in eodem, quàm in delicti diverso genere, Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 9 num. 31.* Fontanel. *tom. 1. decis. 138. num. 14.* probat conclusionem quod geminatum delictum non debet sperare veniam.

Ad eundem nu. 6. in fin.

Primis peccatis facilè indulgetur, *l. non omnium, ff. de re judic. cap. unum, §. nomine 25. distinc.* Tibullus.

Parcite, scelestis æquum est impune licere.
Numina formosis cedere vestra semel.

Ovidius.

Dii faciles peccasse semel concedere tuto,
Et satis pœnam culpa secunda ferat.

Cassiod. *var. lib. 4. Epistol. 29.* ibi: *Sed nos quibus cordi est post primam culpam non statim desiderare vindictam, ad monitionem potius jussa convertimus, ne sit nostra districtio nimia, quam levis patientia non præcedat.* Plura Gonzalez Tellez *super secun. decretal. tit. de judiciis, d. c. cum non ab homine 10. num 12.*

Ad num. 8.

Quando ob senectutem temperetur pœna tradit Excellentissimus Crespi *obs. 81. tota.*

Ad eundem num. 8. in fine.

Non verò grave, Solorz. *in post. alleg. Fisc. pag. 684. n. 493.* nam graviora crimina convenit acerbiori pœna plecti, leviora minori, Faria ad Covar. *lib. 2. var. cap. 9. n. 23.*

Ad num. 12.

Pœnâ remissâ, quæ lucrum est, non censetur remissum damnum, veluti in abolitionibus generalibus ob aliquam insignem, & publicam causam concessis; quarum beneficio omnes pœnæ pecuniariæ condonantur, remissio pœnæ intelligitur commissi, vel fraudis, non dirictus ac portorii, nec respectu delatoris, vel accusatoris, qui habet jus quæsitum ad aliquam partem pœnæ, Carleval. *de judic. tom. 2. disp. 1. n. 27* Constantius *in l. unic. C. de pœn. fiscal. nu. 74.* Amaya *ibidem à nu. 68. ad 73.* Bolero & Caxal. *de decoct. debit. Fisc. tit. 5. quæst. 28. num. 10.*

Ad num. 13.

Scoppa ad Gratian. *dec. 58 n. 7. & seqq.* Ayllon ad Gomez *tom. 3. cap. 6. nu. 14.* Faria ad Covar. *lib. 2. cap. 10. nu. 49. & seqq.* Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii, lib. 4. rub. 44. in addit. num. 8.*

Ex quolibet maleficio, injuria, seu damno alicui illato duplex oritur actio, una Fisco, & altera parti, D. Joseph. Retes *lib. 1. opusc. c. 16. n. 9.* Berart. *in spec. visit. c. 3. n. 60.* Bolero & Caxal. *de decoct. debit Fiscal tit. 5. q. 23. n. 1.*

Ad num. 14.

Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 10. n. 71.* ubi *n. 72.* defendit contrariis satisfaciens, duobus se mutuò ad duellum pro-

provocantibus, eum qui adversarium percusserit, ad expensas, & damna obligari, quod declarat *n. 76. & n. 77.* advertit, quòd si iniuriam passus, nobilitate polleat, cessat obligatio restituendi, ex præsumpta voluntate injuriati; quia inter Nobiles indecorum valdè esset, pecuniam propter iniuriam recipere idq; probat ex Diana, & Sanches.

Ad num. 25.

Assertioni Principis est standum, Luca *in theat. verit. ad tract. de feudis disc 5. n. 19.* & antea *disc. 4. n. 13.* Franciscus Antonius Tranchedinus *conf. 46. n. 32. cum seqq.*

Ad num. 30.

Hęc comprobat Reg Cortiada *in addit. ad 1. par. decis. 10. n. 75. post. 2. tom. decis.*

Ad num. 31.

De materia Pegas *ad ordinat. Reg. Portug. to. 2. ad §. 20. glos. 73. numer. 5.* Vrceolus *de transs. quæst. 37. numer. 1. & seqq.* & alii quos allegat Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii, lib. 4. rub 15. in addit. numer. 21. & seqq.* Luca *in theat. verit. lib. 12. par. 2. de Canonicis, & capitulo disc 27. n. 16.* asserit, quòd petendo remissionem delicti gratiatus, confiteri illud dicitur, saltem illius notam de facto incurrendo, tutiùs quæstionem de jure communi prosequitur Vrceolus *de transac. quæst. 57. tot.*

Ad num 39.

Vrceolus *de transact. quæst. 56 n. 18.*

Ad eundem n. 39. vers. Et poterit.

Vrceol. *de transact. d. quæst. 56 n. 18*

Ad num. 46.

Luca *in suppl. lib. 16. p. 2. de credit. & debit. disc. 52. n. 15.* asserens, quòd solùm ad effectum constituendi maiorem partem creditorum computari debent creditores veri, & sinceri, non autem ficti, colludsivi, ac fraudulenti; ut frequenter effingi solet, ac etiam quod sint legitimi, exceptione non elidibiles; frequenter etenim practicari solet, quòd aliqui habent pignora occulta, vel alias occultas cautiones; ac propterea ad eorum supplantationem fingunt dare suum consensum; cum absque dubio isti venire non debeant in calculo, idem Luca *in supplem. lib. 16. par. 3. obs. 139.* diximus *decis. 62.*

Ad num. 54.

Jus accusandi in adulterio, quod præscribatur spatio quinque annorum, scribit Sabellus *in sum. diver. tract. vers. Delictum n. 7.* Conciol. *in statut. Eugubii, lib. 4 rub. 22. n. 9.* & ibi Romaguera *n. 23.* ubi id declarant, nisi adulterium esset conjunctum cum incestu, ex Farinac. Vrsel. Anton. & aliis per eundem Conciol. allegatis *resol. crim. verbo delictum resol. 7. n. 15.*

Jus accusandi in injuria inquiri non potest, nisi infra annum Farinac. *de inquisit. quæst. 10. nu. 21.* Vrsel. *concluss. leg. 40. n. 39.* Antonel. *de temp. legal. cap. 82. nu. 29. & seqq.* Guaz. *def. reor. 2. Capit. 2. n. 54. & seq.* Conciolus *super statut. Eugubii, lib. 4. rub. 2. n. 1.*

Attento jure communi, jus accusandi durat viginti annos, Farinac. *de inquisit. quæst. 1. n. 68. & quæst. 10. in princ* Vermig. *conf. 25. n. 10.* Antonel. *de temp. leg. c. 82. in princ. resol. crim. verb delictum resol. 1. n 7. & seqq. & super. statutis Eugubii libr. 4. rub. 2. numer. 3.*

AD DECISIONEM XXXIII.

Ad num. 4.

Cassiodor. *lib. 12. Epist. 1.* ibi: *Cui (id est Proregi) cuncta crimina detestabili devotione famulantur. Quæ dum pectus hominis ingressa fuerit gregatim quoque malefidas cohortes admittit; ferri non potest recepta, quia nescit esse solitaria; Agmen habet blandissimum, arma suscipit ex talentis, & per dulcedinem superat quos amara deceptione captivat;* ut punctim ponderat Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 9. n. 30.*

Ad num. 9.

Gonzalez Tellez *in lib. 1. decretal. tit. de rescriptis, cap. Capituli 30. numer. 18.* docens. non esse credendum gratiam fuisse factam à Principe, donec litteræ expeditæ sint à Cancellario, & aliis abbreviatoribus, Solorz: *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 13. numer. 3.* asserens, quòd licèt gratia Principis solo verbo fiat, adhuc tamen ante expeditionem litterarum gratia dicitur informis, & imperfecta, & quasi solùm in vtero existens, & veluti sub ea conditione concessa videtur, si litteræ expediantur: & latiùs hanc rem probat. & id ipsum dicit *lib. 4. c. 4. n. 38.*

Contrarium de jure tenet Luca *in theat. verit. disc. 109. numer. 12. & 13.* docens, gratiam eo ipso dici perfectam per solam decretationem, seu supplicationem signatam; expeditio autem litterarum est solemnitas extrinseca, ex Principis lege requisita, pro interesse Officialium, ac ad alios effectus potiùs pro effectuatione, & executione gratiæ, quàm pro ejus substantia; & allegat Cassador *dec. 4. de caus. possess. & prop.* Gomez *ad Reg. Cancel. de non judican. iuxta formam supplic.* Mantica *decis. 286. nu. 10.* Rovit. *prag. 2. de fid. memor.* Rota *in Cesaraugustan pensionis 17. Martii 1633.* Peutinger. idem Luca *in thea. veritat. de præeminentiis disc. 28. n. 2. & seq.* adde Fagnanum *super decretal. 1. par. lib. 5. de crimine falsi cap licet. n. 27.*

Ad num. 17.

Rodoer. ad Marin. *quot. resol. c. 160.*

Ad num 19

Idem fuit declaratum, ut sequitur. *Die 26. Junii 1686. In facto exceptionis malæ capturæ oppositæ pro parte Antonii N. laboratoris loci de Peretallada, supplicatione per eum oblata 21. Junii currentis qua supplicat dictæ exceptioni locum fore, & esse declarari; eo quia de delictis, de quibus impetitur, obtinuit remissionem à Bernardo Ferràn Baiulo dicti loci de Peretallada, die 22. Aprilis 1674. penès scribam Notariæ publicæ dicti loci. Attento prædicta remissio est generalis de omnibus delictis, & respectu homicidii, de quo fuit inculpatus est nulla, quia est facta sine desistentia partis, & si tantum suffragari potest in vim guidatici facta relatione per Nob. Franciscum de Cancer I. R. C. meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, dictæ exceptioni malæ capturæ locum fuisse, & esse, & consequenter, quòd dictus Antonius N. relaxetur à Carceribus, in quibus detinetur, & quòd desguidetur cum termino sex dierum.*

Ad num. 33.

Consulto Principe, ut docuit Don Franciscus Ramos del Manzano *ad leges Jul. & Pap. lib. 1. cap. 8. n. fin.*

AD DECISIONEM XXXIV.

Nu. 5. in fin.

Ac totis viribus remissionem reddi nullam, & ad accusationem redire posse accusatorem defendit Vrceolus *de transac. quæst. 56. n. 7. cum seqq.*

AD DECISIONEM XXXV.

Num. 8.

Hinc declarationem recitat Nobilis Senator de Tristany *tom. 1. dec. 10. n. 91.*

Ad num. 16.

Homicida an teneatur ad damna, & interesse partis, tractat Luca ad Franch. *obs 333. n. 5.* Manfrella ad Latro *obser. 75.* quos remissivè citat Romaguera ad Conciol *super statut. Eugubii, lib. 4. rub. 27. in addit. num. 15.*

Ad num. 28.

Idem fuit observatum die 1. Junii 1686 in Regia Visita in Regiis Carceribus celebrata in facto F. P. R. C. contra Josephum N. ubi fuit dictum, quod relaxaretur à Regiis Carceribus, pro observantia remissionis per suam Excellentissimam ei factæ; & quòd teneretur observare Const. 1. *tit. de homicidis;* & sic quod non posset intrare locum, ubi morabatur occisus, per tempus quinque annorum, sub pœna in casu contrafactionis. quòd remissio foret nulla, & vana, referente Magnifico Francisco de Portello I. R. C. Actuario Riambau Not.

AD DECISIONEM XXXVI.

Num. 3.

Luca *in theat. veritat. de præeminent. disc. 36. nu. 10. & seqq.* ubi latè agit, quid veniat sub nomine Patriæ.

Ad num. 19.

Nob. de Tristany *dec. 10. n. 88.*

Ad num. 21.

Nec receptator dicitur ille, per cujus prædium, vel locum banni in numerosa quantitate irruentes transeunt; quamvis ibidem victualia sumant, & morentur, Luca *in thea. veritat. de servitut. disc. 46. n. 7.*

Ad num. 34.

Nob. Senator Tristany *dec. 10. n. 89.*

AD DECISIONEM XXXVII.

Num. 9.

Latissimè de hac materia Altimarus ad Rovit. *par. 2. conf. 22. tot.*

Ad num. 10.

De unione Regnorum Cathaloniæ, & Aragoniæ Reg. Viloſſa *poſt trac. de fugit. diſ. 5. §. 2. numer. 143. & ſeqq.* & de aliis Regnis unitis Luca *de feudis diſ. 83. n. 9. cum ſeqq. & de beneficiis diſ. 29. n. 5.*

Ad num. 12.

Videndus in hac re Perçia *de inſtrum. edit. tit. 2. reſol. 9.* ſignanter n. 37. *& ſeq.*

Ad num. 15.

Faciunt tradita per Luca *in ſupplement. lib 16. par. 1. de regal. diſ. 161. art. 3. num. 64.* probans, quòd Judex unius Principatus, vel territorii nunquam exequi debet ſententiam alterius Judicis diverſi territorii, vel Principatus, abſque cognitione cauſæ, & non viſis actis, & juſtificationibus.

Ad num. 17.

Luca *de for. comp. diſ. 57. & lib. 15. par. 1. de judic. diſ. 3. n. 40.* Rodoer. ad Marin. *quæſt. conſti. cap. 34. nu. 11. cum ſeqq. & cap. 170. num. 19.* (ubi de quæſtione, an mandans aliquem in territorio alterius, punitio ad eum Judicem pertineat, intra cujus fines illud conſummatum eſt, an ad Judicem loci mandati; pro eadem quæſtione Creſpi *obſ. 82. n. 10.*) Antonius Gobius *conſult. dec. 128.* ubi ad utrumque Judicem pertinere cognitionem homicidii, quando quis de uno territorio, exonerando archibuſſium occidit exiſtentem in alieno territorio, & idem diſputat in occidente feram in caſu punibili per Conſtitutiones Principum, defendens à nemine tunc poſſe puniri; eum adeas, quia ſubtiliter rem exponit.

AD DECISIONEM XXXVIII.

Num. 1.

Animus occidendi probatur per qualitates exteriores, noviter Franciſcus Antonius Tranchedin. *conſ. 104. numer. 22.*

Ad num. 2.

Franciſcus Antonius Tranchedinus *conſ. 74. nu. 6. cum ſeq.* ubi latè expendit indicium inimicitiæ capitalis.

Ad num. 3.

Franciſcus Antonius Tranchedinus *conſ. 104. nu. 23.* eo magis inquit in inſolito arma deferre, *n. 26.* procul dubio ea procedere aſſerit, ſi explodens inſequatur offenſum.

Ad num. 13.

Hæcque præeminentia, aut præcedentia, cauſa eſt honoris, & gravis præjudiciis, Puteus *deciſ. 440. lib. 2. & deciſ. 6. lib. 3.* Seraphin. *deciſ. 22. num. 2. & deciſ. 81. num. 1.* Gonzalez *ad reg. Cancel. in præm. §. 4. num. 30.* Gratian. *diſcep. foreſt. tom. 5. cap. 845. numer. 1.* Annel Amat. *conſ. 30. n. 12. & 13.* Valenzuela *in diſ. ſuæ præcedent. ad fin.* unde quis pro defenſione loci dignitatis præeminentiæ, aut præcedentiæ ſuę poteſt de facto procedere contra turbantes, utendo manu armata, ut latè ex Plumbino, Baldo, Gerardo, Rebuffo, Tiraquello, Lara, Gra. Caſſan. Pancirola, Reſſold. Avend. Manchaca, & aliis probat Solorzan. *in diſ. præced. numer. 24.* & punctim latiſſimè Valenzuela Velazquez *tom. 2. conſ. 176. ferè per tot.* ubi *numer. 10.* probat Laicum tempore immemoriali poſſe quærere jus habendi ſcamnum in Eccleſia, maximè quando non nocet celebrationi divinorum, neque aliqua indecentia adeſt, ex pluribus quos allegat.

Ad num. 14.

Franciſcus Anton. Tranchedinus *conſ. 74. n. 7 & n 34.*

Ad num. 15.

Guaz. *de pace, & treuga q. 9. n. 6. p. 1.* Farinac. *in prax. q. 53. n. 59.* Rodoer. ad Marin *reſol. quot cap. 174. n. 4.*

Ad num. 17.

Reconciliatio de recenti non tollit effectum inimicitiæ, Guaz. *def. 28. cap. 1. num. 17.* Carena *de Offic. Sanct. Inquiſit. par. 3 tit. 5. numer. 8.* Vermigl. *conſ. 33. numer. 16. & conſ 363. numer. 5.* Conciol. *reſol crim. verſ. Teſtes quoad perſonas, reſol. 1. numer. 13. & conſ. crim. 1. num. 18.* Bondenius *vol. 2. colluct. legal 46. n. 43. cum ſeqq.*

Ad eundem nu. 17. prope fin.

An inimicus reconciliatus poſſit eſſe Judex, tractat Latro *deciſ. 81. n. 7.* ubi Addent. Thoro *tom. 1. in compend. deciſ. Verb. officialis recuſatus*, Fontanel *tom. 1. deciſ. 13. n. 14.* Altimar. ad Rovit. *deciſ. 50 n. 9.*

Ad eundem nu. 17 in fin.

Eſcobar. *de purit. q 12. §. 1. n. 23. cum ſeq.* ubi *n. 26.* ſcribit, quòd plus conditio naturalis inimici reconciliati inſpici oportet, quia ſunt homines, quos nec ratio nec longiſſimum tempus dimovere poſſunt ab odiis, & rancoribus ſemel ſuſceptis.

Ad num. 22.

Quando nec licuit criminoſo propria manu eam rem vindicare, cum facilis eſſet recurſus ad Judicem, ad quem tenebatur adire, ne maiora evenirent ſcandala, *l. non eſt ſingulis, ff. de reg. jur.* ibi: *Non eſt ſingulis facile permittendum quòd publicè per Magiſtratum fieri poteſt, ne occaſio ſit majoris tumulti faciendi:* Inſinuant Imperatores *in l. nullus 14. C. de Judæis* ibi: *Cum alioqui etiamſi ſit aliquis ſceleribus implicitus, idcirco tamen judiciorum vigor, juriſque publici tutela videtur in medio conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat ultionem:* & faciunt verba Caſſiodori *lib. 3. var. epiſt. 17.* ibi: *Jura publica certiſſima ſunt vitæ humanæ ſolatia, infirmorum auxilia, potentum fræna, & lib. 4. epiſt. 10. Fœdum eſt, inter jura publica privatis odii licentiam dare, nec ad arbitrium proprium judicandus eſt inconſultus fervor animorum. Hinc eſt quod legum reperta eſt ſacra reverentia, ut nihil proprio ageretur impulſu. Quid enim à bellica confuſione pax diſtabit tranquilla, ſi per vim litigia terminentur?* Vt cuncta hæc illuſtrat, & probat Solorz. *in diſ. præced. num. 27.*

Ad num. 23.

Ratio potuit aſſignari, & Terentius *in Adelph.* ſcripſit.

Homine imperito nihil quidquam injuſtius,
Qui, niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat.

Ad num. 25.

Et noviter Gobius *conſult. dec. 125. nu. 43.* qui recedit à Reg. Cortiada citato.

Ad num. 30.

Latè de hac re Franciſcus Antonius Tranchedinus *conſul. 74.*

AD DECISIONEM XXXIX.

Num. 1.

Prato *reſp. crim. 1. n. 28.* Antonius Gobius *conſult. deciſ. 85. n. 8.*

Ad num. 2.

Franciſcus Antonius Tranchedinus *conſult. 102. num. 16.* Antonius Gobius *conſult. deciſ. 85. num. 2.*

Ad num. 11.

Paulus Rubeus *de valid. legal. cap. 38. num. 16. cum ſeqq.* Bondenius *vol. 2. colluct. legal. 46. num. 19.* ubi idem aſſerit in delicto proditorio, ad quod probandum requirit probationem negativæ, rixam excludentis.

Ad num. 12.

Prato reſponſ. *crim. 1. num. 23. & 31 cum ſeqq.*

Ad num. 13.

Prout etiam evenire poteſt, quòd amicus benevolentiæ cauſa reperiatur comitando delinquentem caſualiter, & tunc amicus particeps non erit in delicto, nec puniendus veniet, Luca *in theat. verit. deſ. 57. n. 13.* qui inde docet, quod benè, & compatibiliter poterunt ſimul ſtare, unum eſſe abſolvendum, alium verò condemnandum, ſive unum mitius, alium verò gravius puniendum.

Ad num. 14.

Rubeus *de valid. legal. d. cap. 38. n. 12. cum. ſeq. & ferè per tot.*

Ad num. 15.

Rubeus *de valid. legal, c. 38. n. 42. cum pluribus ſeq.*

Ad num. 17.

Cavendum eſt à Regio Senatore Nobili Triſtany *dec. 23. numer. 17.* qui non allegato Reg. Cortiada expendit locum Reg. Senatoris Xammar: probat Maiorana *in epoprax. lib. 2. cap. 4. numer. 48.* quod ſi quis ſit leviter provocatus, & ex ira provocantem occidat, nil de pœna ordinaria eſt remittendum, ex Theſaur. *deciſ 78. numer. 5.* ubi *n. ſeq.* quæ levis ira, & provocatio ſit, arbitrio Judicis diſcernere relinquit.

Ad num. 39.

Nec injurias quis accipit, qui neſcit, Seneca *de ira, lib. 3 c. 11.* Velaſco *de Judic perf. rub. 14 annot. 1. num fin.* Bondenius *vol 2 colluct. legal. 46. n. 38. & ſeq.*

At ſi quis minas ſciverit, utpote quia illi revelatæ fuerint, excuſatur minatus à pœna ordinaria homicidii per ipſum patrati contra minantem ex intervallo, intra tamen ſpatium viginti quatuor horarum, intra quod apud nos præſumitur durare calorem iracundiæ. Sic minæ mortis per Joannem N minantem (audacem, morumque depravatorum, potentem ad exequendum minas & ſolitum tormenta manualia deferre) impetitum de homi-

micidio dicti Joannis, illum exculpavit Regium Concilium à pœna ordinaria homicidii, ex quo fcivit minas illatas & intra ſpatium quindecim horarum poſt minas in homicidium prorupit, & tantum fuit condemnatus ad remigandum per decennium die 24. Novembris 1659. ref. Nob. Michaele de Pallarés I.R.C. Scriba Cortès.

Socius hujus criminis, in quem etiam fuerunt prolatę minæ, tantùm ad ſeptennium fuit condemnatum, ex quo plenè convictus non fuit, ſequuta doctrina Gram. *dec.* 5.

Huic Regię declarationi non obſtavit incertitudo vulnerantium, quia occiſus transfoſſus fuit tribus vulneribus, quorum unum fuit lethale, & alia, etſi non conſtaret eſſe mortifera, erant tamen in parte corporis periculoſiſſima, & cum percuſſores eſſent certi, ex quo proiecerunt tria inſtrumenta manualia, unum unus, & alter duo, ad pœnam extraordinariam omnes fuerunt condemnati, ex his quæ latè diximus *dec.* 40.

AD DECISIONEM XXXX.

Num. 16.

Hanc admittit ſententiam Prato *reſ. crim. 1. ferè per tot.* maximè *n.* 34. (ſubdens tamen, quòd ad hoc ut quis teneatur de auxilio, neceſſe eſt quòd probetur, antecedens tractatus ad maleficium committendum, & principaliter ad hoc fuiſſe coadunatos, communicatoque conſilio, & deliberatione ad delictum committendum acceſſiſſe, allegat Barzium *dec.* 2. quę poteſt ſequi, quia eſt minus rigida, & eſt omninò conſtans; at verò tunc magis dici valet auxilium præſtitum fuiſſe in ipſo delicto, quàm ante delictum.

Auxilium delicto præſtare non dicitur, nec de eo tenetur, qui caſu fortuito, non autem ex propoſito, & conſultò, aut communicato colloquio in ipſo intervenit, etiamſi armatus delicto prædicto aſtiterit, pluribus citatis: Altimarus ad Rovit. *dec.* 15. *n.* 8. ubi latè cum Rovito, de hac materia Prato *reſponſ. crim.* 1, *per tot. fere.*

Ad num. 21.

Prato *reſponſ. crim.* 1. *n.* 32.

Ad num. 24.

Latiſſimè de hac re Prato *in reſponſ. cr.* 1. *n.* 24. *cum pluribus ſeq. & ferè per tot. reſponſ.*

Ad num. 28.

Prato *in reſponſ. crim.* 1. *n.* 24.

Ad num. 29.

Latè Rocchus de hac re, *de Officials eorumque regim. rub.* 14. *§.* 12. *num.* 6. *cum ſeqq.* ubi de quæſtione an evellens à poſſe Officialium bona intercepta, ſubiiciatur pœnis contra extrahentes delatos.

AD DECISIONEM XXXXI.

Num. 2. *poſt med.*

Bondenius *vol.* 2 *colluct. legal.* 3. *n.* 41. *& ſeqq.* ubi, delictum commiſſum de die in loco tranſitus, itineris publici, & practicati, non eſſe difficilis probationis probat.

Ad eundem nu. 2. *in fin.*

Valenzuela *tom.* 1. *conſ.* 28. ubi agit de adulterio, de delicto domi, aut noctis tempore, aut in loco ſilveſtri commiſſo, & eſſe illa difficilis probationis docet.

Ad num. 3.

Luca *in theat. verit. miſcel. Eccleſiaſt. diſ.* 19. *n.* 18.

Ad num. 4.

Valenzuela *tom.* 1. *conſil.* 28. *n.* 15. *& ſeq.*

Ad num. 6.

Luca *in theat. verit. de benefic. diſ.* 75. *n.* 5. *l.* 12. *par.* 1.

Ad num. 7.

Eſcobar. *de puritat. par.* 2. *quæſt.* 9. *§.* 1. *nu.* 23.

Ad num 8.

Franciſcus Antonius Tranchedinus *conſ.* 97. *n.* 24.

Ad num. 9.

Bondenius *vol.* 2. *colluct legal.* 36. *n.* 9. & antea *vol.* 1. *colluct legal.* 12. *à n.* 15.

Ad num. 22.

Conciol. *conſil. crim.* 12. *n.* 9. & hoc idem dicit in confeſſione extrajudiciali *n.* 10. Franciſcus Antonius Tranchedinus *conſ.* 97. *numer.* 36. Eſcobar *de purit.* 2. *par.* §. 5. *numer.* 12. Gobius *conſ. dec.* 125. *n.* 32. & 33. (vide *dec.* 14. *n.* 22.) & *conſ.* 143. *n.* 62.

Ad num. 26.

Et ſi ſtatutum requirat teſtis idoneitatem, qualitas hæc non eſt probanda, cum quilibet teſtis in dubio præſumatur idoneus, & legalis; at verò ſi ſtatutum requirat idoneitatem teſtis in ſuperlativo gradu, tunc eſt probanda, Rubeus *de teſtam. cap.* 35. *n.* 180 *ſeq.* Theod. Rube. *in ſingul. Rot. to.* 2. *circa ſtyl. verb. teſtis*, §. 15. Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii lib.* 4 *rub.* 64 *n* 4. And. *cont.* 61. *nu.* 5. Grat. *diſcep. c.* 737 *n.* 16. Meli *obſ.* 99. *n.* ubi aſſerit, hanc eſſe opinionem tutiorem, & magis receptam.

Ad num. 33.

Eſcobar *de purit. quæſt.* 9. §. 1. *n.* 23. *cum ſeq.* & antea *q.* 8. §. 1. *n.* 6. & 7.

Ad num. 34.

Doctores, qui tenent ex indiciis indubitatis non poſſe condemnari ad pœnam ordinariam, allegantur plures à Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii lib.* 4. *rub.* 16. *nu.* 3. & ibi *in addit.* Romaguera *nu.* 7. allegans Maiorana *in opoprax. l.* 1. *c.* 8. *à n.* 5. Bonden. *colluct. legal.* 12. *n.* 17. *& ſeq.* Pignatel. *conſ. canonic. to.* 3. *conſ.* 44. *n.* 1. Paſqualig. ad Lauren. Franchis *d controverſ. inter Epiſcop. & Regul. p.* 1. *n.* 1255. & alios: adde Franc. Anton. Tranchedin *conſ.* 97. *n.* 24. Luca *in theat. verit. lib.* 12. *par.* 1. *diſ.* 75. *n.* 5. *de benefic.* Prato *reſponſ. crim.* 7. *n.* 56 *& ſeq.* nec diſſentit Solorzan. *in politic. Indiana lib.* 5. *cap.* 5 *in fin. lit. G.* Bonden. *vol.* 2. *colluct. leg.* 36. *n.* 9. & 10.

Ad eundem nu. 34. *in fin.*

Ab hac opinione non recedit Prato *reſp. crim.* 5. *nu.* 14. *cum ſeqq.* in crimine parricidii admittit Solorzan *de crim. parric. lib.* 2. *cap.* 17. *in fin.*

Ad num. 38.

Bonden. *de jure contro. colluct. legal.* 36. *vol.* 2. *nu.* 46. *cum ſeqq* qui rem declarat.

Ad num. 44.

Nota tamen, quòd in hac, & aliis Deciſionibus, quando loquor de adminiculis, intelligo de adminiculis (præſumptionibus, ſeu conjecturis, quæ paſſim in jure confunduntur, unum pro alio ſumendo) quæ per ſe probationes non dicuntur, ſed de illis quæ ſunt probationum auxilia, ſeu coadiutricia, qualia intellexit Farinac. 2. *p. dec.* 18. *n.* 3. Eſcobar. *de purit. q.* 6. §. 5. *n.* 8. ubi *per tot.* §. agit de adminiculis, quid ſint, & qualia debeant eſſe, ut aliàs coadiuvare valeant probationes.

Ad num. 46.

Rodoer. ad Marin. *quot reſol. c.* 61. *nu.* 6. qui *n.* 7 id maximè procedere ait, ſi cum extrajudiciali confeſſione concurrerent aliæ coniecturæ, aliave adminicula.

Ad num. 47.

Generaliter id eſt certum, Luca *in theat. verit. diſ.* 75. *n.* 7. *ad tit. de ſervitut. & diſ.* 119. *n.* 4. *de Regalibus.*

Ad num 48.

Confeſſio extrajudicialis, ut faciat indicium, debet probari per duos teſtes de loco, & tempore conteſtes, Guaz. *def.* 33. *cap.* 34. *n.* 33. Vermigl. *conſ.* 13. *n.* 12. Rubeus *de teſtam. q.* 23. *n.* 82. Conciol. *conſil. crim.* 3. *nu.* 27. Franciſcus Anton. Tranched. *conſ.* 28. *n.* 21.

Ad num. 49.

Confeſſio facta coram Judice incompetenti facit indicium ad torturam coram competenti, Rodoer. ad Marin. *quot reſol. cap.* 61. *tot.* ubi probat, confeſſionem à Clerico emanatam coram Judice Sæculari, dummodo non vi tormentorum, operari contra eum, & inducere indicium ad torturam.

Ad num. 62.

Bonden. *vol.* 2. *colluct leg.* 36. *n.* 12. *cum pluribus ſeqq.* ubi agit, quando aſſertio vulnerati dicatur inveriſimilis.

Ad num. 72.

Gonzalez Tellez *lib.* 5. *decretal. tit.* 18. *de furtis, in cap. qui cum fure* 4. *num.* 4.

Ad num. 74.

Non diſcedit ab his Gonzalez Tellez *in lib.* 5. *decretal. tit.* 18. *de furtis c. qui cum fure* 4. *n.* 4. docens præſumendum non eſſe ſimpliciter, & abſolutè contra eum, qui rem furatam habet, ſed ita demum, ſi propter qualitatem perſonæ, & frequentationem hujuſmodi actuum cenſeatur ſuſpectus de furto, & participatione cum fure, vel ſi minori pretio, vel clandeſtinè quis emerit; nam ex his indiciis, & aliis ſimilibus poteſt Judex devenire ad torturam.

Ad num. 75.

De emptore rei furtivæ publicè, & per curſorem, ut in hac Barcinonæ Civitate non teneatur rem reſtituere, niſi refuſo ei pretio agit Font. *dec.* 218. & 219. & *de pact. clau.* 5. *gl.* 8. *p.* 3. *n.* 52. Cyriac. *cont.* 176. 177. & 299. *à n.* 1. *ad n.* 4. Luca *de Regal. diſc.* 129. *n.* 3. ad Conciol *ſuper ſtatutis Eugub.* Romag. *lib.* 1. *rub.* 50. *n.* 3. & idem Conciol. *li.* 5. *rub.* 23. *n.* 4 Canc. *var.* 2. *cap.* 7. *n.* 27. contrarium tenet.

Extra hos terminos, quod emens rem furtivam etiam bona fide, de jure communi teneatur illam domino restituere, nullo sibi restituto, pretio, cum bona fides excusset à pœnis, quibus aliàs mala fide ementes res furtivas subiacere deberent, non autem ut de pretii consequutione excipere valeant, probant Spada *consil.* 149. *vol.* 1, Cabal. *resol. crim.* 292. *n.* 1. Luca *de regal. disc.* 129. *nu.* 3. *& de empt. & vendit. disc.* 13. *n.* 2. & 3. & alii allegati per Conciol. *ad statuta Eugubii lib.* 5. *rub.* 23. *n.* 1. *cum seqq.*

Quando tertius recuperet à domino vindicanti pretium rerum deprædatarum à latronibus, vel pyratis, agunt Thesau. *q. forens. lib.* 2 *q.* 98. Leotard. *de usuris qu.* 95. *n.* 37. *& seqq.* Spad. *lib.* 1. *consil.* 149. Luca *in theat. verit. de feudis disc.* 58. *nu.* 19. (& latissimè de hac re, quando scilicèt emptor rei furatæ recuperet pretium à domino vindicante, etiam in terminis statuti, & in aliis casibus, doctissimè tractat Luca *in theat. verit. lib.* 7. *par.* 2. *dis.* 13. *de empt. & vendit.*) Capic. Galeota *resp. Fisc.* 13. *per tot.*

Ad num. 84.

Repertura monetæ falsæ, vel instrumentorum ad illam cudendam non facit indicium in homine bonæ famæ, cum pluribus citatis Conciol. *consil. crim.* 3. *n.* 37. ubi de diversis conjecturis exclusivis delicti fabricationis monetæ *per tot. cons.*

Ad num. 97.

Prato *respons. crimin.* 5. *n.* 30. *& resp.* 11. *nu.* 10. Vermigliol. *consil.* 74. *n.* 4. idem Prato *resp.* 15. *n.* 54. *& seq.* Meli *obser. forens.* 136. *n.* 21. *& 22.* Rodoer. ad Marin. *resol. quot. cap.* 176. *n.* 29. Bondenius *vol.* 2. *collect. legal.* 3. *nu.* 123. *cum seqq.* probans testi inverisimilia de ponenti non esse deferendum, ex infinitis quos allegat, & repetit *collect. leg.* 4. *n.* 14. *cum seqq. & collect. legal.* 36. *n.* 37. *cum seqq.*

Ad num. 100.

Et latè probat Ure. *conf. for. vol.* 1. *c.* 42. ubi latè defendit rusticos à pœnis contrabanni ob eorum simplicitatem.

Ad num. 104.

Dubitans potiùs dicitur esse in bona, quàm in mala fide, Conciol. *cons. crim.* 10. *n.* 6. *& per tot. consil.* agit quando ob ignorantiam, aut dubietatem excusetur quis à delicto spreti mandati; Qui enim est dubius, verè nescit, *l. manifestissimi* 22. *§ fin autem nescius, C. de furtis*, Tiraq. *in l. si unquam in principio n.* 96. *C. de revoc. donat.* Menoc. *de arbit. cas.* 75. *nu.* 7. Sarmiento *lib.* 3. *select. c.* 10. *nu.* 5. Barbosa *axiom.* 78. *n.* 4. Escobar *de purit. par.* 1. *q.* 11. *§.* 1. *n.* 27.

AD DECISIONEM XXXXII.

Num. 1.

P. Graf. *de nece prod. §.* 28. *n.* 22. *& seq.* Matthæu *de re crim. cont.* 22. *n.* 24. *& seq.* Capon. *discep.* 185. *n.* 3. Conciol. *ad statut. Eugubii li.* 4. *rub.* 34. *n.* 1. & ibi Romaguera *n.* 12.

Ad num. 2.

Cicero *in oration. pro Pub. Quint.* ibi: *Homini potest turpius? quid verò miserius, aut acerbius usuvenire? quod tantum evenire dedecus? quæ tanta calamitas inveniri potest? pecuniam si cuipiam fortuna ademit, aut si alicujus eripuit injuria: tamen dum existimatio est integra, facile consolatur egestas honestatem*: Divus Ambrosius 3. *offic. c.* 4. ibi: *Quis enim vitium corporis, aut patrimonii damnum non levius ducat vitio animi, aut existimationis dispendio*, comprobat Faria ad Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 9. *& seqq. & n.* 36.

Ad num. 3.

Valenzuela *consil.* 92. *n.* 2. Amuesca *de potest. in se ipsi. li.* 2. *cap.* 1. *ex n.* 12. *& cap.* 12. *per tot.* Solorzan. *in alleg. Fisc. post b. nu.* 30. *pag.* 515. *& in dis. de præcedent. n.* 6. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 24. *cum seqq.*

Ad num. 5.

Escobar *de purit. par.* 1. *q.* 11. *§.* 1. *n.* 5.

Ad num. 6.

Prato *resp. crim.* 25. *n.* 39. *& 40.*

Ad eundem num. 6. *in fine.*

Sanfelic. *decis.* 410. *num.* 6. Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 45.

Ad num. 7.

Sic mater, quæ occidit filium ob satis illum justum dolorem, quòd ei sæpius maritus improperasset, filium illum fuisse ex adulterio conceptum, parricidii pœna non mulctatur, *cap. volens* 1. *de his qui filios occid.* Paulus Rubeus *de valid. cap.* 38. *nu.* 30. punctim in terminis decisionis nostræ Sanfelic. *lib.* 3. *decis.* 410. *n.* 6.

Ad num. 8.

Escobar *de purit. par.* 2. *quæst.* 1. *glos.* 4. *numer.* 12. *cum seqq.* Faria ad Covar. *var. l.* 1. *cap.* 11. *n.* 10. *& l.* 2. *c.* 9. *n.* 25.

Ad num. 11.

Juxta illud Catonis apud Agel. *lib.* 10. *noct. Attic. cap.* 23. ibi: *In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine judicio impunè necares.*

Ad num. 12.

De hac relatiùs Don Franciscus Ramos del Manzano *ad leges Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 14. ubi amplè, & eruditè agit, & declarat, quando poterit probari, mulierem in adulterio fuisse deprehensam.

Ad num. 13.

Si uxor occiderit virum repertum in adulterio, punitur pœna mitiori, Farinac. *in prax. quæst.* 121. *nu.* 121. cum justus sit dolor, quando alter ex conjugibus violat fœdus thori, Rubeus *de valid. leg. cap.* 37. *num.* 68. *cum seqq.* Ciriac. *cont. forens. c.* 105. *n.* 39. ubi defenditur uxor ob homicidium mariti à pœna ordinaria, stante justo dolore, ut quia maritus retinebat concubinam in domo.

Ad num. 20.

Quam nostram observantiam recitat Antonius Gobius *consult. decis.* 125. *n.* 50 ubi *à n.* 45. *usque ad n.* 50. doctissimè probat homicidium esse rixosum, commissum ab injuriato verbis intra duas horas circiter, injuriæ passæ.

Ad num. 22.

De injuriis, & earum pœnis agit Reg. Cortiada *dec.* 99. *num.* 18. *& seq.* Pegas *ad ordinat. Reg. Portug. tom.* 5. *tit.* 65. *glos.* 26. *ad §.* 25. *per tot.* Prato *resp. crim.* 17. *n.* 28. *& seqq.* Faria ad Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 11. *à nu.* 1. Scoppa ad Gratian. *decis.* 195. *nu.* 1. *& seqq.* & plures allegati per Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii lib.* 4. *rubr.* 43. *nu.* 10. *& seqq.* Et quando injuria dicatur realis, & quando verbalis, & de diversis speciebus injuriarum ex nutu, & gesticulatione latissimè, & eruditè Oteiza & Olano *in paralip. jur. lib.* 2. *cap.* 7. *per tot.* Faria ad Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 11. *per tot.* Gobius *consul. decis.* 125.

Ad num. 24.

Faria ad Covar. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 26.

Ad num. 26.

Punctim quòd incontinenti intelligitur quamprimùm potuerit quis se vindicare, indistinctè in omni injuria illata ex causa honoris, docet, & probat latè Prato *respons. crimin.* 25. *num.* 31. *cum seqq.* Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 46.

Ad num. 30.

Majorana *in opoprax. crim. lib* 2. *cap.* 4. *num.* 41.

Ad num. 34.

Prato *in respons. crim* 25. *n.* 28. *cum seqq.* strenuè defendit pro honore conservando, vel dedecore apud probos viros expellendo, homicidæ pœnam esse temperandam, subdens *num.* 34 quòd quando quis in honore offenditur, hæc offensio habet tractum successivum, quia semper honor ex offensione læditur; & sic, si semper læditur, & offenditur quis in honore, semper debet intelligi licita defensio, & illius offensionis, & injuriæ propulsatio, & *num* 41. tradit judicatum in hac re.

Antonius Gobius *consult. decis.* 125. defendit injuriatum, qui in vindicatum injuriæ verbalis intra duas horas circiter occidit injuriantem, ubi ex P. Grasseto *de nece prodit. §.* 2. *à n.* 10. asserit dubitabilem esse opinionum DD. supracitatorum docentium, justum dolorem in injuria illata ex causa honoris, extendi ad decem annos.

Ad num. 35.

Offensio facta alapa, baculo, pugno, & similibus, quomodò puniatur, tractant Alverez Pegas *ad lib.* 1. *ordinat. Regni Portugal. tom.* 1. *tit.* 1. *glos.* 53. *nu.* 7. *&* 8. Luca ad Franc. *obs.* 504. *nu.* 2. *& ad decis.* 553. *num.* 10. Reg. Cortiada *decis.* 99. *nu.* 33. *cum seq.* Ayllon ad Gomez *var.* 3. *cap.* 6. *nu.* 5. Reg. Matth. *de re crim. cont.* 29. *nu.* 42. & alii plures allegati per Romaguera *lib.* 4. *rub.* 30. *in addit. nu.* 5. latissimè Velanzuela Velasq. *consil.* 142.

Ad eundem num. 35. *in fine.*

Latè comprobat Majorana *in opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 46. allegans Prato *in addit. ad Pasch. de virib. pat. potest. lib.* 3. *cap.* 6. *ver. Hinc pulchra fuit*, & *ver. Congruit*, attestantem semper in Sac. Concilio judicatum fuisse, & à majoribus receptam fuisse decisionem Gizzarelli, quòd si ex intervallo ex causa honoris, & injuriæ receptæ quis homicidium committat, non puniatur pœna ordinaria mortis, sed extraordinaria.

Ad num. 38.

Pro gravitate injuriæ ponderatur, nam pœna statuta contra libellū famosum facientes, habet locum in stercoran-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

rante, seu apponente cornua ad ostium alicujus, Decianus *tract. crim. lib. 3. cap. 25. n. 53.* Farinac. *in prax. q. 105. nu. 469. & seq.* Anton. de Ball. *tract. at. crim. lib. 5. prag. uni. tit. 40. de famos. libel. nu. 3.* Conciol. *super statut. Eugubii lib. 4. rub. 42. nu. 3.* ubi Romaguera *nu. 9.* Addit. Rovit. *ad prag. 2. de injuriis n. 8.* Pegas *ad ordinat. Reg. Portug. tom. 5. ad lib. 1. tit. 65. glos. 27. nu. 83.* de pœna contra famosos libellantes agunt citati Conciol. Romaguera, & apud Nos Reg. Cortiada *decis. 99. num. 44.*

Ad num. 45.

Conciol. *consil. crim. 12. n. 21. & seqq.* Prato *resp. crim. 20. num. 32.* Meli *obs. forens. 136. nu. 26.* Bonden. *vol. 2. collect. legal. 36. n. 121. & seqq.* ubi contra Fiscum ampliari docet, etiam in teste deponente de credulitate.

Ad eundem num. 45. in fine.

A producente licèt persona testis impugnari non potest, ejus tamen dictum obiici valet, Farinac. *in prax. q. 62. n. 241.* Rota *dec. 26. n. 10. & dec. 312. n. 18. p. 7. recent.* Grat. *discep. forens. c. 753. n. 3.* Meli *obser. forens. 25. n. 43.*

Quando exceptio falsæ depositionis supervenit, hæc post, contra testem semel inductum opponi potest, ut in omnibus aliis exceptionibus generaliter statuit Farin. *in prax. quæst. 45. num. 37. & dict. quæst. 62. numer. 240.* Meli *obser. forens. 25. num. 44.*

AD DECISIONEM XXXXIII.

Ad num. 23.

Luca *in theat. veritat. miscel. Ecclesiastica disc. 10 nu. 2.* Fermos. *par. 2. alleg. Fiscal. 5. nu. 11.* ex diversis Gonzalez Tellez *in lib. 5. decretal. tit. 12. de homicid. cap. si quis per industriam 1. num. 2.* Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 20. num. 71.* ab his discedere non videtur Bondenius *vol. 2. collect. leg. 46. num. 65.* pluribus citatis Ayllon ad Gomez *var. 3. cap. 3. num. 6.*

Ad num. 26.

De malis ebrietatis post multos, quos citat, plura doctè recitavit Gonzalez Tellez *super decretal lib. 3. tit. 1. de vita & honest. Cleric. cap. Acrapula num. 4. cum seqq.* & ponderabile repeto quod induxit *ex cap. 23. ver. 23. Proverb.* ibi: *Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur perversa, & eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator, amisso clavo, & dices verberaverunt me, & dolui, traxerunt me, & ego non sensi, quando evigilabo, & rursus vina reperiam?* Don Hilar. *in psalm. 125* ibi: *Quid verò infœlicius ebrietatis dominatu, ventri ultra capacitatem infundere, sensui rationem adimere, non loqui, non meminisse, non stare, & mortem quandam naturæ incolumi imperare*, latè Solorzan. *de jur. Indiar. lib. 1. tom. 2. cap. 25. numer. 71. cum seqq.* ubi *num. 77.* ex P. Mendosa *lib. 1. Reg. cap. 1. nu. 15. & annot. 11. pag. 132. cum plur. seqq.* probat, quòd ebrii sunt brutis, & Diabolo deteriores, filii Bahal, & sine jugo, & apostatæ, & quod ebrietas est pestilentia, insanabile venenum, cunctis vitiis turpior, libidinis, & somnolentiæ comes, cædium mater, & rationis naufragium, & quòd ex ebrietate nascitur perfidia, & idolatria, relato loco Divi Ambros. *lib. de Elia cap. 12.*

Ad eundem num. 26. in fine.

Urceolus *de transac. quæst. 37. nu. 15. & seqq.*

Ad num. 28.

Experitur in ebriis: *Qui aliquando balbutiunt, partim quia humiditate profunditur cerebrum, partim quia etiam ab ipsius multitudine prægravatur;* sententia Galeni, & verba sunt *lib. 6. ad Aphor. Hypp. Aphor. 32.* & recitat Oteiza & Olano *in paralip jur. lib. 4. cap. 15. n. 51.*

Ad num. 30.

Dementia quomodo probetur, docet Luca *in theat. verit. de testam. disc. 38.*

Ad eundem num. 30. in fine.

Zacchias *quæst. medic. legal. lib. 2. cap. 1. tot.* latè de hac re Borgia *investig. jur. civil. lib. 5. cap. 19. num. 8. & 9.* & antea *lib. 1. cap. 18. numer. fin.* Bondenius *vol. 2. collect. legal. 15. numer. 87.*

Ad num. 31.

Urceolus *de transact. quæst. 37.*

Ad num. 32.

Fagnanus *in 1. par. l. 5. decret. c. constiterit, de accusat. n. 45.* ubi *per tot. c.* disputat, & resolvit, quando ebrius hominem interficiens, incidat in irregularitatem, & *n. 49.* in practica doctè arbitratur, indistinctè ebrium homicidam debere se irregularem reputare, & abstinere à ministerio altaris; quia cum in illo articulo sint ex utraque parte auctoritates, & rationes probabiles, hinc status rei dubius constituitur; in dubio autem non tantùm facti, sed etiam juris tenetur quis ex præcepto in foro pœnitentiali, vel quasi pœnitentiali amplecti partem tutiorem, præsertim in materia irregularitatis, & *n. 52.* addit, quòd vix posset esse sine scandalo, ut ebrius ex immoderato usu vini hodiè homicidium committeret, & cras nulla prævia dispensatione ministraret in Altari Corpus, & Sanguinem Christi, & abominabile est ut qui intinxit manus in sanguinem humanum, offerat Sanguinem, & Hostiam immaculatam Deo.

Post num. 32.

Furiosus dormienti, & ignoranti æquiparatur, *l. 1. ff. de bonor. possess. furios. l. si à furioso 12. in princ. ff. de reb. credit.* nescit quid agit, *l. illud. 3. § fin ff. de injur.* sensum non habet, *l. si cum dotem 23. § si maritus ff. solut. matrim* æquiparatur absenti, *l. 1. § furiosum, ff. de oblig. & action. l. 2. § furiosus, ff. de procurat. oribus infantis, l. infans C. ad leg. Cornel. de sicar.* imò & brutis, *l. sed etsi 5. §. & ideo, ff. ad leg. Aquil.* omnia ejus acta æstimantur, non secùs ac fortuitò, & casu facta, *l. fin. § fin. ff. de admin. tutor.* nec consilium fraudis habet, *l. 10. § 1. ff. de alienat. judic.* cuncta hæc doctissimè probat Gonzalez Tellez *lib. 4 decretal. tit. 1. de sponsal. cap. dilectus 24. n. 4.*

Ad num. 33.

Notabilia in hac re tradit Paulus Rubeus *de validit. legal. c. 7. n. 120. & seqq.* & comprobat Solorzan. *de crim. parricid. cap. 18. n. 25. & seqq lib. 2.*

Ad num. 34.

Solorzan. *in post hum. alleg. Fiscal. n. 467. pag. 467.* Bondenius *collu. legal. vol. 2. coll. 15. n. 20. 31. 32. & 86. cum seqq.*

Ad num. 38.

Cautum illud erat in legibus Duodecim Tabularum per illa verba: *Si furiosus esse incipit agnaturum gentiliumque in eo, pecuniaque eis potestas esto*, de qua lege Cicero *lib. 2. de inventione*, & ostendit Varro *lib. 1. de re rustic. cap. 2.* ibi: *Salubrem locum neglexerit, mente captus est, atque ad agnatos, & gentiles deducendus*, Hor. *satyr. 3.*

Interdicto hunc omne adimat jus
Prætor, & ad sanos abeat tutela propinquos.

Quæ omnia comprobat Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 1. c. 10. lib. 2. num. 51. & seqq.*

Ad num. 39.

Et ex variis juribus probat Solorzan *de jur. Indiar. li 2. cap. 10. nu. 65.* docens, quòd prorsus furiosis, & amentibus justè, & licitè suarum rerum administratio interdicitur, & sub vinculis, & sæviori disciplina contineri jubentur, quousque sanam mentem recipiant.

Ad num. 40.

Hinc Gorgias Leotinus, ut fertur perventus ad ultimum vitæ extremum, & aggravatus à mortifero somno mortis, interrogatus à suo amico, qui eum visitabat, quomodo se haberet, respondit. *Ego jam sentio quod somnus velit me consignare in manibus suæ sororis.* Et interrogatus Physicorum consultissimus, quidnam somnus esset, respondit, *Somnus est parva mors.* Et cum deinde fuisset iterum interrogatus, quid esset mors, replicavit, quòd *somnus erat magna mors*, quæ recitat Rubeus *de valid. legal. cap. 11. n. 32. cum seqq.*

Dormiens non punitur, si alium occidat, Rubeus *de valid. legal. cap. 11. n. 73. & seqq.* ubi assignat triplicem rationem: Primam, quia dormiens æquiparatur furioso: Secundam, quia vitio naturali parcendum est: Tertiam, quia dormiens æquiparatur mortuo, ubi etiam id procedere asserit, si occidat, vel mutilet aliquem, contra quem vigilans iratus fuerat; & jam eum attentaverat occidere; & sic occisionis cupiditate affectus dormiat, & postea somnians ea quæ in vigilia affectaverat, dormiens effectuatus sit, latè de hac re Zacchias *lib. 5. qu. medio legal. tit. 4. c. 12.* Gonzalez Tellez *in lib. 3. decretal. tit. 42. c. majores 3. § verum de Baptismo n. 15.*

AD DECISIONEM XXXXIV.

Num. 9.

Conciol. *super statut. Eugubii lib. 4. rub. 27. nu. 11.* Prato *resp. crim. 46. n. 11.*

Ad num. 10.

Rubeus *de validit. legal. cap. 26. num. 39.* Rodoer. ad Marin. *quot. resol. cap. 171.* qui *num. 12. & seqq.* probat, & decisum tradit, Assassinum quem dici etiam, si

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nullo accepto pretio, sed tantum si ad preces alterius, vel ut alicui complaceret, homicidium committeret, & ibi latè, quando assassinium committi dicatur.

Ad num. 12.

De pœnis in omni genere homicidii scribunt Altimar. *in addit. ad lib. 3. consil. Roviti obser. 1. 11. & 69. tot.* Reg. Matthæu *de re crim. cont. 29. & 30.* Luca ad Gratian. *obser. 380. num. 6. & seqq.* Bonden. *collect. legal. 40. num. 46. 51. 52. & 66. ac seqq. & collect. 46. ferè per tot.* & infiniti Recentiores, quos allegat Romaguera ad Conciol. *super Statut. Eugubii lib. 4. rub. 27. n. 14. & seqq.*

Ad num. 22.

Franciscus Antonius Tranchedinus *consul. 97. num. 40.* Valenzuela Velasquez *consil. 102. tom. 2. consil. 102. nu. 14. & seq.* Anton. Gobius *consult. dec. 146. num. 32. & seqq.* *Ad nu. 23.*

Franciscus Antonius Tranchedinus *consult. 97. nu. 32.* Valenzuela Velasquez *tom. 2. consil. 102. num. 18. & seqq.* Anton. Gobius *consult. dec. 146. nu. 32. & seqq.*

Ad num. 31.

Testis sibi contrarius, & falsus non probat, Carena *de offic. Sanct. Inq. par. 3. tit. 6. n. 58.* Vermigl. *conf. 119. n. 5. & 10.* Conciol. *in conf. crim. 1. nu. 33.* ubi *nu. seq.* rem declarat, Prato *resp. crim. 20. num. 37.* Gonzalez Tellez *lib. 2. decretal. tit. 19. de probat. in cap. licet causam 9. nu. 12.*

Ad num. 32.

Franciscus Anton. Tranchedinus *consult. 96. nu. 16.* & testium dicta, quantum fieri potest, sustinenda veniunt, Ludovis. *dec. 351. nu. 37.* Carena *resol. 176. num. 6.* Burat. *dec. 922. nu. 9.* Merlin. *dec. 692. nu. 58.* Pasqual. *dec. 3. nu. 30. quæst. 393. fol. 201. cent. 3.* Joan. Bapt. Antonel. *consil. 54. nu. 12.* Meli his, & aliis allegatis *obser. 97. num. 32.* Escobar *de purit. par. 1. qu. 6. §. 4. nu. 16.* ubi ideo admonet Judicem, ut si testem videat in dicto, aut ratione varium, seu contrarium, in concordiam interrogationibus, & monitionibus eum adducat; quia sicuti potest Judex ex officio in concordiam adducere potest examen, multò melius in ipso examine testem juvare, ut contrarius non evadat.

Ad eundem num. 32. in fine.

Gonzalez Tellez *lib. 2. decretal. tit. 19. de probat. cap. licèt causam 9. nu. 12.* Escobar *de purit. par. 1. quæst. 6. §. 4. nu. 16.* Anton. Gobius *consul. dec. 146. nu. 38.*

Ad num. 34.

Bondenius *collect. legal. & vol. 2. nu. 18. & seq.*

Ad eundem num. 34. in fine.

Franciscus Anton. Tranchedinus *consult. 17. num. 119.* Gonzalez Tellez *lib. 2. decret. c. 19. de probat. cap. licet causam 9. nu. 12.* ubi, cui standum ex duobus testium depositionibus juratis, latè agit Valenzuela Velasquez *consil. 102. artic. 1. nu. 1. cum seqq.*

Ad num. 40.

Potest ponderari quod de falsitate instrumentorum dicitur; quia cum falsitas à præsumptione proveniat, non poterit extendi ad cæteras juris similes partes, nisi falsi suspicio sit in principaliori parte instrumenti, à qua cætera pendent, & vim capiunt; quia tunc omnia corruunt, ut ex Baldo, Salicet. Bart. Menoc. ponderat Escobar *de purit. par. 1. q. 15. §. 1. nu. 27.*

Ad num. 52.

Vermiglioli *conf. 13. nu. 15. & conf. 74. nu. 14.* Conciol. *alleg. forens. 88. nu. 62. & allegat. 93. nu. 21.* pluribus citatis idem Conciol. *conf. crim. 3. nu. 31. & consil. 5. nu. 26. & 27.* ubi latè de præsumptionibus exclusivis mandati ad occidendum.

Ad num. 57.

In assassinio, morte non sequuta, an habeat locum pœna mortis naturalis, tractat latè Rovitus *dec. 15.* & ibi Altimarus; & generaliter est certum, quod non sequuto effectu, non puniatur delictum pœna ordinaria, sed mitiori, quamvis deventum fuerit ad actum proximum, probat Bondenius *vol. 2. collect. legal. 3. num. 195. cum seqq.*

Ad num. 58.

Receptatio delinquentis, quando faciat indicium, latè pertractat Conciol. *conf. crim. 7. n. 40. cum seqq.*

Ad num. 60.

Conversationem malam, alio concurrente adminiculo satis esse ad torturam, dicit Giurba *consil. 87. num. 15.* Prato *respons. crim. 6. nu. 11. & 12.*

Ad num. 61.

Conciol. *consil. crim. 7. nu. 14. cum. seqq.* de his tribus requisitis latè contendit docens, inimicitiam esse debere capitalem, secretam allocutionem debere esse cum occisoribus, & homicidium non esse incontinenti sequutum post quindecim dies patratum ab illa secreta alloquutione; etiam agit, quando receptatio delinquentis facit indicium in hac re; iterum de illis tribus requisitis agit *consil. 9. nu. 7. cum pluribus sequentibus*, Franciscus Anton. Tranchedinus *consult. 74. nu. 12. cum seqq.* & quod secreta alloquutio faciat probationem mandati cum in verisimili, & improbabili causa, etiamsi testes, qui viderint sic alloqui, nescierint quid inter se alloquuti fuerint, probat Prato *resp. crimin. 46. nu. 112.*

Ad eundem num. 61. in fine.

Inimicitia probata inter occisum, & occisorem facit cessare alterius mandatum, unde, ut arguatur mandatum, probari debet inimicitia inter mandantem, & occisum, Vermig. *consil. 70. nu. 13. consil. 90. num. 7* Zuff. *de legitim. proces. lib. 1. qu. 66. n. 6.* Antonius Gobius *consult. dec. 125. & fere per tot. nu. 38. & 51. ac seq.* ubi docet, inimicitiam inter aggressorem, & aggressum cessare facere alterius mandatum, participationem, & auxilium cooperativuum, & *nu. 54. ver. Prout*, probat, quòd constito de certo interfectore, qui sit inimicus occisi, & facere potuit causa propria, præsumi non debet contra alios Conciol. *post. tract. de hærede consil. 5. nu. 5.* Tranchedin. *consult. 78. nu. 8. cum seqq.*

Ad num. 70.

E contra spontanea comparitio inquisiti magnum præfert innocentiæ signum, Thob. Non. *consil. 96. num. 13.* Eugen. *consil. 90. in fin. lib. 1.* Conciol. *resol. crim. ver. Spontanea comparitio resol. unica, & consil. crim. 1. num. fin. & consil. crim. 8. nu. 17.* ubi allegat Giurba *consil. 13. nu. 22. & consil. 37. nu. 29.* Calvin *de æquitate lib. 2. cap. 131. nu. 33.* Carena *resol. 122. in fine*, & idem prosequitur Conciol. *consil. 9. nu. 32.* de indicio fugæ latissimè Rubeus *de valid. legal. cap. 16. nu. 45. cum pluribus seqq. 36.*

AD DECISIONEM XLV.

Num. 3.

Gonzalez Tellez *in lib. 4. decret. cap. si quis uxore 8. tit. 7. de eo qui duxit in matrim. nu. 5.*

Ad eundem num. 3. in fine.

Undè in quadam Indiarum Regione, cum aliquando cõtigisset virum uxoris dolo interiisse, ut deinceps omnis cessaret suspicio, constituerunt fuit, uxores cum viris in funere cremari, ut refert Diodorus Siculus *lib. 19.* de Gallis etiam agens Cæsar *lib. 2. comment.* ait. *Cum pater familias illustriori loco natus decessit, ejus propinqui conveniant, & de morte si res in suspicionem venit de uxoribus, in servilem modum quæstionem habent, & si compertum est, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt.* Hæc subdit Gonzalez Tellez *lib. 4. decretal. cap. si quis uxore 8. de eo qui duxit in matr. nu. 5.* addens *frequenter contingit, ut nefandæ illæ mulieres, quæ fraude mala, & venenis in maritos sæviunt, filios habeant tanti sceleris ultores*, Fabricianum Plutarcus *in paral.* memorat uxoris adulteræ machinatione trucidatum: hujus infantem filium Fabia defuncti uxor servavit, ille cum adultus matrem interemisset, à Senatu absolutus, & alia plura exempla adducit.

Ad num. 6.

Adverte tamen pœnam legis Pompejæ de parricidiis, Christianæ pietati ac humanitati contrariam omnibus visam esse, & ideo in desuetudinem abiisse, sed aliis pœnis pro locorum statutis, aut consuetudinibus parricidæ plectuntur, Cabal. *cas. 15. nu. 11.* Clarus §. *parricidium nu. 5.* Decian. *tom. 2. lib. 9. cap. 16.* & his allegatis Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 10. nu. 13.* ubi tradit Hispaniæ observantiam.

Ad num. 20.

Gonzalez Tellez *super lib. 4. decretal. tit. 7. cap. si quis uxore 8. de eo qui duxit in matr.* Bondenius *vol. 2. collect. leg. 15. nu. 44. 45. & 48.*

Ad num. 21.

Inimicitia, ut faciat indicium, debet provenire à causa urgentissima, Conciol. latè *consil. crim. 12. num. 8.* & debet esset capitalis, idem Conciol. *num. 51. & seqq.*

Ad num. 22.

De indicio minarum agit Franciscus Anton. Tranchedinus *consult. 74. num. 19. cum seqq.*

Ad num. 29.

Indicium mendacii, & variationis in substantialibus ponde-

ponderat Franciſcus Anton. Tranchedinus *conſult.* 74. *n.* 26. *cum ſeqq.* probat Meli *obſ. forenſ.* 93. *n.* 9. latè Bondenius *de iur. cont. vol.* 2. *colluct. legal.* 36. *nu.* 69. *& ſeqq.*

Ad num. 30.

Meli *obſ. forenſ.* 93. *n.* 5. Fagnanus *ſuper decretal.* 1. *par. lib.* 5. *de accuſat. cap. qualiter, & quando ſecun. nu.* 88. *&* 89. Eſcobar *de purit. par.* 1. *qu.* 10. *§. primo num.* 3. *&* 12. Gobius latè *conſult. dec.* 146. *n.* 39. *cum ſeqq.*

Ad eundem nu. 30. *ver. Nec obſtat.*

Eſcobar. *de purit. par.* 1. *qu.* 10. *§.* 1. *nu.* 15.

Ad num. 32.

Meli *obſ.* 93. *num.* 4.

Ad num. 34.

Eſcobar *de purit. par.* 1. *quæſt.* 10. *§.* 1. *nu.* 11. *& §.* 4. *ferè per tot.* Bonden. *vol.* 2. *de jure controver. colluc. legal.* 36. *nu.* 87. *cum plurib. ſeqq.*

Ad num. 35.

Conciol. *conſil. crim.* 1. *nu.* 52. *& conſil.* 9. *num.* 15 ubi *nu.* 20. *cum ſeqq.* latè agit de indicio ſanguinis exeuntis à cadavere ad præſentiam inquiſiti, allegans de eo indicio agentes, Theſaur. *dec.* 173. *nu.* 2. *ver. Mihi certè*, Carena *de Offic. Sanct. Inq. par.* 2. *tit.* 12. *nu.* 186. *& ſeq.*

Ad eundem num. 35. *ante medium.*

Omnium DD. materiam circa numerum teſtium deponentium de fama complectitur Antonius Gobius *conſult. dec.* 146. *nu.* 48. *& ſeqq.*

Ad eundem num. 35. *in fine.*

Teſtes de fama deponentes per verba præſentis temporis, & non præteriti nullatenus probant, Veral. *dec.* 413. *par.* 2. Pen. *dec.* 634. *nu.* 5. *& dec.* 683. *nu.* 6. Ciriac. *cont.* 488. *nu.* 88. rationem aſſignant, quia depoſitiones debent percutere tempus ante accuſationem porrectam, ut ſuprà probavimus, & punctim hæc probat Meli *obſ. forenſ.* 136. *num.* 21. Eſcobar *de purit. par.* 1. *§.* 1. *qu.* 10. *nu.* 9. *&* 10.

AD DECISIONEM XLVII.

Num. 1.

De ſcientia, & participatione homicidii quomodo debeat conſtare, agit Franciſcus Anton. Tranchedinus *conſult.* 74. Andreol. *cont.* 149.

Ad num. 24.

Pro deciſione Peguer. 83. *in fine* obſervo, quòd *in Conſt. unica Cur. anni* 1503. *tit. que los Doctors de la Real. Audiencia*, diſponitur quòd Doctores Regii Concilii non valeant conſulere partibus in cauſis quæ poſſunt ad Regiam Audientiam ſpectare; at quòd poſſint conſilium reddere Judicibus, aut Arbitris cauſarum Eccleſiaſticarum, & talium quæ non ſperantur venire ad deciſionem Regii Concilii.

Hinc licèt Prorex, & Regia Audientia teneatur reſpondere conſultationibus interpoſitis per Regios Officiales, *Conſt. unic. Cur. anni* 1547. *tit. que la Audientia reſponga à las conſultas dels ordinaris*, ſuper quæſtione juris, & dummodò conſultatio dubium probabile contineat, ut declarat Canc. *var.* 3. *cap.* 10. *num.* 81. Xam. *de offic. Judic. par.* 1. *quæſt.* 7. *à nu.* 6. *cum plurib. ſequentibus*, & poſt eum Reg. Cortiada *dec.* 33. *à nu.* 15. *uſq. ad nu.* 25. (ubi remiſſivè tradit praxim reſpondendi hujuſmodi conſultationibus) atverò die 16. Junii 1633. junctis Tribus Aulis fuit deliberatum per Excellentiſſimum Ducem Cardonæ Locumtenentem Generalem hujus Principatus, eſſe reſpondendum conſultationi interpoſitæ per Procuratorem Civitatis Dertuſæ, locum non eſſe, quia in conſultatione fuit facta mentio de intereſſe partis privatæ ratione dubii vertentis circa admiſſionem cujuſdam Doctoris ad Officium Aſſeſſoris cauſarum civilium dictæ Civitatis.

Pariter Regii Senatores non poſſunt ſuſcipere commiſſiones cauſarum Eccleſiaſticarum, vel Baronum ſivè Civiles, ſivè Criminales illæ ſint, neque poſſunt fieri Aſſores Baronum, vel Prælatorum, niſi aliter viſum fuerit Locumtenenti Generali, ſuæ Majeſtatis, aut Gerenti vires generalis Gubernatoris Cathaloniæ Vice Regia procedente, *Conſt Los Doctors* 20. *Cur. ann.* 1547. *tit. de coſas probibidas als oficials*, Xammar *de offic. Judic. par.* 1. *quæſt.* 12. *nu.* 68.

Propterea Conſiliarii Regii ea præcedente licentia vovere poſſunt in cauſis Baronum, ut notat Peg. *d. dec.* 83. *in fine*, & eorum votum in facto contingenti per Aſſeſſores, & Judices Baronum in proceſſu regiſtratur, & illud inſequendo declaratur, ut de meis temporibus vidi practicatum, & adhuc vide infra.

Ad num. 38.

Zuſ. *de legitim. proceſ. crim. lib.* 1. *quæſt.* 66. *n.* 9. *& ſeq.* Conciol. *conſil. crim.* 3. *n.* 1. *& ſeqq.* ubi latè rem conſulendo proſequitur, aſſerens non ſufficere de mandatario conſtare per indicia, & conjecturas, ſed de eo debere conſtare plenè, vel per teſtes, vel per confeſſionem ipſius mandatarii; non autem per illius contumaciam.

Nec obſtare docuit dictam concluſionem in practica non ſervari, ſed ſufficere conſtare de mandatario per præſumptiones, & conjecturas, ut teſtatur Farinac. *in prax. quæſt.* 3. *nu.* 5. quia reſpondit, quod eo admiſſo illa practica non eſt trahenda ad alias Curias, ut dicit Cart. *de execut. ſent. cap. ban. cap.* 1. *num.* 349. & illam habere locum ſcripſit, quando mandans eſt contumax; quando verò eſt præſens, & carceratus, practica non habet locum, ſed ut poſſit procedere contra mandantem, debet plenè de mandatario conſtare, ut declarat Vermigl. *conſil.* 45. *nu.* 2. *& conſil.* 61. *nu.* 2. *& ſeq.*

Ad num. 39.

Rodoerius ad Marinis *reſol. quotid. cap.* 116. *nu.* 6.

AD DECISIONEM XLVIII.

Num. 12.

Hancque prerogativam habent cauſæ criminales; quòd poſſunt teſtes repeti, & reinterrogari non ſolum poſt publicationem, ſed etiam poſt concluſionem in cauſa, Valenzuela Velaſquez *conſil.* 165 *ferè per tot.* ſignanter *num.* 7. *in fine.*

Ad num. 18.

Cavalc. *de brac. Reg. par.* 4. *n.* 240. *&* 273. Guaz. *deſ. reor.* 2. *cap.* 7. *num.* 1. Barboſa *in collect. cap. de bis, de accuſation.* & infinitis relatis Faria ad Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 2. ubi etiam illud admittit, quamvis mitiùs, quàm oportebat, punitus ſit, & *num.* 6. quamvis perperam fecerit Judex contra receptam opinionem, reum diffinitivè abſolvendo.

Ad num. 19.

Licèt captus in obſervantiam remiſſionis, & abolitionis delicti relaxetur liberè, ut fuit etiam obſervatum, ref. doctiſſimo Franciſco de Portell I. R. C. Actuario Riambau in Regia Viſita 1. Junii 1686. in favorem Joſephi N. Attamen gratiatus de delicto remanet diffamatus uti delinquens, Bonif. *de furtis*, §. *quod juri naturali nu.* 39. Conciol. *conſil. crim.* 12. *nu.* 42. *&* 43.

Ad num. 34.

Rodoerius ad Marin. *quot. reſol. cap.* 190. ubi id etiam procedere aſſerit, didiſcitis teſtificatis.

Ad num. 37.

Judicata per colluſionem retractantur jure ordinario, reſtituta lite per actionem de dolo, aut per exceptionem, *l. Et eleganter* 7. §. *ſi dolo* 9. *l. quid enim* 14. *ff. de dolo*, *l. ſi de communi* 19. *ff. ſi ſerv. vind. l. ſi procurator* 8. §. 1. *ff. mandati*, *l. ita demum* 31. *ff. de recep. & qui arbit. l. ſi procurat.* 9. *ff. de doli excep.* Et extra ordinem, ac criminaliter accuſatione ſtellionatus, *l.* 3 §. 1. *in princ. & verſ. Item ſi quis*, *ff. de ſtellion.* juncta *l. ſi fidejuſſor* 29. §. *in omnibus*, *ff. mandati*, aut prævaricationis, *l.* 1. *C. de advocat. diverſ. Judic. l.* 3 §. 1. *ff. de prævaric. l. ſi quis homicidiis* 11. *C. de accuſat. l. ejus* 29. *ver. Planè*, *ff. de jur. Fiſc. l. intra* 10. *ff. de diverſ. & tempor. præſcrip. l.* 1. *Cod. de ſent. adverſ. Fiſc. lib.* 10. juncta *l.* 1. §. *prævaricatorem*, *ff. ad* 5. *C. Turpil.* ut citatis juribus doctè tradit D. Franc. Ramos del Manzano *ad leges Jul. & Pap. lib.* 2. *cap.* 22. *nu.* 7.

Poſt num. 41.

Ratio publica ſuadet contrarium, ut patet ex animadverſis à Carolo Antonio de Roſa *in prax. crim. cap.* 12. *n.* 37. in illis aureis verbis: *Quare ſi poſt ſe ntentiam juridicè prolatam, puta, quis præcedentibus legitimis indiciis crimen agnovit, & ad triremes fuit condemnatus, de innocentia per novos teſtes appareat; Princeps conſulitur, ut eum in libertatem reſtituat, ut in l.* 1. §. *ſi quis ultra*, *ff. de quæſtionibus*, *& in l. Divi Fratres*, *ff. de pœnis*, §. 1. *ibi: Si tamen de ſe quis mentitus fuerit, vel cum non haberet probationum inſtrumenta, quæ poſtea reperit, pœna afflictus ſit: nonnulla extant principalia reſcripta, quibus, vel pœna eorum minuta eſt, vel in integrum reſtitutio conceſſa; ſed id dumtaxat à Principe fieri poteſt.*

Similiter ſi reus eſt abſolutus, vel minus debitè condemnatus, Fiſco à Principe concedenda eſt reſtitutio, quæ pro bono publico omnino admittitur, ut in l. Imperatores, Cod. de re Judic. Reipublicæ enim ſummum bonum eſt

delinquentes condigna pœna punirí, ne ulterius delinquant, & ut alii à malè agendo abſtineantur, & quod in enormibus detecta delicti enormitate, detur in integrum reſtitutio à Principe, tenet idem Sforz. Odd. par. 1. quæſt. 3. art. 13. nu. 87. ver. Ego teneo.

AD DECISIONEM XLIX.

Num. 7.

Nullus eſt amor, qui vincat parentem, ut juribus, ac auctoritatibus illuſtrat Gonzalez Tellez *in lib. 2. decretal. ſuper cap. auferre 2. de præſump. nu. 5.*

Ad eundem num. 7.

Non tamen ſemper auxilians, & opem ferens pœna delicti principalis punitur; interdum namque diverſimodè pro qualitate perſonarum, Farinac. *in prax. quæſt. 131. nu. 44.* ut idem evenit in conſulente, Farinac. *in prax. quæſt. 129. num. 101.* & probat Faria ad Covar. *var. lib. 2. cap. 9. nu. 60.* & antea dixerat *nu. 59.* aſſerens, quod licèt mandans, & mandatarius eadem pœna regulariter puniantur; ſi tamen mandans, & mandatarius ſint diverſæ conditionis, pro perſonarum qualitate variabitur pœna; nam ſi homo liber mandet ſervo, ut delinquat, non eadem pœna afficientur, ſed mandans mitiori, ac propter mandati conditionem augebitur pœna, *l. in ſervorum 10. ff. de pœnis*, & ſic ſi quis mandaverit filio, ut patrem enecet, qualitas mandatarii efficiet, ut mandans parricidii pœna afficiatur, *l. utrum 6. ff. ad leg. Pomp de parricid.* hìc enim delictum ſe ipſum auget, ut doctè profitetur Faria loco citato allegans in ea re Farinac. *quæſt. 135. nu. 34.* Carrer. Conrad. & alios.

Ad num. 16.

An ex ſignis complacentiæ ratificatio delicti inferatur, latè agitur apud Conciol. *conſ. crim. 7. num. 46. & ſeqq.* & quando ratificatio induci poſſit.

Ad num. 17.

De indicio fugæ, quòd purgetur per ſpontaneam comparitionem et iamſi fuga eſſet è manibus familiæ capientis, ſcribit Conciol. *conſil. crim. 9. num. 5. & 6.* Franciſc. Ant. Tranched. *conſult. 74. num. 31.* ubi, & *in n. antec.* agit de indicio fugæ, & indicium innocentiæ eſſe qui ſe non latitat, ſciens carceri poſſe mancipari, Giurba *conſ. 13. nu. 13.* Prato *reſp. crim. 23. nu. 81.* & ante *conſil. 16. nu. 82.* Bonden. *vol. 2. colluc. legal. 36. num. 113. cum ſeqq.*

Iterum de indicio fugæ Gonz. Tell. *ſuper decret. lib. 2. tit. 23. de præſum. cap. nullus dubitat 4. num. 2 & 3.* Valenzuela Velaſquez *conſil. 157. nu. 24.* ubi *nu. 26.* aſſerit, quòd conſtat de fuga ex abſentia à loco delicti, & illam etiam probari ex actibus extrinſecis, & conjecturis.

AD DECISIONEM L.

Num. 4.

Multos allegat remiſſivè Romaguera ad Conciol. *in ſtat. Eugubii in addit. lib. 4. rub. 22. n. 26.* Luca *in theat. verit. de matrimon. diſc. 13.* ubi pro conjecturis adulterii ponderat amores, ſalutationes, ſigna, epiſtolas, allocutiones ſecretas de nocte, & allegat Otthob. *dec. 282.*

Ad num. 5.

Valenzuela Velaſquez *conſil. 28. nu. 27.*

Ad num. 12.

Ex oſculis ſolum, niſi junctis adminiculis, non infertur indicium adulterii; quia licèt oſculum, activè, & paſſivè, mas, & uxor aliena invicem ſibi dederint; nihilominus tamen coitus intermitti potuit, vel ex pœnitentia conatus illius, vel ex impedimento, quod intervenit, ut hac, & aliis rationibus, & auctoritatibus defendit, & profitetur verum Gonzalez Tellez *ad lib. 2. decret. cap. 27. de teſtibus, & atteſtat. nu. 3.* ſubdens inhumanum, durum, & rigoroſum eſſe, legis pœnam de adulteriis conſtitutam in eos convertere, quos certò non conſtat verum commiſiſſe adulterium.

Ad num. 13.

Et punctim quòd bona fama in genere probata, non excludat malam famam in ſpecie, probat Valenzuela Velaſquez *conſil. 28. n. 34. & 35.* de hac re Bondenius *vol. 2. colluc. legal. 36. nu. 130.* ubi quando mala fama purgetur ex curſu temporis.

Ad num. 14.

Valenzuela Velaſquez *conſil. 28. nu. 24.*

Ad num. 22.

Ex dolore, & mœrore, vel ex lætitia, & gaudio proveniunt lachrymæ; quia ſunt quoddam commune inter mœrorem, & lætitiam, Rubeus *reſol. practi. de teſtam. cap. 90. nu. 269. & de valid. leg. cap. 56. nu. 21. & ſeqq.* ubi latè de hac lachrymarum differentia agit.

Ad num. 37.

Calvinus *de æquitat. cap. 158. n. 38. & ſeqq.* Conciol. *reſol. crim. ver. minor. reſol. 2. nu. 6. & ad ſtatuta Eugubii lib. 4. rub. 10. nu. 1. cum ſeqq.* ubi *nu. 5.* aſſerit, ſi cum dicto minoris concurrerent conjecturæ, facit dictum minoris quatuordecim annorum in delictis difficilis probationis, & quando aliter veritas haberi non poteſt, indicium ad torturam.

Ad num. 43. in fine.

Solorzan. *de crim. parricid. lib. 2. cap. 12.* latè agit de infanticidio commiſſo in filium non natum, in conceptum tantùm, & de muliere abortum procurante, & de atrocitate horum delictorum, & pœnis.

AD ANNOTATIONES
PARTIS PRIMÆ.

AD DECISIONEM II.

Num. 18.

Otterus *de offic. par. 2. cap. 3. nu. 10. & ſeqq.* Bovadilla *in polit. lib. 5. cap. 3. nu. 124.* Gomez *ad leg. 80. tauri n. 25.* Romaguera ad Conciol. *ſuper ſtatut. Eugubii lib. 1. rub. 16. in addit. num. 8.* apud quos agitur de pœna cuſtodis carcerum, qui rem habuerit cum muliere carcerata, licet meretrice.

AD DECISIONEM IX.

Num. 9.

Quibus modis committatur falſitas tam circa perſonas quàm circa res, & latiſſimè de falſitate ſcripturarum agit Gonzalez Tellez *lib. 5. decretal. tit. 20. de crim. falſi cap. ad Audientiam 3. nu. 5.*

Ita corpus delicti in falſitate, cujus remanent veſtigia, debere probari, dixit Senatus ref. Magnifico Joſepho Aleny tunc I. R. C. die 9. Julii 1659. contra Cejidonium N. Villæ Cardonæ.

AD DECISIONEM XIX.

Ad num. 54.

De hac re latè agit Bondenius *vol. 2. colluct. leg. 15. ferè per tot. & in fine* tradit judicatum fuiſſe minorem excedentem ætatem quatuordecim annorum, ſemota naturalis mortis pœna ordinaria per decennium, ad triremes Pontificias fuiſſe tranſmiſſum, & ſupponit in facto inquiſitum de ſacrilegio alia furta commiſiſſe, & eſſe Nobilem.

Ad num. 58.

Et probat Bondenius *vol. 2. colluc. leg. 15. & in fine* tradit judicatum.

Ad num. 71.

Luca *de regalibus diſc. 124. ſub nu. 2.* & quòd ſolus Princeps in ſignum ſupremæ juriſdictionis tantùm cognoſcat de crimine falſæ monetæ, docet Prato *reſponſ. crim. 40. num. 38.* diximus *dec. 53. num. 6. cum ſeqq. par. 2.*

ADDI-

ADDITIONES
AD SECUNDAM PARTEM
DECISIONUM.

AD DECISIONEM XCVI.

Num. 30. *verſ. In Recurſibus.*

HÆC erat praxis quæ obſervabatur in vim Decreti antiqui; atverò ſupervenit aliud Regium Decretum (ex illo obtenta fuit nova praxis) ut ibi:

La Reyna Governadora.

Spectable Duque de San German, mi Lugartiniente, y Capitan General; haſe viſto el papel que os dieron los Miniſtros de las Tres Salas de eſſa mi Real Audiencia, y remitis con vueſtra carta de 18. de Mayo paſſado, en reſpueſta de otra mia de 6. Febrero antecedente ſobre lo que me han repreſentado los Viſitadores de la Diputacion, y Generalidad de eſſe Principado en orden à los daños que ſe le ſiguen de no executarſe las condenaciones de la Viſita, paraque recobre, y ſe le pague lo que ſe le deve, y defrauda, y que reſpeto de eſtar diſpueſto por el capitulo primero de las Cortes del año 1599. que de los condenados en la Viſita no admita la Real Audiencia recurſos, ni apellaciones, ſino es en caſo de notoria iniuſticia, y nullidad; fuè ſervido el Rey mi Señor (que Santa gloria oya) con ſu Real carta de 14. de Abril de 1660. mandar ſe obſervaſe aſſi, y que de no executarſe lo diſpueſto por dicha Real orden, ſe ſiguen grandes daños à la Generalidad, que gaſta nueve mil eſcudos en la Viſita, y importa lo que le deven los Arrendadores, y demas Oficiales, ſetecientas y ſetenta, y quatro mil, trecientas, y ſecenta y ſeis libras, ſin otras muchas mas cantidades atraſadas que no cobra, por no aver dado cumplimiento à dichas ſentencias; ſuplicandome por dichos motivos ſea ſervida de mandar que ſe obſerve dicha Real orden, y que ſi los ſugetos à quin la Viſita ordenare recurrieren à la Real Audiencia, tengan obligacion de ſacar à ſu coſta dentro de diez dias deſde el de la notificacion de dichas ſentencias, copias autenticas de los proceſſos que ſe huvieren hecho en el Tribunal de la Viſita, y que dentro dicho termino depoſiten los ſalarios; y que aſſi meſmo le mande à dicha Real Audiencia, que dentro de veinte dias immediatamente ſiguientes declare las cauſas de dichos recurſos, y que dichos diez y veinte dias reſpectivè ſean tan perentorios que por ningun titulo, cauſa, ni razon ſe puedan prorogar, ni dilatar dichas declaraciones, y que no haziendolo queden en ſu fuerça, y valor las ſentencias de la Viſita, y que los Viſitadores paſſen à delante en las executiones, como ſi tales recurſos no ſe huvieſſen hecho. Y haviendo ſe viſto en eſte mi Conſejo Supremo todo lo referido, he reſuelto encargar, y mandaros (como lo ago) agais ſe obſerve la referida orden del año 1660. pues es conforme à lo diſpueſto por el capitulo primero de las Cortes del año 1599. y en ſu execucion ordeneis à eſſa mi Real Audiencia, que ſi los Sugetos à quien la Viſita ordenare, recurrieren à ella, no admita los recurſos, ni apellaciones, ſino es en caſo de notoria injuſticia, y nullidad, y ſi fueren admitidos, tengan obligacion de ſacar los condenados à ſu coſta dentro de diez dias las copias autenticas de los proceſſos que ſe huvieren hecho en el dicho Tribunal de la Viſita, y que depoſiten en el miſmo tiempo los ſalarios, y que aſſi miſmo dentro de veinte immediatamente ſiguientes declare las cauſas de dichos recurſos, y que no haziendolo, queden en ſu fuerça, y valor las ſentencias de la Viſita, y paſſen los Viſitadores à la execucion dellas, como ſi tales recurſos no ſe huvieſſen hecho, paraque aſſi pueda la Generalidad cobrar lo que ſe le deviere, y tengan execucion las ſentencias de Viſita. Y haveis que eſta mi Real orden ſe regiſtre en el libro de las acordadas, paraque aia noticia de ella. Dat. en Madrid à 3. de Iunio 1675.

Yo la Reyna.

Ut. Don Melch. de Navarro Vicecancellarius.

Don Franciſcus Izquierdo de Barbegal Secretarius.

Ut. D. Petrus Vilacampa Reg.
Ut. Don Joſephus de Boxadòs Reg.
Ut. Don Michael de Calba.
Ut. D. Laurentius Matthæu Reg.

Statuit ergo ſua Maieſtas in relato Regio reſcripto, quòd ſi condemnati à Viſitatoribus Generalis Cathaloniæ recurrant ad Regiam Audientiam, non admittantur recurſus, nec appellationes, niſi in caſu notoriæ iniuſtitiæ, vel nullitatis, & ſi fuerint admiſſi, teneantur condemnati proprijs expenſis intra decem dies extrahere copias authenticas proceſſuum, & intra eoſdem decem dies deponere ſalaria; & pariter intra viginti dies immediate ſequentes debeant cauſæ recurſuum declarari; aliàs recurſus pro non interpoſitis habeantur. Vnde condemnatus, qui recurrere ad Regiam Audientiam prætendit ſupplicationem porriget Regiæ Audientiæ cum inſertione ſententiæ condemnatoriæ; & fit decretatio *Magnificus N. recognoſcat ſupplicata, & verbum faciat. Proviſa, &c.* Si ex narratis in ſupplicatione, & contentis in ſententia Viſitatorum evidenter appareat de illius notoria iniuſtitia, vel nullitate, tunc continuatur decretatio, evocando cauſam, vt ibi: *Evocata cauſa, committatur, &c.* Et fit proviſio ſequens.

Recepta d. d. & anno, facto verbo in Regia Audientia, providet, quòd inſerantur producta, & intimetur Viſitatoribus Deputationis Generalis Cathaloniæ, ad dicendum intra ſex dies, cur dictus recurſus admitti non debeat, & quod interim nihil innovent. N.

Cuius proviſionis vigore expeditur cartellum, & ex tunc (cenſeo) currunt decem dies recurrentibus ad reportandum copiam authenticam proceſſus, qui intra eoſdem decem dies tenentur deponere ſalarium, & intra alios vinginti dies immediatè ſequentes tenetur Regia Audientia recurſum declarare, etiam in diebus feriatis, cum verſemur in caſu iuriſdictionis tempore perituræ, prout evenit in recurſu interpoſito per Aſſeſſores Generalis Cathaloniæ die 12. Iulii 1675. in quo viginti dies terminabant, die 1. Auguſti eiuſdem anni, & in eo die fuit in dicto recurſu pronuntiatum, referente Magnifico Raphaele Nabona Regiæ Audientiæ Doctore, in actis Oriol & Marcer ſub hac forma.

Attento licèt cum ſententia lata per Viſitatores Generalis Cathaloniæ 22. Maii 1675. ſuper querela nu. 77 conſtet Didacum Figuerola I. V. D. Advocatum Fiſcalem Generalis Cathaloniæ, Franciſcum Campderos I. V. D in dicto officio ſubrogatum, & Petrum Cardona I. V. D. in Officio Syndici dicti Generalis ſubrogatum, qui fuerunt in triennio 1671. condemnatos fuiſſe, nempe dictos Figuerola, & Campderos ſimul, & in ſolidum ad dandum, & ſolvendum Generali Cathaloniæ quinquaginta libras, ita ut uno ſolvente, alter libertur, dictumque Petrum Cardona ad dandum, & ſolvendum Generali Cathaloniæ vigintiquinque libras, ex eo quod non inſtarunt liquidationem quantitatum per Generale conſumptarum ante declarationem cauſæ contrafactionis apprehenſionis

rega-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

regalium de octo à Triremi Genuensi, vulgò la Patrona de Genova, *quæ reperiebatur in portu, sivè plagia Maris præsentis Civitatis Barcinonæ, gubernata per Capitaneum Hippolytum Gallo; separatim à liquidatione damnorum instata pro parte dicti Hippolyti Gallo, sed simul cum eisdem supplicatione, & articulis pro parte dicti Syndici Generalis, & Hippolyti Gallo oblatis, differendo ita recuperationem dictarum quantitatum, plusquam si separatim liquidatæ essent, quæ Generali pertinere possent, quandoquidem ita experientia docuit, ut latius in dicta sententia continetur, cujus fuit provisum decretum executionis die 3. Junii 1675. à quibus quidem sententia, & exequutionis decreto fuit recursus interpositus per dictos Figuerola, Campderos, & Cardona.*

Quia tamen non constat dictos Figuerola, Campderos, & Cardona ad prædicta in dicta querela contra illos deducta teneri, imò licere cuique eligere unum ex duobus mediis, quando per unumquodque licitè potest finis consequi; quamvis postea contingat aliud facilius, cum ex futuro contingenti non fiat illatio; neque constat de dolo, fraude, seu machinatione aliqua dictorum Figuerola, Campderos, & Cardona in prædictis. Ex quibus liquet, prædictas sententiam, & provisionem decreti executionis nullas, & injustas fuisse, & esse, nullitate notoria.

His igitur, & aliis meritis processus attentis, & aliàs sua Excellentia conclusionem in Regia Audientia factam insequendo, sententiat, pronuntiat, & declarat dicto recursui interposito per dictos Didacum Figuerola, Franciscum Campderos, & Petrum Cardona I.V. Doctores locum fore, & esse; & dictas sententiam, & provisionem decreti executionis cum omnibus inde sequutis, declarandas fore, & esse nullas, & injustas nullitate, & injustitia notoria; prout cum præsenti declarat, & consequenter Fisci Procuratori Visitæ Generalis Cathaloniæ super dicta querela num. 77. & petitionibus in ea factis silentium imponendum fore, & esse; prout cum præsenti imponit; & dictos Figuerola, Campderos, & Cardona ab eisdem absolvendos fore, & esse; prout cum præsenti absolvit, & neutram partem in expensis condemnat, sed pro bistractis solitam executionem sua Excellentia fieri mandat.

Ut. Nabona.

In primis observatur pro his recursuum causis, quòd si ex inspectione sententiæ Visitatorum non demonstretur notoria iniustitia, vel nullitas sententiæ, & apparet Dominis Senatoribus, quòd illa discerni potest ex actis in processu, tunc illicò verbo iniungitur parti extrahat copiam authenticam processus, & sine aliqua deductione, & provisione, Senatori eam extrai udicialiter tradit, qua in Regia Audientia inspecta, decernitur an admittendus, vel repellendus veniat recursus interpositus.

Secundò, quando repellitur recursus, nulla fit provisio, sed verbo recurrenti, seu eius Procuratori refertur deliberatio Regiæ Audientiæ, & eidem supplicatio, & cætera documenta exhibita restituuntur, prout observatur in recursibus gratiæ interpositis à sententia criminali.

Tertiò, quia rescripto Regio non præfigitur Regiæ Audientiæ tempus pro admittendis recursibus, infertur inde, ut decem, & viginti dies respectivè in Regio decreto præfixi incipiant à die admissionis recursus, qui admissus intelligitur ex tunc, quo per Relatorem fit prima provisio, de qua suprà, ut ibi; *Recepta d. d. & anno, facto verbo, &c.* Nam multoties evenit ob difficultatem contingentiæ, non statim post porrectam primam supplicationem fuisse admissos recursus, sed post multos dies; & tamen non ideo pro non appositis recursus fuerant habiti, quia parti non est imputandum, quæ debitas diligentias exhibuerit pro admittendo sibi recursu.

Tandem in hac re habetur, quòd per partem recurrentem offertur supplicatio, qua exhibetur copia authentica processus, petendo ad sententiam assignari cum sequentium continuatione, cui (post decretationem) fit provisio *inserantur, &c.* & assignationis ad sententiam *cum sequentium continuatione*, postea subsequitur sententia ea forma, qua suprà recitatur.

FINIS.

INDEX

UAB Biblioteca de Ciències Socials

INDEX
RERUM, ET VERBORUM MEMORABILIUM;
Quæ in hac Secunda Parte Decisionum continentur.

A

ABSENTIA.

ABSENTIA Judicis competentis tribuit jurisdictionem incompetenti, decis. 81. num. 78.

ABSURDUM.

Absurdum in jure sequeretur, si admitterentur duella, & bella particularia, dec.86. n.7.

ACADEMIA.

Academia Salmantina visitatur à Visitatoribus à Domino nostro Rege nominatis, remissivè dec.89. nu.2.

ACCELERATIO.

Acceleratio expediens est, quando Judices timere possunt favorem, metum, aut alia insolita, dec.97. nu.47.

ACCESSUS.

Accessus urbanitatis, quos Visitator syndicandis præstare tenetur, remissivè dec.90. nu.43. Exemplificatur ibidem usque ad num.49.

ACCUSANTES.

Accusantes sunt sagittæ, qui collimant visitandos, qui sunt signum, dec.90. nu.4.

Accusationum differentiæ, dec.90. nu.5.

Sententia lata contra accusatorem non nocet novo accusatori ignoranti, quod in Cathalonia non observatur, decis. 75. num. 13.

ACCUSATUS.

Accusatus, seu inquisitus de aliquo crimine, pendente accusatione, vel inquisitione, non debet ad novos honores, seu officia promoveri, dec.70. nu.8.

Ampliatur, pendente appellatione à sententia absolutoria, ubi declaratur, an assequutio novi honoris convalescat per sententiam absolutoriam supervenientem, ibid. nu.9.

Accusatus tunc dicitur reus, quando ejus nomen inter alios reos est receptum, dec.70. nu.8.

Accusatus ad honores promovetur, si constet accusationem proponi per fraudem, vel calumniam, dec.70. nu.22.

Non statim quo quis est accusatus, vel inquisitus, præsumitur culpabilis, dec.70. nu.30.

ACTIO.

Actione injuriarum non tenetur, qui meretricem ad turpia solicitaverit, nec ob attentatum dedecus matronæ repertæ in meretricia veste, aut ancillari, quod declaratur dec. 57. n. 52.

Actio non competit, quando fœmina post commissum in eam stuprum, venalem formam passim exhibuerit meretricio more, propter animum corruptum, dec.57. nu.54.

n furto duplex oritur actio, Criminalis ad vindictam, & Civilis ad recuperandam rem furatam, & quando una alteri sit præjudicialis, declaratur decis.67. num.11.

Actio furti non datur patri contra filium furem, etsi rem patri surripiat, decis.68. num.1.

Actio rerum amotarum datur marito contra uxorem, illius bona furantem, decis.68. num.11.

Actio furti datur marito contra uxorem illius res contrectantem post divortium, decis.69. num.12.

Actio Civilis quando præjudicet Criminali, & è contra, & quando possint cumulari, remissivè decis.89. nu.26.

Actione famosa, ultra interesse partis, coercenda sunt delicta coemptionis, & doli in Judice decis.94. nu.1.

Actione furti tenetur opem filio, servo, vel uxori ferens ad faciendum furtum patri, domino, vel marito, decis.68. nu.21. Decisio Senatus ibid. num.22.

Actione injuriarum non tenetur qui volens percutere servum, percussit hominem liberum ex errore, decis.64. nu.10.

Stante Judicis Præcepto turbatori injuncto, ne possessionem impediat, in casu contraventionis, locus erit actioni criminali, decis.72. num.7.

ACTOR.

Actori defertur juramentum suppletorium in causis Civilibus magnis, & arduis, si probatio fuerit pluſquam semiplenè, & non alias; secus, in Criminalibus, quandò agitur de pœna corporali etiam levi, & quid si agatur de pœna pecuniaria, decis.67. numer.13.

In quolibet actu inseparabiliter inest voluntas potestati, dec.65. numer.6.

ACTUARIUS.

Actuariis iniungitur pœna privationis officii recusantibus præsentare requisitiones officialibus majoribus, decis.97. nu.41.

ADITIO HÆREDITATIS.

Adita hæreditate definit esse hæreditas, & in patrimonium hæredis transfunditur, decis.68. num.17.

Per aditionem evacuatur hæreditas à qualitatibus personæ, ac dominatricis, ei dum jacebat adiunctis, decis.68. num.17.

Heres adiens hæreditatem ab instanti mortis successisse creditur, & dominium sine interruptione continuasse videtur, dec.68. n.18.

ADMINISTRATIO.

Pendente processu contra aliquem pro mala administratione officii publici, quod gesserat, spirare non potest ad aliud, vel simile decis.70. num.14.

Pater consentiens, filium onus domus portare, & mercare, tenetur de contractibus filii, circa domus administrationem, decis.75. numer.5.

Ad administrationem rectam Principatus, Magistratus sunt necessarii, decis.93. num.1.

ADMINISTRATOR.

Administratori cui est promissa à reddendis rationibus liberatio pro futura administratione, intelligitur, ut non teneatur de anxia, & stricta rationum redditione, benè verò de dolosa teneatur, prout remitti etiam potest dolus præteritus, decis.91. numer. 21.

Administratores in rebus publicis, quam diligentiam præstare teneantur, decis.96. num.28.

ADULTERIUM.

Adulterium probatur per testes singulares, decis.57. nu.30.

In muliere nupta coitus est punibilis, & in ea potest maritus adulterium vindicare, decis.57. num.81.

Pœnæ adulterii traduntur remissivè, decis.57. nu.89.

ADVOCATUS.

Repelluntur à judicando pater, vel socer, in quibus filius, vel gener sunt Advocati, decis.69. num.22.

Non potest quis esse Judex illius partis, cujus antea erat Advocatus tempore introductionis causæ, juxta Constit. 9. tit. *de recusatis*, decis.69. num.23.

De Advocatis ad milites militiæ armatæ valet argumentum, & è contra, decis.76. num.6. & 7.

Advocatorum viduæ, durante viduitate, gaudent omnibus immunitatibus, quibus gaudebant in vita viri, & sunt de ipsorum foro, & domicilio, decis.76. num.8.

Melior est conditio Advocatorum, quàm medicorum, & ratio assignatur, decis.76. num.20.

Advocati non solum acquirunt nobilitatem, perindè, ac qui in castris militant, sed etiam dignitatem quandam habere existimantur, decis.76. num.20.

Advocatus Fisci tenetur intervenire in omnibus causis fiscalibus, in quibus agitur de interesse Fisci, decis.77. num.10.

Apud nos ex speciali jure Fisci Advocati, qui sunt de Regio Concilio tam in Civilibus, in quibus agitur de interesse Fisci, quàm in Criminalibus suum proferunt votum, dec. 77. n. 11.

Prohibetur Fisci Procuratoribus in Criminalibus, ne contra aliquem agere valeant, nisi de concilio Fisci Advocati Fiscalis, quod declaratur decis.77. num.11.

Advocati an sint petendi à Judice ad informandum, decis. 97. num.51. & 52.

Pro Advocatis, & Procuratoribus Fiscalibus Regiarum Curiarum hujus Principatus est constitutum, ut non possint patrocinare in favorem reorum, nec aliarum personarum, quæ fuerint captæ, vel arrestatæ, nec extra eorum solitum salarium accipere directè, vel indirectè per se, vel interpositas personas salaria, pecunias, vel donaria, sub pœnis positis in Constit. tit. *de Advocats, y Procuradors Fiscals*, quæ ad hæc expen-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

expenditur, decis. 98. numer. 35.
Sed per hanc Constitutionem nihil innovatur, quoad esculenta, & poculenta, ibid. num. 36.

AGGRESSOR, & AGGRESSUS.
Impunè licet aggressorem occidere ad sui defensionem, decis. 65. num. 2.
Clericis adeò est licitum homicidium ad sui defensionem, ut aggressi in actu missæ possint aggressorem occidere, & postea missam prosequi, decis. 65. num. 8.
Aggressus an teneatur fugere cum personæ periculo, decis. 65. num. 23.
Aggressus an possit aggressorem contra se venientem invadere, agitur, decis. 65. num. 22. 23. & 24.
Licet aggresso aggressorem occidere absque incursu pœnæ, vel irregularitatis, casu quo fugiendo se exponeret probabiliter periculo vitæ ex insequutione aggressoris, decis. 65. num. 24.
Casu quo aggressus fuga saluti suæ rectè consulere potest, si occidat aggressorem pro excessu, punitur pœna extraordinaria, quod exemplificatur, decis. 65. num. 25.
Ut impunis evadat occidens aggressorem ad sui defensionem, requiritur, quòd aggressus sit constitutus in discrimine vitæ, decis. 65. num. 27.
Armis est resistendum ei, qui cum armis aggreditur, decis. 65. num. 29.
Pugno est depellendus, qui cum pugno aggreditur, decis. 65. num. 30.
Pugno aggressus non poterit baculo se defendere, nec cum baculo percussus potest ensem adhibere, decis. 65. num. 31. & declaratur 33. 34. & 35.
Aggressus pugno si baculo percutiat ex improvisa aggressione turbatus, illa percussio provenit ex instinctu naturali defensionis absque deliberatione, & proinde absque peccato mortali, decis. 65. num. 34.
Qualitas aggressionis quando per testes formales probari non potest, probatur præsumptionibus, & conjecturis, decis. 65. num. 47.
Aggressor præsumitur, qui passus est aliquam injuriam, & sic habet causam vindicandi, decis. 65. num. 48.
Aggressor etiam præsumitur qui armatus accedit ad locum rixæ; nec non ex armis insidiosis talis præsumitur, decis. 65. num. 49.
Aggressor præsumitur validior, & fortior suo adversario, decis. 65. num. 50. Idem dicitur de rixari solito, ibid. num. 51.
Aggressor præsumitur, qui fugientem, vel auxilium implorantem sequitur, decis. 65. num. 52.
Ex loco rixæ probatur an sit aggressor, nec ne, ibid. num. 52.
Aggressor quoque præsumitur, qui mortuus, vel magis vulneratus reperitur, decis. 65. num. 53.
Contrarium tenent DD. qui citantur, ibid. num. 54.
Sed ad arbitrium Judicis committi resolvitur, ibid. num. 55.
Præsumitur aggressor ex eventu, qui explicatur, decis. 65. num. 56. ac etiam ex acclamatione insultatu, ibid. num. 57. pariterque ex fama, ibid. num. 58. & tandem ex fuga; nam aggressor præsumitur is, qui fugit, & insultatus is, qui sponte comparet, decis. 65. num. 59.
Conjecturæ ad præsumendum aggressorem, admittunt conjecturas in contrarium, & in concursu præsumptionum plures vincunt pauciores, & majores prævalent minoribus, decis. 65. num. 60.
Et quando sunt æquales numero, & gravitate, semper sunt præferendæ, quæ militant in favorem rei, decis. 65. n. 61. Decisio, decis. 65. num. 62.
Mediator corrixantium, qui aggressorem culpabilem percussit, & ex ejus percussione decessit, non tenetur pœna mortis, ubi assignantur rationes, decis. 65. num. 74.
Occurrens fratri, & rixantem cum fratre, occidens putans, eum fuisse aggressorem, cùm fuisset insultatus non punitur de homicidio, decis. 65. num. 92.
Respondetur obiectionibus, decis. 65. num. 93. & 94.
Decisio Senatus, ibid. num. 101.

AGRIMENSORES.
Prætoris, vel Præsidis fuit cognoscere de finibus regendis per agrimensores, decis. 77. num. 1.

ALIMENTA.
De taxatione alimentorum in sequestro puellarum, decis. 71. num. 50. & 52. cum Senatus decisione.

ALLEGATIONES JURIS.
Allegationes juris non sunt necessariæ, sed solùm serviunt pro instructione Judicis, & pro levandis ejus occupationibus, decis. 97. num. 49.

ALTIOR.
Altior superba securitate non confidat; nam quid manè, quid vesper ferat, incertum est, decis. 90. num. 48.

AMASIA.
Amasia bannitum receptans, punitur mitiori pœna, decis. 60. num. 46.
Amasia bannitum tolleratum receptans punitur pœna minori, & quid quando est particeps sceleris, decis. 60. num. 46.

AMICUS.
Amicus pro defensione amici consocii, seu alterius secum deambulantis potest insultantem offendere, decis. 65. num. 68. & 69. cum Senatus decisione.
Quæ procedunt, sive insultatus clamet, & petat auxilium, sive non; nam vim passus, si per se non potest oppressioni resistere, licitè poterit ad eam propulsandam convocare servos, amicos, familiares, & extraneos, ad sui, & suorum defensionem, decis. 65. num. 70.

ANIMADVERSIO.
Animadversio circa personas est, vel circa accusantes, vel circa visitandos, decis. 9. num. 3.

ANIMAL.
Omne animal, natura duce, ad conservandum se, & speciem suam impellitur, decis. 65. num. 1.

ANIMUS.
Animus, & propositum distinguunt maleficia, decis. 72. nu. 16.
Animi vitium tantò conspectius in se crimen habet, quantò major, qui peccat, habetur; quod illustratur, decis. 91. num. 4.

ANNONA.
Lucrandi appetitus frequentiùs experitur in vexantibus annonam decis. 55. num. 6.
Sub nomine annonæ quæ comprehendantur, decis. 55. n. 7.
Dardanariis proximi sunt annonam fraudantes, & qua pœna puniantur annonam attentantes, decis. 55. num. 46.

ANTIQUI.
Antiqui habebant facultatem nominandi Reges, & qui in Castella, Aragonia, & in hoc Principatu fuerint electi, decis. 84. num. 19.

APPELLATIO, & APPELLARE.
Non appellabatur antiquitùs in Cathalonia à sententiis Criminalibus inferiorum, decis. 51. num. 2.
Appellatio de tempore Domini Regis Martini à diffinitivis, & interlocutoriis tormentorum Gerentium vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ admittebatur, decis. 51. num. 2. Limita, ibidem num. 2.
Appellatio non datur à Principis sententia, benè verò supplicatio, decis. 51. num. 4.
Caput 15. Curiarum anni 1599. loquitur de causis Regii Concilii, quod ad hæc expenditur, decis. 51. num. 3. Non tamen loquitur de appellationibus, sed de supplicationibus à sententiis Criminalibus, vel provisionibus tormentorum prolatis à Regio Criminali Concilio, ibid. num. 4.
Super dicti capitis intelligentia citantur practici, qui de eo tractant, ibid. num. 4.
Appellationi an sit deferendum, cognitio est Judicis à quo decis. 51. num. 5.
Sufficit semiplena probatio delicti ad adimendum criminosis appellationis beneficium, in delictis exceptuatis, in d. c. 15. & quare, decis. 51. num. 14.
A provisionibus tormentorum in eisdem delictis exceptuatis, prohibetur appellatio, decis. 51. num. 16.
Reiiciuntur aserra per Fontanellam, & alios affirmantes requiri plenam probationem delicti exceptuati ut priverur criminosus beneficio appellationis, & quare, decis. 51. num. 18.
Apellatio in notoriis non datur, decis. 51. num. 19. Limita in Cathalonia, ubi nunquam reus condemnatur, juris ordine non servato, quia debet judicari per directum, decis. 51. num. 20.
Allegantur jura nostra idipsum probantia, & confirmantia, decis. 51. num. 21. & 22.
Quando datur complicatio causarum, quarum una est appellabilis, & alia non, prolata sententia super utraque, tota sententia erit appellabilis, decis. 51. num. 23.
Potest tamen Judex seorsum judicare, & tunc non appellabitur à crimine seorsum declarato, si de eo prohibita est appellatio, ibid. num. 23.
Quando sententia in judicio Civili dicatur habere mixturam, ita ut pars appellabilis trahat ad se partem non appellabilem, traditur remissivè, decis. 51. num. 24.
Quando sunt plures condemnati pro uno delicto, & unus appellat, prodest appellatio correis non appellantibus, & quare, decis. 51. num. 25.
Appellatio interposita ab uno ex pluribus insimul condemnatis à decreto torturæ non juvat non appellantes, decis. 51. num. 26.
An appellatio interposita à mandante homicidium prosit mandatario, decis. 51. num. 27.
Appellatio est permissa in omni casu, nisi expresse reperiatur prohibita, decis. 51. num. 28.
Et in dubio deferendum est appellationi, quia est materia favo-

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Biblioteca de Ciències Socials

favorabilis, ibidem numer.28.
Lege Julia de vi publica qui afficit injuria appellantes, bonis cum infamia Fisco delatis, privatur, decis.52. num.1.
Generaliter est verum, quòd in omnibus casibus est permissa appellatio, in quibus de jure non reperitur prohibita, decis.52. n.5.
Appellatio est prohibita in criminalibus Latronibus publicis, & viarum publicarum grassatoribus, decis.52. numer.6. ac etiam furibus juxta d. c. 15. Cur. anni 1599. ibid. num.7. Similiterque plagiariis. ibid. num.8. & 9.
Appellare potest furari attentans, qui si devenit ad actum proximum, furto non sequuto, punitur pœna extraordinaria, cum decis. Senatus, decis.52. num.13.
Appellare non potest homicida insidiosus, aut proditorius, decis.52. num.14. Similiter neque assassinus, quia est homicida proditorius, ibid. nnmer.15. Neque etiam reus criminis læsæ Majestatis, tam in primo, quàm in secundo capite, ibid. nu. 17. nec tandem fabricatores falsæ monetæ, ibidem, nu.18.
Appellare potest vulnerans proditoriè, decis.52. num.16. Similiter radens, tondens, vel diminuens falsam monetam, ibid. num.19. ac etiam expendens falsam monetam, vel fabricans instrumentum ad eam cudendum, ibid. num.20. Quod ultimum limita, si inter eum, & fabricatorem præcesserit tractatus, quòd unus fabricaret, & alter expenderet, ibidem, numer. 20.
Sed in hoc Principatu recurre ad delatum sententiæ Criminalis, in qua, aut criminosus est delatus de fabricatione tantum; aut de fabricatione & tractatu; & nullo casu ex his appellare potest, decis.52. num.21.
Reus nefandi criminis Sodomiæ appellare non potest, decis.52. num.22. ubi remissive de criminis fœditate.
Appellare non potest condemnatus de raptu Virginis, aut mulieris honestæ, si fuerit cognita, decis. 52. numer. 23. Limita ibidem in auxiliatore, consultore, & receptatore, qui appellare possunt.
Datur intelligentia observantiæ Senatus, quàm circa hæc recitat D. Regens Cortiada, decis.52. num.24.
Appellatio non admittitur in crimine violentiæ, super possessione, ex qua neces fuit sequuta, decis.52. numer.25. intellige ut ibid. num.26.
Appellare non potest Officialis condemnatus à proprio Judice, decis.52. num.27.
Appellare potest Officialis condemnatus in Syndicatu, quia non est à proprio Judice, decis.52. num.28. Quemadmodum, & officialis condemnatus per Judices tabulæ, & quare, ibid. num.29. Similiter condemnatus à proprio Judice pro rebus extra officium, ibid. num.31.
In casibus, in quibus est prohibita appellatio, non prohibetur de nullitate dicere, decis.52. num.29.
Appellare possunt Officiales Regii perpetui à sententia Regii Visitatoris ad suam Majestatem, & ad ejus S. R. A. Concilium, quoad effectum devolutivum: & Visitator Regius non potest intervenire, nec vovere, decis.52. num.30.
Appellare non possunt seditionum concitatores, vel Duces factionum, cum decis. Senatus, decis.52. num.32. & 33.
Appellare potest affecta seditionis, nisi seditio sit contra Principem, decis.52. num.34.
In casibus prohibitis appellare, sufficit, quòd reus, vel sit convictus vel confessus, quòd declaratur, decis.52. num.35.
Confessus, & convictus non appellat etiamsi sit convictus per indicia indubitata, quod etiam procedit in delicto attentato, decis.52. num.36.
Limita, ibid. si confessio superveniat post sententiam, vel si sit qualificata cum qualitate minuente delictum ibid. num.36.
Convictus tantum, vel confessus tantum appellare potest, & de Senatus observantia, decis.52. num.27. Decisio Senatus, ibid. numer.38.
Fiscus in Cathalonia non appellat, etiam in Tribunalibus, in quibus votum non habet, decis.52. num.39.
Fiscus in domo Deputationis habens interessentiam, non vovet, & appellat, decis.52 num.40.
Nec pars, quæ cum filio concurrit appellare potest, decis.52. numer.41.
Nec Fiscus potest expressè adhærere appellationi, decis.51. n.42.
Appellatione interposita à reo à tota sententia, fit appellatio communis reo, & Fisco; & sicut potest minui pœna sententia in favorem rei, ita potest augeri in favorem Fisci; nec reo licet appellationi renuntiare, invito Fisco, decis.52. num.43. Et ut augeatur pœna, sufficit petere jus, & justitiam ministrari ibid. num.43.
In Baronum sententijs hoc non practicatur; nam in favorem Fisci in appellationibus communibus non peraugetur pœna, decis.52. num.44.
In Regno Neapolis ex pragmatica, Fiscus non appellat à sententiis absolutoriis; sed si pars appellat ab excessiva condemnatione Fiscus censetur adhærere appellationi, & potest augeri pœna, decis.52. num.45.
Traduntur diversæ decisiones Senatus, in quibus fuit aucta pœna reis, decis.52. num.46.
Alia decisio, in qua fuit diminuta pœna, & passim observatur, decis.52. num.47.
Fiscus in Cathalonia non appellat ab interlocutoriis, decis. 52. num.48.
Quando in sententia inappellabili quis condemnatur in expensis, damnis, vel interesse, non admittitur appellatio, si pars vult retractare sententiam, sed potest appellare ab excessiva damnorum, interesse, vel expensarum taxatione, decis.52. nu.49.
Ab incidenti Civili in causa Criminali, vel mixta licet appellare, ubi Senatus; & remissivè traditur, quandò causa est Criminalis, quando Civilis, & quandò mixta, decis. 52. numer.50.
A repulsa oppositionis dotalis est permissa appellatio uxori, decis.52. num.51.
Sola mixtura, quòd causa sit partim Civilis, & partim Criminalis efficit, quòd appellatio admittatur, ubi exemplum, & quandò dicatur causa Criminalis, decis.52. num.52.
Causa dicitur Criminalis, si quod Fisco venit applicandum stat principaliter, secùs si in consequentiam ejus, quod parti principaliter applicatur, decis.52. num.53.
Appellatio, supplicatio, seu recursus, etiam per viam restitutionis in integrum non admittitur à declaratione dubii, an causa sit Civilis, vel Criminalis, decis.52. num.54.
A provisionibus interlocutoriis factis in causis Criminalibus, in quibus est prohibita appellatio, quarum damnum reparari potest in diffinitiva, est prohibitum appellare, decis.52. num. 55.
A decreto torturæ licet appellare, & revocato decreto, causa manet ad Judicem ad quem, decis.52. num.56.
Fundatur in regula generali, qua traditur, quòd prohibita appellatione in principali, censetur etiam prohibita ab interlocutoriis, quarum damnum reparari potest in diffinitiva, decis.52. num.57.
In Cathalonia non licet appellare ab interlocutoriis, decis.52. num.58. Et fundamenta assignantur ibid. num.59.
A provisione citationis ad fines banni non licèt appellare, decis.52. num.65.
Similiter nec à provisione capturæ ibid. num.66. Pariter neque à provisione facta in exceptione malæ capturæ, traditur decisio Senatus, decis.52. num.67. & 68.
Referuntur alii casus remissivè, in quibus à jure communi prohibita est appellatio, decis.52. num.69.
Appellatio est theriaca contra Judicum venena, & extinguit judicatum, decis.53. num.1.
Litteraliter adducitur cap.16. Cur. anni 1599. decis.53. num.2. Et divisio ejusdem ibid. num.3.
In omnibus causis criminalibus, quæ declarantur in Curiis ordinariis Regiis hujus Principatus, & à provisionibus tormentorum, & à sententiis, minùs in casibus exceptis, potest appellari, mutato Assessore, infra tres dies, decis.53. num.4.
Agitur remissivè de casibus, in quibus prohibita est appellatio reis in Curiis ordinariis inferioribus, decis.53. num.5.
Caput 15. Curiar. anni 1599. quatenus prohibet appellationem, seu supplicationem reis Criminis læsæ Majestatis, à sententiis contra eos latis, non verificatur in Curiis ordinariorum hujus Principatus, quia solus Princeps de dicto crimine cognoscere potest, decis.53. num.6. Traditur decisio Senatus num.7.
Datur intelligentia altæ Senatus decisioni, propedictæ contrariæ, decis.53. num.8.
A provisionibus interlocutoriis, veluti capturæ, & aliis non licèt appellare in Curiis ordinariis Regiis, quod declaratur remissive, decis.53. num.10.
Sed conceditur reo, ut possit recursum coram Superiore per viam oppressionis interponere ibid. num.10.
In Curiis ordinariis Regiis, & Baronum debet appellatio interponi intra dies tres, à puncto publicationis sententiæ, & illius notificationis connumerandos, & eo termino pendente, non est per inferiorem innovandum, etiamsi non appelletur, decis.53. num.11.
Appellatio nequit admitti, omisso medio de jure Civili, decis. 53. numer.12.
Appellationis causa debet terminari ex eiusdem actis, nec possunt admitti novæ defensiones, & si his denegatis, condemnatus fuisset reus in prima instantia, ei est succurendum in appellatione reponendo causam in statu, quo erat ante condemnationem, decis.53. num.13.
Decisio Senatus ibid. num.14.
Appellatio est species defensionis, & provenit ex naturali æquitate, quandò est ad se defendendum, à sententia nulla, & notoriè injusta, decis.53. num.15.
Per pactum potest appellatio renuntiari, & in hoc differt à defensione, decis.53. num.24.
Sententia judicii Procerum Civitatis Barcinonæ non admittit appellationem, decis.53. num.48.
Potest tamen condemnatus in judicio Procerum conqueri Civiliter, vel Criminaliter, & probi homines condemnantur in solidùm ratione injuriæ, vel damni, non autem Vicarius, & Consiliarij, qui ex debito sui officii tenentur sequi votum proborum hominum, decis.53. num.43.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

INDEX

Licèt ad Judicem primitivum spectet cognoscere an sit deferendum appellationi : at postquam detulit appellationi Judicis ad quem officium est cognoscere , an sit appellatio admittenda , decis. 53. num. 50.

Post inhibitionem inferior habet manus ligatas , decis. 53. nu. 51.

In casu quo Judex detulerit appellationi , ad procedendum restitui debet causa à Superiore , sicuti post inhibitionem ei tollenda est inhibitio , ut procedere possit , decis. 53. num. 52.

Judex non potest exequi sententiam post admissam appellationem etiam quando ea non debuit admitti , decis. 53. num. 53.

Si Baro detulerit appellationi interpositæ ad R. A. valida erit ad Senatum appellatio ; nam Baro potest favori suo renuntiare , etsi cum pœniteat , decis. 53. num. 54.

Stante clausula , *sic* , *& in quantum* , non potest inferior , spreta appellatione , procedere ad ulteriora : quia attentat , decis. 53. num. 57. & 58.

Quæ sine dubio procedunt , stante inhibitione , licèt Judex habeat causam commissam , cum clausula , *omni appellatione remota* , decis. 53. num. 59.

Et generaliter in appellationibus frivolis , quibus jus non defert , gesta per inferiorem post inhibitionem sunt attentata , ubi rationes ponderantur , decis. 53. num. 60.

Prohibita appellatione , non est prohibitum dicere de nullitate , vel adire superiorem per viam recursus , decis. 53. num. 61.

Appellatio non admittitur ad Superiorem a denegatione justitiæ nisi Judex inferior fuerit interpellatus , decis. 97. num. 11.

An extractus ad aliquod officium Civitatis Barcinonæ , & suffocatus tanquam inhabilis , possit ad R. A. appellare , an verò causa sit terminanda in domo Civitatis , agitur , decis. 103. num. 6.

Pro affirmativa ponderantur fundamenta , ibid. num. 7. 8. & 9.

Et allegatur decisio Senatus , ibid. num. 10.

Pro negativa manifestantur fundamenta , decis. 103. num. 11. & 12.

Allegantur etiam pro hac opinione decisiones Senatus , & hæc opinio observatur , decis. 103. & num. 13. & 14.

Respondetur argumentis contrariis , decis. 103. n. 15. 16. & 17.

Admittuntur in R. A. secundæ appellationes à suffocationibus , cum Senatus , decis. 103. num. 18.

In generali concessione jurisdictionis non venit appellationum cognitio , decis. 103. num. 19.

Concessis appellationibus , non censentur concessæ , nisi primæ , non verò secundæ , decis. 103. num. 20.

Per appellationem suspenditur pronunciatio , nec adhuc constetur reus absolutus , sicut nec condemnatus , decis. 70. num. 9.

ARAGONIA.

In Regno Aragoniæ non admittuntur duella , decis. 88. num. 8.

ARBOR.

Arbor mala fructus bonos producere non potest , decis. 78. sub num. 8.

ARCHIEPISCOPUS TARRACONÆ.

Rex in Civitate Tarraconæ , & admodum Reverendus in Christo Pater Archiepiscopus ejusdem Civitatis , habent in dicta Civitate jurisdictionem Civilem , & Criminalem , merum & mixtum imperium , & illam exercent pro indiviso , decis. 82. num. 11.

Declaratio Trium Aularum , quod exequeretur sequestratio , occupando temporalitates Archiepiscopi Tarraconæ ob non firmatam ab eo contentionem , decis. 82. num. 46. Et quid urbanitatis causa fuit ab Excellentissimo Locumtenente factum , ibid. num. 47.

ARGUMENTUM.

Argumenta referuntur , quibus fundatur , permissa esse defidamenta , seu duella in hoc Principatu , decis. 86. nu. 1.

Argumentum à contrario sensu in statutis an valeat , remissivè decis. 86. num. 5. Non tamen procedit quando ex illatione aliquid contra juris dispositionem sequeretur , ibid. num. 6.

Argumentum valet de visitatione Ecclesiastica , ad Sæcularem , decis. 90. num. 2. & decis. 95. num. 10.

Argui potest de ratione legis revocatæ ad intelligentiam revocantis , decis. 95. num. 2.

ARMA.

Ad Palatium Principis arma nemo deferre potest , decis. 58. num. 25.

Pœna imposita pro delatione armorum , si prohibitio sit simpliciter probata , non incurritur ex sola delatione , sed requiritur , quòd transgressor cum eis deprehendatur , & capiatur : at si prohibitio se extendat ad eos , qui arma detulerint , gestaverint , retinuerint , vel domi habuerint , sufficit , quòd quis sit convictus arma portasse , vel domi habuisse , decis. 59. num. 16.

Arma , & insignia disposita fuerunt ad agnoscendas familias , decis. 62. num. 31. Et probant identitatem familiæ , decis. 62. num. 32.

Arma habentur loco cognominum , decis. 62. num. 31.

Qui arma , vel insignia tollit , vel usurpat , tenetur crimine falsi , decis. 62. num. 34.

Armis est resistendum ei , qui armis aggreditur decis. 65. num. 29.

Pro æqualitate armorum requirunt paria , vel parum disparia ab offendentis armis , decis. 65. num. 33. & num. 34. & 35.

Veniens contra aliquem cum armis , verosimiliter est præsumendum accedere causa offendendi ; propterea sic accedens à coniuncto , vel extraneo offendi licitè potest , antequam ad realem percussionem deveniat , decis. 65. num. 84.

Armorum terror sufficit , ut homicidium dicatur factum ad necessariam defensionem , quod explicatur , decis. 65. num. 86. & num. 86. 87. 88. & 89.

Delinquens cum armis prohibitis punitur tantùm unica pœna , videlicet , delationis armorum , si hæc sit major , quàm pœna delicti , vel pœna delicti si sit major , quàm delationis armorum , quod declaratur , decis. 65. num. 96.

Si major est pœna delationis armorum , illa aggravatur ex explosione , decis. 65. num. 97.

Delatio armorum est prohibita jure Digestorum , Codicis , Authenticorum , novissimo feudorum , & jure nostro , decis. 80. num. 6.

Forenses ignorantes condemnantur etiam ad pœnas statuti prohibentis delationem armorum , juxta unam opinionem DD. vide in verbo *forenses* .

Forensis portans arma in itinere non continetur sub statuto prohibente portum armorum , decis. 80. num. 10. Decisio Senatus, ibid. num. 11.

Deferens arma cum licentia Superioris , si cum eis delictum committit , puniri an possit pœna delationis armorum explicatur, decis. 80. num. 13.

ARTIFEX.

Quilibet artifex suæ arti debet intendere , non ad aliam se porrigere , decis. 62. num. 1.

Unus artifex non potest sibi assumere signum alterius , decis. 62. num. 3. Quod , & Judex prohibere tenetur , ibid. num. 5. & declaratur num. 6.

Delictum committitur , & Judex punire potest artificem , qui alieno signo utitur , decis. 62. num. 7.

Decisio Senatorum super dubio , ibid. num. 8.

Formalis declaratio ibid. num. 9.

Alia decisio , ibid. num. 10.

Artifex non potest uti signo alterius periti , quamvis habitent in diversis locis , si adest præjudicium periti , decis. 62. n. 41.

Decisio Senatus in facto controverso , ibid. num. 42.

Alia Decisio Senatus , ibid. num. 43.

Alia Senatus Decisio , ibid. num. 44

Quamvis artifices habitent in diversis locis , præjudicium periti artificis non evitatur , quando alter hujus signo utitur , decis. 62. num. 41.

Artificis operæ ejus esse præsumuntur , cujus est sigillum , decis. 62. num. 40.

ASSASSINUS.

Assassinus est homicida proditorius ; & ideò nec appellare potest decis. 52. numer. 15.

ASSECURATIO.

Assecuratio similis est emptioni , & venditioni , per quam qui assecurat , vendit obligationem , quam in se suscepit pretio convento , decis. 54. num. 34.

Sicut in contractu emptionis , venditionis , si inter pretium , & rem venalem est debita proportio , contractus justus est ; ita quando in contractu assecurationis servatur æqualitas inter obligationem , quam assecurans in se suscipit , & inter pretium , quod assecuranti datur , decis. 54. num. 35. & vide in verbo *societas* .

ASSESSORES BAJULIÆ GENERALIS.

In Cathalonia prohibetur DD. R. Audientiæ , Assessoribus Bajuliæ Generalis , aliisque quibuscumque Officialibus Regiis emere bona stabilia , per se , & per interpositas personas , quę venduntur pro exequutione suorum Tribunalium , ex cap. 49. Cur. an. 1599. decis. 99. num. 19. Et loquitur dictum caput de Officialibus perpetuis , cujus dispositio cessat, si emant districtu suorum tribunalium , palàm , & publicè extante justitia in pretio ibid. num. 20. traditur decisum num. 21. & 22.

ASSISTENTIA.

Si in Regio Criminali Concilio constat certum esse possessorem , non procedit ad sequestrationem , sed assistentiam concedit possessori , decis. 71. num. 9.

Si certus sit possessor , ob scandali timorem , solet Regium Criminale Concilium ei concedere manutenentiam , seu assistentiam , licèt inter easdem partes in R. A. pendeat interdictum interim , decis. 72. num. 5.

De officio conceditur assistentia , cum Senatu , decis. 72. num. 6

Quomodo debeat constare de qualitate armorum , seu scandali , ut per Regium Criminale Concilium , possit deveniri ad assistentiam , decis. 72. num. 10. & 11. & cum Senatus ibid. nu. 14.

Ponderatur ad intentum doctrina Postii , decis. 72. num. 13.

Causa super assistentia concessa , an Civilis sit , vel Criminalis deci-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

deciditur cum Regio Senatu, decis 72. num.14.
Respondetur aliæ Senatus decisioni, quæ in his pro objice allegatur, decis.72. num.15. & 16. & num.17.
Super exercitio jurisdictionis notoriæ in facto criminali, super qua non adest controversia, nec pendet lis in R. A. potest R. Criminale Concilium assistentiam concedere, decis.72. num. 18. & 19.
Idem observatur in exequutione Regiorum privilegiorum, non obstante quacumque lite, seu contradictione, nisi apposita sit empara sigillo Regio, decis 72. num.20.
In causa assistentiæ Criminalis conceditur visura, decis.77. n.16.
In casu assistentiæ, si nullum consideratur interesse Fisci, non est necessarius illius interventus, decis.77. num.17.

ATTENTATA.

Si pendente contentione adeat procurator, vel pars. Curiam Ecclesiasticam, & in ea procedat per novam contentionem, vel aliàs, obstat eis litis pendentia, & procedimenta ipsorum, ut attentata revocantur, decis.75. num.21.
Attentata sunt, quæ fiunt pendente contentione, decis.75. numer.21.
Proceditur per attentata etiam, in casu, quo procurator vel pars habuerit notitiam contentionis talem, cum qua sententia adversus eos pareret judicatum, decis.75. num. 25.
Si proceditur per revocationem attentatorum evitabuntur variæ dilationes reorum, quæ in contentionibus procurantur, decis. 75. num.27.

ATROX.

Atrox delictum est resistere officialibus in actu capturæ, seu executionis alicujus provisionis, seu sententiæ, decis.81. numer.54.
Atrox delictum, vide in verbo *delictum*.

AVARITIA.

Detestabilia avaritiæ, enarrantur decis.55. num.1. & 2.

AUCTORES.

Auctores unus post alium sequuntur, velut oves, vel grues, decis.94. num.15.

AUDITOR, ET AUDIENTIA.

In palatijs delinquentes proprium Judicem sortiuntur, & Auditor Generalis exercitus cognoscit de causis famalorum, qui Proregi inserviunt, & omnes qui Regio Palatio serviunt gaudent foro belli, decis.58 num.23.
Audientia Regia Civilis cognoscere tantum potest de causis Civilibus, non verò de Criminalibus. nisi incidenter, decis. 95. numer.16.
Auditores, & Deputati Generalis Cathaloniæ, quando possint præmia licitantibus offerre decis.96. num.23.

AVIANUS I. C.

Avianus I. C. in majorem methodum, leges Gothicas ordinavit, & Codicem Theodosianum composuit, decis.84. nu. 15.

AULA REGIA.

In Sala magna Sacri Concilij Neapolitani absque Præsidis permissu nemo carcerari potest, & de nostra Aula Regia, remissivè decis.58. num.21.

B

BACULUS.

PUgno aggressus non poterit baculo se defendere: nec cum baculo percussus potest ensem adhibere, decis.65. num.31.
Baculus ordinatur ad majorem percussionem, quàm pugnus, decis.65. num.31.

BAJULI.

Vicarij, vel eorum Locumtenentes infra eorum vicarias latas justitiam quærelantibus possunt facere de Bajulis Regijs & eorum Locumtenentibus, Assessoribus, & Judicibus ordinarijs; è contra Bajuli, vel Locumtenentes Regij, de Vicario, & ejus Locumtenentibus, Assessoribus, & Judicibus ordinarijs possunt, & debent, de his quæ Civiliter debent, uti privatæ personæ, facere justitiam, durante officio, & ejus administratione, decis.92. num.17.

BANNITI.

Banniti qui modo huc modo illuc discurrunt per orbem, nec certum domicilium habent assimilantur vagabundis, decis. 56. numer.41.
Pessimi omnium aberrantium sunt Zingari, qui Egyptij, vel Boemi dicuntur, vide infra in verbo *Boemi*.
Pro simplici potu, vel cibo bannitis semel præstito, nemo punitur, si citra dolum id faciat; quemadmodùm nec receptator incurrit pœnas receptantis, nisi ad malum finem, & dolosè bannitos receperit; decis.60. num.6.
Publicatio cum banno regiistrati debet in processu, quia in eo consistit corpus delicti, decis.60. num.15.
Receptator est qui auxilium bannitis præstat ad eorum dispectum, & fugam, vel qui dat notitiam de toto eo, quod per justitiam contra eos decernitur, & tractatur decis.60. num 1.
Expenditur ad hæc Regia pragmatica, quæ est in ordine 1. tit. *de fautores*, in 2. volum Constitutionum ibid. num.2.
Recensentur casus, in quibus præsumitur in receptante, & conversante cum bannitis, scientia banni, remissivè, decis. 60 numer.14.
Excusantur à pœna receptatorum, qui metu, vel vi, bannitos receptant; decis.60. num.40. Ad quod sufficiunt minæ, vel armorum usus, etiamsi arma deferens illis non utatur, ibid. numer.41.
Excusantur abentes animalia in campaneis, si dent victum bannitis, & quid in hoc casu facere debeant, decis.60. num.42.
Excusantur receptantes bannitos, vel dantes illis cibum, vel potum in ruribus, & casalibus parvis, & remissivè de receptante bannitum transeuntem, decis.60. nu.43.
Ecusantur quoque hospes, caupo, & stabularius, & quomodò ibid. num.44. Pariter uxor receptans maritum bannitum ibid. num.45. Pater, mater receptantes filios bannitos, & è contra ibidem num.48. Et etiam receptantes bannitos tolleratos ibid. numer.49.
Amasia bannitum receptas punitur pœna mitiori, & quid quando est particeps sceleris, decis.60. num.46.
Affines, & consanguinei receptantes consanguineum, vel affinem bannitum puniuntur pœna extraordinaria, decis.60. nu. 48. vide reliqua in verbo *Receptatores*.
Pœnæ statutæ contra auxiliantes bannitis non habet locum in auxilio eis præstito per viam judiciariam, decis.60. num.50.

BANNUM.

Bannum regiistrari debet in processu cum publicatione, & quare decis.60. num.15.
Forenses à pœna banni omnino excusantur, quandò ignorantia banni est probabilis, & justa, decis.80. num.9.
In dubio præsumitur ignorantia banni, ad quam excludendam assignatur cautela, decis.80. num.15.

BANDOSITATES.

Bandositates, & bella particularia sub prohibitione *Concilij Tridentini* veniunt comprehensa, non obstante quocumque privilegio, aut consuetudine immemorabili, decis.88. num.2.

BARATTARIA.

Barattaria est nomen barbarum, & quid sit, explicatur decis. 100. numer.3.
Barattariam committit Judex, quando aliquid accipit, ut non facienda faciat, vel facienda omittat, decis.100. num.5.
Judex barattariam quoque committit, quandò pecuniam accipit pro celeri justitia, vel justa sententia proferenda, decis. 100. numer.6.
Barattariam commitens, si civilitèr agatur tenetur pœna arbitraria, decis.100. num.9.
Imò pœna barattariæ si civilitèr agatur, est quadruplum, quia eadem est, ac in delicto concussionis, decis. 100. num.10.ad quod expenditur Constit.18. tit. *de cosas prohibidas als officials*, in qua pro crimine extorsionis ibi expresso imponitur pœna restitutionis extortorum unà cum duplo ibid.num.11.
In delicto barattariæ, si criminalitèr agatur, ultrà recepti restitutionem; condemnatur inquisitus ad pœnam arbitrariam, decis.100. num 15. & 16. quæ pœna extendi potest, usque ad mortem ibid. num.18. Quod intelligitur, si barattariæ delictum est reiterarum ibid. nu.19.
Concussionis crimen est gravius barattaria, decis.100. nu.20.
Scientes barattariam tenentur illam revelare, decis. 100. numer.22.
An delictum barattariæ probetur per proxennetas, vel mediatores, & quid si mediator sit Clericus, vel in dignitate constitutus, agitur decis.100. à num.25. ad num.29.
Affirmant alij in delicto barattariæ, resolutionem pendere à qualitate officialis, & testis mediatoris, ultra quæ concurrere debent indicia, conjecturæ, & præsumptiones ad condemnandum ad pœnam extraordinariam, decis.100. num.30. usque ad numer.35.
Auctor hanc ultimam opinionem sequitur decis. 100. num.36.

BARCINONÆ CIVITAS.

A priscis temporibus consuetum est extra hanc Barcinonæ Civitatem diebus festivis congregari juvenes ex una parte dicta *de la Ribera*, & ex alia parte dicta *los Ollers*: & solent, ut se ad bellandum exerceant ad invicem lapidibus concertare, decis. 66. num.2. Sed hujusmodi ludus in hac Civitate prohibetur sub fustigationis pœna, & alijs pœnis ibid. num.9. ubi decisum traditur.

BARO.

Barones, & Domini terrarum monopolium committunt, & illud iniquum dicitur, decis.54. num.16. & vide in verbo *Monopolium*.
Per officiales Baronis Boemi guidari non valent, decis.56. num. 59. quemadmodum, nec ab illis remitti possunt ibid. num.60.
Si Baro detulerit appellationi interpositæ in Regia Audientia valida erit ad Senatum appellatio, nam Baro potest suo favori renuntiare, etsi postea eum pœniteat, decis.53. num.54.
Baro, sive officialis est Judex competens pro injuria sibi illata prætextu dignitatis, aut officij, secùs si sibi uti privatæ personæ illata fuit: nam tunc superior erit Judex, decis. 69. numer.1.
Baro Judex esse nequit in causa, in qua de suo interesse agitur,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

agitur, nec causam potest alteri delegare, decis. 69. n. 11.
Jurisdictiones, quas Barones in suis Baroniis habent ab ipso Rege fluunt, quapropter si impiè circa jurisdictionis exercitium agant poterit Rex, ut suprema potestas, eos & inferiores dominos jurisdictione abutentes punire, decis. 71. n. 3.
Potest Dominus Rex privilegia tollere Baronibus, qui injustitiam faciunt, vel justitia abutuntur, decis. 71. n. 5.
Tenetur Princeps ex officio vindicare gravamina, & oppressiones Vassalorum sub colore justitiæ à Baronibus eis illata, decis. 71. num. 4.
Quando Barones abutuntur jurisdictione, sequestrantur Baroniæ, & illi revocabiliter privantur jurisdictionibus, sed fructus, & emolumenta rei sequestratæ non auferuntur, decis. 71. num. 6. cum decisione Senatus.
Alia decisio Senatus, ibid. num. 7.
Propter scandalum, quod committunt Barones quando facinorosos homines scienter receptant, eorum jurisdictiones sequestrantur, decis. 71. num. 10.
Quod probatur pluribus Senatus decisionibus, ibi. a n. 11. ad 17.
Contra Barones Ecclesiasticos, in casibus à jure permissis, practicatur sequestratio jurisdictionis, juxta constitutionem 3. tit. de sequestres, y emparas, decis. 71. num. 18.
Regulariter non fit provisio capturæ contra Barones sæculares, quando propter ejus abusus sequestrantur jurisdictiones, decis. 71. num. 20. & 21. cum Senatu.
Sed si Senatui appareat, quòd excessus Baronis ultra sequestrationem majori indigent demonstratione, procedit ad provisionem capturæ, & punitionem delicti, decis. 71. num. 22.
Et quando providetur tale sequestrum sine provisione capturæ, auditur Baro sæcularis extrajudicialiter, decis. 71. num. 22.
Ob desidiam, & negligentiam Officialium Baronis proceditur ad sequestrum jurisdictionis Baronis, decis. 71. num. 23. cum Senatus decisione.
Barones de delictis, & culpis Officialium non tenentur, decis. 71. num. 25. Limita nisi talia delicta forent successiva, ib. n. 26.
Probissimos eligat Officiales Baro, & ejusdem qualitatis eligi debent domestici, decis. 71. num. 27. & num. 28.
Decisio Senatus, ubi fuit sublatum sequestrum jurisdictionis adducitur, decis. 71. num. 29.
Quando Barones malè se gerunt in exercitio suarum jurisdictionum, saltem Civilium, proceditur ad illarum sequestrum, decis. 71. num. 30.
Quod comprobatur decisione Senatus litteraliter transcripta, ibid. num. 31.
Si Barones negligant justitiam facere, delicta non puniendo, proceditur contra eos ad jurisdictionis sequestrationem, decis. 71. num. 32. Decisio Senatus, ibid. num. 33. Similis Senatus decisio, ibid. num. 34.
In Cathalonia ob sævitias sequestratur Baronis jurisdictio, decis. 71. num. 38. ubi Senatus.
Vassallus nimis gravatus à Barone, seu domino potest eximi ab ejus jurisdictione, decis. 71. numer. 39. ubi Senatus decisio, similis Senatus decisio, ibid. num. 40.
Si proposita querela, vel accusatione, non apparet de causis oppositis Baroni, declaratur, sequestro locum non esse, decis. 71. num. 4. ubi Senatus decisio.
Baro procedere potest contra accusantes in eodem processu petens, illos tanquam calumniatores puniri, decis. 71. num. 42.
Barones Ecclesiastici Cathaloniæ jurisdictionem habentes, antequam adipiscantur possessionem Baroniæ, Regi fidelitatem jurare tenentur, & executionales litteras obtinere, itaut criminaliter procedi debeat contra eos, qui his non actis, tradunt possessionem, decis. 82. n. 2.
Baro Ecclesiasticus, quando procedit ut Baro, ab illius procedimentis non recurritur ad Judicem Ecclesiasticum, sed ad Dominum Regem, & ejus Regium Concilium, decis. 82. n. 4.
Barones Ecclesiastici tenentur exercere jurisdictionem eisdem modo, & forma, quibus illam exercent cæteri Baron. s Sæculares, decis. 82. num. 5.
Baro Ecclesiasticus si conveniatur, & contra eum agatur de prærogativis Ecclesiasticis, vel spiritualibus, & non prophanis, causa est tractanda coram Judice Ecclesiastico, decis. 82. nu. 9. & comprobatur num. 10.
Barones nullo in casu Civili, aut Criminali possunt de Regiis Officialibus cognoscere, cum illi sint de familia Domini Regis, & de ejus foro, decis. 82. num. 31.
Baronibus jus visitandi competit, si jurisdictionem omnimodam habeant, & in hoc non possunt se intromittere Regii Visitatores, decis. 91. num. 28.
Baro ut possit deputare Visitatorem in suis locis, standum est consuetudini, decis. 91. num. 29.
Baro in Baronia potest agere contra Officiales Regios, ad emendam damni, decis. 93. num. 16.

BENEFICIUM.

Diffamatus de aliquo crimine non potest ad Beneficia Ecclesiastica admitti, decis. 70. num. 12.
Probatio plena requiritur, quando agitur ad effectum pœnæ formalis privationis beneficii jam obtenti, decis. 70. num. 23. & num. 24.
Decisio Senatus, ibid. num. 25.
Alia Senatus decisio, ibid. num. 26.
Decisio alia, ibid. num. 27.
Alia decisio, ibid. num. 28.
Infamia facti notatus prohibetur adipisci beneficia Ecclesiastica, ea verò quæ possidet non amittit; sed infamia juris, aufert obtenta, desideratur tamen sententia privationis, decis. 70. num. 32.
Valet argumentum de beneficiis Ecclesiasticis, ad officia Sæcularia, decis. 70. num. 41.

BELGII.

Belgii qua pœna puniantur, si duellant, decis. 85. num. 25.

BELLUM.

Bellum Principis auctoritate indictum non est duellum, decis. 85. num. 5.
Bellum si non erat debitè denuntiatum, procedi poterat contra inobservantes per Inquisitionem, & si erant militares per accusationem, cum instantia partis, decis. 87. num. 22.
Bella particularia sub inhibitione *Concilii Tridentini* veniunt comprehensa, decis. 88. num. 2.

BERENGARIUS.

Berengarius Primus Comes Barcinonæ usaticos constituit, decis. 84 num. 22.
Berengarius Nonus Comes Barcinonæ suscepit duellum pro honore Imperatricis Germaniæ, decis. 85. num. 3.

BIRRUARII.

Birruariis licitum est vulnerare delinquentem resistentem, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, decis. 64. num. 30.
Senatus decisio, ibid. num. 32.

BLASPHEMIA.

Blasphemia an sit crimen mixti fori, remissivè decis. 52. num. 69.

BLASPHEMI.

Blasphemi convicti tantùm an appellent, decis. 52. num. 69.

BOEMI.

Pessimi omnium aberrantium sunt Zingari, qui Egyptii, vel Boemi vocantur, idest *Gitanos*, quorum pessimi mores describuntur, decis. 56. num. 55.
Boemi, seu Egyptii puniuntur pœnis statutis in Constitutionibus 1. 2. & 3. tit. *de Bomians*, quæ ad hæc recitantur, decis. 56. num. 57.
Boemi guidari non possunt, decis. 56. num. 58. Nec per Officiales Baronis ibid. num. 59. per quos, nec remitti possunt, ibid. num. 60.
Interpretatur, & expenditur caput 38. Regiarum præconizationum, circa pœnas Boemorum, decis. 56. num. 61.
Forma procedendi ad expellendos Boemos à Principatu, simulque transcribitur Regiæ præconizationes, decis. 56. num. 62. usquè ad finem decisionis.

BONA.

Bona indigni ab eo auferuntur, & Fisco applicantur, dec. 79. n. 8.
Bona interdici possunt meretricibus, quibus tanquam furiosis curator quoque dari potest, decis. 57. num. 51.

BOVES.

Boves, & aliæ res aratoriæ, & destinatæ ad culturam non poterant damnificari, decis. 87. num. 8.

BULLA.

Bulla Sixti Quinti edita 2. Octobris 1586. damnans Societates, in quibus unus socius assecurat capitale, & lucrum alterius, nulla recepta compensatione, litteraliter traditur, decis. 54. num. 16. & declaratur ibid. num. 25.

C

CALOR IRACUNDIÆ.

SE defendens, crsi ex intervallo, & occidens, tenetur tantum pœna extraordinaria, quia eum exculpat calor iracundiæ præcedens, decis. 65. num. 17.
Calor iracundiæ apud nos durare præsumitur per spatium viginti quatuor horarum, decis. 65. num. 18.

CALUMNIANTES, & CALUMNIATORES.

Calumniantium, & detrahentium quæ sint genera decis. 90. n. 6.
Et quibus cognomentis dignoscantur, ibid. num 7. & de eorum pœnis, ibid. num. 9.
Calumniatores tanquam malevoli, & maledicti arcendi sunt à visitatione, & ratio assignatur, decis. 90. num. 11.

CAMBIUM.

Sub cambii genere multipliciter usura contrahitur, decis. 54. num. 89.
Et præcipuè dum cambia sicca celebrantur, hoc est, quando litteræ non fiunt, vel cum effectu non mittuntur ad loca nundinarum, vel transfusio, vel permutatio pecuniarum realiter non fit, & referuntur DD. de hac cambii specie pertractantes, decis. 54. num. 89.
De nostris cambiis idem dicere libet, quod de Valentinis, & in cambiis nostri temporis nihil nisi simulatio, seu fallacia committitur, & assignantur ratio, decis. 54. num. 90.
Conclusio R. C. Criminalis in hac re observanda, litteraliter tra-

traditur decis.54. num.91. aliaque obſervanda, traduntur ibid. num.89. 90. & 91.

CANCELLARIUS.

Cancellarius, Vicecancellarius, Regens Cancellariam, Judices Regiæ Curiæ, Portans Vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, ejuſque Aſſeſſor, per ſe, uxorem, filios, nec aliam interpoſitam perſonam poſſunt accipere ſubornationem, aut donalia à perſona, quam ſciunt litigare in R.A. vel Concilio, ſub pœna privationis officii, inhabilitatis ad alia, & reſtitutionis rei acceptæ in undecuplum, deciſ.98. nu.32.

CANCER.

Jacobus Cancer var.3. cap.12. numer.271. fortiter impugnatur, quoad interpretationem, ſeu intelligentiam Conſtitutionis unicæ tit. de pœna Judic, deciſ.95. num.13.

CAPITULUM.

Non impeditur judicare in cauſa capituli, qui patruum habet capitularem, quandò non agitur de intereſſe capitularis ut ſinguli, deciſ.69. num.21. ubi Senatus Deciſio.

Quando agitur de cauſa capituli, licet filius ſit Advocatus capituli, non impeditur Pater in cauſa, in qua filius non intervenit, judicare, deciſ.69. num. 26.

CAPTURA.

Ad capturam uſurariorum apud nos non proceditur, quin præcedat proviſio capturæ per Relatorem, vel Judicem cauſæ facta, deciſ.54. num.68. & vide in verbo *uſurarii*.

Judex offenſus ratione ſui officii eſt competens ad puniendum offendentem, etiam adverſus Judicem exercentem juriſdictionem, cum clauſula abdicativa, & privativa, ſi ipſe prævenerit in captura delinquentis, deciſ.69. num.2.

Regulariter non fit proviſio capturæ contra Barones Sæculares, quandò propter eorum abuſus ſequeſtrantur juriſdictiones, deciſ.71.num.20. ubi Senatus, & num.21. limita ibid. num.22. & in vide in verbò *Baro*.

Quandò providetur ſequeſtrum ſine proviſione capturæ auditur Baro Sæcularis extrajudicialiter, deciſ.71. num.22.

Contra illos, qui alimenta præſtant eis, qui pacem publicam perturbant, proceditur per proviſionem capturæ, & ſervata forma proceſſuum via ordinaria, deciſ.60. num.9.

Deciſio Senatus ibid.num.10.

Alia Senatus deciſio ibid.num.11.

CAPUT.

Caput 15. Curiar. anni 1047. de tempore D. Regis Martini diſponit à ſententiis diffinitivis, & interlocutoriis tormentorum Gerentium vices Gubernatoris Cathaloniæ, appellationem admitti debere, cum limitatione in eo expreſſa, deciſ.51. nu.2.

Caput 15. Curiar. anni 1599. diſponens, ut à diffinitivis, & proviſionibus tormentorum, exceptis caſibus ibi expreſſis, & aliis à jure communi prohibitis, ſupplicari poſſit, latè expenditur, deciſ.51. num.3.

Eodem capite cavetur à ſententia Principis non dari appellationem, ſed ſupplicationem ibid. num.3.

Pro dicti capitis intelligentia referuntur remiſſivè Practici qui de eo tractant, deciſ.51. num.4.

Caput 16. Curiar. anni 1599. ampliat & declarat præcedens caput 15. Curiar. ejuſdem anni, quatenus diſponit, ut contenta in iſto obſerventur etiam in Curiis ordinariis, tam Vicariorum, quàm aliorum Officialium Regiorum, & quòd ordinarii declarare teneantur cauſam appellationis, mutato Aſſeſſore, qui non intervenit, nec conſuluit in primitiva ſententia, & declaratam habeat executionem, deciſ.53. nu.2. Ubi ad litteram tranſcribitur dictum caput.

Modificatur dictum caput 16. ut non comprehendat Civitates, Villas, & Loca, quæ privilegia habent judicandi per judicium Procerum aut alias; imo ipſis obſerventur privilegia: comprehendat tamen loca Baronum, in cauſis quibus reus condemnatus fuit ad mortem, & non aliis, exceptis caſibus declaratis in d. cap.15. ibid. num.2.

Dividitur iam dictum caput 16. ibid. num.3. & explicatur ibidem num.48. & num.50.

Caput 38. Regiarum præconizationum, quod pœnas Boemis infligendas, interpretatur deciſ.56. num.61.

Caput 5. Curiar. anni 1599. ubi eſt diſpoſita Regia viſitatio Magiſtratuum, & Regiorum Officialium hujus Principatus expenditur, deciſ.91. num.1.

Caput *cum aterni de ſententiis, & re judicata*, quatenus eo cavetur, Judicem Eccleſiaſticum ordinarium, vel delegatum, contra juſtitiam, & conſcientiam propriam judicaſſe videri, quando per odium, favorem præmium, aut præmii expectationem juſtitiam everit, ſuse expenditur, & interpretatur ad intelligentiam Conſtitutionis 6. & 7. tit. *de Officii de Juge*, & unicæ tit. *de la pena del Juge*, deciſ.95. num.10. 11. & 12.

CAROLUS MAGNUS.

Carolus Magnus in hoc Principatu priſcis temporibus, quibus Antiqui habebant facultatem nominandi Regem, fuit in Principem electus deciſ.84. num.19. Et in hac ætate Caroli Magni, noſtri alienigenas non ſuſceperunt leges: nam illius poteſtati non ſe ſubdiderunt, debellatione coacti, ſed libera, & prompta voluntate, deciſ.84.num.20.

Recitatur locus Zuritæ *lib. 1. Annal. cap. 6.* id ipſum expreſſius probans, deciſ. 84 numer. 21.

CARCER.

Carceri cuſtos quando eſt in dolo, vel fraudè plectendus eſt eadem pœna, qua reus, qui aufugit, & ſi reus capitali non tenebatur, cuſtos carceris extraordinaria Judicis arbitrio puniti *is* ſi in culpa pœna mitiori, deciſ.96. num.10. Deciſio Senatus ib. numer.11.

CARCERATI.

Carcerati non poſſunt appellare à proviſione capturæ, uti mere interlocutoria; ſed poſſunt coram Judice cauſæ proponere exceptionem malæ capturæ, deciſ.52. num.66.

Et a proviſione facta ſuper tali exceptione non licet carcerato appellare, ſeu ſupplicare, ibid. num.67. & ſi de facto appellat, ſeu ſupplicat ſignatur ſupplicatio Cruce Sanctæ Eulaliæ ibid. num.68. cum deciſione Senatus.

Carcerati non habent vocem activam, nec paſſivam in electionibus Univerſitatum, deciſ.70. num.3.

Eximere qui tentavit carceratos à carceribus Epiſcopalibus fuit condemnatus per R.C. Criminale ad triremes per quinquennium, deciſ.74. num.9.

CARNISPRIVIUM.

Saltationes tempore carniſprivii, & larvæ, vulgò *Maſcaras*, jam ſunt depulſæ deciſ.74. num.38. & num.39. ubi ad litteram traditur Regium reſcriptum, illas prohiberi mandans & alia prohibitionem probantia allegantur ibid. uſque ad deciſionis calcem.

CARTA DEFIDAMENTI.

Cartha defidamenti quem terminum continere debeat in Poteſtatibus, in Vicecomitatibus, Candoribus, & hominibus de Paratico, deciſ.87. num.1.

Cartha defidamenti notificata, poterat defidatus firmare jus, & de jure, coram judice competenti, ut defidens deſiſteret, aut revocaret duellum, quæ firma juris fieri debebat, tam pro pace, & tregua, quàm pro batalia, cum pignoribus tenentibus, deciſ.87. num.3.

CASUS.

An ſi culpa præcedat caſum, alias non eventurum, culpoſus teneatur de caſu, reſolvitur, deciſ.64. num.6.

Si agatur de animalibus ad certum uſum deſtinatis, pactum ſuſceptionis periculi per conductorem eſt rationabile: dummodo æſtimatio periculi, quod evenire poteſt, à caſibus fortuitis, & citra culpam, remaneat congruè compenſata, deciſ. 54. numer.39.

CATHALONIA.

In Cathalonia ex diſpoſitione juris municipalis per directum, juris ordine ſervato procedi debet, deciſ.51.num.20. 21. & 22. ubi allegatur jura noſtra id prubantia, & confirmantia.

Adeò per directum in Cathalonia procedi debet, ut inquiſito etiam de atrociſſimis delictis nunquam defenſio denegetur, deciſ.53. nnm.29. & num.39.

In Cathalonia adhuc juſta accedente cauſa, citatio omitti nequit, ex quo judicari debet per directum, deciſ.53. numer. 38. & numer.39.

In Cathalonia proceſſus criminalis eſt Fiſci, deciſ.54. nu.64.

In Cathalonia confiſcatio bonorum eſt interdicta niſi in criminibus hæreſis, aut læſæ Maieſtatis in primo capite, quod explicatur deciſ.71. nu.6.

Cathaloniæ non obſervantur duella poſt *Concilium Tridentinum* deciſ.88. numer.10. Concluſio R.C. Concilii prohibens duella in Cathalonia, refertur ibid. numer.12. & noviſſima reſolutio Senatus, cenſuraque Auctoris traditur ibid.num.15.

In Cathalonia Fiſcus non appellat, etiam in Tribunalibus, in quibus votum non habet, deciſ.32. numer.39. Limita in domo Depurationis ubi Fiſcus habet intereſſentiam, non vovet, & appellat ibid. num.40.

In Cathalonia non licet appellare ab interlocutorijs, deciſ.52. num.58. & fundamenta aſſignantur ibid. num.59. & 60.

CAUSA.

Cauſa ſupplicationis terminatur ex eiſdem actis, nec viſura admittitur coram Judice cauſæ ſupplicationis, ſed coram primitivo, deciſ.51. numer.9. & de R. Senatus obſervantia ibidem numer.11.

Cauſarum complicatio, vide in verbo *Complicatio*.

Admiſſa cauſa, non exit à Curia niſi à Principe reſtituatur, deciſ.53. numer.56.

Cauſa ſuper aſſiſtentia conceſſa Civilis, vel Criminalis an ſit, deciditur cum Senatu, deciſ.72. num.14.

Reſpondetur aliæ Senatus deciſioni, quæ pro obiice in his allegatur, deciſ.72. num.15. & 16. & num.17.

Cauſa matrimonialis eſt merè Eccleſiaſtica, deciſ.74. n.6.

Cauſas, & punitionem Equitum Ordinum Militarium committere poteſt Dominus Rex Judicibus Sæcularibus, deciſ. 81. numer.38.

Cauſa quælibet movenda contra Barones Eccleſiaſticos, circa juriſdictionis exercitium, vel quia illam Regi ſpectare prætendatur in Regia Audientia tractari oportet, tanquam Conſiſtorialis natura ſua; & ſi Criminalis ſit, ad Regium Concilium ſpectat, & in ſecunda inſtantia per appellationem, vel recurſum, deciſ.82. num.4.

INDEX

Causa est tractanda coram Judice Ecclesiastico, si agatur contra Baronem Ecclesiasticum de prærogativis Ecclesiasticis, vel spiritualibus, & non profanis, decis.82. num.9.
Causæ primarum appellationum, seu secundæ instantiæ in Civitate Tarraconæ à quibus Judicibus decidantur, dec.82.n.14.
Causarum Ecclesiasticarum Criminalium cognitio ad solum Episcopum pertinet, & debet intra biennium illas declarare, decis.97. num.11.
Causa est Civilis quandò agitur de habilitatione vel inhabilitatione officii privati, decis. 103. num.1. Nec non quandò tractatur de habilitat ione, vel inhabilitatione officii publici ibid. num.2. adducitur limitatio ibid. num.3.
In causis Criminalibus admittitur visura, vide in verbo *Visura*.

CAUTIO.

Cautio fidejussoria est prestanda de se non offendendo, quandò adest timor probabilis rixarum, aut quod partes veniant ad arma, decis.87. num.16. ubi decisio Senatus.
Cautio de non offendendo præstita pro filiis, an comprehendat filium in Religione professum, decis.87. num.16. remissivè.
Cautionem de standa Syndicatui tenentur præstare officiales in ingressu officii, decis.93. num.7. Simplicique cautione promittunt de standa juri, & judicatum solvere ibid. nu.8.

CELERITAS.

Celeritas in puniendis magistratibus, & in plebeorum sceleribus puniendis dilatio admittitur, decis.91. num.6.

CITATIO.

A citatione ad fines banni, seu ab ejus provisione non admittitur supplicatio, juxta disposita in Constitutionibus 1. & 2. tit. *de Bandejamentes*, decis.52. num.65.
Citatio quatenus defensionem respicit à jure Divino, & naturali est & à Rege, vel statuto tolli non potest, decis.54. nu.27.
Accedente justa causa citationem omitti posse tradunt DD. qui citantur, decis.53. num.38.
Sed in Cathalonia non ita practicatur, quia in ea debet judicari per directum ibid. num.39.
Quamvis citatio tolli non possit, modus tamen citationis modificari, & variari valet; sed an hæc procedant in Cathalonia declaratur, decis.53. num.40.
Valet statutum, ut quis intra certum tempus compareat, quo elapso, amplius non audiatur, decis.53. num.41.
Citatio per viam modificationis potest tolli per statutum, decis. 53. num.42.
Citationis defectus suppletur, si pars citanda interrogatoria dederit, quia tunc impletur finis, & effectus citationis, decis.59. numer.8.
Citatio domi facta sustinetur, quandò personaliter fieri non potest, decis.93. num.21.
Citatio personalis est necessaria ad incursum pœnæ in casu contumaciæ veræ, decis.93. num.22.
Citatio per proclama fit ad modum citationis ad fines banni, & practicatur in Senatu, decis.93. num.23. cum Senatus decisione. Alia decisio ibid. num.24.
Citatio per edictum fit, quando quis domi citari non potest, ut quia est vagabundus, vel quia latitat, vel quia locus, ubi citandus degit, tutus non est, aliisque causis, decis.93. nu.23.
Citatio domi facta sufficit in initio litis in hoc Principatu, decis.97. numer.28.

CIVES ROMANI.

Cives Romani quomodo exercitabantur, ut otiosi non viverent, decis.56. num.1.

CIVITATES.

Interest reipublicæ, ne Civitates ruinis deformentur, prout è contrario ejusdem interest, ut illæ ædificiis adimpleantur, & ornentur, decis.60. num.31.
Civitates rebelles puniuntur pœna aratri, & dissolvuntur muri, decis.60. num.34.

CLANDESTINITAS.

Clandestinitas magnum indicium est depravatæ intentionis fœnerandi, decis.54. nu.45.

CLASSICUS, ET CLASSIS.

Regium Concilium cognoscit delicta classicorum delinquentium in terra, decis.73. num.4.
Ampliatur quamvis delicta fuerint commissa, per classicum contra paganum in terra ib. n.6. ubi recitatur Regium rescriptum.
Ampliatur etiam, etsi delictum commissum sit inter classicos in conspectu vexilli triremium, & sit leve ibid. num.7.
Comprobatur, ex citato Regio rescripto ibid. num.8. & ex dispositione *juris communis num.9.*
Judex ordinarius loci cognoscit delicta classicorum, dec.73. n.10.
In Regno Neapolis per particulares leges, & instructiones Regias, Generales triremium cognoscunt de delictis inter classicos, decis.73. num.11.
Judex loci delicti cognoscit de delictis classicorum in terra patratis, etsi levia sint, decis.73. num.16.
Ampliatur, quamvis illa commissa forent in conspectu vexilli triremium, aliàs magnum resultaret inconveniens, quod ponderatur ibid. num.17.
Observantia cognoscendi Regium Concilium de delictis commissis per classicos in terra contra paganos, decis.73. nu.18.
Alia decisio Senatus ibidem num.19.
Alia Senatus ibidem num.20.
Decisio alia ibidem num.21.
Observantia, quam habet Regium Concilium cognoscendi de delictis communibus commissis per classicos contra classicum in terra, decis.73. num.22. usque ad num.25.
Regium diploma, in quo inter classicos attribuitur jurisdictio cognoscendi justitiæ maris, decis.73. num.26.
Regiæ leges Regni Neapolis, quibus terminantur controversiæ jurisdictionales inter Duces classium, & Præfectos Provinciarum, remissivè, decis.73. num.27.
In causis Civilibus, si actor sit classicus, & reus paganus, conveniendus hic est coram Præfecto Provintiæ, & si controversia sit inter commilitones, vel classicos, de ea cognoscit Dux classium, decis.73. num.28.
Jurisdictiones Præfecti Provinciæ, & Ducis classium omninò sunt separatæ, & non cumulativæ, sed privativæ; dec.73.n.29.
In causis, quibus conceditur jurisdictio Duci classium, ea procedit indistinctè in omnibus delictis tam militaribus, quàm communibus, decis.73. num.30.
Dux classis exequi facere suorum subditorum sententias in terra non poterit sine licentia Præfecti Provinciæ, decis.73. nu.31.
Delicta commissa in triremibus pertinent ad cognitionem Ducis classium, ubi remissivè quandò Provincialis in classe delinquit contra Provincialem, decis.73. num.32.
Si classicus delinquat contra classicum in terra, cognitio delicti est Ducis classis, decis.73. num.33.
An Duces classium possint carcerare facere suos subditos in terra declaratur decis.73. num.34.
Delictum à classicis commissum in terra contra paganum cognoscitur à Judice loci delicti, decis.73. num.36.
Si classicus delinquat in terra, arma prohibita exportando, punitur à Judice loci delicti, decis.73. num.37.

CLAUSULA.

Clausula *si*, & *in quantum*, in appellationibus quid importet, decis.53. num.57. & 58.
Et quid, clausula *omni appellatione remota*, ibid. num.59.
Clausula constituti vide infra in verbo *Constitutum*.
Stante clausula *ex nunc*, etsi donator reservet sibi usumfructum, non impeditur translatio possessionis, decis.101. num.18.
Clausula *nunc prout ex tunc*, vel è contra *tunc prout ex nunc* quid importet, decis.101. à num.12. usque ad num.15.

CLERICI.

Potest fieri prohibitio extractionis, attenta penuria, ubi remissivè, an eam prohibitionem teneantur Clerici, vel conductores, aut coloni granorum Ecclesiasticæ personæ observare, decis.55. numer.53.
Privilegio fori non gaudet, nisi qui habet beneficium Ecclesiasticum, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inservit, seu degit, vel versatur in Seminario, vel schola de licentia Episcopi, dec.58.n.40.
Decisio Senatus ibidem num.41.
An occidens Clericum ex errore, cum putet esse laicum, incidat in censuras Canonis, remissivè decis.64. nu.9.
Clerici ob homicidium ad sui defensionem non incurrunt irregularitatem, decis.65. num.5.
Quod procedit etiam in casu, quo occidens se defendendo animum, & intentionem occidendi habet, quod probatur, decis.65. num.6.
Datur intelligentia textui in *cap. de occidendis 23.qu.5.* dec.65.n.7.
Clericis adeò est licitum homicidium ad defensionem, ut aggressi in actu missæ possunt aggressorem occidere, & postea prosequi missam, decis.65. num.8.
Si laici Clericum invasorem pro necessaria defensione occidant, *non incidunt in censuras Canonis*, decis.65. num.9.
Clerici à quibus officiis arcentur, & ad quæ admittuntur in hoc Principatu, attento jure communi, remissivè decis.81. nu.8.
Clericus falsum deponens coram Judice sæculari ab eo puniri non potest, propter incapacitatem Judicis Sæcularis, actualem, & potentialem, decis.81. num.31. Amplia in casu resistentiæ, ut neque possit punire eum pœna aliqua corporali, aut pecuniaria ibid. num.32.

COGNITIO.

Cognitio causarum Ecclesiasticarum Criminalium ad solum Episcopum pertinet, decis.97. num.11.

COGNOMEN.

Cognominis idemtitas probat quoque idemtitatem familiæ, decis.62. num.19.
Cognomen alienum cum damno tertii assumere non licet, decis. 62. numer.35.

COLLYRIUM.

Collyrio eodem non potest omnibus mederi, decis.90. num.35.

CODEX.

Codicem Theodosianum composuit Avianus I. C. decis.84. n.15.

COMÆDIÆ.

Comædiæ hodiernæ non censentur inter res licitas, aut indifferentes, decis.74. num.30. num.31. & 32.
Easdem comædias, & illarum tolerantiam licitam esse sine noxa conscientiæ publicè tolerantis, decis.74. num.33.

Earun-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Earundem comœdiarum tolerantiam, justa politica censura, non esse expedientem publicis moribus, ac potiùs expedire, ut non tolerentur, ibid. nu. 34.

Tolerantia, prohibitione comœdiarum est auctoritatis politicæ, & eatenùs Ecclesiasticæ quatenus Ecclesiæ, & Sacris offensivæ sint, contendentibusque politica tolerante, & Ecclesiastica prohibente, standum politicæ, nisi quatenùs Ecclesiæ, & Sacra offenduntur, dec. 74. nu. 35.

Princeps Sæcularis comœdias prohibere potest pœnis temporalibus: Ecclesiasticus in suo casu pœnis spiritualibus, non verò pecuniariis, dec. 74. nu. 36.

COMITES.

Comites omnes hujus Principatus, & Rossilionis, & Cæritaniæ sicque etiam Comes Barcinonæ, veniebant comprehensi sub appellatione Potestatis *Usatici omnes homines*, dec. 84. num. 7.

COMITORES.

Comitores erant Familiares Comitum, & erat titulus inter Vicecomitem, & Vavasorem, decis. 84. num. 8.

COMMENTARIENSIS.

Factum in exercente officium Commentariensis Regiorum carcerum Barcinonæ depingitur, decis. 96. num. 9.

Commentariensis, sive carceris custos quando est *in dolo*, vel fraude, plectendus est eadem pœna, qua reus, qui aufugit; & si reus capitali non tenebatur, venit ille puniendus extraordinaria Judicis arbitrio, sed si in culpa, pœna mitiori, decis. 96. num. 10. Decisio Senatus, ibid. num. 11. Et decisio in facto controverso ibid. num. 12. ubi etiam aliæ decisiones annotantur.

Commentariensis comparatur depositario, ob idque si ex ejus culpa levi, vel levissima reus aufugiat à carceribus: tenetur damnum ex fuga parti illatum resarcire, decis. 96. num. 13. objectio, & solutio, ibid. num. 14.

COMMISSIO.

Commissio particularis à Domino Rege concessa Proregi operatur, ut Prorex visitare possit officiales Regios perpetuos, dec. 89. num. 11.

Commissio fieri non permittitur officiali de his, de quibus cognoscere valet sua potestate ordinaria, & jure ordinario. At potest officialis commissionem accipere in his, quæ ad se, & ad suam jurisdictionem ordinariam non pertinent, & pro gestis in ea commissione tabulam non purgat, decis. 89. num. 18.

Regius Visitator non potest uti (eodem tempore, quo exequitur Regiam Visitationem publicam) commissione secreta ad inquisitiones secretas formandum contra Regios officiales, ubi assignatur ratio, dec. 92. nu. 4.

Pro eo quod officialis Regius ordinarius (qualis est visitator Regius) jurisdictionem ordinariam exercet, uti non potest commissione, dec. 92. num. 5.

Regius visitator habet statutam formam, & contra eam non potest commissionem particularem obtinere, dec. 92. nu. 6.

Dominus Rex non tribuit visitatori Regio commissionem ad visitandum, sed nominat visitatorem ad exequendum visitationem in officialibus, juxta formam statutam in *cap. 5. Curiar. anni* 1599. decis. 92. num. 7.

Commissio causarum DD. Regiæ Audientiæ, quia jurisdictionem ordinariam habent, non est delegatio, sed divisio, seu illarum distributio, decis. 92. num. 8.

Deputare visitatorem de Corona Aragonum, & non de hoc Principatu, & Comitatibus, & sic alienigenam fuit statutum in *dicap. 5. Curiar. anni* 1599. sicque ultra formam in eo dispositam commissiones accipere, & eas exequi non potest, decis. 92. n. 9.

Proreges possunt obtinere commissiones in hoc Principatu extra ea, quæ sunt sui muneris, & officii, decis. 92. num. 10.

Visitator uno eodemque tempore nequit procedere ad inquirendum virtute potestatis ordinariæ, & simul commissionis secretæ super eodem delicto, decis. 92. num. 11.

Si processerit visitator ad informationes processuum, non poterit impertiri nova commissione ad supplendum id, in quo inordinatè processit decis. 92. num. 12.

Commissio, vel omissio Judicis, si in persequendo, & puniendo delinquentes fuerit in re admodum gravi, ex quibus evenerit notabile damnum Reipublicæ ad constituendum eum in negligentia punibili, necesse non est, ut illi præsentetur interpellatio; quia ejus officio incumbit vigilare, & abstergere Rempublicam facinorosis hominibus, decis. 97. n. 5.

COMPARERE.

Comparere tenebatur duellans, & contra recusantem quomodo procedebatur, decis. 87. num. 4.

COMPLICATIO.

Complicatio causarum, quarum una est appellabilis, & alia non, efficit, ut prolata sententia super utraque, tota sententia sit appellabilis, potest tamen judex seorsùm judicare, & tunc non appellabitur de crimine seorsum judicato, sido eo prohibita est appellatio, decis. 51. num. 23.

COMPETENTIA.

Firmata competentia cum venerabilibus Patribus Inquisitoribus super cognitione delicti principalis, potest incidens effractionis Regiorum carcerum puniri à Regia Curia, dec. 100. nu. 60.

Pendente competentia excommunicati ab Inquisitionibus absolvuntur, & carcerati Regiæ Curiæ relaxantur sub manuleuta, quod comprobatur rationibus, & diversis observantiis, dec. 100. nu. 62. usque ad nu. 70.

CONCERTARI.

Concertari non poterat contra Prælatos, personas Ecclesiasticas, & alias constitutas in ordinibus Sacris, & contrafacientes incidebant in pœnam pecuniariam, quæ refertur, dec. 87. nu. 7.

CONCILIARII.

Conciliarii hujus Civitatis an possint civiliter conveniri, durante anno Conciliariatus remissivè, dec. 93. nu. 15.

CONCILIUM.

Concilium Tridentinum varias introduxit pœnas contra Duellantes, dec. 85. nu. 29.

Idem Concilium Tridentinum strictiùs prohibuit duella, & recitatur littera Concilii, dec. 88. nu. 1.

In Sala magna Concilii Neapolitani absque Præsidis permissu nemo carcerari potest; & de nostra Aula Regia remissivè, dec. 58. num. 21.

CONCORDIA.

Concordia Comitis de Osforno, super exceptione fori, qua gaudent Equites Divi Jacobi de Spata, recitatur, dec. 81. nu. 43. 44. & 45. & ejus validitas, & observantia controvertitur, ibid. usque ad nu. 57.

CONCUBINA.

Concubina est, quæ in alicujus domo vivit citra nuptias, quæ fornicaria interdum appellatur, dec. 57. nu. 47.

CONCUBINATUS.

Concubinatus est commercium carnis assiduum, & continuatum cum certa, & determinata fœmina, sive domi, sive alibi retenta, ibid. decis. 57. nu. 47.

Concubinatus, qui ex perseverantia fit punibilis; qua pœna puniatur & de illius prohibitione, decis. 57. nu. 90.

In delicto concubinatus successivi de officio procedi posse traditur decis. 57. num. 95.

CONCUSSIO.

Concussio est, cùm indebitè quid per vim, aut metum extorquetur, decis. 100. num. 7.

Concussionis pœna, si civiliter agatur, est arbitraria, dec. 100. nu. 10. reliqua vide in verbo *Crimen*, & in verbo *Delictum*.

CONDEMNATUS.

Condemnatus de violatione pacti voluntariè suscepti ab eo, qui imputatus fuerat de delicto inappellabili, appellare, vel supplicare potest, dec. 52. nu. 2.

Condemnata ob consensum in necem viri, per amasium perpetratam, supplicare potest, dec. 52. nu. 4.

Condemnatus de raptu virginis, vel mulieris honestæ, si hæc fuerit cognita, supplicare non potest, dec. 52. nu. 23.

Condemnatus in judicio Procerum potest conqueri civiliter, vel criminaliter, & probi homines condemnantur in solidum ratione injuriæ, vel damni; Non verò Vicarius, & Conciliarii, qui ex debito sui officii tenentur sequi votum proborum hominum, dec. 53. nu. 49.

CONFISCATIO.

Confiscatio bonorum in hoc Principatu tantùm practicari potest contra reos criminis læsæ Majestatis Divinæ, vel humanæ in primo capite, dec. 55. nu. 35. Resolutio trium Aularum, ibid. num. 36. vigore cujus resolutionis fuerunt quoque sublata sequestra bonorum contra delatos de hoc crimine, ibid.

Imò in Cathalonia confiscatio bonorum est interdicta, nisi in criminibus hæresis, aut læsæ Majestatis in primo capite, quod explicatur, dec. 71. nu. 6.

CONFLICTUS.

Conflictus illi, qui fiunt inter milites in bello justo de consensu Ducis, ad conservandam bonam famam ob causam publicam, duella non sunt, decis. 85. num. 7. Et illi conflictus sæpè fiunt ad totius belli eventum, quod exemplis demonstratur, ibid. n. 8.

Similiter conflictus, qui fiunt subito iræ furore, & calore iracundiæ, duella non sunt, decis. 85. num. 9. quod intelliget ut in num. 10.

Conflictus inter illos, qui cum sibi obviant, invitant ad pugnandum, non sunt duella, etiamsi unus alteri dicat, distringe ensem ad pugnandum, decis. 85. num. 11.

CONFRATERNITATES.

Confraternitates laicales subjiciuntur Judici laico, & debent coram eo conveniri, dec. 82. nu. 10. subiiciuntur tamen Episcopo à quo ad actus Ecclesiasticos, ibid. nu. 10.

COGNITIO.

Cognitio, an sit deferendum supplicationi interpositæ, est Judicis à quo, decis. 51. num. 5.

COLONUS.

Colonus finita conductione habet retentionem pro creditis, cique manutentio impartitur, decis. 102. nu. 18.

CONFERENTIA.

Conferentia pendente inter Regium Concilium, & Venerabiles Patres Inquisitores, relaxatur reus captus in Regiis carceribus, sub manuleuta, absque tamen præjudicio competentiæ firmatæ inter eosdem, & traditur forma, dec. 100. nu. 71.

In conferentiis inter Regium Concilium, & Venerabiles Patres Inquisitores servantur urbanitates, quæ referuntur, dec. 100. num. 73. usque ad num. 79.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

In dictis conferentiis voventur dubia, & traditur forma illa vovendi, dec.100. nu.80. usque ad nu.88.
Similes conferentiæ extrajudiciales sunt, & per modum gubernii statutæ, dec.100. num.89.

CONSTITUTIO.

Constitutio incipiens *Per totalre 7. tit. de appellacions*, quatenùs disponit, Fiscum non esse capacem appellationis, allegatur dec.52. num.42.
Constitutiones 2. & 3. *Titol de penas corporals, vol. 1. Const.* probant, quòd in Catalonia judicari debet per directum, ac uti concordantes allegantur, dec.51. num. 21. Et confirmatæ traduntur D. Regem Jacobum Secundum in privilegio concesso Civitati Barcinonæ, Pragmatica 1. *tit. de accusat. in 2. volum. Const.* & per Regem Alphonsum in constitutione 4. *tit. de fomat*, quæ litteraliter transcribitur, aliæque citantur id ipsum comprobantes, ibid. num.22.
Constitutiones 1. & 2. *tit. de Bandejaments*, quæ disponunt circa citationes ad fines banni contra reum absentem, attenta delicti gravitate, & delinquentis qualitate, expenduntur, dec. 53. num.65.
Constitutio Sotsveguer 4. & Constitutio Ordenàm 7. *tit. de Offici de Jutjes de Taula*, expenduntur in materia Officialium per Judices Tabulæ condemnatorum appellantium, dec. 52. nu. 29.
Constitutio 3. *tit. de penas corporals*, & constitutio unica *titol de torments*, intelligi debent juxta observantiam subsecutam, scilicet, non posse reum condemnari ad pœnas corporales, debita defensione non admissa, vel non datis defensionibus, dec. 53. num.45. cum Senatus decisione.
Constitutio 6. *tit. de comun. de proces.* statuens circa communicationem processus obtinendam ab advocato pauperum eleemosinæ, publicata Inquisitione, declaratur, dec.53. nu.47.
Constitutio 14. *tit. de commers, y seguretat de camins*, transcribitur, atque expenditur, dec.55. num.34.
Constitutio finalis *tit. dels bens dels condemnats*, disponens confiscationis bonorum pœnam locum non habere præterquam in crimine læsæ Majestatis, Divinæ, & Humanæ adducitur, dec. 55. num.35.
Constitutiones 4. 8. & 9. *tit. de recusació de tots Jutjes declarantur*, & interpretantur, dec.69. tota, & præcipuè, nu.22. & 23.
Constitutiones, quæ sunt contra jus commune debent intelligi ad litteram, & non sunt extendendę de casu in casum, dec.69. numer.24.
Constitutiones 1. 2. & 3. *tit. de Bonians*, in quibus sunt statutæ pœnæ contra Ægyptios, seu Boemos expenduntur, decis.56. num.55. usque ad numerum 60. & 93.
Constitutio prima *tit. de Heretgs*, in qua Princeps sibi reservat contra homicidas clericorum punitionem, declaratur, dec.74. numer.24.
Constitutio 1. & unica *tit. de Judigues de successions*, in qua disponitur maritum occidentem uxorem privari successione bonorum illius, allegatur, dec.79. num.11.
Constitutio *aquest edicte* 18. *tit. de cosas prohibidas als Oficials*, qua pro crimine extorsionis imponitur pœna restitutionis extortorum, una cum duplo, annotatur, dec.100. num.11.
Constitutio *ordenàm*, in ordine 3. *tit. de comercis. volum.1. const.* recitatur, dec.84. num.4.
Constitutio *algun Cavaller in ordine* 1. *tit. de desafiaments, y Guerra*, in qua disponit, quod aliquis de genere militari, aut homo de Paratico non possit diffidare aliam sine defidatione, & quod habeat spatium quinque dierum, & observare debeat cartam pacis, & treugæ, ibi relatam, declaratur, dec.84. n.6.
Constitutio 7. *tit. de pau, y treva*, circa facultatem duellandi allegatur, & confirmata traditur per constitutionem 1. ejusdem tit. dec.84. num.10.
Constitutiones Pontificiæ prohibuerunt duella, dec.85. nu.19.
Constitutiones Cataloniæ variæ ad id allegantur, dec.86. n.8.9. 10. & 11.
Constitutio ordenàm 3. *tit. de comercis*, ponderatur, & annotatur, dec.86. num.13. & 20.
Constitutiones, *sub tit. de Offici de Jutges*, explicantur, dec.93.n.4.
Constitutiones 6. & 7. *tit. de Ofic. de Jutjes de Taula*, loquuntur de Officialibus temporalibus, qui purgant tabulam; alii vero, qui subiciuntur Regiæ Visitæ syndicantur tantum de dolo, & negligentis, si tam dissolutæ sint, ut cadant in dolum, decis.95. num.4.
Constitutiones una per aliam interpretatur, & an argui possit de ratione legis revocatæ, ad intelligentiam revocantis, dec.95.n.2.
Constitutiones in omissis accipiunt interpretationem à jure communi activè, & passivè, etiam quando jus commune corrigunt; quia commentari debent, ut illi minus derogent, dec.95. nu 8.
Constitutio unica, *tit. com se den declarar lo dupte*, quatenus præfigit octo dies ad declarandum dubium, non est in observantia, & praxis est, partem illicò, quo scit causam criminalem, dubium firmare, dec.97. num.19.
Constitutio *Statutum 4. de supp. de sent.* statuens tempus ad declarandum causas supplicationum ab intermediis, sub pœna ibi expressa, declaratur, decis. 97. numer. 35.
Constitutio *final. tit. de* Audi *de Advocats*, relinquit arbitrio Relatoris causæ, & R. A. monere partes, & Advocatos ad concordandum in facto, & observatur, decis.77. num.50.
Constitutio 1. *& tot tit. dels duptes, y punts*, quibus cavetur, dubia causæ per R. Audientiam efformata tradenda fore, & instantibus teneri Relatorem assignare diem ad audiendum Advocatos in R. A. partibus præsentibus, expenduntur dec.77. n.51.
Constitutio statuim 10. *tit. de Ofici de Advocats, y Procuradors Fiscals*, in qua istis prohibetur patrocinari in favorem reorum, aut aliarum personarum, quæ fuerint captæ, aut arrestatæ, nec extra eorum solitum salarium recipere, declaratur, dec. 98. numer.35.
Constitutio 10. *tit. de Ofici de Advocats, y Procuradors Fiscals*, prohibens illis patrocinare in favorem reorum, allegatur, dec. 98. num.35.
Constitutiones 10. *& 11. tit. de cosas prohibidas als Oficials*, quatenus illis prohibet emere bona stabilia, quæ venduntur pro executione suorum tribunalium, explanantur, dec.99. num.19. & interpretantur, ibidem num. 20.

CONSTITUTUM.

Constitutum est modus fictus transferendi possessionem, tàm in corporalibus, quàm in incorporalibus, & quid requiratur in corporalibus explicatur, decis.101. num.1.
Quod procedit in immobilibus tantum, ad quod quatuor assignantur requisita, ibidem num.2.
Constitutum ut operetur, requiritur, ut contractus, cui apponitur, sit validus, dec.101. num.3.
Et quòd constituens sit legitimus possessor rei tempore constituti, ibid. num.4. ubi pertractatur an procurator, Syndicus, vel curator per actus fictos possint transferre, vel adquirere eo nomine possessionem.
Constituti clausula reperta in instrumento probat possessionem inter contrahentes; & an contra tertium idem procedat declaratur, dec.101. num.5.
Probatur possessio contra tertium si instrumentum, cum clausula constituti, est antiquum, ibid sub num.5. Decisio Regii Senatus, ibid. num.6.
Constitutum debet esse de re certa, decis.101. num.7.
Constitutum, ut transferat possessionem, requiritur, quòd constituarius sit præsens tempore constituti, vel si absens ratificaverit tempore habili, ibid. num.8.
Constitutum collatum post mortem constituentis inutile redditur, dec.101. num.10.
Limita favore dotis, ibid. num.11.
Constitutum collatum post mortem constituentis an suum operetur effectum, stante in constituto clausula, *nunc prout ex tunc*, vel è converso, *tunc prout ex nunc*: negativam sequuntur nonnulli DD. qui citantur, dec.101. num 12.
Affirmativam alii tenent, qui recensentur, ibid. num.13.
Alii distinguunt, ibidem numer.14. Quorum sententia amplectitur, ibid. num.15.
Constituti clausula in contractibus ab initio puris transfert possessionem manutenibilem in constituarium, dec.101. nu.16.
Constitutum est purum, si donatio cui accedit est æquè pura, quamvis executio dilata sit ad tempus mortis, dec.101. nu.17.
Stante in constituto clausula *ex nunc*, etsi donator sibi reservet usumfructum, non impeditur translatio possessionis, dec.101. numer.18.
Inter constitutum collatum post mortem, aut in tempus mortis agnoscitur differentia, dec.101. num.19.
Ratio supradictorum redditur, ibid. num.20.
Decisio Senatus in terminis donationis purę, ibid. num.21.
Respondetur Decisioni Rotæ coram Duran cum eadem Rota, ib. num.22. & 24.
Constitutum potest firmari à die contractus, suspenso effectu in aliud tempus, dec.101. num.23.
Per pactum potest donator, si se reservat usumfructum, possessionem civilem retinere, & potest in constituto apponi conditio, decis.101. num.24.
Respondetur doctrinæ Urceoli, dec.101. num.25.
Etiam respondetur Hondedeo, & aliis, ibid. num.26.
Pariter satisfit doctrinæ Hodiernæ, ibidem num.27.
Decisio Senatus, qua fuit concessa assistentia viduæ tenutariæ bonorum viri, & eo nomine donatariæ cum clausula constituti, decis.101. num.28.
Alia decisio Senatus, ibid. num.29. & num.30.
In judicio assistentiæ concessæ vigore clausulæ constituti appositæ in donatione, non admittitur exceptio fideicommissi antiqui, & quæ exceptiones admittantur, dec.101. num.31.
Decisio Senatus, ibid. num.32.
Alia decisio Senatus, ibid. num.33.
Clausula *nunc prout ex tunc*, vel è converso *tunc prout ex nunc* quid operetur in constituto, declaratur dec.101. nu.12. usq; ad numer.15.
In contractibus ab initio puris per clausulam constituti, transfertur possessio in constituarium, dec.101. num.17.
In interdicto retinendæ possessionis, præferendus hæredi est donatarius, qui pro se habet clausulam constituti, dec.102. nu.2.
Hæres donatoris in donatione facta cum reservatione ususfructus, non manutenetur in concursu donatarii habentis clausulam constituti, decis.102. num.3.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Constitutum in donatione universali nil operatur respectu quantitatis reservatæ, decis.102. num.12.
Pro quantitate reservata conceditur mulieri tenuta in bonis viri sui (non obstante donatione universali cum clausula constituti) saltem in aliqua proprietate equivalenti, dec.102. num.13. cum Senatus decisione.
Constituti clausula donationi adjecta non officit viduæ tenutarie petenti manutentionem bonorum, quæ penes virum de tempore mortis reperiebantur, adversus donatarium universalem; quandò donatio est facta cum reservatione certa ad testandum, & liberè disponendum, dec.102. num.14. ubi egregia Senatus decisio.
Ampliatur, ut idem procedat in favorem cujuslibet successoris in quantitate reservata, vel in aliis reservationibus consimilis naturę ibid. numer.14. cum eadem Senatus decisione & vide in verbo *Donatio*.

CONSTITUTARIUS, ET CONSTITUENS.

Constitutarius vigore clausulæ constituti adquirit possessionem manutenibilem, dec.101. nu.17.
Constitutarius potest intentare remedia possessoria; & sola detentio remanet penes constituentem, decis.101. numer.10. limita favore dotis ibid. num.11.
Constitutum collatum post constituentis mortem an suum operetur effectum, existente clausula *nunc pront ex tunc*, & è conversò *tunc pront ex nunc*, controvertunt DD. allegati, decis. 101. num.12. 13. & 14. resolvitur ibid. num.25.

CONJECTURÆ.

Conjecturæ ad præsumendum aggressorem, admittunt conjecturas in contrarium, & plures vincunt pauciores. majoresque prævalent minoribus, & quando sunt æquales numero, & gravitate, præferendæ sunt, quæ militant in favorem rei, dec. 65. numer.60. & 61.

CONSUETUDO.

Consuetudo habet vim legis, & æquiparatur statutis, & è contra, decis.52. num.60.
Consuetudines antiquiores novis legibus revocantur ib. nu.63.
Consuetudo prava, & iniqua non excusat à pœna temporali, nec à peccato, quod etiam procedit in materia usurarum, dec. 54. num.13.
Consuetudine effici non potest, quod pactum alioquin usurarium sit licitum, decis.54. num.9.
An usurarius excusetur à pœna propter consuetudinem, & quoad forum contentiosum, & quoad Deum, in casu quo omninò sit certum, contractum esse usurarium, & quid quando id ambigitur, decis.54. à num.10. usque ad 14.
De consuetudine generali derogatum est juribus punientibus vendentes, obligantes, seu distrahentes res duobus, dec.63. n.13. limita si ab utroque emptore pretium participent, quia tunc puniri debent ibid. num.13.
Consuetudini, & observantiæ est deferendum circa forum Equitum Ordinum militarium in opinione magis recepta, & hæc opinio servatur in hoc Principatu, in quo Equites dictorum Ordinum, quoad eorum bona propria sunt in jurisdictione Domini Regis, & personæ seculares censentur, quo vero ad eorum personas pro Ecclesiasticis reputantur, dec.81. nu.6.
Consuetudines in Cathalonia inviolabiliter debent observari, quia pro Constitutionibus habentur, dec.88. nu.3.
Consuetudo est species juris, & æquiparatur statutum cum consuetudine, & è contra decis.88. num.4.
Consuetudinis requisita, & differentiæ inter consuetudinem, & observantiam dignoscuntur, dec.88. num.4. remissivè.
Consuetudo irrationabilis est omninò detestabilis, dec.88. nu.5. Neque subsistit si est contra bonos mores, aut jus naturale, dec. 88. numer.5.
Consuetudo duellandi est contra omne jus irrationabilis, & contra bonos mores, nec sustinetur per jura Patriæ, quæ approbant consuetudines, decis.88. num.7.
Consuetudo, vel decretum, quod officiales non teneantur stare syndicatui, est contra bonos mores, dec.91. num.8.
Per consuetudinem, vel decretum de non stare syndicatui, exacta inquisitio remissa censetur, dec.91. num.20.
Consuetudo in juribus negativis, quomodo probetur, dec.91.n.29.
Consuetudini standum est, ut Baro in suis locis non possit deputare visitatorem ibid. num.29.

CONSUL.

Consul in ordine secundus Civitatis Tarraconæ, & eo absente, Consul Tertius Regaliam soni emissi exercet, non vero aliam, absente scilicet Vicario Regio, & ejus Locumtenente, decis. 82. num.20.

CONTENTIO.

Contentione declarata inter Procuratores Fiscales Curiarum Ecclesiasticæ, & secularis, potest pars interessata, & formalis novam contentionem firmare, si ignorantiam habuit primæ contentionis, secùs si scivit, dec.75. num.13.
Factum in causa Criminali enarratur ib. num.14. & 18.
Decisio in causa contentionis ibid. num.19.
Ad arguendum scientiam parti interessatæ, aut Procuratori Fiscali contentionis, sententiæ in contentione proferendæ, ut postea alter ex his non possit ob ignorantiam allegare novam contentionem, remedium opportunum traditur, dec.75. n.20.
Si pendente contentione, adeat procurator, vel pars, Curiam Ecclesiasticam, & in ea procedat per novam contentionem, vel aliàs, obstat eis litis pendentia; & procedimenta ipsorum revocantur uti attentata, decis.75. numer.21. Nam attentata sunt quæ fiunt pendente contentione ibid. sub num.21.
Quandò contentio declaratur per arbitros, in publicatione sententiæ illorum assistunt duo Notarii, unusquisque pro sua Curia, decis.75. num.22. Limita ubi consuetudo est in contrarium, prout in Civitate Gerundæ ibid. num.22.
Alia decisio in causa contentionis, dec.75. nu.23. & 24.
Proceditur per attentata, etiam in casu quo procurator, vel pars habuerint notitiam contentionis talem, cum qua sententia adversus eos pareret judicatum, decis.75. numer.25. & talis scientia, vel ignorantia per conjecturas probatur ibidem numer.26.
Si procedatur per revocationem attentatorum, evitabuntur variæ dilationes reorum, quæ in contentionibus procurantur, decis.75. num.27.
Contentio non firmatur contra Ecclesiasticum, qui se gerit uti Baronem, ad quod binæ declarationes Reverendi Cancellarii recensentur, decis.82. num.7. & 8.
Contentio in vim concordiæ quando locum habeat, dec.82. n.25.
Rex privativè cognoscit de contentione jurisdictionis inter duos Barones, vel Baronem, & Officialem Regium, etiamsi Baro sit Ecclesiasticus, quod comprobatur diversis conclusionibus Senatus, decis.82. num.33. & 36.
Curia quandò possit compelli firmare contentionem, dec.82. nu. 39. 40. 41. & 42.
Contentio potest firmari quando Equites Ordinum Militarium molestantur in Cathalonia per Judicem Sæcularem, decis. 82. num.53. & 54.
Contentio super immunitate Ecclesiastica quomodo sit firmanda, decis.82. num.18.
Contentio super immunitate Ecclesiastica quomodo sit firmanda, decis.82. num.18.
Contentio si adest inter duo Concilia Criminale, & Civile, dantur octo dies ad declarandum sub pœna privationis salarii per tempus unius mensis, in quam non incidunt Judices, nisi à parte fuerint interpellati, dec.97. num.18.
Contentiones non sunt declarandæ intra octo dies, non obstante *Constitutione unica, tit. com se deu declarar lo dupte*, octo dies præfigente, quod pluribus exemplaribus exornatur, & declaratur dec.97. num.19.
Pendente contentione, seu conferentia, cum Venerabilibus Patribus Inquisitoribus hæreticæ pravitatis nil est innovandum, dec.100. nu.59. vide supra in verbo *Conferentia*.

CONTEMPTUS.

Aliorum contemptus, & hominum dissentio debent evitari, dec. 70. numer.52.

CONTESTATIO LITIS.

Sine contestatione litis non procedit Judicium Criminale, dec. 59. num.2. 3. & 4.
Interrogatio rei est contestatio litis, nec licet Judici interrogare reum nisi de delicto, de quo erat diffamatus, vel indicia, vel semiplena probatio subsint, dec.59. num.5.
Ut lis dicatur contestata, sat est, quòd reus respondeat in defensionibus super delicto, dec.59. num.7.

CONTINENTIA CAUSÆ.

Continentia causæ non est dividenda, dec.92. nu.13.

CONTRACTUS.

Contractus usurarii prohibiti sunt in hoc Principatu per nostras Constitutiones, simulque stabilita contra usurarios est pœna in Regiis præconizationibus generalibus, pecuniaria scilicet. & corporis afflictiva, dec.54. n.65. & vide in verbo *Usurarii*,
Contractus alii sunt nominati, & alii innominati, dec.63. n.1. quemadmodum delicta ibid. num.1.
De contractibus filii circa domus administrationem tenetur Pater consentiens, filium onus domus portare, & mercari, dec.75.n.5.
In contractibus ab initio purè celebratis, per clausulam constituti transfertur possessio in constitutarium, dec.101. num.17. & vide in verbo *Constitutarius, & Constitutum*.

CONTRAFACIENTES.

Contrafacientes Constitutioni 3. *tit. de esposalles*, defidando Parentes, avum maternum, tutores, aut curatores, proximiores puellæ, sine quorum consensu contrahunt matrimonium, sunt ipso facto ejecti à pace, & tregua dec.87. num.21.

CONTRAFACTIO.

Contrafactionis judicio procedi potest contra Magistratus non declarantes intra terminum à Constitutionibus præfixum, decis. 97. numer.42.

CONTRAVENTIO.

Contraventio Constitutionum, vel statutorum commissa ab Officialibus, quomodò puniatur, dec.94. num.30.
Ob contraventionem præcepti à superiore, Commentariensi injuncto, condemnatur pœna extraordinaria, dec.96. nu.19.

CONTROVERSIÆ.

In controversiis decidendis priùs est deferendum Doctoribus nostris practicis, decis.76. num.30.

INDEX

CONVENIRI.

Conveniri non possunt officiales temporales durante officio, dec. 93. numer. 14. Intellige de officialibus, qui habent imperium, & potestatem, non de Magistratibus minoribus, qui non habent dignitatem ibid. num. 14.

CONVENTIONES.

Conventiones usurariæ, quæ frequenter fiunt, recitantur; dec. 54. numer. 3.

Conventio non dicitur usuraria, per quam quis assumit periculum assecurandi capitale, & onus suscepit solvendi tot annis, vel per alia distributa tempora lucrum certum, dum tamen in compensationem oneris, & periculi suscepti dimittatur pars lucri æquivalens, & proportionabilis, decis. 54. num. 26. & vide in verbo *Usurarii*.

CONVICIUM.

Convicii veritas quandò excusat injuriantem à pœna, traditur remissivè decis. 65. num. 38.

Si me vocas furem, vel latronem possum incontinenti convicium in te injuriantem retorquere, etiam cum mendacio, animo defendendi, & injuriam propulsandi, declaratur decis. 65. n. 41.

CORRIXANTES.

Corrixantium mediator, qui aggressorem culpabilem percussit, & ex percussione decessit, non tenetur pœna mortis, & rationes assignantur, decis. 65. numer. 74.

CORRUMPENS.

Corrumpens, vel tentans corrumpere Judicem punitur, decis. 100. numer. 21.

CORRUPTELA.

In crimine corruptelæ, aut extorsionis contra officialem integræ fidei, aut opinionis, non admittuntur testes inhabiles, mediatores, nec indicia, sed concludentissimæ debent esse probationes, decis. 100. num. 38.

Nec duo testes sufficiunt, sed tres omni exceptione majores contestes requiruntur, ad convincendum officialem ibid. numer. 39. unus ad superandum eam præsumptionem, quam in sui favorem habet officialis, & duo ad probandum ibid. num. 40.

CORRUPTIO.

Corruptio, seu coemptio quid sit explicatur, dec. 100. nu. 7.

CREATURA.

Quandò creatura interficit creaturam, omnes virtutes Cœlorum clamant ad Divinam Majestatem, dec. 66. num. 1.

CRIMEN.

Crimen lenocinii horribile, pessimum, crudele est, & gravius adulterio, & homicidio, pluraque mala recitantur de hoc odioso delicto, decis. 57. num. 1. Est pestis, perniciesque adolescentium ibid. num. 2. Et hujus immanissimi, & sceleratissimi sceleris ruinæ explorantur ibid. num. 3.

Crimine lenocinii tenetur maritus patiens, uxorem delinquere, & ad id ipsam inducens, licèt de ea quæstum non fecerit, & de lenocinio punitur, decis. 57. num. 19.

Crimen lenocinii punitur pœna arbitraria, decis. 57. nu. 12.

Pœna ordinaria huic crimini imposita quænam sit denodatur, decis. 57. num. 13. & 14. & num. 32.

Crimen lenocinii probatur testibus singularibus ad pœnam extraordinariam infligendam, potissimum concurrentibus adminiculis, decis. 57. num. 26. usque ad num. 29. Decisio Regii Senatus ibid. num. 31. & vide in verbo *leno*, & *lenocinium*.

Crimen falsi præsumptionibus, & conjecturis probatur ad effectum condemnandi reum, decis. 61. nu. 19.

Domus criminis læsæ Majestatis, in primò capite demoliri debent, decis. 60. num. 36. & 39.

In crimine læsæ Majestatis in primo capite proceditur ad pœnam confiscationis bonorum apud nos, decis. 60. num. 39.

In crimine suppositionis partus procedi potest de officio, quia est crimen publicum, quamvis non omnes ad accusandum admittantur, decis. 61. num. 31.

Crimen suppositionis partus conjecturis probatur, dec. 61. n. 18.

Quandò criminis titulus deficit, stellionatus nominatur, decis. 62. num. 11.

Crimen falsi committitur ex usurpatione dolosa signi in alterius nocumentum, decis. 62. num. 12.

Ex lege Cornelia de falsis in crimen falsi incidit, qui signo alieno utitur, mutat, corrumpit, vel contrafacit, decis. 62. nu. 13.

In crimine falsi proceditur pœna arbitraria, juxta delicti, & delinquentis qualitatem, decis. 62. nu. 16.

Crimen falsi committit mutans sibi nomen in celebratione contractus, supponendo se pro alia persona, gerens se pro Notario, Doctore, cum non sit, & punitur pœna falsi, dec. 62. n. 23.

Qui arma, vel insignia tollit, vel usurpat, tenetur crimine falsi decis. 62. num. 34.

Sub crimine stellionatus comprehenduntur delicta quę proprium nomen non habent, decis. 63. num. 1.

Crimine stellionatus tenetur qui impostūram fecerit, vel collusionem in fraudem, & damnum alterius, decis. 63. nu. 3.

Crimen stellionatus, & truffa præsupponere debent dolum, dec. 63. num. 4.

Crimine stellionatus tenetur, qui rem obligatam dissimulata obligatione alteri distraxit, obligavit, vel insolutū dedit dec. 63. n. 5.

A crimine stellionatus excusatur, qui in secunda speciali obligatione, priorem specialem hypothecam, vel onus callidè dissimulaverit, quandò specialis hypotheca primo, & secundo creditori sufficiens est, decis. 63. num. 11.

Crimine stellionatus non tenetur, qui rem duobus generaliter obligavit, decis. 63. num. 12.

Crimen stellionatus infamiam irrogat, & quando, dec. 63. n. 16.

Injuriis provocato non licet aliud injuranti obiicere crimen dec. 65. numer. 39.

Crimine expilatæ hæreditatis tenetur vidua, quæ expilavit hæreditatem, vel res inventarii mariti, decis. 68. nu. 13.

Crimina exceptuata in *cap. 15. Curiar. anni* 1599. enarrantur, dec. 51. num. 3. & vide verbo *Appellatio*. Crimen Truffæ vide in verbo *Truffa*.

Accusatus, seu inquisitus de aliquo crimine, pendente accusatione, vel inquisitione, non debet ad novos honores, seu officia promoveri, decis. 70. num. 9. Adhuc pendente appellatione à sententia absolutoria, ubi an assecutio novi honoris convalescat per sententiam absolutoriam supervenientem ibid. n. 9. limita ibid. num. 22.

Reus tunc dicitur accusatus de aliquo crimine, quandò ejus nomen inter alios reos est receptum, dec. 70. nu. 8.

Non statim, quo quis est accusatus, vel inquisitus de aliquo crimine præsumitur culpabilis, dec. 70. num. 30.

Cato Romanus quadragiès, & sex fuit de crimine accusatus in Senatu Romano, & quadragiès, & sex non sine maxima ejus gloria absolutus plenariè fuit ibid. num. 30.

Crimen habentes non possunt in Episcopos, aut Archiepiscopos eligi, nec ad ordines promoveri, dec. 70. nu. 11.

In crimine hæresis ad infamiam contrahendam, necesse non est, quod interveniat sententia, dec. 70. num. 34.

Nec ad beneficia Ecclesiastica potest admitti ille, qui aliquo crimine diffamatus scandalum Populo prębere potest, dec. 70. n. 12

Crimen Peculatus non dicitur, delictum depositarii, qui penès se retinet cum fraude pecunias Universitatis superiorem recognoscentis, ib. n. 23. Atverò depositarius ille furtum committit, & puniendus est, cum Senatus decisione decis. 89. n. 23. & 24.

Crimen repetundarum habet comitem concussionem, & ambo crimina sunt æqualia, decis. 100. num. 9. & in hæredes exercetur ibid. num. 14. Si civiliter agitur, istius pœna est arbitraria ibid. num. 10.

Expenditur ad hæc Constitutio 18. *tit. de cosas prohibidas*, ubi agitur de pœna pro crimine extorsionis imponenda ib. n. 11.

In crimine concussionis, & barattariæ, est stabilita pœna privationis officii, dec. 100. num. 12.

Si criminalitèr agitur in crimine concussionis, ultra recepti restitutionem condemnatur inquisitus ad pœnam arbitrariam, dec. 100. numer. 15.

Idem procedit in crimine barattariæ ibid. nu. 16.

Pœna arbitraria in criminibus concussionis, & barattariæ extendi potest usque ad mortem, quod declaratur dec. 100. n. 18.

Crimen concussionis, est gravius barattariæ ibid. num. 20. & vide in verbo *Barattaria*.

Crimen corruptelæ vide suprà in verbo *Corruptela*.

CRIMINALIA.

In Criminalibus nunquam clauditur os condemnatis, imò auditur semper reus ante executionem cum novis probationibus, si relevantes sint, decis. 51. num. 12.

CRIMINOSUS.

Criminosus in Judicem eligi non potest, & ratio assignatur, dec. 70. num. 10.

Criminosus non potest in religionem admitti, & an professio illius annulletur, decis. 70. num. 13.

Criminosus repellitur à testimonio ferendo, dec. 70. nu. 17.

Limita primò, quandò Judex immoratur in formanda inquisitione, quod declaratur ibid. num. 18.

Secundò limita si fuerit inquisitus de crimine levi ib. nu. 19. & 20.

Criminosi non possunt in Episcopos, aut Archiepiscopos eligi, nec ad ordines promoveri, neque ad beneficia Ecclesiastica admitti, vide verbo *Crimen*.

CREDITOR.

Si creditor patiatur, & sciat, litem agitari cum debitore super proprietate pignoris, sententia lata contra debitorem nocet creditori, decis. 75. num. 6.

CULPA.

An si culpa præcedat casum, aliàs non eventurum, culposus teneatur de casu, resolvitur decis. 64. num. 6.

Pro culpa levi aliqui opinantur, criminalitèr Judices non plecti, sed civiliter ad partis emendam, decis. 94. num. 4.

Culpa lata dolo æquiparatur, & propè fraudem accedit, imò quòd lata culpa dolus sit, procedit in actionibus Civilibus, quæ descendunt ex contractu, vel quasi; secùs autem si ex delicto criminalitèr agatur, nam lata culpa dolus non est, nec dolo æquiparatur, decis. 94. num. 18.

Culpa lata dolo non æquiparatur, etiamsi civiliter agatur pro pœna pecuniaria ex delicto, quod lex, vel statutum pro ejus punitione expressè, vel tacitè dolum requirit, dec. 94. nu. 19.

Culpa lata nec dolo æquiparatur in actionibus famosis, dec. 94. n. 20

Latior culpa est dolus ibid. num. 28.

Culpa tranfit in dolum, quandò summæ negligentiæ aliquid acce-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

accedit ibidem numer. 28.
Culpa quandò punienda est in commentariensi, seu carceris custode, dec.96. nu.9.10.11.& 12. Ubi plures decisiones Senatus,
Culpa lata in commentariensi dolo æquiparatur ibid. n.12.

CUPIDITAS.

Cupiditas est judicium, & causarum Criminalium ambitio, ex quo calumniatores punire non curant, sed adhuc accusatum expensis gravant, dec.90. nu.12.
Cupiditas lucrandi ponderibus justitiæ premenda est, dec.55.n.3.

CURIA.

Admissa causa non exit à Curia, nisi à Principe restituatur, dec. 53. num. 56.
Curia quando convocatur in hoc Principatu, jubet Rex, ut publicetur edictum generale, in quo ponit sub pace, & treuga omnes vassallos suos, cujuscumque conditionis sint, quia habent, vel non habent inter se guerras, sive sint Principes, sivè Valitores, sub pœnis contentis in Constitutionibus, & aliis arbitrariis, dec.87. nu. 12.

CRUX.

Cruce Sanctæ Eulaliæ signatur supplicatio in casu non supplicabili, à qua lineatione non licet amplius supplicare, dec.51 n.7. & an sit supplicabilis, nec ne, est Judicis à quò cognitio ibi.n.5.

CURATOR.

Curator meretricibus tanquam furiosis dari potest, quarum bona interdici possunt, decis.57. nu.51.

D

DAMNUM.

CUm damno tertii non licet assumere nomen, cognomen, insignia, titulum, marcam, & signum, dec.62. nu.35.
Idem est damnum sequi ex opera illicita, vel operam illicitam esse causam damni dati, dummodò de dolo vero, & reali, vel de animo deliberato constet, dec.64. num. 20.
Damnificare non poterant difidantes intra carthæ terminum, aliàs puniebantur tanquam proditores, dec.87. nu.2.
Damnificari non poterant boves, & aliæ res aratoriæ, & destinatæ ad culturam, dec.87. nu.8.

DARDENARII.

Contra Dardenarios ex officio procedi potest dec.54. nu. 66.
Dardenarii tanquam usurarii plectuntur, dec.54. nu.67.
Dardenarii à quo dicantur, dec.55. nu.8.
Dardenarii qui appellentur, declaratur, ibid. nu.9.& 10.
Dardenarii dicuntur qui annonam mercesque coemptas tantisper supprimunt, dum cariùs eas vendendi occasio se offert, dec. 55. num. 11.
Dardenarii quoque dicuntur Propolæ, idest, Racaterii, aut revenditores, quibus, in nonnullis Regnis prohibetur emere ante meridiem, ibid. num. 12.
Dardenarii crimen est species monopolii, dec.55. num.16. quid sit monopolium, & quot modis commitatur, ibid. nu.17.18. & 20. & vide infrà in verbò *Monopolium*.
Contra Dardenarios, & monopolium exercentes assignatur pœna, dec.55. nu.19. usque ad nu.33.
De jure nostro municipali contra eosdem assignatur pœna ib.n.34.
Contra Dardenarios non habet locum confiscationis pœna, quia hæc tantum practicatur contra reos criminis læsæ Majestatis Divinæ, vel humanæ in primò capite, dec.55. nu.35. Resolutio Trium Aularum ibid. num. 36.
Dardenariis qualis indicta sit pœna ex Regiis præconizationibus denodatur, dec.55. nu.37.
Conclusio R.A. contra occultantes frumenta, & alia grana ibid. num. 38. & 39.
Dardenariis proximi sunt annonam fraudantes, & illam attentans qua pœna puniatur, dec.55. n.46. & vide in verbo *Annona*.

DECISIONES.

Est perpetuò certum, decisiones nostri Senatus dici super puncto principaliter disputato, non quod incidenter, & extrinsecè, & ad decisionis ornatum extenditur, dec.59. nu.22.

DECLARATIO.

Declaratio Trium Aularum, quòd exequeretur sequestratio occupandi temporalitates Archiepiscopi Tarraconæ ob non firmatam ab eo contentionem, dec.82. n.46. & quid urbanitatis causa ab Excellentissimo Locumtenente factum fuit ibid. nu.47.

DECRETATIO.

Decretatio supplicationis deliberari debet in Aula Criminali, si Regens dubitat an sit admittenda, dec.51. nu.5.

DECRETUM.

Decretum Julii Papæ adversus frumentarios ponderatur, dec.55.n. 4. Et sententia Divi Ambrosii ad idem allegatur ibid. n. 5.
Decretum quod officialis non teneatur stare syndicatui est contra bonos mores, dec.91. nu. 8.
Per decretum de non stare syndicatui exacta inquisitio remissa censetur, dec.91. nu.20.
Decreta Regia observanda circa hospitandos milites à Familiaribus Sancti Officii, dec.100. nu. 90. usque ad finem decisionis,

DEFENSIONES.

Defensio est de jure naturali, & sic non est reis auferenda decis. 53. num.16. Nec auferri potest per Principem Sæcularem, vel Ecclesiasticum ibid. num.17.
Defensionibus denegatis, omnia sunt nulla, & confessio rei ipsi non nocet ibid. num. 18.
Quæ fundantur in jure naturali, Evangelico, Canonico, & Civili, decis. 53. num. 19.
Peccat mortaliter Princeps, si reum inauditum condemnet, aut denegata facultate se defendendi condemnari iubeat, ibid.n.20. Quo in casu dicitur Judex homicida dolosus, & tenetur de Syndicatu, & delatus supplicare, vel appellare potest, tanquam oppressus ibid. nu.21.
Judex ex officio non petenti tenetur reo dare terminum ad se defendendum dec.53. num. 22.
Quinimò nec ipse reus potest defensionibus renuntiare ibid. n.23. Et in hoc differt defensio ab appellatione, nam hæc per pactum renuntiari valet ibid. nu. 24. Neque valeret renuntiatio defensionis, etiam cum juramento ibid. nu. 25. Etsi reus renuntiet donec defensionis terminus labatur ibid. num. 26.
Adducuntur limitationes antedictarum regularum, quæ apud Doctores inveniuntur ibid. nu.27. & 28.
Defensio in Cathalonia inquisito numquam denegatur, quia in ea proceditur per directum, dec.53. num.29.
Lex 12. tab. neminem indefensum, ac inauditum condemnabat, ibid. nu.30. ubi plura de hac re.
Defensio quoad formam tolli potest, dec.53. num.31.
Modus sive forma defensionis, quia est de jure positivo, à Rege variari, & modificari potest ibid. nu.32.
Defensionis facultas limitari potest ibid. nu.33.
Ex Principis beneplacito possunt defensiones ad tempus suspendi. Et quamvis Judices non possint illas reis tollere, possunt tamen defendendi modum ex causa restringere, & terminum arbitrio suo reis assignare, ibid. nu.33.
Tempus defensionis non strictè limitari debet, dec.53. n.34.
Si competens terminus ad defendendum assignetur, & reus non se defendat, renuntiat tacitè defensioni ibid. nu.35.
Terminus defensionis non reiteratur, ibid. nu.36.
Citatio quatenùs defensionem respicit à jure Divino, & naturali est, & à Rege, vel statuto tolli nequit, dec.53. nu.37.
Publicata inquisitione cum assignatione competentis termini ad dandum defensiones, elapso termino, quamvis reus defensiones non præsentaverit potest Regium Concilium ad conclusionem in causa procedere, dum tamen in quocumque statu causæ admittatur inquisitus ad defensiones, si apparuerint relevantes, ubi adducitur resolutio Trium Aularum R.A. dec.53. num.43. usque ad num. 46.
Respectu pauperum eleemosynæ diversum jus statutum est; nam actuarius processus, eo publicato, tenetur illum deferre Advocato pauperum, qui habeat per illud tempus, quo apparuerit oportunum ad cognitionem Vicecancellarii, & Regentis Regiam Cancellariam, dec.53. nu.47.
Ut lis dicatur contestata, sat est, quòd reus respondeat in defensionibus super delicto, dec.59. nu.7.
Impunè licet aggressorem occidere ad sui defensionem, decis. 65. num. 2.
Defensio est omni jure, naturali, gentium, & Civili permissa, decis. 65. num. 3.
In foro conscientiæ occidens ad defensionem non dicitur peccare, dec.65. num.4.
Quod procedit in casu, quo occidens se defendendo animum, & intentionem se defendendi habet, quod probatur, dec.65. n.6.
Datur intelligentia textui in *cap. de occidendis 23. quæst. 5.* ibid.n.7.
Clericis adeò est licitum homicidium ad defensionem, ut aggressi in actu missæ, possunt aggressorem occidere, & postea missam prosequi, dec.65. num. 8.
Homicidium commissum ad sui defensionem in Ecclesia, eam non polluit, dec. 65. num. 8.
Si laici Clericum invasorem pro necessaria defensione occidant, non incidunt in censuras Canonis dec.65. n.9.
Si homicida se defendendo excesserit moderamen inculpatæ tutelæ, non pœna mortis, sed extraordinariè punitur, dec.65. n.12.
Defensio quandò dicatur incontinenti facta, dec.65. nu.16.
Si defensio fiat ex intervallo, impunis non evadit occidens, sed tenetur pœna extraordinaria, quia eum exculpat calor iracundiæ præcedens, dec.65. nu.17.
Defensio, & offensio sunt correlativa, & qualis est insultus, talis debet esse responsio, dec.65. n.18.
Defensio debet esse proportionata offensioni, & periculo vitæ ibid. nu. 28. ideoque pugno aggressus non poterit baculo se defendere, ibid. nu. 30.
Defensionis modus attenditur in eo, quod fit ob defensionem, non autem in eo quo fit, seu instrumentis defensionis, dec.65.n.35.
Non est defensio injuriæ, propulsare aliam injuriam, sed est vindicta, dec.65. num.39.
Non licet pro defensione obiicere alicui, quod mentitur, tanquam latro, vel fur, aut quid simile addendo, dec.65. nu.40.
Defensio, ut sit licita, debet esse cum moderamine inculpatæ tutelæ, decis.65. num. 40.
Ex qualitate percussionis infertur excessus in se defendente, cum decisione Senatus, dec. 65. nu.42.

INDEX

Pro ſola honoris defenſione non licet quemquam interficere, dec. 65. num. 44. Intellige reſpectu injuriæ verbalis, non autem realis, quod declaratur ibid. num. 44.

Teſtes (quando conſtat de inſultu) deponentes homicidium fuiſſe factum ad defenſionem inſultati, illam probant, dec. 65. n. 63.

An, & quomodò ſit probanda defenſio, ut occidens ad ſui defenſionem impunis evadat, cum defenſio non præſumatur, niſi probetur, deciſ. 65. nu. 63.

Quilibet injuſtum invaſorem licitè offendere poteſt cum moderamine in defenſione adhibito, etiam pro extranei defenſione, dec. 65. nu. 64. Fortiori jure id ipſum facere poterit pro ſanguine conjuncti defenſione, ibid. nu. 65.

Deciſio ibid. num. 66.

Hæc traduntur in fratre, pro ſtimulo fratris rixantis occurrente, vide in verbo *Invaſor*.

Amicus pro defenſione amici, conſocii, ſeu alterius ſecum deambulantis, poteſt inſultantem offendere, dec. 65. nu. 68. & nu. 69. allegatur deciſio.

Si vim paſſus per ſe non poſſit violentiæ, & oppreſſioni reſiſtere, ex defectu potentiæ, licitè, ac jure permittente, poterit ad eam propulſandam convocare ſervos, amicos, familiares, & extraneos ad ſui, & ſuorum defenſionem, dec. 65. n. 70.

Pro defenſione rei propriæ licet armata manu reſiſtere, & invaſorem occidere, quando, & quomodo, declaratur, deciſ. 65. nu. 71. & nu. 72. Deciſio Senatus adducitur.

Quando pro defenſione conſanguinei, amici, vel extranei poſſit quis inſultantem occidere, quomodò intelligatur, deciſ. 65. num. 73.

Armorum terror ſufficit, ut homicidium dicatur factum ad neceſſariam defenſionem, dec. 65. num. 85.

Statutum prohibens jactum ſclopeti, non comprehendit eum, qui ſeipſum defendit, cum ſolùm intelligi debeat in caſu culpabili, quod declaratur dec. 65. nu. 99.

Defenſionibus admiſſis in una cauſa, eis omiſſis in alia, non eſt judicandum, dec. 92. nu. 13.

DELATIO ARMORUM.

Pro delatione armorum pœna impoſita non incurritur ex ſola delatione, ſi prohibitio ſit ſimpliciter prolata; ſed requiritur, quòd tranſgreſſor cum eis deprehendatur, & capiatur. At ſi prohibitio ſe extendat ad eos, qui arma detulerint, geſtaverint, retinuerint, vel domi habuerint, ſufficit, quod quis ſit convictus arma portaſſe, vel domi habuiſſe, dec. 59. n. 16.

Diverſa eſt quæſtio, an ſimplex prohibitio delationis armorum incurratur ex ſola delatione, an requiratur, quòd tranſgreſſor cum armis deprehendatur, ab illa, an frangens exilium per pactum acceptum debeat in fractura deprehendi, an ſufficiat de illa convinci, dec. 59. nu. 17. & 18.

Delinquens cum armis prohibitis punitur tantum unica pœna videlicet, vel delationis armorum, ſi hæc ſit major, quàm pœna delicti, vel delicti, ſi ſit major, quam pœna delationis armorum, quod explicatur dec. 65. nu. 96. ſed ſi major ſit pœna delationis armorum, aggravatur ex expoſitione ibid. n. 97.

Delatio armorum eſt prohibita jure Digeſtorum, Codicis, Authenticorum, noviſſimo feudorum, & jure noſtro, dec. 80. n. 6.

Forenſes ignorantes condemnantur etiam ad pœnas ſtatuti prohibentis delationem armorum, juxta unam opinionem DD. dec. 80. nu. 7. Alii aliter exiſtimant, ibid. nu. 8.

Deferens arma cum licentia Superioris, ſi cum eis delinquat, puniri an poſſit de delatione armorum, denodatur dec. 80. n. 13.

D E L A T U S.

Delatus de falſitate condemnatur ad pœnam extraordinariam, cum emenda damni dec. 96. num. 16. Deciſiones Senatus ibid. num. 17. & 18.

Delatus de crimine, quo probato, non meretur puniri pœna corporali, traditur *idoneæ manuleutæ*. At ſi pœna corporali puniri debet, & fuerit delictum in Principatu commiſſum, intra viginti quinque dies, poſtquam fuerit reus captus, debet fortificari, & inſtrui inquiſitio, & eis elapſis, publicari oportet intra quinque dies, ſi viſum fuerit, quòd debeat publicari: & dicti quinque dies, quod eſt tempus publicandi inquiſitiones, poſt elapſos dictos vigintiquinque, non currunt, niſi à die quo proteſtatur de lapſu temporis, dec. 97. nu. 14.

D E L E G A T I O.

Delegatio fieri non permittitur officiali de his, de quibus cognoſcere valet ſua poteſtate ordinaria, & jure ordinario; At poteſt officialis illam accipere in his, quæ ad ſe, & ad ſuam juriſdictionem ordinariam non pertinent, & pro geſtis in ea tabulam non purgat, dec. 89. nu. 17. & vide in verbo *Officialis*.

Commiſſio cauſarum DD. Regiæ Audientiæ, quia juriſdictionem ordinariam habent, non eſt delegatio, ſed diviſio, ſeu earum diſtributio, dec. 92. nu. 8. & vide in verbo *Commiſſe*.

Delegatio ſyndicatus accipit interpretationem à conſuetudine univerſali, dec. 95. nu. 19.

D E L E G A T U S.

Delegatus quando lædit aliquam Regaliam, quomodò contra illum procedatur, dec. 82. nu. 52.

D E L I C T U M.

Delicta ubique à vagabundis commiſſa puniri poſſunt, dec. 56. nu. 35. Deciſio Senatus, ibid. nu. 36.

Ad Judicem loci delicti vagabundum remittendum, traduntur quidam DD. dec. 56. num. 37. Adducitur hujus opinionis limitatio, ibid. nu. 38. Contrariam alii tenent ibid. nu. 39. Conciliant quidam num. 40. & vide in verbo *Vagabundus*.

Quædam ſunt nomina ſonantia in delictum, quæ denominantur ab actu, & tunc ſufficit unus actus, ut homicida, calumniator, & ſimilia. Alia verò ſunt, quæ denominantur ab effectu reſultante ex actu, veluti meretrix, quæ dicitur à merendo libidinis ſtipendia, & tunc requiruntur plures actus, & idem eſt in fœneratore, idemque quando nomina denominantur ab exercitio, & uſu: ut luſor, aleator, & ſimiles dec. 57. num. 8.

In delictis carnis, an poſſint Judices de officio procedere, an tantum debeant ad inſtantiam partis vim paſſæ, dec. 57. nu. 91.

In delicto concubinatus ſucceſſivi de officio procedi poſſe, traditur dec. 57. num. 95.

Ratione loci delicti fit delictum atrox, dec. 58. nu. 7.

Delictum commiſſum in Palatio Principis acriùs punitur, ibid. nu. 8. quia gravius, & atrocius ſemper reputatur, ibid. & n. 18.

Ex circunſtantiis, quibus augetur delictorum gravitas, eſt locus, dec. 58. num. 35.

Interrogatio rei eſt litis conteſtatio, nec licet Judici reum interrogare, niſi de delicto, de quo eſt diffamatus, vel indicia, vel ſemiplena probatio præcedant, dec. 59. nu. 5.

In omnibus delictis de generali conſuetudine procedi poteſt per Inquiſitionem, dec. 59. nu. 12.

Delicta alia ſunt nominata, & alia innominata dec. 63. nu. 1.

Delicta, quæ proprium nomen non habent, ſub nomine, & crimine ſtellionatus comprehenduntur, dec. 63. num. 1. hujus generis eſt truffa, ubi explicatur, quæ ſit truffa, & remiſſivè de Mohatra, deciſ. 62. num. 2.

Delictum committit artifex, qui alieno ſigno utitur dec. 62. n. 7.

Occidens Petrum, volens occidere Joannem punitur pœna extraordinaria delicti, & recitantur contrarium tenentes; quorum opinio non amplectitur, dec. 64. nu. 8. & 9. intellige prout ibid. nu. 23. 24. & 25.

In delictis nocturnis, & difficilis probationis admittuntur teſtes domeſtici, dec. 67. nu. 10.

Poteſtates an teneantur de delictis officialium ab eis electorum, remiſſivè dec. 71. nu. 24. Et quid de viro, & domino reſpectu uxoris, & familiarium ibid. nu. 25.

Barones de delictis, & culpis officialium non tenentur, deciſ. 71. num. 25.

Regium Concilium cognoſcit delicta claſſicorum delinquentium in terra, dec. 73. nu. 4. & 5.

Recitatur ad id Regium Reſcriptum ibid. nu. 6.

Ampliatur quamvis delictum eſſet commiſſum inter claſſicos in conſpectu vexilli triremium, dec. 73. nu. 7. Comprobatur ex Regio reſcripto ibid. nu. 8.

Et ex diſpoſitione juris communis; nam Judex loci delicti cognoſcit de delictis nautæ communibus, nec de eis debet cognoſcere juſtitia maris, dec. 73. nu. 9.

In Regnis Neapolis, & Siciliæ Generales triremium cognoſcunt de delictis inter claſſicos, dec. 73. nu. 11. & 12. & quid in hoc Principatu obſervetur, vide in verbo *Judex*.

Habet locum preventio inter juſtitiam ordinariam, & maris, dec. 73. num. 13. & 14.

Judex loci delicti cognoſcit de delictis claſſicorum in terra patratis, quamvis levia ſint, dec. 73. nu. 16. & quamvis illa commiſſa forent in conſpectu vexilli triremium, ibid. nu. 17.

Obſervantia cognoſcendi Regium Concilium de delictis commiſſis per claſſicos in terra contra Paganos, traditur dec. 73. nu. 18. cum multis deciſionibus Senatus uſque ad nu. 21.

Obſervantia quam etiam habet cognoſcendi de delictis communibus commiſſis per claſſicum contra claſſicum in terra ibid. num. 22. uſque ad num. 25.

Circa hæc traditur Regium diploma, ibid. nu. 26.

Delicta commiſſa in triremibus pertinent ad cognitionem Ducis claſſium, ubi remiſſivè tractatur quandò Provincialis in claſſe delinquit contra Provincialem, dec. 73. nu. 32.

Si claſſicus delinabat contra claſſicum in terra, cognitio delicti eſt Ducis claſſis, dec. 73. nu. 33.

Delictum à claſſicis commiſſum contra Paganum in terra cognoſcitur à Judice loci delicti, dec. 73. nu. 36.

Delictum commiſſum à claſſico in terra punitur à Judice loci delicti, ibi n. 37. reliqua vide in verbo *Claſſicus*, & in verbo *Judex*.

Delicta ſunt in triplici differentia, ſcilicet, merè Eccleſiaſtica, Sæcularia, & mixta, dec. 74. nu. 1.

Delicta merè Eccleſiaſtica ſunt, quæ tantum à jure Eccleſiaſtico ſunt prohibita, & tangunt tantum res Eccleſiaſticas, ſpiritualeſve, dec. 74. nu. 2.

Merè ſæcularia ſunt, quæ à lege Civili vetita reperiuntur, ibid. num. 3.

Mixta ſunt, quæ tam à jure Eccleſiaſtico, quàm Civili prohibentur, ibid. num. 4. Exemplificantur utraque delicta ibid.

Ordinarii Eccleſiaſtici cognoſcunt de delictis merè Eccleſiaſticis, tam in laicis, quàm in Clericis, etiam pœnis corporalibus, citra ſanguinis effuſionem, dec. 74. nu. 5. & nu. 10.

Recitatur deciſio in cauſa matrimoniali, ibid. num. 6.

Alia allegatur deciſio, ibid. nu. 7.

In

UAB Biblioteca de Ciències Socials

In delictis mixti fori est locus præventioni inter Judicem Ecclesiasticum, & Sæcularem, & præfertur in cognitione causæ ille, qui prævenit, & processus prævenientis facit cessare processum præventi, dec.74 num.8.
Delictum mixti fori commissum dicitur ab eo, qui eximere tentavit carceratos à carceribus Episcopalibus, & quid in simili observavit Regium Concilium, dec.74. nu.9.
In delictis mixti fori posse Judicem Ecclesiasticum laicos punire pœnis corporalibus recitatur, dec.74. nu.10.
Allegantur contrarium tenentes, ibid. nu.11. & nu.12.
In delictis mixti fori, reus per Ecclesiasticum absolutus, poterit per Sæcularem puniri, dec.74. num.13. Et è contrario non prohibetur Ecclesiastico procedere adversus absolutum per Sæcularem, ibid. num. 14.
Delictum usurarum est mixti fori, cujus cognitio sub diversis formalitatibus, ad Ecclesiasticum, & ad Sæcularem Judicem spectat, quod dilucidatur, dec.74. nu.12.
In delictis mixti fori si per Judicem Ecclesiasticum non fuerit punitus laicus pœna condigna, capi, & puniri potest per Judicem Sæcularem, ibid. nu.16.
Si vero captus, & punitus sit per Judicem Sæcularem, postea puniri non potest per Ecclesiasticum; quia semper pœna imposita à Sæculari, præsumitur competens, quod declaratur, ibid.n.17.18.
In delictis mixti fori an Ecclesiasticus possit propria auctoritate delinquentes laicos capere, quod est consequens necessarium ad preventionem, proponitur. Referuntur DD. pro affirmativa sententia, dec.74. nu.19. Pro contraria alii allegantur, ibid. n.20.
In praxi tamen quoad delicta mixti fori ubique ferè moribus est receptum, ut ad laicorum delinquentium capturam Ecclesiastici non procedant, ibid. nu.21.
Delicta commissa ab Equitibus Ordinum Militarium in officiis publicis, quę susceperunt, puniri possunt à Judicibus Sæcularibus, quibus subiiciuntur: non ita ut possint puniri pœna capitali, aut temporali, sed suspensionis, aut privationis ab officio, dec. 81. nu.7. Et ideò ad officia Sæcularia eligi prohibentur, quia ab omni jurisdictione sæculari sunt exempti, ibid. nu.8.
Delictum atrox est resistere officialibus in actu capturæ, seu executionis alicujus provisionis, seu sententiæ, dec. 81. nu.34.
Delictum depositarii penes se retinentis cum fraude pecunias Universitatis, Superiorem recognoscentis, non dicitur crimen peculatus, dec.89. nu.13. ut tur tamen est puniendus talis depositarius, cum decisione Senatus, ibid. nu.24.
Delictis gravibus gravia supplicia conveniunt, levibus levia dec.90. num. 32.
Delicta Magistratuum graviora judicantur ratione eorum à quibus committuntur; quia omne animi vitium, tantò conspectius in se crimen habet, quandò major qui peccat habetur, quod illustratur, dec.91. num.4.
Delicta Magistratuum majori pœna sunt digna, dec. 91. nu.7.
Delicta coemptionis, & doli in Judice graviter coercenda sunt criminaliter, & actione famosa ultra interesse partis, dec.94. nu.1.
Delictum an sit magnum, vel parvum relinquitur arbitrio Judicis, dec.95. num.3.
In delictis privatis in re admodum gravi, si negligentia consistat in persequendo, & puniendo delinquentes, eo ipso quòd probatur, delicta esse notoria, & quod de eis potuit Judex habere notitiam, aut si reos non carceravit in crimine flagranti, aut eidem fuerunt notificata, seu denuntiata cum submissione testium, vel indiciorum; si Judex ulteriùs non processerit, illicò probata negligentia dicitur, ubi rationes, & exempla recitantur, dec.97. num.9.
Delictum quandò est denunciatum, si monitus Judex dissimulat vindictam, supplicium illi imminet, quod inferre contemnit; quia talis negligentia est dolus præsumptus, ibid.n.9.
Delicta ut coerceâtur semper adest interesse publicum, dec.97.n.16
In delictis publicis principalis offensa fit Reipublicæ, ratione cujus quilibet de Populo potest accusare; minùs verò principalis fit parti; at in privatis contra, dec.97. nu.17.
Pro delictis publicis, sivè privatis indistinctè est certum, Judicem per officialem ex negligentia puniri, quandò à Judice affectatur ex ambitionibus, vel sordibus, quod declaratur dec. 97. nu. 21.
Pro delictis omissis syndicantur officiales, ibid.nu.24. & 25.
Delicta coemptionis, & extorsionis ab officialibus reputantur pro criminibus difficilis probationis, ad quorum probationem ideò admittuntur testes minus idonei, & inhabiles, qui cum aliis, vel adminiculis conjunguntur, dec.100. nu. 37.
In delicto concussionis, si criminaliter agatur, ultrà recepti restitutionem condemnatur inquisitus ad pœnam arbitrariam, dec.100. num.15. Idem in delicto barattariæ, ibid. num.16. & vide in verbo *Barattaria*.

DELINQUENS.

Delinquentes in Palatiis proprium Judicem sortiuntur, & Auditor Generalis Exercitus cognoscit de causis famulorum, qui Proregi inserviunt, & omnes, qui Regio Palatio inserviunt gaudent foro belli, dec.58. nu.23.
Delinquentes in Palatio Regio, quibus pœnis puniantur, dec. 58. num.29.30. & 31.
Delinquens in Palatiis punitur pœna arbitraria, quæ extendi potest usque ad mortem, dec.58. nu.33.
Interest Reipublicæ, delinquentium domos demoliri ob criminum detestationem, decis. 60. num. 33.
Birruariis licitum est vulnerare, vel occidere delinquentem resistentem, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, decis.64. num.30. Senatus decisio, ibid. num.32.
Delinquens cum armis prohibitis, an Puniatur unica pœna delationis armorum, aut delicti, vide supra in verbo *Delictum*.
Ad exercitium jurisdictionis solum attenditur forum rei, ideò delinquentis, decis. 73. num. 15.
Factum decisionis recitatur decis.78.num.2.
Delinquenti, de Principe, aut Republica, benemerenti pœna remittitur, vel minuitur, decis. 78. num.2.
Etiam propter servitia à majoribus, vel conjunctis delinquentis impensa, ibid. num.3. Ratio redditur, ibid. num.4.
Decisio Senatus, ibid. num.13. & 14.
Alia decisio ibid. n. 15. & 16.
Decisio alia, ibid. num. 17.
Delinquens si sit indignus successionis ab eo auferuntur bona, & Fisco applicantur, sed si incapax veniunt proximiores agnati, excluso Fisco, decis. 79. num. 8.

DEFIDANTES, ET DEFIDAMENTA.

Defidans vide in verbo *Duellans*.
Defidamenta vide in verbo *Duellum*.

DENUNCIATIO.

In denunciatione Judicis negligentis includi debet, fuisse instatum, & requisitum, decis.97. num.44.

DEPONENS.

Testis coram Judice falsum deponens ab eodem punitur, licèt aliàs non sit delinquentis competens, & quod dicitur in falsitate, procedit etiam in omni actu criminoso, quem coram Judice quis fecerit, decis.81. num.21.
Testis deponens coram Judice incompetenti, nullamque habente jurisdictionem, propter offensam, & contemptum Judicis, punitur pœna extraordinaria; dummodò sit incompetentia actualis, non potentialis, dec.81. num.22.

DEPOSITARIUS.

Depositarii delictum penès se retinentis cum fraude pecunias Universitatis, vide in verbo *Delictum*.
Depositario æquiparatur commentariensis, decis.96. num.13.

DETRACTORES.

Detractores timeant ruinam, decis.90. num.8.
Detractores sunt insidiatores, & deteriores illis, qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt, decis.90. num. 9.
Detractores tanquam malevoli, & maledicti arcendi sunt à visitatione, decis 90. num.10. & num.14.

DETRAHENTES.

Detrahentium, & calumniantium quæ sint genera, decis. 90. num. 6. Et quibus cognomentis dignoscantur, ibid. num. 7. Et de eorum pœnis, ibid. num.9.
Detrahentes, & invidi spargunt famam, ex qua componitur vulgi opinio, decis.90. num. 16.

DEPUTATI.

Deputati, & Auditores Generalis Cathaloniæ quando possint præmia licitantibus offerre, decis.96. num.23.

DEUS.

Quos Deus conjunxit homo non separet, decis. 60. num. 45.
Deus exiget mala duellorum à Regibus, & Judicibus illa patientibus, decis. 88. num. 11.

DIES.

Dies licèt interpellet pro homine, in Magistratu tamen respectu partis interessatæ inest tacita conditio, si à parte fuerit solicitatus, quòd variis exemplis demonstratur, decis.97. num. 37.
Diebus certis, & festivitatibus, in quibus erat servanda pax, pugnari, seu duellari non poterat, sicut nec elapso termino defidamenti, decis. 87. num.5.

DIGNITAS.

Dignitas Præfecti Prætoria post Imperatorem erat, dec. 100.n.45.
Dignitate Patriciatus decoratus codicillorum insignibus induebatur, decis. 100. num.46.

DILIGENTIA.

Diligentia nimia per se non est punibilis, decis. 97. num. 46. ubi proponitur, quòd in syndicatu fuit denuntiatus Nob. Iosephus Leyssa Locumtenens justitiæ Aragonum, ut non horrent visitandi, quia nemo hac re caruit.
Diligentia nimia, quæ in dolum, vel culpam dolo proximam cadit, punitur in syndicatu, decis.97. num.48.

DICTIO.

Dictio negativa universalis *nihil* aliquando restringitur ad terminos habiles, aut terminos juris, decis. 98. sub num. 26.
Dictio *nihil*, uti universalis negativa, totum excludit, decis. 98. num. 23.

DISCUS.

Discus quis fit nodatur, decis. 66. num.5.

DISPOSITIO.

Dispositio generalis, quæ sequitur, non magis refertur ad decisionem specialem præcedentem, quàm ea, quæ antecedit, decis.52.num.62.

DISSENTIO.

Hominum dissentio debet evitari, decis. 70. num. 52.

Do-

INDEX

DOCTORES REGIÆ AUDIENTIÆ.

Doctores Regiæ Audientiæ sunt privative subditi Domino Regi, decis.81. num.69. quod declaratur ibid. num.70.

Doctores Regiæ Audientiæ in Criminalibus nedum sunt exempti à foro ordinariorum, sed etiam à foro, & jurisdictione Proregis, decis.89.num.13.Nec Prorex potest contra illos procedere absque speciali commissione suæ Maiestatis. Fallentiæ hujusce regulæ, & doctrinæ explicantur à n.14.usque ad n.16. ibidem.

Doctores Regiæ Audientiæ jurisdictionem ordinariam habent, & sic commissio causarum, divisio dicitur decis.92.num.8.

Doctores Regiæ Audientiæ per se, uxorem, filios, vel aliam interpositam personam non possunt accipere subornationem, aut donaria à persona, quam sciunt litigare in R.A. vel Concilio, sub pœna privationis officii, inhabilitatis ad alia, & restitutionis rei acceptæ in undecuplum, decis.98.num.34.

Doctoribus Regiæ Audientiæ prohibetur in Cathalonia emere bona stabilia per se, & per interpositas personas, quæ venduntur pro executione suorum Tribunalium ex dispositione cap.49. Cur.anni 1599.decis.99.num. 19. Limit. ibid. num. 20. Traditur decisum, ibid.num.21.

Doctoribus Regiæ Audientiæ in Cathalonia prohibetur negotiari; possunt tamen pecunias ad cambium dare decis.99.nu.29.

Decisio Regiæ Visitæ, ibid.num.30.

DOCTORES.

Medicinæ Doctorum viduæ non fruuntur privilegiis maritorum, benè verò ipsorum uxores dum vivunt mariti; decis.76. nu.19. & in his, melior est conditio Advocatorum, quam medicinæ Doctorum, nam Advocatorum immunitates transeunt ad eorum viduas, & liberos decis.76.num.20.

Doctorum afferris non datur, nisi in his, quæ ex professo quæstionem examinando resolvunt, non super his, quæ perfunctoriè, & per transennam, decis.59.num.23.

DOLUS.

Dolus circa unum, ad alium non porrigitur, decis. 64. num. 10.

Dolus præteritus remitti potest, decis.91.num.21.

Dolus in Judice graviter punitur, decis.94.num.1.

Dolus in judicibus (non per præsumptiones, & coniecturas, sed per evidentes probationes, quæ tendant in ambitionem, vel sordes, ex quibus insurgat latissima culpa, vel dolus verus, vel quæ in dolum cadit) argui concludenter debet, dec.94.n.29.

Dolus verus habet duas pœnas, unam pro qua Civiliter agitur, & alteram, qua Criminaliter prosequitur, & de uno judicio ad aliud non obstat judicatum, ibid.num.15.

DOMICILIUM.

Domicilium dicitur certum, & est duplex, unum originis, & alterum habitationis, & ut quis vagabundus dicatur non inspicitur, an habeat domicilium originis; nam vagabundus erit si non habet domicilium habitationis, & fixam sedem in qua permaneat, decis. 56. num. 24.

DOMINIUM.

Dominium sine interruptione continuasse videtur hæres adiens hereditatem, & ab instanti mortis successisse creditur, dec.68.n.18.

DOMINUS.

Dominus an teneatur de gestis à familiaribus, remissivè decis. 71. num. 24.

Domini in servos sævientes ad eos manumittendos compelluntur, decis.71.num.5.

Dominus defidatus licèt non possit vassallum defidantem nocere de facto, attamen potest assequi per terminos juris punitionem, & satisfactionem propter opprobrium, & injuriam, qua dominus à vassallo afficitur, decis.86.num. 18.

DOMUS.

Domus delinquentium demoliri Reipublicæ interest, ob criminum detestationem, decis. 60. num. 23.

Domus devastari debent, in quas Hæretici se conveniunt, & se retrahunt, decis.60.num. 25.

Domus Rei criminis læsæ Maiestatis in primo capite demoliri debent, decis. 60. num. 36. & 39.

Domorum demolitionis pœna habet locum in atrocissimis delictis, ibid.num.37.

Domus occisorum Andreæ de Isern Regii Conciliari fuerunt demolitæ, & contra occisores Cardinalium eadem pœna practicatur, decis. 60. num.38.

Pœna demolitionis domorum, Castrorum, mansorum, & aliorum locorum, ubi receptantur ejecti à pace, & tregua, & inimici, & acuydati suæ Majestatis, traditur, decis.60.num.27.

Decisio Senatus, ibidem num. 28.

Præcedere debet informatio, & declaratoria; & ab ignis appositione abstinendum est, ibid. num. 29.

Demoliri non possunt domus, quæ sunt sub alterius allodio, vel feudo, ibid. 30.

Proponere, mittere incendium in unam domum, quod immisit, si ex dicto incendio aliæ fuerunt combustæ domus, tenetur immittens de omnibus, quia verosimiliter incendium tendebat ad comburendas vicinas ædes, decis.64.num.12.

Decisio Senatus de dante operam rei illicitæ, quia verosimiliter cogitare potuit damnum venturum, decis. 64. num. 13.

DONATIO.

Donatio per amasium in meretricem, legatum, vel institutio non sustinetur, quandò actus venereus est lege exteriori, & humana prohibitus, & punibilis: secùs si sit simplex Concubinatus inter solutum, & solutam, quod exemplificatur, & declaratur decis. 57. num. 68.

Decisio Senatus, ibid.num. 69.

Donationes factæ à subditis Judici, seu officiali, non sustinentur, decis. 98.num.16.

Donatio facta à subditis officiali propter ejus benemerita, si de illis constat, sustinetur decis.98.num.18.

Idem procedit si facta sit officiali in ultima voluntate, ibid. n.19.

Hæres donatoris in donatione facta cum reservatione ususfructus non manutenetur, in concursu donatarii cum clausula constituti, decis. 102. num. 3.

In donatione universali cum certa reservatione ususfructus, aut alia ad testandum, hæres reservationis præfertur donatario in interdicto retinendæ pro creditis, donec sibi fuerit satisfactum, ubi recitatur Fontanella, dec.102.n.4. Et ad ipsum ponderatur Cancer, ibid.n.5.Assignatur ratio, n.6. Decisio Senatus, n.7.

Donationem omnium bonorum acceptans à parente debitore dotis, nequit dotē à se ipso petere, ob cōfusionē actionū, dec.102.n.11.

DONATARIUS.

Donataria, quæ se spoliatam dixit, possessionem penès se non stare confitetur, decis. 107. num. 8.

Decisio Senatus, ibid. num.9.

Alia Decisio, ibid. num. 10.

Donatarius universalis potest juvari remedio *l.fin.Cod. de edict. Divi Adriani* contra hæredem, qui petit manuteneri, non tamen contra hæredem, qui retinet pro creditis, nisi fuerit satisfactus, dec.102.n.20. Dummodò hæres petat pro justa detentione creditorum remedium manutentionis, ib.n.21.Ratio redditur, ib.n.23.

Donatarius tanquam hæres cum effectu recta via conveniri potest à creditoribus hæreditariis, & sic Senatus declaravit, in concursu hæredis, donatarium universalem esse præferendum in dispositione hominis vocantis hæredem, decis. 102.num.24.

Traditur conclusio præmissorum, ibidem num.25.

Donatarius dicitur hæres anomolus, dec.102.n.23.

Pactum revertionale conceptum in favorem hæredis, verificatur in donatarium universalem, cum decisione Senatus, ibid.sub n.24.

DIVORTIUM.

Contra mulierem, post divortium, res mariti contrectantem, competit actio furti, decis.68.num.12.

DUBIUM.

Dubium quando pendet super supplicatione admittenda, notatur per scribam mandati dies oblatæ supplicationis, decis.51.nu.6.

In dubio est præsumendum, informationes fuisse receptas, ad sustinendum decretum, decis.72. num.3.

Dubio firmato per partem in materia contentionis, etsi Doctores illud non declaraverint intra octo dies, non ideo incidunt in pœnam constitutionis, nisi fuerint interpellati, ad intelligentiam *Constitutionis unicæ, tit.com se den declarar lo dupte*, dec.97.n.18.

Dubium illicò per partem, ex quo scit causam Criminalem, firmandum est, ibid.n.19.ubi animadvertitur, dictam Constitutionem unicam, *tit.com se den declarar lo dubte*, quatenùs statuit octo dies ad declarandum dubium, non esse in observantia,

Dubia causæ per Regiam Audientiam efformata tradenda partibus sunt, si petantur à partibus cum supplicatione, eisdemque instantibus tenetur Relator assignare diem ad informandum; quæ procedunt in diffinitivis, non verò in interlocutoriis, nisi habeant vim diffinitivæ, decis.97.num.50.& 51.

DUELLUM, ET DUELLANS.

Duellorum, & defidamentorum leges in hoc Principatu diffusæ, & variæ sunt, decis.84.n.2.ibique plures recitantur, & n.3. & 4.

Duellandi facultas in hoc Principatu permissa videtur ex *Constitutione 7.tit.de pau, y treva*, & ex *Constitutione 11.ejusdem tituli*, decis.84.num.10.

Duellandi origo in Hispania descendit ex barbara consuetudine Gothorum, decis. 84. num.24.

Duellum est duorum bellum, græcè monomachia, id est singularis pugna, decis.85.nu.1.& sumitur propriè, & impropriè, ibid.n.2. Dividiturque in judiciale, & extraiudiciale, & singulæ species de per se explicantur, ibid.num.3.& 4.

Duella non sunt conflictus illi, qui fiunt inter milites in bello justo de consensu Ducis ad conservandam bonam famam, ob causam publicam, dec.85.n.7.Et isti conflictus sæpè fiunt ad totius belli eventum, quod exemplis demonstratur, ibid.nu 8.

Similiter neque sunt Duella conflictus, qui fiunt subito iræ furore, & calore iracundiæ, decis. 85. num. 9. quod intelliges ut in num. 10.

Paritèr duella non sunt conflictus inter illos, qui cum sibi obviant, invitant ad pugnandum, etiamsi unus alteri dicat, distrige ensem ad pugnandum, ibid. num. 11.

Idem affirmatur de pugna mulierum, vel virorum sine instrumento periculoso ad pugnandum, aliique explicantur casus, in quibus duellum non committitur, ibid.num.12.

Duellum committitur, quandò causa pugnandi, unus alteri dicit, veni ad talem locum, ubi te expectabo, decis. 85. num. 13. Idem quandò existens in platea dicit alteri, exeamus hinc ad pugnandum, ibidem num. 15. Secùs autem, si existens in Ecclesia, ob periculum adjutorum inimici, dicit ei exeamus hinc, fu-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

fugiens Ecclesiæ irreverentiam, ibid. num. 16. Et in ista rixa offendens extra Ecclesiam, gaudet ejus immunitate, ibid. n. 17
Duellum non committitur quando quis provocat ad pugnam dicendo, tecum pugnabo prima vice, qua tibi per urbem obviam ero, decis. 85. num. 18.
Duelli effectus sunt mortes repentinæ, animarum perditiones, & alia absurda, decis. 85. num. 19.
Duella sunt prohibita per jus naturale, civile, Canonicum, & Divinum, decis. 85. num. 21. Et in Hispania, Gallia, Lusitania, Belgia, Neapoli, Sicilia, & in statu Ecclesiastico variæ fuerunt statutæ pœnæ ad extirpandum duellum, ibid. ex num. 22. usque ad 30. ubi efficacissimum remedium refertur.
Duella in hoc Principatu nullo jure fuerunt permissa, neque adsunt Constitutiones, vel leges Municipales expresse duella approbantes, decis. 86. num. 1. & 21. Et ex eorum concessione sequeretur absurdum in jure, & quid repugnans utilitati publicæ, ibid. num. 7.
Duellandi aliqui fuerunt solemnitates, & formalitates dispositæ, decis. 86. num. 21. & 24.
Duella, seu defidamenta, quæ ex consuetudine tolerabantur, tot requirebant formalitates, & requisita, quòd vix impunè defidari poterat, decis. 87. num. 1. & quæ sint illa requisita, latè *per totam decisionem*.
Duellantes, seu defidantes intra carthæ terminum non poterant se damnificare, alias puniri poterant tanquam proditores, decis. 87. num. 2.
Duellans comparere tenebatur, & contra recusantes quomodo procedebatur, decis. 87. num. 4.
Diebus certis, & festivitatibus, in quibus erat servanda pax, quæ appellabatur Domini nostri Jesu Christi, pugnari, seu duellari non poterat, sicut nec elapso termino defidamenti, decis. 87. num. 5.
Traditur pœna defidantium nomine vero, si non observarunt formas duelli, seu defidamenti, vel nomine ficto, vel sine alterius mandato, aut sine ejus scientia, & consensu, vel sine nominis expressione, decis. 87. num. 9.
Duella, seu defidamenta erant odiosa, perturbationibus plena, & paci publicæ damnosa, decis. 87. num. 23.
Defidantes parentes, avum maternum, tutores, aut curatores, & proximiores puellæ, ob contractum matrimonium absque prædictorum consensu, ipso facto habebantur pro ejectis à pace, & tregua, decis. 87. num. 21.
Dominus defidatus licèt non possit vassallum defidantem nocere de facto, attamen potest assequi per terminos juris punitionem, & satisfactionem propter opprobrium, & injuriam, qua dominus à vassallo afficitur, decis. 86. num. 18.
Duella strictiùs fuerunt prohibita per Sac. Concil. Trid. dec. 88. n. 1. Sub qua prohibitione comprehenduntur bandositates, & bella particularia non obstante quacumque consuetudine immemoriali, & privilegio, ibid. num. 2.
Duellandi consuetudo est contra omne jus, irrationabilis, & contra bonos mores, nec sustinetur per jura Patriæ, quæ approbant consuetudines, decis. 88. num. 7.
Duella non observantur in Regno Valentiæ post Concil. Trid. dec. 88. n. 9. neque in hoc Principatu, ibid. num. 10.
Duellorum mala, à Regibus, & Judicibus exiget Deus, decis. 88. num. 11.
Duella in hoc Principatu fuerunt prohibita præconizatione de anno 1670. decis. 88. num. 12. recitantur verba præconizationis, ibid. num. 13. & 14. Et traditur novissima resolutio Senatus facta de anno 1687. ibid. num. 15.

E

ECCLESIA.

An ostia Ecclesiæ veniant appellatione Ecclesiæ in materia immunitatis Ecclesiasticæ, remissivè, decis. 58. n. 13. & quid de portico ei annexo, ubi remissivè pro immunitate Ecclesiastica; an porticus sit locus immunis, ibid. num. 14. & vide in verbo *Immunitas*.
Famuli perpetui Ecclesiasticarum personarum, qui propriè servi appellantur, fori privilegio tanquam bona, & res Ecclesiæ gaudent, quod judicatum traditur in causa contentionis, decis. 58. num. 38. & 39.
Homicidium commissum ad sui defensionem in Ecclesia, eam minimè polluit, decis. 65. num. 9.
Occidens, aut vulnerans à tergo, & proditoriè rixantem cum patre, filio, consanguineo, affine, vel amico, confugiens ad Ecclesiam, gaudet ejus immunitate, & ratio redditur, decis. 65. n. 78.
Ecclesiastica immunitas reo non suffragatur, concurrente semiplena probatione qualitatis delicti, ex quo immunitas denegatur, decis. 51. num. 17.

ECCLESIASTICUS.

Ecclesiasticus Judex potest prohibere comœdias pœnis spiritualibus, & Sæcularis temporalibus, decis. 74. n. 36.
Ecclesiasticus Judex solum pœnas spirituales, non autem pecuniarias potest indicere in laicos, etiam quando sæcularis fuerit negligens, ibid. sub num. 36.
Limita ubi adest consuetudo, quod Ecclesiasticus possit indicere pœnam pecuniariam, & tunc non per eum, sed per sæcularem exequi debet, ib. n. 36. & 37. ubi impugnatur doctrina Cartharii.
Contra Ecclesiasticos Barones in casibus à jure permissis practicatur sequestratio jurisdictionis, decis. 71. num. 18. & 19.
Inter Ecclesiasticum, & Sæcularem datur præventio in delictis mixti fori, vide in verbo *Delictum*.
Ecclesiastici Barones in Cathalonia jurisdictionem temporalem habentes antequam adipiscantur possessionem Baroniæ, Regi fidelitatem jurare tenentur, & executoriales litteras obtinere, decis. 82. num. 2.
Ecclesiasticus Baro, quando procedit ut Baro, ab ejus procedimentis non recurritur ad Judicem Ecclesiasticum, sed ad Dominum Regem, & ejus R. C. decis. 82. num. 3.
Ecclesiastici Barones tenentur exercere jurisdictionem eisdem modo, & forma, quibus illam exercent cæteri Barones, dec. 82. n. 5.
Ecclesiasticus Baro, si contra eum agatur de prærogativis Ecclesiasticis, vel spiritualibus, & non profanis, causa est tractanda coram Judice Ecclesiastico, decis. 82. nu. 9. & comprobatur num. 10.
Ecclesiasticus Judex, vide in verbo *Judex*.
Inter Ecclesiasticas personas, an connumerentur Equites Ordinum Militarium, vide in verbo *Equites*.
Equites illi in domo Deputationis hujusce Principatus insaculantur tantum in bursis stamenti Militaris, decis. 81. num. 11.
Ecclesiastici resistentes Regiis Officialibus in actu executionis alicujus provisionis, seu sententiæ, vel capturæ, puniendi sunt à Judice Brevis Apostolici, quia est delictum atrox, dec. 81. nu. 34
Ecclesiasticus capi non potest à Judice Sæculari nisi in fragranti delicto, vel quando persona Ecclesiastica est in fuga, vel suspecta de fuga dec. 81. n. 40. & 41. Contrarium tenet Auctor, ib. n. 75. & 76. Maximè non existente Prælato, vel Vicario Generali in loco delicti, ib. n. 77. nam absentia Judicis competentis tribuit jurisdictionem incompetenti, ibid. n. 78. & 79. ubi plures assignantur casus, in quibus Judex non est competens ad puniendum, & est competens ad capiendum, ad finem remittendi.
Potestate Ecclesiastica deficiente, possunt laici capere Clericos, & in illos animadvertere, decis. 81. num. 78.
Ecclesiastici variis pœnis puniuntur, si exercuerint certamina singularia, seu defidamenta, decis. 85. num. 29.

EDICTUM.

Edicta generalia, in quibus pœna mortis imponitur contra projicientes jactus tormenti manualis parvæ mensuræ, non observantur, decis. 66. n. 16. & 17. cum Senatus decisione.
Edicta prohibentia emptionem fructuum pendentium, vide in verbo *Emptio*.
Edictum generale, in quo constituuntur sub pace, & tregua omnes vassalli, jubet publicare Rex, quando in hoc Principatu mandat Curias convocare, decis. 87. num. 12.

ELECTIO.

In electionibus Universitatum non habent carcerati vocem activam, & passivam, decis. 80. num. 3.
Habens potestatem eligendi, ignoranter eligens indignum, potest iterum eligere, & electionem de digno facere, decis. 70. nu. 35.
Electio de digno in dubio facta præsumitur, decis. 70. n. 37.
Controvertitur, an casu quo electio est facta scienter de indigno, ut ad superiorem devolvatur, requiratur, quòd tota electio sit facta de indignis, vel quòd unus tantùm sit dignus, & sufficere, unum esse indignum probatur cum Senatu, decis. 70. num. 46. & num. 47. & 48.
Tot sunt electiones, quot sunt personæ, decis. 70. num. 50.
Per electionem quæritur jus electo, decis. 70. num. 51.

ELECTUS.

Electus ab Imperatore, dubitari non debet, an sit dignus, dec. 90. n. 1

ELIGENS.

Eligens scienter indignum, privatur pro ea vice de facultate eligendi, quod declaratur decis. 70. num. 38.
Decisio Senatus, ibid. num. 42. & num. 43.
Quoties superiori devolvitur facultas eligendi, tenetur eligere personam de eodem Oppido, decis. 70. num. 44. & 45.
Indignitas qualis debet considerari, ut privetur eligens facultate eligendi, decis. 70. num. 59.

ÆGYPTII.

Pessimi omnium aberrantium sunt Zingari, qui Ægyptii, vel Boemi vocantur, vulgò *Gitanos*, quorum pessimi mores describuntur; decis. 56. num. 55. & 56.
Pœnæ statutæ contra Ægyptios, vide in verbo *Boemi*, & in verbo *Pœna*.

ENRICUS GOTHORUM REX.

Enricus Septimus, Gothorum Rex in Hispania, in scripturam redigere ordinavit leges Gothicas in Conciliis Nationalibus editas, decis. 84. num. 14.

EMPTIO.

Emptio fructuum pendentium prohibetur multorum Principum edictis, quæ recitantur, decis. 55. n. 42. usque ad 45.

EMPTOR.

Frumentum, avena, & alia blada prohibentur emi in herba anticipato pretio, ut cariùs revendantur, adeò ut hujusmodi emptores ultra pœnam à jure statutam contra Dardenarios, plectuntur pœna amissionis prætii, & venditores pœna amissionis rei venditæ,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ditæ, juxta *Pragmaticam* Seren. Regis Alphonſi Tertii, quæ eſt in ordine 1. *tit. de compra, y venda in* 2. *vol. conſtitution.* dec. 55. n. 40.
Sententia lata contra venditorem nocet emptori, deciſ. 75. n. 8.

EJECTI.

Ejecti à pace, & tregua poſſunt impunè occidi, non verò banniti, deciſ. 60. num. 19.
Ejecti à pace, & tregua dicũtur inquietatores pacis, inimici, & hoſtes publici, Regis proditores, & cõtẽptores juſtitiæ, dec. 6. n. 20.
Ejecti à pace, & tregua tolerati, impunè occidi non poſſunt: ubi remiſſivè de effectibus tolerantiæ officialium in delicto delationis armorum reprobatorum, ibid. num. 21.
Nec per filios, & uxorem poſſunt occidi ejecti à pace, & tregua, ibid. n. 21. Nec in Eccleſia, quia ſeverius punientur, tanquam violatores Eccleſiæ, & immunitatis Eccleſiaſticæ, ibid. num. 23. neque jam capti num. 24.

EPISCOPI.

Epiſcopi, vel Archiepiſcopi eſſe nequeunt, qui crimen habent, quemadmodum neque ad ordines promoveri queunt, dec. 70. n. 11.
Epiſcopi habent juriſdictionem ordinariam in ſua Diœceſi, dec. 74 n. 22. Sed extra ſepta Eccleſiæ, & Palatii Epiſcopalis non habent territorium, niſi à Principe illud habeant, ibid. num. 22. At in hoc Principatu territorium habent ad exercitium contentioſæ juriſdictionis contra Clericos, & alios ſubditos ſuos, ibid. n. 23. ad quod expenditur *Uſaticus laudaverunt tit. de Biſbes, y Prelats*. Limita, nam in caſibus ſuæ juriſdictionis non habent territorium ad capiendos laicos, deciſ. 74. num. 24.
Ad hæc etiam allegatur Conſtitutio 1. *tit. de Heretjes, & cap. 6. tit. de Biſbes, y Prelats in* 2. *vol. Conſtit.* ac etiam doctrinæ diverſorum DD. ibid. num. 24. 25. & 26.
Declaratio in cauſa contentionis ſuper eadem re, ibid. num. 27.
Alia declaratio Senatus, ibid. num. 28.
Ponderatur alia declaratio in facto contentionis, ibid. num. 29.
Epiſcopi, & cæteri Prælati Superiores juriſdictionem ordinariam habent, deciſ. 95. num. 11.

EQUITES.

Equites Ordinis Militiæ Beatæ Mariæ de Calatrava, & aliorum Ordinum Militarium, qui vel ſunt uxorati, vel ducere poſſunt uxorem, non ſunt verè, & perfectè Religioſi, una, & prima eſt opinio, deciſ. 81. num. 1. Secunda eſt opinio, quòd Equites Ordinum Militarium ſunt verè, & perfectè Religioſi, ib. n. 2. Tertia opinio eſt, Equites dictorum Ordinum non eſſe verè Religioſos; ſed perſonas Eccleſiaſticas, & fori privilegio gaudere, ibid. nu. 3. Quarta aſſignatur opinio, num. 4.
Equites dictorum Ordinum Militarium in hoc Principatu Cathaloniæ, quo ad eorum bona propria ſunt de juriſdictione Domini Regis, & perſonæ Sæculares cenſentur; quo verò ad eorum perſonas pro Eccleſiaſticis reputantur, & hæc eſt quinta, & Auctoris opinio, deciſ. 81. num. 6.
Equites Divi Jacobi Calatravæ, Alcantaræ, & Ordinis Sancti Joannis Hieroſolymitani, quomodo emittant profeſſionem, & de eorum ſtatutis remiſſivè, deciſ. 81. num. 5.
Equites dictorum Ordinum propter delicta commiſſa in eorum officiis publicis, quæ ſuſceperunt, ſubjiciuntur Judicibus Sæcularibus, non ita, ut poſſint puniri pœna capitali, aut temporali, ſed ſuſpenſionis, aut privationis ab officio, deciſ. 81. num. 7.
Equites dictorum Ordinum Militarium prohibentur ad officia Sæcularia eligi, deciſ. 81. num. 8.
Equitibus dictorum Ordinum, propter abuſus in juriſdictiones commiſſos, ſequeſtrantur juriſdictiones temporales, dec. 81. nu. 9.
Eccleſiaſticæ perſonæ cenſentur Equites Ordinum Militarium, licèt quoad eorum bona propria ſint in juriſdictione Domini Regis deciſ. 81. num. 6.
Equites dictorum Ordinum in domo Deputationis hujuſce Principatus reputantur pro perſonis ſæcularibus; quia inſaculantur in burſis ſtamenti Militaris, deciſ. 81. num. 11.
Equites profeſſi Ordinum Militarium non obtinebunt legatum Religioſo relictum, quia Religioſorum appellatione non continetur, deciſ. 81. num. 4.
In domo Deputationis hujus Principatus, Equites inſaculantur tantùm in burſis ſtamenti Militaris, deciſ. 81. num. 11.
Equitem Ordinis Militaris in caſu offenſæ Judicis officiantis, ab eo puniri poſſe ponderatur, deciſ. 81. num. 24. Sed contrarium tenet Auctor, ibid. num. 27. 28. & 29.
Equites Divi Joannis in cauſa reſiſtentiæ puniri poſſunt à Judice Sæculari, quod deciſum in Regia Audientia refertur, deciſ. 81. num. 25. Explicatur tamen ab Auctore, ibid. num. 27.
Equites Sancti Joannis Hieroſolymitani ſunt verè, & propriè Religioſi, quia emittunt tria vota ſubſtantialia, deciſ. 81. num. 26.
Equites Ordinum Militarium non ſunt ſubjecti Regio Criminali Concilio in hoc Principatu, quoad eorum perſonas: ſed tantùm reſpectu bonorum, cum deciſione Senatus, deciſ. 81. num. 35.
Equites dictorum Ordinum Militarium inſaculati in Domo Deputationis pro ſtamento Militari, non ſubjiciuntur Viſitatoribus Deputatorum quod ad perſonas, nec pœnis corporalibus puniuntur, ſed pecuniariis, deciſ. 81. num. 36.
Equites Sancti Joannis Hieroſolymitani reſiſtentes juſtitiæ Sæculari, non proceditur contra eos per Conſtitutionem *Com inſtigant*, nec ejiciuntur à pace, & tregua, deciſ. 81. num. 37.
Equites Ordinis, & Militiæ Sancti Jacobi de Spata impetiti de crimine uſurpatæ Regiæ juriſdictionis poſſunt capi de ordine Regii Criminalis Concilii poſt delictum, & ex intervallo, quamvis non concurrat fuga, vel ſuſpicio fugæ, non ad eos puniendum, ſed ad effectum remittendi illos ad Regium Concilium Ordinum, dubium proponitur, deciſ. 81. num. 39. Et deciditur, ibid. n. 39. Variiſque rationibus probatur, ibid. ex nu. 60.
Equites Divi Jacobi de Spata in ſex caſibus ſunt juriſdictioni Sæculari ſubjecti, deciſ. 81. num. 43. In aliis verò delictis enormibus, & atrocibus præventioni locus eſt inter Judices ſæculares & Judices dicti Ordinis, ibid. num. 44. In cæteris autem minoribus delictis exempti ſunt à juriſdictione ſæculari, ibid. n. 45. Hæcque fuerunt conſtituta per concordiam vocatam Comitis de Oſſorno, quæ quidem concordia æquè ponderatur in reliquis Equitibus Ordinum Militarium, & de ejus validitate, & obſervantia diſceptatur, ibid. uſque ad num. 57. Obſervantia noſtra traditur, ibid. num. 58. Opinio Auctoris quatuor rationibus roborata manifeſtatur, à n. 59. uſque ad 70. & num. 71. ponderatur objectio, quæ diluitur, num. 72. & 73.
Equites Sancti Jacobi fuerunt per Miniſtros Regios capti, & per Regium Cœretum, conſultatione præcedente, fuerunt remiſſi, exemplare traditur, deciſ. 81. num. 61.
Equites Ordinum Militarium capiuntur à Judicibus Sæcularibus ne delicta eorum remaneant impunita, deciſ. 81. num. 73. quæ ratio ampliatur num. ſequenti.
Equites Ordinum Militarium quomodo ſi moleſtentur in Cathalonia per Judicem Sæcularem, formare poſſint contentionem, deciſ. 82. num. 53. & 54.
Equites Divi Joannis Hieroſolymitani privantur habitu dicti Ordinis, ſi exercuerint certamen duelli, deciſ. 85. num. 28.

EVOCATIO.

Pro injuria facta Judici, ut privatæ perſonæ, Dominus Rex, & ejus Regium Concilium cauſam ad ſe evocat, deciſ. 69. num. 3.

EXCOMMUNICATI.

Excommunicati, vide in verbo, *Competentia*.

EXCEPTIONES.

Exceptiones, quæ reddunt aliquem incapacem officiorum ſunt primitiùs cognoſcendæ, deciſ. 70. num. 31.
Inter diverſas, & ſeparatas poteſtates, exceptio rei judicatæ in una alteri non nocet, deciſ. 74. num. 14.

EXECUTIO.

Executio primæ ſententiæ ſuſpenditur ſupplicatione admiſſa, tam reſpectu ſupplicantis, quàm correorum, deciſ. 51. num. 8.

EXEMPTUS.

Exemptus à juriſdictione Epiſcopi efficitur de foro Eccleſiaſtico, ſi percuſſerit ſatellites, & miniſtros Judicis Eccleſiaſtici in actu executionis, deciſ. 81. num. 15.

EXERCITIUM.

Exercitium viſitatoris in Reipublicæ detrimentum verſatur, ubi publici latrones immunes evadunt, & impuniti, boni autem, & integri Miniſtri innocentes puniuntur, & quę non rapuerunt exſolvunt, deciſ. 91. num. 12.

EXILIUM, ET EXILIATUS.

Ut exiliatus incidat in pœnam exilii, non ſufficere eum fuiſſe viſum in loco exilii, ſed ulteriùs requiri apprehenſionem. Prima tenet opinio, deciſ. 59. num. 9. & 10.
Alia eſt opinio eum fuiſſe viſum, & hæc ſequitur, ibid. num. 11.
Fiſcus agens ad pœnam contraventionis exilii, contraventionem probare debet aperte, deciſ. 59. num. 13.
Exiliatus imputatus per duos teſtes indebitè de contraventione, poteſt negativam probare, deciſ. 59. num. 14.
Ponderatur inconveniens contrariæ opinionis, deciſ. 59. num. 15.
An frangens exilium per pactum acceptum, debeat in fractura deprehendi, an ſufficiat de illa convinci, dec. 59. num. 17 & 18.
Refertur opinio conciliatrix ſuperiorum, deciſ. 59 num. 19. & 20.
Senatus noſter juxta ea, quæ proponuntur, dubia diſtinguit, & decidit, deciſ. 59. num. 21.
Fiſcus non tenetur probare contraventionem exilii, quando quis promiſit illud ſervare ſub aliqua pœna, quia ſufficit Fiſco negare, promiſſionem fuiſſe adimpletam, & ibi deciſio Senatus in cauſa, deciſ. 59. num. 24.

EXPERTI.

Quomodo ſit facienda expertorum nominatio in actu viſuræ, & quando intret tertii relatio, & an præciſe ſit ſtandum peritorum relationi, declaratur, deciſ. 77. num. 27.

EXPILARE HÆREDITATEM.

Vidua, quæ expilavit hæreditatem, vel res inventarii mariti, non tenetur crimine expilatæ hæreditatis, deciſ. 68. num. 13.

EXPERIENTIA.

Experientia eſt rerum Magiſtra, deciſ. 91. num. 23.

EXPLORATIONES.

Explorationes duplæ coercentur, deciſ. 92. num. 13.

EXPLOSIO.

Ex explosione aggravatur pœna delationis armorum, deciſ. 65. n. 37.

EXPRESSUM.

Non expreſſum in ſtatuto, indubiè non comprehendi, & ab ſtatuente id voluiſſe eſt manifeſtum, deciſ. 94. num. 9.

EXTORSIO.

Extorſio parum, aut nil differt à ſubornatione, & idem eſt, quod barattaria, deciſ. 100. num. 1. & 2.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

EXTRACTUS.
Extractus ante ingreſſum habet jus ad rem, ratione qualitatis pendentis à ſorte, dec.70. nu.29. & nu.33.
An Extractus ad aliquod officium Civitatis Barcinonæ, & ſuffocatus tanquam inhabilis, poſſit à ſuffocatione appellare ad Regiam Audientiam, an verò cauſa ſit terminanda in Domo Civitatis, dec.103. nu.6.
Pro affirmativa ponderantur fundamenta, ibid. nu.7.8.& 9.
Allegatur Deciſio Senatus ibid. nu.10.
Pro negativa propalantur fundamenta, ibid. nu.11.& 12.
Allegantur pro hac opinione deciſiones Senatus, & hæc opinio obſervatur, dec.103. nu.13.& 14.
Reſpondetur argumentis contrariis, ibid. nu.15.16.& 17.
EXTRAORDINARIA POENA.
Extraordinaria pœna punitur teſtis deponens coram Judice incompetenti, ſi propter offenſam, & contemptum Judicis deponit, dummodò ſit incompetentia actualis, non potentialis, dec.81. nu.22. & reliqua vide in verbo *Pœna*.

F

FABER.

FAber, qui in gladiis utitur certo ſigno, poteſt alteri facienti idem ſignum id prohibere, dec.62. num.36. & vide in verbo *Artifex*.
FACULTAS.
Facultate eligendi ſuperiori devoluta, tenetur iſte eligere perſonam de eodem Oppido, dec.70. nu.44. & 45.
Facultate eligendi privatur eligens ſcienter indignum, quod declaratur, dec.70. nu.38.
Deciſio Senatus, ibid. nu.42. & nu.43.
Aſſignatur ratio, cur eligens ſcienter indignum, privetur illa facultate iterum eligendi, dec.70. nu.56.
Indignitas qualis conſiderari debeat, ut privetur eligens facultate eligendi, ibid. num.59. reliqua vide in verbo, *Electio*, & *Eligens*.
FALSUM, & FALSITAS.
Teſtis coram Judice falſum deponens ab eodem punitur, licèt aliàs non ſit delinquentis competens, & quod dicitur in falſitate, procedit etiam in omni actu criminoſo coram judice facto, dec.81. nu.21. & vide in verbo *Teſtis*.
FAMA.
Famam ſpargunt detrahentes, ex qua componitur vulgi opinio, dec.90. nu.16.
Ex fama, quæ fluit ex amore, odio, inclinatione, ira, dolore, timore, errore, perturbatione, aut præſcripto, juris firma, aut Judicis formula, Populus iniquiſſimum infert judicium; ſicque ſpernendi ſunt à viſitatione populi latratus, & vanæ voces, nam ex populari rumore, nil eſt ſtatuendum, ubi varia, dec.90. num.17.
Famæ jactura gravior eſt, quàm oculorum, & divitiarum amiſſio, dec.90. nu.25. & 26.
FAMILIA.
Familiæ idemtitas per idemtitatem cognominis probatur, dec.62. num.19.
Familiæ agnoſcuntur ab armis, & inſigniis, quæ ad id diſpoſita fuere, dec.62. nu.31.
Familiæ idemtitas probatur per arma, & inſignia ibid. nu.32.
FAMILIARES SANCTI OFFICII.
Decreta Regia obſervanda traduntur, circa hoſpitandos milites à Familiaribus Sancti Officii, dec.100. nu.90. uſque ad finem deciſionis.
FAMULI.
Famuli perpetui Eccleſiaſticarum perſonarum, qui propriè ſervi appellantur, fori privilegio, tanquam bona, & res Eccleſiæ gaudent, ubi adducitur declaratio contentionis, dec.58. num.38. & 39.
Injuria facta famulo, domino cenſetur facta, dec.69. n.8. pro eo tamen ejus dominus jus reddere nequit, ibid. nu.10.
Famuli Militum an gaudeant foro militari traditur, dec.76.n.31.
Famuli Generoſorum, an gaudeant foro ſuorum dominorum, deciſum refertur, dec.76. nu.32.& 33.
Deciſio Senatus, ibidem num.34.
FAUTORES.
Ut Fautor, vel Receptator puniri poſſit, requiritur ſcientia, dec.60. num.7.
Contra Fautores ejectorum à pace, & tregua, quomodo procedatur, ad illos pariter à pace, & tregua eiiciendum, dec.60. num.12. & 13.
FOEMINÆ.
Quandò fœmina poſt commiſſum in eam ſtuprum, venalem formam paſſim exhibuerit meretricio more, nulla competit actio, propter animum corruptum, dec.57. nu.54.
Fœminæ in mariti poteſtatem, & familiam tranſibant, dec.68.n.11.
FIDEICOMMISSUM.
Fideicommiſſi beneficio privatur ſubſtitutus in caſu mortis illius, quem interfecit, dec.79. nu.19.
FIDEJUSSIO.
Fidejuſſio eſt ſtricti juris, dec.83. nu.21.
FIDEJUSSOR.
Fidejuſſor de non diſcedendo à tali loco liberatur, data reo licentia diſcedendi, ubi ampliatur, & quid ſi licentia fuerit conceſſa ad audiendum Sacrum, vel Divina Officia, dec.83.n.14.& 15.
Fidejuſſores de præſentando reum intra menſem, liberati cenſentur, facta à Judice temporis prorogatione, ſine conſenſu fidejuſſoris, dec.83. nu.17. Et quid ſi à creditore fuerit facta debitori prorogatio. ibid. nu.18.
Fidejuſſores de non diſcedendo de tali cubiculo, intelliguntur liberati per dationem aliorum fidejuſſorum de non diſcedendo de tota Civitate, dec.83. nu.16.
Fidejuſſor Rei de non diſcedendo à certo loco liberatur, ſi de mandato Judicis in alio loco ponatur, veluti in carceribus, & id locum habet in fidejuſſore de tuto carcere, qui liberatur, ſi reus per Judicem reducatur ad ſtrictiorem carcerem: Et quid ſi facto cuſtodis in latiori carcere ponatur, dec.83. nu.19.
Fidejuſſor liberatur, ſi principalis minis, vel præceptis, vel alio modo à Judice perterritus, aufugiat, dec.83. nu.20.
Fidejuſſor, qui aliquem tenetur repræſentare in uno tribunali, non tenetur illum in alio præſentare, nam fidejuſſio non extenditur de loco ad locum, nec de re ad rem, nec de tempore ad tempus; & quid ſi fidejuſſor fuerit datus coram ordinario, an remaneat obligatus, evocata cauſa ad Regiam Audientiam, dec.83. n.21.
Fidejuſſor de repræſentando non liberatur, ſi reus novum committat delictum, ac verò liberatur ex rei captura, etiamſi fuerit fidejuſſor obligatus cum clauſula *Toties Quoties*, dec.83. num.22.
FIDELITAS.
Fidelitatem jurare tenentur Domino Regi Barones Eccleſiaſtici Cathaloniæ juriſdictionem temporalem habentes antequam adipiſcantur poſſeſſionem Baroniæ, & executoriales litteras obtinere, procedeturque criminaliter contra eos, qui his non actis tradunt poſſeſſionem, dec.82. nu.2.
FILIUS, ET FILIA.
Filia meretrix poteſt à patre impunè exhæredari, ex quo amittit jura ſuitatis, dec.57. nu.70.
Filius robuſtus, & benè valens, qui operari non vult, an à patre alendus ſit, declaratur dec.56. nu.30.
Filiifamilias, tam per ſe, quàm per eorum parentes, poſſunt obligari ad artes, & eſto obligatio eſſet facta per eorum matres (quæ non habent filios in poteſtate) tenet utique obligatio, tantæ eſt efficaciæ obligatio artis, ne filii remaneant vagabundi, & otioſi, dec.56. nu.31.
Filius non erat ſtrictus alere patrem, qui ex ejus impigritia in otio vixerat, dec.56. nu.32.
Filius, vivente patre, quodammodo dominus exiſtimatur bonorum paternorum; dec.68. nu.2.
Pater conſentiens, filium onus domus portare, & mercari, tenetur de contractibus filii, circa domus adminiſtrationem, dec.75. num.5.
Filiorum merita ad parentes ſubeunt, dec.78. nu.6. nam filii parentes nobilitant, ibid. nu.7. prout è contra ignominia filii dedecus eſt patris, ibid. nu.8.
FIRMA JURIS.
Firmare jus, & de jure coram Judice competenti poterat defidatus, ut defidans deſiſteret, aut revocaret duellum, dec.87.n.3.
FISCUS.
Fiſcus de jure communi appellare poteſt, dec.52. nu.39.
Limita in Cathalonia, ubi Fiſcus non appellat, etiam in Tribunalibus, in quibus votum non habet, & quid in Regno Neapolis, ibid. num.39.
Fiſco in Cathalonia non ſolum eſt prohibita appellatio in cauſis vertentibus in R.A. in quibus habet votum deciſivum, ſed indiſtinctè in omnibus Tribunalibus Regiis, dec.52. nu.39.
Idem in Bajulia Generali Cathaloniæ, & in Officio Magiſtri Rationalis, ibid. num.39.
Limita in domo Deputationis, ubi Fiſcus habet intereſſentiam, non vovet, & appellat, ibid. nu.40.
Nec pars, quæ cum Fiſco concurrit, appellare poteſt, ibid. nu.41.
Neque Fiſcus poteſt expreſſè adhærere appellationi ibid. n.42.
Fiſco quod eſt prohibitum per directum non poteſt ei per indirectum concedi, ibid. num.42.
Appellatio interpoſita à reo, uti gravato, à tota ſententia, fit communis reo, & Fiſco ipſo jure, ibid. num.43.
Adeò ut ſicut poteſt minui pœna ſententiæ in favorem privati, ita augeri valet in favorem Fiſci, neque appellans poteſt, invito appellato, renuntiare, ibid. num.43.
Et Fiſcus pro incremento pœnæ tenetur petere ad ſententiam aſſignari, juſque, & juſtitiam fieri, & miniſtrari in connexis, & quid ſi diverſa forent capitula ſententiæ, traditur praxis, dec.52. num.43.
In Baronum ſententiis non ita practicatur; nam in favorem Fiſci in appellationibus communibus minimè peraugetur pœna, ibid. num.44.
Fiſcus in Regno Neapolis ex pragmatica non appellat à ſententiis abſolutorus; ſed ſi pars appellat ab exceſſiva condemnatione, Fiſcus cenſetur adhærere appellationi, & poteſt augeri pœna, ib.n.45.

Tra-

INDEX

Traduntur plures decisiones Senatus Cathaloniæ, in quibus aucta fuit pœna reis, dec.52. n.46. Et alia recitatur, in qua è contrario fuit diminuta pœna, & de observantia, attestatur ibid. nu.47.

Fiscus in Cathalonia minimè appellat ab interlocutoriis dec.52. num.48.

Fiscus agens ad pœnam contraventionis, tenetur hanc apertè probare, dec.59. num.13.

Fiscus non tenetur probare contraventionem exilii, quandò quis promisit illud servare, sub aliqua pœna; quia sufficit tunc Fisco negare, promissionem fuisse impletam, & ibi decisio Senatus in causa, dec.59. num.24.

In crimine læsæ Majestatis in primo capite, cùm procedatur ad pœnam confiscationis bonorum apud nos, poterit tunc Fiscus bona, quæ sua sunt, diruere, si velit, dec.60. nu.39.

Fisci Advocati tenentur intervenire in omnibus causis Fiscalibus, in quibus agitur de interesse Fisci, dec.77. sub nu.10.

Pariterque tenetur assistere Fisci Patronus in visura, quæ peritur in causis Criminalibus, ibid. num.10.

Apud nos ex speciali jure, Fisci Advocati, qui sunt de Regio Concilio, tam in causis Civilibus, in quibus agitur de interesse Fisci, quàm in omnibus Criminalibus, indistinctè suum proferunt votum, dec.76. nu 11.

Prohibetur Fisci Procuratoribus sub pœna privationis officii, in criminalibus, ne contra aliquem agere valeant, nisi de consilio Advocati Fiscalis, quod declaratur dec.77. nu.12.

Adeò ut de illo constare debeat per ejus scripturam, aliterque non audiantur, nisi in flagranti crimine, vel si allegatur fugæ suspicio, ibid. nu.12.

Assignantur casus, in quibus non intervenit in visura pro facto Criminali Fisci Advocatus, dec.77. nu.13.

In casu assistentiæ, si nullum consideratur interesse Fisci, sed solum partium privatarum, non est necessarius Fisci interventus, dec.77. nu.17.

Ponderatur differentia inter indignitatem, & incapacitatem succedendi; nam si delinquens sit indignus successionis, ab eo auferuntur bona, & Fisco applicantur, si incapax, veniunt promixiores agnati, excluso Fisco, dec.79. nu.7. 8.

Quando occisor privatur successione occisi, ea ad Fiscum devolvitur in hoc Principatu, dec.79. nu.20.

Pro Advocatis, & Procuratoribus Fiscalibus Regiarum Curiarum totius Principatus est constitutum, ut non possint patrocinari in favorem reorum, nec aliarum personarum, quæ fuerint captæ, vel arrestatæ, nec extra eorum solitum salarium, nullo modo accipere pecunias, vel donaria, sub pœnis ibidem contentis, ex observantia *Constitutionis 10. tit. de Advocats, y Procuradors Fiscals*, dec.98. nu.35.

FLAVIUS.

Flavius Egica trigesimus tertius Rex omnes leges Gothicas in unum composuit, eo modo, & forma, qua reperiuntur hodie in foro, *Juzgo* dec.83. nu.17.

FORMA.

Contra illos, qui alimenta præstant eis, qui publicam pacem perturbant, proceditur per provisionem capturæ, & servata forma processuum via ordinaria, dec.59. num.9.

Decisio Senatus ibid. num. 10.

Alia Senatus decisio ibid. nu.11.

Forma procedendi contra receptatores, & fautores ejectorum à pace, & treuga non ad eos eiciendum à pace, & treuga, sed ad ipsos puniendum via ordinaria, ib. n.14. & vide in verbo *Receptator*.

Formà visitæ pro officialibus perpetuis statuta est in *cap.5. Curiar. anno* 1599. dec.95. nu.13.

Forma prohibitionis extractionis à præsenti Principatu, ex causa caritatis, & carestiæ, dec.55. nu.54. & 55.

FORENSIS.

Forensis quis dicatur, dec.80. nu.1. 2. & 3.

In quæstione, an Forensis teneatur pœna statuti loci delicti, admittitur distinctio, quæ explicatur dec.80. nu.4.

Statutum imponens pœnam mortis pro primo furto, obligat forenses ignorantes, dec.80. nu.15.

Statutum pœnale prohibens delationem armorum comprehendit forenses, quamvis ignorantes, dec.80. nu.6. & 7.

Forenses ignorantes condemnantur etiam ad pœnas statuti prohibentis delationem armorum, juxta unam opinionem Doctorum, dec.80. nu.7.

Alii existimant, statutum ligare ignorantes, quandò pœna statutaria est levis, secùs si gravis, quod declaratur ib. n.8.

Forensis à pœna prorsus excusatur, quandò ignorantia banni est probabilis, & justa, dec.80. nu.9.

Forensis portans arma in itinere, non continetur sub statuto prohibente portum armorum, dec.80. n.10.

Decisio Senatus ibid. num.11.

Forensis præsumitur habere ignorantiam decreti publicati, quandò non fecit longam moram, vel diu conversatus ibi non fuit, aliàs secùs, dec.80. nu.14.

FORUM.

In foro conscientiæ occidens ad defensionem non dicitur peccare, dec.65. num.4.

In Palatiis delinquentes proprium Judicem sortiuntur, & omnes, qui Regio Palatio serviunt, gaudent foro belli, dec.58. n.23.

In Palatiis baptizari potest, ubi remissivè de foro Cappellanorum Regiorum, dec.58. nu.27.

Fori privilegio non gaudent, nisi qui habent beneficium Ecclesiasticum, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inservit, aut degit, vel versatur in seminario, vel schola de licentia Episcopi, dec.58. num.49. Decisio Senatus ibid. nu.41.

Forum Rei solùm attenditur ad exercitium jurisdictionis, id est, delinquentis, dec.73. nu.15.

Fori privilegio gaudent Equites Ordinum Militarium, dec.81. nu.3. Quid verò observetur in hoc Principatu, ibid. nu.6.

Fori privilegio gaudent Equites Divi Jacob de Spata per concordiam Comitis de Osforno, dec.81. n.43. Quæ concordia licèt solùm disponat quoad forum dictorum Equitum, ea tamen extenditur in reliquos Ordines Militares ibid. nu.46.

FRACTURA.

Facto arresto, arrestati pœna pro rata tenentur, decisio Senatus, dec.83. nu.7.

FRAUS.

Fraus non fit scienti, & consentienti, dec.63. nu.4.

FRATER.

Expenditur doctrina Thori, ubi de fratre, qui irruit in eum, qui malè fratrem suum tractaverat, & fuit occisor condemnatus ad triremes per biennium, dec.65. nu.76.

Ponderatur alia ejusdem Doctoris Decisio, ubi de fratre, qui cùm vidisset ejus fratrem à quodam verbari, imò vulnerari, arrepto lapide in caput illius, & pluries opprimendo, ipsum occidit, fuitque condemnatus in exilium per triennium, dec. 65. num.77.

Frater, qui ob defensam fratris in rixa periclitantis, assumpsit sclopum, non tenetur pœna contraventionis banni imposita, ob apportationem sclopi sine schedula, cum nec utique ea arma deferre esset solitus, ubi Senatus decisio, dec.65. n.79.

Recitatur facti contingentia dec.65. nu.80.

Dubia causæ proponuntur ibid. nu.81. & 82.

Fratri occurrens, & rixantem cum fratre occidens, putans, eum fuisse aggressorem, cùm fuisset insultatus, non punitur de homicidio, sed de excessu, dec.65. nu.92.

Respondetur obiicibus ibid. nu.93. & 94.

Decisio Senatus in facto controverso, ibid. nu.101.

Homicidium commissum per fratrem in personam fratris, dicitur proditorium, dec.79. n.1. Et parricidium nominatur, non quòd eo casu imponatur pœna ordinaria parricidii, sed ultimi supplicii, ibid. nu.2.

Occidens fratrem, vel consanguineum, quibus ab intestato erat successurus, privatur illorum hæreditate, Doctores contrarium tenentes allegantur dec.79. nu 6. & 9.

FRATRICIDIUM.

De Fratricidii atrocitate aliqua dicuntur, nam si quod crimen grave est, & supplicium meretur, fratricidium certè, non modo atrox, sed nefandum, non scelleratum, sed horrendum judicari debet, dec.79. nu.3. & 4.

FRUCTUS.

De fructibus Baroniæ sequestratæ assignatur salarium sequestratori, & traditur forma dec.71. nu.48.

Alia similis ibid. nu.49.

Arbor mala fructus bonos producere non potest, dec.78. sub nu.8.

FRUMENTUM, ET FRUMENTARIUS.

Adversus Frumentarios ponderatur decretum Julii Papæ dec.55. n.4. & sententia Divi Ambrosii ad eandem rem adducitur ib. n.5.

Conclusio Regiæ Audientiæ contra occultantes frumenta, & alia grana, dec.55. num.38. & 39.

Frumentum, avena, & alia blada prohibentur emi in herba anticipato pretio, ut cariùs revendantur, dec.55. nu.56.

Libertas commerciandi à natura provenit, & exigentibus necessitatibus, introducta est, potestque fieri exportatio de loco ad locum, præsertim pro usu proprio, ibid. nu.51. & 52.

Nil magis liberum in Cathalonia, quàm cõmercium, undè in hoc Principatu liberè possunt extrahi frumenta, & alia grana, ib. n.52.

Potest fieri prohibitio extractionis, attenta penuria, ubi remissivè, an eam prohibitionem teneantur Clerici, vel conductores, aut coloni granorum Ecclesiasticæ personæ observare, decis.55. num.53.

Forma prohibitionis extractionis à præsenti Principatu, ex causa caritatis, & carestiæ, ibid. nu.54. & 55.

FUGA.

Ex fuga socii infertur indicium contra alium criminis socium, remissivè decis.67. num.8.

Latitatio est indicium, & idem operatur, quòd fuga socii criminosi, dec.67. num.9.

FUR.

Fur est, qui sub colore mutui, commodati, conducti, vel depositi, rem sibi ab alio exposcit, & illam vendit, vel quovis modo distrahit, in usus suos convertendo dec.63. n.14.

Fur manifestus dicitur, quandò in ipso rei abstractæ puncto deprehenditur (ubi ampliatur) vel cum re furtiva, priusquam eò loci rem pertulerit, quò destinaverit, dec.67. nu.23.

Fur non condemnatur ad emendam damni, & interesse partis, quandò plectitur pœna extraordinaria delicti, dec.96. nu.15.

FUR-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

FURTUM.

Furto non obstringitur, qui meretricis fores effregerit, etiamsi ab alio bona surripiantur, decis. 57. nu. 55.

Furtum turpe, & ignominiosum à jure naturali improbatur, & alia detestabilia circa furtum ponderantur dec. 67. num. 1.

Factum decisionis ibid. nu. 2.

Recensentur indicia, ex quibus probatur furtum ab aliquo fuisse commissum, & præcipuè, quandò res inquisiti fuerunt repertæ in domo derobati, dec. 67. nu. 3. 4. 5. & 6.

De indicio sanguinis reperti in vestitu Rei in delicto vulneris, dec. 67. num. 7.

In furto duplex oritur actio, criminalis ad vindictam, & civilis ad recuperandum rem furatam, & quando una alteri sit præjudicialis, dec. 67. num. 11.

Quantitas rei furatæ non probatur per juramentum partis, litis decisorium, quandò agitur criminaliter ad effectum puniendi furem pœna corporali, vel pecuniaria Fisco applicanda, secùs tamen pro interesse Civili, furto probato, ubi decisio Senatus, dec. 67. nu. 12.

Valor rei furatæ quandò considerari valeat in casu quo furtum per plures est commissum, dec. 67. nu. 14.

Decisio Senatus ibid. nu. 15.

Facti circunstantiæ referuntur ibid. num. 24.

Ex socii criminis dicto, juncta infamia Rei, cum aliis indiciis efficaciam unius testis, omni exceptione majoris, superantibus, condemnatur in furto magno (quod est difficilis probationis, præcipuè nocturnum) ad pœnam ultimi supplicii, decis. 67. num. 26.

Decisio Senatus ibid. num. 27.

Quamvis furtum sit magnum, si non constat plenè de furto, non condemnatur ad pœnam ordinariam, sed extraordinariam, ita Senatus dec. 67. num. 28.

Si furtum ascendit ad summam centum librarum, si non est monetæ argenteæ Barchinonæ, quamvis constet plenè de furto, tantùm condemnatur ad pœnam extraordinariam, ita Senatus, ubi recitantur indicia, & etiam traditur quòd repertura partis rerum furatarum influit, & est indicium ad furtum totius rei, dec. 67. num. 29.

Excusatur minor etiam in furto, dec. 67. nu. 30.

In furto tria concurrere debent, videlicet contrectatio, dolus, & dissensus domini, dec. 68. nu. 3.

Etiam in peculio castrensi, vel quasi castrensi patri non datur actio Criminalis furti contra filium furem, sed actio Civilis ad emendam damni, quatenùs filius in peculio habet, decis. 68. num. 4.

In furto magno patri contra filium non dari furti actionem existimant aliqui DD. dec. 68. nu. 6. Contrariam opinionem tenent alii, ibid. nu. 7. Respondetur obiicibus ibid. nu. 8.

Furta domestica puniuntur, & quidem graviter, dec. 68. nu. 9.

Si furtum est magnum, sive grave, potest Judex procedere ex officio, nemine accusante, dec. 68. nu. 8.

Furtum dicitur magnum, vel parvum secundùm qualitatem personarum, & quantitatem rei subtractæ, dec. 68. nu. 10.

Maritus furti agere non potest contra uxorem illius bona furantem, sed cum ea agitur rerum amotarum actione, decis. 68. num. 11.

Furti actio datur marito contra mulierem contrectantem res mariti post divortium, dec. 68. nu. 12.

Mulier pro furto mariti, & è contra maritus pro furto mulieris, si furtum sit magnum, puniuntur, dec. 68. nu. 19.

Decisio Senatus ibid. num. 20.

Opem, & auxilium filio, servo, vel uxori ferens, ad faciendum furtum patri, domino, vel marito, actione furti tenetur, decis. 68. nu. 21.

Decisio Senatus ibid. num. 22.

Statutum imponens pœnam mortis pro primo furto, obligat forenses ignorantes, dec. 80. nu. 15.

Furtum committit depositarius, qui penes se retinet pecunias Universitatis, superiorem recognoscentis, & puniendus est, decisio Senatus dec. 89. nu. 24.

Furtum quandocumque detestabile est in Ministro justitiæ, dec. 91. num. 19.

De furtis tantum tenentur Judices pro gestis in officio, dec. 97. nu. 7. Et comprobatur ulterius ibid. nu. 8.

FUSTIGATIO.

Fustigationis pœna irrogat infamiam, dec. 58. nu. 36.

Ludus lapidum in hac Civitate Barcinonæ prohibetur sub pœna fustigationis, & aliis pœnis, dec. 66. num. 9. ubi adducitur decisio.

G

GALLIA.

IN Gallia sunt prohibita, & puniuntur duella, decis. 85. num. 23.

GARCI-XIMENEZ.

Garci-Ximenez fuit electus Princeps in Aragonia, dec. 84. n. 19.

Generi per speciem non derogatur, intelligitur, si genus, & species sunt incompatibilia; secus, si secum compatiantur, decis. 52. num. 61.

Et hæc procedunt, sive præcedat, sivè subsequatur genus, ibid. num. 62. quia generalis dispositio, quæ sequitur, non magis refertur ad dispositionem specialem præcedentem, quàm ea, quæ antecedit, ibid. num. 62.

Sicut quodcumque genus personarum est separatum, ita debent separata esse officia, decis. 62. num. 2.

GENEROSI.

An famuli Generosorum gaudeant foro suorum dominorum, decisum traditur, decis. 76. num. 32. & 33.

GERENS VICES GENERALIS GUBERNATORIS.

Gerens vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ est Ordinarius Ordinariorum, decis. 51. num. 2.

An disposita in Gerente vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ ex quo est Ordinarius Ordinariorum, procedant in aliis Regiis Officialibus, & etiam in Baronibus, præcipuè in materia appellationis resolvitur, juxta *cap. 15. Curiar. anni* 1047. ex observantia Michaelis Ferrer, decis. 51. num. 2. Sed postea supervenit *cap. Curiar. anni* 1599. omne dubium removens, ibid. n. 3.

GOTHI, ET GOTHICÆ LEGES.

In Hispania ante ejus invasionem à Saracenis exequutam, Catholici Gothorum Reges celebrabant Concilia, quæ Nationalia cognominabantur, in quibus Reges illi, cum interventu, & approbatione Episcoporum, Prælatorum, Magnatum, Nobilium, & Populi condebant leges universales concernentes utilitatem rei Ecclesiasticæ, & Sæcularis, decis. 84. num. 13.

Enricus Septimus Rex Gothorum in Hispania in scripturam redigere ordinavit leges Gothicas, in Conciliis Nationalibus editas, decis. 84. num. 14.

Ex Ordine Alarici Octavi Regis Gothorum in Hispania, Avianus I.C. in majorem methodum leges Gothicas ordinavit, & Codicem Theodosianum composuit, decis. 84. num. 15.

Leovigildus Decimus in Hispania Gothorum Rex resecavit leges Gothicas superfluas, plurimasque addidit, decis. 84. num. 16.

Omnes illas leges in unum composuit Flavius Egica trigesimus tertius Rex, eo modo, & forma, qua reperiuntur hodie in foro *Juzgo*, decis. 84. num. 17.

Ob Hispaniæ jacturam cessavit Regum Gothorum Imperium, at adhuc Catholici, qui exterminati vivebant, legibus, & consuetudinibus Gothicis gubernabantur, decis. 84. num. 18.

GRANA.

Conclusio Regiæ Audientiæ contra occultantes frumenta, & alia grana, decis. 55. num. 38. & 39. & vide in verbo *Frumentum*, & *Frumentarius*.

GUBERNATOR.

Quoties Gubernator, Potestas, aut alii Superiores sunt suspecti, omnes ejus Auditores, quamvis ab illis creati non sint, suspecti pariter redduntur, imò tota familia, decis. 99. num. 11.

H

HABITUS.

HAbitus non facit Monachum, decis. 62. num. 26.

Habitus facit præsumptionem ut quis judicetur talis, qualem habitus, quem defert, demonstrat, decis. 62. num. 27.

Habitus est signum, quo secernuntur gentes, decis. 62. num. 28.

Damnantur habitus immodesti, decis. 62. num. 29.

Portantes, & usurpantes habitum alienum puniuntur, decis. 62. num. 30.

HABILITATIO.

Quando agitur de habilitatione, vel inhabilitatione officii privati causa est Civilis, decis. 103. num. 1. & etiam quando agitur de habilitatione, & inhabilitatione officii publici, ibid. num. 2.

Adducitur limitatio, ibid. num. 3.

Decisio Senatus, ibid. num. 4.

Alia ejusdem Senatus decisio num. 5.

HÆRETICI.

Devastari debent domus, in quas hæretici se conveniunt, & se retrahunt, decis. 60. num. 35.

HÆREDITAS.

Vidua, quæ expilavit hæreditatem, vel res inventarii mariti, non tenetur crimine expilatæ hæreditatis, ubi decisio, decis. 68. num. 13.

Hæreditas jacens repræsentat personam defuncti, decis. 68. num. 15.

Post apprehensa bona ab hærede contra viduam subtrahentem bona mariti datur hæredi actio furti, decis. 68. num. 16.

Adita hæreditate definit esse hæreditas, & in patrimonium hæredis transfunditur, decis. 68. num. 17.

Si hæres adeat hæreditatem ab instanti mortis testatoris, successisse creditur, decis. 68. num. 18.

Occisor an privetur hæreditate occisi, vi verbo *Occidens*, & verbo *Occisor*.

HÆRES.

Judex, vel officialis à subditis hæres institui non prohibetur, dec. 98. num. 19.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

INDEX

Crimen repetundarum in hæredes exercetur, decis. 100. nu. 14.
Hæres donatoris in donatione facta cum reservatione usufructus non manutenetur in decursu donatarii cum clausula constituti, decis. 102. numer. 3. Intellige ut ibid. numer. 4.
Si hæres usufructuarii habeat aliqua jura, & credita in bonis, datur ei insistentia, seu illorum detentio, ac etiam manutentio, quamvis finito usufructu, cum decisione Senatus, decis. 102. numer. 16.

HÆRESIS.

In crimine hæresis non est, quod interveniat sententia ad infamiam contrahendam, decis. 70. num. 33.
In Cathalonia confiscatio bonorum est interdicta, nisi in crimibus hæresis, aut Læsæ Majestatis in primo capite, dec. 71. n. 6.
Crimen hæresis est merè Ecclesiasticum, decis. 74. num. 2.

HISPANIA.

In Hispania ante ejus invasionem à Sarracenis exequutam, Catholici Gothorum Reges celebrabant Concilia quæ Nationalia cognominabantur, in quibus Reges illi cum interventu, & approbatione Episcoporum, Prælatorum, Magnatum, Nobilium, & Populi condebant leges universales, concernentes utilitatem rei Ecclesiasticæ, & Sæcularis, decis. 84. nu. 13.
Enricus Septimus Rex Gothorum in Hispania in scripturam redigere ordinavit leges Gothicas in Conciliis Nationalibus editas, decis. 84. num. 14.
Ex ordine Alarici Octavi Regis Gothorum in Hispania, Avianus I. C. in majorem methodum leges Gothicas ordinavit, & Codicem Theodosianum composuit ibid. num. 15.
Leovigildus Decimus in Hispania Gothorum Rex resecavit leges Gothicas superfluas, plurimasq; addidit, decis. 84. nu. 16.
Ob Hispaniæ jacturam cessavit Regum Gothorum Imperium, at adhuc Catholici qui exterminati vivebant, legibus, & consuetudinibus Gothicis gubernabantur, decis. 84. num. 18.
In Hispania quo tempore sint prohibita duella, quave pœna puniuntur pugnantes, & patrini, decis. 85. num. 22.

HOMICIDA.

Homicida appensatus supplicare potest, decis. 52. numer. 3. non vero homicida insidiosus, aut proditorius, ibidem nu. 14.
Homicida ob defensionem exculpatur, si non excedat in se defendendo moderamen inculpatæ tutelæ, decis. 65. num. 11. Aliàs si se defendendo excesserit moderamen inculpatæ tutelæ, non pœna mortis, sed extraordinaria punitur, ibidem nu. 12.
Homicida vindicando aggressorem verberantem, ipsumque ex improviso occidendo, ob excessum, condemnatur ad remigandum vita durante, decis. 65. num. 14.

HOMICIDIUM.

Homicidium dicitur proditorium quandò committitur nulla præcedente rixa in personam nihil tale præcaventem, vel se præcavere valentem, ubi factum decisionis enarratur, decis. 64. nu. 1. & 2.
Violentus invasor non modò de vi tenetur, sed etiam de homicidio præter ejus intentionem inde sequuto, decis. 64. num. 4.
An dans causam homicidio sit irregularis, dec. 64. nu. 4.
Mandans aliquem vulnerari, mediante pecunia, si illum occidat, tenetur pœna ordinaria homicidii, decis. 64. num. 14.
Dans operam rei illicitæ, si sequatur homicidium, tenetur de causato homicidio, decis. 64. num. 20.
Quandò dicatur ex opera rei illicitè teneri de damno sequuto, non intelligitur opera præcisè pro facto, ex quo sequitur homicidium, sed intelligitur opera, pro facto vel pro causa, ex qua sequitur homicidium, decis. 64. num. 22.
Decisio Senatus ibidem num. 26.
Difficultas in causa supplicationis, ibid. num. 27.
Dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo quod sequitur præter ejus voluntatem pœna extraordinaria, si non potuit cogitare homicidium eventurum, decis. 64. num. 23. Senatus decisio ib. numer. 33.
Homicidium judicatur proditorium, quandò officialis occidit eum, quem apud se captum detinet, decis. 64. nu. 31.
Clerici ob homicidium ad sui defensionem non incurrunt irregularitatem, decis. 65. num. 5.
Clericis adeò est licitum homicidium ad defensionem, ut aggressi in actu Missæ possint aggressorem occidere, & postea Missam prosequi, decis. 65. num. 8.
Homicidium commissum ad sui defensionem in Ecclesia, eam non polluit, decis. 65. num. 9.
Testes, quando constat de insultu, deponentes homicidium fuisse factum ad defensionem insultati, illam probant, decis. 65. numer. 63.
Armorum terror sufficit, ut homicidium dicatur factum ad necessariam defensionem, decis. 65. num. 85. explicatur num. 86. 87. 88. & 89.
Homicidium quando dicatur proditorium, & quando animo deliberato commissum, decis. 65. num. 90.
Occurrens fratri, & rixantem cum fratre occidens, putans, eum fuisse aggressorem, cum fuisset insultatus, non punitur de homicidio, decis. 65. num. 92.
Respondetur obiicibus ibidem num. 93.
Decisio Senatus, decis. 65. num. 101.
Homicidii atrocitas exponitur decis. 66. num. 1.
Factum, & dubia decis. 66. num. 2.
Homicidium in certamine lapidum commissum punitur pœna extraordinaria decis. 66. num. 6.
Et quæ sit ista pœna extraordinaria, declaratur ibid. nu. 7. & 8.
Homicidia in ludo perpetrata dici possunt dolosa, culposa, aut casualia, decis. 66. num. 8.
Homicidium commissum per fratrem in personam fratris dicitur proditorium, decis. 79. numer. 1. Et parricidium nominatur, quod declaratur ibidem nu. 2. punitur non pœna ordinaria parricidii contra fratrem, sed solum ultimi supplicii, graviori quàm homicidii, ibidem sub num. 2.
De atrocitate hujus homicidii, quod fratricidium dicitur aliqua ponderantur ibidem num. 3. & 4.

HOMO.

Non vivit homo ex aqua, & ex igne, nec de herbis, sed de victualibus, decis. 55. num. 6.
Volens percutere servum, percussit ex errore hominem liberum, non tenetur actione injuriarum, decis. 64. num. 10.
Hominum dissensio debet evitari, decis. 70. num. 52.

HONOR.

Quando Nobili permittatur interficere, vel offendere rusticum, ad honorem recuperandum, decis. 65. num. 44. & 45. quod declaratur num. 46.
Pro sola honoris defensione non licet quemquam interficere, decis. 65. num. 44. intellige ibidem respectu injuriæ verbalis, non autem realis, quod declaratur.
Honor, & salutatio debetur Magistratibus, dec. 90. nu. 21. & 22.

HOSPITARI.

Decreta Regia observanda circa hospitandos milites à Familiaribus Sancti Officii, decis. 100. numer. 90. usque ad finem decisionis.

HYPOTHECA.

Excusatur à crimine stellionatus, qui in secunda speciali rei obligatione priorem specialem hypothecam, vel onus callidè dissimulaverit, quando specialis hypotheca primo, & secundo creditori sufficiens est decis. 63. num. 11.
Asserens, vel promittens hypothecas liberas esse, & nullis oneribus subiectas, satisfacit, si quas præstitit, idoneæ sint ad debiti satisfactiones, quamvis aliis obligationibus obnoxiæ essent, decis. 63. sub num. 11.
Prout etiam in casu, quo hypotheca foret generalis, non tenetur crimine stellionatus qui rem duobus obligavit; nam satisfacit venditor, si rem liberat ab obligatione, vel si emptori idoneè caveat de indemnitate, decis. 63. num. 12.

I

IDEMTITAS.

IDemtitas familiæ per idemtitatem nominis probatur, dec. 62. numer. 19.

IGNOMINIA.

Impunè licet viro honorato invasorem occidere, qui fustem, vel lapidem impingere nititur, ut inferat ignominiam, si aliter hæc ignominia evitari nequiret, dec. 65. num. 44.
Ignominia filii dedecus est patris & ex mala progenie indicium depromitur, decis. 78. num. 8.

IGNORANTIA.

Ignorantia veniam meretur, decis. 94. num. 5.

IMMUNITAS.

Immunitas Ecclesiastica reo non suffragatur, concurrente semiplena probatione qualitatis delicti, ex quo immunitas denegatur, decis. 51. num. 17.
An ostia Ecclesiæ veniant appellatione Ecclesiæ in materia immunitatis Ecclesiasticæ, remissivè decis. 58. num. 13.
Extenditur ad porticum annexum, ubi remissivè pro immunitate Ecclesiastica, an porticus sit locus immunis, dec. 58. n. 14.
Comprehenditur etiam hortus, ubi remissivè, an hortus gaudeat immunitate Ecclesiastica, decis. 58. num. 15.
Extenditur ad scalas, ubi an scalæ Ecclesiæ gaudeant immunitate Ecclesiastica, decis. 58. num. 16.
Ex Palatiis delinquentes non extrahuntur sine jussu Regis, vel domus Præfecti, quæ immunitas per Principem superiorem domibus privatis potest concedi, decis. 58. num. 20.
In sala magna sacri Concilii Neapolitani absque Præsidis permissu nemo carcerari potest, & de nostra Aula Regia remissivè decis. 58. num. 21.
Immunitate Ecclesiastica gaudet offendens extra Ecclesiam, quamvis rixa mota sit in Ecclesia, à qua exierunt; quidquid sit de quæstione illa, an mandans in Ecclesia aliquem occidi, vel vulnerari extra Ecclesiam, sequuto damno, gaudeat ejus immunitate, decis. 85. num. 17.
Occidens, aut vulnerans à tergo, & proditoriè, rixantem cum patre, filio, consanguineo, affine, vel amico, confugiens ad Ecclesiam gaudet ejus immunitate, & redditur ratio, decis. 65. num. 78. ubi pluries per Reverendum Cancellarium decisum traditur.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

IMPERIUM.

Imperium Regum Gothorum ob Hiſpaniæ jacturam ceſſavit, dec. 84. num.18. vide in verbo *Gothi*.

IMPERITIA.

Impericia in Judice punitur, attento jure Civili, dec.94. nu.5.

IMPERARE.

Imperare opus magnum eſt, & arduum, dec.90. nu.20.

INCAPAX.

Incapax, non verò indignus, judicatur occiſor excluſus à ſucceſſione occiſi per ſtatutum, dec.79. num.10.

INCENDIUM.

Proponens mittere incendium in unam domum, quod immiſit, ſi ex dicto incendio aliæ fuerunt combuſtæ domus, tenetur immitens de omnibus, quia verosimiliter incendium tendebat ad comburendas vicinas ædes, & occaſionem damni dediſſe videtur, ex culpa ad caſum ordinata, dec.64. nu.12.

INDIGNUS, INDIGNITAS.

Habens poteſtatem eligendi, ignoranter eligens indignum, poteſt iterum eligere, & electionem de digno facere, dec.70. n.35.

In dubio quis præſumitur ignoranter electionem feciſſe de indigno, dec.70. num.37.

Eligens ſcienter indignum privatur pro illa vice facultate eligendi, quod declaratur dec.70. nu.38.

Deciſio Senatus ibid. num.42. & nu.43.

Controvertitur, an caſu, quo electio eſt facta ſcienter de indigno, ut ad ſuperiorem devolvatur, requiratur, quòd tota electio ſit facta de indignis, vel quòd unus tantum ſit indignus, & ſufficere, unum eſſe indignum, probatur cum Senatu, dec.70. n.47. & 48

Aſſignatur ratio, cur eligens ſcienter indignum, privetur illa vice facultate iterum eligendi dec.70. n.56. & n.57. & 58.

Indignitas qualis debet conſiderari, ut privetur eligens facultate eligendi, dec.70. num.59.

Indignus non judicatur occiſor per ſtatutum excluſus à ſucceſſione occiſi, licèt incapax efficiatur, dec.79. nu.10.

INDICIUM.

Indicia aliqua recitantur, ex quibus furtum probatur, deciſ.67. nu.3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.

Ex fuga ſocii infertur indicium contra alium criminis ſocium, remiſſivè dec.67. num.8.

Laticatio eſt indicium, & idem operatur, quòd fuga criminoſi, dec.67. num.9.

Referuntur indicia quoad ſocium, videlicèt fugæ, famæ, mendacii, & malè qualitatis inquiſiti, & alia, dec.67. n.16. uſque ad n.22

Mala qualitas inquiſiti contra ipſum facit indicium, dec.67. n.23.

Repertura partis rerum furatarum influit, & eſt indicium ad furtum totius rei, dec.67. nu.29.

INDULTUM.

In indulto generali, ſi excipuntur quædam delicta, & illius verba dirigantur ad delinquentes, ut priventur beneficio indulti, requiritur plena probatio; ſi ad nomina delictorum, eo privantur, etiam non probato plenè delicto, dec.51. nu.15.

INERTES.

Inertes ſunt, qui nullam habent artem, ad differentiam vagabundorum, qui dicuntur non habentes domicilium certum, vel habitationem, quotidieque per varias Civitates vagi aberrant, dec.56. num.23.

INFANTES, INFANTICIDIUM.

Parentes, qui in locum ſolitarium, & à conſpectu hominum remotum, infantes abiiciunt, ea intentione, & propoſito, ut moriantur, eventu ſubſequuto, morte puniuntur, dec.64. n.15.

Mater, quæ infanti nato auxilium non præſtat, ſed illum ſtercore, ſqualore jacentem interire, & mori ſinit, infanticidium committit, idemque dicitur de muliere, quæ manibus ſuis parvulum non occidit, ſed eum celavit, & mori ſinit, dec.64. n.16.

INFAMES, INFAMIA.

Infamibus portæ dignitatum patere non debent, deciſ. 70. numer.1.

Infamis licèt formaliter ſit homo, moraliter tamen eſt falſus homo, dec.70. num.2.

Infamis à teſtimonio ferendo repellitur, dec.70. n.4.

Infamis arcetur à dignitate Eccleſiaſtica, ab ordinum ſuſceptione, & à beneficiis Eccleſiaſticis, dec.70. nu.5.

Incurritur infamia pluribus modis, qui explicantur dec.70. n.6.

Non ſolùm in caſibus, quibus incurritur infamia, privatur impetitus aſcendere ad novos honores, ſed etiam generaliter, dec.70. numer.7.

Infamia facti notatus prohibetur adipiſci beneficia Eccleſiaſtica, ea verò, quæ poſſidet, non amittit; infamia autem juris aufert obtenta, deſideratur tamen ſententia privationis, dec.70. n.32.

In crimine hæreſis ad infamiam contrahendam, neceſſe non eſt, quòd interveniat ſententia, dec.70. nu.34.

INFERIOR.

Inferior non poteſt diſponere in legibus ſuperioris. Limitâ, quandò factum ſuperioris utilitatem inferioris reſpicit, dec.53. n.55.

Inferiores officiales poſſunt ſyndicari jure noſtro, propter fraudes, Larattarias, & latam culpam, ut in *Conſit. 6. tit. de offici de Juge de Taula*, & propter crimina, & culpas, ut in *Conſtitutione 7. ejuſdem tituli*, deciſ.95. numer.1.

INFORMATIONES.

Informationes fuiſſe receptas in dubio præſumendum eſt, ad ſuſtinendum decretum, dec.72. num.5.

Informationem contra Regios Officiales recipere non poteſt Prorex, ad finem in ſcriptis informandi Principem, nec in Proregem poteſt juriſdictio prorogari, dec.89. num.6.

Cum informatione ſola ſummaria viſitatio ſecreta judicialis improbatur, dec.91. num.27.

INJURIA.

Injuria illata in conſpectu Prætoris, vel in perſonam Præſidis abſentis electi, & adhuc non admiſſi, in platea, atrox judicatur; ſed major eſt, quæ irrogatur in Palatio Principis, in quo omnibus datur ſecuritas, dec.58. num.32.

In qualibet injuria habetur ratio circunſtantiarum, loci, facti, temporis, vel perſonarum, dec.58. num.34.

Inter privatos, injuria fit ei, cui ſtigmata uſurpantur, vel contemnuntur, dec.62. nu.33.

Volens percutere ſervum, percuſſit ex errore hominem liberum, non tenetur actione injuriarum, dec.64. num.10.

Injuria verbalis verbis dilui debet; non autem manu, verberibus, aut ferro, dec.65. num.36.

Injuriis provocato non licet, aliud injuranti obiicere crimen, dec.65. num.39.

Non eſt defenſio injuriæ, propulſare aliam injuriam, deciſ.65. num.39.

Si me vocas furem, vel latronem, poſſum incontinenti convicium in te iniurantem retorquere, etiam cum mendacio, animo defendendi, & injuriam propulſandi, dec.65. n.41.

Aggreſſor præſumitur, qui paſſus eſt aliquam injuriam, & ſic cauſam habet vindicandi, dec.65. num.48.

Percutiens lapide, niſi occidat, punitur pœna arbitraria, inſpecta injuria, vel criminis qualitate, dec.66. nu.18. ubi de injuria lapidibus illata, & de pœna injurantis, remiſſivè.

Pro injuria facta judici, ut privatæ perſonæ, Dominus Rex, & ejus Regium Concilium cauſam ad ſe evocat, ubi Senatus deciſio, dec.69. num.3.

Injuria facta famulo, Domino cenſetur facta, dec.69. nu.8.

Pro injuria facta famulo ejus Dominus jus reddere non poteſt, dec.69. num.9.

Quando injuria dicatur facta contemplatione officii, vel ratione officii, declaratur dec.69. num.1. & nu.10.

INJURIANS.

Quando veritas convicii excuſet injurantem à pœna, remiſſivè traditur dec.65. num.38.

INJURIATUS.

Injuriatus promptus eſt ad vindictam, dec.65. nu.48.

Injuriatus quando videns injurantem enſe carere, dicit ei, after enſem, hic te expectabo, committitur duellum, deciſ.85. numer.14.

INQUISITIO.

De generali conſuetudine hodie inquiſitio eſt remedium ordinarium in omnibus delictis, præcipuè in Cathalonia, ubi proceſſus criminalis eſt Fiſci, dec.54. nu.64.

In omnibus delictis de generali conſuetudine procedi poteſt per inquiſitionem, dec.59. num.12.

Inquiſitio exacta remiſſa cenſetur per decretum, vel conſuetudinem de non ſtare Syndicatui, dec.91. nu.10.

Inquiſitio in Officiales, quolibet anno erat facienda per Dominum Regem, dec.93. num.4.

Inquiſitionis remedium hodie eſt ordinarium, & per accuſationem non tollitur, dec.97. nu.2.

Inquiſitio quando, & intra quod tempus debet fortificari, dec.97. num.14.

Inquiſitionis remedium ex generali conſuetudine eſt ordinarium, dec.97. num.16.

Non tam inquiſitio, ſed inquiſitionis probatio attendi debet, dec.70. num.21.

VENERABILES PATRES INQUISITORES.

Pendente contentione, ſeu conferentia cum Venerabilibus Patribus Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, nil eſt innovandum, dec.100. num.59.

Firmata competentia cum Venerabilibus Inquiſitoribus ſuper cognitione delicti principalis, poteſt incidens effractionis carcerum Regiorum puniri à Regia Curia, dec.100. n.60.

Pendente competentia excommunicati ab Inquiſitoribus abſolvuntur, & carcerati Regiæ Curiæ, ſub manuleuta relaxantur, quod declaratur dec.100. num.62.

Forma relaxandi reos captos ſub manuleuta, pendente conferentia, dec.100. num.71.

Urbanitates ſervandæ in conferentiis, inter Regium Concilium, & Venerabiles Patres Inquiſitores, habendis, dec.100. nu.73. uſque ad num.79.

Forma vovendi in dictis conferentiis, dec.100. nu.80. uſque ad numer.88.

Similes conferentiæ extrajudiciales ſunt, & per modum gubernii ſtatutæ, dec.100. nu.89.

Eſculenta, & poculenta permittit jus Canonicum, etiam Inquiſitoribus, ubi id prohibitum non eſt, dec.98. num.28.

INDEX

INQUISITUS.

Referuntur indicia quoad locum, fugæ, famæ, mendacii, & malæ qualitatis inquisiti, & alia, dec.67. nu.16. usque ad 22.
Mala qualitas inquisiti contra ipsum facit indicium, dec.67.n.25.
Inquisitus de aliquo crimine, pendente inquisitione, non debet ad novos honores promoveri, dec.70. nu.8.
Ampliatur, adhuc pendente appellatione à sententia absolutoria, ubi an assecutio novi honoris convalescat per sententiam supervenientem absolutoriam, dec.70.nu.9.
Inquisitus pendente judicio visitationis, vel Syndicatus, ad honores, vel officia promoveri non debet, dec.70. nu.16.
Limitatur hæc principalis conclusio quando Judex immoratur in formanda inquisitione, quod declaratur dec.70. n 18.
Item si fuerit inquisitus de crimine levi, dec.70. nu.19.
Inquisitus ut non possit promoveri ad honores, requiritur, quod constet contra eum, vel accusatum de aliquo substantiali ex informatione Curiæ, dec.70.nu.21.
Inquisito audito, practicatur visitatio, dec.91. nu.25.

INSACULATIO.

Insaculatio verè electio est, dec.70. nu.19.
Insaculantur in Bursis Stamenti Militaris Equites Ordinum Militarium (exceptis Equitibus Divi Joannis) in Domo Deputationis hujus Principatus, dec.81. num.11.

INSACULATUS.

Insaculati habent jus adquisitum ex insaculatione ad sortem, dec. 70. num.29.
Insaculatus ad honores, seu officia habet jus ad sortem, id est ad rem; quod habere incipit ex ipsa extractione, dec.70. n.33.

INSIGNIA.

Insignia, & arma disposita fuerunt ad agnoscendas familias, dec. 62. num.31.
Cuilibet permissum est ad sui beneplacitum insignia eligere, sicut nomina, non tamen stigmata, dec.62. nu.33.
Qui insignia tollit, vel usurpat, tenetur crimine falsi, dec.62.n.34.
Cum damno tertii non licet assumere aliena insignia, dec.62. n.35.
An una Religio uti possit insignibus alterius Religionis, remissivè decis.62. num.37.

INSPECTIO.

Inspectio oculorum, sive visura est probatio notoria, & omne genus probationis vincit, & nunquã censetur exclusa, dec.77.n.3.

INSTANTIA.

Instantia partis est necessaria in delictis, in quibus de officio non proceditur, ut in adulterio, dec.97. num.11.

INSTRUMENTUM.

Lex Cornelia de falsis ad omnia instrumenta se extendit, & sic ex eadem lege in crimen falsi incidit qui alieno signo utitur, mutat, corrumpit, vel contrafacit, dec.92. num.13. quod declaratur num.14.
Quid observet Senatus in condemnando reos delatos de portu instrumenti manualis parvæ mensuræ, dec.66. n.14.
Minores inquisiti de portu instrumenti manualis parvæ mensuræ, & de aliis criminibus, & delictis, qua pœna afficiantur, dec. 66. numer.19.
Interdum à benignitate pœnæ recedit Senatus ad pœnam assignandam minoribus in delicto portus instrumenti manualis parvæ mensuræ, quod exornatur binis Senatus decisionibus, dec.66, num.28. usque ad num.31.
Forma instrumenti manuleutæ dec.100. n.72.

INSULTANS.

Offendens insultantem fugientem non dicitur offendere ad defensam, sed ad vindictam, dec.65. n.19.
Amicus pro defensione amici, consocii, seu alterius secum deambulantis potest insultantem offendere, dec.65. num.68. & 69. Quæ procedunt, sive insultatus clamet, & petat auxilium, sive non, dec.65. num.70.
Pro defensione consanguinei, amici, vel extranei, ut quis possit insultantem impunè occidere, quomodo intelligatur, dec. 65. numer.73.
Qui cum se ab insultanti defenderet, percussit quemdam saxo, qui mortuus fuit, aliqua pœna tenetur, dec.65. nu.75.

INSULTATUS.

Insultatus cum ense evaginato qui insultantem percutit in capite, & postmodùm pluriès caput ejus, & capillos percutit, qui ex tali infirmitate decedit, condemnatur ad remigandum, dec. 65.numer.13.
Insultatus cum ense non debet se defendere cum spontono, vel archibusio, dec.65. num.29.

INSULTUS.

Qualis est insultus, talis debet esse responsio, dec.65. nu.28.

INTERDICTUM.

In interdicto retinendæ possessionis præferendus hæredi donatoris est donatarius, qui pro se habet clausulam constituti, dec. 102. num.2.

INTERFICERE.

Alapam in faciem impingere volentem mihi permittitur impunè gladio interficere, si aliter, quam cum gladio me defendere nequeo, dec.65. num.44.
Miles nobilis, vel alia persona egregia ob alapam, percussorem impunè occidere potest, etiamsi aliter se defendere posset, ex sententia quorundam, qui citantur, dec.65. nu.44.

INTERPELLATIO.

Interpellationem necessariam esse in causis criminalibus, ut Judex constituatur in negligentia declarandi, docent aliqui, dec.97.n.3.
Interpellatio non est necessaria, ut Judex negligens persequendi delicta publica, puniatur, dec.97. nu.7.
Interpellatio una sufficit, quandò in statuto assignatur breve tempus ad declarandum, dec.97. num.31.
Interpellatio trina non requiritur, ubi Judex in prima expresè recusasset facere, quæ ei requirebantur, dec.97. nu.32.

INTERROGATIO.

Interrogatio Rei est litis contestatio, nec licet Judici reum interrogare, nisi de delicto, de quo est diffamatus, vel semiprobatio subsint, dec.59. num.5.
Solum requiritur, quod reus interrogetur super facto, & super accusatione, vel denuntiatione, non autem super pœna, quia est articulus juris, dec.59. num.6.

INTERROGATORIA.

Defectus citationis suppletur, si pars citanda interrogatoria dederit, cùm tunc impleatur finis, & effectus citationis, dec.59.n.8.

INVASOR.

Invasor violentus non modò de vi tenetur, sed etiam de homicidio præter ejus intentionem indè sequuto, dec.64. nu.4.
Invasor impingere nitens fustem, vel lapidem, ut viro honorato ignominiam inferat, potest ab eo occidi, si aliter hæc ignominia evitari non posset, dec.65. num.44.
Quilibet iniustum invasorem licitè offendere potest, cum moderamine in defensione adhibito, etiam pro extranei defensione dec.65. num.64.
Fortiori jure quilibet injustum invasorem licitè offendere poterit pro sanguine coniuncti defensione, dec.65.n.65. Decisio ib.n.66.
Hæc traduntur in fratre pro stimulo fraternis rixantis occurrente, & occidente tertium non rixantem, sed adstantem in favorem rixantis contra fratrem, ubi decisio, dec.65. nu.67.
Invasores viarum publicarum incurrebant crimen læsæ Majestatis, dec.87. num.6.

INVIDI, ET INVIDIA.

Invidi sunt asseclæ detrahentium, nam invidia plerumque bonos inficit, & plura de hoc malo traduntur dec.90. nu.15.
Invidia inficit bonos, ibidem num.15.
Invidi spargunt famam, ex qua componitur vulgi opinio, dec. 90. num.16.

INURBANITAS.

Inurbanitas in subditos est vitanda, dec.90. num.49.

IRA.

Ira est expers animi, & consilii, dec.90. num.38. & 39.

IRACUNDIA.

Se defendens, quamvis ex intervallo, & occidens, impunis non evadit, tenetur tamen pœna extraordinaria tantum, quia eum excusat iracundiæ calor præcedens, dec.65. nu.17.
Iracundiæ calor apud nos durare præsumitur per spatium viginti quatuor horarum, dec.65. num.18.

IRREGULARIS.

Mandans aliquem verberari, si mandatarius fines mandati excedens mutilet, vel occidat, efficitur irregularis, quod declaratur dec.64. num.5.
An dans causam homicidio sit irregularis, remissivè dec.64. n.5.

IRREGULARITAS.

Irregularitatem non incurrunt Clerici ob homicidium ad sui defensionem, dec 65. num.5.

JUDEX.

Judex à quo cognoscit an apellationi sit deferendum, dec.51. n.5.
Judex ex officio non petenti tenetur dare terminum reo ad se defendendum, dec.53. num.22.
Licèt ad Judicem primitivum spectet cognitio an sit deferendum applicationi, at postquam huic detulit, Judicis ad quem officium est cognoscere, an sit appellatio admittenda, dec 53.n.50.
In casu quo Judex detulerit appellationi ad procedendum, restitui debet causa à superiore, sicut post inhibitionem, ei tollenda est inhibitio, ut procedere possit, dec.53. nu.52.
Judex non potest exequi sententiam post admissam appellationem, etiam quando ea non debuit admitti, dec.53. nu.53.
Ad Judicem loci delicti vagabundum remittendum tradunt nonnulli DD. dec.56. nu.37. Adducitur limitatio ad hanc opinionem ibid. nu.38. Contrarium alii tenent ibid. nu.39. Conciliant quidam num.40.
Judices an possint de officio procedere in delictis carnis, an tantum debeant ad instantiam partis vim passæ, dec.57. num.91.
Hodiè juxta facti, & personarum qualitates omnes pœnæ sunt Judici arbitrariæ, quod declaratur dec.58. nu.3.
Judex ex causa potest minuere pœnas legales, vel statutarias, dec.58. numer.3.
Quod sanè statuitur in supremis Magistratibus, non verò in inferioribus Judicibus, dec.58. n.5. & 6.
In Palatiis delinquentes propriũ Judicem sortiuntur, dec.58.n.23.
Iudici non licet reũ interrogare, nisi de delicto, de quo est diffamatus, vel indicia, vel semiplena probatio subsint, dec.59.n.2.3.& 4
Receptatores delinquentium, à quo Judice puniuntur, controvertunt DD. dec.60. num.51.

Verùm

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Vtrùm ad Regium Concilium ſpectat cognitio receptantium, quándò coram eo pendet cauſa delinquentis principalis, dec.60. n.52.
Denegatur remiſſio cauſæ ad inferiorem Judicem de ejus ſubditis, ſi contra alios conſocios agatur in & coram Judice ſuperiore, deciſ.60. num.53.
Judex ex officio poteſt procedere in crimine ſuppoſitionis partus, dec.61. num.31.
Judex prohibere tenetur, ne alieno ſigno quis utatur, dec.62. nu. 4. Quod comprobatur ibid. nu.5. & declaratur ex doctrina *Ancharan.* ibid. num.6.
Judex punire poteſt artificem, qui alieno ſigno utitur, ex quo delictum committit, dec.62. num.7.
Deciſio Senatus ſuper dubio, ibidem num.8.
Formalis declaratio ibid. num.9.
Alia deciſio ibid. num.10.
Judex tam Eccleſiaſticus, quàm Sæcularis poteſt extraordinariam infligere pœnam contra uſuras exercentem, dec.58. nu.61. & 62.
Ad Judicis arbitrium remittitur, an aggreſſor præſumatur, qui mortuus, aut magis vulneratus reperitur, dec.65. num.53. & 55.
Judex quando ritè, & rectè hominem ad mortem condemnat, hoc facit, quia Miniſter Dei eſt, dec.66. nu.1.
Judex poteſt procedere ex officio, nemine querelante, aut accuſante, ſi furtum eſt magnum, ſive grave, dec.68. nu.8.
Judex competens exiſtimatur officialis, ſive Baro pro injuria ſibi illata prætextu dignitatis, aut officii, ſecùs ſi injuria ſit illata, ut perſonæ privatæ, nàm tunc ſuperior erit Judex, dec.69. nu.1.
Judex de facto, & ex abrupto punire poteſt iniurioſos in ipſum pro tribunali ſedentem, dec.69. num.1.
Judex offenſus ratione ſui officii eſt competens ad puniendum offendentem, etiam adverſus Judicem exercentem Juriſdictionem cum clauſula abdicativa, & privativa, ſi ipſe prævenerit in captura delinquentis, dec.69. num.2.
Pro injuria facta judici uti privatæ perſonæ, Dominus Rex, & ejus Regium Concilium cauſam ad ſe evocat, vide in verbo *Injuria*
Judex injuriam ſibi factam ratione officii non poteſt punire, quandò offenſa non eſt notoria, & pœna eſt arbitraria, juxta quorundam DD. ſententiam. Contrarium alii exiſtimant, & optimum jus dicenti conſilium datur eveniente caſu, quòd officii, & dignitatis prætextu à ſubditis offenderetur dec.69. nu.4.
Judex eſſe prohibetur Baro in cauſa, in qua agitur de ſuo intereſſe, dec.69. num.12. nec cauſam poteſt alteri delegare, ibid. nu.12.
Judex eſſe non poteſt aliquis illius partis, cujus antea erat Advocatus tempore introductionis cauſæ, juxta *Conſtitutionem 9. tit. de recuſationes*, dec.69. nu.23. Senatus deciſio ibid. nu.25.
Judex ſuſpectus ex cauſa inimicitiæ non valet alteri cauſam delegare, dec.69. num.13. Senatus deciſio ibid. nu.14.
Ante recuſationem, proceſſus à Judice factus, validus eſt, dec. 69. num.15.
Limita ſi judex foret ſuſpectus ratione inimicitiæ, quia tunc eſſet proceſſus nullus, dec.69. num.16.
Licet acta per Judicem ante recuſationem ſuſtineantur, id non evenit, quando recuſatio procedit ipſo jure, dec.69. nu.17.
Judex eſſe non poteſt pater, vel ſocer in cauſis, in quibus filius, vel gener ſunt Advocati, dec.69. num.22.
Judex qui nullitèr judicat, non privatur iterum facultate judicandi, dec.70. num.36.
Judex in cauſa, qua judicaturus eſt, de jure communi ſequeſtrer eſſe poteſt, quod non procedit in hoc Principatu, dec.71. nu.53.
Si Judex præcipiat turbatori, ne poſſeſſionem impediat, in caſu contraventionis locus erit actioni criminali, dec.72. nu.7.
Judex poteſt mandare ſub pœna pro ſecuritate pacis, ut aliqui certum locum non ſubintrent, deciſ.72. nu.12.
Judex loci delicti cognoſcit de delictis nautæ communibus, de quibus cognoſcere non debet juſtitia maris, dec.73. nu.9.
Judex militaris cognoſcit de cauſis civilibus, & criminalibus, & non Judex ordinarius loci; ex conſuetudine in hoc Principatu recepta, ſed hæc non extenditur ad delicta claſſicorum, dec.73. numer.10.
Quid circa hæc obſervetur in Regnis Neapolis, & Siciliæ traditur dec.73. num.11. & 12.
Eſt tamen locus prævention inter juſtitiam ordinariam, & maris, ibid. num.13. & 14.
Judex loci delicti cognoſcit de delictis claſſicorum, vide in verbo *Claſſicus*, & in verbo *Delictum*.
Judex claſſicorum delinquentium in terra, vide in eodem verbo *Claſſicus*, & *Delictum*.
Judex Eccleſiaſticus in delictis mixti fori poteſt laicos punire pœnis etiam temporalibus, dec.74. num.10.
Allegantur contrarium tenentes ibid. num.11.
In delictis mixti fori eſt locus prævention inter Judicem Eccleſiaſticum, & Sæcularem, vide in verbo *Delictum*.
Judex Eccleſiaſticus, & Sæcularis quandò cognoſcant de delicto uſurarum, dec.74. num.12.
Quando Judex Eccleſiaſticus poterat competentem pœnam imponere, ab eo abſolutus, qui prævenit, non poteſt ampliùs moleſtari à Judice Sæculari, dec.74. num.15.
In delictis mixti fori, ſi per Judicem Eccleſiaſticum non fuerit punitus laicus pœna condigna, punitur per Sæcularem, dec.74. numer.16. Sed ſi captus, & punitus ſit per Sæcularem, poſtea puniri non poteſt per Eccleſiaſticum, quod declaratur ibid. nu. 17. & num.18.
Judex Eccleſiaſticus in delictis mixti fori an poſſit propria authoritate delinquentes laicos capere, referuntur DD. pro affirmativa ſententia, dec.74. nu.19. & pro contraria alii allegantur ibid. num.20.
In praxi tamen quoad delicta mixti fori receptum eſt, ut Eccleſiaſtici non procedant ad laicorum delinquentium capturam, dec. 74. num.21.
Judex Eccleſiaſticus ſolum pœnas ſpirituales, non autem pecuniarias poteſt indicere in laicos, etiam quandò Sæcularis fuit negligens, dec.74. num.36.
Limita ubi adeſt conſuetudo, quòd Eccleſiaſticus poſſit indicere pœnam pecuniariam, & tunc non per eum, ſed per Sæcularem exequi debet, dec.74. num.36. & 37. ubi impugnatur doctrina Cartharii.
Judex Eccleſiaſticus contra juſtitiam, & conſcientiam propriam judicaſſe videtur, quando per odium, favorem, aut præmium juſtitiam evertit, dec.95. num.10.
Judex offenſus in exercitio ſui officii poteſt punire offendentem, vel reſiſtentem, etiamſi incompetentis juriſdictio offendatur, dec.82. num.12.
Ampliatur, ſivè offendatur miniſter, ſive officialis à Judice deputatus, ibid. num.17.
Limitatur, ſi offenſa fiat extra officium; quia tunc Judici incompetenti non competit punitio offenſæ, ſed debet adiri Judex proprius pro punitione, dec.81. nu.19.
Intelligitur, ut dicta juriſdictio non detur privativè ad Judicem proprium offendentis, ſed cumulativè, & inter eos eſt locus prævention, ibid. num.20.
Judici incompetenti non competit punitio offenſæ ipſi factæ, ſi extra officium offendatur, dec.81. num.19.
Judex Sæcularis non ſolum incompetens, ſed etiam incapax exiſtit cognoſcendi in cauſis mixtis, & criminalibas de perſonis Equitum Ordinum Militarium, dec.81. nu.27. quod comprobatur num.28. & 29.
Judex Eccleſiaſticus poteſt punire laicum falſum coram eo deponentem, data prævention ex parte Eccleſiaſtici, dec.81. nu.30.
Judex Sæcularis propter eius incapacitatem actualem, & potentialem punire non poteſt Clericum, falſum coram eo deponentem, deciſ.81. nu.31. Prout nec in caſu reſiſtentiæ poteſt Judex laicus punire Eccleſiaſticum impedientem, aut reſiſtentem juriſdictioni laicæ pœna aliqua corporali, aut pecuniaria, ibid. nu. 32. Licèt permittatur captura, ad effectum illum remittendi ad Judicem Eccleſiaſticum, quæ remiſſio decentèr fieri debet; ibid. numer.33.
Judex brevis Apoſtolici in hoc Principatu punire poteſt Clericos reſiſtentes Regiis officialibus in actu capturæ, ſeu executionis alicujus proviſionis, vel ſententiæ, quia eſt atrox delictum, dec.81. num.34.
Judicibus Sæcularibus committi poteſt cauſa, & punitio Equitum Ordinum Militarium à Domino Rege, tanquam Adminiſtratore perpetuo Ordinum Militarium Caſtellæ, dec.81. nu.38.
Index Sæcularis non poteſt capere perſonam Eccleſiaſticam, niſi in flagranti delicto, vel quando perſona Eccleſiaſtica eſt in fuga, vel ſuſpecta de fuga, dec.81. nu.40. & 41. Auctoris reſolutio ibid. num.75. Dummodò ſine aliqua requiſitione ad ſuum Judicem Eccleſiaſticum remittat, ib. nu.76. Præmaxinè non exiſtente Prelato, vel Vicario Generali in loco delicti, ib. n.77. & 78.
Judex Sæcularis poteſt, quamvis non concurrat flagrantia delicti, vel fuga, aut hujus ſuſpicio, capere ſaltèm de facto Equitem Ordinis Divi Jacobi, ad effectum remittendi illum ad Regium Concilium Ordinum, dec 81. nu.59. Idque pluribus rationibus illuſtrat, & probat Auctor ib. n.60. uſque ad calcem deciſionis.
Judex in compluribus caſibus non eſt competens ad puniendum, & eſt in eiſdem competens ad capiendum, ad finem remittendi, dec.81. num.79. & reſolutio Auctoris num. ſeq.
Judices duella non patiantur, quia illorum mala Deus ab ipſis exiget, dec.88. num.11.
Judices, præcipuè ſuperiores ſunt poſiti tanquam ſigna ad ſagittas, dec.90. num.4.
Judex prudenter tenetur conſtituere, ſecundùm temporum, rerum, cauſarum, & perſonarum varietatem, dec.90. nu.35.
Judices tabulæ qui, quave forma creentur, ponderatur dec.93. n.6.
Judices tabulæ ideò tales dicuntur, quia Officiales in ingreſſu officii præſtant ſecuritatem tenendi tabulam, quæ ſecuritas ab omnibus Officialibus Regiis téporalibus præſtari debet, dec.93. n.7
Judicis delicta coemptionis, & doli graviter coercenda ſunt criminalitèr, & actione famoſa, ultra intereſſe partis, dec.94. n.1.
Judex litem ſuam facit ex negligentia, quæ ex dolo, vel lata culpa provenit, & ultra pœnam, ad quam criminalitèr incurrit, tenetur veram litis æſtimationem parti ſolvere, dec.94. nu.2.
Judex litem ſuam facit ex negligentia, quæ ex levi culpa deſcendit, declaratur deciſ.94. num.3.
Judex æque delinquit committendo, ſicut omittendo, ibidem numer.3.
Judices pro levi culpa criminalitèr non plectuntur, ſed civilitèr ad partis emendam, dec.94. num.4.
Judices de jure civili tenentur de imperitia, dec.94. numer.5.

Quæ quidem imperitia moderatur ibid. num. 6. Posteriori tamen jure statuitur, quod Judices pro gestis in officio, tantùm de furtis tenentur, ibid. num. 7. Et Auctoris sententia, ibid. num. 17.
Judex jurat in ingressu officii jus reddere, & ad id obligatur sub culpa, decis. 94. sub num. 5.
Judicis imperitia moderatur juxta gradus culparum, ibid. num. 5.
Judices pro gestis in officio tantùm de furtis tenentur, decis. 94. num. 7. Quod comprobatur, ibid. n. 8. Et in furto complectuntur coemptio, barattaria, & alia crimina, ibid. num. 10.
Judices superiores, vide in verbo *Magistratus*.
Judex quomodo puniatur, si erret in jure vulgato, vel in eo, quod solùm Doctores periti sciunt, decis. 94. num. 6. & decis. 95. n. 13. ubi Cancerii doctrina impugnatur.
Judices Ecclesiastici, qui per gratiam, vel sordes judicaverint, qua pœna puniantur, decis. 95. num. 10.
Judex superior propter dolum commissum in judicando tenetur solvere parti litis æstimationem, decis. 95. num. 5.
Judices licèt de jure novissimo, & consuetudine universali non visitentur, nisi de furtis, & dolo, id non procedit in illis, qui habent administrationem, quia isti tenentur de dolo, lata, & levi culpa, decis. 96. num. 1. Et comprobatur ex diversis decisionibus, videlicèt in Magistro Regiæ Seclæ monetarum, & Credenserio majori, in Magistris Rationalibus, in Dohaneris, in Consiliariis, & Administratoribus annonæ diversarum ditionum; & hoc magis procedit, ubi ex negligentia aliquod damnum infertur Reipublicæ, ibid. num. 2. In his enim Officialibus sola negligentia est punibilis pœna privationis officii, ibid. num. 3. ubi decisio Senatus num. 4.
Judex in arbitrariis non syndicatur, decis. 96. num. 24.
Judicis negligentia eo ipso probata dicitur in civilibus, si causa fuerit instructa, & Judex interpellatus, decis. 97. num. 1.
Judices in omnibus delictis possunt per inquisitionem ex officio procedere, ibid. num. 1.
Judices in flagrantia delictorum sunt obstricti inquirere sine partis instantia, decis. 97. num. 2.
Judicis omissio, vel commissio, si in persequendo, & puniendo delinquentes fuerit in re admodum gravi, ex quibus evenerit notabile damnum Reipublicæ, ad eum constituendum in negligentia punibili, necesse non est, ut illi præsententur interpellatio; quia ejus officio incumbit vigilare, & abstergere Rempublicam facinorosis hominibus, decis. 97. num. 5.
Judex, ut constituatur in negligentia punibili ob omissionem persequendi delinquentes, quid sit necessarium, ibid. num. 5.
Judex negligens persequendi delicta publica, ut puniatur, non est necessaria interpellatio, decis. 97. num. 7.
Judicis negligentia, eo ipso probata dicitur, quod non vult recipere libellum querimoniarum, vel recepit, sed noluit super eo procedere, & testes productos examinare, decis. 97. num. 9.
Judices, seu Syndicatores, quando sint in mora punibili declarandi causam, decis. 97. num. 11.
Judex, ut sit in mora punibili in materia liberationis privilegiatæ rei capti intra tres dies faciendæ juxta forum Aragoniæ, necessaria est in ipsum requisitio, decis. 97. num. 13.
Judex supplicationis, ut constituatur in mora declarandi, debet ei à parte præsentari protestatio, decis. 97. num. 15.
Judex ex negligentia punitur pro delictis, sive publicis, sive privatis, quando a Judice affectatur ex ambitionibus, vel sordibus quod declaratur, ubi decisio, decis. 97. num. 21.
Judex culpæ expers evadit ob factum antecessorum, decis. 97. n. 20.
Judex an teneatur pro injusta carceratione, inquisitione, vel sententia, decis. 97. num. 22. & qua pœna, num. 23.
Judex in syndicatu tenetur de injusta captura, ibid. num. 25.
Judices causarum civilium non incidunt in negligentiam punibilè ex omissione in declarando, etiamsi statutum à lege habeat terminum, nisi à parte illis injunctæ fuerint protestationes, decis. 97. num. 26. Decisio Regiæ Visitæ num. 27.
Judex, ut constituatur in mora punibili, requiritur trina monitio diversis temporibus facta, nec una sufficit, ubi Regia Decisio, junctis tribus Aulis, decis. 97. num. 30. Et hoc requisitum duas patitur limitationes, quæ explicantur ibid. num. 31.
Judex præsumitur semper paratus ad reddendum jus partibus, eo ipso, quòd contrarium non probatur, & præsumitur justè impeditus, ob multitudinem causarum, decis. 97. n. 38.
Judicis negligentia debet liquidò probari, maximè in syndicatu, ibid. num. 38.
Judex non renuat protestantibus respondere; imò protestetur, & quomodo in judicio contrafactionis debeat respondere, & probatur, decis. 97. num. 39.
Judicibus superioribus, seu Magistratibus quomodo requisitiones præsententur, decis. 97. num. 41.
Judicis negligentiæ, ut puniantur, debent probari esse ad casum ordinatas, & quod ex culpa damnum parti fuit causatum, decis. 97. num. 43.
Judicis negligentia, ut arguatur, requiritur ut in denuntiatione includatur, fuisse instatum, & requisitum, decis. 97. num. 44.
Judicis negligentia quomodo debeat articulari, & probari, ib. n. 45.
Judex in uno die potest esse instatus, & causam declarare, ibid. n. 46.
Judici creditur, non modò, quoad diffinitivam, sed etiam quòad interlocutoriam, & præsumitur cum causæ cognitione judicasse, ib. n. 46.
Judex potest accelerare, quando timet favorem, metum, aut aliud insolita, quæ solent eventus litium intervertere, decis. 97. n. 47.
Judici, non admissis allegationibus facti, non incumbit ad informandum, Advocatos petere, decis. 97. num. 49. & 52.
Judex potest judicare omissis juris allegationibus, quæ probabiles tantum sunt, non necessariæ, ibid. num. 49.
Quàm turpe sit Judicem munera, vel donaria accipere, illustratur decis. 98. num. 1, usque ad num. 12.
Judex corrumpitur, non solum quando pecunia, aut alia re interveniente expressè promittit aliquid facere ad favorem alicujus, sed etiam quando, nullo interveniente pacto, sub ficto muneris velamento aliquid recipit, decis. 98. num. 13.
Judex esculenta, & poculenta accipere potest, immunis a coemptionis, & barattariæ delicto, quod declaratur, decis. 98. num. 15.
Nec à subditis, quibus actu Judex non est, sed esse, potest accipere re potest donaria; imò donationes factæ non sustinentur, ib. n. 16.
A sponte volentibus esculenta, & poculenta accipere dono potest, ibid. num. 17.
Judices munera accipere possunt amicitiæ causa, & non ex Magistratu, vel officio, quod declaratur decis. 98. num. 21.
Judex nil potest ab eis, quorum causa est diffinitura, dono accipere pretiosum, nec etiam per interpositam personam, ib. n. 22
Judices nil præter salarium capere possunt, ibid. num. 23.
Judex an à litigantibus accipere possit esculenta, & poculenta, contendunt ad invicem DD. ubi enodatur Textus *in §. scriptum est exemplar, Auth. ut Judices sine quo suffrag.* Et an per hoc jus correctum sit, quod disponitur in *l. plebiscito 8. ff. de offic. Præsidis l. solet 6. §. Non verò ff. de offic. Procons.* decis. 98. ex num. 23. usque ad num. 27.
Esculenta, & poculenta permittuntur de jure Canonico tam Judici delegato, quàm ordinario, & ubi prohibitum non est, etiam Inquisitoribus licet, decis. 98. num. 28.
Quando admittatur affirmativa opinio, est intelligenda, præhabita liberalitate dantis, decis. 98. num. 29.
Judicem directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè xenia petere, aut exigere prohibetur, decis. 98. sub num. 29.
Affirmativa ex prædictis opinionibus probabilis est, sed negativa tutior, & decens demonstratur, decis. 98. num. 30.
Judices Regiæ Curiæ per se, uxorem, filios, nec aliam interpositam personam possunt accipere subornationem, aut donaria, a persona, quam sciunt litigare in Regia Audientia, vel Concilio, sub pœna privationis officii, inhabilitatis ad alia, & restitutionis rei acceptæ in undecuplum, decis. 98. num. 34.
Esculenta, & poculenta non sunt à Judicibus accipienda, neque ab omnibus, neque omnia, quod arbitrio Judicis, consideratis circunstantiis relinquitur decis. 98. num. 37. & 38.
An Judex possit donaria accipere post sententiam, & finito officio, declaratur, decis. 98. num. 39. & 40. Decisio Senatus ibid. n. 41.
Judex mutuam pecuniam accipiens à subditis gratis, & sine usuris incurrit in delictum punibile, juxta unam opinionem, dec. 99. n. 24
Secunda est opinio, quòd Judex, qui accipit pecuniam mutuo verè à subditis, gratis, & sine usuris, ad sublevandas necessitates, incidit in crimen repetundarum, decis. 99. num. 25.
Judex perpetuus potest mutuas pecunias accipere à subditis; non verò temporalis, decis. 99. num. 26. Sed nullus ex illis potest à litigante, vel ab eo, qui proximè est litigaturus mutuò accipere, ibid. num. 27.
Potest tamen à non subditis mutuò accipere, ib. n. 28. Et quid de DD. Regiæ Audientiæ, ib. n. 29. Decisio Regiæ Visitæ, ibid. num. 30.
Judices emere possunt necessaria ad cultum, & victum, ubicumque ea emenda invenerint, vel cum credito, habita fide de pretio, decis. 99. num. 31.
Corrumpens, vel tentans corrumpere Judicem punitur, decis. 100. numer. 21.
Judices Supremorum Tribunalium, Præfectorum Prætoriis loco subrogati sunt, decis. 100. num. 45.
Coram Judice Ecclesiastico est tractanda causa, si agatur contra Baronem Ecclesiasticum de prærogativis Ecclesiasticis, vel spiritualibus, & non profanis, decis. 82. num. 9. Secùs verò si agatur de jurisdictionis exercitio, vel quia illam Domino Regi spectare prætendatur, nam tunc in Regia Audientia tractari oportet, tanquam consistorialis, natura sua; & si Criminalis sit, ad Regium Concilium spectat, & in secunda instantia, per appellationem, vel recursum, decis. 82. num. 4.

JUDICARE, JUDICATUM.

Si offensus haberet condominos, possent isti, vel ejus officiales ab eo deputati judicare, nisi ex aliis circunstantiis suspecti forent, decis. 69. num. 19.
Judicare non impeditur in causa Capituli, qui patruum habet Capitularem, quando non agitur de interesse Capitularis, uti singuli, ubi Senatus decisio, decis. 69. num. 21.
Judicare non possunt pater, vel socer in causis, in quibus filius, vel gener sunt Advocati, dec. 69. nu. 22.
Judicare inimicitias contrahit, dec. 90. nu. 18. Recitatur ad id Pater Mendo, ibid. nu. 19.
Judicatum non obstat de uno judicio ad aliud, decis. 95. nu. 15.

JUDICIUM.

In judicio Civili, quando dicatur sententiam habere mixturam, ita

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ita ut pars appellabilis trahat ad se partem non appellabilem, declaratur dec.51. nu.24.

Judicium Criminale non procedit sine contestatione litis, dec.59. num.2.3.& 4.

Judicium publicum, & privatum quid sit, & in quibus inter se differant, dec.97. nu.1.

In judicio Syndicatus Officialium Regiorum hujusce principatus, qui purgant tabulam, in quibus criminaliter proceditur, Judices non sunt in mora punibili, elapso mense eis præfixo ad declarandum, nisi à parte fuerint interpellati, ubi decisio Regiæ Visitæ, dec.97. nu.12.

JURAMENTUM.

Per juramentum partis litis decisorium non probatur quantitas rei furatæ, quandò agitur criminaliter ad effectum puniendi furem, pœna corporali, vel pecuniaria Fisco applicanda, secus tamen pro interesse civili, furto probato, ubi decisio Senatus dec.67. num.12.

Juramentum suppletorium non admittitur in causis Criminalibus, quandò agitur de pœna corporali, & quid de causis Civilibus, dec.67. num.13.

Juramentum suppletorium actori defertur, in causis Civilibus magnis, & arduis, si probatio fuerit pluſquam semiplena, & non aliàs, dec.67. nu.13.

Juramentum quomodò peritis deferatur, dec.77. nu.2.

JURISDICTIO.

Jurisdictiones apud principem tanquam apud fontem sunt, à quo fluunt, & refluunt, sicut flumina ad mare, dec.71. nu.1.

Omnes inferiores ratione supremę jurisdictionis sunt sub ditione, & Principis protectione, ad quem pertinet providere, ne delicta, & maleficia, quæ committuntur, ulteriùs committantur, dec.71. num.2.

Jurisdictiones, quas Barones in suis Baroniis habent, ab ipso Rege fluunt, quapropter si illi circa jurisdictionis exercitium impiè agant, poterit Rex ut Suprema potestas tales Barones, & inferiores dominos jurisdictione abutentes punire, dec.71. n.3.

Jurisdictiones Baronum sequestrantur propter scandalum quod committunt Barones, quando facinorosos homines scienter receptant, dec.71. nu.10.

Quod probatur ex pluribus Senatus decisionibus relatis ibid. ex n. 11. usque ad 17.

Jurisdictionis sequestratio practicatur contra Barones Ecclesiasticos, in casibus à jure permissis, dec.71. nu.18.& 19.

Regulariter non fit provisio capturę contra Barones Sæculares, quando propter eorum abusus sequestrantur jurisdictiones, ubi Senatus, dec.71. num.20. & 21. Limita ibid. num.22. & vide in verbo *Baro*, & verbo *Sequestratio*.

Ad jurisdictionis sequestrum proceditur ob desidiam, & negligentiam officialium Baronis, ubi Senatus, dec.71. nu.23.

Ad jurisdictionum saltem civilium sequestrum proceditur, quando Barones malè se gerunt in illarum exercitio, dec.71. nu.30. Decisio Senatus ibid. nu.33. Similis dec. ibid. nu.34.

Si jurisdictiones debitis careant dominis proceditur ad illarum sequestrationem, cum Senatu, ubi postea sublatum fuisse sequestrum, traditur dec.71. nu.35. & nu.36.

Jurisdictione de jure communi privatur Dominus, propter sævitias in vassallos, dec.71. nu.37.

Jurisdictio Baronis in Cathalonia ob sævitias sequestratur, ubi Senatus, dec.71. nu.38.

Clausula *Si & in quantum*, non abdicat jurisdictionem Judici cum ea, appellationi deferenti, dec.53. nu.57. quod explicatur ibid. num.58.

Super exercitio jurisdictionis notoriæ super facto criminali an possit Regium Concilium assistentiam concedere, tractatur dec.72. num.18. & 19.

Litteraliter recitatur ad id decisio Senatus ib. nu.21. & 22.

Factum decisionis enarratur dec.73. nu.1.2.& 3.

Jurisdictio indubitata est, quam habet Regium Concilium in cognoscendo delicta nautæ delinquentis in terra, & fundamenta traduntur dec.73. nu.4.& 5.

Recitatur ad id Regium rescriptum ibid. nu.6.

Ad jurisdictionis exercitium solùm attenditur forum Rei, id est delinquentis, dec.73. nu.15.

Regium diploma, in quo inter classicos attribuitur jurisdictio cognoscendi justitiæ maris, dec.73. num.26.

Regiæ leges Regni Neapolis, quibus terminantur controversię jurisdictionis inter Duces classium, & Præfectos Provincię, dec.73. num.27.

Jurisdictiones Præfecti Provinciæ, & Ducis classium omninò sunt separatæ, dec.73. num.29.

In casibus, quibus conceditur jurisdictio Duci classium, ea procedit indistinctè in omnibus delictis, tam militaribus, quàm communibus, dec.73. nu.30.

Jurisdictio Ducis classium in delictis commissis per classicos, vidę in verbo *Classicus*.

Episcopi habent jurisdictionem ordinariam in sua Diœcesi, licèt non territorium, nisi à Principe illud habeant, cujus est illud concedere pro exercitio contentiosæ jurisdictionis, dec.74. n.22.

Sed in hoc Principatu habet territorium ad exercitium jurisdictionis contentiosæ contra Clericos, & subditos suos, ad quod expenditur *usaticus laudaverunt*, *sub tit. de Bisbes, y Prelats*, ibi nu 23. in casibus tamen suæ jurisdictionis non habent territorium ad capiendos laicos, ibid. nu.24.

Ad hæc ponderantur *Constitutio 1. tit. de hereties*, & *caput 6. tit. de Bisbes, y Prelats* in 2. vol. Constit. & doctrinæ diversorum Doctorum, ibid. num.24. 25. & 26.

Declaratio in causa contentionis super eadem re, ib. n.27. Decisio Senatus n.28. & alia declaratio in causa contentionis, ib.n.29.

Jurisdictiones temporales sequestrantur Equitibus Ordinum Militarium, propter abusus in jurisdictione commissos, dec.81.n.9.

Jurisdictio pertinet ad Dominum Regem in bonis propriis Equitum Ordinum Militarium, & de illius foro sunt; personæque sæculares censentur dicti Equites quoad eorum bona, quo vero ad ipsorum personas, pro Ecclesiasticis reputantur, dec.81. n.6.

Jurisdictio omnis dimanat à Rege tanquam à fonte, & in ea Dominus Rex habet fundatam intentionem, dec.82. nu.1.

Jurisdictio sæcularis Baronis Ecclesiastici sequestrari potest, si ea abutitur, dec.82. num.6.

Jurisdictio in Civitate Tarraconæ quomodo, & per quos Officiales regatur, dec.82. à nu.11. usque ad 21.

Jurisdictio in Civitate Tarraconæ administratur nomine Curiæ communis, dec.82. num.13.

Jurisdictio in Proregem quando non potest prorogari, dec.89.n.6.

Jurisdictionem auferre non potest Princeps sibi ipsi, dec.89. n.10.

Jurisdictionem habet delegatam Prorex ad universitatem causarum, dec.89. num.20.

Jurisdictionem ordinariam habent Doctores Regiæ Audientiæ, dec.92. num.8.

Jurisdictio Officialium latrunculatorum quænam sit, explicatur, dec.97. num.6.

In generali concessione omnimodę jurisdictionis non venit appellationum cognitio, dec.103. nu.19.

Causa quælibet movenda contra Barones Ecclesiasticos circa jurisdictionis exercitii, vel quia illam Regi spectare prętendatur, in Regia Audientia tractari oportet tanquam consistorialis natura sua, & si criminalis sit, ad Regium Concilium spectat, & in secunda instantia per appellationem, vel recursum, dec.82. n.4.

JUS.

Jura Prohibentia appellationem, uti odiosa, sunt strictè intelligenda, dec.52. nu.26.

Juris præsumptio est species legitimæ probationis, & transfert onus probandi in asserentem contrarium, dec.54. nu.48.

Jure suo abutens, illo privari debet, dec.71. nu.5.

Jure datoris resoluto, resolvitur quoque jus successori, explicatur hæc regula dec.76. nu.27.

Jus visitandi est personalissimum Domini Regis, & ejus ossibus affixum, dec.89. num.8.

Jusdici oportet in hoc Principatu, priùs secundùm jus Patriæ, post secundùm jus Canonicum, & eo deficiente, secundùm jus Civile, dec.95. nu.9.

Jusdicentes, & Officiales solùm de dolo, & negligentia, quæ in dolum cadit, tenentur, in quem cadere incipiunt, post protestationum præsentationes, dec.97. nu.40.

In juribus negativis quomodò probetur consuetudo, dec.91. n.29.

Jus visitandi non competit ei, qui tantùm simplicem jurisdictionem habet, sed Proregi, & Concilio Regio, dec.91. nu.30. Decisio Senatus num.31. Alia Decisio num.32.

L

LAPIS.

PErcutiens lapide, nisi occidat punitur pœna arbitraria, dec. 66. numer.18.

Ubi de injuria lapidibus illata, & de pœna injurantis, remissivè

LARVÆ.

Laruæ, vulgo *Mascaras*, & saltationes temporis carnisprivii sunt depulsæ, vide in verbo *Saltationes*.

Laruæ vulgo *Mascaras*, quàm pernicioſæ sint, ponderatur dec.74. num.42. cum seqq. usque ad finem dec.

LATITATIO.

Latitatio est indicium, & idem operatur quod fuga criminosi, dec.97. nu.9.

LATRO.

Si quis me vocat latronem, an possim obiicere incontinenti: tu mentiris, dec.65. num.37. quod declaratur nu.38. usque ad 41.

Latrones publici immunes, & impuniti evadunt à visitatione, boni autem, & integri Ministri innocentes puniuntur, dec.91. n.12.

LAICUS.

Laici occidentes Clericum invasorem pro necessaria defensione non incidunt in censuras Canonis, dec.65. nu.9.

In delictis mixti fori potest Judex Ecclesiasticus laicos punire pœnis etiam temporalibus, decis.74. numer.10. Qui contrarium tenent, allegantur ibidem num.11. & numer.12. Sed si per Judicem Ecclesiasticum non fuerit punitus laicus pœna condigna, capi, & puniri potest per Judicem Sæcularem, ibid.n.16. Si verò captus, & punitus sit per Sæcularem, postea puniri non potest per Ecclesiasticum, & quare, ibid.num.17.& 18.

An Ecclesiasticus in delictis mixti fori possit propria auctoritate de-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

I inquentes cápere, contendunt DD. relati decis. 74. n. 19, & 20. & quid in praxi obſervetur, ibid. num. 21.

Licèt Epiſcopi in Cathalonia habeant territorium contra ſuos Subditos, non tamen ad laicos capiendum, ad quod expenditur *Vſaticus laudaverunt ſub tit. de Bisbes, y Prelats*, dec. 74. n. 23

Ponderatur ad ipſum *Conſtit. 1. tit. de hereſies, cap. 6. tit. de Bisbes, y Prelats* in 2. vol. Conſt. & doctrinæ diverſorum DD. ib n. 24. & 25. & n. 26. & etiam Regiæ Deciſiones, ibid. n. 27. 28. & 29.

Laicus percutiens Satellites, & Miniſtros Judicis Eccleſiaſtici in actu executionis, efficitur quoad offenſam de foro Eccleſiaſtico & idem eſt ſi offendens exemptus ſit à juriſdictione Epiſcopi, deciſ. 81. num. 15.

Laicus coram Eccleſiaſtico falſum deponens, poteſt ab eo puniri, data prævention ex parte Eccleſiaſtici, deciſ. 81. num. 30.

Laici capere poſſunt Clericos, & in illos animadvertere, quando deficit poteſtas Eccleſiaſtica, quia abſentia Judicis competentis tribuit juriſdictionem incompetenti, deciſ. 81. n. 78.

LEGATUM.

Legatum factum per amaſium in meretricem non ſuſtinetur, dec. 57 n. 68. vide verbo *Meretrix*.

Legatū factū à ſubdito Officiali, ſeu Judici ſuſtinetur, dec. 98. n. 19.

LENO, LENOCINIUM.

Lenocinii crimen horribile eſt, peſſimum, crudele, & gravius adulterio, homicidio, & plura mala recitantur de hoc odioſo delicto, deciſ. 57. n. 1. eſt peſtis, perniciesque adoleſcentium, ib. n. 2. hujus immaniſſimi, & ſceleſtiſſimi ſceleris ruinæ explorantur, ibid. num. 3.

Leno proprie dicitur qui quæſtuarias fœminas habet, in illis quęſtū exerceat, & dicitur etiā, qui quęſtus cauſa liberas fœminas, aut proprias ancillas in ejus poteſtate exiſtentes aliis proſtituit, & nō ſolùm eſt *leno*, qui lenocinium exercet, ſed etiam qui ſecundariò, & acceſſoriè ſub nomine alterius liciti exercitii quæſtus cauſa fœminas viris proſtituit, & ponitur exemplum, deciſ. 57. num. 4.

Dicuntur lenones à leniendo, ſive illiciendo quaſi conciliatores ſtupri, eo quod mentes miſerorum blandiant, & lenjendo ſeducant, deciſ. 57. num. 5.

Exiſtimant aliqui lenocinium non poſſe dici, niſi præmio, & quod quæſtum pluries, vel ſaltem bis commiſſum fuerit, ibid. n. 6.

Leno æquiparatur meretrici, & meretrix non dicitur niſi quæ plures admittit, ibid. num. 7.

Altera traditur opinio, quod dicitur leno, etiamſi quæſtum non fecerit, & pœnis lenocinii punitur, ibid. num. 9.

Tertia eſt opinio, quod aut quis committit lenocinium pluriès, & tunc ſine quæſtu pœna lenocinii plecti poterit, aut ſemel, mediante pecunia, & tunc etiam puniri valebit, ibid. n. 10.

Quarta adducitur opinio diſtinguens inter pœnam ordinariam, & extrardinariam (ne delictum hoc remaneat impunitum) hoc eſt, quod leno ſine quæſtu per plures actus, aut ſaltem per duos non punitur pœna ordinaria lenocinii, ſed extraordinaria, & mitiori Judicis arbitrio, & hæc opinio ſequitur à Regio Sen. ib. n. 11.

Pœna arbitraria plectuntur lenones, deciſ. 57. num. 13.

Pœna ordinaria lenonibus impoſita juxta Regias præconizationes viris, & mulieribus, eſt ſuſtigationis cum mitra, & viris triremium etiam ad decennium, & mulieribus exilii à Vicaria per decennium, ideò in lenocinio ſine quæſtu pluriès, vel ſaltem bis commiſſo punitur leno ſuſtigationis pœna, & minoratur pœna exilii ad quinquennium, vel triennium, ubi Deciſiones Senatus, num. 13. & 14.

Si quis propriæ uxoris fuerit leno, ut tanquam talis poſſit puniri, ſufficit unus actus, deciſ. 57. num. 18.

Si apparet doloſè maritum pati delinquere uxorem, & quod ad id ipſam inducat, licet de eā quæſtum non fecerit, de lenocinio punitur, ib. n. 19. quando appareat de dolo mariti, remiſſivè, ib. n. 20

Recitantur pœnæ contra maritum lenonem uxoris, ibid. n. 21. & & 22. Pœna à Senatu amplexa, ibid. num. 23.

Quod mediante pecunia lenocinium puniatur ex uno actu pœna extraordinaria, dici poteſt, ibid. num. 24. & 25.

Lenocinium probatur teſtibus ſingularibus, ſicut meretricium, & ſimilia delicta ſucceſſiva ad pœnam extraordinariam, potiſſimùm concurrentibus adminiculis, comprobatur, dec. 57. n. 26. uſq; ad num. 29. Deciſio R. Senatus ibid. num. 31.

Lenones mitra papyri ſuppoſita verſicolori flagellari obſervatur; nam mitra inter muliebria ornamenta connumerabatur, & viris erat probroſum ornamentum, imò effœminatorum, & bacchantium, & plerumque meretricium, deciſ. 57. n. 32.

Lenones olim colorati erant veſtitu, ibid. n. 33.

Improbiſſimo militi, ignaviſſimo hoſpiti, avidiſſimo naufrago ſtigmata inſcribebantur, ingratum hoſpitem teſtantia, quod obſervari debere ſuadet Auctor in lenonibus, dec. 57. num. 34.

Gravius, & fœdius eſt lenonis mercimonium, quàm meretricium, ibid. num. 35.

Ante Imperatores, & Magiſtratus ſubmoveri debent meretrices, & lenones, ne turpiſſimorum viſus offendat vultus Regii claritatem, deciſ. 57. num. 62.

LEOVIGILDUS.

Leovigildus decimus in Hiſpania Gothorum Rex reſecuit leges Gothicas ſuperfluas, pluresque addidit, & quis fuit, qui eas compoſuit, forma, qua reperiuntur hodie in foro, declaratur, deciſ. 84. num. 16. & 17.

LEX.

Lege Iulia de vi publica, qui afficit injuria appellantes, bonis cum infamia Fiſco delatis, privatur, deciſ. 52. n. 1.

Lex Ampliorem 39. Cod. de appellat. declaratur ibid. num. 42.

Leges antiquiores novis conſuetudinibus revocantur, ibid. n. 63.

Lex 12. tabularum neminem inauditum condemnabat, dec. 53. n. 30.

Lex 2. ad l. Cornel. de ſicar. allegatur ibid. num. 30.

Lex ex eo de re militari expenditur deciſ. 57. num. 15.

Lege 12. Tab. quid cautum erat, ut quis otioſè non peragraret, nihilque eſſe Populis, quod pejora vitia, quàm Parentes negligentes, & filios audaces eſſe demonſtratur, deciſ. 56. num. 2.

Lex unica Cod. de Palatiis, & Domibus Dominicis expenditur, & interpretatur, deciſ. 58. num. 9. & per totam.

Lex Cornel. de falſis ad omnia inſtrumenta ſe extendit, & ſic ex eadem lege in crimen falſi incidit, qui ſigno alieno utitur, mutat, corrumpit, vel contrafacit, deciſ. 62. num. 13. fraude ſcilicet exiſtente, vel dolo interveniente, ibid. n. 14.

Lex Cornelia de falſis teſtamentaria dicebatur, quia ab initio ſolum in teſtamentis vitio falſitatis infecti procedebant, dec. 62. n. 11.

Lex qui duobus inſolidum 31. ff. ad legem Cornel. de falſis, & lex 3. §. 1. de Stellionatu expenduntur deciſ. 63. num. 5. & 6.

Conciliatur *textus in lege 2. de crim. Stellionatus*, & *legę quod ergo*, §. *cum autem fin ff. de his qui notantur infamia* deciſ. 63. num. 16.

Lex non eſt extendenda extra terminos, in quibus loquitur, deciſ. 64. num. 28.

Lex quoniam multa facinora, Cod. ad l. Iuliam de vi publica expenditur, deciſ. 64. num. 4. & num. 21.

Lex præſumit quemlibet eſſe bonum, deciſ. 70. num. 30.

Leges Regiæ Regni Neapolis, quibus terminantur controverſiæ juriſdictionales inter Duces Claſſium, & Præfectos Provinciarum, remiſſive deciſ. 73. num. 27.

Lex quoties 3. Cod. de Privilegiis Scholarum diſponens de fidejuſſoribus, & ſportulis in litibus ſcholarum expenditur dec. 76. n. 24

Lex hac lege decernimus 2. de Privil. Scholarum, diſponens de omnibus Scholis, cui juriſdictioni ſubjiciebantur, enucleatur, ibidem ſub num. 24.

L. 1. ff. ad l. Iuliam de vi publica prohibens delationem armorum, expenditur deciſ. 8. num. 6.

Leges Gothorum variæ recenſentur deciſ. 84. num. 2. & ſeqq.

Leges Gothorum à quo Rege fuerint reſectæ, & quis eas compoſuit eo modo, & forma, qua recipiuntur hodiè, deciditur, deciſ. 84. num. 16. & 17.

Leges Municipales admittentes Duella non ſubſiſtunt, ſtante diſpoſitione S. C. Trid. dec. 88. num. 8.

Leges ſub enſe jacent tempore belli, deciſ. 90. num. 34.

Lex ubi ſtatuere intendit, illud exprimit, & quando id non exprimit negare intelligitur, deciſ. 95. num. 447.

Leges poſteriores non derogant prioribus, niſi quatenus eis contrariantur, deciſ. 98. num. 37.

Lex ſolent 6. §. 3. ff. de offic. Proconſul. diſponens quod eſculenta, & poculenta à Judicibus non recipiantur, expenditur, dec. 98. n. 37

L. finalis ad l. Jul. repetund, & l. Iudices 12. Cod. de Dignitat. lib. 12. ubi concordant cum *Authen. novo jure, Cod. de pœna Iudic.* expenduntur, deciſ. 100. num. 44.

Lex Finalis Cod. de edic. Divi Adriani tollendo juvat donatarium univerſalem contra hæredem manuteneri petentem, dec. 101. n. 20

Lex fin. Cod. de edic. Divi Adriani tollendo auxiliatur hæredi ſcripto, tam pro adipiſcenda, quàm pro adepta poſſeſſione confirmanda, deciſ. 102. num. 23.

LÆSIO.

Allegans læſionem tenetur eam probare, deciſ. 54. num. 52.

LIBERTAS.

Libertas commerciandi à natura provenit, & poteſt fieri exportatio de loco ad locum, præſertim pro uſu proprio, deciſ. 55. n. 51

LIBERTUS.

Libertus, qui pro ingenuo ſe gerit, cum non ſit, pœna falſi tenetur, deciſ. 62. num. 40.

LIS.

Litis pendentia obſtat reſpectu diverſorum Viſitatorum, & etiam reſpectu Judicum ordinarii, & Viſitatoris, dec. 91. num. 44. & 15

Senatus deciſio ibid. num. 17. Alia deciſio num. 18.

Litem ſuam facit Judex ex negligentia; quæ ex dolo, vel lata culpa provenit, deciſ. 94. num. 2.

LITTERÆ.

Litteræ ſequeſtri dicuntur juſtitiæ, & quomodo expediantur, deciſ. 71. num. 44.

Litteræ nominationis ſequeſtratoris expediuntur in forma Cancellariæ, & quomodo deciſ. 71. num. 45.

Litteræ, quæ fuerunt expeditæ vigore proviſionis contra Baronem Eccleſiaſticum procedentem contra Officiales Regios, dec. 82. n. 34. & aliæ litteræ ſubſidiariæ Curię Eccleeſiaſticæ Barcinonæ recenſentur n. 44. aliæ litteræ referuntur Fiſci Procuratoris ad Archiepiſcopum num. 45. Declaratio Trium Aularum, ib. nu. 46.

Litteræ nominationis Viſitatoris qua forma ſolent expediri, dec. 92 n. 3.

LOCATIO.

Si agatur de animalibus ad certum uſum deſtinatis, pactum ſuſceptionis periculi per conductorem eſt rationabiler dummodo æſtimatio periculi, quod evenire poteſt à caſibus fortuitis, & citra culpam, remaneat congruè compenſata, dec. 54. num. 48.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Licitum est locare veluti centum oves pro certa moneta, ea lege, ut conductori pereant, modò fructus, qui ex eis sperantur, pensioni, & susceptioni periculi probabiliter respondeant, ib. n.39.
Si quis rem justo pretio æstimatam, veluti equum, vel bovem ad certum tempus alteri locat, ut res illa quandocumq; pereunte, pretium cum lucro consequeretur, usuraria conventio est, nisi justum periculi pretium præstatur, ibid. num.40.

LOCUMTENENS.

Locumtenens Generalis nominat sequestrum, & ipse quomodo ingrediatur possessionem sequestri, declaratur decis.71. nu.48.
Locumtenens Generalis vide *Prorex*.

LUCRUM.

Lucrum, quod dimittitur in contractu trino, succedit in locum pretii, & allegans injustitiam pretii, tenetur illam probare, decis.54. num.51.

LUDUS.

Licitus est ludus proiiciendi lapides inter pueros, quo ipsi exercentur ad vires corporis, dec.66. num.13.
Si quis offendat aliquem in ludo consueto, non tenetur de percussione, decis.55. num.2. declaratur num.12.
Ludus lapidum in hac Civitate Barcinonæ prohibetur sub pœna fustigationis, & aliis pœnis, dec.66.n.3. ubi adducitur decisio.
Homicidium in ludo lapidum commissum punitur pœna extraordinaria, dec.66. num.6.
Quæ sit ista pœna extraordinaria, ibid. num.7. & 8.
Considerationes in facto recitantur dec.66. nu.10. & 11.

LUSITANIA.

In Lusitania puniuntur duella, decis.85. num.24.

M

MAGISTRA.

Magistra est experientia rerum, dec.91. num.23.

MAGISTRATUS.

Ante Magistratus submoveri debent meretrices, & lenones, ne turpissimorum visus offendat vultus Regii claritatem, dec.57.n.62.
Magistratus inferior pœnam mortis arbitrari non potest, nisi delictum sit atrox, quod declaratur decis.58. nu.6.
Magistratus gesta veteri more referebantur ad Principé, dec.89.n.1.
Magistratus visitare nequit Prorex, dec.89. num.11.
Magistratus ut plurimùm superiores, sùr signa regiminis, inimicit iis exposita, judicare namq;, inimicitias contrahit, dec.90.n.18.& 19.
De Magistratuum honore multa recitantur dec.90. num.21.& eis debetur salutatio, nudato capite, ibidem num.22.
Magistratus visitationem subire debent, quamvis non desunt, qui affirmant, non debere subiici calumniis visitationis, dec 90.n.24
Magistratuum visitatio disposita fuit *per caput 5. Curiar. anni 1599.* decis.91. num.1.
Magistratuum, & Officialium Syndicatus, qua ratione sit introductus, dec.91. num.3.
Magistratuum delicta graviora judicantur ratione eorum à quibus committuntur, decis.91. num.4.
Magistratuum delicta majori pœna sunt digna, ibidem num.7.
Magistratus, qui, lotis manibus, administrarunt Rempublicam, & æquabiliter in pace, & justitia eam sustentarunt, bene est de ea mereri, ut scrupulosa vexatione non vexentur, dec.91.n.18.
Magistratus omninò sunt necessarii ad rectam Principatus administrationem, decis.93. num.1.
Magistratus temporales esse, jura disponunt, ubi remissivè de quæstione, an conveniens sit, Magistratus esse temporales, vel perpetuos, ibidem num.2.
Magistratus majores, quive minores sint, remissivè dec.93. n.14.
Magistratus superiores non syndicantur, remoto dolo, dec.94. n.32. Sed solum querelantur de dolo, & coemptione, dec.95. n.20. ubi decisiones Regiæ Visitæ.
Magistratus superior propter dolum commissum in judicando tenetur solvere partis litis æstimationem, dec.95. num.5.
Magistratus superior in hoc Principatu habet jurisdictionem ordinariam; decis.95. num.12.
Magistratibus superioribus quomodò requisitiones præsententur, decis.97. num.41.
Magistratus si non declarat intra terminum Constitutionis præfixum, potest contra eum procedi per judicium contrafactionis, decis.97. num.42.

MALUS.

Semel malus, semper præsumitur malus, dec.67. num.25.

MANDANS.

Mandans aliquem verberari, si mandatarius fines mandati excedens, mutilet, vel occidat, efficitur irregularis, quod declaratur dec.64. numer.5.
Mandans aliquem vulnerari, mediante pecunia, si illum occidat, puniri debet pœna ordinaria homicidii, dec.64. num.14.
Mandans in Ecclesia aliquem occidi, vel vulnerari extra Ecclesiam, sequuto damno, gaudet immunitate, dec.85. nu.17.

MANDATUM.

Mandatum cum libera habet Prorex, etiam in reservatis, dec.89. nu.5. exceptis illis, quæ separari à Rege non possunt, ib. n.9.

MANULEUTA.

Pendente competentia, excommunicati ab Inquisitoribus, absolvuntur, & carcerati Regiæ Curiæ, sub manuleuta relaxantur, quod declaratur dec.100. num.62.
Forma instrumenti manuleutæ, decis.100. num.72.
Forma relaxandi reos captos sub manuleuta, dec.100. nu.71.

MANUTENTIO.

Manutentio pro creditis datur colono, finita conductione, & tenutariç, finita tenuta, nec non emptori cum pacto de retro, resoluto pacto, ac etiá creditori, redépto pignore, & aliis, dec.102.n.18.

MARITUS.

Si maritus propriæ uxoris fuerit leno, ut tanquam talis possit puniri, sufficit unus actus, decis.57. nu.18.
Si apparet, dolosè maritum pati delinquere uxorem, & quòd ad id ipsam inducat, licèt de ea quæstum non fecerit, de lenocinio punitur, dec.57. n.19. Et quando appareat de dolo mariti, remissivè ibid. nu.20.
Recitantur pœnæ contra maritum lenonem uxoris, dec.57. nu.21. Pœna à Senatu amplexa, ibid. num.23.
Maritus furti agere non potest contra uxorem, dec.68. nu.11. sed cum ea agit actione rerum amotarum, ibid. num.11.
Maritus furti agere potest contra mulierem, res illius contrectantem post divortium, dec.68. num.12.
Vidua, quæ expilavit hæreditatem, vel res inventarii mariti, non tenetur crimine expilatæ hæreditatis, dec.68. nu.13.
Mulier pro furto mariti, & è contra, vide infra in verbo *Mulier*.
Vidua remanens in viduitate, & nomen mariti retinens, in matrimonio manere intelligitur, dec.76. sub num.5.
Vidua mariti militis vide in verbo *Miles*.
Maritus occidens uxorem in casu à jure permisso, non privatur ei succedere, ad quod interpretatur *Constitutio unica, tit. de indigens de successions*, decis.79. num.15.

MATRIMONIUM.

Matrimonium dicitur pendere, uno conjugum tantùm superstite, decis. 76. sub num. 5.

MATER.

Mater, quæ infanti nato auxilium non præstat, sed illum stercore, squalore jacentem interire, & mori sinit, infanticidium committit, decis. 64. num.16.

MEDIATOR.

Qui se defendendo occidit mediatorem, vel prætereuntem, tenetur de excessu tantùm, & pœna extrardinaria, considerata illius culpa, decis. 64. num. 29.
Mediator corrixantium, qui aggressorem culpabilem percussit, & ex percussione decessit, non tenetur pœna mortis, ubi redditur ratio, decis. 65. num.74.
Si mediator, vel proxeneta deponat, utraque parte consentiente plene probat, decis. 100. num.23.
Si verò una pars illum producat in testem, & ipse velit (quia testificari non cogitur, nisi utraque parte consentiente, præterquam in delicto simoniæ, vel ubi aliter veritas haberi non potest) semiplene probat, decis.100. num.24.
In criminalibus non adhibetur fides mediatoribus, decis.100. n.25. Ratio assignatur, ibid. num.26.
Quæ procedunt, etiamsi mediator sit Clericus, vel in dignitate constitutus, ibidem, num. 27.
Nec facit indicium ad torturam, ibid. num. 28.
Contrarium opponitur ibid. num. 29.
Affirmant alii in delicto barattariæ resolutionem pendere à qualitate officialis, & testis mediatoris, ibid. n.30. usque ad 31.
Auctor hanc ultimam opinionem sequitur, ibid. num.36.

MEDICI.

Medicorum viduæ non fruuntur privilegiis maritorum, benè verò ipsorum uxores, dum vivunt mariti, decis. 76. num.19.
Melior conditio est Advocatorum, quàm Medicorum, nam Advocatorum immunitates transeunt ad eorum viduas, & liberos, decis.76. num. 20.
Medici nisi sint moniti, non debent infirmitates perquirere, dec. 97.numer.7.

MENDICANTES.

Contra mendicantes validos rescripserunt Imperatores, & pœnas disposuerunt, decis.56. num.8.
Qui sint validi mendicantes recitatur decis. 56 num.11.
Mendicantes validi sunt otiosi, mendaces, callidi, aculeati, fortes, hi plerumque sunt latrones, grassatores, aliorumque scelerum patratores, decis. 56. num.12.
Mendicantes validi dicuntur latrones panis, & auferunt panem veris pauperibus, miseris, & debilibus, ibid. num.13.
Mendicantibus validis non sunt subministrandæ eleemosynæ, decis.56 num.14.
Trajanus prohibuit ne pauperes accederent de porta ad portam, sed manutenerentur in loco expensis publici erarii, ut occuparentur in operibus publicis, & alia recitantur ad id ipsum, decis.56. num.15.
Non solùm Magistratus, sed quilibet privatus potest investigare tactu, & alio experimenti genere, an infirmitas mendici sit vera, ibid. num.17.
Mendicantes validi diversis pœnis subiiciuntur, quæ recitantur decis.56. num.18.
Mendicantes validos pœna arbitraria teneri asseritur, eandemque assignari parentibus, qui, se vel filios debilitant, ibid. n.19

UAB Biblioteca de Ciències Socials

INDEX

Mendicantes peregrini expellend i sunt à Civitate, ibid. nu.22.
Quoad mendicantes validos pœna in Præconizationibus Regiis (si non desistant petere eleemosynas per portas à die earum publicationis) est perpetui bannimenti, aut fustigationis, seu alia arbitrio Judicis, cujus est electio, dec.56. num.54.
Pessimi omnium sunt Zingari, qui Egyptii, vel Boemi vocantur, vide in verbo *Egyptii* & *Boemi*.

MENDICITAS.

Mendicitas triplex est, alia ex necessitate naturæ, alia ex supererogatione justitiæ, alia ex vitiositate culpæ, vel pro lucro cumulando, & hæc est vituperabilis, dec.56. num.9.

MERCATOR.

Mercatori non licet uti alieno signo præoccupato: eoque dolosè extenso, arbitrarie punitur, tanquam falsum committens, dec. 62. numer.15.

MERETRIX, ET MERETRICIUM.

Meretrix non dicitur, nisi quæ plures admisit, dec.57.n.7. & dicitur à merendo libidinis stipendia, ibid. num.8.
Meretricium probatur testibus singularibus, quemadmodum & similia delicta successiva ad pœnam extraordinariam, potissimum concurrentibus adminiculis, decis.57. numer.26. usque ad 29. vide in verbo *Lenocinium*.
Meretrices (parcissimæ lupæ, fraudulenter proborum pudicitiam suo scandalo, & luxu in ruinam trahunt, dec.57. nu.36.
Meretrix à merendo dicta est, quia multorum libidini patet, & quando dicatur meretrix, declaratur ibid. num.37.
Meretrix est (juxta quorundam sententiam) ad quam unus accessit, si mercedem proinde accepit, ibidem num.38.
Alii censent, quod meretrix non dicitur, quæ tantum duos admisit, ibid. num.39. sed plures ultra duos, vel duos ad quæstum, & quod sit parata alios accipere, ibid. nu.40.
Meretrix non est, quæ amore capta alicui sui copiam facit, sed inhonestam vitam agit, quando alios admittit ultra stupratorem, dec.57. num.42.
Qua propter non debet expelli à vicinatu personarum honestarum, ibidem num.43.
Meretrix est cujus venalis est turpitudo, & proprie nuncupatur mulier vulgaris, ibid. num.44.
Differentia agnoscitur inter meretricem, pellicem, & concubinam, quæ explicatur, decis.57. num.46. & 47.
Meretrices inter viles, & abjectas connumerantur, ita ut legum nexibus, & auxilio destituantur, ibid. num.48. Et appellantur turpes personæ, quæ si institutæ hæredes essent, parentibus bonorum possessio contra eas dari solet, ibid. num 49.
Notantur infamia juris, & facti, ibid. nu.50.
Meretricibus possunt interdici bona, & curator illis tanquam furiosis dari potest, dec.57. num.51.
Actione injuriarum non tenetur, qui meretricem ad turpia sollicitaverit, quemadmodum nec ob attentatum dedecus matronæ repertæ in meretricia veste, aut ancillari, quod declaratur decis.57. num.52.
In meretricibus palam professis, quin & quibuscumque vulgaribus, ac propudiosis stuprum non fit, nec punitur, ubi remissive: an meretrices immunes sint à pœna adulterii, ibid. n.53.
Quando fœmina post commissum in ea stuprum, venalem formam passim exhibuerit meretricio more, nulla competit actio propter animum corruptum, ibid. num.54.
Neque furto obstringitur, qui meretricis fores effregerit, etiamsi ab alio bona surripiantur, ibid. num.55.
In praxi verò stupra per vim illata meretricibus, raptus, forum, effractura, & alia hujus generis flagitia, in his, qui eas libidinis, lasciviæque causa perciti admittunt, leviori pœna, quam ordinaria coercentur; ubi remissive de quæstione quando meretrix desit meretricari, an rapiens puniendus sit, ac si probam mulierem rapuisset, ibid. num.56.
Meretrices habitu à matronis, & aliis honestis fœminis distinguebantur, ubi proponitur querela de sæculi improbitate, ob nullum de habitu discrimen inter matronas, & prostibulas, dec. 57. numer.57.
Meretrices toga notabantur; & quare mulieres, de adulterio convictæ, cogebantur egredi togatæ: ubi remissivè traditur, quibus ornamentis, & apparatibus uti jure Castellæ prohibetur meretricibus, ut discriminentur ab honestis, dec.57. num.59.
Meretrices degebant separatæ ab aliis fœminis; nam illæ ad submœnia, & fornices mittebantur; unde submœnianas, & fornicarias dictas esse profertur, decis.57. num.60.
Quin & suburbanas, & extramuranas appellari, probatur ib.n.61.
Meretrices ante Imperatores, & Magistratus submoveri debent, & quare? dec.57. numer.62.
In lupanaribus degere meretrices cogebantur, ut sector loci, vel sociarum à tali vita resipiscerent, ibid. num.63.
Meretrices expelluntur ab honestarum vicinia, ibid. n.64. etiam si domus sit propria, ibid. num.65 Quæ habent locum in meretrice, quæ publicè corporis sui quæstum faciat, & vera meretrix sit, tam inhonestè vivens, ut vicinis scandalum præbeat, ibid. num.66. Quod fieri potest etiam ad instantiam vicinorum, contradicentibus locatoribus, & pensiones domorum post expulsionem meretricium cedunt in damnum locatoris, non verò illorum, quorum occasione meretrices fuerunt expulsæ, dec.57. numer.67.
Donatio per amasium in meretricem, legatum, vel institutio non sustinentur, quando actus venereus lege exteriori, & humana est prohibitus, & punibilis: veluti adulterium, incestus, sacrilegium, vel stuprum: secus autem si sit simplex concubinatus inter solutum, & solutam, quod declaratur ibid. num.68.
Filia meretrix potest à patre exhæredari, quia perdit jura suitatis, decis.57. num.70.
Licèt meretrix conjugata, ob reverentiam viri carcerari non possit; si tamen mulier sit vulgaris, & palam omnibus pateat, & scientia mariti præsumitur, cessatque ratio reverentiæ, carcerari potest, ibid. num.71.
Meretrix nupta licèt nequeat à vicinatu honesto expelli, favore matrimonii: si tamen vir sit leno propriæ uxoris, vel hæc quæstum publicè faciat, expelli poterit, ibid. numer.72.
Meretrix à testimonio ferendo repellitur, quod declaratur ib.n.73.
Quomodo meretricium probetur, ibid. num.74. & 75.
Simplex accessus soluti ad solutam jure civili punibilis non est, ibid. numer.76.
Inde dicitur. quòd si mulier ad hoc locet operas, & de mercede conveniat, poterit eam petere, quod procedit in meretrice, etiam mercede non conventa, ibidem num.77.
Accedentes ad adulteram meretricem non puniuntur, ibid. nu.79. Quod declaratur ibid. num.80.
Turpitudo meretricium, & fœminarum palam corporum suorum quæstum facientium, punibilis est, & quomodò de jure Castellæ, ibid. num 83.
Pœna pecuniaria, vel bannimenti contra meretrices inutilis redditur, decis.57. num.84.
An meretrices eiiciendæ sint à Civitatibus, deciditur dec.57. n.85.
Pœnæ contra meretrices in hoc Principatu observatæ, quando sunt occasionatrices necium, dec.57. numer.86. Quandò sunt scandalosæ tantùm. Et quandò eiiciendæ à vicinatu; ib. n.88.
Meretrix capi an possit pro debito civili, dec.83. num.3. & 5.

METUS.

Metus quando dicatur cadere in virum constantem, relinquitur arbitrio Judicis, decis.60. num.40.
Metus graviori indiget probatione, quando habet resistentiam in contrarium, decis.100 num 41.

MILES.

Ut miles gaudeat privilegio fori, debet constare de militia per certificatoriam officiorum, & quod sit in rotulo descriptus, decis. 57. num. 15.
Miles stipendiarius gaudet privilegio fori, etiam tempore pacis, decis. 76. num.2. Ac etiam miles stationarius, quia semper dicitur esse in expeditione, ibid. sub num. 2.
Militis vidua, an gaudeat foro militari, proponitur, dec.76.n.1
Militis vidua, durante viduitate, non gaudet foro mariti, nec eo gaudent filii mariti defuncti, decis.76. n.13. & 14.
Interpretantur DD. in contrarium citati, ibid. num.18.
Viduæ Militum, & militiæ aulicæ gaudent foro maritorum, decis.76. num.23. usque ad 29.
Famuli militum an gaudeant foro militari, resolvitur, dec.76.n.31
Militare privilegium non opitulatur Equiti in casu offensæ, decis. 81. num.13.
Miles falsum deponens punitur à Judice, coram quo deposuit, decis.81. num.23.
Militibus incumbit pro publica utilitate propugnanda, præceptis Ducis obedire, usque ad extremum halitum, dec.85. n.6.
Decreta Regia observanda circa hospitandos Milites à Familiaribus Sancti Officii exarantur, decis. 100. num. 90. usque ad finem decisionis.
De Advocatis ad Milites Militiæ armatæ, & è contra valet argumentum, decis.76. num.7.

MILITIA.

Vidua an gaudeat privilegio militiæ viri sui, decis. 57. num. 16. & vide supra in verbo *Miles*.

MINOR.

Minor semper auditur ad impediendum executionem sententiæ, si deducat relevantia, decis. 51. num.13.
Minor mitiori pœna, quàm statuta punitur, decis.66. num.15.
Pœnæ fuerunt minoribus minoratæ ex ityilo diversorum Regiorum Tribunalium Europæ, decis.66.num.15.
Minores inquisiti de portu instrumenti manualis parvæ mensuræ, & de aliis criminibus, & delictis, qua pœna afficiantur, decis.66. num. 19.
Minores delati tantùm de portu tormenti manualis parvæ mensuræ, qua pœna puniantur, decisum traditur, decis.66. n.24.
Interdum à benignitate pœnæ recedit Senatus ad pœnam assignandam minoribus in delicto portus instrumenti manualis parvæ mensuræ, decis.66.num.28.
Minor excusatur, etiam in furto magno à pœna ordinaria furti, decis. 67. num.30.

MINISTRI.

Ministri integri, & innocentes in visitationibus multoties puniuntur, latrones autem publici immunes, & impuniti evadunt, decis.91. num 12.
In Ministro justitiæ detestabile est quodcumque genus furandi, decis.91. num. 19.

Mini-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Ministri temporales interdùm sunt constituendi, & perpetui interdum, secundùm diversam speciem politicæ, & qui hi sint in hoc Principatu, dec.93. nu. 5. & remissivè nu. 11.
Ministri indagare debent facinora, adhuc non interpellati, dec. 95. num. 7.

MISSA.

Clericis adeò est licitum homicidium in defensionem, ut aggressi in actu Missæ possint aggressorem occidere, & postea Missam prosequi, dec. 65. num. 8.

MITRA.

Mitra papyri supposita versicolori lenones flagellari, observatur dec.57. nu. 32.
Mitra inter muliebria ornamenta connumerabatur, & vitis erat probrosum ornamentum, imò effœminatorum, & bacchantium, & plerumquè meretricium, declaratur ibid. nu. 32.

MOHATRA.

Mohatra quid sit, remissivè dec. 63. nu. 2.

MONETA.

Expendens falsam monetam, vel fabricans instrumentum ad eam cudendam, appellare potest, dec.52. nu.19 Similiterque ipsam radens, tondens, vel diminuens, ibid. nu.19. Sed quid in hoc Principatu observetur, ibid. num. 21. & vide in verbo *Appellare*.
Licet punitio adulterantium, & fabricantium monetam sit Domini Regis; at verò Ordinarii Regii, vel Barones, etiam de his cognoscunt ante evocationem ad Regiam Audientiam, decis. 53. num. 9.

MONOPOLIUM.

Monopolium quid significet, dec.55. num.17. quot modis committatur, & quibus modis concedatur à Principe, ad quem solùm pertinet monopolium concedere, & privilegium, quo conceditur monopolium, quomodò sit intelligendum, & an concessum ne alius possit imprimere librum, comprehendat, ut reimprimi nequeat cum additionibus, traditur decis. 55. num. 18. & 19.
onopolium quot modis committatur authoritate privata, ibid. num.20. Committitur per privatas personas, in personis, mercibus, & in loco, ibid. nu.21.
Monopolium quomodo committatur a lanionibus, aromatariis, & aliis, ibid. num.24.
Monopolium etiam committitur ex parte emptoris, quod explicatur ibid. num. 25.
Monopolium, quod iniquum dicitur, committitur quoque à Baronibus, & Dominis terrarum, ibid. nu. 26.
Magis præjudicialis modus committendi monopolium est, cum quis sibi totum quodlibet genus victualium arrogat, ut ipse solus vendat, cæteriquè ab ipsius manu vivere teneantur, ibi. nu.27. Quando punibile non sit monopolium, ibid. nu.28.
Assignatur pœna contra monopolium exercentes, ibid. ex nu. 29. usque ad 33. & vide in verbo *Dardanarii*.

MODERAMEN.

Homicida ob defensionem exculpatur, si non excedat in se defendendo] moderamen inculpatæ tutelæ, dec.65. nu. 11.
Aliàs si in se defendendo, moderamen inculpatæ tutelæ excesserit, non pœna mortis, sed extraordinaria punitur, dec. 65. num. 12.
Ut moderamen inculpatæ tutelæ servetur, tria considerantur, nempè tempus, causa, & modus dec.65. nu.15.
Qualitas personarum attendi debet pro considerando moderamine inculpatæ tutelæ respectu fortitudinis corporis, dec. 65. num.43. Et respectu dignitatis personarum, nu.44. & 45. ubi discutitur, quandò Nobili permittatur interficere, vel offendere rusticum ad honorem recuperandum, & declaratur ibid. num. 46.

MONITIO.

Monitio trina, diversis temporibus facta, ad constituendum Judicem in mora punibili, requiritur, ubi decisio junctis Tribus Aulis, dec.97. nu.30. quæ regula limitatur ibid. n.31. & 32.

MORA.

Mora contrahitur re ipsa in concernentibus Fisci, & Reipublicæ utilitatem, absque interpellatione, dec.97. nu. 9.
Mora punibilis non committitur à Judicibus Syndicatus Officialium Regiorum hujusce Principatus, qui purgant tabulam: nisi fuerint à parte, cujus interest, interpellati, dec.97. n.12.

MORS.

Morte puniuntur parentes, qui in locum solitarium, & à conspectu hominum remotum, infantes abiciunt, ea intentione ut moriantur, eventu, scilicet subsequuto, dec.64. nu. 15.

MULIER.

Mulier turpis persona non est ob unicum concubitum, at uxorata ex unico concubitu turpis est, quod declaratur dec.57. n.31.
Mulieres quamvis turpiter agant, adquisita tamen retinere possunt, & bona ex turpi quæstu quæsita, de earum dominio, & libera dispositione efficiuntur; nec de jure dicuntur intestabiles, dec.57. nu. 78.
In muliere nupta coitus est punibilis, & in ea potest maritus adulterium vindicare, dec.57. nu.81. Etiam in casu, quo consentit vir, est punibilis coitus, ibid. nu. 82.
Mulier quamvis manibus suis parvulum non occidat, sed eum celat, & mori sinit, infanticidium committit; idemque dicitur de ea, quæ infanti nato auxilium non præstat, imò illum stercore, scalore jacentem interire sinit, dec.64. nu.16.
Refertur casus de muliere enixa, quæ propriis manibus umbilicum propè abdomen illi abscidit, & traditur resolutum, qua pœna teneatur, dec.64. num. 17.
Mulier res mariti contrectans post divortium, furtum committit, dec.68. num.12.
Mulier pro furto mariti, & è contra, si furtum sit magnum, puniuntur, dec. 68. num. 19.
Mulieri obstat renuntiatio juratà beneficii Velleyani, remissivè dec. 83. num. 2.
Mulier meretrix an capi possit pro debito civili, dec.83. n. 3. & 5.
Mulier ex nulla scriptura capi, potest, dec.83. nu. 4. Limitatur quando rem sibi commodatam restituere recusat. Secundò, si occultat viri bona, ut executionem fugiat. Tertiò si debitum est Fiscale, vel publicum, & quid, si est obligata ex debito tutelari, ibid. num. 5.
Inter muliebria ornamenta, stola dinumeratur, quæ propria erat matronarum honestarum, dec.57. nu. 58.

MUTUUM.

Mutuum potest habere mixturam alterius contractus, veluti locationis, vel venditionis, aut aliàs, neque ut usurarium est condemnandum, si talis contractus cum mutuo admixtus pro justo pretio ad limites justitiæ commutativæ initus sit, quod amplius declaratur dec.54. nu.41.
Quæstio an mixtura mutui cum alio contractu, hunc reddat usurarium, est magis facti, quam juris, ibid. nu.42.
Quando res, habita fide de pretio, cariùs venditur, & quando ex anticipata solutione minoris justo pretio emitur, contractus licet verbo tenus emptionis, & venditionis appareant, inest tamen in eis mutuum palliatum, dec.54. nu.72.
Si quis mutuò det frumentum, aut vinum, aut hujus generis aliud corruptum, vel mixtum: ut tantundem integri, & puri cariotis reddatur, conventio usuraria est, etiamsi restitutio differatur in quodcumque tempus, debitori commodum, dec. 54. num. 76.
Si quis mutuat alteri triticum, cum pacto, ut tantundem recentis sibi restituatur, sciens recens melius esse, majorisque pretii, quam sinum tempore mutui, aut solutionis, usuram committit, dec 54. nu.77.
An conventio mutui facta ab initio de aliquo lucro exigendo in contractu mutui, sit indicium usuratiæ pravitatis, agitur remissivè dec. 54. num. 92.
Mutuam pecuniam accipere non est negotiatio, dec.99. n.23.

N

NATIONALE.

NAtionalia Concilia, vide in verbo *Concilia*.

NATURALES.

Naturales, seu provinciales ut plurimum sua natura inclinant animum ad vindictam, & quasi trophæum putant, judicantque gloriam, ut subs Judices, & Officiales, quos oppido habent, infestos possint dilacerare, dec.90. nu.29.

NEGLIGENTIA.

Negligentia officialium an puniatur in syndicatu, decis. 94. ex num. 11. usque ad num. ult.
Negligentia tunc proxima dolò est, quando ex lata culpa exorta, & causata est, ibid. nu.13.
Negligentia sine dolo non attenditur in syndicatu, dec.94. n.31.
Negligentia sola per se est delictum in officialibus, qui administrationem Regiam, vel publicam habent, & puniuntur pœna privationis officii, dec.96. nu.3.
Negligentia ut contrahatur in jusdicendo, differentiam quidam DD. agnoscunt inter Judices causarum Criminalium, & Judices causarum Civilium: & quæ sit differentia, dec. 97. n.1. Impugnatur *Burgos* ibid. nu.2. in Criminalibus docet ad constituendum Judicem in negligentia declarandi, necessariam esse interpellationem, nu.3. Auctor considerat in hac re differentiam inter Judicium Civile, & Criminale; & in hoc subdistinctiones facit inter publicum jus, & privatum nu. 4. & sigillatim distinctiones probat usque ad nu.21.
Negligentia si in casibus Criminalibus consistat in omittendo in concernentibus utilitatem privatam, veluti quia intra terminum Judex causam non expedivit, vel reum non relaxavit, necessaria est protestatio, ut negligentia sit punibilis, ibid. num. 10.
Negligentia officialium ut arguatur, illis præsentari debent protestationes personaliter, dec.97. nu.28.
Negligentia Judicis debet liquidò probari, maximè in syndicatu, nec de ea convincitur, nisi fuerit interpellatus, & post interpellationem in causa supersederit, ibid. nu.38.
Negligentiæ Judicis ut puniantur, debent probari esse ad casum ordinatas, & quòd ex culpa damnum parti fuit causatum, decis. 97. num. 43.
Negligentia Judicis ut arguatur, requiritur quòd in denuntiatione

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tione in cludatur fuisse instatum, & requisitum, ibid. nu. 44.
Negligentia Judicis quomodo debeat probari, & articulari, ibid. num. 45.

NEGOTIATIO.

Non est negotium mutuam pecuniam accipere, dec. 99. nu. 23.

NEGOTIUM.

Negotia justitiæ, quæ tendunt ad interesse partium, non diriguntur in hoc Principatu, quin sint firmata à Cancellario, Vicecancellario, aut Regente Regiam Cancellariam, decis. 92. num. 2.

NOBILIS.

Nobili quando permittatur interficere, vel offendere rusticum ad honorem recuperandum, dec. 65. nu. 44. & 45. & declaratur num. 46.
Nobilis, vel alia persona egregia ob alapam percussorem impunè occidere potest, etiamsi aliter se defendere posset, ex sententia quorundam, qui citantur dec. 65. nu. 44.
Viduæ nobilium, & militum militiæ armatæ gaudent foro maritorum, dec. 76. num. 23.
Nobilitas illorum non est ratione officii, sed de per se, ibid. sub num. 23.
Persona vilis si à nobili insultatur, & non aufugiens occidit insultantem, punitur pœna extraordinaria, dec. 65. n. 26.

NOMEN.

Cuicumque licet nomen suum mutare, dec. 62. nu. 20.
Non est prohibitum nomina variare, ibid. nu. 21.
Quando nominis mutatio fit sine dolo, vel sine alicujus præjudicio, aliàs secus, dec. 62. num. 22.
Mutans sibi nomen in celebratione contractus, supponendo se pro alio, gerens se pro Notario, Doctore, Nobili, cum non sit, punitur pœna falsi, dec 62. nu. 23.
In aliquibus casibus licet nomina mutare, qui explicantur decis. 62. numer. 25.
Cuilibet permissum est, ad sui beneplacitum insignia eligere, sicut nomina, non tamen stigmata, etiam inter privatos, dec. 62. num. 33.
Cum damno tertii non licet assumere nomen alienum, cognomen, insignia, titulum, marcam, & signum, dec. 62. nu. 35.
Delicta, quæ proprium nomen non habent, sub nomine, & crimine stellionatus comprehenduntur, decis. 63. nu. 1.

NOMINATIO.

Nominatio Regij Visitatoris in hoc Principatu expenditur more Regiæ Cancellariæ, Supremi Concilij Regij Aragonum, prout quæcumque Regia rescripta, quæ spectant ad Regna Coronæ Aragonum, decis. 92. num. 1.

NOTARIUS.

Notarij Curiæ Ecclesiasticæ, aut nuntii, vel servientes, si offendantur in actu executionis à laico, vel alio exempto à jurisdictione Episcopi, efficiuntur offendentes quoad offensam, de foro Ecclesiastico, decis. 81. num. 18.
Notarius delatus de falsitate qua pœna puniatur, dec. 96. nu. 17
Notarijs iniungitur pœna privationis officij recusantibus præsentare requisitiones officialibus majoribus, dec. 97. nu. 41.

NOVERCA.

Noverca iustitiæ est præcipitatio, dec. 90. nu. 37.

NUNTIUS.

Nuntius quam relationem teneatur facere, quando personaliter reum citare non potuit, dec. 93. nu. 21.

O

OBLIGATIO.

Filiifamilias tam per se, quàm per eorum parentes possunt obligari ad artes, & ejus obligatio esset facta per eorum matres (quæ non habent filios in potestate) tenet obligatio, quod explicatur dec. 56. nu. 31.
Qui rem obligatam dissimulata obligatione alii distraxit, obligavit, vel in solutum dedit, stellionatus crimine tenetur, dec 63. num. 5. & vide in verbo *Venditor*.
Excusatur à dicto crimine, qui in secunda speciali rei obligatione, priorem specialem hypothecam, vel onus callidè dissimulaverit, quando specialis hypotheca primo, & secundo creditori sufficiens est, dec. 63. nu. 11.

OBSERVANTIA.

De viribus observantiæ in judicando, aliqua dicuntur dec. 76. num. 29.
Observantiæ est deferendum circa forum Equitum Militarium in opinione magis recepta, vide in verbo *Consuetudo*.
Observantia in quibus differat à consuetudine remissivè decis. 88. num. 4.

OBSTETRIX.

Pœna obstetricis parricipis partus suppositionis est arbitraria, quæ augeri potest usque ad mortem, dec. 61. n. 15.
Ægyptiæ obstetrices fefellere Regem, filios Hebræorum jubentem occidere, & præmium à Deo tulerunt, & quomodo decis. 61. num. 16. & 17.

OCCIDENS, OCCISOR, ET OCCISUS.

Occidens Petrum, volens occidere Joannem, punitur pœna extraordinaria delicti, dec. 64. nu. 8. & 9. Declaratur ibid. nu. 23. 24. 25.
Occidens Clericum ex errore, cùm putet esse laicum, an incidat in censuras Canonis, remissivè dec. 64. nu. 9.
Mandans aliquem vulnerari, mediante pecunia, si illum occidat, puniri debet pœna ordinaria homicidii, dec. 64. nu. 14.
Nihil interest, an quis occidat, an causam mortis præbeat, dec. 64. nu. 20. Expenditur ad id Textus in *l. Quoniam multa 6. Cod. ad l Julium de vi publica*, ibid. nu. 21.
Intendens occidere Cajum, casu Titium occidit, quia transeuntem percussit, ordinaria pœna non tenetur, dec. 64. n. 25.
Qui se defendendo occidit prætereuntem, vel mediatorem, tantùm tenetur de excessu, & pœna extraordinaria, considerata illius culpa, dec. 64. num. 29.
Birruariis licitum est vulnerare, vel occidere delinquentem resistentem, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, decis. 64. num. 30.
Proditorium dicitur homicidium, quando officialis occidit eum, quem apud se captum detinet, dec. 64. num. 31.
Impunè cuiquam licet aggressorem occidere ad sui defensionem, dec. 65. num. 2.
In foro conscientiæ occidens ad defensionem non dicitur peccare, dec. 65. num. 4.
Quod procedit etiam in casu quo occidens se defendendo, animum, & intentionem occidendi habet, quod probatur dec. 65. num. 6.
Occidens non solum dicitur, qui propriis manibus, & directè se ipsum occidit, sed etiam ille, qui potens aliquo modo se defendere, permittit se occidi, dec. 65. nu. 10.
Si defensio fiat ex intervallo, impunis non evadit occidens, sed tenetur pœna extraordinaria, ob præcedentem iracundiæ calorem, dec. 65. num. 17.
Casu quo aggressus fuga saluti suæ rectè consulere potest, si occidat aggressorem, pro excessu punitur pœna extraordinaria, decis. 65.
Persona vilis, si à Nobili insultatur, & non aufugiens occidit insultantem, punitur pœna extraordinaria, quod declaratur dec. 65. num. 26.
Ut impunis evadat occidens aggressorem ad sui defensionem, requiritur quod aggressus sit constitutus in discrimine vitæ, dec. 65. num. 27.
Percussus cum pugno, potest impunè gladio occidere, si evadere non potest injuriam, dec. 65. num. 34.
Impunè licet viro honesto invasorem occidere, qui fustem, vel lapidem impingere nititur, ut inferat ignominiam, si aliter hæc ignominia evitari nequit, dec. 65. num. 44.
Qui non potest aliter evitare maxillatam sine vituperio, nisi cum gladio, etiamsi occidendo caverit, exculpatur, dec. 65. n. 44.
Qui non potest aliter evitare maxillatam sine vituperio, nisi cum gladio, etiamsi occidendo caverit, exculpatur, decis. 65. num. 44.
Miles nobilis, vel alia persona egregia, ob alapam, percussorem impunè occidere potest, quamvis aliter se defendere posset, juxta aliquorum opinionem, qui citantur decis. 65. num. 44.
An, & quando sit probanda defensio, ut occidens ad sui defensionem impunis evadat, dec. 65. nu. 63.
Pro defensione rei propriæ licet armata manu resistere, & invasorem occidere, & quandò, dec. 65. n. 71. & nu. 72.
Pro defensione consanguinei, amici, vel extranei, ut quis insultantem impune occidere possit quomodò intelligatur, decis. 65. num. 73.
Occidens, aut vulnerans à tergo, & proditoriè rixantem cum patre, filio, consanguineo, affine, vel amico confugiens ad Ecclesiam, gaudet ejus immunitate, & ratio assignatur dec. 65. num. 78.
Occurrens fratri, & rixantem cum fratre occidens, putans, eum fuisse aggressorem, cùm fuisset insultatus, non punitur de homicidio, sed de excessu, dec. 65. nu. 92.
Occidens fratrem, vel consanguineum, quibus ab intestato erat successurus, privatur illorum hæreditate, & Doctores contrarium tenentes allegantur dec. 79. nu. 6. & 9.
Ponderatur differentia circa hæc, inter indignitatem, & incapacitatem ad succedendum, dec. 79. n. 7. & 8.
Si occisor per statutum excludatur à successione occisi, non indignus, sed incapax judicatur, dec. 79. nu. 10.
Expenditur Constitutio *unica tit. de indignes de successions*, ibid. num. 11.
Privatur successione occisi non solum, qui occidit suis manibus, sed etiam qui quocumque alio modo interficit, dec. 79. n. 13.
Maritus occidens uxorem in casu à jure permisso, non privatur ei succedere, dec. 79. nu. 15.
Occisor non privatur hæreditate occisi, si illum occiderit cum causa, dec. 79. num. 16.
Occidens testatoris filium, illius hæreditate privatur, & an hæc procedant in occidente testatoris uxorem, aut filium fratris, dec. 79. num. 18.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Occisor quandò privatur successione occisi, ea ad Fiscum non devolvitur in hoc Principatu, dec.79. nu.20.

OCCUPATIO.

Occupantur temporalitates, quandò Curia Ecclesiastica recusat firmare contentionem cum sæculari, dec.82. nu.49. & 50.

OFFENDENS, ET OFFENSA.

Offendens insultantem fugientem, non dicitur offendere ad defensam, sed ad vindictam, & punitur pœna extraordinaria, dec.65. nu.19. quod declaratur nu.20. & 21.

Judex offensus ratione officii est competens ad puniendum offendentem, etiam adversùs Judicem exercentem jurisdictionem cum clausula abdicativa, & privativa, si tamen ipse prævenerit in captura delinquentis, dec.69. nu.2.

Judex non potest punire injuriam sibi factam ratione officii, quando offensa non est notoria, & pœna arbitraria, scribunt aliqui DD. Contrarium alii existimant, ubi traditur jusdicenti optimum consilium, eveniente casu, quo officii obtentu fuerit facta offensa, dec.69. nu.4.

Si offensus haberet condominos, possent hi, vel ejus Officiales ab eo deputati judicare, nisi & ipsi ex aliis circunstantiis forent suspecti, dec.69. nu. 19.

Offensio, & defensio sunt correllativa, & qualis est insultus, talis debet esse responsio, dec.65. nu.18.

Pro offensa facta famulo an suspectus Judex sit Procurator Generalis ejus dominus, dec.69 nu.7.

Offensa principalis in delictis publicis fit Reipublicæ, ratione cujus quilibet de Populo potest accusare; minùs principalis sit parti; at in privatis è contra, dec.97. nu.17.

Offendens, vel percutiens Satellites, & Ministros Judicis Ecclesiastici in actu executionis, efficitur, quamvis sit laicus, & omnino exemptus à jurisdictione Episcopi, quoad offensam de foro Ecclesiastico, dec.81. nu.15.

Offendens Judicem, etsi incompetentem in exercitio sui officii, vel illius jurisdictionem contemnens, punitur à Judice offenso etsi incompetenti, dec. 81. nu.12. non privative ad Judicem proprium offendentis, sed cumulativè, itaut locus est inter eos præventioni, ibid. nu.20.

Offendens extra Ecclesiam gaudet ejus immunitate, quamvis rixa sit mota in Ecclesia, dec.85.n.17. cum dec. Senatus.

OFFICIALIS, ET OFFICIANS.

Officialis condemnatus à proprio Judice appellare non potest, dec.52. nu.28.

Officialis condemnatus per Judices Tabulæ, appellare potest, ibid. num.19. Similiter si fuerit condemnatus à proprio Judice pro rebus extra officium, ibid. nu.31.

Officiales Regii perpetui appellare possunt à sententia Regii Visitatoris ad suam Majestatem, & ejus S.R.A. Concilium, quoad effectum devolutivum, ibid. nu.30.

Ab Officialibus Baronis Boemi remitti non possunt, dec.56. n.60.

Per Officiales Baronis Boemi guidari non valent, dec.56. nu.59. & vide in verbo *Boemi*.

Officialis pro excessu tam in convocatione, quam in persequutione commisso, ex quibus fuit sequuta mors, punitur pro excessu pœna extraordinaria, cum dec. Senatus: dec.64. n.34.

Homicidium proditorium judicatur, quando Officialis occidit eum, quem apud se captum detinet, dec.64. nu.30. cum Senatus decisione nu.32.

Officialis est Judex competens pro injuria sibi illata prætextu dignitatis, aut officii, secùs si injuria sit illata ut personæ privatæ, tunc namque superior erit Judex, dec.69. nu.1.

Ob desidiam, & negligentiam Officialium Baronis, proceditur ad sequestrum jurisdictionis Baronis, cum Senatus decisione, dec.71. num.23.

An Potestates teneantur de delictis Officialium ab eis electorum, remissivè dec.71. nu 24.

De delictis, & culpis Officialium non tenentur Barones, decis. 71. num.25.

Limita si Officialis delicta forent successiva, ibid. nu.26.

Probissimos eligat Officiales Baro, & ejusdem qualitatis eligi debent domestici, dec.71. nu.27. & nu.28.

Officiali Regio offenso in exercitio sui officii per vasallum Baronis, punitio pertinet ad Dominum Regem, etiamsi Judex loci, in quo fit injuria, ibid. exerceat jurisdictionem cum clausula privativa, & abdicativa, dec.81. nu.16.

Rex punire potest vassallum Baronis, si vassallus offenderit officialem Regium exercentem suum officium, sive offendatur Minister, sive officialis à Judice deputatus, dec.81. nu.17.

Officiales Regii in Cathalonia sunt exempti à foro Baronum, & Regiorum Officialium inferiorum, soluſque Rex punit illos, dec.82. nu.29. in fine, & nu.31.

Si Officialis Regius graviter delinqueret, posset Dominus Castri, sive Baro illum capere, & ad superiorem remittere, dec. 82. num.32. 33. & 34.

Si Officiales Regii offendantur in exercitio suorum officiorum, quomodò sit procedendum contra injuriantes, dec.87. n.14.

Syndicatus annalium officialium ad Præfecti Prætorio jurisdictionem pertinebat, dec.89. nu.1.

Officiales Regios perpetuos poterit visitare Prorex, si commissionem particularem à Domino Rege habeat, dec 89. nu.12.

Officiali, de his de quibus cognoscere valet sua potestate ordinaria, & jure ordinario, commissio, seu delegatio fieri non permittitur. At potest officialis commissionem accipere in his, quæ ad se, suamque jurisdictionem ordinariam non pertinent, & pro gestis in ea commissione tabulam non purgat, decis. 89. num.17.

Officialium Syndicatus qua ratione sit introductus, dec. 91. n.3.

Officialis ordinarius Regius (qualis est vificator Regius) jurisdictionem ordinariam exercens, non potest uti commissione, decis. 92. num.5.

Officiales ad modicum tempus creari, utile agnoscitur, decis. 93. num.4.

Officialium Regiorum in hoc Principatu duo sunt genera, alii perpetui, & alii temporales, ibid. nu.5.

Officiales Regii temporales, durante eorum vita, vel ultra triennium perpetuari prohibentur, & ad reddendum rationem muneris ante gesti, quolibet triennio nominantur syndicatores, id est, Judices tabulæ, qui contra officiales inquirunt, & qua forma, dec.93. nu.6.

Officiales in ingressu officii præstant securitatem tenendi tabulam id est, cautionem de stando syndicatui, quæ securitas ab omnibus Officialibus Regiis temporalibus præstari debet, dec. 93. num. 7.

Officialis non potest recedere à loco tabulæ, finito officio, nisi elapsis quinquaginta diebus, ibid. nu.7.

Officiales tenentur jam à principio sui muneris deponere salaria Judicum, qui eos sunt judicaturi, ibid. nu.8.

Officiales perpetui designantur, remissive ibid. n.11.& ibid. n.13.

Officialis Regius, qui minùs anno in officio sterit, etiamsi possit in ulteriori triennio continuari; non tamen poterit, si de gestis in illo residuo priùs rationem non reddiderit, ibid. nu.10.

Officiales dicuntur etiam, qui jurisdictionem non habent, & tantùm in potiori significatu officiales vocantur, qui utuntur jurisdictione, ibid. nu.12.

Pro officialibus perpetuis statuta est forma visitæ Regiæ *in cap. 5. Curiar. anni* 1599. quod explicatur dec.93. nu.13.

Officiales temporales de jure communi, durante officio, non possunt conveniri, ibid. nu.14.

Officiales Regii in Cathalonia pro malè extorsis, aut gestis, & ex contractibus propriis conveniri possunt coram Domino Rege, & sic coram Locumtenente Generali, vel coram Generali Gubernatore, durante Vice Regia, nec ab ordinariis puniri possunt, & si aliquos excessus fecerint in Baronia, potest Baro contra illos agere ad emendam damni, & illius punitionem tractari in R. Audientia, aut in judicio tabulæ, finito officio, dec.93. nu.16.

Officiales ex generali consuetudine hodie non syndicantur, nisi de furtis, male ablatis, & barattariis; non autem de iniquis sententiis, & male latis, dec.94. num.11. Quod valdè propugnatur usque ad nu.27. & Auctoris opinio traditur nu. 27.

Officiales punirentur de negligentiis, si tam dissolutæ forent, ut in dolum caderent, dec.94. nu. 27.

Officiales de contraventionibus Constitutionum, vel Statutorum non tenentur, nisi evidenter arguatur dolus, vel malus animus, ibid. nu.30.

Officiales non sunt syndicandi ex negligentia sine dolo, nisi sit per foros prævenitum, ibid. nu.31.

Officiales superiores non syndicantur, remoto dolo, ibid.num. 32. Nec officiales perpetui aliter syndicantur, ibid. num.33. & dec. 95. num. 20.

Officiales domus præsentis Civitatis dumtaxat de dolo, fraude, & barattaria tenentur, ubi quandò ad syndicandum procedatur, explicatur ibid. nu.34.

Officiales inferiores possunt syndicari iure nostro, propter fraudes, barattarias, & latam culpam, *ut in Constit. 6. tit. de offic. de Intg. de Taula*, & propter crimina, & culpas, *ut in Const. 7. eiusdem tit.* dec. 95. num. 1.

Officiales superiores per se, mulierem, filios, aut aliam interpositam personam aliquid à clientulis non accipiant, sub pœna privationis officiorum, dec. 95. n u.6.

Officialis condemnatus propter fraudem, coemptionem, barattariam, aut aliam magnam culpam ampliùs ad officium redire nequit, dec. 95. nu. 3. ubi decisio Senatus.

Officiales Regii temporales, qui subjiciuntur judicio tabulæ, syndicantur de dolo, & negligentia; perpetui verò, qui subjiciuntur Regiæ visitationi, solùm tenentur de dolo, & negligentiis dissolutis, dec. 95. num.4.

Officiales, qui administrationem Regiam, vel publicam habent, ex negligentia, quæ sola per se est delictum, puniuntur pœna privationis officii, dec. 96. num. 3.

Officiales habentes administrationem rerum Fiscalium, tenentur de dolo, lata & levi culpa, ibid. nu. 1.

Officiales, qui ultra jurisdictionem habent administrationem, pro gestis in officio an teneantur de levissima culpa? Affirmativam tenentes sententiam citantur dec. 96. nu. 6. Negativam defendentes allegantur ibid. nu. 7.

Officiales quomodo exculpentur, ibid. n. 8.

Officiales aderant Romanis Latrunculatores, & hi qui erant? Et alii, qui Milites Stationarii dicebantur, dec. 97. nu. 6.

Offi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Officialibus negligentibus in perſequendis delinquentibus impo nitur pœna privationis officii, ibid. nu. 8.

Officiales puniendi ſunt ſub pœna privationis officii, ubi viderint rixantes, & arma ruentes, & non occurrerint ad ſedanda m rixam, nec eorum familiam mitterent, ibid. n. 9.

Officialem, vel Iudicem ex negligentia puniri pro delictis, ſi ve publicis, ſive privatis indiſtinctè, quando à Iudice affectatur, ex ambitionibus, vel ſordibus, declaratur dec. 97. n. 21.

Officialium negligentia, ut arguatur, illis præſentari debent proteſtationes perſonaliter, ibid. nu. 28.

Officiantes ſyndicantur, pro delictis omiſſionis, deciſ. 97. num. 24. & 25.

Officiales, & juſdicentes ſolùm de dolo, vel negligentia, quæ in dolum cadit, tenentur, in quem incipiunt cadere poſt proteſtationum præſentationes, dec. 97. nu. 40.

Donatio facta à ſubditis Officiali propter ejus benemerita, ſi de iſtis conſter, ſuſtinetur, dec. 98. nu. 18. Etiam in ultima voluntate facta, ibid. nu. 19.

Officiales poſſunt ab agnatis, & cognatis donaria accipere, deciſ. 98. num. 20.

Officialis eſculenta, & poculenta accipere poteſt, quod declaratur, vide in verbo *Judex*.

Officialis in Cathalonia non poteſt ſervitia accipere, niſi fuerit de cibo, & de hoc adhuc parum, dec. 98. nu. 31.

Officiales Generalis Cathaloniæ non poſſunt accipere quantitates aliquas pecuniarum, nec munera pro rebus ad ſuum officium ſpectantibus, niſi eſculenta, & poculenta, ſub pœna privationis officiorum, & reſtituendi accepta, dec. 98. nu. 33.

Et quid de Cancellario, Vicecancellario, Regente Regiam Cancellariam, Doctoribus Regii Concilii, Regente Regiam Theſaurariam, Prothonotario, Scribis mandati, & rationis, & aliis, dec. 98. nu. 32.

Officiales, & juſdicentes cum ſubditis negotiari, & contrahere prohibetur, & quare, dec. 99. num. 1. nec per interpoſitam perſonam, ibid. nu. 2. Neque domeſtici, vel familiares iſtorum poſſunt contrahere cum ſubditis Officialium, ibid. nu. 3.

Hæc procedunt, ſi per viam mercaturæ contrahant, & ſit frequentia emptionum, & contractuum, aliàs licet Officialibus, & juſdicentibus contrahere, dec. 99. nu. 4.

Pro victu, & cultu à ſubditis emere non prohibentur, imò victualia poſſunt, ſoluto pretio, auferre, & cogere ſubditos ad vendendum, dec. 99. nu. 5.

Superflua ſemel, atque iterum vendere poſſunt, ibid. nu. 6.

Officiali res ſubditi emere prohibetur, quemadmodum nec utenſilia, & victualia vili pretio, cum minis, & terrore, quia barattariam committeret, dec. 99. nu. 8.

Hæc prohibitio non extenditur ad Officiales perpetuos, & quid de Senatoribus, dec. 99. nu. 10. & 11. Neque extenditur ad plures Collegas in officio quod declaratur ibid. nu. 12.

In caſibus, in quibus prohibetur Officialibus res emere, eiſdem id permittitur per interpoſitam perſonam, ſi de mala fide aliundè non conſtat, dec. 99. nu. 13.

Palam, & bona fide permittitur Officialibus bona adminiſtrationis emere, etiam per interpoſitam perſonam, dummodò adſit juſtitia in pretio, dec. 99. nu. 14.

De bona fide conſtat, ſi Adminiſtrator, vel Officialis emat eodem pretio, quod alius offerebat, & etiam quandò, factis publicis ſubhaſtationibus emit, dec. 99. nu. 15.

Et tunc per interpoſitam perſonam licet Officiali emere, & ratio aſſignatur ibid. nu. 16.

Caput 99. Curiar. anni 1599. prohibens Officialibus Regiis emere bona ſtabilia, quæ venduntur pro executione ſuorum Tribunalium, loquitur de perpetuis Officialibus, dec. 99. num. 19. quod declaratur ibid. nu. 20.

Officialis debet condemnari pœna ordinaria, ut ſit locus pœnæ privationis officii, dec. 100. nu. 13.

Delicta coemptionis, vel extorſionis ab Officialibus commiſſa, vide in verbo *Delictum*.

In crimine corruptelæ, aut extorſionis, quomodò contra Officialem procedatur, vide in verb. *Crimen*.

Pro Officialibus urgentiſſimæ extant legales præſumptiones, dec. 100. num. 42. & 43. cum Senatu, præcipuè pro Eminentibus, & Senatoribus Regiis ibid. nu. 44.

Contra Officiales, qui laborant mala fama in delictis difficilis probationis, admittuntur probationes irregulares, ſaltem ad pœnam extraordinariam, quod explicatur dec. 100. nu. 49.

Contra Officiales integræ opinionis in delicto coemptionis, & extorſionis non conjunguntur teſtes ſingulares; imo neceſſaria eſt concludentiſſima probatio, ſecùs contra Officiales non integræ famæ, dec. 100. num. 57.

OFFICIUM.

Qui alterius officio ſe immiſcet, etiam de jure communi debitis pœnis punitur, dec. 62. num. 1.

Sicut quodcumque genus perſonarum eſt ſeparatum, ita debent ſeparata eſſe officia, dec. 62. nu. 2.

Quandò dicatur injuria facta contemplatione officii, vel ratione illius, dec. 69. nu. 10.

Pendente proceſſu criminali contra aliquem pro mala adminiſtratione officii publici, quod geſſerat, ſpirare non poteſt ad aliud, vel ſimile, dec. 70. nu. 13.

Extractus ad aliquod officium, ante ingreſſum, habet jus ad rem ratione qualitatis pendentis à ſorte, dec. 70. nu. 29.

Inſaculatus ad officia habet jus ad ſortem, id eſt ad rem, quod habere incipit ex ipſa extractione, dec. 70. nu. 33.

Valet argumentum de beneficiis Eccleſiaſticis ad officia ſæcularia, dec. 70. nu. 41.

In executoria omnium privilegiorum Regiorum officiorum hujuſce Principatus, ad capiendum illorum poſſeſſionem, an ſit concedendum auxilium Regium, reſolvitur dec. 72. n. 20.

Officia ſæcularia obtinere non poſſunt Equites Ordinum Militarium, dec. 81. nu. 8. In Cathalonia à quibus officiis arceantur Clerici, & ad quæ admittantur attento jure communi, remiſſive ibid. nu. 8.

Officium conſiſtit in obligatione faciendi, dec. 97. nu. 25.

OMISSIO.

Omiſſio, vel commiſſio Judicis, ſi in perſequendo, & puniendo delinquentes fuerit in re admodum gravi, ex quibus evenerit notabile damnum Reipublicæ, ut conſtituatur in negligentia punibili, neceſſe non eſt eum interpellare, & quare? dec. 97. num. 5.

OPERA.

Operæ ejus eſſe præſumuntur, cujus eſt ſigillum, dec. 62. n. 40.

Dans operam rei illicitæ tenetur pœna extraordinaria, dec. 67. n. 7.

Dans operam rei illicitæ, ſi veroſimiliter cogitavit, aut ſaltem cogitare potuit, aut debuit de eo, quod inde facilè ſucceſſurum erat, & ſic quando opera eſt ordinata ad caſum ſubſequutum, plectitur pœna ordinaria, dec. 64. nu. 11. num. 13. & num. 26. cum deciſione Senatus.

Idem eſt ex opera illicita damnum ſequi, vel operam illicitam eſſe cauſam damni dati, dummodò de dolo vero, & reali, vel de animo deliberato conſtet, dec. 64. nu. 20.

Dans operam rei illicitæ, ſi ſequatur homicidium, tenetur de cauſato homicidio, dec. 64. nu. 20.

Quandò dicitur ex opera rei illicitæ teneri de damno ſequuto, non intelligitur opera præcisè pro facto, ex quo ſequitur homicidium, ſed intelligitur opera, vel pro facto, vel pro cauſa, ex quo illud ſequitur, dec. 64. n. 22. Deciſio Senatus, ibid. nu. 26. Difficultas in cauſa ſupplicationis ibid. nu. 27.

Dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod ſequitur præter ejus voluntatem pœna extraordinaria, ſi non potuit cogitare homicidium eventurum, dec. 64 nu. 23.

OPINIO.

Opinioni Doctorum diſtinguentium ſtandum eſt, dec. 101. n. 15.

ORDINARIUS.

Ordinarii Eccleſiaſtici cognoſcere debent de delictis merè Eccleſiaſticis, tam in laicis, quàm in Clericis, etiam pœnis corporalibus, citra ſanguinis effuſionem, dec. 74. nu. 5. Recitatur deciſio in cauſa matrimoniali ibid. nu. 6.

Ordinariis loci non mittuntur commiſſiones, & inſtructiones ad fortificandum proceſſum ſuper delictis, quæ pendent in Regio Concilio, dec. 89. nu. 19.

ORDO.

Ad ordines promoveri non poſſunt qui crimen habent, dec. 70. n. 11.

OSTIUM.

Oſtia Eccleſiæ an veniant appellatione Eccleſiæ in materia immunitatis Eccleſiaſticæ, remiſſivè dec. 58. num. 13. & vide in verbo *Immunitas*.

Cultus qui debetur Palatio comprehendit oſtium, & extenditur ad illius confinia, dec. 58. nu. 12. & 13.

OTIOSUS, ET OTIUM.

Otioſè, ut quis non peragraret, cautum fuit Lege duodecim Tabularum, dec. 56. nu. 2.

Otium eſt frater libertatis, ſeditionum occaſio, & plura mala de otio referuntur dec. 56. n. 3. Expenditur ad id celebris doctrina Divi Auguſtini ibidem nu. 4. Non deeſt in hac re cenſura Poetarum, quæ recitatur ibid. nu. 5. Etiam creaturæ inſenſibiles eam rem demoſtrant, ibid. nu. 6.

Summa erat vigilantia Indis Perunen. otioſos minimè ſuſtinendi, tota ſolicitudine curando, adhuc ſenes, mancos, & cæcos aliquibus miniſteriis, quæ eorum infirmitas ſuſtinere poſſet, operam impendere, dec. 56. nu. 16.

Filius non erat ſtrictus alere patrem, qui ejus impigritia in otio vixerat, dec. 56. nu. 32.

P

PACTUM.

PActum reverſionale conceptum in favorem hæredis verificatur in donatarium univerſalem, cum deciſione Senatus, deciſ. 102. num. 24.

An frangens exilium per pactum acceptum, debeat in fractura deprehendi, aut ſufficiat de illa convinci, dec. 59. num. 17. & 18. & vide in verbo *Exilium*.

PALATIUM.

Palatia Principum ædes conſacratæ, & inclytæ, Divinæ, & Sacratiſſimæ appellantur, dec. 58. nu. 9. & ſunt de Regalibus, ibid. num. 10.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Cultus, qui debetur Palatio, extenditur ad ipsius confinia, comprehenditque ejus ostium, ibid. nu.12. & 13.
Palatii appellatione venit area ad ejus usum comparata, ubi remissivè de privilegiis domus nobilium in Regno Aragonum, Legatorum in Hispania, Cardinalium, Episcoporum, Concilii Regii Neapolis, dec.58. num.17.
Palatium non solùm comprehendit locum, ubi Princeps assiduè commoratur, sed etiam confinia, ostium, porticum, hortum, atria, aulam, & cæteras partes universæ domus, decis. 58. numer.18. & 19.
Ex Palatiis delinquentes, sine jussu Regis, vel domus Præfecti non extrahuntur, quæ immunitas per Principem superiorem domibus privatis potest concedi, dec.58. num.20.
In Palatiis delinquentes proprium Judicem sortiuntur, quod declaratur dec.58. numer.23.
Non solùm in ipso Palatio, sed nec etiam circa, licet privatis habitare, nisi his, qui ipsi Principi, aut Reipublicæ inserviunt, dec.58. num.24.
Ad Palatium Principis arma nemo deferre potest, ibid. nu.25.
Excubiæ ante Palatium fieri debent, & eas deserens capite punitur, dec.58. num.26.
In Palatiis baptizari potest, ubi remissivè de foro Cappellanorum Regiorum, dec.58. num.27.
Aliæ recitantur prærogativæ Palatii Principis, ibidem nu.28.
Delinquentes in Palatio, quibus pœnis plectantur, ibidem nu. 29. 30. & 31.
Atrox injuria est, quæ irrogatur in Palatio Principis, in quo omnibus datur securitas, dec.58. nu.32.
In Palatiis delinquens punitur pœna arbitraria, quæ extendi potest usque ad mortem, dec.58. nu.33.

PARENS.

Parentes, qui in locum solitarium, & à conspectu hominum remotum infantes obiiciunt, ea intentione, & proposito, ut ibi moriantur, eventu subsequuto, pœna mortis puniuntur, decis.64. num.15.
Parentes in filios sævientes, eos emancipare compelluntur, dec. 71. num.5.
Parentes per filios nobilitantur, & à pœnis infamibus liberantur, dec.78. num.7.
Ex Parentum meritis plurima privilegia ad filios transmittuntur, dec.78. nu.5. Pariterque illorum merita ad parentes subeunt, ibidem num.6.
Nihil est Populis quod pejora vitia pariat, quàm parentes negligentes, & filios audaces esse, dec.56. num.2.

PARTUS.

Fraudes mulierum in suppositione partus, dec.61. nu.1.
De arte supponendi partum in deceptionem maritorum quædam annotantur ibid. num.2. 3. & 4.
Delictum partus suppositi veteribus Jurisconsultis non fuit incognitum, dec.61. num.5.
Pœna supponentis partum est falsi, & capitalis ibidem nu.7.
Participes hujus sceleris puniuntur, ibid. num.8.
Pœna obstetricis participis partus suppositionis est arbitraria, quæ augeri potest usque ad mortem, dec.61. nu.15.
Partus suppositio probatur præsumptionibus, & conjecturis, dec.61. nu.18. Etiamsi criminaliter agatur: conjecturis scilicet concludentibus, & à jure approbatis, dec.61. nu.18.
Probatur etiam confessione extrajudiciali matris, juncta fama, vel aliis adminiculis, dec.61. num.20.
Sterilitas cum alio marito est conjectura partus suppositi, ib.n.21.
Conjectura sterilitatis impugnatur dec.61. Et si mulier diu sterilis aliquo tempore diverterit à marito & reversa in domum, filium ediderit, adhuc favor matrimonii evincit, filium esse mariti, ubi assignantur indicia, ex quibus infertur, filium non esse mariti, dec.61. nu.23.
Alia conjectura partus suppositi est ætas excedens quadraginta annos ibid. num.24
Alia est conjectura, quando parere supposuit sine præsentia aliarum mulierum honestarum, ibid. nu.25.
Alia quando sine obstetrice enixam esse ait, ibid. nu.26.
Alia est mala fama reæ, dec.61. nu.27.
Alia est, quando post partum diu tacuit, dec.61. num.28. Decisio Senatus ibid. num.30.
In crimine suppositionis partus potest procedi de officio, ib.n.31.
Conjecturæ aliæ recitantur ad probandum crimen suppositionis partus, ibidem num.32.

PATER.

Pater non habet actionem furti contra filium furem, etsi rem ei furripiat, dec.68. num.1.
Patre vivente, filius quodammodò existimatur dominus bonorum paternorum, dec.68. nu.2.
Pater, & filius censentur una persona, ibid. nu.4.
Patri denegatur actio criminalis furti contra filium furem, etiam in peculio castrensi, vel quasi; benè tamen ipsi conceditur actio civilis ad emendam damni, eatenus, quatenùs filius in peculio habet, dec.68. num.5.
Patri contra filium, etiam in furto magno, actionem furti non dari existimant nonnulli DD. dec.68. num.6.
Contrariam opinionem tuentur alii, qui pariter resolvunt, quòd respectu filii, in potestate existentis, tenetur Judex dictare sententiam secundum patris voluntatem, dec.68. nu.7.
Pater consentiens, filium onus domus portare, & mercari, tenetur de contractibus filii circa domus administrationem, dec. 75. numer.5.

PATRITIUS.

Patritjatus dignitate decoratus codicillorum insignibus inducebatur dec.100. num.46.
Patricii sunt Consiliarii Imperatorum, ibid. sub num.46.

PATRONUS.

Patronus præsentans scienter indignum, privatur pro illa vice iterum facultate præsentandi, dec.70. nu.39. Secus si ignoranter, ibidem num.40.

PAUPER.

Veros pauperes inopia sublevari æquissimum est, dec.56. n.21.

PAX.

Sub pace erant positi, qui ibant ad Curiam Principis, decis.87. numer.10. & 11. ea ratione publicabatur Edictum generale, in quo ponebantur sub pace, & treuga omnes vasalli, ibidem nu.12. sub eademque securitate erant Nobiles, & Plebei, ad Potestatem venientes, ibidem nu.13.
Pacem facere coguntur, quando adest timor probabilis rixarum, aut quòd partes veniant ad arma, dec.87. nu.16. ubi Senatus.
Pacem, & treugam declarare potest Rex tempore belli, aut quando convocat exercitum, inter militares, aut homines de Paratico, dec.87. num.17.

PECCATUM.

Pro peccato mortali requiritur sufficiens deliberatio, dec.65. n.34.

PECULATUS.

Peculatus crimen non dicitur depositarii delictum, qui penes se retinet cum fraude pecunias Universitatis, Superiorem recognoscentis, dec.89. numer.23. Atverò depositarius ille furtum committit, & puniendus est, ibid. nu.24.

PECULIUM.

In peculio castrensi, vel quasi Patri non datur actio criminalis contra filium furem, sed actio civilis ad emendam damni eatenus, quatenus filius in peculio habet, dec.68. num.5. Et vide in verbo *Pater*.

PELAJUS.

Pelajus fuit electus Princeps in Castella, dec.84. nu.19.

PELLEX.

Differentia est inter pellicem, meretricem, & concubinam: pellex est, quæ cum conjugato consuetudinem habet, cui uxor adest, dec.57. nu.46. Reliqua vide in verbo *Meretrix*.

PECUNIA.

Mandans aliquem vulnerari, mediante pecunia, si illum occidat, puniri debet pœna ordinaria homicidii, dec.64. nu.14.

PERCUTIENS, PERCUSSUS.

Percutiens cum hasta lancea, repercuti nequit puncta ferri, dec. 65. numer.32.
Percussus cum pugno potest impunè gladio occidere, si evadere non potest injuriam, decis.65. num.34.
Ex qualitate percussionis infertur excessus in defendente, dec.65. numer.42.

PEREGRINUS.

Peregrini mendicantes expellendi sunt à Civitate, dec.56. n.22.

PERITUS.

Quomodo juramentum peritis deferatur, dec.77. nu.2.
De peritorum electionibus, suspicionibus, eorundemque fide, & probatione, remissivè dec.77. num.4.
An præcisè standum sit relationi peritorum, dec.77. nu.27. & de forma relationis illorum, ibidem nu.42.
Peritorum relatio magis est judicium, quàm testificatio, quod declaratur dec.77. nu.43.

PIGNUS.

Si creditor pariatur, & sciat, litem agitari cum debitore, super proprietate pignoris, sententia lata contra debitorem nocebit creditori, dec.75. nu.6.

PLAGIARIUS

Plagiarius quis dicatur, dec.52. nu.8. & 9.

POENA.

Ad pœnam extraordinariam condemnatur reus, cum plusquam semiplenè constat de delicto exceptuato, & subiicitur quæstionibus, & tormentis, dec.51. num.14.
Contra mendicantes validos rescripsere Imperatores, & pœnas dispofuerunt, decis.56. num.8.
Subiiciuntur validi mendicantes diversis pœnis, quæ recitantur dec.56. num.8.
Pœna arbitraria mendicantes validos teneri, afferitur, eademque assignatur pœna parentibus, qui se, vel suos debilitant, ibid. nu.19. ubi traditur ad triremes fuisse missum pauperem fictum, quod explicatur ibidem num.20.
Diversæ pœnæ recitantur contra vagabundos statutæ, dec. 56. numer.42. & 43.
In Constitutionibus hujus Principatus pœna cõtra vagabundos est fustigationis, aut triremium per quinquennium, licèt in Regiis Præconizationibus antiquis esset pœna cumulativè imposita fustigationis, & triremium per quinquennium, decis.56. nu.44. Et referuntur exemplaria in quibus ex causa fuit mo-

moderata pœna, ibid. nu.50. & 51. vide in verbo *Vagabundus*, & in verbo *Mendicantes*.
Pœnæ ſtatutæ contra Ægyptios, dec.56. num.57. vide in verbo *Boemi*.
Pœna arbitraria plectuntur lenones, dec.57. nu.12.
Pœna ordinaria lenonibus impoſita juxta Regias Præconizationes viris, & mulieribus eſt fuſtigationis cum mitra, & viris triremium etiam ad decennium, & mulieribus exilii etiam à vicaria per decennium, ideo in lenocinio ſine quæſtu pluries, vel bis commiſſo punitur leno fuſtigationis pœna, & minoratur pœna exilii ad quinquennium, vel triennium, ubi deciſiones Regii Senatus, dec.57. nu.13. & 14.
Recitantur pœnæ contra maritum lenonem uxoris dec.59.nu.21. & 22. Et pœna à Senatu amplexa, ibid. num.23. Reliqua vide in verbo *Lenocinium*.
An meretrices immunes ſint à pœna adulterii, dec.57. nu.53.
Pœnæ adulterii traduntur remiſſivè dec.57. nu.89.
Pœna pecuniaria, vel bannimenti contra mulieres inutilis redditur, dec.57. nu.84.
Pœnæ contra meretrices in hoc Principatu obſervatæ, quando ſunt occaſionatrices necium, dec.57. nu. 86.
Quando ſunt ſcandaloſæ tantùm, ibid. nu.87.
Quando eiiciendæ à vicinatu, ibid. nu.88.
De prohibitione concubinatus, qui ex perſeverantia fit punibilis, & qua pœna puniatur, dec.57. nu.90.
Coram Principe omnes pœnæ ſunt arbitrariæ, deciſ. 58. num. 1. & 2.
Hodie omnes pœnæ juxta facti, & perſonarum qualitates ſunt Judici arbitrariæ, quod declaratur: ibid. nu.3.
Pœnæ arbitrariæ poſſunt extendi uſque ad mortem, dec.58. n.4.
Judex ex cauſa poteſt minuere, vel augere pœnas legales, vel ſtatutarias, ibid. nu.3.
In Supremis Magiſtratibus id ſtatuitur; non verò in inferioribus Judicibus, dec.58. nu.5. & 6.
Fuſtigationis pœna irrogat infamiam, dec.58. nu. 36.
Pœna propria ſervi eſt fuſtigationis, dec.58. nu.37.
Pœna impoſita pro delatione armorum, ſi prohibitio ſit ſimpliciter prolata, non incurritur ex ſola delatione, ſed ulterius requiritur quòd tranſgreſſor cum eis deprehendatur, & capiatur: at ſi prohibitio ſe extendat ad eos, qui arma detulerint, geſtaverint, retinuerint, vel domi habuerint, ſufficit quòd fint convicti arma portaſſe, vel domi habuiſſe, dec.59. nu. 16.
Quænam pœna reperiatur ſtatuta in Regiis Preconizationibus contra receptatores ejectorum à pace, & treuga, latronum publicorum, & facinoroſorum, dec.60. nu.25.
Contra receptatores, & fautores latronum publicorum, ad eos puniendum pœna diſpoſita in Præconizationibus, proceditur via ordinaria, dec. 60. nu. 26.
Pœna demolitionis domorum, Caſtrorum, Manſorum, & aliorum locorum ubi receptantur ejecti à pace, & treuga, inimici, & acuſati ſuæ Maieſtatis, traditur ibid. nu.27. cum Senatu nu. 28.
Præcedere tamen debet informatio declaratoria, & ab ignis appoſitione obſtinendum eſt, cùm Senatu iuncti Tribus Aulis, dec. 60. nu.29.
Demoliri non poſſunt domus, quæ ſunt ſub alterius allodio, vel feudo, ibid. nu. 30.
Pœna demolitionis domorum habet locum in atrociſſimis delictis, & etiam contra occiſores Cardinalium, dec. 60. nu. 37.
Excuſantur à pœna receptatorum, qui metu, vel vi receptant, dec. 60. nu. 40. Et ſufficiuntur minæ, vel armorum uſus etiamſi arma deferens illis non utatur, & in dubio ita iudicandum eſt, dec. 60. nu. 41.
Pœna ſtatuta contra auxiliantes bannitis non habet locum in auxilio illis præſtito per viam judiciariam, ibid. nu. 50.
De pœna prægnantis, quæ ſe talem eſſe aſſerebat, cum revera non eſſet, dec. 61. nu. 6.
Pœna ſupponentis partum eſt falſi, & capitalis, ibid. num. 7. & participes huius ſceleris puniuntur, ibid. nu. 8.
Quæ ſit illa pœna capitalis, dubitatur, dec. 61. nu. 9. & 10.
Arbitrariam eſſe, & non ultimi ſupplicii, propugnatur, ib.n.11
pœna falſi eſt arbitraria, & ex circumſtantiis extendi poteſt uſque ad mortem, deciſ. 61. num.12.
Pœnæ capitalis nomine, quæ pœnæ contineantur, ibid. n.13.
Pœnæ triremis perpetuæ, capitalis dicitur, ibid. num.14.
Pœna obſtetricis participis partus ſuppoſitionis eſt arbitraria, quæ augeri valet uſque ad mortem, deciſ. 61. num.15.
In crimine falſi proceditur pœna arbitraria juxta delicti, & delinquentis qualitatem, deciſ.62. num.16.
Mutans ſibi nomen in celebratione contractus, ſupponendo ſe pro alia perſona, & ſe gerens pro Notorio, Doctore, Nobili, cum non ſit, punitur pœna falſi, deciſ. 62. num. 23.
Libertus, qui pro ingenuo ſe gerit, cum non ſit, pœna falſi tenetur, deciſ.62. num.24.
Qui arma, vel inſignia tollit, vel uſurpat punitur pœna falſi, deciſ.62. num.34.
Qui duobus eandem rem in ſolidum vendit, pœna falſi coercetur: qui rem obligatam diſſimulata obligatione alii diſtraxit, obligavit, vel in ſolutum dedit, ſtellionatus crimine tenetur, differentiæ ratio aſſignatur inter hos, & admittitur doctrina Merilli, deciſ. 63. numer. 5.
Dans operam rei illicitæ tenetur pœna ordinaria, damni ſequuti, deciſ. 64. num. 7.
Occidens Petrum, volens occidere Joannem punitur pœna extraordinaria delicti, deciſ. 64. num. 8. & 9. Intellige prout in num. 23. 24. & 25.
Dans operam rei illicitæ, ſi veroſimiliter cogitavit, aut ſaltem cogitare potuit, aut debuit de eo, quod inde facilè ſucceſſurum erat, ſicque quando opera eſt ordinata ad caſum ſubſequutum, plectitur pœna ordinaria, deciſ. 64. num.11. & num 13. & 26. ubi Senatus.
Mandans aliquem vulnerari, mediante pecunia, ſi illum occidat, puniri debet pœna ordinaria homicidii, deciſ. 64.n.14.
Pœna mortis puniuntur parentes, qui in locum ſolitarium, & à conſpectu hominum remotum infantes abjiciunt, ea intentione, & propoſito ut moriantur, eventu ſubſequuto, deciſ.64. num. 15. Refertur caſus de muliere enixa, quæ propriis manibus umbilicum prope abdomen illi abſcidit, & traditur reſolutum, qua pœna teneatur, deciſ.64. num.17.
Dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo quod ſequitur præter ejus voluntatem, pœna extraordinaria, deciſ.74. num.23. cum Senatu num.33.
Intendens occidere Cajum, caſu Titium occidit, quia tranſeuntem percuſſit, ordinaria pœna non tenetur, ibid. num. 25. Secus ſi volens occidere Cajum, errore occidit Titium, credens quod Titius erat Cajus, nam tunc ordinaria pœna punitur, ibid. ſub num. 25.
Qui ſe defendendo occidit prætereuntem, vel mediatorem, tantùm tenetur de exceſſu, & pœna extraordinaria, conſiderata illius culpa, deciſ.64. num.29.
Uſuras exercens punitur pœna extraordinaria, deciſ. 58. n.61.
Pœnas contra uſurarios exercere poteſt tàm Judex Eccleſiaſticus, quàm Sæcularis, & quare? deciſ.58.n.62.
Si defenſio ex intervallo fiat, impunis non evadit occidens, ſed tenetur pœna extraordinaria, & quare? deciſ.65. num. 17.
Offendens inſultantem fugientem punitur pœna extraordinaria, deciſ.65. num.19. quod declaratur num.20. & 21.
Caſu aggreſſus fuga ſaluti ſui rectè conſulere poteſt, ſi occidat aggreſſorem, punitur pœna extraordinaria, quod exemplificatur, deciſ. 63. num.25.
Perſona vilis ſi à nobili inſultatur, & non aufugiens occidit inſultantem, punitur pœna extraordinaria, quod declaratur, deciſ.65. num.26.
Quando veritas convicii excuſet injuriantem à pœna, remiſſivè deciſ.65. num.38.
Mediator corrixantium, qui aggreſſorem culpabilem percuſſit, & ex percuſſione deceſſit, non tenetur pœna mortis, deciſ. 65. num. 74.
Qui cum ſe ab inſultante defenderet, percuſſit quemdam ſaxo, qui mortuus fuit, tenetur tantùm alqua pœna, dec.55. n.75.
Projiciens ſclopetum parvæ menſuræ incidit in pœnam mortis naturalis, quod declaratur, deciſ.65. num.91.
Pœna mortis impoſita projicientibus ſclopetum parvæ menſuræ eſt ad terrorem, deciſ. 65. num. 95. vide reliqua in verbo *Sclopetum*.
Delinquens cum armis prohibitis punitur tantùm unica pœna, videlicet delationis armorum, ſi ea ſit major, quàm pœna delicti, vel delicti, ſi ea ſit major delationis armorum, quod declaratur, deciſ.60. num.96.
Si major eſt pœna delationis armorum, illa aggravatur ex exploſione, deciſ. 65. num. 97.
Homicidium in certamine lapidum commiſſum punitur pœna extraordinaria, deciſ. 66. num.6.
Quæ ſit iſta pœna extraordinaria, denodatur, dec.66. num.7. & 8.
Ludus lapidum in hac civitate Barcinonæ prohibetur ſub pœna fuſtigationis, & aliis pœnis, deciſ.66. num.9.
Quid obſervet Senatus in condemnando reos delatos de portu tormenti manualis parvæ menſuræ, & qua pœna puniantur, deciſ. 66. num.14.
Minor mitiori pœna, quàm ſtatuta punitur, deciſ.66. num. 15.
Pœnæ fuerunt minoribus minoratæ ex ſtylo diverſorum Regiorum Tribunalium Europæ, deciſ.66. num. 15.
Pœna mortis impoſita in Edictis generalibus contra projicientes jactus tormenti manualis parvæ menſuræ non obſervatur, deciſ. 66. num. 16.
Percutiens lapide niſi occidat punitur pœna arbitraria, inſpecta injuria, vel criminis qualitate, deciſ. 66.num.18. ubi de injuria lapidibus illata, & de pœna injuriantis remiſſivè.
Minores inquiſiti de portu inſtrumenti manualis parvæ menſuræ, & de aliis criminibus, & delictis, qua pœna afficiantur, deciſ. 66. num. 19.
Minores delati tantùm de portu inſtrumenti manualis parvæ menſuræ, qua pœna puniantur, deciſum traditur, deciſ. 66. ex num.24. uſque ad num. 27.
Interdum à benignitate pœnæ recedit Senatus ad pœnam aſſignandam minoribus in delicto portu inſtrumenti manualis parvæ menſuræ, deciſ. 66. numer. 28.
Reus deferens inſtrumenta manualia paryæ menſuræ, pro ſola de la-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

delatione incidit in pœnam triremium per decennium (nunc est in perpetuum) at hanc pœnam moderare observat Regium Concilium, decis. 66. num. 14.
Non admittitur juramentum suppletorium in causis criminalibus, quando agitur de pœna corporali, & quid in causis civilibus, decis. 67. num. 13.
Ex socii criminis dicto, juncta infamia Rei cum aliis indiciis efficaciam unius testis omni exceptione majoris superantibus in furto magno (quod est difficilis probationis, præcipuè nocturnum) condemnatur ad pœnam ultimi supplicii, deci. 67. numer. 26.
Quamvis furtum sit magnum, si non constet plenè de illo, non condemnatur ad pœnam ordinariam, sed extraordinariam, dec 67. num. 28.
Si furtum, ascendit ad summam centum librarum, si non est monetæ argenteæ Barcinonæ, quamvis constet plenè de furto, tantùm condemnatur ad pœnam extraordinariam, decis. 67 num. 29.
Minor excusatur etiam in furto magno à pœna ordinaria furti, decis. 67. num. 30.
In delictis mixti fori potest Iudex Ecclesiasticus laicos punire pœnis etiam temporalibus juxta aliquos DD. decis. 74. num. 10.
Allegantur contrarium tenentes, ibid. num. 11. & 12.
Pœna imposita per sœcularem semper præsumitur competens, decis. 74. num. 17.
Fratricidium punitur pœna ultimi supplicii, sed graviori, quam homicidium, decis. 79. num. 2.
In quæstione an forensis teneatur pœna statuti loci delicti, admittitur distinctio, quæ explicatur decis. 80. num. 4.
Forenses ignorantes condemnantur etiam ad pœnas statuti, vide in verbo *Forenses*.
Ad pœnam infligendam consideratur qualitas armorum, decis. 80. num. 16.
Pœna extraordinaria punitur testis deponens coram Judice incompetenti, quod declaratur, decis. 81. num. 22.
Pœna corporali non puniuntur Equites Ordinum Militarium insaculati in Domo Deputationis pro Stamento Militari, neque subjiciuntur Visitatoribus Deputatorum quoad personas, sed solùm pœna pecuniaria puniri possunt, decis. 81. num. 36.
Pœna arresti facti quomodo exequatur, si sint plures obligati, an in solidum, an verò pro rata, decis. 83. num. 7. Et quid si per stipulationem promissa sit, ibid. num. 8. 9. & 10.
Quoties plures per stipulationem sub pœna promittunt, si unus contrafecerit, ab omnibus in solidum ex æquitate agi non potest; sed tantùm pro rata, decis. 83. num. 8. 9. & 10. Nisi specialiter actum sit, aut Rei in solidum obligentur, ibid. num. 11
Pœna per stipulationem à pluribus commissa, quomodo exequatur, decis. 83. num. 8. 9. & 10.
Pœna statuta duellantibus, tam in Hispania, Gallia, Lusitania, Belgiis, Sicilia, quam in statu Ecclesiastico, traditur, decis 85. num. 22. & seqq.
Patrini, seu mediatores pugnantium in duellis, qua pœna in Hispania puniantur, decis. 85. num. 22.
Pœna defidantium nomine vero absque formis defidamenti, ve nomine ficto, quænam sit à jure statuta, decis. 87. num. 9.
Pœna majori digna sunt delicta Magistratuum, decis. 91. n. 7.
Pœna in uno processu, ex altera in alio processu non est vindicanda, decis. 92. num. 13.
De pœna Judicis Ecclesiastici, qui per gratiam, vel sordes judicaverit, decis. 95. num. 10.
De pœna Commentariensis, sive Custode carceris, quando reus captus aufugit, decis. 96. num. 9.
Pœna extraordinaria condemnatur Commentariensis ob contraventionem præcepti à superiore injuncti, decis. 96. num. 9.
Pœna privationis officii in hoc Principatu imponitur Officialibus negligentibus in persequendis delinquentibus, decis. 97. num. 8.
Pœna arbitraria coercentur Iudices iniquè iudicantes, dec. 97. n. 23
Pœna Constitutionis observantiæ, ut incurratur, tres præambulæ requisitiones Officialibus personaliter presentari debent, ibid. num. 29.
Pœna privationis officii infligitur Actuariis recusantibus presentare requisitiones Officialibus majoribus, dec. 97. n. 41.
Pœna arbitraria in delictis concussionis, & barattariæ extendi potest usque ad mortem, si tale delictum est reiteratum, quod exemplificatur dec. 100. n. 18. & 19.

POSSESSIO, ET POSSESSOR.

Dum plures contendunt possessionem, proceditur ad sequestrum, quod declaratur dec. 71. nu. 9.
Sed si in Regio Criminali Concilio constat certum esse possessorem, tunc non proceditur ad sequestrationem, sed ad assistentiam, ibid. n. 9.
Quando super possessione vacante duo contendunt, propter timorem ne partes veniant ad arma, poterit Iudex ex officio nobili illam sequestrare, dec. 21. nu. 1. quod declaratur n. 2. & 3.
Si certus sit possessor, & dubitatur ne alter eum deturbet, debet Iudex possessorem in sua possessione tueri, dec. 72. nu. 4. Hocque in casu solet Regium Criminale Concilium concedere possessori manutenentiam seu assistentiam, licèt inter easdem partes pendeat interdictum interim possessorium, ibid. n. 5. Quæ assistentia conceditur ex officio, ibidem n. 6.
Possessionis turbator puniri etiam potest criminaliter, dec. 72. n. 7.

POSTERITAS.

Posteritas indigna laudes antiqui generis abnegat, decis. 78. sub num. 8.

POTESTAS.

Potestates an teneantur de delictis Officialium ab eis electorum, remissivè dec. 71. nu. 24.
De Potestate Suprema Oeconomica, & politica, remissivè dec. 81. nu. 42.
Potestate Ecclesiastica deficiente, possunt laici capere Clericos, & in illos animadvertere, declaratur dec. 81. nu. 78.
Potestatis appellatione in usatico *Omnes Homines* quis veniebat, dec. 84. nu. 7.

PRINCEPS.

Princeps solus cognoscit de crimine læsæ Maiestatis, dec. 53. n. 6.
Princeps mortaliter peccat, si reum inauditum condemnet, aut denegata facultate se defendendi condemnari iubeat, dec. 53. num. 20.
Princeps tenetur ex officio vindicare gravamina, & oppressiones vasallorum, sub colore iustitiæ à Baronibus illata, decis. 71. num. 4.
Apud Principem iurisdictiones tanquam apud fontem sunt, dec. 71. nu. 1.
Omnes inferiores ratione supremæ iurisdictionis sunt sub ditione, & Principis protectione, ad quem pertinet providere, ne delicta, & maleficia, quæ committuntur, ulteriùs committantur, dec. 71. nu. 2.
Principis est, territorium concedere pro exercitio contentiosæ iurisdictionis, dec. 74. nu. 22.
Princeps Sęcularis potest prohibere comædias pœnis temporalibus dec. 74. nu. 36.
De Principe, aut Republica delinquenti benemerito, pœna remittitur, vel minuitur, dec. 78. nu. 2. etiam propter servitia à maioribus, vel coniunctis delinquentis impensa, ibid. n. 3.
Princeps potest ponere treugam ad certum tempus inter Militares, & alios inter se inimicos, dec. 87. nu. 15.
Princeps vide in verbo *Rex*.
Principis salus incolumitate Senatus conservatur, dec. 91. n. 10.
Principem de Magistratu peculiarem curam habere, maximè Reipublicæ interest, dec. 91. nu. 9.

PRIVILEGIVM,

Privilegio fori, ut gaudeat Miles, debet constare de militia per certificatoriam officiorum, & quod sit in rotulo descriptus, dec. 57. num. 15.
Privilegio militiæ viri an gaudeat vidua, ibid. nu. 16. inhonestè vivens privilegio viri non gaudet, ibid. nu. 17.
Privilegio fori tanquam bona, & res Ecclesiasticæ gaudent famuli perpetui Ecclesiasticarum personarum, qui propriè servi appellantur, decis. 58. num. 38. & 39.
Privilegio fori non gaudet, nisi qui habet beneficium Ecclesiasticum, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inservit, vel Clericalem habitum, & tonsuram deferens, degit, vel versatur in Seminario, vel schola, de licentia Episcopi, decis. 58. num. 40.
Privilegia tollere, & cassare potest Rex Baronibus, qui injustitiam faciunt, vel justitia abutuntur, decis. 71. num. 5.
In privilegiorum Regiorum Officiorum hujus Principatus exequutionem ad capiendum illorum possessionem, an sit concedendum auxilium, resolvitur decis. 72. num. 20.
Privilegiis, & foro viri gaudent viduæ Nobilium, seu Militum Militiæ aulicæ, decis. 76. num. 9.
Privilegium, quod competebat viro ratione officii habentis dignitatem annexam, non transit ad viduam, decis. 76. num. 11.
Pariter nec privilegium competens Patri ratione officii transit ad filios post illius mortem, & redditur ratio, decis. 76. num. 12.
Privilegio fori gaudent Equites Ordinum Militarium, decis. 81. num. 3. Quid verò observetur in hoc Principatu, ibid. num. 6.
Privilegium Militare non opitulatur Equitibus in casu offensæ, factæ non suo Judici, decis. 81. num. 13.

PRAGMATICA.

Pragmatica *E perque alguns 7. tit. de desafius*, quatenus suadet, priscis temporibus prohibitam jam fuisse facultatem duellandi expenditur, decis. 84. num. 11.
Pragmatica Dom. Regis Ferdinandi *Ultima tit. de desafius*, transcribitur decis. 86. num. 12.

PRÆCIPITATIO.

Præcipitatio est noverca justitiæ, decis. 90. num. 37. reliqua vide in verbo *Accelleratio*.

PRÆCONIZATIO.

In Regiis Præconizationibus qualis indicta sit pœna Dardanariis, decis. 55. num. 17.
Præconizationes Regiæ ad procedendum contra Boemos transcribuntur, decis. 56. num. 62. usque ad fin.
Præconizationis forma super prohibitione duellorum, decis. 88. num. 13. & 14. & novissima resolutio Senatus de anno 1687. ibid. num. 15.

PRÆ-

INDEX

PRÆFECTUS.

Præfectus Provinciæ cognoscit de delinquentibus in contemptum justitiæ, propter injuriam, aut similes res, decis. 73. num. 55.

PRÆGNANS.

De pœna prægnantis, quæ se esse asserebat, cum non esset, dec. 61. num. 6.

PRÆLATUS.

Prælati, & personæ Ecclesiasticæ insaculantur in bursis stimenti Ecclesiastici in domo Deputationis hujus Principatus, decis. 81. num. 11. Reliqua vide in verbo *Episcopus*.

PRÆMIUM.

Præmia licitantibus offerre quando possint Deputati, & Auditores Generalis Cathaloniæ, decis. 96. num. 23.

Et an sit arbitrarium, ibid. num. 33. usque ad fin.

Præmia publicè dari, & promitti debent, & quando, ibidem, num. 25. & 26.

PRÆSES.

In Sala magna Sacri Concilii Neapolitani absque Præsidis permissu nemo carcerari potest. Et de nostra Aula Regia remissivè, decis. 58. num. 21.

Prætoris, vel Præsidis fuit cognoscere de finibus regendis per agrimensores, decis. 77. num. 1.

PRÆSUMPTIO.

Iuris præsumptio est species legitimæ probationis, & transfert onus probandi in asserentem contrarium, decis. 54. num. 48.

Præsumptiones plures vincunt pauciores, & majores prævalent minoribus, decis. 65. num. 60. Et quando sunt æquales numero, & gravitate præferuntur, quæ militant in favorem Rei, ibidem num. 61.

Cui obstat præsumptio, majori, & graviori probatione gravatur, decis. 100. num. 41.

Pro officialibus urgentissimæ extant legales præsumptiones, dec. 100. num. 42. & 43. præcipuè pro Eminentibus, & Regiis Senatoribus, ibid. num. 44.

PRÆVARICATIO.

Prævaricationis crimen punitur pœna arbitraria, decis. 100. n. 17.

PRÆVENTIO.

Præventioni locus est inter Judices offensi, vel offendentis, si efficiatur offensa Judici officianti, licet incompetenti, decis. 81. numer. 10.

Præventioni locus non est in administranda jurisdictione in Civitate Tarraconæ inter Vicarium Regium, & Vicarium Archiepiscopi, quia utriusque Vicarii est cumulativa, decis. 82. numer. 16.

Præventio datur respectu diversorum Visitatorum, & sic si unus prævenerit in punitione delictorum, non poterit alter, quamvis fuerit Superior, delinquentem iterum punire, decis. 92. numer 14.

Preventio quando detur inter Actuarios criminales, ibid. num. 18

PRETIUM.

Pretium inter partes conventum præsumitur justum, decis. 54. num. 51. Et qui allegat injustitiam pretii, illam tenetur probare, ibid.

PROBATIO.

Probatio semiplena delicti ex exceptuatis *in cap. 15. cur. ann.* 1599. sufficit ad adimendum criminosis appellationis beneficium, decis. 51. num. 14.

Cum semiplena probatione qualitatis delicti privatur reus immunitate Ecclesiastica, ut consulatur bono publico, ibid. nu. 17.

Qui se fundat pro injustitia conventionis in inæqualitate, eam tenetur probare, ibid. num 50. & 53.

Probatio plena requiritur, quando agitur ad effectum pœnæ formalis probationis beneficii jam obtenti, decis. 70. num. 23. & 24.

PROCESSUS.

In Cathalonia processus Criminalis est Fisci, decis. 54. num. 64.

Ante recusationem, processus à Judice factus est validus, decis. 69. num. 15. Limita si Judex foret suspectus ratione inimicitiæ; quia tunc esset processus nullus, decis. 69. num. 16.

Pendente processu Criminali contra aliquem pro mala administratione officii publici, quod gesserat, aspirare non potest ad aliud, vel simile, decis. 70. num. 14.

PROCURATOR.

Procurator, qui non ignarus sui juris alium in judicio defendit, non potest ratione sui juris postea sententiæ exequutionem impedire, decis. 75 num. 10.

Procurator Regius in Civitate, & Campo Tarraconæ jura Regalia exercet, decis. 82. num. 16.

Procurator nomine Domini potest per actus fictos domino possessionem quærere, decis. 101. sub num. 4.

PRODITOR.

Proditor dicitur ille, qui vadit de facie ad faciem in incautum, absque ulla defidatione, seu aperta provocatione, ut arma ad manus ponat, & gladium evaginet, decis. 64. num. 3.

PROGENIES.

Ex mala progenie indicium depromitur, decis. 78. sub num. 8.

PROHIBITIO.

Potest fieri prohibitio extractionis, attenta penuria, ubi remissivè an etiam prohibitionem teneantur Clerici, vel conductores, aut coloni granorum Ecclesiasticæ personæ observare, ibid. num. 53.

Urgente necessitate quomodo fiat prohibitio extrahendi frumenta à Principatu, decis. 55. num. 50.

Forma prohibitionis extractionis à præsenti Principatu ex causa caritatis, & carestiæ, ibid. num. 54. & 55

PROFESSIO.

Professio criminosi an annulletur, decis. 70. num. 13.

Professio Equitum Divi Jacobi, Ordinis Calatravæ, Alcantaræ, & Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani quomodo emittatur, & de eorum institutione, & statutis, & aliis remissivè decis. 81. num. 5.

PROMISSIO.

Promissio est strictè interpretanda, ut minus obliget, decis. 83. num. 12. Idem dicitur de cautione, ibid. num. 13.

PROREX.

Prorex in Cathalonia, & aliis Regnis est *Alter Nos* Domini nostri Regis, habetque mandatum cum libero etiam in reservatis, decis. 89. num. 5. Intelligitur tamen exceptis illis, quæ per jura Patriæ, mores majorum, aut aliis a Corona Regia separari non possunt, ibid. num. 9.

Prorex non potest nominare visitatorem in Magistratus, nec informationes contra Regios Officiales recipere, nec ad finem inscriptis informandi Principem, nec in Proregem potest jurisdictio prorogari, dec. 89. num. 6.

Prorex ob absentiam Domini Regis illius nomine Regalias exercet, dec. 89. num. 5.

Prorex non habet facultatem visitandi Magistratus, dec. 89. n. 11. poterit tamen visitare Regios Officiales perpetuos, si commissionem particularem à Domino Rege habet, ibid. num. 12.

Prorex non potest contra Magistratus procedere absque speciali commissione suæ Majestatis, decis. 89. num. 13.

Prorex habet jurisdictionem delegatam ad universitatem causarum, decis. 89. num. 10.

Prorex, & Criminale Concilium solent deputare Visitatorem Universitatis, & quomodo id observetur, traditur in diversis decisionibus, decis. 89. num. 22.

Proregi visitationem committendam defenditur ab aliquibus, contrarium alii tenent, decis. 91. num. 15. & 16.

Proreges possunt obtinere commissionem in hoc Principatu, extra ea quæ sunt sui muneris, & officii, decis. 92. num. 10.

PROVINCIALIS.

Provinciales si offendunt Capitaneum Generalem, ac ejus Alguzirios, exercentes opera ad bellicam artem pertinentia, punitio pertinet ad Capitaneum Generalem, decis. 81. num. 14. Alia vide in verbo *Naturalis*.

PROTESTATIO.

Protestatio quando sit necessaria, ut negligentia Judicis in causis criminalibus privatis, punibilis sit decis. 97. num. 10.

Protestatio debet Judici præsentari, ut constituatur Judex supplicationis causæ criminalis in mora declarandi, dec. 97. nu. 15.

Protestationes personaliter præsentari debent Officialibus ad arguendum eorum negligentiam, ibid. num. 28.

Protestationibus Judex non renuat respondere, imò reprotestetur; & excusationes proponat, & quando in judicio contrafactionis debeat respondere, & id probatur, decis. 97. num. 39. Alia vide in verbo *Requisitiones*.

PROVISIO.

A provisionibus tormentorum in delictis exceptuatis *in ca. 15. Curiar. anni* 1599. prohibetur appellatio, dec. 51. nu. 16.

Provisio capturæ est merè interloquutoria, dec. 52. nu. 66. Et ab ea est prohibita appellatio, ibidem nu. 66. potest tamen carceratus coram Judice causæ proponere exceptionem malæ capturæ, ibid.

A Provisionibus interlocutoriis, veluti capturæ, & aliis non licet appellare in Curiis Ordinariis Regiis, quod declaratur, dec. 53. num. 10.

Provisio contra Baronem Ecclesiasticum, procedentem contra Officiales Regios, dec. 82. nu. 33.

Provisio sequestrationis jurisdictionis Archiepiscopi Tarraconæ in casu ibi controverso, dec. 82. nu. 43.

PRUDENTIA.

Prudentia est propria virtus Jurisperitorum, dec. 90. n. 36.

PUBLICATIO.

Publicatio cum banno registrari debet in processu, quia in eo consistit corpus delicti, dec. 60. nu. 15.

PUNITIO.

Punitio pertinet ad Capitaneum Generalem, si provincialis ipsum offendat, ac eius Alguzirios, exercentes opera ad bellicam artem, decis. 81. num. 14. Alia vide in verbo *Officialis*.

Q

QUALITAS.

Qualitates Visitatorum recitantur, decis. 90. num. 50. & 51.

Crimen falsi punitur pœna arbitraria, juxta delicti, ac delinquentis qualitatem, & causæ circunstantias, dec. 62. nu. 16

Ex qualitate percussionis infertur excessus in se defendente, decis. 65. num. 42.

Quali-

Qualitas personarum attendi debet pro judicando moderamine inculpatæ tutelæ, respectu fortitudinis corporis, decis.65.nu.43
Qualitas aggressionis, quando per testes formales probari non potest, probatur præsumptionibus, & conjecturis, decis.65.n.47
Percutiens lapide, nisi occidat, punitur pœna arbitraria, inspecta in juriæ, vel criminis qualitate, decis.66.num.18.
Mala qualitas inquisiti contra ipsum facit indicium, decis.67.n.25
Extractus ante ingressum habet jus ad rem ratione qualitatis pendentis à sorte, decis.70. num.29. & num.32.
Quomodo debeat constare de qualitate armorum, ut per Regium Criminale Concilium possit deveniri ad sequestrum, vel assistentiam, decis. 72. num. 10. & 11.
Ad pœnam infligendam consideratur qualitas armorum, decis. 80.num. 16.
Qualitates Visitatorum recitantur, decis.90. num.50.& 51.

QUERELA.

Querelæ modicæ in visitatione attendendæ non sunt,dec.90. n.30.
Querelæ non sunt admittendæ in Syndicatu pro judicatis,si sententiæ à Senatoribus in Aulis, vel in corpore Senatus capiantur, decis.94. num.36.& ratio assignatur num.37.& num.38.

R

RAPIENS.

RApiens meretricem, quæ desiit meretricari, puniendus an sit, non secùs ac si probàm mulierem rapuisset, remissivè decis.57. num.56. vide in verbo *Meretrix*.

REBELLIS.

Civitates rebelles puniuntur pœna aratri, & dissolvuntur muri, decis. 60. num.34.

RECATERIUS.

Licèt pro bono publico Recaterii, seu revenditores quandoque permittantur decis.55. num. 13. Attamen in aliquibus Regnis prohibentur emere frumentum, & hordeum, causa illud revendendi ibidem num.14.
Revenditores quàm pessimæ conditionis sint, ibid.num.15.

RECEPTATOR.

Si Receptatores delinquentium non essent, refrænaretur audacia delinquendi, decis.60.num.1.
Receptatores sunt, qui auxilium præstant dando, vel dari faciendo arma, vestes, pulverem, pilas plumbeas, alimenta, medicamenta,aliaque necessaria,dum auxilium quoquo modo præstando, receptare dicantur, ubi alia explicantia, qui sint Receptatores, decis.60. num.2.
Receptator est qui bannitis auxilum præstat ad eorum dispectum, & fugam, vel quis eis dat notitiam de toto eo quod per justitiam contra eos decernitur, & tractatur, ibid. num.2.
Expenditur ad id Reg. Prag. quæ est in ordine 1. *tit.de fautor. in 2.vol.Const.*
Etiam receptare dicitur, qui publicum latronem omittit capere; decis. 60. num.3.
Receptati etiam dicuntur delinquentes modum, qui fuerunt in agro, aut domo absconditi, & recepti; sed etiam alii, ib.n.4.
Receptare est frequenter recipere,sicut latitare sæpius latere,ib.n.5
Sufficit semel receptare cum dolo, ut Receptator puniatur, ib.n.6.
Pro simplici potu, vel cibo bannitis præstito, nemo punitur, si citra dolum fuerit præstitus, ibid. num.6.
Pœna receptationis habet locum, quando receptatio est dolosa, & voluntaria, aliàs secus, ibid. num.6.
Receptator non incurrit pœnam receptationis, nisi ad malum finem, & dolosè bannitos receperit, ibid. num.6.
Ut puniri possit receptator, vel fautor requiritur scientia,ib.n.7.
Qualis debeat esse scientia, ut receptator puniatur ad pœnam ordinariam, vel extraordinariam, ibid.num.8.
Contra illos, qui alimenta præstant eis, qui pacem publicam perturbant, procedítur per provisionem capturæ, & servata forma processuum via ordinaria, ibid. num.9.
Traditur forma procedendi contra receptatores, & fautores ejectorum a pace, & treuga, ad effectum ejiciendi receptatorem, & fautorem à pace, & treuga, decis.60. num.12.& 13.
Prosequitur forma procedendi contra receptatores,& fautores ejectorum à pace,& trèuga,non ad eos ejiciendum,sed puniendum via ordinaria: ubi solum postulatur notificatio, & publicatio ejectorum à pace, & treuga per Regia præconia, ibid. num.14.
Recensentur casus, in quibus præsumitur in receptante, & conversante cum bannitis scientia banni, remissivè, ibid. num.14.
De jure communi receptatores puniuntur eadem pœna, ac ipsi malefactores principales, decis.60.num.16. ubi remissivè de pœnis impositis contra credentes, defensores, Receptatores, & fautores hæreticorum, decis. 60. num.16.
Puniendos esse pœna extraordinaria probatur ibid. num. 17.
Apud nos etiam est pœna arbitraria, quæ extendi potest usque ad pœnam mortis inclusivè, decis. 60. num.18.
Quæ pœna sit statuta in Regiis præconizationibus contra Receptatores ejecturum à pace, & treuga, latronum publicorum, & facinorosorum, decis.60.num.25.
Contra Receptatores latronum publicorum ad eos puniendum pœna disposita in Regiis Preconizationibus, proceditur via ordinaria, ibid. nu.26.
Pœna demolitionis domorum, castrorum, mansorum, & aliorum locorum, ubi receptantur ejecti à pace, & treuga, & inimici acuidati suæ Majestatis, traditur ibid. nu.27.
Præcedere debet informatio, & declaratoria, & absignis appositione abstinendum est, nu.29.
Excusatur à pœna receptatorum qui metu, vel vi receptant, dec. 60. num. 40.
Sufficiunt minæ, vel armorum usus, etiamsi arma deferens, illis non utatur, ut quis metu receptasse dicatur, & in dubio ita judicandum est, dec.60. nu.41.
Excusantur etiam habentes animalia in campaneis,si dent victum bannitis; quia præsumuntur coacti hoc facere,& qui multitudini irruentium cibum præstant, pariter excusantur, sed superioribus denuntianda est involuntaria receptatio, ibid.n.42.
Excusantur etiam receptantes bannitos, vel dantes illis cibum, & potum in ruribus, & casalibus parvis, ubi remissivè de receptante bannitum transeuntem, ibid. nu.43.
Excusantur etiam hospes, caupo, aut stabularius, & quomodo, ibid. nu.44.
Ac uxor, quæ receptat maritum, ubi de Patre, & Matre, aut uxore receptante maritum, vel filium cum re furtiva scienter, ibid. num. 47.
Amasia bannitum receptans punitur pœna mitiori, & quid quando est particeps sceleris, ibid. nu.46.
Excusantur pater, & mater receptantes filios bannitos, & è contra, ibid. nu.48.
Puniuntur affines, vel consanguinei pœna extraordinaria, qui receptant consanguineum, vel affinem bannitum, ibid. n.48.
Receptantes bannitos toleratos excusantur, ibid. nu.49.
Pœnæ statutæ contra auxiliantes bannitis non habent locum in auxilio illis præstito per viam judiciariam, ibid.nu.50.
Receptatores delinquentium a quo Judice puniantur, controvertitur inter DD. ibid. nu. 51.
Ad R.C. Conc. spectat cognitio receptantium, quando coram eo pendet causa delinquentis principalis, ibid. nu.52.
Propter scandalum, quod committunt Barones, quando facinorosos homines scienter receptant, eorum jurisdictiones sequestrantur dec.71. nu.10.

RECURSUS.

Recursus in quibus casibus sit permissus à sententiis Visitatorum Generalitatis Cathaloniæ, & quomodo in his procedatur, dec. 96 nu. 29. Ubi decretum Domini Regis, & nu.30. & 31. Et ampliùs in Addit. ad 2. par.
Recursus ex causa notoriæ injustitiæ nunquam censetur denegatus, ibid. num.29.

RECUSATIO.

Ante recusationem, processus à Judice factus est validus, dec.69. nu.25. Limita si Judex foret suspectus ratione inimicitiæ; quia tunc esset processus nullus, dec.69. nu.16.
Licèt acta per Judicem ante recusationem sustineantur, non evenit, quando recusatio procedit ipso iure, dec. 69. nu. 17.

REGALIA.

Regalias exercet Prorex nomine Regis ob illius absentiam, dec. 89. numer. 5.
Palatia sunt de Regalibus, dec. 58. num. 10.
De Regalibus est, Castra, turrim, aut forta lltium construere, & tenere, quod non licet absque Domini Regis beneplacito, ibidem numer. 11.
Regaliam nullam habet communicatam Vicarius Archiepiscopi Tarraconen. dec. 81. nu. 12.

REGVLA.

Regula *utile per inutile non vitiatur* explicatur dec. 70. nu. 49.
Regula *resoluto iure dantis, resolvitur ius successoris* declaratur decis. 76. numer. 27.

RELATOR.

Relatoris arbitrio in hoc Principatu in causis vertentibus in Regia Audientia relinquitur vocare partes, & Advocatos ad concordandum in facto, & quomodo procedatur, dec. 97. nu. 50. & 51.

RELEGATIO.

Durante tempore relegationis, vel similis condemnationis temporalis, non potest condemnatus elegi ad honores dec.70.n.15.

RELIGIOSVS.

Sub Religiosorum nomine non continentur Equites Ordinum Militarium, dec.81.n.4. Neque sunt verè, & perfectè Religiosi nu.1. Licèt alii contrarium teneant nu.2. In hoc verò Principatu Cathaloniæ, quoad eorum bona propria, sunt in jurisdictione Domini Regis: & personæ sæculares censentur; quo verò ad eorum personas pro Ecclesiasticis reputantur, dec.81. nu. 6.
Religiosi verè, & propriè dicuntur Equites Sancti Joannis Hierololymitani;quia emittunt tria vota substantialia,dec.81.n.16
An una Religio possit uti insigniis alterius Religionis, remissivè dec. 62. nu.37.
Religiosi imitari debent specialiori modo lenitatem, & mansuetudinem Christi, dec.65. nu.37.
Criminosus non potest admitti ad Religionem, dec. 70. num. 13. Ubi an professio criminosi annulletur.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

REMEX, ET REMIGATIO.

Insultatus cum ense evaginato, qui insultantem percussit in capite, & postmodum pluries capite ejus per capillos percussit, qui ex tali infirmitate decedit, condemnatur ad remigandum, decis. 65. num. 13.

Homicida vindicando aggressorem verberantem, ipsumque ex improviso occidendo, ob excessum condemnatur ad remigandum vita durante, decis. 65. num. 14.

Remiges in hoc Principatu, & Corona Aragonum præcisè non sũt exportandi ad triremes Regni Sardiniæ; quia ex causa per viam depositi possunt ad triremes Hispaniæ transmitti, dec. 80. n. 17.

Regium circa hanc materiam diploma, ibid. num. 18.

Condemnatus durante tempore relegationis, vel similis condemnationis temporalis, ad honores eligi non potest, dec. 70. n. 15.

REMISSIO.

Etiam denegatur remissio causæ ad inferiorem de ejus subditis quando contra consocios adest causa coram Superiore, ib. n. 53.

RENUNTIATIO.

Renuntiatio jurata beneficii Velleyani an obstet mulieri, decis. 83. num. 2. & 5.

REPERTURA.

Repertura partis rerum furatarum influit, & est indicium, ad furtum totius rei, & de aliis indiciis, decis. 67. num. 29.

RESIGNANS.

Licet resignans post perfectam resignationem beneficii nullum jus habeat, cum omne jus sit translatum in resignatarium, sententia tamen lata contra resignantem obstat resignatario scienti, & patienti, decis. 74. num. 4.

RESCRIPTUM.

Rescriptum Regium quo ordinatur Locumtenenti Generali hujus Principatus quod referat leges, & ordinationes municipales ad excidendum damnatum abusum duellandi, decis. 84. num. 1.

Rescripta Regia quomodo expediantur, decis. 92. num. 1.

RESISTENTIA.

Resistens, vel offendens jurisdictionem alicujus Judicis, etsi incompetentis in exercitio sui officii punitur à Judice offenso, decis. 81. num. 12.

Resistens Regiis Officialibus in actu capturæ, seu executionis alicujus provisionis, vel sententiæ, si resistens est Clericus, puniri debet à Judice Brevis Apostolici, quia est delictum atrox, decis. 81. num. 34.

REPETUNDÆ.

Crimen repetundarum in hæredes exercetur, decis. 100. num. 14.

RESPUBLICA.

Reipublicæ maximè interest Principem de Magistratu peculiarem curam habere, ut illius auctoritas sustineatur; nam in Magistratuum decore spiritus justitiæ, & Regni essentia conservatur, decis. 80. num. 9.

Reipublicæ utilis an sit visitatio, auctoris judicium, ibid. num. 24.

Interest Reipublicæ, ne Civitas ruinis deformetur, prout è converso interest Reipublicæ, ut Civitates ædificiis impleantur, & ornentur, decis. 60. num. 31.

Interest reipublicæ, ut delinquentium domus demoliantur ob criminum detestationem, decis. 60. num. 33.

REQUISITIO.

Requisitio partis necessaria est, ut negligentia Judicis declarandi causas criminales, punibilis constituatur, decis. 97. num. 15. Alia vide in verbo *Interpellatio*.

Requisitiones requirunt scripturam, & quod fiant instanter, instantiùs, & instantissime, decis. 97. num. 33. debentque fieri congruo tempore, idest postquam processus est instructus, & esset Judici exhibitus, depositumque esset salarium, n. 34. & 35. & sunt omnibus conjudicibus præsentandæ, num. 36.

Requisitiones quando præsententur Superioribus Magistratibus, decis. 97. num. 41.

RETENTIO.

Retentio pro creditis datur colono, finita conductione, tenutarix, finita tenuta, emptori cum pacto de retro, resoluto pacto, creditori redempto pignore; & aliis; eisdemque manutentio conceditur, decis. 102. num. 18.

Retentio domi tormenti manualis ignei reprobati, an sit punibilis, traditur decis. 65. num. 100.

REUS.

Reus captus, vide in verbo *Conferentia*.

Reus condemnatur ad pœnam extraordinariam constito plusquam semiplene de delicto ex exceptuatis *in cap.* 15. *Curiar. anni* 1599. decis. 51. num. 14.

Cum semiplena probatione subjicitur reus quæstionibus, & tormentis, ibidem.

Interrogatio Rei est litis contestatio, nec licèt Judici eum interrogare, nisi de delicto, de quo est diffamatus, vel indicia, vel semiplena probatio subsint, decis. 59. num 5.

Solum requiritur, quod reus interrogetur super facto, & super accusatione, vel denuntiatione; non autem super pœna; quoniam est articulus juris, decis. 59. num. 6.

Sat est quod reus respondeat in defensionibus super delicto, ut dicatur lis contestata, decis. 59. num. 7.

Domus Rei criminis læsæ Majestatis in primo capite demoliri debent, decis. 60. num. 36.

Quid observet Senatus in condemnando reos delatos de portu tormenti manualis parvæ mensuræ, decis. 66. num. 14.

REX.

Rex jurisdictionem habet in bonis propriis Equitum Ordinum Militarium, quia quoad ea dicti Equites personæ sæculares censentur; quamvis quoad eorum personas pro Ecclesiasticis reputentur, decis 81 num. 6.

Rex tanquam administrator perpetuus Ordinum Militarium Castellæ potest causas, & punitionem Equitum Ordinũ Militarium Judicibus Sæcularibus committere, & si pro hoc Principatu, tunc expediri oportet commissio per Sacrum Supremum Concilium ordinum cum litteris approbatoriis, & ut vulgò dicitur *Sobrecarta* Supremi Concilii Aragonum, decis. 81. num. 38.

Rex in omni jurisdictione habet fundatam intentionem, & ab eo tanquam à fonte dimanat, decis. 82. num. 1.

Rex in Civitate Tarraconæ, & admodum Reverendus in Christo pater Archiepiscopus ejusdem Civitatis habent in dicta Civitate jurisdictionem Civilem, & Criminalem, merum, & mixtum imperium; & illam exercent pro indiviso, decis. 82. num. 11.

Rex in Civitate, & Campo Tarraconæ solus creat alium Officialem, qui Procurator Regius vocatur, decis. 82. num. 15. & jura Regalia exercet, ibid. num. 16.

Rex privativè cognoscit de contentione jurisdictionis inter duos Barones, vel Baronem, & officialem Regium, etiamsi Baro sit Ecclesiasticus, ubi diversæ conclusiones Senatus expressantur, decis. 82. num. 35. & 36.

Reges priscis temporibus eligebantur, & quis fuit electus in Castella, Aragonia, & in hoc Principatu, decis. 84. num. 15.

Reges, & Judices duella non patiantur, quia illorum mala Deus ab illis exiget, decis. 88. num. 11.

Rex nominat visitatores ad Regias Universitates, quod procedit etiam in hac Civitate, si ejus Consiliarii, vel Civitas id petant, decis. 89. num. 4.

Rex eligit ex terna Judicum tabulæ, & quid in visitatione domus Deputationis observetur, decis. 89. num. 3.

Rex non potest sibi ipsi potestatem, superioritatem, & jurisdictionem auferre, ibidem num. 10.

Rex non attribuit visitatori Regio commissionem, seu delegationem ad visitandum, sed nominat visitatorem ad exequendum visitationem in officialibus, juxta formam in *cap.* 5. *Curiar. an...* 1599. statutam, ibid. num. 7.

Pro injuria facta Judici ut privatæ personæ, Dominus Rex, & ejus Regium Concilium causam ad se evocat, decis. 69. num. 3.

Jurisdictiones, quas Barones in suis Baroniis habent, ab ipso Rege fluunt; & sic si Barones impiè circa jurisdictionis exercitium agant, potèrit Rex ut suprema potestas tales Barones, & inferiores dominos, jurisdictione abutentes punire, dec. 71. n. 1.

Potest Rex Baronibus, qui injustitiam faciunt, vel justitia abutuntur, privilegia tollere, & cassare, decis. 71. num. 5.

RIXA.

Rixa mota in Ecclesia, à qua exierunt, offendens extra Ecclesiam gaudet immunitate, decis. 85. num. 17.

Rixæ periculum quando adest, quomodo sit procedendum, decis. 87. num. 16. & 18.

Aggressor præsumitur, qui armatus accedit ad locum rixæ, decis. 65. num. 49.

Ex loco rixæ præsumitur an sit aggressor, necne, dec. 65. num. 52.

Occurrens fratri, & rixantem cum fratre occidens, putans eum fuisse aggressorem, cum fuisset insultatus, non punitur de homicidio, sed de excessu, decis. 65. num. 92.

RUSTICUS.

Nobili quando permittatur interficere, vel offendere rusticum ad honorem recuperandum, decis. 65. num. 44. & 45. quod declaratur num. 46.

S

SALUS.

SAlus Principis incolumitate Senatus conservatur, decis. 91. num. 10.

SALTATIONES.

Saltationes tempore carnisprivi jam sunt depulsæ, decis. 74. n. 38 & ex num. 39. usque ad fin. decisionis plura prohibitionem confirmantia adducuntur.

SALUTATIO.

Salutatio debetur Magistratibus, & Judicibus, decis. 90. num. 22 quod procedit etiam durante tempore syndicatus, decis. 90. numer. 23.

SALVAGUARDIA.

Salvæguardiæ quibus personis concedi possunt, decis. 87. num. 19. quibusve temporibus sunt publicandæ, ibidem numer. 20.

SÆCULARIS.

Sæculares personæ in domo Deputationis insaculantur tantùm in Bursis stamenti Militaris, decis. 81. num. 11.

SÆVITIA.

Ob sævitias domini in vassallos, privatur ipse jurisdictione de jure communi, dec. 71. n. 37. & quid in Cathalonia observetur, ib. n. 38.

UAB Biblioteca de Ciències Soc

SCIENS, SCIENTIA.

Scienti non fit fraus, nec dolus, dec. 63. nu. 4.

Scientia, vel ignorantia coniecturis probatur, dec. 75. nu. 26.

SCLOPETUM.

Sclopetum parvæ mensuræ projiciens incidit in pœnam mortis naturalis: huius tamen pœnæ impositio est ad terrorem, dec. 65. nu. 91. & 95.

Statutum prohibens iactum sclopeti non comprehendit eum, qui se ipsum defendit, dec. 65. n. 98. quod declaratur nu. 99.

SENATOR.

Senatorum Regiorum uxores, & liberi gaudent privilegio fori, quod declaratur dec. 76. nu. 21. Opinio Auctoris ibid. n. 22.

Pro Senatoribus Regiis urgentissimæ extant legales præsumptiones, dec. 100. nu. 44.

Senatores dignitate decorantur, dec. 100. nu. 48.

SENTENTIA.

Sententia iudicii Procerum Civitatis Barcinonæ non admittit appellationem, dec. 53. nu. 48.

Sententia privationis requiritur, ut infamia iuris auferre possit beneficia iam obtenta, dec. 70. nu. 32.

Sententia tantùm operatur inter eos, inter quos actum, & iudicatum est, dec. 75. n. 1. Nocet tamen tertio scienti, & patienti litem agitari, ibid. nu. 2. Et lata contra usufructuarium nocet proprietario scienti litem agitari, & è contra, ibid. nu. 2. Lata contra uxorem nocet marito, si scit, & patiatur, litem cum uxore agitari, nec poterit executionem impedire, ibid. num. 3. Lata contra resignantem post perfectam resignationem beneficii obstat resignatario scienti, dec. 75. nu. 4.

Sententia lata contra aliquem nocet patienti, & scienti, si ille eius nomine causam ducat, licet absque mandato, dec. 74. n. 5.

Sententia lata contra debitorem nocet creditori scienti, & patienti litem cum illo agitari super proprietate pignoris, dec. 75. n. 6

Lite agitata contra matrem, uti tutricem filii sui nocet sententia matri hæredi, & possidenti, cum Senatu, dec. 75. nu. 7. Idem in emptore qui rei sibi venditæ nomine cum venditore scit causam agi, sibi præjudicat, & sententia illi nocet, ibidem nu. 8.

Sententiæ executionem impedire non potest Procurator non ignorans jus suum, & alium in judicio defendens, propter litis, & causæ scientiam, decis. 75. num. 10.

Sententia lata contra proprietarium nocet usufructuario scienti cum Senatu, dec. 75. nu. 11.

Sententia lata contra accusatorem non nocet novo accusatori ignoranti, qui suam, vel suorum iniuriam prosequi intentat, quod in Cathalonia non procedit, dec. 75. nu. 12.

Sententia in causa contentionis lata quibus noceat, vide in verbo *Contentio*, ubi plura notabilia de hac re.

Sententia intervenire non oportet in crimine hæresis ad infamiam contrahendam, dec. 70. nu. 34.

De sententiis inquis an syndicentur officiales, dec. 94. n. 11. & 12

Sententiæ si in Aula proferantur, vel in corpore Senatus, pro iudicatis non sunt admittendæ querelæ, & quare, dec. 94. n. 36. Corroboratur, & comprobatur ex iure peculiari nostro, ibid. num. 38. & 39.

Sententia quando prolata per sordes, aut gratiam, sit nulla, & revocationi subiecta, dec. 95. nu. 18.

Sententia quando dicatur notoriè iniusta, dec. 96. nu. 27.

Sententia quando iniusta profertur notoriè, & adest acceleratio, insurgunt duo indicia, præcipitatio scilicet, & iniustitia ad dolum præsumendum, dec. 97. nu. 48.

SEQVESTER, SEQVESTRATOR.

Sequestratoris nominationis litteræ expediuntur in forma Cancellariæ, & quomodo, dec. 71. nu. 45.

Quid observetur quando Regens Thesaurariam nominatur Sequestrator, ibid. nu. 46. & de Senatus observantia nu. 47.

Sequestratori de fructibus Baroniæ sequestratæ assignatur salarium, & qua forma, dec. 71. nu. 48.

Stylus procedendi in taxatione salarii sequestratoris, dec. 71. ex nu. 50. usque 52. ubi de taxatione alimentorum in sequestro puellarum.

Iudex in causa, qua iudicaturus est, de iure communi sequester esse potest, quod non procedit in hoc Principatu, dec. 71. num. 53. ubi Senatus.

SEQVESTRATIO, SEQVESTRVM.

Sequestra bonorum contra dardanarios ex resolutione Trium Aularum fuerunt sublata, dec. 55. nu. 36.

Quando Barones iurisdictione abuntur, sequestrantur Baroniæ & illi revocabiliter privantur iurisdictionibus. Sed fructus, & emolumenta ipsius rei sequestratæ non auferuntur, dec. 71. n. 6.

Ad sequestrationem procedi potest in casibus à iure permissis, dec. 71. num. 8.

Ad sequestrum proceditur, dum plures contendunt possessionem, dummodo de suspicione armorum, & scandali prius in actis constet, dec. 71. num. 9.

Sed si in Regio Criminali Concilio constat, certum esse possessorem, tunc non procedit ad sequestrum, sed possessori assistentiam concedit, dec. 71. nu. 9.

Sequestratio iurisdictionis praticatur contra Barones Ecclesiasticos in casibus à iure permissis, dec. 71. nu. 18. & 19.

Quando sequestrantur iurisdictiones propter abusus Baronum, regulariter non fit provisio capturæ contra eos, ubi Senatus, dec. 71. num. 20.

Si tamen appareat Senatui quod ultra sequestrationem excessus Baronis maiori indigent demonstratione, procedit ad provisionem capturæ, & punitionem delicti, dec. 71. nu. 22.

Quando sequestrum providetur sine provisione capturæ, auditur Baro Sæcularis extraiudicialiter, ibid. sub nu. 22.

Ad sequestrum iurisdictionis Baronis proceditur ob desidiam, & negligentiam officialium eius, dec. 71. nu. 23.

Ad sequestrum iurisdictionum saltem civilium proceditur, quando Barones malè se gerunt in illarum exercitio, dec. 71. n. 30.

Sequestro locum non fuisse declaratum, si proposita querela, vel accusatione, non apparet de causis oppositis Baroni, decis. 71. numer. 41.

Locumtenens Generalis nominat sequestrem, & hic quomodo ingrediatur possessionem sequestri, declaratur dec. 71. n. 43.

Sequestri litteræ dicuntur iustitiæ, & quomodo expediantur, decis. 71. num. 44.

Quando duo contendunt super possessione vacante propter timorem ne partes veniant ad arma, potest Iudex ex officio nobili sequestrare possessionem, quod declaratur dec. 72. nu. 12. & 13.

Ad sequestrum non procedit Iudex quando possessor est certus, ibid. n. 4. Amplia quamvis rixæ, vel contentiones timeri possent, ibid. sub num. 4.

Nec sequestro locus est, quando constat de detentore, ib. sub n. 4.

Vt ad sequestrum, vel assistentiam deveniri possit per Regium Criminale Concilium, quomodo constare debeat de qualitate armorum, seu scandali, dec. 72. nu. 10. & 11.

Sequestrari potest iurisdictio Sæcularis, si ea abutantur Barones Ecclesiastici, dec. 87. nu. 6.

Sequestrantur iurisdictiones temporales Equitibus Ordinum Militarium propter abusus in iurisdictione commissos, dec. 81. n. 9.

Sequestrationis provisio circa temporalitates Archiepiscopi Tarraconæ, decis. 82. num. 43.

SERVITIUM.

Servitia remittunt, temperant, vel minuunt pœnas, dec. 78. n. 2

Etiam à Majoribus, vel conjunctis impensa, ibid. num. 4.

Cum Senatu ibid. ex num. 13. usque ad 17.

Quando ob servitia non temperetur pœna delinquentis, ibidem num. 9. & 10.

Si servitia delicto sint annexa an temperetur, vel minuatur pœna decis. 78. num. 11.

Pulchra est lex, & pulchra gratia, quæ fit in remunerationem servitiorum, decis. 78. sub num. 4.

SERVUS.

Servi propria propria pœna est fustigationis, decis. 58. num. 37.

Volens percutere servum, percussit ex errore hominem liberum, non tenetur actione injuriarum, decis. 64. numer. 10.

SIGILLUM.

Operæ ejus esse præsumuntur, cujus est sigillum, decis. 62. n. 40.

SIGNUM.

Unus artifex non potest sibi assumere signum alterius, dec. 62. n. 3.

Iudex prohibere tenetur, ne alieno signo quis utatur, ibid. num. 4.

Delictum committit, & punire potest Iudex artificem, qui alieno signo utitur, decis. 62. num. 7.

Ex usurpatione dolosa signi, in alterius nocumentum committitur crimen falsi, decis. 62. num. 13.

Lex Cornelia de falsis ad omnia instrumenta se extendit, & sic ex eadem lege in crimen falsi incidit, qui signo alieno utitur, mutat, corrumpit, vel contrafacit, decis. 62. num. 13.

Fraude existente, vel dolo interveniente, ibid. num. 14.

Mercatori non licet uti signo alieno præoccupato, eoque dolosè extento, arbitrariè punitur, tanquam falsum committens, decis. 62. num. 15.

Hæc majori ratione procedunt in signis auctoritate publica constitutis, quæ recitantur decis. 62. num 17.

Signa sunt nomina muta rerum, decis. 62. num. 18.

Habitus est signum, quo secernuntur gentes, decis. 62. num. 28.

Inter privatos injuria fit ei, cui stigmata usurpantur, vel contemnuntur, decis. 62. num. 33.

Cum damno tertii non licet assumere alienum signum, dec. 62. n. 35.

Faber, qui in gladiis utitur quodam signo, potest alteri prohibere facienti idem signum, decis. 62. num. 36.

Nec etiam artifex potest uti signo alterius periti; quamvis habitent in diversis locis, si adest præjudicium periti, dec. 62. n. 41.

SOCIETAS.

Agitata est controversia, an societate apponens capitale, licitè possit pacisci, ut illud sibi salvum, & integrum maneat, etiam cum certo lucro, annuatim, vel per alia distributa tempora percipiendo, recitantur DD. opinionis negativæ, decis. 44. num. 15.

Litteraliter traditur Bulla Sixti V. edita 25. Octobris 1586. ib. n. 16.

Recitantur DD. contrariæ sententiæ, ibid. num. 17.

Hi afferunt contractum illum trinum nuncupari, ibid. n. 18.

Et licitum esse, etsi tacitè si æquivalenter celebretur, ibid. num. 19.

Quamvis tres illi contractus fiant unico, & eodem tempore, sive diverso, ibid. num. 20.

Etiamsi capitale consisteret in mercibus, ibid. num. 21.

Vel in animalibus, ut in ovibus, ibid. num. 22. aut in vaccis, ibid. num. 23. vel in bobus, ibid. num. 24.

INDEX

Bulla Sixti V. edita 25. Octobris 1586. damnat societates, in quibus unus socius assecurat capitale, & lucrum alterius, nulla recepta compensatione, ibid. num. 25.
Locationem dixerunt, qui citantur, ibid. num. 30.
Emptionem, & venditionem alii, ibid. num. 31.
Alii, nec emptionem, nec venditionem, sed mutuum, ibid. n. 32
In societate æqualitas requiritur, nam si improportionabilis, & inæqualis fuisset, usuraria, & leonina societas celebraretur, ibid. num. 33.
In contractu societatis, vel assecurationis usuraria dicitur conventio, per quam quis suscipit periculum assecurandi capitale, nisi in compensationem periculi suscepti dimittatur pars lucri proportionabilis, ibid. num. 36.

SOCIUS.

Ex fuga socii infertur indicium contra alium criminis socium, remissivè decis. 67. num. 8.
Referuntur indicia quoad socium, videlicet fugæ, famæ, mendacii, & malæ qualitatis inquisiti, & alia, dec. 67. n. 16. usq; ad 22.
Ex socii criminis dicto uncta infamia Rei, cum aliis indictis, efficaciam unius testis omni exceptione majoris superantibus condemnatur in furto magno, quod est difficilis probationis, præcipuè nocturnum, ad pœnam ultimi supplicii, dec. 67. nu. 16.

SOLICITUDO.

Solicitudo ad Judicem spectat in criminalibus, decis. 97. n. 1.

SPOLIATOR, SPOLIUM.

Spoliator etiam cum armis punitur, & spolii causa tunc tractatur criminaliter, decis. 72. num. 8.
Quando spolium dicatur commissum cum armis, decis. 72. nu. 9.
Sufficit quod spoliator armis veniat, licèt illis non utatur, ibidem numer. 9.

STATUTUM.

Statutum valet ut intra certum tempus compareat quis, quo elapso amplius non audiatur, decis. 53. num. 41.
Potest per statutum tolli citatio per viam modificationis, ib. n. 42.
Per statutum generale non tollitur præcedens speciale, dec. 52. n. 61
Statutum generale debet servari in omnibus aliis casibus, in quibus non loquitur particulare, ibid. num. 61.
Statuta punientia delicta interpretantur, si delicta fiant dolo malo, vel ex proposito, decis. 60. num. 6.
Statutum, vel bannimenta prohibentia allocutionem, conversationem, & receptationem bannitorum, habent locum, quando allocutio, conversatio, & receptatio est dolosa, & fit in damnum Fisci, vel Reipublicæ, decis. 60. num. 6.
In quæstione an forensis teneatur pœna statuti loci delicti admittitur distinctio, quæ explicatur, decis. 80. num. 4.
Statutum imponens pœnam mortis pro primo furto obligat forenses ignorantes, decis. 8. num. 5.
Forenses ignorantes condemnantur etiam ad pœnam statuti prohibentis delationem armorum, juxta unam DD. opinionem, decis. 80. num. 7. Alii DD. existimant statutum ligare ignorantes, quando pœna statutaria est levis; secus si gravis, quod declaratur, ibid. num. 8.
Forensis portans arma in itinere non continetur sub statuto prohibente portum armorum, decis. 80. num. 10.
Statuta Equitum Divi Jacobi Ordinis Calatravæ, Alcantaræ, & Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani remissivè traduntur, decis. 81. num. 5.
Statuta æquiparantur cum consuetudine, & è contra, dec. 88. n. 4.
Statuta accipere debent interpretationem à consuetudine universali, & eam interpretationem accipere etiam debet delegatio syndicatus, quamvis sit concepta plenioribus verbis, ibid. num. 19.

STELLIONATUS.

Quando deficit titulus criminis, stellionatus nominatur, decis. 62. num. 11.
Delicta quæ proprium nomen non habent, sub nomine, & crimine stellionatus comprehenduntur, decis. 63. num. 1.
Stellionatus crimine tenetur qui impostùram fecerit, vel collusionem in necem, hoc est fraudè, & damnum alterius, dec. 63 n. 3.
Crimen stellionatus, & truffa præsupponere debent dolum, dec. 63. num. 4.
In stellionatus crimine quomodo contrahatur infamia, enodatur decis. 63. num. 16.

STIGMA.

Inter privatos injuria fit ei, cui stigmata usurpantur, vel contemnuntur, decis. 62. num. 33.
Cuilibet permissum est ad sui beneplacitum insignia eligere, sicut nomina; non tamen stigmata, decis. 62. num. 33.

STIPULATIO.

Plures quoties per stipulationem sub pœna promittunt, si unus contrafecerit, ab omnibus solida pœna ex æquitate exigi non potest, sed tantùm pro rata, decis. 83. num. 8. 9. & 10. Nisi specialiter sit actum, ut Rei in solidum obligentur, ibi. n. 11
Pœna per stipulationem à pluribus commissa, quomodo exequatur, decis. 83. num. 8. usque ad num. 11.

STUPRUM.

Stupra per vim illata meretricibus, raptus, forum effracturæ, aliaque hujus generis flagitia in his, qui ea libidinis, lasciviæque causa perciti admittunt, leviori pœna, quàm ordinaria coercentur, ubi remissivè de quæstione, quando meretrix delit meretricari, an rapiens puniendus sit non secus ac si probam mulierem rapuisset, decis. 57. num. 56.
In stupro proceditur de officio, decis. 57. num. 92. ubi traditur quod potest in omnibus delictis de officio procedi ex generali consuetudine, & num. 43.

SUBSTITUTUS.

Substitutus in casu mortis illius, quem interfecit, fidei commissi beneficio privatur, quod declaratur, decis. 79. num. 19.

SUCCESSIO.

Si occisor per statutum excluditur à successione occisi, incapax judicatur, decis. 79. num. 10.
Expenditur *Constitutio unica tit. de indignis de successionis*, decis. 79. numer. 11.
Privatur successione occisi non solum qui occidit suis propriis manibus, sed etiam qui quocumq; alio modo interficit, decis. 79 numer. 13.
Homicida non solùm privatur immediatè successione illius quem interficit, sed etiam prohibetur succedere ejus hæredi, decis. 79. num. 14. limita ibid. num. 15. & 16.
Quando occisor privatur successione occisi, ea ad Fiscum non devolvitur in hoc Principatu, decis. 79. num. 20.

SUPERIOR.

Quoties superiori devolvitur facultas eligendi, tenetur eligere personam de eodem oppido, decis. 70. num. 44. & 45.
Superior debet esse mitis, & placidus omnibus, decis. 90. num. 40.

SUPPLICATIO.

Supplicabatur in Cathalonia per *cap. 15. Curiar. anni* 1599. à diffinitivis, & provisionibus tormentorum, exceptis casibus in dicto capite, & aliis prohibitis à jure communi, decis. 51. nu. 3.
In Aula Criminali si Regens dubitat an sit admittenda supplicatio, debet deliberari decretatio supplicationis in Aula, ibid. n. 5.
Quando pendet dubium super supplicatione admittenda, notatur per scribam mandati dies oblatæ supplicationis, ne parti supplicanti præjudicium inferatur, ibid. num. 6.
Si de facto admittatur supplicatio, instare debet Fisci Procurator Regiæ Curiæ repulsam supplicationis, & in casu non supplicabili signatur Cruce Sanctæ Eulaliæ, ibid. num. 7.
Supplicare non licet à lineatione, seu Cruce Sanctæ Eulaliæ, ib. n. 7
Admissa supplicatione, suspenditur exequutio primæ sententiæ, tam respectu supplicantis, quam correorum, ibid. num. 8. & latè num. 24.
Supplicationis causa terminatur ex eisdem actis, nec visura admittitur coram Judice causæ supplicationis, sed coram primitivo, ubi remissivè DD. qui agunt de visura, ibid. n. 9 adeò ut solùm Procuratori Fiscali Regiæ Curiæ permittatur supplicatio assignationis ad sententiam, ibid. num. 9.
Resolutio Trium Aularum Regiæ Audientiæ circa hanc rem, & cavendum à Ripoll, qui eam malè allegat, ibid. num. 10.
Observantia Senatus, ubi fuit petita, & obtenta visura coram Judice primitivo, ibid. num. 11.
In Criminalibus nunquam os clauditur condemnatis, & auditur semper ante exequutionem reus, cum novis probationibus, si fiht relevantes, ibid. num. 12.
Condemnatus de violatione pacti voluntariè suscepti ab eo qui imputatus fuerat de delicto inappellabili, supplicare potest, decis. 52. num. 2.
Supplicare potest mulier condemnata ob consensum in necem viri per amasium perpetrata, ibid. num. 4.
Suplicare potest receptator furis tantum, vel rei furatæ tantum, vel furis, & rei furatæ simul, à sententia contra eum lata, decis. 52. num. 80.
Supplicare non potest plagiarius, & quis talis dicatur, ib. n. 8. & 9.
Supplicare potest inducens ad plagiandum facinorosos à lententia Criminali, ib. num. 11. Similiter conducens facinorosos ad plagiandum, ibid. num. 12. ac etiam furari attentans, furto non sequuto, ibid. num. 13. cum decisione Senatus, juxta aliquas facti circunstantias, de quibus ibid. remissivè. Alia vide in verbo *Appellatio*.
Supplicatio Fisci Procuratoris Regiæ Curiæ pro firmanda contentione, & Provisio Senatus, decis. 82. num. 37.
Supplicatione repulsa in pœna principali, non admittitur in consequenti damnorum, remissivè decis. 96. num. 20.
Supplicatione interposita à decretatione evocatæ causæ Criminalis, dantur decem dies ad probandum, & alii decem dies ad declarandum, & ut Judex constituatur in mora, ei apertè debet præsentari protestatio, decis. 97. num. 15.
A provisione citationis ad fines banni non admittitur supplicatio, decis. 52. num. 65.

SUPPLICIUM.

Supplicia gravia delictis gravibus conveniunt, levibus levia, decis. 90. num. 32.

SYNDICATUS, SYNDICATOR.

Syndicatus annalium officialium ad Præfecti Prætorio jurisdictionem pertinebat, & in Judices etiam Magistratus apud Romanos & ad Principem bene, vel malè illorum gesta referebantur, decis. 89. num. 1.
Syndicatus Magistratuum, & Officialium qua ratione fuerit introductus, decis. 91. num. 3.
Syndicatores, idest Judices Tabulæ quolibet triennio nominantur,

tur, qui contra Officiales inquirunt, & qua forma, dec.93.n.6.
Syndicatus delegatio accipit interpretationem à consuetudine universali, dec. 95. nu. 19.

T

TABULA.

TAbulam non purgat officialis ordinarius pro gestis in commissione ad eius iurisdictionem non pertinente, dec. 89.n.17.

TALIONIS.

Talionis pœna ab Aula recessit, dec. 90. nu. 9.

TEMPVS.

Tempus est omnium sapientissimum, dec. 90. num. 33.
Tempus antiquum est septuaginta annorum, dec. 101. nu.5.
Trina monitio diversis temporibus facta requiritur ad constituendum Iudicem in mora punibili, dec. 97. nu. 30.
Tempus breve ad declarandum, quando in statuto assignatur, una sufficit interpellatio, dec. 97. nu. 31.

TENVTA.

Tenuta non competit viduæ in bonis mariti antea donatis cum clausula *constituti*, dec. 102. nu. 13. Limita, si in donatione fuerit aliqua quantitas reservata, ibid. sub dicto nu. 13. & 14.

TENVTARIA.

Tenutaria, finita tenuta, retinet pro creditis, eique conceditur manutentio, dec. 102. nu. 18.

TERITORIVM.

Episcopi licèt habeant iurisdictionem ordinariam, non tamen habent territorium extra septa Ecclesiæ, & Palatii Episcopalis, nisi à Principe habeant, cuius est illud concedere pro exercitio contentiosæ iurisdictionis, dec. 74. num. 22.
In hoc Principatu habent territorium ad exercitium iurisdictionis contra Clericos, & alios subditos suos, quos absque Principis licentia possunt capere, & captos per Regium territorium ducere dec. 74. nu. 23. In casibus tamen suæ iurisdictionis non habent territorium ad capiendos laicos, ibid. nu. 24.
Ad hæc ponderantur Const. 1. *tit. de hæreticis cap. 6. tit. de Bisbes y Prelats, in 2. vol. Const.* & doctrinæ diversorum DD. dec. 74. nu. 24. & 25. & num. 26.
Declarationes in causa contentionis super eadem re ibidem num. 27. & 28.

TESTIS, TESTIMONIVM.

Testis coram Judice falsum deponens, ab eodem punitur, licèt aliàs non sit delinquentis competens, & quod dicitur de falsitate, procedit etiam in omni actu criminoso, quem coram Judice quis fecerit, dec. 81. nu. 21.
Testis deponens coram Judice incompetenti, nullamque habente iurisdictionem propter offensam, & contemptum Judicis, punitur pœna extraordinaria, dummodò sit incompetentia actualis: non potentialis, dec. 81. nu. 22.
Testes, qui simpliciter asserunt aliquem negligentem fuisse, non probant, dec. 79. nu. 45.
Testis mediator an sit idoneus ad probandum delictum barattariæ, & alia delicta, exponitur dec. 100. num. 30. vide in verbo *Barattaria*.
In crimine corruptelæ, aut extorsionis contra officialem integræ fidei non admittuntur testes inhabiles, nec mediatores, dec. 100. num. 38.
Nec duo testes sufficiunt, sed tres omni exceptione majores, & contestes, dec. 100. nu. 38. quod declaratur *nu. 39.*
Vagabundi in civilibus, & criminalibus pro testibus idoneis non admittuntur, dec. 56. nu. 34.
Meretrix à testimonio ferendo repellitur, quod declaratur dec. 57. num. 73.
Secundæ testis depositioni standum, si est verosimilis, & eum causa potest testis primam revocare depositionem, dec. 61. nu. 29.
Testes (quando constat de insultu) deponentes homicidium fuisse factum ad defensionem insultati, illam probant, dec. 65. n. 63.
In delictis nocturnis, & difficilis probationis admittuntur testes domestici, dec. 67. nu. 10.
Infamis à testimonio ferendo repellitur, dec. 70. nu. 24.
Criminosus repellitur à testificando, dec. 70. nu. 17.
In causis criminalibus admittitur visura, quando Reus de falsitate testium offensionalium opponit. & etiam quando inquisitus arguit de falso testes deponentes inter eum, & aggressum, vide in verbo *visura*.

TEXTUS.

Textus *in Auth. novo jure, Cod. de pœna Judic. in l. fin. Cod. ad l. Juliam Majest.* Et in *l. Judices 12. Cod. de dig.* ad probandum fieri debere probationes concludentissimas contra officiales supremos, expenduntur dec. 100. nu. 44. & 45.
Datur intelligentia Textui *in cap. de occidendis 25. quæst. 5.*
Textus *in l. 12. Cod. de dignitatibus* declaratur dec. 100. nu. 12.

TORMENTUM.

Retentio domi tormenti manualis igni reprobati, an sit punibilis, traditur dec. 65. nu. 100.
Quid observet Senatus in condemnando reos delatos de portu tormenti manualis parvæ mensuræ, dec. 66. nu. 14.

Pœna mortis imposita in edictis generalibus contra projicientes jactus tormenti manualis parvæ mensuræ non observatur, dec. 66. num. 16. & 17.
Minores delati de portu tormenti manualis parvæ mensuræ tantùm, qua pœna puniantur, decisum traditur decis. 66. num. 24.
Reus deferens tormenta manualia parvæ mensuræ, pro sola delatione incidit in pœnam triremium per decennium (nunc est in perpetuum juxta *cap. 28.* edictorum generalium) at passim hanc pœnam moderare observat R.C. decis. 66. num. 14.

TORTURA.

In delictis exceptuatis ex indiciis, ex quibus resultat semiplena probatio, infligitur reis tortura, decis. 51. num. 16.
Interposita appellatio ab uno ex pluribus in simul condemnatis, à decreto torturæ, non juvat non appellantem, qui, non obstante alterius appellatione, torquetur, decis. 51. num. 26.

TREUGA.

Treugam ad certum tempus ponere potest Princeps inter milites, & alios inter se inimicos: Primogenitus verò non potest, nisi Dominus Rex exiliat ultra mare, decis. 87. num. 15. Alia vide in verbo *Pax*.
Quando timetur scandalum, compelluntur partes per Regium Criminale Concilium ad firmandum treugam, & pacem, dec. 72. num. 12. & Judex potest eis mandare pro securitate pacis, ne certum locum sub intrent, ibidem, num. 14.

TRIREMIS.

Pœna triremis perpetuæ, capitalis dicitur, decis. 61. num. 14.
Eximere qui tentavit carceratos, à carceribus Episcopalibus, fuit per quinquennium ad triremes condemnatus, decis. 74. n. 9.

TRUFFA, TRUFFATOR.

Truffa est species criminis stellionatus, decis. 63. num. 2. & dicitur omne id, quod proprium nomen habet, ibid. num. 2.
Inter truffatores connumeratur ille, qui sub colore mutui, commodati, conducti, vel depositi rem sibi ab alio expescit, & illam vendit, vel quovis modo distrahit, in usus suos convertendo: sed cessat Auctor, quod ille truffator non est, sed fur, dec. 63. nu. 14.
Truffator punitur pœna extraordinaria, Judicis arbitrio, dec. 63. num. 15.
Truffa sub furti nomine improprie interdum continetur, decis. 63. num. 14.
Truffator non potest quis esse, nec de truffa argui, qui non sit dolosus, & animo præmeditato actum imposituræ fecerit, dec. 63. num. 4.

TUTOR.

Tutores non tenentur de levissima culpa, dec. 69. nu. 7.
Tutores possunt emere bona pupilli palam, & bona fide cum justo pretio, etiam per interpositam personam, dec. 99. nu. 17. & etiam redimere ex suis pecuniis annuos redditus, à pupillo creditori debitos, & in eius locum succedere, ibid. nu. 17.
Tutor, & curator etiam finita tutela, & cura, non calculatis rationibus, quousque in creditis sit eis satisfactum, in bonis tutelaribus manutenentur, dec. 102. nu. 17.

V

VAGABUNDUS.

VAgabundi dicuntur, qui non habent domicilium certum, vel habitationem, sed quotidie per varias Civitates vagi aberrant, dec. 56. nu. 23.
Dicitur domicilium certum, nam duplex est domicilium, alterum originis, & alterum habitationis, & ut quis vagabundus dicatur, non inspicitur an habeat domicilium originis, nam erit vagabundus, si non habet domicilium habitationis, & fixam sedem, in qua permaneat, ibid. nu. 24.
Qui habitationem fixam habet alicubi, non potest dici vagabundus, licèt proprie non contraxerit domicilium, ibid. n. 25.
Vagantes, & sine ullo fixo domicilio permanentes, Reipublicæ non inserviunt, dec. 56. nu. 28.
Vagabundi inertes cogi debent ad laborandum, ibid. nu. 29.
Filiifamilias tam per eorum parentes, quam per *se ipsos* possunt obligare eorum personas ad artes, & ellò obligatio esset facta per eorum matres (quæ non habent filios in potestate) tenet obligatio, tantæ est efficaciæ obligatio artis, ne filii remaneant vagabundi, & otiosi, decis. 56. nu. 31.
Vagabundi in Civilibus, & Criminalibus, pro testibus idoneis non admittuntur, ibid. num. 34.
Vagabundi de delictis ubique commissis puniri possunt, ibid. n. 35.
Ad Judicem loci delicti vagabundum remittendum tradunt quidam DD. ibid. nu. 37. Adducitur limitatio ad hanc opinionem, ibid. nu. 38. Contrariam alii tenent, ibid. nu. 39. conciliant alii, ut vagabundus foret remittendus, si esset inquisitus alibi de delicto gravi, nisi adesset consuetudo in contrarium, ibid. n. 40.
Banniti, qui modò huc, modò illuc discurrunt per orbem, nec certum domicilium habent, assimilantur vagabundis, decis. 56. num. 41.
Diversæ pœnæ recitantur contra vagabundos statutæ, ibid. num. 42. & 43.

INDEX

In Constitutionibus hujus Principatus pœnæ contra vagabundos est fustigationis, aut triremium per quinquennium, licèt in Regiis Præconizationibus antiquis esset pœna cumulativè imposita, fustigationis, & triremium per quinquennium, ib. num. 44.

In novis Præconizationibus contra vagabundos pœna licet sit per alternativam, electio est Judicis, & hoc sine dubio procedit in Judice habente Brachium Regium, dec. 56. num. 52.

Vagabundus quomodo est citandus, remissivè dec. 93. n. 21.

VASSALLUS.

Tenetur Princeps ex officio vindicare gravamina, & oppressiones vassallorum, sub calore justitiæ à Baronibus illata', dec. 71. n. 4.

Vassalli possunt deserere dominum, qui eos malè tractat, ib. n. 37.

Vassallus nimis gravatus à domino potest eximi ab ejus jurisdictione, & subjectione, ubi Senatus decisio, decis. 71. n. 39.

Vassallus Baronis offendens Officialem Regium in exercitio sui officii punitur à Domino Rege, etiamsi Judex loci in quo fit injuria, ibidem exerceat jurisdictionem cum clausula privativa, & abdicativa, decis. 81. num. 16.

Vassallus defidans dominum habet securitatem de facto, non verò de jure, decis. 86. num. 18.

VASVASORES.

Vasvasores erant capitanei, & officiales Comitum, qui erat titulus inter Nobiles, & Magnates, & majoris conditionis, quàm militarium, decis. 84. num. 8.

VENDITIO, VENDITOR.

An venditio cum pacto de retro sit usuraria, agitur dec. 54. n. 80.

Qui duobus eandem rem in solidum vendidit, pœna falsi coercetur, decis. 63. num. 3.

Venditor satisfacit, si rem liberet ab obligatione, vel si emptori idoneè caveat de indemnitate, decis. 63. num. 12.

De consuetudine generali derogatum est juribus punientibus vendentes, obligantes, seu distrahentes res duobus, quæ limitatur in vendente, & pretium ab utroque emptore participante, qui puniri debet, decis. 63. num. 13.

VERITAS.

Ex manifestatione animi veritas arguitur, decis. 61. num. 20.

VICARIUS.

Vicarius Regius, & Vicarius Archiepiscopi Tarraconæ, quomodo exerceant jurisdictionem, decis. 32. num. 11. & quas habeant communicatas Regalias ibid. num. 12.

Vicarius Generalis Archiepiscopi Tarraconæ est Judex secundarum appellationum, & nomine Curiæ communis sententias profert, decis. 81. num. 14.

Vicarii in Cathalonia plebei esse possunt, nisi per privilegium contrarium sit indultum, decis. 82. num. 15.

Vicarius Regius potest creare Locumtenentem Regaliarum, decis. 82. num. 19.

Vicarii infra eorum vicarias quomodo possint ministrare justitiam querelantibus se de Bajulis Regiis, & Assessoribus, decis. 82. numer. 30.

Vicarii, vel eorum Locumtenentes infra eorum Vicarias latas justitiam querelantibus possunt facere de Bajulis Regiis, & eorum Locumtenentibus, Assessoribus, & Judicibus ordinariis, decis. 93. num. 17.

VIDUA.

Vidua an gaudeat privilegio militiæ viri, decis. 57. num. 16.

Vidua inhonestè vivens non gaudet privilegio viri, ibid. num. 17.

Vidua, quæ expilavit hæreditatem, vel res inventarii mariti, non tenetur crimine expilatæ hæreditatis, decis. 68. num. 13.

Vidua honestè vivens, adhuc in matrimonio perseverare censetur, & eius juribus, & privilegiis gaudet, decis. 68. num. 14.

Vidua militis an gaudeat foro militari, controvertitur, dec. 76. n. 1

Vidua retinet privilegia, beneficia, & immunitates, quibus in vita viri gaudebat, ubi ratio assignatur, decis. 76. num. 5.

Vidua remanens in viduitate, & retinens nomen mariti, in matrimonio manere intelligitur, decis. 76. num. 5.

Advocatorum viduæ, durante viduitate gaudent omnibus immunitatibus, quibus gaudebant in eorum vita, decis. 76. num. 8.

Vidua Nobilium, seu militum militiæ aulicæ gaudent privilegiis, & foro viri, decis. 76. num. 9.

Citantur Jura, & Doctores tenentes, viduam militis, durante viduitate gaudere foro viri mortui, decis. 76. num. 10.

Non transit ad viduam privilegium, quod competebat viro tatione officii habenti dignitatem annexam, decis. 76. num. 11.

Vidua militis durante viduitate non gaudet foro mariti, nec eo gaudent filii militis defuncti, decis. 76. num. 13. & 14.

Viduæ Medicinæ DD. non fruuntur privilegiis maritorum, benè verò ipsorum uxores, dum vivunt mariti, & sic ad viduam non transeunt privilegia ne torqueantur, ne capiantur pro debito civili, & alia, decis. 76. num. 19.

Melior est conditio Advocatorum, nam eorum immunitates transeunt ad eorum viduas, & liberos, ubi ratio assignatur, decis. 76. num. 20.

Vidua non potest juvari beneficio tenutæ in bonis per maritum antea donatis, decis. 102. num. 13. Limita si in donatione aliqua reperiatur quantitas reservata, ibid.

VIR.

Vir an teneatur de gestis ab uxore remissivè, decis. 71. num. 24.

VINDICTA.

Offendens insultantem fugientem non dicitur ad defensionem, sed ad vindictam, dec. 65. nu. 19.

Non est defensio iniuriæ propulsare aliam iniuriam, sed est vindicta, dec. 65. nu. 39.

VISITATOR, VISITATIO.

Visitator Regius in causa appellationis interposita à sententia illius ad suam Maiestatem, & eius Sacrum Regni Aragonum Concilium non potest intervenire, nec vovere, dec. 52. n. 30.

Pendente iudicio visitationis, vel Syndicatus, inquisitus ad honores, vel officia promoveri non debet, dec. 70. nu. 16.

Visitandi potestatem penes Principem residere, vel ab eo deputatos, & jus visitandi de Regalibus esse, exponitur, ubi de visitatione Academiæ Salmantinæ, dec. 89. nu. 2.

Visitationis formam datam à Domino Rege observat domus Deputationis hujus Principatus, dec. 89. nu. 3.

Visitatores nominare ad Regias Universitates pertinet ad Dominum Regem, dec. 89. nu. 4.

Visitator à Domino Rege nominatus habet potestatem visitandi privativè ad quoscumque, ac etiam ad dominum Proregem, dec. 89. num. 7.

Visitator Generalis Regni Neapolis præcedit Præsidentem illius Concilii, remissivè dec. 89. num. 7.

Visitandi jus est personalissimum Domini Regis, dec. 89. nu. 8.

Visitatorem triremium ad liberandos eos qui tempora condemnationum adimpleverant, potest Prorex Regni deputare, ibid. nu. 21. Et quid in Cathalonia observetur, ibid.

Visitationes Universitatum ad Concilium Criminale spectare, traditur decisum dec. 89. nu. 25.

Salmantina Academia visitatur à visitatoribus à Domino nostro Rege nominatis, dec. 89. nu. 2.

In visitatione arcendi sunt detractores, & calumniatores tanquam malevoli, dec. 90. nu. 10. & 14.

Visitatores considerare tenentur ne contra magistratus detractiones, & falsæ accusationes admittantur, ibid. nu. 14.

Visitator ostendat sibi displicere, & ignorabit Aula detractores, non accipiat eos hilari vultu, & concidet omne illorum studium, dec. 90. nu. 12.

Visitator in visitatione debet procedere magna cum circumspectione, quia agitur de honore Magistratus, qui inæstimabilis est, dec. 90. nu. 25. 26. & 27.

Veritas à visitatore à quibus personis sit perquirenda, dec. 90. n. 28.

Visitator querelas modicas non debet attendere, dec. 90. nu. 30.

Visitationes debent esse ut fulmina quæ paucorum periculo cadunt, omnium metu, dec. 90. nu. 31.

Visitator debet cum prudentia temperare querelas secundùm differentiam gentium, temporum, ac ingeniorum, dec. 90. nu. 35.

Visitator quales debeat habere qualitates, dec. 90. n. 50. & 51.

Visitatio Regia Magistratuum, & Officialium hujus Principatus disposita est *in cap. 5. Curiar. anni* 1599. dec. 91. nu. 1.

Visitatores Regii qui sint nominandi, & deputandi, ibid.

Visitatio est incentivum calumniantium, qui adversùs Magistratus, illius opportunitate fortiter insurgunt, dec. 91. nu. 11.

Visitationis exercitium, vide in verbo *Exercitium*.

Visitationem generalem contra statutum publicum fore, non verò visitationem particularem, traditur dec. 91. nu. 14.

Visitationem Proregi committendam defenditur ab aliquibus, dec. 91. nu. 15. contrarium alii tenent ibid. nu. 16.

Visitatori incumbit casu quo providetur de visitatione generali, non procedere contra Magistratus subtilitatibus, vel voluntariis querelis, & calumniantium inquisitionibus, quando immunes sunt à corruptione, subornatione, sive coemptione dec. 91. nu. 17.

Visitationem esse proficuam quidam existimant, quando limitatur ad tempus, casus, & personas, dec. 91. nu. 22.

Visitatio an sit Reipublicæ utilis, proponitur, & Auctoris iudicium traditur, dec. 91. nu. 24.

Visitatio practicatur, audito inquisito, ibid. nu. 25.

Visitatio extrajudicialis secreta improbatur ibid. nu. 26.

Visitatio secreta judicialis cum sola summaria informatione improbatur, dec. 91. nu. 47.

Visitandi jus competit Baronibus qui habent omnimodam jurisdictionem, & in hoc Regii visitatores se intromittere non possunt, ibid. nu. 28.

Visitatoris nominatio, vide in verbo *Nominatio*.

Visitatorem Regium non posse uti eodem tempore, quo exequitur Regiam visitationem publicam, commissione secreta ad inquisitiones secretas firmandum contra Regios Officiales, traditur dec. 92. nu. 4. idque in tota decisione probatur.

Visitator Regius non potest uti commissione, ibid. nu. 5.

Visitator Regius habet statutam formam, & contra eam non potest commissionem particularem obtinere, ibidem nu. 6.

Visitatori Regio Dominus Rex non attribuit commissionem, seu delegationem ad visitandum, sed nominat visitatorem ad exequendum visitationem in officialibus, iuxta formam statutam *in cap. 5. Curiar. anni*, 1599. dec. 92. nu. 7.

Visitatorem deputari alienigenam à Principatu, de Corona tamen Aragonum fuit statutum *in cap. 5. Curiar. ann.* 1599. & si commissiones acciperet', & eas exequi posset, in his reputaretur forensis,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sis, & esset contra Constitutiones, *sub tit. que tots los oficials en Cathalunya*, ibid. num.9.
Visitator uno, eodemque tempore non potest procedere ad inquirendum virtute potestatis ordinariæ, & simul commissionis secretæ super delicto, & remissivè datur forma opponendi exceptionem contra secundum processum, ibid. num.11.
Visitator si processerit ad informationes processuum non poterit impertiri nova commissione ad supplendum id, in quo inordinatè processit, ibid. num.12.
Visita Regia statuta est pro officialibus perpetuis, decis.93.nu.13.
Visitatores Generalis Cathaloniæ de quibus delictis cognoscant, decis. 96. num. 21.

VISURA.

Visura non admittitur coram Judice supplicationis, sed coram primitivo, ubi remissivè DD. qui de visura agunt, decis. 51. num.9. Observantia Senatus, ubi fuit petita, & obtenta visura coram Judice primitivo, ibid. num.11.
Oculorum inspectio, sive visura est probatio notoria, & omne genus probationis vincit, & nunquam censetur exclusa, dec. 77.num.3.
In causis Criminalibus admittitur visura, quando reus de falsitate testium offensionalium opponit, asserens, quod ab illo loco, quo dicunt se esse, non potuerunt videre casum, de quo de visu deponunt, decis.77. num.5.
Quæ visura in praxi multoties visa fuit, & allegantur exemplaria, ibid. num.6.
Admittitur visura, quando inquisitus arguit de falso testes deponentes inter eum, & aggressum, vel nulla esse verba, vel aliqua non provocatoria delicti tempore, exponens à loco quo audisse declararunt, ad locum delicti magnam adesse distantiam, qua possibile non fuit testes audire potuisse verba aliqua, dec. 77. numer. 7.
De causis criminalibus ubi peritur visura, debet in illa assistere Fisci patronus, decis.77. num.10.
Assignantur casus in quibus non intervenit in visura pro facto criminali Advocatus Fiscalis, decis.77. num.13.14.& 15.
In causa assistentiæ criminalis conceditur visura, prout etiam conceditur in causis possessoriis, decis.77. num.16.
Forma visuræ traditur decis.77.num.18.usque ad num.32.
Aliqua animadvertenda traduntur circa praxim visuræ, decis.77. num.33. usque ad num.41.
Quomodo sit facienda expertorum nominatio in visura, & quando intret tertii relatio, & an præcisè sit standum relationi peritorum, decis.77. num.27.
Forma relationis peritorum, decis.77. num.42. quæ relatio magis est judicium, quàm testificatio, decis.77.num.43.
Hæc omnia circa praxim visuræ, observanda etiam sunt in visuris Judicum ordinariorum inferiorum, decis.77. num.44.

VITIUM.

Vitium animi tantò conspectius in se crimen habet, quanto major, qui peccat habetur, decis.91. num.4.

VOTUM.

Vota substantialia Religiosorum emittunt Equites Sancti Joannis Hierosolymitani, & ideò verè Religiosi sunt, dec.81. n.26.

USATICUS.

Usaticus *Laudaverunt* 1. *sub tit. de Bibes, y Prelats in 1. vol. Const.* disponens, quod in hoc Principatu Episcopi habeant territorium ad exercitium jurisdictionis contentiosæ contra Clericos, & alios subditos suos, expenditur, decis.74.num.23.
Usaticus *Item constituerunt* 15. *tit. de feus, y potestats in 1. vol. Const.* exponitur decis. 84. num.3.
Usaticus *Omnes homines tit. de defaximents, y guerra*, refertur dec.84
Usaticorum origo unde emanavit, decis. 84 num.23. (n.5.
Usaticus *Cunctum malum 13. tit. de feus, y potestats*, allegatur decis.86. num.2. & dissolvitur ibid. num.5. & 6.
Usaticus *Si quis dixerit* 4. *tit. de ordine judiciario* ponderatur dec. 86. num. 3.
Usaticus *Item constituerunt* 15. *tit. de feus, y potestats* objicitur ibi. n. 13. Et contra disposita in dicto Usatico adversatur Usaticus *Qui vn ducus tit. de feus, y potestats*, ibid.n.14.etiam obstat Usaticus *Qui seniorem* 10. *eod. tit.* adversus disposita in dicto Usatico *Item constituerunt* adversatur Usaticus *Bonum Usaticum* 21. *tit. de injurias, y danys*, ibid. num.16.17. Concordantur tamen ab Auctore dicta jura, ibid.num.18.& 19. Et explicantur alii Usatici ibid. num.22.

USUFRUCTUARIUS.

Sententia lata contra proprietarium nocet usufructuario scienti litem agitari, & è contra, decis.75. sub num.2.
Usufructuarius, pariterque ejus hæres etiam finito usufructu habet insistentiam, seu detentionem manutenibilem, propter credita, decis.102.num.16.

USURA.

Usuræ sunt omni jure prohibitæ, decis.54. num.1.
De usuræ malitia, & pravitate, ibid.n.2. usque ad num.7.
Pœnæ usurarum statutæ tam contra Clericos, quàm contra laicos explicantur ibid. num.8.
Consuetudine effici non potest, quòd pactum alioquin usurarium sit licitum, ibid. num.9. & num.13.
An usurarius excusetur à pœna propter consuetudinem, & quoad forum contentiosum, & quoad Deum, in quo casu certum omnino sit contractum esse usurarium, & illicitum, & in casu quo id ambigitur, ibid. num.10. usque ad num.14.
Usuraria non dicitur conventio, per quem quis suscipit periculum assecurandi capitale, & onus habet solvendi tot annis, vel per alia distributa tempora lucrum certum, dum tamen in compensationem oneris, & periculi suscepti dimittatur pars lucri æquivalens, & proportionabilis, ibid. nu.26.
Hæc procedunt, etiamsi duo tantum contractus concurrant, nempe societatis, & assecurationis sortis principalis, & non assecurationis lucri certi, ibid. nu.27. & vide in verbo *Societas*.
Si agatur de animalibus ad certum usum destinatis pactum susceptionis periculi per conductorem est rationabile, & de intelligentia hujus pacti agitur dec.54.nu.38.
Licitum est locare, veluti centum oves pro certa moneta, ea lege ut conductori pereant, modò fructus, quiex eis sperantur pensioni, & susceptioni periculi probabiliter respondeat ibidem num.39.
Si quis rem justo pretio æstimatam, veluti equum, vel bovem ad certum tempus alteri locat, ut re illa quandocumque pereunte, pretium cum lucro consequeretur, usuraria conventio est, ibidem num.40.
Mutuum alterius contractus, veluti locationis, vel venditionis, aut aliàs mixturam habere potse, neque ut usurarium condemnandum esse demonstratur, ibid. nu.41.
Quæstio an mixtura mutui cum alio contractu reddat contractum usurarium est magis facti, quàm iuris, ibid. nu.42.
Clandestinitas magnum indicium est depravatæ intentionis fenerandi, ibid. nu.45.
Quando versamur in dubio an contractus habeat aliquid usuræ, adhuc tamen in foro contentioso debet censeri licitus, & bona fide celebratus, & prudentis arbitrio remittuntur circunstantiæ ut cognoscatur contractus usurarius, decis.54. nu.46. Qui nititur usurarum justitiæ, tenetur probare requisita, in quibus asserens se fundat, ibid. num.49.
In crimine usurarum an possit procedi de officio, dec.52.n.55.
Illi, contra quos sine instantia partis procedi criminaliter non potest, si publicè usuras exerceant, puniri possunt de officio, ib.n.56
Operis evidentia manifestum, & publicum usurarium esse convincitur, quando fœnus ita quis exercet, ut nulla tergiversatione celari possit, decis.54.num.57.
Idque verum est, sive per se, sive per alium fœnus exerceat, ib.n.58
Sive domi id fiat, modò id publicè constet, ibid. num.59.
Usuras exercens delinquit, & criminaliter punitur, ibid.n.60. & quidem pœna extraordinaria, ib.num.61. Quam pœnam infligere potest tam Ecclesiasticus Judex, quàm Sæcularis, ut dicunt DD. quia crimen usurarum est mixti fori, ibid. num.62.
Maximè stante decreto, vel constitutione Principis Sęcularis usuras sub pœnis prohibentibus, ibid. num 63.
Recitantur pœnæ statutæ contra usurarios, dec.54.n.65. & maximè in hoc Principatu, ubi prohibiti sunt contractus usurarii per nostras Constitutiones, ibid.
Ad capturam usurariorum non proceditur, quin præcedat provisio capturæ per Relatorem, & Judicem causæ facta, ibid.nu.68
Conventiones usurariæ, quæ frequenter fiunt, recitantur, ib.n.69.
Quando quis fructus, merces, vel alias res vendit habita fide de pretio, cariùs tamen, & quàm justi pretii ratio ferat, simulatur usura in excessu justi pretii, & contractus est usurarius, decis 54. numer. 70.
Quando quis ob anticipatam solutionem rem minoris justo pretio emit, vel minus solvit usuram committit, ibid. num.71.
Quando res habita fide de pretio cariùs venditur, & quando ex anticipata solutione minoris justo pretio emitur, contractus licèt verbo tenus emptiones, & venditiones appareant, inest tamen in eis mutuum palliatum, decis.54.num.72.
An pecuniâ anticipatè solutâ liceat conducere operarios, cum obligatione debito tempore operas præstandi, citra usuræ labem, resolvitur, ibid. num.73.
An liceat pecuniam dare pro anticipata venditione fructuum colligendorum, quin usura committatur, ibid. num.74. & 75
Si quis mutuò det frumentum, aut vinum, aut hujusce generis aliud corruptum, aut mixtum, ut tantundem integri, & puri cariotis reddatur, conventio usuraria est, etiamsi restitutio differatur in quodcumque tempus debitori commodum, ibid.nu.76.
Si quis mutuat alteri triticum cum pacto ut tantundem recentis sibi restituatur, sciens reòens melius esse, & majoris pretii, quam suum tempore mutui, aut solutionis, usuram committit, quod declaratur ibid. num.77.
Si habens frumentum, aut mercem conservabilem, illam alteri tribuat, tunc vendere volenti, ut pretium in proprios usus erogaret sub eo pretio quo valebit, atqueper alios mercatores cõtractabitur aliquo futuro tempore, an usuram committat, resolvitur ibid. num.78.
Qui præsenti pecunia indigenti quidquam cariùs habita fide de pretio vendiderit, ut statim à venditore per se, vel per interpositam personam viliùs ematur pecunia numerata, usuram exercet, ibid. num.79.
Si quis rem magnæ æstimationis modico pretio pignori det, aut vendat intra certum tempus, ut si ad dictum tempus nõ redimatur,

tur, maneat emptori libera, aut ei qui pignori accepit, usuram committit, quod declaratur, ibid. num. 80.
An venditio cum pacto de retro sit usuraria, agitur ibidem numer. 81.
Usuraria est conventio, quando centum libræ mutuò dantur sub intereſſe decem librarum, & ex sorte statim detrahuntur decem libræ, & instrumentum conficitur de universa summa intra annum solvenda, quod comprobatur ibid. num. 82. usque ad num. 85.
Sub specie locationis quando contrahitur usura, ibidem numer. 86.
Et quidem in locatione bonorum mobilium, quæ usu consumuntur, ibid. num. 87.
Sub specie depositi an committatur usura, ibid. num. 88.
Sub cambii genere multipliciter usura contrahitur, ibidem numer. 89. & de cambiis nostri temporis aliqua traduntur ibidem numer. 90.
An conventio facta ab initio de aliquo lucro exigendo in contractu mutui sit indicium usurariæ pravitatis, agitur remissivè ibid. num. 92.
Delictum usurarium est mixti fori, cujus cognitio sub diversis formalitatibus ad Ecclesiasticum, & Sæcularem spectat, decis. 74. num. 12.

URBANITAS.

Urbanitas gentes conciliat, decis. 90. num. 40.
Urbanitas sit manifesta ex verbis, & factis, decis. 90. n. 41.
Urbanitatis accessus frequenter solent esse, decis. 90. num. 43.
Urbanitates, & humanitates plurimorum Imperatorum referuntur, decis. 90. num. 44. 45. & 46.

URBS.

Urbium denominatio, & magnitudo sumitur ex ædificiis insignibus, & inde infertur ad animi magnitudinem in ædificantibus, decis. 60. num. 32.

UTILE.

Utile per tempus dignoscitur, decis. 90. num. 33.

VULNUS.

Mandans aliquem vulnerari, mediante pecunia, si illum occidat, punitur pœna ordinaria homicidii, decis. 64. nu. 14

UXOR.

Uxor non tenetur vagabundum virum sequi, quando ignorans eum vagari, cepisset in virum, decis. 56. num. 33.
Uxor gaudet privilegio fori mariti, decis. 76. num. 3. ubi de uxoribus Clericorum Græcorum, & Latinorum, ampliatur, quamvis marito competat forus, ratione artis, ibid. nu. 4. ubi de uxoribus scholarium, quæ gaudent foro virorum, & militis militiæ armatæ, ibid. sub num. 4.
Uxores, & liberi Regiorum Senatorum, & DD. Regii Concilii gaudent eorum privilegio fori, si cum ipsis habitaverint, sed eis defunctis in viduarum, & liberorum personis omninò cessant, decis. 76. num. 21. Opinio Auctoris circa hanc rem, decis. 76. num. 22.

X

XENIA.

Xenia sunt parva munera, nec in totum debet Proconsul xeniis abstinere, sed modum adjicere, decis 98. numer. 14.
Xenia non potest Judex tacitè, vel expressè petere, decis. 98 numer. 29.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

INDEX
RERUM, ET VERBORUM
Quæ in Additionibus ad Primam, & Secundam Partem decisionum continetur.

A

ABORTUS.

Abortus delictum qua pœna puniatur, remissivè dec. 50. nu. 43.

ABOLITIO.

Abolitio non dabitur in criminibus inviolatæ Majestatis, aut Patriæ oppugnatæ, dec 31. num. 56.

ACADEMIA.

Academia, vide in verbo *Scholasticus*.

Accusator, vel instigatoris partes pro Reipublicæ quiete, & tranquillitate licitum erat assumere; hodiè vero indecorum, & verecundum reputatur, dec. 2. nu. 1.

ACTIO.

Actio duplex oritur ex quolibet maleficio, injuria, seu damno, una Fisco, & altera parti, dec. 32. nu. 13.

ACTOR.

Pro Actore absente defensor non admittitur sine mandato, decis. 23. numer. 4.

ADULTERIUM.

Adulterium, & delictum domi, aut mortis tempore, aut in loco sylvestri commissum est difficilis probationis, dec. 41. nu. 2.

Adulterii conjecturæ sunt amores, salutationes, signa, epistolæ, & allocutiones secretæ de nocte, dec. 50. num. 4.

Adulterii indicium non infertur ex osculis solùm, nisi junctis adminiculis, dec. 50. num. 12.

ADMINICULA.

Adminicula quid sint, & qualia debent esse, ut adjuvare valeant probationes, dec. 41. num. 44.

ADMINISTRATIO.

Administratio interdicitur furiosis, & sub vinculis, & sæviori disciplina contineri jubentur, quousque sanam mentem recipiant, dec. 43. num. 39.

ALLOCUTIO.

Allocutio secreta facit probationem mandati, cum inverisimili, & improbabili causa, etiamsi testes, qui viderint sic alloqui, nescierint quid inter se alloquuti fuerint, dec. 44. n. 61.

AMENS.

Amens, vide in verbo *Furiosus*.

AMICUS.

Amicus benevolentiæ causa comitans delinquentem casualiter particeps non erit in delicto, nec puniendus veniet, decis. 39. numer. 13.

AMOR

Amor nullus est, qui vincat paternum, dec 49. nu. 7.

ANIMUS.

Animus occidendi probatur per qualitates exteriores, decis. 38. numer. 1.

ARMA.

Armorum prohibitorum delatio est punibilis, dec. 7. n. 63.

ASSASSINIUM, ET ASSASSINUS.

Assassinium quando committatur dec. 44. n. 10.

Assassinus, morte non sequuta, an puniatur pœna mortis, dec. 44. num. 57.

ASSERTIO.

Assertioni Principis est standum, dec. 32. n. 14.

ATTESTARI.

Attestari non possunt periti assertivè de his quæ sensu corporeo non percipiuntur, dec. 11. n. 2.

AUXILIUM, ET AUXILIANS.

Auxilium delicto præstare non dicitur qui casu fortuito in ipso intervenit, etiamsi armatus delicto prædicto steterit, decis. 40. numer. 16.

Auxilium magis præsumitur præstitum fuisse in ipso delicto, quam ante delictum, ibid.

Auxilians, & opem ferens, mandans, & mandatarius, licet eadem pœna regulariter puniantur, si tamen diversæ sint conditionis, pro personarum qualitate variabitur pœna, decis. 49. numer. 7.

B

BARO.

Baro condemnans aliquem in exilium de facto, & non probato contra eum delicto, potest eundem exulatum de facto eodem imperio revocare, dec. 31. numer. 61.

Baro si de aliquo crimine inculparetur, pro cujus exclusione esset necessaria persona exulari, posset exulatum ab exilio revocare, ad finem detegendi veritatem, dec. 31. n. 61. in fine

BARICELLUS.

Barricelli, seu eorum satellites, qui non possunt capturam facere absque mandato Judicis, possunt tamen in flagranti delicto, dec. 12. numer. 83.

C

CADAVER.

In cadavera sævire non licet; attamen solent ob immanitatem facinorum, in aliorum terrorem suspendi, dum tamen tempore mortis defunctus fuisset damnatus, dec. 9. nu. 37.

CAPIENS.

Capiens propria auctoritate punitur pœna, quia jurisdictionem usurpat, dec. 12. num. 96.

CAPTURA.

Captura decerni potest de facto in delictis gravibus, & in occultis relinquitur in arbitrio Judicis, dec. 12. nu. 18.

Captura nulla ex defectu jurisdictionis, non convalidatur, sicuti neque confessio facta coram Judice incompetenti, decis. 12. numer. 32.

Captura debitoris suspecti de fuga potest fieri auctoritate propria debitoris, & si debitor armata manu resistat, potest vulnerari; dummodo constet priùs de debito liquido, & certo, decis. 124 numer. 87.

Captura debitoris suspecti de fuga potest fieri, nedum per Judicem incompetentem, verum etiam per incapacem ibidem, & etiam die feriata ibidem.

Captura valida est, licet captus per aliquod breve spatium in domibus particularibus detentus fuerit, nec recta via ad carcerem Civitatis fuerit ductus, dec. 12. nu. 96. ibidem.

CAPTUS.

Captus, seu carceratus si eximatur à carceribus, seu à manibus justitiæ, qua pœna puniatur eximens, seu impediens capturam, dec. 3. num. 15.

Capti recurrentes interdum relaxantur, & traduntur idoneæ manuleutæ, dec. 23. num. 18.

CARCER, CARCERATUS.

Carcerem privatum quis in sua domo habere non potest, decis. 3. numer. 38.

Carceris incommoda à quibus Doctoribus tradantur, remissivè dec. 12. numer. 1.

Carceris privati pœna quænam sit, & qui ab illa liberentur, remissivè dec. 12. num. 96.

Carceres frangente, accommodantes instrumenta carceratis ad faciendam fracturam, consultores, vel auxiliatores qua pœna plectantur, remissivè dec. 24. num. 20.

Carcerati per Procuratorem comparere possunt, acceptis tribus casibus, nempè ad litis contestationem, ad torturam, & ad sententiam, dec. 30. num. 90.

Carceratus in gravissima infirmitate, est à carceribus relaxandus; & si sit pauper debet portari ad Hospitale Sanctę Crucis, dec. 12. num. 40.

Carceratus si sit persona nobilis, & auctoritate egregia, poterit fidejussoribus exhibitis dimitti, tametsi corporis pœnam sit subiturus; dummodo delictum atrocitatem non contineat, dec. 23. num. 26. in fine.

CAU-

INDEX

CAUSA:

Causa civili, vel criminali terminata à Tribunalibus superioribus an sint remittendi vassalli ad Barones id petentes, dec.1. n.48.

Causam amittit producens falsa instrumenta, remissivè decis.19. num.32.

Causæ criminales contra Officiales Regios evocantur tanquam consistoriales, dec.1. num.15.

CAUTIO.

Cautio, seu promissio de non offendendo, quando frangatur, & quando quis compellatur ad cautionem præstandum, dec.18. n.21. versiculo *Amplius*,

Cautio de non offendendo aliquem per patrem pro filiis præstita, non comprehendit filium in Religione professũ, quia non comprehendit filium, quem in potestate non habet, dec.30. nu.12.

CERTITUDO.

Certitudo haberi non potest de his, quæ sensu corporeo non percipiuntur, dec.11. num.7.

CATHALONIA.

Cathalonia, & Aragonia fuerunt unitæ, dec.37. numer.10.

CHIRURGUS.

Chirurgi, vel Barbionsores aggravantes, vel minuentes qualitates delicti in eorum relationibus, tenentur pœna falsi: & arbitraria tenentur ex culpa, vel dolo præbentibus causam mortis infirmis, dec.12. num.42.

CLEMENTIA.

Clementia sinistra est facinorosos dissimulare, dec.32. n.1.

CLERICUS.

Clerici pro quibus delictis degradentur, & tradantur Curiæ Sæculari, dec.10. num.14. in fine.

Clerici à Judice laico in casu permisso capti, statim sunt præsentandi suo Judici Ecclesiastico, dec.12. nu.81.

Clerici in quibus casibus possint à Judice laico quoad effectum remittendi ad suum Judicem capi, & intra quod tempus sint remittendi, ibidem num.81. remissivè.

COGNITIO.

Cognitio homicidii, quando quis de uno territorio occidit existentem in alio territorio, ad utrumque Judicem pertinet, dec. 37. num.17.

Cognitio pertinet ad inferiorem, si per edicta Regia non delictum fit delictum, vel augetur pœna delicti, dec.1. num.24.

COMPARATIO.

Comparatio litterarum facta cum subscriptione depositionis inquisiti satis brevi, & in solo nomine consistenti, nullam fidem facit, dec.8. num.18.

Comparatio sola non facit plenam probationem, nisi concurrentibus aliis probationibus, & adminiculis; ex consuetudine tamen sufficit unus peritus pro comparatione litterarum, vel ad probandum corpus delicti, dec.8. nu.18. in fine.

COMPARITIO.

Comparitio spontanea inquisiti magnum præfert innocentiæ signum, dec.44. num.70.

Comparitio spontanea post fugam purgat indicium fugæ, decis. 49. numer.17.

COMPETENTIA.

Competentia data inter Regium Criminale Concilium, & Tribunal Sanctę Inquisitionis super cognitione causæ alicujus criminosi, sic a pendente reus convincatur de delicto facti carceris, punitur à Judice, de cujus ordine in carcere detinetur, decis. 12. n.112. in fine.

COMPLACENTIA.

Complacentiæ signa an arguant ratificationem delicti, decis. 49. numer.16.

COMPOSITIO.

Compositio carcerati succedit in locum pœnæ, quæ injusta erit, si pœna nulla deberetur, dec.12. num.27.

CONDEMNATIO.

Condemnatio an sequi possit ex confessione inquisiti fraudibus, calliditate, vel simulatione interrogantis extorta, decis. 16. numer.2.

CONDEMNATUS.

Condemnatus in exilium de facto, & non servata forma judiciaria, potest idem Judex de facto eodem imperio revocare sententiam, dec.31. numer.61. in fine.

Condemnatus ad remigandum sine temporis præfinitione, an censeatur ad perpetuum, vel ad decennium condemnatus, dec.8. numer.67.

CONFESSIO, CONFITENS.

Confessionem factam coram Judice incompetenti non nocere, ut non possit opponi defectus jurisdictionis, traditur decis. 12. numer.32.

Confessio facta metu tormentorum à privilegiato, qui torqueri non poterat, nulla erit, quamvis fuerit ratificata, decis. 14. num.38. in fine.

Confessio inquisiti per suggestionem extorta, est nulla, & spernenda, dec.16. num.2.

Confessio incidenter facta, an noceat confitenti, remissivè dec. 20. num.24.

Confessionis error, vide *error Confessionis*.

Confessio facta coram Judice incompetenti facit indicium ad torturam coram competenti, dec.41. nu.49.

Confessio extrajudicialis ut faciat indicium, debet probari per duos testes de loco, & tempore contestes, dec.41. n.48.

Confessio à Clerico emanata coram Judice Sæculari, dummodo non vi tormentorum, operatur contra eum, & inducit indicium ad torturam, dec.21. num.49.

Confitens qualificatè potest torqueri moderatè, dec.21. nu.20.

CONJECTURA.

Conjecturæ delicti fabricationis monetæ quænam sint, traditur remissivè dec.41. num.84.

CONSANGUINITAS.

Consanguinitas non facit Judicem suspectum, si est æquè consanguineus utriusque partis, dec.17. num.8.

CONSULES, AC JURATI.

Consules, ac Jurati non possunt remittere sine consensu Concilii injurias illatas Universitati, dec.30. n.5.

CONTESTATIO.

Ad contestationem litis, ad torturam, & ad sententiam carcerati per Procuratorem comparere non possunt, dec.30. nu.90.

CONVERSATIO.

Conversatio mala, alio concurrente adminiculo, satis est ad torturam, dec.44. num.60.

Creditor an propria auctoritate possit capere debitorem suspectum de fuga, dec.12. num.87.

Creditores veri, & synceri non autem ficti comparari debent ad effectum constituendi majorem partem creditorum, dec.32. n.96.

CRIMEN, ET CRIMINOSUS.

In crimine simoniæ an socii probent contra socium criminis, dec. 16. numer.7.

Crimina graviora acerbiori pœna sunt plectenda; leviora verò minori, dec.32. nu.8. in fine.

Criminoso non licet propria manu rem vindicare, cum facilis esset recursus ad Judicem, ad quem tenebatur adire, dec.38. n.22.

CUMULATIO.

Cumulationis via potest Magistratus cognoscere de delictis pertinentibus ad Baronem, dec.1. num. 10.

D

DAMNUM.

Ex damno alicui illato duplex oritur actio, una Fisco, & altera parti, dec.32. num.13.

DECOCTORES.

Decoctores patrimonii *legę Roscia* inter quatuordecim ordines sedere prohibebantur, ex Grecorum institutis infames erant, dec.13. num.15.

DEFENSOR.

Defensor pro absente admittitur sine mandato; non verò pro Actore, dec.23. num.4.

DEGRADATIO.

Degradatio Clerici pro quibus delictis sit facienda, dec.10. n.14

DELATIO.

Delatio armorum prohibitorum etiam est punibilis, dec.7. n. 63

DELIBERATIO.

Deliberationi causarum, & Reipublicæ gubernationi qui interfunt, liberrate in votis, consiliisque potiri debent omnimoda, decis.8. num.66.

DELICTUM, DELINQUENS.

Delictum in crimine insultus, ut probetur in genere, nedum requiritur, ut constet de illo notu, seu saltu aggressoris de loco ad locum, sed etiam quod sit nocibilis erga aggressum, dec.9. n.29.

Delicta ne remaneant impunita, ad inquisitionem ex officio procedendum est, dec.1. num.1.

Delictis gravibus captura decerni potest de facto; in occultis verò est arbitraria Judici, dec.12. num.18.

Delicta quænam comprehendantur sub indulto generali, ac motu proprio concesso; dec.31. num.23. versiculo *Hæc utique*,

Super delictis futuris non est licita transactio, aut pactio, quia daretur ansa delinquendi, dec.31. num.56.

Delictum pro quo imponitur pœna trium ictuum funis, & torturæ, est grave, dec.20. num.12.

Delicti remissionem an possint facere infans, pupillus, aut pubes cum auctoritate tutorum, & sine decreto Judicis, dec.30. n.100.

Delictum speciale, & speciali pœna punibile, est fractio carcerum Sancti Officii, dec.12. num.60.

In delicto sodomiæ datur præventio inter Regium Criminale Concilium, & Tribunal Sanctæ Inquisitionis, dec.13. n.112.

Delictum geminatum non debet sperare veniam, dec.32. n.6.

Delictum commissum de die in loco transitus itineris publici, & practicati, non est difficilis probationis, dec.41. n.2.

Delinquens puniri potest pœna extraordinaria obtenta pace ab offenso, dec.30. num.89.

DEMENTIA.

Dementia quomodo probetur, dec.43. nu.30.

DEPOSITIO.

Depositionis falsæ exceptio potest contra testem semel inductum opponi, decis.42. num.45.

Depositionem testium dividere non potest Judex, dec.7. num.55 præ-

præcipuè post exactum à teste juramentum, ibidem numer. 7.

DEPUTATUS, ET AUDITOR.

Deputati, & Auditores computorum Generalis Cathaloniæ tenentur obtemperare mandato in forma Cancellariæ eis expedito, dec. 2. num. 35.

DISCIPLINA.

Disciplina litterarum, quibus juventus in publicis gymnasiis eruditur, magnam Reipublicæ utilitatem affert, decis. 2. num. 14.

DOCTOR.

Doctores non possunt torqueri, dec. 14. n. 32.

Doctores Philosophiæ an gaudeant privilegio nobilium, ibid.

Doctores Regii Concilii non possunt consulere partibus in causis quæ valeant ad Regiam Audientiam spectare, dec. 47. num. 24.

Doctores Regii Concilii possunt consilium reddere judicibus, aut arbitris causarum Ecclesiasticarum, quæ non sperantur venire ad decisionem Regii Concilii, ibidem.

Doctores Regiæ Audientiæ tenentur respondere consultationibus interpositis per Regios Officiales super quæstione juris, & dummodo consultatio dubium probabile contineat, ibidem.

Doctores Regiæ Audientiæ non possunt suscipere commissiones causarum Ecclesiasticarum, vel Baronum, neque possunt fieri Assessores Prælatorum, vel Baronum, nisi aliter visum fuerit Locumtenenti Generali, dec. 47. nu. 24.

Doctorum turba absque delectu rationis solet sequi, dec. 27. n. 34.

DOMINUS.

Dominus navis, qui Magistrum proposuit an de ejus facto teneatur, dec. 4. num. 41.

DORMIENS.

Dormiens non punitur, si aliquem occidat, licèt occidat illum contra quem vigilans irarus fuerat, & jam cum attentaverat occidere, dec. 43. n. 40. ubi assignantur tres rationes.

DUBITANS.

Dubitans potius dicitur esse in bona, quàm in mala fide, & quando ob ignorantiam, aut dubietatem excusetur quis à delicto spreti mandati, dec. 1. num. 104.

DUELLUM.

Ad duellum se mutuò duobus provocantibus, eum qui adversarium percusserit, ad expensas, & damna obligari, nisi injuriam passus nobilitate polleat probatur, dec. 32. nu. 14.

E

EBRIETAS, EBRIUS.

Ebrius hominē interficiens an incidat in irregularitatē, dec. 43. n. 32.

Ebrietatis mala multa referuntur dec. 43. num. 26. & quare balbutiunt Ebrii traditur ibidem num. 28.

EFFECTUS.

Effectu non sequuto, non punitur delictū pœna ordinaria, sed mitiori, quamvis deventū fuerit ad actum proximum, dec. 44. n. 57.

EFFRACTURA.

Carcerum effractura Sancti Officii est speciale delictum, specialique pœna punibile, dec. 12. num. 106.

EMPTOR.

Emens rem furtivam publicè, & per cursorem non tenetur rem restituere, nisi refuso ei pretio, cum bona fides excuset à pœnis, quibus alias mala fides ementes res furtivas subiici deberent, dec. 41. num. 75.

Emptor rei furatæ quando recuperat pretium à domino vindicante, dec. 41. num. 75. ibid.

ERROR.

Error confessionis probati debet per liquidissimas probationes, & per manifestissimas in superlativo gradu, dec. 22. nu. 20.

EVELLENS.

Evellens à posse officialium bona intercepta, an subiiciatur pœnis contra extrahentes delatis, dec. 40. num. 29.

EVOCATIO.

Evocationes causarum ad Regium Criminale Concilium non sunt faciendæ sine legitimis causis, dec. 1. nu. 8. plura juris Theoremata ex hac causarum evocatione prosternuntur.

Evocata causa quoad delictum principale, evocanda erit quoad auxiliatores, fautores, aut receptatores, dec. 1. nu. 10.

Evocata quando censeatur causa per impositionem manus Principis, remissivè ibidem num. 19.

Evocatur causa ad Regiam Audientiam ob potentiam divitis, quando Baro petentem protegeret, aliàs secus dec. 1. nu. 13.

Evocari possunt causæ, quando agitur contra violantes salvasguardias, obtentas in executionem Regiæ sententiæ, dec. 1. n. 16.

Evocatur causa, quando agitur de proprio interesse Baronis, & ideo de injuriis sibi, vel suis officialibus factis cognoscere non potest, ibidem num. 17.

Evocatur causa, quando inferior est parti suspectus, ibidem n. 22.

EXCEPTIO.

Exceptio malæ capturæ locum habet, & ea exposita, reus à carceribus relaxatur, dec. 33. num. 19.

Exceptio falsæ depositionis potest contra testes semel inductos opponi, dec. 42. num. 45.

EXCUBIÆ.

De Excubiis, quando subditis peti possint, & quæ personæ ad illas teneantur, dec. 27. num. 45.

EXECUTIO.

Executio condemnationis corporalis an possit supersederi, instantibus creditoribus, & petentibus reum detineri, donec eis solvatur, dec. 14. num. 71.

EXIMENS.

Eximens carceratum a manibus justitiæ punitur eadem pœna, qua puniendus erat captus, & si erat pro causa civili, eximens tenetur duplici pœna, nempè ad solvendum id, ad quod captus tenebatur; & ad pœnam extraordinariam usque ad mortem, juxta qualitatem facti, dec. 3. num. 25. Ampliatur in impedientibus captum, ibid. num. 15.

Eximens captum à manu familiæ, quanam pœna puniatur, & quid si de mandato Judicis incompetentis capiatur, dec. 24. n. 20

EXULATUS.

Exulatus per sententiam potest ad finem detegendi veritatem relaxari ab exilio, dec. 31. num. 61.

F

FACINOROSUS.

Facinorosos dissimulare est sinistra clementia, dec. 32. nu. 3.

FALSUM.

Falsi pœna tenentur periti, si aggravent, vel minuant qualitates delicti in eorum relatione, dec. 11. num. 6.

Falsi pœna est arbitraria, dec. 19. num. 48.

Falsi delictum etsi sit atrocissimum, & pœna mortis puniatur, regulariter tamen pœna extraordinaria punitur, dec. 19. n. 56.

FALSITAS.

Falsitas cum à præsumptione proveniat, non poterit extendi ad cæteras juris similes partes, nisi falsi suspicio sit in principaliori parte instrumenti, à qua cætera pendent, dec. 44. nu. 40.

Falsitatis materia in causa civili à quibus DD. agitur, remissivè dec. 19. nu. 32. quibusve conjecturis probetur, ibidem nu. 35.

FAMA.

Fama bona in genere probata non excludit malam famam in specie probatam, dec. 50. num. 13.

Fama mala quando ex cursu temporis purgetur, ibid.

FAMULUS.

Famuli non sunt idonei testes pro Domino, dec. 16. n. 49. in fine, & dec. 17. num. 9.

FIDEJUSSOR.

Fidejussores officialium an sint obligati pro eorum gestis tempore quo prorogatur officium, dec. 4. num. 35.

Fidejussores Magistratuum non tenentur pro eis ad id, quod extra officium contraxerunt, vel deliquerunt; sicuti nec tenetur Magistratus nominans famulum, vel officialem pro delictis extra officium commissis, dec. 4. num. 48.

Fidejussores indemnitatis, & simplicis differentiæ, à quibus Doctoribus agatur, dec. 4. num. 57.

Fidejussor an teneatur, non excusso principali, remissivè ibidem

Fidejussor de reum repræsentando evitat bonorum executionem, etiam post illorum subhastationem moram purgando, dummodò tamen liberatio secuta non sit, dec. 12. num. 67.

Fidejussores suscipientes custodiam Rei ut à vinculis publicis liberetur, an teneantur etiam ad pœnam corporalem, si Reus non compareat, quam ipsi forent subituri, dec. 23. num. 26.

FIDES.

Fides quænam adhibeatur libris gabellariorū, remissivè dec. 26. n. 17

Fides est servanda, dec. 27. nu. 35. ubi de fide Principum, remissivè

FILIUS.

Filius familias est legitima persona standi in Judicio sine partis consensu, quando criminaliter agit pro crimine sibi illato, etiamsi sit pupillus, dec. 30. num. 6.

Filius ad instantiam patris potest capi; secus ad instantiam matris, & aliorum propinquorum, dec. 20. num. 5.

FISCUS.

Fisci patronus, etsi nullam habeat jurisdictionem ob institutum, potest tamen delinquentes capere, & in carceres mittere in flagranti, vel quando Judices essent negligentes in capiendo, dec. 12. num. 86.

Fisco concedenda est restitutio, si Reus est absolutus, vel minùs debitè condemnatus, & è contra, Reo si post sententiam appareat de innocentia per novos testes, dec. 48. nu. 41.

FRANGENS.

Frangens carceres, & accomodans instrumenta carceratis ad fracturam faciendam, consulentes, & auxiliatores, qua pœna plectantur, dec. 24. num. 20.

FRAUDATIO.

Fraudatio gabellæ quando dicatur commissa, etiamsi exportans merces non exiverit territorium, sed fuerit in via repertus, dec. 26. n. 20.

FUGA.

Fugæ indicium purgatur per spontaneam comparitionem, etiamsi fuga esset è manibus capientis, dec. 49. num. 17.

Fuga constat ex absentia à loco delicti, & illa etiā probatur ex actibus extrinsecis, & conjecturis, dec. 49. ibid. nu. 17.

FUR, FURTUM.

Fur an præsumatur ille qui rem furatam habet, dec. 41. nu. 74.

FURIOSUS.

Furiosus dormienti, & ignoranti æquiparatur, & omnia ejus

acta

UAB Biblioteca de Ciències Socials

acta æstimantur non secus, ac fortuito, & casu facta, nec consilium fraudis habet, dec.53. num.32.
Furiosus suarum rerum administratio interdicitur, & sub vinculis, & sæviori disciplina contineri jubentur, quousque sanam mentem recipiant, dec.43. num.39.
Furtivam rem emens bona fide, & percussorem, non tenetur rem restituere, nisi refuso ei pretio; dec.41. num.75.

G

GABELLA.

Gabellæ fraudatio quando dicatur commissa, etiamsi exportans merces non exiverit territorium, sed fuerit in via repertus, dec.25. num.20.

GABELLARIUS.

Gabellarii quando compellantur ad libros edendum, & quænam fides eorum libris adhibeatur, dec.26. num.17.

GERUNDENSIS.

Gerundensis Civitas habet salvamguardiam à nostris Regibus; & Jurati illius Civitatis, eorum officiales, & cunctæ res suæ sunt sub protectione Regia, & contra eos offendentes, vel damnificantes proceditur per viam Regaliæ, & hæc procedunt publicata salvaguardia, & non aliàs, dec.2. num.43.

GRATIA.

Gratia Principis licèt solo verbo fiat, tamen ante expeditionem litterarum informis, & imperfecta dicitur, dec.33. nu.9. licèt aliqui contrarium teneant ibid.
Gratiæ quando motu proprio Principis conceduntur, dicuntur favorabiles, neque possunt in consequentiam revocari: quinimo in illis omnis surreptionis macula cessat, dec.28. num.48.

GRATIATUS.

Gratiatus de delicto, remanet diffamatus, dec.48. nu.19.

GUIDATUS.

Guidatus censetur à Judice vocatus, dec.27. num.10.

H

HOMICIDA, HOMICIDIUM.

Homicida proditorius est, qui fœminam occidit, quia se defendere nequit; & ideo talis homicida non gaudet immunitate Ecclesiastica, dec.8. num.50.
Homicida proditorius est occidens Sacerdotem, vel ministrum justitiæ exercentem actum justitiæ, dec.8. nu.58.
Homicida an teneatur ad damna, & interesse partis, dec.35. nu.16.
Homicidæ pœna est temperanda, quando pro honore conservando; vel dedecore apud probos viros expellendo, hominem occidit, dec.42. num.34.
Homicidium commissum in dormientem, proditorium dicitur, dec.8. num.55.
Homicidium quando dicatur commissum ad defensionem, decis. 18. num.22.
Homicidium proditorium longè gravius redditur, quàm sit absque proditione, dec.20. num.16.
Homicidium est rixosum commissum ab injuriato verbis intra duas horas, dec.42. num.20.
Homicidium committens ex intervallo ex causa honoris, & injuriæ receptæ, non punitur pœna ordinaria mortis, sed extraordinaria, dec.42. num.35.
Homicidii scientia, & participatio quomodo debent constare, dec.47. num.1.

HONOR.

Honor semper ex offensione læditur, dec.42. num.34.
Honor cadaveribus debetur, dec.9. num.37.

I

IMMEMORIALE.

Immemoriali tempore potest laicus quærere jus habendi scamnum in Ecclesia, dec.38. num.13.

IMMUNITAS.

Immunitate Ecclesiastica non gaudet occidens fœminam, quia homicida proditorius est, dec.8. num.50.

IMPEDIENTES.

Impedientes capturam puniuntur eadem pœna, qua puniri solent eximentes captum à manu justitiæ, dec.3. nu.15.

INDICIUM.

Indicia tractatus, participationis, mandati, vel auxilii præstiti, sunt necessaria, ut procedi possit contra participem, constito de principali delinquente, dec.9. num.32.
Indicatis indubitatis non potest condemnari quis ad pœnam ordinariam, dec.42. num.34.
Indicium, ut fiat ex confessione extrajudiciali, debet talis confessio probari per duos testes de loco, & tempore contestes, dec.11. n.48
Indicium ad torturam facit coram competenti Judice confessio facta coram Judice incompetenti, dec.41. nu.40.
Indicium non facit in homine bonæ famæ, repertura monetæ falsæ vel instrumentorum ad illam cudendum, dec.41. nu.84.
Indicium inimicitiæ capitalis expenditur, remissivè dec.38. nu 2.
Indicium mendacii, & variationis in substantialibus ponderant Doctores, remissivè decis. 45. numer. 29.
Indicium sanguinis exeuntis à cadavere ad præsentiam inquisiti traditur remissivè dec.45. num.35.

INDULTA.

Indulta generalia, ac motu proprio concessa, quæ delicta comprehendant dec.31. num.23. versiculo *Hæc utique*.

INFAMIS.

Infames personæ admittuntur ad probandum delictum commissum in postribulo, licet regulariter à testificádo arceantur, dec.16.n.49.

INFANS.

Infans, pupillus, aut pubes an possint delicti remissionem, ac pacem facere cum auctoritate tutorum, & sine decreto Judicis, dec.30. num.100.

INFANTICIDIUM.

De infanticidio commisso in filium conceptum tantùm, & de muliere abortum procurante, & de atrocitate horum delictorum, & illorum pœnis, dec.50. num.43.

INFERIOR.

Inferior propter indicia ad mortem condemnare non potest, benè verò interposita consultatione Regio Concilio, qui perpendet indicia, & iniungit inferiori, ut reum condemnet ad mortem, dec.1. num. fine.

INFIRMUS.

Infirmus in infirmitate gravi excusatur à contumacia, & ab illius pœnis est immunis, dec.12. num.41.

INIMICITIA, INIMICUS.

Inimicitia gravis infertur ex percussione cum cubito, & ex gestatione armorum, maximè si fuerit illata coram pluribus, dec.18.n.4.
Inimicitia non solet excludere ab agendo, vel accusando eum, qui suam, vel suorum injuriam in judicio prosequitur, dec.18. n.12.
Inimicitiæ effectus non tollitur reconciliatione de recenti, dec. 38. num.17.
Inimicitiæ capitalis indicium expenditur ibid.
Inimicitia probata inter occisum, & occisorem facit cessare alterius mandatum, unde ut arguatur mandatum, probari debet inimicitia inter mandantem, & occisum, dec. 44. nu.61.
Inimicitia ut faciat indicium, debet provenire à causa urgentissima, & debet esse capitalis, dec. 45. nu. 21.
Inimicus reconciliatus an possit esse Judex, dec.38. n.17.

INJURIA.

Ex injuria, seu damno alicui illato duplex oritur actio, una Fisco, & altera parti, dec.32. nu.13.
Injuria quando dicatur realis, & quando verbalis, & de divgrsis speciebus injuriarum, dec.42. nu 22.

INNOCENS, INNOCENTIA.

Innocentes pœnam fracti carceris evadunt, si non servato juris ordine fuerint in carcerem conjecti, & mortem probabiliter metuunt, dec.24. nu. 13.
Innocentia arguitur spontanea comparitione inquisiti, dec. 44. num. 70.
Innocentiæ indicium est qui se non latitat, sciens carceri posse mancipari, dec.49. nu. 17.

INQUISITOR.

Inquisitores possunt punire subditum Episcopi de ipsius licentia incarceratum in carcere Sanctæ Inquisitionis pro majori custodia, quia ex tali effractione Inquisitor offenditur, dec.12.n.106.

INQUISITUS.

Inquisitus nihil opponens contra confessionis nullitatem, renuntiare illi remedio videtur, dec.16. n.2.

INSTANTIA.

Instantia partis est necessaria, ut procedi possit contra personam militarem delatam de homicidio contra Militem, dec.2. n.43.

INSULTUS.

Insultus quomodo probetur, dec.9. n.29.

IRA.

Ira levis, & provocatio quænam sit, relinquitur arbitrio Judicis, dec.39. num.17.

IRACUNDIA.

Iracundiæ calor præsumitur durare per spatium 24. horarum, decis. 39. num. 39.

IRREGULARITAS.

Irregularitatem an incurrat ebrius hominem interficiens, dec. 43. num. 32.

ITERATIO.

Iteratio delinquendi transit in consuetudinem peccandi, idcò ex iteratione pœna augetur, dec.32. nu.6.

JUDEX.

Judex in causis Criminalibus licèt debeat examinare testes, non tamen potest dicta testium scribere, ac acta conficere, sed solus Notarius, dec.7. nu.4.
Oportet Judicem descendere ad locum, in quo quis dicitur diffamatus de crimine, ut melius veritas reperiatur, dec.7. nu. 6.
Judex habens justam causam exculpationis, sine partis instantia potest reum relaxare, dec.12. nu.79.
Judex incompetens, & etiam incapax potest capere debitorem suspectum de fuga, dec.12. nu. 87.
Judex, qui aliquem dolosè tormentis supponit, qua pœna puniatur, traditur remissivè dec.14. nu.16.
Judex æquè consanguineus utriusque partis non est suspectus cum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cum per parem affectionem omnis suspicio tollatur, dec. 17. n. 8.
A Judice, carcerati non sunt recipiendi testes contra Judicem, decis. 18. num. 13.
Judici Criminali conceditur jurisdictio super illis effectibus Civilibus, qui sunt per necesse connexi cum causa Criminali, cujus sunt dependentes, & accessorii, dec. 19. num. 57.
Judex potest capi facere filium ad instantiam patris, si pater sit persona honesta; secus ad instantiam matris, & aliorum propinquorum, dec. 20. num. 5.
Judex recusans sub fidejussore relaxare, tenetur in syndicatu, dec. 23. num. 26.
A Judice vocatus censetur guidatus, dec. 27. nu. 10.
Judex post sententiam nequit pœnam, quam juxta legem irrogavit, inconsulto Principe, augere, aut temperare, dec. 31. n. 61.
Judex unius Principatus, vel territorii nunquam exequi debet sententiam alterius Judicis diversi territorii absque cognitione causæ, dec. 37. num. 15.
Judex ex officio potest in concordiam adducere testem in examine, & post examen, dec. 44. num. 32.
Judex an possit esse inimicus reconciliatus, dec. 38. nu. 17.
Judices non possunt depositionem dividere, cum ipsi teneantur investigare veritatem, tam pro Reo, quàm pro Fisco, dec. 7. n. 5.
Judices laici in casibus permissis ultra tempus à jure concessum non detineant Clericos, sed statim, quàm primum possint, eos suo Judici Ecclesiastico præsentent, dec. 12. nu. 81.

JUDICATA.

Judicata per collusionem retractantur jure ordinario, restituta lite per actionem de dolo, aut per exceptionem, dec. 48. nu. 37.

JUDICO.

Judicandum est non ex multitudine Doctorum, sed ex ratione, & jure, dec. 27. num. 34.

JUDICIUM.

Judicium est finiendum ubi cæptum est, dec. 1. nu. 8.
In Judiciis Criminalibus oportet quærere legitimas personas accusantium; quia legitimatio personarum est fundamentum Judicii, dec. 30. num. 1.

JURAMENTUM.

Juramentum remitti non potest à Judice ut testi credatur; benè verò à partibus in casibus Civilibus, dec. 7. num. 19. & 20.
Juramentum præstitum in ingressu officii temporalis, extenditur ad tempus prorogatum, ibidem dec. 4. nu. 13.
Juramenti vim habet promissio facta per principem sub fide, & verbo Regio, dec. 27. num. 36.

JURISDICTIO.

Jurisdictio Suprema à Rege non solet separari, & ideò licèt vassalli ab ejus jurisdictione ordinaria separentur, tamen vassalli Regis existimantur, dec. 1. num. 8.

JUS.

Jus signandi metalla, cudendique numismata olim ad Romanum Imperatorem pertinebat, hodie verò ad Supremos Principes expectat, dec. 10. num. 14.
Jus accusandi in adulterio præscribitur spatio quinque annorum, nisi adulterium esset conjunctum cum incestu, decis. 32. nu. 54.
Jus accusandi in injuria inquiri non potest, nisi infra annum, ib.
Jus accusandi attento jure communi durat viginti annos, dec. 32. num. 54.

L

LACHRYMÆ.

Lachrymæ proveniunt ex dolore, & mœrore, vel ex lætitia, & gaudio, & de lacrymarum differentiis, remissivè dec. 50. n. 22.

LAICUS.

Laicus tempore immemoriali potest quærere jus habendi scamnum in Ecclesia, dec. 38. num. 13.

LATRONES.

Latrones publici dicuntur, qui publicas vias obsident insidiosè, & animo deliberato, dec. 8. num. 63.

LEGITIMATIO.

Legitimatio personarum est fundamentum judicii, ideo oportet quærere legitimas personas accusantium in judiciis criminalibus, decis. 30. ante num. 1.

LIBRI.

Libris gabellariorum quænam fides adhibeatur, & quando compellantur ad libros edendum, dec. 26. nu. 17.

M

MAGISTRATUS.

Magistratus Regius cognoscere potest de delictis ad Baronem spectantibus per viam cumulationis, quando plura sunt ab aliquo commissa delicta, quorum alia pertinent ad cognitionem Magistratus, & alia ad Baronem, dec. 1. nu. 10.
Magistratus nominans famulum, vel officialem pro delictis extra officium commissis, non tenetur ibid. dec. 4. nu. 41.
Magistratibus superioribus etiam cum injustè læserint, aut processerint, resistendum non est, dec. 24. nu. 20.

MALEFICIUM.

Ex maleficio quolibet, injuria, seu damno alicui illato duplex oritur actio, una Fisco, & altera parti, dec. 32. num. 13.

MANDANS.

Mandans aliquem in territorio alterius interemi, punitio delicti an ad eum Judicem pertineat, intra cujus fines illud consummatum est, an ad Judicem loci mandati, traditur remissivè dec. 37. n. 17.
Mandans, & mandatarius, auxilians, & opem ferens licet eadem pœna regulariter puniantur, interdum tamen diversimodè pro qualitate personarum, dec. 49. n. .

MANDATARIUS.

De mandatario debet plenè constare, ut possit procedere contra mandantem, dec. 47. num. 38.

MANDATUM.

Mandatum ad syndicandum debet esse speciale, dec. 30. nu. 90.
Mandatum occidendi hominem ut arguatur, probari debet inimicitia inter mandantem, & occisum, dec. 44. nu. 61.

MASCULUS.

Masculus fortiùs punitur, quam mulier maximè in delictis levibus, dec. 28. num. 24.

MATER.

Mater, & alii propinqui non possunt capi facere filium; benè verò pater, si sit honesta persona, dec. 20. num. 5.
Mater, quæ occidit filium ob satis illum justum dolorem quòd ei sæpiùs maritus improperasset filium illum esse ex adulterio conceptum, parricidii pœna non mulctatur, dec. 42. n. 7.

MEDICI.

Medici, vel Chirurgi debent nuntiare officialibus justitiæ vulnera, quæ curant, & medicantur, nisi vulnera sint minima, & parvi momenti, vel si pars jam ante exposuerit querelam, aut si Judex accesserit ad offensum, dec. 11. num. 20.
Medici, vel Chirurgi quamvis sint vulnerati, debent delicta revelare, dec. 11. num. 20.

MENDACIUM.

Mendacium, seu variatio in accidentalibus, & levibus in testibus non habetur in consideratione, dec. 8. nu. 34.
Mendacii indicium, & variationis in substantialibus ponderant Doctores dec. 45. num. 29.

MERETRICES.

Meretrices, & aliæ personæ infames admittuntur ad probandum delictum in postribulo commissum, licèt regulariter à testificando arceantur, dec. 16. num. 49.
Metus quid sit, & qualiter probetur, & quando dicatur cadens in constantem virum, & quando levis, dec. 22. nu. 26.
Contra Militarem personam sine instantia partis delatam de homicidio commisso in militem non potest procedi per regaliam usatici *simili modo*, dec. 2. num. 43.

MINÆ, MINATUS.

Minarum indicia dec. 45. num. 22.

MINANS.

Minans cum armis inimicus est minati, dec. 18. num. 4.
Minatus, utpote quia illi revelaræ fuerint minæ, excusatur à pœna ordinaria homicidii per ipsum patrati contra minantem ex intervallo, intra tamen spatium 24. horarum, dec. 39. n. 39.

MINISTER.

Ministrum justitiæ exercentem actum justitiæ occidens, homicida proditorius est, dec. 8. num. 58.

MINORES.

Minoribus in delictis pœnæ minorantur, dec. 16. num. 28.
Minor an restituatur adversus propriam confessionem, dec. 22. n. 19.
Minor non restituitur in integrum adversus lapsum temporis præfixi ad accusandum, seu inquirendum, sicut nec adversus pacem factam, ac remissionem de delicto etiam de morte patris; benè tamen si dictum beneficium imploret ad consequendum damnum, & interesse, dec. 30. nu. 100.

MONASTERIUM.

Monasterio applicatur pecunia proveniens ex remissione injuriæ illatæ Monacho professo, dec. 30. n. 22.

MONETA

Monetæ inventio, & idemtitas quomodo debeat constare, remissivè dec. 10. num. 2.
Monetam expendens ignoranter, & sine dolo, nulla pœna punitur, & an scientia sit probanda per Fiscum, resolvitur dec. 10. nu. 23.

MORA.

Mora quando possit purgari à fidejussore de rem repræsentando, dec. 12. num. 67.

MULIER.

Mulier honesta pro delicto levi non venit carceranda; secus si delictum sit admodum grave, dec. 12. num. 36.
Mulier ob imbecillitatem mentis mitius punitur, quàm masculus maximè in delictis levibus, dec. 28. num. 24.
In mulieribus vigent pœnæ adulterii per legem inductæ magis, quàm in viris, dec. 30. num. 27.
Mulier quando dicatur in adulterio fuisse deprehensa, dec. 42. n. 12.
Mulier abortum procurans qua pœna puniatur, remissivè decis. 50. num. 43.

MUTUS.

Muti, & surdi à natura, vel accidenti, si intellectu non careant, possunt in testes admitti, dec. 7. num. 27.

N

NAVIS.

Navis Dominus, qui Magistrum proposuit, an teneatur ex facto Magistri, dec.4. num.41.

NOBILIS.

Nobilis persona est excarceranda exhibitis fidejussoribus, tametsi corporis pœnam sit subiturus, modò delictum atrocitatem non contineat, dec.23. num.26.

NOCENTES.

Nocentes sunt puniendi, ut cæteri Cives eorum exemplis terreantur, dec.32. num.1.

NOTARIUS.

Notarii officium in omnibus Regnis necessarium, nobile, dignum, & honorabile est, dec.5. num.2.

Notarii regulariter tenentur de facto suorum juvenum, & substitutorum, seu adjunctorum in his muneribus, quibus per eos sunt præpositi, dec.4 num.33.

Notarius in criminalibus non potest examinare testes, sed solus Judex, dec.7. num.4.

Notarii, seu Actuarii sunt pars quidditativa judicii, & Judices sine illis esse non possunt, dec.7. nu.4.

NUMISMA.

Numismata hodiè debent cudi, & signari à Principe Supremo, dec.10. num.14.

O

OBLIGATIO.

Obligatio carcerati erga Fiscum, vel Principem facta, an valeat per viam compositionis, remissivè dec.12. nu.27.

OBSERVANTIA.

Observantiæ interpretativæ effectus à quibus Doctoribus explicentur, dec.4. num.29.

OFFENSIO.

Offensio in honore habet tractum successivum, quia semper honor ex offensione læditur, dec.42. nu.34.

Offensio facta cum alapa, baculo, pugno, & similibus quomodo puniatur, dec.42. num.35.

Offensio modica non habetur in consideratione, dec.11. num.20.

OFFICIALIS.

Officiali non gestanti virgam, seu signum non creditur, & ideo resistentia ei facta non est culpabilis, dec.4. num.5.

Officialium fidejussores remanent obligati pro tempore quo prorogatur, ibid. num.15.

Officiales, & Potestates virtute juramenti non tenentur servare statuta injusta, iniqua, & illicita, ibid. num.24.

Officialis Regius capiens inculpatum, accusatum, denuntiatum, aut diffamatum de crimine, non potest captum relaxare, vel aliàs remittere per compositionem, nisi prius captum duxerit coram Judice, dec.12. num.79.

Officiali exequenti, etiam deficiente mandato, non licet resistere, nec à Magistratibus superioribus etiam cum iniustè læserint, aut processerint, dec.24. num.20.

OFFICIUM.

Officia temporalia distinguuntur eodem modo, sicut distinguuntur tempora, quibus officia illa durare solent, dec.4. num.14.

Officium si est annuale, & officialis post annum confirmetur sive tacitè, sive expressè, novum officium videtur assequutus numero diversum à primo, non qualitate, dec.4. nu.14.

Officium prorogatum, primo adhuc durante, dicitur unum, & idem officium, non autem novum, vel diversum, decis.4. num.16.

ORATORES.

Oratores neque odio impulsi, neque ad gratiam cujusque verbum ullum loqui debent, dec.8. num.66.

OSCULA.

Ex osculis solum, nisi junctis adminiculis non infertur indicium adulterii, dec.50. num.12.

P

PARTICIPATIO, PARTICEPS.

Contra participem non potest procedi constito de principali delinquente, nisi apparent indicia tractatus, participationis, mandati, vel auxilii præstiti, dec.9. num.32.

Participatio, & scientia homicidii quomodo debeant constare, dec.47. num.1.

PARRICIDIUM.

Parricidii pœna non mulctatur mulier, quæ filium occidit ob satis illum dolorem, quod ei sæpiùs maritus improperasset filium illum fuisse ex adulterio conceptum, dec.42. nu.7.

PATER.

Pater si sit persona honesta ad suam instantiam potest capi facere filium, secus mater, & alii propinqui, dec.20. nu.5.

Patri non applicatur pecunia proveniens ex remissione injuriæ illatæ Monacho professo, sed Monasterio, dec.30. nu.12.

PAX.

Pax non dicitur rupta, si filius professus offenderit cum, pro quo pater cautionem præstitit, dec.30. numer.12.

Pace obtenta ab offenso, potest deliquens puniri pœna extraordinaria, dec.30. num.89.

Pacem facere, ac delicti remissionem possunt Pupilli, & infantes cum auctoritate Tutorum, dec.30. num.100.

Pax licet possit probari per testes, attamen quando agitur ad pœnam pro fractura pacis, de pace debet constare ex instrumento, dec.30. num.103.

Pacis contractus ex illis est, qui non requirunt scripturam, dec.30. num.103.

PECCATUM.

Peccatis primis facilè indulgetur, dec.32. nu.6. in fine.

PECUNIA.

Pecuniam propter injuriam recipere inter nobiles indecorum valdè est, dec.32. num.14.

Pecunia proveniens ex remissione injuriæ illatæ Monacho professo applicatur Monasterio, & non patri, dec.30. nu.12.

PERITUS.

Periti si aggravent, vel minuant qualitates delicti in eorum relatione, tenentur pœna falsi, dec.11. num.6.

Peritorum judicio committitur, an vulnus sit lethale, vel ne; & sic debent jurare dumtaxat de credulitate, dec.11. num.7.

Periti plures præferuntur paucioribus, dec.11. nu.11.

PIETAS.

Pietas major debetur in mortuos, quam in vivos, dec.9. nu.37.

POENA.

Pœna aliqua non punitur expendens monetam ignorantes, & sine dolo, dec.10. num.23.

Pœna falsi tenentur periti, si aggravent, vel minuant qualitates delicti in eorum relatione, dec.11. num.6.

Pœna si nulla debetur, carceratus non potest per viam compositionis aliquid promittere Fisco, vel Principi, dec.12. nu.27.

Pœna falsi tenentur Barbitonsores, vel Chirurgi aggravantes, vel minuentes qualitates delicti in eorum relationibus, dec.12. n.42.

Pœna contra Judicem, qui aliquem dolosè tormentis supponit, quænam sit statuta, & alia ad hanc rem, dec.14. num.16.

Pœna mortis, aut alia, per quam inutilis efficiatur reus insignis in aliqua arte, vel professione, non est coercendus, nisi propter seditionē, latrocinium, vel aliud simile veniret puniendus, dec.14.n.37

Pœna est temperanda ob minorem ætatē delinquentiū, dec.16.n.28.

Pœna quanam puniantur testes falsò deponentes tam in offensam, quàm in defensam, dec.19. nu.8.

Pœna committentis tria furta remissivè traditur, decis.19. nu.46.

Pœna falsi est arbitraria, dec.19. num.48.

Pœna extraordinaria punitur falsi delictum, dec.19. nu.56.

Pœna trium ictuum funis, & torturæ imponitur pro delicto gravi, dec.20. num.12.

Pœna frangentis carceres quænam sit, remissivè dec.24. num.20.

Pœna eximentis captum à manu familiæ quænam sit, & quid si à Judice incompetenti reus sit captus, dec.24. nu.20.

Pœna adulterii in viris per legem inductæ non vigent, ut vigent in mulieribus ob majorem honestatem, quæ in tali sexu desideratur, dec.30. num.87.

Pœna extraordinaria punitur delinquens, obtenta pace ab offenso, dec.30. num.89.

Pœnam, quam juxta legem irrogavit Judex per sententiam, non potest idem Judex, inconsulto Principe, augere, aut temperare, dec.31. num.61.

Pœna augetur ex iteratione delinquendi, quia geminatum delictum non debet sperare veniam, dec.32. nu.6.

Pœna temperatur ob senectutem, dec.32. num.8.

Pœnā acerbiori plectenda sunt crimina graviora, leviora minori, dec.32. num.8. in fine.

Pœnā remissā, quæ lucrum est, non censetur remissum damnum, dec.32. num.12.

Pœnæ remissio intelligitur commissi, vel fraudis non directus, ac portorii, nec respectu delatoris, vel accusatoris, qui habet jus quæsitum ad aliquam partem pœnæ, dec.32. nu.12.

Pœna extraordinaria est puniendus ille, qui leviter provocatus, & ex ira provocantem occidat, dec.39. num.17.

Pœnis contra extrahentes delatis an subiiciatur evellens à posse officialium bona intercepta, dec.40. num.29.

Pœna ordinaria statuti non punitur mulier occidens maritum justo dolore, ut quia maritus retinebat concubinam in domo, dec.42. num.13.

Pœna injuriarum, remissivè dec.42. num.22.

Pœna ordinaria mortis non punitur ille, qui ex intervallo ex causa honoris, & injuriæ receptæ homicidium committit, dec.42.n.35

Pœna statuta contra libellū famosum facientes habet locum in stercorante, seu apponente cornua ad ostium alicujus, dec.42.n.38.

Pœna mortis naturalis an habeat locum in assassinio, morte non sequuta, dec.44. numer.57.

Pœna ordinaria non punitur delinquens, non sequuto effectu, quāvis deventum fuerit ad actum proximum, dec.44. num.57.

Pœna *legis Pompeja de Parricidiis* in desuetudinem abiit, & in ejus locū alia pœna, pro locorum statutis, introducta est, dec.45.n.6.

De pœnis in omni genere homicidii, dec.44. num.12.

Pœna privati carceris quænam sit, & qui ab illa liberentur, dec.12. numer.96.

PRÆ-

ADDITIONUM.

PRÆCEDENTIA.

Præcedentiæ materia inter officiales, & Magistratus, dec. 3. n. 18.

PRÆEMINENTIA.

Præeminentia, aut præcedentia causa est honori, & gravis præjudicii, & cõtra turbatores potest procedi armata manu, dec. 38. n. 13.

PRÆSUMPTIO.

Præsumptiones falsitatis, dec. 19. num. 35.

Præsumptiones exclusivæ mandati ad occidendum; dec. 44. nu. 52.

PRÆVENTIO.

Præventio datur in delicto inter Regium Criminale Concilium, & Tribunal Sanctæ Inquisitionis, dec. 12. nu. 112. circa finem, ubi decisio Senatus.

PRINCEPS.

Princeps non potest sine causa propriam jurisdictionem Tribunalibus auferre, dec. 1. num. 8.

Princeps quando apponendo manum in causa, censeatur illam sibi evocare, ibid. num. 19.

Princeps promittens sub fide, & verbo Regio, tenetur observare promissum, sicuti si juramento promisisset, dec. 27. num. 36.

Principis gratia motu proprio concessa est favorabilis, & surreptionis macula non vitiatur, dec. 28. num. 48.

Princeps potest dispensare delicta ante, vel post latam sententiam, & à pœnis legalibus intra rationis, & justitiæ metas recedere, dec. 31. num. 61.

Princeps debet nocentes punire, ut cæteri Cives eorum exemplis terreantur, dec. 32. num. 1.

Principis assertioni est standum, dec. 32. num. 14.

PRIVILEGIUM.

Privilegia multa concessa sunt studentibus ad allicendos animos ad studia litterarum, in additionibus ad 1. partem dec. 2. nu. 14.

PROBATIO.

Probatio per comparationem magis legalis, & efficacior reputatur, quàm probatio per testes habentes notam manu, dec. 8. nu. 18.

PRODUCENS.

Producens instrumenta falsa, quando causam amittat, dec. 19. n. 32.

Producens licèt personam testis non possit impugnare; benè verò ejus dictum obiici valet, dec. 42. num. 45.

PROMISSIO.

Promissio illa, qua carceratus obligatur Fisco, vel Principi per viam compositionis, succedit in locum pœnæ, quæ injusta erit, si pœna nulla deberetur, dec. 12. num. 27.

Promissio facta per Principem sub fide, & verbo Regio habet vim juramenti, dec. 27. num. 36.

PROREX.

Prorex hujus Principatus est magnæ auctoritatis, & potestatis, dec. 1. num. 8.

PROVOCATUS.

Si provocatus levi ex ira provocantem occidat, nihil de pœna ordinaria remittendum est, dec. 39. num. 17.

PROVISIO.

Provisio Judicis est necessaria, ad hoc ut Vicarius Barcinonæ possit capere, & captum detinere, vel eum relaxare, dec. 12. nu. 79.

PUNITIO.

Punitio delicti an pertineat ad Judicem intra cujus finem illud commissum est, an ad Judicem loci mandati, quando mandat quis aliquem interemi in territorio alterius, dec. 37. n. 18.

PUPILLUS.

Pupillus, aut pubes an possit delicti remissionem, ac pacem facere cum auctoritate Tutorum, & sine decreto Judicis, decis. 30 numer. 100.

PURGATIO.

Purgatio more adhuc post subhastationem admittitur à fideiussore de reum repræsentando, dec. 12. nu. 67.

Q

QUALITAS.

Qualitas adjuncta verbo, secundùm tempus, & dispositionem verbi regulari debet, dec. 26. num. 22.

Qualitas quæ fundat, aut privat, debet ante omnia probari, dec. 26. num. 22.

Qualitatibus exterioribus probatur animus occidendi, dec. 38. n. 1.

Qualitas idoneitatis testium non est probanda, cum quilibet testis in dubio præsumatur idoneus, nisi requiratur idoneitas in superlativo gradu, dec. 41. num. 26.

R

RANCOR.

A rancoribus, & odiis semel susceptis nec ratio, nec longissimum tempus dimovere possunt aliquos homines, dec. 38. num. 17.

RATIFICATIO.

Ratificatio delicti an inferatur ex signis complacentiæ, decis. 49. num. 16.

DIVUS RAYMUNDUS.

De divo Raymundo de Penyafort, & de ejus mira sanctitate, doctrina, & actis agitur dec. 27. num. 16.

RECEPTATIO, RECEPTATOR.

Receptatio delinquentis quando faciat indicium, dec. 44. n. 58.

Receptator non dicitur ille, per cujus prædium, vel locum banniti in numerosa quantitate iruentes transeunt, quamvis ibidem victualia sumant, & morcantur, dec. 46. nu. 21.

RECONCILIATIO.

Reconciliatio de recenti non tollit effectum inimicitiæ, decis. 38. numer. 17.

RECURSUS.

Recursus ad Magistratum Sæcularem admittitur in causis Ecclesiasticis, & Sæcularibus, pro sola defensione in eius iuribus, vel possessione de facto, decis. 1. num. 33.

Recursus est nomen generale, derivatum à verbo *Recurro*, & comprehendit omnem actum, per quem ad Principem, & superiorem recurritur, decis. 23. numer. 3.

REGALIA.

Regalia evocatæ causæ post latam sententiam, à superiore tolli etiam potest, decis. 1. numer. 48.

Regalia usatici *simili modo* non habet locum contra personam militarem delatam de homicidio commisso contra militem, si non datur instantia partis, dec. 2. num. 43.

REITERATIO.

Reiteratio, & consuetudo delinquendi per binos actus introducitur, decis. 32. num. 6.

REMISSIO.

Remissionem delicti petens, confiteri illud dicitur, saltem illius notam de facto incurrendo, dec. 32. nu. 31.

RESCRIPTUM.

Rescripta Principis reverenter sunt suscipienda tam à partibus, quæ ea impetrarunt, quàm à Judicibus, quibus ea diriguntur, dec. 3. nu. 39.

REPERTURA.

Repertura monetæ falsæ, vel instrumentorum ad illam cudendum non facit indicium in homine bonæ famæ, dec. 41. n. 84.

RESISTENTIA.

Resistentia non est culpabilis, si fiat Officiale non gestanti virgam, seu signum, ex quo ei non creditur sine signo, dec. 4. n. 5.

RESPUBLICA.

Reipublicæ summum bonum est delinquentes condigna pœnam puniri, decis. 48. numer. 41.

RESTITUTIO.

Restitutio in integrum non conceditur minori adversùs lapsum temporis præfixi ad accusandum, neque adversùs pacem facta, ac remissionem de delicto etiam de morte patris; benè tamen si dictum beneficium imploret ad consequendum damna, & interesse decis. 30. num. 100.

REUS.

Reus in aliqua arte, vel professione insignis torqueri non potest, si periculum sit ut moriatur, aut inutilis fiat; nec pœna mortis, aut alia, per quam inutilis efficiatur, coercentur, sed pœna erit commutanda, nisi propter seditionem, latrocinium, aliudve simile veniret puniendus, dec. 14. nu. 37.

Reus torquetur ad habendam responsionem præcisam, decis. 14. numer. 42.

Pro reo absente defensor admittitur sine mandato, non verò pro actore, dec. 13. num. 4.

Reus, qui in vinculis est propter crimen, ex quo primariò pœna pecuniaria imponitur, & in ejus defectum corporalis, est relaxandus, dec. 23. nu. 26.

Reus, qui fractis carceribus evadere tentat, condemnatur ad fustigandum, dec. 24. num. 20.

Reus si post sententiam juridicè prolatam, appareat per novos testes de innocentia, est absolvendus, dec. 48. nu. 41.

RUSTICUS.

Rustica persona, & simplex quænam dicatur, statur Judicis arbitrio, dec. 22. nu. 31. Et quando sagax, versuta, aut fallax, ibid. num. 32.

Rustici à pœnis contrabanni ob eorum simplicitat em defenduntur, dec. 41. num. 100.

S

SACERDOS.

Sacerdotem occidens homicida proditorius est, dec. 8. num. 58.

SALVAGUARDIA.

Salvaguardia militum non publicata in hoc Principatu contra illorum offendentes non proceditur per Usaticum, dec. 2. n. 43.

SALVUS CONDUCTUS.

Salvus conductus sub conditione concessus, seu cum ablativo absoluto, non purificata conditione, servandus nõ est, dec. 28. n. 46.

SANGUIS.

Sanguis exiens à cadavere ad præsentiam inquisiti, an faciat indicium, dec. 45. num. 35.

SCHOLASTICUS.

Scholasticis magna privilegia sunt concessa, dec. 2. nu. 14.

Scholastici, aut Doctores gravati, & oppressi, possunt appellare immediatè ad Tribunal Principis, ibidem num. 15.

Scholastici æquiparantur militibus ibidem num. 22. infrà.

SCIENTIA.

Scientia, & participatio homicidii quomodo debeant constare, decis. 47. numer. 1.

SCRI-

INDEX

SCRIPTURA.
Scriptura privata in Criminalibus quomodo sit verificanda, dec. 8. numer. 18.
SECURITAS.
Securitate, vel salvo conducto concesso eundi, & redeundi, an intelligatur pro una vice tantum, an verò pro pluribus, dec. 3. num. 4. ubi tres casus distinguuntur.
SENECTUS.
Ob senectutem quando temperatur pœna, dec. 32. num. 8.
SENTENTIA.
Ad sententiam, & ad torturam comparere non possunt carcerari per procuratorem, dec. 30. num. 90.
SIMPLEX.
Simplex persona, & rustica quænam dicatur, statur judicis arbitrio, dec. 22. num. 31.
SOCIUS.
Socius criminis an probet contra socium in crimine simoniæ, dec. 16. numer. 7.
SOMNUS.
Somnus est parva mors, dec. 43. num. 40.
STATUTUM.
Statuta injusta, iniqua, & illicita non tenentur servare Officiales, & Potestates virtute juramenti, dec. 4. num. 24.
STUDIA.
Studia litterarum multis constant laboribus, dec. 2. num. 14.
SUMPTUS.
Sumptus ministrari debet Testi, ille, qui sua interesse crediderit, Testes evocari; qui quidem sumptus æstimatur juxta personæ dignitatem, dec. 7. num. 31.
SUPERIOR.
Superior debet adiri, quando inter Judices æquales sit contentio jurisdictionis, dec. 1. num. 36.
Superior Ecclesiæ, aut Prælatus debet requiri, ut decocti bona in præjudicium creditorum, ad Ecclesiam asportata, ab ea extrahantur, & consignentur Judici competenti, dec. 9. nu. 65.
SURREPTIO.
Surreptionis macula cessat in gratiis motu proprio à Principe concessis, dec. 28. num. 48.
SYNDICATIO.
Syndicatur Judex recusans sub fidejussore relaxare, dec. 23. n. 26.

T

TESTIS.
Testes in causis criminalibus licet debeant examinari per Judicem; non potest tamen ipse Judex dicta Testium scribere: sed solus Notarius, dec. 7. num. 4.
Testes antequam recipiantur, priùs est perquirenda veritas inquisitionis, dec. 7. num. 6.
Testis post pubertatem deponere potest de his quæ vidit, vel scivit tempore pupillaris ætatis, dec. 7. num. 17.
Testis juramentum dispensari non potest à superiore, dec. 7. n. 19. de consensu tamen partium in Civilibus juramentum remitti potest, ibidem num. 20.
Testes esse possunt muti, & surdi à natura, vel accidenti, si intellectu non careant, dec. 7. num. 27.
Testibus sunt ministrandi sumptus ab eo, qui crediderit sua interesse Testes evocari; cum nemo teneatur suis stipendiis in judicio ad dicendum testimonia comparere, dec. 7. num. 31.
Testes non deponentes de tempore, benè declarantur per alia documenta, dec. 7. num. 36.
Testis deponens de nocte, si convincatur quod luna non lucebat, nihil probat, & est falsus, si de eo convincitur per peritos, dec. 7. num. 48.
Testes examinati in judicio criminali faciunt probationem in civili, si eadem est causa, & inter easdem personas, ac reperiti sunt, dec. 7. num. 59.
Testes deponentes se vidisse scribere, convinci possunt de falso per comparationem, & non sunt tantæ efficaciæ, quàm probatio per comparationem, dec. 8. num. 18.
Testis, qui dubitative deposuit in judicio, non potest redargui, quòd falsum dixerit. dec. 8. nu. 19.
Testes aliquas exceptiones patientes, supplentur per adminicula, dec. 8. num. 26.
Testium mendacium, seu variatio in accidentalibus. & levibus non habetur in consideratione, decis. 8. num. 34. ibid.
Testes de credulitate faciunt fidem in his, quæ sensu corporeo non percipiuntur, dec. 11. numer. 7.
Testis, qui recusat examini se subiicere, punitur pœna extraordinaria, dec. 14. num. 40.
Testis non probat, quando ei depositio extorquetur sub tædio diuturnæ carcerationis, ac sub spe promissæ liberationis, dec. 16. num. 31.
Testes possunt esse meretrices, & aliæ personæ infames ad probandum delictum commissum in postribulo, licèt regulariter à testificando arceantur; dec. 16. num. 49.
Testes famuli non probant in favorem Domini, dec. 16. num. 49.
Testes domestici familiares, & aliàs inhabiles probant ad defensam, dec. 16. num. 59.
Testium numerus supplet eorum inhabilitatem, dec. 16. num. 56.
Testes interesse secundarium habentes, an probent ibidem.
Testis omnino inhabilis non suppletur per numerum testium, dec. 18. numer. 6.
Testes non sunt recipiendi à Judice carcerati, contra Judicem, decis. 18. numer. 13.
Testis repellitur ad deponendum causa odii, quod inducitur ex insultu cum armis, dec. 18. num. 21.
Testes falsò deponentes tam in offensam, quàm in defensam, qua pœna puniantur, dec. 19. num. 8.
Testis, qui falsum deposuit super interrogatoriis negando se consanguineum, inimicum, vel affinem, punitur tantùm pœna extraordinaria propter mendacium, dec. 19. num. 14.
Testis deponens falsum in judicio sine juramento punitur tantum pœna extraordinaria, dec. 19. num. 14. ibid.
Testis negativè deponens circa extrinseca non punitur de falso, dec. 22. num. 15.
Testis in dubio præsumitur idoneus, dec. 41. num. 26.
Testi in verosimilia deponenti non est deferendum, dec. 41. n. 97.
Testis persona licèt à producente impugnari non possit, bene verò ejus dictum obiici valet, dec. 42. num. 45.
Testis sibi contrarius, & falsus non probat, dec. 44. nu. 31.
Testium dicta, quantum fieri potest sustinenda veniunt, decis. 44. numer. 32.
Testes de fama deponentes per verba præsentis temporis, & non præteriti, nullatenus probant, dec. 45. nu. 35. in fine.
Testes repeti, & reintegrari possunt non solum post publicationem, sed etiam post conclusionem in causis criminalibus, decis. 48. num. 12.
TINGENS.
Tingens monetam, ut quia illa fit de ære, & tingat de argento, qua pœna puniatur, dec. 10. num. 23.
TORTURA.
Ad torturam, & ad sententiam carcerati per Procuratorem comparere non possunt, dec. 30. num. 90.
Ad torturam satis est conversatio mala, alio concurrente adminiculo, dec. 44. num. 60.
TRANSACTIO.
Transactio, aut pactio non est licita super futuris delictis, quia daretur ansa delinquendi, dec. 31. num. 56.
Transactioni non est locus post sententiam criminalem inferioris, decis. 31. num. 61.

V

VARIATIO.
Variatio, seu mendacium in accidentalibus, & levibus intestibus non habetur in consideratione, dec. 8. num. 34.
VASSALLUS.
Vassalli Regis existimantur, licèt ab jurisdictione ordinaria separentur, dec. 1. num. 8.
Vassalli an sint remittendi ad Baronem post terminatam causam civilem, vel criminalem à Tribunalibus superioribus, ib. n. 48.
VERITAS.
Veritas inquisitionis priùs est perquirenda, antequam recipiantur testes, dec. 7. num. 6.
VICARIUS.
Vicarius Barcinonæ cum assistentia Consiliariorum dictæ Civitatis quando debeat Regios Carceres Barcinonæ visitare, decis. 12. numer. 8.
Vicarius, vel Regens Vicariam Barcinonæ non potest capere, nec captum detinere absque Judicis provisione, neque reos relaxare, non præcedente Judicis provisione, nisi in casibus à jure permissis, dec. 12 num. 79.
VINDICTA.
Manu propria nemini licet rem vindicare, cum facilis esset recursus ad Judicem, ad quem tenebatur adire, dec. 38. num. 22.
VISITATIO.
Visitatio carceratorum in Regiis carceribus Barcinonæ quo tempore, & à quibus sit facienda, dec. 12. num. 8.
UNIVERSITAS.
Universitatis injuriæ non possunt remitti à Consulibus sine consensu Concilii, dec. 30. num. 5.
VULNUS, VULNUSCULUM.
Utrum vulnus sit lethale, nec ne, committitur judicio peritorum, qui debent jurare dumtaxat de credulitate, vel judicio, dec. 11. num. 7.
Vulnusculum non videtur in se habere delictum, nec modica offensio habetur in consideratione, dec. 11. num. 10.
UXOR.
Uxor eximens maritum à manibus justitiæ, qua pœna puniatur, decis. 3. numer. 15.
Uxor, si occiderit virum repertum in adulterio, punitur pœna mitiori, dec. 42. num. 13. & pœna ordinaria statuti non puniatur, si illum occidat justo dolore, ut quia maritus retinebit concubinam in domo, decis. 42. numer. 13.

LAUS DEO.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

SACRI REGII CONCILII CATHALONIÆ DECISIONES, CRIMINALES, ET CIVILES,

Cum Additiunculis, & Indice;

AUCTORE

DON MICHAELE DE CALDERO,

BARCINONENSI,

OLIM IN HUJUSCE PATRIÆ ACADEMIA, Poſt Veſpertinum, Primario Juris Civilis Anteceſſore: deinde in Regia Audientia Civili Cathaloniæ Conſiliario: poſteà Tertiæ Aulæ Doctore, & Fiſci Advocato Regiæ Curiæ: prætereà ad Regiam Audientiam Civilem regreſſo, & promoto ad munus Advocati Fiſcalis Patrimonialis, ac etiam Regente Regiam Cancellariam.

PARS TERTIA.

VENETIIS, MDCCXXIV.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

CATHALONIÆ DECISIONES CRIMINALES, ET CIVILES,

Cum Additionibus, & Indice;

AUCTORA

DON MICHAELE DE CALDERO,

BARCINONENSI,

OLIM IN HUJUSCE PATRIÆ ACADEMIA

Nec Vespertinum, Primum Juris Civilis Antecessore: deinde in Regia Audientia Civili Cathalonæ Cathedrario: postea Terræ Auræ Doctore, & Fisci Advocato Regio Curiæ: postrema ad Regiam Audientiam Civilem regendo, & primo ad manus Advocati Fiscalis Patrimonialis, Regiam Regentis Regiam Cancellariam.

PARS TERTIA.

VENETIIS, MDCCXIV.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

ARGUMENTA DECISIONUM TERTIÆ PARTIS.

DECISIO CIV.

EXPONITUR littera Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 3. Et Conſt. 2. *de invoc. brach. ſæcul.* Ubi etiam agitur de gravitate pœnæ excommunicationis, & ne proferatur pro re minima. Et de diverſa appellatione brachii ſæcularis, quod invocatur ab Eccleſiaſtico, ad ſibi auxiliandum, pro exercitio ſuæ juriſdictionis. Et de diverſis ſpeciebus brachii, & aſſiſtentiæ Sæcularis. Et quomodo illa concedatur. Pag. 9.

DECISIO CV.

An Judex Eccleſiaſticus poſſit uti cenſuris Eccleſiaſticis contra laicos, à ſe condemnatos, & caſu ſuæ juriſdictionis in cauſis judicialibus; ſi non conſtiterit per mulctas pecuniarias, captionem perſonarum, vel pignorum priùs proceſſiſſe. Ad intelligentiam S. C. T. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 3. Et Conſt. 2. *tit. de invocat. brach. ſæcul.* Pag. 12.

DECISIO CVI.

Super eadem materia S. C. T. *ſeſs.* 25. *de reform. cap.* 3. Et Conſt. 2. *de invoc. brach. ſæcul.* An ſcilicet ipſemet Judex Eccleſiaſticus poſſit exequi contra laicos ſententias à ſe prolatas. Pag. 14.

DECISIO CVII.

De eadem intelligentia S. C. T. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 3. Et Conſt. 2. *tit. de invoc. brach. ſæcul.* Ubi de excommunicatione ex contumacia prolata. Et de prorogatione juriſdictionis Eccleſiaſticæ per laicum coram Judice Eccleſiaſtico comparentem, agitur. Et an excommunicatus in judicio, ſignanter contentionis, ſtare poſſit. Pag. 16.

DECISIO CVIII.

An in executione reali, vel perſonali per Officialem Regium, vel Baronis, requiſitum à Judice Eccleſiaſtico contra laicum, ſit neceſſaria citatio, pro obſervantia Conſt. 2. *de invoc. brachii ſæcularis*. Et an in aſſiſtentia concedenda per Judicem ſæcularem Eccleſiaſtico, pro executione judicati ſuper cauſa merè ſpirituali, aut contra Clericum, per ſuum proprium Judicem condemnatum, ſit neceſſaria citatio. Ubi de aſſiſtentia conceſſa cum auditione Advocatorum partis. In obſervantiam Conſt. 2. *tit. de Auditio de Advocats*. Et Conſt. 2. & 3. *tit. de duptes, y punts*. Et de aſſiſtentia verbo conceſſa juxta caſuum circunſtantias. Cum exemplaribus Regii Senatus. Pag. 19.

DECISIO CIX.

Praxis ſuccincta exequendi litteras requiſitorias, à Judice Eccleſiaſtico emanatas, & directas Sæculari contra laicos, à Judice Eccleſiaſtico in caſu ſuæ juriſdictionis condemnatos. Juxta Conſt. 2. *tit. de invoc. brach. ſæcul.* excogitatur. Ubi plura dubia enodantur. Et de forma harum litterarum remiſſivè. Pag. 23.

DECISIO CX.

Quando debitor condemnatus in ſuo caſu à Judice Eccleſiaſtico, in excommunicatione inſordeſcit, quomodo per auxilium brachii ſæcularis contra eum procedatur. Ubi varia circa commiſſarios Apoſtolicos, qui excedunt metas ſuæ commiſſionis: ad intelligentiam Conſt. 1. *tit. de hæreticis*. Pag. 26.

DECISIO CXI.

De invocatione brachii ſæcularis, juxta Conſt. 1. ejuſdem tit. ubi, an in ea requiratur citatio, an debeant acta proceſſus exhiberi, intra quem terminum ſit decidenda. Quæ probationes admittantur, & de quibus ratio haberi poſſit. Pag. 28.

DECISIO CXII.

Clauſulæ, quas continere debent litteræ requiſitoriæ ad exequendum judicatum per Judicem requirentem traduntur: cum formulis litterarum earum. Pag. 33.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Argumenta

DECISO CXIII.

De litteris requisitoriis, & urbanis extra Regnum, ad nostram Regiam Audientiam remissis : Et quomodo sint exequendæ. Ubi de dubio, an lis super majoratu, vel successione quoad bona, sita in diversis Provinciis sit agitanda in ea, in qua caput majoratus sedet? Vel in qua adest major pars bonorum. Et an leges, ubi bona sunt sita, sint attendendæ in executione requisitoriæ. Et quid in taxa dotis, & ejus restitutione, in legitima, & successione ab intestato. Et ultimò forma litterarum requisitoriarum extra Regnum, tam pro instruendo processu, quam pro exequenda sententia in hoc Principatu, traditur. Pag. 35.

DECISIO CXIV.

Inferior non exequitur remissionem criminosi extra Regnum, inconsulto Principe. Ubi pro observantia, & faciliori expeditione harum remissionum transcribuntur Regia rescripta noviter obtenta. Pag. 41.

DECISIO CXV.

Prorogari potest per laicum jurisdictio ordinaria Ecclesiastica, & quomodo. Et an Princeps possit prohibere subdito suo, ne proroget eam jurisdictionem. Pag. 43.

DECISIO CXVI.

Jurisdictio Judicis Delegati Apostolici in genere an sit prorogabilis, & an Cancellarii, & Regientis Regiam Cancellariam in causis verbalibus majoribus viginti librarum. Et de jurisdictione Inquisitorum in Familiares, & Ministros Sancti Officii, per transennam aliquid attingitur. Pag. 47.

DECISIO CXVII.

Laicus in re merè profana prorogare non potest tacitè, nec expresse Judicis delegati Apostolici jurisdictionem. Pag. 50.

DECISIO CXVIII.

Judex Delegatus, & Judex Conservator tenentur ante omnia, delegationes suas probare, litteris commissionum coram Ordinario exhibitis; & pariter in primis citationibus exhibere litteras suarum commissionum. Cum declarationibus Regii Senatus: ubi de differentia inter Judicem Ordinarium, & conservatorem. Pag. 53.

DECISIO CXIX.

Conservator cognoscit de manifestis injuris, & violentiis, attento jure communi, quod non fuit innovatum per Sacrum Concilium Tridentinum, nec per posteriores dispositiones Canonicas. Et quid comprehendatur sub nomine manifestæ injuriæ, & quomodo de ea debeat constare, explicatur. Pag. 55.

DECISIO CXX.

In civilibus causis Conservatores cognoscere possunt de privilegiatis in Conservatoria designatis, quando sunt Rei; sed alios ad suum Judicium trahere non possunt. (Et an eo casu de causis, quæ requirunt judicialem indaginem.) Nec Laici in re profana Conservatorum jurisdictionem prorogare valent. Pag. 58.

DECISIO CXXI.

Conservatorum jurisdictio Universitatis Studii Generalis Ilerdæ, & Magistri Scolarum ejusdem Universitatis prorogatur per laicum in re profana. Pag. 60.

DECISIO CXXII.

Magister Universitatis Studii Generalis Civitatis Ilerdæ in studentes Academicos Laicos solùm habet laicalem jurisdictionem. Et inde cum eo non firmatur contestio : juxta concordiam Serenissimæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Comenarum; ad intelligentiam Const. 2. *tit. de Estudiis Generals.* Pag. 62.

DECISIO CXXIII.

Princeps, & Domini Nostri Reges constantes perpetuò extitere, & religiosissimæ permanent in observantia, ac propagatione Christianæ Militiæ. Ubi indulta, & rescripta à Summis Præsulibus, eo motu concessa, recitantur. Pag. 64.

DECISIO CXXIV.

Debet probari Puritas Gentilitii pro obtinendis Dignitatibus, Honoribus, & Officiis in Civitate Barcinonæ, & Provincia. Ubi de synceritate Fidei Catholicæ, quæ in eis profitetur, & de harum Tutelari devotione in Sacratissimam Virginem Mariam, sub titulo de Immaculata Conceptione; & de ejus Confratriæ erectione in alma urbe Barcinonen. Pag. 67.

DECISIO CXXV.

De erectione Tribunalis Sancti Officii in hoc Principatu. De auxiliis Regiis, à Regio Senatu præstitis, in illius fundationis successu. Et de jurisdictione privativæ ad alios, competenti Tribunali in causis Fidei, & ejus connexis. Ac etiam de remissione reorum ad ipsum, qui per Judices Sæculares reperiebantur capti: cum exemplaribus, Pag. 71.

DECISIO CXXVI.

Modus antiquus terminandi competentias, ante

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ante concordiam Apostolicam, & Regiam inter Judices Ecclesiasticos, & Sæculares Regios exprimitur; & qui nunc observatur. Quibusve remediis utebatur Regia jurisdictio, quando hæc ab Ecclesiastica turbabatur. Ad intelligentiam Prag. 1. & 6. *de content. jurisdict.* Pag. 74.

DECISIO CXXVII.

Remedia antiqua exemplificantur, quando Curia Ecclesiastica non observat concordiam, vel attentat, pendente contentione, vel comparet per ejus Officialem ad informandum Banchum Regium; & Regiæ declarationi non aquiescit. Ubi etiam ad litteram enodatur Prag. 1. *tit. de content. jurisd.* Pag. 76.

DECISIO CXXVIII.

Concordia Apostolica, & Regia non comprehendit Judices Delegatos Apostolicos, versùs quos quando lædunt jurisdictionem Regiam, proceditur, ipsos citando ad informandum Banchum Regium, cum comminatione, & occupatione temporalitatum; si quas habeant, aut si non, recurritur ad alia remedia. Et quid sit informare Banchum Regium. Pag. 80.

DECISIO CXXIX.

De læsione evidenti, & notoria jurisdictionis Regiæ debet constare, ut versùs Judicem Commissarium Apostolicum possit procedi per remedia assueta, juxta dispositionem Prag. 1. *tit. de content. jurisdict.* Et quid sit notorium, evidens, manifestum, & patens. Pag. 82.

DECISIO CXXX.

Beneficium Curatum habens; quomodo excusetur à residentia, & ob non residentiam an privato Beneficio curato, concedatur appellatio quoad utrumque effectum suspensivum, & devolutivum: Et si ex sententia privationis, aut ex actis non constet de evidenti, & notoria injustitia, seu nullitate, an Beneficiato suffragari possit protectio Regia. Ubi plura de obligatione Parochorum residendi in sua Parochia. Pag. 84.

DECISIO CXXXI.

Quando Judex Ecclesiasticus Ordinarius opprimit suum subditum; ad hunc sublevandum, an possit procedi in forma contentionis, juxta concordiam Apostolicam, & Regiam Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum. Pag. 88.

DECISIO CXXXII.

Quando Judex Ecclesiasticus non defert appellationi in casu à notorio appellabili, vel admissa appellatione, attentatè, & nulliter procedit, valet subditus oppressus ad Regiam protectionem recurrere, quando præsto superior Ecclesiasticus adiri non potest, & necessitas urget; ita tamen; ut cum potuerit, suum Superiorem Ecclesiasticum provocet. Pag. 89.

DECISIO CXXXIII.

Ante sententiam, sequestrum fructuum an apponi possit; & an descriptio fieri valeat: & quid post sententiam: ad intelligentiam Const. 50. & 52. *tit. de Sequestris, & Emparis.* Pag. 92.

DECISIO CXXXIV.

De retentione Bullarum Apostolicarum, quæ continent præjudicium juris tertii, publici, vel privati, aut surreptionem, vel obreptionem, ad effectum per suam Majestatem informandi Sanctissimum ut læsionem illatam ad debitum statum reformare imperet; prout ita evenit in decreto Apostolico, quod cum Regiis rescriptis recitatur. Et de alia praxi circa id ipsum, in nostra Regia Audientia observata. Pag. 96.

DECISIO CXXXV.

De electione Vicarii Generalis à capitulo Sede vacante, facienda, juxta dispositionem S.C. Trident. *sess. 24. cap. 16. de reform.* Et an causæ primæ instantiæ, reservatæ cognitioni Ordinarii Ecclesiastici, possint evocari ad Curiam Auditoris Cameræ, obstante eodem S.C. Trident. *cap. 20. sess. 24. de reformat.* & quid importent monitoria illius Curiæ, & si lædatur in his dispositio Tridentina, an habeat locum protectio Regia. Cum exemplaribus, & Regiis rescriptis. Pag. 101.

DECISIO CXXXVI.

Judex Sæcularis est competens, ubi agitur de possessorio Beneficii, vel rei spiritualis, aut Ecclesiasticæ inter duos Clericos; vel inter Clericum, & Laicum, quando parantur arma ad vim inferendam; prout se intromittit in expeditione litterarum manutenentiæ noster Regius Senatus pro tuendo possessore Beneficii Ecclesiastici; nec in eo læditur libertas Ecclesiastica; sed an eas concedere, sit cognitionis Regii Senatus Criminalis, aut Civilis, resolvitur cum distinctione casuum. Pag. 107

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO CXXXVII.

De Regalia cognoſcendi per Bajuliam Generalem hujus Principatus de Beneficiis Regii Patronatus, & de eorum dotibus, & redditibus, etiam inter Eccleſias, Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, tam in judicio poſſeſſorio, quàm petitorio: Ac etiam pariformiter cognoſcendi de Beneficiis, quæ vacant ex promotione illa obtinentium ad Epiſcopatus. Et de remediis, quibus vtitur Regius Senatus adversùs eam Regaliam uſurpantes. Pag. 109.

DECISIO CXXXVIII.

Recurſus in ſubſidiũ interpoſitus ad Principem Sæcularem per Eccleſiaſticum oppreſſum, eſt remedium omninò extrajudiciale, nec à Rota, nec à Judicibus, & Advocatis Romanis improbatur: quia ſolum tendit ad tuendam quietem publicam, ne ſcandala ſequantur: nec contrarium practicatur per noſtrum Senatum, quando conceditur aſſiſtentia perſonæ Eccleſiaſticæ, & formatur proceſſus ad puniendum, non Clericum, ſed laicum delinquentem, & non ultra, Ubi conſiliantur variæ Deciſiones Sacræ Rotæ Romanæ, quæ reprobare videntur indiſtinctè hujuſmodi recurſus. Etiam recitatur caſus aſſiſtentiæ Regiæ nuper obtentæ per Eccleſiaſticum, & à S.R.R. approbatæ. Pag. 113.

DECISIO CXXXIX.

Eccleſiaſticis denegari non poteſt recurſus ad Principes Sæculares, & ad eorum Senatus, quando neceſſitas eos poſtulat; quod maximè practicatur in hoc Principatu, in obſervantiam Legum Municipalium, quæ confirmatæ apparent authoritate Apoſtolica. Ubi etiam aliunde habetur, quòd Clerici tanquam Cives, & Reipublicæ membra (in favorabilibus etiam quoad paſcua communia Univerſitatis) alligari debent legibus politicis, aliiſque generalibus (quæ de Clericis mentionem non faciunt) bonum publicum, ac commune reſpicientibus, & ad communem omnium utilitatem editis, quæve non repugnent Sacris Canonibus; & ſic ſtare prohibitioni factæ pro bono communi armorum, & aliarum rerum: & an hæc poſſint ab Eccleſiaſticis per Judices Sæculares auferri; ubi de authoritate, & veneratione Principis, Senatus, & Senatorum, cum Reſcriptis Regiis, quæ tendunt ad ſe colendos publicè, & alios honorandos, & ad obſervandum ſecreta Senatus, agitatur. Pag. 120.

DECISIO CXL.

Modus procedendi per informationem ad Banchum Regium versùs Judices Eccleſiaſticos Ordinarios inobſervántes Concordiam pro terminandis contentionibus cum Judicibus Sæcularibus ſtabilitam, & adversùs Judices Commiſſarios Apoſtolicos, Regiam juriſdictionem occupantes, & exercendi in ſuo caſu remedia occupationis temporalitatum, vel bannimenti; eſt confirmatus authoritate Apoſtolica, ad explicationem capituli, quod incipit UBI VERO' EVIDENTER, contenti in dicta Concordia, quæ reperitur in Pragm. 1. *de contentione juriſdictionum*, cujus littera adamuſſim exponitur. Ubi etiam traditur quod tempus requiratur ad pręſumendum beneplacitum Apoſtolicum in alienatione rei ſtabilis Eccleſiæ, quod in adquirenda juriſdictione plena. Pag. 128.

DECISIO CXLI.

De œconomica, & politica poteſtate Principis Supremi, & ejus exercitio erga Eccleſiaſticos turbulentos, inobedientes, vel pertinaces juſtis juſionibus Regiis, eos expellendo à Regno, aut eos detinendo in certo loco, aut illos vocando ad Curiam Regiam. Ubi plura obſervatione digna recitantur documenta, excitativa juriſdictionis Eccleſiaſticæ, pro obſervanda quiete publica. Et an pro expulſione Eccleſiaſticorum poſſint recipi informationes extrajudiciales à laico, ut præſententur Superiori Eccleſiaſtico, vel Sedi Apoſtolicæ. Pag. 135.

DECISIO CXLII.

Cognitio cauſarum Emphyteuticarum, & feudalium, etiam inter Eccleſiaſticos pertinent ad Judicem laicum, nominatum à Domino emphyteuſis, vel feudi: Et ſi emphyteuſis, vel feudum ſunt de Regio Patrimonio; ad Bajulum Generalem, cui etiam ſpectat jus dicere in prima inſtantia ſuper controverſiis itinerum, viarum, vel locorum publicorum, & quomodo exculpetur Officialis inferior ob mandatum ſuperioris, vel ob interpoſitam conſultationem apud Superiorem, tam à Syndicatu, quàm à cenſuris Eccleſiaſticis. Pag. 143.

DECISIO CXLIII.

Bajulus Generalis Cathaloniæ cognoſcit in prima inſtantia privativè ad Regiam Audientiam de juribus Regiis; & ſic de concernentibus Regalias, & Regium Patrimonium, etiam inter Clericos, veluti de cauſis fluminum, littorum, riparum, aquarum publicarum, bonorum, vacantium, minerarum venarum, ſeu fodinarum cujuſcumque metalli, pedagiorum, & læſdarum, ac juriſdictionis, ſi hæc eſt de intereſſe Regii Patrimonii. De ſecundis vero inſtantiis, ac etiam de præconiis, & mandatis, ſine clauſula juſtificativa cognoſcit Tertia Aula R. A. vel Vice-Regiæ. Pariformiter Magiſter Rationalis cognoſcit de rationibus reddendis pro juribus impoſitionum, & de fructibus ſequeſtri Abbatiarum, & Beneficiorum, quæ ſunt de Patronatu, & Patrimonio Domini noſtri Regis. Pag. 150.

DE-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO CXLIV.

De Regalia inciſionis arborum ad fabricam navium, & de Regalia plauſtrorum, & navium. Et an poſſit Dominus prædii ſervientis, illud ad culturam reducere, in præjudicium ſervitutis lignandi, vel juris paſcendi. Et an, qui habet ſervitutem lignandi, poſſit ligna ſcindere, apta ad trabes, vel ad ædificandum. Et an ſub ſervitute lignandi comprehendatur uſus, ſeu facultas faciendi carbones, ſeu carbonarias, amplè diſcutitur. Et cum variis Regiis noſtri Senatus Deciſionibus terminatur. Pag. 154.

DECISIO CXLV.

Servitutes reales diſcontinuè, veluti paſcendi, & lignandi ſolùm præſcribuntur poſſeſſione immemoriali, & nequeunt quadrigenaria, niſi cum requiſitis. Et an ſufficiant duo teſtes in Regaliis, immemoriali præſcribendis: vel aliunde quando jus reſiſtit. Ubi quomodo debet probari poſſeſſio immemorialis. Pag. 161.

DECISIO CXLVI.

Opinio Doctorum exiſtimantium, recurſum ad Principes Seculares per Eccleſiaſticum, vel quoad ſpiritualia negotia eſſe damnatum, genericè traditur. Et quòd ei ſuffragari non poteſt poſſeſſio immemorialis, vel privilegium; quia per Bullam in Cœna Domini in omnibus ſunt derogata, & ſingulis annis ſolemniter derogantur; adeò ut contrafacientes, graviſſimo, tremendoque anathemate feriantur. Pag. 164.

DECISIO CXLVII.

Generica traditur Doctorum opinio, qua muniuntur recurſus per Eccleſiaſticos oppreſſos ad Principes Sæculares; & quæ requiſita expoſtulentur, ut his non obſtent diſpoſitio Bullæ in Cœna Domini, & aliæ Sacræ ſanctiones. Ubi diſtinctè, & remiſſivè exponuntur caſus, qui legitimè practicantur pro hujuſmodi recurſuum admiſſione, Pontificis reſcriptis ſtabiliti, & corroborati poſſeſſione immemoriali, etiam aſſentiti confirmatione Apoſtolica. Pag. 168.

DECISIO CXLVIII.

Protectio Regia habet locum, quando laici gravantur à Judice Eccleſiaſtico Delegato in cauſa temporali. Ubi recitantur formæ ſupplicationum pro recurſu Eccleſiaſtici oppreſſi, & pro recurſu Sæcularis verſus Judicem Delegatum Apoſtolicum, cum earum declarationibus, & Judicium proviſionibus. Ac etiam formulæ ad prorogandum terminum à Pragmatica præfixum pro declarandis recurſibus ſuper informatione Judicis Commiſſarii Apoſtolici ad Banchum Regium. Pag. 174.

DECISIO CXLIX.

Cognitio Conſervatorum in prima inſtantia circa Religioſos, & exemptos reſervatur in S.C.Trid. *ſeſſ.24. cap.* 20. quia ad hunc effectum reputantur Ordinarii Eccleſiaſtici. Unde, ſi in prima inſtantia trahantur ad Sedem Romanam, poteſt procedi in hoc Principatu per viam protectionis Regiæ. Pag. 177.

DECISIO CL.

Procurator Fiſcalis Patrimonialis tenetur de officio defendere Regaliam Sacri Concilii Tridentini *in ſeſſ. 24. cap.* 20. *de reform.* etiam quando agitur coram Ordinariis Eccleſiaſticis de rebus profanis inter Eccleſiaſticos, vel contra Eccleſiaſticos. Pag. 180.

DECISIO CLI.

An poſſit per partem privatam prorogari juriſdictio, quam Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. cap.* 20. *de refor.* tribuit Judicibus Ordinariis in prima inſtantia, in præjudicium Regaliæ protectionis illius Tridentini decreti. Ubi multa de prorogatione juriſdictionum, an ea procedat ſtante partium, vel alterius ex his errore, dolo, ſeu ſimultatione. Et an per procuratorem poſſit fieri Judicis prorogatio. Pag. 182.

DECISIO CLII.

An textus Concilii Tridentini *ſeſſ.24.cap.20 de refor.verſ. Ab his excipiuntur cauſæ*, comprehendat text. *in l. unic. Cod. Quando Imperator inter pupillos, & viduam*; & ſic an electionis fori Privilegium, tam in tribunalibus Sæcularibus, quàm in Eccleſiaſticis procedat; ita quòd privilegiatæ perſonæ per viam electionis fori omiſſo loci Ordinario, Curiam Romanam adire poſſint. Pag. 185.

DECISIO CLIII.

Quoad quæſtiones meri facti circa matrimonium, quæ incidunt in cauſa temporali, competens eſt Judex ſæcularis; ideſt per modum cauſæ in ſucceſſione hæreditaria, & de ſtatu matrimonii, tanquam de cauſa ſucceſſionis, interim quo ſuper validitate matrimonii à Judice Eccleſiaſtico cognoſcitur; nec impeditur eo caſu Judex laicus ab Eccleſiaſtico, ſed unuſquiſque procedit in ſua cauſa. Prout cognoſcere poteſt

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

Judex fæcularis de mero facto legitimitatis, excommunicationis, proffessionis Religiosi, juris patronatus, & privilegiorum Apostolicorum. Ubi de præsumptionibns, ex quibus resultat contractum esse matrimonium de facto, & de aliis, in quibus in contrarium arguitur, tractatur. Pag. 190.

DECISIO CLIV.

Si quæstio juris spiritualis est mixta cum facto inseparabiliter, est cognitionis Judicis Ecclesiastici, non etiam fæcularis. Et quando id evenit: & quid si quæstio juris accedat facto, vel è contra, & quando Delegatus Apostolicus possit exequi commissiones à Romano Pontifice sibi factas post hujus obitum. Pag. 197.

DECISIO CLV.

Causa alimentorum inter personas laicas pertinet ad Judicem sæcularem, nec ab Ecclesiastico impeditur, dummodo de separatione tori, aut matrimonii nullitate non agatur. At si super his principaliter pendeat lis coram Ecclesiastico, ad eum remitti debet taxatio alimentorum, tanquam dependens à causa principali, nisi post sententiam factam à Judice Ecclesiastico super puncto matrimonii: nam tunc Judex Sæcularis procedit ad taxationem alimentorum, quin incidat in attentata, quamvis pendeat ab ea sententia Ecclesiastici appellatio. Ubi variæ decisiones Senatus, & contentionum enodantur, & cum eis quæstiones frequentes super sequestris, & alimentis taxandis personæ sequestratæ. Pag. 199.

DECISIO CLVI.

Præventa causa principali super fœdere matrimonii, aut separatione tori, agi non potest coram Judice sæculari super restitutione dotis, donatione propter nuptias, & lucris dotalibus, quæ eo in casu debentur uxori. Ubi an uxori separatæ ob sævitias viri, soluto matrimonio per mortem viri, concedatur beneficium tenutæ. Pag. 207.

DECISIO CLVII.

An processus civilis, vel criminalis fieri, & in utroque ferri sententias, & illæ exequi possint in diebus feriatis in honorem Dei, vel in illis, quæ sunt indictæ in hominum necessitates, ac utilitates, latè discutitur. Et quid in citatis diebus quoad procedendum versùs Judices delegatos Apostolicos, qui inordinatè procedunt, partes gravando. Ac ulteriùs, quid observetur in diebus Visitationum generalium Regiorum Carcerum, non minus demonstratur. Pag. 209.

REGII



REGII CONCILII CATHALONIÆ DECISIONES CRIMINALES, ET CIVILES.

PARS TERTIA.

DECISIO CIV.

ARGUMENTUM.

Exponitur littera S.C.T. *seſſ.25. de reſor. cap.* 3. Et Conſt. 2. *de invoc. Brach. Sæcul.* vbi etiam agitur de gravitate pœnæ excommunicationis, & ne proferatur pro re minima. Et de diverſa appellatione Brachii Sæcularis, quod invocatur ab Eccleſiaſtico, ad ſibi auxiliandum, pro exercitio ſuæ juriſdictionis. Et de diverſis ſpeciebus brachii, & aſſiſtentiæ Sæcularis, Et quomodo illa concedatur.

SUMMARIUM.

1 *In Eccleſia nulla eſt major pœna excommunicatione, & eſt à Domino collata in ædificationem, non in deſtructionem.*
2 *Excommunicatio vibrari non poteſt, ſi aliis medicamentis res ſanari valet.*
3 *Et non niſi pro peccato mortali.*
4 *Ne ex aſſiduitate amittat authoritatem.*
5 *Nec pro parvis debitis civilibus, ubi S. C. T. expenditur num. 6.*
7 *Excommunicatio ex abrupto non inferatur.*
8 *Excitatur obſervantia S. C. T. & nu. 9.*
10 *Supplicibus oratoribus Cæſareæ Majeſtatis Imperatoris Caroli Quinti fuit convocatum S. C. T. Et Sereniſſimi Domini Regis Philippi Secundi ævo progreſſus, & concluſio Tridentini obtenta fuit (& ne faciles eſſent Epiſcopi ad cenſuras laicis infligendas) mandans ut in univerſo Regno illa ſacra diſpoſitio obſervaretur.*
11 *Brachium Sæculare invocatum ab Eccleſiaſtico ad ſibi auxiliandum, diverſis nominibus ſignificatur.*
12 *Brachium Sæculare dividitur in tres ſpecies.*
13 *Brachium Sæculare ſpecificum diſcernitur ab aſſiſtentia, quam facit Judex Sæcularis pro exequutione ſententiæ Eccleſiaſtici, & quomodo.*
14 *Subſidium per requiſitorias, quod imploratur ab Eccleſiaſtico, non eſt Brachium Sæculare ſpecificè ſumptum, & num. 15.*
16 *Exequutio mobilium Clerici, quæ ſequuntur conditionem, & qualitatem perſonæ, remittitur ad Judicem Eccleſiaſticum; immobilium verò, quæ ſunt alterius naturæ à perſona Clerici ſeparata, ſit per Judicem territorii cum aſſiſtentia Eccleſiaſtici.*
17 *Conſt. 2. de Brachio Sæcul. ſolùm comprehendit Officiales Regios, & Barones, non Regios Senatores.*
18 *Judices Eccleſiaſtici uti poſſunt cenſuris Eccleſiaſticis ad compellendum Officialè Sæcularem, ut illi aſſiſtant.*
19 *Conſt. 2. de Brach. Sæcul. in fine loquitur de ſubſidio à ſuperiore Sæculari, impertiendo Eccleſiaſtico.*
20 *Quomodo teneantur Judices ſæculares inferiores requiſiti exequi ſententias Judicis Eccleſiaſtici in ſuo caſu condemnati.*

POENA in Eccleſia nulla eſt major excommunicatione, ex Divo Auguſtino *de correp. & gratia cap.* 15. fuit decretum *in Can. corripiantur* 17. 24. *q.* 3. docet Angelicus Thomas *in Supplem p.* 3. *q.* 21. *art.* 3. Et ſtatuerunt Concilium Aurelianenſe 4. *Can.* 2. Vormatienſe *Can.* 13. Agathenſe *Can.* 3. recitat Pater Caballutius *in not. Eccl. ſuper Conc. Colonienſi anni* 1549 *pag.* 606. *n.* 86. idque ſtabilivit Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de reform. c.* 3. & noviſſimè *cap.* 11. in Synodo Provinciæ celebrata Tarraconæ ann. 1685. & de hac pœna loquens Apoſtolus 2. *Cor.* 13. eam, refert, Eccleſiæ à Domino collatam fuiſſe in ædificationem, non in deſtructionem.

Propterea accuratiùs meditari oportet, ne quis tanti ſup 2
plicii noxa gravetur, & diu tractari, ſi poteſt ſanari aliis medicamentis, Divus Ambroſius *lib.* 2. *offic. c.* 27. non enim pro minima cauſa excõmunicatio vibrari debet. *Can Epiſcopi* 8. 11. *q.* 3. non pro parva, & levi, *Can. Nullus* 45. *d. q.* Et non niſi pro mortali crimine & in illum, qui aliter corrigi non poteſt, ut ex Concilio Meldenſi *ca.* 54. *Can. Nemo Epiſcoporum* 41. *eadem cauſa, & q. Can. Tam Sacerdotes* 14. 24. *q.* 3. Salas *de legibus diſp.* 16. *ſect.* 9. *in fine, & diſp.* 10. *ſect.* 9. *n.* 64. Suarez *de Cenſ. diſp.* 4. *ſect.* 4. *n.* 2. Sayrus *lib.* 1. *d. tr. c.* 17. *n.* 8. Bonac. *de Cenſuris in com. diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 3. *n.* 7. Villalob. *de Cenſ. par.* 1. *tr.* 16 *dif.* 9. *n.* 8. Diana *in ſum. verbo cenſura n.* 15. & *n.* 17. & *reſol. moral. part.* 3. *tr.* 6. *reſol.* 76. P. Garcia *in Pol. reg. tom.* 2. *tr.* 10 *dif.* 3. *dub.* 1. *nu.* 4. Gonzalez Tellez *lib.* 5. *decret. tit.* 39. *in c. Sacro* 48. *de ſentent. exc. n.* 2 Doct. Vinyals *de Sacr. q.* 8. *art.* 2. *n.* 26. *circa fin.* Caballutius *in not. Eccleſ. ſuper Concilio Aventionenſi ann.* 1594. *ſub n.* 8.

Qui Doctores concordi voto docent, non niſi pro pecca- 3
to mortali arceri deberi quemquam excommunicatione; Et omnium Præpoſitus Divus Thomas *in ſupplem. ad* 3. *part. qu.* 21. *art.* 3. & *in* 4. *ſentent. diſt.* 18. *q* 2. *ad ſecundum*, Durandus *in* 4. *ſentent. lib.* 4. *diſt.* 18. *q.* 3. *in corpore articuli.*

Nec

4 Nec frequenter, sed raro infligatur, docet Landolphus *de Vit. Christi part. 2. cap. 1.* ne ex assiduitate amittat authoritatem, ut de severitate dicit Seneca *de Clement. 1.* nam si sæpius in terras fulmina innotescerent, ex eorum frequentia nullum ferè terrorem incuterent; tam formidanda ea, vel strenuis animis sunt, quia rara, scribit Episcopus Sperell. *de Episcop. 3. part. cap. 36.* qui ibidem antedicta complectitur his verbis: *Quò magis gravia, & formidanda sunt Ecclesiastica anathemata, quò magis perniciosa ea sunt, & Dei suffragio approbanda, eò etiam cautiùs, seriùsque tractanda, adeò ut, ne levi aliqua ratione, nec absque ingenti necessitate, nec extra justitiæ leges sit ullatenus evibrandum. Politicum regimen, quod nulla horum consideratione habita judicium capitale pronuntiaret, tyrannicum audiret, & tyranno severior ille diceretur Antistes, qui benignitate authoratus ad sententias ferendas, quibus mors spiritualis infligitur, incautè festinaret. Homicidam cum jure appellaveris medicum, qui in ægro curando, nec ejus habitudinem, nec medicamenti vim recogitans, & librans, sui arbitrii lance propinanda pharmaca metiretur; Iniquus, & efferus audiret ille pater, qui levi aliqua de causa hæreditate filium spoliaret, facilè emendandum. An non igitur homicida jure vocandus esset, & efferatissimus Parens ille Antistes, qui nec tempori, nec necessitati consulens, tam violento anathematis medicamine uteretur, quippe cœlesti patrimonio suos filios spoliaret, quos suaviori ferula posset ad pietatis regulam conformare?*

5 Tam siniſtrum usum consultò exterminare perpendens, ne levissima quidem ratione animæ illaqueentur, in venenum migret antidotum, & à dirarum frequentia earum usus aboleſcat, providè Sereniſſimus Dominus Rex Petrus Tertius. Ex quo Curia Eccleſiaſtica Vicen cauſas laicorum pro parvis debitis civilibus ſibi arrogabat, in damnum evidens Regiæ juriſdictionis, pro minimo habens excommunicationis vinculo ipſos innodare, præcepit Bajulo Villæ Targæ, ne ea enantata ſupportaret, juvando ſe juris remediis, & quòd puniret inobſervantes laicos diſtrictoales ſuos, ſub litteris Regiis, dat. Valent. 3. Non. Aprilis 1349. quæ inveniuntur in Archivo Regio *in lib. de num. 197. in ſecunda arca.*

6 Legemque ad id ipſum præſtantiùs condidit Sacroſancta Tridentina Synodus *ſeſſ. 25. de reform. c. 3.* Et en verba: *Quamvis excommunicationis gladius nervus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in officio populos valdè ſalutaris, ſobriè tamen, magnaque circunſpectione exercendus eſt. Cum experientia doceat, ſi temerè, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari, & perniciem potiùs parere, quàm ſalutem, quapropter &c.* Et infra ibi: *In cauſis verò judicialibus mandatur omnibus judicibus Eccleſiaſticis, cuiuſcunque Dignitatis exiſtant, ut quandocunque executio realis, vel perſonalis in qualibet parte judici; propria authoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe, tam in procedendo, quàm definiendo, à cenſuris Eccleſiaſticis, ſeu interdicto; Sed liceat eis, ſi expedire videbitur, in cauſis Civilibus ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus, contra quoſcumque etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis piis ibi exiſtentibus, eo ipſo quòd exactæ fuerint, aſſignentur, ſeu per captionem pignorum perſonarumque diſtrictionem, per ſuos proprios, aut alienos executores faciendam, ſive etiam per privationem beneficiorum, aliaque juris remedia procedere, & cauſas definire; quòd ſi executio realis, vel perſonalis adversùs reos hac ratione fieri non poterit, ſitque erga judicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio ſuo, præter alias pœnas ferire poterit.*

7 Quin Juſtantianus Imperator §. *omnibus de Sanctiſſimis Epiſcopis*, qui *Authentica* vocatur, ſtatuit, ne excommunicatio properè inferatur, &, ut vulgò dicitur, ex abrupto. Et quamvis Cæſaris mens eſſet, ut Sacros Canones validiùs roboraret, eam tamen clariùs ſignificare debebat, ne ſpecimen daret, quo leges Epiſcopis ferret, quorum leges ipſe potiùs erat ſuſcepturus; zelus quidem commendatur, ſed ejus modus reprobandus omnino eſt, tradit Sperellus citatus.

8 At complectitur commendandus, & approbandus zelus, & modus Sereniſſimi Domini Regis Philippi Secundi, & in Aragonia Primi, recolendæ memoriæ, in Curia Montiſoni anni 1585. *cap. 47.* Et eſt Conſtitutio *Com per lo Sacre, in Ord. 2. tit. de Invocat. de bras Secular*, quæ tantùm tendit ad formalem obſervantiam decreti Sacri Concil. Trident. *d. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3.* deſuper tranſcripti, condita tantùm in Concilii confirmationem, incitando illius adimplementum, prout in dicta Conſtitutione, ibi: *Com per lo Sacre, y General Concili de Trento ſe eſtatuit, y manat à tots los Iutges Eccleſiaſtichs de qualſevol Dignitat, que ſe abſtingan de poſar cenſuras Eccleſiaſticas en las cauſas Civils pertanyents à ſon for, donant orde que en ditas cauſas, quant los ſerà viſt eſſer convenient, procehescan contra qualſevol perſonas, encaraque ſian laycas, per via de mulctas pecuniarjas, aplicadoras à obras pias per capció de pengoras, ò per compulſió perſonal fahedora per ſlurs Miniſtres, ò de altra juriſdicció, ò per altres remeys de dret: ſi empero tal execució Real, ò perſonal nos podia fer contra los reos convenguts, ò contumaces, ò lo Jutge lay ò competent també ſeria contumas, las horas, y no abans pugan procehir per cenſuras; E com per lo dit decret ſe ſie reformat lo eſtil de la Curia Romana, de la qual tots los Jutges ordinaris Eccleſiaſtichs, com inferiors de ella, deuhen pendrer exemplar, procehint contra los contumaces, ò inobedients als manaments, ò proviſions judicials, primer per execució de hns, ò de perſona, y en ſubſidi tantum, es à ſaber quant nos pot fer la execució pecuniaria, ò de la perſona à pena de excomunicació: de manera, que nos permet, que algu ſie excomunicat, que es pena graviſſima, ſins que conſte que per execució Real, ò perſonal nos pot cumplir ab la obediencia del Superior Eccleſiaſtich, y de altra part lo Concili Provincial de Tarragona, celebrat immediadament apres del de Trento, haja acceptat lo dit decret, y limitadas las excommunicacions en molts caſos poſadas per Cõſtitucions Provincials antiguas: Per tant ſtatuim, y ordenàm ab conſentiment, y aprobació de la preſent Cort, que provehint à la neceſſaria obſervança de dit decret, y perque de aquella los Prelats nos pegueſſen excuſar, per defecte, ò renitencia dels Officials temporals, que tots los Officials Seculars Reals, y de Barons hajan, com ſon obligat eſſent requeſts, de fer execució de las ſentencias en cauſas pecuniarias, y altras civils, que per los dits Jutges Eccleſiaſtichs en cauſas de ſon for ſe decernirà contra qualſevol Seglars perſonas, y de las proviſions executivas contra los bens, y perſonas dels tals condemnats, ſubdits diſtrictuals del Jutge Secular requeſt, ſervat lo orde de dret, ſins en tant que los manaments, proviſions, y ſentencias del dit Jutge Eccleſiaſtich, requitrint ſien obeydas, y las parts ſatisfetas, puix que quant ſe inſtarà la execució de la ſentencia, ſie la part inſtant preſent per ſi, ò per ſon procurador, y que pague las deſpeſas, y ſi la execució ſobredita no ſe porà fer, lo dit Jutge Seglar haja de fer al Eccleſiaſtich relació del impediment, perque no ſe es poguda fer, y los dits Jutges Eccleſiaſtichs reſten en ſa llibertat de procehir per cenſuras, ò altrament contra las parts contumaces, ò condemnadas, ſins à invocar lo auxilt del bras Secular, los quals braços Seculars, dits Officials temporals hajan de executar com es de Juſticia.* Id eſt: *Cum per Sacrum, & œcumenicum Concilium Tridentinum ſtatutum ſit, & præceptum Judicibus Eccleſiaſticis, cujuſcumque Dignitatis, ut ſe abſtineant ab imponendis cenſuris Eccleſiaſticis, in cauſis civilibus ad ſuum forum pertinentibus, ordine injuncto, quòd in dictis litibus, quando expedire eis videbitur, procedat contra quaſcumque perſonas, quamvis ſint laicæ, per mulctas pecuniarias piis operibus applicandas, per captionem pignorum, aut per compulſionem perſonalem, exequendam per Miniſtros ſuos, aut alterius juriſdictionis, vel per alia juris remedia; Attamen ſi talis executio realis, aut perſonalis fieri minimè valeret contra reos conventos, aut contumaces; aut Iudex laicus competens erit etiam contumax, tunc, & non antea, per cenſuras procedere queant. Et cum per dictum decretum reformatus fuerit ſtylus Curiæ Romanæ, à qua omnes Iudices ordinarii Eccleſiaſtici, uti illius inferiores exemplum aſſumere debent, procedendo contra contumaces, aut inobedientes mandatis, aut proviſionibus judicialibus; primò per executionem bonorum, aut perſonæ, & in ſubſidium tantùm, videlicet quando nequit fieri executio pecuniaria, aut in perſonam ſub pœna excommunicationis: Ita tamẽ ut nullatenus permittatur aliquem excommunicari, cum ſit pœna graviſſima, quouſque conſtet, per executionem realem vel perſonalem non poſſe adimpleri cum ſuperioris Eccleſiaſtici obedientia; Et ex alia parte Concilium Provinciale Tarraconæ, immediatè poſt Tridentinum celebratum, dictum decretum acceptaverit, & limitaverit excommunicationes in multis caſibus ſtabilitas per Conſtitutiones Provinciales antiquas. Quapropter ſtatuimus, & ordinamus cum conſenſu, & approbatione præſentis*

Curiæ

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Curiæ, necessariæ dicti decreti observantiæ providentes, & ne Prælati ab illa valeant excusari ob defectum, aut renitentiam Officialium temporalium, quòd omnes Officiales Sæculares Regii, & Baronis debeant, prout tenentur, si sunt requisiti, facere executionem sententiarum in causis pecuniariis, & aliis civilibus, quæ per dictos Judices Ecclesiasticos in causis sui fori exponentur, contra quæscumque personas laicas, & provisionum executivarum contra bona, & personas talium condemnatorum, subditorum districtualium Judicis Sæcularis requisiti, juris ordine servato, quousque mandatis provisionibus, & sententiis dicti Judicis Ecclesiastici requirentis fit obtemperatum, & partibus satisfactum, dummodo, quando instabitur executio sententiæ, sit pars instans præsens per se, vel suum procuratorem; & quòd solvat expensas. Et si executio prædicta fieri non poterit, dictus Judex Sæcularis debeat facere Ecclesiastico relationem impedimenti, ob quod exequi nequivit, & dicti Judices Ecclesiastici in sua libertate maneant, procedendi per censuras, aut aliàs contra partes contumaces, aut condemnatas, usque ad invocationem auxilii brachii Sæcularis, quæ brachia Secularia, dicti Officiales tèporales exequi tenèatur, ut justitia exigit.

9 Constitutio hæc tres continet partes. In prima obsequiosè recitat dispositionem Sacri Concilii Tridentini *d. sess. 25. cap. 3. de reformat.* In secunda disponit circa executionem faciendam per Magistratus inferiores sententiæ per Ecclesiasticum latæ contra laicum in casu suę jurisdictionis; In tertia de brachio Sæculari impertiendo Ecclesiastico pro consequenda omnimoda executione judicati. Quoad primam prænotandum est, quod Sacrum Concilium, & Constitutio solùm attendunt exterminare abusus excommunicationis.

10 Nam ultra quòd uterque contextus id verbis edocet, roboratur ampliùs, quia supplicibus oratoribus Cæsareę Majestatis Caroli Quinti fuerat convocatum (in Pontificatu Pauli III. & Pauli IV. fœliciter Ecclesiam regentium) & Serenissimi Domini Regis Philippi Secundi, cujus ævo progressus, & conclusio Tridentini obtenta fuit. Bovadilla *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 195.* Mandans propterea 21. Julii 1564. ut in universo Regno illa sacra decretatio observaretur, attestatur Herrera in historia ejusdem Domini Regis Philippi Secundi *lib. 6. cap. 1. ann. 1564.* Fr. Emmanuel *qu. regular. to. 2. quæst. 63. art. 19.* Bovadilla citatus, Valdes de *Dign. Regum, & Regni Hispaniæ cap. 22. n. 5.* & his relatis Barbosa *super Concil. Trid. sess. 25. cap. 2. de reform. n. 2. & 3.* Salgado *de supplic. ad Sanctiss. im. par. 2. ca. 1. n. 31.* & Oratores, exposita querela, videlicet faciles esse Episcopos ad censuras laicis infligendas, expostularunt, ut aliis pœnis Episcopi antea experirentur, num justitiæ satisfacere possent: & hinc dimanavit Decretum Tridentinum id ipsum statuens, ut supra habetur, & constat ex actis ipsius Concilii, quæ in arce Sancti Angeli asservantur, attestatur Fagnan. *in cap. licet de pœnis nu. 27. vers. Hæc omnia.* Et *in cap. pervenit de adulter. n. 32*

11 Quoad secundam, & ultimam partem Constitutionis, respectu executionis faciendæ per Judices Sæculares, contra personam, vel bona laici condemnati per Ecclesiasticum in casu sui fori, & invocationis brachii Sæcularis impertiendi ad adimplendum quidquid deesse potuit in executione consequenda. Præcavendum venit Primò, quòd brachium illud Sæculare invocatum ab Ecclesiastico ad sibi auxiliandum pro exercitio suæ jurisdictionis; Auxilium dicitur, *cap. Quoniam 14. de offic. judic. ordin. cap. Tanta fin. de excessibus Prælatorum, cap. Unic. de statu regul. in 6. cap. ut officium 11. §. denique de hæret. eodem lib. Concilium Triden. sess. 24. de reform. cap. 8. & sess. 25. de regular. cap. 5. l. Sanctissimarum §. Tua igitur Excellentia, C. de Episcop. & Cler.* Publicum auxilium, *cap. Perniciosa 1. de offic. Judic. Ordin.* Humanum auxilium, *Can. si quis pecunia 9. distinct. 79. Can. Maximianus 2. 23. quæst. 3.* Temporalis potestas *ca. Statuimus 2. de maledict.* Regia potestas *cap. Postulasti 21. de homicid.* Sæcularis potestas, *cap. Cum non ab homine 10. de Judic.* Authoritas judiciaria, *Can. petimus 19. 11. q. 1.* Militare auxilium, *l. Si quis in hoc genus 10. circa fin. Cod. de Episcop. & Cleric. l. 2. §. fin autem Cod. de his qui latrones.* Iudicum officium *l. Episcopale 8. Cod. de Episcop. audient.* Gladius Imperialis, ut per DD. traditur *in c. 1. de offic. ordin. text. in cap. duo sunt genera 12. quæst. 2. Extravag. unam Sanctam inter communes de major. & ob.* Aliqua ex his recitat Vela *post dissertationes tom. 2. ad ca. Quoniam 14. de offic. jud. ordin par. 2 n. 1.* Pereira *de man. reg. lib. 2. tit. 8. num. 5. ca. 52.* ubi in antecedentibus de origine invocationis brachii agit.

Secundò, quòd brachium Sęculare in genere sumptum 12
comprehendit diversas species. Primam videlicet, brachium in specie, de quo in fine Constitutionis tractatur. Secundam speciem, Assistentiam, quam facit Judex Sæcularis Ecclesiastico pro executione contra suum subditum, ne vis, seu scandalum sequatur. Et tertiam, aliam Assistentiam, quam per requisitorias implorat Ecclesiasticus à Sæculari, ut iste exequatur illius sententiam contra laicum conde m natum in casu suæ jurisd.

Tertiò inter has species brachii Sæcularis, notabilis 13
consideratur differentia; Nam brachium Sæculare specificum discernitur ab assistentia in specie, quam facit Judex Sæcularis pro executione sententiæ Ecclesiastici contra suum subditum prolatæ, quia in brachio Sæculari Judex Sæcularis, qui illud Ecclesiastico impertitur, ipse est, qui exequitur declarationem Judicis Ecclesiastici per media juris licita, & permissa. Et in assistentia Judex Sæcularis assistens non facit executionem, sed ipsius Ecclesiastici nomine fit executio. Oliba *de Jure Fisci cap. 15. num. 45.* Ripoll. *var. cap. 3. a. nu. 300.* Font. *dec. 353. pa. 2. n. 11.* Regens Cortiada *pa. 4. de. 232. n. 60.*

Quarto, nec brachium Sæculare specificè sumptum, 14
est illud subsidium, quòd præstat Sæcularis requisitus à Judice Ecclesiastico, ut iste illius sententiam exequatur contra laicum, vel ejus bona. Nam brachium Sæculare conceditur præcedente supplicatione juxta formam Const. 1. *tit. de invocat. brachii Secular.* Ferrer. 3. *part. observat. cap. 66. in fine* Canc. *var. 3. cap. 19. à num. 1.* signanter *à num. 13.* in simili Cabebo *decis. 9. in fin.* Pereira *de Man. reg. lib. 2. tit. 8. cap. 52. num. 34.* vers. *Inde fit.* At subsidium illud ad exequendum laicum, imploratur per litteras requisitorias à Judice Ecclesiastico expeditas, & Iudici Sæculari directas, ut notat Reg. Cortiada *par. 4. d dec. 232. n. 29. cum seqq.*

Alia consideratur differentia, quia in causa brachii 15
Sæcularis declaratur locum esse, vel non esse auxilio brachii. At in subsidio illo pro executione facienda non declaratur, locum esse, vel non esse requisitoriæ, ab Ecclesiastico expeditæ; sed tantummodo refert Sæcularis Ecclesiastico impedimentum, quod in executione ad invenit, ut possit Judex Ecclesiasticus per censuras, vel alia remedia procedere usque ad invocationem brachii Sæcularis.

Quintò, hic non agitur de executione in bonis im- 16
mobilibus sitis in territorio Principis Sæcularis, quam facit Judex Sæcularis contra Clericum à se, in casu permisso condemnatum, cum assistentia Iudicis Ecclesiastici, distinctione illa pro constanti apud nos habita, quòd executio mobilium, quæ sequuntur conditionem, & qualitatem personæ, & juxta eam regulantur, remittitur ad Judicem Ecclesiasticum; immobilium verò, quæ sunt alterius naturæ à persona Clerici separata, ac ratione territorii, in quo sunt illa sita, subiiciuntur Dominis temporalibus: fit executio per Judicem Sæcularem cum assistentia Ecclesiastici. Utramque distinctionem juribus fundatam, comprobant Ferrer. 3. *part. observ. cap.* 203. 214. 234. 428. & 429. Oliba *de ture fisc. cap. 11. numer. 20.* Canc. *var. 2. cap. 2. num. 154. in fin. & part. 3. cap. 16. nu. 47. vers. Subdit.* Ripoll. *var. cap. 4. n 17.* & 18. *& in praxi rub. 9. num. 19.* Fontan *decis. 310. tota, & dec. 311. num. 23. & dec. 314. num. 11. part. 2.* omnibus his citatis, Regens Cortiada *dec. 26. num. 24. cum seqq. p. 1.* & ampliùs post relatas Doctorum opiniones, hanc nostram observantiam exornat *part. 4. dec. 232. à nu. 1. vsque ad nu. 6. à quo usque ad nu. 18.* affert duodecim declarationes per Cancellarios factas, *& in nu. 27. & seqq.* tradit praxim procedendi per occupationem temporalitatum, quando Iudex Ecclesiasticus indebitè auxilium negaret Judici Sæculari, & antea tradiderat *decis. 26. part. 1. num. 41. & seqq.* Quia, ut hic habetur, Sæcularis immobilia exequitur, & assistit Iudex Ecclesiasticus; At in casu nostræ Const. 2. solus exequitur Iudex Secularis sine assistentia Ecclesiastici. Declarationibus adductis à Regente Cortiada adde, sic fuisse observatum in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Vicen. ex una, & Curiam Sæcularem Vicarij ejusdem Civitatis partibus ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia Sæculari factæ per

Ba-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Bajulum, & Juratos Villæ, & termini de Torellò Diœcesi. Vicen. procedimentis contra eos in dicta Curia Ecclesiastica factis, ad instantiam Gasparis Llavori Clerici obtinentis beneficium Ecclesiasticum in Ecclesia Beatæ Mariæ *de la Rodona*, antedictæ Civitatis: ubi absque mandato, & interventu Curiæ Ecclesiasticæ pignorarunt bona mobilia dicti Llavori pro taleis, & impositionibus per dictos Bajulum, & Juratos impositas, pro subventione militum transmissorum ad bellum, & fuit declaratum per Abbatem Soler tertium, consultoribus Pons, & Turell, ac Ramon 17. Martii 1640. firmæ juris factæ in dicta Curia Sæculari, locum non fuisse, nec esse. Hoc tamen intellecto, quòd dicta Curia Ecclesiastica teneretur, procedere via ordinaria, citatis, & auditis Bajulo, & Juratis, & non in vim Constitutionum Tarraconæ.

17 Sextò, dicta Constitutio solùm comprehendit Officiales Regis, vel Baronis (minùs in ultimis verbis) ut clariùs denotant ejus verba; non verò Judices superiores, & Regios Senatores: quia hi sunt digni speciali nota propter celsitudinem Dignitatis, ex traditis à Saravia *de jurisdict. adjunctorum qu. 3. n. 34.* Larrea *tom. 1. alleg. fisc. 58. nu. 6.* Vicecan. Crespi *observat. 1. nu. 211.* & à me *dec. 31. part. 1 nu. 67.* propterea de illis, & R. A. expressè loquitur Const. 1. *dict. tit. de invocat. brach. Sæcul.* & Const. 8. *tit. de hæreticis.*

18 Septimò, Iudices Ecclesiastici uti possunt excommunicationis iuvamine ad compellendum Officialem temporalem, ut executionem faciat, prout litteraliter disponit Concil. Trident. *d. sess. 25. c. 3. de reform.* ut generaliter tradunt DD super invocatione brachii Sæcularis', ad quod impertiendum Ecclesiastico, potest Sæcularis censuris Ecclesiasticis gravari. Reg. Cortiada *dec. 26. n. 69. part. 1. & dec. 231. nu. 21.* Oliva *de foro Eccles. part. 2. quæst. 24. & seqq.* Altimarns *de nullit. rub. 3. quæst. 20. & seqq.* Carolus Anton. de Luca ad Gratian. *cap. 146. to. 1.* & cum nostratibus Sabel. *in summ. diverf. tract. §. Judices nu. 32. tom. 2.* & alii plures moderniores, allegati per Romaguera *in Synodal. Gerundæ lib. 5. tit. 10. cap. 9. nu. 23.* Pereira *de man. Reg. lib. 2. tit. 8. cap. 52. nu. 32.* Vela *in prælect. ad cap. 1. de effic. jud. ordin. nu. 7. ex cap. 2. de maled. can. Administratores in fin. 23. qu. 5.* cum distinctione loquitur Gonzalez Tellez *in decretal. ad cap. 1. de effic. judic. ordin. nu. 18.*

19 Tandem quoad ultimum subsidium, quod suffragatur in finalibus verbis dictæ Const. Est brachii Sæcularis à Superiore impertiendi pro omnimoda executione sententiæ ab Ecclesiastico contra laicum prolatæ.

20 Ex his omnibus sequitur dicere, quòd in observantiam Sacri C. T. *d. sess. 25. cap. 3. de reformat.* & Const. 2 *tit. de invoc. brach. Sæcul.* tenentur Judices Sæculares inferiores Baronis, vel Regis, requisiti, exequi sententias Judicis Ecclesiastici contra bona, vel personam laici per eundem Ecclesiasticum in suo casu condemnati; & quod, si Sæcularis adinvenerit aliquod impedimentum in executione, tenetur illud referre Ecclesiastico, ut possit iste procedere ad censuras contra contumaces, vel ad alia juris remedia usque ad invocationem brachii Sæcularis, quod est illi impertiendum, ut justitia expostulat. Reliqua super hac re *in dec. seqq.*

DECISIO CV.

ARGUMENTUM.

An Judex Ecclesiasticus possit uti censuris Ecclesiasticis contra laicos, à se condemnatos, & casu suæ jurisdictionis, in causis judicialibus; si non constiterit per mulctas pecuniarias, captionem personarum, vel pignorum priùs processisse: Ad intelligentiam S. C. T. *sess 25. de reform. cap. 3.* & Const. 2. *tit. de invoc. brach. Sæcul.*

SUMMARIUM.

1 *Contra laicos condemnatos per Judicem Ecclesiasticum in casu suæ jurisdictionis priùs procedendum est per exequutionem realem, vel personalem, & in subsidium per excommunicationem.*

2 *Per S. C. T. fuit reformatus antiquus stylus incipiendi per censuram Ecclesiasticam, & postea per exequutionem realem, vel personalem, nu. 3. 4. & 5.*

6 *Post Concilium excommunicatio est remedium extraordinarium, & extat in Principatu litteralis dispositio, nu. 7. & 8.*

9 *Si per censuram Ecclesiasticam priùs procedatur, & postea per executionem in persona, vel bonis condemnati, excommunicatio est nulla, & nu. 10. 11.*

12 *Decisio contentionis, & num. 23.*

13 *Conciliantur DD. practici cum observantia Regii Senatus, & nu. 14. cum seqq. usque ad nu. 24. ubi recitatur decretum Tarraconen.*

LICET Pontificia, Imperatoria, Regia, Foralis, & in Constitutionibus Tarraconæ stabilita sit assertio illa, ut contra laicos, condemnatos per Judicem Ecclesiasticum in casu suæ jurisdictionis, priùs procedatur per executionem realem, vel personalem, & in subsidium per excommunicationem, quam tenent Salzedo *in prax. Crim. c. 150. n. 5.* Luca *de regul. & monial. in annot. ad Conc. Trid. tom. 14. disc. 43. n. 1. & seqq.* Oliva *de foro Eccles. part. 2. q. 5.* maximè *n. 5.* Reg. Leo. *p. 2. dec. 154.* Reg. Cortiada *par. 4. dec. 234. n. 1. cum seq.* ubi inter plures citat Fraso *de reg. patr. Indiarum to. 2. ca. 86 n. 19. & 20.* qui innumeros allegat *n. 21* & hanc opinionem esse conformem Concilio docet Pereira *de Man. reg. lib. 2. tit. 8 cap. 52. n. 14. verf. Nec obstabit.*

Adhuc tamen id sub dubio vertitur; nam affirmat aliqui DD. quòd ubi Iudex Ecclesiasticus censuris jam usus fuit, & non habet quid ultra agat, implorare potest auxilium brachii Sæcularis, quatenus Iudex Sæcularis procedat captis pignoribus in personam laici condemnati quatenus sententiam ipsius Iudicis Ecclesiastici exequatur. Covar. *pract. cap. 10. num. 1.* Aviles *in cap. Prætor. 20. glos. usurpen. num. 14.* Azevedo *lib. 4. recopil. tit. 1. l. 15. num. 2.* ex pluribus Barbos. *in cap. 1. de offic. jud. ordin. num. 8. & in addit. num. 9.* Fermos. *in cap. cum non ab homine 10. de judic. quæst. 33. num. 7.* Martha *de jurisd. part. 1. cap. 50. à num. 1. & 10.* Cuenca *de Comanda clauf. 36. num. 140.* & apud Nostrates Oliba *de jure Fisc. cap. 15. num. 52. & 74.* Molinus *de brach. Sæcul. lib. 1. cap. 3.* Peguera *decis. 92. num. 25.* Canc. *var. 3. cap. 19. nu. 1.* Fontan. *part. 2. dec. 310. nu. 26.* Ripoll *in prax. Vic. Barcin. rub. 20.* Regens Cortiada *dec. part. 3. dec. 172. nu. 21. & 22. & part. 4. dec. 231. nu. 32.* 2

Qui omnes asserunt, quòd Ecclesiasticus nunquam debet ad invocationem brachii Sæcularis devenire, nisi in subsidium. *Clementina Qui contingit 2. de Religios. dom. cap. Postulasti 21. de homicid. cap. 1. de offic. jud. ordin.* ibi: *Cum opus fuerit, cap. Quoniam 14. eodem tit.* ibi: *Si necesse fuerat, cap. Tanta est fin. de excessibus Prælatorum*, ibi: *Si opus fuerit. cap. Periculoso 1. circa fin.* ibi: *Si opus fuerit, de statu regularium in 6. cap. Statuimus ver. si necesse fuerit, de maledicis.* 3

Hæc non compatiuntur cum Concilio Trident. ubi statuitur, quod in causis judici alibus priùs, & ante censuram Ecclesiasticam contra laicum, sit procedendum per executionem realem vel personalem, & confirmat Const. *2. de invocat. brach. Sæcul.* 4

Sed facillimè huic controversiæ occurritur si attendatur, DD illos loqui jure communi attento, non verò novissimo post Concilium; in quo reformatus fuit antiquus stylus incipiendi per censuram Ecclesiasticam, & in subsidium per invocationem brachii Sæcularis; cum inverso ordine juxta Concilium debeat procedi, ut eam differentiam doctè animadvertit Oliva *de foro Eccles. part. 2. quæst. 5. num. 4.* & ante eum Salzedo ad Bernar. *in prax. Crim. cap. 150. num. 5.* Prosper. Fagnanus *decret. 2. part. lib. 5. in cap. Sacro de sentent. excomm. num. 18. cum seqq.* signanter *num. 25.* ibi: *Tertium requisitum est, ut censura in subsidium feratur, scilicet, ubi fieri non potest executio realis, vel personalis, sive causæ sint Civiles, sive Criminales, quod jure communi cautum non erat, quin potiùs ordine inverso, primò utendum erat gladio excommunicationis, eoque non proficiente, in subsidium deveniendum erat ad capturam, seu personarum districtionem, ut cap. Odoardus, & ibi Abbas in 1. & 2. notabili de salutat.*

Et clariùs idem Fagnan. *in cap. Pervenit de adult. & stupro num. 31. & seq.* ibi *Ex his infertur, ut hæc controversia sit hoc die dirimenda ordine converso, quàm dirimenda esset de jure communi, tunc enim idcirco Episcopus uti non debebat remedio extraordinario capturæ, quia illi suppetebat remedium ordinarium excommunicationis; at post Concil. ü executio realis, vel personalis, effecta est remedium ordi-* 5

ordinarium, & *excommunicatio remedium extraordinarium*, & *subsidiarium*.

Quam etiam intelligentiam admittit Vela *in prælec. ad cap.* 1. *de offic. judic. ordin. part.* 2. *nu.* 30. ibi: *Denique ex Concilio Tridentino sess.* 25. *de reform. cap.* 3. *vers. in causis verò, ubi cautum est, incipiendum potiùs esse ab executione realt, vel personali per proprios, vel alienos executores, quàm à censuris, quæ non nisi in subsidium fulminari debent, atque ita receptissimum est post Conc. Trident.*

6 Sic docent, quòd post Concilium excommunicatio est remedium subsidiarium, Riccius *part.* 4. *dec.* 1422. Barb. *ad Concil. Trid. d. sess.* 25. *de reform. cap.* 3 *num.* 19. & 20. Martha *de jurisd. part.* 3. *cap.* 4. *nu.* 7. Vela *ad d. cap.* 1 *de offic. judic. ordin. post dissertat. par.* 2 *nu.* 30. Pignatel. *tom.* 1. *consult.* 174. *nu.* 6. Oliva *de foro Eccles. part.* 2. *quæst.* 5. *nu.* 1. Pareja *de instrum. edit. tom.* 2. *tit.* 8. *resol.* 2. *nu.* 41. *in fine*. Fraso *de Regio patron. Indiar. tom.* 2. *cap.* 86. *n.* 13. & alii allegati per Reg. Cortiada *dec.* 234. *nu.* 5. Carolus Antonius de Luca *ad discep. Gratian. tom.* 4. *cap.* 787. *num.* 2. *& seqq.* Altimarus *de nullit. judic. rub.* 3. *quæst.* 20. *nu.* 13. & ante eos Salzedo *in prax. Crim. Canonic. cap. d.* 150. *nu.* 5. qui scribit, hanc opinionem tanquam veriorem esse tenendam in forensibus actionibus; nam si contraria admitteretur interim quo judex utitur censuris cum non statim, sed dilationibus concessis fiant proferendæ, reus facillimè posset bona occultare, & alia deinde mala sequi.

7 Prout generaliter etiam dicitur, quòd excommunicatio est remedium subsidiarium. D. Thomas *in suppl. ad* 3. *part. qu* 21. *art.* 3. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 96. *nu.* 14. Fermos. *in cap. novit.* 13. *qu.* 38. *nu.* 18. & 19. *& in cap. Ad nostram* 20. *qu.* 1. *nu.* 2. *& seqq. de jure jurando.* Ripoll. *in prax. Cur. Vic. Barcin. rub.* 20. *in princ.*

8 Hæc absque ullo dubio procedunt in hoc Principatu per litteralem Const. 2. *tit. de invoc. brachii Sæcularis*. Quare stante hac municipali lege circa controversiam suscitatam nihil ampliùs est investigandum, ut punctim scribit Oliva *de for. Eccles. part.* 2. *quæst.* 24. *n.* 32. *vers. Hæc tamen illatio*, ubi loquendo de simili statuto, ait ibi; *Hodie post Sac. Conc. Trid. sess.* 25. *de reformat. cap.* 3. *tantum abest, quod petitio brachii Sæcularis sit in subsidium censurarum, quòd imò excommunicatio est remedium subsidiarium, quia ei præcedere debent captio pignorum, vel personarum, & alia remedia pœnarum, uti in d. Concilio decretum est, & observari ad unguem jubet nostra lex Regia Lucitan. lib.* 2. *tit.* 1. *§.* 13. *Quod mihi displicere non potest, & sic, stante dicto decreto, illa prima communis resolutio, asserens præcedere debere censuras, evanuit.*

9 Hinc transeunt ad aliam controversiam; an scilicet Concilium Trident. imponat novam formam, adeo ut ea non servata, excommunicatio sit invalida, an verò nulla. Tenent aliqui, quod Sacrum Conc. Trid. *in vers. In causis verò judicialibus*, solummodò instruit Judices Ecclesiasticos, adeò ut non practicato ordine in Concilio stabilito, excommunicatio non maneat nulla, sed invalida, taliter quòd excommunicatus indigeat absolutione; cujus sensus sunt Marian. Anton. *var. resol. lib.* 1. *cas.* 75. *vers. Insuper dicitur*. Campan. *in divers. jur. Canon. rub.* 11. *cap.* 15. *nu.* 90. Giurba *dec.* 94. *num.* 9. *vers. Respon.* 2. Escobar. *in tract. selectiss.* 2. *part.* 2. *quæst.* 2. §. 3. *nu.* 122. Pareja *de instrum. edit. tom.* 2. *tit.* 8. *resol.* 2. *nu.* 53. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 96. *num.* 39. *in princ. & in collect. ad Conc. Trid. sess.* 25. *de reform. cap.* 3. *nu.* 21. Fagn. *in cap. Sacro* 48. *de sentent. excomm. nu.* 26. ubi allegat in hanc partem declarationem Sacræ Congregationis ejusdem Concilii interpretis.

10 Alii asserunt *in d. cap.* 3. fuisse formam præscriptam, & ea non servata, excommunicationem esse nullam, ut ex declaratione Sacræ Congregationis Conc. Trid. docent Leo *in Thesaurofori Eccles. part.* 3. *cap.* 38 *n.* 15. Costa *de remed. subst. remedio* 14 *sub num.* 3. Martha *de jurisd. part.* 3. *cap.* 14. *nu.* 15. Salgado *de reg. protect. part.* 4. *cap.* 5. *nu.* 64. Regens Cortiada *dec.* 234. *tom.* 4. *nu.* 15. Fœlicianus de Oliva *de foro Eccles. part.* 2. *quæst.* 5. *tota*, signanter *nu.* 5. Cardin. de Luca *lib.* 14. *de regul. & monial. in annot. ad S. C. T. disc.* 43. *nu.* 9. 10. & 11.

11 Quorum redditur ratio, namque decretum dicti Concilii, ut docent DD. citati, æquiparatur executioni stabilitæ *in l. A Divo pio §. in venditione ff. de re judic.* in quo disponitur pro executione judicati, priùs fore distrahenda mobilia, postea immobilia, postea jura, & nomina debitorum, cujus forma omnino debet servari, nam ejus omissio executionem annullat, opponente debitore de nullitate, ut ex veriori docet Reg. Cortiada *d. dec.* 134. *n.* 22. & 24. ubi plures allegat, inter alios Hermoz ad Lopez *l.* 52. *glos.* 5. *num.* 17. *fol.* 231. *tom.* 2. Ybañez ad Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *n.* 12. *vers. Executio autem*. Luca ad Franq. *dec.* 441. *num.* 2. & 4. Et apud nos in hoc Principatu hæc opinio servatur ex expressa Const. 2. *tit. de invocat. brach. Sæcul.* & denotant illius verba in dictionibus *tantum*, *tunc*, & *non antea*, quæ restringunt dispositionem ad casum expressum. Barbos. *dict.* 402. & 409. & geminatè formam important ex traditis per me *tom.* 1. *dec.* 5. *num.* 6. *vers. Illa verba*: & hic itero quæ antea firmavi, quod stante hac municipali lege, quæstio, an Concilium instruat Judices, an formam importet, evannit: exemplaria nostri R. Senatus sunt dec. in fras.

Et juxta hanc sententiam Cancelarius declarat esse re- 12
vocanda procedimenta, quæ fiunt per Judicem Ecclesiasticum, quando procedit contra laicum, pro debito civili non cum mulctis, & pœnis pecuniariis, & in subsidium excommunicationis, & sic non servata forma Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 3. & Const. 2. *tit. de invocat. brach. Sæcul.* ut probant exemplaria quæ infra allegantur.

Major verò difficultas consistit in componenda nostra 13
observantia, si statur attestationibus Nob. Ludovic. à Peguera *decis.* 92. *num.* 25. *vers. Et hoc jure utimur*, & Nob. Regent. Michaelis de Cortiada *part.* 1. *decis.* 26. *num.* 85. & *part.* 4. *decis.* 231. *num.* 32. qui, postquam docuerant (omittendo dictam Const. 2. *tit. de invoc. brach. Sæcul.*) auxilium brachii Sæcularis in subsidium implorari, videlicet quando Judex Ecclesiasticus usus fuerit censuris & earum viribus non potuerit suam sententiam exequi, ut per Judicem Sæcularem captis pignoribus, & persona laici condemnati consequatur suæ sententiæ executionem; scribunt, quòd hoc jure utimur, & hanc partem observamus in Cathalonia cum in contrarium, diversa allegando exemplaria, scribat idem Regens Cortiada *in eadem part.* 4. *decis.* 234. *à num.* 16. nempe Judices Ecclesiasticos non posse uti Censuris Ecclesiasticis, nisi in subsidium, citans ad id Sacrum C. T. & Constitutionem secundam.

Adhuc tamen discedere non licet à scripta differentia 14
juris communis, & novissimi, juxta quam etiam terminari debent observantiæ nostræ, videlicet, ut antiquitùs attento jure communi impertiretur Judici Ecclesiastico post censuras in subsidium, brachium Sæculare; nunc verò post C. T. & Const. 2. censura Ecclesiastica est remedium post executionem realem, vel personalem per Judicem Sæcularem faciendam. Quam differentiam comprobo eo exemplaribus antiquis (quæ pariter non allegant Practici citati) & recentioribus hic referendis.

Sic ante C. T. editionem fuit observatum die 31. De- 15
cembris anni 1535. ubi fuit concessum brachium Sæculare, refer. Magnif. Hieronymo Delmau Regio Conciliario, contra Bartholomæum Riembau Administratorem certæ piæ causæ censuris gravatum, reaggravatum, & interdictum, est in lib. Conclus. Civil illius anni, fol. 1.

Similiter die 16. Januarii 1556. fuit conclusum per 16
Egregium Senatorem Michaelem Tarsa de Regio Concilio in causa inter Gerardum Vilanova V. I. D. & alios litis consortes, agentes ex una, & Franciscum Christophorum Despes, & Hieronymum Serra, seu ejus curatores defendentes ex altera partibus. Est in lib. Conclusionum Civilium illius anni, fol. 6.

Idem die 27. Septembris 1559 referent. Magnifico Ste- 17
phano Riusech Regio Senatore, in causa inter Martinum Tost Procuratorem Joannis Mavo ex una, & Dimam Camps Archidiaconum de Andorra ex altera partibus. Est in lib. Conclusionum Civilium illius anni fol. 48.

At post Conc Trid contrarium fuit observatum, sic 20. 18
Decembris 1586 per Cancellarium Manegat, consultoribus Sala, Ferrer, Sabater, Guardiola, & Oliba, in facto contentionis jurisdictionis ortę inter Curiam Ecclesiasticam Decani Villæ Pratorum Regis Diœcesis Vicen. ex una, & Curiam Sæcularem Vicarii Minoriss æ ex altera partibus, ratione firmæ juris in d. Curia Sæculari factæ; & deinde ad Regiam Audientiam evocatæ per Petrum Millet à procedimentis contra eum factis in d. Curia Ecclesiastica; declarando eum excommunicatum ob contumaciam, instante Joanne Franquesa, qui petierat à dicto Millet, ut sibi solveret novem libras, & fuit declaratum, revocanda esse procedimenta Curię Ecclesiasticę;

eo

UAB Biblioteca de Ciències Socials

eo quia non fuerunt facta, comminando prius pœnas seu mulctas pecuniarias, & in subsidium excommunicationis; & sic non servata forma Conc. Trid. & Constit. Generalis Curiarum anni 1585. *cap.* 47. Idem fuit observatum die 26. Maii 1587. per dictum Cancellarium Manegat, consultoribus Saia, Amell, Sunyer, & Oliba in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Officialis de Sanahuja Diœces. Urgellen. ex una, & Curiam Sæcularem Regentis Vicariam Serviariæ ex altera partibus; ratione firmæ juris in dicta Curia Sæculari factæ per Benedictum Puigdelivol, à quibusdam procedimentis cum censuris Ecclesiasticis, non cum mulctis, & pœnis pecuniariis, priùs contra illum factis in Curia Ecclesiastica instante Antonio Marcer Procuratore Presbyterorum Villæ Torani Diœces. Urgellen.

19 Et per prædictum Cancellarium Manegat 24. Decembris 1587. in favorem Ludovici Perlas Villæ de Yvars contra Jacobum Soldevila Villæ de Manarguès, & per Cancellarium Copons, consultoribus Peguera, Guardiola, Oliba, Sabater, Sunyer, & Descamps, 7. Octobris 1592. in favorem tutorum filiorum Jacobi Janer quondam Civis Barchinonæ, contra Simonem Canyet Mercatorem Civem Barchinonæ, his verbis: *Procedimenta per Curiam Auditoris piarum causarum Curiæ Ecclesiasticæ Barchinonæ, eo modo quo facta sunt, non cum pœnis, & mulctis pecuniariis priùs, & deinde in subsidium sub censura excommunicationis, & ita non servata forma Conc. Trid. & novæ Constitutionis Cathaloniæ, revocanda esse, & ad dictam formam reducenda esse, & reduci debere.*

20 Similis per eundem Cancellarium Copons, consultoribus Peguera, Sabater, & Sunyer 5. Martii 1592. in favorem Joannis Gualbes Domicelli Barchinonæ domiciliati, contra Joannem Xammar Domicellum, in eadem Civitate Barchinonæ domiciliatum.

21 Ex omnibus antedictis infertur, quòd Ecclesiasticus non debet uti censuris contra laicos condemnatos in causis judicialibus ad suum forum pertinentibus, nisi in subsidium, & postquam constiterit, per mulctas pecuniarias, captionem personarum, vel pignorum, suas non posse exequi sententias, adeò ut si hac præscripta forma non processerit, excommunicatio in laicum prolata, & omnia procedimenta per eum facta, sunt nulla, & de facto revocanda per Cancellarium, & ad formam Conc. Trid. & Const. 2. *tit. de invocat. brach. Sæcul.* reducenda.

22 Et ita fuit noviter declaratum per Reverendum D. Michaelem Joannem Taverner & Rubi Cancellarium, die 28. Novembris anni 1696. consultoribus Nobilibus, & Magnificis Senatoribus Don Narciso de Anglasell, Don Petro de Amigant, & Joanne de Colomer, in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Sæcularem Vicariæ, & Bajuliæ Regiæ Vici, & Ausoniæ ex una, & Curiam Ecclesiasticam Vicen. ex altera partibus, occasione firmæ juris in dicta Curia Sæculari factæ per Thomam Benet lanæ paratorem, & Procuratorem Fiscalem dictæ Curiæ Sæcularis, procedimentis in dicta Curia Ecclesiastica factis; instantibus Rectore, & Operariis Parochiæ de Montanyola, de qua declaratione latiùs in decisione sequenti.

23 Motiva fuerunt, ibi; *Quia per dict. S. C. T. decretum est, quòd Judices Ecclesiastici non utantur censuris Ecclesiasticis, nisi in subsidium, imo in omnibus causis civilibus ad suum forum quomodolibet pertinentibus contra quoscumq; etiam laicos per mulctas pecuniarias, captionem pignorum, personarumq; districtionem per suos proprios, vel alienos executores executionem faciendam esse, prout, sic rectè, & de facili fieri, & practicari potest in Cathalonia, cum per cap. 47. Curiarum Montissoni anni 1585. (quod est Constitutio 2. tit. de invocatiò de bras Seculars) dispositum sit pro necessaria observantia dicti decreti S. C. T. & ne ab illa Prælati Ecclesiastici possent excusari, quòd omnes Officiales Sæculares, tam Regii, quàm Baronum sint obnoxii ubicumque sint requisiti parte instante præsente, seu ejus procuratore, & solutis justis expensis exequi sententias causarum civilium, quarum executio per Judices Ecclesiasticos in Cathalonia in causis sui fori fuerit decreta, & provisa contra quamcumque personam laicam, & Sæcularem, districtualem ipsius officialis requisiti, juris ordine in exequendo servato, donec, & quousque mandata, provisiones, & sententiæ Judicis Ecclesiastici requirentis fint executa, & partes satisfactæ, & quòd ob aliquod impedimentum executio fieri non poterit, tunc habita relatione dicti Officialis, seu Judicis Sæcularis requisiti superesse adhuc remedium Judici Ecclesiastico procedendi per censuras, & aliàs contra contumaces, & condemnatos usque ad invocationem auxilij brachij Sæcularis; qua attenta juris municipalis providentia, facilè est cuicumque Judici Ecclesiastico, licèt non habeat in laicos territorium, suas exequi sententias in bonis, & personis condemnatorem, per alienos executores, videlicet per Officialem Regium, aut Baronis respectivè cui persona Sæcularis condemnata est districtualis, qui officiali obnoxius est, non solùm ad judicialem assistentiam pro executione dictarum sententiarum, & provisionum præstare, sed etiam ad exequendum illas tanquam dicti Judicis Ecclesiastici executor.*

Hæc omnia hucusque perpensa manifestius corroborat S. C. Provinciale Tarraconæ anno 1685. celebratum, *nu.* 11. per hæc verba: *Quoad censuras verò, quæ expediri solent pro executione alicujus sententiæ, præcipimus, & mandamus, Sacro approbante Concilio, quod ad unguem, & litteraliter observetur dispositio S. C. T. citati* (est *d. sess. 25. cap. 3. de reformat.*) *ibi: In causis verò judicialibus &c. taliter quòd nullus Judex Ecclesiasticus uti possit censuris, quin priùs procedat, vel processerit per realem, aut personalem executionem, vel in casu quo hæc foret impossibilis, aut difficilis.* Alia vide in Decisionibus sequentibus. 24

DECISIO CVI.

ARGUMENTUM.

Super eadem materia *S. C. T. sess. 25. de reform. cap. 3.* Et Const. 2. *de invocat. brach. Sæcul.* An scilicet ipsemet Judex Ecclesiasticus possit exequi contra laicos sententias à se prolatas.

SUMMARIUM.

1 *Judicem Ecclesiasticum posse suas sententias in civilibus contra laicos exequi, quarum cognitio ad eosdem noscitur pertinere; cum fundamentis hujus opinionis traditur, & num. 2. & 3.*

4 *Contraria sententia admittitur; videlicet, quòd Judex Ecclesiasticus ex defectu territorii, in casibus, quibus potest procedere contra laicos, non valeat exequi suas sententias contra eos, & eorum bona, in causis civilibus latas, nisi cum auxilio Judicis Sæcularis, probatur, ac n. 5.*

6 *Respondetur argumentis contrariis, & num. 7.*

8 *Non repugnat, quòd unus Judex cognoscat de causa, & alter executionem faciat.*

ARGUERE liceat nunc contra disposita *in dict. Const.* 2. Nam apparebat affirmandum, in causis civilibus, in quibus laici forum Ecclesiæ sortiuntur, non solùm cognitionem: sed etiam executionem personalem, vel realem ad Judicem Ecclesiasticum pertinere, nec opus habere, ut Judex Sæcularis eam executionem faciat. Primò ex littera dicti Conc. Trid. *in capit. 3. de reform. sess. 25.* per illa verba: *Sed liceat eis (si expedire videbitur) in causis civilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscumque, etiam laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis piis, ibi existentibus, eo ipso, quòd exactæ fuerint, assignentur, seu per captionem pignorum, personarumque districtionem, per suos proprios, vel alienos executores faciendam.* Et paulò inferius: *In causis quoque criminalibus, ubi executio realis, vel personalis, ut supra fieri poterit, erit à censuris abstinendum, sed si dictæ executioni facilè locus esse non possit, licebit Judici, hoc spirituali gladio in deliquentes uti.* 1

Secundò hoc idem confirmat ratio Concilii, cum enim velit censuris parcè utendum, & in subsidium ad eas deveniendum, necesse erat Judicibus Ecclesiasticis auctoritatem tribuere, alia adhibendi remedia; alioquin implicaret contradictionem, quòd censuris contra laicos uteretur in subsidium, si utique aliis pœnis eos coercere non posset; quia tunc cum solæ censuræ suppeterent Ecclesiastico, frustra juberetur, eas ad extremum reservare. 2

Propterea opinionis fuerunt, Judices Ecclesiasticos posse suas sententias in civilibus exequi contra laicos, quarum cognitio ad eosdem noscitur pertinere; *Ex text.* 3

in

in Can. omnes Basilicæ 16. 16. *quæst.* 7. *cap. fin. de constit. in* 6. Barbosa *de jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 52 *& de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 107. *num.* 5. *&* 6. *& in collect. ad Conc. Trid. sess.* 25. *de refor. cap.* 3. *n.* 35. Tondut. *de prævent. jud. part.* 1. *cap.* 12. & latiùs *part.* 2. *cap.* 44. *a num.* 7. Molinus *de brachio Sæculari cap.* 18. *à num.* 86. Pereja *de instrum. edit. tom.* 2. *tit.* 6. *resol.* 9. *num.* 57. Fermos. *in cap. cum non ab homine* 10. *qu.* 14. *& quæst.* 40 *de iudic.* refert Regens Cortiada *part.* 1. *decis.* 26. *num.* 59. *& part.* 4. *decis.* 231. *numer.* 3. Fagnan. *in cap. licet. de pœnis num.* 25. *cum seqq.* qui recitat, quòd cum aliàs in Sacra Congregatione fuisset id expositum, censuit in quibuscumque causis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, etiam contra laicos, cognitionem, & executionem ipsis non esse denegandam, Ciarlin. *controv. lib.* 1. *cap.* 50. *à num.* 40. qui *num.* 49. attestatur, ita approbasse universas Congregationes habitas coram Sanctissimo Pio Quinto. Oliva *de for. Eccles. part.* 2. *qu.* 4. *tota*, maximè *à num.* 3.

4 Contrariam opinionem, videlicet, quòd Judex Ecclesiasticus, ex defectu territorii, in casibus, quibus potest procedere contra laicos, non valeat exequi suas sententias contra eos, & eorum bona, in causis civilibus latas, nisi cum auxilio Judicis Sæcularis, probant text. *in Can. non vos* 23. *quæst.* 5. *cap. Ita quorundam* 6. *de Iudæis. Can. secundum Canonicam* 24. 23. *quæst.* 8. *cap.* 2. §. *fin. de Maledicis.* Covar. *pract. cap.* 10. *num.* 2. *vers. Tertio illud erit*, Bovadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 167. *lit. L.* Farin. *in prax. part.* 3. *quæst.* 97. *num.* 81. *cum seqq.* Scialoya *de for. compet. cap.* 54. *num.* 31. *vers. Imò si Iudex* Fermos. *in cap. Cum non ab homine* 10. *quæst.* 40. *de iudic. & in cap. si Clericus quæst.* 9. *num.* 14. *de for. compet.* Pareia *de instrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 8. *num.* 1. *& tom.* 2. *tit.* 6. *resol.* 9. *à num.* 57. Regens Matheu *de regimine Reg. Valent. cap.* 7. §. 1. *num.* 172. Leo *tom.* 2. *dec.* 154. Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 2. *à num.* 30. his, & pluribus relatis Regens Cortiada *decis.* 231. *num.* 4.

5 Ex nostris eam sequuntur Oliba *de Iure Fisci cap.* 15. *num.* 49. *&* 74. Molin. *de brach. Sæcul. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 46. Ripoll. *var. cap.* 1. *à num.* 37. *& de Magistrat. Legiæ Maris cap.* 6. *num.* 32. *& in prax. Vicar. Barchin. rub.* 20. Peguera *dec.* 92. *num.* 25. *part.* 1. Cancer *var. part.* 3. *c.* 19. *num.* 1. Ramon *consil.* 55. *num.* 10. *vers. Hinc est, & consil.* 98. *num.* 2. Fontan. *decis* 309. *num.* 3. *&* 4. *decis.* 310. *à num.* 9. *part.* 2. & illustrat Nobilis Regens Cortiada *d. decis.* 231. *num.* 5. in quo diversa exemplaria contentionum recitat, & eis addo noviter declaratum fuisse per Cancellarium Taverner, nunc meritissimum Episcopum Gerunden. consult. Anglasell, Amigant, & Claver, die 28. Novembris 1696. in contentione inter Curiam Sæcularem Vicariæ, & Baiuliæ Regiæ Vici & Ausoniæ, & Thomam Benet Agricolam ex una, & Curiam Ecclesiasticam Vicen. & Rectorem, & Operarios Ecclesiæ Parochialis Sanctorum Quirici, & Julitæ de Montanyola ex altera; per illa verba: *Facile est cuicumque Iudici Ecclesiastico, licèt non habeat in laicos territorium, suas exequi sententias in bonis, & personis condemnatorum per alienos executores, videlicet per Officialem Regium, aut Baronis, quibus respectivè persona Secularis condemnata est districtualis.* Vnde tot stantibus Decisionibus & expressa Const. 2. *tit. de invocat. brach. Sæcul.* super hac re ampliùs de ea hæsitandum non est, ut ponderat in simili lege Pareia *de instr. edit. tit.* 6. *resol.* 9. *num.* 59.

6 Quin obstent argumenta contraria. Non primum desumptum ex verbis C. T. Quinimò observantiam nostram probant, dum ibi dicitur: *Per suos proprios aut alienos executores*, quasi illud verbum *alienos*, ad districtionem laicorum, & pignorum captionem referatur, ut per eos fit facienda, quibus de iure permissum est fieri, singula singulis referendo; si enim Iudex Ecclesiasticus, tam contra laicos, & eorum bona, quàm contra Clericos pariter, & eodem modo per suos exequi posset, frustra Concilium addidisset *aut alienos*; addit: igitur supponit, esse aliquas executiones, quæ ad Ecclesiasticum non spectant; & quæ ministerio indigent alieno, veluti quæ fiunt in personis, & bonis laicorum, ut latiùs prosequitur Peguera *decis.* 92. *num.* 25. Ramon *consil.* 98. *num.* 4. Pareja *de instrum. edit. lib.* 2. *tit.* 6. *resol.* 9. *num.* 59. Fontan. *decis.* 210. *num.* 14. *part.* 2. Reg. Cortiada *decis.* 26. *num.* 63. *part.* 1. *& decis.* 231. *part.* 4. *num.* 6. Ludovicus Ferret *in discurs. Regio num.* 78. Ego *part.* 2. *dec.* 74. *num.* 26.

7 Etiam potest alia admitti intelligentia, quam adducit Peguera *d. decis.* 92. *num.* 25. quòd tunc Iudices Ecclesiastici, sive Episcopi possunt facere executionem in bonis laicorum, quando temporalem quoque habent iurisdictionem in laicos ex consuetudine legitima præscripta; & probat Regens Cortiada *d. decis.* 231. *num.* 9. cum exemplari, ubi latè de requisitis huius consuetudinis. Et huic accommoda declarationem contentionis, quam citat Leo *decis.* 154. factam in favorem Episcopi Dertusen. & ejus Curiæ Ecclesiasticæ circa indictionem pœnæ temporalis iniunctę tabulariis, eis prohibendo habere in suis hospitiis meretrices, & fœminas suspectæ vitæ; nam ex quo fuit probata consuetudo immemorialis, pœnas illas imponendi, non verò easdem exequendi, fuit decisum, dictum Iudicem Ecclesiasticum Dertusen. posse imponere pœnas pecuniarias, non tamen valere eas exequi contra laicos, nisi per Iudices Sæculares, ibi: *Sed supradictis non obstantibus, in occurrenti casu fuit declaratum in favorem iurisdictionis Ecclesiasticę Episcopi Dertusensis, quia in processu actitato coram dicto Regio Cancellario in hac causa, fuit probata consuetudo immemorialis Episcopatus Dertusensis multis instrumentis antiquissimis, in processu productis, imponendi dictas pœnas pecuniarias laicis non tamen eas exequendi, & ita in hoc casu extante consuetudine iurisdictio pertinet ad Ecclesiasticum, quod satis innuit Regia Sententia Cancellarii lata die* 20. *Iunii* 1578. *de qua supra n.* 12. *ibi: Attento etiam, quod consuetudo allegata pro parte iurisdictionis Ecclesiasticæ legitimè probata non fuit. Et, quòd dictæ consuetudini sit standum, tenuerunt Bellugæ rub.* 12. §. *quædam, n.* 104. *Covar. pract. quæst. cap.* 10. *n.* 2. *vers. Primum. Iul. Clar. in* §. *fin. q.* 37. *n.* 8. *ad medium*, Molinus Gotolan. *in tract. de brachio Sæculari Ecclesiæ præstando, cap.* 4. *n.* 51. *qui allegat ita tenentes Bald. & Lup. relatos per Covar. ubi supra, & hanc receptam dicit Menchaca lib.* 3. *de test.* §. 22. *n.* 17. *Paz. in praxi* 2 *tom. præl. jud.* 2. *n.* 56. *& incertus auctor apud Consil. Berretæ, consil.* 3. *n.* 10. *Segu in directorio iud. Eccles.* 2. *part. c.* 14. *n.* 24. *Aven. de exequen. man. Reg. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 22. *Azebedo in l.* 14. *lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 7.

Ex quibus fuit declaratum in occurrenti casu, dictum Iudicem Ecclesiasticum potuisse imponere pœnas pecuniarias non tamen posse eas exequi contra laicos nisi per Iudices Sæculares, & ita fuit pronuntiatum, sententia publicata per Ludovicum Palaum Notarium, dicti Regii Cancellarii scribam die 9. *Aprilis* 1615. Aliam terminanter declarationem refert Reg. Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 2. *n.* 34. *&* 35.

Et tandem ultimo obici respondetur, non implicare, 8
quòd Iudex Ecclesiasticus contra laicos censuris utatur in subsidium; nam etiam antea aliis pœnis eos coercere valet; quia Iudex Ecclesiasticus ante censuras potest procedere contra laicos per mulctas, seu pœnas pecuniarias captionem pignorum, aut personarum districtionem, licèt earum executio per Iudicem Sæcularem fieri debeat, ut supra habetur; cum non repugnet, quòd unus Iudex cognoscat de causa, & alter executionem faciat, prout evenit, quando habent diversa territoria, Peguera *d. dec.* 92. *num.* 25. Latro *lib.* 1. *decis.* 82. *num.* 1. & ibi Manfrella, & expressit Sesse *de inhibit. d. cap.* 9. §. 2. *num.* 32. ibi: *Quorum ratio est, quia licèt cognitionem habeat in aliquibus casibus inter laicos Ecclesiasticus, executionem autem temporalem, usum, & exercitium illius habet potestas Sæcularis, ut diximus in superioribus; distincta namque est iurisdictio cap. fin. de foro compet. in sexto*, DD. *in cap. cum Episcopus de officio ordinar. in sexto*, Felin. *in cap. cum sit generale* 13. *colum. de foro compet. idem Aviles in capitibus prætorum, cap.* 2. *nu.* 12. *cum seqq. nec inconvenit, quòd Iudex Ecclesiasticus habeat cognitionem inter laicos in suis casibus, executionem autem in persona, & bonis non habeat, cum ita passim in iure habeatur, quòd unus habeat cognitionem in aliquo casu, executionem autem aliut. l. A Divo Pio in princip. de re iudicata l.* 4. *ff. de damno infecto Aufrer. in Clement.* 1. *nu.* 94. *cum seqq. de officio ordinar. latiùs cum copiosa allegatione prosequitur Bovadilla in politica lib.* 2. *cap.* 17. *n num.* 167. *cum seqq.* Reliqua *in decis. seqq.*

DECISIO

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO CVII.

ARGUMENTUM.

De eadem intelligentia *S.C.T. sess. 25. de reform. cap. 3.* Et Const. *2. tit. de invoc. brach. Secul.* Ubi de excommunicatione ex contumacia prolata: & de prorogatione jurisdictionis Ecclesiasticæ, per laicum coram Judice Ecclesiastico comparentem; agitur. Et an excommunicatur in Judicio, signanter contentionis, stare possit.

SUMMARIUM.

1 *Factum.*
2 *Excommunicatus in iudicio stare non potest, declara infra numer. 16.*
3 *Si excommunicatus toleratus se ingerere velit in iudicio, si de ejus excommunicatione publicè constet, potest à judice repelli; si autem vitandus sit, non solùm potest, sed debet repelli, vel à parte, vel ab ipso Iudice de officio.*
4 *Iudex Sæcularis est incapax cognoscendi de articulo validitatis, vel invaliditatis excommunicationis.*
5 *Laicus per oppressionem sibi factam à Iudice Ecclesiastico non potest recurrere ad inferiorem; quia est supremæ regaliæ protegere oppressos: cum declaratione contentionis, & num. 6.*
7 *Per comparitionem laici coram Ecclesiastico, prorogatur ipsius iurisdictio.*
8 *Prorogata iurisdictione Iudicis Ecclesiastici, non valet laicus postea illius forum declinare, & ad Judicem Sæcularem provocare: cum declaratione contentionis.*
9 *Iurisdictio Iudicis Ecclesiastici prorogata per laicum, est ejusdem naturæ, & qualitatis cum jurisdictione præ existente.*
10 *A sententia lata in causa à Iudice prorogato, appellatio interponenda est ad superiorem iudicis prorogati, non prorogantis.*
11 *Quando Ecclesiasticus non defert appellationi in casu appellabili, potest recurri ad potestatem Regiam Supremam.*
12 *Excommunicatio est instituta ad frangendam contumaciam, & in obedientiam Ecclesiæ.*
13 *Crescente contumacia, augentur pœnæ, insurgente etiam ex re minima, excommunicationis sententia ferri potest, declaratur.*
14 *Ante excommunicationem exequenda sunt bona condemnati: cum declaratione contentionis, & nu. 15.*
16 *Excommunicatus in iudicio stare potest ut reus, & ad se defendendum. Et opponere potest exceptiones recusationis Iudicis, & alias, quæ explicantur.*
17 *Excommunicatus iuvatur beneficio appellationis.*
18 *De appellatione ad contentionem valet argumentum.*
19 *Declaratio contentionis.*
20 *Ex firma contentionis non redditur capax Iudex Sæcularis ad cognoscendum de articulo excommunicationis, & num. 21. cum Senatu, num. 22. & 23.*
24 *Impediri non potest à Curia Regia executio visitæ Apostolicæ, imò illi auxiliari tenetur, cum pluribus Senatus observantiis usque ad num. 29.*
30 *Per firmam contentionis non prorogatur à laico iurisdictio Ecclesiastica.*
31 *Sine culpa non datur contumacia, nec contrahitur, ubi nulliter agitur.*
32 *Cui nil imputari potest, mora nocere non debet, cum Regio Senatu.*
33 *In eum, qui cessit bonis, excommunicatio non fertur, & numer. 34.*
35 *Mandata cum censuris non concedantur propter debita minoris quantitatis decem librarum Barchinonensium.*
36 *Austera res est, quòd pro debito levi contrahatur contumacia, præmaximè à rusticis, & ignaris, & ubi considerari non valet animus contemnendi, n. 37.*
38 *Pro delicto levi etiam qualificato non condemnatur delatus ad pœnam mortis, nam pœna ex delicto commensuratur.*
39 *Contumacia iudicatur sequela delicti, & numer. 40.*

QUÆ in abstracto digesta exposui *in Decis. anteced.* nunc practicata in concreto differo in facto quod evenit. In judicio Curiæ Ecclesiasticæ Vicen. comparuit Thomas Benet parator lanæ Sancti Fœlicis de Torellò illius Diœcesis, qui à lite cecidit, & condemnatus fuit solvere Rectori, & Operariis Parochialis Ecclesiæ Sanctorum Quirci, & Iulitæ de Montanyola, quadraginta octo libras pro pensionibus censualis, & triginta octo libras pro expensis, expedito mandato de parendo sub pœna pecuniaria, & in subsidium excommunicationis, obtemperans, designavit, & exposuit iudicialiter venalia bona mobilia, ac domus sitas in Parochia de Manlleu; oblato per eum iuramento de pecuniæ numerabilis, & Emptorum deficientia: at non ideo liber evasit à pœna subsidiaria: nam censuris Ecclesiasticis ligatum pro illo debito civili Curia Ecclesiastica declaravit: propterea adivit per firmam iuris Curiam Regiam Vicen. à qua obtinuit litteras in forma contentionis, & Iudici Ecclesiastico rescriptum, quatenus revocaret procedimenta quoad censurarum publicationem. Super quo firmata fuit contentio inter Curiam Ecclesiasticam, & Sæcularem Regiam Vicen. quæ postea devoluta fuit ad Cancellarium. 1

Iste fuit articulus in illo iudicio, hinc, inde rationibus disceptatus: Perpendebat Curia Ecclesiastica, laicum non esse audiendum, & punctum illud esse suæ cognitionis. Allegabatur prima; nam jure Canonico omnino reprobatur, excommunicatum in iudicio stare posse: *cap. Intelleximus 7. de iudiciis, cap. A nobis 2. cap. Cum inter 5. cap. Exceptionem 12. de excep. cap. Pia 1. eod. tit. in 6. cap. Ad probandum 24. de sentent. & re iudic. cap. Romana Ecclesia 1. de offic. Vicarii eod. lib. 6. cap. 1. de supplen. negli. cap. Excommunicamus 13. §. credentes, de hæreticis Can. Revera 12. 3. quæst. 9.* consonat text. *in Const. 1.* (ubi loquendo de excommunicato) ait ibi: *Encara mes que null hom en juy, ò fora juy, sobre qualsevol negoci li resplonga,* id est *nullus homo in iudicio, vel extra, super quacumque re, si respondeat,* nec ab his discedit Const. *Statuhim 8. de heretges, y altres excommunicats.* Suarez *de Gen. disp. 16. sect. 4. num. 1.* Hur. *de Excomm. disp. 8. diff. 3.* DD. *in dicto cap. Intelleximus 7. de iudiciis,* & ibidem Gonzalez Tellez, ubi plures congerit, Reg. Cortiada *tom. 4. dec. 238. nu. 44. & seqq.* Font. *tom. 2. dec. 351. n. 8.* (reiecta observantia antiqua nostri Senatus) & post eum Xammar *rer. iudic. def. 134.* ubi tradit decisum, & fraternizat excomunicatum cum eiecto à pace, & treuga. 2

Imò si excommunicatus toleratus se ingerere velit in iudicio, si de ejus excommunicatione publicè constet, potest à judicio repelli; si autem vitandus sit, non solùm potest, sed debet repelli, vel à parte, vel ab ipso Judice ex officio Pontifex *in d. cap. 1. in fin. de except. in 6.* ibi: *Eo tamen salvo, ut si actor excommunicatus sit publicè, & hoc Iudex noverit quandocumque (etsi de hoc reus non excipiat) Iudex ex officio suo actorem repellere non post ponat.* Coninck. *disp. 14. dub. 11. num. 101.* Avila *2. part. cap. 6. disp. 7. dub. 1.* Palaus *disp. 2. punct. 14. num. 3.* Sayrus *de censuris lib. 2. cap. 7. num. 8.* Hugolinus *tab. 2. cap. 13. §. 7. num. 5.* his relatis frater Andreas à Matre Dei *tom. 2. tract. 10. de Censuris cap. 3. punct. 11. num. 118. & seqq.* Bovadilla *in pelit. tom. 1. lib. 2. cap. 17. n. 70.* Faria ad Covarruvias *lib. 1. cap. 18. num. 5.* Moneta *de Conservat. 10. ex num. 290. cum seqq.* Fontan. *tom. 2. d. decis. 351. num. 3.* Xamm. *rer. judic. d. defin. 134. nu. 12.* igitur excommunicatus à Curia Ecclesiastica Vicen. non poterat ad Iudicem Sæcularem adire per firmam contentionis. 3

Secunda, quia Iudex Sæcularis incapax erat cognoscendi de articulo validitatis, vel invaliditatis excommunicationis, *Can. Nemo contemnat 31. 11. quæst. 3. Can. Rogo. 45. eodem cap. Cum desideras 15. de sententia excommunicationis. Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de reform.* punctim in illis verbis: *Nefas autem sit Sæculari cuilibet Magistratui prohibere Ecclesiastico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare ut latam excommunicationem revocet sub prætextu, quòd contenta in præsenti decreto non sint observata; cum non ad Sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.* Illustrat Fagnanus *in c. Sacro de sent. excomm.* ubi *num. 22.* ait: *Nam excommunicatio mucro* 4

Epi-

Episcopi dicitur, gladius Ecclesiasticus, spiritualis defensio, & nervus Ecclesiasticæ disciplinæ; cap. Visis 16. q. 2. & c. dilecto 6. de sent. excomm. l. 6. ejusque usum fuisse in Ecclesia à temporibus Apostolorum, patet ex verbis Matth. 28. *Si autem Ecclesiam non audierit &c. & 1. ad Corint. 5.* cujus etiam meminit Cyprianus.

5 Tertia, quia casu quo laicus per excommunicationis publicationem oppressus, ab Ecclesiastico prætenderetur, non poterat inferior Judex, & sic Vicarius Vicen. ejus tuitioni occurrere: quia est Supremæ Regaliæ protegere oppressos; & est tam innata Regi, ut ab ejus Corona separari non possit. Oliba *de Jur. Fisc. c. 11. n* 49 nec ea Regalia uti possunt Duces, Marchiones, Comites, Barones, nec alii electi per Dominos Reges; quamvis ipsis concessum fuisset merum, & mixtum imperium. Bossius *in pra. tit. de Regal. col. 1. & 2* Claudius *in rub. Qui feudum dare possint, vers. Quod dupliciter limitandum est.* Montan. *de feudis l. 2. c 1. ver. 7. Et quælibet, & vers. Quod autem Civitates, & lib. 5. c. 7.* Calicius *in extravag. cur. c. 7. n. 71. vers. 68.* ibi: *Princeps sua prorogativa cognoscit in suo confessorio de causis vi oppressorum.* Oliba *in usat Alium namque, de jure fisci d. c. 12. n. 56.* ibi: *Sola Regia Majestas, & Regia præeminentia, atque Suprema Potestas in his spectatur, & ut ab injuria, & oppressione potentiorum miseri, & debiles defendantur.* His, & aliis citatis Fontan. *tom. 2. decis. 316. n. 20.* Et nos alibi.

6 Ita in similibus terminis fuit declaratum per Cancel. Erill, consultoribus Bestus, Carreras, Llorens, & Vinyes, die 2. Augusti 1632. in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Dertusen. ex una, & Curiam Sæcularem Vicarii Regii ejusdem Civitatis, & Regii criminalis Concilii præsentis Principatus, partibus ex altera, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia Seculari Dertusen. per ejus Vicarium, & in Regio criminali Concilio per Procuratorem Fiscalem, procedimentis contra dictum Vicarium Regium, in prædicta Curia Ecclesiastica factis: de qua declaratione post varias decisiones verba facit Fontan. *decis. 317. n. 19.*

7 Quarta, nulla oppressio in laico considerari poterat: nam ipse comparuit in lite, & sic Judicis Ecclesiastici jurisdictionem prorogavit, *l. sed si suscepit 52. ff. de judic.* Tondutus *de prævent. par. 2. c. 49. n. 8. & 10.* Fontan. *to. 2. dec. 376. n. 14.* Carleval. *de jud. l. 1. disp. 2. n. 976.* Scialoya *de Foro Comp. c. 12. n. 8.* & alii plures laudati à Reg. Cortiada *tom. 3. decis. 169. n. 5. & per tot.* Et nos alibi.

8 Et prorogata jurisdictione Judicis Ecclesiastici, non valent laici postea illius forum declinare, & ad Judicem Sæcularem provocare, *l. Nemo 4. Cod. de jurisd. omn. judic. l. Cum quædam, penul. ff eod. l. Præscriptiones fin. Cod. de except.* Guazin. *def. 1. cap. 1. n. 50.* Carleval *de ind. lib. 1. disp. 2. num. 990.* Fermos. *in cap. significasti de foro comp. quæst. 3. num. 4.* Scialoya *de foro comp. cap. 8. num. 64. & cap. 12. sup. num. 9. & 10. & num. 124.* Cancer *var. par. 2. cap. 2. num. 214.* Fontan. *decis. 376. num. 14. par. 2.* Altimarus ad Rovit. *decis. 58. num. 6.* cum pluribus citatis. Romaguera *in Synod. lib. 5. tit. 10. cap. 9. num. 4.* Rota *recent. par. 10. decis. 36. num. 29. & seqq.* ubi de mandato ad prorogandum. Sabell. *in summa § prorogatio nu. 1. vers. Quod facta*, ex innumeris Reg. Cortiada *tom. 3. decis. 169. nu. 8. & 17.* ubi allegat exemplaria, quibus adde sic fuisse declaratum per Cancel. Manegat die 12. Julii 1585. in favorem Andreæ de Ribas, contra Damianum Julià. Simile die 22. Maii 1590. per Setanti tertium, consultoribus Ferrero, & Roig in contentione inter Curiam Ecclesiasticam Urgellen. ex una, & Curiam Vicarii Acrimontis ex altera, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia Sæculari per Joannem Golet.

9 Quinta, quia juri dictio Judicis Ecclesiastici prorogata per laicum est ejusdem naturæ, & qualitatis cum jurisdictione præexistente, quæ prorogatur. *Ex l. dies cautionis 4. ff. d. damn. infecto*, & aliis probat Carleval. *de jud. lib. 1. disp. 2. nu. 972.* Guazin. *def. 1. cap. 7. n. 8.* Scialoya *de foro comp. cap. 12. n. 57.* plures apud Reg. Cortiada *dec. 169. num. 22.*

10 Cujus effectus inter alios est, quòd à sententia lata in causa, à judice prorogato, appellatio interponenda sit ad superiorem judicis prorogati, ad quem ordinarii subditi ipsius prorogati appellare solent; non autem ad superiorem Judicis prorogantis: comprobat Carleval. *de jud. d. disp. 2. n. 1237.* Reg. Cortiada remissive *d. dec. 169. n. 23.*

11 Unde cum appellatio interponi debeat gradatim, *l. Præcipimus 32. Cod. de appellat. l. Imperatores 21. ff. eod. cap. dilecti 66. de appellat.* debebat propterea laicus ille condemnatus ad Metropolinatum Tarraconen. Superiorem immediatum Ecclesiastici Vicen. per viam appellationis provocare: & si iste non deferret appellationi in casu appellabili interpositæ; poterat postea per oppressionem ad potestatem Supremam Regiam recurrere. Covarr. *pract. cap. 33. num. 2.* Leo *decis. 2. num. 10. in fin.* Sesse *de inhibit. cap. 8. §. 1. à num. 1. & §. 2. à num. 1. ac § 3. à num. 62. decis. 114. tom. 2. in epist. ad Dominum Regem à num. 79* Matheu *de Reg. Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 3. num. 83. & 88.* Salgado *de Reg. protect. par. 1. cap. 2. à num. 181. & de Suppl. ad Sanctiss. par. 1. cap. 1. §. unico per tot.* Oliba *de Jure Fisc. cap. 11. num. 54.* Fontan. *tom. 2. dec. 316. n. 13.* & innumeri apud Reg Cortiada *par. 1. dec 29. n. 113.* Et nos alibi.

Sexta, quia post condemnationem factam per Judi- 12
cem Ecclesiasticum Vicen. ab ejus Curia fuit expeditum mandatum, ut laicus condemnatus pareret provisis, sub pœna pecuniaria, & in subsidium excommunicationis, ob cujus contumaciam fuit excommunicatus, & sic canonicè, quia censura Ecclesiastica est instituta ad frangendam contumaciam, & inobedientiam Ecclesiæ, *c. Ex litteris 11. de Const. c. Tuæ 3. ut lite non contest. c. Ex par. 23. de verb. sig.* Romaguera cum citatis *in Synod. l. 5. tit. 10. c. 9. n. 1.* Et est causa immediate necessaria ad eam proferendam *Ex c. Si quis venerit 2. de major. & obed. cap. Si quis ex Clericis 4. de vita, & honest. Cleric. Can. Sacerdotes 3. de consecrat. dist. 2.* probat Gonzalez Tellez *in cap. Sacro 48. de sent. excomm.* Fagnanus ibidem *n. 24.*

Et crescente contumacia, pœna augetur, *c. Quoniam* 13
frequenter 5. §. in aliis, ut lite non contest. tenet Velasquez *de privil. paup. par. 1. q. 65. n. 155* Quinimò pro omni contumacia, etiam ex re minima insurgente, excommunicationis sententia ferri potest, cum tantò major contumacia sit, quantò minor contumaciæ causa est, Velasquez ibidem *n. 163.* Romaguera cum aliis, *ad Synodal. Gerunden. lib. 5. tit. 10. c. 9. n. 2.* de hac re latè P. Andreas à Matre Dei *tom. 2. tract. 10 de Censuris, punct. 10.*

Ex his ergo rationibus apparebat affirmandum, Curiam Ecclesiasticam Vicen. legitimè processisse tam in condemnando laicum pro debito civili, quàm etiam eum excommunicando pro contumacia, nec licuisse laico recurrere per viam contentionis super articulo validitatis, vel invaliditatis procedimentorum, ad Curiam Regiam Vicen.

At nulla fuerunt declarata illa procedimenta, quia 14
in eis non fuit observata forma Conc. Trid. *d. sess. 25. cap. 3. de reform.* Et Const. 2. *tit. de invocat. brach. Sæcul.* ex quo priùs, & ante excommunicationem, exequenda erant bona, quæ condemnatus in observantiam sententiæ designaverat.

Declaratione facta 28. Novembris 1696. quam alle- 15
gavi in Decisione 105. num. 22. per illa verba: *Sententiat, pronuntiat, & declarat, procedimenta per dictam Curiam Ecclesiasticam, eo modo quo facta sunt, non cum pœnis, & mulctis pecuniariis priùs executis, & deinde in subsidium sub censura excommunicationis, & ita non servata forma S. C. T. revocanda forè, & ad dictam formam reducenda esse, & reduci debere.*

Quin obstent rationes in contrarium expositæ, Non 16
prima; quia etsi verum profiteatur, excommunicatum non posse stare in judicio: hoc intelligi oportet agendo, non verò ut reus, & se defendendo, ut probant jura, & DD. in contrarium allegati: & illustrant Barbosa, Graña, Fermosinus *in cap. Intelleximus 7 de iudiciis*, & ibi Gonzalez Tellez, qui ideo docet posse opponere in judicio exceptiones recusationis judicis, non numeratæ pecuniæ, rei non traditæ, solutionis, præscriptionis, compensationis, pacti de non petendo, rei judicatæ, & similium, quæ tendunt ad propriam defensionem; nam, ut inquit text. *in c. Inter 5. de exceptionibus*, satis videretur absurdum, si actore impugnante, reo defensionis copia denegaretur.

Hoc motivo juvatur beneficio appellationis *d. cap. In-* 17
ter 5. de excep. etiam ab ipsa censuræ sententia, *cap. Cum ad præsentiam 16. cap. Pastoralis 53. §. Verum de appel. cap Sacro 48. de sent. excomm. cap. Venerabilibus 7. cap. Licet 14. eod. tit. in 6.*

Et cum de appellatione ad contentionem valeat argu- 18
mentum, Font. *tom. 2. decis. 313. num. 12. 20. & 27.* Matheu *de Reg. Reg. Valent. tom. 2. c. 7. §. 1. sect. 4. n. 142. in fine.* Reg. Cortiada *decis. 22. num. 11.* sequitur evidentiùs,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

quòd licuit laico condemnato, per firmam contentionis suum proprium Judicem Sæcularem adire, non obstante illa excommunicationis declaratione.

19 Punctim tradit Reg. Cortiada *decis. 8. numer.* 136 ubi duo citat exemplaria, alterum expendit, quod fuit declaratum per Cancel. Copons, consultoribus Guardiola, Sunyer, Oliba, & Descamps 4 Novembris 1593. contra Curiam Ecclesiasticam Illerdæ. & in favorem Universitatis Villæ de Torregrossa, & aliorum ejusdem Villæ. Et alterum allegat. & pondero; quia apertius rem demonstrat, per Cancel. Manegat, 7. Decembris 1587 consultoribus Sala, Ferrerò, & Amell, in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Sæcularem Regiæ Audientiæ ex una, & Ecclesiasticam Officialatus Illerden. ex altera partibus, occasione firmæ juris in dicta Curia Sæculari factæ per Procuratorem Petri Pons, procedimentis contra eum in Curia Ecclesiastica factis, instante Joanne Guillermo Berenguer Syndico Capituli Canonicorum Illerden. & Fisci Procuratore ejusdem Curiæ Ecclesiasticæ super denegatione solutionis decimæ fructuum: & moto dubio per dictam Curiam Ecclesiasticam: *An dictus Petrus Pons excommunicatus, ut asseritur, & interdictus, audiri debeat nec ne? donec legitimum absolutionis beneficium meruerit.* Fuit declaratum, Curiam Ecclesiasticam Illerden. teneri respondere cum electione arbitri, litteris Curiæ Sæcularis.

20 Secundæ rationi dubitandi respondetur, quòd ex firma contentionis per laicum facta, non redditur capax Judex Sæcularis cognoscendi de articulo spirituali, validitatis, vel invaliditatis excommunicationis. Prout nec etiam Sæcularis ordinarius, sive sit inferior, sive superior, fit Judex contentionis, solum aditur ad illum, ut rescribat litteratoriè Ecclesiastico ordinario, quatenus revocet procedimenta, aut si hæsitet, contentionem firmet cum arbitri nominatione, qui cum electo per Curiam Sæcularem contentionem dirimant, quam si non terminaverint intra quinque dies, devolvitur cognitio ad Cancellarium, & tam arbitri per Curias respectivè nominati, quàm suo casu Cancellarius, declarant contentiones inter jurisdictionem Ecclesiasticam, & Sæcularem, vel super immunitate occurrentes, Reg. Cortiada *tom. 1. decis. 3. cum seqq.* ubi recitat ad id indulta Apostolica; & ea forma decidunt pariter procedimenta Curiarum, validitatem, vel invaliditatem excommunicationis, & articulum oppressionis in laicum illatæ per Ordinarium Ecclesiasticum. Et hæc est praxis à nemine controversa, stabilita in concordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Comenarum, Reg. Cortiada *tom. 1. decis. 29. num. 122. & tom. 4. decis. 231. & punctim decis. 234. num. 16.* Et nos alibi.

21 Tertia ratio non officit, quia laicus in facto controverso accessit ad Curiam Sæcularem inferiorem per viam contentionis firmandæ cum Curia Ecclesiastica, juxta praxim antedictam; non verò per recursum protectionis, ob violentiam, & notoriam oppressionem, cujus sublevamen est tantùm Dñi Regis, & ejus Regiæ Audientiæ, ex sua Suprema, & Regia præeminentia, ut probant Doctores quos supra citavimus.

22 Id ipsum favorabiliter fuit dictum in illa observantia 2. Augusti 1632. Nam in ejus casu perperam Vicarius Regius Dertusen. admisit recursum, & firmam juris Syndici Monialium prætextu notoriæ oppressionis, ex quo Episcopus non detulit appellationi (ut juris est, juxtà S.C.T. *sess. 13. de reform. cap. 1.*) interpositæ à mandato facto in actu Visitæ super elevatione parietum Monasterii, dicendo, quòd provisionem faciendam remittebat Excellentissimo Dom no Locumtenenti, & Capitaneo Generali præsentis Principatus Cathaloniæ, ejusque Regio Concilio; injuncto tamen interim præcepto Operariis, quatenus sub pœna viginti quinque librarum, & carceris ad arbitrium, ab opere desisterent, donec aliter foret provisum, & quòd de prædictis certior litteratoriè fieret.

23 Et indè emanarunt incompositæ litteræ inhibitoriæ, & requisitoriæ inhibendo, & monendo Episcopum, ut supersederet in procedimentis, donec per eum visum extitisset, an fieret vis, & violentia Monasterio, suisque principalibus, cum comminatione in casu contrafactionis agendi, prout juris foret; & licèt postea à Vicario fuissent secundæ litteræ expeditæ, annullando dictam inhibitionem; adhuc tamen stetit in mandato Operariis facto, & in casu hæsitationis rescripsit Curiæ Ecclesiasticæ, quòd firmaret contentionem.

At ante præsentationem harum litterarum fuit Vicarius declaratus excommunicatus, & noluit Curia Ecclesiastica firmare contentionem tanquam in casu notorio, in quo succubuit die 3. Septembris 1631. vicit verò in contentione die 2. Augusti 1632. De qua amplè agit Fontan. *tom. 2. à decis. 313. usque ad* 318. & consultò fuit declaratum in favorem Curiæ Ecclesiasticæ in contentione illa; quia tantum abest posse dictum Vicarium Regium impedire executionem mandati Visitæ. quinimò illi suffragari tenebatur, prout dixit Senatus die 15. Novembris 1507. refer. Petro Aybri Regio Senatore, ubi fuit concessum brachium Sæculare Visitatori Monasterii Monialium N. ut haberet liberum aditum ad clausuram, & ad alia loca, quò oporteret, Monasterii. Et apertura fieret per Algutzirium manu militari. Reperitur fol. 261. conclusionum Civilium illius anni. 24

Et die 23. prædictorum fuit etiam eodem Relatore referente impertitum brachium Sæculare ad procedendum contra Moniales inobedientes. Est fol. 264. conclusionum Civilium illius anni. 25

At dicto die fuit conclusum, quòd quia Moniales fuerunt oppressæ, ob denegatam audientiam cum suis Advocatis, & Procuratoribus, ibi: *Quòd dicti NN. & Moniales habere possint Advocatum, & Procuratorem qui eis consulant, eisque procurent, & cum eis liberè, quoties vellent, loqui possent, cum omni tamen honestate, & decenti societate Monialium.* Est in lib. conclus. civil. illius anni eodem fol. 264. 26

Et die 11. Decembris subsequentis in facto supplicationis oblatæ pro parte Deputatorum Cathaloniæ, referente dicto Aybri fuit declaratum in supra expressis conclusionibus, non fuisse violatas Constitutiones Cathaloniæ: Est fol. 267. illius anni. 27

Et 15. Januar i 1508. conclusum, claves Ecclesiæ. & Sacristiæ esse dicto Visitatori tradendas, & ad illas habendum, auxilium brachii Sæcularis esse impertiendum 28

Et die 24. Decembris 1560. fuit concessum brachium Sæculare Visitatori cujusdam Monasterii pro claudendis fenestris ejusdem. Est fol. 314. conclusionum Civilium illius anni. Et die 27. Januarii 1561. referente Magnifico Barnaba Serra Regiæ Audientiæ Doctore, causæ Relatore, facto verbo, fuit provisum, ibi: *Meritis processus, & qualitate causæ attentis, & cautionibus præfatis, fuit conclusum, quòd provideatur executio dictæ provisionis assistentiæ* (loquitur de prædicta conclusione facta 24 Decembris 1560.) *& brachii Sæcularis, juxta illius seriem, & tenorem, non obstantibus in contrarium prætensis deductis, & allegatis.* Est fol. 6. concluf. illius anni. Unde observantia illa in contrarium allegata non solùm non lædit nostrum assertum, quinimò illud roborat, quia aditum fuit ad Vicarium Regiũ per viã contentionis, repellendo recursum interpositum ad eum per viam violentiç. 29

Quartæ, & quintæ objectioni respondetur, quòd non inficiatur, reum conventum prorogasse jurisdictionem Judicis Ecclesiastici; attamen ejus forum per firmam contentionis postea non declinavit, quia quoad articulum validitatis procedimentorum Curiæ Ecclesiasticæ tantum contentio fuit suscitata, neque extra hos terminos extitit terminata, declarando solùm, procedimenta facta per Judicem Ecclesiasticum non cum pœnis, & mulctis pecuniariis priùs, & in subsidium excommunicationis, esse revocanda, & ad formam Concilii Tridentini reducenda. Unde ex hac declaratione reverti debebat Ecclesiasticus ad causam, à qua diverterat; observando tamen formam Concilii. 30

Et licèt laicus potuit appellare ab excessu Ecclesiastici ordinarii ad Metropolitanum Tarraconæ, elegit tamen auxilium contentionis, quòd illi suffragantur exemplaria expressa *in decis. 105. num. 18 cum seqq.*

Et tandem non officit ultima ratio susceptæ ex contumacia, quia non fuit laicus contumax in parendo provisis, quando designavit bona exequenda, & non stetit per eum, quominùs executio in bonis exositis fieret; & sine culpa non datur contumacia punibilis. Sanfel. *in prax. sect. 36. num. 36.* Nec contrahitur, ubi nulliter agitur, ex regula text. *in l. Nulla 88. de Reg. jur.* 31

Nam cui nihil imputari potest, mora nocere non debet, dixit Senatus 6. Aprilis 1634. refer. Guerau, in causa inter Paulum Elias ex una, & Elizabetam Casas viduam ex altera. Est in libro conclusionum civilium illius anni fol. 227. 32

Et

33 Et de eo qui cessit bonis, in eum excommunicationis sententiam latam esse nullam dixit Thesaur. *dec.10. nu. 5.post medium.* Velasco *de privil.paup. p.1.q.65. nu.176.*

34 Ac tandem dicitur, quòd adhuc suppositâ contumacia non poterat laicus censura Ecclesiastica innodari, quousque constaret fuisse priùs processum ad executionem realem, vel personalem per Judicem Sæcularem, ad requisitionem Judicis Ecclesiastici faciendam, juxta formam dispositam in dicta Const.2. *tit.de invoc. brach. Sæcul.* de qua ampliùs *in decisione sequenti.*

35 Hìc studiosissimè obsecro, quatenus Prælati saltem pareant dispositis in Conc. Trid. & admittant id, quod cavetur in Constitutione Tarraconæ 11. Concilii celebrati anno 1685. de qua Romaguera *lib.5. in Synodalibus tit.10.c.9.n.9.* in qua statuitur, ne mandata cum censuris concedantur propter debita minoris quantitatis decem librarum Barchinonensium, nisi quantitas debiti oriatur ex obligatione successiva, per illa verba: *Similiterque mandata cum censuris minimè concedantur propter debita minoris quantitatis decem librarum Barchinon. nisi quantitas debiti oriatur ex pensionibus censuum, vel censualium, aut aliarum rerum, quæ tractum habent successivum.* Quò verò ad sententias *in vers. Quoad censuras*, litteram tradidi *decis.105. supra in fine*, pro quarum executione, punctim observent Constitutionem 2. *sub.tit. de invoc. brach. Sæcul.* conditam in Curiis Generalibus, (quas etiam componit brachium Ecclesiasticum) ut exterminentur abusus, qui in dies circa hæc agenda experiuntur.

36 Quin omittam, quòd si pro omni contumacia, ex re etiam minima insurgente, vibretur excommunicationis pœna, ut fieri posse dicunt Doctores supra citati in ultima dubitandi ratione (ut ita inordinatè passim practicatur) austera omnino res erit, præmaximè si contrahatur contumacia pro debito levi per rusticos, vel ignaros, aut doli expertes, quibus regulariter abest animus contemnendi præceptum Judicis Ecclesiastici; in quo contemptu fundatur contumacia, Divus Thomas *in Supplem. ad 3.par quæ.21. art.3. in corp.art.* ibi: *Tunc enim post quam monitus fuerit, si contempserit, contumax reputatur.* Fagnanus 2.*p.5. lib. Decretal. cap. A nobis, & Primo de sentent. excomm. nu.* 39. ibi: *Quia sententia excommunicationis regulariter non ligat, nisi ex contemptu, ut cap. Sacro infra eod. cum simil. sed ille, qui ignorat, non dicitur contemnere, ut inquit Glossa notab. in l. Si ignorans, in verbo contemnit, ff. locati: ergo nec ligari potest, cum ignorantem non sit dare contemptum* Et aliud est contemnere, & aliud non parere, Giurba *cons. 32.n.25.* qui pro contemptu requirit dolum, ex Merlino *dec.25.n.2*

37 Quinimò, ut plurimum, illi incallidè id prætereunt, ob angustias, quas sustinent in rebus familiaribus, vel quia facultatibus exosos erubescunt judicem adire: & animus, & propositum sunt, quæ distinguunt delicta, *l. Divus 14.ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. Qui injuriæ 55. ff. de furtis. Can. Non est quod cuiquam cauf 15. quæst.1. can.10. Can. Merito 1 cauf.15. quæst.1.*

38 Et ampliùs duriùs esse fateor, ut his prætermissis circunstantiis feratur indistinctè pœna illa mortalis omnium gravissima, quando pro delicto levi etiam qualificato neutiquam delatus arceri debet pœna mortis; nam pœna commensuratur ex delicto, *l. Sancimus 22. Cod. de pœnis, l. Servos 8. C. ad leg. Jul. de vi publ. l. Nemo 3. Cod. de Episcop. Audient. l. Capitalium 28. §. solent 1. ff. de pœnis cap. Non afferamus flateras in fin. 24. quæst. 1. cap. Quæsivit de his quæ fiunt à majori part. capitul. cap. Fœlicis §. Illud autem de pœnis lib.6.*

39 Nec ulterius contumacia illa (non dato contemptu) potuit sic aggravare culpam contumacis, ut incidere eum faceret in pœnam ordinariam majoris sceleris; nam contumacia judicatur sequela delicti, quia nequit ex illa sequi condemnatio, si quod in judicio principaliter agitur, non sit punibile, Caval. *resol.crim.* 256. Giurba *cons.32. num.12.*

40 In hanc partem recito scripta à Sperello *in tract. de Episcop.3.par.cap.* 36. in illis verbis: *Utique in Episcopo damnandus, & fœdus est furor, sed fœdissimus, & planè monstruosus in diris infligendis. Quid enim deformius, quàm levissima de causa in stygiam abyssum agere præcipites animas, pretiosissimo Christi cruore redemptas? Hoc certè se crimine implicavit Maximianus Antistes concitato furoris impetu raptus, quem Divus Gregorius l.12. Epist.6. benignè corripuit. Divus autem Leo Epist.9. ad Episcop. Vienn. ad Viennenses Provinciæ Antistites scribens suæ eloquentiæ pondus exercuit, in eis admonendis de nimia facilitate, qua ad hujusmodi interdicta properant. Nulli Christianorum facilè communio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium Sacerdotis, quod in magni reatus ultionem invitus, ac dolens quodammodo debet inferre animus judicantis.*

DECISIO CVIII.

ARGUMENTUM.

An in executione reali, vel personali per Officialem Regium, vel Baronis, requisitum à Judice Ecclesiastico contra laicum, sit necessaria citatio, pro observantia Const. 2. *de invocatione Brachii Sæcularis.* Et an in assistentia concedenda per Judicem Sæcularem Ecclesiastico, pro executione judicati super causa merè spirituali, aut contra Clericum, per suum proprium Judicem condemnatum, sit necessaria citatio. Ubi de assistentia concessa cum auditione Advocatorum partis: In observantiam Const. 2. *tit. de Auditiò de Advocats.* Et Const. 2. *& 3. tit. de dubtes, y punts.* Et de assistentia verbo concessa juxta casuum circunstantias: cum exemplaribus Regii Senatus.

SUMMARIUM.

1 *Si Officialis requisitus ab Ecclesiastico invenerit impedimentum in executione, tenetur illud Ecclesiastico referre. Et super eadem re jus dicere non possunt Judices diversi fori.*

2 *Causæ civiles, quarum cognitio est Judicis Ecclesiastici, vel dimanant ab instrumentis guarentigiis, vel vigore instrumenti juramento vallati, vel scripturæ privatæ juratæ.*

3 *In casibus, ubi agitur de instrumento guarentigio, de instrumento jurato, vel scriptura jurata, in executivis non est necessaria citatio, ubi declaratur.*

4 *Quando prorogatur jurisdictio in Judicem Ecclesiasticum, in quo potuit pars se defendere, & à sententia appellare, post sententiam, si aliquæ proponuntur exceptiones, sunt merè diffugia.*

5 *Stylus qui observatur in executione bonorũ debitoris.*

6 *Tenetur Judex Sæcularis assistere Ecclesiastico pro executione judicati super causa merè spirituali, aut contra Clericum per suum proprium Judicem condemnatum; & tunc tantum tenetur Ecclesiasticus edere Sæculari sententiam prolatam, provisiones, aut præcepta authenticè, aut illum requirere cum litteris, in quibus inseratur sententia, seu provisio, & si est delegatus, litteræ suę delegationis.*

7 *An in assistentia quam præstat Sæcularis Ecclesiastico, sit necessaria partis citatio; sunt qui negant.*

8 *Sunt qui affirmant.*

9 *Recitantur fundamenta primæ opinionis.*

10 *Referuntur secundæ, & num.11.*

12 *Decisio Senatus pro prima opinione, cum Doctoribus qui eam sequuntur.*

13 *Differentia quæ datur inter brachium Sæculare, & assistentiam, & num.14.*

15 *Non stringitur Judex Sæcularis indistinctè assistere Ecclesiastico.*

16 *Est in facultate Judicis requisiti petere processum pro executione requisitoriæ.*

17 *Traditur limitatio.*

18 *Regii Senatus Decisiones, & num.19.*

20 *Regii Senatus Decisiones contrariæ, quæ conciliantur usque ad num.22.*

23 *In assistentia concedenda possunt extrajudicialiter audiri partes, & advocati, cum observantia Regii Senatus, & fuerunt practicatæ Constitutiones, quæ hic citantur.*

24 *In assistentia hac declaranda apponitur clausula:*

Donec aliter fuerit per suam Sanctitatem provisum: *cum exemplaribus Regii Senatus.*

25 *Cum mandatis in forma Cancellariæ expeditis interdum conceditur assistentia Ecclesiastico: & interdum verbo, num.* 26. 27. & 28.

29 *Judex Sæcularis non tenetur auxilium exhibere Ecclesiastico in extrajudicialibus, quod declaratur.*

30 *Decisio Trium Aularum Regiæ Audientiæ.*

1 SUPER littera Const. 2 *tit. de invocat. brach. Sæcul.* agimus adhuc, an in executione reali, vel personali contra laicum, facienda per Officialem Sæcularem requisitum ab Ecclesiastico, sit necessaria citatio, cujus dubij exitum apertum habemus ex verbis ejusdem statuti, & ex nostro frequenti Majorum instituto.

Primò, nam ex dicta Const. 2 Officialis temporalis, si invenerit impedimentum in executione, tenetur Judici Ecclesiastico de impedimento relationem facere, ut Judex Ecclesiasticus juvetur censuris, & aliis juris remediis. Unde necessariò urgebitur Sæcularis supersedere in executione, & omnimoda cognitione incidentium circa executionem, nam super eadem re ambo Judices diversi fori eodem tempore jus dicere non possunt, ne debitor vexetur, & sumptibus afficiatur, contra textum *in l. licet 6. §. fin. ff. Nautæ, Caupones, l. Sepulchri 6. ff. de sepulchro violato, l. Qui de crimine 9.* & ibi glos. *Cod. de accusationibus.* Ne continentia causæ dividatur, contra regulam *l. Si inter 1. & l. Cum ex 2. ff. de quibus rebus, ad eundem Judicem eatur, l. nulli 11. Cod. de judic. cap. 1. de causa possessionis, & proprietatis.* Peguera *decis. 25. part. 2.* Cancer *var. 3. cap. 1. à num. 50.* Tondut. *de præven. judic. part. 1. cap. 13.* Salgado *in labyrint. credit. par. 1. cap. 3. à numer 13. & cap. 4. à num. 15.* Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. sub nu. 899. & latè lib. 1. tit. 2. disp. 2. per totam*, his & aliis citatis Regens Cortiada *par. 1. decis. 36. num. 29. cum pluribus seqq.* Quibus adde Ripoll *de Regal. cap. 26. à num. 2.*

Et ubi non datur causæ cognitio, ibi nec requiritur citatio. Giurba *cons. 39. numer. 64.* Baron. *de citat. quæ. 18. num. 5. & in addition. numer. 1.* cum his, & aliis Regens Cortiada *par. 4. decis. 232. num. 61.*

2 Secundò: nam frequens judiciaria cognitio in causis civilibus, in quibus condemnantur laici ab Ecclesiasticis, vel dimanat ex instrumentis guarentigiis, aut publicis in quibus recognoscitur debitum cum renunciatione proprii fori, & submissione alterius cujuscumque: quibus in casibus prorogatur per laicum jurisdictio Ecclesiastici. Approbat Regens Cortiada *par. 1 decis. 11. num. 47. & par. 3. decis. 168. tota.* Et Nos alibi. Vel vigore instrumenti juramento vallati, vel scripturæ privatæ juratæ, cujus juramenti vi prorogatur etiam per laicum jurisdictio Ecclesiastici. Reg. Cortiada *decis. 11. numer 46. par. 1. & decis. 167. tota.*

3 In his ergo casibus, quibus prorogatur jurisdictio Judicis Ecclesiastici, videlicet tam vigore instrumenti guarentigii, quàm aliàs publici, & jurati, vel scripturæ privatæ etiam juramento firmatæ; maximè dum pars ea non impugnaverat, præsumi non valet, laico exequendo superesse aliquam relevantem exceptionem, ut impediri possit executio, ac proinde non esse citandum resolvit Cancer *var. 3. cap. 19. num. 25* ibi: *Pro prædictis adduco, quod ubi alicui privato licet aliquid facere propria auctoritate, si petat ad exercendam dictam suam propriam facultatem, urbanius Judicis, aut ejus familiæ assistentiam, sive associationem, debet ei concedi sine partis citatione; ubi non potest verti in dubium dicta propria facultas, quod accidit, ubi de ea constat per publicum instrumentum guarentigium, quod per partis negationem non redditur in dubium, ut scripsimus libr. 2 resol. cap. 4. de sequest. & empa. nu. 18. circa med. ubi multos citavi, alios laudavi supra capit. 7. de pact. quæst. 11. ubi idem esse dixi in quolibet publico instrumento adversus illum, qui ipsum juravit, quod maximè dum non impugnatur, habetur pro probatione probata. Et pro dictam sententiam sequitur Zucbar. cons. 37. n. 19. & in fin. num. 121. Cod. de edict. Divi Adriani tollen. & Barz. decis. 49. nu. 12. multa etiam ipse ad propositum [illegible] supra cap. 17. de sent. quæst. 17. & ita sunt intelligi quæ tradidi lib. 2. resol. cap. 7. de restitut. spoliator. num. 44. & observat noster Senatus, ut patet in decisionibus relatis per me supra cap. 17. de sent. quæst. 17. & cap. de pactis quæst. 11. circa med.*

4 Tertiò: nam quando prorogatur jurisdictio Judicis Ecclesiastici per laici comparitionem, vel litis contestationem, ut tradit Regens Cortiada *decis. 11. numer. 45. par. 1. & decis. 169. par. 3.* & dicimus Nos alibi. tunc cum audita fuerit pars in judicio coram Ecclesiastico vertenti, in quo potuit se defendere, & à sententia appellare; absonum non erit dicere, post sententiam si aliquas contra eam proponat exceptiones, esse merè diffugia, ad evadendum legitimam executionem.

5 Ultimò, quid moror in his indagandis, nam apud nos praxis exequendi bona mobilia, vel immobilia debitoris, secum trahit ejus requisitionem, vel monitionem (quæ deservire potest pro partis citatione) nam proficiscitur Officialis executor ad domum habitatoris partis exequendæ, & ibi requirit partem condemnatam, quatenus incontinenti solvat parti instanti, seu ejus legitimo procuratori quantitatem judicatam, cum protestatione quòd aliàs procedetur ad executionem; postmodum si illico pars non obtemperat, bona illius apprehenduntur per executorem, continuantur in inventario; & alicui commendantur, ut ea teneat pro manifesto Curiæ, & incontinenti præfiguntur per executorem decem dies pro redimendis à manu Curiæ bonis mobilibus, & triginta pro immobilibus; quod si intra illos dies respectivè redempta non fuerint, illis elapsis venduntur in publica subhastatione juxta stylum. Quam praxim cum reliquis postea quæ subsequi debent pro effectiva executione, tradit latè Peguera *in prax. civil. rub. 29. num. 24. cum seqq.*

6 Nunc ergo quando Judex Ecclesiasticus Ordinarius, vel Delegatus extrajudicialiter implorat à Judice Sæculari assistentiam, ut sine vi aliqua, vel resistentia fieri valeat executio super causa merè spirituali, aut Ecclesiastica, aut contra Clericum per suum proprium Judicem condemnatum, quæ ex sui natura tractanda est coram Ecclesiastico: & cognitio ex defectu capacitatis ad Judicem Sæcularem nullo modo spectare valet; tunc debet Judex Sæcularis assistere Ecclesiastico. Ex text. *in cap. Inquisitionis, §. Prohibemus de hæret. in 6.* Marinis *var. 1. cap. 204.* & ibi Rodoer. Can. *var. 2. cap. 15. numer. 13.* Et tantùm tenetur Ecclesiasticus edere Sæculari sententiam prolatam, provisiones, aut præcepta data authenticè. Canc. *var. 3. cap. 19. numer. 3. & 4.* Farin. *in praxi quæst. 97. & num. 101. & 103. & quæ 186. § 9. num. 165.* cum pluribus Carleval. *de judic. disp. 2. quæst. 7. à nu. 772.* Gonzalez Tellez *de offic. jud. ordin. cap 1. num. 17.* Aut illum requirere cum litteris authenticis in quibus inseratur sententia lata, sive provisio: quod sufficere probamus Nos alibi. Et si est Delegatus pariter etiam tenetur edere litteras suæ commissionis, vel delegationis: ex latè traditis à Reg. Cortiada *par. 4. dec. 233. tota.* Rosa *de execut. p. 2. c. 6. n. 3. & 8. & per tot.*

7 At verò an tali in casu Judex Sæcularis possit assistentiam præstare Ecclesiastico, nulla partis citatione præcedente, dubitant Doctores, & præcipuè Nostrates, qui in divisa abierunt placita. Cancer *var. 3. cap. 19. numer. 18. cum seqq.* est opinionis, quòd cum tunc Judex Sæcularis nil facere dicatur, sed tantùm facienti adhærere, citatio non est necessaria.

8 Contrariam tenet Oliba *de jure fisci cap. 15. num. 43.* ibi: *Octavum est exemplum in invocatione brachii Sæcularis, cum Ecclesia pro executione suarum sententiarum, & provisionum non habet ultra quod faciat, cap. 1. de offic. ordin. extra. cap. Significasti de offic. delegat. extra. Idem est in assistentia petita per Officialem Ecclesiasticum executorem litterarum Apostolicarum, ut sibi assistat Regius Officialis, ne in executione vis ei fiat, aut resistatur, In utroque autem casu extat observanda Constitutio in tit. de invocat. de bras Secular, cap. 1. in qua proponitur ordo servandus per Regiam Audientiam, quando brachium Sæculare invocatur.* Et rursus idem dicit *numer. 54.* ibi: *Et ordo præscriptus* (scilicet *in Const. 1 tit. de invoc. de bras Secular*, de qua antea loquebatur) *Judici requisito, in civilibus tantùm causis observatur, sive petatur assistentia Officialis Sæcularis in Regia Audientia pro executione sententiarum, aut provisionum Judicum Ecclesiasticorum facienda per eosdem Judices, seu eorum executores.*

Deinde *numer. 57.* postquam loquutus fuit de brachio Sæculari, & illius requisitis, sic ait: *In assistentia Noster Senatus idem observat in civilibus causis, quia etsi in ea Judex Sæcularis, non executoris officium præstet, cum*

Judex

Judex Ecclesiasticus vult ipsemet exequi sententiam suam, & procedere contra sibi subditum condemnatum, vel mittere in possessionem beneficii aliquem, vel expellere intrusum, vel in aliquo simili casu civili suam sententiam exequi &c. Denique *n.* 76. ita loquitur. *In quacumque verò auxilio petito, citatio partis contra quam petit, est necessaria. Beninc. ad in dec.* 55.

Hanc opinionem sequi videtur Fontan. *tom.* 2. *dec.* 352. *cum seqq.* signanter *decis.* 353. *n.* 14. & 354. *n.* 11. idem Cancer *var.* 2. *cap.* 7. *n.* 45. Oliba *de jure fisci cap.* 22. *n.* 53. & post eos Pereira *de manu Regia lib.* 2. *tit.* 8. *cap.* 52. *& num.* 20.

9 Prima Cancerii *var.* 3. *cap.* 19. *n.* 18. *cum seqq.* opinio fundatur: quia illa assistentia est nuda, & extrajudicialiter petitur, quatenus Judex Sæcularis, ut purus, & merus executor exequatur sententiam Ecclesiastici, illum associando, ne vis, seu scandalum sequatur: & tunc Judicis Sæcularis imploratur nudum ministerium in causa, quæ fuerat penès Ecclesiasticum proprium, & capacem Judicem discussa, quin egeat ampliori cognitione, cujus omninò est incapax Sæcularis. Ita Reg. Cortiada *decis.* 232. *part.* 4 *à n.* 57.

10 Secunda verò opinio Olibæ *de jure fisci cap.* 15. *nu.* 43. fundatur. quia illa assistentia est invocatio brachij sæcularis; in qua practicari debet Const. 1. *tit. de invoc. brach. Sæcul.* quæ requirit citationem; & licèt assistentia extrajudicialiter petatur; at vero etiam in extrajudicialibus magni præjudicii necessaria est citatio. Reg. Cortiada *d. decis.* 232 *part.* 4. *à n.* 47.

11 Quibus addens scribit Pereira *de manu Reg. lib.* 2. *d. cap.* 52. *art.* 20. quod nulla considerari valet differentia inter casum nudæ assistentiæ, & casum invocationis brachii Sæcularis. Nam in utroque nudum factum Judicis Sæcularis ab Ecclesiastico imploratur, ut suam exequatur sententiam; & quòd aliàs daretur maxima occasio fraudandi legem. Quia omnes Ecclesiastici nudam assistentiam, seu familiam Sæcularis exposcerent, ut sua sententia sine ulla contradictione executioni mandaretur, quod non est admittendum; ut in simili dixit Cevallos *de cognit. per vi. viol. par.* 4. *quæst.* 1. *n.* 83. & faciunt, quæ scripsit Oliba *in usat. aliud namque de jure fisci d. cap.* 15. *num.* 57. ubi dicit, ita Senatum observasse.

12 Prosequitur idem Pereira citato loco docens, quòd nec contrarium Cancerii argumentum obstat, nempè quod quando privatus potest actum facere sine partis citatione, urbaniùs faciens, & implorans familiam Judicis sæcularis, non debet fieri deterioris conditionis: quia respondet valdè dissimiles esse casus: & quòd licèt quis possit sua authoritate actum facere recurrendo ad Judicem, ut sibi auxilium præstet, non debeat fieri deterioris conditionis. At verò quando agitur de invocatione brachii, eò præcedere debet citatio. Et subdit *n.* 23. ibi? *Unde dum Ecclesiasticus, forsan ut fraudet legem, implorat solam familiam, ut sententia exequatur, ex effectu auxilium implorat, quo sua sententia exequatur, quæ cum citatione partis esset exequenda; & ideò meritò hæc assistentia debet eodem iure metiri, sicut & suum principale, ad quod Cancerius aliàs doctissimus, non videtur advertisse, & ideo non meritò suum Senatum increpat; sic judicavimus his in gravamine Bernardi de Cunha in interpositò à provisore Viennensi anno* 1614.

13 At a doctrina Cancerii *var.* 3. *cap.* 19. *n.* 18. *cum seqq.* discedere non licèt, quam sequuntur Xammar *de offic. iudic. part.* 1. *quæst.* 24. *n.* 134. cum exemplari Senatus diei 8. Octobris 1619. in Regio Concilio criminali Don Petrus de Amigant *in addit. ad Ripoll. in praxi Vicar. Barcinon. rub.* 19. *vers. Nuda verò*, etiam cum Senatu junctis Tribus Aulis 28. Decembris 1659 in causa criminali. Et tradidi *decis.* 72. *num.* 19. *& seqq.* & in puncto juris sequitur Ripoll. *var. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 300. Reg. Cortiada *decis.* 26. *n.* 43. (licèt ab ea discedat in causa criminali *decis.* 232. *n.* 65.) Fermosinus *in cap. Cùm ab homine* 10. *de judiciis, quæst.* 41. *n.* 3. Oliva *de foro Eccles. part.* 2. *quæst.* 24. *num.* 50. pluribus citatis Altimarus *de Nullit. rub.* 3. *quæst.* 21. *n.* 16. Canc. *var.* 2. *cap.* 7. *n.* 70 *& seqq. & var.* 3. *cap.* 7. *n.* 210. *& seqq. & cap.* 17. *num* 335. *& seqq.* & cum his, aliis citatis Romaguera *in Synodal. Gerund lib.* 5. *tit.* 10. *cap.* 9. *n.* 28. Quorum potissima est ratio, quia Iudex Sæcularis in causa contra Clericum, vel merè spirituali, vel Ecclesiastica, tanquam incapax nullam habere potest cognitionem, ut supra probavimus. Et ubi Judex requisitus de causa principaliter cognoscere non potest, tunc nec minùs ut requisitus cognoscere de ea valet: *Si verò uterque Judex, tam requirens, quàm requisitus, cujus auxilium à requirente imploratur, posset cognoscere de causa, tunc Judex requisitus procedit audita parte, & de exceptionibus adversus executionem cognoscit.* Ita Cancer *var. part.* 2. *cap.* 15. *n.* 13 & 14

Et satisfaciendo argumentis contrariis, dicimus, 14 quòd nota est differentia inter nudam assistentiam, & brachium Sæculare, quòd impertitur Judex Sæcularis Ecclesiastico, pro causis civilibus, vel criminalibus exequendis contra suum subditum, vel merè Ecclesiasticis, vel spiritualibus. Nam in assistentia Judex Sæcularis non facit executionem, sed Ecclesiastici nomine fit executio: at verò in brachio Sæculari Judex Sæcularis, qui brachium illud concedit Ecclesiastico, ipse est, qui exequitur provisionem, seu declarationem Judicis Ecclesiastici. Ex Oliba, Fontanella, Ripoll. & Reg. Cortiada dixi *dec* 104 *n.* 13. Et licèt in effectu ex hoc inferri non posse inter utrumque auxilium differentiam scribat Fontan. *tom.* 2. *decis.* 353. *n.* 13. docens nil interesse, quòd Judex Sæcularis pro Ecclesiastico executionem faciat, vel quod sub umbra, & cum auxilio, & assistentia Judicis laici per Ecclesiasticum executio fiat.

At verò adhuc censeo notabilem esse illam distinctionem inter nudam assistentiam, & brachium Sæculare: nam in hoc, juxta terminos d. Const. 1. *tit. de invoc. brach. Sæcul.* antequam Sæcularis id impertiatur, tenetur partem audire, & summariè indagare per suum proprium examen, de justitia invocationis brachii Sæcularis, ad effectum tantùm illud denegandi, vel concedendi, & cum ipsemet teneatur auxilium concessum exequi, illi licere oportet, aliqualiter ad eum finè de justitia invocationis cognoscere; quod nullatenus succedit in mera assistentia, extrajudicialiter petita ab Ecclesiastico, in qua Sæcularis nullum ministerium habet in executione; nam per se eam exercet Ecclesiasticus, cum umbra solùm, vel assotiatione Sæcularis, ne vis in executione sequatur.

Nec tunc obstabit dicere, quod frustrabuntur leges 15 circa observantiam auxilii brachij Sæcularis disponentes, quia omnes Ecclesiastici nudam assistentiam, seu familiam Sæcularem postulabunt, ut suæ sententiæ, seu declarationes sine aliquali cognitione exequantur. Quia respondetur, quòd non adstringitur indistinctè Sæcularis assistentiam Ecclesiastico concedere. Nam juxta circunstantias facti denegatur assistentia & proceditur ad auxilium brachii Sæcularis, juxta formam cit. Const. 1. *tit. de invoc. brach. Sæcul.* prout evenit die 28. Maij 1628. in illa assistentia extrajudicialiter petita per Judicem Delegatum Apostolicum ad reformandum Monasterium Rivipulli, in qua junctis Tribus Aulis Regiæ Audientiæ fuit denegata assistentia, & quod invocaretur brachium Sæculare, in forma Constitutionis, ut infra rescribitur.

Quæ roborantur: nam sicut est in facultate Judicis 16 requisiti processum petere pro executione requisitoriæ, ex text. *in l. A Diuo Pio* 15. juxta vulgatam editionem §. *sententiam Romæ*, ibi: *Si hoc jussi fuerint*, quem ad hoc ponderat Thesaurus *quæst. Foren. lib.* 3 *cap.* 2. *nu.* 5. (qui ex hoc infert executionem concedi à Judice requisito ex urbanitate, non necessitate) Merlinus *controv.* 98 *num.* 39. Rosa *consul.* 4. *n.* 7. Luca ad Gratianum *discept. forens. to.* 1. *c.* 146. *n.* 4. *cum sequent.* Ita pariter à Senatus judicio pendet concedere nudam assistentiam sine partis citatione, & recognitione processus, aut brachium Regium Ecclesiastico impertiri, præcedente partis citatione, & summaria actorum cognitione, juxta formam Constitutionis.

Amplector etiam limitationem Cancerii *par.* 3. *d.* 17 *cap.* 19. *n.* 23. ex Vulpello *in tract. de libert. Eccles. par.* 3 *nu.* 32. ubi subdit, quòd si de injustitia Judicis Ecclesiastici constet, nec familiam adversus Clericum concedere tenetur Judex Sæcularis. Quam doctrinam roborat Reg. Cortiada *par.* 4 *decis.* 232 *à num.* 63. subdens tamen, quod si pars contra quam assistentia, seu auxilium per Judicem, seu Officialem Ecclesiasticum litterarum Apostolicarum executorem, vel subexecutorem extrajudicialiter imploratur, sciens assistentiam, seu auxilium acclamari taceat, nec quidquam obiiciat, vel si obiicit aliquid, non sit relevans; eo tunc non requiritur

partis citatio ſed poteſt Judex Secularis nudâ aſſiſtentiam extrajudicialiter petitam concedere, parte non citata. Si verò pars contra quam aſſiſtentia, ſeu auxilium extrajudicialiter petitur, contradicat & clamat. rationeſq; relevantes allegat; illo caſu Judex Sæcularis non concedat aſſiſtentiam, ſeu auxilium extrajudicialiter Judici, ſeu executori Eccleſiaſtico, donec pars ſit citata: & ita conciliat opiniones contrarias; ſed Ego aſſentior doctrinæ Cancerii, qui nullam vim facit in eo, an pars taceat, vel clamet, ſi conſtat de injuſtitia.

18 Quam comprobant manifeſtè exemplaria noſtri Regii Senatus. Primum 16. Januarii 1563. Eſt in libr. concluſ. *civil. illius anni fol. 87.* in quo *fuit conceſſa* in Regia Audientia, referente Llobregat Regio Senatore, aſſiſtentia Admodum Reverendo in Chriſto Patri Archiepiſcopo Tarraconæ, abſque partis citatione, in eo quòd in Congregatione Provinciæ Eccleſiaſticę Taraconen erat maxima controverſia, quęnam eſſet maior pars Provincię?

19 Secundum in aſſiſtentia extrajudicialiter, & ſine partis citatione conceſſa in Regio criminali Concilio 8. Februarii 1619. Viſitatori Monaſterii Beatæ Mariæ Populeti pro viſitando Monaſterio; & fuit commiſſa gerenti vices Generalis Gubernatoris hujus Principatus Don Alexio de Marimon, juxta epiſtolam Regiam ad hoc tranſmiſſam Duci de Alburquerque Locumtenenti Generali Domini Regis: de quo meminit Xammar *de offic. part. 1. d. quæſt. 24. numer.* 134. Quibus aſſiſtentiis, ut apparet, aliquid obiici non potuit, ſaltem quod eſſet relevans.

20 Contrarium fuit tentum in exemplari Regii Senatus, quod evenit junctis Tribus Aulis Regiæ Audientiæ 28. Maii 1628. ut ſupra jam habetur, ſuper aſſiſtentia Officialium Regiorum, extrajudicialiter petita per Judicem Subdelegatum Apoſtol. ad reformandum Monaſt. Rivipulli ad antiquam, & ſtrictam regulam; & quia res erat magni ponderis, quæ poterat pacem publicam, & quietem totius Principatus perturbare, ut refert Fontan. *deciſ. 355. numer. 15. & 16. part. 2.* & poſt eum Reg. Cortiada *d. deciſ. 232. numer.* 48. fuit concluſum eſſe denegandam aſſiſtentiam extraiudicialem, ſed cum ſupplicatione eſſe petendam; & quod audirentur partes, juxta formam Conſtit. 1. *tit. de invocat. brachii Sæcularis*.

21 In quo caſu non ſolum adfuit contradictio Prioris, & Monaſterii Rivipulli: ſed etiam extrajudicialis oppoſitio pro parte Deputatorum Cathaloniæ, Capituli Sedis Barcinonæ, Conſiliariorum, & Concilii centum Juratorum Civitatis Barcinonæ, Brachii Militaris, totius Religionis Sancti Benedicti, Monaſteriorum Clauſtralium Provinciæ Tarraconen. Communitatis Presbyterorum, & Vniverſitatis Rivipulli, & Vaſſallorum dicti Monaſterii, ut vidi in Archivo Regio in Concluſionibus civilibus illius Anni. Ac etiam fuit motivum, quòd propoſita pro parte oppoſitorum erant relevantia, & quòd ſi, ut proponebantur, retardarent forſan aſſiſtentiam, per illa verba, ibi; *Quibus ſic ſtantibus (ut in re tam gravi, & magni momenti quæ poteſt pacem publicam, & quietem totius Principatus perturbare) cum debita conſideratione procedatur, fuit concluſum per omnes, quod rebus ut nunc, non concedatur aſſiſtentia, donec cum ſupplicatione modo ſolito petatur, & ſuper his partes audiantur, juxta formam Conſtitutionis, & ſtylum hactenus ſervatum, ex quo predicta, quæ fuerunt deducta, & repreſentata pro parte Monachorum Rivipulli, & aliorum illis adhærentium, ſi prout proponuntur, probantur, & in facto ſubſiſtunt, forſan retardabunt dictam aſſiſtentiam, & adſtringent Regium Concilium ad certiorandum de prędictis, & de veritate informandum ſuper his Regiam Maieſtatem*.

22 Ita hac admiſſa interpretatione debent accipi alia exemplaria allegata per Ripoll. *var. cap. 3. à num. 296. ad* 305. Fontan. *d. deciſ. 355. n. 17.* ut benè Cortiada *dict. deciſ. 232. n. 63.*

23 Accommoda hic ad majorem expeditionem aſſiſtentiæ, quod poſſunt audiri partes, & Advocati in Regia Audientia, ut celeriter in ea poſſit declarari, prout ſucceſſit die 18. Septembris 1577. in facto ſupplicationum oblatarum per Oeconomum Monaſterii Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum præſentis Civitatis, per Venerabilem Patrem Franciſcum Maldonado Generalem dicti Ordinis, cum quibus reſpectivè fuit deductum, & controverſum, an eſſet concedenda, vel non aſſiſtentia Regiorum Officialium pro parte dicti Generalis ſupplicata, facta relatione in utroque Concilio per Michaelem Cordellas, & Michaelem Ferrero, quibus dictum negotium ad recognoſcendum fuerat commiſſum & in eodem Concilio auditis partibus, & Advocatis dicti Oeconomi, per maiorem partem fuit concluſum, aſſiſtentiam fore concedendam per utrumque Concilium civile, & criminale Regiorum Officialium per ſuam Excellentiam nominandorum, ſine præjudicio juris tertii, ſi quòd competeret, & donec aliter foret per ſuam SANCTITATEM proviſum; & quòd acta per utramque partem exibita retinerentur penes ſcribam cauſæ, donec forent inſerta in proceſſu, & quòd pro his fierent mandata opportuna. Eſt in lib. concluſionum civilium illius anni fol. 232. fuit practicata Conſtit 2. & 3. *tit. de dubtes, ypunts*, & Conſtit. 2. *de auditiò de Advocats.*

Nunc ſic fretus illo exemplari, dico quod in his declarationibus, quæ fiunt concedendo aſſiſtentiam Judici Eccleſiaſtico inter perſonas ſui fori, vel ſuper rebus ſpiritualibus, vel Eccleſiaſticis, apponatur illa clauſula: *Donec aliter fuerit per ſuam Sanctitatem proviſum*, ut habetur ſupra in exemplari citato, quæve ſimilis clauſula apponitur in conceſſione brachii Sæcularis, quod Eccleſiaſtico ſuffragatur ut dicimus *dec. 111. n. 32.* 24

Et non minus obſerva aliam normam extrajudicialem, ſine citatione partis obtentam, in concedenda aſſiſtentia per viam mandati in forma Cancellariæ. 25

Sic fuit impertitum auxilium Regium ad capiendum quoſdam Religioſos, qui vagabantur, crimina perpetrando per Principatum; & cum eo præceptum Officialibus Regiis, ut eos apprehenderent, & remitterent eorum ſuperiori: ſub data 12. Septembris 1452. in Villa-Franca Pœniten. fol. 61. in Locumtenent. 2. Dominæ Reginæ Mariæ anni 1450. uſque ad 54. 26

Simile mandatum directum *omnibus* Vicariis, & Officialibus Juſtitiæ hujus Principatus, quatenus requiſiti per eum, qui illud mandatum ipſis præſentaret, caperent Religioſum N. ad effectum illum tradendi, & remittendi in poſſe Fratris N. Viſitatoris Generalis, cum omni auxilio, etiam gentium, & familiæ armatæ, ſub pœnis ibidem contentis. Eſt de gubernio Sereniſſimi Domini Joannis de Auſtria Locumtenentis, & Capitanei Generalis hujus Principatus Barcin. 13. Septembris 1653. fol 73 Locumtenentiæ 1. 27

Et tandem conſidero juxta caſuum circunſtantias, & opportunitatem negotii, fore has aſſiſtentias, vel modo proviſionali, vel politico impertiendas Eccleſiaſtico, ad juvamen ſuæ juriſdictionis quoad ſubditos, vel diſtrictuales ſuos. Vnde interdum Judici Eccleſiaſtico ordinario, aut ſuperiori Regulari, vel Subdelegato Judicis Brevis Apoſtolici, procedentibus contra ſuos reſpectivè ſubditos, auxilium prębui per litteras privatas, extrajudicialiter ſcribendo Officialibus Juſtitiæ, quatenus illis aſſiſterent cum familia armata ad capiendum ſubditos; excitando ſic juriſdictionem Eccleſiaſticam, & interdum verbo quando delinquentes erant in hac vrbe præſentes. 28

Nec fit obviam his quæ DD. aſſerunt, quod Sæcularis in præceptis extrajudicialibus non tenetur Eccleſiaſtico auxilium exhibere: ut cum Innoc. Abbat. & cæteris communiter volunt Alciat *in cap. 1. de offic. judic. ordin. n.* 67. Alex. *conſil.* 130. *numer* 3. *lib.* 4. Salz. ad Diaz. Agia, Farinac. *in prax. quæſt* 97. *numer.* 97 Molin. *de brach. Sæcul. lib. 1. cap.* 13. & his relatis Vela *in prælect. ad cap. 1. de offic. jud. ordin. numer* 44. quia ex circunſtantiis facti non denegavi aſſiſtentiam Eccleſiaſtico, etiam in præceptis extrajudicialibus, auxiliando juſtitię adminiſtrationis, & ita intelligitur Reg. Cortiada *deciſ.* 232. *n.* 41. *& ſeqq.* 29

Ad omnium antedictorum corroborationem obſervavimus concluſionem noſtræ Regiæ Audientiæ junctis Tribus Aulis, quæ hic ſubſequitur. 30

Die vigeſima octava menſis Decembris anno à Nativitate Domini milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo nono.

In Regio Concilio junctis Tribus Aulis, Præſidente ſua Excellentia, interfuerunt cum eo

Reverendus Braulius Sunyer Cancellarius.

No-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Nobilis Josephus de Boxadòs, & Lull Regens Cancellariam.
Nobilis Josephus Romeu, & de Ferrer.
Nobilis Hieronymus de Codina.
Magnifici Paulus Puig Fisci Advocatus.
Raphael Vilossa.
Franciscus Llunes.
Nobiles Josephus de Marti & Ferran.
Don Fabricius Pons, & de Castellvi.
Don Michael de Cortiada A. F. P.
Magnificus Joannes Cellers.
Nobilis Michael de Pallarès.
Magnifici Michael Alegre.
Ludovicus Ferrer.
Petrus Antonius Serra.
Josephus Aleny.
Joannes Baptista Pastor.
Joannes Paulus Xammar. Et
Josephus Rull.

In facto propositionis facte per suam Excellentiam super assistentia Regiorum Officialium extrajudicialiter petita à sua Excellentia per Fisci Procuratorem Curiæ Metropolitanæ Tarraconen. & Procuratorem Petri Joannis, & Petri Benedicti Atxers fratrum V. I. D. & Canonicorum Ecclesiæ Barcinonæ, vigore quarundam litterarum à dicta Curia emanatarum de secunda Novembris proximè dimissi, super excarceratione N. Canonici capti, & detenti in domo Reverendi Episcopi Barcinonæ, contradicente etiam extrajudicialiter Fisci Procuratore Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, prætendenteque dictam assistentiam non esse concedendam, nisi judicialiter, & partibus auditis, juxta Constitutionem primam sub titulo de invocatio de bras Secular. Fuit conclusum in casu, de quo agitur, assistentiam petitam fore concedendam absque aliqua citatione, & causæ cognitione; & hujus voti fuerunt omnes superiùs nominati, dempto dicto Nobili Don Michaele de Cortiada Advocato Fiscali Patrimoniali, qui fuit Voti: Attento constat provisione facta per Admodum Reverendum Archiepiscopum Tarraconæ die, & anno, causisque, & rationibus in ea contentis, provisum fuisse, quòd pro publicatione litterarum contra Reverendum Episcopum Barcinonæ, sub pœna ingressus Ecclesiæ, & contra alios in dicta provisione nominatos, sub pœna censurarum, & pro excarceratione personæ N. Canonici, in carceribus Ecclesiasticis d. Civitatis Barcinonæ detenti; petatur assistentia officialium Regiorum; & quòd ad id expediantur provisiones, & litteræ opportunæ, juxta stylum. Attento quod prædictæ litteræ ad petendum dictam assistentiam non sunt in forma expeditæ; imò per prætensum Vicarium Generalem Admod. Rever. Archiepiscopi Tarraconæ, cum quodam memoriali tradito suæ Excellentiæ, fit dicta assistentia Officialium Regiorum petita, de cujus speciali commissione non apparet, saltem eo modo, quo de iure constare debet, prout est necessarium, postquam dictus Admodum Reverendus Archiepiscopus Tarraconæ manus apposuit in prædicta causa. Attento insuper, quòd casu quo de dicta commissione constaret, hic extrajudicialiter petitur assistentia Officialium Regiorum; quo in casu illam impertiri Judex Secularis non compellitur, nec compelli potest, maximè contradicente Fisci Procuratore Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, & Syndico Venerabilis Capituli dictæ Sedis Barcinonæ, quorum contradictio maximæ est considerationis ad retardandum assistentiam, donec dictus Fisci Procurator, & Syndicus fint citati, & auditi. Attento rursus, quòd in Cathalonia juxta praxim in Senatu receptam, non conceditur Judicibus Ecclesiasticis assistentia Officialium Regiorum, tam ubi petitur extrajudicialiter, quàm judicialiter, donec cum supplicatione modo solito petatur, citata, & audita parte, juxta formam Constitutionis, & stylum hactenus observatum: quæ quidem vindicant sibi locum, nedum in civilibus, sed etiam in criminalibus; tum ex majoritate rationis, tum etiam quia in criminalibus, etsi Judex Secularis uti merus executor non possit cognoscere de viribus, & meritis sententiæ, mandati, decreti, aut provisionis Judicis Ecclesiastici, tenetur tamen citare reum jam damnatum, etiam Ecclesiasticum, seu aliàs de foro ipsius Iudicis Ecclesiastici: & in isto casu citare d. Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, & dictum Syndicum dicti Venerabilis Capituli Barcinonæ ad videndum, an aliqua exceptio ex istis competat ad impediendam, vel retardandam dictam assistentiam petitam pro executione dictæ provisionis, seu decreti facti per Admodum Reverendum Archiepiscopum Tarraconæ: nec relevat quod Judex Secularis, sive in civilibus, sive in criminalibus teneatur assistentiam concedere Judici Ecclesiastico in omnibus casibus, & negotiis sibi à jure permissis, quoties desiderat exequi sententiam, seu provisionem à se latam, absque eo quòd de viribus, & meritis sententiæ, seu provisionis Iudicis Ecclesiastici cognoscere possit: quia præterquam quòd in isto casu Judex Secularis non cognoscit de meritis, sed de imploratione invocationis assistentiæ, an sit justa, vel non; & præterquam quòd illa theorica non est recepta in Cathalonia, ut est dictum; dumtaxat tamen locum habet, quando Judex Ecclesiasticus vult exequi sententiam, seu provisionem suam, & punire subditum pœnis Ecclesiasticis: quo casu cum tractetur de exequenda pœna Ecclesiastica, tenetur Judex Secularis, antequam assistentiam concedat, citare partem ad videndum, an aliqua exceptio ei competat: quare est voti, quòd respectu publicationis censurarum potest sua Excellentia concedere dictam assistentiam; respectu autem excarcerationis dicti N. Canonici, quòd rebus ut nunc, non concedatur dicta assistentia, donec cum supplicatione modo solito petatur, & super his partes audiantur, juxta formam Constitutionis, & stylum hactenus observatum.

Hanc declarationem recitat Reg. Cortiada *par. 4. dec. 232. num. 67.* ex Nob. Petro de Amigant *in prax. Vic. Barcinonæ rub. 20. vers. Nuda verò, post princ.*

DECISIO CIX.

ARGUMENTUM.

Praxis succincta exequendi litteras requisitorias, à Judice Ecclesiastico emanatas, & directas Sæculari contra laicos, à Judice Ecclesiastico in casu suæ jurisdictionis condemnatos: juxta Const. 2. *tit. de invoc. brach. Sæcul.* excogitatur. Ubi plura dubia enodantur. Et de forma harum litterarum remissivè.

SUMMARIUM.

1 *Quando renuit Iudex Sæcularis requisitoriam ab Ecclesiastico expeditam exequi, potest Judex Ecclesiasticus censuris eum ad id compellere.*
2 *A comminatione censurarum firmatur jus per viam contentionis.*
3 *Si recusat Iudex Ecclesiasticus firmare contentionem, tenetur dubium super contentione firmare.*
4 *Si Judex Sæcularis requisitus ab Ecclesiastico excedit in exequendo, vel non observat ordinem juris, ab excessu, vel gravamine exequendi appellatur ad Regiam Audientiam: ubi decis. Regii Senatus, & numer. 5. 6. & 7.*
8 *Non est facilis indagationis inquirere, quas vices gerat Judex Secularis executor requisitus ab Ecclesiastico contra laicum, an sit merus, vel mixtus executor, & infra resolvitur num. 20.*
9 *Non parva difficultas versatur circa petendum, & exequendum auxilium ab Ecclesiastico contra laicos imploratum.*
10 *Traditur praxis exequendi requisitorias, & nu. 11. usque ad num. 17.*
18 *Sufficit quòd in litteris requisitoriis inseratur sententia, seu provisio exequenda.*
19 *Executor interdum ex mero, efficitur mixtus, & è contra.*
20 *Sæcularis executor sententiæ, seu provisionis Judicis Ecclesiastici, est merus: & declaratur.*
21 *Compellat Regia Audientia inferiorem ad exequendas sententias contra laicos, condemnatos ab Ecclesiastico in suo casu.*
22 *Si Iudex inferior minùs juridicè procedat, puniri potest.*
23 *Non admittitur appellatio in Regia Audientia, nisi constito de sententia, & appellatione.*
24 *Quando Iudex Regius inferior peccat in executione*

non observando juris ordinem, vocatur à Regia Audientia ad dandum rationes, & ad quid teneatur. Decisio Senatus.

25 *Condemnantur Advocati, quando calumniosè causas patrocinantur; & quibus pœnis: cum Regii Senatus observantia. Et quid in Judice.*

26 *Quando impedimentum est justum, frustrantur censuræ Ecclesiasticæ, contra Officialem requisitum non exequentem.*

27 *Tam Judex Ecclesiasticus, quàm Sæcularis satisfacere tenentur suo injuncto muneri, nam plerumque contentiones ex imprudentia derivantur.*

28 *Forma litterarum requisitoriarum traditur remissivè.*

1 PRAXIM executionis, personalis, vel realis, per Officialem Regium, vel Baronis, juxta terminos Constit. 2. *tit. de invoc. brachii Sæcularis*, faciendæ contra laicum condemnatum in suo casu per Judicem Ecclesiasticum, investigari necesse apparet.

Præcavendo, quod quando renuit Judex Sæcularis requisitoriam, ab Ecclesiastico expeditam exequi, potest Judex Ecclesiasticus eum censuris ad id compellere, ut disponit Concil. Trid. *d. sess. 25. cap. 3. de refor.* Et litteraliter tradit dicta Constit. 2. Pignat. *tom 5. consult. 5. num. 65.* diximus *decis. 104. num. 8.*

2 A comminatione censurarum firmat jus in forma contentionis Judex Secularis in Curia Vicarii Regii, vel in Regia Audientia, juxta concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Comenarum; & approbat Reg. Cortiada *tom. 1. decis. 26. num. 81. cum sequent. & dec. 231. par. 4. nu. 31.* Hoc est primum artificium partis ad invadendum, vel differendum executionem.

3 Si recusat Judex Ecclesiasticus, tanquam in casu notorio suæ jurisdictionis, firmare contentionem, tenetur tamen dubium super contentione firmare: ut in facto Vicarii Dertusen. quod tradit decisum Fontanella *decis. 313. cum seqq.* In hoc differtur etiam jus actoris in executione, & ampliùs si Ecclesiasticus succumbat in dubio, pro ut evenit in eadem decis. Fontanella proximè allegata.

4 Modò Judex Sæcularis requisitus ab Ecclesiastico excedit in exequendo, vel non servat ordinem juris, tunc ab excessu, vel à gravamine exequendi appellat pars ad R. A. Berart *de Visit. cap. 27. num. 68.* Cancer *var. par. 3. cap. 17. nu. 135.* Oliba *de jure fisci cap. 15. num. 47. in fine.* Molin. *de bracb. Sæcul. cap. 16. numer. 3.* Reg. Cortiada *par. 4. decis. 232. nu. 71.* tanquam ad superiorem Judicis exequentis jure proprio, non ut delegati alterius Judicis. Salgado *de Reg. protect. par. 4. cap. 4.* præcipuè *num. 49.* Scaccia *de appel. quæst. 17. limit. 10. numer. 68.* observat Nobilis Petrus de Amigant *ad Peg. rub. 27. de appellat. numer. 228. & seqq.* qui tradit, sic fuisse observatum in causa inter Petrum Xeltreu, & Franciscum Solanes de Vilaseca, contra Occonomum Prioris, & Conventus Sancti Laurenti Fratrum Carmelitarum Discalceatorum, Civitatis Tarraconæ, & alios, ad relationem Magnifici Ludovici Ferrer R. A. & Tertiæ Aulæ Doctoris die 6. Septembris 1666.

5 Adde idem fuisse declaratum, referente Nob. Narciso de Anglasell Regio Senatore Tertiæ Aulæ, die 9. Julii 1688 in causa inter Antonium Vilella aliàs Mascarò ex una, & Comunitatem Presbyterorum Ecclesiæ Beatæ Mariæ Pratorum Regis ex altera.

6 Idem antea die 13. Novembris 1687. referente eodem Relatore in causa appellationis interpositæ per Gabrielem Cugat, Agricolam Villæ de Alforja, ab excessu executionis factæ per Bajulum dictæ Villæ in ejus odium, & in favorem Mariæ Claræ Borràs, & Carbonell Civitatis Tarraconæ, pro qua executione faciendæ expeditæ fuerunt litteræ requisitoriæ executoriales à Curia Ecclesiastica Metropolitana Tarraconen. directæ dicto Bajulo 28. Martii 1683. eidemque præsentatæ 1. Junii ejusdem anni. Et ex quo in executione non fuit servatus juris ordo, fuit declaratum, procedimenta executiva fuisse nulliter facta, & quatenus de facto processerunt, revocanda fore, & esse, & partes esse reponendas in statu, quo erant ante executionem, cum resectione damnorum, & expensarum.

7 Idem referente Nob. Josepho Balaguer etiam Tertiæ Aulæ Regio Consiliario, in causa inter Franciscum Vidal, Agricolam de Constanti ex una, & Doctorem Franciscum Calvet Presbyterum ex altera, die 24 Octobris 1691. actuario Abadal, declarando procedimenta executionis esse nulla, & quatenus de facto processerunt, revocanda, & partes esse reponendas ad statum, quo erant ante incæptam executionem. Quæ lis initium habuit die 11. Julii 1687. & sententia fuit lata die 24. Octobris 1691. ut dixi, & sic post quatuor annos litis incæptæ, cum esset tantum interesse tercentum sexaginta unius librarum, & sex solidorum Barchinonensium pro debito principali, & sexaginta unius librarum, tredecim solidorum, & trium denariorum pro expensis; & adhuc in his casibus potuit pars, quæ succubuit, à sententiis, quas prætendit sibi esse præjudiciales, supplicare in unam ex Aulis R. A. civilis. Peguera *in praxi rubrica 27. nu. 19.* ex Constit. 2. anni 1599.

Hæc sunt partium procuratæ dilationes. His additur 8
(id quod non est facilis indaginis) inquirere, quas vices gerat Sæcularis executor requisitus ab Ecclesiastico contra laicum, in observantiam nostræ Const. 2. Videlicet, an sit merus, vel mixtus executor? Et utrumque esse apparebat affirmandum. Merum, quia nullam cognitionem habet in executione, quando tantùm de impedimento executionis tenetur relationem facere Judici Ecclesiastico, super quo Sæcularis non potest diffinitivè, vel interlocutorie pronuntiare, sed declarationem remittere ad Judicem Ecclesiasticum. Mixtum, quia aliqualem cognitionem habere debet respectu laici, cujus est competens, & proprius Judex, cuique sine assistentia Ecclesiastici committitur omnimoda executio, quousque mandatis, provisionibus, & sententiæ Judicis Ecclesistici requirentis sit obtemperatum, & parti satisfactum, & aliunde ab excessu executionis detur appellatio ad Judicem Sæcularem superiorem.

Hic quadrat, quod scripsit Peg. *pag. 255.* relatus à Solorzano. *Emb. 68. num. 28.* per illos versus. 9

Quum putas finem tantis inflare querelis.
Auditur tibi lis, quæ fuit una, duplex.

Imò multiplex, quæ nunquam ad metam pertingere videtur, reddendo (ut apparet) elusoriam salubrem dispositionem sancitam in dicta Constitutione. Propter has, & alias consideratas difficultates in petendo, impetrando, exequendoque hoc auxilio, non extra rem scripsit Oliva *de foro Ecclesiast. part. 2. quæst. 3. numer. 11.* ibi: *Et quia non parva difficultas apparet in executione facienda in persona, & bonis laicorum per Ministros Ecclesiasticos; quia licet secundum veriorem opinionem id efficere possint, Sæculares tamen Judices id egrè ferre solent, amplectentes opinionem contrariam, quæ eis favet, imò si imploratur eorum auxilium, patitur etiam hoc difficultatem, quia regulariter volunt Sæculares, ut eis ostendatur processus, qui fortè longè abest: & illum inspicere, & arbitrari an malè, vel benè judicatum fuerit, de quo infra quæst. 23. & alia solent intervenire, quæ consideravit Segur. in direct. judic. cap. 131. exivit, & obtinuit praxis totius Mundi, quod procedatur per censuras ad executionem sententiarum.* Cum quibus quadrat Concil. Trid. *sess. 25. cap. 3. de reform.* in illis verbis: *Sed si dictæ executioni facile locus esse non possit, licebit Judici hoc spirituali gladio in delinquentes uti*, & Constit. Tarraconæ anni 1685. *numer. 11.*

Attamen si attentè perpendatur contextus d. Const. 2. 10
ipsamet aperit stylum executionis, celeriter faciendæ contra laicum in causis judicialibus, condemnatum à Judice Ecclesiastico in casu suæ jurisdictionis. Et en praxim expeditam, & facilem. Primò, quòd expediantur litteræ requisitoriæ à Curia Ecclesiastica Sæculari cum insertione sententiæ, & provisionis executionis cum debita forma: de qua R. Cort. *par. 4. decis. 214. num. 16. & dec. 232. num. 13. & 29.*

Sic fuit observatum 18. Martii 1553. ut refertur in li- 11
bro conclusionum civilium illius anni fol. 219. ubi fuit facta executio in vim requisitoriæ à Curia Ecclesiastica, expeditæ contra bona Petri Compte, instante Petro Desvern, referente Magnifico Francisco Xammar R. A D.

Idem in exemplaribus supra citatis, signanter in cau- 12
sa inter Gabrielem Cugat ex una, & Mariam Claram Borràs & Carbonell ex altera 13. Novembris 1687. in quarum litterarum requisitoriarum calce pro ipsarum adimplemento, subdens *exequatur* se subscripsit N. Assessor Bajuli.

Secundò quod Officiales Temporales requisiti tenean- 13
tur (in vim d. Const. 2. ibi: *Com fon obligats*; & ibi: *Ajan*, id est debent) litteras requisitorias exequi, quousque fit sa-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

satisfactum parti, & obtemperatum declarationibus, & sententiis Ecclesiasticis; dummodo pars sit præsens, seu ejus Procurator, & solvat expensas, quod si executio ab eis fieri non possit, relationem faciant Judici Ecclesiastico de impedimento, cur executio fieri non valeat.

14 Et cum impedimentum illud insurgi possit, vel ex ipsa sententia, quia foret nulla, vel iniusta notoriè (quo in casu nec assistentia, vel brachium Sæculare est Ecclesiastico impertiendum, ut diximus *decis.* 108. *n.* 18.) vel ex exceptionibus, quas pars opponit in ipsa executione, veluti dotis, fideicommissi, aut similium, vel etiam alicujus facti implicantis executionem; cum hæ omnes exceptiones non subsint, secundum litteram Constitutionis, cognitioni Judicis Sæcularis requisiti, ideò ejus relatio facienda venit Judici Ecclesiastico requirenti, per quem cognitio fieri oportet.

15 Unde nec citatione partis opus est, cum Judex Sæcularis tantum relationem impedimenti facere Ecclesiastico teneatur, coram quo, ut habetur, quævis exceptio executionem impediens terminari debet, ut latius Nos diximus *decis.* 104.

16 Tertiò, quod illa executio fieri debeat, juris ordine servato, ut fuit expressum in exemplari desuper relato in facto Petri Desvern, contra Petrum Compte.

17 Quartò, si relato impedimento per Officialem exequentem, Ecclesiasticus ad ulteriora processerit, impertiendum sit illi per Regiam Audientiam brachium Sæculare, ad effectum, ut debitor creditori suo satisfaciat, ut scripsimus supra.

18 Nec te intrices asserendo, quòd sicut Judex Ecclesiasticus non assistit Sæculari sine processus exhibitione; ita similiter non debet Sæcularis Ecclesiastico assistere, ut arguunt Canc. *var.* 2. *c.* 19. *nu.* 2. *cum seqq.* Thesaur. *quæst. forens. lib.* 3. *quæst.* 2. & refert Merlin. *cent.* 2. *controv.* 98. *num.* 32. Quia hi Doctores loquuntur in terminis invocationis brachii Sæcularis; non vero de nuda assistentia, de qua hic agimus, in qua stylus est, ut supra habetur, quòd in litteris requisitoriis inseratur sententia, seu provisio exequenda. Et indifficulter Curia Generalis in dicta Const. 2. ab exhibitione processus Ecclesiasticos liberavit, attendendo ad brevem expeditionem executionis in laicum, per Ministros Sæculares faciendæ; ne aliàs Ecclesiastici se retraherent (ut exprimit Constitutio) ab observantia dispositionis S. C. T. *d. sess.* 25. *c.* 3. *de reform.*

19 Prout et iam non repugnanter satisfieri valet dubio, an executor ille sit merus, vel mixtus: quia executor ex mero, interdum efficitur mixtus. Rota *par.* 9. *recent. tom.* 1. *decis.* 142. *nu.* 9. Salgado *de Reg. protect. par.* 2. *cap.* 13. *nu.* 57. & 65. & 69. Camerata *par.* 1. *decis.* 13. *nu.* 28. & alii apud Rosa *de execut. litt. Apost. c.* 6. *par.* 1. *nu.* 3. prout è converso mixtus per accidens potest fieri merus. Bicc. *decis.* 461. Ottobonus *decis.* 186. *nu.* 9. Rosa citatus.

20 Et sic quamvis regulariter Sæcularis in executione facienda contra laicum requisitus per Ecclesiasticum sit mixtus executor: atverò attentis terminis d. Const. 2. pro mero executore habendus est, cum ei nullam cognitionem respectu exceptionum incidentium Constitutio reservet, sed omnimodam transferat in Judicem Ecclesiasticum, & solum quando committitur excessus in executione, aditur per viam appellationis ad superiorem Sæcularem; ut res reponatur in debito statu, & jurisordo per Sæcularem in executione servetur, non abdicando Ecclesiastico cognitionem impedimenti incidentis, nec litis.

21 Hac praxi admissa, obviari possunt partis condemnatæ nocivæ dilationes; nam si Officiales temporales adeant Regiam Audientiam per firmam contentionis cum Curia Ecclesiastica, eo motivo, quia opprimuntur censuris ab Ecclesiastico, non obstante, quod ei fecerint relationem de impedimento illud eidem remittendo cum ipsius cognitione; non admittat Regia Audientia contentionem, nisi apprimè investigaverit, si illud obtaculum fuerit à notorio relevans, an verò captatum, vel fraudulentum, & eo præmaturè attento (ut solet Regia Audientia) admittat, aut aliàs repellat contentionem. Et ampliùs in casu repulsæ compellat Regia Audientia inferiorem ad illam executionem agendum, juxta textum *in cap. Cum quidam* 2. *de except. lib.* Barbosa *in l. Hæres absens* 19. *§.* 1. *nu.* 97. *ff. de jud.* Azevedo *in lib.* 5. *tit* 1. *l.* 1. *recop. nu.* 32. Bovadilla *in polit. lib.* 2. *c.* 17. *nu.* 130. Gonzalez Tellez *in c.* 1. *de offic. judic. ordin. nu.* 18.

22 Si verò firmatur contentio non in R. A sed coram Vicario Regio, accuratè animadvertat, anteaquam admittat firmam Officialis conquerentis de ejus justificatione, quæ continere debet injustitiam, vel nullitatem notoriam Judicis Ecclesiastici, & non requirentem indaginem: & attendat inferior, quòd si minùs juridicè processerit, puniri potest, juxta text. *in cap. Cum quidam final. § fin. de except. in* 6. per illa verba: *Per superiores suos (nisi fecerint) animadversione debita castigandi.* Prout non evadit sine pœna Judex, qui sententiam injustam ad litteras alterius Judicis exequitur. Declanus *tract. Criminal. lib.* 4. *c.* 38. *nu.* 1. & 2. Scaccia *de Judic. lib.* 1. *cap.* 63. *nu.* 8. Carol. Anton. de Luca *animad. in Gratian. cap.* 146. *num.* 7.

Quo verò ad appellationes, quas intendunt partes circa excessum executionis, licet recursus ad superiorem sit regale remedium, attamen in admissione appellationis, juxta nostram praxim, debet relatori, cui committitur causa, constare de sententia authentica, & instrumento appellationis, ut tradit Peguera *rub.* 4. *in formul. nu.* 4. Non indifficulter integerrimi Senatores (in casu quo versamur) circunspectè speculabuntur jura, quæ suffragantur appellanti pro admissione, vel repulsa appellationis. 23

Nec insonum judico ad exterminandum omnino hæc subterfugia, quòd quando Judex Regius inferior peccat in executione non observando juris ordinem, quòd vocetur, si est ordinarius Regius, ad dandum rationes, de quibus impetitur, prout fuit conclusum in Assesore Ordinario Vicarii Dertusen. die 14. Julii 1526. in R. A. & constat in libris conclus. illius anni fol. 93. vel quod condemnetur in expensis de bonis propriis cum interesse, ad quod tenetur Judex negligens exequi decretum requirentis, quemadmodum teneri solet, cum facit litem suam, *l. ult. de var. & extraord. cognit. & inst. de obligat. quæ ex quasi delict. nasc. in princ.* sequitur Covarruv. *pract. c.* 10. *nu.* 1. 2. & 7. *circa med.* qui testatur de usu Tribunalium Superiorum. Rebuf. *tom.* 2. *in Const. Reg. de lit. requisit. art. unico, glos.* 3. *nu.* 6. Paz *in praxi* 1. *tom.* 4. *par. c.* 2. *nu.* 10 & 11. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *c.* 389. *num.* 1. Cabalin. *Miscel.* 7. 71. his relatis Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *nu.* 39. 24

Prout condemnantur Advocati, quando cavillosè causas patrocinantur. Et fuit observatum referente Guardiola 13. Augusti 1592. in Advocato Jacobi Alemany de Bellpuig valde opinato. Et idem in alio Advocato non minoris opinionis 22. Augusti ejusdem anni, referente Sabater. Et in Procuratore, seu Administratore Generali temerè supplicante in causa non supplicabili, ut illas solveret de suo, dixit Senatus, referente Paulo Pla relatore, & Joanne Josra correlatore die 26. Octobris 1565. (conclusionum civilium illius anni) in causa Joannis Oriol Archidiaconi Majoris Ecclesiæ Gerundæ. Et id ipsum nuper vidi obtentum, & ampliùs condemnare Judices inferiores in damnis inobservantes mandata superioris. Ac etiam in Advocato, ex sui persona exempto die 15 Septembris 1509. ob subtractionem processus fuit conclusum, referente Petro Boix Regio Consiliario, ut inhiberetur ab officio Advocati judicandi, & consulendi in omnibus Curiis Sæcularibus; & quòd pro prædictis fierent intimationes, & præcepta opportuna, & quod mandaretur scribis Curiarum Sæcularium, ne reciperent per eum supplicationes, schedulas, etiam provisas, ordinatas, vel consultas. Est in lib. conclus. civil. illius anni fol. 141. 25

Enixè iterum peto à Judicibus Ecclesiasticis, ne inconsultò utantur excommunicationis juvamine, quod ipsis impertitur ad compellendum Officialem temporalem, ut executionem faciat: nam quando impedimentum est justum, insurgens ex injustitia, vel nullitate notoria sententiæ Ecclesiastici; vel si ab ea fuerit appellatum in casu appellabili (juxta ea quæ prosequitur Reg. Cortiada *decis.* 20. *nu.* 75. *par.* 1. & *decis.* 231. *par.* 4. *nu.* 25. *cum seqq.* Et Nos alibi) frustrabitur censuratum præsidium per recursum ad firmam contentionis, versus Ordinarium Ecclesiasticum, ut punctim tradit idem Reg. Cortiada *d. decis* 25. *nu.* 82. & *decis.* 231. *nu.* 31. vel per informationem ad banchum Regium versus Delegatum Apostolicum, juxta nostram praxim. 26

Ex his speculatis conquiescere posse sentio anxietatem circa indaginem huius nostræ praxis, & spero quod tam Judex Ecclesiasticus, quam Sæcularis debitè suo muneri satisfacient, cavillationes partium enervando; 27

&ut

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& ut docet Divus Thomas *in opusc. de regim. Princip. lib.* 4 c. 23. tunc *Politica firmitatem, & perpetuitatem habebit, quando quilibet in suo gradu sive Rector, sive Officialis, sive subditus debitè operatur, ut suæ conditionis requirit actio.* Præ oculis habendo, ne inconsultò, nec seriò ante discussas contentiones eant: nam tanta contentionum, rixarumque seges, ex imprudentia plerumque derivatur, ut animadvertit Alexander Sperellus *de Offic. Episcop* 3. *par. c.* 30. *§.* 2. qui rem prosequitur his verbis: *Hoc primum ab illis enixè postulabam, ut suis administris significarent, ne celerrima deliberatione, & ut dicunt de facto in rebus ad potestatem expectantibus, sententias ferrent, sed mutua quadam discussione, rationum pondera utrinque librarentur; cum enim sua sacra meæ fidei committeret Deus, utique etiam meam conscientiam obstringebat, ne Principum Sæcularium jura ullatenus violarem, cum utrique sua sint danda.* Cum quibus conveniunt rescripta per Serenissimum Regem Jacobum Secundum Archiepiscopo Cæsaraugust. in litteris dat. Valentiæ 3. Kalendas Martii 1324. in eodem libro super materiis jurisdictionalibus, ibi: *Sed nos jura Regaliæ ex officio cœlitus nobis tradita conservare adstringimur, & tenemur, sicut vos, quæ juris sunt vestræ Ecclesiæ conservatis. Et siquidem benè nos scire volumus intentionis nostræ, & voluntatis existere, ne dum nos, sed nec aliquos alios Prælatos, aut aliquos etiam alios in suis jurisdictionibus, & juribus impedire, imo assistere, quantum nos decet, absque injuria, & detrimento, ac præjudicio nostro, ac Regiæ jurisdictionis.*

38 Forma litterarum, cum quibus requiritur ab Ecclesiastico Judex Sæcularis, quatenus exequatur bona laici per Ecclesiasticum condemnati in casu suæ jurisdictionis, traditur infra.

DECISIO CX.

ARGUMENTUM.

Quando debitor condemnatus in suo casu à Judice Ecclesiastico in excommunicatione insordescit, quomodo per auxilium brachii Sæcularis contra eum procedatur. Ubi varia circa Commissarios Apostolicos, qui excedunt metas suæ commissionis: ad intelligentiam Const. 8. *tit. de hæreticis*.

SUMMARIUM.

1 *Refertur dispositio Const.* 2. tit. de invoc. brach. Sæcul.

2 *Infructuosum videtur auxilium brachii Sæcularis; nam si debitor exequendus idoneus est, de facili cum executione compelli potest, si non est idoneus, non intrant censuræ Ecclesiasticæ.*

3 *Excommunicationis sententia est nulla contra debitorem à notorio paupere prolata, infirmanda verò est, si notoria mendicitas non sit.*

5 *Pauper, qui incidit in Canonem:* Si quis suadente diabolo: *ad Romanam Curiam pro absolutione petenda accedere non tenetur, & quæ egestas requiratur, & num.* 5.

6 *Intellige.*

7 *Contra insordescentem in excommunicatione quomodo procedatur, & nu.* 8. *usque ad nu.* 11.

12 *Et quid respectu excommunicati per S. C Provinciale Tarraconæ, & num.* 13. *&* 14. *cum Regio Senatu.*

15 *Prohibetur Commissario Apostolico excedere vires commissionis.*

16 *Causæ visitationis, & correctionis Religiosorum, & Monialium non possunt trahi ad Regium Senatum protollendis violentiis: quod non procedit, quando visitator modum visitationis, & correctionis excedit, & num.* 17.

18 *Delegatus quatenus attinet ad suæ delegationis clausura, est major ordinario.*

19 *Constito de excessu, est quædam privata persona, ordinario inferior, & potest Delegatum Ordinarius inhibere: ubi plura.*

20 *Et in eo casu committit spolium, & ut alius quilibet privatus conventri potest.*

21 *Et ordinarius potest illum punire, non ut Delegatum.*

22 *Delegatus Pontificis delinquens venit puniendus per loci Ordinarium: declara n.* 23. *&* n. 24. *&* 25.

26 *Incapax est Judex Sæcularis cognoscendi de persona Ecclesiastica, & cognoscendi de viribus excommunicationis: declara nu.* 27. 28. *&* 29.

AUXILIUM illud Regium pro tuenda jurisdictione Ecclesiastica, ac ea protegenda, accuratiùs impertiendum demonstrarunt Dominus Rex, & Curia in sat citata Const. 2. *tit. de invoc. brach. Sæcul.* nam post. quam statuerunt, executionem in bonis, vel persona laici, per Judicem Ecclesiasticum in suo casu condemnati, esse faciendam per Officiales Regios, vel Baronis requisitos: ampliùs jurisdictionem Ecclesiasticam foventes, demandarunt, quod si executio fieri non valeret, teneretur Judex Sæcularis Ecclesiastico relationem facere de impedimento, cur executio fieri non potuit; ut esset in libertate Judicis Ecclesiastici procedere per censuras, aut aliàs contra partes contumaces, aut condemnatas, usque ad invocationem auxilii brachii Sæcularis: quæ brachia Sæcularia, Officiales temporales teneantur exequi, ut expostulat justitia, quòd auxilium debet esse Regii, & superioris brachii tanquam ultimum subsidium ad superiorem, *ex l. 1. §. si quis ff. de appellat.* 1

At infructuosum hoc auxilium brachii Sæcularis esse apparebat, ob dilema quod exagitat Cardin. Luca *tom. 14. de Regul. & Montal. in annot. ad S. C. T. disc. 43. n. 9.* ibi: *Aut debitor idoneus est, aut non? si est idoneus, de facili cum executione reali, & personali cogi potest: & si non est idoneus, non intrant censuræ, ad quas deveniri non potest contra eum, qui ex impotentia non impleat.* 2

Propterea dicitur, quòd excommunicationis sententia lata contra debitorem, si de ejus paupertate, impotentiave notoriè constet (ut contra eum qui ritè, & rectè ad bonorum cessionem, vel ad beneficium *cap. Odoardus* admissus est, feratur) nulla est ipso jure, infirmanda verò, si notoria mendicitas non sit: Quintilli Mandos. *in tract. de monit quæst.* 37. *n.* 8. *&* 10. Thesaurus *decis.* 10. *n.* 5. *post med.* Fluvius Pacian *de probat. l.* 1. *c.* 54. *n.* 71. Velasco *de privil. paup. quæst.* 65. *§.* 1. *n.* 176 *par.* 1. 3

Indeque etiam fit, pauperem, qui in Can *Si quis suadente diabolo* 17. *quæst* 4 incidit, ad Curiam Romanam pro absolutione petenda accedere non adstringi, *cap. Quod de his* 26. *cap. Quamvis* 58 *de sentent. excom.* Divus Anton. *de excommun. cap.* 1. *n.* 45. Cardin Tolet. *in sum. l.* 5. *c.* 8. *nu.* 2. *vers. Quarto ista*, Hieronym. de Monte *quæst.* 15. *num* 6 *cum tribus seqq.* Francisc. Marc *decis.* 596. *tot.* Carol de Graf *de effect. Cleric. effect.* 9. *nu.* 164. *& seqq.* Velasco *de privil. paup. d quæst.* 65 *par.* 1 *§.* 1. *n.* 177. 4

Nec omnimoda in hoc casu requiritur egestas, & ut ita bonis declinet, dum laborem accedendi ad Sedem Apostolicam sustinere nequeat, nisi ostiatim cogatur mendicare. Silvester *verbo Absolutio* 4 *nu.* 3. *vers. Octavus*, Carolus de Graf *de effect. Cleric. d effect.* 9. *nu.* 165. Azevedo *in l.* 2. *nu.* 46. *tit.* 18. *lib.* 4 *nov. recop.* Velasco *de privil. paup. d. quæst.* 65 *§.* 1 *nu.* 178. Belletus *disc. Cleric. de fac. Cler. Can. §.* 3. *n.* 24. qui id ad Episcopum remittendum esse probat. 5

Cæterum his non refragantibus, auxiliium brachii utile redditur in d Const. 2. contra debitorem condemnatum, aut contumacem, si respondeas cum Cardin. de Luca *tom. 14. de regul. & monial. in annot. ad S. C. T. disc.* 43. *nu.* 11. ibi: *Aut est impotens ad implendum id quod debet, & tunc excusatur, neque ad censuras proceditur; aut est idoneus, sed ex ejus contumacia, & culposa potentia propria, vel aliena, ad quam recursum habeat, impeditur, ne adimplementum sequatur, & tunc censuræ inferuntur, non ex ratione ipsius debiti, sed ex ratione talis delicti, & contumaciæ: & sic notoriæ perseverantiæ in peccato*: allegante Zachiam *post tract. de oblig. Camer. decis.* 165. & cum his satisfacit ignari vulgi oblocutioni, qui scandalum concipit de stylo Curiæ, procedendo quandocumque ad censuras pro debito pecuniario. 6

Sic si propter suam propriam culpam quis fuerit excommunicatus, & perseveraverit contumaciter, quod per Superiores Magistratus, & Regios Vicarios debeat compelli, ut debito satisfaciat, litteraliter disponit Const. *Statuim* 7. *tit. de heretges, y altres excomunicats*, per illa verba: *Statuim, que quant algu serà excomuni-* 7

cat

cat per ſa propria culpa, è perſeverarà contumazament per un any, quel forçen de aquí avant, per nos, è noſtres Veguers ſatisfer axi com deurà: Et cum in hac Conſt. nil circa modum compellendi excommunicatum, ut ſatisfaciat debito, ſit diſpoſitum, ideo recurrendum eſt ad jus commune.

8 Et licet in eo qui obdurato animo cenſuris annexus per annum inſordeſcerit, tanquam de hæreſi ſuſpectum procedi poſſe, diſponat Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de reformat. c. 3.* cum quo concordant text. *cap. Rurſus 11. quæſt. 3. cap. Cum contumacia de hæret. l. 6. de reformat. in fine.* Ricciulus *de jure perſon. extra Eccleſ. gremium exiſt. lib. 4 cap 7. n. 1.* Alterius *de Cenſ. lib. 2. diſp. 2. cap. 1. verſ. ſecundo dubio* Bellemera *in not. ad Trid. d. ſeſſ. 25. cap. 3.* Covarr. *in cap. Alma 1. par. §. 7. nu. 10* Salzedo *in prax. cap. 116.* Carena *de Offic. Sanctæ Inquiſit. part. 2. tit. 8. §. 1.* ubi *num. 5.* docet, quòd annus incipit à die quo quis fuit nominatim excommunicatus, & denuntiatus; & latè de hac re *in §§. ſeq.* Gonzalez Tellez *in decretal. ad c. Cum bonæ memoriæ de ætate, & qual. & ordin.* ubi etiam amplè.

9 Attamen de conſuetudine contra inſordeſcentes per annum in excommunicatione, lata ob aliam cauſam, quam hæreſis, Sanctum Officium non ſolet procedere. Carena *par. 2. d. tit. 8. §. 4. num. 18 cum ſequent.* Sed obſervandum venit, quòd inſordeſcens puniatur ex Concil. Tribur. Antiqui Patres decreverunt *cap. 3.* ibi: *Qui poſt excommunicationem non fuerint ad pœnitentiam inclinati, per Sæcularem Principem puniantur, ut quos Dei timor non corrigit, ſaltem pœna corporalis corripiat.* Tradit Carena *de Offic. Sanctæ Inquiſit. par. 2. d. tit. 8. §. 3. nu. 13.* vel arbitrio Judicis, tam Sæcularis, quam Eccleſiaſtici. Menoch. *de arbit. lib. 2. cent. 5 c. ſu 416.* Salzedo *in praxi d. cap. 116. nu. 6.* & his relatis Tellez *in d. cap. Cum bonæ memoriæ 8. de ætate, & qualitate.*

10 Cum quibus quadrat Celeſtini 3. diſpoſitum *in c. Cum non ab homine 10. de judic.* ubi loquens de Clerico incorrigibili, depoſito, & anathematizato decernit, ibi: *Cum Eccleſia non habeat ultra quid facíat, & ne poſſit ultra eſſe perditio plurimorum, per Sæcularem comprimendus eſt poteſtatem, ita quod ei deputetur exilium, vel alia pœna legitima inferatur.* Et comprobant text. *in cap. Si quis Sacerdotum 11. quæſt. 1. cap. Clericus 3. quæſt. 4. cap. de Liguribus 23. quæſt. 5. cap. Non poteſt 3 de rejudic. cap. Excommunicamus §. 1. de hæret. cap. Novit. 27. de verb. ſign.* Lotherius *de re beneficiaria cap. 33.* Salzedo *in prax. c. 139.* Marta *de juriſd. par. 2. c. 48.* Guazin *defen. 39* Valboa, Fermoſ. Gonzalez Tellez, & alii DD. *in d. c. Cum non ab homine 10. de judiciis.*

11 Et ad eas pœnas non dubito poſſe deveniri, quando per capturam præambulè exequutam debitor non ſatisfaciens adhuc in excommunicatione perſeverat: ex traditis à Font. *tom. 2. deciſ. 310. nu. 26.* & faciunt quæ infra dicuntur *nu. ſeqq.*

12 Reſpectu verò excommunicati per S. C. Provinciæ Tarraconæ, normam (quæ non diſtat ab antecedenti) diſponit Dominus Rex in Conſt. 8. *tit. de heretges, y altres excomunicats*, per illa verba. *Statuim, y ordenam que lo noſtre Llocttinent General en lo Principat de Cathalunya, y Comtats de Roſſellò, y Cerdanya, los Canceller, Vicecanceller, yen ſoncas Regent la Cancellaria, ò altre qualſevol Official noſtre, dins tres dies deſpres que serán requeſts de paraula per lo Iutge Eccleſiaſtich, ò per ſon Fiſch, ſens ſupplicaciò alguna haſan, y fien tinguts llanſar de la terra, lo que ſerà conſtitutionat per las Conſtitucions dels Sacros Concilis de la Provincia de Tarragona, ò poſarlos en los carcers noſtres, ò Epiſcopals, feta empero primer oſtenciò als dits Officials de la ſentencia de excomunicaciò.* Ideſt. *Statuimus, & ordinamus, quod noſter Locumtenens Generalis in Principatu Cathaloniæ, & Comitatuum Roſſilionis. & Ceritaniæ, Cancellarius, Vicecancellarius, & in ſuo caſu Regens Cancellariam, aut alius quiſvis Officialis noſter intra tres dies poſtquam fuerint requiſiti verbo per Judicem Eccleſiaſticum, aut per ſuum Fiſcum ſine ſupplicatione aliqua debeant. & teneantur expellere à ſua juriſdictione conſtitutionatum per Conſtitutiones Sacrorum Conciliorum Provinciæ Tarraconæ, aut eos ponere in carceribus noſtris, aut Epiſcopalibus; facta priùs oſtenſione dictis Officialibus ſententiæ excommunicationis* De qua Conſtitutione Boſch. *dels titols, y honors de Cathal. l. 2. cap. 2. nu. 29. pag. 135.*

13 De praxi d. Conſt. 8. fuit hæſitatum in anno 1555. ubi commiſſarius Apoſtolicus excommunicatione innodavit Officialem Curiæ Eccleſiaſticæ Tarraconæ, & hic illum pariter cenſuris Eccleſiaſticis gravavit: & cum Regens Cancellariam requiſitus eſſet à Procuratore Fiſcali Curiæ Eccleſiaſticæ, quatenus in obſervantiam Conſtitutionis expelleret ab hac Civitate Commiſſarium Apoſtolicum. Propoſito dubio in Regio Senatu fuit primo intuitu reſervatus ille articulus ad majorem deliberationem, prout ibi: *Die 1. Junii 1555. in R. A. ibidem celebrata, Præſidente Reverendo Cancellario, interfuerunt ſequentes.*

Magnifici Franciſcus Montaner Reg. Cancell.
Franciſcus de Valleſica.
Bernardus Vilana.
Stephanus Puig.
Michael Miralles.
Barnebas Serra.
Stephanus Riuſech.
Michael Ferrer.
Petrus Llobregat.
Hieronymus Guinart.
fol. 176. Concluſionum civilium illius anni.

In facto ſupplicationis, & requiſitionis per Fiſci Procuratorem Curiæ Barcinonæ præſentatæ Magnifico Franciſco Montaner Regenti Regiam Cancellariam, quatenus pro obſervantia privilegii brachio Eccleſiaſtico conceſſi, & Conſtitutionis Curiæ anni 1542. expellat, & expelli faciat à præſenti Civitate Reverendum Canonicum N. prætenſum Commiſſarium Apoſtolicum in vim Conſtitutionum Sacrorum Conciliorum Tarraconæ excommunicatum, & publicatum, & propter interdicti declarationem inde factam per Officialem Tarraconæ. Reverendus Cancellarius, attento quod hic agitur contra dictum N. Commiſſarium Apoſtolicum, cui ſpecialiter per Sanctam Sedem Apoſtolicam cauſa de qua agitur, inter partes fuit commiſſa: & attento quod Officialis Curiæ requirentis eſt excommunicatus; eſt voti, & intentionis (cum aliis) *dictum Reg Cancellariam pro nunc non teneri ad mandandum expulſionem dicti N. donec magis intellecto negotio aliter viſum fuerit.*

Atvero die 5. prædictorum, ut conſtat ex lib. Concluſ. civil. illius anni fol 177. Præſidente Illuſt. Locumt Generali, & interventibus dictis Regiis Senatoribus, fuit dictum: *In facto requiſitionis præſentatæ per Fiſci Procuratorem Curiæ Eccleſiaſticæ Barcinonæ Magnifico Franciſco Montaner die. menſis Maii proximè dimiſſi ulterioris requiſitionis per dictum Fiſci Procuratorem eidem Magnifico Regenti die præſenti præſentatæ, quatenus pro obſervantia privilegii ſtamento Eccleſiaſtico conceſſi per Sereniſſimum Regem Ferdinandum II. & Conſtitutionis anni 1542. c. 37* (eſt ſupradicta Conſtitutio octava) *expellat N. Canonicum Eccleſiæ Barcinonæ excommunicatum publicatum in vim Conſtitutionis 8. Concil. Tarraconæ, viſis dictis requiſitionibus, actis, & proceſſibus exhibitis. Attento quòd meritis dictorum actorum, & proceſſuum attentis apparet, juridicè conſtare locum eſſe requiſitioni per partem dicti Fiſci Procuratoris factæ; fuit concluſum quòd dictus N. expellatur, vel in carceribus Epiſcopalibus ponatur pro obſervantia dictæ Conſtitutionis.* 14

Præpondero obiter, in citato exēplari Commiſſarium Apoſtolicum eggreſsum fuiſse fines, & limites ſuæ commiſſionis, & ſic nulliter proceſſiſſe. Bovadilla *in polit. l. 2. c. 21 nu. 98.* Salgado *de Reg. protect. part. 4. c. 4 n. 10. cum ſeqq* & infra latiùs. 15

Ex quo deſcendunt inferiora in jure fundata principia. 16
Primum, quòd licèt cauſæ viſitationis, & correctionis Religioſorum, & Monialium non poſſint trahi ad Senatū pro tollendis violentiis. Seſse *de inhib. c. 30. § 1. n. 44. & t. 2. dec. in Epiſtol. ad Reg. n. 99.* Salgado *de Reg. protect. par. 1. c. 2. §. 5. n 21.* Barboſ. *vot. 4. à n. 120.* Ripoll *de Regal. c. 6. à n. 72.* Fontan. *deciſ. 313. n. 26. & 316. n. 27. & 317. par. 2. & ferè per tot.* diximus *deciſ. 107.*

Atverò hinc id non procedere dicunt, quando viſitator modum viſitationis, & correctionis graviter excedit. Solorſ *de jur. Ind. t. 2 lib 3. c. 26. n. 34. & in polit. lib. 4. c. 26. verſ. Si bien, fol 728.* & cum his, & aliis citatis Regens Cortiada *deciſ. 29. nu. 126. & ſeqq.* alios caſus ad id proſequitur Salgado *de ſupplic. ad Sanctiſ. part. 2. cap. 11. num. 104. & ſeqq.* 17

Secundum, quod licèt delegatus, quatenus attinet ad ſuæ delegationis clauſtra ſit Ordinario major, *c. Sanè 11. de offic. Delegati*, & ibi DD. *cap. Paſtoralis 11. §. Præterea de offic. jud. ordin. cap. Studuiſti 2. de offic. legati*, ut 18

plu-

pluries fuisse per Rotam decisum affirmat Episcop. Urritigoiti *in pastor. regul. par. 1. clauſ. 10. num. 7.* Salgado *de Regia protect. par. 4. d. cap. 4. num. 18.* Mediola *tom. 3. diſp. 7. cap. 4. dub. 11.* Roſa *de execut. litt. Apoſtol. par. 2. cap. 1. numer. 7.*

19 Attamen, conſtito de exceſſu, cum ejus reſpectu non reputetur Juſtitiæ Miniſter ſuperior, nec executor, ſed privata quædam perſona ordinario inferior; poteſt illum ordinarius inhibere, & ei reſiſtere, *l. Prohibitum 5 & l. Defenſionis facultas 11. Cod. de jure fiſci lib. 10. l. Omnes 33. de Decur. eodem lib. l. His quidem 5. Cod. qui militarem poſſ. lib 12. l. Cunctos 3 & l. Devotum 5. Cod. de metat. lib. 12. l. Quoniam judices 21.* ubi Bald. *Cod. de appellat. Can. judic. 3. quæſt. 1. Can. priuſquam 4. diſtinct. 28.* Salgado *de Regia protect. par. 4. dict. cap. 4. nu. 16. & num. 18.* qui *num. 19.* id extendit in executorem merum à Pontifice miſſum, *& num. 20.* in ſubexecutorem Cameræ datum in partibus ad exequendam gratiam penſionis excedentem fines commiſſionis, quo caſu poteſt pars gravata recurrere ad Ordinarium, ut eum ab injuſta ſub executoris vexatione defendat. Prout etiam, non valet ad ea, quæ non continentur in delegatione, juvari delegatus auxilio brachii Sæcularis. Rota in Cæſaraguſtana Cathedral. die 10. Decembris 1655. coram Bichio inter ejus impreſſas *tom. 2. deciſ. 656. num. 5.*

20 Tertium, quod tunc Judex Commiſſarius, ut privata perſona committit ſpolium, & ut alius quilibet privatus conveniri poteſt, *l. Qui injuriarum 43.* juncta *l. Nec magiſtratibus 32. ff. de injuriis*, Salgado pluribus citatis *d. par. 4. cap. 4. num. 23. & ſeqq.*

21 Et Ordinarius illum poteſt punire, non ut Delegatum, ſed tanquam inobedientem mandato ſuperioris ſui, & immemorem ordinis ſibi impoſiti: ut probatur ex text. *in l. Contra 5. Cod. de execut. & exact. lib. 12.* ibi: *Contra noſtra præcepta, ſi quiſquam vetito, ac temerario auſu exercere exactionem audebit, licebit Provinciæ Moderatori, eundem correptum, ad ſublimitatis ſuæ judicium ſub proſecutione dirigere, & licebit Provinciali, ſi probetur obnoxius executor, contra vetitum exactionem ſibi vindicans, temeritatem legitimè repellere.* Et in *Auth. de mandat. Princip. §. inde competens d. l. Prohibitum eſt 5 Cod. de jure fiſci, lib. 10.* ubi Bartol. & DD. & tradunt Innocent. *in cap. Prudentiam, §. adjecimus, col. fin. de Offic. Delegat.* ubi Abbas *in cap. fin. de reſcrip.* Lopez *in 47. gloſ. Otro ninguno, tit. 18. par. 3.* Bovad. *in polit. lib. 2. cap. 21. numer. 111.* & his allegatis Salgado *de Reg. protect. d. par. 4. cap. 4. nu. 14. & nu. 26.* Dominus Vicecan. Creſpi *obſerv. 60. num. 85.* (ſuaque edicta annullare Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. par. 3 alleg. 106. num. 27 & 28.*) Franc. de Urritigoiti *in Paſtor. regular. par. 1. clauſ. 11. num. 6. & 2. par. quæſt. 15. num. 3.* Alvarez Pegas *de Comp. inter Archiepiſc. par. 1. cap. 58. nu. 6.* noſter Romaguera *in Synod. Gerund. lib. 3. tit. 11. cap. 11. numer. 11.*

22 Quartum, quòd etiam Delegatus Pontificis delinquens venit puniendus per loci Ordinarium Eccleſiaſticum, qui eum debitis tradere pœnis valebit, ut conſtare dicunt *ex Authent. de mandat. Princ. §. deinde competens, & Authent. ut judices ſine quo ſuffr. §. volumus cap. 1. de Offic. Delegati, cap. Dilectus 11. de pœnis:* tuncque poſſe Ordinarium Delegatum incarcerare, & adhibita cauſæ cognitione illum coercere, quemadmodum quemlibet alium inferiorem ſuum, pluribus allegatis Salgado *de Regia protectione dict. par. 4. cap. 4. n. 28.*

23 Obſervant tamen, & cum moderamine antedicta intelligunt Severini *in addit. ad Sanfelic. lib. 3. deciſ. 411. verſ. Penult.* in illis verbis: *Verum hoc non ſic abſolutè intelligendum eſt, ſed adhibita ſequenti diſtinctione, nempe, aut hujuſmodi Delegatus deliquerit in non parendo, & ſolus Pontifex offenſus hoc caſu animadvertit, aut vero in excedendo, & tunc Ordinarius punit illum, uti criminoſum, & delinquentem, & non uti delegatum, Joann. Andreas in cap. fin. de reſcriptis.*

24 Admonet etiam Salgado *de Reg. protect. d. par. 4. cap. 4. num. 29.* quod Suprema Tribunalia Regia, licet vix permittant ſuos Miniſtros Delegatos, & executores, etiam excedentes cognoſci, puniri, ac incarcerari ab Ordinariis, ne ſumpta occaſione vilipendantur Miniſtri, & inde executiones impediantur, & juſtitiæ miniſtratio minuatur, ex Bovadilla *in politica lib. 2. cap. 21. à num. 25.* ſubdit poſtea *num. 30. Tamen in judiciis Eccleſiaſticis, à juris regula, tot juribus, fundamentis, & authoritatibus fulcita, non eſt recedendum, tùm etiam propter difficultatem adeundi ſuperiorem executoris excedentis, qui ut plurimum è longe mittitur, ut ſic cum non de facili poteſt ad eum recurri, ſed cum difficultate interdum magna, Ordinarius reponat exceſſum informatus, maximè quia propter difficultatem recurrendi ad ſuperiorem, licitum eſt, etiam legis rigorem tranſgredi, multaque permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. Redin. de Majeſtate Principis fol. 77. num. 41. verſ. Sed etiam per legitimos tram. Innocentius in cap. Olim de reſtit. ſpoliat. Cardinalis in Clement. 1. num. 16. de offic. ordin. l. Si quis filio, §. hi autem ff. de injuſt. rupt. & Doctores in l. 1. §. ſi plures ff. de exercit. Aviles in cap. Prætor 1. gloſ. Dretchamente num. 22. Iſſ. in l. fin. num. 71. ff. ejus cui man. Baldus in cap. 1. qualit. vaſſal. jura debit. fidel. in feud. Anton. de Trigon ſing. 13. numer. 5. & 6. quos conſule pro caſibus ſpecialibus.*

Unde indubitata res videtur, poſſe Officialem Eccle- 25
ſiaſticum uti Judicem ordinarium animadvertere, conſtringere, & punire Commiſſarium Apoſtolicum, non uti Delegatum, ſed uti privatam perſonam effectam criminoſam excedendo limites commiſſionis à Sede Apoſtolica demandatæ: prout evenit in facto deſuper ſuſcitato.

Nunc verò circa Regii Senatus obſervantiam antea 26
recitatam, quod ſupereſt inveſtigare, majorem hæſitationem habet; nempe Regium Senatum incapacem eſſe videbatur præſtandi auxilium Officiali Eccleſiaſtico Tarraconen. in obſervantiam d. Conſt. 8. *tit. de beretges*, ad expellendum ab hac Civitate Commiſſarium Apoſtolicum, ab Ordinario Eccleſiaſtico Tarraconen. excommunicatum; nam incapax eſt Judex Sæcularis cognoſcendi de perſona Eccleſiaſtica, prout non minus incapax judicatur cognoſcendi de viribus excommunicationis, ut diſponit Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 3. de reform.* Et Nos paſſim.

At verò reſpondetur, quòd in caſu deciſo ſolùm à no- 27
ſtro Regio Senatu imploratum fuit nudum auxilium extrajudicialiter, quatenus ut purus, & merus aſſociator ſine aliqua cauſæ cognitione, ex ſola oſtenſione ſententiæ excommunicationis in ſubditum per Eccleſiaſticum prolatæ, ad requiſitionem Fiſci Eccleſiaſtici obſervaret noſtram Conſtitutionem octavam.

Sic non urgent rationes in contrarium ponderatæ, 28
quia Senatus nec cognovit de perſona Eccleſiaſtica, nec de viribus excommunicationis, ſed requiſitionem Judicis Eccleſiaſtici per ejus Fiſci Procuratorem factam amplexatus fuit ſine ulla ulteriori cognitione.

Hæc, quæ hucuſque controverti poterant quoad per- 29
ſonam Eccleſiaſticam, reſpectu laici à Judice Eccleſiaſtico in ſuo caſu condemnati, nullam controverſiam habent: nam contra illum practicari poteſt dicta Conſt. 8. *tit. de beretges*, & impertiri abſque dubio brachium Sæculare.

DECISIO CXI.

ARGUMENTUM.

De invocatione brachii Sæcularis, juxta Conſtit. 1. ejuſdem tit. Vbi, an in ea requiratur citatio, an debeant acta proceſſus exhiberi, intra quem terminum ſit decidenda. Quæ probationes admittantur, & de quibus ratio haberi poſſit.

SUMMARIUM.

1 *Brachium denotat potentiam Sæcularis imperii, & per humeros demonſtratur fortitudo.*
2 *Reges qui ungi poſſunt, ſolent inungi in humeris, & brachio.*
3 *Sicut imploratur à Judicibus Eccleſiaſticis brachium Sæculare, ſic à Sæcularibus implorari ſolet Eccleſiaſticum.*
4 *Exempla traduntur, in quibus Sæcularis eget auxilio Eccleſiaſtici.*
5 *Aſſiſtentia Eccleſiaſtici ad obtinendum copiam authenticam inſtrumentorum, quæ fuerunt recepta*

in

UAB Biblioteca de Ciències Socials

in posse alicujus Rectoris. Cum declaratione contentionis.

6 *Pro scrutinio faciendo in domibus Ecclesiastici; alia declaratio contentionis.*

7 *Universa Monarchia, Pontificia, & Regia potestate regitur, & nu.8.*

9 *Regiæ Majestati gladius commissus est, & excommunicationis gladius nervus Ecclesia dicitur, & Neuter solus, & nu.10.*

11 *Majestates, & Potestates Sæculares requisitæ ab Ecclesiastica, huic brachium Sæculare impertiuntur.*

12 *Brachium Sæculare à Judicibus Ecclesiasticis, & sæpe sæpius à delegatis invocatur.*

13 *Refertur littera Const. 1. tit. de invoc. brachii Sæcul.*

14 *Brachium Sæculare invocari potest immediatè à Regia Audientia.*

15 *Etiam contentio super hac re potest ad Regiam Audientiam evocari, cum observantia Regii Senatus.*

16 *In invocatione brachii Sæcularis debet pars citari.*

17 *Super controversia inter DD. an Judex Ecclesiasticus in invocatione brachii Sæcularis, teneatur acta processus exhibere, resolvitur affirmative ex Const. 1. tit. de invoc. brach. Sæcul. usque ad nu.22.*

18 *Inferior adamussim, nulla præcedente causæ cognitione superioris Judicis, sententiam exequi tenetur.*

23 *Super controversia, an Judex Sæcularis in invocatione brachii Sæcularis possit de nullitate, aut injustitia notoria cognoscere, amplectitur posse ex d. Const. 1. tit. de invoc. brach. Sæcul. nu.24.25.26. ubi Senatus.*

27 *Novus non compilatur processus in invocatione brachii Sæcularis, potest tamen summaria, & extraordinaria recipi informatio.*

28 *Quindecim dies habent partes ad allegandum super concessione, aut denegatione brachii Sæcularis.*

29 *De nullitate, vel injustitia notoria debet in promptu constare, ut denegetur brachium Sæculare, num. 30. & 31. cum Senatu.*

32 *Si à declaratione brachii Sæcularis appellatur, vel supplicatur, aut petitur restitutio in integrum, executio fieri potest, præstita cautione; cum limitationibus, & observantia Regii Senatus, & num. 33.34. & 35.*

36 *De praxi invocandi brachium Sæculare remissivè, ubi de clausula apponenda in declaratione brachii Sæcularis, nu.37.*

38 *Prius curare debemus de juribus Patriæ, quam de jure communi.*

1 QUia in Decisionibus antecedentibus aliqua specificè investigavi circa materiam invocationis brachii Sæcularis, ab Ecclesiastico implorati; & brachii Sæcularis diversas appellationes, & differentias, cum Regia assistentia: nunc pro complemento hujus materiæ aliqua genericè supersunt indaganda, (ad intelligentiam Const. 1. *tit. de invoc. brach. Sæcul.*) quæ practicabili jure sunt stabilita: (licet apud Doctores exteros controvertantur) ad quorum firmam enodationem præludia infrascripta trado notanda. Primum, quòd brachium denotat potentiam Sæcularis imperii; nam ut magis timeantur Ecclesiasticæ coertiones, illud invocatur; cum enim per humeros demonstretur fortitudo, & imperium, juxta illud Isa. 9. *Factus est principatus super humerum ejus*: & imperante capite, per quod Ecclesia dignoscitur, & ejus Vicarius in terris, *cap. Fundamenta de elect. in 6.* humerus, à quo in brachium vigor descendit, brachium attollit, ut capitis imperio obsequatur.

2 Reges enim, qui à Sede Apostolica habent, ut ungi possint, solent in ungi in humeris, & brachio, in quibus fortitudinis, & roboris vis magis elucet, hæc mutua vi à Pereira *de man. Reg. lib. 2. tit. 8. cap. 52. num. 5.* ubi alia erudite.

3 Secundum, quòd sicut imploratur ab Ecclesiasticis Judicibus brachium Sæculare, ad eos adjuvandum, pro faciliori suæ jurisdictionis expeditione, & executione, veluti, si timeant de rei potentia, vel fuga, ut *in cap. Ut famæ 35. §. laici de sent. excomm.* Vela *in prælect. ad c. 1. de effic. judic. ordin. par. 2. num. 32.* sic pariter in Ecclesia est auxilium brachii spiritualis, quod à Sæcularibus Judicibus, pro executione suarum sententiarum solet implorari. Azevedo *lib. 4. tit. 1. l. 15. n. 10.* Covar. *pract. c. 10. n 1.* Pereira cum aliis *dict. cap. 52. nu. 7.* Ita Divus Hieronymus in Epistola apud Nepotianum, quæ incipit *Petis à me, &c.* ibi: *Non omnia possumus omnes, alius in Ecclesia oculus, alius lingua, alius manus*: & eleganter idipsum exaravit Cassiodori calamus *lib. 10. epist. 3.* ibi: *Astra ipsa cœli mutuo regantur auxilio, & vicario labore participata, mundum suis luminibus administrant: ipsi quoque homini duplices manus, socias aures, oculos geminos divina tribuerunt, ut robustius peragetur officium, quod duorum fuerat societate complendum.*

Exempla tradit, in quibus Sæcularis eget auxilio Ec- 4
clesiastici, Vela *ad prælect. in cap. 1. de offic. judic. ordin. par. 2. à nu. 63.* qui *nu. 70.* ad id allegat Barbos. *de Univer. jur. Eccles. lib. 1. cap. 39 § 4. nu. 71* Molin. *de brach. Sæcul. lib. 1. c. 19. nu. 1. & seqq.* Carleval *de jud. lib. 1. tit. 1. dub. 2. n. 40. circa medium, vers. Cum autem Judex* (& idem Vela *n. 70. cum pluribus seqq.* tradit remedia quibus respectivè utuntur Judices ad sibi ad invicem auxilia præstandum.)

Apud nos non omitto assistentiam quam petit Sæcula- 5
ris a Judice Ecclesiastico, ad obtinendum copiam authenticam instrumentorum (quæ inveniuntur recepta in posse alicujus Rectoris) quæ illi impertienda est, ut insinuat id quod evenit, in facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera partibus, occasione firmæ juris tactæ in dicta Curia Ecclesiastica per Raphaelem Alzina Presbyterum, & Rectorē Ecclesiæ de Vilanova Diœcesis Barcinonæ, quibusdam procedimentis, videlicet propter provisionem facto verbo in R. A die 26. Novembris 1612. per Magnificum Jacobum Puigmitja ejusdem R. A. D factam, quod intimaretur dicto Raphaeli Alzina Rectori, quatenus infra dies sex traderet Joanni Regent copiam authenticam, & fidem facientem quorundam instrumentorum in forma pauperis, & quod expedirentur litteræ directæ Judici Ecclesiastico, ut pro prædictis assisteret: & fuit declaratum, consult. Ferrer. Senjusti, Rubi, & Coll die 16. Februarii 1613. firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica per dictum Raphaelem Alzina Rectorem, locum non fuisse, nec esse.

Et pro scrutinio in domibus Ecclesiastici faciendo pro 6
sublevanda necessitate communi, non minus fuit observatum, in mandato facto Vicario Illerden. ut scrutinium faceret in domibus communibus, & singularium de tritico ibi reperto; & pro personis Ecclesiasticis fuit rescriptum Capitulo, & Canonicis Sedis ejusdem Civitatis, ut dicto Vicario assisterent, quatenus cum omni salvitate, prædictum scrutinium exequeretur in domibus Ecclesiastici, deputando ad eum effectum personam Ecclesiasticam. Dat. Barcinonæ 16. Decembris 1654. in Cur. Locumt. 1. fol 231.

Ratio suprædictorum est: nam universa Monarchia, 7
Pontificia, & Regia potestate regitur, ut Gelasius Pontifex dixit *in Can. duo sunt 10. 96. distinct. Can. res autem 21. 23. quæst. 5.* ubi Leo Papa differit: *Res autem humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi, quæ ad divinam confessionem pertinent, & Regia, & Sæcularis defendat authoritas.*

Consonat Aquila Ecclesiæ Augustinus proferens: 8
Quod si Principes sæculi, quorum est proprium, implorati non moventur contra rebelles, & contumaces Ecclesiæ, & contra ipsos eorum Sæculare brachium non impertiuntur: quomodo reddent rationem de Imperio suo? Recitat Marta *de jurisd. par. 1. cap. 49. nu. 8.* subdens, quomodo officium suum, in quo sunt à Deo deputati, in communem utilitatem hujus Christianæ Civitatis conferre dicuntur, sicut debent? Quia una pars ipsius sunt, sicut Ecclesiastici, ex quorum omnium mutua charitate hæc Christiana Civitas constitui dicitur. Et est doctrina Divi Isidori *lib. 3. sentent. de summo bono cap. 53. relata in Can. Princeps 20. 23. quæst. 5.* & Hilarii Papæ *in epistolis.*

Regiæ Majestati gladius commissus est ad bonorum 9
laudem, & vindictam malorum, *cap. Postulasti 21. de homicidio.* Et excommunicationis gladius, nervus Ecclesiæ dicitur à Sacrosancta Tridentina Synodo *sess. 25. de reform. c. 3. in prin.* & postea ibi: *Hos spirituali gladio.* Et accommoda hic quæ decrevit Innoc. IV. in Concil. Lugdunensi *cap. Dilecto 6. de sentent. ex. comm. in 6.* ibi: *Hi duo gladii consueverunt, exigente necessitate, sibi invicem suffragari, & juvamen alterius subventione mutua frequentius exerceri.*

Et

10 Et arrident quæ scripsit Lucret. Borsat. *de Clypeo, & Gladio*, cum lemmate. *Neuter solus*, ibi: *Nec solus Clypeus defendendum militi, nec solus gladius hosti offendendo sufficit, nisi ambo simul mutuam conferant operam*; recitat Picinellus *in Mundo Symbolico l. 22. instrument. Milit. cap. 9. num. 52.*

11 Igitur (ut non divertamus à puncto suscepto) Majestates, & Potestates Sæculares requisitæ à Pontificia, seu Ecclesiastica, huic auxilium, seu brachium Sæculare impertiantur, ut illa valeat scelera vindicare, & judicialia civilia exequi, juxta text. *in cap. Perniciosa 1. de offic. jud. ordin. cap. Quoniam 14. eod. tit. cap. Tanta fin. vers. Illos quoque fin. de excess. prælat. d. cap. Postulasti 21. de homicid. cap. Statuimus 2. vers. Per temporalem de maledicis cap. Cum non ab homine 10. de judiciis cap. unic. §. fin. de statu regul. in 6. cap Ut officium 11. §. denique de hæreticis eod. Can. si quis pecunia 9. 79. distinct. cap. Maximianus 2. 23. quæst. 3. cap. Petimus 19. 11. quæst. 1. cap. ab Imperatoribus 10. d. causa 23. quæst. 3. Can. cum ad verum 6. 96. dist. Can. Princeps 20. 23. quæst. 5. Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 8. & sess. 25. c. 3. & ead. sess. 25. de Regul. c. 5.*

Quæ adjuvant leges civiles, *l. Si quis in hoc genus 10. circa fin. l. Sanctissimarum 44 §. sua igitur excellentia, C. de Episcop. & Clericis, l. Episcopale 8. alias 9. C. de Episcop. audient. l. Si quis 2. §. fin autem, vers. Tunc Judex, C. de his qui latrones*; Et apud nostrates Const. 1. & 2. *tit. de invoc. brach. Sæcul.*

12 Tertium, quod brachium Sæculare à Judicibus Ecclesiasticis, & sæpè sæpius à Delegatis invocatur pro executione sententiarum, provisionum, seu litterarum Apostolicarum: nam non solùm est impertiendum brachium Sæculare Judici Ordinario Ecclesiastico, sed etiam Judici Delegato, *Can. Administratores 26.* ibi: *Quoties ab Episcopis, & Ecclesiasticis viris conventi fuerint 23. quæst. 5. Can. Qualiquali vers. Et ideo.* ibi: *Petimus ut præfatis, qui à nostra Sede directi sunt, in omnibus præbeatis auxilium, ead. caus. & quæst.* Vela *in prælect. ad cap 1. de offic. jud. ordin. num. 17. par 2.* plenissimè Covarruv. *pract. c. 10. nu. 1 vers. Hæc vero*, Farinac. *in praxi quæst. 97. nu. 87.* Boyad. *in polit. lib. 1. cap. 17. num. 189. & seqq.* Reg. Vico *in prag. Reg. Sardin. lib. 1. tit. 7. cap. 2. n. 52.* Latro *decis. 82. nu. 1.* Peguera *decis. 92. nu. 25.* Cancer *var. 2. cap. 15. num. 3. & var. 3. cap. 19. à num. 37.* Molin. *de brachio lib. 1. cap. 6.* Pareja *de Instr. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 8. nu. 2.* quos allegat Reg. Cortiada *decis. 26. nu. 70. par. 1. & dec. 231. num. 20. par. 4.*

13 Quibus in medium prolatis, resolutionem omnimodam hujus materiæ suscipiendam esse censeo à Const. 1. *tit. de inv. brach. Sæcul.* in qua disponitur per illa verba, ibi: *Com no sie just que la invocació del bras Sécular sia posada en litigi, ni que de tals actes, ni causes se fassa procès ordinari, statuhim, y ordenàm, que quant se suplicarà en la Regia Audiencia, ò devant altre President, ò Iutge se tracte dita causa, intimant à la part, y vist los actes, y que tingan termini de dir, y allegar, è informar lo que voldràn las parts, dins quinse dias, lo qual termini sie precis, y peremptori, y correga ipso facto del dia que serà intimat à la part, è dins vint y sinch dies apres se haja de fer la deguda provisió per lo Iutge, à qui serà comesa, sens poderse dir termini mes prorogar, ni allargar, com en los altres terminis precisos en los precedents Capitols es dit; è que la dita declaració feta per lo Iutge, encara que se apelle, ò se suplique, ho se demane restitució in integrum, se puga fer la execució prestada caució.* Id est: *Cum injustum sit, quòd ex invocatione brachii Sæcularis formetur litigium, nec quòd ex actis, & causis fiat processus ordinarius, statuimus, & ordinamus, quòd quando supplicabitur in Regia Audientia, aut coram Præsidente, vel Judice, tractetur dicta causa cum intima partis, & actis visis; & quòd habeant terminum, dicendi, allegandi, & informandi partes sibi opportunas intra quindecim dies, qui terminus sit præcisus, & peremptorius, & currat ipso facto à die quo fuerit parti intimatus, & postea intra viginti quinque dies fieri debeat provisio per Judicem cui fuerit commissa; quin possit dictus terminus prorogari, vel differri, prout in aliis præcisis terminis in præcedentibus capitulis disponitur, & quòd dicta declaratio per Judicem facta, quamvis ab illa appelletur, seu supplicetur, aut imploretur restitutio in integrum; exequatur præstita cautione.*

14 Ex hac contextura infertur, quòd brachium Sæculare invocari potest immediatè in Regia Audientia, ut hic observatur in illis verbis: *Se suplicarà en la Real Audiencia*; id est *supplicabitur in Regia Audiencia.* Tradunt Michael Ferret 3. *par. obs. c. 67.* Cancer *var. 3 c. 19. nu. 35. & 36.* & fuit observatum die 9 Decembris 1514 in brachio Sæculari concesso cuidam Judici Apostolico ad capiendum nonnullos Clericos criminosos. Et die 31. Decembris 1535. referente Magnifico Hieronymo Delmau Regio Consiliario in favorem Commissarii Apostolici in causa Bartholomæi Riambau, ubi ob non paritionem mandatis dicti Judicis Apostolici fuerunt promulgatæ censuræ Ecclesiasticæ. Est in libris concluf. civil. illius anni fol. 1. & 16. Januarii 1556. in causa Gerardi Vilana Canonici ex una, & Francisci Christophori Despes, & aliorum ex altera, referente Magnifico Michaele Tersa Regio Senatore, est in lib. concluf. civil. illius anni f. 6. Et 27. Septembris 1559. referente Magnifico Stephano Riusech R. A. D. in causa Joannis Maymò, contra Dimam Camps Archidiaconum. Est in lib. concluf. civil. fol. 48. Et die 27. Januarii 1561. referente Barnaba Serra in favorem Visitatoris Monasterii Monialium. N. Est in lib. concluf. civil. illius anni fol 6. de qua supra *decis. 107. nu.*

Prout etiam causam firmæ juris in contentione mota 15
inter Curiam Ecclesiasticam, & Sæcularem super hac re, fuisse evocatam ad Regiam Audientiam, notatur in declaratione facta in causa inter Petrum Millet ex una, & Joannem Franquesa ex alia, quam non omittit Cancer *var. 3. cap. 19. nu. 15.*

Pariter hac statutaria dispositione extricatæ ma- 16
nent frequentes in hac re inter Doctores concertationes. In primis in d. Constitutione stabilitur, quod in invocatione brachii Sæcularis citetur pars, ut patet ex illis verbis *intimat à la part*; id est *quod parti fit intimatum*, quæ intima vim citationis habet. Oliba *de jure fisci cap. 15. num. 76.* Peguera *decis. 173. part. 1.* Ripoll *var. cap. 3. à num. 14. & punctim num. 304. & in prax. Curiæ Vicariæ Barcinonæ rub. 11. num. 28.* Suelves *concil. 61. num. 12. & 13. lib. 1.* Fontan. *decis. 566. num. 13 par 2.* Regens Cortiada *par. 4. decis. 232. num. 49. & 50.* Et rationem tradunt, quia per brachii Sæcularis invocationem instituitur nova causa, quæ sine partis citatione stare non potest. Ex Cabedo *decis. 9. nu. 7.* Pereira *de man. Reg. lib. 2. tit. 8. c. 52. nu. 18.*

Super controversia, an Judex Ecclesiasticus invocans 17
brachium Judicis Sæcularis teneatur illi acta processus, meritaque causæ exhibere, ut Judex Sæcularis agnoscat causæ justitiam: in qua affirmativam tenent Cancerius *var. 3. c. 18. nu. 3.* Azevedo *in l. 15. tit. 1. l. 1. recopil.* Molin. *de brachio Sæculari c. 7. nu. 2.* Anguianus *de legibus lib. 3. c. 31.* Farinac. *in prax. quæst. 97. nu. 104.* Rota *decis. 1146.* in novis apud Coccin. inter ejus impressas *decis. 4. in prin. & decis. 50.* Carleval. *de jud. disput. 2 quæst. 7. ex num. 76.* Pareja *de instrum. edit. tit. 2. resol. 8. nu. 2.* & non dissentit Pereira *de man. Reg. lib. 2. tit. 8. c. 52. à nu. 21.* ubi de fundamentis hujus opinionis.

Rationem assignant, quia sicut Ecclesiasticus Judex ad id non tenetur, nisi facta priùs processus exhibitione, & cognito de justitia. Graf. *decis. 1. n. 8. de locat.* Rota *decis. 84. nu. 1. & decis. 85. n. 1. & decis. 165. par. 1. divers. & decis. 78. num. 5. & decis. 594. par. 2. in recent.* cum aliis allegatis per Gonzalez *super reg. 8. Cancel. in annot. contra nullit. & attent. nu. 4.* Coccin. *decis. 208 n. 2.* Parlad. *l. 2. rer. quot. c. fin. par. 2. § 2. num. 4. & 5.* his citatis Xammar *rer. jud. def. 101. num. 1. cum seqq.* ita nec Sæcularis ratione ducta ex edicto *quod quisque juris*, ut ponderat Merlin. *cent. 2 cont. 98. num. 13.*

Non obstare text. *in c. Pastoralis 28. §. Quia verò, de offi.* 18
Delegati, docet Cancer *var. 3. c. 19. n. 2. cum seq.* quia loquitur de Judice inferiore requisito, cum sit certum, quod inferior adamussim, nulla præcedente causæ cognitione superioris Judicis, sententiam exequi tenetur. Staiban. *in obs. ad resol. 50. nu. 64 tom 1.*

Negativam admittunt ex text. *in d. c Pastoralis 28. §.* 19
quia vero de officio delegati cap. 2. de excep. in 6 c. 1. de offic. jud. ordin. l. Magistratibus 12. ff de iurisdict. omn. iud. Agia *de exhib. aux. concluf. 3. fund. 27.* Martha *de iurisd. lib. 1. c. 51.* Cavalc. *de brachio Regio 4. p. n. 260.* Moneta *de conservat. c. 8. num. 62.* Diana *par. 1. resol. 108.* & alii congesti à Vela *cap. 1. de offic. jud. ordin. 2. par. nu. 33* Valboa *in cap. Cum non ab homine 10. de iud. num. 61.* Rodoerius ad Marin. *resol. lib. 1 cap. 204.*

Distinguunt alii, constituendo discrimen inter causas 20
civiles, & criminales: ut in civilibus necessaria non fit ju-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

justificatio requisitoriæ ad obtinendum brachium Sæculare; secus verò in criminalibus, sive delictis mixti fori. Salzedo *in prax. c. 160. num. 13.* Bucaron *de different. dis. 209. nu. 2. & 3* Et in delictis mixti fori id ipsum scribunt Carleval *de jud. disp. 2. quæst. 7. n. 173.* Pareja *de instru. edit. tit. 2. resol. 8. nu. 24.* refert Gonzalez Tellez *ad c. 1. de offic. jud. ordin. nu. 17.*

21 Alii etiam discernunt casum à casu, videlicet: aut agitur de re merè spirituali, & ad Ecclesiasticum Judicem omnino pertinente; & tunc Judex Sæcularis ex defectu capacitatis tenetur auxilium impertiri, nec valet cognoscere de justificatione requisitoriæ, *cap. ut Inquisitionis 18. §. prohibemus de hæret. in 6.* sed quanvis text. isse agat de crimine hæresis, tamen æqualiter etiam procedit in causis Ecclesiasticis, in quibus eadem urget ratio. Azevedo *l. 4. tit. 1. l. 15 n. 7.* Aut de re cujus etiam cognitio est Judicis Sæcularis; & tunc non est concedendum brachium, quin reportentur acta, & de illis cognoscatur. Pichardus *in manuduct 2. par. §. 4. n 40* Farinac. *in prax. quæst. 97. nu. 103. & 104* Marin. *quot. resol. lib. 1. c. 204* ubi Rodoer. sequitur Tellez *in d. c. 1. de offic. jud. nu. 17.* Pereira *de man. Reg. l. 2. tit. 8. c. 52. n. 20* asserens, quòd tunc sufficiat offerri sententia cum litteris requisitoriis, & allegat fundamenta pro contraria *à n. 21.* Superiùs dicta prosequitur Vela *in prælect. ad c. 1. de offic jud. ordin. nu. 33. cum pluribus seqq. par. 2.*

22 Hæc omnia (minus in causa hæresis, in qua oculis clausis est brachium impertiendum) per dictam Constitutionem *1. tit. de invocatione brach. Sæcul.* sunt definita: nam in ea statuitur, quòd tractetur causa invocationis brachii Sæcularis cum intima partis, & inspectione actorum; Unde apud Nos indubitatum restat, quòd Judex Ecclesiasticus, qui brachium invocat, tenetur Judici Sæculari acta processus edere, ut possit Judex Sæcularis agnoscere, an sit concedendum, vel denegandum auxilium brachii Sæcularis. Et comprobat Oliba *de jure fisci c 15. n. 73.* In simili ordinatione Regni Portugaliæ Pereira *de manu Reg. c 52. num. 14* qui *nu. 21. in fin.* scribit ibi: *Atque ex his justissimè lex Regia Sanxit indistinctè implorato auxilio Sæculari, processus, & sententia exhibeatur non distinguens* (prout Constitutio nostra) *inter causas Ecclesiasticas, mixtas, vel profanas.*

23 Similiter terminata manet alia disputatio; videlicet, an Judex Sæcularis in causa invocationis brachii possit de nullitate, aut injustitia notoria cognoscere; an verò, superesso negotio, illud ad Ecclesiasticum remittere. Et affirmativam sententiam tenent aliqui *ex l. Si prætor in prin. & in §. Marcellus de jud. & clarius in §. si quis contra, vers. Si vero crimen, auth. de sacros. Eccles.* ibi: *Et ad nos negotium, tam ab Episcopo, quàm à Judice referatur, ut nos hoc cognoscentes, quæ nobis videntur, jubeamus:* quam opinionem veram esse in puncto juris tenet Farinac. *in prax quæst. 97. num 2.* Tuscus *litt. D. conclus. 430. n. 4. & conclus. 125. litt. B. n. 16. & conclus. 466. nu. 13.* refert Luca ad Gratian. *tom. 1. cap. 146 n. 8.* Valboa *in cap. Cum non ab homine 10. de jud. n. 71. & seqq.* Cancer *var. 2. cap. 14. nu. 14. & seqq. & lib. 3. cap. 19 à nu. 16* Oliba *de jure fisci cap. 15. n. 44.* Sanfelic. *decis. 298. nu. 10* & plures allegati à Rosa *consul. 4. nu. 7.* ubi latè de hac re *à num. 1. usque ad nu. 25.*

24 Negativam sustinent alii, asserentes posse hoc casu Judicem requisitum absolutè denegare auxilium Sæculare, nec teneri negotium ad requirentem remittere. Roman. *cons. 51.* Felin. *in cap. de cætero nu. 4. de re jud.* Carleval. *de jud. tit. 2. disp. 17. nu. 18. vers. Limita secundo.* Farinac. *in prax. quæst. 97. nu. 78.* Sanfelic. *decis 298. num. 8.* citati à Luca ad Gratian. *tom. 1. d. cap. 146. num. 9.* sentire videtur Pereira *de man. Reg. lib. 2. tit. 8. cap. 52. nu. 18.* recedens à doctrina Cancerii, ut supra *decis. 108. à nu. 11.*

25 Concordat has opiniones Altimarus *de nullit. lib. 1. quæst. 22. tit. coram quo possit nullitas, num. 20.* Luca ad Gratian. *dict. cap. 146. nu. 10* recitans verba Altimari ibi: *Mihi semper placuit dicere, posse Judicem requisitum cognoscere de nullitate, vel notoria injustitia, non ad finem cognoscendi de meritis causæ, sed ad finem concedendi, vel denegandi brachium petitum, & sic utramque opinionem verissimam esse. Quod possit cognoscere, dicunt Doctores omnes supra citati, signanter D. Merlinus cent. 2. d. contr. 98. nu. 41 & 42. ubi plures refert; sed quod non possit cognoscere de meritis ad effectum, ut super illis pronuntiet, est clarum, quia sequeretur, quod Judex inferior, sive par infringeret sententiam superioris, sive paris, contra text. in l. Nam & Magistratus, ff. de recep. arbit. Bartol. in l. A Divo Pio nu. 9. ff. de re jud. late Cancer var. 2. cap. 15. nu. 15. Reg à Ponte decis. 23. nu. 2. Musing. observat. cent. 3. observ. 69. nu. 1. Oliban. de jure fisci cap. 15. nu. 56. vers. In causis civilibus, Carleval de jud. disp. 17. nu. 15, ubi bis decisum per Sacrum Concilium refert Scialoya de foro comp. cap. 54. nu. 37.* Quia ad executorem pertinet cognitio, non quomodo sententia lata sit, sed quomodo exequenda, non quid sit pronuntiandum, sed quid sit pronuntiatum. Rosa *d consult 4. nu. 1. cum seqq. & nu. 38.* Reverter. ad Marinis *d. decis. 502. nu. 2.* & ibi Marinis, adde Pereira *de man Reg. lib. 2. tit. 8. cap. 52. nu. 21.* dicens: quòd processus, & sententiæ exhibitio non est otiosa, nam Judex Sæcularis, tunc viso processu, non cognoscit de meritis causæ, an benè, vel malè judicatum, sed ut extraordinariè informetur, ordinem juris servatum fuisse, & etiam quia in his casibus potest dari violentia, vel notoria oppressio partis, cui non est æquum, ut Rex suum brachium accommodet; imo ipsius Regis manus violentiis occurrat, *cap. Regum 25. quæst. 3.* Fontan. *tom. 2. decis. 353. num. 16.*

26 Hanc ultimam sententiam, opinionum diversarum conciliatricem, stabilitam profert dicta Const. 1 *tit. de inv. brach. Sæcul.* dum in ea disponitur, teneri Judicem, cui causa invocationis brachii Sæcularis fuerit commissa, debitam provisionem facere: Unde Judex ipse debet providere, attentis actis, an sit concedendum, vel negandum brachium Sæculare petitum. & ita apud nos inconcussè observatur, & fuit practicatum die 13. Novembris 1507. referente Abri in auxilio brachii Sæcularis concesso Visitatori Monasterii Sancti Petri de Albis. Est fol. 262. concluf. illius anni. Et idem super eodem facto die 23. prædictorum mensis, & anni. Est fol. 264. concluf. Et die 18. Martii 1535. referente Gort in favorem Commissarii Apostolici. Est fol. 24. idem 31. Decembris 1535. referente Dalmau. Idem 24. Decembris 1560. fol. 314. in favorem Visitatoris Monasterii de Junqueras. Idem 27. Januarii 1561. fol. 6. in favorem Visitatorum ejusdem Monasterii, & paret etiam ex exemplaribus infra allegandis.

27 Pariter statuit dicta Constitutio prima: ut novus non compiletur processus ad cognoscendum, an sit locus, vel non invocationi brachii instatæ, ut in illis verbis: *Com no sie just que la invocatiò del bras Secular sia posada en litigi, ni que de tals actes, y causa se fassa procès ordinari:* id est, *Cum injustum sit, quod invocatio brachii Sæcularis ponatur in litigium, nec quod ex actis, & causis fiat processus ordinarius:* potuit tamen ad sui instructionem recipere aliquas probationes, & de his cognoscere, an justum sit quod petitur. Oliba *de jure fisci cap. 15. nu. 36* Cancer *var. 2. cap. 14 num. 14 & seqq.* Sanfelic. *decis. 298. nu. 7. & 10.* Merlin. *controv. lib 2. c. 98. nu. 22 & seqq. & nu. 41. & seqq.* Rosa *consult. 4. num. 11.* & hoc insinuat Constit. quatenus prohibet, ne fiat processus ordinarius: Unde permittere videtur, quòd per summariam, & extraordinariam informationem perpendatur, an sit locus, vel non auxilio, quod petitur, & hoc idem est, quia dicta Constitutio concedit partibus, ut possint intra terminum quindecim dierum dicere, allegare, & informare sibi opportuna Et non dissimile ab eo quod dicunt DD. quod velo levato, ex bono, & æquo au informandum Judicis Sæcularis conscientiam, in hac re procedatur. Ex Guido Pape *decis. 374.* Molin. *de brach. Sæcul. cap. 11 nu. 34 & cap. 7. nu. 2* ex Sanfelic *d. decis. 298. in fine* Merlin *d. contr 98. nu. 12. & seqq.* Rosa *dicta consult. 4. nu. 5. & seqq. & nu. 11.*

28 In eadem Constitutione assignantur quindecim dies præcisi, peremptorii, & improrogabiles, & sic non est quærendum, quis terminus possit partibus arbitrari, & an sufficiat sola monitio partis, ad dicendum, vel allegandum super concessione, vel denegatione brachii Sæcularis. prout peragunt DD. citati à Rosa *d. consult. 4. num. 11. & 12.*

29 In hoc judicio extraordinario, & summarissimo, tantum de notoria, & evidenti nullitate, vel de injustitia notoria, quæ nulla tergiversatione celari possit, de qua in promptu, & ad oculum pateat, cognoscendum est, ad effectum perpendendi nullum, vel an injustum sit id quod petitur, ut diximus, & probant cum decis. Thesaurus *quæst. forens. l. 3. quæst. 2.* Reg. Cortiada *par 4. decis. 231. nu. 25. cum seqq. juncta decis. 232. nu. 55.* Molin. *de brachio Sæcul. lib. 1. cap. 11. nu. 38 & lib. 2. cap. 25. num. 16* Can-

16. Cancer *var. 2. cap. 15. nu. 54. & seqq.* Merlin. *lib. 2. d. contr. 98. num. 22.* Sanfelic. *d. decis. 298 per tot.* signanter *num. 8.* Rosa *consul. 4. à num. 1. usque ad num. 25.* Revertet. *decis. 502. num. 2.* & ibi Marinis *num. 1. & 2. & resol. lib. 1. cap. 204. & lib. 2. cap. 212.* Gratianus *discep. tom. 1. c. 146. à num. 8.* & ibi Luca *num. 4.* Altimarus *de nullit. lib. 1. quæst. 22. tit. coram quo possit nullitas, num. 2.* Pereira *de man. Reg. lib. 2. tit. 8. cap. 52. num. 8. & num. 19.* ajens, dummodo offerantur probationes nullitatis in promptu, vel constet ex actis, *& 25. ac ulteriùs num. 27. cum seqq.* ubi latè agit de iniquitate sententiæ non exequendæ, & iterum *nu. 34.* Fontan. *tom. 2. decis. 354. num. 13. & seqq.* Valboa *in cap. Cum non ab homine 10. de judic. nu. 74.* ubi ponit exempla; ad eadem Salgado *de Reg. protect. par. 4. cap. 7. tot.*

30 Ita fuit punctim conclusum in causa inter Gerardum Vilana Canonicum Sedis Barcinonæ, & alios litis consortes ex una, & Franciscum Christophorum Despes, & Hieronymum Serra, seu ejus Tutores, & Curatores defendentes, partibus ex altera: referente Magnifico Michaele Tarsa R. A. D. die 16. Junii 1556. est in lib. cõclus. fol. 6. pro invocatione brachii Sæcularis super executione litterarum à Curia Romana emanatarum per illa verba: *Et de nullitate, sive nullitatibus coram dicto Sæculari Judice allegatis, evidenter, & in promptu non constat, taliter quòd executio brachii Sæcularis petita, impediri possit, aut debeat.* Et quod per aliquem ex Regiis Alguatziriis, seu Regiis Officialibus fieret executio in persona dicti Despes, & bonis quæ fuerunt dicti Serra, juxta seriem, & tenorem litterarum executorialium, à Curia Romana emanatarum, & invocationis brachii Sæcularis, juris ordine in exequendo servato.

31 Sic die 27. Septembris 1559. referente Magnifico Honuphrio Riusech Regio Consiliario, ex majori parte fuit concessum brachium Sæculare pro quantitate 404. ducatorum de camera, per Martinum Tost instatum uti procuratorem Joannis Muyo, & aliorum, contra personam, & bona Dimæ Camps Archidiaconi de Andorra; non obstantibus nullitatibus allegatis per dictum Camps, seu per Petrum Camps V. I. D. illius fratrem, & procuratorem, tam contra capturam personæ dicti Dimæ Camps, quam contra procedimenta in processu continuationis dictæ causæ in Audientia vices Gerentis Generalis Gubernatoris. Est in lib. conclus. civilium fol. 48. & sequentibus, illius anni.

32 Tandem statuit dicta Constit. 1. quòd si à declaratione brachii Sæcularis appelletur, aut supplicetur, aut petatur restitutio in integrum, possit fieri executio, præstita cautione. Oliba *de jure fisci cap. 15. nu. 44.* qui subdit causam appellationis, seu supplicationis tractandam esse juris ordine, cum denuntiatione, & conclusione. Molin. *de brachio Sæculari lib. 1. cap. 27. num. 2. & 3.* Cancer *var. 3. cap. 19. nu. 32. cum seqq.* & his relatis Reg. Cortiada *decis. 232. n. 69.* & punctim Pereira *de man. Reg. lib. 2. tit. 8. cap. 52. n. 34. vers. Inde fit.*

33 Hæc principaliter limitantur, quando imploratur auxilium brachii Sæcularis pro exequenda sententia, à qua pendet appellatio, nisi appellatio fuerit frivola. Salzedo *in praxi crim. Canon. cas. 160. num. 22.* Farinac. *in praxi quæst. 97. num. 95.* Cevallos *de cognit. per viam violentiæ par. 2. quæst. 14.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sardin. tom. 1. tit. 7 cap. 2. num. 59.* Bovad. *in polit. lib. 2. cap. 17. num. 176.* Salgado *de regia protectione par. 1. cap. 1. prælud. 3. nu. 94 & cap. 6.* (ubi idem tradit in revisione) Molin. *de brachio Sæculari lib. 1. cap. 11. à num. 51. & cap 25 num. 21.* Cancer *var. 2. cap. 15. num. 15. & par. 3. cap. 19. à nu. 45. ad 54.* Amigant *in addit. ad Ripoll. in praxi Curiæ Barcinonæ, rub. 20. vers. Adverte tamen.* Fontan. *decis. 354.* (ubi idem dicit in Judice recusato) Reg. Cortiada *decis. 26. n. 79. par. 1. & decis. 231. nu. 29. par. 4.* ubi *per tot. fere decis.* De aliis limitationibus Pereira *de man. Reg. lib. 1. tit. 9. §. 12. cap. 9. num. 32. & lib. 2. tit. 8. cap. 52. num. 34.* ubi antecedenter *à num. 32.* recitat casus, in quibus non est compellendus Judex Sæcularis ad brachium impertiendum.) Marinis *quot. resol. lib. 1. cap. 204.* Valboa *in c. Cum non ab homine 10. de judic. nu. 73.* (ubi idem dicunt, si appellatio non fuerit admissa, in casu quo debebat admitti) Vela *in prælect. cap. 1. de offic. jud. ordin. n. 49. cum seqq* ubi plenissimè de hac re.

34 Et in terminis appellationis interpositæ die 24. Januarii 1531. fol. 4 fuit denegatum auxilium brachii Sæcularis per Commissarium Apostolicum imploratum, ad instantiam Nob. Philippi de Cervilione, contra Capitulum, & Canonicos Tarraconæ, & Universitatem Villæ de Reus, referente Francisco Montaner R. C. pro ut ibi: *Meritis processus, & instrumentorum productorum, & signanter appellationum interpositarum per Capitulum Canonicorum, Universitatem, & singulares: prædictis attentis, & aliàs fuit conclusum, quòd declararetur, non esse locum invocationi auxilii brachii Sæcularis, nec illud esse impertiendum, & quòd neutra pars in expensis condemnetur.* Quam observantiam citat Reg. Cortiada *d. decis. 231. n. 29. in fine.*

Et non obstante appellatione interposita in casu non 35
appellabili, fuit concessum brachium die 18. Martii 1553. in facto causæ in Regia Audientia vertentis, inter Petrum Desvern Domicellum in Vicaria Gerundæ domiciliatum ex una, & Petrum Compta Domicellum in Villa Castilionis Empuriarum domiciliatum ex altera partibus, super invocatione brachii Sæcularis, seu executione per dictum Petrum Desvern instata adversus, & contra Petrum Compta, seu ejus bona, in vim litterarum executorialium, & requisitoriarum, à Curia Ecclesiastica Gerundæ Episcopi, instante dicto Desvern, & contra dictum Compta, emanatarum, pro quantitate ducentum viginti librarum pro debito principali, & sexaginta sex librarum, decem, & septem solidorum pro expensis taxatis: facta relatione per Magnificum Franciscum Xammar Regium Consiliarium: ex quo constitit, dictas litteras executoriales, & requisitorias fuisse provisas, & expeditas per Officialem dicti Episcopi Gerunden. pro exequenda sententia, quæ fuit aliis duabus sententiis confirmata: quarum executio impediri non poterat, licèt à tertia sententia confirmatoria fuisset appellatum. Et infra ibi: *Quod provideatur, & declaretur, invocationi prædicti brachii Sæcularis locum esse; illudque impertiendum fore, & esse, & consequenter prædictam executionem faciendam esse, & fieri debere in bonis dicti Petri Compta pro dictis quantitatibus ducentum viginti librarum, pro debito principali, sexaginta sex librarum, decem, & septem solidorum sex denariorum pro expensis in dicta Curia Ecclesiastica taxatis, juris ordine servato, & juxta seriem, & tenorem dictarum sententiarum, fiant, & expediantur ad id provisiones, & commissiones opportunæ, & stylatæ, & quod dictus Petrus Compta in expensis condemnetur.* Est fol. 219 conclus. civil. illius anni.

De praxi invocandi, & concedendi auxilium brachii 36
Sæcularis, vel Ecclesiastici agunt Ferrer *par. 3. observ. cap. 67.* Oliba *de jure fisci cap. 11. num. 76.* Molinus *de brachio Sæcul. lib. 1. cap. 11. num. 42.* Portoles *§. Judex num. 93.* Cancer *var. 3. cap. 19.* Fontan. *decis. 310. par. 2. n. 26.* & latè cum formulis Ripoll *in prax. Vicar. Barcinonę. rub. 20.* quos allegat Regens Cortiada *par. 1. decis. 26. n. 86.*

Circa hanc praxim observari oportet, quòd 23 Novembris 1507. in facto brachii Sæcularis petiti per Visitatorem Monasterii N. quod obtinuit ad incarcerandum Moniales inobedientes pro rebus quæ concernebant visitationem, secundum fundationem, Regulam dicti Monasterii, & Capitula Visitationis, fuit apposita illa clausula: *Quòd per hoc non impediatur aliquis recursus interpositus, aut interponendus ad Sedem Apostolicam, nec præjudicetur causis, aut litibus tam introductis in Romana Curia, tam per dictam N. & alias, aut turi alicui parti in illis competenti, & prosecutioni illorum.* Non dissimilis est clausula, quæ apponitur in provisione assistentiæ *in decis. 109. n. 25.*

Hæc observata tradidi, quia ut scribit Thom. Mieres 37
2. par. an comm. ad c. à moure 9 Curiæ Reginæ Mariæ Barcin. col. 10. pag. mihi 395. n. 126. ibi: *Quia à multis parum curatur de istis juribus Patriæ.* Et infra *n. 129.* ibi: *Sed tamen prius debemus curare de domo propria, quàm aliena, quia, & practicando, & legendo, studendo, & scribendo, & aliàs, multum video errari in judiciis; aliàs plus, & pluries judicatus per jura communia, quàm per jura Patriæ, quæ licèt sint jurata, & ea habeamus sub præcepto: attamen quia parvi penduntur, quotidie violantur.* Et de Advocatis dixit Anton. Oliba *de jure fisci cap. 11. n. 19.* ibi: *Receptum est, fortassis ignorantia Advocatorum, qui sine aliqua notitia juris municipalis, localium pragmaticarum, observationum, & stili Curiæ calamum arripiunt, & libellos formant, omnia turbantes, & sursum, deorsum miscentes, jura communia inordinatè cum juribus municipalibus confundentes, qui sese compunc-*

ponerent ad praxim seniorum, & in praxi peritorum, quasi per manus stili Curiarum, & formulæ agendi retinerentur. Idem Oliba *in dedicatoria de jure fisci.*

DECISIO CXII.

ARGUMENTUM.

Clausulæ, quas continere debent litteræ requisitoriæ ad exequendum judicatum per Judicem requirentem traduntur; cum formulis litterarum earum.

SUMMARIUM.

1 *Epistolarum nomine, deprecatoriæ, & requisitoriæ litteræ continentur, & n. 2.*
3 *Illarum usus necessarius est: Et assignatur ratio.*
4 *Ex parte Judicis requirentis adeò necessariæ judicantur, quod si non fiant, Judex requisitus procedere non valet, & aliter procedendo, nulliter agit.*
5 *Debent litteræ requisitoriæ esse sigillatæ Judicis requirentis sigillo.*
6 *Signatæ manu Judicis requirentis.*
7 *Publicæ, & non privatæ.*
8 *Causam perhibere debet Judex requirens in litteris.*
9 *De qua ulterius apparere debet in eisdem litteris ex relatione, & actuum insertione.*
10 *In litteris citatoriis requisitoriis inseri debet libellus, & mandatum petentis, & in requisitoriis executivis instrumentum, seu scriptura obligationis.*
11 *Nulla differentia consideratur, an Judex requirens edat separatim, & à parte litteras, & separatim edat sententiam, seu declarationem.*
12 *Litteræ continere debent deprecationem, modestiam, ac urbanitatem: cum Senatu, num. 13. 14. & 15. quomodo procedendum.*
16 *Idem practicatur, quando Curia Ecclesiastica in litteris contentionis non utitur verbis deprecativis, & exhortativis, & quid quando Sæcularis debitum non servat honorem Ecclesiastico.*
17 *Hoc etiam practicatur respectu Judicis inferioris.*
18 *Declaratio contentionis.*
19 *Forma litterarum, in quibus requiritur à Curia Ecclesiastica Curia Sæcularis, ut exequantur bona laici, à Judice Ecclesiastico in suo casu condemnati: cum aliquibus prænotandis, & n. 20. & 21.*

1 LITTERAS requisitorias dimittendas esse per magistratum Ecclesiasticum directas Sæculari, ut illius exequatur sententiam contra laicum promulgatam, in causa ad forum Ecclesiasticum pertinente, fuit in decisione 109. demonstratum, prout etiam fit certum eas expediri oportere à magistratu separati territorii, ut requisitus exequatur illius sententiam, & declarationem in persona, vel bonis sitis in suo territorio: neque minus opportunæ judicantur litteræ requisitoriæ ad repetendum criminosum captum extra Regnum, vel ad illum remittendum ad aliud Regnum. Pluribus citatis probat Regens Cortiada *decis.* 232. *nu.* 35. & amplius Nos *decis.* 37. *& infra*. Unde ne in illarum forensi modo intricemur; ut sequitur, illas esse disponendas, ac practicandas observavi.

2 Epistolarum nomine, deprecatoriæ illæ, sive subsidiariæ litteræ continentur in *l. Divus Adrianus 6. ff. de custod. & exhibit. reor.* quas Justinianus litteras publicas appellat. *Novel. 17. cap. 14. & novel. 134. cap. 15.* & sunt etiam text. *in l. 3. §. fin. ff. de testibus, l. Sed si quis 7. ff. quemadmodum testamen. aper. l. Solent 7. ff. de Cust. reor. l. Episcopale Judicium 8. in fin. princ. Cod de Episcop. audiend. l. Probandum nobis 13. §. 3. Cod. de judic. & novella 90. cap. 5* quos ad id allegat Dom. Vicecancell. Crespi *obs.* 14. *num.* 284.

3 Et earum usum necessarium fore omnes agnoscunt, & de earum necessitate Morla *in Empor. jur. tit. 2. de jurisdict. quæst. 20.* Barbosa *in l. final. Cod. ubi in rem act.* Rebuf. *de litt. requisit. glos. 2. à num. 9. usque ad fin* Rota Lucen. *decis. 24.* Thesaur. *quæst. forens. lib. 3. quæst. 2. num. 1.* nam, nisi hisce litteris jus suum quisquam in aliena Provincia consequi posset, Rei scelesti, & facinorosi ubique tuti forent, & rei judicatæ executio in longum protraheretur. Atque adeò, ne in confuso jura sint hominum, & impii possint jure coerceri, veteres praxim tradiderunt, ut cum alieno Judicum opus sit auxilio, his petatur litteris, deprecenturque Judices alii, ut exequantur, seseque simul offerant, id ipsum cum oportuerit exemplo facturi *Clem. Pastoralis §. nos quoque de re judicata.* Luca Gratian. *discep. tom. 2. c. 389. n. 1.*

Adeò necessariæ judicantur, quod litteris non expeditis, Judex requisitus procedere non valet, & aliter procedendo, nulliter agit. *l. 1. ff. de req. reis*, quia non petenti, officium impertiri non debet, *l. 4. §. hoc autem ff. de dam. infect.* Molin. *de bracb. Sæcul. cap. 24. num. 6* & latius *cap. 26.* Pareja *de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 9. n. 9 cum seqq.* Regens Cortiada *par. 4. dec. 232. n. 37.* Luca ad Gratian. *discep. forens. c. 389. n. 3.* 4

Debent hæ litteræ requisitoriæ esse sigillatæ sigillo Judicis requirentis, alias fidem non facerent, argumento *l. Si qua per calumniam 2. in fin. Cod. de Episcop. & Cleric. cap. Tertio loco 5. de probat. c. Scripta 2. de fide instrum.* Cancer *var. 2. c. 15. n. 71.* Molinus *de bracb. Sæcul. lib. 1. c. 24. n. 1. & 2.* Regens Cortiada *d. dec. 232. n. 31.* qui allegat inter alios Pareja *de instr. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 9. n. 120.* 5

Signatæ manu Judicis requirentis, Constit. 1. *tit. de litteris requisitoriis.* Canc. *var. 2. d. cap 15. n. 72.* Reg. Cortiada, & Pareja supra citati. Luca ad Gratian. *tom. 2. discep. forens. cap. 389. n. 2* quod observari dicit in litteris quorumcumque magistratuum: juxta Mascard *de probat. lib. 2. conc. 627.* 6

Publicæ, & non privatæ, *l. Si quis in hoc genus 10.* ibi. *Etiam militavit auxilio per publicas litteras appetito Cod. de Episc. & Cleric.* videlicet per manum Tabellionis in publicam formam redactæ, ad normam earum, quæ à Curia Judicis requirentis solent dimanare. Molin. *de bracb. Sæcul. lib. 1. cap. 24. nu. 3.* Pareja *de instru. edition. tom. 1. tit. 3. resol. 9. num. 120.* his allegatis Regens Cortiada *d. decis. 232. num. 33.* Luca ad Gratian *tom. 2. discep. forens. d. cap. 389. nu. 2.* 7

Causam perhibere debet in litteris Judex requirens. Luca ad Grat. *tom 2. discep forens. d. cap. 389. num. 2.* vel contractus, (ut ipse ait) aut delicti in suo commissi territorio, *ex cap. Romana 1. §. contrahentes de foro compet. in 6.* eamque causam in litteris inferere, qua motus sit, ut videat requisitus, an parere litteris, vel eas exequi teneatur. Probant scribentes *in l. Magistratibus 12. ff. de jurisd. omn. judic.* Covar. *pract. cap. 10. num. 2.* Cancer *var. 2. cap. 15. à num. 8* Vicecancellarius Crespi *observ. 14. num. 285.* 8

De qua ulteriùs apparere debet, in eisdem litteris ex relatione, & actuum insertione. Salgado *in labyrint. cred. par. 1. c. 5. n. 12. & 15.* & Nos decisione 109. *n.* 10. & 18. & infra cum observantia in terminis contentionis. 9

In litteris etiam citatoriis requisitoriis inseri debet libellus, & mandatum petentis, & in requisitoriis executivis instrumentum, seu scriptura obligationis. Carleval *d. jud. lib. 1. tit. 1. disp. 2. n. 26.* 10

Nulla differentia attenta, an Judex requirens edat separatim, & à parte litteras, & separatim edat sententiam, seu declarationem, authenticè tamen, ut requirunt Carleval. *de judic. disput. 2. quæst. 7. à num. 772.* Cancer *var. 3. cap. 19. nu. 3. & 4.* Gonzalez Tellez *de offic. judic. ordin. c. 1. num. 17.* aut quod in dictis litteris requisitoriis inseratur dicta sententia, seu declaratio: ut tradunt Molinus *de bracb. Sæcul. lib. 1. cap. 24. num. 5 & 7.* Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. num. 26.* Pareja *de instrum. edit. lib. 1. tit. 2. d. resol. 9. num. 94.* & his, ac aliis citatis Reg. Cortiada *d. decis. 232. par. 4. nu. 36.* 11

Litteræ continere debent deprecationem, qua Judex requirens alterum interpellat, ut quidquam faciat. Covarr. *pract. cap. 10. in princ.* Molin. *de bracb. Sæcul. lib. 1. c. 24. n. 4.* Regens Cortiada *par. 1. decis. 13. à nu. 34. & decis. 232. num. 32. par. 4.* honorificè, & reverenter idem Reg. Cortiada *decis. 26. n. 73* decoris præcedentibus precibus, ex Salzedo, Farinac. Bovadilla, & aliis Vela *in prælect. ad cap. 1. de offic. judic ordin. par. 2. nu. 6.* insinuat text. in *c. Tuam 3. de ordin cognit.* ibi: *Duximus, & rogamus.* Juxta notam Tellez super eo cap. 12

Et quia secus actum fuit in litteris expeditis à Curia Ecclesiastica Barcinonæ, inurbaniter loquendo de Officialibus Regiis, id egrè tulit Domina Regina Maria, cum litteris Regiis dat. 27. Julii 1448. in ejusdem Lo- 13

cumtenentia ab illo anno, usque ad 1450. fol. 452 coarguendo, proferens per illa verba: *Sentiant, quanta est Regiæ potestatis, & ejus Officialibus actus Iustitiæ exercentibus, reverentia impendenda.*

Nam ut docuit Episcopus Sperellus *de Episc. par. 3. c.* 30 §. 3. Deus efflagitat Prælatos Ecclesiasticos magnanimos in sua conscientia, atverò modestos simul, & benignos.

14 Ad id observavi casum singularem (in quo fuit declaratum, Judicem Delegatum in suo casu processisse: ac illi fuit injunctum, ut litteras inurbanas revocaret, & à cætero urbaniùs, ut decet, se haberet) traditum à Ferrer 3-*part.observ.cap.* 163. *vers. Non tamen*, ibi: *Quia dictus Conservator in suis litteris responsivis indecenter loquutus fuerat, fuit conclusum die 2. Decemb. M. D. LXX. per hæc verba, quod declaretur dictum conservatorem posse ad ulteriora procedere, non obstantibus litteris à Regia Audientia 6. Februarii proximè lapsi emanatis, & eidem conservatori præsentatis, & aliis litteris Curiæ Vicariæ Tarregæ eidem conservatori præsentatis. Et quòd conservator prædictus moneatur, ut à cætero in casibus tantum sibi permissis, & juris forma servata de negotiis dictorum scholarium, & aliorum in bulla suæ potestatis comprehensis, cognoscat, & Regiam jurisdictionem minimè occupet, nec laicos Regiæ jurisdictioni subjectos molestet, seu inquietet. Et quòd litteras suas responsivas tam Regiæ Audientiæ, quàm Vicario Tarregæ directas, ac præsentatas casset, & revocet. Et quod à cætero urbaniùs, & ut decet, se habeat: & pro his omnibus fiant litteræ opportunæ, juxta stylum, & in hoc omnes DD. uno excepto, concordes fuerunt, & dicta conclusio facta fuit præcedente supplicatione Procuratoris Fiscalis Regiæ Audientiæ conquerentis de dicta inurbanitate.* Conclusio hæc est in lib. conclusionum dicti anni 1570. circa finem d. libri, qui est reconditus in Archivo Regio Barcinonæ.

15 Ex his rectè infero, apud nos observari, quòd si Judex Ecclesiasticus in litteris requisitoriis non utatur debita urbanitate, potest à Sæculari moneri, ut urbanus sit, & litteras inurbanas revocet, prout de simili stylo scribit Carleval. *de jud lib. 1. tit. 1. disp. 2. n. 40.*

16 Idque ipsum practicari non dubito, quando Curia Ecclesiastica non utitur verbis deprecativis, & exhortativis, sed præceptivis Carleval. *d. disp. 1. n. 40.* & probat Regens Cortiada (non tradita praxi antedicta) pluribus citatis, sic intelligendus *part. 1. decis. 13. num. 46.* qui antea *nu. 44* scribit è converso, si in litteris contentionis per Curiam Sæcularem debitus non servetur honor Curiæ Ecclesiasticæ, potest Curia Ecclesiastica procedere censuris, & aliis remediis spiritualibus contra Sæcularem, donec revocet, & decenter, ac urbanè loquatur. Ex Carthario *decis. 75. à num. 14.* & idem Regens Cortiada in litteris requisitoriis generaliter affirmat *par. 4. decis. 232. num 34.*

17 Hæc practicanda veniunt, etiam quando expediuntur litteræ contra alium quemcumque Judicem Sæcularem inferiorem, ut plenè tradit Regens Cortiada *d. dec. 13 par. 1. num. 42.* & comprobatur ex observantia nostri Regii Senatus desuper relata, quæ fuit etiam in terminis Judicis Sæcularis inferioris.

18 Omnia ferè præhabita, & hucusque ponderata, ac expensa complectitur Regens Cortiada *part. 4. decis. 216. num. 16.* in declaratione facta per Cancellarium Puigmari 13. Julii 1626. in facto firmæ juris in Curia Ecclesiastica Dertusæ per Syndicum Capituli, & Canonicorum Sedis Dertusæ, & Procuratorem Guillermi Coderas Custodis, sive Pastoris gregis dicti Capituli, procedimentis contra dictum Coderas in Curia Sæculari Vicarii Regii, & Judicum Ordinariorum dictæ Civitatis, ad instantiam Syndici Communitatis de Lligalo factis, exequendo bona dicti Coderas, pro pœna viginti quinque librarum, absque assistentia Officialis Ecclesiastici, litteratorie, & cum debita forma petita; ubi visa sententia per suam Dominationem, lata inter easdem partes 31. Octobris 1625. fuit declaratum, firmæ juris in Curia Ecclesiastica factæ per Syndicum Capituli, & Canonicorum Sedis Dertusæ, & Procuratorem Guillermi Coderas. locum fuisse, & esse: intellecto, & declarato, quòd per Officiales dictæ Curiæ Ecclesiasticæ fiat assistentia executioni, si quæ facienda fuerit in bonis dicti Coderas, prout ibi: *Si petatur cum debita forma juris, & cum litteris requisitoriis, & cum infer. tione provisionum factarum, post sententiam jam aliàs in causa primæ contentionis latam.* De qua declaratione, quam authenticè vidi in lib. contentionum, iterum Regens Cortiada *par. 4. dec. 232. n. 13. & n. 29.*

Forma litterarum requisitoriarum, quæ expediri debeat à Curia Ecclesiastica, ut exequantur per Judicem Sæcularem bona laici, per Ecclesiasticum condemnati in casu suæ jurisdictionis. 19

Nos Don Josephus Mora, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Maronens. Regius Consiliarius, &c. In spiritualibus, & temporalibus pro Illustrissimo, & Reverendissimo in Christo Patre, D. D. Fr Iosepho Sanchiz, miseratione Divina Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Tarraconen. Archiepiscopo Regioque Consiliario; Officialis, & Vic. Gen. dilecto nobis in Christo Bajulo Villæ, & termini de Constanti Tarraconen. Diœcesis, vel ejus Locumtenenti salutem in Domino. Noveritis, quòd in quadam petitionis causa in nostra Curia Metropolitana Ecclesiastica Tarraconen. vertente per, & inter Reverendum Rectorem Franciscum Claret Presbyterum Villæ Selvæ, agentem ex una, & Iosephum Vidal agricolam mansi termini Constanti, & Franciscum Riutet Pharmacopolam Villæ de Riudoms Tarraconen Diœces. defendentes, partibus ex altera. Per nos sub die decima tertia mensis Martii millesimi sexcentesimi octogesimi quinti fuit lata, & promulgata diffinitiva sententia, in, & cum qua condemnavimus dictos Vidal, & Riutet, ad dandum, & solvendum dicto Rectori Claret tercentum sexaginta unam libras & sex solidos, & expensas postea taxandas. Sicque sub die octava mensis Ianuarii proximè præteriti fuerunt expeditæ litteræ executoriales, & dicto Vidal intimatæ, & notificatæ, ut infra dictum temporis spatium solveret dicto Rectori Claret, ex una parte dictas tercentum sexaginta unam libras & sex solidos monetæ Barcinonæ, pro debito principali; & ex alia parte quadraginta duas libras tres solidos & novem denarios ejusdem monetæ, pro expensis in dicta causa factis, & minuatim taxatis, usque ad expeditionem dictarum litterarum executorialium inclusivè. Et cum supradictus Iosephus Vidal non curavit dictis litteris obtemperare, nec cum dicto Rectore Claret amicabiliter concordare; Propterea die præsenti, & infrascripta coram nobis comparuit, & fuit personaliter constitutus dictus Bonaventura Mussanes Nost. Targ. Civis Procurator dicti Rectoris Claret, qui dicto nomine verbo petiit de hujusmodi litteris, & de opportuno juris, & iustitiæ remedio providere, & concedere dignaremur. Nos verò attendentes, requisitionem fore iustam, & rationi consonam, has litteras duximus concedendas, quarum tenore, & authoritate quæ fungimur, invocantes auxilium vestri brachii Sæcularis, vobis dicimus, & mandamus; *quatenus visis, & receptis præsentibus, & postquam pro parte dicti Rectoris Claret, seu eius legitimi Procuratoris fuerint requisiti, executionem promptam, rigidam, & expeditam pro quantitatibus infrascriptis, & pro expensis, hac de causa factis, & in posterum faciendis, faciatis, & mandetis in bonis dicti Iosephi Vidal subditi vestri, intra vestram iurisdictionem reperiendis, primò in bonis mobilibus, & postea in immobilibus, & de executione super prædictis vestris cum litteris, seu instrumento publico nos certiores. Et si forte contigerit, aliquos oppositores fore in executione dictorum bonorum, illos ad Curiam nostram remittatis; quia cognitionem dictæ causæ nobis reservamus. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas, sigilloque Curiæ Metropolitanæ Ecclesiasticæ Tarracon. munitas, per Notarium, & dictæ Curiæ actuarium, & scribam fieri, & expediri iussimus. Dat. Tarraconæ die prima mensis Martii, anno à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo octogesimo septimo.*

JOSEPHUS Episcopus Maronen. V. G. & Offic. die N. anno N. &c.

Visis supradictis litteris, illarumque meritis attentis, providet, quòd exequantur, iuxta earum seriem, & tenorem, iuris ordine in exequendo servato. &c.

Ut. N. Assessor.

Solùm animadverte in supra scriptis litteris appositam esse illam clausulam *dicimus, & mandamus*, quæ est aliena à requisitoriis, exhortatoriis, & subsidiariis: Nec è converso Curia Ecclesiastica à Sæculari requirente, eam clausulam admiserit; & consultò, prout supra probatur. Atverò à peritis Curiæ Ecclesiasticæ Tarraconen. 20

fuit

fuit mihi rescriptum, quod introductus jam erat stylus in litteris requisitoriis, quæ expediebantur Bajulis Villarum de Cambrils, & aliis in quibus non habet jurisdictionem temporalem Archiepiscopus, & etiam in Bajulis Villarum de Reus, & Valls, in quibus jurisdictionem temporalem tenet, quæ sunt ex præcipuis Campi Tarraconæ; inseri clausulam *requirimus, & monemus*, in reliquis verò, quæ sunt de jurisdictione temporali Archiepiscopi, apponi clausulam *dicimus, & mandamus*.

21 Præcavendum etiam censeo, quòd in litteris inseratur tenor sententiæ, & provisionis decreti executionis, aut quod separatim Judici Sæculari edantur authenticè, prout requiritur, & præhabetur, & sic in Curia Ecclesiastica Tarraconæ fieri, observatum habui; nam in litteris primis executorialibus in causis processalibus (quæ ante requisitorias expediuntur) & in eis præcipitur parti, ut intra terminum solvat quantitatem judicatam, jam inseritur tenor sententiæ condemnatoriæ, & interdum provisionis decreti executionis.

DECISIO CXIII.

ARGUMENTUM.

De litteris requisitoriis, & urbanis extra Regnum, ad nostram Regiam Audientiam remissis: & quomodo sint exequendæ. Ubi de dubio, an lis super majoratu, vel successione quoad bona sita in diversis Provinciis, sit agitanda in ea, in qua caput majoratus sedet; Vel in qua adest major pars bonorum. Et an leges, ubi bona sunt sita, sint attendendæ in exequutione requisitoriæ. Et quid in taxa dotis, & ejus restitutione, in legitima, & successione ab intestato. Et ultimò forma litterarum requisitoriarum extra Regnum, tam pro instruendo processu, quàm pro exequenda sententia in hoc Principatu, traditur.

SUMMARIUM.

1 *In omnibus sententiis extra Regnum, pro quarum exequutione imploratur subsidium per litteras deprecatorias, quod de jure præstant judices diversorum territoriorum, non concedatur illud nisi prævia citatione, & causæ cognitione, summariè tamen.*

2 *Quo in casu Judex requisitus non cognoscit de nullitatibus, seu injustitia ad finem reformandi sententiam requirentis, sed ut in exequutione supersedere, vel non, valeat; cum Senatu, & forma provisionis, nu.3. & 4.*

5 *Decis. Senatus, & num.6.*

7 *Provisio Regti Senatus super sequestro jurisdictionis Marchionatus de Martorell, & nu.8.*

9 *Si in successione majoratus, vel hæreditatis adest lis super bonis sitis in diversis Provinciis, non trahitur ad illam Provinciam in qua major pars bonorum sita est, neque ubi caput majoratus residet; sed agitanda est in qualibet Provincia respectivè; ubi bona sunt separatim sita, num.10. usque ad num.16.*

17 *Competens debet esse Judex requirens ad cognoscendum de lite, pro cujus exequutione expediuntur litteræ requisitoriæ, prout etiam competens debet esse requisitus ratione territorii.*

18 *Propterea dicitur mixtus, Judex requisitus.*

19 *Judex requisitus non tenetur de necessitate litteras requisitorias exequi, sed de urbanitate; non erit tamen in juris errore, si illas exequatur, & nu.20.*

21 *Decis. Senatus.*

22 *Conciliantur Decisiones Senatus, & nu.23.*

24 *Si agatur de bonis extra territorium, quoad judicia ordinaria servandæ sunt leges illius Provinciæ, in qua lis agitatur, quoad decisoria vero ejus Regni, vel Provinciæ, in qua sita sunt bona.*

25 *Sic Senatus in legitima quæ fuit taxata juxta leges ubi bona erant sita.*

26 *Idem in successione ab intestato, quando bona sunt sita in diversis Provinciis, quæ adjudicatur juxta leges uniuscujusque respectivè.*

27 *Taxatio dotis fit juxta leges Regni, ubi bona sunt sita. Cum Senatu, in casu, quo litigantes erant etiam originarii.*

28 *At quoad dotis restitutionem attendendæ sunt leges Regni, in quo maritus de tempore contractus matrimonii suum fovebat domicilium.*

29 *In exequendo, non leges loci, ubi fuit res iudicata, sed exequentis, sunt servandæ; videlicet quoad ordinem ipsius exequutionis, non verò quoad causæ probationes: cum Regio Senatu, & nu.30.*

31 *Diversæ formæ, sub quibus expediuntur litteræ requisitoriæ, extra Regnum, ad citandum, & ad instruendum processus: & responsivæ, quæ ab hac Regia Audientia dimanant, cum requisitis, & earum provisionibus. Ubi an possit compelli pars ad edendum documenta actori, usque ad nu.46.*

47 *Forma litterarum requisitoriarum extra Regnum ad exequendam sententiam,*

MATERIA impertitionis subsidii Regii pro exequendis sententiis in hoc Principatu, extra Regnum in causis pecuniariis, & civilibus, prolatis, est institutum, quod prosequitur in hac Decisione. Judices itaque diversorum territoriorum, qui singuli per se eas exequi nequeunt absque illorum adjumento, invicem sibi auxilium præstant per litteras, quas vocant requisitorias, vel deprecatorias, aut rogatorias, juxta jura quæ ponderat Vela *in prælect. ad cap.1. de offic. judic. ord. par.2. nu.66. & seqq. in l. Argentarium* 45. §. *nomine* juncta Glosa *ult. de iudic. l.1. §. Hoc autem*, ibi: *Litteræ ad magistratus dentur, l.3.* ibi: *Posse adire Præsidem litteras ei daturum ff. de fugit. l. A divo Pio XV. §. sententiam Romæ ff. de re iudicata*. Et alia jura de litteris requisitoriis loquentia, nedum in civilibus, sed etiam in criminalibus: nempe text. *in l. Cum unus* 12. §. *is qui possidet*, juncta Glosa 1. *vers. Sed quid de reb. aut iudic. possid. l. Sicut* 7. §. *fin. ad fin. ff. de accusat. l. Solet. 7. ff. de cust. reor. l.1. §. Præsides, vers. Sed & litteras, ff. de req. reis, l.1. Cod. de offic. commiss. rerum privat. l. Properandum §. fin autem reus C. de iudiciis novel.* 17. *C.14. sive auth. de mandat. Princ. cap. Postulasti* 14. *in fin.* juncta *Glos. ultim. de foro comp. c.1. §. contrahentes in fin. eod. tit. in 6.*

1 Et Regula est, quòd in omnibus sententiis extra Regnum, pro quarum executione Regale brachium implo-ratur, non est concedendum, nisi prævia causæ citatione, & cognitione, quæ non minus circa nullitatem, quam circa injustitiam sententiæ versatur, maximè notoriam: & si opponantur exceptiones, quæ indigeant probationibus, dandus est terminus. Oliba *in usat. Alium namque de iure Fisci cap.* 13. *n.* 31. & 56. Molin. *de brach. Sæcul. lib.1. cap.* 11. *n.* 42. & *lib.2. cap.* 25. *num.* 19. Ferrer 3 *observant. cap.* 339. Cancer *var.2. cap.* 15. *num.* 13. & *pluribus seqq. & var.* 3. *cap.* 19. *num.* 3. Xammar *rer. iud. defin.* 101 *tota*, Thesaurus cum decis. *lib.* 3. *disc. forens. cap.* 2. decisum in Curia Archiep. Neapolit. refert Riccius *decis.* 116. *par.* 3. & plures decisiones recitat Latro *decis.* 82. *num.* 19. & his allegatis Merlinus *cent.2. contr.* 98. *num.* 12. & *per tot.* qui ita decretum tradit; nec ab his recedit Rosa *consult.* 4. *num.* 12. *cum seqq.* Salgado *in labyr. credit. par.1. cap.* 5. *num.* 15. Luca ad Grat. *tom.2. cap.* 389. *num.* 5. Marinis ad Revert *decis.* 502. *num.* 2. Carleval *de iudic. disp.* 17. *in fine*: ubi cum decis. Sanfelic. *decis.* 298. *num.* 8. & *seqq.* Joannes Baptista de Luca *in supplemento lib.* 16. *par.1. de regal. disc.* 16. *art.* 3. *num.* 64. Ego *par.2. in addit. ad decis.* 37. *num.* 15. summaria tamen cognitione adhibita. Vela *in prælect. ad dict. cap.1. de offic. iud. ordin. par.2. n.* 68.

2 Quo in casu requisitus non cognoscit de nullitatibus, sive injustitia ad finem pronuntiandi, interloquendi, seu reformandi sententiam Judicis requirentis; sed ut in executione supersedere valeat. Cancer *var.1. cap.* 15. *num.* 14. Fab. *in Cod. de exeq. rei iudic. def.* 9. Luca ad Grat. *d. cap.* 389. *num.* 12. Et incidenter declarando, an executio petita, sit per Judicem requisitum concedenda, tradit cum decisione Leo *decis.* 168. *lib.2. num.* 23. *cum seqq.* sic Senatus die 13. Maii 1527. concluf. Civil. illius anni fol. 39. ibi.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

3 In facto executionis fieri instatæ per Nob. Guiomarem de Castro viduam, virtute litterarum executorialium subsidiariarum Locumtenentiæ Generalis Regni Aragonum, quæ datæ sunt Cæsaraugustæ die 8. mensis Februarii proximè elapsi contra nobilem Petrum de Castro Vicecomitem de Illa; facto verbo per Michaelem Pastor Regium Consiliarium, fuit conclusum, quòd aliquis ex Regiis Algutziriis faciat dictam executionem, fieri instatam, & requisitam, pro quantitatibus in dictis subsidiariis litteris contentis, & adjudicatis. Videlicet quadraginta sex mille, sexcentum, & quinque librarum monetæ Jaccensis in bonis dicti Nobilis Petri de Castro. Primò in mobilibus. Secundò in immobilibus. Tertiò in nominibus debitorum; & pro prædictis fiant litteræ, commissiones, & aliæ provisiones opportunæ, cum insertione prædictarum litterarum requisitoriarum: & quòd præsens provisio intimetur alicui ex procuratoribus dicti Nob. Petri de Castro repertis in Curia. Deservire potest Reg. conclusio antecedens pro exequendis litteris requisitoriis.

4 Si autem appareat, ob nullitatem, vel injustitiam, litteras illas non fore exequendas, formari potest declaratio, concludendò: *Executioni instatæ per N. virtute litterarum executorialium subsidiariarum locum non fuisse, nec esse.* Ad normam, qua denegatur brachium Sæculare.

5 Etiam antedictam regulam, in eo ut Judex requisitus citet partem ad opponendum, si quam habet exceptionem adversus executionem, probavit Senatus die 3. Novembris 1583. ref Nob. Francisco Camps R.A.D in causa Æconomi Monasterii Beatissimæ Mariæ Montis Serrati, contra Joannem Folgueras Villæ Sparagariæ, super qu busdam litteris requisitoriis Regiæ Audientiæ Regni Sardineæ; ubi dictus Folgueras extiterat condemnatus. De qua observantia Cancer *var. 2. cap. 15. num. 14.*

6 Et generaliter eandem regulam comprobavit Senatus in causa inter Marchionem de los Velez, & Marchionem del Villar, filios Comitum de Benavent, super possessione Baroniarum de Martorell, & Castri Veteris de Rosanes, in hoc Principatu capienda. Nam cum ambo ad eam cum armis properarent, fuit per Regium Criminale Concilium in Baroniis appositum sequestrum Regium, donec per Judicem competentem jus dictum fuisset. Et de anno 1622. cum Marchio de los Velez in Consistorio Vallis-Soleti obtinuisset in Baroniis sententiam favorabilem, petiit cum sola ostensione facta processus, & litterarum executorialium subsidiariarum, à Regno Castellæ expeditarum, ut tolleretur sequestrum. Cui contradictum fuit pro parte Marchionis del Villar, asserendo, sequestrum forma prædicta minimè tolli posse, sed esse porrigendam alicui ex Præsidentibus Regii Senatus supplicationem cum toto processu, & partem citandam esse, ut si vellet, contradiceret. Et die 13 Aprilis 1622. Concilium Criminale, interveniente Fisci Regii Advocato, & Marchione de los Velez adherente, deliberavit, & conclusit, non fore sequestrum forma per Marchionem de los Velez petita, tollendum; sed litteras executoriales præli batas alicui ex Præsidentibus præsentandas esse, & citata parte summariè esse cognoscendum in Regia Audientia Civili, an instata executio locum haberet, & facta in Concilio Civili declaratione, tunc per Criminale Concilium venire sequestrum tollendum, (quod fuit ablatum 12. Aprilis 1623 prout infra) fuit hæc resolutio habita, intervenientibus Nob Michaele Sala, Regente Regiam Cancellariam, Francisco Ferruz Fisci Regii Patrono, Michaele Rollan Relatore, Joanne Magarola, & Ludovico Betturs, Regiis Senatoribus, declarando, executionem Regiæ sententiæ in Regno Castellæ, vel alio extra Cathaloniam latæ, non posse decerni in Regio Concilio hujus Principatus, vigore litterarum executorialium, & requisitoriarum, emissarum ab aliqua exterorum illorum Regnorum Cancellaria, ad solam ostensionem procedimentorum, in quibus de sententia, & de provisione decreti executionis apparet, sed modo, & forma antedictis faciendam esse.

De his declararionibus attestatur Regius Senator Xammar *defens. 101.* quas in libris conclusionum tam Civilium, quàm Criminalium continuatas non adinveni: & censeo deperditas fuisse, præter illam revocationis sequestri, quæ est, ut sequitur.

7 *In facto supplicationis oblatæ per Procuratorem Marchionis de los Velez contra Nob. Gerardum de Guardiola Regium Sequestratorem Baroniæ Castri de Castellvi de Rosanes, & Mesendinorum Regalium in Villa de Martorell cum illarum jurisdictionibus, & aliis bonis, quæ fuerant Nobilis Manfredi de Requesen, & Sunyiga, fuit conclusum die 12. Aprilis 1623. fol. 334. concluf. Crimin. illius anni, ref. Michaele Rollan Regio Senatore, sequestrum appositum die 29. Novembris 1618. tollendum fore.*

Super citato exemplari animadvertit Dom. Vicecancellar. Crespi *obser. 15. numer. 313.* respondens Nob. Acasio de Ripoll *var. cap. 1. num. 467.* quem, ejus verba transcribendo, sequutus fuit Salgado *in labyr. credit. part. 1. cap. 4. nu. 27. & de retent. bul. 2. part. cap. 5. §. 3. à num. 26* quòd in illa causa quæ decisa fuit in Consistorio Vallis Soleti solum agebatur de successione bonorum matris, quæ præcipua, & majora, ac capita (ni fallitur) sunt Baroniæ sitæ in hoc Principatu; & quòd vidit postea, Regem Nostrum gratiam fecisse Marchioni de los Velez, erigendi in Marchionatum, Baroniam de Martorell. 8

Non erit à re alienum, fuscitare in hanc partem id, quod præclarè docet, contrariis respondendo, Dominus Vicecancell Crespi *d. obs. 15. à nu. 257. usque ad nu. 315.* quòd si in successione majoratus, vel hæreditatis lis versatur super bonis sitis in diversis Provinciis, ut Aragonum, Valentiæ, Cathaloniæ, & Sardineæ, vel Majoricarum, vel in Regnis Coronæ Aragonum, vel Castellæ, non trahitur super omnibus bonis ad illam Provinciam, in qua major pars bonorum sita est, neque ubi caput majoratus residet; sed in qualibet Provincia, sive Regno respectivè agitanda est, super bonis in eo sitis, & eorum successione, quod solidis motivis comprobat. 9

In primis fulcitur authoritate, quia quando bona sunt sita in eodem Regno, si non sunt unita sub eadem jurisdictione, vel Baronia, aut Comitatu, sed divisa, & separata, pertinere cognitionem ad Judicem illius districtus, in quo sita sunt, nec vel ratione majoris partis, vel capitis trahenda sunt ad unum tribunal, ut docent Molina *de Hispanor. primogen. lib. 3. c. 13. nu. 74.* Et ejus Addentes *ad nu. 73. & 74.* P. Molina *de just. & jur. dis. 638. nu. 11.* Rodriguez *de Concurs. Credit. par. 1. art. 6. ex nu. 7.* Parlad. *rer. quot. diff. 11. nu. 6.* 10

Et ulterius, quia licèt in casu, quo jurisdictionem separatam habent oppida unius Majoratus, possint, ubi residet major eorum pars, vel caput, tractari lites, seclusa alia parte, dummodò sint in eodem Regno. Si tamen sint in diversis Regnis, quæ suam conservant naturam, quia æque principaliter in eadem Monarchia unita sunt, longè dispar est ratio. Et communiter rejici eam sententiam, ut sequi debeat forus majoris partis, vel capitis, si sint diversa Regna, testatur Giurba in consuet. Mesanen. *cap. 1 glos. 2. part. 1. nu. 121. vers. Imo.* Ad alia juridica progreditur D. Vicecan. Crespi *d. obser. 15. à nu. 257.* Et tandem decisum profert in generali Congregatione competentiarum Hispaniæ die 1. mensis Aprilis anno 1632. in causa Majoratus fundati per Don Franciscum de Portugal, quæ disceptabatur inter Principem de Melito, Curatricem Ducis de Pestrana, & Comitem de Gualbe cum Marchione de Drani. 11

Ad hanc partem refero casum, qui evenit anno 1603. cum enim in Curia majori, seu Audientia Civili Pamplonæ verteretur causa inter Nob. Joannem Veaumont filium Nob. Francisci, & Joannæ Veaumont illius secundæ uxoris; & Nob. Franciscam Peralta, & de Veaumont viduam relictam ejusdem Domini Francisci ut Tutricem, & Curatricem Nob. Francisci de Veaumont filii sui, & quondam viri ejus ex una, & Nob. Franciscum Carolum de Veaumont ex alia partibus. Et in ea fuisse sententiatum, inter bona per dictos agentes petita, ad eos pertinere quædam sita in præsenti Principatu (quæ primitiva sententia fuit confirmata) & inde emanassent litteræ executoriales subsidiariæ pro exequendis dictis bonis, Procurator partium (quæ in ea causa obtinuerunt) obtulit supplicationem in nostra Regia Audientia eligens eam in executricem, supplicans, dictarum sententiarum executionem fieri juxta illarum seriem, & tenorem; & illam causam majorem tercentum librarum, tum pretextu clausularum executorialium, tum pupillaritatis supplicantium agentium, ad Regiam Audientiam evocari, & committi, & de litteris subsidiariis provideri: & fuit evocata, & commissa juxta praxim communem, & expeditæ litteræ servatis Constitutionibus. 12

Con-

Contestarunt partes litem, offerendo articulos, & probationes; fuit denunciatus processus, & assignatus ad sententiam, cujus conclusio est sub forma sequenti.

13 *Die 10. Martii 1605. est in l. concluf. illius anni fol. 6.*

In facto causæ vertentis in Regia Audientia inter Nob. Joannem de Veaumont filium legitimum, & naturalem Don Francisci de Veaumont, & Nob. Joannæ de Veaumont conjugum, & alios ex una, & Nob. Franciscum Carolum de Veaumont, & Don Franciscum ejus filium ex alia, facta relatione per Hieronymum Astor D.R.A. & causæ relatorem.

Attento ex processus meritis, constat in causa vertenti in Curia Majori, sive Audientia Civili Pamplonæ Regni Navarræ inter Nob. Joannem de Veaumont filium Don Francisci, & Nob. Joannæ de Veaumont illius secundæ uxoris, & Nob. Franciscam Peralta, & de Veaumont, viduam relictam ejusdem Don Francisci, ut Tutricem, & Curatricem Nob. Francisci de Veaumont filii sui, & dicti quondam ejus viri, ex una, & Don Franciscum Carolum de Veaumont ex alia, fuisse latam sententiam die 31. Augusti 1601. in qua fuit inter alia sententiatum, & declaratum, bona quædam quæ fuerunt Nob. Beatricis de Veaumont filiæ Don Francisci, & alterius Beatricis de Veaumont, & de Tcart, quæ ad illam perveneruntper mortem Nob. Raphaelis de Tcart, existentia in præsenti Principatu Catbaloniæ, pertinere, & expectare ad dictum Nob. Joannem de Veaumont ut filium legitimum, & naturalem primogenitum dicti Don Francisci, vigore cujusdam donationis per dictam Beatricem de Veaumont factæ in mense Octobris anni 1569. dicto Don Francisco de Veaumont nepoti suo (sive nebot,) & filiis legitimis, & naturalibus illius, servato ordine primogenituræ: Et fuit Don Franciscus Carolus de Veaumont reus in illo judicio conventus, condemnatus ad dandum, & tradendum dicto Don Joanni de Veaumont bona prædicta, una cum fructibus, à die quo illa bona occupavit usque ad diem realis traditionis. Et constat dictam sententiam fuisse in Regia Audientia Pamplonæ confirmatam cum sententia lata 22. Mati 1602. Et postea dictarum sententiarum executionem provisam in eadem Audientia die 1. Junii 1602. Et litteras executoriales inde emanatas, & in hac Regia Audientia præsentatas, quarum vigore fuit executio petita contra dictum Don Franciscum Carolum de Veaumont; quem constat possidere aliqua bona ex prædictis, & contra Don Franciscum illius filium, prætendentem prædicta bona, ad ipsum pertinere, vigore cujusdam donationis, sibi de prædictis bonis factæ per dictum Don Franciscum Carolum ejus patrem; & non constat per dictos conventos fuisse aliqua deducta, allegata, vel probata, propter quæ debeatur executio dictarum sententiarum retardari, & impediri. His igitur, & aliis meritis processus attentis, & aliàs, fuit conclusum, quòd fiat executio dictarum sententiarum in dicta Civitate, & Audientia Pamplonæ latarum supracalendatarum, juxta illarum, & cujuslibet illarum seriem, & tenorem, & quòd pro illarum executione dictus Don Joannes de Veaumont mittatur in possessionem dictorum bonorum in dictis sententiis designatorum, & per dictos Don Franciscum ejus filium, contra quos fuit causa prosequuta possessorum, non obstantibus in contrarium deductis, & allegatis, & quòd neutra pars condemnetur in expensis.

14 Die 31. Julii 1601. fuit facta provisio decreti executionis, & fuerunt expeditæ litteræ executoriales.

Ex quo exemplari inferri potest, quòd super bonis in hoc Principatu, & agentium successione, principaliter agitata fuit causa cum plenaria cognitione, & conclusione in Regia Audientia, non obstante quòd eidem præsentatæ fuerunt litteræ subsidiariæ ad exequendum judicatum in alieno Regno, cum insertione processus, & sententiæ in illis promulgatæ.

15 Sic pariter super causa inter Nobilem Josephum de Rocaberti, Militem Beatæ Mariæ de Alcantara, & Bajulum Generalem hujus Principatus, & Domnam Agnetem de Rocaberti Monsuar, Arenyo, & Argensola conjuges ex una, & Don Nicolaum Llop & Valls, in Villa de Ceros populatum, ex altera; in qua agebatur de legato prætenso per dictum Don Nicolaum, in vim testamenti Nobilis Domnæ Elizabeth de Monsuar, & Arenyo viduæ, Dominæ Baroniarum de Fanaras, fuit quoad bona per hæredem possessa in hoc Principatu disputata lis in hac Regia Audientia, & ad mei relationem promulgata sententia die 24. Januarii 1671. quæ est in libro concluf. Civil. illius anni fol. 23. Et super bonis sitis in Regno Aragonum, quæ erant ejusdem successionis, ac ipso legato, inter easdem partes agitata fuit lis in Regia Audientia Aragoniæ, & ibidem, ut audivi, decisa.

Atverò, his non refragrantibus, reprobari non oportet usus litterarum requisitoriarum extra Regnum; prout etiam eum admittit D. Vicecancel. Crespi *d. obser. 15. nu. 284. cum seq.* qui non obstantibus probatis per ipsum antecedenter concludit, quòd habebit Judex requisitus justam, & probabilem causam contendendi, sibi, & non requirenti spectare jurisdictionem; quia requisitus eam exercet per proprium examen ex causa territorii, ubi bona exequenda sunt sita. Ac proinde si litteras requisitorias exequi recusat, judici requirenti remedium non supereſt. 16

Et comprobatur, nam competens debet esse Judex requirens, ad cognoscendum de lite, pro cujus executione expediuntur litteræ requisitoriæ, Salgado *in labyr. cred. par. 1 c. 5. n. 12.* Thesaurus *quæst. forens. 2. lib. 3. n. 1.* Prout etiam competens est Judex requisitus, ratione territorii, in quo sunt bona sita, quorum petitur executio, & propriam exercet jurisdictionem ad cognoscendum de meritis causæ; ut habui in illa Nobilium conjugum Rocaberti cum Don Nicolao de Llop & Valls, quæ pariter sub eodem puncto, ratione territorii, in quo bona exequenda erant sita, fuit agitata in Regia Audientia Aragoniæ. Et id ipsum comprobant alia exemplaria citata per D. Vicecancel. Crespi *in dicta obser. 15. à n. 299.* 17

Propterea, hoc in casu Judex requisitus dicitur mixtus executor, quia cognoscere valet de justitia judicati cum citatione, & auditione partis, ad effectum ut possit sine scrupulo adimplere deprecationem requirentis, vel ei denegare subsidium pro executione imploratum. Marinis ad Revert. *decis. 502. n. 2.* & supra probavimus. 18

Doceor tamen quòd Judex requisitus non tenetur de necessitate litteras requisitorias exequi, sed ex urbanitate, quasi in ejus arbitrio relinquendo, an requisitioni parere valeat, Rebuf. *in tract. de litt. requisitoriis in præf. n. 28.* Thesaurus *d. quæst forens. 2. nu. 5.* & per me tradita *decis. 108. n. 16.* At quod in juris errore capi non potest Judex, ex quo cum summaria cognitione eas litteras exequitur: Imò rationi publicæ satisfacit, ne rei judicatæ executio in longum protrahatur, ut ad id ipsum, cum oportuerit, alii Judices se exponant ad similia, eo exemplo facturi. Luca ad Gratian. *discep. com. 2 c. 389. n. 1.* 19

Ex quibus omnibus sequitur dicere, quod tantùm abest, doctrinam D. Vicecancell. Crespi *d. obser. 15. à n. 257.* obesse regulæ antea propositæ, ut potiùs eam comprobaverit eo expresso, quòd de juris necessitate non tenetur Judex requisitus exequi in suo territorio, ubi immobilia sunt sita, litteras requisitorias expeditas (in vim judicati) extra Regnum, sed ex urbanitate, & prout requirit publica utilitas pro litium expeditione. 20

His rationibus apud nos invaluit praxis, requisitorias extra Regnum exequendi, quæ stabilita manet, ut supra habetur, ex declaratione Regii Senatus: de qua attestatur Xammar *d. def. 101.* & supra retulimus corroboratam aliis exemplaribus. 21

Quin obstet alia in contrarium ponderata. Non illud de anno 1603. quia ultra quòd fuit ante conclusionem anni 1622. discrimen tamen illius, cum declaratione Senatus subsecuta, in eo solum stetit, quòd in antiqua agitata fuit lis plenariè cum denuntiatione processus, assignatione sententiæ, conclusione, & decreti executionis provisione: & in ultima, nunc observanda, summariè fore procedendum, fuit declaratum; consonæ verò fuerunt ambæ, quia in eis conformiter fuit conclusum, litteras requisitorias esse exequendas. 22

Et utique in illo exemplari antiquo partes non contra dixerunt modo procedendi. Et fit certum, quòd dilationes ad probandum prorogantur, & abreviantur ex partium consensu, *l. Quod si quis nolit §. si vero convincatur ff. de ædilit. edict.* Fontan. *de pact. 1. claus. 4 gl. 15 n. 161* Regens Cortiada *dec. 21. n. 26.* Addentes ad Prax. Peg *rub. 14. n. 40.* 23

Tandem in hac re dico, quòd si agatur de bonis extra territorium, quoad judicii ordinatoria, servandæ sunt leges illius Provinciæ, in qua lis agitatur; Quoad decisoria verò ejus Regni, vel Provinciæ, in qua sita sunt bona. Mascardus *de statut. conclus. 6. num. 194. & seqq.* Rota *decis. 452. num. 4 par. 1. divers.* Cevallos *communes contra communes cap. 724 à n. 1.* Barbosa *in collect.* 24

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ad text. in l.1. Cod. de summa Trinitate nu.1. D. Vicecancell. Crespi *obser.15.n.264.* Tondutus *resol. civil. c.56. nu.10.& 11.* Cancer *var.1.c.4.n.91.& 92.& c.5. in fine* Rosa *de execut. pa.2.c.6.n.6.*

25 Sic fuit taxata legitima, juxta foros Aragon. quoad bona, quæ in eodem Regno erant sita, nepti, & maximè quia ea agebat ex persona filiæ, quæ ibidem erat nata, & suscepta ex parentibus ejusdem Regni. Per Senatum in causa inter Michaelem Sala, Regium Consiliarium, & Cancellariam Regentem in hoc Principatu ex una, & Magdalenam Xammar viduam Joannis Xammar, Domicelli ex altera, ref. Roca die 16. Decembris 1624. *Est in lib. concluſ. illius anni fol.114.*

26 Et idem habetur in ſucceſſione ab inteſtato, nam ſi quis ab inteſtato decedat, habens bona immobilia in diverſis Provinciis, ſuccenditur juxta leges cuiuſcumque reſpective. Dom Vicecancell Creſpi *d. obſerv.15. num.282.* ex iuribus, & DD. ab eo allegatis. Cancer *var 1. d. cap. 5. in fin.*

27 Et taxatio dotis fuit facta iuxta leges eiuſdem Regni Aragoniæ, ex quo de illo Regno litigantes erant originarii, & ibidem erant bona ſita, per Senatum in cauſa inter Excellentiſſimam Annam de Cardona & Aragò viduam Excellentiſſimi Ducis de Alburquerque, ex una, & Excellentiſſimum Ducem de Cardona & Sugurbi ex altera, 21. Novembris 1625. ref. Magnifico Franciſco Aguilò. Eſt in lib. concluſ. illius anni fol. 60. Reſpectu Civis Barchinonæ aliud in bonis extra territorium, reſolvit Cancer *var.1.c.3.n.84 cum ſeqq.& c.5. in fine.*

28 At quoad dotis reſtitutionem, leges Regni, in quo maritus de tempore contractus matrimonii ſuum tovebat domicilium, ſunt attendendæ, *l. Exigere dotem 65. ff. de jud.* Fontan. *tom.2. de pact. 2. claus 7 gloſ.3. par.4. n.33.* & 34. Deſpuiol ad Mier. *ſuper Conſt. Hac noſtra, n.149* Cancer *var.1. cap 9. nu.157.* Ecter *ſuper Conſtit. Hac noſtra, temp. 3. à num.60. pag.387.* Caſſanate *concil.54. num.56.* & 57. Caſſanate *in conſuet. Burg. rub.4. §.2. verſ. Aut dux, n.6.* Fermoſ. *in c dilecti 7 de foro compet.* Gomez *in l.5. Tauri à n.50. ad 75.* Velazquez *conſult.175 à num.7.* Giurba *in conſuet. Meſſ. c.1. gloſ.1 par.1. à n.65.*

Omnia antedicta complectitur proviſio liquidationis facta 24. Novembris 1635. ref. Magnifico Gabriele Berart Reg. Senatore in cauſa inter Egregium Comitem de Caſtell-Florit, ex una, & Illuſtrem Marchionem de Navarres ex alia, Notè. Fabrega, per illa verba: *Licet dicta Villa de Albeſa, ſuper qua proſequitur, & inſtatur dictæ dotis liquidatio & repetitio, ſita ſit in præſenti Principatu Cathaloniæ, & ſic videatur, quòd in deciſivis attendendæ ſunt leges, quæ vigent, ubi bona ſita ſunt, tamen, quia cum præſenti agitur de exactione, & reſtitutione dotis; quo in caſu ſpeciali iure introductum eſt, leges vigentes in domicilio mariti eſſe attendendas, & ſecundum eas præcisè fore & eſſe iudicandum;* pendet ſupplicationis cauſa.

29 Sicut etiam in exequendo, non leges loci, ubi res fuit iudicata, ſed exequentis, ſunt ſervandæ, videlicet quoad ordinem ipſius executionis, non autem quoad probationes cauſæ. Quam opinionem ſequitur Luca ad Gratian. *tom.2. d. cap.389. num.10.* qui *nu.11.* reſcribit doctrinam Conſiliarii de Roſa *conſult.4. num.20.& 21.* ibi: *Non obſtat, quòd inter hos litigantes tractatur de executione ſententiæ, quòd attendendæ ſint leges, & ſtatuta, & conſuetudines loci, in quo fit executio; quia reſpondetur, id eſſe quoad ordinem ipſius executionis, non autem quoad probationes concernentes meritа cauſæ. Ulterius ex Peregr. conſil.63. l.1. n.21. ibi nec quoque obſtaret quod Judex alterius territorii, non debet parere executioni ſibi commiſſæ per litteras ſubſidiales, quando executio non ſumit vires de jure communi, ſed ex forma ſtatuti Judicis ſententiæ. Bald. in l. unic. Cod. de confeſ. Jaſon in l.d. A Divo Pio §. ſententiam. Marſil. ſing.130. nam reſpondetur, executionem factam eſſe ſecundum diſpoſitionem juris communis, ex l. fin. Cod. de edict. Divi Adrian. tol. Licet teſtamentum validum ſit jure ſpeciali domini Veneti. unde Baldi dictum habet locum cum executio pro litteris petita extra ordinem eſt, alioquin teſtamentum Venetiis factum more Veneto, non exequeretur in terris alienis, quod eſt abſurdum.* Alios recenſet Roſa, & ſignanter Coler de proceſſ. *execut. par.1. c.3. nu.210.*

30 Et fuit ita perpenſum à noſtro Regio Senatu in exemplari deſuper relato die 13. Maii 1527. in facto inter Nob. Gujomarem de Caſtro viduam ex una, & Nob. Petrum de Caſtro Vicecomitem de Illa ex altera.

Forma practicabilis, ſub qua litteræ requiſitoriæ 31
ſubſidiariæ citatoriæ ad continuandam cauſam extra Regnum expeditæ, directæ Excellentiſſimo Locumtenenti Generali hujus Principatus &c. per hanc Regiam Audientiam exequuntur.

In primis offertur per partem, vel ejus legitimum pro- 32
curatorem, exhibendo legitimum poſſe, & litteras requiſitorias, ſupplicatio, ut ſequitur.

Ex.mo Sr.

INSTANT lo Noble N. en la Ciutat de Mallorca domiciliat, ſon eſtadas deſpedidas de la Real Audientia de dita Ciutat, y Regne de Mallorca, unas lletras ſubſidiarias, dirigidas à V. Excellencia; à efecte de intimar, y notificar al N. y N. y altres en ditas lletras mencionats, la proſecucio de una cauſa, peticions, y proviſions, en ditas lletras llargament expreſſadas; com apar del tenor de aquellas, que ſe exhibeixen, ut inſerantur &c. E com per executar dita notificacio, ſia neceſſari lo manar V. Excellencia executar ditas lletras, ſegons lo tenor de aquellas: Per tant, y altrament lo llegitim procurador de dit Noble N. qui exhibeix ſon poder: ut etiam inſeratur &c. Suplica, ſian ditas lletras notificadas à dit N. y demes, à qui convingue: y per dit efecte la preſent comeſa à algun Noble, ò Magnifich Doctor de la Real Audiencia, qui de proviſions opportunas degudament provehesca, officio, &c.

Altiſſimus &c.
N.

Committatur Magnifico Joſepho Gelcen, qui ſuper ſupplicatis debitè provideat.

Proviſa per Reverendum Cancellarium 19. Novembris 1692. Barchinonæ.

de Oriol y Marcet.

Recepta d.d. & anno: inſerantur producta, & expediantur litteræ, ſeu cartella citatoria ad continuandam cauſam, juxta ſtylum in exequutionem dictarum litterarum Regiarum requiſitoriarum ſubſidiariarum, juxta illarum ſeriem, & tenorem. Et poſtea expediantur litteræ reſponſivæ more ſolito.

Gelcen.

Interdum decretatio fit: *Magnificus, vel Nobilis, N. recognoſcat ſupplicata, & verbum faciat.* Et proviſio fit facto verbo: ut evenit in exemplaribus, quæ infra citantur. Compilatur poſtea proceſſus ex poteſtate ſupplicantis, & ſupplicatione deſuper enarrata, cum ejus proviſione in calce, ac cum litteris requiſitoriis ſubſidiariis, quæ hic notantur.

CAROLUS DEI GRATIA Rex Caſtellæ, Aragonum, Majoricarum, &c.

DOn Joſephus de Caſtellvi, & Alagon, Marchio Vil- 33
læ Torcas, Præpoſitus Caſtelli Orcelis, Caſtrorum
Dictator unius legionis militaris diſciplinæ effectivæ Regni Valentini, Tenens Generalis Ducis, & vices gerens Generalis Gubernatoris ejuſdem Regni, de Conſilio ſuæ Regiæ Majeſtatis, in Sacro Aragonum Supremo, Locumtenens, & Capitaneus Generalis in præſenti Majoricarum Regno, & Inſulis eidem adjacentibus. Excellentiſſimo Domino Locumtenenti, & Capitaneo Generali in Cathaloniæ Principatu, &c. Salutem, & dilectionem. Noverit veſtra Excellentia, quòd in cauſa, quæ in hac noſtra Regia Majoricarum Audientia ducitur, antea ad relationem Magnifici Nicolai Mora & Mulet, olim Regii Conſilii Doctoris, & nunc per ejus obitum, Magnifici Gabrielis Simò dicti Regii Conſilii Doctoris, quæ tranſmiſſa reperitur ſuæ Regiæ Majeſtati, ejuſque Sacro Supremo Regioque Aragonum Conſilio litteris, cauſa videndi, & recognoſcendi mediantibus, inter partes N. & N. Narratur

fa-

factum, &c. & concluditur. *A efecte de proseguir la dita causa demana sia notificada la present continuació à dits N. y N. residents en lo Principat de Cathalunya, y qualsevol altre persona aparegue llegitima per lo seguiment, y continuació de dita causa, expressant, y fent constar ser llegitimas personas, ab comminació, que se elegirà Curador à dita heretat, y bens, expensis de la mateixa, y constitue scan llegitim procurador en los poders necessaris, tant per al seguiment de dita causa en lo present Regne; com en la Cort de sa Magestat, y Sacro Supremo Concell de Aragò ab las solitas comminacions de notificarse in valvis Curiæ, y per lo sobre dit efecte ser despatxadas las lletras necessarias, juxta stylum subsidiarias, per al Principat de Cathalunya, dirigidas al Excelentissim Virrey, y Real Audiencia, y per careixer la present causa de Relador, per obit del dit Magnifich Nicolau Mora y Mulet, Doctor del Real Concell, ser comesa la dita causa à algu dels Magnifichs Doctors de la Real Audiencia, forma solita, quæ dicit omni &c. Et licet &c. Altissimus &c. in cujus calce fuit per dictum Magnificum Relatorem provisum: Ibs. Recepta dictis die, & anno, inserantur, & expediantur litteræ petitæ in forma solita, & intimetur: quæ provisio N. asserto Procuratori notificata pro ejus parte fuit illi contradictum, sua cum schedula per illum oblata sub die vigesima prima præfatorum mensis, & anni, qua signanter præsentium expeditioni contradixit dictæque causæ regulati originalis processus more solito communicationem sibi concedi popposcit; cumque medio tempore antequam illi dicta communicatio foret concessa, ab hoc sæculo ad aliud evolaverit dictus D. Franciscus Molas, & pro parte de N. quædam fuerit oblata schedula sub die vigesima tertia mensis Augusti currentis anni, qua petiit, quatenus præsentes expediri dignaremur, in cujus cacle fuit per dictum Magnificum Relatorem provisum Ibs. die 23. Augusti 1692. mandetur, & intimetur. Ea propter supplicante, & nobis humiliter instante prælibato N. præfatarumque provisionum virtute, præsentes duximus providendas, quarum serie, & tenore vestram Excellentiam rogamus, & exhortamur, & ex parte Domini Nostri Regis hortamur præsentes, & singula in eis contenta dictæ N. præviis nominibus intimare, & notificare faciatis, & quòd intra terminum duorum mensium, à præsentium notificatione in posterum decursurum adsint, & compareant in hac nostra Regia Majoricarum Audientia per se, vel per suum legitimum procuratorem, ad dictam causam prosequendam: aliàs nisi comparuerint, ut præfertur in causa, ut juris fuerit, procedetur, sua absentia in aliquo non obstante, schedulis mediantibus in valvis dictæ nostræ Curiæ Regiæ Majoricarum Audientiæ affigendis. Datum Majoricis die xxvii. mensis Augusti anno M. DC. XCII. Linyan & Muñoz Rs.*

Ut. Simo.

De Mandato suæ Illustrissimæ Dominationis.

Simon Carrio, & Marques pro Scriba Majore, & Secretar. Regiæ Audientiæ Majoricæ.

Notificatio prosecutionis præsentis causæ, petitionis, & provisionis in ejus calce factæ.

Fuerunt signatæ prædictæ litteræ sigillo Regio Regni.

Sequuntur postea litteræ citatoriæ, quæ in vim antea positæ supplicationis formantur: & sunt in comm. locum. 9. fol. 261. Et his præsentatis in forma solita, expediuntur ab hac Regiæ litteræ responsivæ, cum relatione præsentationis citationum, sub forma sequenti.

CAROLUS DEI GRATIA Rex Castellæ, Aragonum, &c. Comesque Barchinonæ, &c.

JOANNES *Claros Alfonso Perez de Guzman el bueno, Dux Civitatis de Medina Sidonia, Marchio, & Co-*

mes de Carrasca in Africa, Dominus Oppidorum de Huelba. Dux de Sanlucar, & de Medina las Torres, Princeps de Arazena, Marchio de Teral, & Mayrena, Comes de Azarcollar, Cubicularius Domini Nostri Regis à Conciliis Supremis Aragonum, & Italiæ, Thesaurariusque Generalis Regnorum Coronæ Aragonum, ejusque Locumtenens, & Capitaneus Generalis in præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ, ac Capitaneus Generalis Regalis Exercitus Principatus ejusdem. Illustri Domino Locumtenenti, & Capitaneo Generali Regni Majoricarum &c. Nobilibus Magnificisque Regenti Regiam Cancellariam, Consiliarisque Regiæ Audientiæ dicti Regni, cæterisque universis, & singulis Officialibus ejusdem Regiæ Audientiæ: salutem, & prosperos ad vota succ ssus. Noverit Dominatio vestra, quod die 19. currentium mensis & anni, quasdam Regias subsidiarias litteras recepimus vestri ex parte, & à vestra Regia Audientia emanatas, ad instantiam N. in Civitate Majoricæ domiciliati, per Magnificum, & D. C. R. Gabrielem Simò V. I. dictæque vestræ R. A. D. provisas, quarum data fuit in prælibata Civitate Majoricarum vigesima septima die mensis Augusti labentis anni, nobis directas, ad effectum, eas in executionem deducendi, quarum siquidem Regiarum litterarum tenor sequitur sub his verbis. CAROLUS Dei gratia &c. Inserantur prout supra, & postea dicitur, *Nos verò receptis dictis litteris, earum executionem commisimus Magnifico, & D. C. R. Josepho de Gelcen V. I. & nostræ R. A. D. per quem in calce supplicationis, oblatæ per legitimum Procuratorem dicti N. ad effectum prædictum provisum extitit, quòd expedirentur litteræ, seu mandata notificatoria, & citatoria, iuxta serie m, & tenorem dictarum, & præinsertarum vestrarum litterarum, & postea expedirentur litteræ responsivæ, iuxta stylum. Quapropter eandem insequentes provisionem, illas ex parte nostra, instante dicto legitimo procuratore Nobilis N. intimari, & notificari fecimus per subst tutum Nott. infrascripti, personis infrascriptis in modum sequentem. Primo namque die vigesima prima prædictorum mensis & anni supradictæ N. personaliter domi suæ solitæ habitationis repertæ: Similiterque dicta, & eadem met die N. & N. ambobus etiam personaliter domi eorum propriæ habitationis repertis. Nec non etiam die vigesima secunda eorundem mensis, & anni dicto N. etiam personaliter domi suæ solitæ habitationis reperto; & dicta, & eadem met die Nobili N. etiam personaliter domi suæ solitæ habitationis reperto, quas in præsenti Civitate Barchinonæ respectivè fovent, cum aliis litteris in scriptis redactis, in quibus præinsertæ vestræ litteræ de verbo ad verbum fuerunt insertæ, mediantibus singulis copiis earundem cum dictis nostris litteris comprobatis, unicuique illorum respectivè traditis, & liberatis, in signum veræ, & realis præsentationis: intimando, & notificando eisdem dictis respectivè nominibus, & unicuique illorum dictas, & præinsertas vestras litteras notificatorias, & omnia, & singula in eisdem contenta, cum comminationibus iam expressis, prout, & quemadmodum videbimus descriptum, & continuatum. De quibus omnibus, & singulis ita gestis, & peractis singula singulis referendo, fusius in processu, super his actitato penes dictum, & infrascriptum Nott. & scribam constare liquet. Nec non etiam præsentes responsivas litteras fieri, & expediri iussimus, Dominationem vestram reddentes de prædictis omnibus, & singulis certiorem. Datt. Barchinonæ die vigesima quarta mensis Novembris anno à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo. Taverner y Rubi Cancellarius.*

Ut. Gelcen.

Scriba pro Collegio S. Mandati.

Josephus Brossa Nott. pub. Regiusque Collegiatus Barchinonæ.

Id ipsum fuit observatum in litteris requisitoriis subsidiariis à Tribunali Capitaniæ Generalis Regni Sardiniæ, per Locumtenentem, & Capitaneum Generalem ejus Regni emanatis, ad instantiam Josephi Ros Doliarii Villæ de Arenys, directis nostro Locumtenenti, & Capitaneo Generali, & aliis &c. super examine duorum 35

UAB Biblioteca de Ciències Socials

instrumentorum, penes eundem Notarium, ut asserebatur, receptorum, quæ fuerunt exhibita in lite, quæ in dicto Tribunali vertebatur, videlicet; super dubio an ambo, an verò alterum ex illis in suis protocollis fuissent continuata, ubi in calce supplicationis, per partem præsentatæ, exhibendo litteras requisitorias post factam decretationem.

Magnificus Franciscus de Portell recognoscat supradicta, & verbum faciat.

Provisa per Nob. Regentem Cancellariam die prima Septembris 1689. Barchinonæ.

Hieronymus Llampillas.

Committatur Magnifico Francisco de Portell qui super supplicatis debite provideat.

Provisa per Reverendum Cancellarium die 18 Septembris 1689. Barchinonæ ex deliberatione Aulæ dicti Reverendi Cancellarii.

Galceran.

Fuit facta provisio sequens. *Recepta dictis die, & anno, facto verbo in Regia Audientia: providet, quod inserantur producta, & expediantur mandata petita, directa Hyacintho Sescases Notario, in executionem dictarum Regestarum litterarum requisitoriarum, juxta illarum seriem, & tenorem. Et postea expediantur responsivæ more solito, cum insertione certificatoriæ petitæ.*

De Portell.

36 Et inde fuit expeditum mandatum Hyacintho Sescasses Nott. pub. Barchinonæ, quatenus recognosceret, an in suis aprisijs, protocollis, & manualibus adessent ea duo instrumenta, (quæ ibidem calendabantur, aut alterum ex eis, & de inventis traderet copiam authenticam, ac ad eum effectum ocularem ostentionem faceret de dictis aprisiis, protocollis, & manualibus, parti, aut aliis interesse habentibus.

37 Et postea cum insertione litterarum requisitoriarum, dicti, mandati, certificatoriæ, relationis Nott. & copiæ authenticæ, instrumenti penes se recepti, fuerunt expeditæ litteræ responsivæ in forma solita sub die 13. Septembris 1689. In actis Cortès, & Mercer Nott.

38 In quibus litteris requisitoriis adest ea clausula: *Qua propter ex parte suæ Regiæ Maiestatis Domini nostri Regis, & authoritate officii, quo fungimur in hac parte, vestram Excellentiam, ac dictos Nobiles, & Magnificos, Regium Cancellarium, & Regentem Regiam Cancellariam, ac DD. Regiæ Audientiæ, cæteroſque Ministros injurti, & justitiæ subsidium hortamur, & requirimus, & ex parte nostri vestram Excellentiam rogamus, &c.*

39 Pariformiter fuerunt per hanc R. Aud entiam, ad relationem Magnifici Dominici Aguirre Regii Consiliarii, in actis Rossines Nott. exequutæ litteræ requisitoriæ, subsidiariæ, & exhortatoriæ ex parte Nobilis Gasparis de Quintana Duenes à Consilio suę Maiestatis, ejusque judicis suæ domus, & Curiæ, expeditæ sub dat. Matrit. 26 Junii 1699. & per Joannem Serano Simon, & Petrum Sanchez de Buendia Secretarios Provinciæ, & de sua Audientia referendatæ, ad instantiam Excellentissimæ Marchionissæ de Pliego: Et aliæ litteræ mandatoriæ, vulgo nuncupatæ *sobre carta*, ex ordine Domini nostri Regis, & à suo Sacro Supremo Concilio Aragonum emanatæ, in forma Cancellariæ dat. Matrici 13. Augusti ejusdem anni 1699. ad effectum compellendi computatores domorum, & statuum Excellentissimi Ducis de Sagorbe, Cardona, & de Medina Cœli in presenti Principatu, Quæsturæ, ideſt *Contaduria*, quæ residet in hac Civitate Barchinonæ, & alios quibus spectaret; quatenus certificatoriam juratam, & in forma probanti conferrent valoris reddituum, & emolumentorum dictorum, domorum, & statuum; & majoratus, a quinque annis retrò computandis à die 21. Martii dicti anni. Simi literque omnium quantitatum, quas Excellentiss. Dux de Sagorbe, Cardona, & de Medina Cœli vita functus liberavit pro alimentis, actuali Excellentissimo Duci de Sagorbe, Cardona, & Medinæ Cœli ejus filio, uti suo immediato successori; ac etiam omnium quantitatum per Excellentissimum Ducem jam dicto ejus filio, expensarum, quas hic sustinuit in Regiis Dignitatibus, quas præexcellenter occupavit. Quæ exposuit Marchionissa ad obtinendum alimenta in relatis statibus, & majoratibus, per eamque prætensa tam filia major Ducis anterioris, & soror nunc succedentis, & immediatè vocata ad eos status, & majoratus, in casu deficientiæ filiorum, & legitimorum successorum, quos nunc Dux non habet.

Composito processu (prout in exemplari Josephi Ros supra expenso) in quo etiam fuerunt inserta computa emolumentorum statuum Ducis de Cardona hujus Principatus; expeditę fuerunt litteræ responsivæ stylatæ: & quia aliqua peculiaria in illo facto observavi, ea non omittenda in præsentiarum duxi. 40

Primò, quod licèt fuerat facta commissio Magnifico Dominico Aguirre R. A. D. eo non addito *recognoscat, & verbum faciat*. Fuit tamen per eum provisio facta, facto verbo. 41

Secundò, quòd ultra litteras requisitorias fuerunt expeditæ mandatoriæ à S. S Concilio Aragonum vulgo dictæ *sobre carta*. 42

Tertiò, quòd ad verificandum computa instata, fuit commissum per Magnificum relatorem juramentum actuario illius processus, quod exegit à Nobili Antonio de Potau computatore emolumentorum supradictorum statuum, cui fuerat iniunctum, ut ea in debita forma discriminatim ederet, prout ea tradidit actuario ad ea inserendum in processu. 43

Quartò, fuerunt separatim, & à parte tradita per scribam causæ omnia procedimenta actitata in hoc processu, cum insertione originalis certificatoriæ computatorum, Procuratori instantiæ; non verò fuerunt illa computa imbibita in litteris responsivis; quia ita fuit provisum facto verbo in Regia Audientia 14. Novembris 1699. per Magnificum Relatorem, præcedente supplicatione dicti procuratoris. 44

Quintò, quia licèt ante executionem litterarum requisitoriarũ pro exequenda sententia lata extra Regnum, præcedere debeat partis citatio (ut supra habetur) hęc tamen necessaria judicata non fuit in occurrenti facto pro exequenda declaratione super articulo minùs principali litis; prout evenit in casu Josephi Ros desuper ponderato. Quantò magis, quia ante extractionem requisitoriæ coram Judice requirente, fuit citatus Excellentissimus Dux, seu ejus legitimus procurator, (ut ita etiam evenit in exemplari dicti Ros) & sic perperam ulterior citatio coram Judice requisito fieri oportuit. Ac etiam quia in his scrutiniis, & apprehensionibus agendis, ut apud nos frequenter observatur, (ne infructifera per adversæ parti notificationem redderentur,) nulla interponitur citatio, sed illa in R. A. providentur in continenti, & sæpe sæpius cum clausula, *in continenti, & post executionem intimetur*. 45

Tandem, tanquam indubium reddidit Senatus concedere illa mandata ad habendum computa pro munienda intentione agentis respectu alimentorum; attento jure Castellæ, ex latè traditis à Parejs cum pluribus allegatis *de instrum. edit. tit. 7. resol. 1. n. 8.* Et jure nostro, *ex usat. Item provida 5. tit. de testim.* Mieres *in consil. Als Escandols in 2. par. pag. 267 in novis. n. 31. & 32.* Marquilles *in cit. usat. Item provida*. Ripoll *in praxi civil. rub. 17. n. 17.* 46

Forma, qua concipiuntur litteræ requisitoriæ extra Regnum, directæ ad nostram Regiam Audientiam, à qua petitur executio. 47

DON CARLOS POR LA Gracia de Dios, Rey Castella, de Aragon, &c.

DON Francisco de Velasco, Virrey, y Capitan General de nuestro Principado de Cataluña, y Condados de Rossellon, y Serdanya. Venerables, Magnificos, y Amados Consejeros nuestros, Canciller, y Regente la Cancilleria, Doctores de essa nuestra Real Audiencia, Portante vezes de nuestro General Governador, Vegueres, Bayles, Sotsvegueres, Sotsbayles, Alguazilles, Verguero's, Porteros, y otros qualesquiera Officiales y Ministros en el dicho nuestro Principado, y Condados, constituidos, y constituideros; al qual, ò à los quales las presentes pervendrà, y ſean presentadas: y de las cosas infrascritas

seveys requeridos para su cumplimiento, y à cada uno, y qualquiera; salud, y dilección. Sabed que ante del Governador, y Oydores del nuestro Consejo, y Contaduria mayor de hazienda, y cuentas, se ha seguido pleyto entre partes de la una, el Licenciado Don Gabriel de Espinosa Rivadeneyra, nuestro Fiscal, y de la otra, Pablo N. assi mismo vezino de essa Ciudad, y Juan de N. assi mismo vezino de essa Ciudad, como heredero que fue de Juan N. vezino que fue de ella, y Pedro Galindo su procurador, y Don Joseph de N. como apoderado de los susodichos en su ausencia, y reveldia, y Domingo Antonio Garido Escrivano Real, y Don Iuan de Larralde, Administrador que fue de la casa, y negocios de Enrique N. sobre tres tanto de una partida de catorze cuentos, ochocientos y quarenta mil, ciento y veynte un maravediz de vellon, de resto de una libranza de veynte cuentos de maravedizes, que se avia dado à los dichos Pablo N Iuan N. y Iuan de N. en parte de pago de los assientos que hizieron con la Real hazienda para la provision de granos, y otros del Real Exercito de dicho Principado, sobre las Salinas de Galicia, y Asturias, y Real por fanega de ellas, y causa publica, y sobre lo demàs contenido en dicho pleito. En el qual con el motivo de aver presentado la cuenta dicho Don Joseph de N. en nuestra Contaduria mayor, y dado por no cobrados los referidos catorze cuentos, ochocientos y quarenta mil ciento y veynte un maravediz; paraque se le bolviessen à librar por inciertos, de la dicha libranza, y mediante averse justificado por el nuestro Fiscal, que dicho Don Joseph de N. como à tal podetario avia atorgado cartas de pago de todo el importe de los veynte cuentos, y entregado al Administrador de dicho Enrique N. y este averles dado en pago de su arrendamiento à nuestra Real hazienda, y averse passado pagos en nuestros libros Reales, y que el dicho N. avia tomado satisfacion à su voluntad de toda la dicha libranza, y que despues impuso aver recogido dichas cartas de pago, y llevadolas al Escrivano, ante quien las avia atorgado, à que las cancellasse; todo supuesto, y con siniestra relacion, pues dichas cartas de pago, una vez que se entregan al Arrendador, y le sirven de pagos, como estos le sirvieron, se cancellan en los Libros Reales, y cancelladas se buelven à la parte para la cuenta final, con que fue supuesto el dezir las avia cancellado, sin aver usado de ellas, todo en fraude de nuestra Real hazienda. Todo lo qual justificò el nuestro Fiscal, con cuyo motivo se puso demanda de tres tanto por el dicho mio Fiscal, en treze de Agosto del anno passado de noventa y seys, al dicho Don Joseph de N. à los de quien era apoderado, y demàs que resultassen culpados; unos y otros fueron condenados en la pena en que avian caido, conforme à las leyes de estos Reynos, y ordenanzas de la nuestra Contaduria mayor, la qual se notificò al dicho Don Joseph de N. y aviendose passado à las demàs averiguaciones, y justificado plenamente, y por averse refugiado el susodicho à sagrado, se le mandaron embargar, y embargaron sus bienes, y junto con ellos, diferentes papeles, y libranças, que tocavan à los dichos Iuan N. Pablo N. y Iuan de N. y assi mismo se embargaron otros diferentes efectos, y letras, que tocavan à los susodichos, con cuyo motivo, por parte de los dichos Pablo N. y Iuan de N. se presentaron ante los de nuestro Consejo, con poder en forma pidiendo translado de la dicha causa; y se les mandò dar, y diò: y en vista de los dichos autos alegaron largamente de su derecho, y justicia. Y estando concluса la dicha causa, dieron autos de vista, y revista en ella; por los quales fueron condenados los dichos Pablo N. Iuan de N. y Don Joseph de N. en la pena de tresfanto de los dichos catorze cuentos, ochocientos y quarenta mil ciento y veynte y un maravediz mancunados; y al dicho Don Joseph. de N. en quatro mil ducados, y seys annos de presidio en la Africa; y à los demàs reos, en otras penas. Y mediante ser necessario llevar à devida execucion, y cumplimiento los dichos autos de vista, y revista de los del mio Consejo, y hasta pago de nuestra Real hazienda, y demàs interessados, en dicho tresfanto pro el mio Fiscal, nos fue pedido, y suplicado, que mediante estar ausentes de esta nuestra Corte los dichos Pablo N. y Iuan de N. y ser naturales, y domiciliados de esse Principado, donde tienen sus bienes, y hazienda, fuessemos servido mandar despachar nuestras letras executoriales, y suplicatorias; paraque en esse Principado, Tribunales, y demàs Justicias de él huviessen hazer, y que se hiziesse el pago del dicho tresfanto de los catorze cuentos, ochocientos y quarenta mil ciento y veynte y un maravediz de los bienes, y hazienda, y efetos de los dichos Pablo N. y Juan de N. precediendo el pago breve, y sumariamente como por mrs. y averes de nuestra Real hazienda, hasta que enteramente estuviere hecho el dicho pago. Y por Nos visto, fue acordado, que devriamos demandar dar esta nuestra carta executorial, y suplicatoria en la dicha razon; y nos lo tubimos por bien. Por la qual os encargamos que pareciendo la parte de dicho nuestro Fiscal ante vos, hagais hazer, y que se haga el pago del dicho tresfanto de catorze cuentos, ochocientos y quarenta mil ciento y veynte y un maravediz, en que han sido condenados los dichos Pablo N. Iuan de N. como heredero de Iuan N. y Don Joseph de N. por aver sido condenados en el mancomunados, y llevando, y haziendo llevar à devida execucion, y cumplimiento el dicho pago, hasta que enteramente lo esté por prision, embargo, y venta de bienes de cada uno de los susodichos, breve, y sumariamente, y como por mrs. y averes de nuestra Real hazienda: Para cuyo efecto se remitirà por el infrascrito mio Escrivano de camara copia authentica del dicho pleyto, y autos de èl, à fin que no falte cosa alguna: y en su vista hazer el dicho pago, en lo qual nos hareys mucho servicio, y plazer, y lo mismo mandaremos hazer en esto nuestros Reynos, siendo por vos, ò otros pedido; de lo qual mandamos dar, y dimos esta nuestra carta, sellada con nuestro Real sello por los de nuestro Consejo en la Villa de Madrid à circo dias del mes de Março de mil seyscientos noventa y siete años.

Don Lucas Trelles.

Y con otras firmas de Señores del Consejo.

Yo Don Joachim Dominguez Torralba Secretario de Camera del Rey nuestro Señor.

Registrata.

Locus ✠ Sigilli.

Executoriales, y suplicatoria para que el Governador, y Capitan General del Principado de Cathalunna, y Magnificos Consejeros, y demàs Ministros de dicho Principado hagan, se guarde, y cumpla à pedimento del Fiscal à V. A.

Fuit transmissa copia authentica processus, & potestas procuratoris Fiscalis ad præsentandum in hac R. A. supplicationem pro exequendis illis litteris.

Non dissimilibus formis uti potest in requisitoriis, ab hac Regia Audientia expeditis, directis ad aliud Regnum.

DECISIO CXIV.

ARGUMENTUM.

Inferior non exequitur remissionem criminosi extra Regnum, inconsulto Principe. Ubi pro observantia, & faciliori expeditione harum remissionum transcribuntur Regia rescripta noviter obtenta.

SUMMARIUM.

1 *Possunt præsentari Iudici inferiori territorii litteræ requisitoriæ, tam in civilibus, quàm in criminalibus: at verò non debet criminosum remittere, inconsulto Principe. Ex Senatu, & n. 2.*

3 *Quando inferior requisitus nolit exequi subsidium, debet adiri superior, ut illum compellat.*

4 *Possunt ab inferiori expediri litteræ requisitoriæ, directæ superiori, ad obtinendum delinquentis remissionem: ex Senatu.*

5 *Pro repetitione eorum traduntur Regia rescripta noviter sancita, quæ pro lege sunt observanda, & num. 6. & 7.*

8 *Potest fieri remissio criminosi de officio absque petitione Procuratoris Fiscalis, & n. 9.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

10 *Et ita observatur inter duo Regna Valentiæ, & Nostrum.*

11 *Per quos Judices debeat fieri provisio remissionis reorum criminis, vel eorum repetitio, cum deductione casuum. Apud quem Notarium acta Curiæ debent remanere, & quid in civilibus.*

1 AD repetendum criminosum extra Regnum, & ad captum in delicto atroci remittendum, litteras requisitorias respectivè expediri, est in comperto; prout tetigimus *in decis. antecedenti* 112. *n.*1. & observavimus *tom.*1. *decis* 37. At cum passim hæc in diversorum casuum contingentiis eveniant, ideo aliqua antedictis addere opportunum pro praxi, ac tantùm percutere statui.

2 In controversiam vidi 16. Februarii 1677. in Regia Audientia junctis Tribus Aulis, an exequi deberent litteræ requisitoriæ, ab Aragonia expeditæ, & directæ Vicario Dertusen. ad instantiam Syndici loci de Benavent Regni Aragonum, Diœcesis tamen Dertusen. super quodam prætenso jure, quod instabat ab Episcopo, & Capitulo ejusdem Diœcesi consequendo. In quo facto incidit dubium, an Judex ille, quamvis foret inferior, cui fuerant litteræ requisitoriæ præsentatæ, posset exequi litteras, & criminosum in casu remissibili, ad requirentem remittere. Et huic fuit verbo satisfactum, scilicet, tam in criminalibus, quàm civilibus causis, posse præsentari inferiori Judici territorii litteras requisitorias. Atverò non debere criminosum remittere, inconsulto Principe, seu illo, qui Principis loco est. Tusch *litt. R. conclus.* 152. *nu.* 61. Tondutus *de prævent. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 21. qui id procedere docet, etiamsi talis remissio fieret in casu alioquin permisso, ex Claro *in praxi quæst.* 38. *num* 22. *in fine.*

3 Quod manifestè illud DD. demonstrant, cum resolvant, quòd quando Judex requisitus nolit exequi subsidium, debet adiri superior ut illum compellat. Carleval. alios allegans *de Judiciis lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *num.* 39. Dom Vicecanc. Crespi *observ.* 14. *num.* 284. Salgado *in labyr. cred par.* 1 *cap.* 5. *num.* 8. & 9. inde sententes, quod Judici territorii possunt litteræ requisitoriæ præsentari, & non superiori, cui Judex subest.

4 Non dissimili jure censeo, posse ab inferiori extra Regnum expediri litteras requisitorias, directas superiori, ad obtinendum delinquentis remissionem: prout, præter exemplaria citata per me *d. decis.* 37. *num.* 22. & *seqq.* adinveni ita fuisse observatum die 13. Maii 1621. Est in lib. conclus. civil. illius anni, in facto propositionis factæ per Excellentissimum Dominum Locumtenent. Generalem super remissione, instata, & petita per Justitiam Regiam in Judicis Ordinarii districtus, & jurisdictionis Civitatis Taraçonæ Regni Aragonum, de persona Domini ci Pelegri Aragonensis, detenti in his Regiis Carceribus Barchinonæ. Et fuit conclusum, ex quo fuit morte damnatus pro gravi, & atroci delicto, esse locum dictæ remissioni.

5 Pro stabili observantia hujus rei, jam aliàs cum R. S. obtenta, & plenius decisa, juxta per nos tradita *tom.* 1. *d decis.* 37. Regia, & Suprema rescripta pro repetitione criminosi, quam requirebat Regius Senatus Regni Valentiæ, ad litteram trado, ut sequuntur.

EL REY.

ILLUSTRE Marquès de Gastañaga, Primo, mi Lugar-Tiniente, y Capitan General. El Marquès de Castell-Rodrigo mi Lugar. Tiniente, y Capitan General del Reyno de Valencia me ha dado cuenta de aver preso el Sotsveguer de Tortosa à Diego N vandido, de los que andavan huyendo de allì, y se asseguran ahì: por no aver concordia entre este Principado, y aquel Reyno; por lo qual pocas vezes suelen entregarse los delinquentes de una parte à otra, y que por tener este sentencia de açotes, y de muerte, quedava despachando correo à los Jurados, que le pedian pre Soldado, y à los Paheres, encargandoles le detuviessen seguro, hasta que Vos dispusiessey lo conveniente, como tambien os lo escrivia, y con esta noticia he resuelto encargar, y mandaros (como lo hago) disporgays el entrego de esse Reo, para que sea castigado, conforme merecen sus delitos, y que se execute lo mismo en adelante, con los que se refugiaren en esse Principado, respeto de no aver Constitucion que embarasse, estas remissiones; en que es tan interessada la buena administracion de la Justicia; pues en qualquier ocasion de coger se en Valencia reos de graves delitos, naturales de esse Principado se entregarán, observando toda buena correspondencia, y por si los Jurados pidieren este delinquente por Soldado, os advierto, que aviendo sentado la plaça de tal, despues de cometidos lo delitos de vandido no le puede sufragar el fuero; porque esto se suele executar en fraude de las leyes civiles, por huir el castigo, que segun ellas devian dar à los delinquentes los Iuezes ordinarios; y assi lo tendreys entendido para disponer se execute con esta conformidad, en que me darè por muy servido. Dat en Madrid à 17. de Octubre de 1695.

YO EL REY.

Don Bartholomæus Ordobas Secretarius.

Interposuit Regium Criminale Concilium consulta- 6
tionem Domino Marchioni de Gastanyaga Locumtenent. Generali 6. Novembris 1695. quam ad Supremas, & Regias manus Domini nostri Regis (cui Deus ob suam Divinam Omnipotentiam auxilietur, & incolumen protegat) transmisit: in ea allegabantur jura municipalia, sine quorum observantia remissiones illæ fieri prohibentur, (ut animadvertitur *in d. decis* 37.) cui annuit sua Regia Majestas per litteras Regias quæ hic inseruntur.

EL REY.

ILLUSTRE Marquès de Gastañaga. Primo, mi Lu- 7
gartiniente, y Capitan General. Hase visto lo que me representays en vuestra Carta de 6. del passado, en respuesta del despacho que se os dirigiò en 17. de Octubre de este anno, que recibisteys con carta del Marquès de Castell. Rodrigo, mi Lugartiniente, y Capitan General en Valencia, sobre que dispusieseys el que se le entregasse à Diego N. vandido, de los que andan huyendo de aquel Reyno, à quien prendiò, y tiene asseguradò el Sot sveguer de Tortosa, para que no quede sin el castigo que corresponde à sus delitos, pues en qualquier ocasion de cogerse en Valencia reos de grandes delitos, naturales de esse Principado, se entregarán, observando toda buena correspondencia: respeto de no aver concordia entre essa Provincia, y aquel Reyno para entregarse de una parte à otra los delinquentes; sobre lo qual os ha hecho el Consejo Criminal la representacion que acompañays, en vista de la citada carta, y despachio que le remittisteys; En que refiere el Regente, y los demàs Ministros que le componen, los exemplares que ay de averse entregado este genero de reos de delitos atroces, de aquel Principado à otros Reynos, sin faltarse à las Constituciones: Por reconocerse, que el negar estas remissiones, es en conocido perjuyzio de la buena administracion de la Justicia; por lo que se falta algunas vezes al cumplimiento de ella, y deviendose entender mi Real intencion en el citado despacho, el que se observe la practica admitida en esta materia, y otros casos del genero, es de parecer el Conseio Criminal, de que se observen las formalidades estiladas, y en casos atroces, en que no tienen encuentro las Constituciones de essa Provincia, y que se execute lo mismo en la parte de Diego N. remitiendo vos copia de su representacion al Virrey de Valencia, en satisfacion de su carta; y despues de conformaros en todo con sentir de estos Ministros, dezis como aviays sabido, que el Marquès de Castell Rodrigo ha remitido al Regente (à quien tenays encargada esta de las Placas) copia del processo, fulminado contra Diego N. en la forma acostumbrada; y que en vista de lo que contiene, se han dirigido ya al mismo Virrey las ordenes necessarias por Cancellaria; para que se entregue este reo al Oficial que nombrare para ir por èl, y al Sotsveguer de Tortosa, para que se le entregue; con que os parece que respecto de lo que toca al punto particular, queda allenada esta materia, pues aunque en llegando el caso de executarlo, se haga algun reparo por parte de la Deputacion, no admite duda el que se vencerà por el Regente sin dificultad: y aviendose visto todo lo referido en este mi Conseio Supremo, con el cuydado, que pide esta dependencia, he querido aprovaros (como en virtud de la presente os lo aprueyo) todo lo que aveys obrado en el-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

en ella, por lo que os doy las gracias, que mereceys, conformandome con vuestro parecer, y el de esse Consejo Criminal, à quien se les dareys en mi Real nombre por el zelo con que mira lo que toca à la buena administracion de la Justicia; sobre que tambien he dado la orden conveniente al Virrey de Valencia, à fin de que de las que convengan, para que quede registrada la representacion referida, y despachos que dimanan de ella para estos casos en lo venidero. Dat en Madrid à 10. de Deziembre 1695.

YO EL REY.

Don Francisco Dalmao, & Cassanate Secretarius.

Ut. Don Josephus Rull Regens.
Ut. Comes, & Torrò Regens.
Ut. Marchio de Tamarit.

Registrata in lib. accordat. 2. fol. 35.

8 In cujus debitam, & promptiorem executionem, absque petitione Procuratoris Fiscalis Regni Valentiæ, vel ejus substituti (quod fieri in contrarium erat observatum in exemplaribus relatis *in d. decis.* 37.) visis literis requisitoriis cum debita forma expeditis, & copia authentica processus per Excellentissimum Dominum meum Marchionem de Castell-Rodrigo, & Almonassir, Proregem illius Regni, mihi transmissis, fuit de officio facta conclusio pro remissione delinquentis sub hac forma.

15. Novembris 1695.

9 *IN facto propositionis factæ per Nob. Regentem Regiam Cancellariam, super remissione Didaci N. appellati* lo Tenderet de Fansara *Regni Valentiæ detenti in Regiis Carceribus Civitatis Dertusæ, pro qua expeditæ fuerunt litteræ requisitoriæ, emanatæ à dicta Regia Audientia die 17. mensis Octobris proximè elapsi* 1695. *& Nob. Regenti Regiam Cancellariam remissæ die 26. eorundem (de quibus eadem die fuit in Regio Concilio, Præsidente Excellentissimo Domino Locumtenente Generali hujus Principatus facta relatio) quibus ex parte Regiæ Audientiæ illius Regni, in subsidium juris, & justitiæ, requiritur, & rogatur, quòd dictus Didacus N. appellatus* lo Tenderet de Fansara, *delatus, & inculpatus, quòd die 21. Julii proximè effluxi* 1694. *& alii cum eo associati interfecerunt Bartholomæum Arambull loci de Mascarell dicti Regni, degentem in rustico prædio, vulgo* la Vinya de Arambull, *termini Villæ de Borriana, & Antoniam Arambull ejus sororem, transeuntem per viam, qua itur à Villa de Nullis ad molendinum, vulgo dictum* del cap del Terme, *proditoriè, decursis scloppi ictibus, immaniter se gerendo contra dictum Bartholomæum Arambull jam interfectum, et amputando auriculas, quòd insedendo per varia loca ejusdem Regni, coadunati cum armis, publicam quietem turbaverant, & alia delicta commiserant; pro quibus cum Regia Sententia lata in Regio Criminali Consilio dicti Regni fuit die 15. Januarii currentis anni ipse, & alii condemnati ad mortem naturalem, & ad alias pœnas, ad dictam Regiam Audientiam Regni Valentiæ remitti, & mandari Subvicario Regio Dertusæ, seu aliis, ad quos spectet, quòd dictum Didacum N. aliàs* lo Tenderet de Fansara *detentum in Regiis Carceribus Civitatis Dertusæ in confinibus Regni Valentiæ dictarum litterarum latori tradat, & liberet, ut ad Regium Criminale Concilium dicti Regni adducat; & justitia, prout decet, valeat ministrari: prout in litteris dictis continetur. Attento ex processibus in dicta Regia Audientia Regni Valentiæ actitatis, & ab eadem transmissis, constat delicta commissa per dictum Didacum N. aliàs* lo Tenderet de Fansara *regnicolam dicti Regni (qui in hoc Principatu de delicto aliquo non impetitur) esse atrocissima, quo in casu, sine obstaculo Constitutionum hujus Principatus fieri hat remissiones est assuetum, & observatum.*

His, & aliis fuit conclusum, prædictæ remissioni locum fuisse, & esse, & quòd mandetur Subvicario Regio Civitatis Dertusæ, & aliis, ad quos spectet; quatenus dictum Didacum N. aliàs lo Tenderet de Fansara *in Carceribus Regiis Civitatis Dertusæ adhuc detentum, firmata apocha tradant in confinibus Regni Valentiæ Algutzirio, seu Commissario Regio ad hunc effectum deputato, seu nominando per dictam Regiam Audientiam Regni Valentiæ, & quòd pro his expediantur litteræ, seu aliæ provisiones opportunæ juxta stylum.*

Sic extitit exequutum, cui annuit Dominus noster Rex cum applausu, & Suprema approbatione: & eam in Regia Audientia junctis Tribus Aulis Excellentissimus Præsidens proclamavit.

At adhuc addimus, quòd cum à Regio Senatu Regni 10
Valentiæ in anno 1697. peteretur in forma debita repetitio duorum reorum criminis Villæ de Alcover, qui detinebantur in Carceribus Regiis Civitatis Valentiæ, non fuit omissum punctum ab illo observantissimo, ac integerrimo Senatu, an noster Procurator Fiscalis Regiæ Curiæ per substitutum ibi comparere deberet cum supplicatione instando delinquentium repetitionem. At verò formalitas hæc tanquam minùs opportuna fuit habita; & inde sine ea extitit impertita repetitio, dum tamen pariformiter id ipsum observaretur in remissionibus delinquentium ad illud Regnum, prout sic convenienter inter hæc duo Regna manet animadversum.

Rursus, quando expediuntur litteræ requisitoriæ à 11
Regio criminali Concilio, ad repetendum reos extra Regnum, fit provisio per Judicem Regiæ Curiæ, qui reperitur relator causæ reorum, & expediuntur litteræ in forma stylata, & ordinaria, & continuat acta Nott. processus criminalis.

At verò, quando rei capti in hoc Principatu, qui sunt alterius Regni, ab eo repetuntur, tunc provisio, & conclusio fit per Regentem Regiam Cancellariam; & ejus firma tantum expediuntur litteræ, & remanet scriba hujus processus Notarius Consistorii verbalis Locumtenentis Generalis, qui est Notarius Regentis.

In civilibus, causa requisitoriæ extra Regnum committitur per alterum ex Præsidentibus alicui ex Regiis Senatoribus Aulæ civilis, & est actuarius quilibet ex Scribis Regiis Notariorum Regiorum Barchinonæ.

DECISIO CXV.

ARGUMENTUM.

Prorogari potest per laicum jurisdictio ordinaria Ecclesiastica, & quomodo. Et an Princeps possit prohibere subdito suo, ne proroget eam jurisdictionem.

SUMMARIUM.

1 *Quælibet jurisdictio ex se, & ex natura sua est prorogabilis; tam jurisdictio ordinaria, quam delegata.*
2 *Quot modis fiat prorogatio.*
3 *Jurisdictio ordinaria admittit omne genus prorogationis.*
4 *Persona Ecclesiastica nullatenus, etiam cum licentia Episcopi tacitè, vel expressè, prorogare potest jurisdictionem Sæcularem.*
5 *Nec Clericus potest privilegio fori renuntiare.*
6 *Nec utique valet Clericus conveniri coram Judice Sæculari, etiam non opposita fori declinatoria.*
7 *Sic processus factus per Judicem Sæcularem contra Clericum, est ipso jure nullus.*
8 *Convalidatur inceptus, qui continuatur contra laicum hæredem Clerici.*
9 *Senatus decisio.*
10 *Laicus non solum expressè, sed etiam tacitè potest prorogare Judicis Ecclesiastici jurisdictionem, etiam sine consensu sui superioris.*
11 *Prorogatur jurisdictio per renuntiationem fori, & submissionem alterius cujuscumque, usque ad nu. 20. cum exemplaribus.*
21 *Etiam prorogatur per laicum jurisdictio Judicis Ecclesiastici, vigore juramenti appositi in instrumento, vel scriptura privata, numer. 22. & 23. cum exemplaribus.*
24 *Etiam prorogatur per comparitionem, aut litis contestationem: cum exemplaribus, usque ad nu. 29. ubi quid si adsit protestatio.*
30 *Quid si adsit speciale mandatum ad comparendum.*

31 *Con-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

31 *Continuantur exemplaria usque ad num.33.*
34 *An Princeps Sæcularis possit suis subditis prohibere, quod prorogent jurisdictionem Ecclesiasticam: usque ad num.39. ubi adest opinio Authoris.*
40 *Pontifex potest prohibere subditis suis, quod prorogent hanc, vel illam jurisdictionem.*
41 *Sustinendæ sunt leges, quibus prohibetur prorogatio laici in jurisdictionem Ecclesiasticam. Nec sunt leges illæ contra immunitatem Ecclesiasticam.*
42 *In reos laicos in causis merè profanis nulla Ecclesiasticis Judicibus competit jurisdictio, nisi virtute prorogationis.*
43 *Princeps Sæcularis, licèt non possit tollere juramenta præstita, potest tamen præstanda, ex justa causa.*
44 *In hoc Principatu non adest constitutio, in qua prohibita sit prorogatio, limita ibi, & confirmatur n.45.*
46 *Decisio contentionis.*

1 QUÆLIBET jurisdictio ex se, & ex natura sua regulariter est prorogabilis, *l.1. ff. de judiciis*, in illis verbis: *Si se subiciant aliqui jurisdictioni, & consentiant inter consentientes cujusvis jurisdictionis, qui tribunali præest, vel aliam jurisdictionem habet, est jurisdictio*, *l. Consensisse 2. ff. eod. tit. l. Si per errorem 15. l. Si convenerit 18. ff. de jurisd. omn. judic. l.1. Cod. eodem tit.* Barbosa *in l.1. art.2. ex nu.172. de judiciis*. Carleval. *eodem tract. disp.2. nu.974. & nu.1133.* Altimarus *de nullit. rub 9. quæst.12. num 1.* Niño ad Cuenca *de Comanda clauf. 27. in princ.* Et tam jurisdictio ordinaria, quàm delegata, *cap. de causis 4. de offic. & potest. Delegati*. Et ad id Gonzalez Tellez *nu.4.* Virgilius *de legitim. person. in prælud. nu.52.* Altimarus *de nullit. d. quæst. 12. nu. 7.*

2 Prorogatio sex modis contingere valet, videlicèt, de persona ad personam: de re ad rem (sub quo modo complectimur, de quantitate ad quantitatem) de loco ad locum; de tempore ad tempus, de causa ad causam, & de casu ad casum; ut concludunt Doctores *in cap. de causis 4. d. offic. judic. delegat. & in cap. P & G. per literas 40 eodem tit.* Carleval *de judic. disp. 2. num. 977. & 1161.* Altimarus *de nullit. rub.9 quæst.10. nu. 7.* Niño *d. clauf. 27. num.2.*

3 Admittit jurisdictio ordinaria omne genus prorogationis, & sic de persona ad personam, de re ad rem, de loco ad locum, & de tempore ad tempus, de casu ad casum, & de causa ad causam, *l.1. & 2. ff. de judiciis, cap. P. & G. de offic. judicis delegati*, & Doctores citati.

4 Pro cujus perfecta cognitione sustineo discrimen apud omnes DD. infra allegandos, admissum inter Judicem Ecclesiasticum, & Sæcularem, quòd ille sit incompetens respectu laici, hic verò sit incapax respectu Clerici. Ex qua incapacitate infertur, personam Ecclesiasticam nullatenus (etiam cum licentia Episcopi tacitè, vel expressè) prorogare posse jurisdictionem Judicis Sæcularis, *cap. si diligenti 12. cap. significasti 18. de foro comp. Auth. statuimus 32. Cod. de Episcop. & Cleric.* Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. numer. 1076. & 1119.* Scialoya *de foro comp. cap.17. num. 81. & cap. 36. numer.53. cum seqq.* Vicecanc Crespi *observ. 56. sub nu. 1. &* alii allegati per Reg. Cortiada *decis. 12. num 26. & seqq. & decis.154 cum Senatu, & decis. 169. numer. 15. part.3.* Gonzalez Tellez *ad d. cap. significasti 18. num.10. & in cap. Ex tenore 11 eodem tit. de foro comp. numer. 6.* Quesada Pilo *disert. 15. numer. 6.* Altimarus ad Rovit. *decis.58. numer.6.* Ripoll in prax. ad Peg. *rub.9. num.17.* Cancer *var 2. cap. 2. numer. 153.* Escobar *de Pontif. & reg. jurisd. cap.27. num.2. & seqq.*

5 Nec sic Clericus potest privilegio fori renuntiare, & se submittere Judici Sæculari, etiamsi juramento id promittat, *cap. si diligenti 12 de foro comp.* ea ratione ibi: *Cum non sit beneficium hoc personale, cui renuntiari valeat, sed potius toti Collegio Ecclesiastico, sit publice indultum*, probant tex. *in d. cap. significasti 18. eod. tit. cap. placuit 43. cauf.11. quæst.1. cap. significaverunt fin. de judiciis.* Valboa, Graña *ad d. cap. si diligenti 12.* & ibidem Barbosa, & Gonzalez Tellez. Suarez *de def. fidei lib 4. cap.31.* Caldera *de error. cap.2.* Salgado *de retent. bullar. 2. par. cap.27. num.4.* ex innumeris Regens Cortiada *d. dec.12. num.27.* Francès de Urritigoyti *de comp. quæst.49. num.16.*

6 Nec utique Clericus valet se convenire coram Judice Sæculari, etiam non oppositâ exceptione fori declinatoria, Carthar. *de foro comp.nu.156. vers. Septimo videmus.* Carleval. *de judic. lib 1. disp.2. n.1076.* Reg. Cortiada *dec. 169. n.16.* Francès de Urritigoyti *d. quæst.49. num. 17.* Et probant varia exemplaria, ut suo loco dicemus.

Sic processus factus per Judicem Sæcularem contra 7
Clericum, est ipso jure nullus, tam si fiat in contumaciam, quam eo comparente. Sperellus *dec.18.n 18. lib. 1.* Lezana *in summa quæst. regul part.3. verb. Clericus, n. 24. vers. Imò*, Reg. Cortiada pluribus citatis *dec.21. num. 117. cum seqq. & part.3 dec.154. n 8.*

Licet convalidetur judicium contra laicum hæredem 8
Clerici, qui pendente lite successit, ut dixit Senatus die 13. Julii 1610 fol.61 concluf Civil. illius anni. Inter Fr. Gener, & Antonium Bataller, referente Fertus; in qua, quia fuit conventus Clericus in judicio Sæculari, & ipse, lite pendente, mortuus fuit, relicto hærede laico, & ipse laicus citatus ad continuandam causam, in ea comparuit ad se defendendum, judicium cæptum à principio nulliter contra Clericum legitimari cum illius prosecutione facta contra laicum de foro, & jurisdictione Judicis Sæcularis; nec opus esse novo judicio, ut circuitus vitentur, qui casus est singularis.

Omnia huc usque dicta observavit idem noster Regius 9
Senatus. Nam die 10. Martii 1603. referente Hieronymo Astor, fuit concluſum, executioni instaræ in Regia Audientia per Nob Angelam Delantorn, uxorem Nobilis Alexandri Delantorn in bonis Cameræ Apostolicæ, cujus subcollector erat Jacobus Ferrer Sacrista Sedis Barchinonæ, pro pensionibus cujusdam censualis creati per Nuntium Apostolicum, cum obligatione bonorum Cameræ, & submissionis Judicis Sæcularis, locum non fuisse, nec esse: sed partes, & causam remittendas esse ad Judicem competentem, ex quo ille Nuntius, seu Commissarius Apostolicus non habuit specialem potestatem à Summo Pontifice (quam ex causa concedere posse in his terminis dixerunt) ad prorogandum jurisdictionem Sæcularem. Et ulteriùs constitit emanatam fuisse inhibitionem à Nuntio, & Collectore Generali in Regno Hispaniæ, ut non procederetur in ea causa. Est in libro concluſ Civil. fol.142.

Atverò è converso laicus non solum expressè, sed etiam 10
tacitè potest prorogare Judicis Ecclesiastici jurisdictionem, etiam sine consensu sui superioris, *l. Si quis ex consensu 8. l. Episcopali 9. Cod de Episcopal. audient. c. Significasti 18. de foro compet.* Bellet *disquis. clerical. part.1. tit. de favor. cler. person. § 2. nu. 23. & de favor. cler. real. § 5. n.52. vers. Nam laici*. Carleval *de judic. lib. 1. disp 2. nu. 1119. & 1120.* Scialoya *de for. compet. cap. 12 n.28* Crespi *obser. 15. n 274* (qui id limitat ad Judices prorogatos qui sint sub eodem Principe) *& observ. 56. nu. 1.* & innumeris allegatis Reg. Cortiada *dec. 169. n 17.* Altimar. *observ. ad dec. Rovit. 58. n. 6* Romaguera *ad Synodal. Gerundæ lib. 5. tit. 10. c. 9. n. 4* & jam ab antiquo id admissum fuit in Regiis litteris dat. Gerundæ 25. Januarii anno 1381. quæ habentur in Regio Archivo in lib. de nu. 192. arca secunda.

Alter ex modis prorogandi jurisdictionem Ecclesiasti- 11
cam, est per renuntiationem fori, & submissionem alterius cujuscumque, approbant Sesse *de inhibit. cap. 9. §. 3. num. 11.* Cuenca *de Comanda clauf 36. nu. 135.* Delbene *de Immunitate Eccles. tom. 1. cap. 7. dub. 1. sect. 1. sub num. 15.* de mente nostri Senatus Ferrer 3. *part. observantiarum cap.* 37. & cum pluribus decisionibus Cancellarii, Cancer *var. 2. cap. 2. à num. 189. & part. 3 cap 15. num. 247.* Xammar *de fin. 98. num. 12. part. 2* Ripoll ad Peguera *in prax. Civil. rub. 4. n. 108.* & ibi novus Additionator de Amigant, Reg. Cortiada *part. 1. dec. 11. numer. 47. & part. 3. decis. 168. tot.* ubi ferè omnes decisiones in causis contentionum laboriosius collegit; & adhuc ipsis adde: sic declaratum in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Sæcularem Regiæ Audientiæ ex una, & Ecclesiasticam Barchinonæ ex altera, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia Sæculari per Andream Cerdà, procedimentis contra eum factis in Curia Ecclesiastica, ad instantiam Ludovici Cerdà 20. Maii 1589. per Sentis tertium, consultoribus Tamarit, Sabater, & Sunyer.

Idem per eundem Sentis tertium, Consultoribus Ta- 12
marit, & Guardiola 12. Julii 1589. in contentione inter Curiam Ecclesiasticam Prioris Sancti Laurentii de Moruns ex una, & Curiam Sæcularem Vicariæ Regiæ Cervariæ ex altera partibus, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia Sæculari per Syndicum loci Sancti Laurentii, procedimentis factis, instante,

Æco-

Æconomo Communitatis Presbyterorum ejusdem loci.

13 Idem per Cancellarium Monserrat 23. Maii 1679. in contentione inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ ex una, & Sæcularem Regii Vicarii ejusdem Civitatis ex altera partibus, occasione firmæ juris in dicta Curia Sæculari factæ per Andream Fontcuberta Agricolam, procedimentis Curiæ Ecclesiasticæ factis, ad instantiam Administratorum causæ Piæ fundatæ per Anticum Morell Presbyterum.

14 Idem per eundem Cancellarium Monserrat supradictis die & anno in contentione inter nominatas Curias, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia Sæculari per Jacobum Forcia Agricolam, procedimentis in Curia Ecclesiastica factis, ad instantiam dictorum Administratorũ.

15 Idem in alia contentione per eundem Cancellarium Monserrat die 23. Maii 1679. inter Curiam Ecclesiasticã Tarraconæ ex una, & Sæcularem ejusdem Civitatis ex altera, occasione firmæ juris in Curia Sæculari factę per Lucam Batlla Agricolam, procedimentis contra eum in Curia Ecclesiastica factis, ad instantiam Francisci Matas negotiatoris Villæ de Reus.

16 Idem in contentione inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ ex una, & Sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia Sæculari factę per Syndicum Villæ de Palaforgell, procedimentis factis in Curia Ecclesiastica, ad instantiam Procuratoris Anniversariorum Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Fælicis ejusdem Civitatis, per Cancellarium Monserrat die 10. Junii 1684.

17 Idem in alia contentione inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ ex una, & Sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia Sæculari per Josephum Llach & Rich Agricolam, procedimentis factis in Curia Ecclesiastica pro parte Abbatissæ, & Conventus Monialium del Mercadal, Ordinis Cisterfienfis ejusdem Civitatis, per Cancellarium Monserrat die 15. Junii 1684.

18 Idem contra tertium rei hypothecatæ, seu debitoris bonorum possessorum, in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ ex una, & Sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ juris in Curia Sæculari factæ per Petrum Savalls Agricolam, procedimentis in dicta Curia Ecclesiastica factis per Quiteriam Banyas viduam, & Sixtum Banyas ejus filium, per Cancellarium Monserrat die 26. Junii 1688 non obstante causa concursus universalis creditorum introducta in Curia Sæculari, quia fuit informis, & sine debitis requisitis.

19 Idem in contentione orta inter Curiam Ecclesiasticam Barchinonæ ex una, & Sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia Sæculari factæ per Syndicum Villæ de Granolles, procedimentis in Curia Ecclesiastica factis, instantibus Operariis Ecclesiæ Parochialis Beatæ Mariæ de Pinu. In qua etiam fuit dictum spectare ad Curiam Ecclesiasticam cognitionem exceptionis, transactionis factæ per dictam Universitatem cum suis creditoribus, per Cancellarium Monserrat die 5. mensis Octobris 1688.

20 Idem per Cancellarium Taverner & Rubi die 8. Januarii 1692. in contentione inter Curiam Ecclesiasticam Tarraconæ, & Communitatis Presbyterorum Villæ de Alcover, & Joannis Girona ejusdem Villæ; & Curiam Sæcularem Regiæ Audientiæ, & Magdalenam Albinyana viduam; quia non constitit de causa concursus creditorum.

21 Etiam prorogatur per laicum jurisdictio Judicis Ecclesiastici vigore juramenti appositi in instrumento publico, vel scriptura privata, *cap. Cum contingat 28. de jure jurando, cap. novit. 13. de judic. cap. fin. de foro comp. in 6. cap. licet 2. de jure jurando in 6. cap. quam pactum 2. de pactis in 6.* Covarrub. *lib. 1. var. cap. 4. num. 8. vers. Nec quicquam facit*, ubi Additionator Faria *num. 27. & 28. & in d. cap. quam pactum par. 1. §. 5. numer. 6.* Ayllon ad Gomez *tom. 2. var. cap. 14. num. 20. vers. Ratione juramenti.* Sperellus *decis. 1. num. 13. lib. 1. & dec. 120. num. 4. libr. 2.* Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. num. 204. vers. Illud modo*, Scialoya *de foro comp. cap. 28. nu. 36.* Delbene *de parlamentis dub. 4. sect. 27. subsect. 4. nu. 1. in princ. & de immunit. Eccles. tom. 2. cap. 10. dub. 6. sect. 1. num. 1. & de juram. cap. 2. disp. 46. num. 1.* Fermos. *in cap. fin. quæst. 9. num. 6. de foro comp. & in cap. veritatis 14. quæst. 3. num. 2. in fin. de jure jurando, & in cap. novit. 13. quæst. 13. num. 5. in fin. de judic.* Ripoll. *var. cap. 1. à num. 266. ad 270.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 13. par. 2. num. 59* Reg. Cortiada *dec. 11. num. 46. par. 1. & decis. 167. tota.* Ubi plura exemplaria in causis contentionis citat, quibus, & aliis citatis per Ripoll, adde. sic fuisse declaratum per Cancellar um Agullana 12. Decembris 1608. in facto contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Barchinonæ ex una, & Sæcularem Capitaniæ Generalis partibus ex altera, occasione firmæ juris in ea factæ per Petrum de Montagut, & Vallgornera, procedimentis in Curia Ecclesiastica factis, instante Nobili Joanne Deril, & de Ereny.

Idem per eundem Cancellarium Agullana 14. Octobris 1613. in causa contentionis jurisdictionis inter Curiam Ecclesiasticam Barchinonæ ex una, & Sæcularem Regiæ Audientiæ partibus ex altera, occasione firmæ juris factæ in dicta Regia Audientia per Nob. Mariannam Roger viduam, quibusdam procedimentis factis in dicta Curia Ecclesiastica, ad instantiam Nob. Baptistæ Roger, & Barutell. 22

Idem per Cancellarium Taverner & Rubi 30. Octobris 1690. in contentione inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ, & Operarios Ecclesiæ Parochialis, Loci de Lloret ex una & Curiam Sæcularem Regiæ Audientiæ, & Margaritam Sarrerica, & alios ex altera parte. 23

Rursus prorogatur jurisdictio Ecclesiastica per comparitionem, aut litis contestationem, probant Tondutus *de prævent. judicial. par. 2. cap. 49. num. 8. & 10.* Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. num. 991. cum pluribus seqq.* Scialoya *de foro comp. cap. 12. nu 8. & 10.* Fontan. *decis. 376. num. 14. par. 2.* Reg. Cortiada *dec. 11. nu. 45. par. 1. & decis. 169. par. 3.* ubi infinitos allegat, & non minus diversa exemplaria in causis contentionum, quibus adde. 24

Sic die 30. Octobris 1579. in facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barchinonæ ex una, & Curiam Sæcularem Vicarii ejusdem Civitatis ex altera partibus, occasione firmæ juris factæ per Henricum Terre, & Picalques in dicta Curia Sæculari, procedimentis contra eum factis in dicta Curia Ecclesiastica, instante Michaele Forner, ubi ex quo comparuit laicus in Curia Ecclesiastica, & provisio Judicis Ecclesiastici, declarantis se competentem esse, transivit in judicatum post lapsum decem, & septem dierum, fuit declaratum per Cancellarium Episcopum Loris, consult. Batlle, firmæ juris factæ in Curia Ecclesiastica locum esse. 25

Pariter etiam constat, sic fuisse declaratum per Cancellarium Rovirola, consultoribus Astor, Roig, Decalba, & Devallfica 28. Novembris 1698. in causa contentionis jurisdictionis orræ inter Curiam Ecclesiasticam Barchinonæ ex una, & Sæcularem Vicarii Regii ejusdem Civitatis ex altera partibus, super firma juris in dicta Curia Sæculari facta pro parte Raphaelis Sistero. 26

Idem per Cancellarium Puigmari 18. Junii 1631 in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barchinonæ ex una, & Curiam Sæcularem Regentis Vicariam ex altera, inter partes; Præpositum majorem Sancti Cucuphatis Vallen. & alios, & Joannem Coll Agricolam. 27

Idem per Cancellarium Monserrat die 11. Martii 1681. inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ ex una, & Sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia Sæculari factæ pro parte Michaelis Cantalusella, procedimentis in Curia Ecclesiastica factis, ad instantiam Rectoris Ecclesiæ Parochialis Loci de Sils. 28

Idem per eundem Cancellarium Monserrat 19. Decembris 1681. super facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barchinonæ ex una, & Sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia Sæculari per Jacobum Camps, & alios Agricolas Vila Franchæ Pœniten. procedimentis factis in dicta Curia Ecclesiastica per Joannem Taraval, & alios. Ubi id ipsum fuit dictum, & idem si quis in prima comparitione protestatus fuerit non prorogandi, si protestationem non iteraverit, sed annuerit provisis per Curiam Ecclesiasticam. 29

Idem stante speciali mandato comparentis, non verò generali ad lites, quando non potuit præsumi esse concessum ad specialem litem Ecclesiasticam, veluti, si foret concessum non statim post emanatam citationem à Curia Ecclesiastica, sed multo post ea lite pendente, sub die 5. Januarii 1685. per Cancellarium Monserrat, consul- 30

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sultoribus Colomer, Taverner & Rubi, in contentione inter Curiam Ecclesiasticam Barchinonæ ex una, & Sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia Sæculari per Nob. Mariannam de Eva & Mas, procedimentis in Curia Ecclesiastica factis, ad instantiam Administratoris causæ piæ, instituræ per Mariam Joannam Crosas & Prades, de quo amplius in alio loco.

31 Idem per Cancellarium Taverner & Rubi die 30. Aprilis 1690. in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barchinonæ, & Petrum Llorens Presbyterum, & Rectorem Ecclesiæ Sancti Vincentii de Castellbisbal ex una, & Curiam Sæcularem Regiæ Audientiæ, & Agnetem Pelegri viduam Josephi Pelegri Agricolæ ejusdem Parochiæ, & Tutores, & Curatores filiorum suorum, & hæredum dicti Josephi Pelegri ex altera, in cujus odium prorogasse viduam tenutariam jurisdictionem Ecclesiasticam, fuit dictum.

32 Idem per eundem Cancellarium Taverner & Rubi 23. Julii 1691. in contentione jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Illerden. & Petrum Sunyer Presbyterum ex una, & Curiam Sæcularem Regiæ Audientiæ, & Andream Capdevila Agricolam ex altera partibus.

33 Idem per eundem Cancellarium Taverner & Rubi die 11. Aprilis 1692 inter Curiam Ecclesiasticam Vicen. & Capitulum Canonicorum Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Joannis de Abbatissis ex una, & Sæcularem Regiæ Audientiæ, & Michaelem Servera Consulem, & Syndicum ejusdem Villæ ex altera partibus.

34 Hic controversiam agito: (non quoad alias jurisdictiones Sæculares pro qua videri poterunt DD. infra allegandi, sed terminanter quoad Ecclesiasticam) an Potestates Temporales possint prohibere subditis, vel vassallis, quòd prorogent jurisdictionem Ecclesiasticam, quam regulariter jura permittunt. In qua dicitur, quòd una opinio est, quòd omnes superiores, etiamsi non sint Principes supremi, sed qui alios superiores recognoscunt, quorum consensus requiritur ad prorogationem, posse id prohibere statuto generali, sive præcepto particulari, tenent Boerius *decis.* 114. *num.* 2. Vrsil. ad Afflictis *decis.* 155. *num.* 4. *& ad decis.* 265. *numer.* 39. Cacheran. *decis.* 78. *num.* 12. Franchis *decis.* 417. *num.* 2. Mastril. *de Magistratibus lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 62. & in terminis Vassalli respectu Baronis tenet Cancer *var.* 2. *cap.* 10. *nu.* 25. *& seqq.* & sequitur Reg. Cortiada cum pluribus *par.* 1. *dec.* 11. *n.* 55. Scialoya *de foro comp. cap.* 12. *n.* 124. & 125.

35 Alii verò existimant, prorogationem non posse prohiberi, nisi à Principe Supremo, non recognoscente superiorem, Capicius *decis.* 9. *num.* 2. Barbosa *in l.* 1. *art.* 3. *ex num.* 142. *& art.* 4. *numer.* 44. *cum seqq. de judic.* Capiblanch. *de Baronibus prag.* 8. *par.* 1. *nu.* 120. & 121. Sesse *de inhibit. cap.* 9 §. 3. Gonzalez Tellez *ad lib.* 2. *Decretal. in d. cap. significasti* 18. *de foro comp. n.* 10. *circa medium.*

36 At alii intendunt, non posse eam prohibitionem fieri, etiam à Principe Supremo, ut refert Reg. Sesse *de inhib. cap.* 9. §. 3. *num.* 4. *cum seqq.* quia talis prohibitio redundaret contra libertatem Ecclesiæ, ac per consequens nulla esset, *cap. quæ in Ecclesiarum* 7. cum ibi notatis *de constitutionibus*; & etiam, quia circa religionem juramenti (cujus vigore prorogatur jurisdictio) Princeps Sæcularis nullo modo se intromittere potest, imò illius cognitio Ecclesiastico competit, *cap. venerabilem* 34. *de electione*, *cap. novit* 13. *de judiciis*, *cap. cum contingat* 28. *de jure jurando*.

37 In hac Doctorum controversia concilianda Carleval *de judic. disp.* 2 *nu.* 1106. distinguit duos casus. Primum, cum illi, qui prorogant, non indigent consensu suorum superiorum, quo casu non possunt prohiberi, quominus prorogent, nisi à Supremo Principe, superiorem non recognoscente, qui poterit beneficium legibus concessum auferre, cum expedierit. Secundum, cum illi, qui prorogant, indigent consensu suorum superiorum, ut sunt Clerici, & Vassalli: & itto casu possunt prohiberi, ne prorogent ab illis quorum consensus ad prorogationem requiritur, etiamsi non sint Supremi Principes; quoniam cum istis jura non concedant simpliciter facultatem prorogandi, sed limitatam, & strictam consensui suorum superiorum, fit, ut possit eis ab initio inhibere, ne apud alios Judices conveniant, aut conveniantur, saltem quatenus agitur de præjudicio ipsorummet superiorum. Sequitur Altim. *de nullit. t.* 1. *rub.* 9 *q.* 11. *nu.* 3. & 4.

Ad primam partem distinctionis poterat referri, quod 38
adinveni observatum per Serenissimum Dominum Regem Petrum Tertium in libris Archivi Regii Curiarum anni 1352. ad 53. fol. 140. ubi expeditæ fuerunt litteræ Regiæ, requirendo Officiales Curiæ Ecclesiasticæ, quatenus cessarent ab attrahendo ad suum forum laicos pro rebus, & causis temporalibus, in eis sibi ipsis imponendo silentium, injungendo Advocatis sub pœna mille florennorum auri, ut super his se abstinerent, nec advocando protegerent illam usurpationem Regiæ jurisdictionis, & quod pro his fierent præconia.

Assentiri possem opinioni existimantium, Principem 39
Sæcularem habentem potestatem condendi leges, tantùm posse suis subditis in causis merè profanis prohibere, quod prorogent jurisdictionem Ecclesiasticam. Quæ probatur. Primò ex text. *in l.* 2. §. *si & Judex*, ibi: *Nisi specialiter principali jussione prorogatio fuerit inhibita ff. de judic.*

Secundò ratione, quia facultas prorogandi jurisdictionē non potest tolli nisi per eum, qui legibus ipsis superior est.

Tertiò, quia sicuti Pontifex potest prohibere subditis 40
suis, quòd prorogent hanc, vel illam jurisdictionem, nisi in personam Ecclesiasticam, & Episcopi Diœcesani voluntas accedat, *ex cap. significasti* 18. *de foro comp.* non minus licere debet Principi Sæculari habenti potestatem condendi leges, suis subditis prohibere, ne prorogent jurisdictionem Ecclesiasticam; nam leges temporales, quando conformes sunt juri Pontificio, licitè condi possunt a Principibus Sæcularibus. Pereyra *de manu Regia par.* 2. *cap.* 64. Graf. *de effect. Clerical. effect.* 2. *num.* 97. *& à num.* 444. Salgado *de suppl. ad sanctiss. part.* 2. *cap.* 1. *num* 39. Delbene *de immunit. Eccles. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 6. *sect.* 2. *numer.* 20.

Inde sustinendas esse, docent, leges politicas, quas 41
aliquæ nationes habent, quibus prohibetur prorogatio laici in jurisdictionem Ecclesiasticam, tamquam factas absque ulla fraude Ecclesiæ, & sine ullo odio jurisdictionis Ecclesiasticæ, actum prævium tantummodo præparantes, ut de Castella, Portugalia, Navarra, & Francia attestatur Carleval *de judic. disp.* 2. *num.* 1121. Font. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 3. *glos.* 3 *num.* 13. *vers. Hic nobis*. Cancer *var.* 3. *cap.* 11. *num.* 190. Gonzalez Tellez *ad decretal. in d. cap. significasti* 18. *de foro comp. nu.* 10. Scialoya *de foro comp. cap.* 12. *num.* 30. Escobar *de Pontif. & Reg. jurisd. cap.* 27. *num.* 8. de Regno Valentiæ Vicecancel. Crespi *observ.* 56. *tota*. Et de Regno Sardiniæ Reg. Vico *ad Pragmat. illius Regni tom.* 1. *tit.* 7. *cap.* 4. & *tit.* 14. *cap.* 3. Quesada Pilo *d. sert.* 15. *num.* 50. Et de aliis Regnis, & Provinciis late calamo Reg. Cortiada *decis.* 11. *num.* 55. *par.* 1. ubi id in toto Orbe receptum esse firmat ex Doctoribus quos allegat, & recitat *par.* 3. *decis.* 169. *à num.* 42. citans DD. contrarium tenentes.

Nec obstant rationes contrariæ à DD. adductæ. Non 42
Prima, quia leges illæ non sunt contra immunitatem Ecclesiasticam, nec contra illam jurisdictionem, quia in reos laicos in causis merè profanis nulla Ecclesiasticis Judicibus competit jurisdictio, *cap. novit.* 13. *de judic. cap. venerabilem* 34. *Qui filii sint legitimi*, *cap. solitæ benignitatis* 8. *de majoritate*, *& obedient. extravag. unam Sanctam eodem tit. cap. Duo sunt quippe* 10. *cap. si Imperator* 11. *distinct.* 96. Et solum eis conceditur virtute prorogationis, media privatorum voluntate factæ, quam voluntatem irritare potest lex in materia merè temporali, absque ulla fraude Ecclesiæ, ita respondet Gonzalez Tellez *lib.* 2. *decretal. ad d. cap significasti* 18. *de foro comp. num.* 10.

Non secunda, nam Principes Sæculares, licet non 43
possint tollere juramenta præstita, ad quorum remissionem esset absolutio necessaria, quam solus Episcopus potest; benè tamen possunt tollere juramenta præstanda, *l. Quæ sub condition.* 8. §. *si quis ff. de condition. instit.* Si tamen ex justa causa id fiat, quæ præsumi apparet propter fraudem jurisdictionis Sæcularis ordinariæ, ut ita respondet Sesse *de inhibit. d. cap.* 9. §. 3. *numer.* 8. *& seqq.* Urritigoiti *de comp. quæst* 49. ubi latè de hac re *sub num.* 8. disputant allegati per Reg. Cortiada *d. decis.* 169. *nu.* 45. & 46. citans eos qui hanc tenent sententiam.

Sed cum in hoc Principatu non adsit lex municipalis, 44
nec Constitutio in Curiis Generalibus edita, prohibens hanc facultatem, de jure communi permissam laicis, subiiciendi se jurisdictioni Ecclesiasticæ sine consensu sui superioris Sæcularis per viam prorogationis, poterunt

runt igitur id agere laici, & de illis cognoscere Judex Ecclesiasticus prorogatus, ut lato calamo expendit Reg. Cortiada *d. decis.* 169. *nu.* 43. qui excipit casum *Const. fin. tit. de obligacions, y accions*, ubi prohibetur opponi juramentum in obligatione militaris quoad personam, & quoad casum *Constit.* 1. *de menors de vint y finch anys*, de qua Cancer *var.* 2. *cap.* 1. *à numer.* 4.

45 Quæ omnia confirmantur ex traditis à Sesse *de inhibit. cap.* 9. *dict.* §. 3. *num.* 10. & 11. ubi ex hoc fundamento attestatur denegatam esse juris firmam in Curia Justitiæ Aragonum, quam petebat Procurator Fiscalis contra Episcopum Tutolen. de anno 1601. & aliam antea provisam, fuisse revocatam: sequitur etiam Episcopus Frances de Urritigoyti *de comp. d. q.* 49. *n.* 28. & *seqq.*

46 Cum his quadrat, quod quando Vassallus Baronis contestatur litem in Curia Ecclesiastica, & Baro firmat jus, & de jure coram Vicario Regio pro interesse suæ jurisdictionis, & movetur contentio inter Vicarium Regium, & Officialem Ecclesiasticum, declaratur contentionem non procedere, ex quo Vassalli Baronis prorogarunt jurisdictionem Ecclesiasticam. Ferrer *observant. part.* 3. *cap.* 216. qui refert ita servatum pluries extitisse, & in declaratione ipsa ultra Cancellarium interfuisse Bernardum Vilana, Miralles, Serra, Xammar, Llobregat, Tersà, Guinart, Ros, & ipsum Michaelem Ferrer, qui aliquantulum hæsitabat. Unde recedo à Cancer *var.* 3. *cap.* 10. *num.* 25. *cum seqq.* prout ejus resolutionem (eo omisso) non admittit Episcopus Vrritigoyti *de competent. d. cap.* 49. *num. fin.*

DECISIO CXVI.

ARGUMENTUM.

Jurisdictio Judicis delegati Apostolici in genere an sit prorogabilis, & an Cancellarii, & Regentis Regiam Cancellariam in causis verbalibus majoribus viginti librarum. Et de jurisdictione Inquisitorum in Familiares, & Ministros Sancti Officii, per transennam aliquid attingitur.

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictio delegata omnium prorogationum est capax; minùs de persona ad personam, & ratio traditur numer.* 2.

3 *Valet argumentum de tempore ad personam, quod declaratur.*

4 *Quod jurisdictio delegata non prorogetur de persona ad personam limitatur.*

5 *Quando delegatio est ad universalitatem causarum, admittit tunc omne genus prorogationis, declara numer.* 6.

7 *Jurisdictio limitatè concessa quoad genus personarum, sed non quoad genus causarum est prorogabilis, declaratur n.* 8. *ubi de Syndicatorũ jurisdictione.*

9 *Cancellarii, & Regentis Regiam Cancellariam (qui respectivè habent jurisdictionem cognoscendi in suis verbalibus de causis non excedentibus summam viginti librarum) potest per partem tacentem, in lite tamen comparentem, prorogari jurisdictio, & numer.* 10.

11 *Jurisdictio limitata ad causas certæ quantitatis ex consensu partium potest prorogari ad causas majoris quantitatis: Cum Regio Senatu, num.* 12. *quæ declarantur num.* 13. & 14.

15 *Cancellarii, & Regentis Regiam Cancellariam jurisdictio est ordinaria.*

16 *Jurisdictio ordinaria est limitata ad personas subditorum, & est capax prorogationis.*

17 *Ut prorogatio à lege sit prohibita, in ea specialiter debet præcaveri.*

18 *Jurisdictio, quæ pertinet ad causas unius materiæ, potest prorogari ad causas diversæ materiæ, & numer.* 19.

20 *Incrementum superveniens lite pendente, non excludit jurisdictionem.*

21 *Magistratus, qui cognoscunt de causis, non excedentibus summam viginti librarum, possunt cognoscere de reconventione.*

22 *Qui habet jurisdictionem cognoscendi, ultra certam summam, & non de minori, ejus jurisdictio potest prorogari ad minorem summam.*

23 *Non oppositâ exceptione inevocabilitatis cognoscit Regia Audientia de causis minoribus tercentum librarum.*

24 *Judex delegatus debet servare formam delegationis, aliàs nil operatur, imò uti procedens tanquam privata persona, à Judice ordinario potest comprimi, & puniri.*

25 *Idem si extra territorium jus dicat, & ibi ratio, & num.* 26. & *de eadem re num.* 27. & 28. *ac cum Regio Senatu num.* 29.

30 *Prorogatur jurisdictio Judicis delegati in his quæ proveniunt ex tacito jure, & ex natura ipsius jurisdictionis, usque ad num.* 35. *exempla traduntur.*

36 *Senatus decis. ubi de Clerico publicè habito.*

37 *Licet Clericus, qui non habet requisita S. C. T. non gaudeat privilegio fori, limitatur, si pro Clerico publicè se gerat.*

38 *Laicus, qui non est Officialis Sancti Officii convenire non potest coram Inquisitoribus vigore clausularum renuntiationis proprii fori, & summissionis alterius cujuscumque.*

39 *Regia Audientia cognoscere non potest de persona, bonis, & juribus Ministrorum, & Officialium Sancti Officii: cum Regio Senatu. Qui conveniri debent coram Inquisitoribus, num.* 40. *cum Regio Senatu.*

41 *Nisi expressè foro suo renuntiaverint, & se summiserint foro Judicis Sæcularis, cum Regio Senatu.*

DIXIMUS in decisione antecedenti, quòd jurisdictio ordinaria Ecclesiastica admittit omne genus prorogationis. Et jurisdictio delegata etiam omnium prorogationum est capax, minùs de persona ad personam, (quod tamen in *decis. seq. à nu.* 22. ampliùs limitabitur) *cap. cum olim* 32. *cap. P. & G.* 40. *de offic. judic. deleg. cap. statutum* 11. §. *in nullo de rescrip. in* 6. Duarenus *de jurisdic. c.* 2. Vinius *in eod. tract. cap.* 10. & 11. *de officio judicis delegati*, & alii citati per Gonzalez *nu.* 5. *in cap. de causis* 4. Carleval. *de Judic. disp.* 2. *nu.* 1161. & *seqq.* Altimarus *de nullit. rub.* 9. *q.* 12. *n.* 9. Merlin. *contr.* 71. *n.* 20. *centur.* 2. 1

Ratio est, quia jurisdictio delegata competit alieno nomine, *l.* 1. §. *fin. ff. de eo cui mandata est jurisdictio*, *l. Solet* 16. *ff. de jurisdictione omnium judicum*, & non ultra, quam per delegantem conceditur, *cap. cui* 27. *de præbendis in* 6. & qui committit causam certæ personæ adversus certam personam, vel inter certas personas, earum expressis nominibus, ad eas se restringit, ita ut alias censeatur excludere, annuit Carleval *d. disp.* 2. *nu.* 1162. sequitur Altimarus *de nullit. rub.* 9. *quæst.* 12. *num.* 10. 2

Quin obstet, quòd valet argumentum de tempore ad personas, *l. Plures* 38. *ff. de vulgari*, *l. Nonnumquam* 72. *ff. de judic.* Unde sicuti de tempore ad tempus prorogatur jurisdictio Judicis delegati, ita etiam videbatur dicendum posse prorogari de persona ad personam. Nam respondetur, valere illud argumentum de tempore ad personas, quando contrarium in jure expressum non invenitur, (ut in casu) ubi conceditur de tempore ad tempus, & denegatur prorogatio de persona ad personam, cujus differentiæ ratio in eo consistit; nam faciliùs quid augetur, aut prorogatur, quàm de novo conceditur, *l.* 2. §. 1. *ff. de judic. l. Quod si dubitet* 33. *ff. de acquir. hæred.* Unde ad tempus potest prorogari jurisdictio, quia extenditur; ad personas verò non prorogatur, quia in eas de novo creatur, & præjudicatur Ordinario, à cujus jurisdictione illæ subtrahuntur vigore prorogationis, & tunc verum est, privatorum consensum, illum Judicem facere non posse, qui aliàs Judex non est. Quam diversitatis rationem scribit Gonzalez Tellez *in dict. cap. de causis* 4. *de offic. judic. delegat. num.* 6. *in fine.* 3

Adhuc tamen regula stabilita in non proroganda jurisdictione delegata de persona ad personam, primò principaliter limitatur cum Afflictis *decis.* 227. *numer.* 2. quem sequitur Maranta *in prax.* 6. *par. tit. de laudatione* 5. *Membro judic. nu.* 10. & post eos Carleval. *de judic. d. disp.* 2. *num.* 1163. quando persona in delegatione non comprehensa venit in consequentiam, vel habet connexionem cum lite principali, veluti si delegetur causa 4

ven-

venditionis inter emptorem, & venditorem, poterit prorogari jurisdictio in laudatum pro evictione; ac etiam per delegatum ad causam principalem potest procedi contra fidejussores, ut præter citatos tenet Altimarus *de nullit. d-quæst.12. rubr.9. num. 11. & 21.* Severini ad Sanfel. *decis.368. num.4. vers. Et quod ratione.*

5 Secundò limitatur, quando jurisdictio delegata est ad universitatem causarum; nam tunc admittit omne genus prorogationis. Amatus *var. resol.33. par.1. nu. 17. in fin.* Fermos. *ad cap. significasti 18. quæst 1. num.14. de foro comp.* ea ratione; nam delegatus ad universitatem causarum est instar Ordinarii, & in omnibus exequatur Ordinario, explicat Carleval. *de iudic. dicta disp.2. num.1164.* Altimarus *de nullit. rub.9. quæst. 12. numer.12.* Scialoya *de foro comp. cap.12. numer.39.* Reg. Cortiada *tom.1. decis.8. num.26.*

6 Hoc intelligit Carleval *d. disp.2. num.1165.* quem sequitur Fermos. *d. cap. significasti 18. de foro comp. quæst. 1. numer. 15.* quando delegatio fit ad universitatem causarum, & personarum, etiamsi sit limitata ad unum genus causarum; & sic explicandos esse docent DD. contrarium sentientes, sequuntur Fermos. *in d. cap. significasti 18. quæst.1. num.22. & 23.* Scialoya *de foro comp. cap. 12. numer 39.*

7 Prout etiam jurisdictio limitatè concessa quoad genus personarum; sed non quoad genus causarum est prorogabilis. Carleval *de iud. d. disp.2. nu.1181.* per text. *in l.1. C. de iurisdic. omn. iudic.* Ubi jurisdictio Procuratoris Cæsaris, quæ limitata est ad certas personas, sed non ad causas, potest prorogari, docens etiam quòd aliàs nulla jurisdictio foret prorogabilis; cùm omnis jurisdictio limitata sit ad personas subditorum, *l. ult. ff. de iurisd. om. iud. cap. ut animarum 2. de const. in 6.* & infra traditur.

8 Quam doctrinam latè ampliat Carleval *d. disp. 2. nu. 1182.* ad alias personas diversas ejusdem qualitatis, & limitat nisi jurisdictio esset limitata ad certas singulares personas, vel esset limitata ad causas unius generis personarum, adiectis clausulis abdicativis, & decreti irritantis, vel nisi conjecturis aliter posset colligi ex mente jurisdictionem concedentis, videndus *à numer.1185.* quem sequitur Fermos. *in d. cap. significasti 18. de foro comp. quæst.1. numer.22. & 23.* qui ita intelligit text. *in cap. P. & G. 40. de Offic. delegat.* Scialoya *de foro comp. d. cap. 12. nu.39* qui *numer.40. & 127.* docet, quòd Syndicatorum jurisdictio, quia est delegata ad certas personas, & ad causas syndicatus, ad alias non est prorogabilis, ex Carrabba *in tract. de Syndic. part. 1. numer. 104. & seqq.*

9 Ex his insurgit dubium in hoc Principatu, an Cancellarii, vel Regentis Regiam Cancellariam, (qui habent jurisdictionem respectivè cognoscendi in suis verbal bus de causis non excedentibus summam viginti librarum,) possit per partem tacentem, in lite tamen comparentem, prorogari jurisdictio, ut inde definire causas verbales majoris quantitatis valeant.

10 Pro negativa resolutione facit: nam Magistratus illi superiores, qui respectivè in suis domibus tenent audientiam ab hora prima ad tertiam post meridiem, & causas verbales audiunt, & decidunt, juxta Constitutiones collocatas *in tit. de judic. verb. Domini Reg. & Constit. fin. tit. de officio Cancellarii*, non possunt indiscriminatim de quibuscumque causis verbalibus cujuscumque quantitatis, & valoris cognoscere; sed de illis, quæ non excedunt quantitatem viginti librarum, ut disponitur *in Constit. confirmant 5. d. tit. de judic. verb. Dom. Reg.* per illa verba: *No puguen conexer de causas verbals excedents la suma de vint lliuras*; id est: *Non possint cognoscere de causis verbalibus excedentibus summam viginti librarum*, nisi in die Veneris, & si feriata fuerit die sequenti, si sint illis commissæ per Dominum Regem, vel Locumtenentem Generalem. *Constit. 1. d. tit. de jud. verb. Dom. Regis.* Reg Cortiada *tom.1. decis.10. num. 48.*

11 At contrarium obtineri debet: nam jurisdictio limitata ad causas certæ quantitatis ex consensu partium potest prorogari ad causas majoris quantitatis, *l. de quæ 74. §. Judex ff. de jud. l. Inter convenientes 28. ff. ad municipalem. Et de incolis*, probat, pluribus citatis, contrariis satisfaciendo Carleval *de jud. d. disp. 2. num. 1171 & seqq.* ea ratione, quia quantitas major, aut minor non facit causas specie diversas; sed accidentalem solùm diversitatem inducit, & quæ differunt secundùm majus, aut minus, genere non differunt, *l. ult. ff. de fund. instructo*, probant Fermos. *in c. significasti 18. de foro comp. q.2.* Altimarus *de nullit. rub 9. q.12. num.16.*

Sic dicitur fuisse declaratum in causa Raphaelis Benetas Regii scribæ mandati contra Collegium scribarum mandati, Actuario Maynes, ubi opposita coram Reverendo Cancellario in decreto executionis de sententiæ nullitate, per eos qui comparuerunt simplicter in causa, & condemnati fuerunt, repulsa illa fuit, provisione per eum facta 11. Maii 1611. quæ fuit confirmata, ref. Egregio Senatore Hieronymo Senjust Regiæ Audientiæ Doctore in causa supplicationis die 25. Maii ejusdem anni, prout tradit Fontan. *de pactis 1. claus. 4. glos. 15. ex num.79. & tom.2. decis.375. & 376.* 12

At verius conclusio citata fuit inter partes Raphaelis Benetas habentis exercitium scribæ mandati ex una, & Michaelem Joannem Amat, & Nob. Garciam de Macip, Regios mandati scribas ex alia parte, die 22. Augusti 1611. ref. Mag. Joseph Ferrer Regiæ Audientiæ D. in causa supplicationis contrarii imperii, & in forma interpositæ à Regia provisione, facto verbo, facta per Magnificum Regentem Cancellariam die 16. Junii ejusdem anni, & fuerunt supplicantes in expensis condemnati: constat ex libris conclusionum illius anni fol. 228. 13

Et licet his non acquiescat Fontanella citatus, qui fundatur in eo quod *Constit. 5. tit. de Judic. verb. Dom. Reg.* est concepta per verba negativa futuri temporis, quorum natura est reddere actum contrarium de jure impossibilem, & importare solemnitatem, & formam substantialem. Et tandem declarationes Senatus citatas intelligi oportere in terminis quibus loquuntur, videlicet, in casu quo scriba mandati fuerat conventus in judicio verbali, & in eo condemnatus, & quòd speciale habent Regii scribæ mandati, qui nequeunt in judicio vocari, nisi coram Cancellario, aut Regente Regiam Cancellariam, tamquam illorum districtuales, juxta ordinationes Regias, quas litteraliter tradunt Mieres, & Ferrer, ac ex Oliba probat Font. *d. dec. 376. nu.3. & 4.* 14

Cæterum ejus objectionibus, ultra praxim contra eas admissam, & in senatu canonizatam, quam quotidie experimur, respondetur, quòd horum præeminentium Magistratuum jurisdictio est ordinaria, quia sunt à Lege creati, Cancer *var.3 cap.12. ex num.3.* Mastril. *de Magistrat. lib.6. cap.1. numer.30.* idem Fontan. *de pactis 1. claus.4. glos.13. par.3. num.2. & 23 & tom.3. dict. decis. 375. num.5* in qua de quantitate ad quantitatem admittitur prorogatio, ut supra probatur. 15

Et licet in dicta *Constit. 5. tit. de jud. verb. Domini Reg.* temperata sit illorum jurisdictio; attamen Constitutio non tollit, ut virtute prorogationis non possint cognoscere de causis, etiamsi sint majoris quantitatis; nam jurisdictio ordinaria etiam limitata est ad personas subditorum, juxta text. *in d. l. fin ff. de jurisdic. omn. jud. d. cap. ut animarum 2. de const. in 6. argum. text. in l. Si per errorem 15. d. tit. de jurisd. omn. jud. l.2. §. denique cum placuisset ff. de orig. jur.* & tamen non ex quo est limitata, fit incapax prorogationis, etiam quoad alias personas, ut ita argumentatur Fermos *in cap. significasti 18. de foro comp. q.1. nu 21.* & probat Carleval *de jud. d. disp.2 nu. 1181.* ex text. *in l.1. C. de jurisdict. omn. iudic.* & supra habetur. 16

Si enim Constitutio vellet prorogationem admere, specialiter illam denegaret, & expressè inhiberet litigantes prorogare, prout requiritur, ut prorogatio dicatur prohibita, punctim satisfaciendo Barbosæ *in l.1. art.1. num.122. ff. de iudiciis*, Fermos. *in cap. significasti 18. quæst 2. de foro comp. nu.4.* ex Carleval. *de iud. disp. 2. num.1173. & antea num.1100. & num.1180. & 1184.* asserens, quòd diversum quid est, jurisdictionem à superiore non tribui, & prorogationem inhiberi, quæ mixtim ex litigatorum voluntate & assistentia juris provenit. 17

Unde sequitur, quòd licèt Cancellarius, & Regens Regiam Cancellariam habeant limitatam jurisdictionem ad causas verbales non excedentes summam viginti librarum, ex natura jurisdictionis suæ, juxta dictam Constit. 5. in quibus terminis est intelligenda; verùm non inde infertur non posse etiam ex vi prorogationis tacitè, vel expressè de causis majoris summæ cognoscere, quia, ut dixi, major, & minor summæ non diversificantur specie, & ita hanc opinionem approbant Ripoll *ad prax. rub. 31. num.5. & 6.* Regens Cortiada *decis.10. num.49. iunct. num.64.* Font. *de pact. claus.4. glos.15. num.79. & 80.* cum Reg. Senatu. 18

Quod

19 Quod etiam comprobare valeo; nam jurisdictio, quæ pertinet ad causas unius materiæ, potest prorogari ad causas diversæ materiæ; quia diversæ materiæ causarum non faciunt causas specie diversas, neque inducunt inter jurisdictiones diversitatem specificam, sed materialem, prout fundat, & exemplificat Carleval *de judiciis dict. disp. 2. nu. 1190. & seqq.* & post eum Fermos. *in d. c. significasti 18. quæst. 9. n. 17.*

20 Rursus amplectimur, quòd ex vi, & natura jurisdictionis Ordinariæ sine consensu partium, & earum prorogatione, cognoscere possunt in verbalibus quæ domi tenent Cancellarius, & Regens Cancellariam, de causis majoribus viginti librarum, quando lite pendente, valor litis accrescit; nam incrementum superveniens, lite pendente, non excludit jurisdictionem, Riccius *in prax. fori Eccles. par. 2. resol. 14. nu. 223. cum duobus seqq.* & cum aliis Scialoya *de foro comp. cap. 7. n. 110 & cap. 12. n. 45.* ubi *n. 111.* docet etiam, quòd creditor majoris summæ, de qua Judex non valet cognoscere, potest petere minorem summam, ad finem, ut possit debitorem suum coram eo Judice convenire.

21 Etiam hi Magistratus, qui cognoscunt de causis non excedentibus summam viginti librarum, possunt cognoscere de reconventione, quamvis per eam efficiatur causa majoris summæ, ex regula *l. Si idem cum eodem 11. §. sed & si mutuæ ff. de jurisd. omn. jud.* ubi DD. Ferret *par. 1. cap. 4 & par. 3. observant. R. A. cap. 287.* Peguera *in prax. rub. 21. n. 3.* Scialoya *de foro comp. cap. 12. n. 48.*

22 Rursus, ut dixi, si quis habeat jurisdictionem cognoscendi ultra certam summam, & non de minori, ejus jurisdictio potest prorogari ex consensu partium ad minorem summam, Carleval *de judiciis disp. 2. quæst. 8. sect. 4. num. 1171. cum tribus seqq.* Scialoya *de foro comp. d. cap. 12. num. 44.*

23 Et sic licet juxta *Const. considerant. 14. tit. de evocat. de causas*, quæ fuit confirmata per *Const. 1. cur anni 1599.* non possint regulariter evocari causæ ad Regiam Audientiam minores tercentum librarum, Peguera *in prax. Civili rub 4. num. 3* Cancer *var. 3. cap. 1. num. 45.* Atverò si citatus intra octo dies post intimatam petitionem, exceptionem inevocabilitatis, juxta dispolita *in Const. 1. & Const. statuim 3. tit. de excep.* non opposuerit, poterit Regia Audientia de causa minori tercentum librarum cognoscere. Ripoll ad Peg. *in prax. rub. 9. num. 53.* prout quotidie experimur.

24 Circa prorogationem Judicis delegati quadrare videtur admissum inter DD. communi calculo, quòd Judex delegatus debet servare formam delegationis; aliàs nulliter operatur, *cap. cum delicta 22. de rescrip.* ibi: *Propter quod processum ipsorum contra nostri formam rescripti, ac juris ordinem attentatum, irritum decernimus, & inanem. cap. P. & G. per litteras 40. de officio delegati.* Pignatel. *tom. 2. consul. 26. num. 30.* Barbosa *in vot. dec. lib. 2. vot. 53. numer. 14.* Michael de Urrutigoiti *var. cap. 28. num 8.* Rota *recent. decis. 199. num. 14. par. 16.* D. Christophorus Crespi *tom. 2. obser. 60. num. 84.* ibi: *Cum enim jurisdictio hic concessa non sit universalis, sed ad certos casus limitata dumtaxat, quotles excedunt viginti suæ jurisdictionis metas, jam ut singulares, privatique procedunt, & non tantum à Rege, sed à Judice ordinario comprimi possunt, & puniri*: ut etiam nos supra diximus *dec. 110. à n. 18.* & infra dicemus.

25 Idem enim est, ac si extra territorium jus dicere vellet, ut ait Paulus *in leg. extra territorium 20. de jurisd.* ibi: *Idem est, & si supra jurisdictionem suam velit jus dicere.* Tunc enim tamquam privatus procedit, latè Salgado *de Reg. protect. 4. par. cap. 3 à n. 56.* Crespi cit. *d. obs. 60. n. 85.* ibi: *Aliter enim quælibet jurisdictio, quantumcumque restricta, generalis fieri posset, & qualibet ordinaria superior, si intra proprios cancellos claudi non posset, & ad propriam dumtaxat sphæram cohibere nequiret.*

26 Rosa *de execut. litter. Apost. licar. par. 2. cap. 3. num. 4.* ibi: *Cujus resolutionis optima, & clara est ratio, quia Judex delegatus non habet aliam jurisdictionem quam illam, quæ continetur in litteris suæ commissionis, secundum cujus formam, ordinem, & tenorem, & continentiam debet procedere; nam ut dixit Uldradus de præscrip. cit. loco num. 2. in litteris justitiæ inest substantia, & forma, nec in aliquo potest excedere limites sibi traditæ jurisdictionis, citra vitium nullitatis, prout scribit Paulus in l. Diligenter ff. mandati, & Innocentius 3. in cap. cum dilecto de rescriptis*, Gail. *obsev. lib. 1. obsev. 35. nu. 2. & 3. Paxjordan. tom. 5. lib. 13. tit. 6. num. 48.* Gonzalez *in cap. quia quæsitum de offic. deleg. n. 13.* Rota *par. 8. recent. decis. 197. & par. 10. decis. 250. n. 9. & par. 14. decis. 399. nu. 7.* Pigna. *tom. 2. consul. 26. n. 36.* Sabelli *in summa §. delegatus num. 8.* Altograd. *cons. 2. num. 1. lib. 1.* Cardin. de Luca *in miscel. Eccles. dis. 16. num. 3. & sub tit. de matrim. dis. 3. & sub tit. de iud. dis. 3.*

Et punctim tradit Christinæus *in decis. Curiæ Belgicæ* 27
vol. 2. lib. 3. tit. 4. decis. 41. num. 14. & seqq. ibi: *Delegati enim Judicis potestas ex commissione restringitur, vel ampliatur, teste Menoch. cons. 263. num. 15. Borgnin. Cavalc. decis. 31. par. 2. num. 50. Quare delegatus nec in modo commissionem excedere potest, teste Rauden. resp. 39. num. 2. vol. 2. Nec forma juxta Boer. aliosque allegatos ab Æmil Verallo Roma. decis. 143. num. 4. Nec circa personas, vel res, vel tempus, vel causas, vel qualitates, vel quantitates, aliquin enim non censetur commissio validè, legitimeque peracta, uti tradit. D. Gayl. lib. 1. obser. 35. & Ruland. tract. de commiss. par. 2. lib. 3. cap. 2. num. 14. & seqq. qui singula noviter recenset, & seq. cap. 3. per tot. nonnullas declarationes deduxit.* Sabelli *in d. §. delegatus num. 8.*

Ratio supradictorum est, quia jurisdictio, quæ per 28
rescripta iustitiæ committitur, aut delegatur, est odiosa, & restricta, *cap. causam 16. cap. prudentiam 23 cum tribus seqq. de offic. delegat. cap. ad aures 8. cap. Ab hæc 10. c. Pastoralis 14. cap. sedes 15. de rescrip.* & non protrahitur ultra expressa, *cap. significavit 36. eod. tit. de rescrip.* Tellez, & Repetentes *in d. cap. 36. de rescrip.* comprobant Novarius *quæst. forens. quæst. 46. tom. 1.* Severini ad Sanfelic. *dec. 368. num. 4. verb. delegationem.*

Sic Senatus 9. Januarii 1537 fol. 5. concluf. civil. illius 29
anni in facto firmæ iuris factæ per Joannem Arbòs, à procedimentis factis per Antonium Pintor, Canonicum Sedis Barchinonæ Judicem Commissarium Apostolicum instante Angela Solera, audito dicto Commissario Apostolico, qui informaverat banchum Regium, declaravit, firmæ iuris in Regia Audientia factæ locum esse, & quòd revocarentur procedimenta per dictum Judicem Commissarium Apostolicum facta contra laicum de re profana, & contra formam commissionis Apostolicæ.

Cæterum licet delegatus non possit excedere fines de- 30
legationis cum delegatio sit odiosa, ideoque restringenda; attamen non inde sequitur ab eis indistincté iurisdictionis prorogationem fuisse ademptam, nam admittitur illa quæ provenit ex tacito iure, & ex natura ipsius iurisdictionis delegatæ, ut respondit rationibus dubitandi huc usque ponderatis Gonzalez Tellez *in decr. ad c. de causis 4. de officio, & potestate Judicis delegati n. 6. circa medium.*

Propterea comprehendit delegatio accessoria, & de- 31
pendentia, Marcus *dec. 76. n. 4. par. 1.* Palma *cons. 88. nu. 14.* Severini ad Sanfelic. *dec. 368. n. 4.* qui illud extendunt ad ea quæ accessoriè veniunt ad accessoria, & illud intelligit Altimarus *de nullit. rub. 9. quæst. 12. n. 23.* ex Latro *dec. 187.* quando scilicet accessorium est inseparabile; secùs si separabile, ubi id explicat.

Cognoscit Judex delegatus de augmento quod super- 32
venit post litem contestatam in re contenta in delegatione, etiamsi ipsi non sit facta prorogatio per partes, (dixi *sup. n. 20.*) *l. Ædiles 25. §. Item sciendum, ff. de ædilitio edicto* (de quo textu Mesa *var. lib. 3. cap. 15. num. 17.* Donell. *lib. 26. commen. cap. 4. vers. Tacitè.*) Scialoya *de foro comp. cap. 12. num. 89.* Altimarus *dict. rub. 9. quæst. 12. num. 18.* qui ideo *in numeris seqq.* infert, quod delegatus potest cognoscere de alio facto incidenter eveniente in causa principali ipsi delegata, etiam non facta prorogatione, & quod cognoscere potest de expensis, & fructibus perceptis, à re contenta in delegatione, licet de ipsis in ea nulla sit facta mentio, & quòd potest dare curatorem ad litem: & alia ad materiam prosequitur, & comprobat Scialoya *de foro comp. cap. 12. num. 90. & 91.*

Non dissimili ratione potest reconveniri actor coram 33
Judice delegato de alia re non expressa in delegatione, Maranta *in spec. par. 4. dist. 6. num. 13. & 29.* Caravita *in ritu 65. num. 15* his citatis Altimarus *de nullit. d. rub. 9. quæst. 12. numer. 21.* declarat Regius Senator Trissany *in Corona Benedict. cap. 2. quæst. 6. nu. 234. cum seqq.* & tunc per reconventionem prorogatur iurisdictio. Carleval *de iudiciis lib. 1. disp. 2. num. 976. vers. Tertium exemplum.* Fermos. *in cap. significasti 18. quæst. 3. num. 2. in fin. de foro comp.* Scialoya *de foro comp. cap. 12. num. 15.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& *nu.*92.his, & aliis citatis Regens Cortiada *dec.* 169.*n.* 9.*par.*3 Cancer *var.*2.*c.*13.*n.*49. Ripoll *ad prax. Peg.rub.* 9.*n.*18.*ex cap.ex litteris* 3.*de mutuis petit.* Gonzalez Tellez ibidem, ubi adducit concordantes.

34 Et delegatum ad recipiendum examen testium, posse recipere articulos, tradunt Amicis *cons.*94. Severini ad Sanfelic.*decis.*368.*nu.*4.*vers.Et quod ratione*, ubi etiam scribunt, quòd quando delegatur unus articulus, videntur commissa omnia, quæ principaliter, & accessoriè pertinent ad dictum articulum cum suis qualitatibus; quin obstet, quòd delegatus non debet excedere fines mandati; quia uno concesso, censentur concessa omnia, sine quibus illud expleri non potest, *l.* 2.*ff. de iurisdict. omn.iud.c. præterea* 5.*de offic.deleg.*

35 Ac ultimò, licèt delegatio strictè sit intelligenda respectu virtutis extensivæ, respectu tamen comprehensivæ, quatenus verborum significatio patitur, latè debet interpretari, ut pluribus citatis tradunt Severini *ad dictam decis.*368.*n.*4 ubi asserunt, quòd delegatio generalis veluti ad prætensiones vertentes inter N.& N. extenditur ad omnia, veluti indefinita, & sic omnes prætensiones comprehendit. Palma *consil.*88.*num.* 2.*& in vers. Quando verba*: & addunt, quòd per verba universalia *omnis*, seu *omnia*, comprehenditur generalitas delegationis, circa cognoscendum de omnibus causis.

36 Unde per Regium Senatum die 1. Februarii 1535. fol. 16. in facto firmæ juris factæ pro parte Nobilis Bernardi de Pinòs, communiter habiti pro Clerico, audita informatione Judicis Commissarii Apostolici in Regia Audientia, refer. Delmau, fuit declaratum non debere perturbari Commissarium Apostolicum in sua commissione, nec teneri ad revocanda procedimenta attenta latitudine verborum commissionis.

37 Obiter obsèrvo, quod licèt hæc fuerunt obtenta ante S.C. Trid. adhuc tamen post Concil. Trid. (de quo videndus Reg. Cortiada *par.* 3.*dec.* 132.) inquit Fagnanus *in cap.Odoardus de solutionibus nu.*24.*& seqq* quod clericus, non habens requisita Concilii, licet non gaudeat privilegio fori, & possit à Judice laico personaliter distringi, & puniri; si tamen pro Clerico publicè se gerat, non prohibetur Episcopus in eum animadvertere, & est locus præventioni; secùs verò si dimisso habitu Clericali gerat se publicè pro laico, quia tunc Episcopus non alia jurisdictione in eum uti potest, nisi qua utitur in mere laicos: citans ad id declarationem Sacræ Congregationis Concilii.

38 Tandem non absre dicimus, quòd laicus, qui non est Officialis, nec Familiaris Sanctæ Inquisitionis, non potest conveniri in Cathalonia coram Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, vigore clausularum renuntiationis proprii fori, & summissionis alterius cujuscumque, ut habetur in concordia anni 1512. de qua *in Pragmatica* 1. *cap.*24.*de la Santa Inquisició*, & in concordia Cardinalis Spinosa anni 1568.*cap.*30 Cancer *var.* 2.*cap.*2.*num.*218. *vers.Illud hic obiter*, Regens Cortiada *par.*3.*decis.* 168. *num.*20. qui seipsum allegat *decis.* 30.*par.* 1.*num.* 133. & observant de nostro jure municipali Cuenca de Comanda *claus.*37.*num.*193 *vers.Hanc quæstionem*, Altimarus *de nullit.rub.*9.*quæst.*12.*nu.*34.

39 Et licet indubitatum adinvenerim, quod de Ministris, & Officialibus Sancti Officii Regia Audientia cognoscere non possit: nam die 21. Novembris 1605. in lib. concluf. civil. illius anni fol. 109. in facto litterarum præsentatarum pro parte Reverendi Inquisitoris hæreticæ pravitatis, lectis dictis litteris in Regia Audientia Locumtenentis ad relationem Joannis Lonch R.C. fuit conclusum, quòd de persona, bonis, & juribus Joannis Roig de Calsena Ministri, & Officialis Sacri Officii Sanctæ Inquisitionis, nec de rebus, & juribus ejus, interesse quovis modo tangentibus, via aliqua directè, nec indirectè Regia Audientia, aut illius Officiales, nullatenus se intromittant, aut intromittere faciant, jubeant, sive mandent, & quidquid contra illum, & ejus bona, & jura processum est, totum id revocetur, & annulletur, & seu cancellari mandetur, & in pristinum reducatur statum, processumque, & processus coram Illustrissimo Domino Locumtenente, & in Regia Audientia, instante Joanne Pasqual, & aliis contra Roig de Calsena, quovis modo actitati, & partes remittantur dicto Inquisitori.

40 Prout etiam idem dictum fuit in Familiaribus Sancti Officii, qui coram Inquisitoribus, aut suis Commissariis conveniri debeant. In facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Decani Montis Albi Archiepiscopatus Tarraconæ ex una, & Curiam Sæcularem Bajuliæ ejusdem Villæ ex alia, occasione firmæ juris factæ, ad instantiam Angelæ Boffarull viduæ Francisci Boffarull, per Cancellarium Erill 2. Octobris 1632. per illa verba: *In facto contentionis turisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Reverendi Decani Montis Albi Tarracon. Diœcef. ex una, & Curiam Sæcularem Locumten. Baiuli Regii Villæ Montis Albi ex alia parte, occasione firmæ turis in dicta Curia Ecclesiastica factæ per Franciscum Grinyo Presbyterum, & Beneficiatum in Ecclesia Parochiali eiusdem Villæ, procedimentis contra eum in dicta Curia Sæculari factis, ad instantiam Angelæ Boffarull viduæ Francisci Boffarull quondam Mercatoris sæpè dictæ Villæ. in & cum quibus contra eum per dictam Angelam Boffarull fuit petita expensarum executio, ex quo dictus Grinyo, ut Actor convenit Franciscum Boffarull quondam familiarem Sancti Officii Inquisitionis coram Commissario eiusdem Sancti Officii in districtu dictæ Villæ Montis Albi, petendo, dictum reum condemnari ad sibi dandum, & solvendum quadraginta duos solidos unum denarium, & dimidium, causis, & rationibus in petitione contentis, & non obstante, quòd coram dicto Commissario erat contra dictum reum iudicium inceptum, & ibi vertebatur lis; nihilominus aliam contra dictam Angelam Boffarull per mortem dicti viri sui super eadem re introduxit litem in Curia dicti Baiuli Regii Villæ Montis Albi per quem fuerunt partes, & causæ remissæ ad dictum Commissarum, coram quo prius contra dictum defunctum fuerat iudicium inceptum cum condemnatione expensarum dicti Francisci Grinyo Actoris, provisione facta die 7. Julii proxime lapsi, visis litteris in forma contentionis, & cum arbitrorum ab utraque Curia respectivè emanatis, cum earum debitis præsentationibus; visa supplicatione pro parte dictæ Angelæ Boffarull die 15. Septembris proximè lapsi, oblata una cum processu, & procedimentis in ea exhibitis; visa alia supplicatione pro parte dicti Francisci Grinyo Presbyteri die 25. dictorum mensis, & anni, una cum exhibitis oblata: visa prorogatione termini ad declarandum præsentem contentionis causam facta, usque ad diem tertiam mensis Novembris proximè venturi: viso toto processu, visis denique videndis, attentisque attendendis, sententiat, pronuntiat, & declarat, firmæ iuris per dictum Franciscum Grinyo in dicta Curia Ecclesiastica facta, locum non fuisse, nec esse. Hoc proviso, & intellecto, quod executio si quæ facienda est in bonis dicti Grinyo, si fuerit in bonis mobilibus, fiat per Curiam Ecclesiasticam ad requisitionem Curiæ Sæcularis, in immobilibus verò per Curiam Sæcularem cum assistentia Curiæ Ecclesiasticæ.*

Attamen si Familiares, & Officiales Sanctæ Inquisitionis expressè foro suo renuntiaverint, & se submiserint foro Judicis Sæcularis, quòd eo casu non gaudeant privilegio fori, sed conveniri possint coram Judice ordinario, tenet cum concordia anni 1568. Cardinalis Spinosa, & pluribus allegatis Regens Cortiada *part.* 2.*decis.* 30.*num.* 129. & post eum Regius Senator Amigant *in additionibus ad praxim Peguera rub.* 9. *num.* 12. qui attestatur, ita provisum extitisse in Regia Audientia, ref. Magnifico Josepho Aleny 12. Maii 1671. in causa inter Gerardum Pellicer, Agricolam, & Protectores Aniversariorum Presbyteralium Sedis Gerundæ, Actuario Cortell. 41

Sanctus Franciscus Salesius (ipse mihi sua cælestia documenta suffragetur) Genevensis Hierarcha concordia res peragebat, ut scribens de ejus vita observat Gerar. *l.* 3.*c.*9.& notat Episcopus Speret. *in tract. de Episcopo par.* 3.*c.*30.§.3.& doceor ex Abrahamo *Genes. c.*13.*vers.*8. in illis verbis: *Ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos; fratres enim sumus.*

DECISIO CXVII.

ARGUMENTUM.

Laicus in re merè profana prorogare non potest tacitè, nec expressè Judicis delegati Apostolici jurisdictionem.

SUM-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

SUMMARIUM.

1 *Quælibet potestas Sæcularis, & Ecclesiastica suos habet Judices ordinarios, & delegatos.*
2 *Nullus extrahi potest à suo Judice ordinario, & locali.*
3 *Laicus coram suo Judice Sæculari in re merè profana conveniendus venit, & Ecclesiasticus in eum incompetens est, & n. 4. cum Regiis declarationibus, n. 5. usque ad n. 7.*
8 *Solum qui jurisdictionem habet, illam delegare potest.*
9 *Judex delegatus virtute delegationis non habet jurisdictionem in laicos in rebus merè profanis: cum declarationibus, usque ad n. 17.*
18 *In delegatum Apostolicum nulla est translata jurisdictio respectu laici pro re merè profana.*
19 *Ubi nulla prorsus est jurisdictio, à partibus tribui non potest.*
20 *Privati jurisdictio, quæ nulla est, prorogari non potest.*
21 *Jurisdictio delegati prorogari non potest de persona in personam diversi fori.*
22 *Jurisdictio unius speciei non prorogatur ad diversam speciem, ubi exempla.*
23 *Jurisdictio limitata ad causas certæ qualitatis, non prorogatur ad causas diversæ qualitatis, ubi quid in Judicibus causæ mercantilis: cum Regio Senatu.*
24 *Per laicum in re merè profana non prorogatur jurisdictio delegati, ubi ampliatur.*

1 POSTQUAM quædam juris præludia circa prorogationem jurisdictionis Judicis delegati in genere scripsimus in antecedenti decisione, supereſt nunc specificè agere de quæstione; an per laicum in re merè profana illius jurisdictio valeat prorogari: circa quam hæc præscribo. Quælibet potestas suos proprios Judices tenet: sic Pontificia ordinarios, & delegatos Judices habet, qui subsunt ejus supremæ jurisdictioni: & pariter Princeps Sæcularis habet ordinarios, & delegatos, sub suo Imperio Sæculari, nec debet alter in alterius segetem falcem mittere. Tellez *ad comment. cap. ex tenore 11. de foro comp. num.* 6. Nam omnipotens Deus, ut humanæ fragilitati consuleret, Sacerdotium, & Imperium in Orbe constituit, *cap. duo sunt 10. distinct. 96. authen. quomodo oporteat Episcop. in præfatione*, sic annuens Imperator ibi: *Maxima quidem in omnibus sunt dona Dei à superna collata clementia, Sacerdotium, & Imperium; illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis præsidens, ac diligentiam exhibens. Exuno eodemque principio utraque procedentia humanam exornant vitam*, recitat Thoro *par. 1. ver. dec. 21. n. 5.*

2 Hinc dici valet, quòd nullus extrahi potest à Judice suo ordinario, & locali. *Can. Pulsatus 3. cauſ. 3. quæst. 6. Can. extra Provinciam 1. cauſ. 3. quæst. 6.* ubi Glosa, *Can. Experientiæ 15. cauſ. 11. quæst. 1. l. Jurisdictionem 2. Cod. de jurisdict. omn. jud. l. Quia 3. ff. alienat. jud. mut. cauſ.* Cuenca *de commanda clauſ. 36. n. 1.*

3 Et hinc asseritur, quòd laicus in re merè profana, coram suo Judice Sæculari ordinario conveniendus venit, nec in eum Ecclesiasticus ullam habet jurisdictionem, Farinac. *in prax. quæst. 8. n. 125.* Fermos. *in c. licet ex fuscepto 10 quæst. 1. n. 6. & 25.* Delbene *de immun. Eccl. t. 1. cap. 7. dub. 1. sect. 1. à n. 3.* Staiban. *resol. 37. n. 15.* Fab *in Cod. lib. 7. tit. 28. def. 1. n. 2.* Quesada Pilo *differ. 15 n. 45.*

4 Et dicitur omnino incompetens, Fontan. *de pactis clauſ. 4. glos. 13. par. 2. n. 13.* Seisse *in lit. ad Reg. n. 4.* Quesada Pilo *d. differ. 15. n. 45.* adeò, ut si Judex Ecclesiasticus de laico in causa merè profana cognoscat, Regiam jurisdictionem temporalem usurpat. Salgado *de Regia protect. par. 1. cap. 1. n. 3.* & mota contentione jurisdictionis inter Curias Ecclesiasticam, & Sæcularem per firmam juris laici in re merè profana, declaratur contentio in favorem Curiæ Sæcularis, ut probat, & variis exemplaribus exornat Reg. Cortiada *dec. 177. n. 1.*

Sic per Serenissimum Dom. Regem Jacobum fuit rescriptum Curiæ Ecclesiasticæ Barchinonæ per litteras dat. Valent. 14. Kalend. Aprilis 1324. in lib. de numer. 197. recondito in Regio Archivo, ne laici subditi jurisdictioni Regiæ, gravarentur: & in eodem libro similes reperiuntur litteræ dat. Valent. 3. Non. Aprilis 1349. directa Episcopo Vicen.

Sic per Serenis. Reg. Petrum Tertium fuit rescriptum 5
Officialibus Curiæ Ecclesiasticæ, quatenus cessarent à trahendis ad suum forum laicos, pro rebus, & causis profanis, injungendo sub pœna advocatis, ne id advocando protegerent: ut constat ex Curiis anni 1352. ad 53. fol. 140. ut alibi diximus.

Et signanter, ex quo procedebat Curia Ecclesiastica Gerundæ contra laicos in casibus suæ jurisdictioni non spectantibus, fuit pariter rescriptum per dictum Serenissimum Dominum Regem Petrum Tertium, ut ea procedimenta revocaret, & non attentaret; cum litteris dat. 12. Junii 1362. fol. 195. cur. an. 1360. ad annum 62.

Et 28. Junii 1368. in litteris dat. Barchinonæ directis Episcopo Vicen. in cur. ab anno 1367. ad 68. fol. 135. fuit id ipsum rescriptum.

Idem 15. Januarii 1381. in litteris directis Curiæ Ecclesiasticæ Gerundæ dat. Barchinonæ quæ habentur in Regio Archivo in lib. de n. 182. in arca secunda.

Adde, idem ob procedimenta facta per Decanum Villæ Aqualatæ, compellendo laicos, ut solverent debita civilia, cui fuit injunctum, ut revocaret illa procedimenta: per Dominam Reginam Mariam die 4. Julii 1453. Est in ejus locumtenentia ab anno 1452. ad 54. fol. 100. 6

Sic etiam in ead. Locumten. in litteris 1. & 22. Octobris 1453. fol. 138. & 145. directis Curiæ Ecclesiasticæ Gerunden.

Et fuit tentum in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Dertus. ex una, & Sæcularem Vicarii Regii Montis Albi ex altera partibus, procedimentis contra Silverium N. in dicta Curia Ecclesiastica, ad instantiam Procuratoris, & Syndici Clerici Stationis Civit. & Diœces. Dertusen. factis per Alegre Tertium, consult. Aleny. & Trillany 28. Maii 1665.

Pariter die 22. Novembris 1667. super repetitione servi 7
seu mancipii ejus qui prætendebat esse clericum, & id non probaverat: per Cancel. Pons, consult. Trillany, Didaco Ferret, & Josepho Ferrer, Regiis Senatoribus.

Consequens ergo est, ut Judex delegatus à potestate 8
Ordinaria Ecclesiastica delegante non habeat jurisdictionem in laicum in re merè profana ex defectu jurisdictionis delegantis; quia solum, qui jurisdictionem habet, illam demandare potest, *l. More 5. ff. de jurisd. omnium judicum c. fin. de offic. delegati*, repræsentat etenim delegatus personam delegantis, Rosa *de exec. par. 2. c. 1. n. 5. & 6.* Gonzalez Tellez *in decretal. in c. sanè 11. de offic. delegati n. 7.* Unde sic deleganti competere debet jurisdictio actu, & potentia tempore delegationis, ut hujus virtute jurisdictionem exercere possit, nam nemo potest transferre id, quod penes se efficaciter non est. Vant. *de nullit. ex dif. jurisd. de leg. n. 29. & seqq.* Sabelli *in summa §. delegatus num. 15.*

Et punctim in Judice delegato Apostolico, ut virtute 9
delegationis non habeat jurisdictionem in laicos in rebus merè profanis, extitit dictum die 12. Kal. Februarii 1323. ubi fuit litteratoriè rescriptum pro debitis sæcularibus Judici delegato, quatenus revocaret procedimenta, & à cætero se abstineret. Est de tempore D. Regis Jacobi, ac constat in Archivo Regio in lib. n. 197. in arca secunda.

Et super procedimentis factis per Commissarios Apo- 10
stolicos contra laicos, fuit eis rescriptum per Serenissimum D. Regem Petrum Tertium, ut à procedimentis desisterent 3. Non. Novemb. 1350. in cur. an. 1349. ad 50. fol. 73.

Et tempore Dominæ Reginæ Mariæ 22. Augusti 1449. 11
Perpiniani, ubi pariter fuit injunctum, ut revocarent procedimenta contra laicos facta: est in ejus Locumtenentia 7. à dicto anno usque ad 50. fol. 155. id ipsum fuit declaratum die 9. Januarii 1537. fol. 5. concluſ. civil. illius anni, ibi: *In facto Antonii Pinter Canonici Ecclesiæ Barchinonæ, asserti Commissarii Apostolici, citati ad banchum Regium propter procedimenta per eum facta contra Joannem Arbòs Apothecarium, instante Angela Solera, propter quæ per dictum Arbòs in Regia Audientia fuit de jure firmatum dictæ Angelæ, facto verbo in Regia Audientia per Franciscum de Vallesica Doctorem Regii Concilii: Attento quod ex meritis processus editati coram dicto Pintor, instante dicta Angela, constat dictum Pintor processisse contra dictum Arbòs laicum pro re merè profana, & etiam constat, procedimenta per eum contra formam commissionis Apostolicæ facta esse: Et aliàs meritis processus attentis, audito dicto Pintor in banco Regio, fuit concluſum, quod declaretur, procedimenta per eum facta contra dictum Arbòs esse revocanda tanquam malè, & nulliter facta, & firmam juris factam in*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Regia Audientia per dictum Arbòs procedere, causamque prædictæ juris firmæ factæ per dictum Arbòs, prædictæ Angelæ ratione procedimentorum factorum per dictum Pinter, ut assertum Commissarium apostolicum, in Regia Audientia esse tractandam; & quòd super expensis major reservetur deliberatio.

12 Etiam die 27 Septembris 1539. fol. 134 concluſ. civil. illius anni: in facto ſupplicationis oblatæ in Regia Audientia per Nobilem Franciſcum de Faro & Noronya, & Joannem Herrera, & firmæ juris factæ per conſiliarios, & Officiales Tabulæ communium depoſitorum hujus Civitatis, & alios ſuper nonnullis procedimentis contra eos factis per ſubcollectorem Cameræ Apoſtolicæ, referente Magnifico Antonio Piquer Regiæ Audientiæ Doctore; fuit concluſum, quòd ex quo ſupra nominati laici fecerunt ſibi ſcribi in Tabula cambii pecunias, & vaſa argentea, que fuerant Archiepiſcopi Tarraconæ, & propterea erant poſſeſſores illarum rerum, quòd non potuit Subcollector Cameræ Apoſtolicæ ex defectu qualitatis juriſdictionis eos, vel Officiales Tabulæ coram ſe, vel alio Judice Eccleſiaſtico moleſtare; ſed erant conveniendi in foro Sæculari via Ordinaria, ubi erat diſcutiendum, an ex propria induſtria, vel ex bonis Eccleſiæ ſupra enarrata adquiſierit.

13 Et die 8. Octobris ejuſdem anni in eodem negotio fuit concluſum, quòd dicti laici caverent idoneè de judicio ſiſti pro reſtituendis pecuniis, & vaſibus argenteis ſuo caſu. Eſt in dicto lib. concluſ. fol. 137.

14 Idem die 13. Junii 1541. concluſ. civil. illius anni fol. 118. inſtante Fiſci Procuratore ſuper procedimentis factis per Subcollectorem Cameræ Apoſtolicæ verſus laicum, referente Antonio Piquer Regio Conſiliario.

15 Et die 8. Julii 1618 referente Roca Regio Conſiliario: Eſt fol. 220. concl. civil. illius anni in facto inter Antonium Joſreu, & alios Miniſtros Capitaniæ Generalis Cathaloniæ ex una, & Antonium Roig ſtipendiarum dictæ Capitaniæ Generalis ex altera: ex quo dictus Roig in fraudem dictæ Capitaniæ, & Regiæ juriſdictionis fuit effectus Notarius Cameræ Apoſtolicæ poſt firmata obligationem dicti Joſreu, ad cujus inſtantiam fuit expoſitum retroclamum in dicta Capitania Generali, fuit concluſum ex majori parte, per Commiſſarium Apoſtolicum revocanda fore procedimenta facta contra Officiales Regios dictæ Capitaniæ Generalis.

De hac re latiſſimè Fagnanus *in 2. par. 1. decretal. cap. magnus de obligat. ad ratiotin. n. 25. cum pluribus ſeqq.*

16 Idem 16. Junii 1677. Eſt in lib. concluſ. illius anni fol. 265. In facto firmæ juris factæ in Regia Audientia per Syndicum Civitatis Tarraconæ, procedimentis factis, & fieri comminatis per Officialem Curiæ Eccleſiaſticæ Barchinonæ uti executorem Apoſtolicum, ex quo agebatur, an Officiales laici Capituli Canonicorum Tarraconæ tenerentur ſolvere impoſitiones, & gabellas dictæ Civitatis, cujus articuli cognitio, quia erat contra perſonas meræ laicas, & à juriſdictione Eccleſiaſtica exemptas, nec contendebatur de re Eccleſiæ, ſeu perſona Eccleſiaſtica, cujus fori Privilegio non gaudent Officiales Capituli, fuit concluſum, referente Magnifico Joanne de Colomer Regiæ Audientiæ Doctore, firmæ juris factę per Syndicũ Civitatis Tarraconę locũ fuiſſe, & eſſe.

17 Idem in facto firmæ juris factæ per Procuratorem Generalem, & Aſſeſſorem Marchionatus de Aytona procedimentis factis per Subdelegatum Apoſtolicum, ex quo non conſtitit, Aſſeſſorem contempſiſſe cenſuras emanatas à Curia Auditoris Cameræ; neque illius juriſdictionem turbaſſe, neque de facto illi ſe oppoſuiſſe: ſicque contra ipſum uti laicum Regiæ juriſdictioni ſubjectum, per dictum Subdelegatum, nec per Subdelegantem procedi potuiſſe, fuit concluſum, referente Nobili Bonaventura de Triſtany Regiæ Audientię Doctore die 20. Septembris 1691. (Eſt in lib. concl. illius anni fol. 357.) firmæ juris factæ per dictum Aſſeſſorem in Regia Audientia locum fuiſſe.

Idem 19. Decembris 1691. Eſt in eodem lib. fol. 494. per dictum Nobilem Relatorem ſuper eodem facto cum enarratis motivis, fuit concluſum in favorem Jacobi Prat Nott. Et idem die 20. Decembris 1691. ſuper eodem facto. Eſt in eodem libro concluſ. illius anni fol. 503.

18 Pariter ex antedictis infertur, quòd cum in delegatum Apoſtolicum nulla ſit translata juriſdictio reſpectu laici pro re merè profana, quod ideo per laicum in re merè profana non poterit prorogari illius juriſdictio; Primo, nam neceſſe eſt, ut quis habeat juriſdictionem, ut ea prorogari valeat. Font *par. 2. deciſ. 375. n. 9.* pluribus citatis, Altimarus *de nullit. rub. 9. quæſt. 12. nu. 2.* Scialoya *de foro comp. cap. 12. nu. 83.*

Ubi enim nulla prorſus juriſdictio adeſt, à partibus tribui non poteſt,* *l. Certe §. fin. ff præcario, l. Privatorum Cod. de juriſd. omn. jud.* Salgado *de retent. bul. p. 1. cap. 17. nu. 67.* Farinac *recent. vol. 2. deciſ. 451. nu. 13.* Gratian *diſcep. for. cap. 389. n. 51.* Sperel. *deciſ. 166. n. 34. tom. 2.* Merlin. *controv. cap. 15. nu. 19.* Queſada Pilo *diſert. 15. nu. 46.* Suelves *conſil. 18. n. 12. cent. 1.* Fontan. *d. deciſ. 375. nu. 8.* Nam juriſdictio, quæ non eſt, prorogari nequit. Cuenca *de commanda clauſ. 27. n. 3.* 19

Propterea privati juriſdictio, quæ nulla eſt, prorogari, vel protrahi non poteſt, *l. 1 §. cujuſvis, l. Si convenerit 18. §. ſi convenerit ff de jud. cap. 1. verſ. Apud alios, c. ſignificaſti 18 de foro comp. cap. P. & H 40. de officio delegati,* ibi: *Quia in dictum l. nullam juriſdictionem habebas, juriſdictionis prorogatio nulla noſcitur extitiſſe.* 20

Secundò roboratur; nam ut ſupra probavimus *in dec. 116 n. 4* juriſdictio delegata non admittit prorogationem de perſona ad perſonam. Unde prorogari non valebit de perſona ad perſonam diverſi fori: ex traditis à Cuenca *de Comanda clauſ. 36. n. 172. verſ. His tamen.* 21

Tertiò probatur: nam juriſdictio unius ſpeciei non poteſt prorogari ad diverſam ſpeciem, ut merum imperium nequit prorogari ad mixtum, aut juriſdictionem ſimplicem, neque è contra, & ſic procedit, ut juriſdictio civilis non prorogetur ad cauſas criminales, neque è converſo ex litigatorum conſenſu, *l. Solemus 61. §. latrunculator, ff de jud.* Regens Cortiada *par. 1. deciſ. 35. nu. 5. & n. 30. & 31.* Altimarus latè *de nullit. rub. 9. quæſt. 13.* Thoro *vot. 15. n. 4.* Severini ad Sanfelic. *deciſ. 369. n. 4 verſ. Ideo delegato.* Gail *obſervar. lib. 1. cap. 12. nu. 10.* Neque feudalis niſi ad ſimilem. Gutieres *de juram. lib. 1. cap. 49. num. 8.* Vultei *in lib. 1. de juriſdict. num. 108. & in lib. 5. num. 10. & lib. 1. de jud. cap. 4. nu. 174.* Gonzalez Tellez *in decret. ad c. de cauſſi 4. de offic. deleg. n. 4.* 22

Neque juriſdictio ſpiritualis ad cauſas temporales, aut temporalis ad ſpirituales, probant hæc omnia ex communi voto Doctorum Carleval. *de judic. d. diſp. 2. num. 1170.* Fermoſ. *in d. cap. ſignificaſti 18 de foro comp. n. 18. & quæſt. 19.*

Hinc dicitur, quòd juriſdictio limitata ad cauſas certæ qualitatis, cum qualitas eſt ejus naturæ, ut requirat in cauſa ſpecialem modum procedendi, à modo procedendi, in alias cauſas non poteſt extendi, & prorogari ad cauſas diverſæ qualitatis, in quibus ordo procedendi, & judicandi immurandus eſt, ut ſi ſtatuto conſtituatur, quòd aliquis ſit Judex Mercatorum ad cognoſcendum de cauſis mercaturæ, illius juriſdictio non poteſt prorogari ad cauſas non attinentes ad mercaturam: Nam qualitas illa cauſarum ad mercaturam attinentium, deſiderat diverſum modum procedendi in illis, ac in cæteris cauſis ſervari ſolet; nam in cauſis Mercatorum reſpicientibus mercaturam proceditur ex bono, & æquo, ſola facti veritate inſpecta, non ex rigore, neque juris apicibus: & non attenduntur ſolemnitates; cum tamen in aliis cauſis, quæ ſunt diverſæ qualitatis, regulariter attendantur ſolemnitates juris, & ejus rigor ſit ſervandus, *l. Judices 9 Cod. de judic. l. 1. Cod. de execut. rei judicatæ.* Quæ omnia amplectitur Carleval *de judic. d. diſp. 2. num. 1475.* qui aſſignat rationem, quin cauſa illa cum propter eius qualitatem habeat annexum diverſum modum procedendi, & diffiniendi, cenſetur diverſa ſpecies ab altera, quæ ſimilem qualitatem non habet, & in qua diverſo modo proceditur. Et latè eam concluſionem proſequitur diverſis juris fundamentis *num. 1177.* Fermoſ. *in cap. ſignificaſti 18. de foro comp. quæſt. 1. num. 19. & quæſt. 2. num. 7.* Solorzan. *in politic. lib. 6. cap. 14. verſ. El ſegundo in fine fol. 1014.* Leo *deciſ. 105. num. 6. & 7. par. 1.* ex noſtris Xammar *deſ. 104. num. 4. par. 2.* Regens Cortiada *deciſ. 10. num. 235. cum ſeqq.* ubi traditdeciſiones Senatus, ſignanter diei 8 Februarii 1660. ad relationem Magnifici Joannis Pauli Xammar Regii Conſiliarii, ſcriba Fores & Mantagut, in favorem Fiſci Procuratoris Patrimonialis contra Syndicum, & Conſules Logiæ Maris præſentis Civitatis Barchinonæ. Eſt fol. 18. concluſ. civil. illius anni in illis verbis: *Quia tamen dicti Conſules creati ſunt ad certas ſpecies cauſarum, & de jure juriſdictio Judicis ad certam ſpeciem cauſarum deputati non* 23

eſt

est prorogabilis ad alias causas diversæ speciei, ex tacito, vel expresso partium consensu, etiam stante renuntiatione proprii fori, & summissione alterius cujuscumque; maximè cum coram eo Judice proceditur diverso modo, ac in aliis Tribunalibus, prout in Consulatu Logiæ Maris.

24 Ex his ergo infertur, quòd laicus in re merè profana, & temporali non potest prorogare jurisdictionem delegati Apostolici, neque tacitè ratione contumaciæ, nec expressè ratione summissionis, ut concludunt Staiban *resol.37. numer. 7.* Quesada Pilo *disert. 15. numer 46.* quod ampliari scribit *numer.* 47. etiamsi laicus litem coram delegato fuisset contestatus, & ab eo condemnatus; nam post sententiam, causæ remissio à competenti Judice poterit repeti, ex Staiban. *d. resol.37. numer.8.* quia quilibet actus expressæ summissionis ad jurisdictionem tribuendam impotens judicari debet, quando Judex incapax est prorogationis jurisdictionis, Cancer *var.2. cap 2. numer. 196.* Carleval. *de judic. quæst.8. num.100.* Leli. Altograd. *consil.23. sub n.43. par.1.*

Nec obstat dicere jurisdictionem Judicis Ordinarii Ecclesiastici esse prorogabilem in omne genus prorogationis; Judicis verò delegati non admittit prorogationem de persona ad personam, nec de specie ad diversam speciem, nec ad causas separatæ qualitatis, quæ habent diversum modum procedendi, ut supra diximus *num.23. & seqq.* & discriminis ratio quæ versatur inter Judicem Ordinarium, & delegatum traditur *infra*.

DECISIO CXVIII.

ARGUMENTUM.

Judex Delegatus, & Judex Conservator tenentur ante omnia delegationes suas probare, litteris commissionum coram ordinario exhibitis; & pariter in primis citationibus exhibere litteras suarum commissionum. Cum declarationibus Regii Senatus: ubi de differentia inter Judicem Ordinarium, & Conservatorem.

SUMMARIUM.

1 *Conservatores an sint Judices Ordinarii, aut Delegati, à Doctoribus controvertitur; & quòd sint ordinarii, traditur hic cum ratione, & nu. 2.*
3 *Contraria opinio proponitur.*
4 *Delegatorum appellatione veniunt Judices conservatores: nam jurisdictio delegata, & conservatoris una & eadem est.*
5 *Judex ordinarius habet propriam jurisdictionem, à jure, vel consuetudine.*
6 *Judex delegatus nil proprium habet, sed delegantis personam repræsentat.*
7 *Dicuntur delegati Judices, extraordinarii.*
8 *Judex Delegatus tenetur ante omnia probare delegationem litteris commissionis, coram ordinario exhibitis, aliàs processus est nullus.*
9 *Si Judex Delegatus exerceat jurisdictionem ante præsentationem litterarum commissionis, licèt illa superveniat, non retrotrahitur ad confirmationem processus, ubi etiam, quòd ad obtinendum brachium Sæculare, debet fidem facere de litteris delegationis.*
10 *Post Constit. Gregorii XV. quomodo sint eligendi conservatores.*
11 *In quolibet territorio præsumptio est pro Judice ordinario.*
12 *Judex conservator tenentur exhibere, & edere litteras suæ commissionis, seu rescriptum suæ conservatoriæ ante exercitium suæ jurisdictionis.*
13 *Judex ordinarius, antequam adipiscatur possessionem, tenetur edere litteras, seu rescriptum, ei jurisdictionem tribuens.*
14 *Judex ordinarius, postquam est admissus non tenetur amplius suam potestatem probare.*
15 *Nec tenetur in litteris citatoriis inserere potestatem suæ jurisdictionis.*
16 *Judex Delegatus in prima citatione tenetur inserere copiam commissionis ad arctandum citatum ad comparendum, & inserto tenore, potest peti exhibitio originalis, & n 25. cum Regio Senatu.*
17 *Judex conservator tenetur in prima citatione inserere copiam suæ conservatoriæ. Cum declarationibus Regii Senatus n.18.*
19 *Judex conservator non habet potestatem defendendi injuriam simplicem, sed qualificatam, quam ante omnia probare tenetur.*
20 *Judex ordinarius habet jurisdictionem universalem; & in ea habet fundatam intentionem, pro uti Episcopus in sua Diœcesi.*
21 *Potest Episcopus in sua Diœcesi, quod Summus Pontifex in toto orbe, minùs in reservatis.*
22 *Qualis requiratur universitas causarum, ut delegatus dici possit ordinarius.*
23 *Conservator non debet observare formam judicialem, sed procedere, attenta facti veritate.*
24 *In Catbalonia Judices conservatores tractantur ut Delegati, & non ut Ordinarii.*

TANQUAM principalis introducitur communis altercatio inter Doctores, an Judex Conservator sit Ordinarius, an Delegatus, in cognitione personarum, quæ in litteris conservatoriis comprehenduntur. Et pro ordinario haberi, & in ordinarii locum subintrare, tenent Tamburin. *de jure Abbat. tom.3. disp.17. quæst. 1. n. 4 & 5.* (asserens, quod licet de jure communi conservatores exerceant jurisdictionem delegatam, attamen ex privilegiis, concessionibusque censeri debere Judices ordinarios Bord. *tom.2. var. resol. tit. de conservat. resol.9. nu. 9.* Chochier *de jurisd. ordin. in exemptos tom.2. part.2. q. 29. n.3. & q.117. nu. 2.* & alii per Salgado citati *de supplic. ad Sanctis. part.2. cap.11. n.90. cum seq.* Gratian. *addit. dec. 170. num. 1. & seqq.* 1

Et fundantur in eo, quia sunt deputati ad universitatem causarum, & electi à communitate, vel conventu, & magis sic censendi sunt ordinarii, quàm delegati, ex doctrina Glos. *in cap. cum causam verbo delegatus de appellat.* Menoch. *de arbit. lib.1 quæst.67. nu.31.* Moneta *de conservat. cap.1. n.11.* Fragoso *de reg. reipub. part. 1. lib.4. disp.10. n.129. & seq.* 2

E converso conservatorem Judicem delegatum esse, & pro tali esse habendum, probat Narbona *tit. 60. glos. unica à n.71. tit. 4. lib.1. recop.* Pareia *de inst. edit. tom.1. tit. 2. resol.5. n.15.* Pereira *de man. Reg. part.1. c.7. num.3. vers. Dubitari tamen solet.* Fraso *de jure patron. Indiar. tom.2. cap.78 numer.16.* Escobar *de Pontif. & reg. jurisd. cap.19. numer.5.* Vrrutigoiti *in pastor. regular. part.2. claus.10. numer.9.* Senator Regius Tristany *in Corona Benedict. cap. 2. sub numer. 1. & numer. 20.* Reg. Cortiada *part.1. decis. 34 num.143. & part.4 decis. 233. num.9.* Valenzuela *tom. 1. cons. 84. num.5.* Barbosa *de potest. Episcop. part.3. alleg. 106. numer.2.* latissimè P. Mendo *de jure academ. lib. 1. quæst.26. numer.515.* (ubi de Conservatoribus Salmantinis, in quibus communiter additur in concessione vox *authoritate nostra*, quæ inducit jurisdictionem delegatam, *ex cap. cum in aliquibus de rescrip. in 6.*) Scoppa ad Gratian. *dec.170. numer.2* (ubi quod ea ratione non appellatur à sententiis Conservatorum ad Metropolitanum ordinarium, neque ad Pontificis Legatum, nisi in suis commissionibus aliud Legati habeant. 3

Et Delegatorum appellatione Conservatores veniunt, Moneta *de conservat. cap.1 num.8.* Molina *de just. tom.6. tract.5. disp.29. numer.1.* Gonzalez Tellez *lib.2. decretal. ad cap. cum in jure peritus 31. de offic. & potest. judic. deleg. numer.3.* Et jurisdictio delegata, & conservatoris una, ac eadem est. Regius Senator Tristany *in Coron. Benedict. d. cap.2. sub. nu. 1.* Regens Cortiada *d. decis.233. numer.9. in fine*, etsi extra hanc rem, quam prosequimur, aliquas considerent differentias inter Delegatum, & conservatorem Barbosa *de potest. Episc. part. 3. alleg. 106. n.5.* Scoppa ad Gratian. *d. decis 170 n.5.* Episcopus Vrrutigoiti *in pastor. regul. part.1 claus.5. n.11.* 4

Quod utique probatur, primò, nam Judex ordinarius dicitur qui propriam habet jurisdictionem, aut à jure, aut à consuetudine, *l. More majorum 5. l. Et quia 6. ff. de jurisd. omn. judic. l. 1. ff. de offic. ejus cui mandat.* Reg. Cortiada *tom. 1. decis. 8. numer 50. & decis. 10. nu. 311* Ego *dec. 91. n. 8.* 5

Judex vero Delegatus est persona, cui causæ cognitio committitur, nihil proprium habens, sed delegantis personam representans, *l. 1. § qui mandatam ff. de offic.* 6

ejus, ibi: *Nihil proprium habens*, *l. Etsi Prætor. 3. eod. tit.* ibi: *Non tamen pro suo imperio agit, sed pro eo, cujus mandata, jus dicit*, *l. Solet 16. ff. de jurisd.* ibi: *Fungitur vice ejus qui mandavit*, *cap Præterea 5. de offic & potest. judic. deleg. cap. 1. dist. 94.* ibi: *Ut ubi nos præsentes esse non possumus, nostra per eum, cui præcipimus, representetur authoritas.*

7 Sic dicuntur Delegati Judices extraordinarii, *in l. 2. de appellat. cap. inducias 3. §. et autem quæst. 3. cap. quoniam*, ubi glos. *verbo extraordinario de probat.* notarunt Menoch. *de præsump. lib. 2. cap. 15. numer. 13.* Osual. ad Donel. *lib. 17. com. cap. 18. litt. A.* Tellez *ad lib. 1. decret. de offic. & potest. jud delegati in cap. sane quia 11. num. 7. & 8.* qui cum hac differentia inter Judicem ordinarium, & Delegatum concludit.

8 Secundò probatur: nam sicuti Judex Delegatus ante omnia debet probare delegationem, litteris commissionis coram ordinario exhibitis, aliàs processus est nullus, *cap. cum in jure periti 31. de offic. & potest. jud. deleg. cap. cum contingat 24. de rescrip. cap. præterea 2. de dilat. cap. cum in nobis 28. de testi. extrav. 1. de elect. can. nobilissimus 97. dist. l. unica de mandat. Princ. l. Prohibitum 5. vers. Tunc enim Cod. de jure fisci lib. 10. auth. de collat. collat. 9. cap. eos 10.* ibi: *Eos autem qui in Provinciis pro quibuscumque publicis exactionibus diriguntur, non aliter inchoare exactionem, nisi prius provinciali judicio insinuaverint impositas sibi de hoc jussiones, ut exsolventes fiscalia tributa, nulli pro his periculo, aut damno subiiciantur. l. Probatoriæ 9. Cod. de jud. libr. 12.* Penya *tom. 1. decis. 416.* Salgado *de reg. protect. par 4. cap 6 nu. 42. & de supplic. ad Sanctis. par. 2. cap. 30. §. 4. num. 11.* Valenz. *consil. 125. num. 19.* Bovad. *in polit. lib. 2. cap. 20. num. 22.* Pareja *de inst. edit. lib. 2. resol. 1. & 2.* Ripoll *var. cap. 3. num. 331.* Cancer *var. 2. cap. 2. num. 195.* Fontan. *decis. 354. numer. 3. par. 2.* Regius Senator de Tristany *in Coron. Benedict. cap. 2 à num. 65. & à num. 81.* pluribus citatis Reg. Cortiada *decis. 233. numer. 4.* Episcopus Urrutigoiti *in pastor. regul. par. 2. quæst. 1. numer. 13. & seqq* (ubi quod diversum procedit in Episcopo delegato à Tridentino) & *numer. 29.* (ubi quod, ut privilegia operari valeant contra jurisdictionem Episcoporum, debent eis notificari) & latissimè *quæst. 3. & quæst. 4.* ubi ad quem pertineat declaratio, quando verba privilegii regularium sunt dubia.

Et in terminis Judicis Delegati noviter approbavit Regius Senatus, referente Magnifico Dominico Aguirre Regiæ Audientiæ Doctore, actuario Llampillas & Prous R. S. mandati in facto supplicationis oblatæ per Danielem Baldrich, Petrum Joannem Sangenis Presbyteros, & alios Beneficiatos Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Mariæ Villæ de Monblanch Archiep. Tarraconæ, à procedimentis contra eos & Doctorem Josephum Batlle Presbyterum Assessorem, & Franciscum Castellò Nott. & Scribam Curiæ Ecclesiasticæ Decanatus dictæ Villæ, factis per Franciscum Gavaldà, & Joannem Castellò Presbyteros ejusdem Parochialis Ecclesiæ Beneficiatos, uti assertos Subdelegatos Apostolicos. cum intervention Joannis Fernandez de Cevallos Nott. Apostolici, & asserti receptoris Tribunalis Nuntiaturæ in his Hispaniarum Regnis die 17. Decembris anni 1699.

9 Unde dicitur, quòd si Judex Delegatus exerceat jurisdictionem ante præsentationem litterarum commissionis, sive delegationis, licèt illa superveniat, non retrotrahitur ad confirmationem processus, Altim. *de nullit. t. 1. rub. de nullit. ex defect. jurisd. ord n. 17.* Ubert. *de citat. c. 11. n. 26. t. 2* Grat. *discep. forens. c. 170. n. 8.* & ubi Luc. *n. 9*

Et dicitur etiam quod necesse est, ad hoc ut Judex Sæcularis teneatur delegato Ecclesiastico obedire, & suum auxilium exhibere, ut Delegatus illud petens, fidem faciat de litteris delegationis Natta *consil. 299. n. 8. & consil. 320 num. 15. tom. 2.* Roland. *consil. 37. numer. 2. vol. 1.* Ric. *in collect. decis. par. 3 collect. 532.* & his citatis Vela *in prælect. ad cap. 1. de offic. jud ordin. par. 2. num. 24.*

10 Hodie post Const. Gregor. XV. Sacra Congregatio Concilii in Possonien. 15. Aprilis 1628. & in Lanvanen. 29 Januarii 1633 censuit Regulares debere eligere Conservatores in singulis Diœcesibus, in quibus Monasteria, Conventus, seu domos regulares habent, attestatur Barbosa *de potest. Episc. par. 3. alleg. 106. nu. 7. vers. Olim.*

11 Cujus doctrinæ ratio ex eo provenit; nam cum in quolibet territorio præsumptio sit pro Judice ordinario, *cap. sicut 16. de sent. & re judic. cap. cum personæ 1. de privil. in 6. cap. cum Venerabilis 7. de relig. domin. Can. omnes Basilicæ 16. quæst. 7 clem. 1. de foro comp.* Rota *recent. par. 2 decis. 243.* & penes Farinac. *in post. tom. 1. decis. 525. nu. 1. & tom. 2. dec. 126.* Episcop. Urrutigoiti *in Pastoral. regular. par. 2. quæst. 2. numer. 2. & 13. & 21. & 35.* nullus alius creditur Judex in ipsa ditione, nisi illud probet, ac etiam quia jurisdictio delegata, seu ejus commissio est quid facti, quare non præsumitur, nisi probetur. *l. Quæcumque 13. §. ult. ff. de pub. l. Asseveratio 10. Cod. de non nu. pecun.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 14.* quas rationes assignat Tellez *in d. cap. cum in jure peritus 31. de offic. & potest. judic. deleg. numer. 3.* ubi modos probandæ delegationis recitat.

Ita pariter Judex Conservator tenetur exhibere, & edere litteras suæ commissionis, seu rescriptum suæ conservatoriæ ante exercitium suæ jurisdictionis, Narbona *ad d. l. 60. glos. unica à n. 72. ad 83.* Pareja *de inst. edit. t. 1. tit. 2. resol. 5. n. 17.* Regius Senator de Tristany *in Coron. Benedict. d. cap. 2. num 84.* Reg. Cortiada *decis. 34. nu. 143. vers. Ob idque, par. 1. & decis. 233. num. 6 par. 4.* 12

Et probat Const. Gregorii XV. edita de anno 1621. ubi statuitur, quod regulares tenentur instrumentum electionis Conservatoris exhibere, & relinquere apud scribam, seu Notarium Curiæ Ordinariorum, ad tollendas fraudes, quæ in hac re fieri possent, ut notat Tambur. *de jure Abbat. p. 3. disp. 17. q. 1. n. 13.* Episcopus Urrutigoiti *in pastor. par. 1. cap. 7. n. 1.* (expendens dictam Bullam.)

Et licèt in supra expressis, inter Judices Ordinarios, Conservatores, & Delegatos nulla versari videatur differentia, quia etiam Judex ordinarius, antequam adipiscatur possessionem, tenetur edere litteras, sive rescriptum ei jurisdictionem tribuens, Solorz. *de jure indiar. tom 2. lib. 4. cap. 4. num. 58. vers. Et officialium receptione.* Vicecan. Crespi *obs. 15. num. 92.* Romaguera *ad stat. Eugub. in addit. ad Concil. lib. 1. rub. 12. num. 7* Pareja *de inst. edit. tom. 1. tit. 2 resol. 4. tot.* Altim. *de nullit. rub. 9. quæst. 3. à nu. 7. ad 20.* Reg. Cortiada *d. decis. 233 nu. 1.* 13

At vero Judex ordinarius postquam est admissus, non tenetur ampliùs suam potestatem probare, imò eo ipso jurisdictionem ordinariam exercet, & intentionem suam probatam habet, Narbona *ad d. leg. 60. glos. unic. numer. 57. tit. 4. lib. 1. recop.* Pareja *de inst. edit. tom. 1. tit. 2. d. resol. 4 in fine, & numer. 19 & 20.* Cancer *var. 2. cap. 2 nu. 194.* Regius Senator de Tristany *in Coron. Benedict. d. cap. 2. nu. 177.* Reg. Cortiada *d. decis. 233. nu. 2.* 14

Nec propterea Judex ordinarius tenetur in litteris citatoriis inserere potestatem suæ jurisdictionis, Pareja *de inst. edit. d. resol. 4. sub num 20.* Larrea *alleg. Fisc. 107. num 12.* Reg. Cortiada *d. decis. 233. num 3.* 15

Quod omnino diversum evenit in Judice Delegato, qui in prima citatione tenetur inserere copiam commissionis ad arctandum citatum ad comparendum, Bovadilla *in polit. libr. 2. cap. 21. numer. 63.* Narbona *ad d. l. 60. glos. unic. numer. 31.* Larrea *d. alleg. 107. numer. 12.* Pareja *de inst. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 5. numer. 35. 49. & 82.* Salgado *de supplic. ad Sanctis. par. 2. cap. 24. numer. 44. & 45. & cap. 30. §. 4. numer. 28.* Regius Senator de Tristany *in Corona Benedict. d. cap. 2. num. 78. cum seqq.* Reg. Cortiada *d. decis. 233. num. 5.* Ripoll *var. cap. 3. nu. 12. 13. & 351.* Gonzalez Tellez *ad d. cap. cum in jure peritus 31. de offic. & potest. jud. deleg. nu. 3. circa med.* Altimarus *de nullit. ex defect. jurisd. ordin. rub. 9. q. 3. nu. 17.* Cardin. de Luca *lib 12. de benef. disc. 73. nu. 9. & 10. & lib. 15. de judic. disc. 3. sub num. 12. & disc 9. nu. 6* Rota *decis. 354. n. 4. par. 10. recent.* Gratian *discep. forens. cap. 170. n. 16. & seqq.* & ibi Additionator Luca *nu. 10.* ubi, quod id procedat, quamvis pars nil opponat, etiamsi sit delegatus jurisdictionem ordinariam habens, & quòd inserto tenore, potest peti exhibitio originalis, & aliunde limitationes hujusce rei prosequitur, pro quibus etiam videndus est Reg. Cortiada *d. decis. 233. per tot.* 16

Quæ omnia antedicta tenenda sunt in Judice conservatore, qui etiam in prima citatione tenetur inserere copiam suæ conservatoriæ, Narbona *ad d. l. 60. n. 84.* Pereja *de inst. edit. par. 1. cap. 7. num. 3. vers. Et majoris explicationis, junct. vers. Et quoad primum.* Reg. Cortiada *d. decis. 233. num. 7.* qui allegat expressam Const. Tarraconen. tam quoad Judices Delegatos, quam quoad Conservatores, *in cap. unic. de offic. & potest. judic. deleg.* ibi: *Et omnis fraudis ac figmenti materiæ penitus evitetur, in primis litteris, quæ ab aliquo Conservatore, vel Judice Delegato, executore, vel ab eis generibus vices in* 17

cau-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

causa aliqua emanaverint, tenor suæ commissionis integraliter inseratur.

18 Et in his terminis Judicis Conservatoris declaravit Senatus die 26. Martii 1665. referente Magnifico Augustino Pinyana Reg. Senatore, in facto firmæ iuris Josephi Trinxo Nott. Villæ de Alcover, procedimentis factis per Fr. Michaelem de Calders, Abbatem Sancti Pauli del Campo, Ordinis Divi Benedicti, conservatorem Religionis Sancti Joan. Hierosolymit. instante Fr. Francisco de Espuny Commendatore Commandæ Speluncæ de Francoli, scriba Texidor, & referente Magnifico Francisco Vidal & Roca Regio Consiliario 5. Octobris 1666. in facto firmæ iuris Baiuli, Juratorum, Clavarii, & aliorum Villæ Cassiani de la Selva, Episcopatus Gerunden. procedimentis factis per Raymundum Sanou Thesaurarium, & Canonicum Sedis Gerund. conservatorem Sancti Joannis Hierosolymit. instantibus emphiteuticis, sive hominibus propriis Commandæ de Ayguaviva, scriba Castells. Est in lib. concluf. illius anni fol. 248. & referente Nob. Josepho Ferrer & Vinyals Reg. Senatore die 10. Martii 1672. in facto firmæ iuris Josephi Andreu Arrendatarii Fleccæ Civitatis Barcinonæ, & Jacobi Barbessa Subbaiuli eiusdem Civitatis, procedimentis factis per D. Franciscum de Amigant Canonicum Sedis Barcinonæ conservatorem Ordinis Sancti Benedicti Provinc. Tarraconen. ib: *Per quod prædicta procedimenta per dictum de Amigant ut prætensum conservatorem prædictum contra dictos Andreu & Barbessa, esse omnino nulla, & invalida, ex quo non fuit insertus tenor delegationis, seu rescripti conservatorii in litteris citatoriis.* Est in lib. concl. illius anni fol. 113. & referente Nob. Narciso de Anglasell Regio Consil. 6. Junii 1672. per illa verba: *Constat prædicta procedimenta fuisse facta absque eo quod esset certus de sua iurisdictione saltem eo modo, quo de iure certiorari debebat.* Has Regias declarationes recitat Reg. Senator de Tristany *in Coron. Benedict. d. c. 2. nu. 85. cum seqq.* & post eum Reg. Cortiada *d. dec. 233. n. 7.*

19 Tertiò probatur differentia inter Judicem ordinarium, & conservatorem, nam Judex conservator non habet potestatem defendendi injuriam simplicem, sed qualificatam, Velanz *tom. 1. conf. 84. n. 7.* Barbosa *de potest. Episcop. alleg. 106. n. 3* & quod ut talis procedere valeat, ante omnia debet probare injuriam, sive violentiam commissam in exemptum, fuisse notoriam, Lezana *in summa to. 1. par. 2. cap. 10. n. 22. 60.* & 62. Reg. Senator de Tristany *in Corona Benedict. d. cap. 2. n. 10.* & 18. Barbosa *de potest. Episcop. d. alleg. 106. n. 18.* & *seqq.* Urrutigoiti *in pastor. regular. par. 1. clauf. 10. n. 18.* & *seqq.* Tondutus *de prævent. iud. par. 2. cap. 59. num. 8 vers. Verissimum*, (ubi quod poterit ipse conservator cognoscere de qualitate, & probationes recipere summariè.) Scoppa ad Gratian. *dec. 170. n. 11. cum seqq.* (ubi quod probare debet notorii qualitatem, & *n.* 21. nec aliàs procedat inhibendo) Episcopus Urrutigoiti *in pastor. regul. par. 2. quæst. 1. n. 9.* & 33. & antea *par. 1. clauf. 4. n. 3.* & *clauf. 10. n. 16. cum seq.*

20 Judex verò ordinarius habet iurisdictionem universalem, & in ea habet fundatam intentionem, Salgado *de supplic. ad Sanctis. par. 2. cap. 25. n. 40.* Urrutigoiti *d. clauf. 10. num. 16.* prouti Episcopus habens jurisdictionem universalem in tota sua Diœcesi, *cap. cum Episcopus 7. de offic. ord. in 6.* Reg. Cortiada *tom. 1. decis. 8. nu. 7.* Posth *de manut. observ. 45. nu. 6* Cardin. de Luca *de iurisdict. dis. 1. num. 18.* Fagnanus *super decretal. in cap. Perniciosa 1. de offic. ord. nu. 25.* Sperellus *tom. 2. dec. 100. nu. 23.* & *dec. 124. nu. 13. cum seq.* & *dec. 128. a nu 53.*

21 Et in sua Diœcesi potest Episcopus id, quod Summus Pontifex in toto orbe, nisi in his quæ expresè sunt ab eo reservata: argumento tex. *in cap. ad honorem 4. de author. & usu pall. & in cap. noviter 13. in fine de iud.* ex pluribus Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 61. n. 3.* & *lib. 8. disp. 9. nu. 3. cum pluribus seqq.* Barbosa *de potest. Episcop. par. 2. alleg. 1. n. 6.* Sperel *tom. 2. dec. 110. n. 18* & 19. ac 24. Franciscus de Minnano *fund. 1. quæst. 2 § 2. n. 32* Fraso *de iure patron. indiar. tom. 1. cap. 13. n. 33.*

22 Quartò quia, nec dici potest ordinarius ex universitate causarum, nam uti talis judicetur, requiritur universitas, de qua *in cap. 1.* & *tot. tit. de offic. ordin. in 6.* Fragoso *de regimin. Reipub. par. 1. lib. 4. disp. 10. num. 129.* & tamen gaudentes privilegio conservatorum in infinitis casibus esse subjectos ordinariis, ut plures referens, tradit Tambur. *de iure Abbat. tom. 3. disp. 5. quæst. 11.* Urrutigoiti *in pastor. interno par. 1. tract. 5. quæst. 2. num. 19.* & *in pastor. reg. par. 1. clauf. 10. numer. 25.* & *sequent.* & Nos infra.

Quintò probatur, nam conservator non debet observare formam judicialem, sed procedere attenta facti veritate, Miranda *in manuali prælat. tom. 2. quæst. 47. art. 8. concl. 6.* Moneta *in tract. de conservat. cap. 7. num. 77.* & notat ex Lezana, & Pellic. Fr. Andreas à Matre Dei *in cursu moral. tract. 18. de privil. cap. 3. punct. 5. §. 3. n. 178.* Reg. Senator de Tristany *in Coron. Benedict. cap. 2. quæst. 5. num. 230.* Urrutigoiti *in pastor. regular. d. clauf. 10. num. 28.* ubi scribit, quod è converso observare tenetur ille, qui tanquam ordinarius reputatur ex universitate causarum: alias differentias considerant Doctores inter hos Judices, quas omitto. 23

At in hoc Principatu indubia res redditur; quòd conservatores sunt Judices Delegati, & citantur ad informandum banchum Regiũ, ut observat Reg. Cortiada *dec. 29. n. 7.* & 8. allegans octo exemplaria nostri Reg. Senatus, & *dec. 34. n. 143. cum seq.* & *dec. 233 n. 9. in fine*, ubi *nu. 7.* alia recitat exemplaria, & Nos alibi plenius. 24

Sed cum ordinariis Ecclesiasticis firmatur contentio, juxta concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, Regens Cortiada *dec. 8. nu. 1. cum seq.* & Nos aliis in locis.

Hæc sunt quæ communiter à Doctoribus in hac conservatorum jurisdictione proferuntur, cum aliis, quæ in decis. seq. speculantur, sed nec ab his discedo in comprobationem anteriùs stabiliti asserti; quòd Judex Delegatus tenetur edere suam delegationem ante exercitium suæ jurisdictionis, ita pariter tenetur ostendere, qua potestate ejus Officiales instrumenta manualia per edicta Regia prohibita deferant: Ita fuit observarum in mandato in forma Cancellariæ, expedito Canonico Capdevila Sedis Urgellen. Subcollectori Apostolico, ei dicendo, & onerando, ut patefaceret, qua authoritate ejus Officiales, vel Commissarii apportabant instrumenta manualia; aliàs quòd procederetur de iustitia, & circa præsentationem illius mandati staretur relationi Regii Portarii, qui ad illum effectum mittebatur. Dat Barchinonæ 14. Julii 1601. in cur. Locumt. 3. fol. 1. 25

DECISIO CXIX.

ARGUMENTUM.

Conservator cognoscit de manifestis injuriis, & violentiis, attento jure communi, quod non fuit innovatum per Sacrum Concilium Tridentinum, nec per posteriores dispositiones Canonicas. Et quid comprehendatur sub nomine manifestæ injuriæ, & quomodo de ea debeat constare, explicatur.

SUMMARIUM.

1 *Inspecto iure communi, Conservatores à manifestis iniuriis, & violentiis defendunt comprehensos in conservatoria, & n. 9.*
2 *Ad idem expenditur Sacri Concilii Tridentini dispositio sess. 7. de reform. cap. 14. usque ad n. 4.*
5 *Traditur etiam Constitutio Gregorii XV. & declaratio Congregationis Cardinalium super ea, & n. 6.*
7 *Conservator cognoscit de manifestis iniuriis, & violentiis illatis, vel inferendis.*
8 *Iniuria non accipitur prout generaliter dicitur omne id quod non iure fit, sed quatenus significat maleficium.*
9 *Declaratio Reg. Senatus.*
10 *Si in solutione debitorum adest iniuria manifesta, procedere potest conservator, vel si turbentur privilegia.*
11 *Quid in iniuria verbali.*
12 *Quando manifesta dicatur iniuria.*
13 *Manifesta iniuria consistit in usurpatione iurisdictionis; cum Senatu, & n. 14.*
15 *Potest delegatus resistentem, vel impedientem iurisdictionem suam pœnis, & censuris plectere, & nu. 16. 17. & 18.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

19 *Conservator procedendo de plano tenetur præcedente citatione congruam dilationem concedere, & ad sententiam devenire, & n. 20. cum Senatu.*

1 IN *cap. 1. de effic. jud. delegati in 6.* hæc statuuntur verba: *Statuimus ut conservatores, quos plerumque concedimus, à manifestis injuriis, & violentiis defendere possint, quos eis committimus defendendos, neque ad alia quæ judicialem indaginem exigunt, suam possint extendere potestatem.* Cum quo concordat text. *in cap fin. ejusdem tit.* ibi: *Ut à manifestis injurtis, & violentiis tueantur.* Et infra *in §. ut autem* 10. ibi: *Decernimus, ut si de aliis, quam de manifestis injuriis, & violentiis, scienter se intromiserint: seu ad alia quę judicialem indaginem exigunt, suam extenderint potestatem, eo ipso per unum annum ab officio sint suspensi. Pars verò, quæ hoc fieri procurabit, sententiam excommunicationis incurrat: à qua non possit absolvi, nisi ei, quem sic fatigavit indebitè, primò satisfaciat integraliter de expensis.*

2 Hoc jure inspecto, Conservatores à manifestis injuriis, & violentiis defendunt comprehensos in conservatoria, neque ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, suam extendere possunt potestatem. Ad hæc etiam adest dispositio Sacri Concilii Tridentini *sess. 7. de refor. c. 14* per illa verba: *In civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum, Clerici Sæculares, aut Regulares extra Monasterium degentes, quomodelibet exempti, etiamsi certum Judicem, à Sede Apostolica deputatum, in partibus habeant, in aliis vero si ipsum Judicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tanquam in hoc ab ipsa Sede delegatis, conveniri, & jure medio ad solvendum debitum cogi, & compelli possint: privilegio, exemptionibus, Conservatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus, adversus præmissa nequaquam valituris.* Ornant hanc dispositionem Cochier *in tract. de jurisd. ord. in exempt. tom. 1. par. 2. quæst. 45. nu. 128.* Bordonus *in suis var. resol. & concil. resol. 9. tract. 1. nu. 53.* ubi refert duodecim casus, in quibus Regulares degentes extra claustra possunt ab Episco puniri. Pelliz. *in manual. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 6. sect. 1. num. 8.* Urrutigoiti *in pastor. regul. par. 2. quæst. 1. nu. 6.* ubi etiam recitat casus de jurisdictione ordinaria in exemptos. Tondutus *de prævent. judic. par. 2. cap. 59. nu. 17.*

Et in *sess. 14. de reform. c. 5.* ibi: *Insuper cum nonnulli, qui sub prætextu, quod super bonis, & rebus, ac juribus suis, diversæ eis injuriæ, ac molestiæ inferantur, certos Judices per litteras conservatorias deputari obtinent, qui illos à molestiis, & injuriis hujusmodi tueantur, ac defendant, & in possessione, seu quasi bonorum, rerum, ac jurium suorum manuteneant, & conservent, nec super illis eos molestari permittant, ejusmodi litteras in plerisque contra concedentis mentem in reprobum sensum detorqueant: Idcirco nemini omnino, cujuscumque dignitatis, & conditionis sit, etiamsi Capitulum fuerit, conservatoriæ litteræ cum quibuscumque clausulis, aut decretis, quorumcumque Judicum deputatione, quocumque etiam alio prætextu, aut colore concessæ, suffragentur ad hoc, ut coram suo Episcopo, sive alio superiore ordinario, in criminalibus, & mixtis causis accusari, & conveniri, ac contra eum inquiri, & procedi non possit, aut quominus, si qua jura ei ex cessione competierint, super illis liberè valeat apud Judicem ordinarium conveniri. In civilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos conservatores Judices in judicium trahere minimè liceat.*

3 Ulterius confirmat, & corroborat Sacrum Concilium Tridentinum in hac *sess. 14. c. 5.* quod antecedenter decreverat *in d. sess. 7 c. 14.* super causis mercedum, & miserabilium personarum, per illa verba infra ibi: *In causis verò mercedum, aut miserabilium personarum hujus Sanctæ Synodi super hoc decretum in suo robore permaneat.*

4 Tandem declarat, quòd sub eo contextu non comprehendantur, ibi: *Universitates autem generales, ac Collegia Doctorum, seu Scholarium, & regularia loca, nec non Hospitalia, actu Hospitalitatem servantia, ac Universitatum, Collegiorum, locorum, & Hospitalium, hujusmodi personæ in præsenti canone minimè comprehensæ, sed exemptæ omninò sint, & esse intelligantur.*

5 Ad eandem rem conducit litteralis Constitutio Gregorii XV. quæ incipit *Sanctissimus*, publicata 20. Septembris 1621. & habetur *in Bullario tom. 4.* inter Constitutiones hujus Summi Pontificis, & ea sunt verba: *Ad hæc statuit Sanctitas sua, ut coram ipsis Conservatoribus Regulares, ac personæ supra scriptæ conveniri quidem, aut trahi debeant, sed alios convenire, aut trahere non possint, ita ut memorati Conservatores in causis, in quibus Regulares, & alii actores fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habeant, sed in his tantum in quibus rei extiterint.*

Juncta declaratione Sacræ Congregationis, facta super dubio: *An super hæc verba sublata sit facultas, quam habent Conservatores defendendi Regulares, & alios à manifestis injuriis, & violentiis, quę illis de facto inferuntur, dum à suis possessionibus deiciuntur, & propriis bonis, uti, ac frui impediuntur.* Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum censuit: *Eiusmodi verbis minime sublatam fuisse facultatem, quam habent Conservatores defendendi Regulares à manifestis injuriis, & violentiis; dummodo observent formam præscriptam Constitutionibus Innocentii IV. & Bonifacii VIII. relatis in c. 1. & fin. de offic. deleg. in 6* Quæ resolutio una cum d. Constitutione Gregorii XV. habetur *in dicto* 4. *Bullarii inter Constitutiones Gregorii XV. n. 9.* & ad litteram recitat citat. Franchis, Barbosa *de potest. Episc. par. 3. alleg. 106. in fine.* Tamburinus *de jure Abbat. t. 3. disp. 17. quæst. 1. n. 12.* Peyrinis *t. 2. de privil. Const. 5. Gregorii XV.* Fragoso *par. 2. lib. 4. disp. 12.* Belletus *disq. cleric. par. 1. tit. de fruct. cleric. §. 2. n. 5. cum seqq.* Episcopus Urrutigoiti *in pastor. regul. par. 1. in princip.* (ubi *per totum lib. de comment. Bullæ Gregorii XV.*) & *claus. 1.* de hac re Rota *recent. par. 15. dec. 285. tota*, Fagnanus *ad c. tuarum de privileg. n. 44.* Lezana *tom. 4. in summ. consult. 40.* 6

Pro majori indagine nostri instituti, solùm in hac decisione de jurisdictione Conservatorum agemus quoad manifestas injurias, & violentias, in quibus (in omnibus decretis Pontificiis hucusque expensis) tribuitur Conservatoribus jurisdictio, & est concors omnium DD. sententia, Barbosa *de potest. Episcopi par. 3. d. alleg. 106. num. 1. & 16. & in collect. decis. Apost. collect. 216. num. 19.* Laurent. de Franc. *de controvers. inter Episcop. & regul. pag. 176.* Lezana *in summa tom. 2. cap. 10 num. 47.* Peyrinis *de privil. regul. ad Const. 5. Gregorii XV. num. 56.* Gutierres *pract. lib. 3. quæst. 9. num. 9. & 11.* Campan. *in divers. iuris Canonic. rub. 12. cap. 13. num. 26.* Cevallos *tom. 4. comm. contra commun. quæst. 897. numer. 696. & seqq.* Moneta *de conservat. cap. 7. num. 76. & seq.* Cochier *de jurisd. ordin. in exempt. tom. 1. par. 1. quæst. 39. num. 1.* Urrutigoiti *in pastor. regul. par. 1. claus. 10. num. 17.* Tamburinus *de jure Abbat. par. 3. disp. 17 quæst. 2.* (ubi id extendit ad injurias inferendas *numer. 20.*) Joann. Anton. Novar. *in summa Bul. sub tit. de conservat. num. 12.* Solorzano *de iure indiar. lib. 3. cap. 26. num. 111.* (ubi quòd Conservatores nominantur ad repellendas injurias notorias, quæ Religiosis, vel eorum bonis fieri solent, & repetit *n. 117.*) plures allegans Valenzuela *consil. 84. num. 2. cum seqq.* Michael de Urrutigoiti *var. cap. 28.* Scoppa ad Gratian. *decis. 170. n. 4.* (inferens quod cum in manifestis iniuriis, & violentiis cognoscendis sit Conservator delegatus à iure, procedere poterit contra quoscumque Ordinarios, etiam Legatos, si eos in suis Conservatoriis impediant.) 7

Hic iniuria non accipitur generaliter, prout significat quamcumque iniustitiam, aut iniquitatem, seu omne id, quod non iure fit, iuxta text. *in l. 1. in princ. §. interdum, ff. de iust. princip. inst. cod. tit.* sed quatenus significat maleficium, aut rerum religiosarum spolium notorium, aut raptum, & invasionem manifestam, in eo sensu quo exprimitur *in c. cum sit generale 8. de foro comp.* ibi: *In favorem Ecclesiæ est introductum, ut malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum Rectores possint sub quo maluerint iudice convenire:* & probant Reg. S de Tristany *in Coron. Benedict. cap. 2. nu. 230.* Ripoll *var. cap. 1. n. 45.* (ubi, quod Conservatorum officium consistit quasi in mero imperio) Barbosa *de pot. Episcop. par. 3. alleg. 106 n. 41. cum seqq* licet contrariam opinionem admittant Cuenca *de Commanda claus. 36. n. 172. & 173.* & eam sequantur Portel *in dub. regal. verb. conservatores num. 7.* Emmanuel Rodriguez *qq. Canonic. tom. 1. quæst. 65. art. 2.* Joannes de la Cruz *de stat. Relig. lib. 2. c. 10. dub. 5. conc. 2.* Hieronymus Rodriguez *in comp. qq. regul. resol. 33. n. 12. & 22.* Diana *moral. par. 3. resol 20. tract. 1.* Fragoso *par. 2. lib. 4. disp. 12. §. 2. nu. 30.* Lezana *t. 1. in summ. par. 3. cap. 10. num. 61.* Fr. Antonius à Spiritu S. *tom. 2. de privileg. disp. 1. sect 4. num. 215.* Bordon. *tom. 3. resol. 95 §. 6. num. 50.* Moneta *de conservat, cap. 7. quæst. 8

6. *nu.* 394 & noviter Fr. Andreas à Matre Dei *in cursu moral. to.* 4. *tract.* 18. *de privil. regul. c.* 3. *punct.* 5. §. 3. *n.* 177. nam his latissime satisfacit Barbosa *loco cit.*

Propterea Senatus die 23. Novembris 1633. ubi Conservator Apostolicus Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, Villæ de Berga, procedebat contra Bajulum dictæ Villæ, occasione prætensæ subtractionis cujusdam equi à dicto Monasterio, ex quo de ea non constitit, referente Nobili Philippo de Vinyes Regiæ Audientiæ Doctore, & postea in Supremo Aragonum Regente, fuit declaratum, Conservatorem in suo casu non processisse, & ejus procedimenta fore revocanda. Est in lib. conclus. illius anni fol. 166.

10 Hæc declaranda dicunt, nisi quando in ipsa solutione debitorum, vel aliis causis civilibus adesset manifesta injuria ex parte debitorum, vel detentorum; nam tunc ad vindicandam injuriam posset Conservator procedere, Lezana *in summ. quæst. regul. par.* 2. *c.* 10. *nu.* 65. Fuscus *de visit. lib.* 2. *c.* 23. *n.* 5. Tondutus *de prævent. par.* 2. *cap.* 59. *n.* 6. prout etiam posset contra turbantes sua privilegia, Urrutigoiti *in pastor. regul. par.* 1. *claus.* 10. *n.* 17. ex Concilio Tridentino *sess.* 14. *c.* 5. Barbosa, & aliis.

11 Et cum injuria non solum fiat re, & facto, sed etiam verbis, *l.* 2 *ff. de injur. §.* 1 *inst. eod.* si ea fuerit publica, & manifesta; quod absque dubio Conservatori deferri debeat, tenet Solor. *lib.* 3. *de jur. ind. cap.* 26. *à n.* 117. ex Gutierres (ubi de injuria verbali à Prætore in absentia facta) qui licet contrariis satisfaciat, scribit tamen *n.* 128. ibi: *Sed his non obstantibus socii cum Prorege censuerunt Conservatori dicto in casu obviamiri oportere, ne hoc exemplo religiosi facilè ad eos nominandos, & Prætores Regios inquietandos incitarentur, & hunc, qui hæc verba protulit in Regiam Curiam ad reprehensionem audiendam venire jusserunt, ut hoc pacto à religiosorum oculis removeretur, eisque hæc satisfactio in aliquale solatium cedere posset*, hactenus Solorzano citatus, ubi *n.* 123 agit de his, qui possunt in conservatores eligi, & post eum Episcopus Urrutigoiti *in pastor. regul. par.* 2. *quæst.* 5. *nu.* 7. ex Diana *tom.* 9. *resol. moral. tract.* 9. *resol.* 26.

12 Manifesta injuria dicitur, quæ per facti evidentiam ita notoria est, ut examinatione non indigeat, vel si indigeat, probari tamen posset clare, & certitudinaliter per multos testes, ita ut negari non posset; violentia verò dicitur injuria cum vi, & impetu personis, vel rebus facta; probat, pluribus citatis, punctim Fr. Andreas à Matre Dei Discalceatus *curs. Moral. tract.* 18. *de privil. cap.* 3. *punct.* 5. *dict. §.* 3. *num.* 175. *circa fin.* & ex Moneta, Donato, & aliis Regius Senator de Tristany *in Corona Bened. cap.* 2. *num.* 11. *cum seqq.* Ripoll *var. cap.* 1. *num.* 66. (& ponit exempla) Regens Cortiada *dec.* 33. *n.* 12. (ubi quid si negetur injuria) Barbosa *de potest. Episcopi par.* 3. *alleg.* 106. *nu.* 20. *cum pluribus seqq.* ubi *nu.* 29. (quòd sufficiant duo testes legitimè deponentes ad probandum factum notorium) Lezana *in summa tom.* 1. *cap.* 20. *de conservat. num.* 22. Scoppa ad Grat. *decis.* 170. *num.* 15. *late cum seqq.*

13 Et quia, ut supra diximus, pro manifesta injuria, quæ consistit in invasione, seu usurpatione rerum religiosarum, conceditur jurisdictio Conservatoribus, ideo in usurpatione jurisdictionis fuit dictum in Regio Senatu, posse Conservatorem ad ulteriora procedere: sub die 10. Octobris 1598. in facto firmæ juris factæ in Regia Audientia per Vincentium Ferrer & Espanyol Subvicarium Villæ de Talarn, procedimentis contra eum factis per Onufrium Alvia Priorem Beatæ Mariæ de Gallis Ordinis Sancti Benedicti, ut Conservatorem Ordinis, & Religionis Sancti Joannis Hierosolymitanen. referente Magnifico Hieronymo Torner Regiæ Audientiæ Doctore. Est in lib. conclus. illius anni fol. 127. De quo exemplari Reg. Cortiada *dec.* 29. *n.* 65.

14 Et die 20. Decembris 1691. est in lib. conclus. illius anni fol. 502. in facto firmæ juris factæ per Bajulum Baroniæ de Castellvi de Rosanes in Regia Audientia, procedimentis contra eum factis per Conservatorem Apostolicum Monasterii, & Conventus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, vulgò dicti *la casa de Deu*, ex quo die 19. Octobris ejusdem anni dictus Bajulus associatus cum multitudine gentis armatæ, accessit circa locum, ubi Religiosi erexerant cusellum in signum Quadræ, vulgò dictæ *de Mirallet*, illudque averterunt, & combusserunt, & in fruſtra dederunt baculum, sive *vara*, quem gestabat quidam Religiosus professus & Sacerdos, ut prætensus Bajulus dictæ Quadræ: & referente Nob. Francisco Rius & Bruniquer Regio Senatore, fuit conclusum, firmæ juris factæ, quoad excessus commissos in personam dicti Religiosi tantum locum non fuisse, nec esse, imò posse dictum Conservatorem quoad hunc articulum ad ulteriora procedere.

Antedicta roborantur, quia potest delegatus resistentē 15
vel impedientem jurisdictionem suam pœnis plectere, & censuris suam jurisdictionem vindicare, *c. sane* 11 *de offic. & potest. jud. deleg.* Gonzalez Tellez *in c. quia quæsitum* 1. *eod. tit. n.* 16. *cum seq.* Merola *tom.* 3. *disp.* 7. *c.* 4. *dub.* 19. *nu.* 192. faciunt per me tradita *dec.* 81. *n.* 12. *cum seqq.*

Ad quod conducit, nam in facto contentionis ortæ in- 16
ter Curiam Ecclesiasticam Gerund. ex una, & Curiam Sæcularem Regiam Vicarii ejusdem Civitatis partibus ex altera, occasione firmæ juris factæ per Nobilem Michaelem N. & Gerardum Pagès in dicta Curia Vicarii, quibusdam procedimentis forsan factis, vel faciendis in præfata Curia Ecclesiastica, ob prætensam resistentiam commissam per supra nominatos aliquibus Ministris Curiæ Ecclesiasticæ, fuit declaratum per Cancel. Agullana Consult. Magarola, & Ferrus die 5. Novembris 1608. firmæ juris factæ in dicta Curia Sæculari Vicarii Gerundæ per supranominatos Nobilem Michaelem N. & Gerardum Pagès locum non fuisse nec esse.

Et per eundem Cancel. Agullana die 11. Februarii 17
1610. intervenientibus Magnificis Senatoribus Josepho Delmau, & Francisco Ferrus in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ, & Curiam Sæcularem Vicarii Regii ejusdem Civitatis, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia Sæculari per Franciscum Regàs, Vincentium Figuerolas, Franciscum Carbonell, super querela contra eos oblata per Procuratorem Fiscalem dictæ Curiæ Ecclesiasticæ, ex eo quod metum intulerunt Petro Grau Commissario Episcopi Gerunden. cum arcabusiis, sive tormentis manualibus ad effectum fulminationis inquisitionis, quam facere intendebat contra Joannem Figuerolas Presbyterum cum Notario, & Nuntio dictæ Curiæ Ecclesiasticæ, quæ in sua comitiva erant juxta Ecclesiam de Oliors, ex eo etiam quod aliqua verba protulerunt in contemptum jurisdictionis Ecclesiasticæ, & supradicti Episcopi. Fuit declaratum, firmæ juris factæ in dicta Curia Sæculari locum non fuisse, nec esse.

Prout paritet contra injuriantem jurisdictionem Ec- 18
clesiasticam, & aliis circumstantiis concurrentibus in facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ ex una, & Curiam Sæcularem Vicarii Regii ejusdem Civitatis partibus ex altera, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia Regia per Joannem N. & Philippum N. ac alios, cuidam monitorio proviso per Vicarium Generalem Gerundæ, instante Procuratore Fiscali Curiæ Ecclesiasticæ, quo eis injunctum fuerat, quatenus non guidati, nec assecurati comparerent coram eo in Curia Ecclesiastica sub pœna centum ducatorum intra decem dies ad videndum declarari ipsos incidisse in censuras Bullæ Cœnæ Domini, Constitutionum Provincialium Tarraconæ, & aliarum Canonicarum Constitutionum Provincialium, sub prætextu quod ex informatione recepta, instante Procuratore Fiscali dictæ Curiæ Ecclesiasticæ, constabat eos de facto impedimentum fecisse, ne Ecclesiasticæ sepulturæ traderetur cadaver Antonii Vilarasa, in Capella Sancti Erasmi Villæ de Casella, & aliqua verba injuriosa, & in contemptum Reverendissimi Episcopi, ejusque jurisdictionis Ecclesiasticæ protulisse, fuit declaratum per dictum Cancel. Agullana, Consult. Seniust, & Ferrus die 9. Maii 1609. firmæ iuris factæ in Curia Sæculari Vicarii Regii Gerundæ per supranominatos Joannem N. & Philippum N. & alios locum non fuisse, nec esse.

In casibus ergo, in quibus tenetur Conservator proce- 19
dere de plano, sola facti veritate inspecta, non observata iudiciali forma, ut diximus *in dec. antec. n.* 23. adhuc tamen procedendo de plano tenetur præcisè, præcedente citatione, congruam dilationem concedere ad legitimas dandas defensiones, ut valeat ad sententiæ denuntiationem devenire, ut infertur ex text. *in cap. fin. §. vires de officio delegati in* 6. Moneta *de conservat. cap.* 8. *n.* 22. Barbosa *de potest. Episcop. alleg.* 106. *n.* 31. Anton. Gomez *var. tom.* 3. *resol. c.* 1. *n.* 43. & 44. Urrutigoiti *in pastor. regul. par.* 1. *claus.* 10. *nu.* 28.

Et

20 Et probavit expresse noster Regius Senatus die 26. Septembris 1692. est in lib. conclus. illius anni fol. 273. in facto firmæ juris Alexandri Orpina Bajuli de Castellvi de Rosanes, & aliorum, procedimentis contra eos factis per Conservatorem Apostolicum Monasterii, & Conventus, vulgò dicti *de la Casa de Deu*, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, referente Magnifico Josepho Gelcen R. A. D.

DECISIO CXX.

ARGUMENTUM.

In civilibus causis Conservatores cognoscere possunt de privilegiatis in Conservatoria designatis, quando sunt Rei; sed alios ad suum Judicium trahere non possunt. (Et an eo casu de causis, quæ requirunt judicialem indaginem.) Nec laici in re profana Conservatorum jurisdictionem prorogare valent.

SUMMARIUM.

1 *In civilibus causis, quando privilegiatus comprehensus in Conservatoria est reus, cognitio ad Conservatores spectat, num. 2.*
3 *Si verò sit actor, alios ad judicium Conservatoris trahere non potest, ubi expenditur S. C. Trident. & Constitutio Gregorii XV. usque ad n. 6.*
7 *Dictiones* suprascriptæ, *& alii sunt relativa ad præcedentia, & geminatæ majorem deliberationem demonstrant, & nu. 8. progreditur ad explicandum clausulas, & dictiones Constit. Gregorii XV.*
9 *Lis est legum filia.*
10 *Vigore conservatoriæ, de quibus cognoscebant Conservatores attento jure communi, & de quibus ex vi Constit. Gregorii XV. usque ad n. 15.*
16 *An jurisdictio Conservatoris sit limitata ad causas civiles, quæ non requirunt judicialem indaginem, usque ad n. 19. cum Regio Senatu.*
20 *Jurisdictio Conservatoris etiam de consensu partium non potest prorogari, & id respectu laici in re profana, nec vigore clausularum renuntiationis proprii fori, & summissionis alterius cujuscumque Judicis.*
21 *Etiam ex defectu potestatis in delegante, & n. 22.*
23 *Decisio Senatus.*

1 IN civilibus causis, quando privilegiati designati in conservatoria sunt Rei, nemini dubium est, cognitionem ad Conservatores spectare, probatur ex littera S. C. Trident. *sess. 14. de reform. c. 5.* & ex Constitutione Gregorii XV. *in antecedenti decisione* tradita.

2 Et observavit noster Regius Senatus sub die 10. Decembris 1660. (in lib. conclus. illius anni fol. 235.) in facto firmæ juris factæ per Venerabilem Fr Gasparem Sala Abbatem Sancti Cucuphatis Ordinis Sancti Benedicti, procedimentis contra eum factis per Conservatorem Apostolicum, instante Fr. D. Gisperto Amat & Desboch, Abbate ejusdem Ordinis, referente Nobili Joanne Baptista Pastor Regio Consiliario, postea Regente in Supremo Aragonum, ex quo dictus Nobilis Gispertus Amar erat reus, fuit conclusum, dictum Conservatorem posse ad ulteriora procedere, non obstantibus litteris emanatis à Regia Audientia die 26. Novembris ejusdem anni. Et retigit Senatus in facto supplicationis oblatæ per Æconomum Prioris, & Conventus Divi Hieronymi de Belem, aliàs *de la Murtra*, procedimentis contra eum factis pro parte Nobilis Mariæ Theresiæ de Quinnones, Corbera, & Sancliment, referente Nob. Josepho Pastor Regiæ Audientiæ Doctore 21. Novembris 1685. fol. 451. conclus. civil. illius anni.

3 Dubium verò insurgit, quando exemptus est actor, an possit alios ad Conservatoris judicium trahere: cui dubio indifficulter responderi valebat, si attendatur dispositum in Sacro Concilio Tridentino *d. sess. 14. de reform. c. 5* ibi: *In civilibus etiam causis si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos Conservatores Judices in judicium trahere minime liceat.* Et in Constitutione Gregorii XV. quæ habetur *in Bul. tom. 4.* publicata 20. Septembris 1621. & est transcripta in *decis. antecedenti num. 5.*

Et nunc recitatur, ibi: *Ut coram ipsis Conservatoribus regulares, ac personæ suprascriptæ conveniri, aut trahi debeant, sed alios convenire, aut trahere non possint, ita ut memorati Conservatores in causis, in quibus regulares, & alij actores fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habeant, sed in his tantum, in quibus Rei extiterint.* 4

Personæ suprascriptæ, de quibus loquitur Bulla Gregorii XV. sunt, cujuscumque qualitatis, & conditionis existant, earum conventibus, & capitulis, ac locis piis, tam regularibus, quàm Sæcularibus revocando ipsarum Conservatorias, electiones, & deputationes per illa generalia verba, ibi: *Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster D. Gregorius divina providentia Papa XV. ex certis rationabilibus causis animum suum movens. & de voto venerabilium fratrum suorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, partim fœlicis recordationis Clementis Papæ VII. prædecessoris sui, vestigiis inhærendo, revocavit, ac nullas, & invalidas decrevit omnes, & quascumque Judicum Conservatorum electiones, nominationes, seu deputationes: tam in vim litterarum Conservatoriarum, juxta formam in quinterno Cancellariæ descriptam, quàm in vim quorumcumque privilegiorum perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum, auctoritate Apostolica concessorum, seu aliàs quocumque jure, vel titulo hactenus factas, pro quibuscumque Conventibus, Capitulis, Militiis, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationibus, Collegiis, Ordinibus, Monasteriis, Hospitalibus, aut aliis quibusvis piis, tam Sæcularibus, quam cujusvis Ordinis etiam mendicantium, seu instituti, vel societatis regularibus locis, quantumvis exemptis etiam de necessitate exprimendis, seu illorum personis, cujusvis qualitatis, seu conditionis existant.* 5

Et in clausulis irritantibus decrevit ibi: *Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac litteris Conservatoriis, quas omnes ad formam præsentis Constitutionis reduxit, in favorem quorumcumque ordinum tam mendicantium, quàm non mendicantium, Militiarum etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, aut cujusvis alterius instituti, etiam necessario exprimendi, Collegiorum, Capitulorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, ac piorum quorumcumque tam Sæcularium, quàm Regularium locorum, nec non illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, &c.* 6

Notanter pondero dictiones *suprascriptæ, & alii*, quæ sunt relativa ad antecedentia, Barbosa *in dictionibus 26. & 395* geminatæ in eadem Constitutione Gregorii XV. infra ibi: *Regulares, & alii supradicti*, quæ majorem deliberationem demonstrant, Barbosa *axiom. 105.* 7

Vigilantissimè notans Episcopus Urrutigoiti *in pastoralis regul. par. 1. clausul. 13. & seqq.* sigillatim clausulas dicti Pontificii decreti Gregorii XV. præcipuè docet, in clausula illa: *Decernentes sic in his &c. nec non irritum, & inane &c.* contineri decretum irritans, quo annullantur omnia, quæ in contrarium fiunt. *In clausula* 14. ponderat verba *non obstantibus*, tanquam derogatoria prioribus privilegiis, & addit in clausula 15. id extendens ad privilegia anteriora jurata, & consuetudines: & progreditur ad illam *de Apostolicæ plenitudinis potestate*, & ad dictionem *quomodolibet*, & ad alia ad institutum videndus: concludens *numer. fin.* ibi: *Quibus omnibus junctis resultat, concludendum esse in nostra Constitutione comprehendi omnia, quæ ad effectum revocationis aliorum sunt necessaria, quatenus hic novæ dispositioni contrariari possent, maximè cum præter clausulas superiùs ponderatas, alias plures cumulaverit Gregorius, ex quibus colligitur animus, & voluntas, ut observaretur prædicta Constitutio, & ut revocatæ existerent antecedentes, & præsenti contradicentes: ex traditis à Marches. de commis. tom. 2. par. 2. §. 2. num. 100. cum pluribus seqq. pag. 313.* 8

Ex hac Pontificia constitutione ampliùs, & indistinctè de potestate Conservatorum ambigere non videbatur; at cum ex Doctorum commentariis reintegratæ fuerint variæ, & intricatæ dubitationes, quæ de integro sunt prosequendæ, hic quadrat, quod dixit Poeta:

Lis genuit leges: legum lis filia: vivi
Non fiat lege solet, nec fine lege potest. 9

At

10 At quoad institutum nostrum tandundem illud dubium repetendum doceor; an Conservatores possint alios ad suum judicium trahere. Pro qua quæstione sciendum est, quòd licèt inspectis, & attentis Regularium privilegiis, illorumque tenore, ac verbis, cognoscere possent Conservatores de omnibus causis, tam civilibus, quam criminalibus, seu mixtis, tam in eis, in quibus regulares erant rei, quam in eis, in quibus erant actores, & de quibuscumque injuriis, molestiis tam manifestis, quàm non manifestis, sine judiciali indagine, vel cum illa, prout res, & causa postularet, ut ex dictis privilegiis liquidò constabat; specialiter ex illo Sixti IV. pro Carmelitis: & Clementis VII. pro Minimis: & Pii V. pro Dominicanis: & Gregorii III. pro Jesuitis: quæ omnia ad intentum ponderat Farinac. *par. 2. recent. decis. 616. num. 3. & 4.* Peyrin. *tom. 2. Constit. 5 Gregorii XV. §. 6. à n. 34.* Pellizar. *tract. 8. cap. 7 sect. 4. num. 120.* Sorbus *in comp. privileg. mendic. verbo Conservatores*, Lezana *t. 1 par. 3. cap. 10. num. 22.* Barbosa *de potest. Episcopi par. 3. alleg. 106. à num. 33*

11 At hæc omnia per dictam Constitutionem Gregorii XV. sunt innovata, ut post tradita superiùs ponderata, scribit Fr. Andreas à Matre Dei *in cursu morali t. 4. tract. 18. de privileg. c. 3. punct. 5. n. 174. & n. 175.* ibi: *Cæterum licèt hæc ita sint, secundum privilegia regularibus concessa; illa verò postea variè alterata, & immutata fuere à Sede Apostolica; spectaliter à Gregorio XV. in Constit. multoties citata, quæ incipit Sanctissimus anno 1621. & habetur in 4. tom. Bullar. inter Constitutiones hujus Pontificis n. 9. ubi circa prædictorum Conservatorum authoritatem, & jurisdictionem hæc decernit &c.* (hic ponit litteram dictæ Constitutionis, & Sacræ Congregationis declarationem ut supra habetur,) & postea ibi: *Unde secundum dictam Constitutionem Gregorii, & Congregationis Sacræ declarationem solum possunt modo cognoscere Conservatores Regularium de illis causis, in quibus regulares rei fuerint, & in eis in quibus actores fuerint, quoad iniurias tantum, & manifestas violentias secundum formam c. fin. de offic. & potest. iudicis deleg. in 6 innovati à Gregorio XV. Bordon. tom. 3. resol. 95. à n. 6. Lezana tom. 1. par. 3. c. 10. nu. 62. Peliz. tract. 8. cap. 7. sect. 4. n. 120. Moneta de conservat cap. 7. quæst. 6. nu. 343. Peyrin. tom. 2. in Const. 5 Gregorii XV. §. 6. num. 50. Anton. à Spiritu Sancto tract. 2. de privil. disp. 1. sect. 4. num. 212.*

12 Et antea scripserat Tambur. *de iure Abbat. disp. 17. quæst. 2. n. 23. par. 3.* ibi: *Virtute præfatorum privilegiorum possunt conservatores cognoscere de omnibus regularium causis, criminalibus, civilibus, & mixtis, sive regulares sint actores, sive Rei, ut patet ex dicto privilegio Gregorii XIII. cum tamen contrarium sit de iure communi, secundum quod actor forum rei sequi debet, cap. si Clericus, cap. cum sit generale, extr. de foro com. cum concordantibus ibi allegatis. Verum hoc revocatum fuit à Gregorio XV. in narrata sua Constitutione, in qua voluit ut regulares coram suis conservatoribus solum tanquam rei convenire possint, alios autem tanquam actores coram eisdem conveniri nequeant, nisi agatur de manifestis iniuriis, & violentiis, regularibus, sive eorum bonis illatis, sive inferendis. Quo casu possunt Conservatores cognoscere, etiamsi regulares actores sint, servata forma iuris communis, &c.*

Ab his non discedit Garcia *in polit. Eccles. tom. 2. tract. 10. def. 9. dub. 6. punct. 3. num. 15.* Scoppa ad Grat. *decis. 170. num. 9.* Episcopus Urrutigoiti *in pastorali regular. par. 1. claus. 12. num. 4.* ibi: *Ideoque hodie materia Conservatorum regulanda est secundum præsentem Constitutionem, & tanquam ius novum observandum, unde quidquid contra illam reperitur apud Doctores, agentes de Conservatoribus ante prædictam Constitutionem, non debet in argumentum deduci, cum ad præsens fixo pede de ambulare debeamus, iuxta terminos huius novi iuris, & dispositionis Pontificiæ.*

Quam voluit Gregorius inviolabiliter observari, ibi: *Quæ omnia, & singula in præsenti Constitutione contenta, sanctitas sua voluit inviolabiliter observari, &c. unde ponderanda est illa dictio inviolabiliter, quæ inducit præcisum complementum, & in sui proprietate demonstrat illud, quod violari, aut vulnerari non potest, ut dixit Silius lib. 15. ibi velut inviolabile telis servabant, sacrumque caput: & Virgil. 11.*

Pacis solum, inviolabile pignus. Et habetur in cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. iud. ordin. ibi: Et usque ad condignam satisfactionem, inviolabiliter observari, &c. in c. 1. in fin. de eo qui mit. in possess. cau. rei. 2. ibi: Ut autem nostra diffinitionis sententia inviolabiliter observetur, eam Apostolico duximus patrocinio roborandam, &c. ergo eodem modo in præsenti dicere debemus, quod Gregorius roboravit suam dispositionem in prædicta Constitutione suo Apostolico decreto, & ideo non solum tacitè, sed etiam expressè voluit, ut inviolabiliter observaretur, prout fieri debet. Hactenus Episcopus Urrutigoiti, quod id ipsum antea dixerat *in eod. pastor. regul. par. 1. claus. 8.* & ad idem pergit *par. 2. quæst. 5.* ubi, post litteraliter scriptam d. Bullam Gregorii XV. *num. 3.* inquit ibi: *Ex quibus clausulis liquido patet, prædictam Gregorii Constitutionem, æque afficere, & comprehendere omnes Regulares, & alios quoscumque, ut omnes præcedentes concessiones, & privilegia quoad Judices Conservatores reducta esse dicantur ad terminos, & iuxta metas prædictæ Gregorianæ Constitutionis.*

Unde amplectendas non esse censeo Doctorum opiniones existimantium, quòd antedicta tantum procedant, quando Conservatoria conceditur in forma communi, non vero, quando in forma specifica: & cum clausulis amplissimis, veluti quando in litteris conceditur Conservatoribus potestas trahendi reos ad eorum tribunal, & alia ejusmodi; ut dicit Marchesan *de commiss. to. 1. tit. de signatura gratiæ diverss. par. 1. c. 2. nu. 407.* propter quas clausulas Conservatores non sunt merè delegati, sed quid medium inter Judicem Ordinarium, & Delegatum, & se habent cum Judicibus Ordinariis tanquam excedens, & excessum, ut hæc scribit Tondutus *de prævention. par 2. c. 59. à num. 1. usque ad n. 12.* ad hæc Salgado *de supplic. ad Sanctiss. par. 2. c. 11. n. 103.* 13

Nam hæc procedere possent ante Constitutionem Gregorii XV. desuper enarratam; per eam namque fuerunt revocatæ omnes conservatoriæ pro quibuscumque Conventibus, Monasteriis, & Ordinibus, aut aliis piis locis tam regularibus, quàm sæcularibus, & ipsorum personis. 14

Eas conservatorias in futurum, & perpetuò reducendo ad formam ibi expressam, decernens inter alia: *Ut coram ipsis Conservatoribus Regulares, ac personæ suprascriptæ conveniri, aut trahi debeant; ita ut memorati Conservatores in causis, in quibus Regulares, & alii actores fuerint, nullam prorsus iurisdictionem habeant, sed in his tantum, in quibus rei extiterint.* Cum clausulis irritantibus in secus agendis. Unde post dictam Constitutionem nullam considero differentiam inter Conservatorias respectu hujus articuli, affirmando quod Conservatores in causis civilibus ubique non possunt alios ad suum judicium trahere, licet Regulares, & alii coram Conservatoribus conveniri valeant.

Et ad hanc intelligentiam refero scripta à Don Acacio de Ripoll *var. de jurisd. c. 1. à n. 31.* & à Regio Senatore Don Bonaventura de Tristany *in Corona Bened. c. 2. n. 19.* qui jure communi inspecto loquuntur, & non juxta terminos dictæ Constitutionis Gregorii XV. (quam non allegant) nam per eam, ut supra enarratur, omnes Conservatoriæ, signanter Regularibus concessæ, fuerunt innovatæ lege inviolabili, & perpetuò sancitura. 15

Stabilito jam jure, quòd per dictam Constitutionem Gregorianam limitatur jurisdictio Conservatorum in civilibus, ad casum, quo regulares, vel exempti sunt rei, contendunt adhuc Doctores, an ampliùs ea jurisdictio limitata sit, ita ut solùm Conservatores valeant cognoscere de causis, in quibus Religiosi, vel exempti sunt rei, & causæ non requirunt judicialem indaginem. 16

Aliqui opinantur, quòd metiri debet jurisdictio Conservatoris secundùm metas Conservatoriæ, ita ut si in ea conceditur ampla facultas cognoscendi de causis requirentibus indaginem, possit de quibuscumque causis cognoscere, in quibus Religiosi, & exempti sunt rei. Ripoll *var. d. cap. 1. num. 51.* (qui eas exemplificat in Conservatoribus Religionis Sancti Benedicti de observantia, quales sunt Monasteriorum de Mont Serrat, & Sancti Fœlicis de Guixols, & aliorum quæ militant sub Congregatione Sancti Benedicti de Valladolid, ut fatetur ipse Author legisse in Bulla dictæ Congregationis, concessa per Eugenium 4. quæ legitur in libro bullarum, & rescriptorum dictæ Congregationis fol. 83.) approbat Rota *in una ofcen. jurisd. d. coram Ubaldo anno 1614.* quam ad litteram tradit Lezana *tom. 4. consult. 40.* Farin. *tom. 4. decis. 616.* 17

Con-

18 Contrarium tuetur Pignatelli *tom. 8. consul. 33.* (ubi variis argumentis id comprobat, & adversantibus satisfacere intendit) post dict. Constitutionem Gregorii XV & declarationem factam vigesima quarta Martii millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo, per Sacram Congregationem, asserens, hæc procedere etiamsi Religiones haberent privilegia ante dictam Constitutionem Gregorianam, concedentia eorum Conservatoribus ampliorem jurisdictionem, & facultatem procedendi in causis, in quibus Religiosi sunt rei, requirentibus judicialem indaginem quia, per dictam Constitutionem Gregorii XV omnia illa fuerunt revocata, & irrita facta.

19 In nostro tamen Regio Senatu admissa est prima opinio, ut patet in ejus exemplaribus, in principio hujus decisionis allegatis, & observaverat Senatus antiquitùs in illo, quod recitat Ferrer *observ. p 3. c. 163.* Quæ observantia nostra corroboratur ex decisis in S. Rota R. in Turritana Conservatoriæ Societ. Jesu 15. Junii 1668. quæ est in *par. 15. recent. decis. 285. numer. 4 & seqq.* ubi adversanti principali satisfacit ibi: *Non obstat quod in hac constitut. fuerint revocatæ omnes Conservatoriæ, & redactum jus ad terminos supra memoratæ decretalis Bonifacii VIII. dumque propterea in hac Bulla Gregor. XV. non exprimitur, in quibus causis Conservatores procedere possint, id intelligi debeat in causis manifestæ injuriæ, & violentiæ, non autem judicialem indaginem requirentibus, juxta ejusdem decretalis præscriptum. Abbas cons. 100. numer. 3. part. 1. Ricc. decis. Neapol. 258. per tot. præcipuè n. 8 part. 2. & decis. 191. nu. 4. & 5. par. 3. Monet. de Conservatoribus cap. 7. n. 84. & seq.*

Quia visum fuit, hanc Gregorianam constitut. se referre ad Bonifacianam tantummodo circa personas eligendas, ut in §. 1. ibi: Decrevit ut Judices Conservatores eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi habeant qualitates requisitas, & descriptas in constit. similis recordat. Bonifacii Papæ VIII. &c. Ita ut vel dignitate Ecclesiastica præditi, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant, de cætero modificasse in hoc Planum Privilegium, ut ubi primum Patres in omnibus causis, etiam in quibus actores existerent, poterant sibi eligere, & adire Conservatores, nunc in causis solùm ubi sunt Rei, id facere possint, ut in specie tradidit Peyr. ad dict. constitut. 2. Gregor. tom. 2. §. 6. num. 50. ubi quod hodie Regulares in omnibus causis, in quibus Rei existunt etiamsi non agatur de manifestis injuriis, possunt, ac debent conveniri coram eorum Conservatoribus imò secundùm eum restrictio constitutionis ad reos tantum procedit respectu aliarum causarum, non autem ubi agitur de manifestis injuriis, in quibus videtur, Regulares eos adire posse, etiamsi actores sint, quasi causa ad injuriam provocati, ac violentiam passi proprius dicatur passiva, quàm activa, & dum in eadem Gregoriana derogatur contrariis, quæ adversantur, aliis in suo robore permansuris, clarum fit omnes causas sive civiles, sive criminales, sive mixtas, dummodo passivas, intactas remanere, utpote in nihilo dictæ constitutioni adversantes, ut bene explicat R. P. D. Fagnanus in dicto cap. Tuarum de privil. sub dicto numer. 23.

20 Sequitur ex his alia dubitatio, an post dictam Const. Gregor. XV. Conservatoris jurisdictio saltem per viam prorogationis possit declinari: cui respondendum judico, quod etiam de consensu partium jurisdictio Conservatoris prorogari non potest. Valenz. *tom. 1. cons. 84. numer. 3.* & id respectu laici in re merè profana (quod est nostrum institutum) etiam nec vigore clausularum renuntiationis proprii fori, & summissionis alterius cujuscumque Judicis, approbat Reg. Cortiada *part. 3. decis. 168. num. 21.* Et licet Cuenca *de commanda claus. 36. numer. 161. & 172.* allegatus à dicto Reg. Cortiada, asserat porogari posse Conservatoris jurisdictionem ad personam laici debitoris recusantis debitum solvere, propter iniuriam, quam creditori inferi non sovendo, quod solvere debebat; quando aliquo modo persona laica in rescripto delegatorio contineri possit; atverò respondetur, (ultra ponderata *in decis. 119. numer. 8 cum seqq.* quod manifesta iniuria, de qua cognoscere potest Conservator, attento jure communi, & Sanctionibus Pontificiis, non accipitur generaliter, prout dicitur, omne quod non jure fit, sed quatenus maleficium significat) quod Cuenca doctrina admitti non debet post Const. Gregor. XV. pluries citatam, quæ respectu reorum sæcularium in causis civilibus omnino abdicat Conservatoribus jurisdictionem, ut ibi: *Nullam prorsus jurisdictionem habeant.*

Et ampliùs responderi potest, quod est improrogabilis jurisdictio Conservatoris per personam laici in re merè profana, ex defectu jurisdictionis in delegante. 21
Probat Thomas Sanchez *tom. 2. consil. moral. lib. 6. c. 9. dub. 6. n. 2.* reddens rationem ibi: *Quia Papa non habet exercitium jurisdictionis temporalis, nisi in terris, quarum est dominus temporalis.* Et *Notab 2. n. 14.* dicit ibi: *Quod licet Papa vellet facere, ut causa laici spectaret ad Judicem Ecclesiasticum, non posset facere in præjudicium sæcularis potestatis, & sic habetur in l. 1. tit. 8. lib. 1. recop. quod non admittantur hi Conservatores nisi in manifestis violentiis, quæ intelligitur contra laicos, ut ex ea constat & docet optimè Salzedo pract. Canonic. cap. 3.*

Et amplectitur P. Hieronymus Garcia Ordinis Divi 22
Hieronymi *in posit. reg tom. 1. tract. 8 dif. 2. dub. 3. num. 7.* ibi. *Manuel Rodriguez en las qu. regul. to. 1. qu. 65. art. 12. Hieronymo Rodriguez ref. 32. n. 12. & 22. Portel. in dub. regul. ver. Conservatores num. 7. Ivan de la Cruz de stat. relig. lib. 2. cap. 10. dub. 5. con. 2. Diana 3. part. tract. 1. resol. 20. Fragoso part. 2 lib. 4. disp. 12 §. 2. num. 30* dizen que pueden los Conventos pedir las deudas à los sæculares delante del Conservador, y defender delante dellos los animales, y ganados, quando por aver hecho algun daño en bienes, y pastos agenos se quieren quedar con ellos los damnificados, lo qual consta del cap. fin. de offic. delegati in 6. y nuestra orden tiene desto muchos privilegios, y particularmente uno amplissimo de Eugenio IV. año 1445. concedido al Convento de Guadalupe, y despues por Nicol. V. estendido à toda la Orden, y se refiere ad longum en nuestro compendio ver. Conservatoriæ Bullæ. Pero Thomas Sanchez tom. 2. consil. lib. 6. cap. 9. dub. 6 prueba de la Clementina dispendiosam de judic. con Covar. y Palacios, que no pueden, y que las Bullas se han de entender respeto de los Ecclesiasticos, y no respeto de los seculares, porque el Papa ni pretende, ni puede quitar el orden judiciario à los seculares en las tierras que no son suyas, y à la verdad, acà por lo menos nunca veo usar de la jurisdiction del Conservador contra seculares, sino contra el Ordinario, y otros Ecclesiasticos. Et infra ibi: Y a lo ha decretado Gregorio XV. en el año 1621. y la trahe Peyrinis en el 2. tom. de sus privilegios constit. 5 Gregorio XV. donde la explica muy bien, y mas largo aora Fragoso part. 2. citat. lib. 4. disp. 12.*

Decisiones nostri Regii Senatus, quòd laicus in re pro- 23
fana non possit prorogare jurisdictionem Judicis delegati tradidi *decis. 117. tota*, quas hic non repeto.

DECISIO CXXI.

ARGUMENTUM.

Conservatorum jurisdictio Universitatis Studii Generalis Ilerdæ, & Magistri Scholarum ejusdem Universitatis prorogatur per laicum in re profana.

SUMMARIUM.

1 *Constitutio Gregorii XV. de anno 1621. revocatoria Conservatoriarum non comprehendit Conservatorias Universitatum Studii Generalis.*
2 *Delegati jurisdictio à tenore Bullæ delegationis dependet.*
3 *Conservator Universitatis Studii Generalis Ilerdæ tantam habet potestatem super laicis, quantam habet Episcopus, & ejus Officialis in causis Clericorum super laicis, & sæcularibus.*
4 *Prorogatur per laicum in re profana jurisdictio Conservatoris Universitatis Civitatis Ilerdæ: usque ad num. 9.*
10 *Judex Ecclesiasticus est incompetens cognoscendi de laicis, in rebus profanis jure ordinario, nisi per viam prorogationis.*
11 *Satisfit exemplari Regii Senatus; & vers. subseq.*
12 *De laudibus Senatus Regii.*
13 *In materia prorogationis jurisdictionis stetur consuetudini.*

14 Ju-

14 *Jurisdictio Magistri Scholarum est per laicum prorogabilis: quia à Pontificis, & Regis potestate provenit: & n.15. & respondetur objicin.16.*

17 *Quis dicatur delegatus ad universitatem causarum.*

18 *Debet constare quod sit Scholasticus, ut juvetur beneficio exemptionis à jurisdictione ordinaria.*

1 CONSTITUTIO Gregorii XV. frequenter *in decisione antecedenti* citata, revocatoria Conservatoriarum, non comprehendere Conservatorias Universitatum Studiorum Generalium, animadvertit Rota *recent par.7.dec.49.n.15.* Tondutus *de prævent. par.2. cap. 59.n.19.* (ubi per totum caput amplissimè defendit jurisdictionem Conservatoris, concessam Universitati Avenionen.) & declaravit Sacra Congregatio Concilii sub die 18. Januarii 1594. quam transcripsit Aldan. *in comp. Canon. resol. lib.4.tit. 8.n.11.* & recitat Barbosa *in collect. dec. Apostol. collect.216.n.20.* Marcilla *lib. 2. tit.14.cap. 3. ver. Conservatoris litteræ*, & *cap.4. in fin.* Salgado *de supplic. ad Sanctiss. par.2.cap.11.n.11.* imò expressè reservantur à Sacro Concilio Tridentino *sess. 14. de refor. cap. 5:* cujus litteram tradidimus *dec.119.num. 2.* & 3. unde dubium, an Conservatoris Studii Generalis Civitatis Ilerdæ jurisdictio in re mere profana possit per laicum prorogari, dirigi non debet ex observantiis super dictam Constitutionem Gregorii XV. tentis, sed ex præcipua ratione, quæ ex Conservatoria ejusdem Universitatis inferri valet.

2 Nam Delegati jurisdictio à tenore Bullæ delegationis dependet, *c. Porro 7. de privilegiis*, ibi: *Quod totum ex inspectione privilegiorum plenius animadvertere potes, & secundum quod inveneris, ita observare.* Et ibi Glosa *c. recepimus 8. eod. tit.* Et ejus intelligentia à mente delegantis est sumenda, non ut sermoni res sed sermo rei subiiciatur, *cap. intelligentia 6 de V. S.* punctim Barbosa *de potest. Episcopi par.3 alleg.106.n.52.* Tondutus *de præv. iud. par.2.cap.59 n.12.* Ripoll *var.cap. 1.num.55.* diximus *decis.116 num 24.*

3 Propterea cum Conservator Studii Generalis Ilerdæ in causis Scholarium habeat maiorem potestatem illa, de qua loquitur text. *in c. primo, & fin. de offic. Judicis deleg. in 6.* nam habet tantam potestatem in causis Scholarium super laicis, quantam habet Episcopus, & eius Officialis in causis Clericorum super laicis, & sæcularibus, illi concessam per Rom. Pont. Calicium: dat. Romæ anno incarnationis Dñi millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, septimo Kalend. Maii; & tradit cum littera Bullæ Pontificiæ Ferret 3. *par. obs. c.* 163. de simili Bulla Conservatoria concessa per Summum Pontificem Joannem XXII. quam ad Litteram pro Universitate Studii Generalis Avenionen. tradit; & ad rem expendit Tondutus *de præv. par.2. d.c.* 59. Ideo per laicum in re profana illius Conservatoris iurisdictionem posse prorogari infertur ex exemplaribus quæ citat Ferrer, & post eum Ripoll *var.c.1.n.59. cum seqq.* quæ hic cum aliis referibuntur.

4 Sic in his terminis Conservatoris Universitatis Studii Generalis Ilerdæ, in facto firmæ iuris factæ coram Vicario Regio Villæ de Tarrega, quæ postea fuit evocata ad Regiam Audientiam per Joannem Rossellò laicum, procedimentis contra eum factis, instante Petro Batalle studente in dicta litteraria Universitate per illius Conservatorem; coram quo dictus Rossellò comparuerat, & Conservator se Judicem competentem declaraverat, fuit conclusum ex maiori parte die 2. Decembris 1570. (Est in lib. conclus. illius anni fol. 253.) referente Magnifico Antonio Ros Regiæ Audientiæ Doctore, dictum Conservatorem posse ad ulteriora procedere, non obstantibus litteris à Regia Audientia emanatis. Hoc exemplar recitat Ferrer *observ. par.3 d.c.*163.

5 Idem fuit conclusum die 30. Augusti 1557. concluf. civil. illius anni fol.93. referente Magnifico Bernardo Vilana de Regio Concilio, non esse revocanda procedimenta facta coram Conservatore Universitatis Studii Generalis Ilerdæ; ex quo Gaspar Bellver natu major, contra quem fuerat lis cœpta coram Conservatore per medium sui procuratoris, coram eo comparuerat, & sic illius iurisdictionem prorogaverat, non obstante, quod Gaspar Bellver natu minor filius dicti Gasparis Bellver senioris firmaverat de iure in Regia Audientia, eo motivo quia instantia cœpta contra defunctum transit in illius successorem.

6 Idem die 14. Augusti 1598. in lib. concl. civil. illius anni fol. 113. per hæc verba: *In facto causæ firmæ juris factæ in Regia Audientia per Joannem Gavarret cultorem loci de Gra, & alios ejus litis consortes, quibusdam procedimentis contra eos factis per Officialem Curiæ Eccles. Ilerden. uti Conservatorem Universitatis dictæ Civitatis Ilerdæ, instante Antonio Nuix studente in prædicta Universitate, facta relatione per Magnificum Joannem Torner Regiæ Audientiæ Doctorem, & dictæ causæ relatorem.* De quo mentionem facit Reg. Cortiada *part. 1. decis. 11. numer. 45.*

Attento, quia constat, dictum Conservatorem se declarasse Judicem competentem, & dictum Joannem Gavarret, aliosque ejus litis consortes ante firmam juris per eos in Regia Audientia factam, comparuisse coram dicto Conservatore, & ejus jurisdictionem approbasse, prorogando illius jurisdictionem. His, & aliis meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quòd declaretur, dictum Conservatorem posse ad ulteriora procedere, non obstantibus litteris à Regia Audientia die 7. mensis Aprilis proximè elapsi emanatis, & dicto Conservatori præsentatis. 7

Non est ab hoc dissimile illud quod pro forma tradit Reg. Cortiada *decis. 29. numer. 65.* die 18. Augusti 1598. ibi: *In facto firmæ juris factæ in Regia Audientia per Thomam Morisco Civitatis Tarraconæ, & alios, procedimentis contra eos factis per Officialem Episcopi Ilerden. & eo nomine Conservatorem Studii Generalis dictæ Civitatis, audita informatione facti in banco Regio per Guillermum Raymundum Mora Juris Doctorem, Officialem, & Conservatorem Studii Generalis, cui fuit per Regias litteras rescriptum, ut compareret in Regia Audientia, banchum Regium super his informaturus, facta relatione processus coram dicto Conservatore, assistati per Antonium Oliba Regiæ Audientiæ Doctorem.* 8

Attento ex informatione facta in Regia Audientia per Guillermum Raymundum Mora Juris Doctorem, Officialem Ilerden. & eo nomine Conservatorem Apostolicum Studii Generalis Ilerdæ, studentium in eodem, Officialium, & ministrorum ejusdem, cui per litteras Regias fuit rescriptum, ut revocaret procedimenta per eum, ut Conservatorem præfatum, facta contra Thomam Morisci, & alios Civitatis Tarraconæ, ad instantiam Joannis Ferrer Libreterii Universitatis dicti Studi Generalis, aut compareret in Regia Audientia, banchum Regium super prædictis informaturus, ut in dictis litteris dat. Barcinonæ die 19. Julii 1596. hæc, & alia plenius continentur, ad quas fit relatio. Et ex relatione processus assistati coram dicto Conservatore inter dictas partes facta per Antonium Oliba Regiæ Audientiæ Doctorem, in causa firmæ juris per dictum Morisco, & alios in Regia Audientia factæ, procedimentis dicti Conservatoris comm. fuit. Et aliàs constat, dictum Conservatorem in casu suæ jurisdictionis per litteras Apostolicas sibi commissas procedere. His, & aliis meritis processus attentis, & aliàs, fuit conclusum, dictum Conservatorem in casu suæ jurisdictionis procedere, & quod processus dictæ causæ, quem ipse Conservator posuit in posse dicti Relatoris, illi restituatur. Est in lib. conclus. civil. illius anni fol. 127. 9

In hoc ultimo exemplari dubitari non valet, laicum prorogasse jurisdictionem Conservatoris Universitatis Studii Generalis Ilerdæ, alia namque ampliori facultate uteretur, quam habet Judex ordinarius Ecclesiasticus, qui est incompetens cognoscendi de laicis in rebus profanis jure ordinario, nisi per viam prorogationis, ut diximus *decis. 117. nu. 3. cum seqq.* 10

Superius enarratis obstat quod inveni declaratum die 21. Octobris 1617. in facto firmæ juris factæ per Don Petrum de Oliver & Boteller die 18. Julii 1617. procedimentis contra eum factis, ad instantiam Hieronymi Iordà in Universitate Ilerdæ studentis, ubi, referente Magnifico Josepho Ferrer Regiæ Audientiæ Doctore, fuit declaratum, firmæ juris factæ in Regia Audientia, locum fuisse, & esse, & quod ad ulteriora in Regia Audientia procederetur. In actis Sebastiani Costa Not. Nam in ea causa coram Conservatore fuit citatus Nobilis Petrus Oliver & Boteller, ad instantiam dicti Hieronymi Iordà, qui petebat à dicto Petro Oliver & Boteller tanquam hæres patris sui, redditionem computorum, & salarium administrationis tutelæ dicti Don Petri, quam Petrus Iordà administraverat, & quod pro residuo solveret dictus Don Petrus dicto Hieronymo Iordà sexcentum libras, virtute donationis, & cessio- 11

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

cessionis factæ per N. Iordà fratrem majorem dicto Hieronymo ejus fratri, causa alimentorum in suis studiis peragendis in dicta Universitate Studii Generalis Ilerdæ; in qua causa comparuit legitimus procurator dicti Don Petri de Oliver & Boteller, cum expressa potestate comparendi in quibuscumque Curiis Ecclesiasticis Civitatis Ilerdæ, & in ea dictus Conservator se declaravit Judicem competentem: & non obstante, quòd dictus Don Petrus Oliver & Boteller per comparitionem ipsius procuratoris prorogaverat Conservatoris jurisdictionem; nihilominus fuerunt declarata nulla procedimenta facta coram Conservatore; & conclusum ut supra habetur, pro firma juris facta in Regia Audientia: de facti hujus contingentia hunc descripta attestatur Don Acacius de Ripoll *var. cap. 1. num. 62.*

At respondetur huic obiici cum eodem Ripoll *num. 65.* quòd præstantissimi Senatores in Aula Cancellarii fundati fuerunt, tum quia petitio dicti Hieronymi Iordà studentis, de sexcentum libris reliquatus tutelæ dependebat ex redditione rationum dictæ tutelæ, quæ magnam discussionem requirebat; tum etiam quia prædicta actio magis competebat N. fratri majori, & hæredi, & sic fraudulenter donationem per eum factam fuisse dicto Hieronymo Iordà studenti, ut per indirectum dictus Don Petrus de Oliver & Boteller, vexaretur coram Conservatore,

12 Inde dicere existimo, quòd ex tam repetitis exemplaribus jam inducta videtur consuetudo judicandi, quam amplectendam non dubito (licèt post Const. Gregorii XV. de anno 1621. de qua *in decis. anteced.* circa rem hanc non videatur quid decisum, unde poterit de observantia nostri Regii Senatus anteriori, ut supra recitatur, dubitari) nam doctissimis viris semper noster floruit Senatus, & ut inquit Cassiodor. *lib. 5. epist. 4. Quales legum interpretes, & Concilii decet esse participes, quorum integritate, & eruditione firmissimum judicium est summopere veneranda, tanquam de judicibus exemplar*, juxta S. Ambrosium *lib. 2. de Virgin.*

13 Et pondero quæ scripsit circa consuetudinem judicandi super hac re P. Mendo *de jure academ. lib. 1. quæst. 26. num. 511.* ibi: *Notaverim obiter, in Diœcesi Salmantina clericos, adhuc cum actores sunt contra sæculares in quacumque causa, eos trahere ad Tribunal Ecclesiasticum; & quamvis sæculares sæpe reclamaverint, & declinaverint jurisdictionem, idque detulerint ad Regiam Vallisoletanam Cancellariam, contra eos semper lata est sententia, indeque coacti, ut quamvis sint rei, sequantur forum actoris, ratione consuetudinis diuturnæ, qua hic mos fuit præscriptus. Et forsitan ex studiosorum privilegio jam proposito superius; clerici Salmantini id ipsum introducere cœperunt, Ecclesiasticique Judices suam inde jurisdictionem propagarunt, cum non constet de speciali privilegio, aut de concessione Regia, ac Pontificia, &c.*

14 Hic admissa superiori consuetudine judicandi circa Conservatores Universitatis Studii Generalis Ilerdæ jam non dubito doceri, quòd jurisdictio Magistri Scholarum dictæ Universitatis est per laicum prorogabilis; ut sic generaliter in Magistro Scholarum approbant ex Barbosa & aliis, Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. nu. 1181.* qui contrariis satisfacit. Scobar. *de Pontif. & Reg. jurisd. cap. 27. num. 6.* Fermosinus *in cap. significasti 18. de foro comp. quæst. 1. num. 21.* Scialoya *de foro comp. cap. 12. nu. 41. in fin.* Reg. Cortiada *decis. 168. par. 3. nu. fin.*

15 Nam Magistri Scholarum jurisdictio à Pontificis, & Regis potestate provenit. Castillo *de tertiis tom. 7. cap. 14.* Suelvez *cons. 33. num. 19.* Mendo *de jure academ. quæst. 8. lib. 1. à num. 221. & q. 26. nu. 512.* Reg. Cortiada *par. 3. decis. 135.* latissime *à nu. 45.* (ubi de jurisdictione Magistri Scholarum, & Rectore ejus Universitatis,) Regius Consiliarius Don Antonius de Vilaplana *de Brac. Milit. cap. 3. nu. 172.* Unde si laicus vult in eum, ut in Regium, & sæcularem Judicem consentire, tunc sine dubio poterit ejus jurisdictionem prorogare, tradit Escobar *de Pontif. & Reg. jurisd. cap. 27. num. 6.*

16 Nec tunc obstabit, quòd in contrarium scribit Niño ad Cuenca *de commanda clausa. 36. à n. 11.* (qui dubitabilem reddit Cortiada citatum) nam iste Author argumentum accipit à jurisdictione delegata, judicibus Conservatoribus concessa, quæ in omnibus distat à jurisdictione Magistri Scolarum, quia hic habet jurisdictionem demandatam à Pontifice, & Rege ad universitatem causarum, licet limitatam ad genus personarum; at Conservator jurisdictionem delegatam à Pontificia potestate limitatam habet ad causas, & personas, ut supra in decisionibus antecedentibus probavimus.

Et adhuc dicere insonum non est, quod scribit Episcopus. Vrrutigoiti *in pastor. regul. par. 1. claus. 10. n. 22.* ibi: 17
Præterea convincitur; nam Cochier ubi supra in d. to. 2. q. 16 distinctionem facit inter Conservatores, & n. 9. loquendo de eis ita ait: sed licèt verum sit, quod est delegatus, tamen in hoc ultimo decipiuntur, dum volunt, esse delegatum ad universitatem. Nam moventur solum per text. in d. §. officium, per quem probatur quod est delegatus, ut statim induxi, sed quòd sit ad universitatem causarum nullum verbum ibi, ex quo colligi possit, aut tacitè, aut expressè. Et ideo dico, esse delegatum ad pluralitatem, seu generalitatem causarum; non ad universitatem, nam communis est theorica Doctorum, cum dicit delegatum ad universitatem, cui est commissa pluralitas causarum, respectu territorii, puta causæ, quæ vertuntur in tali Castro, Villa, seu Quarterio, exemplum poni potest in Vicario Foraneo Episcopi, ut per glos. in Clement. Et si Princip. de rescriptis super verbo foraneo, & ibi Cardin. Alexand. ad generalitatem causarum eum dicunt, cui committantur plures causæ, non respectu territorii, sed certarum personarum tantum, puta vertentes inter Sempronium, & Titium, &c. Alia subsequentia non transcribo, quatenus tangunt exemplum Conservatoris Scholarum, ne præscriptis observantiis nostri colendissimi Regii Senatus debitam abducerem lucem. Unde idem Episcopus Vrritigoiti, qui supra *in vers. Ex cujus doctrina*, infert ibi: *Ex cujus doctrina, ipsemet satis convincitur non bene in locis superiùs allegatis dixisse Conservatores esse deputatos ad universitatem causarum, & exinde censeri ordinarios, cum potiùs sint ex sua doctrina ad generalitatem, videlicet quoad certas causas, nempe civiles, & respectu personarum exemptarum, pro manifestis injuriis, & violentiis, unde sequitur, non posse dici constitutos ad universitatem, cum nullatenus sint ratione territorii, sed personarum.* Quod contrarium omnino habetur in Magistro Scholarum Ilerdæ, qui jurisdictionem habet Pontificiam, & Regiam ad causarum universitatem, licet limitatam ad genus personarum. Unde prorogabilem esse per laicum in re profana ampliùs non dubito.

Non omitto, quod ut Scholasticus juvari possit privile- 18
gio exemptionis à jurisdictione ordinaria, tenetur illud probare, ut scribit Rebuffus *in tract. de privil. Scholasticis privileg. 53.* ubi *in vers. Idem in mendicantibus*, ita ait: *His casibus tenebitur Scholasticus allegare, & probare, se Scholarem, cum illud dubium sit, nam quamvis privilegium notorium sit, tamen constare debet, quod sit Scholaris, ex sententia Lazon.* Et approbat Episcop. Vrrutigoiti *in pastor. regul. par. 2. quæst. 3. num. 42.*

DECISIO CXXII.

ARGUMENTUM.

Magister Universitatis Studii Generalis Civitatis Ilerdæ in studentes Academicos laicos solùm habet laicalem jurisdictionem. Et inde cum eo non firmatur Contentio: juxta concordiam Serenissimæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Comenarum; ad intelligentiam *Const. 2. tit. de Estudis Generals.*

SUMMARIUM.

1 *Casus.*
2 *Universitates litterariæ fundatæ per Principem sæcularem habentem jus Supremi imperii, laicales reputantur.*
3 *Jurisdictio Magistri Scholarum respectu Scholarium Clericorum, est Ecclesiastica: & respectu Scholarium laicorum est laica, ubi etiam de gubernio Universitatis. & num. 4.*
5 *Hæc opinio est recepta in Magistro Scholarum Civitatis Ilerdæ per jus nostrum Municipale.*
6 *Allegantur exemplaria.*
7 *Solvuntur contraria, & num. 8.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

9 *An Magister Scholaris Ilerdæ respectu studentium Sæcularium habeat jurisdictionem privativè ad Regiam Audientiam, traditur remissivè.*

10 *Diploma Regium ad id.*

11 *Declaratio contentionis.*

1 JOSEPHUS de Melianta, & de Sulla, Domicellus, Ilerdæ Domiciliatus, uti donatarius universalis Doctoris Josephi de Melianta & Moratò parentis sui cœpit litem in hac nostra Regia Audientia, ad Relationem Magnifici Dominici Aguirre Regii Consiliarii, in actis Mas Nott. contra Nobilem Antonium Franciscum de Berenguer, ac Doctorem Joannem Josephum Casanovas Civem honoratum Ilerdæ perpetuò Vespertinum legum interpretem Universitatis Studii Generalis ejusdem Civitatis, ut sibi respectivè deferrent possessionem bonorum, quæ fuerant in illa donatione universali comprehensa. Doctor Casanovas adivit per simam juris Curiam Scholasticam: & ab ea fuerunt expeditæ litteræ in forma contentionis, exponendo se exemptum à jurisdictione Regiæ Audientiæ, & subditum dictæ Curiæ peculiari, renuit Regia Audientia contentioni assentiri: Sed dubium suscitavit, an esset ea contentio firmanda. Procujus solutione perpensæ fuerunt rationes, quæ suadent laicalem esse Magistri Scholarum jurisdictionem, quam exercet in juris professores, & eorum Scholares laicos (prout est dictus Casanovas.)

2 Prima, nam licet quæstio versetur inter DD. an Universitates litterariæ, fundatæ per Principem Sæcularem jus Supremi Imperii habentem, non recognoscentem superiorem in temporalibus in suis territoriis, sint corpora Ecclesiastica, vel laicalia: atverò communis opinio invaluit, esse laicales secundum se, & earum natura, & fundatione inspectis, P. Mendo *de jure academ. lib. 1. q. 8. à nu. 227. ad 265.* Francisc. de Vrritigoyti *de comp. jurisd. q. 77. nu. 11.* Cevallos *de cognit. per viam violent. par. 2. q. 157.* Escobar *de Pontif. & Reg. jurisdict. Studii Gener. c. 6. nu. 35. cap. 21. à n. 28. & 73. & cap. 23. à n. 13.* Pereyra *de acad. à nu. 16 ad 24.* Regens Cortiada *tom. 3. dec. 135. tot.* signanter *num. 29. & seqq.*

3 Secunda pariformiter, quia etsi aliqui DD. affirment, quod jurisdictio Magistri Scholarum ratione mixturæ est Ecclesiastica, tam respectu singulorum Scholarium Clericorum, quam laicorum, Barbosa *vot. 55. à n. 10. lib. 2.* Suelves *cons. 33. n. 19. l. 1.* Narbona *ad l. 20. glos. 22. sub n. 129. & 130. tit. 1. lib. 4. recopil.* citati per Regentem Cortiada *dec. 8. n. 45.* junctis *n. 52. & 53. p. 1. & p. 3. d. dec. 135. n. 49.* Attamen alii pro certo tradunt, quod respectu singulorum Scholarium Clericorum est Ecclesiastica, & respectu Scholarium laicorum est laica. Escobar *de Pont. & reg. jurisd. d. cap. 21. n. 21.* (ubi quod respectu totius Academiæ Universitatem Sæcularem esse, & Principi Sæculari, sub cujus territorio erecta est, esse subjectam, quoad reformationem, conservationem, gubernationem, & cæteras totius corporis causas, & ibi amplius) & per totum caput latissimè, Regens Cortiada *d. dec 8. nu. 54 cum seqq. & decis. 135. num. 24. cum pluribus seqq.* (ubi etiam *num* 34. de gubernio Academiæ) & signanter *num. 50.*

4 Nam potest eadem persona diversas jurisdictiones exercere, respectu diversorum subditorum, quin una cum alia jurisdictione confundatur, ut punctim respectu jurisdictionis Ecclesiasticæ, & Sæcularis tenent plures relati à Regente Cortiada *d. dec. 8. num. 54. & 55. & seqq. & dec. 30. numer. 43. in fin. tom. 1.* Escobar *de Pontif. & Reg. jurisd. cap. 21. num. 185. cum pluribus seqq.*

5 Tertia, quia in hoc Principatu est recepta supra fulcita sententia in Magistro Scholarum Civitatis Ilerdæ, prout insinuat *Const. 2. tit. de Studiis Generalibus*, ibi: *De act avant se erigesca un Offici, ò Dignitat ques nomene Mestre Scuela, lo qual sie de naciò Cathalà, y baja de residir personalment en la Ciutat de Leyda, y perpetuament privative à tots altres Iutges, axi Ecclesiastics, com Seculars sit superior, y Iutge competent, y tinga tota jurisdicciò civil, y criminal, mer. y mix imperi sobre tots los Cathedratichs, y Studiants, y Ministres de dit Studi, y familias de aquells, y que vostra Majestat ab la sobredita loatiò, y approbatio de la present Cort li done tota la jurisdicciò Reyal ordinaria, y plenissima sobre ditas personas, en lo que à sa Reyal jurisdicciò toca, y pertany, è intercedesca ab sa Santedat, pera que en nom de la Dignitat, ab delegatiò Apostolica ad universitatem causarum, y tambè plenissima, à supplicatiò de vostra Majestat impetradora, concedesca tota jurisdicciò Ecclesiastica à dit Mestre Scuela pera dit effecte, axi que, en la persona de aquell concorregan las jurisdictions, y auctoritats Apostolica, y Reyal convenients.* Et infra ibi: *Plau à sa Magestat, reservant se la nominaciò fabedora pera si*; id est: *Inde erigit Officium, aut Dignitatem, quæ nominetur Magister Scholarum, qui sit de natione Gotholaunus, & debeat residere personaliter in Civitate Ilerden. & perpetuo privativè ad omnes alios Iudices, tam Ecclesiasticos quam Sæculares sit superior, & Judex competens, & habeat totam jurisdictionem civilem, & criminalem, merum, & mixtum imperium super omnes professores, & Scholares, & Ministros dicti Studii, & familias illorum, & quod vestra Majestas cum supradicta laudatione, & approbatione præsentis Curiæ det illi totam jurisdictionem Regiam ordinariam, & plenissimam super dictas personas, in eo quod ad Regiam jurisdictionem attinet, & pertinet, & intercedat cum sua Sanctitate, ut nomine Dignitatis, cum delegatione Apostolica ad Universitatem causarum, & etiam plenissima, media supplicatione vestræ Majestatis impetranda, concedat totam jurisdictionem Ecclesiasticam dicto Magistro Scholarum ad dictum effectum, ita ut in persona illius concurrant jurisdictiones, & authoritates Apostolica, & Regia convenientes.* Et infra ibi: *Placuit suæ Majestati, sibi tamen reservata nominatione futura.*

Et cum subsequuta fuerit concessio Apostolica jurisdictionis Ecclesiasticæ in favorem Magistri Scholarum Ilerdæ in Bullis Pontificiis Sanctitatis Clementis VIII. dat. Romæ 11. Kalend. Septembris 1592. infertur inde; quod ambabus jurisdictionibus condecoratus, Ecclesiastica, & Regia, non potuit jurisdictio Regia, quam vigore citatæ Constitutionis Magister Scholaris habuit, in Scholasticos Sæculares innovari, & transfundi in Ecclesiasticam vigore gratiæ Apostolicæ respectu Ecclesiasticorum, sed æque principaliter, & de per se quoad suos subditos respective, sine suppressione aliqua, quæque jurisdictio suum exercitium sustinuit.

Sic fuit declaratum 9. Februarii 1599. in Regia Au- 6
dientia junctis Tribus Aulis, videlicet Scholasticum, sive Magistrum Scholarum Ilerden. habere jurisdictionem, tam Ecclesiasticam, quam Sæcularem, scilicet respectu Scholarium Clericorum esse ordinariam Ecclesiasticam, & ita cum eo esse firmandam contentionem, sed respectu Scholarium laicorum esse Judicem ordinarium laicum, & posse ab eo ad Regiam Audientiam recurri, & eo in casu non teneri Curiam Sæcularem cum Magistro Scholarum Civitatis Ilerdæ firmare contentionem: & iterum anno 1622. proposito dubio per Fisci Procuratorem Regiæ Curiæ, super firma juris facta per Magistrum Scholarum Ilerdæ in forma contentionis, occasione capturæ factæ de persona Civis Barcinonæ Scholaris laici Universitatis Ilerdæ, fuit deliberatum, referente Magnifico Montserrato Ramon Judice Regiæ Curiæ, contentionem non esse firmandam: de quibus loquitur Regens Cortiada *decis. 8. num. 54.*

Non obstant exemplaria in contrarium allegata. Non 7
illud 10. Februarii 1599. in quo per Cancellarium Rovirola, Consultoribus Peguera, Ferrer, Bonet, & Magarola, fuit declaratum in favorem Magistri Scholarum Ilerdæ, contra Curiam Sæcularem Regii criminalis Concilii super dubio proposito per Curiam Sæcularem, quæ prætendit non teneri firmare contentionem, ex quo prædictus Scholaris Ilerden. non erat comprehensus in concordia Serenissimæ Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, & fuit declaratum, dubium non procedere; sed contentionem fore, & esse firmandam: de quo etiam Xammar *rec. judic. def. 100. p. 2. n. 16.*

Quia respondetur, supradictum exemplar versari in 8
terminis studentis Clerici, non etiam laici, quia die immediate antecedenti, videlicet 9. Februarii 1599. ut supra habetur, fuerat deliberatum in Regia Audientia junctis Tribus Aulis, Magistrum Scholarum respectu studentium laicorum esse Judicem Sæcularem, & cum eo non teneri Curiam Sæcularem firmare contentionem, cui intelligentiæ expressè assentit Regens Cortiada *dec. 8. numer. 54.* Prout nec obstant alia exemplaria, videlicet 12. Aprilis 1600. 30. Iunii 1616. 29. Aprilis 1627. & 12. Octobris 1631. Quia hoc ultimum est in terminis studentis Clerici, ut annotat idem Regens Cortiada *d. dec. 8. numer. 52.* juncto *num. 56.* Antecedentia verò exemplaria citata erant in terminis Officialium Curiæ Magistri Scholarium, qui tanquam de illius familia gaudent

dent foro Ecclesiastico, tanquam Nobili, quale est Ecclesiasticum, Regens Cortiada *d. decis. 8. num. 56. tom 1. & decis. 135. num. 50. tom. 3.*

9 His in medium proiectis, eorum tamen tramites transgrediendo, fuit suscitatum aliud dubium, (alienum tamen à judicio contentionis) nempe, Magistrum Scholastriæ Ilerdæ, qui in studentes Sæculares habet jurisdictionem laicalem, eam privative ad Regiam Audientiam exercere oportere, ex text. *in Authen. habita, Ne filius pro patre*: & ex jure nostro *ex Const. 2. & 3. tit. de Estudis Generals*. Sed huic transgressui fuit obviam occursum; nam quæstio illa terminari debet per viam exceptionis in Regia Audientia.

Super facto contentioso promulgata fuit declaratio, obtento prius mandato Regio (quod aliud antecedens extricavit, cum quo fuit dilata ea declaratio,) ut cernitur in subsequenti Regio Diplomate ibi:

EL REY.

10 *ILUSTRE Principe de Harmestad, Primo Gentilhombre de mi Camara, mi Lugarteniente, y Capitan General. Reciviòse vuestra Carta de 10. del corriente, en respuesta del informe que bos mandè pedir tocante à la pretension de la Ciudad de Lerida, y el Retor, y Consejo de aquella Universidad Literaria, sobre que los Maestros, y Estudiantes no devan ser convenidos en causas, assi civiles, como criminales, sino ante sus Magistrados Academicos, para evitar los inconvenientes que se siguen de las competencias de jurisdicion en este Punto, pidiendome à efeto de lo referido, fuisse servido mandar se abstuviesse essa Real Audiencia, de conocer de dichas causas de los Ministros, Maestros, y Estudiantes de aquella Universidad, no permitiendo se passe à declarar en el interin la que està pendiente de contension de jurisdicion ante el Canciller, con la qual remitiò el informe, que sobre esta materia os ha hecho la Real Audiencia, con cuyo parecer dezis que os conformays enteramente, sin tener que añadir à su contenido, y aviendose visto en este mi Consejo Supremo, con toda atencion, y considerandose quanto interessa mi Suprema Regalia en la defensa del derecho que le compete, hallandose en estado de publicarse la sentencia en la causa referida de contencion, y por los demàs motivos que la Real Audiencia expressa en dicho mi informe. Ha parecido ordenar, y mandaros (como lo hago) deys la providencia, y ordenes convenientes, para que esta materia se profiga por los mismos terminos de justicia en que se halla, à fin de que pueda decidirse, y publicarse dicha Sentencia de contencion, pudiendo despues allegar su derecho las partes, sobre el punto de la jurisdicion del Maestro de Escuelas con essa Real Audiencia; Y assi lo executareis, dando sobre ello la providencia, y ordenes convenientes, guardandolas Constituciones, Usos, y Costumbres de essa Provincia; que esta es mi Voluntad. Dat en San Lorenco à 30. de Octubre 1699.*

YO EL REY.

Don Franciscus Dalmao & Cassanate Secretarius.

Ut. Don Josephus Rull Regens. Ut. Marchio de Serdañola. Ut. Comes & Torrò Regens. Ut. Borja Regens.

SEQUITUR DECLARATIO CONTENTIONIS.

JESU-CHRISTI, EIUSQUE Sanctissimæ Matris Virginis Mariæ nominibus humiliter invocatis.

11 *ILlustrissimus atque Reverendissimus Dominus Don Michael Joannes de Taverner & Rubi D. D. Dei &, Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopus Gerunden. Regius Consiliarius, & Cancellarius. In facto Contentionis Jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Reverendi Scholastici Universitatis Ilerden. ex una, & Curiam Sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera partibus, ratione juris firmæ factæ in dicta Curia Reverendi Scholastici, per Ioannem Josephum Casanovas I. V. D. Civem honoratum Ilerdæ, & Cathedraticum Vesperarum Juris Civilis dictæ Universitatis, & Generalis Studii Ilerden. & per Fisci Procuratorem dictæ Curiæ; ratione procedimentorum in dicta Curia Sæculari Regiæ Audientiæ factorum, ad instantiam Josephi de Melianta & Sulla Domicelli Ilerdæ domiciliati, contra dictum Casanovas, & alios: super qua juris firma fuit dubitatum per Regiam Audientiam an ipsa teneretur respondere Curiæ Ecclesiasticæ Scholastici in forma contentionis; Prætendendo contentionem non esse firmandam juxta concordiam, ex quo dictus Doctor Josephus Casanovas est laicus, & non est Officialis Curiæ Ecclesiasticæ dicti Scholastici; cum qua solum tenetur Curia Sæcularis Contensionem firmare cum Scholaribus Ecclesiasticis, & Officialibus dictæ Curiæ; non vero respectu Scholarium laicorum qualis est dictus Doctor Josephus Casanovas, in quos Scholasticus nullatenus jurisdictionem Ecclesiasticam, sed Sæcularem tantum exercet. Visis litteris ab utraque Curia emanatis cum arbitrorum electione pro dicto dubio decidendo, atque earum debita præsentatione, visis processibus, tam in Curia Reverendi Scholastici, quam in Curia Sæculari Regiæ Audientiæ, nec non coram sua Illustrissima Dominatione actitatis. Visis prorogationibus termini ad declarandam præsentem causam dubii, quarum ultima fuit ad diem primam Aprilis sequentis; visis denique videndis, & attentis attendendis, sententiat, pronuntiat, & declarat, dubium per Regiam Audientiam propositum procedere; Ideoque Contentionē non esse firmandā.*

M. I. Episcopus Gerundæ Cancellarius.

Ut. Don Joseph de Claver. Ut. Aguirre.
Ut. Ameller

Lata, & promulgata fuit hujusmodi sententia, pronuntiatio, seu declaratio per dictum Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Michaelem Joannem de Taverner & Rubi Episcopum Gerunden. Regium Consiliarium, & Cancellarium in quadam Aula Domorum propriæ habitationis suæ Illustrissimæ Dominationis, quas fovet in præsenti Civitate Barcinonæ, in vico dicto *de la Porta Ferrissa*; & de ipsius mandato lecta, & publicata per me Josephum Mas authoritatibus Apostolica, & Regia Nott. publicum Regium Collegiatum Barcinonæ, & causarum Contentionum Scribam infrascriptum, die vigesima sexta mensis Martii, annoà Nativitate Domini millesimo septingentesimo, præsentibus Clemente Descallar domicello, & Francisco Fages ambobus de familia dictæ suæ Illustrissimæ Dominationis pro testibus ad ista vocatis, & specialiter assumptis.

DECISIO CXXIII.

ARGUMENTUM.

Principes, & Domini Nostri Reges constantes perpetuò extitere, & religiosissimè permanent in observantia, ac propagatione Christianæ Militiæ. Ubi indulta, & rescripta à Summis Præsulibus, eo motu concessa, recitantur.

SUMMARIUM.

1 *Summa ratio est, quæ pro religione facit.*
2 *Nulla sine religione sistit virtus.*
3 *In illa residet valor.*
4 *Ex ea recta resultat Reipublicæ gubernatio.*
5 *Principes, & Domini Nostri Reges constantes extitere in fidei observantia, & propagatione.*
6 *Christianæ Militiæ adscriptus fuit Bara Primus Comes Barcinonæ: ubi de ejus gestis, & Uvifredus II. erexit Monasteria Ripipulli, & Montis Serrati.*
7 *Divus Bernardus citatur super expositione verborum 6. Cant.* Terribilis ut castrorum acies ordinata.
8 *De excelsitudine Raymundi Berengarii hujus nominis Primi.*
9 *De Raymundo Berengario Quarto, ejus honorificentiis apud Pontifices Summos, ponendo eum, & eius familiam sub protectione Sanctæ Ecclesiæ. Ædificavit, & dotavit tercentum Ecclesias, & fuit magnus, & strennus expugnantor infidelium, usque ad n. 13.*
14 *Serenissimus Rex Aragonum, & Comes Barcinonæ Petrus Primus, ab Innocentio Tertio (ad cujus pedes*

des obsequenter adfuit) in Signiferum Ecclesiæ fuit electus, & cum aliis præeminentiis.

15 *Quid vexillum demonstrat.*

16 *Id ipsum fuit concessum à Gregorio Nono Jacobo Primo, constituendo illum sub protectione Pontificia. Et quod nullus nisi Romanus Pontifex, vel eius Legatus in eum posset sententiam excommunicationis proferre. Et de aliis Pontificiis munificentiis, usque ad num. 19.*

20 *Reges in Pontificum compagine in Christo Filii cognominantur, & specificè ex affectu illustratur Petrus Secundus.*

21 *Reges Aragonum tanquam filii infidiosa pericula Ecclesiæ Matris suæ repulerunt.*

22 *Dominus Rex Aragonum Jacobus Secundus intitulatur Vexillarius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.*

23 *De concessione decimarum facta Serenissimo Regi Jacobo Secundo, & de gratitudine erga eum Pontificia, usque ad num. 25.*

26 *De syncera devotione ad Ecclesiam Domini Regis Petri Tertii, à Summis Præsulibus approbata, & de eorum in eum concessionibus, & num. 27. 28.*

29 *Simillima indulta favorabilia Serenissimo Domino Joanni filio Domini Regis Petri Tertii.*

30 *Dominus Rex Ferdinandus constituitur sub Apostolica protectione: ubi de denominatione Catholici, n. 31*

32 *Tres soles apparuerunt die Nativitatis Domini in in Hispania, in unum colleti.*

33 *Sacratissima Virgo promisit Divo Jacobo, in Hispania integritatem fidei semper permansuram.*

34 *Clausula testamenti, & codicillorum invictissimi Imperatoris Caroli Quinti rescribitur: ubi de ejus denominatione* Maximi, & Fortissimi.

35 *Jus patronatus Ecclesiarum Domino Regi Philippo in Aragonia primò concessum, cum motivo hujusce Pontificiæ concessionis.*

36 *Dominus Noster Rex Carolus Secundus est fortissimus Ecclesiæ murus, virtutis, pietatis, & Religionis præsidium, &c.*

1 CUM summa ratio sit, quæ pro religione facit, *l. Sunt personæ 43. de religios. & sump. funer.* in ea Imperium suum versari jussit Imperator *in l. Cunctos populos 1. Cod. de Sum. Trinit.* & ea neglecta, innumera mala Deus immittit. Orat. *Ode 6. lib. 3.*

Dii multa neglecta dederunt
Hesperiæ mala luctuosa.

2 Nulla sine religione fiskit virtus, ex Divo Augustino P. Scribanus *in polit. Christi. lib. 2. cap. 19.* ibi: *Neminem sine vera pietate, id est Dei veri vero cultu, veram posse habere virtutem.*

3 In ipsa residet valor, nam non aliis armis instructus David pugnaturus adversus Philistæum illum incircumcisum, & exprobrantem agminibus Dei viventis processit, dixit enim. *Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: Ego autem venio ad te in nomine Domini: 1. reg. c. 17. vers. 45.* vide Beyerlinch *in theat. vit. hum. vers. Fides t. 3.*

4 Et ex ea recta Reipublicæ gubernatio resultat, quod utique cognovit Ethnichus Valerius Maximus *lib. 1. c. 1.* de Lucio Furio Bibaculo, ibi: *Quapropter non dubitaverunt Sacris Imperia servire, ita se humanarum rerum futura regimen existimantia, si divinæ potentiæ benè, atque constanter fuissent famulata*, ponderat Reg. Math. *de reg. Reg. Valent. cap. 12. §. 2. num. 76 & seq.*

5 Ideo Principes, & Domini Nostri Reges non immemores hujus Divinæ veritatis, constantes extitere in illius universali observantia, & fidei propagatione, ac animo infracto vindices semper fuere inimicorum, & simulatorum Ecclesiæ: ut sua notabilia gesta demonstrarunt, quæ hic aliqua breviter potius indicantur, quàm copiosè eduntur.

6 Christianæ Militiæ adscriptus fuit Bara Primus Comes Barcinonæ, qui numeratur *in Genealogia Comitum Barcinonæ in princ. volum. nost. Const.* qui, & in comitatu successores bellicosissimi de Barbatis triumpharunt; quivè cum fidei scuto Imperium illustrarunt. Nam Catholicorum Castra, & Dei Templa amplissima construxerunt: prout de Vvifredo II. cognominato *lo Pelòs* historiographi enarrant, erexisse inter alia Monasterium Rivipulli, & Monialium Montisserrati, transmissum post centum annos per Comitem Borrellum, in Cœnobium Monialium Sancti Petri Puellarum hujus Civitatis: & in Monteserrato substitutum Monachorum, quod nunc maximè floret, & omnia hæc sub regula Divi Benedicti, & titulo, ac invocatione Sanctissimæ Virginis Mariæ.

Hic quadrat quod Divus Bernardus scripsit super illis verbis *Cant. cap. 6. Terribilis ut castrorum acies ordinata*, docens ibi: *Non ita metuent hostes invisibiles quamlibet castrorum multitudinem copiosam sicut aereæ potestates Mariæ vocabulum, patrocinium, & exemplum: cedunt, & pereunt, sicut cera à facie ignis, ubicumque inveniunt hujus nominis crebram recordationem, & devotam invocationem.* 7

Propterea ad excelsitudines Pontificias fuerunt evocati Comites: nam Raymundus Berengarius hujus nominis Primus, qui fecit tributarios duodecim Reges Maurorum, constat ex genealogia Comitum Barcinonæ in princ. volum. Const. hujus Principatus, & approbant Tomich. *in sua Historia Cathal. cap. 31.* Carbonell *in sua Corona Hispan. sub tit. Raymundus Berengarius Cognomento Senior*, Xam. *de privil. Civit. Barcinonæ §. 8. n. 22.* 8

Et Summus Pontifex Anastasius in sua Bulla 8. Kalend. Octobris (de qua constat in Regio Archivo in armar. Tarraconen. carta solta num 14.) monuit, & exhortatus fuit fideles, & prudentes viros, ut ad expugnationem infidelium, & inimicorum Crucis Christi viriliter adsignarentur cū Nob. Raymundo Comite Barcinonæ (perpensa temporis ratione erat Anastasius Quartus, & Comes Barcinonæ Raymundus Berengarius Quartus hujus nominis) *pro defensione Sanctæ fidei, & totius Sanctæ Ecclesiæ;* ponendo eos, uxores, & filios, ac eorum bona, & possessiones sub suæ Sanctæ Ecclesiæ, Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Prælatorum protectione. 9

Pariter Adrianus (qui fuit proclamatus Pontifex immediatè post obitum Anastasii anno 1154.) in rescripto Apostolico dat. Sutrii 9. Kalend. Julii, directo Prælatis Ecclesiasticis, statuit, quatenus per censuras Ecclesiasticas compescerent adversantes dicti Raymundi Comitis Barcinonæ, eo motivo ibi: *Multis retro temporibus devotum plurimum ac fidelem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, atque ad ejus obsequium sollicitum semperque paratum ad edomandas barbaras gentes, & efferas nationes, videlicet Sarracenorum, quorum pestis est perniciosissima Christianis, modis omnibus, auctore Domino, reprimere intendentem, & viriliter impugnatorem.* Est *in Regio Archivo in armario pro negotiis generalibus. Cathal. in sacco litt. A. num. 204.* 10

Idem Adrianus indulsit dicto Comiti Barcinonæ, ut nullus posset personam illius vinculo anathematis innodare, seu subiicere interdicto, nisi fortè speciale mandatum super hoc à Sede Apostolica haberet: vel nisi Romanæ Ecclesiæ Legatus, qui foret à latere destinatus à Romano Pontifice: Et quòd ad quemcumque locum deveniret, quamvis locus ipse interdicto teneretur, liceret Capellano Comitis, & suæ familiæ tantum, clausis januis, exclusis excommunicatis, & interdictis, Divina Officia celebrare, dat. Later. non. Decem. Est *in Regio Archivo in armar. generali Cathal. in sacco litt. D. num 437.* 11

Eugenius Tertius in sua Bulla Pontificia data Signiæ decimo Kalend. Julii (*in Archivo Regio in armario Dertusen in sacco lit. A.*) exhortatus fuit omnes fideles, ut sequerentur bellum contra infideles, & inimicos Crucis Christi, & quod durum non haberent devotè proficisci cum Nob. Raymundo Berengario Quarto Comite Barcinonæ pro defensione fidei Christianæ, & totius Ecclesiæ, quibus impertivit authoritate Apostolica remissionem peccatorum; quæ per Papam Urbanum prædecessorem suum fœlicis recordationis fuit concessa illis, qui tunc transmigrabantur ratione liberandi Ecclesiam Orientalem: ponendo eos, & eorum uxores, filios, & bona sub ejus protectione, Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Prælatorum Ecclesiæ Dei: prout hæc, & alia continentur in dicta Bulla, quam ad litteram tradit Diago *in Histor. Comitum Barcinonæ lib. 2. cap. 151.* 12

Pissimus iste Comes Barcinonæ, & Princeps Aragoniæ ædificavit, & dotavit tercentum Ecclesias, ut memorat Diago *in sua Historia Comit. Barcinonæ lib. 2. c. 173.* Honof. Manescal. *in sermon. Regis Jacobi Secundi fol. mihi 43. pag. 2.* Xammar *de Privil. Civit. Barcinonæ §. 4. num. 22.* De hoc præclarissimo Comite, cujus gloriosa fama longè, latèque volitavit, dixit Diago *dict. c. 173* 13

Grande fuè la Christiadad, zelo, y devocion del Conde de Barcelona, no me atrevo yo hablarla segun su merecido, y por esso callo, y tambien porque es ella bastantemente manifiesta à los que tienen noticia de las muchas, y grandes veras, con que toda su vida persiguiò à los Infieles en beneficio de la Iglesia.

14 Sereniſſimus Rex Aragonum, Comes Barcinonæ Petrus Primus cognomento *Catholicus*, cum Nobilibus aſſociatus acceſſit Romam, & obſequens adfuit Summo Pontifici Innocentio Tertio, qui eum Regio diademate inſignivit, ac in Signiferum Eccleſiæ elegit, & quod in Vexillo ſuam Sanctitatem progrediendo, ſculpta deferret Aragoniæ Scuta; ac amplius, quòd omnes gratię Cancellariæ expedirentur cùm pendulis cingulis rubeo, & flavo; indicando Aragoniæ trophæa. Hæc tradit Doctor Maneſ. *in ſermone Reg. Jacobi Secundi fol. 45. p. 2.*

Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt.

Virg. *lib. 1. Æneid.*

Sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus.

Idem Virgil. *lib. 10. Æneid.*

15 Vexillum enim ſignum eſt viri ſtabilis, qui è directa virtutis, & obſequii Divini linea nunquam recedit, ut denotat lemma

At ſemper in Haſta

Obſervat Piſinellus *in mundo Symbol. tit. inſtrumenta Militaria lib. 22. cap. 21. nu. 204.* ex Divo Gregorio Nazian. ſcribens ibi:

Aſt ego ſyncero complectens corpore Chriſtum,
In ſpe ſemper ero, donec mi bi cernere detur
Unitæ Triadis clarum, & venerabile lumen.

16 Id ipſum fuit conceſſum per Sanctitatem Gregorii IX. Sereniſſimo Domino Jacobo Primo, conſtituendo eum ſub Pontificia protectione; & non minus decernens, quòd nullus in eum, niſi Romanus Pontifex, vel ejus Legatus excommunicationis ſententiam valeret proferre; cum ſuo diplomate Apoſtolico dat. Lateran. ſeptimo Kalend. Junii Pontificatus anno primo; Eſt in armario Regii Archivi decimo *in tit. Tarolit carta ſolta num* 38.

17 Innocentius Papa Quartus in ſua Bulla Apoſtolica, directa Archiepiſcopo Tarraconæ, & aliis Prælatis, eis jubendo, quatenus auxiliarentur Regi Jacobo Primo Aragonum, pro tutamine, & exaltatione Noſtræ Sanctæ Matris Eccleſiæ. Dat. Lug. ſecundo Idus Novembris Pontificatus anno ſexto, (Eſt in Regio Archivo Barcinonæ *in armario Montis Alti in ſacco quinto num. 562.*) profert illa verba: *Dignum ſe reddit inter Catholicos alios Principes laudis præconio ſpecialis, quòd Divini nominis cultus cupiens augmentare contra Chriſti blaſphemos, ſuſtinendo auxios, & ſumptus innumeros ſubeundo, noſcitur inſtitiſſe diutius, & inſiſtere inceſſanter, cui eo libentiùs, ac liberalius, in hoc ſuum debet Eccleſiæ ſuffragium impertiri.*

18 Idem Innocentius Quartus, ipſi Dom. Regi Jacobo Primo in reſcripto Apoſtolico, directo Epiſcopo Ocen. ut illius perturbatores, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſceret. Dat. Perugii decimo ſexto Kalend Maii, Pontificatus anno decimo. *In citato armar. & ſacco num. 580.* dicitur ibi: *Hic ſiquidem præcordialis Sedis Apoſtolicæ fervens amator Catholicæ, fidei cultor, ejus præcipuus propugnator, ardentior ſic illam ſuo impreſſit animo, ſic ſe totum in illius mancipavit obſequium, quod pro illius exaltatione ab annis teneris, ſe, ſuumque Regnum perſeveranter exhibuit, & per vicinas infidelium Regiones diligenter ſtuduit, & ſollicitè laboravit.* Et in alia Bulla dat. Aragon. decimo quinto Kalend. Octobris Pontificatus anno duodecimo. Eſt *in Archivo Regio in dicto ſacco nu. 520.* Dominum Regem Jacobum Primum, Perſonam ejus, Regna, & bona ſub Beati Petri, & ſua protectione ſuſcepit, comminando contra attentantes indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum incurſuros.

19 Gregorius Decimus in Concilio Generali Legionenſi Franciæ pro reformatione Reipublicæ Chriſtianæ, & inſtauratione belli Vltramarini præcepit aſſidere dictum Sereniſſimum Regem Jacobum Primum lateri ſuo: ſcribit Maneſcal *in ſermo. Regis Jacobi II. fol. 49. pag. 2.*

20 Pontificum compagine licèt officiosè cognominentur Reges, Chariſſimi in Chriſto filii, *cap. intellecta* 33. *de jure juran.* ſpecificè tamen Summus Pontifex Innocentius Tertius eo affectu illuſtrat Sereniſſimum Regem Aragon. Petrum Secundum *in c. Quanto 18. eod. tit.*

Hinc tamquam filii, *l. Vtrum 6. ff. ad leg. pomp. de parricid.* laboribus impenſiſque ſtudioſi, ut munitiſſima præſidia Eccleſiæ Sanctæ Dei, inſidioſa pericula accuratè repulerunt. Virg. *Æneid. lib. 2.* 21

Ergo agè, chare pater, cervici imponere noſtræ:
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte gravabit
Quo res cumque cadent, unum, & commune periclum,
Unde ſalus ambobus erit.

Sic etiam Sereniſſimus Dominus Rex Arogonum Jacobus Secundus, ob ſynceram, & conſtantem obedientiam, quam reverenter Eccleſiæ præſtabat, meritò conſcribebatur titulo Vexillarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ à Rege Sanchio Majoricarum in litteris datis Majoricenſ. 15. Kalend. Maii 1322. & Kal. Julii 1323. à Poteſtate Piſana 6. Idus Octobris 8. indictione, & à Domina Regina Hieruſalen 15. Decembris in eadem indict. prout apparet *in Archivo Regio in armar. pro negotiis Sardiniæ in cartis ſoltis.* 22

Bonifacius Octavus in ſua Bulla Apoſtolica dat. Lateranen. 12. Kal. Maii Pontificatus anno nono ſuper decimis fructuum Eccleſiaſticorum, & proventuum Regnorum Aragoniæ Valentiæ, & Comitatus Barcinonæ in ſubſidium ſumptuum pro adipiſcenda poſſeſſione Sardiniæ, & Corſicæ (quam adhuc adeptus non fuerat) Sereniſſimo Regi Jacobo Secundo conceſſis per triennium, poſt biennium finitum decernit ibi: *Noſque ad ipſum quaſi novum adoptionis filium quem ſuæ devotionis ſyceritate nobis placidum reddit.* Eſt *in armar. Sardiniæ in ſac. lit. B. num.* 533. 23

In hujus Decreti Apoſtolici executionem fuit perdictum Summum Præſulem injunctum Epiſcopo Valentino, & aliis, quatenus decimas illas colligere facerent, tradendas Domino Regi: ut conſtat ex Bullis dat. Aragoniæ 7. Idus Maii Pontificatus anno nono: ſunt *in citato ſacco num. 534. & 535.* 24

Et ejus ſucceſſor poſt Clementem Quintum, Joannes Vigeſimus Secundus conceſſit dicto Sereniſſimo Regi Jacobo Secundo eaſdem decimas per aliud biennium in, & cum ſua Bulla Apoſt. 12. Kalend. Decembris Pontificatus anno nono. Eſt *in cod. arm. & ſacco n. 542. & n. 543.* 25

Benedictus Duodecimus qui ex intimo animo monens ſuper expulſione Sarracenorum ſervanda, & exequenda, Sereniſſimum Petrum Tertium Aragon. Regem in ſuo Apoſtolico reſcripto. dat. Avenion 12. Kalend. Aprilis Pontificatus anno tertio, litteratoriè profert, ibi: *Recolendæ memoriæ Progenitorum Regum Aragon. qui ſe divinis coaptantes beneplacitis, ac virtuoſis, & extremis actibus inſudantes, famare ſplenduerunt, laudabilia geſta diligenter attenderis, & ſtudioſè revolueris intra præcordia menti tuæ, illa profectò, te fili Chariſſime, invitabunt, & inſtruent in illis rebus intendere, illiſque ſtudiis inhærere, quæ tibi Divinam gratiam impetunt, & laudem apud homines titulo Regiæ Dignitatis adquirent.* Et infra ibi: *Habet ſiquidem famæ diffuſæ per Orbem celebritas, quo dicti progenitores inter cætera laudabilia facta ſua erga Deum, & Eccleſiam Sanctã ſuam devotione ſyncera, velut Principes Catholici præfulgentes, & cura, dilationem fidei Orthodoræ ferventes adverſus hoſtes ejuſdem fidei, Sarracenos videlicet, illius perfidi Mahometi cultores, qui aliqua Regna, & terras occupata detinebant, ſollicitè invigilarunt.* Eſt *in Regio Archivo in armar. Sardiniæ in ſacco lit. D. in carta ſolta num. 52. ſubtus armar. tertium.* 26

Deinceps Clemens Sextus eidem Regi Petro Tertio conceſſit, ut non obſtante interdicto Eccleſiaſtico poſſet nuptialem benedictionem recipere, & in facie Sanctæ Matris Eccleſiæ matrimonium ſolemnizare, dummodo ipſe cauſam interdicto non dediſſet, nec contigiſſet eum ſpecialiter interdici: in Bulla Apoſtolica dat. Avenion. quinto Idus Januarii Pontificatus anno ſeptimo. Eſt *in Archivo Regio in armar. Dertuſ. n. 6. carta ſolta.* 27

Et Urbanus Sextus eidem Regi permiſit, ut non obſtante interdicto Eccleſiaſtico liceret illi in Eccleſiis, etiam apertis januis (excommunicatis, & interdictis excluſis) pulſatis campanis, alta, vel ſubmiſſa voce, Miſſas, & alia Divina Officia in ſui præſentia celebrari facere, dummodo ipſe interdicto cauſam non dediſſet, nec contigiſſet eum ſpecialiter interdici: in Bulla dat. Avenion. non. Januarii Pontificatus anno 4. Eſt *in dicto armario Dertuſen. in ſacco lit. G.* 28

Idē fuit conceſſum per Innocentium Sextū Sereniſſimo Prin- 29

Principi Don Joanni filio supradicti Regis Petri Tertii, quarto Kalend. Augusti Pontific anno 5. Est *in dicto armario Dertusen. in eadem lit. G.* Et per Gregorium Undecimum Avenion. nonis Martii Pontific. anno 1. Est *in eodem sacco*.

30 Et Ferdinando II. Aragon. Regi fuit expeditum per Innocentium VIII indultum Apostolicum, directum Archiepiscopo Narbon. & Episcopo Barcinonæ, constituendo eum, terras, & sua Regna, quæ habebat, & à cætero erat habiturus, & bello contra inimicos Sanctæ fidei adquireret, sub protectione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, dat. Aragon. 15. Kalend. Octobris Pontificatus anno duodecimo.

31 Et per Sanctissimum Alexandrum Papam Sextum, successorem in Pontificatu dicti Innocentii Octavi fuit concessa Domino Ferdinando Regi denominatio, & prerogativa *Catholici*, secundum Roderic. Mendez, Silva *en su Catbalogo Real, succes. 77. fol* 124 Joann. Blazquez Mayoralgo *de la perfecta razon de Estado lib. 7. fol.* 88. Cassan. *in Catbalog. Glor. Mund. 5. part. considerat.* 31. & 32. Camill. Borrel. *de præst. Regis Catholic. cap. 41. num. 23.* D. Riaño *in memor. juridic. sobre el origen de los Millones, y obligacion de los Eccleſiasticos de contribuir en ellos, sub num* 86. licet jam ab antiquo hoc Catholici pronomen Hispaniæ Regibus competere doceant supra relati; & præter eos *ex Concil. Tolet.* 3. & aliis probant Francisc. Vivar. *in commentar. ad Marc. Maxim. Epistol. nuncupat. num. 21. & seqq.* illic: *Undè nullus, præter Hispaniæ Reges, utroque jure Rex Catholicus dici potest.* Et ibi: *Non solum Dignitas Regia, sed etiam sanguis, & cum sanguine Catholici cognomentum in Hispanis procedere ab uno primo Catholico Rege Ricaredo*; Hermosill. *in prolog. ad 5. partit. glos. 2. num.* 39. Cæsar. Baron. *Annal. tom. 8. ann. Christ. 638.* Zurit. *Annal. Aragon. part. 5. lib. 2. cap.* 40 Sim. Barbos. *in repet. verb. Rex, pag.* 333. ex Barbos. Garibay, Moral. Marian. Baseo, & aliis, Joannes Pallarès, Gayoso *en el memorial sobre no deber contribuir la Iglesia de Lugo en el servicio de Millones.*, *num.* 15. junctis Didac. Valdés *de Dignit. Reg. Hispan. cap. 20. & seqq.* Dom. Solorzan *de Gubernat. Indiar. lib. 1. cap. 13. num. 21.* Dom. Valenzuel. *consil. 99. num. 27.* Prado Verastegui *in defensione Canonica art. 6. num. 378.* Hæc mutuavi à D. Petro Fraso *de Reg. Patronat. Indiar. tom. 1. cap 44. num. 27. & seqq.*

32 Nitida fidei Catholicæ observantia, & veneratio hucusque observata in Serenissimis Regibus Aragonum hisce Regnis æque principaliter unitis, tanto magis, magisque splendet, sub Imperio, & Catholica protectione nostrorum Monarcharum Regum. Et ejus virtus altissimis defixa radicibus, quæ nulla vi est labefactanda, luce prævia fulgentissima annuntiata fuit in Hispania, ex quo in illa sub die Nativitatis Domini miraculosè apparuerunt tres Soles, paulatim in unum coeuntes, ut docet Divus Thom. *part. 3 quæst. 36. art. 3. in respons. ad tertium*: ante dixerat Flavius Lucius Dexter Barcinonensis *in Chron. num. 1. pag. mihi* 2. ibi: *Tres soles apparuerunt in Hispanis, in unum collecti.*

33 Et in fidei integritate Hispaniam semper permansuram pollicita fuit Sacratissima Virgo Maria Beato Jacobo, scribit Saavedra *in schemat. polit. immobilis ad immob. lumen circa princ.* ubi quod Divus Isidorus tempore mortis ita prædixit, & facit singularis glosa Greg Lopez *in l. 2. tit. 18. part. 2 glos. 21. verb. Los Españoles.* Antedicta scribit Bolero *de decoct. deb. fisc. tit. 2. q. 5 n. 12.*

34 Invictissimo Carolo Quinto titulum, ac denominationem *Maximi*, & *Fortissimi* concessit Summus Pontifex Paulus Tertius, Pat. Basil. Baren. *in addit. à los Cesares de Pedro Mexia, in eodem Carolo Quinto cap. 5. in fin. pag.* 626. & per eum Fraso *de Regio patron. Indiar. tom. 1. cap. 44. num. 29.* Et hæc Cæsarea Majestas Serenissimo Principi Philippo Charissimo filio suo commendat Orthodoxæ fidei cultum, in clausulis testamenti, & codicillorum, quas ad litteram tradit Carena *de offic. Sanctæ Inquisitionis in anteludio num. 47. usque ad finem num.* 63. Et probat *l. 22. tit. 2 lib. 8. recop.* ibi: *Y cumpliendo con la obligacion que tenemos de conservar, y mantener en nuestros Reynos la Santa Fe Catholica Romana, y la seguridad, paz, y reposo dellos.* Ut cum Redin. Borrel. Valenzuela, Solorz. *de jure Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 25. à num. 21. & tom. 2. lib. 1. cap. 13. num. 21.* Franc. Maria Prato *in addit. ad Pascal. de pat. potest. cap. 7. in addit. à num. 15.* Idem Borrel. latè *de Hispan. ad Sum. Pontif. legat. cap. 3. à num. 39.* Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 18. part. 2. glos. 1.* Fermos. *in alleg. fiscal. in Epistola dedicatoria num. 75. usque ad* 80. Bolero & Caxal. *de decoct. debit. fiscal. tit. 2. quæst 5. num. 11.*

Sixtus Papa Quintus Domino Regi Philippo, in Aragonia Primo, & in Hispania Secundo, in Bulla Apostolica, dat. Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die 10. Septembris anno 1586. Pontificatus anno secundo, super jure patronatus, & præsentandi personas idoneas ad Cathedrales, Metropolitanas, ac quæcumque Monasteria etiam Consistorialia in Sicilia ultra Pharum, & Sardiniæ Regnis, & Insulis, rescribit per hæc verba: *Synceræ devotionis affectus, quam tua Majestas erga nos, & Romanam Ecclesiam gerere comprobatur, nec non eximia, singularisque tua constantia, quæ velut firmissimo Christiani nominis propugnaculo pro Æterni Regis Gloria, quam præ oculis semper habes immensam, Christianam Rempublicam, non solum ut Catholicum decet Principem tueri; sed imò studio latius extendere, & propagare contendis in Nostro, & Apostolicæ Sedis conspectu, adeò splendescere noscuntur, ut non immeritò, illa tibi, tuoque Charissimo Nato Hispaniarum Principi favorabiliter concedenda fore censeamus.* Et infra ibi: *Non minoribus meritis, quàm prædictus Genitor tuus, in nostro, & ejusdem Sedis conspectu præfulges, ac indubiè sperantes, quòd dilectus filius Nobilis Puer Philippus Hispaniarum Princeps Natus tuus, gratia sibi assistente Divina, Pii, & Catholici Regis imbutus doctrina, Patris namque, & Aviæ sequutus exempla, paribus etiam præfulgebit meritis.* Est *in Reg. Archiv. in armar. pro negotiis Catbalon. primo n. 4.* 35

Fruimur his Lustris Imperio, & Majestate Domini Nostri Regis Austriaci Caroli Secundi, fortissimi Ecclesiæ Muri, Columnæ Stabilis Christianæ Religionis, cujus præclarissima facta eximiis virtutis, & pietatis præsidiis munita, altiora, & eruditiora (non meæ tarditatis) volumina exposcunt. Suppliciter Divinam imploremus Clementiam, ut cum incolumitate eum servet, pro fidei Orthodoxæ exaltatione, & Monarchiæ salute, cum Regia Prole, misericorditer concedenda ad tanti auxilii robur, & firmamentũ conservandũ perenne. Reliqua vide *in dec. seq.* 36

DECISIO CXXIV.

ARGUMENTUM.

Debet probari Puritas Gentilitii pro obtinendis Dignitatibus, Honoribus, & Officiis in Civitate Barcinonæ, & Provincia. Ubi de synceritate Fidei Catholicæ, quæ in eis profitetur, & de harum Tutelari devotione in Sacratissimam Virginem Mariam, sub titulo de Immaculata Conceptione; & de ejus Confratriæ erectione in alma urbe Barcinonen.

SUMMARIUM.

1 *Zelus Principatus Catbaloniæ erga Religionem Catholicam, & Apostolicam demonstratur remissivè.*
2 *Habita notitia Nativitatis Domini quamplurimi hujus Principatus accesserunt ad eum visitandum; demonstratur.*
3 *Non fuit secunda Regio, in qua radiavit lux Sacri Evangelii: comprobatur.*
4 *Primi, qui fidem seminarunt in Indiis Occidentalibus, fuerunt duodecim Sacerdotes Catbalani.*
5 *Primi Indi conversi, fuerunt baptizati Barcinonæ.*
6 *Innumeri Sancti Catbalani venerantur in Ecclesiis hujus Principatus.*
7 *Inveniuntur in nostro jure municipali tot tituli promulgati ad observationem, & exaltationem Sanctæ Fidei.*
8 *Quamplurima Dei Templa constructa fuerunt in hoc Principatu, & in dies eriguntur.*
9 *Catbalani sunt observantissimi præceptorum Ecclesiæ, convincitur.*
10 *Magna, nec pretio æstimabili, fuit semper existimatio Puritatis Gentilitii inter Catbalanos.*
11 *In Civitate Barcinonæ, tempore quo Sarraceni eam occuparunt, integra mansit Christiana fides.*

12 *Syncera observata fides Barcinonæ, nec sustinuit illius invasores.*
13 *Ordinavit Civitas Barcinonæ, ut sanguine Maurorum, vel Judæorum infecti, non possent consequi munera ejus.*
14 *Ex Apostolorum tempore fuit veneratio in Hispania Sacratissimæ Virginis Mariæ: & Civitas Barcinonæ, Tarraconæ, & aliæ obsequiosè illam venerabantur.*
15 *Est Sacratissima Mater lilium inter spinas: quod ponderatur.*
16 *Exea recipiunt omnes Gentes infinitas misericordias, & gratias; quarum aliquæ numerantur.*
17 *Eas perpendere, non sufficiunt intellectus humani.*
18 *Erectio Confraternitatis Beatæ Virginis Mariæ de anno 1333. & quomodo ea amplexa fuit.*
19 *Festum Puritatis Conceptionis, de anno 1390. & edicta prohibentia, alloqui contra ipsius Puritatem, recitantur:*
20 *Fervens devotio erga Conceptionis Mysterium: ad id traditur prohibitio pœnalis, & ejus executio adversus alloquentes contra Puritatem Conceptionis.*
21 *Expenditur ad id ipsum lex municipalis, cum confirmatione Apostolica.*
22 *Perhorrescant qui voces emittunt contra Candorem Virginis.*
23 *De anno 1428. traditur admirabile factum, quòd evenit Minoriſſæ, eam veritatem comprobans.*
24 *Toto affectu confidat devotus Sanctissimæ Virginis in sua Conceptione.*
25 *Civitas Barcinonæ acclamat Patronam Sacratissimam Virginem, sub titulo Conceptionis, & ejus Festivitatem colit in Sancta Sede cum Octavario.*
26 *Hinc nominatur Barcino Civitas inclyta.*
27 *Festivitas Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis primitùs fuit emanata ab Ecclesia Barcinon.*
28 *Descensus Sacratissimæ Virginis Mariæ in hanc Civitatem Barcinonen. ex quo Religiosissimus Ordo Beatæ Mariæ Virginis de Mercede, Redemptionis Captivorum in lucem prodiit.*
29 *In Cathedralibus, Parochialibus, & Capellis titulariter laudant Virginem Sanctissimam: Templa quæ enumerantur, & inter ea cœleste Montisserrati.*
30 *Fidei professionem jurant Baccalaureatu, & item Doctoratu graduandi, & Cathedratici in Universitate litteraria Barcinonæ, & defensuri Puritatem Conceptionis, cujus dispositio traditur.*
31 *Idem juramentum præstant litteris Jurium laureandi per Excellentissimum Dominum Locumtenentem Generalem hujus Principatus, & Regiam Audientiam; & de observantia juramenti remissivè.*
32 *Civitas Barcinonæ, & universa Provincia constanter retinet fidem, & devotionem erga Magistram Romanam Ecclesiam, & sunt obedientes filii Pontificis Maximi.*
33 *Artifices Civitatis Barcinonæ non admittuntur ad Collegia, nisi prius per suos Commissarios fit facta plena approbatio de generis probitate.*
34 *Decisiones Senatus, Statuta, & Ordinationes circa hanc Puritatem disponentes, pro obtinendis Dignitatibus, Honoribus, & Officiis in hac Civitate, & Provincia, usque ad num. 41.*

1 IN hoc Principatu zelum quo profitetur, & culta fuit Religio Catholica, & Apostolica, demonstrant antiquitates, & patefaciunt successus: ex his aliquos recitat P. Marcillo *in Crisi Cathaloniæ par. 2. cap. 1. & §. 1. cum seqq.* Mihi liceat pro instituto dicere.

2 Habita notitia Nativitatis Domini, quamplurimi hujus Principatus accesserunt ad eum visitandum. Bosc. *in paneg. anniver. coram Deputat. habit. an. 1630.* Quam traditionem probabiliter infert ex eo, nam in anno 1618. Agricultor in quodam manso, sito in Villa-Franca Pœniten. adinvenit signum id est *Medalla*, in una parte erat venerabilis effigies Domini nostri Jesu Christi, & in alia cum litteris hebræis erat inscriptum *Iesus Nazarenus Christus Deus*, & *homo dignus laude*, & constito, quod Christo vivente, in diversis partibus adinveniebatur depicta, seu sculpta Christi effigies, inde facilè conjecturari potest, quod Cathalani, qui eum visitarunt, secum adduxerunt signum illud.

Nec fuit secunda Regio, in qua radiavit lux Sacri Evangelii, scribit Archiepiscopus Julianus *in Chronic. Historia Pilarien. numer. 7.* Xammar *de Privileg. Civit. Barcinonæ §. 5. n. 10.* & Barcinonem primitias Christianæ Religionis Hispaniæ appellat. D Maurus Ferrer *in Historia Sancti Jacobi lib. 1. cap. 22. sub num. 11.* apud Xammar *de Privilegiis Barcinonæ d. §. quinto sub numer. 11.* & post eos novissimè Pater Franciscus Garau è Societate Jesu *in Idea Maximarum part. 3. num. 3.* Hic sublimi eruditione maximus, *Maximas*, qui maxima protulit ingenii dexteritate, toto in Orbe commendatus Instructor maximè sapiens: Nam Divos Petrum, Paulum, & Jacobum, ut ea lucret, Tarraconam adivisse tamquam tubas Christi Evangelium prædicantes ex Metafrast. *in Peregrinatione Petri, & Pauli ad Surium tom. 3.* Prades *in Historia de la Santa Imagen lib. 2. cap. 5. §. 4. recitat.* P. Marcillo *dicto §. 1. n. 247. & seqq.* Sed hos tres SS. Apostolos primò Barcinonæ adfuisse, Verbum Dei seminantes, probat Stephanus Bruniquer *in sua Apologia cap. 1. num. 28.* & sequitur Xamm. *de Privilegiis Civitatis Barcinonæ § 5. n. 7.* 3

Sic primi, qui fidem seminarunt in Indiis Occidentalibus, fuerunt duodecim Sacerdotes Cathalani, cum Pontificis Legato ejusdem Nationis, scribit Yepes *in Hist. Sanct. Benedict. cent. 8. an. 888. cap. 4. vers. Boil.* 4

Et primi Indi conversi, qui dono dediti fuerunt Regibus Catholicis, baptizati fuerunt Barcinonæ. Illesas *in Hist. Pontif. lib. 6. cap 22. & 32.* 5

Veritatem hanc manifestè extollunt innumeri Sancti Martyres, Prælati, Confessores, & Virgines, Indigenæ, Advenæ, & Naturales Cathaloniæ, qui in Ecclesiis hujus Regni venerantur, & enarrat Doctor Menescal. *in Sermone Regis Iacobi Secundi fol. 72. cum seqq.* Xammar. *de Privilegiis Civitatis Barcinonæ d. §. 5. num. 28. cum seqq.* Nam illi, de quibus notitia habetur, occupant unum volumen, compositum à Fr. Vincentio Domenec Ordinis Sancti Dominici, quod intitulatur *Flos Sanct. Cathal.* Et de Sanctis Barcinonæ scribit ibi: *Barcelona Ciudad ilustre entre las de España por su grandeza, pero mas por sus Santos Ciudadanos, es patria, y solar de Santa Eulalia, Noble en sangre, insigne en Martyrio, de Pileto, y Leda conjuges sacros, eminencias de su Senado, que derramaron la sangre por Christo, con todos sus hijos, y sinquenta y seys compañeros. De muchos Prelados en santidad Venerables, por el lauro del Martyrio ilustres, quales son Eterio dicipulo de Santiago, dos Severos, el Egregio Confessor de Christo Theodosio, sin otros muchos, que aunque faltan à nuestra noticia, estàn expressados en el libro de la vida.* 6

Tot tituli, qui inveniuntur in nostro jure municipali, denotant stabilimentum nostræ Fidei; videlicet: de fide Catholica: de Conceptione Immaculatæ Virginis Mariæ: de Sanctis Ecclesiis: & Hospitalibus; de Episcopis; Prælatis; Clericis; & Religiosis: de Sancta Cruciata: de Sancta Inquisitione: de hæreticis, & aliis excommunicatis. Quæ jura omnia promulgata fuere pro observantia, & exaltatione Sanctæ Fidei, maxima veneratione Ecclesiarum, & suorum Ministrorum. 7

Hinc quamplurima Dei Templa constructa fuere, & in dies eriguntur, & antiqua magnificè ornantur, quæ ad triginta mille accedere attestatur P. Marcillo *in Crisi. part. 2. dicto cap. 1. in prin.* qui alios allegat, ultra quod, illud evidentius ex re ipsa innotescit. 8

Et quod Cathalani sint observantissimi præceptorum Ecclesiæ, comprobat Sylvester dicens, quod Cathalanis fuit indultum, ut possent in Sabbato comedere carnes, quo privilegio numquam usi fuerunt. Imò ad excusandum omnem licentiam habet votum Barcinonæ Civitas abstinentiæ in illo die. 9

Propterea magna, nec pretio æstimabili, fuit apud nos semper existimatio puritatis gentilitii, ut scribit Fr. Francisc. de Torreioncillo Discalceatus Franciscanus *in tractatu Centinela contra Iudios cap. 4. pag. 47. & 48.* ibi: *Cosa notable, y digna de toda alabança es, lo que se dize de Cathaluña, esto es, que no se ha hallado en toda ella algun Cathalan, ò Cathalana, que aunque mas pobre, ò necessitado estè, ò aja estado, que se haya sujetado jamàs à casarse con persona maculada de Iudios:* Qua in re dicit Didacus Velasquez *in Statut. Tolet. fol. 78. Singulari laude digni sunt Cathalani, qui præeligunt paupertate premi, quàm antiquissimam nobilitatem suam pecuniosis conjugiis obscurare.* 10

In

11 In hac alma Civitate Barcinonæ, tempore quo Sarraceni eam occuparunt, integra semper mansit Christiana fides, tradit Bergam *l.* 11 *sub an.* 732. in illis verbis: *Vesegottæ, & Gotti, qui trecentis quasi annis in Italia, Gallaque, ac Hispania imperarunt, funditus deleti sunt, præter paucos, quos Barcinonenses liberaverant.*

12 Synceram observando fidem non invaluit Civitas nostra illius sustinere invasores; ideo ad ejus preces Serenissimus Dominus Rex Martinus, accuratius attendens ejus ardenti studio saucivit, quòd per octo annos ex post sequuturos, in Civitate, vel ejus terminis non posset ædificari Callus, sive Judairia, nec ibidem Judæi utriusque sexus domicilia fovere; jubens intra viginti quatuor horas eos teneri ab illis recedere, sub pœna fustigationis, nisi rejecta cæcitate Judaica ad fidem orthodoxam converterentur: Alia ad id ipsum consultò decernens in suo Regio Privilegio: dat. Barcinonæ 18. Maii 1401.

13 Et ordinavit Civitas Barcinonæ in suo Concilio Ordinario 9. Octobris 1407. quod infecti sanguine Maurorum, vel Judæorum, non possent consequi munera ejus, Xammar *de Privil. Civ. Barcinonæ §. 22. n. 83.*

14 Et inter ipsius præclara encomia, illud censeo esse antesignanum, nam semper ejus mentem, & consilia ad pietatem Sanctissimæ Virginis retulit, tutelam invocavit, & suæ protectioni potentissimæ se devovit, dicavit, & consecravit. Traditur enim, quòd ex Apostolorum tempore fuit venerario in Hispania Sacratissimæ Virginis Mariæ, & quod diversi sacras peragebant peregrinationes ad Hyerusalem quotannis. Virgini dona deferentes, & signanter illam obsequiosè prosequebantur Civitates Barcinonæ, Tarraconæ, & aliæ, de quibus P. Marcillo *in Crisi Cathaloniæ par. 2. d. c. 1. n. 244.*

15 Inde nitidam obtinuit, & semper observavit Sacram Religionem, & ab ejus inimicis liberam se reddidit: est enim Sanctissima Mater lilium inter spinas, Rosa quæ ex spinis, hoc est, Judæis orta fuit, ac divina fragantia cuncta perfudit. S. Joan. Damas. *orat. 1. de Nativ. Mariæ.* Et verè Turris David, illius inquam David, qui superbum Goliam quinque lapidibus de torrente, idest, quinque vulneribus, & Crucis baculo, gloriantem, in Calvariæ monte prostravit, scribit Sanct. Thomas à Vilanova Archiepiscopus Valent. *serm. 1. Assumpt.*

16 Ex ea recipiunt omnes gentes infinitas misericordias, & gratias, captivi redemptionem, ægrotantes sanitatem, peregrini reditum, incarcerati libertatem, navigantes portum, periclitantes, & oppressi adjutorium, peccatores indulgentiam, justi præmium, Angeli lætitiam, & Sanctissima Trinitas gloriam: ut præclarè expressit Serenissimus Rex Navarræ Joannes Locumt. General. Domini Regis Alfonsi Quarti *in Curia general. hujus Principatus in an. 1456. in Const. 1. tit. de Concep.*

17 De qua, uti ex singulari privilegio labe exempta, potest cum Divo Bernardo veridicè prædicari: *Sancta, & Immaculata Virginitas, quibus te laudibus efferam nescio, quia, quem Cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti:* & per consequens rectè, & verè concludi, quod tantæ Virginitatis Reginæ, & Dominæ, munditiæ puritatem, excellentiam quoque, virtutum plenitudinem, perfectionem, & gloriæ Sedem sublimem, & potentiæ ubertatem, nec humani sufficiunt intellectus perpendere, & minus hominum organa personare; prout profert Serenissimus Rex Martinus in suo statuto edito 17. Januarii 1398. & constat *in Regio Archivo 2. grat. ab ann. 1397. ad 98. fol. 109.*

18 Ad hoc refero, quòd anno 1333. Serenissimus Dominus Rex Petrus instituit, & approbavit pro domesticis sui Palatii Regii, Confraternitatem Beatæ Virginis Mariæ, sub titulo *de Nostra Donada Verge Maria de la Casa del Rey:* & post Consiliarii, Officiales, & alii incolæ hujus Civitatis in eam Congregationem fuerunt admissi, (ipsi suppliciter exorantes) & quod coleretur abeunte Rege (quem antea Confratria sequebatur) juxta provisionem factam per Serenissimum Regem Joannem in anno 1389. per illa verba: *Tenore præsentis ducimus concedendum, quatenus absentibus nobis, & dicta Confratria, & Curia nostra à dicta Civitate Barcinonæ, valeatis etiam, & possitis uti dicta Confratria.*

19 In anno 1390. Consiliarii, & Centum-virale Concilium hujus Civitatis suo impulsu deliberarunt, ut celebraretur festum Purissimæ Conceptionis Virginis de præcepto per totam Civitatem: & per eundem Serenissimum Regem Joannem subsequenter 14. Martii 1394. fuit per publicum edictum præceptum, ut solemniter per sua Regna, & dominia festivitas illa observaretur; ac ulteriùs per edictum prohibuit alloqui contra Sanctam, & Beatam Conceptionem Virginis Mariæ; quodque Rex Martinus (cum insertione antedicti præconii) enixè cum altero ratificavit. Cæsaraugust. 17. Januarii 1398. Est *in lib. grat. 2. ab an. 1397. ad 98 fol. 109.*

Et fuit directum Consiliariis Barcinonæ ad eorum laudabilem supplicationum 27 Januarii 1398. Est *in eodem lib. fol. 109* per hæc verba: *Referim ab gran plaher, per esser vos altres cordialment afectuosos, è no pochs solicits à conservar, mantenir, creixer, y multiplicar la dita opinió, ministrant en ysso, è en altra manera, que non solament en las cosas temporals aquexa Ciutat ha per special gracia de nostre Senyor avisament, cautió è prudencia molts grans mes encara en las spirituals, è permanents alta contemplació, è devocio molt fervent.* Id est: *Referimus cum applausu, quia vos estis cordialiter affectuosi, & non parum soliciti ad conservandum, manutenendum, augendum, & ampliandum dictam opinionem in ea agendo, sed etiam alio modo, quod non solum in rebus temporalibus Civitas habet specialem gratiam Domini nostri, scientiam, cautionem, & prudentiam, magna valde, verum etiam in rebus spiritualibus, & permanentibus altam contemplationem, & devotionem magnopere ferventem.* 20

Et quia quidam prædicando contrafecerat prohibitioni, fuit in eum provisa exequutio pœnarum die ult. Augusti 1474. Barcinonæ itinet. 24. in Archivo Regio. Et Serenissimus Joannes Rex Navarræ Locumt. Generalis Domini Regis Alfonsi Quarti ejus fratris in anno 1456. in Curiis generalibus Barcinonæ pro lege municipali statuit, insequendo vestigia suorum Primogenitorum, pœnas contra alloquentes, vel prædicantes publicè, vel privativè contra puritatem Conceptionis Mariæ Dominæ nostræ, superiùs relata confirmando, absque spe gratiæ suæ remissionis: & per Paulum Quintum in suo Apostolico decreto, dat. Romæ 6. Julii 1616. Pontificatus anno 12. fuit facta innovatio Constitutionum Sixti Quarti, & Pii Quinti de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, & impositio majorum pœnarum in transgressores. 21

Perhorrescat igitur, qui voces emittunt contra candorem Virginis Matris: nam ex Mario Ital. *de immunitat.* recitat Basilicus *decis. 11. num. 11.* quòd Dominus Jesus maledicta in Virginem Mariam acerbiùs ulciscitur, quàm in se: quandoque enim sua dissimulat; at vero contra Virginem Mariam multa non sustinet, quos invisibili quandoque gladio perfossos, à Dæmonibus dilaceratos, discerptos exsecta lingua, oculis evulsis, miserè tamquam dilaniatos eorum infœlicem animam in inferos damnat. 22

Hic quadrat quod evenit anno 1428. die 8. Septembris, in qua Venerabilis, Religiosusque Franciscus Mulet, Decretorum Baccalaureus, Ecclesiæ Minoritsæ Canonicus fuit à Francisco Planes (Curiæ Vicarii, & Bajuli Civitatis Minoritsæ procuratore Fiscali, in Sede dictæ Civitatis, & ipsius Cathedris valdè proximo, post Vespertinas preces insidiatore) pugione confossus, ex quo luculento vulnere spiritus dicti Francisci Mulet corpoream molem agitare nequivit (Aggressor mortem furcæ passus fuit die 10. Septembris ejusdem anni.) & postquam per duarum horarum tractum corpus dicti Mulet inanimatum, & ut tale velatum permansit, rursus in corporeos artus fuit anima missa: hæc, vel similia domino Priori distinctè enarrans. O domine Prior vitale lumen deserui, rectè, an secùs fecerim à Supremo Judice disceptatus fui: in Purgatorio peccata expiavi. Et Canonicis ibi præsentibus voce magna, & devota dixit, sibi à Deo, Sacratissimaque Virgine Maria injunctum esse in hoc sæculum se restituendi, ut patefaceret, & apertum relinqueret, quòd nemo imposterum allucinaretur, judicando Sacratissimam Virginem Originalis nævi immunitatem non habere, addendo, nullum aliud adesse motivum ad resurrectionem istam, per 9. horarum tractum solummodo duraturam, ut evenit, nisi ut supradicta omnibus essent evidentia. Hæc cuncta attestatur informatio, de licentia Ordinarii Ecclesiastici recepta die 16. Februarii 1489. quam authenticam vidi. 23

At toto affectu cõfidat piissimus cultor devotionis Marianæ in sua Sanctissima Conceptione, ad præsidium 24

Virginis confugiendo; nam illi suffragabitur hæc pia invocatio: ita Ricardus à Sancto Laurentio *de laudibus Virginis* scribens, quòd hæretici sunt magni peccatores, obsiti densis peccatorum aculeis, tamen si humiliter ad Mariam convertantur, possunt apud eam refugium invenire.

25 Hæc Nostra Civitas Excellentissima fœliciter ad asylum Sacrosanctæ Virginis recurrens, eam acclamat Patronam, sub titulo suæ Conceptionis, eidem assignatam cum Bulla Innocentii X. eamque tamquam ex primatibus festivam colit in Sancta Sede, cum Octavario quotannis, per publica præconia Festivitatem illam proclamat, & illarum Regiarum Sanctionum decreta memor, extollit præconis voce.

26 Hic recito, quòd Archiepiscopus Toletanus Quiricus prædecessor Sancti Ildephonsi Barcinonem floridam nominavit, coronam Civium, Civitatem inclytam in fide, Franc. Bivar. *coment. 3. in Lucium Dex. ad an. 300.* (de cujus primordio liquidò non constat, & solum illud ætati Domini Regis Ferdinandi Secundi attribuit Doct. Ferran *in relatione composita ex lib. Confratriæ Conceptionis.*)

27 Maximè verò de Annuntiatione Beatæ Mariæ Virginis, nam Franciscus Peña Auditor S. R. R. *in vita S. Raymundi lib. 1. cap. 3.* ait, quòd ab initio (antequam Apostolica authoritate in Ecclesia universali celebrandum proponeretur) creditur emanasse ab Ecclesia Barcinonensi ordinatio colendi Festum Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis tanquam duplex majus die 25. Martii, ut apparet in Breviario Barcinonensi, & *in principio annot. ad dict. cap. 3.* scribit de Sancto Raymundo, ibi: *Qui cultum cupiens ampliare divinum, obtinuit à Domino Episcopo, & Capitulo, quod in Festo Annuntiationis Dominicæ fieret Festum Duplex.* Et idem certò profitetur Magister Fr. Antonius Lorea Dominicanus *in vita Sancti Raymundi in notis cap. 3. pag. 28. & 29.* ibi: *La Fiesta de la Encarnacion à 25. de Março, tuvo principio en la Iglesia de Barcelona, y de alli se estendiò à la Iglesia universal, siendo San Raymundo de Peñafort el Author que se celebrasse, como Doble Mayor, como se ve en el Breviario de aquella Iglesia.*

28 Ob ardentissimam charitatem, qua Sacratissima Virgo erga fideles innumeros æstuabat, qui Sarracenorum jugo in Hispania immaniter opprimebantur, Sancto Petro Nolasco piissimis vacanti meditationibus, & recogitanti, qua ratione tot Christianorum ærumnis sub Maurorum captivitate degentium succurri posset, ipsa Beatissima Virgo Empyreum in hac Civitate Barcinonæ Cœlum collocando, serena fronte se conspiciendam dedit, & acceptissimum sibi, ac Unigenito Filio suo fore dixit, si suum in honorem institueretur ordo Religiosorum, quibus cura incumberet Captivos à Turcarum tyrannide liberandi, & ea ipsa nocte apparens Beato Raymundo de Peñafort, & Jacobo Aragoniæ Regi, id ipsum de Religiosis instituendis admonuit: hinc erectio Cœlestis, ac Regalis Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Mercede Redemp. Captivorum emanata fuit. Quæ omnia ex Officio Beatæ Mariæ Virginis de Mercede expressè colliguntur; insinuat etiam Pater Franciscus Garau *in idea Maximarum par. 3. num. 5.*

29 Communisque Patria Catthaloniæ sub Divino tutamine Mariæ suaviter tegitur, & eam perseveranter obsecrant, & signanter titulariter Virginem laudant in Templis Cathedralibus, Parochialibus, Capellis; nam sub Virginis Mariæ invocatione dedicatæ adsunt plusquam quatuor centum, & triginta: ut figillatim eas describit P. Narcisus Camòs *in libro Iardin de Maria*; & inter eas cœleste Sanctuarium Montisserrati, centrum devotum totius fidei orthodoxæ, in quibus Supremæ Dominæ Christi fideles inserviunt, & deprecantur. Martorell de Luna *in Hist. Dertus. lib. 2. cap. 34.* Menescal. *in concion. Reg. Iacobi.*

30 Propterea post juratam fidei professionem, jurant etiam Baccalaureatu, & iterum Doctoratu graduandi in Universitate litteraria Barcinonæ, se defensuros Beatam Virginem Dei Matrem conceptam fuisse sine labe, & peccato originali: cujus originem assumendam esse, scribit Doct. Ferran *in sua relatione* à Bulla Pauli V. anni 1616. de qua supra; nam post ejus editionem per Universitatem litterariam fuit dispositum, quatenus Cathedræ professores, Doctores, & Baccalaurei ante ingressum Cathedræ, & adeptionem gradus obstringerentur præstare juramentum puræ Conceptionis, & pro Cathedraticis, & Doctoribus fuit assignata dies pro eodem sacramento præstando in forma Universitatis, qui ornati cum insigniis Doctoralibus jurarunt in Presbyterio Sanctæ Ecclesiæ Barcinonæ, in manu Illustrissimi Don Joannis Moncada Archiepiscopi, pro ut attestatur Dr. Ferran *in sua relatione*, qui fuit alius ex Cathedraticis qui interfuerant in illa celebritate.

Et id idem juramentum præstant litteris Jurium laureandi per Excellentissimum Locumtenentem Generalem hujus Principatus, & Regiam Audientiam junctis Tribus Aulis, & sub eodem juramenti vinculo tenemur Senatores Regii: nam ante adeptionem Senatoriæ dignitatis idem vovemus, ac promittimus. De observantia hujus juramenti P. Mendo *de post tract. de jure academ. in epil. fund. de Immacul. Concep. §. 1.* ubi late. Et tandem Sanctitas Alexandri VII. ad ferventes preces Nostri Catholici Monarchæ declaravit, quod obiectum cultus Ecclesiæ est, & semper fuit gratia primi instantis Sacratissimæ Virginis physici, & realis suæ animationis: cum concessione Octavarii. 31

Antedicta tetigi circa Civitatem Barcinonæ, & hunc Principatum quoad cultum Sacratissimæ Virginis Conceptionis, & quoad fidei observantiam; & concludo cum rescripto Apostolico Sanctitatis Pii V. dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 4. Julii 1570. Pontificatus anno quinto, qui in testimonium fidei, quam Civitas, universaque Provincia perpenso studio profitebatur, universosque hortando, scripsit ibi: *Ut eandem erga nos, & hanc omnium, tam Christi fidelium Matrem, tum cæterarum Ecclesiarum Magistram Romanam Ecclesiam, fidem, & devotionem constanter retineatis, vosque ipsos, quemadmodum hucusque fecistis, tali tantæque Matri fideles, obedientesque filios perpetuo præstetis.* Est in domo Civitatis *lib. 1. Reg. litter. fol. 194.* Et dicimus cum Sancto Germano in *Encomio Zonæ Deiparæ*: *Non est vera sinis tuæ magnitudinis, ò purissima; non est alia sacietas tuæ devotionis.* 32

Et hinc dimanat observantia Senatus: nam Collegæ, & Artifices hujus inclytæ Civitatis, non admittuntur ad Collegia, vel Corpus, nisi priùs per suos Commissarios ad id deputatos sit facta plena probatio de generis probitate, Fontan. *de pact. nup. t. 2. claus. 5. glos. 1. par. 1. à n. 103.* & eo citato Escobar *de purit. q. 1. proœmi. §. 4. & q. 4 §. 3.* 33

Sic die 8. Februarii 1580. (Est in lib. conc. civil. illius anni fol. 64.) fuit concluſum in Regia Audientia, referente Amell, Correlatore Cordelles Regiis Consiliariis, Gregorium N. Artium, & Medicinæ Doctorem conservandum esse in Collegio Medicorum hujus Civitatis Barcinonæ, nec ab ea esse removendum, ex quo distinctè probavit descendere de familia Christiana longè ante conversionem plurimorum Judæorum, quæ per Sanctum Vincentium Ferrer circa annum 1400. facta fuit. 34

Et die 12. Novembris 1586. (Est in lib. concluſ. civil. illius anni fol. 147.) inter Vincentium N. & Antonium N. ex una, & Joannem N. & Syndicum Civitatis Barcinonæ ex altera partibus, referente Michaele Ferrer Regio Senatore, fuit concluſum, informationes factas ad futuram rei memoriam, ad instantiam dicti Joannis N. ad effectum consequendi authoritatem Notarii publici Barcinonæ, tam in præsenti Civitate, quam in Regno Castellæ, de ejus vita, moribus, & genere informiter receptas fuisse, & ideo ex integro per Proceres Collegii Notariorum Barcinonæ recipiendas esse, expensis dicti Joannis N. 35

In qua Regia sententia fuit expressum motivum Regii Privilegii concessi per Serenissimam Reginam Mariam sub die 21. Augusti 1436. supplicantibus Consiliariis, Proceribus, & probis hominibus ejusdem Civitatis: in quo fuit statutum, quòd nulli, qui de stirpe Indæorum, Sarracenorum, seu alicujus Barbaræ, seu Infidelium nationis processerint, qui ab anno Nativitatis Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo citra, ad fidem Catholicam conversus fuerit, nec alicui, seu aliquibus descendenti, seu descendentibus ab illis, mediatè, vel immediatè tunc, vel etiam in futurum, arte vel officio Notariæ uti liceat, neque aliquo modo audeat exercere in dicta Civitate Barcinonæ, nec ejus territorio, & terminis, etiamsi authoritate Regia, vel dictæ Civitatis, aut alia quacumque Notarius creatus fuisset. 36

Etiam fuit expressa ordinatio super arte Notariæ disposita, ex qua elicitur, quod nec publicam scribaniam 37

tene-

tenere possint, nec appellari Notarii publici Barcinonæ aliquis, vel aliqui conversi, aut filii conversorum, aut descendentium illorum, & omnes alii, qui non descendunt, & sint processi ex parte patris, & matris à Christianis de natura.

38 Sic die 26. Octobris 1601. in causa inter Michaelem N. ex una, & Procuratorem Fiscalem ex altera, coram Nob. Regente Regiam Cancellariam fuit sententiatum, dictum Michaelem N. procedere de familia Cathalanorum antiquorum, & esse Christianum de natura, & ex Christianis de natura descendentem, & non ex Judæis, Sarracenis, vel radice infecta, & ut talem Christianum veterem de natura, ipsum, & suos prædecessores, & successores ab omnibus tenendos, & reputandos fore, & esse, & consequenter admittendum ad omnes dignitates, & honores, & officia, prærogativas, & exemptiones, privilegia, libertates, & immunitates, ad quæ Christiani veteres de natura sunt admittendi, tam per Fiscum Regium, quam per alios quoscumque, ad quos spectet. Est *in lib. sententiar. 30. fol. 1.*

39 Ideo admissus fuit ad officium Chirurgi Barcinonæ Petrus N. quia repulsis jactantiis adversis, probaverat descendere ex stirpe, nulla labe, sive macula Judæorum, Maurorum, Sarracenorum, aut alterius Barbariæ, vel infidelium nationis infecta, sed Christianos de natura fuisse tentos prædecessores ejus: in causa inter dictum Petrum N. Chirurgum ex una, & Syndicum Chirurgorum ex altera partibus, referente Carreras Regio Consiliario die 3. Octobris 1625. Est *in lib. conclus. civil. illius anni fol. 40.*

40 Et coram Judice Brevis Apostolici fuit probata puritas sanguinis N. & falsiter calumniantes condemnati ad pœnas extraordinarias die 7. Maii 1686.

41 Et die 2. Junii 1696. referente Magnifico Joanne Colomer Regio Senatore, fuit favorabiliter conclusum pro aliis, contra Syndicum Vniversitatis de N. actuario Llobet Nott.

DECISIO CXXV.

ARGUMENTUM.

De erectione Tribunalis S. Officii in hoc Principatu. De auxiliis Regiis, à Regio Senatu præstitis, in illius fundationis successu. Et de jurisdictione privativè ad alios, competenti Tribunali in causis fidei, & ejus connexis. Ac etiam de remissione reorum ad ipsum, qui per Judices Sæculares reperiebantur capti: cum exemplaribus.

SUMMARIUM.

1 *Antiquitùs Episcopi erant Inquisitores Generales in suis Diœcesibus, & soli de hæresi cognoscebant.*
2 *Expenduntur Const. 5. & 6. tit. de hæreticis.*
3 *Ob varias Episcoporum curas Pontifices specialiter constituerunt Inquisitores.*
4 *Inquisitoris officiũ primò commissũ fuit Divo Dominico.*
5 *Post ejus obitum Romani Pontifices concesserunt facultatem Provincialibus Ordinum Sanctorum Dominici, & Francisci, eligendi Inquisitores per suas Provincias.*
6 *Priùs in Cathalonia, & Aragonia, quàm in alia parte Hispaniæ, precibus Sancti Raymundi à Pennafort fuit institutum Pontificia authoritate Sanctæ Inquisitionis Tribunal, & num. 7.*
8 *Sanctus Raymundus à Peñafort fuit Primus Inquisitor, qui supremam elegit normam, approbatam à Gregorio Nono, & num. 9.*
10 *Et inde nominavit alios duos Inquisitores, quorum virtutes signantur.*
11 *Sanctum Tribunal sic erectum fuit munitum quamplurimis Regalibus rescriptis, quorum aliqua recitantur, & num. 12.*
13 *Brachium Regium fuit concessum ad persequendum insolentes.*
14 *At adhuc in ea ætate informiter procedebatur in persequutione hæreticorum, & quomodo, & à quo tempore fuit formiter Tribunal formatum, nu. 15. & 16. & comprobatur num. 17. & 18.*
19 *Civitas Barcinonæ auxilia præstitit Inquisitoribus, & ejus ministris.*
20 *Fuit illis brachium Regium impertitum, & num. 21.*
22 *Juramentum fidei præstitum per Locumtenentem Generalem, Cancellarium, Regentem Cancellariam, Bajulum Generalem, Deputatos, & Consiliarios Barcinonæ Inquisitori in Cathedrali ejusdem Civitatis.*
23 *Per Regium Senatum fuit concessa salvaguardia Regia Sancto Officio.*
24 *Quod expellerentur Judæi sub pœna confiscationis, fuit decretum, & alia circa id ipsum, num. 25.*
26 *Tribunal Sanctæ Inquisitionis residet Barcinonæ, & ex tempore Dertus.*
27 *Pertinet ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis privativè ad quoscumque cognitio de rebus fidei; cum annexis, & connexis incidentibus, & illarum dependentibus, & num. 28. ac 29. ubi expenduntur Decreta Pontificia.*
30 *Super rebus Fidei, & connexis, & dependentibus nec contentio, nec dubium suscitari potest.*
31 *Reus pro quocumque delicto captus, si ab Inquisitoribus petatur pro causa fidei, vel annexis, vel connexis, aut à fide dependentibus, clausis oculis illicò est eis tradendus, qui debent, expedita causa, Judici Sæculari eum restituere, ut illum puniat pro delicto sæculari. Quæ comprobantur ex Bulla Pii Quinti Pontificis Maximi, ubi exemplaria Regii Senatus, usque ad num. 34.*
35 *Pro recto pto dutendo ad hunc Civitatem fuit mandatum in forma Cancellariæ expeditum, directum Officialibus Regiis, quatenus requisiti pro parte Tribunalis Sancti Officii assisterent ejus Ministro ad id destinato, cum familia armata.*

ANTIQUITUS Episcopi erant Inquisitores Generales in suis Diœcesibus; & soli de hæresi cognoscebant, *c. ad abolendum 2. c. excommunicatus 13. §. quia verò, de hæreticis*, Carnea *de offic. Sanctæ Inquis. tom. 4. §. 1. num. 1.* Solorzano *de Jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 24. num 34.* Diana *resol. moral. par. 4. tract. 8. resol. 2.* & pluribus allegatis Reg. Cortiada *decis. 30. nu. 3.* Reg. Senator. Ferrer *in def. Jurisd. Regiæ conclus. 1. num. 63.* 1

Et nostro jure municipali ita cautum erat *in cap. 5. curiarum*, quas celebravit Dominus Rex Jacobus Primus, Tarraconæ anno 1234. Et est *Const. 5. & 6. tit. de hæreticis*, per illa verba, ibi: *Est atubim, que algun crebent, è heretge no se punit, sino per lo Bisbe del lloch, è altra Ecclesiastica Persona, que haja potestat de conèixer, si serà crebent, è heretge jutjat.* 2

At postmodum, ob varias Episcoporum curas, Pontifices specialiter Inquisitores constituerunt, *cap. per hoc de hæret. in 6. Cem. 2. de hæret.* post Reg. Matheu *de Reg. Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 3. sect. 1. num. 2.* Regens Cortiada innumeris allegatis *decis. 30. num. 3. & 4.* Fermosinus *de confisc. bonor. tract. 1. par. 2. alleg. 13. nu. 4.* Ferrer *in disc. pro jurisd. reg. d. conclus. 1. num. 63. & 67.* 3

Et exploratum habeo Inquisitoris officium circa annum Domini 1200. temporibus Innocentii Tertii, Sancto Dominico Prædicatorum Patriarchæ, & contra Albigienses fulmini, primò commissum fuisse, ut tradit, solutis contrariis, Salelles *de Trib. Sanct. Inquis. proleg. 3. n. 7. & 8.* Carena *de offic. Sanct. Inquis. par. 1. tit. 5. §. 2. nu. 1.* comprobat cum multis Reg. Matheu. *de Reg. Reg. Valent. d. cap. 7. §. 3. sect. 1. nu. 2.* & post eum Reg. Cortiada *d. decis. 30. nu. 5.* meminit Ciacon. *in vita Innocent. Tertii*, & approbat Cherubin. *in Comp. Bullarii in an. 1556. super Pontif. Sancti Pii Quinti Const. 1. Schol. primo.* Diago *de vita Sanct. Raymundi cap. 14.* P. Fontana *in monum. Dominic. par. 1. an. 1215.* Ft. Maluenda *in annal. Ordin. Prædicat. in eodem an. 1215.* pluribus citatis. 4

Et post glorioſum Divi Dominici obitum, Romani Pontifices concesserunt facultatem Generalibus, & Provincialibus Ordinum Sanctorum Dominici, & Francisci, eligendi Inquisitores per suas Provincias. Azor *instit. moral. p. 1. l. 8. c. 18. q. 15.* Farinac. *de hæres. q. 186. nu. 30.* Castro Palao *in oper. moral. t. 1. tract. 4. dub. 8 puncto 12 §. 2. nu. 3.* Torreblanca *de Magia lib. 3. cap. 2. nu. 44. & 45.* Salelles *de Tribun. Inquis. proleg. 3.* Regens Matheu *d. §. 3. sect. 1. num. 2.* Regens Cortiada *d. decis. 30. num. 6.* 5

6 Sed temporis successu suæ Sanctitatis zelum demonstravit Sanctus Raymundus à Peñafort Gotholanus Serenissimo Regi Jacobo hujus nominis Primo, suadens, ut Pontificia authoritate officium Sanctæ Inquisitionis in suis Regnis hæreditariis institueret, prout Hieronymus Zurita *lib.2. Annal.cap.94.* explicat his verbis: *Scitu dignissimum est, virum hunc Sanctum Raymundum spiritu boni zeli ad amplificandam Catholicam fidem, cum multum optimè ad Regem valeret, cerneretque, hæreticos ex Gallia in Cathaloniam se recepere, procurasse, ut haberetur Inquisitio contra hæreticam pravitatem, in suo Regno, & in cæteris, quæ adquisiturus foret*, idem refert Petrus Marsil. *in vita Regis Jacobi lib.4.cap.47.* Vincentius Justinianus Antistius *tract. de B. Raymund. Canoniz. cap.1. in princ.* Auditor Rotæ Peña *de vita Sancti Raymundi lib.1. cap.29. circa finem.* Morell *de ejusdem vita cap.6. in fine.* Fr. Salvator Pons *in vita Sancti Raymundi cap.12.* Fr. Dominic. *lib.2. pag.25.* Reg. Senator Tristany *in Epist. ad Sanct. Raymund. in pr. par.2.*

7 Propterea priùs in Cathaloniæ Principatu, & in Arag. Reg. quàm in alia parte Hispaniæ fuisse institutum Sanctæ Inquisitionis Tribunal, & erectum precibus Sancti Raymundi à Peñafort, ex Bulla Gregorii Noni Kalend. Junii 1233. observant Blasc. *in Historia Aragon. tom.2 lib.1. cap.10. nu.14.* Paramo *de Erect. Sanct. Inquisit. lib.2. tit.2. cap.8. num.1. & 2.* Xammar *de Privil. Civit. Barcinonæ §.5. n.24.* Diago *in historia prædic. lib.2.c.12.* P. Maluenda *in Annal. Ord. Prædicat. an.1232.*

8 Et esse Sanctum Raymundum, Primum Inquisitorem scribunt Diago *in vita Sanct. Raymund. c.74.* Abraham Bzovius *an. tom.3. an. 1232. §.9. vers. Ad præscriptum*, P. Fernandez *in concert. prædic. pag. mihi 416.* Fr. Joannes à Conceptione *de vita Sancti Raymundi pag.10* P. Gran *in idea maxim. par.3. num.8.* peculiariter Barcinonæ refert Paramo *de Orig. Sanctæ Inquisit. lib.2. tit.2. cap.8. à n.1.* Xammar *de privil. Civit. Barcinonæ d.§.5. n.24. & 25.* Fer. *in discur. pro reg. jur. conclus.1 n.65*

9 Supremam edens normam Sanctus, & Doctor ille Insignis Raymundus circa effrænandam hæresim, ejus excelsam approbationem meruit, & in judicio servandam præcepit Sanctitas Gregorii Noni Archiepiscopo Tarraconen. ut scribit Fr. Jacobus Rebulosa *in lib. Festorum Sancti Raymundi pag.32.* & post eum Regius Senator Tristany *in d. Epist. dedicatoria tom.2. necess.* & confirmant Abraham Bzovius *an.1235. §.5.* Diago *in vita Sancti Raymundi lib.2. in Historiis Prædicat. cap.12.* P. Maluenda *in Annal. Prædicat. an.1235.* Fr. Joannes à Conceptione *in vita Sancti Raymundi pag.10.*

10 Qui inde nominavit alios duos Inquisitores, videlicet Fr. Petrum de Tonenes & Fr. Petrum de la Cadireta Barcinonenses. (sepultus honoratur in Sancta Sede Urgellen.) & post nominavit Fr. Pontium à Planes Gotholanum, virtutibus Venerabilem, & pro fide Martyrem, cujus corpus pariter in eadem Sancta Sede Urgellens. requiescit, Diago *de vita Sancti Raymundi cap.15. & 16.* tradens, quod cum naturaliter declinanda esset dies (in qua exequiæ illius celebrabantur) fletit sex horarum intervallo, usquequo fuit ejus sepultura solemniter expleta, recitat idem Fontana *monum. Dominicæ. an.1242.*

11 Sic erectum Tribunal Sanctæ Inquisitionis, munitum fletit quamplurimis Regalibus rescriptis: Nam pro defendenda, & promovenda fide Catholica ad Dei gloriam, & Ecclesiæ Romanæ reverentiam, Serenissimus Dominus Rex Alfonsus Secundus statuit inviolabiliter, & perpetuò ad hæreticos exterminandos à suis dominationibus, ut omnes Justitiæ auxiliarentur Inquisitoribus hæreticæ pravitatis. In Curia d. Regis fol.144.

12 Et adest Pragmatica d. Domini Regis sub data 8. Kalend. Julii 1287. mandans expulsionem hæreticorum à suis Regnis, & officialibus suis, quatenus ad notificationem Fratrum Ordinis Prædicatorum Inquisitorum hæreticæ pravitatis, exequerentur capturæ delinquentium, qui forent de cognitione Inquisitorum, cum in hujusmodi Romanæ Ecclesiæ authoritate fungerentur, tollendo quæcumque impedimenta, quæ possent in contrarium inferri, tam Inquisitoribus, quàm eorum familiæ. Constat in diversi Archiv. fol.17.

13 Sic etiam fuit impertitum brachium Fr. Raphaeli Garcia Ordinis Prædicatorum Inquisitori hæreticæ pravitatis in Episcopatu Dertusen. ad persequendum insolentes, qui publicaverant aliquas propositiones erroneas: cum litteris dat. Villæfranc. Pœniten. die 16. Novembris 1452. fol.77. in illa Locumtenent.

At adhuc in ea ætate informiter procedebatur in punitione hæreticorum: Nam Serenissimus Dominus Rex Jacobus Secundus sibi reservaverat jus coercendi hæreticos certæ collectæ: in rescripto apud Baells 6. Kalend. Julii 1292. Et constat in diversi fol.17. illius Regnatus, & in lib. solutionum, anno 1292. ad 93. fol.98. Regii Archivi. 14

Et bona hæreticorum Fisco Regio applicabantur; ut denotat *Const. 5. tit. de hæreticis, & aliis excommunicatis*, & probant successiva computa receptorum, recondita in officio Magistri Rationalis hujus Principatus, in Camera prima, & in armariis num.5. & 6. patet ulterius ex regestro negotiorum Inquisitionis Regii Archivi. 15

Nec erat formatum Tribunal cum creatione Officialium Familiarium, & aliorum Ministrorum, & omnimoda jurisdictione Inquisitoribus attributa, ad procedendum contra hæreticos, usque ad tempus Catholicorum Regum Ferdinandi, & Dominæ Elizabetis, quorum precibus in Hispania fuit obtentum à Summo Pontifice Sixto Quarto, ut crearetur Inquisitor Generalis. Torreblanca *de magia lib.3. cap.2. numer.46.* qui institutus fuit ab anno 1478. secundum Garibai *lib.18. Hist. Comp. cap.12. & 17.* seu ab anno 1479. secundum Illescas *in hist. Pontif. tom.2. lib.6. fol.101.* Solorzano *de jure Indiar. tom.2 lib.3. cap.34. nu.3.* Rodericum Mendes *in poblat. gener. Hisp. in descrip. Regni Valent. cap.2.* vel ab anno 1483. Salelles *de Tribun. Inquisit. proleg 4. numer.2.* Carena *de officio Sanctæ Inquisit. par.1. tit.3. §. unico num.1. & seqq.* Horat. Turselin. *in epit. hist. lib 10. pag 347.* vel post annum 1492. ut placuit Joanni de Bustetes *in flosc. histor. par.2 cap.5. pag. 299.* qui convincitur à Solorzano, & Salelles citat. quos sequitur Reg. Matheu *d.cap. 7. §. 3. num 3.* cum aliis citatis. 16

Quæ confirmantur: Nam die 13. Maii 1482. Dominus Rex Ferdinandus suppliciter scripsit suæ Sanctitati, ut dignaretur instituere Inquisitores hæreticæ pravitatis, per illa verba: *Opus est in Dei servitium, & Christianæ fidei decus, quod Inquisitores hæreticæ pravitatis secundum beneplacitum, & voluntatem meam, in his Regnis, & terris meis instituantur, & Regio meo favore freti Inquisitionis onus exerceant.* Ut constat in regestro negotiorum Inquisit. hæretic. pravit. fol 6. 17

Et die 22. Novembris 1483. Reverendus Fr. Thomas de Turrecremata Ordinis Prædicatorum in Theologia Baccalaureus, Generalis Inquisitor Apostolicè creatus, nominavit Fisci Procuratorem, & alios Officiales: patet in dicto regestro fol 16. 18

Præterea Civitas Barcinonæ obsequentissimè executa fuit præceptum Serenissimi Domini Regis Ferdinandi, sub data in Civitate Cordovæ die 11. Junii 1484. auxiliando Inquisitoribus, & ejus Ministris in Civitatem, & Principatum progressis. 19

Et die 10. Januarii 1486. fol.71. in d. lib. per Dominum Regem Ferdinandum fuit injunctum Infanti Don Henrico Locumten. Generali, quatenus assisteret, & auxilium brachii Regii impertiretur Magistris Joanni Frantò, & Guillermo Caselles Ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hujus Principatus, nominatis à Fr. Thoma de Turrecremata Monasterii Sanctæ Crucis Priore, & ditionis Regiæ Generali Inquisitore, pro exequendo liberè suo Inquisitorum officio. 20

Et idem Dominus Rex mandavit Dominis Jurisdictionalibus, sub pœna infidelitatis, & innaturalitatis incurrenda, & viginti mille florenorum auri, & aliis arbitrariis, quatenus traderent, aut tradi facerent Algurzirio hæreticæ pravitatis, aut illi, qui de mandato ipsius Regis, aut Inquisitorum forent requisiti, personas nominandas per eosdem cum bonis suis, eas conducendo ad locum per Inquisitores destinatum, cum omni auxilio. Sub data 23. Januar. 1486. Est in lib. diversi Inquis. fol.73. 21

Et in Cathedrali hujus Civitatis Barcinonæ Illustrissimus Dominus Infans Henricus Comes Empuriarum Locumtenens Generalis, Cancellarius, Regens Cancellariam, Bajulus Generalis Cathaloniæ, & postea Deputati, & Consiliarii Barcinonæ præstiterunt Inquisitori hæreticæ pravitatis Magistro Ordinis Sancti Dominici Fr. Alfonso Espina personaliter existenti ante Altare Majus Juramentum pugnandi pro fide Catholica, eamque fovendi, & juvandi: ut constat in nor. sub data 20. Julii 1487. in lib. diversi rer. num.25. fol.45. 22

Hinc

UAB Biblioteca de Ciències Socials

23 Hinc in nostro Regio Senatu die 31. Januarii 1509. (Est in lib. concluſ. civil. illiusanni fol. 79.) referente Magnifico Vincentio Orrit Regio Conſiliario, fuit concluſum, eſſe concedendam ſalvamguardiam Regiam Officio Sanctæ Inquiſitionis, Officialibus, & eorum locatenentibus, ac ipſorum Familiæ: & quod pro his expedirentur litteræ, & præconizationes opportunæ.

24 Ad idem antea pro exaltatione Sanctæ fidei, cum matura, & provida deliberatione Sacri, & Regii Concilii, recepta informatione, fuit per Sereniſſimum, & Catholicum Regem Ferdinandum decretum, ut expellerentur Judæi à ſuis Regnis, ſub pœna confiſcationis, in quam inciderent fautores, & eorum receptores: In lit. dat. Granat. 31. Martii 1492. eſt in diverſ. figil. ſecret. 2. fol. 48.

25 Et pro expulſione omnimoda Judæorum fuit concluſum 2. Auguſti 1592. (concluſ. civil. illius anni in lib. fol. 331.) ut conſuleretur ſua Majeſtas circa facienda de quibuſdam Judæis, qui non valuerunt ad tempus edicti Regii recolligi in navigiis conductis, allegando aliqua impedimenta, petendo aliquod tempus ſibi indulgeri, & quod interim Judæi, & eorum bona detinerentur, & ſub tuto ponerentur, donec per Regiam Majeſtatem ſuper his foret proviſum, diſpoſitum, & ordinatum, attentis verbis edicti Regii, & Reverendi Prioris Sanctæ Crucis, Inquiſitoris.

26 Cum hoc ſolido firmamento funditus à Catholicis Monarchis erectum in omne ævum permanebit Tribunal illud Venerandum, ubi cauſæ Dei judicantur contra hæreticos, ſceleſtoſque homines de fide ſuſpectos, quodque licet inimicorum fidei telis impetitum, at invictum ſemper ſe præbuit, & Deo auxiliante ſtabit. Illud pro Cathalonia reſider Barcinonæ. Xammar *de Priv. Civit. Barcinonæ d §. 5. n. 26* in qua propriam ſedem habet, etſi ex tempore ob calamitates vigentes, diu exceſſerit ſtando in Civitate Dertuſen.

27 Unde validiùs adſtringimur ad reverenter totis viribus aſſiſtendum Tribunali Sanctæ Inquiſitionis, ad quod pertinet privativè ad quoſcumque Judices ſæculares cognitio de rebus fidei, prout eſt ſine limitatione aliqua communiter amplexum; & probat expreſſus Text. *in c. ut Inquiſitionis 18. §. Prohibemus de hæreticis in 6.* ibi: *Prohibemus quoque diſtrictiùs Poteſtatibus, Dominis Temporalibus, & Rectoribus, eorumdemque Officialibus ſupradictis, ne ipſi de hoc crimine (cum merè ſit Eccleſiaſticum) quoquomodo cognoſcant, vel judicent, ſive captos pro eodem crimine, abſque dictorum Epiſcoporum, ſeu Inquiſitorum, aut ſalsem alterius eorundem licentia, vel mandato, à carcere liberent, aut executionem, ſibi pro hujuſmodi crimine à Diœceſano, vel Inquiſitoribus, ſeu Inquiſitore injunctam prompte (prout ad ſuum ſpectat officium) facere, ſeu adimplere detrectent, vel alias Diœceſanorum, aut Inquiſitorum judicium, ſententiam, ſeu proceſſum, directè, vel indirectè impedire præſumant:* Si quis verò contra prædicta fecerint, dicit ibi: *Excommunicationis ſe noverit mucrone percuſſum.* Divus Thom. *1. par. quæſt. 93. art. 1.* Soto *de juſt. & jure lib. 2. in prin.* & allegati per Agia *in tract. de exhibendis auxil. concluſ. 3. fol. 133.* Marinis *reſol. jur. cap. 204. nu. 2. & ſeqq.* Luca ad Franc. *deciſ. 371. n. 5.* & ad Grat. *diſcep. forenſ. cap. 146. n. 12. in fine,* latè Pontificia reſcripta id probantia allegans, concludit Seſſe *de inhibit. cap. 30. §. 1. à nu. 29.* Carleval. *de jud. diſp. 2. nu. 903.* Pereira *de man. reg. cap. 52. nu. 22. cum ſeqq. verſ. Non obſtat, lib. 2. tit. 8.* Fontan. *tom. 2. dec. 353. nu. 14.* Regens Cortiada, infinitis allegatis, *deciſ. 30. num. 12.* ubi agit de cauſis hæreſis, & hæreſim ſapientibus.

28 Prout etiam eſt omni jure certum, quòd cognoſcunt Inquiſitores privativè ad quoſcumque Judices ſæculares de cauſis fidei, cum annexis, & connexis, incidentibus, & dependentibus ab illis, Regens Math. *de reg. reg. Valent. tom. 2. cap. 7. § 3. ſect. 1. nu. 6.* Carleval *de jud. lib. 1. diſp. 2. nu. 769.* Seſſe *de inhibit. d. cap. 30. §. 1. à num. 2.* Thomas Delbene *de immu. Eccleſ. tom. 2. cap. 10. dub. 2. ſect. 2.* Solorzano *de jure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 24. n. 26.* Regens Cortiada *d. deciſ. 30. nu. 13. & 22.* Baron *de effect. minor. ætat. effect. 21. nu. 56. verſ. Quod tertium, fol. 378.* Ferrer *in diſc. pro reg. jurisd. concluſ. 1. num. 48.* Bonac. *oper. moral. tom. 3. de excomm. extra bullam d. ſp. 2 quæſt. 10. punct. 8.* Et probat expreſsè inter quamplurimas Pontificias diſpoſitiones, illa Julii Tertii, 13. Aprilis Pontificatus ſecund. 1551. Romæ apud Sanctum Petrum, per illa verba: *Præcipimus, ne Diœceſanos Epiſcopos, & Inquiſitores ipſos in ſuo Inquiſitionis negotio, ullo modo impediant, ſeu perturbent, neque ſe in hæreſis crimine cognoſcendo, vel judicando, quovis etiam aſſiſtentiæ, & favoris colore, cauſa, vel occaſione (niſi quatenus ab ipſis Diœceſanis Epiſcopis, aut Inquiſitoribus, ſponte, & libera eorum voluntate fuerint requiſiti) ſe ingerant, ordinationes, proviſiones, & leges quaſcumque de ipſius criminis cognitione latas, Sacris Canonibus obſiſtentes, & Eccleſiaſticam juriſdictionem impedientes, ſine mora abrogent, & deleant, prout etiam nos eas omnes invalidas fuiſſe, & eſſe decernimus, & declaramus, ac ex nunc pro abrogatis, & deletis haberi volumus, & mandamus.*

Ad idem eſt Conſtitutio Pii Quinti Kalend. Aprilis 29
1569. Romæ apud Sanctum Petrum Pontificatus anno quarto, contra impios qui omnibus malis artibus prædictum Officium Sanctæ Inquiſitionis ſubvertere, Miniſtrorumque functiones diſturbare moliuntur: ſcribentis ibi: *Eò iam nos detruſit neceſſitas, ut nefariam, & ſceleſtam illorum audaciam acerbiore caſtigationis verbere reprimamus.*

Adeo ut ſuper eis, nec contentio, nec dubium ſuſci- 30
tari poſſit. Dexart *ad cap. reg. Sard. fol. 709.* Regens Matheu *de reg. reg. Valent. tom. 2. diſt. cap. 7. § 3. ſect. 1. n. 6.* ut in noſtris concordiis ſtatuitur. Regens Cortiada *d. dec. 30. num. 34. cum ſeqq.*

Et ſi captus fuerit reus, pro quocumque graviſſimo 31
delicto, & ab Inquiſitoribus petatur, pro cauſa fidei, vel annexis, connexis, aut à fide dependentibus, claſis oculis illicò tradendus illis eſt, Seſſe *de inhib. d. c. 30. §. 1. à n. 29.* Regens Matheu *d. ſect. 1. n. 6. & 7.* Carena *de offi. Sanctæ Inquiſ. par. 1 tit. 12. §. 18. à nu. 166.* Pareja *de inſtr. edit. tom. 2. tit. 10. reſol. 4. nu. 41.* Regens Cortiada *diſt. dec. 30. nu. 36.* ubi tradit obſervantias Noſtri Regii Senatus, & ex eiſdem ſubdit *n. 37* quòd debent Inquiſitores, expedita cauſa fidei, ſi reum non relaxent brachio ſæculari, eum Judici laico reſtituere, ut illum puniat pro delicto ſæculari, quo antea erat captus: & allegat concordiam, id probans Eminent. Cardin. Eſpinoſa *c. 15.* & aliunde ex Doctoribus, quos allegat, & ita de meo tempore vidi pluries obſervatum.

Et prædicta comprobantur ex Bulla Divi Pii Quinti 32
Pont. Max edita in anno 1566. quæ incipit; *Sanctiſſimus Dominus*, per illa verba: *Nec non carceratos quoſcumque, pro quibuſvis delictis, etiam atrocibus apud dictum Inquiſitionis officium quomodolibet delatos, vel denuntiatos, ſuſpenſa aliorum criminum inferiorum cognitione, ad eoſdem Cardinales, & Inquiſitionis carceres ubicumque ad criminis hæreſis totaliter cognitionem, & expeditionem retinendos, & poſtea ad eoſdem officiales pro aliorum criminum expeditione remittendos, ſine mora tranſmittant.*

Sic die 26. Auguſti 1694. in facto propoſitionis per Nob. 33
Regentem Regiam Cancellariam factæ ſuper remiſſione per Venerabiles Patres Inquiſitores, petita ex cauſa fidei de perſona Joannis N. qui reperiebatur in Regiis Carceribus Barcinonæ condemnatus ad remigandum per quinquennium; fuit concluſum, quod tradatur dictis Patribus Inquiſitoribus; ita quod, finito eorum judicio, illum reſtituere teneantur dictis Regiis Carceribus.

Et die 20. Novembris 1694. in facto propoſitionis per 34
Nob. Regentem Regiam Cancellariam factæ, ſuper remiſſione per Venerabiles Patres Inquiſitores, petita ex cauſa fidei de perſona Mariæ N. uxoris Franciſci N. quæ reperiebatur in Regiis Carceribus præſentis Civitatis Barcinonæ, fuit concluſum, quod tradatur dictis Patribus Inquiſitoribus; ita quod, finito eorum judicio, illam reſtituere teneantur dictis Regiis Carceribus. Et idipſum conſtat ex pluribus exemplaribus Noſtri Regii Senatus.

Rurſus etiam pro capiendis reis plerumque verbo im- 34
pertitur Inquiſitoribus, & eorum Miniſtris aſſiſtentia Officialium Regiorum in cauſis fidei, vel annexis, connexis, vel ab ea dependentibus: Et pro reo capto ducendo ad præſentem Civitatem fuit expedirum mandatum in forma Cancellariæ, directum Vicario Civitatis Balagariæ, in exequutionem ordinis ſuæ Regiæ Majeſtatis, illi, & aliis Officialibus Regiis, & Baronalibus injungendo, quatenus pro parte Tribunalis requiſiti aſſiſterent ejus Miniſtro ad id deſtinato, cum familia armata, ſub pœnis in eo contentis. Dat. Barcinonæ 15. Novembris 1665. Eſt in ea locumten. 3. fol. 54.

DE-

DECISIO CXXVI.

ARGUMENTUM.

Modus antiquus terminandi competentias, ante concordiam Apostolicam, & Regiam inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares Regios, exprimitur; & qui nunc observantur. Quibusve remediis utebatur Regia jurisdictio, quando hæc ab Ecclesiastica turbabatur. Ad intelligentiam *Prag.* 1. & 6. *de Conten. jurisdict.*

SUMMARIUM.

1 *Natura condidit humanis pectoribus societatem.*
2 *Communio discordiarum causa fuit, & necessaria extitit rerum, & dominiorum distinctio.*
3 *Partes singulæ ab ipso exordio, suo officio fungebatur.*
4 *Mediator Dei, & hominum Christus Jesus, actibus propriis, & Dignitatibus distinctis Officia potestatis utriusque discrevit. Et ideo militans Deo, minimè negotiis sæcularibus se implicet: nec Imperator divinis. Et sic jurisdictiones fuerunt separatæ.*
5 *Quilibet in suo Officio debitam habeat dispositionem, & operationem.*
6 *Concilium pacificum erit inter utrumque, ut nec Regale fastigium Sacerdotalem deprimat dignitatem; nec Sacerdotii dignitas Regale fastigium, & n.7.*
8 *Insitatum non est, ut interdum sacros inter viros contentio aliqua excitetur, modo tamen exerceatur, & nu.9.*
10 *Modus antiquus, pro dirimendis competentiis inter Judicem Ecclesiasticum, & sæcularem, recitatur cum exemplaribus, & n.11. & 12. 13. 14. 15.*
13 *Quid importet vox enantare.*
16 *Modus procedendi antiquitùs, casu quo lædebatur jurisdictio Regia ab Ecclesiastica, erat, quòd per Regiam rescribebatur, ut revocaret procedimenta; aliàs quòd procederetur per juris remedia, quæ hic recitantur.*
17 *Hæ competentiæ declarabantur per Dominum Regem, & eius Regios Ministros, audito Ecclesiastico, citando eum ad banchum Regium, & n.18.*
19 *Postea verò competentiæ illæ fuerunt concordia inter ambas Potestates, Ecclesiasticam Ordinariam, & sæcularem Regiam sopitæ.*
20 *Concordia comprehendit omnes quæstiones, & competentias inter Judices Ecclesiasticos ordinarios, & sæculares Regios: ubi allegantur rescripta Apostolica, concordiam roborantia.*
21 *Modus, quo nunc observatur pro decidendis contentionibus, refertur.*
22 *Divinitùs fuit illa concordia excogitata, de qua pendent textuales intelligentiæ, & decisivæ resolutiones contentionum, & n.23.*

1 NATURA, pertær cætera alia, condidit humanis pectoribus societatem quandam, quæ mutuo gauderet congressu, inquit Quintilianus. At sub imagine humanæ terræ hæc statim cardos, & tribulos germinavit, juxta illud Ovidii.

Fertilis assiduo si non removetur aratro.
Vel nisi cum spinis gramen habebit ager.

2 Illa, vitia, & cupiditates generavit, & communio ignaviæ, desidiæ, & discordiarum causa fuit, *l. in re communi 25. ff. de servitutibus præd. urb. l. si plures 3. §. apparet, ff. de administrat. & peric. tut. l. cum pater 77. § dulcissimis ff. de leg. 2. l. si non sortem 26. §. si certum ff. de cond. indeb.* indeque necessaria rerum distinctio, & dominiorum divisio extitit: juxta illud Horatii *libro secundo serm. satyr. 2.*

Nam propriæ telluris herum natura neque illum,
Nec me, nec quemquem statuit, nos expulit ille:
Illum aut nequities, aut vesri inscitia turis.

3 At hæc omnia speculata, fuere discreta jam ab ipso exordio, & partes singulæ suo officio fungebantur Ovidius *lib. 1. Metam.*

Hanc Deus, & melior litem natura diremit.
Nam Cœlo terras, & terris abscidit undas.
Et liquidum spisso secrevit ab aere Cœlum.

Horat. *lib. 1. carm. ode 3.*

Nequicquam Deus abscidit
Prudens oceano dissociabili
Terras.

Ut ex *Genes. c. 1. Eccles. c. 17. Sapient. c. 9.* & aliis Sacræ Scripturæ locis probare intendunt Marta, & Chipanen. recitat post eos Solorz. *de jur. Ind. l. 2. c. 6. nu. 75. cum seqq.*

Sic etiam Mediator Dei, & hominum Homo Christus Jesus, actibus propriis, & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit. *Auth. Quomodo oportet Episcopos, in princ.* ibi. *Sacerdotium, & Imperium, col. 1. can. Quoniam 8. dist. 10. can. cum ad verum 6. dist. 96.* subdens ex Nicolao Papa. Et ideo militans Deo minimè se negotiis sæcularibus implicet, ac etiam vicissim Imperator rebus divinis non præsideat, qui negotiis sæcularibus est implicatus: Jurisdictiones etenim separatæ fuerunt, ita ut spiritualis actu pertineat ad Ecclesiam, temporalis verò, seu illius usus, & exercitium ad Principes, & Reges terræ, *cap. novit de Judiciis, cap. causam. Qui filii sunt legitimi, cap. celebritatem de consecr. dist. 3. in fin.* de his plura apud Peguer. *dec. 92. nu. fin.* 4

Et sic erit perfecta socialis Congregatio
Sociataque lætomens ævo. 5

Ut dixit Silius Ital. *9. lib. de bel. Punic.* & docet Divus Thomas *in opus. 20. de reg. Princ. lib. 4 cap. 23.* ibi: *Quando quilibet in suo statu debitam habet dispositionem, & operationem, sicut enim ædificium est stabile quando partes eius sunt benè sitæ, sic de politia contingit, quod firmitetem habet, & perpetuitatem, quando quilibet in suo gradu, sive Rector, sive officialis, sive subditus, debitè operatur ut suæ conditionis requirit actio.* Peguer. *dict. decis. 92. nu. fin.* Alludit Divus Chrysostomus *in policraticolib. 1.* ibi; *Tunc totum Reipublicæ corpus roboris sui integritate vigebit, nunc optimè compositionis specie venustabitur, & elegantis pulchritudinis decorem induet, si singula quæque suum locum teneant.* Salzedo *de reg. Princ. lib. 4. cap. 23. in fin.*

Sic ad Senonensem Archiepiscopum scribens Divus Bernardus *Epistola 42. ait 1.* ibi: *Sed Ecclesiarum sponso non placet tale unius incrementum, quod sit detrimentum alterius.* Et subdit Episcopus Sperellus *tract. de Episcop. par. 3. cap. 30. Quin autem immanior error irrepere possit, quàm de levissimis hisce contentiones aggerere, lites agere, Dei causa omissa, populorumque salute neglecta.* Et postea *eod. c. 30. §. 2.* ex D. Hieronymo *in 6. Zach. 13.* docet, quòd Concilium pacificum erit inter utrumque, ut nec regale fastigium sacerdotalem deprimat dignitatem, nec Sacerdotii dignitas regale fastigium, sed in unius gloria Domini Jesu utrumque consentiat. 6

Ad idem rescripserunt Imperatores Arcadius, & Honor. Andromacho *P. V. in l. Quicumque 2. C. de execut. & exact. lib. 12.* ibi: *Hoc tantum potestatis arripiat, quod mandatum Curiæ suæ specialiter approbatur, nec quod iniunctum alteri fuerit, colligi iure præsumat, nedum hoc sibi invicem mutui officii licentia partiuntur, agant cuncti, quod singulis credebatur:* & ibi Glossa. 7

Enimverò inusitatum non est, ut interdum sacros inter viros contentio aliqua excitetur; hujusmodi enim quis nesciat, clarissimos etiam, & piissimos inter viros exarsisse D. August. *Ep. 15. ad Hieron.* suę non defuere contentiones inter Basilium, & Eusebium, Nazianzeno teste: *orat. 20. n. 51.* inter Chrysostomum, & Epiphanium, Nicephoro referente *l. 13 Histor. c. 13.* inter Augustinum, & Hieronymum, Ruffino narrante, aliosque quamplures Salmeron enumerat: cum enim hę contentiones in diversitate tantum intelligendi versarentur, voluntatem nullatenus attingebant, nec mutuum amorem minuebant, & ut idem Salmeron *in acta tract. 45.* ait: incolumi licuit sępe amicitia; horum, & nos vestigiis adhæreamus oportet, si cæteroquin evitari non possint: Hæc scribit Alexander Sperellus Episcopus *in tract. de Ep. par. 3. d. c. 30. litt. C.* 8

Proinde insolitum non erit, quod in dies experimur contentiones has inter Magistratus, & præcipuè inter Ecclesiasticum, & sæcularem, modò tamen exercitentur, juxta Doctrinam D. Bernardi ad Eugenium *de Consider.* (qui licet loquatur de superioribus Ecclesiasticis, admittendus est etiam in sæcularibus,) ibi: *Vides tamen Ecclesiasticum zelum fervere sola dignitate tuenda? Honori tantum datur, Sanctitati nihil, aut parum.* 9

Modus pro dirimendis his competentiis inter Judicem Ec- 10

Ecclesiasticum, & sæcularem qui antiquitus observabatur, erat. Nam quando, per Judices Ecclesiasticos lædebatur Regia jurisdictio, litteratorie hæc illis rescribebat, ut procedimenta revocarent, & non attentarent; aliàs procederetur ad provisiones, opportuna remedia, & alias comminationes, prout infra, ut jura Regia remanerent illæsa, prout evenit in litteris de mense Februarii 1323. & in aliis 10. Kalend. Julii 1324 de quibus apparet in Regio Archivo in lib. de nu. 197. in arc secunda, & in aliis versùs Curiam Ecclesiasticam Gerunden. quæ in casu non suo excommunicatione innodaverat Officiales Regios: erant litteræ Serenissimi Regis Petri Tertii. Dat. Perpiniani 12. Junii 1362. curiar. an. 1360. ad 62. fol. 195.

11 Idem fuit observatum in aliis litteris per eundem Serenissimum D. Regem Petrum Tertium, directis Decano Minoriss, sub dat. Barcinonæ 22. Octobris 1364 curiar. an. 1364. ad 65. fol. 53. Idem in aliis litteris dat. Barcinonæ 28. Junii 1368. curiar an. 1367. ad 68. fol. 135. Idem in aliis litteris dat. Barcinonæ 28. Junii 1368. earundem curiar. an. 1367. ad 68. eod. fol. 135.

Et respectu Judicis Delegati Apostolici procedentis super quibusdam temporalitatibus. & jurisdictionibus, in præjudicium manifestum jurisdictionis Regiæ, fuit id ipsum observatum, ei rescribendo, ut procedimenta revocaret, & à cætero ad similia non procederet; aliàs procederetur, prout juris foret, cum litteris 4. Novembris 1323. dat. Barcinonæ, quæ sunt in Regio Archivo in lib. de n. 197. in arc. secunda: in quo etiam libro reperiuntur aliæ litteræ, directæ Commissario Apostolico procedenti in re feudali. Dat. Barcinonæ 3. non. Julii 1322. & 7. Kalend. Aprilis 1326. cum commination, *quod si requisitioni Regiæ non acquiesceret, provideretur de remedio opportuno, ut jurisdictio Regia illibata remaneret, & in aliquo non concussa.*

Alter ex modis antiquis, pro conservanda Regia jurisdictione, erat: nam denegabatur audientia Ecclesiasticis, & eorum subditis, quousque fuisset reintegrata Regia jurisdictio. Sic, quia intendebat Episcopus Barcinonæ cognoscere judicialiter de personis laicorum pro debitis civilibus, non etiam rebus spiritualibus, fuit ei per Dom. Reg. Jacob. rescriptum, quatenus à præmissis desisteret, & processus revocaret, aliàs provideretur de remedio, ut laici subditi Regiæ jurisdictioni non gravarentur: quinimo subiectis jurisdictioni Episcopi denegaretur audientia in querelis, ut patet ex litteris dat. Valent. 14. Kalend. Aprilis anno 1324. in lib. recondito in Regio Archivo de nu. 197. in arc. secunda.

Propterea eisdem die, & anno (ut constat in lib. citato) fuit injunctum Vicario Barcinonæ, ad instantiam Civitatis per suos nuntios ad dictum Dominum Regem missos, quòd casu quo laici vocarentur per Judicem Ecclesiasticum Barcinonæ, in casu non suo, illum requireret, quatenus ab illis procedimentis desisteret, aut aliàs omnibus personis Ecclesiasticis audientiã in omnibus causis, civilibus, & criminalibus denegaret, nec eos aliquatenus audiret.

12 Alter practicabatur modus, qui cernitur in litteris directis Episcopo Vicen. ubi fuit dictum, ut revocaret pœnas contra laicos impositas; aliàs procederetur per remedia de jure permissa. Dat. Barcinonæ 21. Junii 1365. curiar. ab anno 1364. ad 65. fol. 146. Et quia per Curiam Ecclesiasticam fuit processum ad pœnæ exequutionem, propterea, non obstante quòd poterat (ut asserit Dominus Rex contra Vicarii Ecclesiastici personam, & bona mandari facere enantamenta; at verò, ad Dei reverentiam, solummodo noviter per Regiam Curiam fuit litteratorie rescriptum, ut processus attentatè actos Episcopus revocaret. Dat. Barcinonæ 21. Julii 1365. curiar. anno 1364. ad 65. fol. 147.

13 Vox *enantare* sonat idem, quod innovare. *Cast. cons 2. tit. de contenciò de jurisd.* vel procedere; enantamenta itaque dicuntur procedimenta, ut in litteris enarratis per Ferrer *observ. par. 3. c. 270 n. 2. in principio*, & in supplicatione Regaliæ *usatici simili modo*, adducta per Peguer *in prax. crim. c. 13. n. 3.* & in alia, *usatici autboritate & regatu c. 14 n. 2. vers. Nunc deveniendo*, & in præconiis in vim *Const. com. instigant. Quant fia licit, ò no à quiscu veniarse c. 21. in fine*: & intellexit Senatus, referente Vallencas die 1 Septembris 1595. fol. 226. in facto Procuratoris Fiscalis, & Hieronymi Altizen, super informando conservatore Apostolico in bancho Regio.

Ad id magis expressa exemplaria inveniuntur in litteris Regiis, dat. Barcinonæ 7. Kalend. Aprilis 1326. de Regio Archivo in lib. de n. 197. in secunda arca, ubi contra usurpatores Regiæ jurisdictionis fuit rescriptum, quod si forent laici, caperentur, si verò clerici, *ne eos finerent in locis, & jurisdictionibus Regiis morari.* Et 2. Kalend Julii ejusdem anni in citat. lib. id ipsum fuit dictum respectu cujusdam provisi Apostolici, qui suspectus erat Regiæ Coronæ monendo illum, quod non sustineret Dominus Rex Jacobus, *quòd ille intraret, vel maneret in suo Regno, & quòd aliàs provideretur de congruis remediis.*

Pariter ex quo processerat Episcopus Vicen. excom- 14
municando absque citationibus, & monitionibus præambulis, & sic nulliter, Bernardum de Foix, Militem gerentem vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, qui cum suis Officialibus mancipaverat quosdam criminosos, sine habitu clericali incedentes, quos tamen de foro Ecclesiastico esse prætendebat Episcopus uti Clericos conjugatos: & ex quo in ejus jurisdictionibus Episcopalibus receptabantur facinorosi, in damnum quietis publicæ; ideo per Serenissimum Dominum Regem Petrum Tertium, & ejus Regiam Curiam fuerunt expeditæ litteræ, directæ Episcopo eum declarando alienum à Regia protectione. Constat ex litteris, sub dat. Barcinonæ 6. Decembris 1365. curiar. anno 1366. ad 67. fol. 10.

Idem fuit observatum in aliis litteris super altero facto 15
versùs eundem Episcopum, dat. Barcinonæ dicto die 6. Decembris 1365. curiar. anno 1366. ad 67 fol. 11.

Infertur ex supradictis exemplaribus (præter alia in- 16
finita, quæ hic non infero) quod modum procedendi antiquitùs in casu quo lædebatur jurisdictio Regia ab Ecclesiastica, erat, quod per Regiam rescribebatur Ecclesiasticæ, quatenus revocaret procedimenta læsiva, aut aliàs procederetur per juris remedia; ut jura Regia remanerent illæsa, id est per enantamenta contra personam, & bona judicis Ecclesiastici, per occupationem temporalitatum, & bannimenta, vel Ecclesiasticis denegando audientiam in causis civilibus, & criminalibus, vel declarando Judices Ecclesiasticos alienos à Regia protectione.

Hæ competentiæ declarabantur per Dominum Re- 17
gem, & ejus Regios Ministros, audito Judice Ecclesiastico; & fuit observatum inter alia, super prætentione, quam habebat Capitulum Canonicorum Vicen. cognoscendi de causis incolarum Osonæ, & audito Vicario Episcopi, fuit declaratum per Regem Petrum Tertium, ad illum spectare eam jurisdictionem, prout ita fuit cum litteris rescriptum dicto Episcopo Vicen. dat. Barcinonæ 28. Junii 1386. curiarum anno 1367. ad 68 fol. 135. quod probant infinita exemplaria, (ante, & post concordiam Apostolicam, & Regiam) versùs illam inobservantes; & signanter litteræ Regiæ 6. Septembris 1449. Dominæ Reginæ Mariæ in ejus locumtenentia ab eo anno usq; ad 50. fol. 171. & 12. Martii 1450. ejusdem locumtenentiæ fol. 42.

Et hoc idem est quod dicitur, quod ante concordiam 18
infra allegandam jurisdictio Regia in Regnis Nostræ Coronæ, ex privilegio Pontificio, immemoriali consuetudine probato, & fulcito cognoscebat de competentiis, citando Judices Ecclesiasticos ad banchum Regium; prout attestantur Portoles ad Molin. *lib 1. tit. de comp. jurisd. n. 11. & seqq.* Sesse *de inhibit. c. 9. §. 1. nu. 24.* Peguera *in prax. c. 16. vers. Vlterius, nu. 7* Ferrer *3. p. obs. c. 172. vers. Et redundo*, ibi: *Dominus Rex pro tuenda sua jurisdictione, & exercitio illius ante dictam concordiam cognoscebat, an sua esset jurisdictio.* Fontan. *dec. 324. n. 5. & seq.* & his citatis Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent. cap. 7. §. 1. sect. 1. n. 14. 15. & 30.*

Sed cum in hac re agenda multifarii inordinatè excessus committerentur, ad eos exterminandos, decreverunt ambæ Potestates Ecclesiastica, & sæcularis per transactionem eos sopire, & obtento beneplacito Apostolico, concordarunt Domina Regina Eleonora consors, & Locumtenens Generalis Serenissimi Regis Petri, & Eminentissimus Bertrandus Cardinalis Convenarum Barcinonæ die 11 Junii 1372 & illa legitur in nostris Generalibus constitutionibus *in secundo vol. Prag. 1. tit. de san emis. Prag. 2. de pace, & treug. Prag 4. tit. de Episcop. & Cler. Prag. 1. de content. jurisdict.* & fuit laudata, & approbata per Serenissimos Regem Petrum 11. Junii 1372. Regem Martinum in Curiis Barcinonæ 28. Martii 1409. Regem Ferdinandum in aliis Curiis Barcinonæ 20. Junii

1413.

1413. per Regem Alfonſum IV. in privilegio conceſſo Stamento Eccleſiaſtico. Dat. in Sancto Cucuphat. 11. Septembris 1418. Quæ ſunt *Prag. 2. 3. & 4. de content. juriſd.* & per Regem Ferdinan Secundum in diverſis Pragmaticis, quæ ſub *eodem tit.* enarrantur, & in vltima Dominæ Reginæ, Germanæ conſortis dicti Domini Regis Ferdinandi Secundi. Dat. Montiſ. 21. Septembris 1572. Et ulteriùs eſt decreta Summorum Pontificum Sanctionibus, quæ allegantur, apud Regentem Cortiada *deciſ. 4. tota. & deciſ. 7. num. 89. & 92.* allegatis ad id ex noſtratibus Ferret. 3. *obſervat. c. 172. cum ſeqq.* Peguer. *in prax. crim. cap. 16 num. 7. uſque ad finem, & deciſ. 92. num 24.* Oliba *de jure fiſci cap. 11. à num. 13. & cap. 14. à n. 83.* Ripoll *var. 1. à num. 42. & de regal. cap. 11. à num. 4. & in prac. vic. Barcinonæ rub. 11.* Cancer. *var. 3. cap. 10 à nu. 16.* Fontan *de pact. clauſ. 4. gloſ. 13. & dec. 200. & 266. part. 1. & 313. cum ſeqq. par. 2.* cujus tranſactionis littera *cap. 4.* tranſcribitur in deciſ. quæ ſequitur.

20 Concordia illa comprehendit omnes quæſtiones, & competentias inter Judices Eccleſiaſticos ordinarios, & ſæculares Regios, tam ſuper juriſdictione, quam ſuper immunitate, ad quos ipſi caſum, rem, perſonam juriſdictionem, vel cauſam reſpectivè pertinere prætendunt, juxta interpretationem adductam, ſuper citata concordia roborata per Sedem Apoſtolicam in Bulla Julii Tertii, dat. Romæ 20. Martii 1551. *prope finem, verſ. Præſentes ſtatuimus, & ordinamus*, & in alia Bulla ejuſdem Julii Tertii dat. Romæ 29. Januarii 1555. *in principio, verſ. Et quod nos poſtea tuis in ea parte ſupplicationibus inclinati. Et prope finem, verſ. Nos igitur juriſdictionem ſuam.* Et in Bulla Sancti Pii Quinti, dat. Romæ 12. Maii 1571. *ante medium, verſ. Quodque juxta Conſtitutiones, & ſtatuta Regni Aragonum.* Et in Bulla Gregorii Decimitertii, dat. Romæ 15. Decembris 1574. *in princ. verſ. Exponi ſiquidem nobis nuper fecit.* Et *poſt medium, verſ. Nos igitur prædicti Philippi Regis.* Bullas ad litteram refert Regens Cortiada *dict. deciſ. 7. numer. 89. 92. 95. & 97. & antea deciſ. 4. numer. fin.* qui inter alios allegat Practicos noſtros, qui iam dictam intel. l gentiam indiſtinctè receperunt, Ferret *obſerv. par. 3. cap. 172. cum pluribus ſeq.* Oliba *de jure fiſci cap. 11.* Peguer. *in pract. crim. cap. 26. à num. 7. & dec. 79. in princ.* Ripoll *var. 1. à num. 42. & regal. cap. 11. à num. 7. & in pract. Vicar. Barcinonæ rub. 11.* Cancer *var. 3. cap. 10. à nu. 16.* Fontan *tom. 1. de pact. nup. clauſ. 4. gloſ. 13. part. 3. & deciſ. 200. numer. 3. par. 1. & dec. 301. cum ſeqq.* præcipuè *dec. 313. cum ſeqq. p.* 2

21 Praxis terminandi contentiones in hoc Principatu inter Judices Eccleſiaſticos, & Regios ſæculares Ordinarios juxta eandem concordiam, & Pragmaticas Regias ſupra enarratas, ac confirmatione Apoſtolica ſtabilitas; nunc eſt.

22 Quòd expediuntur litteræ à curia pulſante, petendo cauſam, vel perſonas, vel juriſdictionem ad ſe pertinere, & pro contentione terminanda nominat arbitrum, & curia pulſata intra dies tres à præſentatione dictarum litterarum computandos, reſponſivas expediri tenetur; & nominat etiam arbitrum, qui duo arbitri à curiis nominati intra quinque dies, computandos à die præſentationis litterarum reſponſivarum, competentiam terminare tenentur. Et ſi arbitri intra illum terminum non fuerint in declarando conformes, vel non declaraverint, cauſa devolvitur ad Cancellarium, qui pronuntiare tenetur intra triginta dies, numerandos poſtillos quinque dies, arbitris conceſſos; aliàs cenſetur contentio declarata in favorem Eccleſiæ; ut etiam docent Ferrer *obſerv. 3. part. cap. 172. verſ. Poſtea verò.* Ripoll *de regal. cap. 11. à num. 7. & var. cap. 1. à num. 42. & in pract. Vicar. Barcinonæ, rub. 11.* Canc. *var. 3. cap. 10. à nu. 16.* Peguer. *in pract. crim. cap. 26. num. 7. verſ. Ulterius verò.* Fontan. *deciſ. 200. n. 3. p. 1. & dec. 323. num. 8. & deciſ. 409 à n. 17. part. 2. & de pact. nup. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 13. part. 3. num. 5.* his citatis Regens Cortiada *deciſ. 7 n. 9.*

23 Divinitùs illam concordiam fuiſſe per Maiores Noſtros excogitatam, per quam manifeſtiſſimo experimento quotidie comperitur quàm pacificè, quam ſine tumultu, & quàm ſine alicujus partis præjudicio, juriſdictionibus eſt proſpectum, annotat Fontan. *de pact. nup. gloſ. 13. part. 3. numer. 20.* & quòd ſuaviter, & ſuaviſſimè competentiæ juriſdictionales per illam concordiam expediuntur: idem Fontan. *deciſ. 324. Et laudabilem formam eſſe*, inquit Seſſe *deciſ. 113. in princ. procedendi in hujuſmodi contentionibus, & determinandi has differentias, quæ quotidie turbare ſolent cum tanto detrimento publicam pacem, quietem omnium, & utriuſque ſtatus Eccleſiaſtici, & ſæcularis, laudabilem, ac venerandam imaginem, quæ forma, niſi ſervetur, abſque dubio poſita res erit in malo ſtatu, nulla pax inter Tribunalia; & ex hoc paulatim magis fiet via facti, quàm juridica, & ſalutaris locum vendicabit.*

Et quia Practici Noſtri ſuper materia contentionum, 24
quę ſuſcitantur inter Judices Eccleſiaſticos, Ordinarios, & ſæculares Regios peragunt de dicta concordia Dominę Reginæ Eleonoris, & Eminentiſſimi Cardinalis Convenarum, cum illa ſit baſis, à qua pendent textuales intelligentiæ, & deciſivæ reſolutiones contentionum: Ideò operæpretium duxi, eam (licet leviter) perſtringere, ſignanter ſuper ejus verſiculo, qui tangit modum procedendi, juxta normam aſſuetam, & antiquam, quam & in præſentiarum obſervamus contra Eccleſiaſticos Judices inobſervantes concordiam, ad eos alliciendum, ut illam adimpleant, & etiam contra Judices Delegatos, quos concordia non comprehendit, prout *in Deciſionibus ſequentibus.*

DECISIO CXXVII.

ARGUMENTUM.

Remedia antiqua exemplificantur, quando Curia Eccleſiaſtica non obſervat concordiam; vel attentat, pendente contentione, vel comparet per ejus Officialem ad informandum banchum Regium; & Regiæ declarationi non acquieſcit. Ubi etiam ad litteram enodatur *Prag. 1. tit. de content. juriſd.*

SUMMARIUM.

1 *Litteræ concordiæ pro terminandis competentiis traditur.*

2 *Si inobſervatur concordia, quomodo procedatur; cum exemplaribus uſque ad nu. 23.*

24 *Monitio ad obſervandum concordiam refertur, & n. 25. & noviter in Regio Senatu, n. 26.*

27 *Et quid agebatur, ſi pendente contentione, attentabat Curia Eccleſiaſtica.*

28 *Et quid ſi non obtemperabat proviſioni, & nu. 29. & 30. & 31. & 32.*

33 *Curia Regia declarabat, audito Eccleſiaſtico in bancho Regio, an proceſſerat in ſuo caſu: & ſi adhuc Curia Eccleſiaſtica declaratis non acquieſceret, quomodo procedebatur, & n. 34. & 35.*

36 *In repromiſſionibus reciprocis vulgò dicitur fruſtra fidem, quam poſtulare ſibi ſervari, ab eo, qui fidem à ſe præſtitam violavit.*

37 *Quando Judex Eccleſiaſticus venit ſtare concordiæ, practicantur remedia antiqua.*

38 *Hodie non obſervatur occupatio temporalitatum, quando Eccleſiaſtica Curia attentat.*

39 *Ea tamen practicatur, ſi declaratis attentatis, illa non revocantur cum exemplari.*

STABILITA fuit praxis terminandi competentias 1
inter Judices Eccleſiaſticos Ordinarios, & ſæculares Regios in concordia Sereniſſimæ Reginæ Eleonoris, & Eminentiſſimi Cardinalis Convenarum, ſub die 11. Junii 1372. prout probatur *in deciſ. antecedenti:* in cujus tranſactionis *cap. 4.* proſequitur ibi: *Vbi verò evidenter, vel notoriè juriſdictio Regia per Prælatos impeditur, qui per proceſſus ſuos juriſdictionem impediunt, vel occupant temporalem, tunc non debent mirari Prælati, ſi per exercitium ſuæ ſuperioritatis, quam univerſaliter habent in univerſis temporalitatibus ſui Regni, ad defenſionem ſui juris notorii, adhibeant remedia jam dudum à ſuis prædeceſſoribus aſſueta.*

Vnde infertur, quòd per dictam concordiam, tam ſa- 2
lubriter ſtatutam, & ſuprema authoritate ſulcitam, ſopiuntur omnia jurgia inter juriſdictiones, Eccleſiaſticam Ordinariam, & Regiam. Nam ſi prætendat altera ad ſe cauſam pertinere, altera repugnante; medium eſt, quòd firmetur contentio; & interim ſileant utriuſque

pro-

processus, & cessent procedimenta, & subsequuta declaratione, si illa, quæ succubuit, obtemperet; (pro ut tenetur) finietur omnimoda contentio, & lites ut plurimùm administrationi Justitiæ noxivæ exterminabuntur; si autem vel non firmetur contentio juxta eam formam, vel procedatur de facto gravando partes, nihil mirum si inordinatè, & pariter de facto per remedia assueta, & antiqua repellatur gravamen, vel violentia pro tutamine jurisdictionis Curiæ, & partis oppressæ.

Sic in litteris dat. Barcinonæ 15. Januarii 1381. directis Curiæ Ecclesiasticæ Gerund. (Est in lib. de n. 182 in arc. 2.) Nam cum occasione inobedientiæ commissæ contra Regiam Majestatem fuissent occupatæ temporalitates cujusdam Mensæ Episcopalis, propterea Serenissimus Dom. Rex Petrus Tertius, cum litteris Regiis dat. Barcinonæ 3. Februarii 1386. curiar. 1385. ad 86. fol. 118. concessit commissionem Gerenti Vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ pro collectione earum temporalitatum, cum ampliori posse ad ea exequendum, ubi etiam, quod Officiales Ecclesiastici, id impedientes, à Regno bannientur.

3 Sic in successivis factis de tempore gubernii Reginæ Mariæ ab anno 1447. ad annum 1454. videlicet 14. Februari 1447. nam expeditis litteris à Curia Ecclesiastica Barcinonæ ad repetendum duos criminosos, fuit per Regiam Curiam litteratorié responsum, eos privilegio fori non gaudere tanquam delatos de crimine lesæ Majestatis in primo capite, monendo Curiam Ecclesiasticam, ut revocaret litteras, aliàs procederetur ad occupationem temporalitatum. Dat. Barcinonæ in locumtenentia Reginæ Mariæ ab anno 1446 ad 48. fol. 63.

4 Idem 17. Martii 1447. nam cum quidam advena, & peregrinus, ut prætendebatur latro, & fur manifestus, insequutus, cum sono emisso, fuisset apprehensus à Regia Curia, & ab ejus posse exemptus, & adductus ad carceres Episcopales, nulla præhabita discussione, & cognitione, an esset Clericus, & pariformiter absque ulla requisitione, an Curiæ Ecclesiasticæ foret remittendus; ac etiam licèt extrajudicialiter postularetur captus ille, attamen ab Ecclesiastica fuit denegatus, imò ex abrupto, non præcedente monitione, sub prætextu gravaminis illati jurisdictioni Ecclesiasticæ, fuit deventum ad censuras, & interdictum Ecclesiasticum in Quadragesimali tempore, in maximam iacturam Civitatis: propterea per Regiam Curiam fuit Judici Ecclesiastico benignè rescriptum, ut interdictum tolleret, aut aliàs compareret ad informandum Regiam Curiam, cum comminatione temporalitatum, & procedendi ad alia remedia assueta. Dat. Barcinonæ in locumtenentia Reginæ Mariæ ab anno 1446. ad 1448. fol. 74.

5 Sic etiam, nam cum apprehensa forent arma in flagranti delicto à quodam, qui prætendebatur esse Clericum conjugatum, monitus fuit per litteras Vicarius Regius Vici ab Officiali illius Curiæ Ecclesiasticæ, cum comminatione censurarum, ut arma illi traderet; & à Regio Concilio fuerunt exhortatoriæ litteræ dimissæ, ut ea procedimenta Curia Ecclesiastica revocaret, aut infra quatuor dies compareret ad dandum rationes in Regio Concilio; aliàs procederetur contra Officialem Ecclesiasticum, & Mensam Episcopalem ad occupationem temporalitatum, destinando Portarium ad præsentationem litterarum, in eisdem monendo, quod Portarii relationi quoad dictam præsentationem staretur. Dat. Barcinonæ 24. Maii 1447. locumtenentiæ Reginæ Mariæ ab anno 1446. ad 1448 fol. 100.

Pariter emanatis tribus litteris à Curia Ecclesiastica Barcinonæ pro repetitione asserti simpliciter tonsurati, capti à Regiis Officialibus, sine tonsura, & habitu Clericali reperti, delati de variis delictis, & stupro violento commisso in Regiis Carceribus (qui sunt sub salvaguardia Regia) fuit cum litteris, à Regia Curia expeditis, responsum, requirendo, & rogando Officialem Ecclesiasticum, ut omnia procedimenta revocaret, aut aliàs procederetur ad occupationem temporalitatum. Dat. Barcinonæ 27. Junii 1447. in locumtenentia Reginæ Mariæ ab anno 1446. ad 1448. fol. 111.

Idem pro criminoso sine tonsura, & habitu Clericali capto, eo addito, ut compareret Officialis Ecclesiasticus infra quatuor dies ad informandum in Consistorio Regio, cum comminatione temporalitatum. Dat. Barcinonæ 20. Julii 1447. in eadem locumtenent. fol. 121.

6 Idem in Clerico conjugato cum vidua, delato de latrocinio, & aliis criminibus, & fuit rescriptum Officiali Ecclesiastico Barcinonæ quòd revocaret procedimenta, aut aliàs compareret ad habendum super prædictis collationem cum Sacra Audientia infra tres, cum comminatione occupationis temporalitatum Dat. Barcinonæ 11. Octobris 1447. in eadem locumt. fol. 141.

Sic cum Vicarius & Bajulus Cervariæ cum sono emisso intrasset domum Ecclesiastici, & ibidem criminosum apprehenderet, litteris repetitoriis emanatis à Curia Ecclesiastica, comminando censuras Ecclesiasticas, fuit litteratorié responsum, ut desisteret à censuris, & revocaret procedimenta, aut infra sex dies compareret Decanus Cervariæ informaturus in Regio Concilio, cum commutatione occupationis temporalitatum, etiam Mensæ Episcopalis. Dat. Barcinonæ 14. Decembris 1447. in dicta locumt. fol. 159. 7

Similiter petita fuit remissio Clerici conjugati, qui in bandositatibus incesserat, neces committendo, capti sine habitu Clericali, & communiter pro laico tenti: & fuerunt expeditæ litteræ à Curia Ecclesiastica Barcinonæ cum comminatione censurarum; & litteratorie fuit responsum, ut revocarentur litteræ Curiæ Ecclesiasticæ, alioquin procederetur contra eam ad usurpationes temporalitatum. Dat. Barcinonæ 3. Aprilis 1448. locumt. Reginæ Mariæ ab eo anno usque ad 1450. fol. 10. lib. 7. 8

Idem in altero Clerico conjugato, insigni latrone, sine habitu Clericali mancipato: cum litteris directis Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, dat. in eadem Civitate 4. Aprilis 1448. fol. 2. in dicta locumt. in quibus fuit rescriptum, quatenus Curia Ecclesiastica desisteret, & non procederet ad comminata, & si in his contrafaceret, procederetur ad occupationes temporalitatum Mensæ Episcopalis. 9

Idem in alio ejecto à pace, & treuga, cum aliis litteris directis eidem Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ, in quibus pariter fuerunt comminatæ temporalitates. Dat. Barcinonæ 17. Maii 1448 in dicta locumt. lib. 7. fol. 19. Et ibidem in alio ejecto à pace, & treuga die 25. prædictorum mensis, & anni, fuit id ipsum observatum. 10

Sic etiam cum binæ fuissent expeditæ litteræ à Curia Ecclesiastica Barcinonæ, & in eis accusaretur incursus censurarum, & comminarentur pubblicandi Regens Regiam Cancellariam, & alii Regii Ministri, non obtemperantes, Clericum coniugatum remittere, fuit illis responsum, quod Clericus prætensus fuit captus sine habitu Clericali, & quòd semper se gessit pro laico, insequendo bandositates, & sic quòd Curia Ecclesiastica revocaret suas litteras, & in eis contenta; aliàs procederetur ad occupationem temporalitatum. Dat. Barcinonæ 3. Junii 1448. in locumt. Reginæ Mariæ lib. 7. à dicto anno usque ad 1450. fol. 26. 11

Sic cum forent expeditæ litteræ à Curia Ecclesiastica Gerundæ versus Gerentem vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, & ejus Assessorem super puncto Jurisdictionali, & cum litteris aliis fuissent declarati excommunicati, cum comminatione interdicti Ecclesiarum Diœcesis, fuerunt, (præcedente epistola) expeditæ litteræ responsivæ à Domina Regina Maria, (recognita materia in Regio Concilio, debita examinatione subsequuta, ac deliberatione facta, quod prædicta procedimenta fieri non poterant, quia cum illis notorié erant lesæ superioritas Regia, & ejus Regaliæ) monendo Episcopum Gerunden. & Vicarium Generalem, ut procedimenta revocaret, aut intra triduum comparerent coram Regina, & Regio Concilio ad instruendum de sua prætentione, aliàs, elapso termino, procederetur ad occupationem temporalitatum. Dat. Perpiniani 19. Februarii 1449. in locumt. Reginæ Mariæ lib. 7. à dicto anno usque ad 1450. fol. 88. 12

Et quia Ministri Curiæ Ecclesiasticæ Vicen. intentarunt eximere à manu Vicarii Vicen. captum, eo motivo, quod tanquam Clericus conjugatus gaudebat foro Clericali, contrarium prætendente Vicario Vicen. & esset deventum ad occupationem temporalitatum Mensæ Episcopalis Vicen. & postea utriusque Curiæ Ecclesiasticæ, & Regiæ essent revocata procedimenta, & competentia sopita; quia tamen pro parte Curiæ Ecclesiasticæ fuisset de eadem materia proposita querela contra Vicarium Vicen. coram Judicibus Tabulæ, fuit pariter eidem per Reg. Curiam rescriptum, ut desisteret à querela, sub comminatione temporalitatum, aut compareret ad dandum rationes in contrarium, cum litteris

dat.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dat-Perpiniani 6. Septembris 1449. locumtent. Reginæ Mariæ ab eo anno usque ad 50.fol.171.& iterum sub eisdem comminationibus fuerunt aliæ expeditæ litteræ 19. Januarii 1450.fol.197.

13 Cum eadem comminatione temporalitatum fuerunt etiam expeditæ litteræ,directę Officiali Ecclesiastico Elnens.qui prętendebat repetere simpliciter tonsuratum insignem latronem, & sacrilegum. Dat Perpiniani 3 Julii 1449.in locumt.Reginæ Mariæ ab eo anno usque ad 1450.fol.129 Et idem in proxime citata locumt. & fol. 11.in culpato de nece. Et idem in fol. 155.die 16. Augusti 1449. quia procedebat Curia Ecclesiastica Gerundæ contra Algutzirium Regium, qui officiaverat.

14 Et cum ad audiendum declarationem super Clericatu, & excommunicatione, occasione capturæ cuiusdam tonsurati latronis publici, & famosi, sine habitu Clericali capti, fuissent expeditæ litteræ à Curia Ecclesiastica Elnen.directæ Vicecancellario: à Regia Curia fuerunt expeditæ litteræ Officiali Ecclesiastico, ut illas litteras revocaret intra quatuor dies, aut aliàs compareret in Regia Audientia ad dandum rationes contrarias, sub comminatione temporalitatum. Dat.Perpiniani 27.Novembris 1449. in locumt. Reginæ Mariæ lib. 8. ab anno 1442.ad 1452.fol.12.

15 Sic Officialis Curiæ Ecclesiasticæ Ceritaniæ cum comitiva Clericorum occupavit bona vacantia cujusdam Magistri prætensi Clerici tonsurati exteræ nationis, intestati,& sine legitimo successore reperti mortui, quæ ad Regium Fiscum spectabant, impediendo cum terrore censurarum locumtenenti Procuratoris Regii, quòd bona illa ad manus suas pervenirent: habita ea notitia, fuerunt expeditæ litteræ, mandando Vicario, & Bajulo Podii Ceritaniæ, ut assisteren t locumtenenti ad ea bona vacantia apprehendendum,sub pęna indignationis Regiæ: & fuerunt aliæ expeditæ litteræ Officiali Ecclesiastico, quatenus bona vacantia per eum apprehensa ponerent in manibus Curiæ Regiæ, & posse locumtenentis Procuratoris Regii, & se abstineret à promulgandis Censuris Ecclesiasticis, cum comminatione temporalitatum, & ubi super his contrarium prætenderet, id proponeret infra sex dies in bancho Regio. Dat.Perpiniani 30.Januarii 1450.in locumt.Reginę Mariæ fol.25.& 34.

16 Et iterum, quia his adhuc Officialis non obtemperavit, fuerunt eidem aliæ expeditæ litteræ exhortatoriæ ad prædictum effectum, illi præfigendo sex dies præcisos & peremptorios, cum eadem comminatione. Dat.Perpiniani 14. Februarii 1450. in dicta locumt. fol. 34.

17 Curiæ Ecclesiasticæ Gerunden. repetenti quemdam præteusum Clericùm (de cujus Clericatu non constabat) valdè criminosum, fuerunt præsentatæ litteræ, à Regia Curia emanatæ, quæ causæ cognitionem prætendebat; ex quo assertus Clericus inciderat in pœnas Regaliæ *usatici simili modo:* atverò non acquievit Curia Ecclesiastica, quę per suum Officialem excommunicaverat Bajulum Gerundæ, illum intra viginti quatuor horas gravando, & aggravando, cum cessatione à Divinis: & sic festinanter, & de repente: ideo deliberatione in Regio Concilio capta, fuit litteratoriè rescriptum Curię Ecclesiasticæ, ut revocaret antedicta procedimenta,aut aliàs compareret infra sex dies ad informandum banchum Regium, cum comminatione occupationis temporalitatum Mensæ Episcopalis, Dat Perpiniani 28. Februarii 1450. Curiæ Reginę Mariæ fol.37. Et pro eodem negotio fuit in forma Cancellarię scriptum Episcopo Gerunden.die ultima dicti mensis. Est in fol. 38.

18 Quia procedebatur contra francigenam per Regiam Curiam, delatum de crimine falsæ monetæ, de homicidio, de furtis in stratis publicis commissis, ejectum à pace, & treuga, qui divagabatur per Baronias Ecclesiasticas, & in eis fuerat captus per Vicarium Pallarien & cum contra eum fuissent à Curia Ecclesiastica Ilerden. requisitoriæ, & monitoriæ, expeditæ litteræ, fuit rescriptum Officiali Ecclesiastico illius Curiæ, cum litteris, ut à suis procedimentis desisteret, aut infra sex dies compareret informaturus banchum Regium, cum comminatione temporalitatum. Dat. Villæ-Franchæ Pœniten.26. Martii 1451. in locumt. fol. 151. Cum eodem stylo, & comminationibus reperiuntur litteræ emanatæ à Regia Curia die 26. Martii 9. Junii, 21. Julii & 9. Octobris 1451.sunt in locumt. Reginæ Mariæ à dicto anno usq. ad ann. 1455.fol.10.& 40.& 63.& 151.

Super repetitione cujusdam asserti Clerici conjugati, requisitus à Curia Ecclesiastica Elnen. Bajulus Perpiniani, ob contumaciam fuit excommunicatus, unde litteræ Regiæ fuerunt expeditæ, directæ Episcopo, & ejus Officiali Ecclesiastico, ut revocaret antedicta intra quinque dies, absolvendo dictum Baiulum, cum comminatione temporalitatum Mensæ Episcopalis. Dat. Villæ-Franchæ Pœniten.20.Octobris 1452.in locumt. Reginæ Mariæ ab illo anno usque ad annum 1454. fol. 33. 19

Subvicarius Vici fuit excommunicatus, ex quo exarmavit familiarem cujusdam Canonici, & fuerunt Curię Ecclesiasticæ missæ litteræ Regiæ, ut revocaret excommunicationem, & procedimenta, aut aliàs intra decem dies compareret ejus Officialis, banchum Regium informaturus, cum comminatione temporalitatum Mensæ Episcopalis.Dat Villæ-Franchæ Pœniten.23. Octobris 1452.in locumt.Reginæ Mariæ ab eo anno usque ad annum 1454.fol. 28. 20

Super aliis punctis jurisdictionalibus fuerunt pariter à Regia Curia expeditæ litteræ, de tempore gubernii D. Reg.Marię,directę Curię Ecclesiasticę,quatenus revocaret procedimenta,aut aliàs compareret ejus Officialis Ecclesiasticus infra certum terminum, cum comminatione temporalitatum; prout in litteris dat.Barcinonæ 28.Januarii 1452.fol.74.Et dat. Villæ-Franchæ Pœnit.12.Augusti, & 17. Augusti, & 14.Decembris ejusdem anni à fol.146.& aliis litteris dat.Barcinonæ 26.Februarii 1453. in locumt. Reginæ Mariæ fol. 182. in litteris dat. Barcinonæ 12.Aprilis 1453.fol.75.Idem in litteris 4 Junii fol. 87. quæ fuerunt repetitæ eadem forma die 8. Junii ejusdem anni 1453.fol.90. Idem in litteris 12. Junii 4 Julii, & 24. Augusti, & 28. Septembris 1453. ut patet in eadem Curia à fol.90.ad 135. 21

Ex quo in litteris emanatis à Curia Ecclesiastica fuit facta comminatio censurarum contra Dominum Locumtenentem Generalem suæ Maiestatis, fuit concluśum in Regia Audientia junctis Tribus Aulis, ut scriberetur Curiæ Ecclesiasticæ, quatenus revocaret litteras cum comminatione temporalitatum, in facto supplicationis oblatæ per Fisci Procuratorem contra Decanum Cervariæ,. & ejus locumtenentem, referente Joanne Andrea Riquer Regio Consiliario die 28. Julii 1525. Est in lib. concluś.civil.illius anni fol.1. cujus meminit Ferrer 3. *observ.cap.*174. 22

Super repetitione Clerici conjugati criminosi, delati de nece, contra quem agebatur in vim Regaliæ *vsatici camini*, *& straræ*, reperti sine tonsura, & habitu Clericali, capti in Regiis Carceribus Barcinonæ, petita per Curiam, Ecclesiasticam, comminando Censuras Ecclesiasticas contra Vicecancellarium, fuit litteratoriè responsum, ut Officialis Ecclesiasticus desisteret, aut compareret ad informandum banchum Regium intra quinque dies, cum comminatione temporalitatum. Dat.Barcinonæ 13. Martii 1454.in locumt.Reginæ Mariæ fol 86. 23

Post comminationem temporalitatum, si Curia Ecclesiastica contumaciter se habebat, iterum eidem rescribebatur, ut procedimenta revocaret infra certum terminum, aut aliàs compareret ad declarandum se incidisse in occupationem temporalitatum: sic evenit in litteris directis Episcopo Vicen. dat. Villæ. Franchæ Pœnit. 12. Augusti 1452. in locumt. illius anni fol. 146. Et in aliis directis Officiali Ecclesiæ Urgel. 20. Augusti ejus anni fol. 155.

Hæc à recto cursu aberrabant, & in hæc turbulentissima incidebant, Curia Ecclesiastica ordinaria, & Curia Regia, ex quo non firmabant contentiones, juxta concordiam, cujus exitus pacificè succederet, si legi illi Pontificiæ, & Regiæ parerent. Hæc animadversa monebat jam antiquitas; nam emanatis litteris à Curia Ecclesiastica Barcinonæ super repetitione simpliciter tonsurati, fuit illi litteratorie denegata, cum comminatione temporalitatum. Dat. Barcinonæ 7. Januarii 1451. in locumt. fol. 67. Et fuerunt repetitæ litteræ 29. Januarii ejusdem anni fol.34 cum illa expressione ibi: *Præsi esumus, & parati nos offerimus sequi concordiam:* & hic quadrat Cassiodorus *var.lib.*10.*epist.*17. ibi: *Intelligite quantum vobis imponere vester videatur affectus; fide vobis constringimur, qui vel solo verbo promissa servare sacris lectionibus admonemur.* 24

Propterea offensa fuit Maiestas Dominæ Reginæ Mariæ: nam super repetitione petita per Curiam Ecclesia- 25

fiasticam de simpliciter tonsurato, vitam vilem, & infamem agente, violatore pacis publicæ, sine habitu Clecali, & tonsura capto, respondendo cum litteris. Dat. Barcinonæ 28. Octobris 1451. in locumt. illius anni fol. 43. in hæc prorupit: *Nostra celsitudo meritò indignatur de practica insolita per vos, & vestros Ministros servata, circa præsentationem dictarum litterarum super quo procedendi viam nobis reservamus contra reos, & vestros Ministros, & Regaliarum violatores, & scandalorum excitatores.*

Et iterum in litteris dat. Barcinonæ 20. Aprilis 1452. & 2. Maii ejusdem anni, directis Officiali Curiæ Ecclesiasticæ Barcinonæ fol. 100. & 102. in illis verbis: *Mores antiquos alterare, quatenus in vobis est, admirationem adducunt non modicam.*

Et in litteris dat. Villæ-Franchæ Pœnit. 17. Augusti ejusdem anni 1452. directis Officiali, Tarraconen. in locumt. illius anni fol. 153. procedenti contra concordiam Dom. Reg. Eleon. & Cardin Conven. in quibus fuit rescriptum, ut observaret concordiam, aut aliàs procederetur cum remediis stylatis, & assuetis.

Et hinc P. Scribanus *in lib. de Relig. gubern. lib. 2. cap. 13. in princ. Sapientibus superior Maiorum placitis inhæreat, nec ad sinistram ab eis dexteram deflectat: non gaudeat novis à se inventis, aut ab aliis mutatis: sed fortiter primis quibusque institutis inhæreat: nec patiatur se quocunque etiam pietatis prætextu ab his abduci, quantum enim ab his deflexerit, tantum se sciet à proposito sibi fine aberrasse.*

26 Et hinc noviter Reg. Senatus, ex quo litteræ Regiæ inhibitoriæ fuerunt à Regia audientia emanatæ, & præsentatæ Judici Ecclesiastico, declaravit lineandas, & annullandas fore, quia cum Judice Ecclesiastico Ordinario procedendum erat in forma contentionis, in facto propositionis factæ per Reverendum Cancellarium die 14. Maii 1691. inter Lucretiam Bassols & Tamarit ex una, & Franciscum Renovau scriptorem Civitatis Gerundæ partibus ex altera.

27 Et licet interdum à firmanda contentione non discreparet jurisdictio Ecclesiastica, at vero cum innovaret, pendente contentione, deviando à concordatis ad remedia antiqua recurrebatur, prout ita evenit in literis Regiis, directis Officiali Ecclesiastico Ceritan. Episcopatus Vrgellen. dat. Perpiniani 18. Junii 1449. locumtenentiæ D. Reginæ 7. à dicto anno usque ad 1450. fol. 123. in illis verbis: *Verum inhumanum non quidem vos præteriit, quod postquam in his, & similibus Regia serenitas apposuit manus, nec Ecclesiastico Judici, nec alii cuicumque licet contra Officiales Regios procedere, uti nec vos in hac parte debebatis; nam dubio dictæ jurisdictionis pendente, ad ultertora procedere nequivistis, cum dubietas illa, & qualitas opposita vestram suspenderet.* Nam pendente contentione inter Curiam Ecclesiasticam Ilerden. ex una, & Curiam Regiam ex alia, juxta dictam concordiam Reginæ Eleonoræ, & assignatis arbitris super repetitione cujusdam Clerici conjugati, detenti in Carceribus Ilerdæ, cum attentasset Curia Ecclesiastica declarando excommunicatos Officiales Regios inferiores Ilerden. in quorum manu non erat repetitioni convenire; quia causa illa ad Consistorium Regium erat evocata, impulsa fuit Regia Curia rescribere Ecclesiasticæ, quatenus illa enantata intra tres dies revocaret, aut aliàs compareret in Regio Concilio intra dies decem, ad proponendum rationes, cur facere recusabat, aliàs procederetur ad occupationes temporalitatum. Dat. Perpiniani 8. Julii 1449. in locumt. Reginæ Mariæ lib 7 à dicto anno usque ad annum 1450. fol. 135.

28 Similiter etiam, licèt interdum firmasset Jurisdictio Ecclesiastica contentionem, juxta dictam concordiam, & solemniter subsequeretur declaratio, cum adhuc ab ea deviaret inobservando sententiatum, propterea primævus procedendi modus repetebatur, ut successit 24. Januarii 1515 (Est in lib. concluf. illius anni fol. 11.) in quo fuit concluſum, quod ex quo declarata manserat contentio per arbitros concordes, electos per Regiam Curiam ex una, & Ecclesiasticam partibus ex altera, quod scriberetur Officiali Ecclesiastico Barcinonæ, quatenus revocaret litteras ab ejus Curia emanatas, super dicta contentione, aut aliàs compareret die Sabbati tunc proxima in bancho Regio ad informandum, & allegandum rationes, si quas haberet, cum comminatione occupationis temporalitatum.

Et die 17. Novembris 1519. (Et in lib. concluf. illius anni fol. 50.) fuit idem provisum in facto Annæ Gralla, comminando Episcopo Gerunden. occupationem temporalitatum. 29

Ex eadem ratione, quia adhuc non fuerunt revocata procedimenta per Curiam Ecclesiasticam, progressum fuit ad declarandum temporalitates, ut insinuat provisio subsequens diei 23. Dec. 1579 per Episcopum Cancel. Loris, Consultoribus Quintana, Michaele Josepho Quintana, & Sans: *In facto contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, in vim litterarum à Curia Metropolitana Tarraconę in justitię subsidium emanatarum ex una, & Curiam Sæcularem Regiæ Audientiæ criminalis ex altera partibus, occasione firmæ juris in dicta Curia Tarraconæ factæ per ejus Fisci Procuratorem, ratione quarundam, litterarum, de mandato prædicti Cancellarii expeditarum, quibus continebatur sententia per ipsum Cancellarium lata 11. Augusti ejusdem anni, super contentione inter easdem Curias orta, occasione firmæ juris in dicta Curia sæculari factæ per Galcerandum Barcelò, Vicarium Regium Tarraconæ, & ratione aliarum litterarum à prædicta Regia Audientia criminali emanatarum, quibus continebatur provisio occupationis temporalitatum Mensæ Archiepiscopatus Tarraconę per d. Regiam Audientiam decretę pro exequutione, & observantia anted. sententię Cancellarii die 11. Augusti latæ.* Et fuit declaratum, sententiam præd Cancellarii ritè, & rectè fuisse latam, & juris firmæ per Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ Tarraconæ novissimè factæ super occupatione temporalitatum in Regiis litteris prædictis contenta, locum non fuisse, nec esse; sed cognitionem dictæ causæ ad præfatam Curiam Sæcularem Regiæ Audientiæ criminalis pertinere; & spectare, & in ea fore, & esse pertractandam, & fine debito terminandam. 30

Et expressiùs 19. Novembris 1579. (ut patet in lib. concluf. illius anni fo. 99.) fuerunt declaratę occupationes temporalitatum contra Episcopum Vicen. ex quo recusabat obtemperare sententiæ Cancellarii in alia causa contentionis jurisdictionis factæ. *Quæ enim dabitur discordantibus pax, si nec legitimis sententiis acquiescitur.* Casid. *lib. 1. Epist. 5.* 31

Hæc practicabantur etiam post concordiam Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum; nam si Curia Ecclesiastica ordinaria recusabat firmare contentionem, juxta modum in concordia præscriptum, aut si firmata contentione, attentabat procedendo, aut post delatam contentionem ejus declarationi non obtemperabat, recurrebat Curia Regia ad remedia antiqua, procedendo contra Ecclesiasticam ordinariam, monendo eam, ut compareret ad informandum banchum Regium, & suo casu cum comminatione temporalitatum, & illarum occupatione: ut probant exemplaria hucusque relata. 32

Audiebatur tamen Judex Ecclesiasticus ad proponendas rationes, quibus excusabatur firmare contentionem forma contenta in dicta concordia (ut ante dictam concordiam observari, fuit supra probatum *in decis. antecedenti num.* 17. & 18. & comparendo ad informandum banchum Regium, in eo declarabatur, an processerat Curia Ecclesiastica in suo casu, & si adhuc hujus declarationem non insequebatur, recurrebatur iterum ad assuetum remedium occupationis temporalitatum. 33

Sic evenit, nam cum Ministri Curiæ Ecclesiasticæ Vicen. intentarent eximere à manu Vicarii Vicen. captum, eo motivo, quòd tanquam Clericus conjugatus gaudebat foro Clericali, contrarium tamen prætendens Vicarius, qui in aliquo excesserat defendendo capturam, & cum ob id procederet Curia Ecclesiastica, Vicarium Censuris Ecclesiasticis gravando, & aggravando, è contra egit Regium Concilium occupando temporalitates Judicis Ecclesiastici, & licèt compareret iste in Regio Concilio, & ejus declarationem exequendo, revocaret excommunicationem, & procedimenta, & eidem forent restitutæ temporalitates; attamen cum super ea materia jam decisa, & obtemperata pro parte Curiæ Ecclesiasticæ fuisset proposita querela coram Judicibus Tabulæ contra dictum Vicarium, inde fuit rescriptum Curiæ Ecclesiasticæ, quatenus desisteret à querela proposita, sub comminatione temporalitatum: at vero si quas rationes haberet, cur ea fieri non deberet, illas coram sua Excellentia, & Regio Concilio proponeret, & allegaret infra decem; & interim nihil innovaret. Dat. Perpiniani 6 Septembris 1449. in locumt. 34

Re-

Reginæ Mariæ à dicto anno usque ad annum 1450. fol. 171. & iterum sub eisdem comminationibus fuerunt expeditæ litteræ Perpiniani 19. Januarii 1450. fol. 197.

35 Etiam fuit auditus Officialis Ecclesiasticus Gerundæ in Regia Audientia, & lectis informationibus, fuit concluſum, in suo casu non processisse: attento præcipuè supersedimento cum Juratis Gerundæ convento de non procedendo ad ulteriora in eo facto intra certum tempus; & quia id non fuit adimpletum pro parte Curiæ Ecclesiasticæ, ideo fuit cum litteris Officiali rescriptum, ut enantamenta revocaret, cum comminatione temporalitatum. Dat. Perpiniani 12. Martii 1450. fol. 42. in locumt. illius anni.

36 Hæc inordinata procedimenta fundabantur ex non adimplemento concordiæ, quia cum altera ex Curiis ab ea discederet, nihil mirum quòd eandem altera violaret: nam in repromissionibus reciprocis vulgo dicitur, frustra fidem quem postulare sibi servari ab eo, qui fidem à se præstitam violavit, *cap. Pervenit*, 3. *cap. sicut* 29. §. *ultimo de jure jurand. cap. dilectus* 28. *de simon. cap. frustra de reg. juris in* 6. *l. Julianus* 13. §. *offerri*, *ff. de act. empti. l. cum fundus* 31. §. *ultim. ff. de reb. credit. l. Ædilis* 25. §. *fin. ff. de ædilitio edicto*. *l. si pater* 8. *C. de act. empt.* & aliis apud Gonzalez Tellez *in com. ad dictum cap. pervenit* 3. *de jure juran.*

37 Et hæc est ratio, quare nuper etiam quoad Judices ordinarios Ecclesiasticos practicantur eadem remedia, quando recusant stare concordiæ Reginæ Eleonoræ, & in ea dispositis, ex his quæ comprobata scripsi *tom. 2. dec. 28. n. 39. cum seq.* juxta Pragmaticas Serenissimorum Regum Martini, & Ferdinandi, de quibus *in prima*, & *secunda*, *tit. de conten. jurisd.* & probat *Prag.* 4 §. 4 *eodem tit.* in illis verbis: *O no curara de venir en la forma de dita concordia*; id est *aut non curabit venire juxta formam dictæ concordiæ*. Ex Ferrer *obs. part. 3. cap. 272.* Oliba *de jure fisci cap. 11. num. 27.* Cancer *var. 3 cap. 10. n. 51.* Reg. Cortiada *dec. 28. n. 1.* ubi *in dec. antecedenti* latè probat, quòd è converso procedit Curia Ecclesiastica contra sæcularem per censuras, quando hæc recusat contentionem firmare. Prout etiam, si Curia Ecclesiastica recusat admittere, vel firmare dubium contra eam, proceditur ad occupationem temporalitatum. Ferrer 3. *par. observ. dict. cap. 272.* & è contra si Curia sæcularis illud recusat firmare, contra eam procedit Curia Ecclesiastica per censuras. Font. *tom. 2. dec. 318. n. 2.* & cum aliis Reg. Cortiada *dec. 15. n. 10.* & *dec. 28. n. 2.* Et sic pariter si declarata contentione, nolit Ecclesiastica stare declarationi contentionis legitimè factæ, proceditur contra eam ad temporalitates. Oliba *de jure fisci cap. 12. n. 8.* Peguer. *in prax. crim. cap. 26. nu. 7. vers. Quare in prædicto casu.* Fontan. cum Senatu *decis. 314. num. 1. part. 2.* & his, & aliis allegatis Regens Cortiada *d. decis. 28. nu. 3.* qui *n. seq.* alios exprimit casus, ubi Curia sæcularis procedit contra Ecclesiasticam per occupationem temporalitatum.

38 Et licet non practicetur hodie, quòd si Judex Ecclesiasticus attente, pendente contentione, deveniatur contra eum ad occupationem temporalitatum: *ex Const. com. sta 2. tit. de content. de jurisd.* approbare videtur Ferrer 3. *par. observ. cap. 271.* & concludit docendo praxim his temporibus admissam in eo casu. Reg. Cortiada *dec. 22. n. 36. cum seq.*

39 Nihilominus, si declaratis attentatis, ea non revocantur, procedetur ad informandum banchum Regium, & ad comminationes solitas, & illarum exequutionem: sic in facto firmæ juris factæ per Procuratorem Fiscalem Patrimonialem, & Procuratorem jurisdictionalem Status Cardonæ, quia vim declarationis factæ per Reverendum Cancellarium die 5. Septembris 1674. in causa contentionis jurisdictionis inter Curiam Ecclesiasticam Celsonen. ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ, & Procuratorem Fiscalem, Patrimonialem, & Generalem Ducatus Cardonæ ex altera, non revocarunt Doct. Franciscus Argullol Canonicus Celson. & alii Beneficiati ejusdem Ecclesiæ attentata facta 20. Martii; ideo referente Nob. Narcisso de Anglasell Regio Senatore per firmam juris factam in Regia Audientia ad instantiam dictorum Procuratorum, fuerunt expeditæ litteræ die 13. Septembris 1674. supra dicto Argullol, & aliis adiungendo, ut illa revocarent intra terminum in litteris contentum, aut comparerent in Regia Audientia ad informandum banchum Regium, & postea ad id ipsum fuerunt aliæ notificatæ litteræ, sub pœnis in illis comminatis: Et postmodum pariter fuerunt citati ad videndum declarari locum esse executioni dictarum pœnarum: quibus omnibus cum non obtemperarent, imò contumaciter recusarent illa adimplere, fuit concluſum die 6. Decembris 1674. referente Nob. Francisco de Ribera Regio Consiliario, esse locum declarationi pœnarum, in dictis litteris comminatarum versus dictum Doct. Franciscum Argullol Canonicum, & alios Beneficiatos; & quod fierent pro prædictorum exequutione litteræ exequutoriales opportunæ, subsidiariæ, & requisitoriæ, præconizationes, & provisiones necessariæ, juxta Regiæ Audientiæ stylum.

DECISIO CXXVIII.

ARGUMENTUM.

Concordia Apostolica, & Regia non comprehendit Judices Delegatos Apostolicos, versus quos, quando lædunt jurisdictionem Regiam, proceditur, ipsos citando ad informandum banchum Regium, cum comminatione, & occupatione temporalitatum, si quas habeant, aut si non recurritur ad alia remedia. Et quid sit informare banchum Regium.

SUMMARIUM.

1 *Concordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum non comprehendit Judices Delegatos Apostolicos, versus quos, pro defendenda Regia jurisdictione, proceditur per informationem ad banchum Regium.*
2 *Quid sit informare banchum Regium, & n. 3.*
4 *Vsurpatur banchum Regium pro Regia Audientia, quod probatur.*
5 *Jus usurpatur pro loco, in quo jus dicitur.*
6 *Proprium est Senatoris sedere in loco ubi jus profert.*
7 *Quam sedem habeat in Regia Audientia Judex Ecclesiasticus, informans banchum Regium.*
8 *Quando Judices Delegati Ecclesiastici gravant laicos profactis profanis, scribitur eis litteratoriè, ut revocent procedimenta, aut compareant in Regia Audientia, banchum Regium informaturi: cum innumerabilibus exemplaribus, n 9. & 10.*
11 *Si Iudex Delegatus nec revocet procedimenta, nec compareat in Regia Audientia ad informandum banchum Regium, proceditur ad comminationem, & occupationem temporalitatum, & n. 12. 13. 14.*
15 *Si autem Iudex Ecclesiasticus Delegatus non habet temporalitates, tunc litteratoriè ei rescribitur cum comminatione aliarum pœnarum, numer. 16. 17. 18. 19. 20.*

QVIA concordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum comprehendit Judices Ordinarios tantum, & non Delegatos: ideo Dominus Rex continuando suam pristinam formam in defendenda sua universali jurisdictione quoad Judices Ecclesiasticos Delegatos Apostolicos, eos citat, banchum Regium informaturos. Ferrer. 3. *part. obser. cap. 172. vers. Et reaeundo*, & *cap. 273.* Oliba *de jure fisci cap. 11. n. 21.* ut infra comprobatur. 1

Et quia iteratis vicibus atque iterum, & sæpius progredimur ad remedium informandi banchum Regium, tam quoad Judices Ordinarios Ecclesiasticos inobservantes concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ (ut scripsimus *in decis. anteced.*) quàm quoad Judices Delegatos, ut in præsentiarum agimus. 2

Ideo prænotandum duxi, quòd informare Judices Ecclesiasticos banchum Regium, est accedere vocatos ad Regiam Audientiam, ipsos in bancho Regio informaturos de procedimentis, ac jurisdictione, quam prætendunt in casu contentioso. Nec differenter id ipsum intelligebant antiqui, quando vocabant Ecclesiasticos, vel in Regia Curia, vel in sacra Audientia, vel in Regio Consistorio, ad dandum rationes, vel instruendum 3

de

de sua prætentione, aut ad collationem (id est conferentiam) habendum, interdum (pariter utendo eisdem vocibus,) eos vocando ad informandum banchum Regium, ut probant citata exemplaria *in dec. anteced.*

4 Usurpatur hic banchum Regium pro Regia Audientia (quod non differt ab eo quod Regens Matheu scribit de Valentino, & nostro Principatu, *de reg. Reg. Valent. cap. 7. §. 1. sect. 1. num. 16.*) Leo *lib. 1. decis. 2. num. 14.* nec dissonum videtur (licèt ex quadam corruptela id introductum dicat Reg. Vico *in prag. Reg. Sardin. tom. 2. tit. 51. num. 46. vers. Quod facile*) nam plerumque per figuram aut tropum *Metonymiam*, quæ latinè dicitur *Transnominatio*, causa pro effectu, subjectum pro adjuncto, continens pro contento sumitur, aut contraponitur: explicat Donel. *com. lib. 1. c. 2. comment.* possessor pro re possessa: Virgil. *Æneid. lib. 2.*

—— *Jam proximus ardet*
Ucalegon

Id est Ucalegontis domus; rem domus ad personam transferens.

5 Prout etiam jus usurpatur pro loco, in quo jus dicitur, ex expresso jure *in l. penul. de just. & jur.* ibi: *Alia significatione jus dicitur locus in quo jus redditur, appellatione collata ab eo quod fit, in eo ubi fit, quem locum determinare hoc modo possumus ubicumque Prætor salva Majestate imperii sui, salvoque more Majorum jus dicere constituit, is locus rectè jus appellatur.* Concordat *l. 4. §. 1. ff. de inter. in jure facien.*

6 Illa enim loquutio stabiliri potest à sede quam tenent Senatores Regii in Regia Aula; in ea namque residen ornatu regali in bancho Regio, cum sit proprium jus dicentis, ut sedeat in loco ubi jus profert: sic Thebani depingebant Senatores, quia animus Judicis sedatus, & constans esse debet, non volubilis, juxta illud Alciati *Emb. 144.*

Cur resident? quia mente graves decet esse quieta
Judices, animo nec variare levi:

Proinde Bonifacius statuit *in c. fin. de re judicat. in 6.* esse nullius roboris sententiam à Judice stante, vel deambulante prolatam.

7 Eandemque sedem in bancho Regio habet Judex Ecclesiasticus in Aula Regia, informans Regiam Audientiam, immediatè post Regium Senatorem juniorem, ut decretum fuit in conclusione Trium Aularum, Præsidente Excellentissimo Duce Feriæ Locumtenente Generali hujus Principatus die 4. Augusti 1598. & nunc practicatur, ut attestamur cum Reg. Cortiada *tom. 1. dec. 29. n. 88.* allegando exemplaria; Nihil mirum igitur quod Judex Ecclesiasticus Delegatus, quando vocatur ad informandum in Regia Audientia, fit cum ea clausula *banchum Regium informaturus*, cognominando banchum Regium pro Regia Audientia, loco in quo, sedendo Senatores Regii, jura proferunt.

8 Pergo igitur ad id quod incœpi, nempe, quòd concordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum tantùm comprehendit Judices Ecclesiasticos Ordinarios; non autem Judices Delegatos. Unde Dominus Rex quoad hos Judices procedit forma antiqua, defendendo suam universalem jurisdictionem: & sic quando Judices Ecclesiastici Delegati gravant laicos pro factis profanis, vim inferentes sæcularibus, Regiæ jurisdictioni submissis, scribitur eis litteratoriè, quòd procedimenta per eos facta contra sæculares, & eorum bona in præjudicium Regiæ jurisdictionis, revocent, & annullent, aut quòd compareant in Regia Audientia banchum Regium informaturi. Ut approbavit Regium Concilium in consultatione missa Serenissimo Domino Imperatori Carolo Quinto. Dat. Barcinonæ 13 Februarii 1551. ibi: *Cognoscit vestra Majestas de processibus Delegatorum Apostolicorum factis contra laicum, & in casu quo prætenditur impediri, seu turbari Regia jurisdictio, jubentur venire ad banchum Regium, & informare de causis suorum procedimentorum, & revocant illa, si Regio Concilio videatur.* Probant Ferrer *3. par. observ. cap. 172 & 273.* Oliba *de jure fisci cap. 11. nu. 21. & 26. & cap. 15. n. 25.* Peguera *decis. 92. per tot* præcipuè *nu. 17. & in prax. crim. cap. 24. tot.* præcipuè *num. 4. vers. Ex quibus.* Ripoll *de regal. cap. 11. à num. 61. & cap 12. n. 91. & 92. & var. cap. 1. n. 44. 45. 56. & 63.* Cancer *var. 2. cap. 10. nu. 45.* Fontan. *de pactis nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 13. par. 3. nu. 8. & decis. 323. par. 2. nu. 7.* Regens Cortiada *decis. 29. num. 6.*

9 Exemplaria sunt innumerabilia: sic 14. Julii 1526. instante Fisci Procuratore, & Thoma Gil Civitatis Der-

tusæ, fuit rescriptum, ut revocarentur procedimenta facta per executorem Apostolicum, ad relationem Vincentii Gibert per mortem Vincentii Urrit. Est in lib. conclus. civil. illius anni fol. 93. Et die 1. Februarii 1535. referente Dalmau super firma juris Nobilis Bernardi de Pinòs, ut revocarentur procedimenta facta per Judicem Commissarium Apostolicum. Est in lib conclus. illius anni fol 16. Et die 6 Martii 1595. in supplicatione oblata per Hieronymum Altisen, & Procuratorem Fiscalem Regiæ Audientiæ super procedimentis factis per Conservatorem Apostolicum Universitatis Civitatis Ilerdæ, referente Valencas. Est in lib. conclus. civil. illius anni fol. 226. & die 24. Septembris 1596. referente Astor in firma juris interposita per Andream Felip à procedimentis contra eum factis per Jacobum Mahull Canonicum Ilerdæ, ut Conservatorem domus Hospitalis Sancti Spiritus ejusdem Civitatis. Est in lib. conclus. civil fol. 99 & die 19 Julii ejusdem anni 1596. in supplicatione oblata per Thomam Moriscot, & alios, instando revocationem procedimentorum Officialis Curiæ Ecclesiasticæ Ilerden. ut Conservatoris Studii Generalis ejusdem Civitatis, referente Oliba. Est in lib. conclus. civil. illius anni: de quo Regens Cortiada *decis. 29. num. 65.* Et die 10. Octobris 1598 super firma juris Vincentii Ferrer, & Spanyol Subvicarii Villæ de Talarn, à procedimentis contra se factis per Onophrium de Oluja Priorem Beatæ Mariæ de Galtes Ordinis Sancti Benedicti ut Conservatorem Ordinis, & Religionis Sancti Joannis Hierosolymitanen. referente Torner. De quo Regens Cortiada *dict. decis. 29. num. 7. & num. 65.* Et super supplicatione oblata 11. Maii 1601. per Nicolaum Macayo Commissarium Capitaniæ Generalis, petendo ut revocarentur procedimenta contra se facta per Gerardum Vaselles Canonicum Ecclesiæ Gerunden. ut Conservatorem Religionis Sancti Joannis Hierosolymit. referente Sescases, meminit Reg. Cortiada *dict. decis. 29. nu. 7.* Et die 11. Septembris 1603. ad instantiam Georgii Molina Bajuli Aquarum, & aliorum fuerunt expeditæ litteræ à Regia Audientia, referente Dalmau, directæ Fr. Onophrio Oluja Conservatori Apostolico Monasterii Monialium de Junqueres, ut revocaret procedimenta, aut informaret banchum Regium. Est in lib conclus. fol. 247. refert Regens Cortiada *dict. decis. 29. num. 7. & num. 67.* Idem die 26 Junii die 5. Julii, die 30. Augusti, & die 6. Septembris 1604. referente Fontanet, fuerunt expeditæ litteræ, injungendo Fr. Francisco de Pons Abbati Monasterii Beatæ Mariæ Rivipulli, asserto Conservatori Apostolico Monasteriorum Ordinis Sancti Benedicti, ut revocaret procedimenta facta contra Ludovicum Pinyol Subadministratorem Platearum Civitatis Barcinonæ, & Monserratum Marti Regium Portarium, aut aliàs compareret in Regia Audientia, banchum Regium informaturus. Est in lib. conclus. fol 23. Idem 15. Novembris ejusdem anni 1604. referente Fontanet versus Priorem Sancti Petri Bisulduni Ordinis Sancti Benedicti Conservatorem Apostolicum ejusdem Religionis, ad instantiam Syndici, & Consulum Villæ de Figueres. Est in lib conclus. fol 26.

Pariter in firma juris facta per Regentem Officium 10
Curiæ Vicariæ Civitatis Ilerdæ à procedimentis contra eum factis per Nob. Ludovicum Copons Decanum Ecclesiæ Gerundæ, ut Conservatorem Religionis Sancti Joannis Hierosolymit. referente Vinyola 17. Junii 1631. Est in lib. conclus. crim fol 73. cujus meminit Reg. Cortiada *dict. decis. 29. num. 7.* qui, & alia recentat, scilicet sub diebus 23 Novembris 1633. referente Vinyes super firma juris Bajuli de Berga, à procedimentis factis per Antonium Joannem Ganera ut Conservatorem S. Magdalenæ Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum: & legitur in lib. conc civil. fol. 166. & referente Guiamet 18. Junii 1633. in firma juris Procuratoris Generalis Vicecomitatuum de Capraria, & Basso, à procedimentis contra eum factis per Antonium Joannem Garcia Canonicum Ecclesiæ Barcinonæ ut Conservatorem Hospitalis Generalis Sanctæ Crucis ejusdem Civitatis. Est in lib. conclus. Regii Concilii in Villa Perpiniani factorum. Et ipsis addè, quòd die 28 Maii 1686. referente Nob. Josepho Pastor & Mora R. A. D. provisæ fuerunt litteræ directæ Doct. Josepho Romaguera Canonico Sedis Barcinonæ, ut Delegato Apostolico, instante Nob. Salvatore Brunvalosa Ca-

nonico, & Camerario Sanctæ Ecclesiæ Dertusen. & Nob. Antonio Sayol Canonico Sedis Barcinonæ, quatenus revocaret procedimenta contra eos facta, aut informaret banchum Regium: in actis Llampillas Regii scribæ Mandati. Et die 30. Julii ejusdem anni 1686. referente Nobili Joanne de Colomer R. A. D. fuerunt aliæ litteræ expeditæ Doct. Francisco Girona Vicario Generali Admodum Reverendi in Christo Patris Archiepiscopi Tarraconen. ut Judici Delegato Apostolico, instante Francisco Carreu Ædili Civitatis Vrgelen. quatenus revocaret procedimenta contra eum facta, aut compareret ad informandum banchum Regium, in actis ejusdem Llampillas Regii scribæ mandati. Alia possem exemplaria quam plurima referre, quæ omitto, quia sufficiunt citata.

11 Sin autem Judex Delegatus, nec revocet procedimenta, nec compareat in Regia Audientia ad informandum in bancho Regio, tunc proceditur contra Judicem Delegatum ad comminationem, & postea ad occupationem temporalitatum. Ferrer 3. *part. observ. cap.* 273. *vers. Et si delegatus*, referens se ad tradita *cap.* 269. *& cap.* 271. Matheu *de reg. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 5. *numer.* 210. Peguera *dec.* 92. *n.* 22 *vers. Et posito*, cum citatis aliis à Regente Cortiada *dec.* 29. *n.* 46. 47. & 48.

12 Sic cum Abbas Populeti asserius Conservator Ordinis Hospitalis Sancti Joannis procederet contra Vicar. Reg. Montis-Albi, & ejus Assessorem, & alios laicos, & in casu non suo, quos censuris gravaverat, ac reaggravarat, viso processu, per dictum Conservatorem ad Sacrum Regium Concilium remisso, præeunte ejus deliberatione, fuerunt expeditæ litteræ, quibus monebatur, ut intra duos dies, omnes, & singulos processus, & acta, atque censuras, & procedimenta quæcunque revocaret, & annullaret; aliàs procederetur ad occupationem temporalitatum. Dat. Perpiniani 22. Augusti 1449. in locumt. Dominæ Reginæ Mariæ, septimo, ab eo anno usque ad annum 1450. fol. 155. & die 29 Decembris 1508. in lib. concluf. civil. illius anni fol. 269. fuit conclusum, quòd scriberetur Abbati Sancti Cucuphatis Vallen. Judici Delegato, ut revocaret per eum attentata, aut compareret in bancho Regio ad dandum rationes, si quas haberet, ut non teneretur, aliàs procederetur contra eum ad occupandum temporalitates, & ad alias pœnas, provt inventum foret fieri debere.

13 Ad occupationem temporalitatum devenitur, si adhuc Judex Delegatus Apostolicus non revocet procedimenta, aut non compareat in Regia Audientia ad informandum in bancho Regio, ut dixi, & probatur: nam die 4. Februarii 1599. in lib concluf. civil. illius anni fol. 7 referente Roig, fuit conclusum, quòd occuparentur temporalitates fructuum, quos Camera Apostolica habet in Diœcesi Barcinonę, Sede Episcopali vacante, pro defensione Regiæ jurisdictionis, ex quo subcollector jurium dictæ Cameræ noluit revocare procedimenta contra Regios Officiales facta, nec in bancho Regio comparere ad informandum, prout Delegati Apostolici solent, & tenentur in similibus casibus.

14 Et die 6. Septembris 1604. in facto causæ vertentis in Regia Audientia ratione firmæ juris in ea factæ per Ludovicum Pinyol subministratorem platearum Civitatis Barcinonæ, & Monserratum Marti Regium Portarium à procedimentis contra eos factis per Fr. Franciscum de Pons D. D. Abbatem Monasterii Beatæ Mariæ Rivipulli, ut assertum Conservatorem Apostolicum bonorum quorumcunque Monasteriorum Ordinis Divi Benedicti, instante Fr. Joanne Guardiola Abbate Monasterii Sancti Salvatoris de Breda, & Raymundo Solies Nuntio Curiæ Vicarii Barcinonæ, ad relationem Magnifici Salvatoris Fontanet Regii Consiliarii, fuit conclusum, (ex quo non comparuit dictus Conservator Apostolicus, nec revocavit procedimenta, non obstante fuerunt ei præsentatæ litteræ cum comminationibus, solitis) locum fuisse, & esse instatæ occupationi temporalitatum, quas dictus Fr. Franciscus de Pons Abbas Rivipulli habet, & possidet, seu quasi, easdemque temporalitates occupari, & apprehendi debere, donec aliter foret provisum, & Regia jurisdictio in præjudicio illi illato foret reintegrata; & quòd pro his fierent, & expedirentur præconizationes, litteræ, & commissiones opportunæ, juxta stylum. Est in libro conclusionum civilium illius anni fol. 24 De quo Nostri Regii Senatus, semper observantissimi, exemplari, tanquam in hac materia principaliori, amplius agemus Decisione immediatè sequenti.

Si autem Judex Ecclesiasticus Delegatus non habet temporalitates in hoc Principatu, quando contumaciter se habet in non revocando procedimenta, vel comparendo, tunc litteratoriè ei rescribitur, cum comminatione (ut dicunt, & observant) bannimenti, Peguera *decis.* 92. *numer.* 17. *& 22 vers. Et posito, & in prax. crim. cap.* 24. *numer.* 9. Oliba *de jure fisci cap.* 11. *num.* 38. *vers. Quod si commissarii.* Ferrer 3. *par. observ. cap.* 172. Cancer *var.* 3. *cap.* 10. *numer.* 7 Fontan. *de pactis nup. tom.* 1. *claus.* 4 *glos.* 13. *part.* 3. *num.* 8. Reg. Cortiada *decis.* 28. *num.* 105. *& dec.* 29. *numer.* 49. amplissimè de hac re Frasso *de jure patron. ind. cap.* 42. *cum duobus sequentibus*. 15

Sic die 1. Septembris 1595. in lib. concluf. civil. fol. 226. referente Valencas in facto supplicationis oblatæ per Fisci Procuratorem, & Hieronymum Altisen, fuit conclusum, quòd attentata renitentia Conservatoris Apostolici Studii Generalis Ilerdæ in non revocandis procedimentis contra laicum factis nec banchum Regium informando, unde sic procedendo, & enantando, læsit, præjudicavit, & usurpavit jurisdictionem, & præeminentias Domini Regis. 16

Pariter die 21. Januarii 1597. concluf. civil. fol. 67. ex quo non obstantibus diversis, & solitis litteris cum comminationibus assuetis, præsentatis Jacobo Mahull Canonico Sedis Ilerdæ, asserto Conservatori Sancti Spiritus ejusdem Civitatis, contumaciter non curavit revocare procedimenta contra Andream Felip agricolam, nec comparuit, banchum Regium informaturus. 17

Et die 19. Martii 1599. in lib. concluf. civil. fol. 87. referente Oliba in facto firmæ juris factæ per conjuges Angelets, & alios excommunicatos, & publicatos per Canonicum Vila, Canonicum Ecclesiæ Vicen. Subcollectorem Cameræ Apostolicæ, litteratoriè monitum, ut revocaret ea procedimenta intra terminum in litteris contentum, aut informaret banchum Regium, cum comminationibus solitis, & ultimo citatum ad videndum declarari locum esse exequutioni pœnarū comminatarū. 18

Et die 15. Novembris 1604. in lib. concluf. illius anni fol. 26. instantibus F. P. & Consulibus, ac Syndico de Figueres contra Priorem Monasterii Sancti Petri Bisulduni Ordinis Divi Benedicti, quia contumaciter recusavit revocare procedimenta contra nominatos facta, nec informare banchum Regium, referente Fontanet. 19

Die 31. Augusti 1627. referente Gamis, fuerunt similes expeditę litterę, & prę sentatæ Josepho Novell Canonico Ecclesiæ Gerundæ executori Apostolico, quatenus infra sex dies pro exequutione Regiæ declarationis factæ die 12. mensis Julii anno 1627. revocaret procedimenta per eum facta Fisco Regii Patrimonii præjudicialiter, & quia non obtemperavit, referente eodem Relatore, fuerunt expeditæ aliæ litteræ die 7. Septembris ejusdem anni, & præsentatæ die 9. in quibus fuit iniunctum, quatenus die 10. sequenti non feriata cum continuatione dierum, compareret ad videndum declarari incidisse in pœnam comminatam. Et quia nec ulterius die signata comparuit, parvi faciendo monitiones eidem factas, fuit provisum, quod portaretur processus Nob. Regenti Regiam Cancellariam. Est in lib. concluf. fol. 55. 20

DECISIO CXXIX.

ARGUMENTUM.

De læsione evidenti, & notoria jurisdictionis Regiæ debet constare, ut versus Judicem Commissarium Apostolicum possit procedi per remedia assueta, juxta dispositionem *Prag. primæ de content. jurisd.* Et quid sit notorium, evidens, manifestum, & patens.

SUMMARIUM.

1 *Constare debet Principi de violentia, ut possit per remedium protectionis conquerenti succurrere, quia illa est, quæ devolvit Principi suam Supremam Potestatem, ad violentiam tollendam, & n.* 2.

3 *Quando notoriè, & evidenter lædatur jurisdictio Regia ab Ecclesiastica, & quid sit notorium.*

No-

4 *Notoria est nullitas, quæ ex actis constat, & oculo corporeo legi potest.*
5 *Notorium fit per rem judicatam.*
6 *Licèt synonyma appareant voces notorium, manifestum, publicum, evidens, patens, & indubitatum; attamen in quo differant, traditur n.7.8.9.10.*
11 *Probatio per evidentiam est aliis probationibus præstantior, & adeò privilegiata, ut nunquam censeatur exclusa.*
12 *Læsio Regiæ jurisdictionis debet esse notoria, ut versus Ecclesiasticam procedatur per remedia assueta: cum exemplaribus, & n.13.14.15.*
16 *De violentia notoriè, & evidenter constare potest per nullitatem notoriam, vel injustitiam notoriam, quæ nullitati æquiparatur.*
17 *Exemplaria pro Judice Delegato Apostolico, n.18. & 19.*

1 PRINCIPI constare oportere de violentia, & oppressione, ut per remedium protectionis possit conquerenti succurrere, tradunt Afflictis *dec.* 24. *num.*6. Oliba *de jure fisci cap.*11. *num.*77. Sesse *in Regia Epist. post. tom.* 2. *dec. à num.*77. *& de inhibit. cap.*8. §. 1. *n.*4. Fontan. *par.*2. *dec.*316. *n.*26. & infra citandi.

2 Quia violentia est causa, quæ devolvit, & defert Principi, ut suam Supremam potestatem extrajudicialiter exerceat ad eam tollendam. Sesse *in Regia Epist. tom.* 2. *dec. num.*77. *& dec.*114. *num.*4 *& de inhibit. cap.*8. §. 3. *n.*62. Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent. tom.*2. *cap.*7. §. 1. *sect.* 3. *nu.*97. cum his citatis Regens Cortiada *dec.*29. *nu.*114.

Quæ apprimè servari apud Nos non dubitatur, ita tamen quòd non quomodocunque sufficiat de violentia constare Principi, sed imo concludenter ei notam esse debere, requiritur.

3 Propterea disponit Regia Pragmatica prima *tit. de content. jurisd.* quòd si notoriè, vel evidenter læditur jurisdictio Regia ab Ecclesiastica, contra eam proceditur ad remedia per antecessores assueta. Vnde notanter excogitandum propono, quod omissis variis significationibus, & differentiis vocis *Notorium*, de qua DD *in cap. consuluit* 14. *de appellat.* & ibi Gonzalez Tellez, Altimarus *de nullit. rub.*12 *quæst.*2. *à n.*49. *ad* 79. Ciarlin. *cont.* 135. *n.*11. *lib.*2. *& seqq.* Scoppa ad Gratian. *dec.*170. *nu.*25. *& seqq.* Solorz. *de jure indiar. tom.*2 *lib.*2. *cap.*27. *à nu.*88. Ab ecclesia *observ.*55. *lib.*1. Manfrella ad Latro *observ.* 167. & alii citati per Romaguera *ad statuta Eugub. lib.* 2. *rub.*7. solum admitto significatum, quem statuit Pontifex *in cap. ult. de cohab. cleric.* in illis verbis, *Sit notorium per sententiam seu confessionem factam in jure, aut per evidentiam, rei quæ tergiversatione aliqua celari non possit.*

4 Et hinc dicitur, quòd notoria est nullitas, quæ ex actis constat, & oculo corporeo legi potest Canc. *var.*3. *cap.*18. *nu.*28. *& part.*2. *cap.*15. *nu.*37. *&* 54. Fontan. *tom.*1. *dec.*287. *n.*12. *& tom.*2. *dec*453. *n.*7. Xammar *de offic. judic. part.*1. *quæst.*9. *n.*277. Ripoll *var. cap. ult. n.*73. *& in prax. Peguer. rub.*28. *n.*12. ubi *n.*14. idem tradit, & ex DD. probat de injustitia notoria, quæ etiam ex eisdem actis resultat.

5 De notorio per judicatum adest observantia Nostri Regii Senatus, ut per me tradita *in dec.*82. *tota*, & comprobant exempla descripta *in l. Rei judicatæ* 208. *ff. de reg. jur. cap. cum inter* 13. *cap. quando* 15. *de re judicata, cap. cum olim* 14. *de verb. sig. l. Post rem* 56. *ff. de re judic. l. licet* 77 *ff. de leg.*1. *cap.*1. *de Clericis non resid. l. Qui duos* 10. §. *cum in bello, & §. si Lucius, ff. de reb. dub.*

6 Præhabendo tamen, quòd licèt synonima appareant voces notorium, & manifestum, publicum, evidens, patens, & indubitatum, ut constat ex *cap. manifesta* 2. *quæst.*1. *cap. ad nostram* 20. *de jur. juran. cap. cum olim* 13. *cap. super eo* 31. *de verb. sig. cap. si forte* 11. *de elect. lib.*6. *& cap.*2. *de verb sig. cap. consuluit* 14. *de appell.* ibi: *Manifestum sit, & notorium, l. Quoniam sororem* 7. *Cod. de jure delib.* docet Mascard. *de probat. concluf.*1105. Farinac. *in prax. quæst.* 21. Moneta *de conserv. c.*7. *num.*109. Gonzalez Tellez *ad cap. Evidentia* 9. *de accusat. num.*3.

7 Attamen aliud est manifestum, & aliud notorium, ut notant discrimen in terminis appellationis Reginald. *de appellat.* §. 2. *cap.*3. *verb. manifestum num.*598. Scaccia *in cod. tract. quæst.*17. *limit.*4. *num.*100. Salgado *de Regia protect. tom.*1. *part.*3. *cap.*15. *num.*64. Barbosa *in dict. cap. consuluit.*

8 Etenim adversùs notorium, maximè facti permanentis, non admittitur ulla probatio, quod secus est in manifesto. Mascardus *de probat. concluf.*1108. Ripoll *var. resol. cap.*1. *n.*66. Gratian. *discep forens. cap.*312. *num.*18. Carleval. *de iudic. tom.*2. *lib.*1. *tit.*2. *disp.*2. *nu.*46. Gonzalez Tellez *in dict. cap. Providentia* 9 *de accusat. n.*8.

Prout etiam plùs est evidens, quàm notorium; est 9
enim evidens, quod percipitur per sensum visus quia ut ajebat Poeta Horat. *de arte Poetica*:

Segnius irritant animos demissa per aures,
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

De quo omnes conveniant. Cicero *de Nat. Deorum lib.* 3. *num.*10. quod omnibus pateat, *l. Quæritur* 14 §. *vlt ff. de Ædil. edict. cap. Quæ Lotharius*, ibi: *Oculis omnium, cap. si qui*, ibi: *Omnes enim, & cap. ult.* ibi: *Omnibus 2. quæst.*1.

Ita dicitur evidens Ecclesiæ utilitas *in cap. 2. de Cleric.* 10
*non resid. lib.*6. *cap.*1. *de reb. Eccles. in rebus* 2 *ff de const. Princ.* evidens calliditas *in l. Eleganter §. ult. ff. de dolo*, evidens exceptio, *l.*3. §. *ibidem, ff. ad exhibendum*: atvero notorium adhuc subiicitur judicio intellectus, sive notorium sit juris, sive facti.

Inde dicitur, quod probatio per evidentiam aliis pro- 11
bationibus est præstantior, *l. si irruptione* 8. *in fin ff. fin. reg. l. periculi* 34. §. *fin. ff. de aur. & arg. legat.* & est adeò privilegiata, ut nunquam censeatur exclusa coram quocumque, & quandocunque, ut probavi cum aliis *tom.*2. *dec.*77. *n.*3. quibus adde Tellez *ad d. c. Evidentia* 9. *de accusat. n.*9. qui inde infert, magnum discrimen adesse inter has appellationes notorium, & evidens.

Ex his non dubito affirmare, quòd apud Nos debet es- 12
se læsio jurisdictionis Regiæ certior, & clarior, & quæ tergiversatione aliqua celari non possit (prout id sonant voces illæ *notoriè*, & *evidenter*) ut versùs Ecclesiasticam possit procedi ad remedia usitata, pro conservatione universalis jurisdictionis Regiæ (quæ præmaximè consideranda assentior, quando persona Ecclesiastica pro oppressione facta à suo Judice, recurrit extrajudicialiter, & in subsidium ad Regiam protectionem.) Et hoc est, quod enixè fatetur dicta Prag. 1. *tit de content. jurisdict. in* 2. *vol. constit.* ibi: *Empero la hon euidentment, ò notoria la iurisdicciò Real, &c.* & infra ibi: *De son deret notori*: & in Pragmatica *Quia olim sequenti*, ibi: *Consulatur nostræ Regiæ Celsitudini in id, quod notorium, evidens præjudicium jurisdictioni Regali esset illatum.* Et in Prag. *Visis* 4. *ejusdem tit.* ibi: *Si evidenter, vel notoriè*, & infra ibi: *Si notoriè, &c.* & infra ibi: *Super notorietate.*

Et expressit Domina Regina Maria in litteris dat. Barcinonę 26. Februarii 1433 cur. prim. locumt. 7. fol. 79. directis Episcopo Ilerden. super repetitione Clerici conjugati per illa verba: *Vbi notoriè &c.*

Non diverso jure fuit ipsum expressum die 6. Septem- 13
bris 1604. in facto causę vertentis in Regia Audientia per firmam juris in ea factam per Ludovicum Pinyol, subministratorem platearum Civitatis Barcinonę, & Monserratum Marti Regium Portarium à procedimentis contra eos factis per Fr. Franciscum de Pons DD. Abbatem Monasterii Beatæ Mariæ Rivipulli, ut assertum Conservatorem Apostolicum bonorum quorumcunque Monasteriorum Ordinis Sancti Benedicti, instante Fr. Joanne de Guardiola, Abbate Monasterii S. Salvatoris de Breda, & Raymundo Solies Nuntio Curiæ Vicarii Barcinonæ, eò quia non obstante quod fuerunt ei præsentatæ litteræ, cum comminationibus solitis, & Conservator non comparuit, nec revocavit procedimenta instata, fuit concluſum in Regio Senatu referente Fontanet Regio Consiliario, per illa verba: *Quod declaretur per prędicta procedimenta facta per dictum prætensum Conservatorem contra dictos Ludovicum Pinyol, & Monserratum Marti, notoriè, & evidenter impediri, & perturbari Regiam jurisdictionem, & proinde pro defensione Regiæ jurisdictionis, & reparatione tanti grauaminis, locum fuisse, & esse occupationi temporalitatum, quas dictus Abbas Rivipulli habet, & possidet, seu quasi, easdemque temporalitates occupari, & apprehendi debere, donec aliter sit prouisum, & Regia jurisdictio in præjudicio illi illato fuerit reintegrata. Et pro his fiant, & expediantur prouisiones, litteræ, & commissiones opportunæ, juxta stylum.* Est in lib. concluf civil. illius anni fol. 24

Ab his non discedit Salgado *de reg. protect. par.*1. *cap.*2. 14
numer. 95. ibi: *Et licèt ad expediendam ordinariam, quæ ut monitoria, & exhortatoria, non arctatoria ex nulla precedente causę cognitione, sed solum ad simplicis partis assertionem concedatur: tamen ad effectum adstringendi, & arctandi judicem Ecclesiasticum desistere à violen-*

tia, & ut protectio, & extrajudicialis defensio per Principem præstetur, non sola libelli porrectio sufficit, sed prius debet de ea (non quoquo modo, sed notorie, & per rei evidentiam) constare.

15 Regens Matheu *de reg. Reg. Valent*, c. 7 §. 1. *num.* 9. *Hac regalia solum utitur noster Senatus, quando notorie vim Ecclesiasticus infert.* Oliba *de jure fisci c.* 11. *n.* 57. ibi: *Antequam Princeps ad præstandum auxilium defensionis oppresso protegat, constare ei debet de violentia, & per evidentiam rei nota illi debebit esse oppressio, nec facilis querelis, & expostulationibus clamantium aures præbebit.* Afflict. *dec.* 24. *n.* 6. comprobat Sesse *de inhibit. c.* 8. §. 3. *nu.* 29. *vers. Alia ratio, & n.* 66. *in fine*, asserens ex Penna, quòd evidens, & notoria debet esse violentia, per evidentiam, vel famam; non tamen per cognitionalem indaginem. Cancer *var.* 3. *c.* 14. *nu.* 16. *in fin.* quod notorie injusta debent esse procedimenta, ut de facto Judici Delegato posset resisti: & *n.* 17. ibi: *Maximè cum ipse processisset cum causæ cognitione, & juris ordine servato, quo casu si Judex manifestè non procedit contra legem, non licet ei de facto resistere, ad ea quæ tradidimus lib.* 2. *c.* 7. *de restit. spoliat. à n.* 4. *usque ad n.* 7. *junctis his quæ tradidi eod. lib.* 2. *cap.* 10. *Quando sine jud. se vind. num.* 34. Et sic sunt intelligendi Reg. Cortiada *dec.* 29 *n.* 114 & per ipsum allegati, maximè apud nos, ubi viget municipalis dispositio.

16 De qua violentia notorie, & evidenter constare potest, per nullitatem notoriam, vel per injustitiam notoriam, quæ nullitati æquiparatur. Fontan. *decis.* 26. *num* 18. *& decis.* 287. *nu.* 12. Cancer *var par.* 2. *cap.* 14. *nu.* 63. *& par.* 3. *cap.* 18. *nu.* 28. Ripoll *in prax. ad Peguer. rub.* 28. *num.* 13.

17 Propterea varia extant exemplaria, in, & cum quibus declaratum fuit, Judicem Ecclesiasticum Delegatum in suo casu processisse: Sic die prima Februarii 1535. fol. 16. in facto supplicationis præsentatæ pro parte Nob. Bernardi de Pinòs, referente Dalmau Regio Senatore, in favorem Commissarii Apostolici, de quo exemplari etiam alibi.

Et die 18. Augusti 1598 referente Magnifico Antonio Oliba Regio Senatore. Est in fol. 219. in facto firmæ juris per Thomam Morscot Civitatis Ilerdæ, in favorem Conservatoris Studii Generalis ejusdem Civitatis.

Et die 10. Octobris ejusdem anni 1598. fol. 127. in facto firmæ juris factæ per Vincentium Espanyol Subvicarium Villæ de Talarn, in favorem Conservatoris Religionis Sancti Joannis Hierosolymit. referente Magnifico Hieronymo Torner Regio Consil.

Et die 10. Decembris 1660. fol. 236. in facto firmæ juris factæ per Abbatem Sancti Cucuphat. Vallen. in favorem Conservatoris Apostolici, referente Nob. Joanne Baptista Pastor Regio Senatore, postea promoto ad Regentem in Supremo Aragonum.

18 Et 11. Martii 1671. in facto firmæ juris factæ per Clavarium Civitatis Barcinonæ, in favorem Conservatoris Apostolici, referente Magnifico Joanne Carbonell, Regio Senatore. Est fol. 57. conclus. civil. illius anni.

Et die 21. Novembris 1685. in facto firmæ juris factæ in Regia Audientia per Æconomum Prioris, & Conventus Divi Hieronymi de Bellem, aliàs de la Murtra, à procedimentis contra eum factis per Judicem Commissarium Apostolicum, instante Nob. Maria Teresia de Quinyones Corbera & Sant-Climent: cui per litteras Regias 26. Octobris ejusdem anni 1685. fuerat injunctum, ut revocaret, vel informaret banchum Regium, eo audito, ex quo rei conventi erant subjecti jurisdictioni Judicis Commissarii Apostolici, nec legitimè eo tunc constabat agi contra Procuratorem Fiscalem Bajuliæ Generalis Cathaloniæ, ut prætendebatur per dictum Priorem, & Conventum; fuit conclusum, referente N. Josepho Pastor & Mora R. A. D. firmæ juris per dictum Æconomum Prioris, & Conventus factæ locum non fuisse, & esse; & consequenter posse ipsum Judicem Commissarium Apostolicum procedere in commissione dictæ causæ; & quòd processus illius, quem Judex Commissarius Apostolicus posuit in posse Relatoris, illi restitueretur. Est in lib. conc. illius anni fol. 451.

19 Et die 29. Maii 1695. fol. 132. in facto firmæ factæ in Regia Audientia per Matthæum Guell, Procuratorem Josephi Coll Hebdomadarii Majoris Parochialis Ecclesiæ Sancti Stephani de Palau, à procedimentis contra eum factis, & fieri comminatis per Nob. Ludovicum de Josa Archidiaconum, & Canonicum Sedis Barcinonæ Judicem Delegatum Apostolicum, referente Nob. Josepho Claver R. A. D. In his duobus exemplaribus procedebat Delegatus Apostolicus contra subditum. Alia extant infinita ad id exemplaria. Reliqua vide *in Decisionibus sequentibus*, in casibus protectionis Regiæ imploratæ per Personam Ecclesiasticam, gravatam à suo Judice.

DECISIO CXXX.

ARGUMENTUM.

Beneficium curatum habens, quomodo excusetur à residentia; & ob non residentiam an privato, Beneficio curato, concedatur appellatio quoad utrumque effectum, suspensivum, & devolutivum: & si ex sententia privationis, aut ex actis non constet de evidenti, & notoria injustitia, seu nullitate, an Beneficiato suffragari possit protectio Regia. Ubi plura de obligatione Parochorum residendi in sua Parochia.

SUMMARIUM.

1 *Invigilandum est Pastori Ecclesiæ super gregem sibi commissum.*
2 *Parochi, & cæteri curam animarum habentes, jure Divino, Naturali, & Ecclesiastico ad residentiam tenentur: de jure Divino probatur.*
3 *De jure Naturali.*
4 *Et tandem de jure Ecclesiastico.*
5 *Antedicta illustrantur.*
6 *Obtinentes Beneficium curatum non excusantur à residentia in sua Parochia tempore pestis.*
7 *Quod declaratur.*
8 *Nec intemperie aeris excusatur Parochus à residentia in sua Parochia.*
9 *Neque infirmitates, Parochum gravantes, à dicta residentia excusant, quod declaratur.*
10 *Antea curati non residentes, sine monitione aliqua, Ecclesia privabantur, & quid postea, & quid nunc post S. C. T. & n.* 11.
12 *De residentia Primatum, Patriarcharum, Metropolitanorum, Episcoporum, Beneficiatorũ, obtinentium Dignitates, Personatus, & officia, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones, & de pœnis non residentium remissivè.*
13 *Obtinentes feudalia Regalia excusantur à pœnis residentiæ.*
14 *Dominus Rex habet jus Regale, ut Prælati, & personæ Ecclesiasticæ, cujusque sint præeminentiæ, debeant illi præstare obedientiam, & vocati ad ipsum ire tenentur pro negotiis Regni: Et ideo Episcopi in Cathalonia, & aliis Regnis sunt de Regio Concilio.*
15 *Dominus Rex præcipit Prælatis sub pœna occupationis temporalitatum, ut faciant residentiam in suis Ecclesiis, & recedant à Curia.*
16 *Factum contentiosum & n.* 17.
18 *Conclusio Aularum, ubi non conceditur protectio Regia, quia non constabat de evidenti, & notoria oppressione.*
19 *Pendente termino concesso ad se curandum, ob non residentiam, non privatur curatus.*
20 *Gratia conditionalis non exequitur ante ejus verificationem.*
21 *Dispositio S. C. T.* de reformat sess. 23. cap. 1. *circa residentiam, apparet restricta ad Parochos citatos, & contumaces, sive inobedientes.*
22 *Ex justo impedimento veluti infirmitatis, excusatur non residens; & an teneatur petere licentiam, si adest periculum in mora; & quid, si infirmitas superveniat in loco absentiæ, usque ad n.* 25.
26 *Infirmitas probatur per relationes Medicorum.*
27 *Quando exceptiones licitæ, & excusates à residentia, evidenter, & notorie apparent, Appellatio habet utrumque effectum, suspensivum, & devolutivum.*
28 *Exclusa appellatione, nunquam excluſa intelligitur nullitas, & injustitia.*

29 *Quo-*

29 *Quomodo procedendum contra Parochum non residentem, & num.30.*

31 *Indultum subreptitium, & obreptitium est nullum, & num.32.*

33 *Factum, & num.34.*

35 *Ex solo gravamine, vel injustitia privationis Beneficii curati, vel privationis fructuum ob non residentiam, appellatio habet effectum suspensivum.*

36 *Indultum commissum arbitrio conscientiæ alicujus, ejus dicto est standum, appellatione remota.*

37 *Res dubia ob diversas Doctorum opiniones excludit notorium.*

1 IN omni tempore est invigilandum Pastori Ecclesiæ super gregem sibi commissum. Salomon *proverb.27.ver.* 23. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, & tuos greges considera:* id est, ex Divo Hieronymo: *Diligenter adhibe curam eis, quibus te præesse centigerit:* Cum humani generis hostis sua calliditate ovium Dominicarum, Pastores, quò faciliùs gregem capiat, dilacerare conetur.

2 Parochi namque, & subinde cæteri omnes, animarum curam habentes, jure Divino, Naturali, & Ecclesiastico ad residentiam tenentur. Divino quidem, dicente Christo ad Petrum, repetitione triplici. *Joan.21. vers.16.17.& 18. Pasce agnos meos: Pasce agnos meos: Pasce oves meas*, quasi diceret (ait Maldonatus *nu.62.*) *Pasce Ecclesiam meam*, & eodem Petro 1. *Canon. cap. 5. vers. 2. Pascite qui in vobis est, gregem Dei.* Et in Concil. Londinensi *Can.22. anni 1268.* (ut scribit Cabassutius *in not. Ecclesiast. super eo Concilio*) ibi: *Pastor Bonus agnoscens gregem suum, debet ipsum mentis, & corporis oculis jugiter intueri, & ne ipsum insidiosus lupus invadat, sicut hostis persequendo invigilat, sic Prælatus resistet continuò defendendo.* Et Sacrum Concilium Tridentinum *sess.23. de reformat. cap.1.* hæc profert: *Cum præcepto Divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique Divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, altarumque miserabilium personarum curam paternam agere, & in cætera munia pastoralia incumbere: Quæ omnia nequaquam ab iis præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt; sed mercenariorum more deserunt.* Et hic accomoda quæ scripsit Episcopus Sperellus *in tract. de Episcopo par.3.c.42.§.2.vers. Verum*, ibi: *Quò magis gregi semper stare cogitur Pastor, eumque tum à luporum feritate, latronumque insidiis tueri, tum pinguja ei comparare pascua, licèt per incommoda, & discrimina mille, via fuerit aperienda. Et cap. Quamvis 10. de reg. jur. ex Gregorii regist.ro 3. Nec potest esse Pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & Pastor nescit.* Et *Reg. lib.3.cap.20.vers.39. Custodi virum istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima ejus.*

3 Naturali jure; quia animarum Pastores spiritualem medicum agere debent, dicente Christo *Matth. 9. vers.* 12. *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus.* Tenetur autem medicus naturali jure comporaliter adesse ægroto, illique mederi per se ipsum, postquam ad hoc munus propria se voluntate obligavit. Et licet demus, quòd spirituales oves sanè sint; tamen adhuc est illis jugiter invigilandum; quia generis humani inimicus occasiones per omnem vitam quærit, & captat, ut devorare animas nostras quoquomodo possit. Juxta S. C. Trid. *sess.14. c.9. de Sacram. extremæ unctionis*, ut dicit Petrus *c.5. vers.* 8. sic Prælatus resistet continuò defendendo; oportet igitur, ut corporalis præsentia ipsum sollicitè tueatur, quia videns Pastor, & veniens, sæpe non invenit quod reliquit, eo quòd illud adversarius non recedens, neque dormiens, asportavit. Ex Concilio Londinensi *dict. c.22. anni* 1268. & super illo Concilio Cabassutius *in notitia Ecclesiastica.*

4 Et tandem jure Ecclesiastico, *c. Quia nonnulli 3. c. Relatum 4. c. Conquerente 6.* juncta Glossa *verb. deserviat, c. Inter 10. de Clericis non residen. c. Licet 14. vers. Ii etiam de elect. in 6.* & innovat Sacrum Concil. Trid. *sessione 6. de reformatione cap.3 & sessione 7. cap.3. & sess.23 cap.1.*

5 Hæc omnia comprobavit insignis Noster Theologus Doct. Vincentius Vinyals *de Sacramentis tract. 2. quæst. 10. art.9.§.1. nu. 4. & seqq.* & post eum Romaguera *in Synod. Gerundæ l.3.tit.3.c.3. à n.1. usque ad n.5.* & de ea re agunt ab eo citati. Garcia *de benef. par.3. cap.2. num.16.* Barbosa *de potest. Episcopi. alleg.53. num. 2. & de offic. & potest. Parochi cap.8. nu.1. & ad Trident. sess. 23. de refor. cap.1. nu.3. & in collect. in cap. Quia nonnulli, de Cleric. non resid. nu.4* Salgado *de reg. protect. par.2. cap.15. nu.12.* Passerinus *de stat. homin. tom.1. quæst. 185. art. 5. num.40.* Capon. *discep. foren. tom.2. discep. 123. num.22.* Fragos. *de regim. reipub. par.2. lib.10. disp.21. §.5. num.7.* Sperellus *in tract. de Episcop. par.3. cap.41 cum pluribus seqq.* Frasso *de reg. patronat. Indiar. c.9. per tot.* Vallensis *in parat. juris Canon. de Cleric. non resid. num.2.* latissimè declarat, & illustrat Gonzalez Tellez *in dict. cap. Relatum 4. de Cleric. non resid.*

Ideo obtinentes Beneficium curatum, non excusantur 6
à residentia in sua Parochia tempore pestis. Martha *de jurisd. par.4. c.73.* Frasso *de reg. patron. Indiar c.9. n.29.* & fuit decisum à Sacra Congreg. Cardinal. S. C. Trid interpretum die 23. Septembris 1576. ibi: *Parochi tempore pestis tenentur omino residere in suis Ecclesiis. Parochialibus, & si non resideant, agendum est contra eos, ex decreto C.T. c.1. sess.23.* Pign. *tom.4. conf.17. n.44.*

Posse tamen Parochos per alium idoneum ministrare 7
parochianis suis peste infectis, Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ. Fagnanus ex eadem Congreg. *in cap. Clericos de Clericis non resid. à num.37.* & signanter *num.45.* (& quid in Episcopis *num. 46. cum seqq.*) Doct. Vinyals *de Sacram. quæst. 10. art.9. à §. 1. usque ad quintum* (ubi exactissimè agit an infectis peste teneatur Parochus etiam ministrare Sacramenta Eucharistiæ, & Extremæ unctionis) Barbosa *de potest. Parochi par.2. cap.17. n.17. in sum. apost. decis. collect.559. nu.16. & collect.572. nu.1. & in collect. bullar. verbo Pestis*, & apud Diana *resol. moral. par.5. tract.3. resol.53.* & Marchinum *de bello divino par. 3 cap.2. num.13.* apud quos referuntur aliæ declarationes S. Congregationis C. Trid. & super hac relatissimè infinitos allegat Romaguera, qui supra *num.22. cum seqq.* & ita intelligo Regium Senatorem de Amigant *decis. 20. nu.2.* allegantem Quesada Pilo *diser.1. nu.13.* Robert. *rer. jud.2. cap.10. fol.160.*

Nec intemperies aeris excusat Parochos à residentia 8
in sua Parochia, ut pluriès fuit responsum in d. S. C. ut apud Garcia *de benef. par.3. c.2. n.174.* Corradus *in prax. dispens. Apost. lib.5. cap.7. vers. Tertia an propter intemperiem aeris*, Romaguera *in Synodal. lib.3. tit.3. c.4. nu.28.* & sæpius S. Congregationem declarasse scribit Fagnanus *in d. c. Clericos de Cleric. non residen. nu.35. cum seqq.*

Neque infirmitates Parochum gravantes, eum à dicta 9
residentia excusant, nisi in ipsa non adsit copia medicorum, & medicinarum, nam in hoc casu potest Ordinarius eidem Parocho licentiam concedere trium aut ad summum, quatuor mensium, ut curari valeat in locis vicinioribus, & commodioribus: & fuit decisum 8 Decembris 1571. recitat Pignat. *tom.7. conf.9. n.31.* & referunt etiam sic decisum per S. C. Garcia, & Corradus *locis supradictis.* Gavan. *in manuali Episcop. ver. Parochorum residentia num.24.* Fagnanus *in d. cap. Clericos de Cleric. non resid. num.11.*

Ita adstringebantur curati ad hujusce residentiam per- 10
sonalem; nam aliàs sine monitione aliqua, Ecclesia privabantur, ut decrevit Concilium Colonienſe anni 1300. Can.2. ibi: *Cum secundum jus quilibet qui ad curam regendarum animarum assumitur, ut gregis sibi crediti diligentiùs gerere curam possit, in Parochiali Ecclesia, cujus Rector extiterit, residere personaliter, & ad eam promoveri teneatur; alioqui, etiam nulla monitione præmissa, ipsa Ecclesia sit privatus;* tradit Cabassutius *super dicto Concilio n.3.* monitionem verò præcedere debere disposuit Cœlestinus *in c. ex par.3.* Innocentius *in c. Qualiter 9. c. ex tuæ devotionis 11.* Greg. IX. *in c. fin de Cleric. non resid.* sed remota appellatione, *c. Relatum 4 c. Conquerente 6. cod. cap. pervenit 2. de appel.* quamvis foret Cardinalis, *cap. Leo 2. cod. de Cleric. non resid.* & ibi declarat Fagnanus, & per diversa jura, & Concilia id ipsum probat latissimè Gonzalez Tellez *in d.c. Relatum de Cleric. non resid.*

At non ita acerbè S. C. Tridentinum sancivit super his, 11
sed illa modo delinivit; nam ut suæ Ecclesiæ adsint Parochi, obstringuntur quidem, sed eorum vincula tam ferrea non sunt, scribit in fortioribus terminis Sperellus *in tract. de Episcop. par.3 cap.44.* & ita Tridentinum *sess. 23. de reform. dict. cap.1.* per illa verba: *Eadem omnino, etiam quoad culpam, & amissionem fructuum, & pœnas de curatis inferioribus, & aliis quibuscunque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum, curam animarum habens, obtinent, Sacro Sancta Synodus declarat, & decernit;*

ita tamen, ut quandocunque eos, causa prius per Episcopum cognita, & probata abesse contigerit, Vicarium idoneum, ab ipso Ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquant, discendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtinuant. Quod si per edictum citati, etiam non personaliter, contumaces fuerint; liberum esse vult ordinariis per censuras Ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem compellere; nec exequutionem hanc quolibet privilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cujuscunque beneficii, pactione, statuto etiam juramento, vel quacumque auctoritate confirmato, consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela censenda est, sive appellatione, aut inhibitione etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianæ Constitutionis suspendi posse.

12 Circa residentiam Primatum, Patriarcharum, Metropolitanorum, & Episcoporum modum statuit, multaque innovavit Concil. Trid. *sess. 6. cap. 1. & dict. sess. 23. c. 1. de refor.* de residentia eorum qui obtinent beneficia, de jure, vel consuetudine requirentia residentiam, disponit *sess. 6. cap. 2. de refor.* de residentia obtinentium Dignitates, Personatus, & Officia *sess. 21. c. 3. & sess. 22. cap. 3. de refor.* & de residentia obtinentium Canonicatus, Præbendas, aut Portiones *sess. 24. cap. 12.* Et de pœnis non residentium in iisdem locis. Hæc breviter scribit Vallens. *in parat. juris canon. tit. de Clericis non resid. n. fin.*

13 Etiam quando Prælati à Rege habent regalia, id est bona feudalia, vocati debent ad eum ire, & excusantur à pœnis residentiæ. Fagnanus *in c. Qualiter de Cleric. non resid. nu. 15.* qui ita intelligit text. *in Can. fratres 23. quæst. 8. & in Can. si Episcopus 18. distinct. & in auth. quomodo oporteat Episcopos §. illud* aliàs est *§. etiam definimus collat. 1.* & probat *ex Can. si in morte §. Eccles. d. c. 23. quæst. 8.* & super hac re amplius *in n. 16.*

14 Et illud etiam est, quod Oliba scribit *in tract. de jure fisci cap. 10. num. 6.* quòd illud jus regale habet Dominus Rex in hoc Regno in personas Ecclesiasticas; quoniam omnes Prælati, & Personæ Ecclesiasticæ, cujuscumque sint præeminentiæ, debent præstare obedientiam Regi, & vocati ad eum venire pro negotiis Regni. Fermosinus *in cap. 2. de judic. quæst. 14. à num. 1.* Solorzano *de judic. indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 27. num. 67. & in polit. indian. lib. 4. cap. 6. pag. 540. lit. M.* Bovad. *in polit. lib. 2. cap. 18. nu. 61.* Reg. Cortiada *tom. 1. decis. 28. nu. 29. & seqq. & tom. 3. decis. 247. n. 6.* ubi, etiam quòd id ideo est, quia Episcopi in Cathalonia, & aliis Regnis sunt de Regio Concilio, & dicuntur Regii Consiliarii, ex infinitis quos allegat, & post eum Regius Senator de Amigant *tom. 1. dec. 2. nu. 135.* ubi *nu. 136.* agit, an aliàs committant delictum punibile: ex Scisse *de inhibit. cap. 5. §. 4. a nu. 9.*

15 Inferens Oliba *in dict. cap. 10. nu. 6.* ex non diverso regali jure, quod sub pœna occupationis temporalitatum præcipit etiam Prælatis sui Regni Dominus Rex, ut faciant residentiam in suis Ecclesiis, & recedant à Curia, ubi etiam ad alia pertransit.

16 Hoc exploratum firmamentum, mentem præstat contentiosæ indagationi, quæ hic suscitatur. A Curia Ecclesiastica Tarraconen. sub die 6. Octobris 1695. expeditæ fuerunt litteræ, & in eis præceptum Doctori Urbano Sanchis, Præposito ac Plebano, & ita Curam actu exercenti in Ecclesia Parochiali Beatæ Mariæ Insulæ de Iviſa, (ex ea profecto ab aliquo tempore, & in Civitate Valentiæ recepto) quatenus intra sex menses, sub pœna privationis dictæ Parochialis, in eam personaliter restitueretur; comparuit citatus die 14. Februarii 1696. exponens impedimentum ægrotationis (cujus curationi ex tunc invigilabat,) adversæ loco residentiæ, qui eo tempore gravabatur, & adivit supplex Sacram Congregationem Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum; à qua sub die 14. Aprilis 1696. obtinuit sex menses absentiæ, ad effectum se curandi, veris tamen existentibus enarratis, si tandiu indispositiones durarent; pro arbitrio, & conscientia Ordinarii, dummodo indultum in Cancellaria Episcopali exhiberetur. Cui obtemperans produxit illud coram suo Ordinario cum schedula 19. Junii 1696. offerens infirmitatem probare; at verò Promotor Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ eam pro probata habens, instavit causæ declarationem, quæ diffinitivè fuit prolata 27. Octobris 1696. privando Plebanum Beneficio curato, uti absentem sine justa causa à sua Parochiali.

Appellationem Plebanus interposuit ab illa privatione, quoad utrumque effectum; sed huic non detulit Judex Ecclesiasticus, quoad effectum suspensivum; & hinc deventum fuit ad concursum, & provisionem Beneficii, spoliatum per oppressionem notoriam se referens, appellans, Regiam protectionem imploravit in Regia Audientia, ad relationem Nob. Francisci Rius & Bruniquer Regii Senatoris, postulans litteras in forma contentionis versus Ordinarium Ecclesiasticum sub die 13. Novembris 1696. & cum res hæc intricatæ expeditionis esset, Aula Senatorum Reverendi Cancellarii, post varias, & doctas disceptationes, non habuit quò se verteret; quocirca tacitis nominibus partium (ut est assuetum fieri) proposito dubio Regiæ Audientiæ, junctis Tribus Aulis, fuit concordi voto in ea conclusum die 24. Novembris 1696. quòd supposita notoria oppressione, ex quo per Nuntium Hispaniæ in promptu succurri gravato non poterat, concederentur litteræ in forma contentionis, & cum eas non admisisset Ordinarius Ecclesiasticus, fuerunt expeditæ secundæ, & renuente iterum Ordinario Ecclesiastico contentionem firmare; cum instasset pars tertias litteras, & Curia Ecclesiastica in litteris respondendo allegasset motiva sententiæ à se prolatæ, & denegationis appellationis quoad effectum suspensivum; & maturata esset materia etiam per allegationes juridicas partium, fuit id ipsum iterum dubitatum in Regia Audientia junctis Tribus Aulis, & ibi diffusiùs perpensa materia, fuerunt denegatæ tertiæ litteræ contentionis prout ibi: 17

Die 5. Mali 1697. in facto propositionis factæ per Nobilem Regentem Regiam Cancellariam, an sint concedendæ tertiæ litteræ in forma contentionis per Clericum versus Admodum Reverendum in Christo Patrem Archiepiscopum Tarraconæ, recusantem firmare contentionem, cum primis, & secundis litteris expeditis, vigore conclusionis factæ junctis Tribus Aulis 24. Novembris 1696. & provisionis illarum subsequutæ, sub die 26. ejusdem mensis Novembris, ac sub die 10. Decembris dicti anni. Attento non constat evidenter, vel notoriè de oppressione dicto Clerico facta, qualiter requiritur in Cathalonia, iuxta concordiam Serenissimæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, fuit conclusum, quod neutiquam pro nunc expederentur dictæ tertiæ litteræ in forma contentionis. 18

Restat nunc statuere rationes, quibus mota fuit Regia conclusio, & pariter ejusdem nodos expedire, utrumque luceat auctoritate fulcitum. Exponebat Præpositus nullitatem, & injustitiam notoriam declarationis Ecclesiasticæ. Nullitatem videlicet, quia, ut præhabetur, obtinuit à Sacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini interpretum sub die 14 Aprilis 1696. sex menses absentiæ ad effectum se curandi, & pendente eo termino, prolata fuit sententia privationis præposituræ; quod fieri non valuit sine nullitatis vitio Rota apud Marinis *lib. 1. resol. c. 307. n. 7.* Rosa *de exequut. lit. Apostolic. c. 4. n. 16.* 19

Eo quòd tempus illud currere incæpit eo die, quo causæ infirmitatis à Procuratore Fiscali Curiæ Ecclesiasticæ habitæ fuerunt pro verificatis; & cum illa gratia foret conditionalis ante illam verificationem exequi non valebat. Rosa *de exequut. lit. Apostolic. d. cap. 4. num. 143.* quod manifestum reddere intendit ex clausula indulti ibi: *Pro arbitrio, & conscientia Ordinarii abesse possit, deputato interim idoneo Vicario, per eundem Ordinarium approbando, qui resideat, &c. ita tamen ut præsens indultum in Cancellaria Episcopi exhibeatur, aliàs Oratori minimè suffragetur.* Unde sic renuit semestris currere à die dat. Indulti, cum tantummodo tunc posset Vicarius Generalis declarare super articulo absentiæ, quando foret Cancellariæ Ecclesiasticæ exhibitum rescriptum, & essent verificata narrata (quæ pro probatis tenuit Procurator Fiscalis) ut ita valeret Præpositus in sua iusta absentia permanere. 20

Injustitiam; quia dispositio S. C. Tridentini *de refor. sess. 23. cap. 1.* apparet restricta ad Parochos, citatos, & contumaces, sive inobedientes, ut videntur innuere verba illa: *Quod si per edictum citati, etiam non personaliter, contumaces fuerint,* comprobat Salgado *de reg. prot. cap. 15. par. 2. num. 19.* ibi: *Præfatum Tridentini decretum, dum disponit exequutionem sententiæ privationis, & similium pœnarum, appellationem, seu inhibitionem non impediri generaliter, accipiendum, & intelligendum esse contra absentes sive inobedientes, sive contumaces, & ita in Supremo Senatu fuisse obtentum, & in casu absen-* 21

absentiæ, causa priùs per Episcopum cognita, & probata, & Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbatum, cum debitæ mercedis assignatione, relictum est.

Causæ à Præposito allegatæ, nec contumacem, nec inobedientem eum reddiderunt; nam legitimæ extiterunt, nempe vehementis infirmitatis, qua vexabatur, & impedimenti redeundi ad residentiam, non sine periculo vitæ, & quòd opus habebat longa curatione in Civitate Valentiæ, ut ita Medici referebant: & hæ approbatæ fuerunt coram suo Superiore Ordinario, qui deputaverat Æconomum, cum competenti salario.

22 Et sic non minùs juridicè fuit privatus Plebanus Beneficio curato, ex justo impedimento residendi, quod de facto probavit, & de jure aperuit, ex text. *in cap. Inter quatuor 10. de Cleric. non resid.* ibi: *Dummodo non sint justo impedimento detenti, cap. fin. eodem.* ibi: *Nisi rationabilem excusationem ostenderint, cap. 1. eodem tit. 6. c. Præsentium, cap. Pastoralis 7. quæst. 1. cap. Bonæ memoriæ de elect.* Concil. Parisiense anni 1528. *Can. 11.* de quo Cabassutius *in eodem Can.* ibi: *Rectores Ecclesiarum (quorum singularis electa est industria) compellantur per suffraganeos nostros, quoad fieri poterit, ad personalem residentiam: neque cum illis de non residendo, nisi causa probabili intercedente, dispensetur,* Concil. Trident. *in d. sess. 23. c. 1.* ibi: *Causa priùs*: & infra ibi: *Nisi ex gravi causa.* Solorz. *de jur. ind. lib. 2. cap. 25. nu. 63.* Tellez *ad d. cap. Ex tuæ 11. de Cleric. non resid. n. 5.* qui discrimen agnoscit inter præsentes, & absentes, ibi: *Præsentes, & non residentes ipso jure Beneficii priventur, absque ulla monitione: absentes verò priùs monendi sunt, quia possunt abesse ex justa causa, quam si probaverint coram Episcopo, beneficio privandi non erunt.* Et adhuc scripsit Solorzano *d. lib. 2 cap. 25. nu. 62.* ibi: *Quod tamen non ita amarè accipiendum est, ut si subita, & urgens necessitas se efferat, non possit is, qui residere debet, se absentare sine licentia sui superioris;* & infra: *Quia impedimenta quæ excusant à non residendo, excusare etiam poterunt à non petenda licentia, maximè si esset periculum in mora, & in longinquis Gubernator, qui eam concedere posset.* Id idem Fagnanus *in cap. Clericos 17 de Cleric. non resident.* ubi, post relatas declarationes Sacræ Congregationis circa obligationem petendi licentiam ab Ordinario, scribit: *Sacra Congregatio censuit, non esse liberum, nisi periculum fuisset petendi licentiam.*

23 Ampliùs etiam terminanter in hanc rem exprimebat Præpositus de causa, quæ vigebat tempore, quo absens erat: & ei injunctum fuit, ut resideret, scilicet, ægritudinis, quæ eum tunc magis opprimebat, & illa probata perfectè erat ex relatione medicorum; & reiterata confessione Fisci Procuratoris Curiæ Ecclesiasticæ. Et hic Solorzano *de jur. ind. lib. 2. c. 25. n. 66.* ibi.

24 *Et est adeò verum ratione justi, & legitimi impedimenti excusari Beneficiarios, & nostros Commendatarios ab hoc onere residendi: quòd etsi à principio non fuerit absens ex causa legitima, sed tempore requisitionis, & citationis, de qua supra sermonem habuimus, sit justè impeditus, ita ut ad residendum venire non possit, puta quia sit infirmus, vel detentus, aut ob aliam legitimam causam excusari debeat, & cesset contumacia, & consequenter non possit contra eum ad privationem procedi.*

25 Fagnanus *in cem. ad d. c. Clericos de Clericis non resid. nu. 8.* ibi: *Quæro primùm, utrum infirmitas excuset Parochum à residentia? Breviter duo casus sunt distinguendi: primus est, cum Parochus absens extra locum beneficii, in morbum incidit; & hoc primo casu manifestum est, eum non teneri redire ad residentiam, ac si procederetur contra eum, non fieret illi præjudicium, casus est ad litteram in cap. Præsentium 7. quæst. 1. Et ita intelligo Glos. ult. hic dum dicit, puta quia erat infirmus, quare venire non potuit. Atque ita supponit, Beneficiatum in infirmitatem incidisse extra residentiam, juxta terminos dicti Can. Præsentium, quem allegat. & hoc est clarum.* Approbat Rota *recent. decis. 117. par. 15. num. 17.* ibi: *Nec requisita visa est licentia Episcopi, quando Parochus etiam absens extra locum beneficii, in morbum incidit, ad allegatum Canon. dist. 7. quæst. 1. &c. D. Fagnanus ad cap. Clericos, de Cleric. non residen. nu. 29. adeò, ut privatio, ob dictum impedimentum secuta, revocetur, d. Can. 3. D. Fag. ad cap. Ex parte dict. tit. 2. n. 7.* Fuit confirmata *in decis. 312. eadem par. 15. rec. n. 16. & 17.*

26 In his Decisionibus fuit probata infirmitas per relationes Medicorum, ibi: *Subsistit etiam injustitia sententiæ Ordinarii, ex deductis in eadem dec. coram R. P. D. Taja, ubi plenè firmatur, Zotum privari non potuisse beneficio ob non residentiam, dum adfuit justa causa, nempe pro defensione sui Archipresbyteratus: atque fuit in urbe legitimo detentus impedimento, hoc est causa morbi, ut probatum est ex fide Phisicorum, quibus tanquam peritis in arte omnino standum est, ex l. septimo mens. ff. de stat. homin.*

His ergo motivis, interpositæ appellationi à sententia 27
privationis erat deferendum quoad utrumque effectum. Salgado *de reg. protect. par. 2. cap. 15. nu. 25.* ibi: *Si vero dictæ exceptiones licitæ, & excusantes à residentia evidenter, & notorie ex actis appareant, seclusa omni fraudis, & doli suspicione, cum tunc hæc notoria injustitia nullitati æquiparetur, quoad impediendum sententiæ cujuscunque, etiam privilegiatæ exequutionem, ut dicemus infra 3. par. c. 9. hinc est, ut omni modo esset ejus appellationi deferendum à Judice, declarandumque in Senatu, & ita interpretandus, & intelligendus est text. in c. inter quatuor, ibi possunt eis justè privari, dummodo non sint justo impedimento detenti, de Cleric. non resident.*

Et fit certum non obstante *d. c. 2. Concilii Tridentini*; 28
nam exclusa appellatione, nunquam intelligitur exclusa nullitas, & injustitia notoria, ut terminanter dixit Salgado *de reg. protect. par. 2. dict. c. 15. n. 17 24. & 25. par. 3. c. 9. nu. 2. 3. & 4. cum seqq. usque ad 42.* Quare oppositæ fuit pro parte Præpositi, illi illatam fuisse vim notoriè, & manifestè, eo quia ipsius appellationi non detulit V. G. in casu appellabili, & sic ei succurrendum oportere per remedium auxilii Regii per viam contentionis.

In contrarium contendebat Curia Ecclesiastica Tar- 29
raconæ, dicens, quòd absens à sua Ecclesia Præpositus, jam aliàs per plusquam continuum triennium suaviter fuit exhortatus super sibi in uncto onere residendi, variis cum monitionibus Pastoralibus, quibus se reddidit insordescentem, & sibi injuncto mandato, ad instantiam Procuratoris Fiscalis ab eadem Curia, ut personaliter resideret intimatis querimonias singularium habitatorum Insulæ Juissæ; non obtemperavit, quocirca inhærendo dispositioni C. Trid. *dict. sess. 23. de reform. c. 1.* fuit diffinitivè privatus dicta Parochiali, & declaratum per concursum providendam esse uti vacantem in favorem alterius, qui personalem ageret residentiam: ut ita fuit exequutum, non obstante appellatione, prout exequi poterat *ex eodem cap. 1.* etiamsi à Curia Romana inhibitio emanata foret. Salgado *de reg. protect. par. 2. cap. 15. nu. 9* quæ quadrant stylo procedendi contra Parochum non residentem; qui scitur ubi commoratur, & citari personaliter potest, contra quem citatio unica sufficit, quæ continere non debet terminum semestris ad residendum, sed dilationis arbitrariæ: quod si citatus residere recusat, elapsa dilatione præfixa, potest eum Ordinarius privare Beneficio curato. Salgado *de reg. protect. cap. 15. nu. 18. & 19.* Farinac. *decis. 137. par. 1. in post bum.* Fagnanus *in cap. Ex tuæ de Cleric. non resid. nu 9.* ubi asserit, quod ubi scitur Parochus, & commodè citari possit, non requiritur trinum edictum (ut in Clericis latitantibus, de quibus ignoratur ubi sunt, vel ad quos citatio non valet pervenire) sed debet personaliter citari, & sufficit unica citatio, si fuerit personaliter executa; imo sufficit simplex requisitio, seu monitio, vel vocatio cum competenti termino ad redeundum; quo elapso, etiam non expectatis sex mensibus, Ecclesia spoliari poterit, cum videatur illam habere pro derelicta. Ex *d. cap. ex parte de Cleric. non resid.* & distinguit Glossa *in cap. Quoniam frequenter, §. Porro in ver. Canonibus Ut lite non contest.* Silva *de benef. par. 4. quæst. 4. & seqq.* & resolvit Rota apud Mantica *dec. 67. num. 5.* quam postea sequuta fuit eadem Rota in Terdonen Præposituræ 17. Martii 1600. coram Decano, relata à Garcia *de benef. par. 3. c. 2. n. 157.*

Ad id Fraso *de jur. patron par. 1. cap. 9 numer. 38.* ubi 30
num. 44. tradit ad id schedulam Regiam, directam Archiepiscopo Metropolitanæ Ecclesiæ Civitatis *de los Reyes*, Provinciarum *del Peru*. Dat. Barcinonæ 8. Junii 1585. hujus tenoris: *Os ruego, y encargo, que no deys licencia à ninguno Prebendado de los de vuestra Iglesia, ni Cura de los demàs de vuestra Dioces, para hazer ausencia della, sin causa muy urgente, y à los que se ausentaren sin licencia, ò teniendola, se detuvieren mas del tiempo, que se les huviere concedido (en lo qual como es à dicho aveys de advertir, y tener mucho la mano) vacare y ses les las Prebendas, ò Beneficios que invieren, conforme*

à derecho, y darme hey aviso en todas las ocasiones, para que presente à aquellas Dignidades, y Beneficios personas que les sirvan. Ubi notanter ponuntur illa verba: *Vacareys les las Prebendas, ò Beneficios*, & illa *Para que yo presente à aquellas Dignidades, y Beneficios personas que les sirvan*, denotantia, quòd esto à sententia privationis interponeretur appellatio, hæc non suspendebat, quatenus impediretur D. Reg. ad præsentandum ea personis, quæ talibus Præbendis, vel Beneficiis inservirent.

31 Nec, dixit, obstare indultum Sacræ Congregationis Cardinalium S.C *interpretum* sub data 14. Aprilis 1696. in, & cum quo concessus fuit semestris Præposito absentiæ, ad se curandum; quia surreptionis, & obreptionis vitio laboravit; nam in eo fuit expressum, Ordinarium Tarraconen. deputasse Æconomum cum assignatione competentis salarii, pro administratione Curiæ, durante infirmitate Oratoris: quia falsum fuerat, quod die quo porrecta fuit supplicatio S. C. pro parte Præpositi, Ordinarius Tarraconæ deputasset adhuc Æconomum pro regenda Curia animarum Parochialis Sanctæ Mariæ de Ivissa; nam illum elegit sub die 27. Octobris 1696. postquam fuit lata sententia privationis. Simulata fuit veritas in precibus; nam in *illis* enarratum non extitit, oratorem ferè per quadriennium continuum residentiam in sua Parochia non egisse; non obstante, quòd ei fuisset injunctum, assignato illi termino sex mensium ad obtemperandum, nec utique expressum fuisse per Præpositum, ipsum coram Ordinario Ecclesiastico litem contestasse super excusatione non residendi, quæ lis pendebat tempore indulti.

32 Quæ omnia, si narrata fuissent Sacræ Congregationi, procul dubio precibus Præpositi non annuisset, vel difficilius saltem, quo in casu indultum impetratum tanquam surreptitium, & obreptitium, & sic nullum ad exequutionem deduci non potest. *c. Super litteris 20. de rescrip.* & ibi DD. Valenz. *consil. 59 n. 44.* Ego *dec. 28 n. 41.*

33 Supposito, quòd subsisteret indultum præhabitum, fuit ei obtemperatum; quia concessum extitit die 14. Aprilis 1696. & sententia privationis fuit 27. Octobris 1696. sicque elapso jam semestri ad non residendum obtento.

34 Quin his obstare dicatur, elapsum non fuisse terminum sex mensium, quia computari debuit ille, non à die concessionis indulti, sed à die quo enarrata fuerunt verificata coram Ordinario: nam huic objici respondit Curia Ecclesiastica, id ipsum in sententia privationis fuisse discussum, & dictum, quod cum tempore, quo fuit impetratum indultum, jam dictus Præpositus esset absens à sua Parochia, contradicente Ordinario; ab illo die currere debebat semestris ad residendum in sua Parochia, aliàs posset dictus Præpositus retinere apud se præhabitum rescriptum per plures annos, ut ipsis transactis, frui adhuc valeret (fraudulenter tamen) semestri absentiæ, quod jus abhorret.

35 Quanto magis, quòd ob relata incidere sententia Ordinarii non posset in nullitatem, vel injustitiam notoriam, sed in gravamen, vel injustitiam appellabilem quoad effectum devolutivum. Ad hæc Salgado *de reg. protect. par. 2. cap. 15. n. 25.* ibi: *Ultimò circa illud quæro, an Parochus, qui abest ex justa causa, vel licentia, aut aliàs est legitimo impedimento detentus, an dictæ privationis, seu detractionis fructuum, &c. à sententia appellans, sit deferendum, in quo libet distinguere, quòd cum (ut dictum est) ad hujusmodi pœnarum imponendarum processum, ordo juris sit servandus, & causæ cognitio adhibenda super legitimatione exceptionum Beneficiati, & impedimentorum licentia, natura, & qualitate beneficii, & similibus; tunc si nihilominus Ordinarius sententiam condemnatoriam proferat, pro ea est præsumendum; & sic appellatio non impedit executionem, & illud non nullitatem; sed attineat justitiam, vel injustitiam partis, cujus cognitio semper superiori Ecclesiastico pertinet, ad quem reservanda est, ut in alimentis, possessoriis, & similibus, & probant expressa verba Concilii Trident. dict. c. 1. sess. 23. ibi; Nec excusationem hanc quolibet privilegio, licentia, familiaritate, exemptione, inhibitione, &c. suspendi posse. Quæ verba cum clara sint, cavillationem subterfugiunt.*

36 Quanto potiùs, quia dictum indultum fuit exequendum cum illa clausula *arbitrio, & conscientia Ordinarii abesse possit*, quando autem arbitrio, & conscientiæ alicujus aliquid committitur, ejus dicto est standum, appellatione remota. Salgado *de reg. protect. par. 3. c. 13. à nu. 36.* Ramon *cons. 64. n. 7* Reg. Cortiada *decis. 75. à n. 17.*

Quibus omnibus maturè consideratis in Regia Audientia junctis Tribus Aulis, cum tenderent ea ad justitiam indagandam partium, quin ex his nullitas, vel injustitia notoria inferri valeret ex denegata appellatione suspensiva, fuit conclusum, non esse concedendas tertias litteras contentionis, ex regula, quòd res dubia, ob diversas Doctorum opiniones, excludit notorium. Rota apud Posth. *post tract. de subhast. decis. 69. nu. 9.* Latro *consul. 6. n. 51.* Conciol. *alleg. 71 nu. 12.* Fajardus *alleg. fisc. 9. par. 1. nu. 306.* Et terminanter scripsit Cancer *var. par. 3. cap. 14. nu. 16. in fine*, in illis verbis: *Si operarit prætenderent se gravatos, quod Judex exequutioni demandasset sententiam, non obstante appellatione, quod ad Summum Pontificem, seu ad suum Illustrissimum Nuntium in Hispanis degentem, recurrendum erat, & quòd de facto dicto Judici Delegato resisti non poterat, quia non poterat injustè à notorio processisse, cum multi Doctores teneant dictam sententiam.* Reliqua *in decis. seq.* 37

DECISIO CXXXI.

ARGUMENTUM.

Quando Judex Ecclesiasticus Ordinarius opprimit suum subditum; ad hunc sublevandum, an possit procedi in forma contentionis, juxta concordiam Apostolicam, & Regiam Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum.

SUMMARIUM.

1 *Suscitatur dubium.*

2 *Constito de violentia, seu oppressione notoria, potest Regia Audientia succurrere Ecclesiastico, si presto superior Ecclesiasticus adiri non potest, inter moras quibus potest ad suum Judicem Ecclesiasticum provocare.*

3 *Quando Judex Ecclesiasticus Ordinarius vim infert Clericis, vel laicis, proceditur cum eo in forma contentionis, juxta concordiam.*

4 *Concordia hæc observatur etiam cum Judice Ecclesiastico Ordinario, adhuc in casu, quo gravatur persona Ecclesiastica.*

5 *In dubiis, vicinorum locorum consuetudo est observanda in loco particulari, in quo non adest specialis dispositio, seu consuetudo.*

6 *Observantiæ locales de una ad aliam Provinciam extenduntur, quando in utraque Provincia eædem leges vigent.*

PLEBANUS Juissæ per viam Protectionis Regiæ adivit Regiam Audientiam Civilem, ad relationem Nob. Francisci Rius & Bruniquer, Regii Senatoris, & die 24. Novembris 1696. præcedente conclusione Trium Aularum obtinuit litteras in forma contentionis versùs Ordinarium Ecclesiasticum, quæ postea fuerunt in melius commutatæ, ut diximus *dec. antecedenti*. Et tunc ponderabilis fuit hæsitatio; quia ad instantiam Ecclesiastici versùs Ordinarium Tarraconen. non erant expediendæ litteræ in forma contentionis, juxta formam dispositam in concordia Apostolica, & Regia, quæ versatur tantùm circa competentias jurisdictionis, vel immunitatis Ecclesiasticæ, quam suscitat persona sæcularis, vel Curia sæcularis Regia contra Ecclesiasticam Ordinariam, vel è contra, non etiam pro auxilio quod implorat Clericus versùs suum Judicem Ecclesiasticum, ad quos terminos non se extendit concordia citata 1

Attamen, his non obstantibus, in casu controverso (constito tamen de violentia, & oppressione notoria) potuit Regia Audientia per viam protectionis Regiæ succurrere Plebano, eo prompto suffragio, eò quòd præsto superior Ecclesiasticus adiri non poterat; nam licèt incapax esset Regia Audientia de gravamine Plebani judicialiter cognoscere; ut supra est probatum, & omni jure est constans, & indubitanter notum; potuit tamen extrajudicialiter, & sine forma, & umbra judicii illi occurrere, & eum à gravamine illato sublevare inter moras, quibus poterat ad suum Judicem 2

Ec-

Ecclesiasticum provocare, ut sæpius est probatum.

3 Non obstat ratio dubitandi, nam si Judex Ecclesiasticus Ordinarius vim infert Clericis, vel laicis, procedit cum eo Dominus Rex in forma contentionis, juxta concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ. Notat Oliba *de jure fisci cap.* 11. *sub num.* 56. *& cap.* 13. *num.* 39. juncto *nu.* 40. exemplaria plura refert Regens Matheu *de reg. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *sect.* 2. *à num.* 53. *ad* 57. *& sect.* 53. *à num.* 81. *ad* 99. Reg. Cortiada *decis.* 29. *nu.* 122.

4 Et licèt stylus hujusce modi procedendi usque adhæc per DD. practicos, amplè cum exemplaribus, & observantia animadversus non sit; attamen illum annotant DD. regnicolæ, ut supra habetur, & cum exemplari nostro eum ipsum statuit Reg. Matheu *de Reg. Valent. dict. cap.* 7. §. 1. *sect.* 2. *num.* 42. ex Fontan. *decis.* 313. *tot.* (de quo latiùs infra) Et indubiè stylus ille stabilitur, tum ex generalitate cum qua loquitur dicta concordia, ut latissimè rem expendit Reg. Matheu *d. sect.* 2. §. 1. *à nu.* 30. *usque ad num.* 53. ubi ad litteram refert DD. Coronæ Aragonum, & Pontificia, ac juridica fundamenta ad id concludentia tradit; tum quia quidquid agendum est cum Ordinario Ecclesiastico, fieri debet per viam concordiæ, ut doctè comprobat idem Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent. d. cap.* 7. §. 1. *sect.* 3. *num.* 96. per hæc verba: *Sed dices, remedium concordiæ non esse oppertunum ad subleyandos oppressos: & fatebimur, attenta juris dispositione rigorosa, eò quòd tunc non contenditur de jurisdictione, ut innuit Hieronym. Cevallos de cog. per viam viol. par.* 1. *glos.* 6. *num.* 48. *qui opinionem Fontan. reprobat, licèt neque doctrinam benè percipiat, neque modum nominandi Arbitros juxta concordiam intellexisse videatur. Sed de urbanitate, & æquitate, quia favorabilior via est ipsi Ecclesiasticæ jurisdictioni, sic usu receptum est apud nos, ut apud Catalaunos, deductum ex illa generali conclusione, quòd quidquid agendum sit cum Ordinario, fiat per concordiæ viam, & hoc non sine ratione; nam cum Judex Ecclesiasticus moneatur in litteris, quòd à violentia desistat, ipse semper respondet ad Regia Tribunalia non spectare, de rebus Ecclesiasticis curare, data enim violentia intrat effectus Regaliæ, ac Supremæ Principis potestatis per modum defensionis extrajudicialis, sicque adest causa circumferens potestatem ad Regem; nam violentia illata per Ecclesiasticum est causa sufficiens ad circumferendam hanc extraordinariam potestatem, ex politica, & œconomica diademati inhærente, ut in terminis tradunt Sesse in dicta Epist. ad Regem num.* 77. *ibi: Porque la fuerça es la causa preexistente, que debuelve la Jurisdicion, idem Sesse de inhibit. cap.* 8. §. 3. *numer* 62. *Avendaño de exeq. Reg. mand. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 32 *Salgado d. prælud.* 3. *nu.* 90. *in fin. vers. Cui convenit, ibi. Et quod dicunt jurisdictio, intellige, potestas, & cognitio extrajudicialis absque umbra jurisdictionis, sed dumtaxat de facto. Similiter explicat Salcedo de leg. polit. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 88. *ex quo desumitur efficax ratio ad hoc ut contentio numquam denegari possit. Ecclesiasticus fatetur esse plures causas circumferendi jurisdictionem ad laicum Judicem, etiam inter Ecclesiasticos: ergo ad hoc ut cognoscatur, an talis causa adsit, tenetur acceptare contentionem; nam cum plures sint causæ, non est facilè absque ea cognoscere, quod omnes cessant, favor enim Ecclesiæ in hoc clarissimè apparet, nam ut diximus, antea expediebantur omnia per solum Judicem sæcularem, citando Ecclesiasticos ad banchum Regium: per viam autem contentionis cognoscit Ecclesiasticus simul cum laico, per judicium Arbitrorum, & casu discordiæ, Cancellarius, qui Ecclesiasticus est, ac per consequens favore Ecclesiæ introductum fuit, ut superiùs probavi.*

5 Tum etiam, quia stylus ille approbatus in Regia Audientia Regni Valentiæ, de quo cum pluribus exemplaribus probat Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent. tom.* 2. *d. cap.* 7. §. 1. *sect.* 3. *à numer.* 81. *ad* 99. admitti pariter debet (alio non edocto) in hoc Principatu viciniori illius Regni: nam licèt leges, consuetudines, styli, & observantiæ locales ad alias Provincias non extendantur, *l.* 1. ubi DD. *ff. de const. Princ.* Ramon *consil.* 1. *num.* 44. Font. *par.* 1. *decis.* 163. *num.* 7. etiam ex idemtitate rationis, ad text. *in l. jus singulare ff. de legibus*, Rota coram Burato *decis.* 19. *numer.* 5. *& in recent. par.* 9. *decis.* 316. *num.* 10. *& par.* 15. *decis.* 65. *num.* 2. Attamen in dubiis, viciniorum locorum consuetudo est observanda, ubi non adest particularis, & specialis illius loci (prout in casu supponitur) sic per Boer. & Caval. ac alios tenet Barbosa *in rep. cap. super eod.* 22. *de censibus*, cujus text. hæc sunt verba: *Tibi duximus respondendum, quod illud observare tenetur, quod in vicinis Provinciis observatur.*

Ac etiam quia competentiæ inter Curias Ecclesiasti- 6
cam, & Regiam, tam in uno, quàm in alio Regno eadem concordia Apostolica, & Regia dirimuntur. Regens Cortiada *decis.* 5. *num.* 10. *cum seqq.* & cum ratio generalis concordiæ militet æqualiter in utraque Provincia, propterea observantiæ locales de una ad aliam extendi possunt: probat pluribus allegatis Solorz. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 21. *nu.* 57. Regens Cortiada *dec.* 37. *num.* 30. Réliqua *in decisione sequenti.*

DECISIO CXXXII.

ARGUMENTUM.

Quando Judex Ecclesiasticus non defert appellationi in casu à notorio appellabili, vel admissa appellatione, attentatè, & nulliter procedit, valet subditus oppressus ad Regiam protectionem recurrere, quando præsto superior Ecclesiasticus adiri non potest, & necessitas urget; ita tamen, ut cum potuerit, suum Superiorem Ecclesiasticum provocet.

SUMMARIUM.

1 *Judex Ecclesiasticus Delegatus vim facit, non deferens appellationi, legitimè, & jure canonico approbatæ, interdum ea spreta, superioris, & Summi Pontificis jurisdictionem contemnens, quo casu habet locum Regalis protectionis Regiæ.*

2 *Requiritur tamen quod de appellatione constet, & fit interposita in casu appellabili.*

3 *Quoad utrumque effectum devolutivum, & suspensivum.*

4 *Nisi Judex à quo appellationi detulerit, etiam in casu non appellabili.*

5 *Et an in casu, in quo appellationem admisit cum clausula, si & in quantum.*

6 *Vim facit Judex, si post quam detulerit appellationi, in causa primitiva, partem gravaverit: cum Senatu.*

7 *Requiritur quod Judex Ecclesiasticus non adsit, vel si adsit, nolit reprimere violentiam; tunc enim Princeps sæcularis adiri potest.*

8 *Vel, si adsit Judex superior Ecclesiasticus, præsto tamen adiri non potest, vel in promptu prout necessitas exigit, ut oppresso succurrere valeat, tunc enim subsidium Regium locum habet.*

9 *Recursus ad Regem, remedium subsidiarium est; quod declaratur.*

10 *Senatus Decisio.*

11 *Quando deficit Potestas, vel longè abest, ejus deficientia tribuit jurisdictionem Judici aliàs incompetenti, quod probatur.*

12 *Quando scandalum aliquod imminet, & non facilis est recursus ad Pontificem, permittitur id, quod aliàs est prohibitum.*

13 *Quo in casu inferior potest exercere jurisdictionem superioris, quod declaratur.*

14 *Quando Nuntius Apostolicus, qui residet Matriti, præsto adiri non potest, pro succursu oppressi, prout necessitas exigit, defensio Regia potest interponi, quousque superior Ecclesiasticus adeatur: cum Regio Senatu.*

15 *Prout etiam, quando concedere nolit inhibitorias in casu à notorio appellabili.*

16 *Vel si innovaret in præjudicium appellationis interpositæ ad Sanctissimum.*

17 *Remissivè de hac re.*

18 *Deficiente oppressione notoria, cessat Regius recursus, cum Senatu.*

19 *Regii Senatus Decisiones apparenter contrariæ, quæ conciliantur, & num.* 20. *& 21.*

JUDEX Ecclesiasticus Delegatus vim facit non defe- 1
rens appellationi, per suum subditum interpositæ legiti-

gitimè, & jure Canonico approbatæ, interdum ea spreta, superioris, & Summi Pontificis jurisdictionem contemnens, per text. singularem *in l. lege Julia 8. ff. ad leg. Iul. de vi pub.* quo casu habet locum Regalia protectionis Regiæ. Covar. *pract. cap. 33. num. 3.* Portules §. *appellatio num. 31. & §. firma num. 172.* Castillo *de tertiis cap. 41. num. 170. tom. 7.* Oliba *de jure fisci, cap. 11. num. 54.* Leo *decis. 2. num. 10. in fin.* Vico *in prag. Sardin. lib. 1. tit. 7. cap. 2. num. 48. vers. Quarto*, Sesse *de inhibit. cap. 8. §. 1. à nu. 1. & §. 2. à num. 1. & §. 3. à num. 62. & decis. 114. tom. 2. & in Epistola ad Dom. Regem à numer. 79.* Suelves *consil. 31. num. 2. lib. 1.* Salgado *de reg. protect. par. 1. cap. 2. à num. 184. & de supplic. ad Sanctis. par. 1. cap. 1. §. unico per tot.* Fontan. *decis. 316. num. 13. par. 2.* Pareja *de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 7. à num. 1.* Vela *dissert. 44. n 46. vers. Ex quibus l. 2.* Cevallos *com. contra com. q. 89. à num. 111. lib. 4. & de cognitione per viam violent. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 3. num. 83. 88. 91. & 94.* his citatis Reg. Cortiada *decis. 29. nu. 113.* Senator de Amigant *ad Pract. Peg. rub. 27. de appellat. num. 225.* Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 3. num. 83. 88. 91. & 94.*

2 Duo tamen requisita petuntur, ut sit locus protectioni Regiæ. Primum, quòd de appellatione constet, & quòd sit interposita in casu appellabili. Cevallos *de cogn. per viam viol. glos. 6. num 90.* pluribus citatis Vela *d. dissert. 44. num. 46. vers. Ex quibus tom. 2.* & infra allegantur diversa exemplaria.

3 Quoad utrumque effectum devolutivum, & suspensivum. Sesse *de inhibit. cap. 8. §. 1. num. 4. & §. 2. nu. 9. & 12. & in Epist. ad Dom. Reg. tom. 2 decis. num. 83. & decis. 114. num. 4.* Suelves *cons. 31. num. 2. lib. 1.* secus autem, si appellatio solùm locum habeat quoad effectum devolutivum, & non quoad effectum suspensivum. Sesse *de inhibit. d. cap. 8. §. 1. num 3. & 5 & cap. 2. num. 8. & in citata Epist. num. 82. & decis. 114. numer. 5.* Fontan. *dec. 316. num. 28. tom. 2* Reg. Cortiada (qui supradicta comprobat) *d. decis. 29. num. 116. & seqq.* Et intellexit Noster Regius Senatus die 13. Julii 1655. referente Magnifico Ludovico Ferrer Reg. Senatore, in facto firmæ juris, dicta die factæ per Syndicum Capituli Sanctæ Ecclesiæ Ilerden. à procedimentis contra se factis per Judicem Delegatum Apostolicum, quam observantiam ad litteram tradit Reg. Cortiada *d. decis. 29 num. 124*

4 Quæ limitanda profero; nam licèt attentata non cadant in casibus, in quibus non valet appellari, Lancel. *de attent. par. 2. cap. 12. limit. 53. ferè per tot.* Andreol. *cont. 26. numer. 4.* Rota *decis. 163. par. 2. recent.* attamen hoc non procedit, si per Judicem à quo fuerit appellationi delatum; quia tunc abdicat se jurisdictione, & ligatas habet manus. Lancel. *de attent. d. limit. 53. nu. 67.* approbat Cancer *var. 3. cap. 14. num. 16.* Conciol. *ad statut. Eugubii lib. 3. rub. 8. num. 22.* qui id limitat, si ignorante appellato, Judex à quo appellationi detulisset. Ex Posth. *de manut. observ. 12. numer. 144.* & approbant Rota *dec. 562. nu. 1. & seqq. par. 2. recent.* Ursel. *concluf. legal. 160. numer. 141.*

5 Regulam prosequitur Posth. *de manut. observ. 106. nu. 26.* etiam in casu, quo Judex à quo appellationem admisisset cum clausula *si*, & *in quantum*, qui nequit ulteriùs in causa procedere, id tamen declarans *in numeris seqq.* & post eum Rota *recent. decis. 366. num. 3.*

6 Propterea vim facit Judex, si postquam detulerit appellationi, in causa primitiva partem gravaverit; dixit Senatus, ibi: *Die 8. Julii 1693.* (est in lib. concluf. illius anni fol. 161.) *in facto causæ firmæ juris factæ in Regia Audientia per manumissores testamenti Nobilis Petri de Lorente, procedimentis factis per Danielem de Sayol D. D. Archidiaconum, & Canonicum Sedis Barcinonæ, Judicem Delegatum Apostolicum contra dictos manumissores, procedendo ad oppositionem sequestri in loco, & termino de Ivars, Tossal, & Manderas, qui fuerunt dicti Nobilis Petri de Lorente, & adiudicati Nobilibus Mariæ, & Petro de Ribes & de Boxadòs, matri, & filio, sententia per dictum Delegatum Apostolicum lata die 18. Decembris 1692. Audita informatione facta per eundem Danielem de Sayol, Delegatum Apostolicum prædictum, cui fuerat per Regias litteras rescriptum, ut compareret in Regia Audientia, banchum Regium super his informaturus, facta relatione per Nobilem Josephum Claver Regiæ Audientiæ Doctorē.*

Attento ex informatione facta in Regia Audientia per Danielem de Sayl D. D. Archidiaconum, & Canonicum Sedis Barcinonæ Delegatum Apostolicum, cui per litteras Regias rescriptum fuerat, ut revocaret procedimenta contra manumissores testamenti Nobilis Petri de Lorente, aut compareret in Regia Audientia, banchum Regium super prædictis informaturus, ut in dictis litteris expeditis 9. Aprilis proximè dimissi, latiùs continetur; & ex relatione utriusque processus facta per Relatorem infrascriptum, cui causa firmæ juris per dictos manumissores commissa fuit, constat, procedimenta facta per dictum Delegatum Apostolicum super prætenso sequestro per Nobiles Mariam, & Petrum de Ribes & de Boxadòs, matrem, & filium, in locis Castri, & termini de Ivars, del Tossal, & de Manderas possessis per dictos manumissores, qui loci fuerunt adiudicati cum jurium plenitudine dictis Nobilibus de Ribes & de Boxadòs, sententia per illum lata 18. Decembris proximè elapsi, facta fuisse post appellationem interpositam ad Sanctissimum à dicta sententia, cui appellationi detulit dictus Delegatus Apostolicus. Constat de jure, quidquid sit, an Iudex à quo post interpositam appellationem, possit procedere justa causa ad sequestrum bonorum de quibus agitur; tamen certum est, Judicem à quo, quando appellationi detulit, non posse procedere ad sequestrum; quia in causa non potest se ultrò intromittere, cum per delationem appellationis Iudex non possit ampliùs cognoscere, nec in principali, nec in accessorio.

His igitur, & aliis meritis processus attentis, & aliàs fuit concluſum, quod declaretur dictæ firmæ juris factæ in Regia Audientia locum fuisse, & esse.

Secundum requisitum est, quòd Judex Ecclesiasticus 7
non adsit, vel si adsit, nolit reprimere violentiam, tunc enim ad vim reprimendam, Principem sæcularem adiri posse, docent Sesse *in Epist. Reg. tom. 2. decis. num. 87. & decis. 114. num. 2.* Delbene *de immun. Eccles. tom. 2. cap. 9. dub. 6. sect. 1. à num. 20.* Reg. Cortiada *decis. 29. num. 119.* Ad tradita per Portel. *dub. Regul. verb. Appellare in addit. ad addit. num. 3.* (qui satisfacit Bullæ in Cæna Domini) Suarez *in defen. fidei adversus Regem Angliæ cap. 34. numer. 6.*

Quæ intelligenda censemus; Primò, quandò, etsi 8
ad sit Judex Ecclesiasticus superior; præsto tamen adiri non potest, vel in promptum, prout necessitas exigit, oppresso succurri non valet; tunc enim subsidio Regio illum juvari oportet. Oliba *de jure fisci cap. 11. numer. 56.* ibi: *Principes sæculi intra Ecclesiam comprimendi superborum cervices habent potestatem, ut quod per Judices Ecclesiasticos effici non potest, hoc per disciplinam Reipublicæ utilem exequutioni demandetur. Can. Principes sæculi 23. quæst. 5. igitur ubi non adest præsto superior, qui liberet oppressos à Judicibus Ecclesiasticis, & potissimum Delegatis, existentibus in Provinciis remotis à Sede, & Curia Romana, poterit Princeps sæcularis auxilium suum miseris, & afflictis ministrare, & sese opponere oppressioni, & violentiæ, interim, & donec à Summo Pontifice præstetur jure debitum auxilium, nec est locus concedendus abusibus, & excessibus Judicum, sua plerumque commoda quærentium: neque vero hæc sæcularis potestatis cautio, & provisio contra violentiam, & oppressionem Judicum Ecclesiasticorum Delegatorum (nam in ordinariis concordia superius citata abundè providit) jurisdictionem impedit Ecclesiasticam, non usurpat, nil de causa definit, non cognoscit, sed pro quiete subditorum, pro tranquillo statu Provinciæ, pro æquitate retinenda, pro injuriis, & oppressionibus reprimendis interponitur; & cum summa reverentia Ecclesiæ debita, cum maturitate, & monitione præmissa, & magis monendo, quàm corrigendo exercetur. Covar. in d. cap. 35. nu. 3. per tot. Carol. Carcassonen. & alii ubi supra, Belluga de occupat. temporal. nu. 7. vers. Maximè.* Et Nos ampliùs in aliis locis.

Et quod recursus ad Regem, remedium subsidiarium 9
sit, probat Costa *de remed. subs. rem. 22. num. 4. vers. Secundo*, ubi inter alia requisita ponit, ut alio modo non possit de gravamine conqueri, aut aliter non possit gravamen reparari. Leo *lib. 1. decis. 2. num. 35* unde infert ibi: *Facilè respondetur omnibus in contrarium deductis; non enim negatur, quemlibet gravatum, etiam per Judicem Ecclesiasticum habere recursum ad D. Regem, ubi commodè adiri non potest superior Judicis gravantis, ut fit, quando Delegati Apostolici volunt exequi suas sententias, non obstante appellatione ab eis legitimè interposita in casibus à jure permissis, & hac de causa sententiam excommunicationis proferunt, & volunt facere publicari excommunicatos, suis sententiis non parentes: cum enim non possit facilè adiri Summus Pontifex Romæ residens,*

pro-

propter magnam loci distantiam, tunc in subsidium admittitur recursus per Regium Concilium ad auferendum dictam, vel similem oppressionem. Et tradit decisum.

10 Expressit noster Regius Senatus 24. Julii 1655. ut patet in supplicatione partis oppressæ, quam rescripsit Reg. Cortiada *decis.29. sub num.124.* in illis verbis: *Et cum dictus prætensus Judex Apostolicus vim faciat, & dictum Capitulum opprimat recusando, prout recusavit, & recusat dictis appellationibus deferre, & etiam quia minatur interdictum apponere, & altas pœnas, ex quo scandalum generaretur in populo, & cum in Hispania non adsit pro nunc Tribunal Nuntii, seu Legati Apostolici, qui de causis cognoscat, negotiaque expediat, & sic causas dictarum nullitatum, appellationis, seu appellationum introducere non possit dictum Capitulum, nisi coram Summo Pontifice, quod in se habet magnas dilationes. Quapropter cum non adsit præsto superior, qui liberet dictum Capitulum à dictis oppressionibus, & sit periculum in mora, quo casu per modum extraordinariæ defensionis, ut vim repellat, repulset, & oppressum sublevet, & Judicem Ecclesiasticum quoquo modo reducat ad viam justitiæ, & vim non faciat, possit vestra Celsitudo ex suprema Regalia adiri.*

11 Supradictorum ratio est, quia, quando deficit Potestas, vel quando longè abest ejus deficientia, vel absentia tribuit jurisdictionem Judici aliàs incompetenti. Grassis *de effect. Cleric. effect.1. numer.963.* Cutellus *de immunit. lib.2. quæst.53.* Ego *decis.81. num.78.* & hinc dicitur, quod necessitas facit licitum, quod aliàs de jure non est licitum, *cap. Quod non est licitum 4 de reg. jur. cap. Quanto 4. de consuet.* Barbosa *axiom.157. num.2.* & propterea fertur, quod ubi instat mortis periculum, vel negotii dispendium comminatur, non est novum multa permitti, quæ aliàs minimè forent permittenda, *cap. Baptizari dist.5. cap.ult. de pœnit. & remis. cap. Cum ab Ecclesiarum*, comprobat Saravia *de adiunc.quæst.30. nu.* 30. qui ex his infert ibi: *Ergo ubi distantia loci, vel difficultas intercesserit in copia habenda superioris Iudicis, Ecclesiasticus jure ad sæcularem Magistratum recurret pro sui juris defensione, ut in hoc casu recurri posse existimat Martha Ecclesiasticæ jurisdictionis perpetuus defensor lib. 1. de jurisd. cap.48. numer.26. cum seqq.* & prosequitur *numer.64.* ibi: *Inculpata tunc erit tutela, si non alia adsit Ecclesiastici superioris commoditas adeundi, ut observavit Rota in una Oscen. Pœnitent. cujus copia est apud Farinaceum consil. 68. par.1. num.6. Idem Farinac. recurrenti consulit, quomodo excusetur à censuris in addit. ad decis. crimin.103.*

12 Aliàs namque si non haberet hoc subsidium Regium, omni remedio destitutus, oppressus maneret, & absque ulla subventione, prout necessitas exigit, & possent liberè, utpote Commissarii Apostolici excommunicare læsos, ac gravatos, ipsosque longa vexatione, & expensis offendendo, cum magno Populi scandalo, quod inconveniens consideravit Navarro *in cap. Cum contingat. remed.4. num.13.* ubi docet, quòd, quando scandalum aliquod imminet, & non facilis est ad Papam recursus, permittitur id, quod aliàs est prohibitum, sequitur Sesse *de inhib. cap.8. §.3. num.74.*

13 Prout etiam eo in casu inferior potest exercere jurisdictionem superioris, ut puta absolvere; ita tamen, ut eum potuerit, adeat superiorem. Anchar. *consil.409. num.10. & seqq.* ubi, quòd *Grex Dominicus sine provisione relinqui non debet.*

14 Et hoc est, quod dicitur respectu Nuntii Apostolici, qui residet Matriti, quæ est Curia Dom. nostri Regis, nam quoad hunc, quoties præsto adiri non potest pro succursu oppressi (prout necessitas urget) idem est ac si non adesset, & Romæ reperiretur, & proinde defensio Regia interponi debet, quousque superior Ecclesiasticus adeatur; ex traditis à Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent. d. cap.7. §.1 sect.3. num.109.* Reg. Cortiada *d. decis.29. num.121.* & intellexit noster Reg. Senatus in concluſ. Trium Aularum facta die 24. Novembris 1696. (de qua *in decis. anteced.*) ubi fuit dictum, quòd, supposita notoria oppressione, ex quo per Nuntium Hispaniæ in promptu succurri gravato non poterat, ei concederentur litteræ in forma contentionis.

15 Secundo quod habeat locum auxilium Regium, quoties superior Ecclesiasticus subditi sui nolit reprimere violentiam, utpote si Nuntius Apostolicus Hispaniæ nolit in casu, à notorio appellabili concedere litteras citatorias, & inhibitorias, scribunt Regens Matheu *dict. c.7. §.1. sect.3. num.109.* Reg. Cortiada *d. decis.29. num.121.* qui attestatur vidisse ita in hoc Principatu observatum.

Ac etiam in casu, quo Nuntius Apostolicus, qui in 16
Hispania non habet superiorem Ecclesiasticum, innovaret in præjudicium appellationis ad Sanctissimum interpositæ, & in Rota pendentis, declaravit in una Abul. Capell. coram Gyptio die 5. Junii 1598. *apud annot. dec.* Penna 482.

Hi sunt casus, quos invenimus decisos in nostro Re- 17
gio Senatu; pro aliis verò, videlicet, an ut locum habeat Regia protectio, sufficiat, quòd solùm moneatur Judex Ecclesiasticus, & an præsentia Nuntii Apostolici obsit, quominùs Dominus Rex sua Suprema Regalia utatur, succurrendo oppressis, videndi sunt DD. citati à Reg. Cortiada *d. dec. 29. n.119. & seqq.* & antea à Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent.* qui supra, ubi amplissimè de hac materia *à num.80.*

Hucusque dicta fundantur in violentia notoria, quam 18
facit Judex Ecclesiasticus subdito suo, non deferendo appellationi per eum legitimè interpositæ in casu, quo locum habet appellatio, quive ad superiorem Ecclesiasticum non valet recurrere, quia non adest, vel si adest, est in loco remotiori, ad quem pro sui subventione præsto provocare non valet; eidem propterea suffragandum tutamine Principis, omnino est, quousque à suo superiore Ecclesiastico subveniri possit. E contrario docemur deficiente ea oppressione, & quidem notoria, Regiam impertitionem cessare, Reg. Cortiada *d. decis.29. num.114.* & Nos alibi.

Sic die 13. Septembris 1694. Est in lib. concluſ. illius 19
anni fol 188. *in facto firmæ juris factæ in Regia Audientia per D. Josephum Coll, quibusdam procedimentis factis per Nobilem Ludovicum de Iosa Archidiaconum, & Canonicum Sedis præsentis Civitatis, uti Commissarium Apostolicum super sequestro fructuum Hebdomadæ majoris Parochialis Ecclesiæ Sancti Stephani de Palau Tordera, cui Nobili de Iosa fuit mandatum, quatenus deferret appellationibus interpositis per dictum D. Coll intra decem, quoad utrumque effectum, aut intra eosdem decem dies personaliter compareret, banchum Regium informaturus, facta relatione per Mag. Vincentium Sabater R. A. D. causæ Relatorem.*

Attento ex informatione facta in Regia Audientia per Nobilem Ludovicum de Iosa Archidiaconum, & Canonicum Sedis Barcinonæ, cui per litteras Regias fuit rescriptum, ut deferret appellationibus interpositis per Doctorem Josephum Coll, quoad utrumque effectum intra decem, vel aliàs compareret in Regia Audientia, banchum Regium informaturus; Et ex relatione processus actitati coram dicto Commissario Apostolico, & aliàs constat, dictum Commissarium Apostolicum in casu suæ jurisdictionis per litteras Apostolicas sibi commissas procedere, & nullam vim facere.

His igitur, & aliis meritis processus attentis, & aliàs, fuit concluſum, quòd declaretur, dictum Commissarium Apostolicum posse ad ulteriora procedere, non obstantibus litteris à Regia Audientia emanatis 28. Maii proximè dimissis, & aliis in contrarium deductis, & allegatis, & quòd processus dictæ causæ, quem dictus Commissarius posuit in posse Relatoris, illi restituatur.

Citatæ Regiæ declarationes, videlicet facta die 8. Ju- 20
lii 1693. ubi considerata fuit oppressio in provisione sequestri, sequuta postquam Judex à quo detulit appellationi, & facta 13. Septembris 1694. ubi considerata non fuit oppressio in non admittendo appellationem à provisione sequestri, invicem pugnare videntur; nam dissimilis non est ratio, ut vis inferatur in casu quo Judex primitivus detulit appellationi, & sequestrum postea decrevit, quàm in casu quo Judex à quo non detulit appellationi à provisione sequestri in lite facti; nam non minùs gravat partem ad sequestrum procedendo, admissa appellatione, per quam ligatas habuit manus, & attentando spernit superioris authoritatem, quàm non admittendo appellationem à sequestro in casu appellabili, nam etiam Judex à quo non deferens appellationi, pariter contemnit jurisdictionem superioris ad quem appellantur.

Et si in una declaratione fuit provisum, vim fecisse Judicem à quo providendo sequestrum, appellatione pendente, per necesse fuit dicere, à dicta provisione sequestri posse partem gravatam ad summ Judicem proprium appellare. Quorsum igitur in alia declaratione fuit

expres-

expressum, vim illatam non fuisse à Judice à quo, denegando appellationem à provisione sequestri; nam perneceſſe fuit affirmare, à dicta provisione sequestri non posse appellari, saltem quoad effectum suspensivum; & si fuisset appellabilis, ob denegatam appellationem, posset pars gravata ex vi sibi illata, ad Supremum Regale subsidium extrajudicialiter recurrere, ut supra habetur.

21 At contrarietati ponderatæ occurritur, si attendatur, non adesse justam causam providendi sequestrum in casu quo, admissa appellatione, fuit illud provisum, & adesse justam causam providendi sequestrum, in casu quo à provisione sequestri fuit denegata appellatio; propterea in primo casu considerata fuit oppressio, ob attentatam provisionem sequestri; non etiam in secundo, in quo fuit denegata appellatio à decreto sequestri: tunc enim appellatio interposita suspendere non poterat sequestri exequutionem, ob justam causam, quæ in illo casu militabat, ut plenius demonstrabitur *in sequenti Decisione*.

DECISIO CXXXIII.

ARGUMENTUM.

Ante sententiam, sequestrum fructuum an apponi possit; & an descriptio fieri valeat; & quid post sententiam: ad intelligentiam Const. 50. & 52. *tit. de Sequestris, & Emparis*.

SUMMARIUM.

1 *Ante sententiam apponi potest sequestrum, & num. 2.*
3 *Constito tamen de petentis pleno jure, & quomodo: cum Senatu.*
4 *Sequestrum tunc Judici est arbitrarium, & quæ causæ concurrere debeant.*
5 *Ex sola suspicione dilapidationis non admittitur sequestrum: ubi sic natur ratio, num. 6.*
7 *In nostro Regio Senatu vix practicatur sequestrum in prima instantia.*
8 *Si maritus, constante matrimonio, dotem dissipet, aut labi facultatibus incipiat, dos sequestratur.*
9 *Quando, constante matrimonio, exequuntur bona mariti, ut tuta sit dos, & sponsalitium uxoris; sequestrantur bona mariti, & tunc superest uxori remedium optandi fructus; ubi Senatus.*
10 *Quando vidua excipit de dote, & sponsalitio ad litem differendam, Senatus observat, ut vidua præstet cautionem fidejussoriam, aut quod ei sequestrentur fructus.*
11 *Nuda bonorum mobilium descriptio ante sententiam fieri permittitur.*
12 *Post sententiam, pendente appellatione, apponitur sequestrum, si fructus dissipentur.*
13 *Pendente supplicatione à revocatione litterarum manutenentiæ, obtinens revocationem, potest petere sequestrum apponi coram Judice causæ supplicationis in fructibus beneficii: cum Senatu.*
14 *Etiam, cessante fructuum dilapidatione, quando timetur, quod commodè exequutio fieri non possit.*
15 *In rebus profanis post sententiam, ut fieri valeat sequestrum, requiritur, quòd adsit dilapidatio, vel timor dilapidationis fructuum.*
16 *Etiam quando adest timor difficilis exactionis, & recuperationis fructuum, sequestrantur illi, cessante fructuum dissipatione.*
17 *Ex præsumpta dilapidatione fructuum, sequestrantur fructus: quod declaratur.*
18 *Etiam sequestrantur, si possessor fructus omnes in proprios usus convertat.*
19 *Vel si malè bona administrat.*
20 *Enarrantur casus, in quibus permittitur sequestrum, & traditur ratio num. 21.*
22 *Citantur Constitutiones hujus Principatus; cum exemplaribus Senatus, usque ad num. 24.*
25 *Disposita in supplicatione observantur in appellatione.*
26 *Alia exemplaria Senatus, & num. 27.*
28 *In bonis tutelæ providetur descriptio cum commanda ipsi tutori tradita, ob timorem dilapidationis.*
29 *Alia celebris observatio super his, ubi ponitur sequestrum contra eum, qui sententiam obtinuit.*
30 *Fieri potest provisio sequestri in causa possessorii summarissimi; cum Senatu.*
31 *Fit provisio sequestri sine partis citatione, & quando.*
32 *In quo casu providetur sequestrum cum voto Advocati Fiscalis Patrimonialis: cum Senatu, & ratio traditur numer. 33.*
34 *Judex ex officio potest sequestrum providere.*
35 *Quando Judex de officio procedit, instantia legitima est Fisci.*
36 *Majoratus conservatio, est Regii interesse.*
37 *Collitigans sequester esse non potest.*
38 *Sequester est quidam tertius, apud quem res aliena ponitur custodienda.*
39 *Judex, qui detulit appellationi, non potest in causa ultrò se intromittere.*
40 *Sequestrum legitimè positum per appellationem non impeditur, qua de causa in provisione sequestri apponitur clausula* post exequutionem intimetur.
41 *Per sequestrum rationabiliter appositum, leve, aut parvum præjudicium parti irrogatur.*

EX legitimatione causæ pendet justitia appositionis sequestri in fructibus (loquimur de sequestratione necessaria) ut diximus *in fine decis. antecedent.* hoc est tam appositi ante, ut volunt DD. infrascripti, quàm post sententiam, ut alii DD. concludunt, & mox demonstrabitur. 1

Ante sententiam apponi posse sequestrum, tradunt Adden. *ad Capel. Tholos. decis.* 478. Landerch. *consil.* 16. *num.* 1. Merlinus *cont.* 24. Andreol. *cont.* 264. *num.* 4. Don Josephus Rosa *consul.* 5. *num* 1. & 2. ex infinitis Tellez *in cap. Ab eo* 3. *de sequest. possess. & fruct. num.* 2. 2

Constito tamen de petentis pleno jure. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 38. *nu.* 12. Merenda *lib.* 24. *cont.* 35. *num.* 89 & 101. Staibanus Junior *resol. forens.* 41. *num.* 1. *cum seqq* & antea *resol.* 12. *num.* 20. Latro *lib* 2. *decis.* 297. *à num.* 1. *cum seqq.* & ibi Addit. Manfrella, ex text. *in l. fin. Cod. de compens.* ibi: *Si causa liquida sit, l. Cum proponas* 9. *Cod. de bon. auct. Judic. possid.* videlicet per publicum instrumentum liquidum, & certum, quod habeat paratam exequutionem itaut alia probatione extrinseca non indigeat, ut explicant Latro, & Staibanus citati, & hic recito Decisionem Senatus, ref. Oliba, factam die 20. Martii 1594. eo motivo, quod fructus erant obligati ex promissione (quæ sine dubio probatione aliqua extrinseca non egebat) declarando, promittentem teneri præstare cautionem, aliàs quòd fructus sequestrarentur. 3

Eo jure petentis constito, tunc sequestrationem adeò Judici arbitrariam dicunt esse, ut quælibet æquitas, aut alia causa Judicis mentem movens, sufficiat ad illam decernendam. Lancel. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 12. *num.* 13. Muta *decis.* 92. *numer.* 7. Cabedo *decis.* 34. *numer.* 2. Gratian. *discep. forens.* 114. *nu.* 7. & 9. Rovitus *consil.* 34. *numer.* 8. & 9. Menoch. *de arbit. lib.* 2. *cas.* 457. Larrea *decis.* 58. *numer.* 8. ex text. *in l. Si fidejussor* 7. *§. fin. ff. qui satisd. cog.* ibi: *Si hoc Judici sederit.* Rosa *d. consult.* 5. *num.* 2. ubi ait, quod nihil magis æquitati consentaneum est, quàm quòd per sequestrum celeri causæ expeditioni vacetur, & adversæ partis dilationes præscindantur, quod pluriès ita decisum attestatur Franc. *decis.* 204. *in fine* Rovitus *d. consil.* 34. *numer.* 8. Sanfal. *decis.* 211. Theodos. *alleg.* 88. *num.* 13. Laratha *consil.* 81. *num.* 8. Hermosilla ad Lopez *tom.* 1. *glos.* 3. & 4. *tit.* 3. *par.* 5. *pag.* 179. *num.* 15. (qui ait, lite pendente, si timor est dilapidationis, fieri sequestrationem fructuum, & multò magis, si à sententia fuerit appellatum, & reus possessor fructus dilapidat.) 4

At Castillo *quot. cont. lib.* 8. *de alim. cap.* 13. *nu.* 23. dicit, quòd non facilè debet admitti talis sequestratio ob solum timorem, & dilapidationis suspicionem; admitti tamen, quando debitor formavit concursum, vel ejus bona propter decoctionem apprehensa sunt, cujus doctrinam prosequitur Bolero *de decoct. deb. Fiscal. tit.* 3. *quæst.* 3. *num.* 8. *cum seqq.* 5

Quia non modò juris ratio, sed & ipsa æquitas suadet, quòd reus, qui pro se habet juris præsumptionem, cum possideat, aut cum pecunia postulatur, antequam convincatur per probationes actoris, privetur emolumen- 6

to

to suæ possessionis, aut pecuniæ, facta sequestratione; sed primò audiatur, & convincatur, postmodum autem causa principalis terminetur, quod breviter comprehendit *l.1. Cod. de seq. pecun.* ibi: *Oportet enim debitorem primò convinci, & sic deinde ad solutionem pulsari.* Et probat, pluribus allegatis, Bolero *de decoc. deb. fiscal. tit. 3. d. quæst. 3. numer. 8.* idque maximè, quando reus conventus, solvendo esset, ejusque qualitatis, & conditionis, ut quamvis fructus, & redditus in proprios, vel alienos usus converteret, eos restituere posset in casu condemnationis. Castillo *de alim. tom. 7. d. capitol. 13. num. 23.* Bolero *de decoct. deb fiscal. dict. tit. 3. quæst. 3. nu. fin.*

7 Propterea sine dubio in nostro Regio Senatu de meo tempore vix vidi practicatum, vidi hujusmodi sequestra fieri in prima instantia, & aliàs probant fieri non posse Borrel. *in sum. decis. tom. 2 tit 37. de sequest. numer. 14.* Sanfelic. *lib. 2. decis. 211. numer. 1. vers. Alia datur exceptio*, & relati ab Andreol. *cont. 264. num. 4.*

8 Sed si, constante matrimonio, maritus dotem dissipet, aut labi facultatibus incipiat, dotem sequestrari posse non dubito, ut soluto matrimonio uxor habeat competens solatium, *ex l. Si cum dotem 22. §. fin vers. ff. solut. matrim. l. Si in rebus 30. in fin. Cod. de jure dot. cap. Per vestras de donat. inter.* Tellez *ad cap. 3. de seq. possess. & fruct. num. 7.*

9 Sicuti apud nos quando, constante matrimonio, exequuntur bona mariti, ut tuta sit dos, & sponsalitium uxoris per ejus oppositionem, & optionem, licèt supersedeatur in exequutiones, juxta Regiam Pragmaticam; sequestrantur tamen bona mariti, ut utrique parti consulatur, nec per id, ullum damnum mulieri, nec ejus optioni infertur, docet ex Senatu Fontan. *de pactis tom. 2. claus. 7. glos. 2. par. 8. num. 13.* (ubi quod tunc solùm supereſt mulieri remedium optandi fructus) etiam ex Regio Senatu, de Amigant *in addit. ad praxim Peguera rub. 29. num. 113* de Tristany *decis. 2. num. 28. vers. Octavo*; quibus adde sic observatum die 6. Julii 1683. referente Puig, in oppositione facta per Clementiam Viladomar, in exequutione bonorum Josephi viri sui pro pœnis arresti, quod violaverat; scriba Famada Nott. Et die 24. Januarii 1692. referente Nob. Jacobo de Potau Regio Consiliario, in actis Joannis Romeu Nott. & postea Francisci Mora Nott. in causa Josephi, & Margaretæ Arquers conjugum ex una, & Felicianam Esteve viduam, partibus ex altera: quæ provisio fuit in gradu supplicationis confirmata die 27. Martii ejusdem anni, referente Nobili Bonaventura de Tristany Regio Senatore.

10 Ac etiam in casu quo vidua allegat possidere hæreditatem viri, prætextu dotis & sponsalitii, & in adverso prætenditur, mulierem nec dotem, nec sponsalitium habere, sed solùm de eo mulierem excipere ad litem differendam, solet Regius Senatus declarare, quòd vidua præstet cautionem fidejussoriam, aut quòd ei fructus sequestrentur. Sic cum pluribus Senatus exemplaribus comprobat Cancer *var. 3. cap. 20. num. 121. cum seqq.*

11 Descriptionem bonorum mobilium ante sententiam fieri posse, explorati juris est, videlicet simplicem, & nudam, per quam nec in possessione, nec in re fit præjudicium; & ejus provisio est mere interloquutoria, non qualificata, probat *ex l. fin.* ubi Bart. *ff. de requir. reis, & l. 1. ff. de vent. in poss. mit. l. fin. ff. de bonis, aut judic. possid.* Salgado *de reg. protect. par. 2. cap. 16. à numer. 40.* Cavalc. *par. 1. decis. 23. num. 34.* ibi: *Tamen semper, & quandocunque potest fieri descriptio, & præscriptio bonorum, & fructum, quæ operatur, quod relevat postea partem ab onere probandi:* ubi plures allegat, idque comprobat Senator de Tristany *decis. 2. num. 23. & 24.* ubi exemplaria Nostri Regii Senatus recitat, cum praxi declarandi descriptiones.

12 Attamen post sententiam, sequestrum, pendente appellatione, apponi posse, si fructus dissipentur, probat litteralis text. *in l. Imperatores 21. §. fin. ff. de appell.* ibi: *Idem rescripserunt: quamvis usitatum non sit post appellationem fructus agri, de quo disceptatio sit, deponi: tamen, cum populi arentur ab adversario, æquum sibi videri, fructus apud sequestres deponi.* Concordant text. *in cap. Dilectus 2. de sequest. possess. & fruct.* ibi: *Quocirca mandamus, quatenus si est ita, facientes fructus sequestrari prædictos, in cap. Ab eo 3. eodem*, ibi: *Ab eo, qui à sententia provocavit, fructus possessionis (si dissipentur ab ipso) possunt lite pendente rationabiliter sequestrari.* Approbant Lancel. *de attent. par. 2. cap. 12. de attent. lit. pend. limit. 12. numer. 11.* Calvalcan. *decis. 23. numer. 18. 32. & 33.* qui dicit ita obtinuisse in causa fratris sui. Fab. *in Cod. lib. 1. tit. 10. def. 9. numer. 4. in notis*, Grat. *discep. foren. cap. 114. numer. 7. in fin.* ubi Luca, & *decis. 63. numer. 2.* Rota *post Postb de manuten. decis. 155. 315. 405. & 409.* Castillo *controv lib. 8. cap. 13. numer. 23.* Andreol. *cont. 264.* (ubi quòd in terminis appellationis pendentis loquitur *d. l. Imperatores 21. §. fin.*) Salgado *in labyr. credit par. 1. cap. 13. à numer. 14.* Hermosilla ad Lopez *l. 1. tit. 13. par. 5. glos. 4. & numer. 7. pag. 179.* Cancer *var. 2. cap. 4. numer. 23.* Gonzalez Tellez *in d. cap. Dilectus 2. de seq. possess. numer. 11. in fine.* Valero *de decoc. debit. fiscal. tit. 3. quæst. 3. numer. 8. & 9.* Don Josephus Rosa *d. consult. 5. numer. 5.* ubi etiam de sequestro facto, exequutione pendente, de Tristany *decis. 2. numer. 31.*

Sic quando succumbens in sententia, seu provisione Regiæ Audientiæ super revocatione litterarum manutenentiæ, ab ea suppliçat, pars quæ obtinet revocationem litterarum manutenentiæ, petere potest sequestrum apponi coram Judice causæ supplicationis in fructibus beneficii; prout fuit observatum in Regia conclusione sequenti. 13

Die 9. Julii 1534. in facto Petri Puig procuratoris Michaelis Puig furium Doctoris in Romana Curia residentis ejus filii, supplicantis, sequestrum apponi in fructibus Abbatiatus de Sarrateix Diœcesis Urgellen. &c. facto verbo per Delmau, attento quòd dicta supplicatio fuit interposita in Judicio exequutivo super revocatione litterarum Regiarum manutenentiæ super possessione dicti Abbatiatus, aliisque meritis processus benè consideratis, & aliàs fuit conclusum, sequestrum petitum esse ponendum in fructibus dicti Abbatiatus, & ad id aliquam personam destinandam per Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Locumtenentem Generalem nominandam, & quòd pro his fiant commissiones, & litteræ opportunæ. Quam observantiam ad litteram recitat Regens Cortiada *tom. 4. decis. 240. numer. 55.*

Et in hoc casu, etiam cessante fructuum dilapidationis ratione, generaliter quòd potest apponi sequestrum, videlicet in causa beneficiali, quando timetur, quòd non possit fieri commodè exequutio, & recuperatio fructuum, scribunt Puteus *decis. 150. numer. 3. lib 2. & decis. 249. numer. 3. part. 3.* Rota *decis. 1. num. 3. & per tot. part. 2. divers.* Salgado *de reg. protect. par. 2. cap. 16. numer. 14.* 14

Requiritur autem in rebus profanis, ut sequestrum in fructibus post sententiam fieri valeat, quòd adsit vel dilapidatio, vel timor dilapidationis fructuum. Probat Glos. *Verbo sequestrum, d. cap. Dilectus de sequest. possess.* ibi: *Quandocunque tamen fit sequestratio in casibus, ut cum quis dilapidat fructus; item si timetur de dilapidatione fructuum. l. si fidejussor. 7. §. fin. ff. qui satisd. cog.* ibi: *Si satisdatum pro re mobili non fit, & persona suspecta sit, ex qua satis desideratur, apud officium deponi debebit, si hoc Judici sederit, donec vel satisdatio detur, vel lis finem accipiat.* Et de jure Castellæ *l. 1. tit. 9. par. 3.* ibi: *Ca luego deve de ser desapoderado de aquella cosa, si fuere home de quien haja sospecha, que la malmatiega, bo desgastara.* Probant Lancel. *de attent. par. 2. capitol. 12. numer. 12. & 15.* Aufr. ad Capel. Tholos. *decis. 477.* Gratian. *decis. 63. numer. 2. & 3.* Magon *decis. florent. 31. num. 13.* Puteus *decis. 150. numer. 2 & 3. lib. 2.* Milanen. *decis. 11. num. 31. libr. 1.* Nigro *cont. tom. 3. cont. 507. numer. 5.* Castillo *libr. 8. de alimentis d. cap. 13. numer. 23.* (ubi de sequestro rei mobilis *numer. 22.*) Don Josephus Rosa *d. consult. 5. num. 13.* 15

Prout etiam, quando adest timor difficilis exactionis, & recuperationis fructuum, etiam cessante ipsorum fructuum dissipatione, illi sequestrantur. Puteus *d. decis. 150. numer. 3. lib. 2. & decis. 249. numer. 3. libr. 3.* Gratian. *discep. forens. 114. numer. 6. & seqq.* Staibanus Junior *resol. foren. 41. numer. 5.* Buratus *decis. 545. numer. 5.* Nobilis Senator Tristany *decis. 2. numer. 28. vers. Quinto.* 16

Et ex præsumpta suspicione dilapidationis fructuum, quæ nascitur ex carentia bonorum immobilium in Provin- 17

vincia, in qua lis agitatur, sequestrantur fructus, *l. sciendum 15. ff. qui satisd. cog.* Donel. *lib. 24. com. cap. 4. num. 60. & in l. Vnica de probib. sequest. pecu. nu. 8. pag. 137.* Milan. *decis. 12. à num. 31.* & præcipuè *num. 38. lib. 1.* Fermos. *tract. var. ad text. in cap. 1 de seq. possess. & fruct. quæst. 3. num. 8. pag. 638.* de Tristany *decis. 2. num. 28.* Fontan. *decis. 541. num. 14. tom. 2.* Cavalc. *dec. 23. num. 20.* Luca ad Gratian. *discept. foren. cap. 114. num. 6.* Andreol. *cont. 264. n. fin.* Rota *recent. tom. 3. dec. 5. 136. num. 3.* Merlinus *cont. 24. num. 17.* vt patet in exemplaribus infra citandis.

18 Ac etiam si possessor fructus omnes in proprios vsus convertat, & si non dilapidet, possunt fructus sequestrari. Nata *cons. 684. num. 1. & seqq. lib. 3.* Gratian. *d. dec. 63. num. 3. & discep. forens. cap. 114. num. 1. & 2.* Castillo *de alimentis d. cap. 13. num. 23.* (vbi idem quando fructus distrahuntur, vel in proprios, aut alienos vsus convertuntur) Andreol. *d. cont. 264. n. 2.* Rota *decis. 13. num. 1. part. 2. diverf.* Posth. *de manuten. observ. 75. num. 48. & seqq.* de Tristany *d. decis. 2. num. 26.*

19 Vel si malè bona administret, sufficiens est causa apponendi sequestrum. Cavalc. *decis. 23. num. 8.* (vbi quòd in isto casu, nec cautione tollitur sequestrum) vt si possessor aliter, ac solitus esset facere, more prudentum patrum familias, vtitur. Andreol. *d. cont. 264. num. 3.*

20 Omnia antedicta complectitur Paz *de tenuta cap. 10. nu. 25.* vbi post alios relatos casus, in quibus fit sequestratio, scribit ibi: *Postremò alij casus contingere possunt, qui ad sequestrum animum Senatus impellant; & tunc sequestratio quoque facienda erit; vt puta si ille, qui detinet possessionem, ea abutitur, fructus dissipando, seu se propter eius paupertatem difficilem reddentem de eis restituendis: iuxta text. in l. Si cum dotem §. sin autem, ff. solut. mat. l. Imperatores ff. de appellat. Glossa in l. vnica, verbo sequestrantur Cod. de probibit. sequest. pecun. & in cap. 1. verbo Crucem, in fine, vt lite pendente & in cap. 2. de sequest. possess. & in cap. Olim verbo sequestrari de rescrip. optime Lancel. de attent. decl. 4. num. 19. cum seqq. Curtius Senior in tract. de sequestro num. 8. Cor. Benine. in tract. de paup. quæst. 10. num. 8. vel ille, qui possidet, habeat bona sua extra Regnum, vt tam vidimus in lite ardua, & sequestratio fuit facta, cum difficultas versaretur in fructibus recuperandis, si aduersus eum pronuntiatum foret; tunc enim sequestro locum esse &c.* Et amplissimè de hac re Castillo *cont. lib. 8. de aliment. d. c. 13. n. 23* Carroc. *de sequestr. part. 2. qu. 2. n. 4.* Mellius *alleg. 124. n. 62. lib. 3.* Cyroc. *discep. foren. cap. 27. nu. 35. & cap. 56. num. 123.* Rodrigues *de concur. cred. part. 1. cap. 13. §. 1. n. 16.* Latro *dec. 197.* & ibi Manfrella Hermosilla ad Lopez *to. 1. glos. 3. & 4. tit. 3. part. 5. tom. 1. fol. 179. num. 14. & seqq.* Vbi explicat; quando dicitur quis dilapidare, & ait quod quando abutitur possessione, fructus dissipando, vel est pauper, & eos consumit, difficilis est post eorum exactio, etiamsi illos in vsum suum convertat, & potiùs necessitatibus consumat; nam tunc præsumitur depopulatio; & sufficit, quod Iudex capiat informationem super suspicione consumptionis.

21 Et hæc hucusque dicta firmant DD. citati, ea ratione ne iudicium reddatur eluforium; vnde generalem statuunt regulam in hac re obtinendam; quòd si iusta concurrat causa, nempe, vbi adest timor dilapidationis, & ne iudicium reddatur eluforium, cum similibus Iudicis arbitrio pensandis, sequestrum fieri oportere. Cardin. de Luca *de benef. disc. 98. num. 11.* Loterius *de re benef. lib. 3. quæst. 11. num. 175.* Carol. Anton. de Luca ad Grat. *cap. 114. num. 6.*

22 Tot stantibus iuribus, & Doctorum placitis, cum quibus in casibus dilapidationis fructuum, vel timoris, aut suspicionis dilapidationis, conceditur fieri posse sequestrum, appellatione pendente, innegabile vtique erit, etiam iure nostro municipali, in casibus ita expressis, id ipsum manere permissum: & probat Const. 50. *tit. de sequestr. y Emparas*, ibi: *Mes statuhim, y ordenam, quelos sequestres, que de ossi al devant se posaran, axi en civil, com en criminal en Baronias, Vilas, y llocbs, è iurisdiccions; y altres bens de Prelats, Barons, Cavallers, y altres persones, axi Ecclesiasticas com seculars, no sian posats, sino en los casos permesos de dret, y ab deliberació del Concell.* Idest.

Item statuimus, & ordinamus, quòd sequestra quæ à cætero imponentur, tam in ciuili, quàm in criminali in Baronijs, Villis, iurisdictionibus, & alijs bonis Prælatorum, Baronum Equitum, & aliarum Personarum, tam Ecclesiasticarum, quàm sæcularium, non fiant posita, nisi in casibus permissis a iure cum deliberatione Concilij.

Et in Const. 52. *eiusdem tit.* ibi: *Statuhim, y ordenam, que en terras de Barons, y altres termes, y turisdiccions no puguan esser posats sequestres, sino conforme à Iusticia.* Idest. *Statuimus, & ordinamus, quòd in terris Baronum, & alijs terminis, & iurisdictionibus non possint imponi sequestra, nisi Iustitia permiserit.* Comprobant Cancer *var. 2. cap. 4. de seq. & emp. ex num. 1. & num. 23. & 46.* Fontan. *de pactis nup. tom. 1. claus. 7. glos. 2. part. 8. nu. 21. & seqq.* citati per Vedoia *in spec. Iurisp. lib. 3. disc. 6. num. 50. & seqq.* 23

Et in hanc partem refero, quod fuit obseruatum in Regia Audientia in causa Nob. Hieronymæ Calba, contra Iosephum Rajadell. Nam cum fuisset iste condemnatus ad restitutionem Baroniarum, & proprietatum magni valoris, vna cum fructibus, liquidatione reservata, & prouisione liquidationis fuissent considerabiles quantitates liquidatæ in fauorem agentis, pendente supplicationis causa, tam à diffinitiva, quàm à prouisione liquidationis: constito per informationem, reum non possidere immobilia magni valoris, respectu quantitatis liquidatæ, fuit prouisum sequestrum, non facto verbo, per Nobilem Michaelem de Cortiada Regiæ Audientiæ Doctorem die 13. Iulij 1662. quæ prouisio fuit confirmata die 30. Iunij 1663. referente Magnifico Augustino Pinyana Regio Senatore, quam obseruantiam tanquam valde notabilem allegat Regius Senator de Amigant *in addit. ad prax. Vic. Barcinonæ rub. 3. numer. 36.* 24

Quæ Senatus Regij declaratio licèt sit in terminis supplicationis, adaptatur etiam causæ appellationum, in qua versamur; nam disposita in supplicatione solent in appellatione obseruari Fontan. *to. 2. decis. 404. numer. 11.* Ramon *cons. 41. numer. 7.* Ripoll *in addit. ad pract. Peguer. rub. 27. num. 57.* 25

Id ipsum fuit obseruatum in causa inter coniuges Fivallers ex vna, & Adrianum Torruella V. I. D. partibus ex altera: scriba Virgili Nott. in qua post Regiam sententiam, & prouisionem liquidationis reliqui, & simul decreti executionis, ab ea pendente supplicationi causa contrarij imperij, & in forma, fuit ad instantiam dictorum coniugum, constito per informationem, quòd adhuc tutores possidebant bona immobilia tutelæ, quòd ipsi propria dilapidabant, & varijs cautelis intricabant, occultando pariter titulos, & scripturas, vt iudicatum redderetur eluforium: sub die 18 Iulii 1684. referente Nob. Iosepho Pastor & Mora Regio Senatore, in calce supplicationis, facto verbo in Regia Audentia, fuit prouisum, sequestrum in bonis tutoris, & apprehensio scripturarum, ac etiam iniunctum mandatum reddituarijs dictorum tutorum, quod in casu luitionum censualium pretia deponerentur in Tabula communium depositorum Barcinonæ, ad soltam Relatoris, cum clausula *post exequutionem intimetur.* 26

In causa supplicationis admissa (exequuta iam primitiva prouisione) referente Magnifico Iosepho Aleny Regio Consiliario, fuit confirmata prouisio sequestri, & descriptionis respectivè à qua. Hoc intellecto, quòd omnes scripturæ, attento partis consensu, restituerentur tutori liberè; & etiam quòd illi in commandam traderentur omnia bona sua propria, mobilia, & immobilia, vt illa teneret pro manifesto Regiæ Audientiæ, præstita per tutorem iuratoria cautione: & firmata obligatione de illis restituendis toties quoties requisitus foret. De qua Decisione Regius Senator de Tristany *d. decis. 2. numer. 19.* 27

In hoc exemplari, vltra sequestrum in bonis tutelæ, fuit etiam prouisa descriptio cum commanda, ipsi tutori tradita, ex eadem ratione timoris dilapidationis, & occultationis bonorum. Et probat cum Senatu Fontan. *de pact. tom. 1. claus. 3. glos. 3. a n. 20. & t. 2. claus. 7. glos. 3. part. 2. n. 74. & 75.* de Amigant ad Peg. *in prax. rub. 29. vers. Quoties*, & faciunt tradita à Cancer *var. 2. cap. 4. n. 46. & var. 3. cap. 8. num. 37* cum Senatu, *& cap. 17 à num. 516.* Carroc. *de sequest. part. 2. quæst. 2. num. 6.* Hermosilla ad Lopez *glos. 3 & 4. l. 1. tit. 3. part. 5.* 28

part.5. num.18. tom.1. Gratian. *dec.63. num.3.* Castillo *de alim. de cap.23. sub num.21. vers. Addiderim ego: & nu.23. vers. Limitatur etiam regula:* quos notat de Tristany *dict. decis.2. numer.19. cum seqq.* præcitatos cum exemplari antedicto collegi à selectis à notationibus manu scriptis Nob. Iosephi Pastor & Mora Regii Senatoris.

29 Alia fuit celebris observantia, ubi cuncta superiùs stabilita fuerunt perpensa, & attenta (de quibus constitit per informationem receptam in pede supplicationis) ac præcipuè, quòd causa possessionis fuerat resoluta ex quo creditrix, & tenutaria fuit in juribus suis, & creditis satisfacta in declaratione facta in Palatio Regio, ubi Senatores Aulæ Nobilis Regentis Regiam Cancellariam, cum eodem Nobili Regente, & Advocato Fiscali Patrimoniali pro ea proferenda, congregati de ordine Domini Proregis sederunt, & pronuntiarunt in causa inter Excellentissimam Ducissam Sugurbi, & de Lerma, & Excellentissimum Ducem de Medinaceli de Alcalà Sugurbi, & Lerma ex una, & Excellentissimam Domnam Mariam Theresiam de Benevides uxorem in primis nuptiis Excellentissimi Don Ludovici Folch de Cardona & ab Aragonia Ducis Sugurbi & Cardona, & in secundis Excellentissimi Domini Melchioris de Velasco & Tobar Comstabilis Castellæ Ducis de Frias die 21. Novembris 1678. referente Magnifico Joanne Baptista Roca & Julà Regio Senatore facto verbo in eadem Aula.

Hic fuit provisum sequestrum in jurisdictionibus, & fructibus Status Cardonæ, pendente supplicationis causa contrario imperio, & in forma à provisione manutentionis, quam de Statibus Ducatus Cardonæ obtinuerat Excellentissima Ducissa de Frias die 15. Februarii 1677. prout apponi posse contra eum qui sententiam obtinuit, dicit Rota apud Post. *post tract. de manut. dec.409. numer.1* ibi: *Unde idem Scanius petebat simpliciter ejusdem sequestri revocationem, quia non debebat privari commodo possessionis sibi per sententiam Rotalem, & mandatum de reintegrando restitutæ &c.* quia concurrebat eadem ratio, ne judicium redderetur eluforium, si fortè prima sententia in gradu supplicationis foret revocata.

30 Hic fuit provisum sequestrum in causa possessorii summarissimi. Et affirmant Gratian. *discep. foren. cap. 867. num.39.* Posth. *de manut. obs. 50. nu.11.* Addent. ad Ludovis. *dec.332.* Hermosilla ad Lopez *to.1. fol.179. à nu.18.* & his, ac aliis citatis Nob. Senator de Tristany *decis.2. num.30.*

31 Hic sine partis citatione; nam licèt regulariter citatio requiratur. Staib. Junior *resol. forens. 12. num. 22.* ea tamen necessaria non est, quando adest periculum in mora; quia timetur de celeri fructuum consumptione, seu dilapidatione. Cabedo *dec.31. num.3.* Lancel. *de attent. part.2. cap.12. num.11.* de Tristany *d. decis.2. num. 29. cum seqq.* Salgado *de reg. protect. part.2. cap.16. num. 29. cum seqq.* Et hæc est Senatus nostri observantia, quam probant exemplaria desuper expressa.

32 Hic fuit declaratum sequestrum cum voto Advocati Fiscalis Patrimonialis: & fuit consideratum interesse Fisci; tum quia Judex de officio, & sine partis instantia potest sequestrum apponere in casibus à jure permissis. Castillo *de alimen. cap.13. part.8. num.12. cum seqq.* Salgado *de reg. protect. part.2. c. 6. n.13. & in labyr. credit. part.1. cap.13. §.1. num.14.* Urceol. *concluf. legal. 128. nu.425.* Fermos. *tractat. varii ad rub. de sequest. possess. & fructibus nu.17. pag.625.* Hermosilla ad Lopez *tom.1. fol.178. num.8.* & observavit Regius Senatus, referente Gibert 22. Julii 1514. in facto Fisci Procuratoris super sequestro fructuum, & quadræ de la Bleda, cum clausula *sine præjudicio jurium, &c.*

Nam hæc sequestratio non privat quemque sua possessione. Rota Posth. *post. tract. de manut. dec.417. num. 11.* Fab. *in Cod. lib.4. tit.3. def.2. num.5.* & omnes DD. hac re agentes.

Quod adeò redditur verum, ut etiam in casibus, in quibus ad instantiam partis non solet sequestrum concedi, Judex ex officio potest sequestrare. Lancel. *de attent. part.2. cap.12. num.26. & part.3. cap.29. numer.148.* Gratian. *tom.1. discep. foren. cap.114. num.9.* Staibanus Junior *resol. foren.41. num.6.* Cavalc. *part.1. dec.23. nu. 34.* Salgado *de Reg. protect. part.2. cap.16. nu.13.*

Et quando Judex de officiu procedit, instantia legitima est Fisci, quia ad hunc spectat interesse, & judicati auctoritas. Fab. *in Cod. lib.10 tit.10. ut lit. pendent. def. 1. à num 9.* & signanter *num.12.* Fontan. *decis.181. à num. 15.* Thoro *in comp. decis. verb. Attentata, pag.54. col. 2. in fine* esset enim contra Senatus judicatum, si illud redderetur eluforium, ob fructuum dilapidationem.

Tum etiam, quia illa lis versata fuit super majoratu, 36
cujus conservatio, & tuitio est interesse Regium, & publicum: ex his quæ scribit Molina *de hisp. primog. lib. 2. cap.1. num.3.* ibi: *Quod in instituendis primogenitis bonum publicum versetur; Reipublicæ namque interest illustres familias, earumque patrimonia conservari, ut Viri Optimates, ac Proceres Rempublicam ipsam tueantur, belloque, & pace Regibus deserviant. Sitque Primogenitus ipse totius familiæ robur, ac præsidium, fratresque inopes alere, sorores etiam egentes dotare strictus sit, aliaque complura onera in propriæ Familiæ decus, ac honorem subire debeat. Quod citra bonorum colligationem fieri non posset; cum ex bonorum divisione, ut alibi diximus, bona attenuentur, ac exinaniantur, Patrimoniaque etiam ampliissima destruantur, pereantque antiquarum vestigia Familiarum, quod in Reipublicæ clarissimam perniciem vergere notissimum est.*

Post exequutum sequestrum (quod fuerat provisum 37
cum clausula *post exequutionem intimetur,*) admissa fuit in Tertia Aula Regiæ Audientiæ supplicationis causa contrario imperio, & in forma interpositæ à provisione sequestri (ob impedimentum Regiorum Senatorum Aulæ Reverendi Cancellarii ex deliberatione Trium Aularum Regiæ Audientiæ,) & referente Nob. Joanne Baptista Pastor Regio Senatore, & Tertiæ Aulæ Doctore, postea dignissimo Regente in Supremo Aragonum; die 3. Novembris 1679. fuit confirmata provisio sequestri: in actis Subirana Nott. In vim cujus sententiæ fuit nominatus sequester per Excellentissimum Dominum Locumtenentem Generalem, Nob Antonius de Camporrells (qui promotus postea fuit in Supremum Concilium Aragonum, ob sua præclara merita) ex quo Excellentissimus Dux de Medinaceli & Sugurbi, qui fuerat sequester, per Excellentissimum Dominum Locumtenentem Generalem antea nominatus, tanquam collitigans, quia supplicaverat in forma à provisione manutentionis, sequester esse non poterat. Ex traditis à Baldo *in cap.1. de sequest. possess. & fruct.* Alciato *in rep. l. Sequester 109. de verb. signif.* Caroc. *de sequest. quæst.5. princip. part.2. fol.205. pag.2.* Barbos. *in rub. tit. de sequest. possess. & fruct. n.7.* Salgado *in labyr. cred. part.1. cap.13 num.18 & in fine:* ubi recitat Regiam scedulam Tellez *ad cap. 3. de sequest. possess. & fruct. num.4.*

Nam, ut docet idem Tellez, sequester est quidam ter- 38
tius, apud quem res aliena ponitur custodienda ex voluntate contendentium, vel Judicis præcepto, & quod dicitur tertius, id est *media persona, interpres, internuntius, paravius, sive Consiliator, l.7. §. cum de usufruct. ff. com. divid. l. Item si unus 17 ff. de recep. arbit.* Quare Virgilius *Æneid. li.11.* sequestram pacem posuit pro inducis.

Bis senos pepigère dies, & pace sequestra.

Ex his satis apparet de conciliatione Regiarum provi- 39
sionum 8. Julii 1693. & de 13. Septembris 1694. nam in prima non adfuit causa apponendi sequestrum, quæ legitima apparuit in secunda; & propterea in una fuit dictum post admissam appellationem, vim facere Judicem à quo, sequestrum apponendo, appellatione pendente; nam postquam, appellationi detulit, non potuit eo in casu ultrò se intromittere. Lancel. *de attent. 2. part. cap.12. de attent. appell. pen. limit. 12. num. 10.* & quod sequestratio in re profana aliàs facta foret attentata, tradit Fab. *in Cod. lib 1. tit.10. def.9 in notis n.4.*

Et in altera vim non facere appellationi interpositæ à 40
provisione sequestri non deferendo; nam licet a provisione sequestri posse appellari, scribat Nob. Senator de Amigant *in addit. ad prax. Peguer. rub.29. num.156.* attamen sequestrum legitimè appositum, lege permittente, & in casibus judici permissis, per appellationem non impeditur, ex traditis à Lancel. *de attent. part.2. d. cap. 12. de attent. appel. pendent. limit. 12. num.5. & 8.* Posth. *de manuten. observ. 75. num. 32. & seqq.* Mieres *de major. 3. part. quæst. 7.* Salgado *de reg. protect. 2. part. cap. 16. & à num. 54.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit.3. def. 2. à num. 1.* Vedoja *inspec. ver. jurisp. lib. 3. disc. 6. nu. 62. §.2.* & post eos Nob. Senator de Tristany *decis. 2. num. 31.* & ita observat noster Regius Senatus in se

questri

queſtri proviſione apponere clauſulam *poſt exequutionem intimetur*, (& non niſi exequuto ſequeſtro admittit ſupplicationem à proviſione ſequeſtri,) ut conſtat in exemplaribus ſupra citatis: & fuit ita etiam obſervatum, referente Magnifico Franciſco Llunes Regio Senatore die 26. Martii 1653. in favorem Joſephi Ribera, contra Ceciliam Ferrer Capero: Nott. Cortell.

41 Ratio ſupradictorum eſt, quia per ſequeſtrum attentis rationalibus cauſis, leve, ac parvum præjudicium irrogatur, cum is, cujus res ſequeſtratur, non amittat, ſed retineat poſſeſſionem, ſeu detentationem. Salgado *de reg. protect. part. 2. cap. 16. numer.* 34. & communiter DD. Quo attento, quando periculum eſt in mora, appellatio nullatenus ſuſpendit. Idem Salgado *d. cap. 16. numer. 27.* qui idem tradit *in diſſequeſtro nu. 57. cum ſeqq.* Gratian. *diſcep. cap. 531. tom. 3:* Staib. Iunior *reſol. foren. 12. num. 29.* negantes eo in caſu appellationem, ut etiam eam denegant in terminis *Clem. 1. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.* Luca ad Gratian. *diſcep. cap. 114. num. 7.* Caſtillo *de alim. tom. 7. cap. 13. num. 24. verſ. Eſt autem.*

DECISIO CXXXIV.

ARGUMENTUM.

De retentione Bullarum Apoſtolicarum, quæ continent præjudicium juris tertii, publici, vel privati, aut ſurreptionem, vel obreptionem, ad effectum per ſuam Majeſtatem informandi Sanctiſſimum, ut læſionem illatam ad debitum ſtatum reformare imperet; prout ita evenit in Decreto Apoſtolico, quod cum Regiis reſcriptis recitatur. Et de alia praxi circa id ipſum, in noſtra Regia Audientia obſervata.

SUMMARIUM.

1 *Princeps eſt cuſtos boni, & æqui, & quaſi animatum jus, & leges Principis ſunt jura ipſius Principis.*
2 *Principes ſunt creati, ut jus obſervent, & injuſta exterminent.*
3 *Punibile eſt, non obtemperare Principis juſſionibus; & de ejus poteſtate dubitare, ſacrilegio proximum eſt.*
4 *Excuſabile tamen eſt, ſi leges reſiſtant.*
5 *Reſcripta contra jura elicita, ab omnibus Iudicibus refutentur, tanquam contra Principis voluntatem impetrata.*
6 *Non debent eſſe adverſæ Pragmaticæ ſanctiones utilitati publicæ.*
7 *Non eſt præſumendum, Principem aliquid juſſiſſe, aut conceſſiſſe, quod deviet à jure, vel utilitate publica.*
8 *In Principe Eccleſiaſtico urgentior eſt præſumptio, ut nolit tertio præjudicium inferre, & ita eſt præſumendum de ſancta Pontificis intentione.*
9 *Conceſſio facta in damnum Fiſci, viribus non ſubſiſtit.*
10 *Ambitioſa, & ſurreptitia eſt impetratio, in alterius præjudicium facta.*
11 *Quando in Decretis Pontificiis læditur juſtitia, aut utilitas publica, ſeu jus Fiſci, vel tertii, debet ad ſuæ Sanctitatis benignitatem accedi, ad informandum ejus gratum animum, non tamquam ad aliquem hominem, verùm ad ipſam juſtitiam, atque æquitatem; & tamquam Patrem, ut juſtis ſupplicationibus præbeat aſſenſum, cui indubiè annuet.*
12 *Proprium eſt judicii humani errare.*
13 *In Decretorum executione eſt ſuperſedendum, donec Suprema Poteſtas conſulatur.*
14 *Quæ indubitanter Suprema Poteſtas in ſtatum debitum præjudicia illa reformabit.*
15 *Sicuti irrationabilibus querelis Princeps non præbet aſſenſum, ita nolit oppreſſis negare judicium.*
16 *Interim quo aditur Supremus Eccleſiaſticus, an per Magiſtratum Sæcularem ſuperiorem poſſit ſuſpendi executio litterarum, ſeu Bullarum Apoſtolicarum per viam retentionis, non eſt facilis diſcuſſionis.*
17 *Pro negativa expenditur Bulla Cœnæ Domini, quæ infra exponitur.*
18 *Atverò apud nos contraria obſervantia eſt admiſſa, adhibita ea diligentia, quæ explicatur.*
19 *Dominus noſter Rex eo modo quo poteſt, & debet, jura ſua defendit.*
20 *Cui licitus eſt finis, eidem permittuntur media, ad eum finem conſequendum ſpectantia.*
21 *Aliàs inanis redderetur, ſi ad actum practicum reduci non poſſet.*
22 *Sua Sanctitas ſuſtinet, ut ſuſpendatur exequutio ſuorum mandatorum Apoſtolicorum, ſi rationabilis cauſa prætendatur, per litteras ſuæ Sanctitati exponenda, quod declaratur, & comprobatur n. 23.*
24 *Expoſitio Bullæ in Cœna Domini §. 13.*
25 *Ad id Diploma Regium: ubi de reſervatione penſionis impoſitæ in Beneficiis.*
26 *Non ſolet ſua Sanctitas reſervare in Beneficiis Eccleſiaſticis ultra tertiam, vel dimidiam partem fructuum.*
27 *Aliud Diploma Regium tranſcribitur.*
28 *Aliud.*
29 *Aliud pro Archidiacono Majori Gerundæ in Sede Epiſcopali vacante, ex quo manavit Decretum Apoſtolicum, quòd ex integro audiantur partes, & num. 30. & 31.*
32 *Alia ad id ipſum notantur Regia reſcripta.*
33 *Interdum ſuſpenditur executio litterarum, quæ exhibentur Regiæ Audientiæ: prout traditur cum exemplari, & num. 34.*
35 *Super cauſa temporali vertenti coram Magiſtratu ſæculari, non admittuntur inhibitiones emanatæ à Roma, ubi ad id traditur ſchedula Regia.*
36 *In his terminis, quando læditur Regalia, alius modus practicatur, procedendo contra partem, & ejus Procuratorem, quod probatur num. 37. & 38.*
39 *Interdum proceditur contra Notarium.*

PRINCEPS eſt cuſtos boni, & æqui, & quaſi animatum jus. Patric. *de Reg. & Regis inſtit. lib. 2. tit. 1. pag.* 59 Divus Iſidorus *lib. 3. de ſum. bono* protulit *in cap. Juſtum 2. diſt. 9.* ſentiens, Principis leges eſſe jura ipſius Principis. 1

Etenim ad hoc ſunt creati Principes, ut jus obſervent, & injuſta exterminent. Solorz. *Emblem. 61. numer. 46.* Hinc meritò Heſiodus *in Theog.* ſcribit: 2

Hoc uno Reges olim ſunt fine creati,
Dicere jus Populis, injuſta tollere facta.

Regens Viloſſa *poſt tract. de fugit. diſert. 3. nu. 25.*

Sic licèt generale ſit pactum ſocietatis humanæ, obedire Regibus. *Can. Quæ contra 8. diſt. I. Sed etſi per Prætorem ff. Ex quibus cauſis majores,* cum aliis apud Camil. Borrel. *de magiſtrat. edict. lib. 3. cap. 4.* Valenſuela *conſ. 4. à num. 89.* Auguſt. *lib. 3. confeſ. cap. 8.* & punibile ſit non obtemperare Principis juſſionibus, juxta illud Caſſiod. *var. lib. 3. Epiſt. 15.* ibi: *Illud maximè invitum eſſe non patimur, quod in contemptum noſtræ juſſionis conſtat admiſſum. Quæ enim præſumptio plectenda non audeat? Si ſacræ juſſionis reverenda contemnat? l. 5. Cod. de diverſ. reſcrip. l. Aliud* 131. §. 1. *ff. de verb. ſignif. l. 2. Cod. de legibus.* Regens Viloſſa *de fugit. cap. 18. §. 3. num. 27.* itaut de ejus poteſtate dubitare, proximum ſit ſacrilegio, vel ejus poteſtatem, prætextu ſupplicationis, tergiverſari, *lib. 2. Cod. ut ordo dignit. lib. 12. l. Sacrilegii 5. Cod. de diver. reſcrip. l. 3. Cod. de crimine ſacril.* 3

Excuſabile tamen eſt, ſi leges reſiſtant. Caſſiod. *var. lib. 6. Epiſt. 21.* ibi: *Reſpice quantum dederint leges, & ad menſuram te poteſtatis extende.* Novel. 113. *cap. 1.* aliàs eſſet contemnere ipſum Principem, ex juſtitia læſa. Caſſiod. *var. lib. 3. Epiſt. 15.* juxta illud Prudentii in Rom. Marc. *Spreviſſe leges, reſpuere eſt Principem.* 4

Imò tunc parendum non eſſe, ſi expreſsè injuſtè præcipiatur, probat Fragoſ. *de Reg par. 1. diſcurſu 2. §. 4.* ad tradita per Diana *p. 2. tract. 13. reſol. 10.* Tondut. *quæſt. benef. lib. 1. cap. 22. num. 10.* Mendo *ſtat. opin. diſſert. 15. num. 234.* Fr. Andreas à Matre Dei *in curſu Theol. moral. tom. 4. tract. 15. cap. 6. punct. 5. num. 57.* Regens Vico *ad Prag. Reg. Sardin. tit. 7. cap. 2. num. 38. & ſeq.*

Expreſſiùs *Can. Non ſemper 92. cauſ. 11. quæſt. 3. Can. Si Dominus 93. eadem cauſ. & quæſt.* ibi: *Si bonum eſt,*

quod

quod præcipit Imperator, & Præses, jubentis obsequere voluntati; si verò malum, respondeo ei illud de Actibus Apostolorum: obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Can. Julianus sequent. 11. quæst. 3. cap. Sollicitudinem, ibi: *Si verò notorium existeret, quod mandatum Episcopi indiscretum fuerat, vel injustum, cui non tenebatur subditus obedire, ac per consequentiam ei liqueat evidenter subditum legitimè provocasse, potest Archiepiscopus authoritate Metropolitana declarare subditum irrationabiliter extitisse, anathematis mucrone percussum*: *De apellat.* Quintil. Mendos. *de inhibit. quæst. 72. num. 4.* Nobilis Ludovicus de Exea & Talayero Regens in Supremo Aragonum *in disc. super instauratione Ecclesiæ Cæsarauguſtanæ Sancti Salvatoris, num. 195. par. 3.*

Proinde monet, & jubet Justinianus, ut inobserventur præcepta contra leges *Novel. 82. cap. 13.* ibi: *Omnis autem Judex sive cingulum habens, sive aliter judicans, custodiat leges, & secundum eas proferat sententiam: & vel si contingat jussionem nostram in medium, vel si sacram formam, vel si pragmaticam processisse sanctionem dicentem aliter agi, sequatur legem, nos enim volumus obtinere, quod nostræ volunt leges.* Concordant *l. Non quidquid 40. ff. de judic. l. 2. Cod. de pœn. tem. litig. Novel. 15. c. 1 §. jusjurandum. Can. fin. distinct. 14. cap. Imperiali 13. 25. quæst. 2. cap. Nec damnosa eadem cau. & quæst.*

5 Idem quod rescripta contra jus elicita, ab omnibus Judicibus refutentur tamquam contra Principis voluntatem impetrata, præcepit Pontifex *in Can. Rescripta 15. caus. 25. quæst. 2.* & Imperatores *in leg. Rescripta 7. Cod. de prec. Imp. offer. l. ult. Cod. si contra jus. l. Jubemus, Cod. de Sacros. Eccles. l. 2. Cod. de Præpositis sacror. cubic. lib. 12. l. Non omnes 6. Cod. si contra jus, l. Prædictio 6. Cod. de oper. pub. l. unica, Cod. de Senatus consultis, l. 2. C. de Canon. frum.* facit Cæsaris sententia apud Nicephorum Calist. *lib. 1. hist. sacr. cap. 17.* his verbis: *Si quid contrarium legibus per Epistolam jussero, nolite parere; sed me ignorante lapsum creditote.*

6 Id ipsum disponitur in Pragmaticis sanctionibus contra utilitatem publicam editis, *l. Si quid 2. Cod. de Canon. frum. lib. 11. l. fin. Cod. si contra jus*, ibi: *Omnes cujuscunque majoris, vel minoris administrationis universæ nostræ Reipublicæ Judices monemus, ut nullum rescriptum, nullam Pragmaticam sanctionem, nullam sacram annotationem, quæ generali juri, vel utilitati publicæ adversa esse videatur, in disceptationem cujuslibet litigii patrantur proferri, sed generales Sacras Constitutiones, modis omnibus non dubitent observandas. l. Si quando 35. Cod. de inof. testam.* ibi: *Neque enim credendum est, Romanum Principem, qui veratuetur, hujusmodi verbo totam observantiam testamentorum, multis vigiliis excogitatam, atque inventam, velle averti.*

Expressiùs *in l. fin. de navibus non excus. lib. 11. tit. 3.* ibi: *Quod etiam in omnibus causis cupimus observari: ut generaliter si quid ejusmodi contra jus, vel utilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat.*

7 Nec est præsumendum, Principem aliquid jussisse, aut concessisse, quod deviet à jure, vel utilitate publica, *l. Sancimus 2. Cod. de mandat Princ. junc. l. In rebus 2. ff. de constit. Princip.* Nec concessum prævalere, nisi in eo, quod cum juris ratione concordat, *cap. Dicenti 16. caus. 25. quæst. 2.* ibi: *Dicenti sacras jussiones se habere præmanibus, respondemus scire illum oportere, quod ipse clementissimus Princeps generalibus legibus constituerit, illa sacra uniuscujusque supplicantis desiderio concessa prævalere, & effectu mancipari, quæ cum juris, & legum ratione concordant: ea verò, quæ surreptione, vel falsis precibus forsan impetrantur, nullum supplicantibus ferre remedium. l. Rescripta contra jus, Cod. de precib. Imp. off. l. fin. Cod. si contra jus*: repetitæ apud Gratian. *Can. Rescripta, Can. Dicenti 25. quæst. 2.* Gelasius *Epist. 11. ad Episc. Lucaniæ*, ibi: *Cum nobis contra salutarium reverentiam regularum, cupiamus temerè nihil licere, & cum Sedes Apostolica super his omnibus favente Domino quæ paternis sunt Canonibus præfixa, pio devotoque studeat tenere proposito &c.* confirmat Epist. ad Episc. Dardan. P. Henr. Henriq. *lib 2. de Pont. Clar. cap. 14. numer. 3.* Regens Exea *in d. discurs. num. 141. par. 3.*

Nec quid à Principe concessum, intelligi in præjudicium juris tertii, *l. Prætor ait 2. § si quis à Principe 16 ff. ne quid in loco pub.* ibi: *Non est credendus sic ædificare, ut cum incommodo alicujus id fiat. cap. super eo 15. de offic. & potestate Judic. Deleg.* ibi: *Non tamen est nostræ intentionis Diœcesis Episcopo, vel Archipresbytero, vel Archidiacono præjudicium generare. l. Nec avus 4. Cod. de emanc. lib.* ibi: *Nec in cujusquam injuriam beneficia tribuere moris est nostri, l. Si donationum Cod. de revocandis donationibus, l. Sed cum 12. ff. ad S. C. Trebel. l. 3. Cod. unde vi*, & passim Cassiod. *lib. 2. Epist. 17.* ibi: *Munificentiam nostram nulli volumus extare damnosam, ne quod alteri tribuitur, alterius dispendio applicetur.*

Et in Principe Ecclesiastico eam præsumptionem esse 8
urgentiorem, ne velit tertio præjudicium inferre, *Can. Nos si incompetenter 2. quæst. 7.* ibi: *Nos si incompetenter aliquid egimus, & subditis justæ legis tramitem non conservavimus, vestro, ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare judicio: quoniam si nos, qui aliena debemus corrigere peccata, pejora committimus, certè non veritatis discipuli, sed (quod dolentes dicimus) erimus præ cæteris erroris Magistri.* Tradit Larrea *dec. Granat. 8. num 87. & 88.* Rota apud Farinac *par. 1. novis. decis. 234. num. 8.* Salgado *de sup. ad sanctis. part. 1. cap. 7. numer. 29.* latè Tellez *in dict. cap. 5. de rescriptis num. 6.* (ubi de rescriptis non gratiosis, quæ tertium non lædunt) Castillo *tom. 2. controv. cap. 28.* Solorzano *de jure Indiar. lib. 2. cap. 26. num. 62.* Carleval *de iudic. tom. 1. disp. 2. n. 629.* D. Vicecancel. Crespi *observ. 63. n. 45.* ubi quod ita est præsumendū de sancta Pontificis intentione.

Sic etiam, nec quid concessum in damnum Fisci, viri 9
bus subsistit, *l. nec damnosa 3. Cod. de precib. Imper. Novel. Justin. 82. c. 13. cap. Nec damnosa 14. 25. quæst. 2.* Tellez *lib. 1. decret. in cap. Si quando 5. de rescript. num. 7. circa medium.* Crespi *dict. observ. 63. nnm. 45.*

Et esse ambitiosam, & surreptitiam impetrationem 10
in alterius præjudicium factam, inquit textus *in d. cap. Dicenti, l. Rescripta 7. Cod. de prec. Imp.* ibi: *Damnabili surreptione rescriptum, & fraudulentum intelligitur*: quapropter authoritate carere, probat *l. 6. C. Theod. de hæretic.* Tellez *in dict. cap. 5. de rescriptis numer. 7.* ex text. *in l. 1. §. sed quoniam de petit bonor. subl. lib. 10.* ibi: *Quoniam plerumque ita in nonnullis causis invereunda petentium inhiatione constringimur, ut non concedenda tribuamus, cap. Cum in juventute 12. §. cæterum de purgat. Canonica*, ibi: *Quia procurator instabat, compulsi fuimus non juris necessitate, sed importunitate petentis.* Et *in extravag. de præben. & dignit. cap. 5. in princ.* ibi: *Execrabilis quorundam tam religiosorum, quam sæcularium ambitio eò magis insatiabilis creditur, quò sibi ampliùs indulgetur, & improbitas opportuna petentium, à nobis, & prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, non tam obtinuisse, quàm extorsisse plerumque noscuntur, cap. fin. de præs. in 6. cap. Si aliquando 41. de sent. excom. cap. super litteris 20. de rescriptis.* Et ibi DD. Balboa *in cap. 5. de re judic* Nigro *to. 1. contr. 169.* Larrea *alleg 91.* latè Tellez *ad dict. c. 20. de rescriptis, l. Jubemus 10. Cod. de Sacros. Eccles. l. Petentibus 43. Cod. Theodos. de oper. pub. l. Si quis 47. Cod Theodos. de hæreticis.*

Consequens legitimum erit, quòd quando in Decretis 11
Pontificiis læditur justitia, aut utilitas publica, aut jus Fisci, vel tertii, debet ad suæ Sanctitatis benignitatem accedi, ad informandum ejus gratum animum, *cap. Pastoralis 8. de fide instrum. cap. fin. de rescrip. in 6. l. 1. Cod. de petit. bonor. sublat. lib. 10.* Authent. *de judicib. cap. 14.* ibi: *Si quid autem audientes Judices putaverint esse dubium, damus eis licentiam de his nuntiare nobis, & consulere nos, ut discant, quæ necessaria sunt, & ita quod agendum est, explicent, & faciant justa simul, & rationabilia judicia.* Authent. *ut nulli judicum cap. Et hoc verò jubemus 6.* ibi: *Si vero ad læsionem est Fisci, nihil super ea omnino agi: nuntiare verò nobis primùm, ut secunda nostra fiat de hoc jussio. cap. Cum teneamus de præbendis.* Ad rem Reg. Exea *in dict. disc. num. 120. & 334. part 3.* qui allegat Amat. *resol. 72. num. 26.* Ramirez *de Reg. §. 23. num. 43.* omnino videndum; non tanquam ad hominem aliquem, verùm ad ipsam justitiam, atque æquitatem, ut inquit Patrit. *de Reg. & Regis instit. lib. 2. tit. 1. pag. mihi 59.* Et tamquam Patrem (quia audit, P. Scribanus *in polit. lib. 2. cap. 3. in prim. vers. circa fin.*) ut justis supplicationibus præbeat assensum, cui indubiè annuet; Cassiod. *lib. 3. var. Epist. 36.* ibi: *Pietatis nostræ propositum est, miserandis fletibus audientiam non negare, maximè cum moris nostri sit, ad leges cuncta remittere: ut & conquerens mereatur effectum, & pulsatus nullum se queratur sustinuisse præjudicium*: & *lib. 5. Epist. 6.* ibi: *Suscipienda precatio est, quæ publicis uti-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

utilitatibus non repugnat: & amplectenda desideria privatorum, quæ sic remedium quærunt.

12 Singulariter in his negotiis capacibus ad contrahendum aliquem errorem (ut supra habetur, ex partium surreptione, & ambitione) proprium judicii humani, ita Tertul. *de vel. virg.* ibi: *Regula quidem fidei, una omnino est, sola immobilis, & inreformabilis; cætera jam disciplinæ, & conversationis admittunt novitatem correctionis.* Innocent. Tertius *in cap. A nobis 28. de sentent. excom.* ibi: *Nos igitur consultationi tuæ respondemus, quòd judicium Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur, semper innititur: judicium autem Ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpe contingit, & fallit,* præcipuè tot confluentibus in Romanam Curiam *cap. Ad hæc 10. de rescrip.* ibi: *Quæ diversis occupationibus impedita, singulis causis examinandis non sufficit.* Exea *in dict. disc. num. 119. & 335 par. 3.*

13 Sic ergo in decretorum exequutione est supersedendum, donec Suprema Potestas consulatur. Est expressus text. *in cap. Si quando 5. de rescriptis*, ibi: *Si quando aliqua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animum tuum expavescere videntur, turbari non debes:* (*& infra*) *Qualitatem negotii pro quo tibi scribitur, diligenter consideranS, aut mandatum nostrum reverenter adimpleas, aut per litteras tuas, quare adimplere non possis, rationabilem causam prætendas*; *quia patienter sustinebimus, si non feceris, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum. cap. Cum teneamus 6. de Præbend. & Dignit.* ibi: *Cum teneamur: si mandatum nostrum pro alicuius provisione receperis, qui aliud beneficium, de quo valeat commodè sustentari, nisi fortè in litteris ipsis de hoc mentio habeatur: aut si non potest ei sine scandalo provideri: æquanimiter sustinemus, si pro ea mandatum nostrum non duxeris exequendum.* Illustrant Covarr. *pract. cap. 35. numer. ult.* Anguian. *lib. 1. de leg. cap. 5.* Salgado *de supplic. ad Sanctiss. par. 1. cap. 1.* Salcedo *lib. 2. de leg. polit. cap. 3.* Solorz. *de jure Indiar. lib. 2. cap. 8. num. 51. & lib. 4. cap. 10. num. 41.* Marquez *de gubernat. lib. 1. cap. 10.* & pluribus allegatis Tellez *in decretal. lib. 1. ad d. cap. Si quando 5. de rescrip. à num. 1.* Crespi *observ. 63. num. 45.*

14 Quæ indubitanter Suprema Potestas in statum debitum præjudicia illa reformabit, *cap. Nos si incompetenter 41. 2. quæst. 7.* ibi: *Nos si incompetenter aliquid egimus, & subditis justæ legis tramitem non conservavimus, vestro, ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare judicio.* Can. *Grave 7. 35. quæst. 9.* ibi: *Grave non oportuit videri piissimis manibus vestris, cujuscumque retractari judicium; quia veritas sæpius exagitata, magis splendescit in luce: & pernicies revocata in judicium gravius, & sine pœnitentia condemnatur. Nam fructus divinus est justitiam sæpiùs recenseri. Novel. 22. de nup. in præfat. §. ult.* ibi: *Non enim erubescimus, si quid melius etiam horum, quæ ipsi priùs diximus, adinveniamus, hoc sancire, & competentem prioribus imponere correptionem, nec ab aliis expectare corrigi legem.* Concordant text. *in Can. Ad Apostolicæ 2. de sent. & re judic. lib. 6. Cap. Statutum 11. de rescrip. in 6. Can. Apostolicæ 4. Can. veniam 3. Can. sententiam 6. Can. sicut ergo 9. caus. 35. quæst. 9.* & hic quadrat, quod dixit Cassiod. *var. lib. 6. Epist. 23.* ibi: *Exeunt à nobis Dignitates relucentes, quasi à solis radiis, ut in orbis nostri parte resplendeat custodita justitia.*

15 Unde ex legibus suprà expensis liquidò apparet, quòd si Summi Principis Ecclesiastici præcepta, sanctiones, vel rescripta devient (quibus reverenter est obtemperandum) à juris expressis regulis, aut ab utilitate publica, vel Fisco, aut tertio præjudicium inferant, in exequutione illorum supersederi potest; donec ad ipsius Principis Ecclesiastici excelsum judicium adiri valeat, ut consultum damna illata ad debitum statum reformet, quæ sic observari debere, est præsumendum ex syncera mente, & integra Summi Principis intentione, pro justa sui officii debita ratione; nam sicut irrationabilibus querelis non præbet assensum, ita nolit oppressis negare judicium ex Cassiod. *var. lib. 1. Epist. 9.*

16 Et licet constanter sit certum, quod valeat oppressus damna ipsi illata ad Sanctissimum exponere, & quæ rationi consentanea appareant, sua Sanctitas illa emendare præcipiat, ut probant jura hucusque allegata. At verò interim, an per Magistratum sæcularem superiorem possit suspendi executio litterarum, seu Bullarum Apostolicarum, (quando illæ continent prejudicia relata) per viam retentionis Bullarum, seu litterarum, non facilis est discussionis, & in hoc Principatu à nemine ex nostratibus excitatæ.

Illam esse prohibitam suadetur ex Bulla in Cœna Domini §. 13. de aliis verò §§. ejusdem Bullæ, videlicet 14. 15. & 16. & aliis suo loco agemus: ubi expressè Summus Pontifex excommunicat, & anathematizat (hæc sunt verba) *Omnes tam Ecclesiasticos, quàm sæculares, cujuscumque dignitatis, qui prætexentes frivolam quandam appellationem à gravamine, vel futura exequutione litterarum Apostolicarum, etiam in forma brevis, tam gratiam, quàm justitiam concernentium, nec non citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, exequutorialium, & aliorum decretorum, à nobis &c. ad Curias sæculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea, instante etiam Fisci procuratore, vel advocato appellationes hujusmodi admitti, ac litteras, citationes &c. & alia prædicta capi, & retineri faciunt, quive illa simpliciter, vel sine illorum beneplacito, & consensu, vel examine executioni demandari, aut ne tabelliones, & notarii super hujusmodi litterarum, & processuum executione, instrumento, vel acta conficere, aut confecta, parti cujus interest tradere debeant, impediunt, vel prohibent, hac etiam partes, seu eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, &c. percutiunt, vulnerant &c. quive aliàs quibuscumque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotiis prosequendis, seu gratiis, vel litteris impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsis, vel litteras à dicta sede impetrent, seu impetratis utantur directè, vel indirectè prohibere, statuere, seu mandare, vel eos apud se, aut notarios, seu tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præsumunt.* Illustrant Graffis *decis. cas. consc. part. 1. lib. 4. cap. 18. num. 120.* Navar. *in manual. cap. 27. numer. 69.* Sousa *ad Bullam in Cœna Domin cap. 14. disp. 76. numer. 2.* Inde docent quod Bullarum suspensio solùm fieri valet per ipsosmet Judices Ecclesiasticos, vel Ordinarios, vel Delegatos, non etiam per laicos, juxta text. *in d. cap. Si quando 5. de rescriptis.* Diana *resol. moral. par 1. tract. 2. resol. 13. & p. 4 tract. 1. res. 9. & p. 1. tract. 1. resol. 12.* Thomas Delbene *de commit. dub. 4. sect. 19. sec. 24. à nu. 3.* ergo nequit fieri per sæculares, quin incidant in censuras. 17

His tamen non obstantibus, apud nos observata jam est contraria sententia, & admissa litterarum, & Bullarum Apostolicarum retentio: omni tamen diligentia adhibita, itaut evidenter, & notoriè lædatur justitia, vel jus tertii, vel publica utilitas: ad effectum informandi suam Sanctitatem, pro resarcienda læsione; & non aliter. 18

Et probatur primò; nam præhabita pro constanti Regalia de sublevandis oppressis, quando hi læduntur per rescripta Apostolica, potest, & debet Dominus noster Rex, eo modo, quo potest, jura sua defendere, scribit integerrimus D. Vicen. Crespi *observ. 63. num. 45.* per illa verba: *Hæc autem omnia* (agit de non admittenda in Regno Majoricarum Bulla Gregoriana, super immunitate Ecclesiastica edita, in vim Regiæ jussionis, quam ibi transcribit) *semper intelliguntur, dum Rex noster Pontificem informat, & supplicatio pendet sub Sedis Apostolicæ censura. Cujus judicio Reges Nostri, ut Catholici, & pientissimi subiciuntur, licèt eo modo, quo possunt, & debent, jura sua Regia defendant, & Pontifici repræsentent, cujus Sanctæ intentionis nunquam est Regibus præjudicium inferre. Imo neque privatis, cap. super eo 15. de offic. & potest. Jud. Deleg.* Igitur poterit remedio retentionis Bullarum Apostolicarum uti, ad effectum informandi suam Sanctitatem. 19

Secundò, quia ex quo authorizata est hæc protectionis Regalia, approbatum debet esse internum remedium retentionis Bullarum, ex quibus insurgit oppressio; nam cui licitus est finis, eidem permittuntur media, ad eum finem consequendum spectantia, *cap. Præterea 5. cap. Prudentiam 21. §. sexta, cap. Suspicionis 39. de offic. & pot. Jud. Deleg. l. 2. ff. de jurisd. omn. Jud. l. Ad rem 36. l. Ad legata 62. ff. de procurat. l. Quidam 57. vers. Princeps, ff. de re jud.* Et passim. Divus Thomas *lib. 4. sum. contra Gent. cap. 74.* docens, ad divinam libertatem pertinere, ut cui conferatur potestas ad aliquid operandum, conferantur & ea, sine quibus hujusmodi operatio exerceri non potest. 20

Aliàs namque inanis redderetur Regalia illa, si ad actum practicum reduci non posset: *ex l. Hæ enim 4. §. fi Prætor ff. de susp. tut. l. Multum interest 6. Cod. si quis alte-* 21

UAB Biblioteca de Ciències Socials

alteri, vel sibi cap. Pastoralis §. quoniam: vbi Decius *notab 2. extra de rescrip.* his & alijs citatis Pareja *de inst. edit. tit. 4. resol. vnic. num. 6.*

22 Tertiò, quia iuxta dispositiones Canonicas *in d. cap. Si quando 5. de rescrip. & in cap. Cum teneamur 6. de Præb. & Dign.* patienter, & æquanimiter sua Sanctitas sustinet, quòd suspendatur executio suorum mandatorum Apostolicorum, si rationabilis causa prætendatur, per litteras suæ Sanctitati exponenda. Vnde licèt ad Sanctam Sedem recurri debeat pro rationibili causa exponenda, & oppressione exterminanda; atverò sustineri debet aditus ad Maiestatem sæcularem (iuxta nostram praxim) quando necessitas est vrgens, casus requirit, & promptitudo exigit, nec aliter occurenti violentiæ remedium adhiberi potest, iuxta *l. Divus Antonius 7. §. 1. de integ. restit.* ibi: *Ad quam tunc demum descendendum est, cum remedio locus esse non potest, l. In causæ 16. ff. de minor* ibi: *Si communi auxilio, & mero iure munitus sit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium:* & ex Terent. Cicerone, Seneca, Solorzano *de iur. ind. lib. 2. cap. 16. à nu. 5.* & post eum eruditissimus Regens Exea *in disc. pro instau. Sanctæ Ecclesiæ Cæsaraug. Sancti Salvatoris num. 332. & 119. part. 3.*

23 Ex his trado quod breviter ex DD. placitis colligit Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent. cap. 7. §. 1. sect. 5. num. 198.* ibi: *Quando litteræ Superiorum Ecclesiasticorum per obreptionem, vel surreptionem impetrantur, vt gravati possint ad Summum Pontificem recurrere, & ab ipso audiri, ne contra concedentis intentionem aliqui inaudito iniuriam inferant, & in damnum, atque in perniciem Reipublicæ temporalis, Ecclesiasticæ aut spiritualis, scandalum patientis vertantur, vt de remedio oppertuno providere dignetur, litteræ apprehenduntur.* Approbant Morla *in empor. iur. tit. 2. quæst. 14. num. 11.* Cutel. *de immun. Eccles. lib. 2. quæst. 3. per tot.* Salgado *de Reg. protect. part. 1. cap. 1. & cap. 2 à num. 19.* Salcedo *de leg. polit. lib. 2. cap. 3. cum pluribus seqq.* Pareja *de instru. edit. tit. 4. resol. vnic.* (qui ad id fortificandum diversas instantias ponderat, signanter *num. 28.* illam de pecoribus Clericorum, vel Regularium, quæ detinentur à Iudice laico, donec noxa resarciatur *num. 29.* de apprehensione armorum prohibitorum ab Ecclesiasticis per Iudices sæculares, & alias ad rem videndum) Castillo *quot. cont. cap. 41. n. 182.* vbi quod ea retentione non intenditur vsurpatio iudicij Ecclesiasticarum rerum, aut viros idoneos authoritate Apostolica provisos impedire, quoad beneficiorum assecutionem, aut super eorum idoneitate iudicium sumere; sed providere quod magis conveniat ad statum Ecclesiasticum, & quietē Reipublicæ, & quod provisiones pro retentione Bullarum, & litterarum dantur per modū Regiæ, & Christianæ defensionis, & non per viam iurisdictionis alicuius allegans ad id infinitos DD. & rationibus contrarijs satisfaciens.

24 Nec obstat dispositio Bullæ in Cœna Domini *dict. §. 13.* vbi expressè prohibentur huiusmodi apprehensiones, & retentiones; quia respondetur, quod ea procedunt, quando apprehensio fit in casibus à iure non permissis simulato colore, nam tunc indubitanter contrafacientes, in censuras Bullæ incidunt, vt probant verba illa: *Prætexentes frivolam quandam appellationem à gravamine; & in fin. §.* ibi: *Quomodolibet retinere præsumunt*, quod verbum *præsumunt*, denotat dolum, vt pluribus citatis tenet Matcer. *lib. 3. resol. 19. num. 9.* & recitat punctim Salgado *de reg. prot. part. 1. cap. 1. præl. 5. num. 233. & seq.* Non etiam in casu violentiæ, & oppressionis notoriæ, ad quam removendam negari non potest Princeps sæcularis, non in forma iudiciaria, nec quod tanquam Iudex se interponat, sed per nudam defensionem extrajudicialiter, absque aliqua vmbra iurisdictionis, vt habetur ex verbis *dict. §. 13. & §§. sequentium eiusdem Bullæ*, & recognoscit Sesse *de inhib. cap. 8. §. 3. n. 102.* & post eum Salgado *de reg. protect. part. 1. d. cap. 1. prælud. 5. n. 232. cum seqq.* & Nos alibi amplius super hac re.

Nec hoc casu affici potest iniuria Sedes Apostolica, nam in ipsamet retentione, cognitio violentiæ Sedi Apostolicæ reservatur, & eius debita obedientia reverenter colitur, Sesse. *d. c. 8. §. 3. n. 76. cum seqq.*

25 Comprobant institutum diversa Diplomata Regia, quæ sequuntur.

LA REYNA Governadora.

EXpectable Don Vicente Gonzaga, de mi Consejo de Guerra, mi Lugartiniente, y Capitan General. Al ti-

empo que recibi vuestra carta, de 26. de Marco, he tenido otras en la misma sustancia de los Obispos de Barcelona, y Solsona. El primero me dacuenta que aviendo vacado dos Rectorias en su Dioceſi, vna de Santa Maria de Palau Solitar, y la otra de Santa Maria de Castell de Fels, y queſto edictos, y precedido los concursos, que el Santo Concilio dispone, en 31. de Setiembre del anno passado fueron nombrados para la primera el Dotor en Theologia Francisco Sala Presbytero: y para la segunda Carles Ferrusola que tambien lo es; à los quales se despacharon letras de aprobacion pura obtener bullas de su Santitad; y no queriendo admitir la pension que se les imponia en Roma. Por la cortedad de las rentas dellas, su Santitad las ha provehido en otros sujetos pretendientes, que se hallavan en aquella Corte: los quales consintieron las pensiones. Y el Obispo de Solsona dize tambien, que ha impetrado por dataria Iaymee Esbert vn Canonicato de su Iglesia, que avia provehido, en virtud de la alternativa, al Dotor Pedro Iuan Dalmau (sobre que trabe pleyto con el Cabildo,) y que dicho Esbert ha consentido diez doblones de pension sobre el; y assimismo el Dotor Trias vn beneficio simple con pension de tres doblones, y porque de cargar estas, y otras Preben. das y Beneficios, es conocido el grave perjuyzio que vendrian à recibir los naturales, assi por ser las demàs dellas tan cortas, como tambien porque por este medio vendrian à prejudicarse los derechos, que los Ordinarios tienen à su provision; y consiguientemente à mis Regalias, demàs de ser contra lo dispuesto por el Santo Consilio, he mandado escrivir à mi Embaxador en Roma, haga los officios convenientes con su Santitad, y demàs Ministros, que sea menester, à efecto de que no se carguen pensiones en semejantes Prebendas, ni Beneficios: y por si llegaren antes las Bullas de los referidos, ò otras desta calidad, lo advirtireys à mi Abogado Fiscal, ordenandole haga las diligencias, y prevenciones necessarias con todos los Prelados; para que no se executen sin darme primero cuenta, como tengo mandado, en respeto de la aprobacion de los provehidos, y procure recoger los despachos que vinieren desta calidad: los quales aveys de remitirme, y sin orden expressa mia no se les ha de dar cumplimiento. Siendo mi animo informar antes à su Santidad de los inconvenientes que se ofrecen. Y esta orden harys se registre en el libro de las acordadas dessa Real Audiencia, para que se tenga presente aora, y en adelante. Dada en Madrid 13 de Mayo 1667.

YO LA REYNA.

Vt. Don Christoph. Crespi Vicecanc.
Vt. Don Georgius de Castellvi.
Vt. Don Petrus de Villacampa Reg.
Vt. Don Antonius Ferrer.
Vt. Exea Reg.
Vt. Don Iosephus Romeu Reg.

Hic super excessiva reservatione pensionis impositæ 26
in Canonicatu, Beneficiis Curatis, & simplicibus, fuit per suam Maiestatem iniunctum, vt suspenderetur executio Bullarum quousque sua Sanctitas priùs informaretur de præiudicijs inde resultantibus, considerato interesse publico, & esse in damnum tertii, & læsionem Regalium: repugnante pariter S.C. Trid. *sess. 24. de ref. cap. 13.* (iuxta notam Augustini Barbosa *ibidem*) sanciente inconveniens fore, Beneficia tenuia pensionibus gravari: nec sic verisimile esse, neque præsumendum, Summum Pontificem reservationem omnium fructuum loco pensionis admittere velle, tradit Tondutus *de pension. cap. 5. num. 25.* cum non soleat sua Sanctitas reservare pensionem vltra tertiam, vel dimidiam partem fructuum; vt attestantur Domini de Rota *decis. 444. num. 1. part. 2. recent.* probant Gigas *de pens. quæst. 9. num. 1.* Fagnanus *in cap. Nisi essent de Præben. & Dig. num. 27.*

Alia ad id expenditur Epistola Regia. 27

EL REY.

ILustre Dunque de Bournonville, pariente, mi Lugartiniente, y Capitan General. Aviendo visto lo que me informays en carta de 5. deste, y el papel que con ella remitis del Cancillier de esse Principado, sobre la pretencion que tiene el Dotor Miguel Ioan Bosch Coadiutor del Dotor Pedro Ramis, Canonigo de Vique, de que so

sea servido escrivir al Embaxador en Roma, para que procure que su Santidad no conceda las Bullas de la impetra que solicita de dicho Canonicato Sebastian Vilanova en la Corte Romana, y mandar que en esse Principado no se den execucion à ningunas que vinieren sobre esta materia, hasta nueva orden con vuestro parecer. He mandado escrivir al dicho Embaxador en la forma que el suplicante pide. Y por lo que toca à esse Principado, ha parecido encargar, y mandaros, como lo hago, que si acaso se os presentaren algunas Bullas, o despachos de Roma sobre esto negocio los regoiays, y me deys cuenta de ello con vuestro parecer, para que entendido, resuelva lo que mas convenga. Dada en Madrid à 17. de Setiembre 1682.

YO EL REY.

Ut. Xulve Reg.
Ut. Don Josephus Rull Reg.
Ut. Marchio de Castellnovo.
Ut. Passer Reg.

Don Francisco Isquierdo de Berbegal Secretarius.

28 Super Coadiutoria Canonicatus, cui obstabant dispositiones Pontificiæ, en Diploma in forma nostræ Cancellariæ expeditum.

Lo Duch de Sessa &c.

Venerable, Nobles, y Amats de la Real Magestad, lo Capitol de la Seu de Gerona, lo Doctor Salvio N. Canonge de aquixa Santa Iglesia, y Seu de Gerona, tracta de passar son Canonicat en Coadjutoria al Doctor N. natural de aqueix Bisbat, resident empero de molts anys à esta part en la Vila de Perpinya, y per dit Capitol li es estada donada llicencia de fer dita Coadjutoria: la qual no pot tenir efecte algun, per faltar en esta part as disposicions dels Summos Pontifices, Leo XV y Greg. XV. Per tant Vos dibem, y manà, mque en manera alguna no doneu en ningun temps, ni permetau se done possessiò de dit Canonicat al dit Doctor N. fins tingau altre orde de sa Magestat, y nostra. Venint los cas que presente las Bullas, poseu aquellas en ma de sa Magestad, à efecte de que pugui sa Magestad representar lo que convinga, à sa Santedat: que per convenir axi à son Real servey, es esta sa Real Voluntat, y nostra. Dat en Barcelona als 23. de Agost de 1672.

El Duque De Cessa y Baena.

Ut. Don Franciscus de Pons Cancell.

Don Antonius de Reart.

29 Pro Archidiacono Majori Gerundę respectu ejus jurisdictionis in Sede Episcopali vacante, de qua scribimus in alio loco, nunc prospice Diploma nostræ Cancellariæ, in quo includuntur duo Regia rescripta.

Lo Duch de Sessa &c.

Venerable, Nobles, y Amats de la Real Magestat, lo Capitol de la Santa Iglesia Cathedral de la Seu de Gerona. La Reyna Nostra Senyora (que Deu guarde) ab son Real Orde, despatxas en Madrid als 9. del corrent mes, y any, en deguda forma de Cancellaria, del Consell Supremo de Aragò, nos ha fet entendrer de que à instancia de aquetx Venerable Capitol, se es sucitada de nou la lite, que pendia en Roma sobre la antiga possessiò, en que han estàt los Ardiacas Majors de aqueixa Santa Iglesia Cathedral, de exercir per sa Dignitat la Sede vacant; y no obstant, que lo Rey nostre Senyor (que Santa Gloria haja) per tocarli la protecciò de totas las Iglesias, manà desistisseu de continuar dita lite, y causa lo any 1664. com ab efecte procedint ab vostra acostumada atenciò la suspenguereu. Ab tot ara, no obstant lo demunt dit, ha entès sa Magestad que haveu instada dita causa, y que se es despatxada la sentencia, y executorials de ella. Y perque conve no resten damnificats los drets del Doctor Iaume Vilar, vuy Ardiaca Major de aqueixa Santa Iglesia, per no esser estat formalment obit en Roma. Velent sa Magestat provehir sobre aço de degut remey, nos encarrega, y mana ab dit son Real Orde, vos ordenem, que no poseu en execuciò dita sentencia, ni executorials, ans be reculliau aquells, y que perco nos remetau dita sentencia, y executorials ab tota brevedat, à fi, y efecte de poderlos posar en las Reals mans de sa Magestat, perque vol que se informe de nou à sa Santedat, peraque ab noticia del ques representara, per part de sa Magestad à sa Santedat, pugaresolder lo mes convenient. Y essent just, que los Reals Ordes de sa Magestat sian obehits, vos dibem, y manàm que suspengau la execuciò de dita sentencia, y executorials; y do prompte nos remetau, per los fins, y efectes referits, que aixi convè al servey de sa Magestat. Dat en Barcelona à 20. del mes de Iuliol de 1671.

El Duque de Sessa y Baena, Conde Marquès de Tabara.

Vt. Don Franciscus de Pons Cancel.
Don Antonius de Reart.

Dirigitur Venerabili Capitulo Sanctę Ecclesiæ Gerundensis.

In locumt. ab anno 1669. ad 75. fol. 176.

Passim acceptum fuit, quod pro parte Domini nostri Regis Sanctissimus informatus decrevit, quod ex integro audirentur partes, provt infra ibi:

In nomine Domini Amen. Fidem facio per præsentes Ego Sacræ Rotæ Nott. publicus infrascriptus, qualiter die Veneris decima tertia mensis Maij anni millesimi sexcentesimi septuagesimi secundi in causa Gerunden. iuris administrandi Episcopatum, Sede Episcopali vacante, in Sacro Rotæ Auditorio inter R. D. Archidiaconum Ecclesiæ Gerunden. ex una, ac Rever. Capitulum, & Canonicos eiusdem Ecclesiæ in officio mei Notarij publici infrascripti coram me eodem infrascripto Notario constitutus D. Franciscus Borragines, Procurator assertus Reverendissimi Domini Archidiaconi Ecclesię Gerunden. & ad docendum de rescripto facto in signatura iustitiæ Sanctissimi Domini nostri Papæ in supradicta causa in recursu ad illam habito adversus sententiam per R. P. D. Flaminium Toyam supradictæ Sacræ Rotæ Auditorem, ad favorem D. Reverendissimi Capituli, & Canonicorum latam facio produxit, & exhibuit penes acta mei &c. fidem supradicti rescripti per Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Antonium Laurentium Rattam, Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Prefecti supradictæ signaturæ Iustitiæ Auditorem, vt appareat subscriptum tenoris infrascripti, videlicet: Fidem facio per præsentes, qualiter in signatura iustitiæ, habita die duodecima Maij millesimi sexcentesimi septuagesimi secundi in causa Gerunden. contra Dominos Canonicos, & Capitulum eiusdem Ecclesiæ, proponente R. P. D. Alticuito rescriptum fuit ad Rotam EX INTEGRO. In quorum &c. Actum die duodecima Maij millesimi sexcentesimi septuagesimi secūdi. Antonius Laurētius Ratta Auditor, & aliàs latiùs, provt in actis mei &c. ad quæ &c. in quorum fidem, & præmissorum testimonium hanc præsentem subscripsi, & subsignavi, ad instantiam supradicti Domini Francisci Borragines Procuratoris asserti præfati Reuerendissimi D. Archidiaconi Ecclesiæ Gerunden. anno, mense, & die supradictis.

31 *Ego Vincentius Cicellius Gallesij Sacri Palatij Apostolici causarum, nec non Sacræ Rotæ Notarius de præmissis rogatus, præsentem fidem subscripsi, signaui & publicavi requisitus. In fidem Sig ✠ num Nott.*

Nos Hieronymus Priolus Sacræ Rotæ Auditor vniversis &c. per præsentes publicè testamur, supradictum D. Vincentium Cicellium esse talem, qualem se facit, eiusque scripturis publicis, & privatis, ac in similibus semper vbique ab omnibus in iudicio, & extra adhibitam fuisse, & de præsenti adhiberi fidem: in quorum &c. datum ex ædibus nostris hac die 13. Maij 1672.

Sigillum Domini Prioli.

Carolus de Bonamissis Sacræ Rotæ Nott. de mandato.

Rescriptum signaturæ.

32 Alia ad id ipsum notantur Regia rescripta, videlicet 5. Decembris 1662. & 5. Novembris 1677. (super observantia S. C. Trid. *sess. 24. cap. 20. de reform.* vbi causæ Ecclesiasticæ in prima instantia sunt agitandæ coram

coram Ordinario: de quo *in dec. seq.*) Aliud 17. Januarii 1692. super Beneficiis Patronatus Regii: de quo suo loco.

33 Et quia Domini nostri Reges Catholici (ut supra dixi,) eo modo quo possunt, & debent, jura sua Regia defendunt, & Pontifici repræsentant, cujus Sanctæ intentionis nunquam est Regibus præjudicium inferre, imo neque privatis: docet D. Vicecan. Crespi *dict. observ. 63. numer. 45.* Ideo interdum suspenditur exequutio litterarum Apostolicarum in casibus violentiæ notoriæ per earum apprehensionem, & retentionem, ut sua Sanctitas informetur, prout supra habetur. Interdum desuendo litteras à processu R. A. in quo fuerunt exhibitæ, ut ibi: *Die 1. Octobris 1689. Barcinonæ.* Est in lib. concluſ. illius anni fol. 349.

34 *In facto dubii proposiri in Regia Audientia junctis Tribus Aulis, per Nobilem Joannem de Colomer Regium Consil. Advocatum Fiscalem Patrimonialem, utrum litteræ inhibitoriæ expeditæ Matriti in Curia Nunciaturæ Regnorum Hispaniæ die 20. Septembris 1688. instante Procuratore Fiscali dictæ nunciaturæ, & exhibitæ pro parte Maginæ Valls, & Puig viduæ Hieronymi Valls, quondam Aromatarii Civis Barcinonæ schedula oblata 11. Octobris 1688. in causa capibreviationis, quæ in Regia Audientia ducitur, ad relationem dicti Nobilis Joannis de Colomer inter Nobilem Fr. Joannem de Marimon, Monachum, & Camerarium Imperialis Monasterii Sancti Cucuphatis Vallen. Ordinis Divi Benedicti agentem ex una, & dictam Maginam Valls ream convictam, partibus ex altera, actuario Topi & Comes, sint desuendæ à processu dictæ causæ.*

Attento constat, dictas litteras non potuisse à dicta Curia nunciaturæ expediri, & callidè fuisse expeditas, & productas per dictam Maginam Valls, in, & cum dicta schedula fuit conclusum, quod dictæ litteræ desuantur à processu, & quod prædicta schedula deleatur.

35 Hic quadrat quod scribit Frasso *de reg. patron. Indiar. tom. 1. cap. 44. num. 32. vers. Ad hanc*, ibi: *Ad hanc præeminentiarum Regiarum naturam, & materiam refert Regiam schedulam Imperatoris Caroli V. Domini nostri ad Principem D. D. Philippum ipsius filium, ac itidem Dominum nostrum, missam 20. Decembris ann. 1546. circa inhibitorias à Curia Romana, obtentas, ad supplicationem, & instantiam Deminæ Eleonoris de Castro, uxoris Baronis de la Laguna, quam tradit Narcissus Peralta in prælud. tract. de la potest. ad secular, nu. 4. in hæc verba.*

En la causa del Baron, que por ninguna via directa, ni indirecta, no se ha de permitir, que sobre causa temporal, pendiente ante los Iuezes seglares, vengan, ni se cumplan inhibitorias de Iuezes Eclesiasticos, porque es contra la prehominencia Real. Et postea ibi:

Y en caso, que por los Iuezes de Aragon se declarasse, que se obedeciessen las letras de inhibicion de Roma, no lo debemos de consentir, por ser esto en perjuyzio de nuestra prehominencia Real: y assi est aveis advertido de este punto, por dar à entender à los del Consejo de Aragon, que ai reside, y à los de allà, de la manera que deven proceder en el negocio; y siendo necessario, mandareis, que assista persona por el Fisco. Esto del Breve, ha sido muy bien, no dar lugar à que se acepte, y que se deve tener muy gran cuydado, que nadie entienda en esto, y si alguno se empachare en elio, que sea castigado.

36 Interdum proceditur contra partem perturbantem Regiam jurisdictionē & ipsius Advocatū consulentē, ut ibi: *Die 14. Julii 1526.* Est in lib. concluſ. fol. 93. *in facto supplicationis F. P. & Thomæ Gil Civitatis Dertusen. supplicantium, procedi, & enantari in vim Regiarum Pragmaticarum contra Violantem Clemente evocantem, seu evocari facientem in Curia Romana causam possessoriam inter ipsam, & dictum Gil vertentem in Regia Audientia, super prætensione aliquarum petiarum terræ; fuit conclusum, quòd dicta Violans arrestetur in aliqua domo præsentis Civitatis, ad pœnam ducentum librarum, cum idoneis fidejussoribus, in forma solita, donec aliter sit provisum, & mandetur Assessori Vicarii Dertusæ, qui consuluit contra dictas Pragmaticas, perturbando, & impediendo Regiam jurisdictionem, quod compareat personaliter, ad dandum rationes de his, de quibus impetitur, & executori Apostolico revocet omnia procedimenta, aut compareat ad informandum banchum Regium.*

37 Interdum contra eandem instantiam proceditur cum comminatione temporalitatum, ut patet in Regia Epistola 5. Decembris 1662. quæ litteraliter recitatur *in decis. seq.* & hic: *Y aprender el Original, que tambien se intime*

a Don Francisco de Eril no use, ni se valga de ella (loquitur de citatione à Curia Romana emanata) *ni profiga el pleyto en Roma, sino que le renuncie, commiendole para ello la ocupacion de temporalidades*, cui annuit Dominus noster Rex in ejus Regia decretatione, ibi: *Y siendo necessario proceda à ocupacion de temporalidades contra el dicho Don Francisco de Eril si insistiere en su intento: y me avisareys del que en ello se hiziere.*

Conducit D. Vicencan. Crespi *obs. 15. nu. 107.* ibi: *Et* 38
Ecclesiastici contrarium intendentes compellendi sunt, ut desistant; aliàs procedi potest contra eos à occupatione temporalitatum, exilio, & aliis remediis assuetis, ut fuit ita decretum per Supremum Concilium Castellæ, & Aragonum, attestante Bovadilla in pol. lib. 2. cap. 19. nu. 37. Frasso *de patron. reg. tom. 1. cap. 44. num. 11.* ubi tradit Regium rescriptum cum majori pœna ad terrorem, ad compellendum cursorem, ut renuntiaret, & revocaret cum instrumento præsentationem cujusdam brevis.

Interdum etiam proceditur contra Notarium, in cu- 39
jus manus fuit facta litterarum præsentatio, ut præcipitur in citata Epistola Regia 5. Decembris 1662. ibi: *Que no estuviesse remitida à Roma la certificatoria de la citacion, podria hazerse aprension della, ò mandar al Notario que la hizo, no de copias.* Incarcerando interdum illos, qui litteras notificare intentarunt, aut notificarunt, & alios, qui in eo intervenerunt, ut liquet in Regia Epistola directa Procuratori Regio Majoricen. die 5. Novembris 1632. quæ transcribitur in alia Decisione.

DECISIO CXXXV.

ARGUMENTUM.

De electione Vicarii Generalis à Capitulo Sede vacante, facienda, juxta dispositionem S. C. Trident. *sess. 24. cap. 16. de reform.* Et an causæ primæ instantiæ, reservatæ cognitioni Ordinarii Ecclesiastici, possint evocari ad Curiam Auditoris Cameræ, obstante eodem S. C. Trid. *cap. 20. sess. 24. de reformatione:* & quid importent monitoria illius Curiæ, & si lædatur in his dispositio Tridentina, an habeat locum protectio Regia. Cum exemplaribus, & Regiis rescriptis.

SUMMARIUM.

1 *Subditi cogi non debent exire ad litigandum extra suam Provinciam, & num. 2.*
3 *Etiam coram Judice Delegato, & in Provincia litigantium debet delegari.*
4 *Nec Judex extra suum domicilium debet pro causa sibi commissa proficisci.*
5 *Ratio traditur, & num. 6. comprobatur.*
7 *Factum.*
8 *Littera S. C. Trid.* sess. 24 cap. 16. de reformatione, *super electione Vicarii Generalis facienda, Sede vacante, & de ejus qualitatibus.*
9 *Vicarius Capituli, Sede vacante, non potest eligi non Doctor de jure Canonico, vel licentiatus, nisi in defectum aliorum, qui his qualitatibus præditi sint, quod declaratur num. 10. & num. 11.*
12 *Licèt generaliter sit prohibitum, Capitulum, Sede vacante, succedere posse in emolumenta resultantia ex jurisdictione, at in eo non veniunt comprehensæ singulares personæ, succedentes jurisdictioni Episcopali, Sede vacante, ex privilegio, vel alio jure speciali, & num. 13.*
14 *Quoad essentiam nominationis Vicarii Generalis, non requiritur scriptura, sed ad ejus probationem.*
15 *Ante devolutionem mora purgatur.*
16 *Dubium, & num. 17.*
18 *Quando citatus comparet contradicendo præcepto, seu monitorio expedito à Curia Auditoris Cameræ, tunc præceptum, seu monitorium, stante clausula justificativa, resolvitur in simplicem citationem, maximè quando citatus possidet, & impetrans præceptum non possidet.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

19 *Provisio assistentiæ durat etiam post sententiam Judicis Ecclesiastici, quando iste processit sine causæ cognitione, & num.20.*

21 *Judices Ecclesiastici non habent territorium in hoc Principatu quoad exercitium jurisdictionis contentiosæ contra laicos.*

22 *Universa jurisdictio contentiosa est Domini territorii.*

23 *Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscuntur, ex S. C. T.* cap. 20. sess. 24. de refor. *& traditur decisum num.24. & 25.*

26 *Nuntii, vel Legati de latere, de causis quibuslibet ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, non possunt in prima instantia, ex dicto Decreto Tridentino præservata ordinariis cognitione, nec pendentes ad se evocare, nisi per viam legitimæ appellationis ad sua Tribunalia fuerint delatæ.*

27 *Auditor Cameræ Apostolicæ non potest cognoscere de causis Ecclesiasticum forum attingentibus in prima instantia, nec monitoria decernere ad extrahendas partes à suis domiciliis.*

28 *Auditor Cameræ Apostolicæ in prima instantia non est Judex Ordinarius, & sic ejus jurisdictio non prorogatur, quod limitatur num.29.*

30 *Quando Judex Ordinarius Ecclesiasticus est suspectus, causa committitur viciniori.*

31 *Nemo post litem contestatam Ordinariæ Sedis declinet examen, & num.32.*

33 *Regalia protectionis S. C. Trid. habet locum, quando læditur, & percutitur prima Ordinariorum instantia. Ubi quod Dominus Rex est protector S. C. Trid.*

34 *Decisio Senatus.*

35 *Conceditur assistentia Ecclesiastico pro manutenentia possessionis rei Ecclesiasticæ.*

36 *Ad id rescriptum Regium.*

37 *Causæ obligationum Cameralium quoad partes extra urbem evocari non possunt.*

38 *Decisio Senatus.*

39 *Declaratio Sacræ Congregationis.*

1 SUBDITI cogi nequaquam debent exire ad litigandum extra suam Provinciam, *l. Sed hæ* 35. §. 2. *ff. de Procurat.* ibi: *Cæterum cogi eum etiam in Provincia de Roma abire, vel è contrario, vel à Provincia in aliam Provinciam, & defendere, durum est.* Concordat text. *in l. Propter litem* 21. §. *licèt* 2. *ff. de excusat. tutor. l. Sed etsi* 7 *ff. testament. quemad. aper.* probant Afflictis *in const. Neapol. lib.1. cap. Justitiarii rub.50. nu.5. in fin.* Narbona *l.59. glos.1. tit.4. lib.2. recop.to.3.* D. Vicecan. Crespi *observ.15. num.107.* Avendanno *de exeq. reg. mandat. par.1. cap.5. num.5.* Fontan. *de pact. nup. tom.1. clauf.4. glos. 10. part.2. num.5.* (ubi quod non ligat citatio extra Provinciam facta) Cancer *var.2. cap. 2. de jurisd. omnium judic. num.231. ad 238. & num.263. cum seqq.*

2 Et expressit jus Canonicum *in Can. Neminem* 16. *cauf. 3. quæst. 6.* ibi: *Neminem exhiberi de Provincia ad Provinciam, vel ad Comitatum oportet, nisi ad relationem Judicis, ad quem fuerit appellatum, ita ut actor rei forum sequatur; & infra: illa quæ sunt per unamquamque Provinciam, ipsius Provinciæ Synodus dispensat, sicut in Nicæno constat decretum esse Concilio; ultra Provinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur: omnis accusatio intra Provinciam audiatur, & à comprovincialibus terminetur, nisi Prælatus sit, qui accusatur.* Probat text. *in cap. Non liceat* 14. *cauf. 3. quæst. 6.* ibi: *Non liceat cuiquam (sine præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis reverentia, & authoritas debetur) relictis his Sacerdotibus, qui in eadem Provincia Dei Ecclesias nutu divino gubernant, ad alias convolare Provincias, vel aliarum Provinciarum Episcoporum judicia expetere, vel pati.* Salgado *de sup. ad Sanctis. par.2. cap. 3. §. unic. num.4.* ubi alia jura expendit, Salcedo *de leg. pol. lib.2. cap.8. num.27.* Bovad. *in polit. lib.2. cap.19. num. 37.* & sancivit sua Majestas in epistola Regia directa Procuratori Regio Maior. dat. Mat. 5. Novembris 1632 quæ ad litteram recitatur in alia Decisione.

Ideo Concilia Africana prohibebant, quòd negotia traherentur ad judicia transmarina. *Concil. Malavet. Can.* 32. repetitum *in Can. Placuit el 2. 2. quæst. 6. Can. Presbyteri* 11. *q.3.* idemque renovatum fuit *Can.* 28. *Concil. African.* quæ approbat D. Ludovicus Exea *super discur. Ecclesiæ Cæsaraugust. Sanct. Salvatoris par.3. num.133.*

Sic in Judice Delegato consideravit text. *in l. Nemo* 8. *Cod. de annon. lib.10. tit.16.* ibi: *Longiùs delegetur, sed omnes itineris, ac necessitatis habita ratione delegentur, l. Cum post sententiam* 26. *Cod. de Appel.* ibi: *Cum post sententiam discussoris, vel rationalis fuerit provocatum, ad synceritatem tuam negotium transferatur: ut si mediocritas negotii, aut longinquitas Regionis ad Judicium tuum litigatores venire non patiatur, judicio Rectoris Provinciæ, quem ipse probaveris, negotium deleges;* ex hoc text. Crespi *d. obs.15.* (ubi *nu.32.* intra quas dietas) *num.34.* infert, quod longinquitas itineris facit, ut in Provincia litigantium Judex appellationis degere cogatur, ex Bartol. in eo text. & communiter scribentibus; sunt etiam optima jura *l. Si locus* 59. *ff. de judic. l.3. §. penult. ff. de testibus.* 3

Sic nec Judex extra suum domicilium debet pro causa sibi commissa proficisci, nisi ubi causæ necessitas, vel utilitas exigit; & tunc moderatas expensas debet à partibus recipere, *c. Statutum §. insuper, de rescriptis in 6.* 4

Quorum omnium est ratio, ne extra suas Provincias tot sumptibus, & incommoditatibus partes litigare, & degere cogantur, Fontan. *de pact. 1. clauf. 4. dict. glos. 10. par.2. num.4.* Cancer *var. 2. dict. cap. 2. numer. 265.* probat text. *in cap. Nonnulli* 28. *de rescrip.* ibi: *Nonnulli gratia Sedis Apostolicæ abutentes, litteras eius ad remotos Judices impetrare nituntur, ut reus fatigatus laboribus, & expensis, liti cedere, vel importunitatem actoris redimere compellatur;* contra salutem Reipublicæ, & bonum publicum probat pluribus juribus citatis Salgado *de suppite. ad Sanctis. par.2. cap.3. num. 14. cum seqq. & §. unico n.4. & c.11. n.86. cum seqq. & n.96 & per tot. c. lib.* per intelligentia *cap.20. sess.24. S. C. Trident. de refor.* 5

Non minùs Rota idipsum sancivit *p.10. post trac.* Dianæ: *vers. Et multò minùs*, coram Argulles in Calaguritana Benef. de Ocon. Mercurii 15. Novembris 1649. in notabilibus verbis ibi: *Et benè faciunt in fortioribus terminis tradita per Castren. cons.195. num. 2. ad finem, vers. Respondet Joannes Andreas ad speculat. addit. ult. in tit. de offic. omn. judic. pag. mihi* 154. *col.1. post principium, vers. Sufficit, cum seqq. nam extra larem ad judicium vocati mœsti solent esse, & mœstos penates componere, longè pluris posse esse gravamen itineris, quàm causæ principalis; & sic ratiocinantur Imperatores in l. Mediterranea, C. de anno. & tribut. lib.10. tit.16. ibi: ut plus haberet dispendi translatio, quàm devotionis illatio, & in l. Apparitores 5. C. de exact. tribut. eod. lib. tit. 19. ibi ne longinqui itineris diversitate susceptor adductus, & Curiæ suæ desit, & rei familiaris detrimenta sustineat.* 6

Ad hæc casus evenit. Ad Archidiaconum Majorem Cathedralis Gerundæ, Sede Episcopali vacante, pertinet, & spectat omnimoda jurisdictio, & administratio in spiritualibus, & temporalibus, Sede Episcopali vacante, privativè quoad Capitulum Gerunden. Et potest facere omnia, quæ potest Episcopus, præter ea quæ sunt Ordinis. Archidiaconatum Majorem obtinens Doctor Isidorus Bertran in hac Sede vacante, nominavit in Vicarium Generalem, & Officialem Franciscum Camps Sanctæ Theologiæ Doctorem, & Canonicum ejusdem Cathedralis; ei in possessionem immisso, & officium exercenti oppositum fuit, nullam, & injustam esse nominationem Vicarii Generalis; quia omissi, & postpositi fuerunt complures alii Capitulares ejusdem Ecclesiæ in jure Canonico DD. contra formam S. C. T. *sess.24. cap.16. de refor.* Atverò implorata fuit à Regio Concilio Criminali assistentia, ex quo aderat qualitas Concilio Criminali jurisdictionem tribuens (cum si ea deficeret, manutenentiæ litteræ peti valerent à Regia Audientia Civili) quæ obtenta fuit, directa Regio Vicario Gerunden. (nec id scrupulo dignum judicatur, nam oportet interdum Magistratus sæculares interponi in hisce convocationibus, ne scandala sequantur, ut probamus in alia Decisione.) Capitulum verò, & Canonici in jure Doctorati Curiam Metropolitanam Tarraconæ per viam querelæ, & recursus adierunt, à qua expeditæ fuerunt litteræ citatoriæ & lite pendente, cum etiam à Tribunali Auditoris Cameræ Apostolicæ obtinuisset Capitulum litteras, sive monitorium, & illæ forent præsentatæ Regio Vicario qui exercet jurisdictionem ordinariam in Civitate, & Vicaria Gerundæ. Fuit magnopere discussum, an assistentia concessa, & Vicario Regio directa, supersederi deberet. 7

8 Ad cuius investigationem opportunum censui præannotare fomentum prætentionis Archidiaconi secundum mentem Concilij Trid. *d. sess. 24. cap. 16.* cuius est littera. *Capitulum, Sede vacante, vbi fructuum percipiendorum ei munus incumbit œconomum vnum, vel plures fideles, ac diligentes decernat, qui rerum Ecclesiasticarum, & proventuum curam gerant, quorum rationem ei, ad quem pertinebit, sint reddituri. Item Officialem, seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur, qui saltem in iure Canonico sit Doctor, vel Licentiatus, aliàs quantum fieri poterit, idoneus: si secus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio huiusmodi devolvatur.* Prosequitur Concilium, quòd si ipsa Ecclesia Metropolitana fuerit, devolvatur nominatio ad antiquiorem suffraganeum, & si exempta, ad propinquiorem Episcopum. Ornant Barbosa *de potest. Episc. part. 3. alleg. 54. nu. 168.* Garcia *de benef. part. 5. cap. 7. nu. 6.* Solorzano pluribus citatis, *de iur. indiar. lib. 3. cap. 13. nu. 38.* Marchet. *de Vic. Capit. part. 1. tit. 1. tot.* vbi plures, Luca *in annot. ad Concil. Trident. to. 14. disc. 31. & in tract. de Canonic. tom. 4. supplement.* Fermosinus *de Capit. Sede vacante q. 9. n. 18. tract. 1.*

9 Vnde licèt Sacra Congregatio Concilij circa intellectum dicti text. *cap. 16. sess. 24.* declaraverit, quòd Vicarius Capituli, Sede vacante non possit eligi non Doctor de iure Canonico, vel Licentiatus, nisi in defectum aliorum, qui his qualitatibus præditi sint. Marchet. *de Vic. Capit. part. 1. dict. tit. 1. num. 39. cum seqq.* (vbi de Doctore Theologo qui non possit eligi, dum haberi potest Canonista ex pluribus) Fagnanus *in 1. part. Decret. cap. Inter cæteras de rescrip. n. 49.* (qui respondet alternativæ *d. cap. 16.* Ex qua alternativa fundamentum capit pro contrario intellecto. Solorzano *de iur. indiar. dict. lib. 3. cap. 13. n. 41. 42. & 43.* qui dicit, ideo in Hispania parum formam Concilii servari, vt quotidie experitur, & hanc consuetudinem admittit Marchet. *de Vic. Cap. part. 1. tit. 1. n. 46.*)

10 Atverò dictum fuit, quòd dispositio Sacri Concilii *in c. 16.* dumtaxat procedit in Capitulo Cathedralis, & Metropolitanæ Ecclesiæ, vt patet ex illius contextu, & declarasse Sacram Congregationem eiusdem Concilij interpretem, animadversum tradit Fagnanus *in 2. part. 1. Decret. ad tit. de Maiorit. & obedient. cap. Iuxta num. fin.* qui ideò docet, quòd proposito dubio, an Decretum Concilij *in dict. cap. 16 sess. 24* locum etiam habeat in Collegiata, defuncto eius Prælato, qui ordinariam iurisdictionem, & omnia iura Episcopalia habeat, Sacra Congregatio censuit, non habere locum, inde dicens, ibi: *Quamobrem in Capitulis titulorum Cardinalium, & altarum Collegiatarum Ecclesiarum, tanquam omissis à Concilio, servanda est dispositio iuris communis.*

11 Comprobat omnia supradicta Solorzano *de iure indiar. lib. 3. cap. 13. n. 49.* vbi antea *n. 48.* inquit, quòd dispositio Sacri Concilij à iuris communis regulis recedit, ibi: *Quibus inspectis, nec in Vicarijs, nec in Metropolitanis Archiepiscoporum, vel Episcoporum, nec in aliis Iudicibus dicti gradus desiderantur, & quælibet peritia, & idoneitas sufficit. cap. Quoniam in plerisque, cap. Inter cætera de offic. ordin. cap. fin. de ætat. & qualit. cum ibi notatis, cap. Suscitatus §. Illitteratus de rescrip.* & ex Barbosa, & Garcia comprobat non loqui Sacrum Concilium Tridentinum de Ecclesia Collegiata. Marchet. de *Vic. Capit. part. 1. dict. tit. 1. num. 91.*

12 Sic etiam licèt *in cap. Sæpè 40. de Elect. in 6.* generaliter sit prohibitum Capitulum, Sede vacante, succedere posse in emolumenta resultantia ex iurisdictione, Sede Episcopali vacante, at in eo non veniunt comprehensæ singulares personæ succedentes iurisdictioni Episcopali, Sede vacante, ex privilegio, vel alio iure speciali, tenet Glossa *ver. Eorundem*, & Anchar. *ibidem nu. 3. vers. Quintò nota*, & posteà ita declaratum fuit *in Clement. Statutum 7. de Elect. vers. Cæterum*, ibi: *Cæterum ad singulares personas, ad quas ratione Dignitatum, quas obtinent, iurisdictio cum eius emolumento devolvitur, Sede vacante, de consuetudine, privilegio, vel alio jure speciali nolumus præsentem constitutionem extendere.*

13 Quod argumentum assumpsit Archidiaconus, asserens de ipso non loqui Sacrum Concilium Tridentinum, qui tanquam Vicegerens Episcopi, qui vel defuncto Prælato succedit in ordinariam iurisdictionem, & sic quoad ipsius Vicarii Generalis nominationem observari solum oportere dispositionem iuris communis, à quo formalitas Concilii non præcavetur.

Estò quod dispositio Concilii etiam in hoc casu observari deberet, respectu nominationis Vicarii Generalis, eidem ipsi litteraliter paruit Archidiaconus. Nam intra octo dies Canonicum, & in iure Doctorem Sacristam in Vicarium Generalem deputavit; & licèt verbo, & nulla in scriptis peracta nominatione, eam vti non substantialem potuit tunc omittere, & ad eius probationem post octo dies Concilii in scripturam redigere, provt Capitulo obtulit; nam scriptura de requiritur ad effectum probationis, quando à partibus requiritur ipsa probatio, & negatur deputatio, vel electio Vicarii Episcopi, vel Capitularis; non autem quoad essentiam nominationis, vel electionis: tradunt communiter DD. Pax Jordanus *tom. 2. elucubat. lib. 12. tit. 1. de Vicar. Episcop. nu. 121.* Franciscus Magistris *in Sylva Eccles. lib. 2. cap. 5. nu. 13.* Cardin. de Luca *de Canon. & Dign. disc. 26. sub nu. 10. & 11.* ibi: *Secus autem in hac subjecta materia, in qua non agitur de simplici deputatione sonante in mandatum, quod Episcopus, vel Prælatus, vel ejus loco Capitulum Vicario dare dicitur, quod mandatum ad sui essentiam non exigit scripturam, sed oretenus dari potest. Stros. de Vicario lib. 1. qu. 64. & generaliter quod dicti termini non intrent in illius actibus, qui alium actum ad eorum perfectionem non exigunt, ubi scilicet ipsa electio est electio, & collatio simul. Garcia de benef part. 1. cap. 6. & seqq. litteræ siquidem patentes expediuntur ad probationem, non autem ad substantiam, vel perfectionem actus, cum nullo jure cautum sit ea requiri de substantia.* 14

Ac vlteriùs etsi intra octo dies computandos à morte Prælati deputatio Vicarii Generalis non esset executa, potuit Archidiaconus re integra, & anteaquam Metropolitanus iure devolutionis vteretur, moram purgare, iuxta doctrinam Garcia *de benef. part. 5. cap. 7. num. 7.* (licet contrarium teneat Marchet. *de Vicar. Capit. part. 1. dict. tit. 1. num. 15. cum seqq.*) ac multò magis Vicarium Generalem antea verbo nominatum, scriptis confirmare, nec id extraneum iudico à mente S. C. *dict. cap. 16* in illis verbis *vel existentem confirmare.* 15

Hæc degustavit Senatus pro assistentia Regia Archidiacono, & eius Vicario Generali concedenda; at principaliter agnovit possessionem, de qua constare fecerunt in processus informativo: & cum supervenerit monitorium Auditoris Cameræ, nuper dubitavit, an assistentia Regia pro manutentione dictæ possessionis resoluta maneret, ex quo dici videbatur, iam ius dictum fuisse per Iudicem competentem, super controversa nominatione V. G. Capitularis; verum enimvero censuit Senatus, adhuc persistendam esse possessionem Archidiaconi, V. G. & auxiliandum ei esse. 16

Nam licet sub die 18. Maii currentis anni à Curia Auditoris Cameræ fuissent expeditæ litteræ, & presentatæ Archidiacono, Vicario Generali, & Vicario Regio Gerundæ, & in eis requisitus Archidiaconus, quatenus infra sex dies revocaret nominationem seu deputationem factam Doctoris Francisci Camps, in Vicarium Generalem Episcopatus Gerunden. tanquam nulliter, & iniustè factam, contra dispositionem S. C. T. *dict. sess. 24. cap. 16. de reform.* & alium Canonicum habilem & indoneum nominaret, subsecuta illa clausula: *Quòd si in præmissis se gravatos fore senserint, peremptoriè citetis, &c. prout nos citamus &c. quatenus quadragesima die post præsentiũ executionem, si dies ipsa juridica fuerit, alioquin prima die juridica, ex tunc immediatè sequenti compareant Romæ, &c.* 17

Vnde licet citatus, vigore huiusmodi præcepti, seu monitorii si non compareat, accusetur eius contumacia, & præceptum, sive monitorium remaneat firmum, & transeat in rem iudicatam; Atvero quando citatus comparet, contradicendo præcepto, seu monitorio, tunc præceptum, seu monitorium, stante clausula iustificativa, resolvitur in simplicem citationem; maximè quando citatus possidet, & impetrans præceptum non possidet. Posth. *de manut. observ. 78. a n. 9.* & signanter *à n. 13.* & sic quoad possessorem resolvi in citationem ex Serat *decis. 1044. n. 2.* scribit Amyd. *de stylo datar. lib. 1. cap. 26. n. 51.* Hancque rem doctè, & practicè animadvertit Cardinalis de Luca *lib. 15. post tra. de judic. in relat. Rom. Cur. Forens. disc. 34. n. 26.* Joquendo de his monitoriis Curiæ Auditoris Cameræ, ibi: *Cumque inhibitiones, & monitoria extra Curiam, magis verò extra Statum Ecclesiasticum, expediantur in carta de Corio, seu pergamena; Hinc apud ignarum* 18

UAB Biblioteca de Ciències Socials

vulgus reputari solent brevia Apostolica ; Iſtamque ſimplicitatem confovere ſolent aliqui rabulæ forenſes , ita extorquendo à correſponſalibus Ignaris illas ſummas , quæ erogari debent in expeditionibus Brevium , cum tamen eorum impenſa non importet niſi unum ſcutum monetæ .

Ac ulterius , cum hujuſmodi monitoria dirigi ſoleant omnibus Archiepiſcopis , Epiſcopis , Legatis , Nuntiis , aliiſque Prælatis , & Officialibus , ſive perſonis in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis ; hinc aliam ſimplicitatem, & quandoque malitiam praxis docet , quod ſcilicet in partibus aliquæ perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ , vel aliquod Eccleſiaſticum officium habentes , ita ſe credendo Apoſtolicos Judices , & Delegatos , tanquam tales pro obſervantia eorum , quæ in ipſis monitoriis contineantur , formalem cauſarum cognitionem aſſumunt , atque ad perſonalem , ac realem executionem procedunt, quinimo etiam ad excommunicationem , aliaſque cenſuras , abſque imaginabili fundamento; cum hujuſmodi monitoria aliud non contineant niſi ſimplicem citationem , ſeu monitionem , unde propterea adverſus inobedientes , ſeu contravenientes , alter non procedit , niſi idem Judex , qui monitorium conceſſit , prævia ejus reproductione , aliiſque ſervatis de jure ſervandis , quatenus non comparentibus illis , qui moniti ſint , procedendum ſit in contumaciam ; Iſteque eſt unus de conſuetis erroribus , qui committuntur in partibus ; atque exinde frequenter gravia reſultant inconvenientia præter intentionem Tribunalis , dum in effectu iſta monitoria , aliud non continent , niſi ſimplicem citationem . Allegat Greg. *deciſ.* 105. Burat. *dec.* 109. Duran. *dec.* 146. ipſis adde Rodolf. *in prax. judic. par.* 2. *c.* 2. *à nu.* 32. & præcipuè *à nu.* 45. & 46. 81. 82. & 175.

19 Nec utique revocanda venit proviſio aſſiſtentiæ , niſi poſt ſententiam Judicis Eccleſiaſtici latam cum cognitione cauſæ , citatis , vocatis , & auditis partibus , ut in terminis litterarum manutenentiæ (quæ idem important , quam litteræ aſſiſtentiæ , ut ſupra habetur) probat Cancer *var.* 3. *cap.* 14. *num.* 18. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. tom.* 2. *tit.* 46. *cap.* 3. *num.* 2. *verſ. Lata juris ordine* . Reg. Cortiada *par.* 4. *dec.* 240. *nu.* 51. docens, quòd ſi Judex Eccleſiaſticus procedat ſine cauſæ cognitione , nec citato , vocato , neque audito illo , cui primæ litteræ manutenentiæ fuerunt conceſſæ , declaratur tunc per Senatum , locum non eſſe revocationi litterarum ; ut latiùs ibi cum Senatus deciſione .

20 Proinde cum hæc monitoria ſolùm importent ſimplicem citationem , nec privent , nec privare poſſint poſſeſſorem à poſſeſſione , eo non audito ; ideo quouſque de illius jure cognitum foret aſſiſtentiam eſſe dandam , fuit verbo reſolutum in Regia Audientia junctis Tribus Aulis , & per me injunctum Vicario Regio Gerundæ die 27. Junii 1699. ut requiſitus continuaret in aſſiſtentia Archidiacono Majori Gerund. & ejus V. G. Capituli cõceſſa.

21 Majus verò dubium in Senatu agitatum fuit , quia monitorium Auditoris Cameræ Apoſtolicæ continet inhibitionem quoad Judices de partibus tam Eccleſiaſticos , quam ſæculares Delegatos , & Subdelegatos quacumque authoritate , & facultate fulgentes , prout cum effectu eo motivo fuit præſentatum Vicario Regio Gerunden. ut inhibitus maneret (cui ut præhabetur à Reg. C. directæ fuerunt litteræ aſſiſtentiæ , ut illas exequeretur , & fuerunt executæ .) An per dictam monitorii præſentationem læſa maneret Regalia Domini Noſtri Regis , & certè cenſeo , affirmativè eſſe reſpondendum, nam licèt Epiſcopi , & alii Judices Eccleſiaſtici territorium habeant in terris , & ditionibus Principum ſæcularium , præcipuè in hoc Principatu , ex lege municipali quoad exercitium juriſdictionis contentioſæ contra Clericos , & alios ſubditos ſuos , attamen hæc non proceditur reſpectu laicorum , contra quos minimè territorium habent , ut latè probavi *tom.* 2. *deciſ.* 74. *à nu.* 23. ubi *numer.* 28. refero ita fuiſſe in R. C. concluſum cum Subcollectore Cameræ Apoſtolicæ , qui proceſſit ad capturam (& ſic ad citationem realem) laici in delicto mixti fori , & fuit Subcollector citatus ad informandum banchum Regium , & declaratum , Subcollectorem in ſuo caſu non proceſſiſſe .

22 Et ratio eſt , quia univerſa juriſdictio contentioſa eſt Domini territorii , cui fit injuria , & uſurpatio , ſi aliqua exerceatur contentioſa abſque ejus licentia , & beneplacito . D. Vicecanc. Creſpi *obſerv.* 15. *punctum n.* 35. & 36. ibi: *Ut probat diſertè text. in Clementina Paſtoralis de ſent. & re judic. de qua Bartol. in l.* 1. §. 1. *ff. de requirend. reis Gothof. in l. omnes* 31. §. *executoribus* 5. *verſ. Verum ſi apparitor lit. T. C. de Epiſcop. & Clericis . Maranta de ordin. judic. P. C.* 6. *tit. quomodo concipiatur citatio n.* 40. & 41. *Itaut neque citatio verbalis liceat in alieno territorio abſque beneplacito Domini , aut Judicis illius , juxta veriorem ſententiam Cov. præct. reſol. c.* 10. *n.* 7. *Carleval. de jud. l.* 1 *diſp.* 2. *à n.* 16. *neque captura, etiamſi familia ceperit perſequi delinquentem* , &c. Et infra etiam latius .

Ac rurſus non ſolum ex præhabita monitorii præſen- 23
tatione damnificatur Regalia , verùm etiam læſa fuit , quia non potuit Auditor Cameræ Apoſtolicæ ad ſe evocare in prima inſtantia cauſam Capituli cum Archidiacono , & V. G. Capitulari , juxta expreſſam diſpoſitionem S. C. Trid. *in cap.* 20. *ſeſſ.* 24. *de reform.* in quo cavetur, quòd *cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes , etiamſi beneficiales ſint , in prima inſtantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoſcantur , atque omnino, ſaltem infra biennium , à die motæ litis terminentur* &c. Probant , & exornant Salgado *de ſupplic. ad Sanctiſ. par.* 2. *c.* 3. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. tom.* 2. *alleg.* 81. *n.* 3. & plures ab ipſis allegati , Bovadilla *in polit. l.* 2. *c.* 19 *n.* 37 *lit. A.* D. Vicec. Creſpi *obſerv.* 15 *nu.* 35 Cardin. de Luca *in annot. ad S. C. Trid. lib.* 14. *par.* 5. *diſc.* 33. ubi plura . Et licèt in S. C. Trid. diſpoſitione excipiantur aliquæ cauſæ, atvero nulla ex exceptionibus quadrat huic facto . Et amplius alibi .

Sic die 8. Julii 1686. fuit obtentum decretum mode- 24
rationis inhibitionum , à Curia Romana emanatarum , in obſervantiam dicti S. C. Trid. pro cauſa Capituli Canonicorum Cathedralis hujus Civitatis , cum Parochis ejuſdem . Et de anno 1687. aliud pro cauſa inter Prælatos Monaſteriorum , Cœnobiorum , & Conventuum hujus Civitatis ex una , & Parochos , & Communitates dictæ Civitatis ex altera partibus .

Et ſimile , ut ibi: *En la Villa de Madrid a* 7. *del mes* 25
de Mayo de 1699 *viſtos eſtos autos, y proceſſo por el Illuſtriſſimo , y Reverendiſſimo Señor Don Joſeph Archinto Arcobiſpo de Teſſalonica Nuncio , y Collector General Apoſtolico en eſtos Reynos de Eſpaña , que ſon entre partes de la una, el Señor Arcobiſpo de Tarragona , y de la otra , el Dean, y Cabildo de la Santa Igloſia Metropolitana de dicha Ciudad , ſobre el derecho de adiuntos, y otras coſas . Dixo que moderava , y reformava, moderò , y reformò las letras de inhibicion , deſpachadas por eſte Tribunal, y remitia , y remitiò eſte pleyto, y cauſa al Ordinario de Tarragona, para que juxta ordine ſervato, oyga à el Cabildo ſobre las pretenciones deducidas en eſte Tribunal , y demàs que deducere , y le guarde juſticia: aſſi lo proveyò , y mandò ſu Illuſtriſſima , y lo firmò el Señor Auditor Joſeph Antonius Venturinus Auditor : Ante mi Balthezar Fernandez Montero .*

Ideo approbant DD. quòd Nuntii , vel Legati de late- 26
re , de cauſis quibuslibet ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus , non poſſunt in prima inſtantia ex dicto Decreto Tridentino (ubi præſervatur Ordinariis cognitio) cauſas ad ſe evocare; niſi per viam legitimæ appellationis ad ſua Tribunalia fuerint delatæ; prout refert deciſum Aloyſius Riccius *dec. cur. Archiep. dec.* 296. *n.* 3. *par.* 4. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. diſt. alleg.* 81. *to.* 2. *ſub nu.* 2. Narbona *in l.* 59. *glof.* 1. *n.* 23. Salgad. *de ſupplic. ad Sanctiſ. par.* 2. *cap.* 3. *nu.* 18. quod probat ex littera S. C. Trid. *cap.* 20. *ſeſſ.* 24. ibi : *Legati quoque , etiam de latere , Nuntii , Gubernatores Eccleſiaſtici , aut alii quarumcumque facultatum vigere , non ſolum Epiſcopos in prædictis cauſis impedire , aut aliquo modo eorum juriſdictionem iis præcipere, aut turbare non præſumant; ſed nec etiam contra Clericos , aliaſve perſonas Eccleſiaſticas , niſi Epiſcopo prius requiſito , eoque negligente , procedat , aliàs eorum proceſſus , ordinationeſve nullius momenti ſint , atque ad damni ſatisfactionem partibus illati teneantur* , &c.

Ex quibus verbis *aut aliarum quarumcumque facultatum vigere* , innegabile reddi decretum S. C. Auditorem Cameræ Apoſtolicæ comprehendi , qui propterea non poteſt cognoſcere de cauſis , Eccleſiaſticum forum attingentibus in prima inſtantia , nec monitoria decernere ad extrahendas partes à ſuis domiciliis , tradit Riccius *in præct. Aurea reſol.* 126. *tot.* ſignanter *numer.* 1. ibi : *Cæterum quidquid ſit ex ſupradictis , contrarium verius eſt , & hoc ex noviſſima deciſione Sac. Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 10. *ubi moderata eſt dicta juriſdictio quoad cauſas , quæ in partibus accidunt , nam ex deciſione illius textus , eos , nec dictus Auditor Cameræ , nec quivis alius Judex Romanæ Curiæ poteſt de eis cognoſcere in prima in-*

instantia, nec monitorias decernere ad extrabendas partes, à suis domiciliis, & ad compellendum eos, in Romana Curia litigare, sed omnes causæ in prima instantia, coram locorum Ordinariis debent agitari, & ventilari: Quod justissimè decisum est, ad evitandas infinitas lites, & importunas molestias, & vexationes, quæ à curialibus, aut ab aliis degentibus in remotis partibus quotidie fiebant, qui ad evitandas maximas expensas litium, & itinerum anfractus, & dispendia, juri suo, quantumvis bono cedebant, & nulla, vel parva data re in calumniosos litigatores transferebant eorum jura, aut pensiones constituebant, aut lites deserebant, & per contradictas condemnabantur, quod in magnum damnum, & detrimentum Reipublicæ Christianæ vertebat, ut benè advertit Esquivel. in tract. de Conciliis par. 2. cap. 29. & sic praxis Romanæ Curiæ novissimè confirmat, in qua sæpe partibus petentibus, rescripta solent dari circa observationem dictæ decisionis, in præjudicium jurisdictionis dicti Auditoris. Idem Riccius *in pract. cur. Archiep. par. 4. decis. 273. nu. 3. & decis. 271. nu 3.* Joan. Mar. Novar. *in pract. juris Pontif. tit. de causis primæ instant. conclus. 1. aliàs 54. num. 5.* Salgado *de supplic. ad Sanctiss. par. 2. dict. cap. 3. numer. 20.* ibi: *Et ante eos melius omnibus Flores de Mena pract. lib. 1. quæst. 12 num. 8. dicens ex dicto Decreto Trident. esse moderatam jurisdictionem Auditoris Cameræ, & aliorum Judicum Romanæ Curiæ, qui jam hodie non possunt cognoscere de quibuslibet causis in prima instantia, nec monitoria decernere ad extrahendas partes à suis domiciliis, nec compellendum eos, in Romana Curia litigare; sed omnes causas in prima instantia coram locorum ordinariis debere agitari, & ventilari, quod justissimè ita decisum esse affirmat, ob vitandas infinitas lites, & importunas molestias, & vexationes, quæ à Curialibus, aut ab aliis quotidie fiebant, degentibus in remotis partibus, qui ob vitandas maximas expensas, & litium, & itinerum anfractus, & dispendia, juri suo, quantumvis bono cedebant, & nullo, vel parvo dato, in calumniosos litigatores transferebant, aut pensiones indebitè constituebant, aut lites oppressi deserebant, ac facillimè per contradictas condemnabantur, quod in magnum damnum, & detrimentum Reipublicæ Christianæ vertebatur, ut & benè animadvertit Alvar. ab Esquivel. in tract. de Concil. cap. 29. Ac sic se habere hodiernum usum, & stylum Curiæ Romanæ circa impetrationem rescriptorum, ut ex Concilii Tridentini dicto decreto semper datur in præjudicium, & derogationem Auditoris Cameræ, & aliorum ibi existentium Judicum, testatur ipse Flores de Mena.*

28 Fit etiam illud certum, quòd Auditor Cameræ Apostolicæ in prima instantia non est Judex Ordinarius, Glos. *in rub. de offic. Delegati*, Marinus *decis. 281. par. 1.* Staphileus *de litteris gratiæ, & justitiæ numer. 140.* nec ullam habet jurisdictionem, Paz *in prax. tom. 2. prælud. ult. à num 11.* Barbosa *de potest. Episcopi alleg. 81. num. 3.* Salgado *de sup. ad Sanctiss. par. 2. cap. 17. à numer. 63.* inde inferens, ejus jurisdictionem prorogari non posse, ex quo est Judex incompetens primæ instantiæ. Et amplius alibi.

29 Et licet obiici possit casum controversum in prima instantia in Tribunali Auditoris Cameræ agitari, & decidi debere ob Ordinarii suspicionem, ex Cardin. de Luca *lib. 15. par. 2. de relatione Rom. Cur. Forens. disc. 34. n. 7.* docente quòd aliqui habentur casus, in quibus etiam in prima instantia, extra Curiam proceditur, puta in illis causis civilibus, in quibus Ordinarii locorum, vel non possunt esse Judices, vel sunt recusabiles, quia nempe agatur de interesse proprio, vel mensæ Episcopalis, vel Prælatiæ, cum tunc passim agantur in prima instantia in illo Tribunali.

30 Responderi tamen valet, quod, quidquid sit, an Archidiaconus Major, cui omnimoda jurisdictio Episcopalis competit, possit recusari ut suspectus, quia agitur de prærogativa suæ Dignitatis, ad tradita per Salgado *de supplic. ad Sanctiss. par. 2. cap. 5. §. 1. numer. 11. cum sequentibus*, ubi distinctè pluribus citatis rem pertractat; atvero certum judico, quòd etiam stante suspicione Prælati, causa agitari non potest in Curia Auditoris Cameræ Apostolicæ, sed viciniori debet committi, ut censuit Sacra Congregatio Concilii 27. Junii 1585. attestatur Gratian. *discep. forens. tom. 5. cap. 837. numer. 22.* & post eum Salgado *de supplic. ad Sanctiss. par. 2. dict. cap. 3. §. unic. num. 17.* ubi etiam alias S. C. declarationes allegat, & respondet obici, ibi: *Sicque hodie stante hac declaratione Sanctæ Congregationis, aliisque relatis (adæquatis menti, & intentioni C. Trid.) non potest habere locum Rotæ decis. 30. de appel. in novis, per quam motus Marches. de commiss. avocat. caus. 2. part. §. 1. num. 38. dixit, quod quando Ordinarius est suspectus, vel aliter ex justa causa cognoscere non potest, quod tunc in Curia committitur causa, cum contrarium expressè declaravit Sancta Congregatio,* est adducta à Gratiano supra.

Et magis aptè id practicari potest in casu contentioso, 31
in quo lis est de nominatione Vicarii Genetalis Capitularis, facta per Archidiaconum Majorem, & an sequutus fuerit formam S. C. Trid. *sess. 24. cap. 16.* ubi ea non observata, S. C. ad Metropolitanum hujusmodi deputationem devolvit, cujus Archiepiscopi forum elegerunt per viam querelæ Canonici in jure DD. & Capitulum Gerundæ, & ad quorum instantiam expeditæ fuerunt litteræ citatoriæ, versus Archidiaconum, & ejus Vicarium Genetalem Capitularem. Quo solùm edocto apparere debuit inefficax ad Cameram Auditoris proclamatio, ex text. *in l. Nemo 4. Cod de jurisdict. omn. judic.* ibi: *Nemo post litem contestatam, Ordinariæ Sedis declinet examen*, cum qua concordant *l. Apertissimi 16. Cod. de judic. l. Sed etsi suscepit 52. Cod. tod. l. Præscriptiones 13. Cod. de exceptionibus. Auth. col. 5. tit. 8. Novel. 53. cap. 3.*

Sed quid in his immoramur, nam non fuit admissa cau- 32
sa ab Auditore Cameræ Apostolicæ eo motivo, quia Ordinarius erat suspectus, nec aliàs de suspicione coram Ordinario fuit quidquam expositum, & ut ab Ordinario recedatur in prima instantia ex capite recusationis (ut non habeat locum dispositio S.C. Trid. *dict. cap. 20. sess. 24.*) prius de recusatione legitimè proposita coram eodem Ordinario, atque legitimè probata, debet constare, scribit lato calamo Salgad. *se sup. ad Sanctiss. p. 2. c. 5. §. 1. per tot.*

Ex quibus non minus legitimè inferimus habere lo- 33
cum Regaliam protectionis Concilii Tridentini, cujus est protector Dominus noster Rex. Salgado *de supplic. ad Sanctiss. par. 2. cap. 1. per tot.* Salced. *de leg. polit. lib. 2. cap. 7. num* 8. Frasso *de Reg. patron. Indiar. tom. 2. cap. 84. num. 39.* Monte Mayor. *ad decis. Hisp. vig. 2. numer. 27.* Et posse procedi ad retentionem litterarum. Paz *in prax. tom. 2. præl. ult. à numer. 11.* Salgado *de supplic. ad Sanctiss. par. 2. cap. 3. tot. & cap. 17. à num. 63.* signanter *num. 78.* nam ex quo læditur, & percutitur prima Ordinariorum instantia, vim facit pars adeundo extra Provinciam, eum qui Judex esse non valet, *l. Extat 13. ff. quod metus causa*, ibi: *Vis est, & tunc, quotiens quis id quod deberi sibi putat, non per Judicem repetit.* Et vim fecit etiam Judex decernens in casu non suæ jurisdictionis, *l. Qui dolo malo 10. ff. ad leg. Jul. de vi pub.* ibi: *Vel is qui potestatem, imperiumve habebit, quàm ei jus erit, decernat, imperet, faciat.* Comprobat D. Vicecanc. Crespi *observ. 13. num. 106.* in illis verbis: *Nihilominus, quia gravantur subditi, dum extra Provinciam jus reddituntur, declarare solemus vim facere Judices Ecclesiasticos.*

Sic Senatus 5. Novembris 1677. Est in lib. conclus. fol. 34
452. ibi: *In facto supplicationis oblatæ per Josephum Bosch Not. Caudicum Civem Barcinonæ uti Procuratorem Beneficiatorum, & Capellanorum in Ecclesia Parochiali Sacratissimæ Virginis de Mari præsentis Civitatis, prout de sua procuratione constat instrumento recepto penes Franciscum Lentiscla Not. pub. Barcinonæ die 24. Aprilis 1676. in Regia Audientia, Doctoribus Trium Aularum junctis; facta relatione per Nobilem Regentem Regiam Cancellariam, fuit conclusum, quòd attento, quòd dicit, emanatas fuisse litteras citatorias, & inhibitorias à Curia Auditoris Cameræ Apostolicæ Romæ expeditas, ad effectum citandi Parochos, & Communitates Presbyterorum Parochialium Ecclesiarum præsentis Principatus, instantibus Guardianis, Prioribus, & aliis Superioribus Conventuum, & Monasteriorum Sancti Francisci, Sancti Dominici, & aliorum Regularium præsentis Principatus, super prætensione funerum expensarum, & petiit idem œconomus, quod mandetur Officialibus Regiis, quòd non assistent præsentationi dictarum litterarum, seu monitorii prædicti, & quod litterarum prædictarum apprehensio fiat, eo quia illæ emanatæ fuere contra dispositionem S.C. Trid. cap. Causæ omnes 20. de reform. sess. 24. ubi expressè cavetur, quòd causæ omnes in prima instantia, coram Ordinariis Ecclesiasticis debeant tractari, & terminari; & quia ex ejus observantia interesse resultat utilitati publicæ, & prodest Ecclesiasticis vassallis suæ Majestatis, & ex singulari Regalia pertinet ad suam Majestatem pro-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

protectio S. C. T. & quòd ultra prædicta pendet lis in Curia Ecclesiastica Barcinonæ super contentis in dictis litteris, à Curia Romana emanatis. Attentis prædictis, & aliàs in Regia Audientia iunctis Tribus Aulis, fuit conclusum, quòd mandetur Regiis Officialibus ne assistant præsentationi dictarum litterarum seu monitorii, & aliarum forsan scripturarum circa prædicta emanatarum; & quod facta apprehensione dictarum litterarum, seu scripturarum, interponatur consultatio ad suam Majestatem, ad effectum supplicandi ad Sanctissimum de prædictis.

35 Hic fuit declaratum, denegandam esse assistentiam Regiam pro præsentatione litterarum, & in casu controverso ante præsentationem litterarum Auditoris Cameræ Apostolicæ fuit assistentia Regia concessa Archidiacono Majori, & ejus Vicario Generali pro manutenentia possessionis, in qua assistebat Archidiaconus, & ejus V. G. quem recursum ad Judicem sæcularem approbat Ecclesia per viam auxilii, & diversa non est ratio in utroque casu quoad modum procedendi. Solorz. *de jure Indiar. lib. 3. cap. 13. num. 40.* urbaniùs punctim in hoc casu. Rota *divers. par. 1. decis. 81. numer. 1. circa medium*, non per viam jurisdictionis, sed tuitionis, & defensionis in juribus recurrentis, & possessione de facto. Cardinal de Luca *de judic. par. 15. disc. 19. nu. 17. cum seqq. & in miscel. Ecclesiast. par. 14. disc. 17. à num. 10.* allegans *decis. 240. par. 7. recent. decis. 212. post 2. vol. consil. Farinac.* & apud Bich. *decis. 282.* Pignat. *tom. 3. consult. 2. num. 23. vers. Tum quia interdum est licitus*, plenè Sesse *de inhib. cap. 8. §. 3. à num. 40. & in posthum.* Farinac. *dec. 10. n. 27. & 28. tom. 2.* & latiùs *dec. seq.*

36 Non differt ab antedicta illa Regia Epistola, quæ subsequitur.

EL REY.

NObles, Magnificos, y Amados Consejeros, aviendo obtenido (como sabeys) Don Francisco Eril citacion à Roma contra el Obispo de Lerida, paraque comparecieſſe delante el Referendario sobre la paga de una pension, he entendido ha interpuesto el Obispo declinatoria de fuero en Roma, y la excepcion de litis pendentia, sin embargo desto parece, que aunque estuvieſſe obligando in forma Cameræ, por hallarse fuera de aquella Corte. Y ser la citacion contra lo dispuesto en el Santo Concilio de Trento, que ordena, que no pueden ser sacadas de los Reynos de España las causas en primera instancia, no debia comparecer en Roma. Y para prevenir lo que puede suceder en daño de la Regalia que me toca en esto, como Protector que soy de dicho Santo Concilio, escrivió Don Antonio Ferrer y Diaz mi Abogado Fiscal en este Consejo Supremo, al de essa Real Audiencia saliesse à defender mi Regalia, y aviendole respondido le advertiesse que podra hazer para ello, despues con acuerdo del dicho Consejo en 26. de Agosto passado, le dixo, que sino estuviesse remetida à Roma la certificatoria de la citacion, podria hazerse aprension della, ò mandar al Notario que la hizo, no de copias, y aprender el original, que tambien se incime à Don Francisco de Eril no use, ni se valga della, ni prosiga el pleyto en Roma, sino que le renuncie, comminandole para ello la ocupacion de temporalidades, y de procederse à exilio. Y no se execute qualquiere despacho que venga de aquella Corte, pidiendolo assi en essa Real Audiencia mi Abogado Fiscal, y que el Veguer de Lerida execute, y remita los papeles de la aprension à essa Real Audiencia, para que mejor pueda informarse à su Santidad. Y aviendo tenido noticia hasta aora de lo que en ello se ha hecho, siendo tan justo, y conveniente, que no quede prejudicada mi Regalia, me ha parecido encargar, y mandaros deys orden al Dotor Cortiada haga luego, y prosiga la instancia, disponiendo la Audiencia todo lo demàs à este fin en la forma referida. Y siendo necessario, proceda à ocupacion de temporalidades contra el dicho Don Francisco de Eril, si insistiere en su intento. Y me avisareys de lo que en ello se biziere. Dada en Madrid à 5. de Deziembre 1662.

YO EL REY.

Ut. Don Christophorus Crespi Vicec.	*Ut. Don Petrus de Villa campa Reg.*
Ut. Comes de Albatera.	*Ut. Don Josephus de Pueyo Reg.*
Ut. Don Gregorius de Castellvi.	
Ut. Exea Reg.	*Ut. Don Michael de Galba.*

Don Didacus de Sada Secretarius.

Causas obligationum Cameralium, quoad partes extra Urbem evocari non posse, docet Salgado *de supplic. ad Sanctiss. part. 2. cap. 5. §. 3. numer. 6. cum seqq.* etsi contrariam opinionem teneat Barbosa *in d. cap. Causæ omnes 20. de reform. sess. 24. & part. 3. de potest. Episcop. alleg. 81. num. 9.* Ciarlin. *controv. forens. lib. 1. cap. 101. numer. 17.* quia admissa est prima sententia à Rota per Burat. *decis. 462. num. 1. & decis. 537. numer. 1. cum seqq.* & signanter Rota Romana *part. 15. recent. dec. 123. numer. 7. & 8.* ibi: *Minusque urget exceptio declinatoria apposita coram Ordinario Tropien. vigore obligationis Cameralis ad subterfugiendam illius jurisdictionem; compertum est enim DD. Judices in partibus legitimè cognoscere de instrumentis obligationem Cameralem gerentibus, & A. C. similes causas ab illis avocare non posse, quia prærogativa avocationis tantummodo locum habet in urbe, ubi A. C. est Judex obligationis Cameralis privativè quoad alia Tribunalia; non autem extra, ut in puncto declarat Ridolph. in prax. part. 1. cap. 1. num. 4. & 114 Scac. de judic. lib. 1. c. 22. nu. 29. Zacch. de oblig. Camer. quæst. 7. num. 48. Rota dec. 462. per tot. ibique Addentes lit. A.* 37

Et admisit Regius Senatus 29. Maii 1686. referente Nob. Iosepho Pastor & Mora Regio Senatore, in facto Salvatoris Prunyalosa Canonici, & Camerarii Ecclesiæ Dertusen. & D. Antonii Savol Canonici Ecclesiæ Barcinonæ à procedimentis Judicis executoris Apostolici, instante Capitulo Sedis Gerunden. in actis Llampillas scribæ mandati. 38

Pro materia hujus Decisionis videatur rescriptum Regium sub die 20. Julii 1671. & decretum Apostolicum, quod ad informationem Domini nostri Regis ad Sanctissimum fuit emanatum, quæ litteraliter transcribuntur *in Decisione antecedenti num. 29. & 30.*

Super hoc facto subsequens fuit facta declaratio. 39

Gerunden. deputationis Vicarii.

SUo viduata Pastore Ecclesia Cathedralis Gerunden. vigore antiquissima consuetudinis etiam legitimè præscriptæ, & per rem judicatam Rotalem approbatæ, jus administrandi Episcopatum, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, quod aliàs de jure devolvitur ad Capitulum, spectare modò ad Archidiaconum Majorem de Rogationibus nuncupatum, hæsitari non potest, ut videre est in Decisionibus Gerunden. Administrationis Episcopatus, Sede vacante 24. Januarii 1687. & 20. Junii ejusdem anni coram Emerix, & 5. Decembris pariter ejusdem anni coram Benincasa.

Cum autem modernus Archidiaconus, Sede Episcopali ultimo loco vacante, ob Diœcesis amplitudinem, & in levamen Pastoralis sollicitudinis, tres deputaverit Vicarios, seu Officiales Generales, videlicet Canonicum Franciscum Camps Sac. Theologiæ Doctorem, Hieronymum Guitart Canonicum Coadjutorem, & Doctorem in Iure Civili, nec non Franciscum Serra utriusque Juris Doctorem, Capitulum hujusmodi electionibus non aquiescens, tanquam factis, posthabitis aliis de eodem Capitulo dignioribus, & in utroque jure laureatis, monitorium coram A. C. expedivit super observantia dispositionis Conciliaris in cap. 16. sess. 24. de reform. sed remissa causa ex Decreto R. P. Auditoris Sanctissimi ad hanc S. Congregationem prætendente ultertiùs Capitulo, ob recursus habitos ad Judices laicos, Archidiaconum, ejusque Vicarios incidisse in excommunicationem: sub die 5. Septembris superioris anni disputata fuere infrascripta, dubia videlicet.

Primò: An Archidiaconus Major Ecclesiæ Cathedralis Gerunden. & Vicarii ab eodem constituti incurrerint in censuras, itaut indigeant absolutione, & quatenus, affirmative.

Secundò: An prædicta absolutio concedenda.

Ter-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Tertiò: An idem Archidiaconus, Sede Episcopali vacante, teneatur in deputatione Vicarii servare formam præscriptam in Sac. Concilio cap. 16. sess. 24. de reform.

Quartò: An deputatio Canonici Coadjutoris, & Doctoris in Jure Civili tantum, in unum ex Vicariis Generalibus facta per Archidiaconum, fuerit valida in casu &c.

Quorum duobus prioribus emanata responsione affirmativa, tertio verò negativa, & quarto provisum in tertio, neutra ex partibus hisce resolutionibus acquiescente, nimirum prætendente Archidiacono recessum à decisis quoad primum, & secundum dubium, Capitulo autem quoad tertium, & quartum dumtaxat, concessa utrique parti nova audientia, iterum hodie ex juribus hinc inde circumferendis ab EE. VV. exquiritur.

An, & in qua parte sit standum, vel recedendum à decisis sub die 5. Septembris 1699. in casu &c.

Die 5. Junii 1700. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum sitit in decisis in omnibus,

J. Cardinalis Sacripantes Præf.

Jos. Thomatus Episc. Cyrenen. S. C. C. Secret.

Amaritudo quoad censuras Ecclesiasticas recurrentis, ad quas incidisse fuit declaratum, cessaret, si informata forent motiva, quæ juxta nostram praxim solidantur *in decis. 136. n. 17. & seqq. & decis. 138.*

DECISIO CXXXVI.

ARGUMENTUM.

Judex Sæcularis est competens, ubi agitur de possessorio Beneficii, vel rei spiritualis, aut Ecclesiasticæ inter duos Clericos, vel inter Clericum, & laicum, quando parantur arma ad vim inferendam; prout se intromittit in expeditione litterarum manutenentiæ nostri Regius Senatus, pro tuendo possessore Beneficii Ecclesiastici; nec in eo læditur libertas Ecclesiastica; sed an eas concedere, sit cognitionis Regii Senatus Criminalis, aut Civilis, resolvitur cum distinctione casuum.

SUMMARIUM.

1 *Dubium an Judex sæcularis sit competens, ubi agitur de possessorio beneficii, vel rei spiritualis, & Ecclesiastica, remissivè traditur.*

2 *Quando parantur arma ad vim inferendam, cognoscit Judex sæcularis de possessorio summarissimo inter Clericos, vel Religiosos super omnibus causis, etiam spiritualibus, ut via facti tollatur, & ne publicæ perturbationes sequantur.*

3 *Senatus quoad Religiosos, ut conservarentur in possessione celebrandi Missas in certo Monasterio.*

4 *Senatus super residentia Religiosorum in suis Monasteriis cum alimentis: quæ comprobantur n. 5. & 6.*

7 *Ad sedandas turbationes in Populo cessant omnes juris regulæ, & excipitur ab omni dispositione casus publicæ utilitatis.*

8 *Ad violentiam tollendam editæ sunt Constitutiones, quæ citantur.*

9 *Judex secularis se intromittit in expeditione litterarum manutenentiæ, easque concedit, præcipuè in beneficialibus, pro tuendo possessore beneficii Ecclesiastici: cum Senatu.*

10 *Ad Principem pertinet invigilare, ne sequantur scandala; & procedit interim inter exemptos, non per modum judicii ordinarii, sed extraordinarii, quod comprobatur n. 11. & n. 12. cum Senatu.*

13 *Nec læditur libertas Ecclesiastica, assignatur clausula quæ apponitur in litteris manutenentiæ.*

14 *Si post declaratam possessionem per Judicem Ecclesiasticum, recurreretur ad Judicem laicum pro impedienda executione mandati de manutenendo, illicitus foret recursus: & contra recurrentem procederetur ad declaratoriam.*

15 *Reprehendi non potest Judex sæcularis, quando auxilium suffragatur ad coadjuvandos provisos Apostolicos, aut ab Ordinario.*

16 *Pro observantia legum Ecclesiasticarum auxilium præstat Judex sæcularis, etiam pœnis temporalibus additis.*

17 *Assistentia justè conceditur ad exequenda contenta in mandatis Rotalibus, quando ad id etiam compelli posset Judex sæcularis per censuras Ecclesiasticas.*

18 *Recursus est licitus ad Judices sæculares, quando interponitur, non ad impediendam jurisdictionem Ecclesiasticam, sed ad illam adjuvandam.*

19 *Senatus Decisio.*

20 *Dubium an assistentia, vel manutenentia sit concedenda possessori per Regium Criminale Concilium, an per Regiam Audientiam Civilem, an per ambas Aulas, Civilem, & Criminalem, anve per totum Senatum junctis Tribus Aulis, traditur.*

21 *Senatores Regii Criminalis Concilii non possunt se intromittere, nec jus dicere in causis civilibus, nec è contra Senatores Regiæ Audientiæ Civilis possunt se intromittere, vel jus dicere in causis criminalibus.*

22 *Solus Rex, vel ejus Locumtenens Generalis in Provincia litteras manutenentiæ concedit, prout generaliter est certum, quòd protectio Regia ad sublevandum oppressos, est Supremæ Regaliæ, & nequit ab inferioribus suffragari.*

23 *Motiva pro Regia Audientia Civili cum Senatu, & num. 24.*

25 *Quemodo concedantur apud nos litteræ manutenentiæ.*

26 *Motiva pro Regio Criminali Concilio cum Senatu, & num. 27.*

28 *Pro utraque Aula Regiæ Audientiæ. Quæ terminantur cum distinctione casuum, & n. 29.*

30 *Praxis litterarum manutenentiæ, remissivè.*

OMISSA Doctorum controversia, an Judex sæcularis sit competens, ubi agitur de possessorio Beneficii, vel rei spiritualis, aut Ecclesiasticæ inter duos Clericos, sive inter Clericum, & laicum, de qua apud Reg. Cortiada *par. 4. decis. 240. n. 6.* quia in hoc Principatu affirmativam opinionem defendere non est tutum, ut ait Font *tom. 2. dec. 321. n. 2.* Atverò ad praxim quæstionem redigendo, duæ in hac re statuuntur conclusiones. 1

Prima est, quando parantur arma ad vim inferendam, cognoscit Judex sæcularis de possessorio summarissimo inter Clericos, vel Religiosos super omnibus causis etiam spiritualibus, ut via facti tollatur, & ne publicæ perturbationes sequantur. Oliba *de jure fisci cap. 14. nu. 11. cum seq. & nu. 144.* Cancer *var. 3. cap. 14. nu. 8.* Fontan. *de pact. nup. tom. 1. claus. 4. glos. 13. par. 2. num. 15 & tom. 2. claus. 7. glos. 3. pa. 10. n. 48. & decis. 321. par. 2. n. 3.* Posth. *de manuten. observ. 6. à nu. 24.* & cum his, & aliis allegatis Reg. Cortiada *d. decis. 240. n. 8.* 2

In hanc partem refero exemplaria antiqua, quæ illa suadente publica utilitate fundantur, videlicet 8. Novembris 1507. in lib. conclus. civil. illius anni fol. 258. referente Orrit Regio Consiliario, ubi fuit dictum, quòd tres Religiosi conservarentur in possessione celebrandi Missas in Monasterio N. & alia faciendi, quæ facere solita erant, expulsis aliis Fratribus, minùs eo qui habebat titulum Apostolicum. 3

Et die 3. Julii 1514. in lib. conclus. illius anni fol. 132. referente Sunyer, ubi quidam Religiosi fuerunt conservati in possessione cameræ, in qua solebant residere Monasterii sui, cum alimentis, quæ antea percipiebant. Faciunt etiam ad id alia exemplaria Reg. Senatus, quæ infra allegantur. 4

Hic scribit Thesaurus *decis. 131. nu. 8.* quòd ad evitanda scandala potest Princeps facere reductionem bonorum Ecclesiasticorum ad manus suas, & in eis œconomum ponere, sequitur Cancer *var. par. 3. cap. 14. nu. 8.* Posth. *de manut. d. observ. 6. n. 28.* 5

Et in his sistit assistentia Regia, quæ apud nos datur possessori, si scandalum, vel timor armorum immineat, cujus reparatio ad Principem pertinet; donec contentiosæ causæ decisio à Judice Ecclesiastico capiatur, ut ait Reg. Vico *ad Prag. Regni Sardiniæ tom. 2. tit. 46. c. 2. n. 5.* 6

In quibus omnibus non læditur exemptio Ecclesiasti- 7

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

ca; quia ad turbationes sedandas in populo, cessant omnes juris regulæ: quam rationem stabiliunt DD. citati. Excipitur enim ab omni dispositione casus publicæ utilitatis, ut dixit Regius Senatus in causa Nob. Franciscæ de Sarriera & Pons viduæ, cum Ludovico de Corbera & de Sant-Climent, referente Carreras 29. Aprilis 1636. Et in lib. concl. illius anni fol. 18.

8 Et ad eam violentiam facti tollendam editæ sunt Constitut. Penult. & Fin. est *de violent. & restit. de def. pullatr.*, ut annotat Oliba *de jure fisci c. 14. nu. 12. & seqq.* Fontan. *de pact. nup. tom. 1. claus. 4. d. glos. 13 par. 2. n. 15.*

9 Secunda conclusio est, quòd Judex sæcularis se intromittit in expeditione litterarum manutenentiæ, easque concedit, præcipuè in beneficialibus, pro tuendo possessore beneficii Ecclesiastici. Oliba *de jure fisci c. 15. n. 26. & seq.* Cancer *var. 3. dict. cap. 14. n. 9.* Fontan. *de pact. nup tom. 1. claus. 4. dict. glos. 13. n. 15. vers. Aliis etiam modis: & vers. Item possunt.* Xammar *de offic. jud. pat. 1. quæst. 18. nu. 20.* Reg. Vico *ad Prag. Regni Sard. tom. 2. tit. 46. dict. c. 2. nu. 1. & 15.* His citatis Reg. Cortiada *par. 4. dict. dec. 240 n. 13.* Et dixit noster Regius Senatus in consultatione missa Serenissimo Imperatori Carolo Quinto, dat. Barcinonæ 13. Februarii 1551. ibi: *Concedit litteras manutenentiæ in Beneficiis Ecclesiasticis, non per viam cognitionis ordinariæ; sed per modum defensionis extrajudicialiter.* Et iterum pro Beneficiis Ecclesiasticis, quæ nomine Cameræ Apostolicæ possidentur, dixit Senatus in dicta consultatione ibi: *Petantur etiam coram Majestate vestra litteræ manutenentiæ pro parte Sedis Apostolicæ pro Beneficiis, quæ nomine Cameræ Apostolicæ interdum possidentur, & conceduntur*; ut scribit Oliba *de jure fisci cap. 15. n. 29. vers. Quin etiam Camera*, & per eum Reg. Cortiada *dict. dec. 240. n. 14.* ubi per totam Decisionem exemplaria circa hanc materiam recitat.

10 Et hæc secunda conclusio fundatur etiam in illa ratione, ne pendente lite super possessorio plenario, vel petitorio coram Judice Ecclesiastico, ad quem spectat, partes veniant ad arma. Cancer *var. par. 3. dict. c. 14. n. 13.* Quocirca, ut diximus, cessant juris regulæ, nec lædi tur propterea immunitas Ecclesiastica; quia cum in his casibus scandala, & seditiones oriri soleant, ad Principem pertinet invigilare, ne sequantur, & procedere interim inter Clericos, & Religiosos, ut via facti tollatur, non per modum judicii ordinarii, sed per viam extraordinariam, ut pluribus citatis scribit Cancer *var. par. 3. dict. c. 14, nu. 8.* & eo citato Posth. *de manut. obser. 6. n. 27. & seq.* suadente id publiça utilitate, quia tantò magis res publica dicitur, quanto magis fovet pacem publicam, & populi salutem. Imperator *ad tit. de pace tenen.* Oldradus *consil. 24.* ad quam ubique dirigitur protectio Regia. Oliba *de jure fisci cap 14. num. 6.*

11 Et ut scandala evitentur, & pax publica foveatur, est moderaminis, & Principis officium, prout intellexit Domina Regina Maria Locumtenens Generalis hujus Principatus, quæ contra Ministros Ecclesiasticos Regaliarum violatores, & scandalorum excitatores, viam procedendi sibi reservavit in litteris Regiis 28. Octobris 1451. in ejus locumtenentia fol. 43.

12 Sic in Regia Audientia (quia partes arma præparabant, ne scandalum sequeretur) die 28. Januarii 1604. Est in lib. concluf. illius anni fol. 1 inter Ferdinandum Brocha Religiosum Ordinis Sancti Antonii ex una, & Onuphrium Llicet, & Serra ejusdem Religionis partibus ex altera, referente Astor, fuit declarata manutenentia in favorem dicti Brocha Præceptoriæ Sancti Antonii Villæ Cervariæ, & Domus, ac Præceptoriæ Sancti Antonii Barcinonæ cum annexis, juribus, & pertinentiis illius, de quo exemplari meminit Fontan. *de pact. nup. t. 2. claus. 7. glos. 3. par. 10. à nu. 47.*

13 Et attentiùs (ne adhuc in minimo lædatur libertas, & immunitas Ecclesiastica in his momentaneis manutenentiis) fuit per legem statutariam stabilitum *in c. 2. Privilegii concessi Ecclesiasticis tit. de manut. in 2. vol. Const.* quòd in litteris manutenentiæ dicatur: quòd duret dicta manutenentia, donec, & quousque per Ordinarium Ecclesiasticum, aut alium Judicem ad quem spectet, de jure cognitum fuerit & provisum de possessione Beneficii Ecclesiastici, & quòd facta cognitione prædicta, partes non teneantur habere recursum ad illum, seu ad illos Judices, qui manutenentiam concesserant, sed proinde habeatur dicta manutenentia, ac si concessa non fuisset, & si pars obtinens coram Judice Ecclesiastico voluerit habere recursum ad Regiam Audientiam, ad solam inspectionem sententiæ, seu provisionis factæ per Ordinarium, litteras revocatorias concedere teneatur. Cancer *var. 3. dict. cap. 14. n. 10.* quem sequitur Posth. *de manut. dict. obser. 6. n. 28.* Reg. Vico *in Prag. Regni Sard. tom. 2. tit. 46. dict. cap. 2. n. 7.* Oliba *de jure fisci cap. 15. n. 29.* (& formulam dictarum litterarum tradit de Amigant *in praxi caus. verb. in R. A. Rub. 31. pag. 455.*) Cortiada *d. dec. 240 n. 17.*

Aliàs namque, si post declaratam possessionem per Judicem Ecclesiasticum, recurreretur ad Judicem laicum, pro impedienda executione mandati de manutenendo, illicitus foret recursus; & contra recurrentem procedi potest ad declaratoriam, ut dixit Rota coram Rojas in Calaguritana Beneficii de Cornago 18. Martii 1643. inter ejus impressas *decis. 256. n. 5.* & in Leodien. Castri de Monbeek 10. Decembris 1638. coram eodem Rojas inter ejus impressas *dec. 113. n. 3.* 14

Respectu manutenentiæ Beneficii Ecclesiastici, singularis etiam militat ratio, ob quam Judex sæcularis justè eam concedere valeat, nam dicta manutenentia solùm suffragatur ad coadjuvandos provisos Apostolicos, aut ab Ordinario, ut dixit Rota coram Duran. *dec. 13.* quam ad litteram expendimus in alia Decisione: & illo in casu reprehendi non potest hujusmodi recursus, prout fuit sancitum *in Can. si in adjutorium 7. distinct. 10.* ibi: *Si in adjutorium vestrum, etiam terreni imperii leges assumendas putatis, non est reprehendendus*: ut toties evenit in invocatione brachii sæcularis, quod in juvamen jurisdictionis Ecclesiasticæ, Judici Ecclesiastico impertitur, prout dicimus latiùs alibi. 15

Et hoc est, quòd accuratè docuit D Franciscus Ramos del Manzano *ad leges Jul. & Pap. lib. 3. cap. 44. nu. 8.* quòd licèt non permittatur Auctoritati politicæ quidquam statuere, vel concedere sacris, & Ecclesiasticis, attamen pro exploratu habitum, & habendum est, licere Auctoritati politicæ, atque imò sui muneris, & juris esse, utcumque per se non statuat, aut censeat, tamen statutis ab Ecclesia, de Religione, & sacris, ac rebus auxiliari suis legibus, & quidem pœnis temporalibus additis, & politicis stabilimentis, pro executione, & observantia legum Ecclesiasticarum, & quòd sic suadet ratio de Ecclesiastico, & temporali gladio sibi invicem suffragantibus, & in juvamen mutua subventione exercendis, ex text *in c. Dilecto 5. in fine de sent. excom. c. Cum secundum 10. de hæret.* junctò *cap. ult. de excep. lib. 6. cap. 1. de Offic. Ord.* 16

Et hæc est eadem ratio, qua assistentia justè conceditur ad exequenda contenta in mandatis Rotalibus, dixit Rota coram Bicho inter ejus impressas *tom. 2. decis. 641. n. 8. & decis. 656. n. 6.* Nec ultrò compari poterit, ut Judex sæcularis deneget illud auxilium assistentiæ, vel manutenentiæ in executionem litterarum Rotalium, quando per censuras Ecclesiasticas ad id compelli potest, ut dicimus in alia Decisione Quare affirmandum manet, quòd si concedere assistentiam proviso Apostolico foret illicitum, utique etiam non esset rationabile censuras Ecclesiasticas proferre ad eam assistentiam elargiendam; at quod utrumque justum, & rationabile erit, si Regia assistentia dirigatur ad adjuvandum, & manutenendum provisum Apostolicum, possessorem Beneficii, non ad eum in possessione perturbandum, quod esset agere contra contenta in litteris Apostolicis, quibus suffragatur provisus. 17

Tuncque fore licitum recursum ad Judices laicos tam quam habitum ad coadjuvandum jurisdictionem Apostolicam, vel Ordinariam Ecclesiasticam, quando, ut dicimus fit, non ad impediendam jurisdictionem Ecclesiasticam, sed ad illam adjuvandam, respondet Rota coram Dunozeto 1. Julii 1643. in Pampilonen. Beneficii, inter illius impressas *tom. 2. decis. 722. n. 2.* allegans Rotam coram Achiles *dec. 36. de appellat.* Seraphin. *decis. 1003. nu. 1.* & in Salmantina Canonicatus 24. Maii 1595. coram Sacrato, quæ est apud Penna *dec. 482.* quæ omnes decisiones sunt in terminis manutenendæ possessionis. Et eis adde illam coram Robusterio *par. 1. diverf. 81. nu. 1.* in Gerunden. administrationis Episcopatus, & sic terminanter in nostris manutenentiis hujus Principatus, qualis etiam est illa in Tarraconen. Villæ de Reus apud Seraphin. *dict. dec. 1003.* 18

Quæ omnia comprobavit noster Regius Senatus die 6. Martii 1551. fol. 60. concluf. civil. illius anni in facto causæ vertentis inter Vincentium Bassa, Canonicum, & Decanum Ecclesiæ Barcinonæ ex una, & Hieronymum 19

mum insa Clericum, Romanam Curiam sequentem partibus ex altera; ubi fuit conclusum, referente Gallart, quòd ex quo dictus Basa fuit adeptus possessionem Parochialis Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Tarrega, vigore litterarum Apostolicarum, & ei fuerunt concessæ litteræ Regiæ manutentiæ, nec constitit eas litteras fuisse revocatas, nec de possessione, vel quasi dicti Basa fuisse cognitum per Ordinarium Ecclesiasticum, vel alium, ad quem de jure cognitio spectaret, quòd N. executor Apostolicus procedimenta secus acta revocaret.

20 Nunc ergo in casibus, in quibus Judex sæcularis procedit inter Ecclesiasticos in causis etiam spiritualibus, vel beneficialibus, per viam assistentiæ, vel manutenentiæ, ne jus armorum, vel scandala sequantur, an illa sit concedenda possessori per Regium Criminale Concilium; an verò per Regiam Audientiam Civilem; an per ambas Aulas, Civilem, & Criminalem, an ve per totum Senatum junctis Tribus Aulis, non vidi hactenus apud Nostrates controversum; atverò eam indagandam, cum resolutione suscipere existimavi.

21 Prænotando, quòd Senatores Regii Criminalis Concilii non possunt se intromittere, nec jus dicere in causis civilibus, nec è contra Senatores Regiæ Audientiæ Civilis possunt se intromittere, vel jus dicere in causis criminalibus; à tempore videlicet Curiarum anni 1564. in quo juxta *cap.* 2 est Constitutio *Con per la bona 12. tit. de elecció de Doctors de la Real Audientia*, per Serenissimum Regem Philippum Secundum fuit separatim formatum Regium Criminalium, à Regia Audientia Civili, & comprobat Constit. *Per la major expedició fin. eodem tit.* Reg. Cortiada *tom.* 1. *decis.* 35. *nu.* 3. & exploratiùs Fontan. *tom.* 1. *decis.* 282.

22 Ulteriùs prænotandum est, quòd solus Rex, vel ejus Locumtenens Generalis in Provincia litteras manutenentiæ concedit, ex textu *in §. Titulos collat.* 3. *tit.* 4. *Novel.* 26. ibi: *Soli imperio*: probat cum aliis Reg. Vico *ad Pragmat. Regni Sardin. tom.* 2. *cap.* 2. *tit.* 46. *num.* 2. & ad tuendum possessorem in Beneficio Ecclesiastico, comprobat Oliba *de jure fisci cap.* 15. *sub num.* 27. Cancer *var.* 3. *dict. cap.* 14. *num.* 9. Fontan. *de pactis nup. tom.* 1. *clauf.* 4. *glos.* 13. *par.* 2. *num* 15. *verf. Aliis etiam modis*. Posth. *de manut. observ.* 6. *numer.* 28. Reg. Cortiada *par.* 4. *dict. decis.* 240. *numer.* 15. (ubi an Gerens vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, procedente Vice-Regia, & an via ordinaria, & an intra Vicariam possit eas litteras concedere) & declaravit Regius Senatus 11. Decembris 1557. concluf. civil. illius anni fol. 127. Prout generaliter est certum, quòd protectio Regia ad sublevandum oppressos, est Supremæ Regaliæ, & nequit ab inferioribus suffragari. Oliba *de jure fisci cap.* 11. *num.* 50. Fontan. *tom.* 2. *decis.* 316. *nu.* 20. & Nos alibi.

23 Modò sic: si Regius Senatus habet distributas causas, itaut Senatores Regii Criminalis Concilii non possint se intromittere ad Civiles, nec è contra; Et cognitio manutenentiæ est solùm Domini nostri Regis, & ejus Locumtenentis Generalis, & Regii Senatus, vel debet spectare ea cognitio ad Regiam Audientiam Civilem, vel ad Regium Criminale Concilium, vel ad utrasque Aulas, Civilem, & Criminalem, vel ad integrum Senatum junctis Tribus Aulis.

24 Pro Regia Audientia Civili facit; nam die 28. Januarii 1604. per Regiam Audientiam Civilem, referente Astor, fuit declarata assistentia in favorem Ferdinandi Brocha Religiosi Ordinis Sancti Antonii in Præsentoriis Cervariæ, & Barcinonæ, ut præhabetur. Et quod scripsit Cancer *var. part.* 3. *cap.* 14 *numer.* 10. *verf. Super quo*, de manutenentia per Regiam Audientiam concessa, referente Descamps, Operariis Parochialis Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pinu hujus Civitatis, & Monasterio Fratrum Carmelitarum ejusdem Civitatis, quatenus simul deferre possent catinum per Ecclesiam dicti Monasterii, petendo eleemosynam pro animabus Purgatorii, & quod unus præiret alteri uno die festo, & alter alio; atverò quia Judex Delegatus Apostolicus declaravit possessorium in favorem Monasterii privativè ad Operarios, manutenentia prædicta habita fuit, ac si concessa non esset: juxta disposita *in d. cap.* 2. *de manut. in* 2. *vol. Const.*

25 Comprobat id ipsum Reg. Cortiada *par.* 4. *dict. dec.* 240. *numer.* 16. ubi docet, quòd duobus modis practicatur, concedi litteras manutenentiæ ad tuendum possessorem Beneficii Ecclesiastici: Primo, quando unus Beneficiatus, timens molestari ab aliquo, adit Regem, & ejus Audientiam, & impetrat ab eo manutentionem, ut defendatur in possessione sui Beneficii, & constito de legitimo titulo, hoc est collatione, & possessione, expediuntur litteræ manutenentiæ in forma solita, servatis constitutionibus; allegans Oliba *de jure fisci cap.* 14. *numer.* 26. & 27. Font. *de pact. nup. tom.* 1. *clauf.* 4. *glos.* 13. *par.* 2. *nu.* 15. *verf. Aliis etiam modis*. Secundo Cancellarius, vel Regens Cancellariam aditus verbo fine supplicatione, facta fide de titulis legitimis, videlicet de collatione, & possessione Dignitatis, sive Beneficii, concedit manutenentiam, mandans, ut litteræ manutenentiæ expediantur. Oliba *de jure fisci cap.* 15. *num.* 26. *in fine*. Et utrobique, ubi agitur de viribus manutenentiæ, causa semper tractatur in Regia Audientia Civili ad confirmandum, vel revocandum litteras concessas, prout ex diversis exemplaribus Regii Senatus, observatum tradit Regens Cortiada *dict. dec.* 240.

Pro Regio Criminali Concilio faciunt exemplaria 26
Regii Senatus per Nos citata *decisione* 108. *numer.* 18 *& sequentibus*, quæ licèt procedant in terminis assistentiæ, attamen in effectu idem importat manutenentia, ac assistentia; nam in utroque casu pariformiter expediuntur litteræ à Regio Senatu ad tuendum possessorem in re temporali, vel spirituali.

Et ulteriùs, quia ad inquirendum criminaliter contra 27
turbantes possessorem, Regia Audientia civilis proc. dere non potest; nam ut supra probavimus, nequit se intromittere Regia Audientia Civilis in causis criminalibus.

Pro utraque Aula Regiæ Audientiæ Civilis, & Cri- 28
minalis, & pro integro Senatu junctis Tribus Aulis ponderantur exemplaria citata in *decis.* 108. *num.* 20. *& seq.* & infra *decis.* 138. *in fin.* Ex quibus omnibus videtur esse intricatum discernere, cui Aulæ Regii Senatus spectet provisio, & executio litterarum manutenentiæ: Attamen non indifficulter id terminatur, si casuum distinctio practicabiliter percipiatur, nam indubitatum redditur ex nostri Regij Senatus observantia, quòd provisio litterarum manutenentiæ (quæ magi sfrequenter evenit super possessione Beneficij, vel Dignitatis Ecclesiasticæ) pertinent ad Cancellariam, vel Regentem Regiam Cancellarium, aut ad Regiam Audientiam Civilem, ut supra probatur, & quod in eadem Regia Audientia ubique, etiam si expeditæ sint litteræ per Cancellarium, vel Regentem Regiam Cancellariam, est agitanda causa, quando de viribus manutenentiæ contenditur. Fontan. *tom.* 2. *decis* 321. *numer.* 8. & probant exemplaria allegata per Regentem Cortiada *d. decis.* 240.

Sic etiam licèt articulus nudæ assistentiæ possit in 29
Regia Audientia Civili, vel in ambabus Aulis, vel juncto Senatu, juxta casuum circunstantias tractari, & expediri; atvero ad effectum inquirendi criminaliter contra perturbatores, vel vim inferentes possessori, procedi debet per Regium Criminale Concilium, ad quod pertinet criminum indagatio, & punitio privativè, ad Regiam Audientiam Civilem.

Circa praxim hujus materiæ, & quæstiones usuforen- 30
si frequentes videantur Nob. Reg. Cortiada in sæpius citata *decis.* 240. Nob. & Doctissimus Senator Don Petrus de Amigant *in rub.* 31. *de cauf. verb. in R. A. pag.* 455. & circa assistentiam, quæ solet concedi Judici Ecclesiastico, per Nos tradita *decis.* 104.

DECISIO CXXXVII.

ARGUMENTUM.

De Regalia cognoscendi per Bajuliam Generalem hujus Principatus de Beneficiis Regii Patronatus, & de eorum dotibus, & redditibus, etiam inter Ecclesias, Clericos, & Ecclesiasticas personas, tam in judicio possessorio, quàm petitorio:, ac etiam pariformiter cognoscendi de Beneficiis, quæ vacant ex promotione illa obtinentium, ad Episcopatus. Et de remediis, quibus utitur Regius Senatus adversùs eam Regaliam usurpantes.

SUM-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

SUMMARIUM.

1 *Jus Patronatus Regium, jus Regale dicitur, & inter Regalias Domini Regis connumeratur.*
2 *Et Regalibus in omnibus, & per omnia assimilatur.*
3 *De Regalibus fiunt ea quæ Rex habet ex concessione Apostolica, aut consuetudine.*
4 *Juris Patronatus Regii tuitio, & defensio ad Regem pertinet.*
5 *De juribus, & fructibus Beneficiorum Patronatus Regii nihil agi potest sine consensu Domini Nostri Regis: ubi Decisio Senatus excludendo præscriptionem centenariam, quando Beneficium de Patronatu Regio remaneret indotatum.*
6 *Reductio censuum spectantium ad Dignitates Regias, fieri non valet sine assensu Summi Pontificis, & decreto Domini nostri Regis.*
7 *De jure communi cognitio juris Patronatus privatorum tamquam spiritualibus annexi, pertinet ad Judicem Ecclesiasticum: cum Decisione contentionis.*
8 *Causæ, & quæstiones concernentes, & attingentes Ius Patronatus Regium, agitandæ, & tractandæ sunt coram ipso Rege, sicuti cæteræ, quæ de Regalibus sunt.*
9 *Non solùm in possessorio.*
10 *Sed etiam in petitorio.*
11 *Traditur Regium rescriptum, ubi fuit decretum, quòd quando agitur de causis, & dotibus Beneficiorum Patrimonialium generaliter in omnibus, tam sint Patronatuum, quàm collectiva, sine distinctione aliqua, pertinet ad Tribunal Bajuliæ Generalis Cathaloniæ earum cognitio.*
12 *Ad id declaratio contentionum super cognitione dictorum Beneficiorum, aut eorũ redditibus, seu dotibus.*
13 *Alia declaratio contentionis.*
14 *Etiam quoad Beneficia vacantia per promotionem ad Episcopatum declaratio contentionis.*
15 *Et an comprehendat Regalia, Beneficia de Patronatu laicali, traditur Diploma Regium.*
16 *Ad id Regia declaratio.*
17 *Si læditur hæc Regalia, versùs Ordinarios Ecclesiasticos proceditur per concordiam Serenissimæ Reginæ Eleonoræ.*
18 *Si per Executorem Apostolicum, per remedium informationis ad banchum Regium.*
19 *In hujusmodi præsentationibus Regiis, si datur Ecclesiastici denegatio, aut dilatio naturalis, proprius ex natura rei recursus videtur ad eundem Principem concedentem interponendus, & ad illum superiorem, cui de ea re cõpetit discernere, & cognoscere.*
20 *Ideo decreta Pontificia, Regium Patronatum derogantia, vel mutantia, detinentur, donec Sanctissimus Præsul debitè informetur.*
21 *Rescriptum Regium: ubi injungitur, quòd non admittantur provisi in Præbendis, & Dignitatibus Regiis, nisi prius recognitis Bullis Apostolicis per Sacrum Supremum Concilium Aragonum.*
22 *Ad id Cartha in forma Cancellariæ.*

1 JUS patronatus Regium, jus Regale dicitur, & inter Regalias Domini Regis connumeratur. Castillo *de tertiis cap. 3. numer. 30.* Pereg. *de jure fisci lib. 1. tit. 2. numer. 38.* Cabedo *de patron. Reg. Coron. cap. 7. numer. 2.* Bovadilla *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 213.* Solorzano *de jure Ind. tom. 2. lib. 3. cap. 2. numer. 25. & 26.* Salgado *de Reg. protect. par. 3. cap. 10. num. 148. 190. 192. in fine, & numer. 226. & de sup. ad Sanct. par. 1. cap. 1. num. 137 & seqq.* Reg. Cortiada *in comp. inter Bajul. Gener. ex una, & Curiam Ecclesiasticam Urgellen. ex altera partibus nu. 77.*

2 Et Regalibus in omnibus, & per omnia assimilatur, & sub eisdem regulis clauditur. Pareja *de inst. edit. tit. 7. resol. 9.* ubi concordantes adducit.

3 Nam de Regalibus fiunt etiam ea, quæ Rex habet ex concessione Apostolica. Ripoll *de Regal. cap. 43. n. 165.* & jus competens Regi in Ecclesia ex concessione, & privilegio Apostolico, aut consuetudine in perpetuum appellatur Regalia ipsius Principis. Salgado *de sup. ad Sanct. par. 1. cap. 1. nu. 116. ex cap. Generali 13. de elect. in 6* ibi: *Generali constitutione sancimus, universos, & singulos, qui Regalia, custodiam, sive guardiam advocationis, seu defensionis titulum in Ecclesiis, Monasteriis, seu quibus libet aliis piis locis de novo usurpare conantes &c.*

4 Ac propterea iuris patronatus Regii tuitio, & iurisdictio ad Regem pertinet. Turrecremat. *in Can. filiis 16. quæst. 7.* & refutato Marta *de iurisd. part. 2. cap. 4. ex n. 1.* tradunt Salgado *de sup. ad Sanctiss. part. 1. d. cap. 1. n. 137. & 138. & de reg. protect. part. 3. cap. 10. n. 192.* Solorz. *de iure Ind. tom. 2. lib. 3. n. 27. & seq. & in polit. lib. 4. cap. 3. vers. T assi mesmo in fin.* Reg. Cortiada *in competent. inter procuratorem fiscalem Baiuliæ Gener. Cathal. ex una, & Curiam Ecclesiast. Vrgellen. ex altera partibus nu. 191.*

5 Vnde de iuribus, & fructibus Beneficiorum Patronatus Regii nil agi potest sine consensu Domini Nostri Regis: Propterea die 14. Decembris 1600. fol. 234. concluſ. illius anni fuit, referente Fontanet Regio Senatore in causa inter Fisci Procuratorem Regium, & Petrum Saleta Presbyterum ex una, & Onophrium Paulet ex altera partibus, declaratum, quod quando Beneficium est de Patronatu Regio, & remaneret indotatum, nulla obstat præscriptio, etsi foret centenaria.

6 Et super reductione censuum spectantium ad Dignitates Regias, quæ fieri non valuit sine assensu Summi Pontificis, & Decreto Domini nostri Regis, declaravit Senatus in causa inter Josephum Roca ex una. & obtinentes quinque Dignitates Regias, creatas ex fructibus Abbatiæ olim Sanctæ Mariæ de Staño Ordinis Divi Agustini ex altera partibus, referente Nob. Josepho Ferrer & Vinyals die 27. Maii 1671. Est in lib. concluſ. civil illius anni fol. 165.

7 Sic licèt de jure communi cognitio juris patronatus privatorum, tanquam spiritualibus annexi, pertineat ad Judicem Ecclesiasticum, *cap. Quanto 3. de judiciis.* Cabedo *de patron. Reg. Cor. cap. 49. a num. 1.* Solorz. *de iur. ind. tom. 2. lib. 3. d. cap. 3. nu. 26. & in polit. lib. 4. cap. 3. vers. T assi mesmo, fol. 513.* Salgado *de Reg. protect. part. 3 cap. 10. num. 188. & seq.* Sperellus *dec. 8. nu. 26. tom. 1.* Reg. Cortiada pluribus allegatis *in dict. competen. inter Fisci Procuratorem Bajuliæ Generalis Cathal. ex una, & Curiam Ecclesiasticam Vrgellen. partibus ex altera nu. 184.* (ubi *num. seq.* id procedere scribit, sive jus patronatus sit Ecclesiasticum, sive laicale, ex Fermosino *in dict. cap. Quanto,*) Fontan. *de pact. 1. claus. 4. glos. 13. part. 2. nu. 7.* & fuit declaratum in facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ partibus ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia sæculari factæ per Franciscum Riera & de Olzinellas, & Geraldum Ros, manumissores testamenti Petri Pujalt, à procedimentis factis in dicta Curia Ecclesiastica, per Cancellarium Manegat, intervenientibus Sala, Amell, Guardiola, & Sunyer die 5. Septembris 1587.

8 Attamen causæ, & quæstiones in concernentibus, & attingentibus jus patronatus Regium, tractandæ, & agitandæ sunt coram ipso Rege, sicuti cæteræ, quæ de Regalibus sunt, Bovad. *in polit. lib. 2. cap. 18. nu. 41. in fin. & 213.* Cabedo *de patron. Reg. Cor. cap. 5. nu. 5. & dec. 12. nu. 9. part. 3.* Suelvez *cons. 50. num. 31.* Salgado *de Reg. protect. part. 3. dict. cap. 10. à nu. 190 & amplius de sup. ad Sanctiss. part. 1. d. cap. 1. à n. 132. ad 193.* Solorz. *de jur. ind. tom. 2. lib 3. cap. 4. à nu. 25. & in polit. lib. 4. dict. cap. 3 vers. T assi mesmo, fol. 513.* Fragoso *de Reg. Reipub. part. 1. lib 2. disp. 4 § 4. mem. 7. num. 364.* Salcedo *de leg. polit. lib. 2. cap. 13. nu. 45.* Fermos. *in cap. Quanto de judic. quæst. 5.* Oliba *de jure fisci cap. 13. nu. 18.* Ripoll. *de Regalits cap. 11. num. 39.* Cancer. *var. 3. cap. 14. nu. 31. & 32.* Reg. Cortiada *dec. 7. nu. 38. part. 1. & dec. 252. num. 6. part. 5. & in dicta competent. num. 186.* Frasso *de Reg. patron. ind. part. 1. cap. 36 nu. 53. & cap. 37. nu. 9.* & fuit in exemplaribus citatis infra, observatum.

9 Non solùm in possessorio, ut agnoscunt Cabedo *de Patron. Reg. cap. 49. nu. 6. 10. & 11.* Mieres *de major. qu. 11. par. 3.* Salcedo *de leg. polit. lib. 2. cap. 13. num 47.* Reg. Cortiada *in dict. comp. num. 187. & seqq.* Salgad. *de sup. ad Sanctiss. part. 1. dict. cap. 1. nu. 139. & de Reg. protect. part. 3. cap. 10. à n. 174. & à n. 190.* Frasso *de Regio patron. indiar. part. 1. cap. 34. n. 31.* Solorz. *de jur. ind. lib. 3. cap. 3. nu. 28.* Palafox *in alleg. jur. por el Clero de la Puebla de los Angeles con las Religiones, alleg. 3. punct. 3 à n. 9. & 18.*

10 Sed etiam in petitorio, ut docent DD. citati, & attestantur de observantia hac in Hispania, & de omnibus Regnis Christianis, & in Cathalonia indubitanter idipsum etiam procedit, ubi ex privilegio Apostolico, quod probatum remanet ex immemoriali possessione Dom. Rex cognoscit de Beneficiis Regii patronatus de eorum

dotibus,

dotibus, & redditibus, etiam inter Ecclesias, Clericos, & Ecclesiasticas personas, ut dixerunt Doctores Regii Concilii Cathaloniæ in consultatione missa Serenissimo Domino Imperatori Carolo Quinto, dat. Barcinonæ 13. Februarii 1551. *num.* 38. ibi: *Confert Majestas vestra Beneficia per prædecessores suos fundata, & cognoscit de illis in possessorio, & petitorio*; quam refert Oliba *de jure fisci cap.* 13. *sub. nu.* 16. & 18. & 23. & *cap.* 15. *nu.* 16. Ripoll *de regalitis c.* 11. *à n.* 39. Cancer *var. part.* 3. *c.* 14. *nu.* 31. & 32. Regens Cortiada *part.* 1. *dec.* 7. *n.* 38. & *in d. competent. num.* 188.

11 Et quando agitur de causis, & dotibus Beneficiorum Patrimonialium, generaliter in omnibus, tam sint patronatuum, quàm collativa, sine distinctione aliqua pertinet ad Tribunal Bajuliæ Generalis Cathaloniæ earum cognitio, decrevit Dominus Rex in Rescripto Regio, quod subsequitur.

EL REY.

Illustre Marquès de Medina-Sidonia, Primo, Gentilhombre de mi Camera, mi Lugartiniente, y Capitan General. Con ocasion de aver dado cuenta Don Joseph de Rocaberti Bayle General desse Principado con Carta de 10. de Julio 1679. para el Presidente Don Pedro Antonio de Aragon, que aviendose intentado pleyto en el Tribunal de la Baylia General, el Obispo de Tortosa, y quatro Dignidades de la misma Iglesia, como decimadores universales del termino general de Tortosa por indiviso, pretendiendo, que el Abad, y Convento de Benifasa les reusan pagar diezmos de unas tierras, que est àn situadas dentro de dicho termino general, avia el Abad obtenido del Nuncio de su Santidad letras, con las quales inhibia al Bayle General, y à los Ministros de su Tribunal, para que no conociessen desta causa, y queriendo que esto era en prejuyzio de su jurisdicion, avia mandado retener dichas letras inhibitorias, no hallando otra forma de impedir los procedimientos del Nuncio, pretendiendo que el conocimiento desta causa le tocava, ò bien por rentas de dignidad del Patronato Real, como es el Obispado, ò bien por tratar se de Decimas, que se suponia ser profanas en esse Principado; mandè escrivir al Duque de Bournonville, governando essos cargos, en despacho de diez de Deziembre del mismo año, que aviendose visto en esse mi Consejo Supremo, lo que sobre la materia avia escrito el Abogado Fiscal Patrimonial en carta de 21. de Octubre, avia parecido, que el conocimento, que toca al dicho Tribunal de las causas de rentas, ò dotes de Beneficios Patrimoniales, se entendia solamente de las rentas, y dotes de los collativos; pero no de los Patronatos, como es el Obispado de Tortosa, del qual se trata: y en virtud desse despacho se suspendiò el pleyto. Pero aviendo despues el Obispo, y Dignidades acudido al Tribunal de la Baylia General, para continuarle, pidiendo se les concediessen letras citatorias contra el Abad, y Convento de Benifasa, à efeto de proseguir la causa; ha representando con este motivo el Fiscal de aquel Tribunal la duda que se avia ofrecido en sobre si, no obstante el referido Real Orden de 20. de Deziembre 1679. podia oir le Obispo, y Dignidades para continuar dicho pleyto, ò si se necessitava de otro que lo declarare, y revoque el citado. Y aviendose visto en esse mi Consejo Supremo, y discurridose en la materia con todo fundamento, y inspeccion, segun lo requirere la gravedad de la materia, por tratarse de una Regalia tan preciosa, como esta, atendiendo à la justicia que le assiste, y à los exemplares que la apoyan, los quales no son en terminos de Beneficios collativos, sino de mere Patronatos; y que los Dotores practicos desse Principado, que tratan este punto no hazen la distincion referida, sino que igualmente en los Beneficios Reales, ò de Patronato Real, asientan est a Regalia, y que la misma razon en que se funda este conocimiento, que es, que por ser los Beneficios de Patronato Real, le toca la defensa de las temporalidades; milita, y concurre assi en los unos como en los atros; y que concurre mayor razon en conocer de las rentas, y dotes de los Beneficios que se reputan por cosas temporales, que no de los mismos Beneficios que son espirituales, y assi mismo sus Patronatos, ò annexos à cosa espiritual, y de los quales nunca se ha dudado, que el conocimiento no me toque en el Tribunal de la Baylia General desse Principado por todos estos motivos. Ha parecido que el de las causas, y dotes de los Beneficios Patrimoniales generalmente en todos, assi de Patronatos, como collativos toca al dicho Tribunal sin distincion alguna. Y assi os ordeno, y mando deys las que convengan, para que si el Obispo, y Dignidades acudieren al de la Cayita General à proseguir el referido pleyto, se les oyga, y administren en el sus pedimientos, y se le defienda mi Regalia por todos los medios juridicos, y acostumbrados en esse Principado: no obstante lo que fui servido mandar en el mencionado despacho de diez de Deziembre 1679. el qual es mi voluntad que se retire, y que lo agis executar assi: y que el presente se registre en el libro de las cartas acordadas, y en donde fuere menester, y convenga para su observancia, pues si el Abad pretendiere otra cosa, tiene el medio de la contencion en virtud de la Concordia Apostolica, y Real, que es el que deve seguir, y no valerse de despachos del Nuncio de su Santidad, que en este caso son tan contra las referidas Concordias, y mis Regalias. Dada en Madrid 17. de Enero 1692.

YO EL REY.

Vt. Marchio de Castelnovo. Vt. Don Feliz de Marimon.
Vt. Marchio de Arissa. Vt. Oscaris Reg.

Don Joseph de Aroy Lara Secretario.

Sic in competentiis jurisdictionum inter Curias, Regiam Bajuliæ Generalis, & Ecclesiasticam, quæ fuscitatæ fuere super cognitione Beneficiorum Patronatus Regii, vel super redditibus, aut dotibus Beneficiorum: per Cancellarium terminatæ extiterunt in favorem sæcularis. Prout in facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, Sede vacante, ex una, & Curiam sæcularem Concilii Regii Bajuliæ Generalis Principatus Cathaloniæ, partibus ex altera, occasione firmæ juris in d. Curia Ecclesiastica factæ per Didacum Gener Presbyterum, uti obtinentem Capellaniam sub invocatione Sanctæ Magdalenæ in Ecclesia Parochiali Beatæ Mariæ de Pinu Barcinonæ, institutam de Regio Patronatu, ex causa permutationis de tempore turbationum factæ, cum consensu Locumtenentis Bajuli Generalis præsentis Principatus Cathaloniæ postea obtento, procedimentis contra eum in dicta Curia sæculari factis, ad instantiam Fisci Procuratoris ejusdem, prætendendo dictam permutationem, & illius vigore collationem, & possessionem dictæ Capellaniæ in favorem dicti Didaci Gener, esse nullas, & invalidas ex defectu legitimi consensus, imò præsentationem factam per suam Regiam Majestatem Salvatori Garcia Presbytero de dicta Capellania tanquam de suo Regio Patronatu esse validam; cujus præsentationis vigore dictus Salvator Garcia petiit collationem sibi fieri à Vicario Generali Ecclesiastico, cui se opposuit dictus Didacus Gener, & ob hanc causam fuit inter ipsos mota lis in Curia Ecclesiastica: Fuit declaratum per Priorem Jalpi & Julià Tertium, Consultoribus Andreu, Puig, & Pallarès, die 27. Februarii 1613. firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica Barcinonæ per dictum Didacum Gener locum non fuisse, nec esse. De qua declaratione mentionem facit Reg. Cortiada *dec.* 7. *n.* 38. *part.* 1. & *dicta competent. Bajuliæ Generalis cum Curia Ecclesiastica Urgelen. num.* 192. 12

Sic etiam in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Urgellen. ex una, & Curiam sæcularem Bajuliæ Generalis Cathaloniæ, partibus ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica Urgellen. factæ per Fratrem Bartholomæum Morillo Ordinis Præmostratensis, procedimentis contra eum in dicta Curia sæculari factis, ad instantiam illius Fisci Procuratoris, ex quo dictus Morillo ingressus fuit possessionem Abbatiæ Conventus Beatæ Mariæ Pulcri Podii Avellanarum dicti Ordinis Præmostratensis de Regio Patronatu, in vim gratiæ à Sede Apostolica per eum obtentæ absque nominatione Domini nostri Regis, fuit declaratum per Cancellarium Pons, Consultoribus Aleny, Tristany, Anglasell, Ferrer, Calderò, & Carbonell, die 22. Decembris 1672. firmæ juris factæ per dictum Fratrem Bartholomæum Morillo in dicta Curia Ecclesiastica Urgellen. locum non fuisse nec esse. 13

Etiam quoad Beneficia vacantia per promotionem ad Episcopatum. In facto contentionis jurisdictionis ortę inter Curiam Ecclesiasticā Gerundæ ex una, & sæcularem Concilii Regii Bajuliæ Generalis Cathaloniæ ex altera partibus, occasione firmę juris in eadē Curia Ecclesiastica 14

factæ per illius Fiſci Procuratorem, & Salvium Civrana Presbyterum, & Sacriſtam Parochialis Eccleſiæ loci de Riudellots *dela Selva* eiuſdem Gerunden. Diœceſis, procedimentis contra eum in dicta Curia ſæculari Regij Concilij Baiuliæ Generalis factis, ad inſtantiam eius Fiſci Procuratoris Patrimonialis, & Antonij Sala & Codina Canonici Magiſtralis Sanctæ Eccleſiæ Vicen. prætendentium, dictum Salvium Civrana amovendum eſſe à poſſeſſione, ſeu quaſi cuiuſdam Beneficii Eccleſiaſtici, ſub invocatione Sancti Michaelis Archangeli in Parochiali Eccleſia Sancti Laurentii *de Maſſanet* dictæ Gerunden. Diœceſ. inſtituti, & fundati, ac tanquam de Patronatu laicali eidem præſentati, in eandemque poſſeſſionem dictum Canonicum Sala & Codina immittendum, vigore præſentationis de dicto Beneficio in ſui favorem per S. C. & Regiam Maieſtatem factæ, & per ſuam Sanctitatem confirmatæ cum Bullis expeditis Romæ 18. Kalend. Iulij 1660. ex quo dictum Beneficium Eccleſiaſticum vacavit (ob promotionem ad Epiſcopatum Gerunden.) in Curia per dimiſſionem, quam de eo fecit in favorem perſonæ à d. Domino noſtro Rege nominatæ Reverendiſſimus Franciſcus Pejoan, Epiſcopus promotus, fuit declaratum per Cancellarium Sunyer, Conſultoribus Aleny, Rull, & Triſtany die 16. Iunij 1663. firmæ iuris in dicta Curia Eccleſiaſtica Gerunden. factæ per illius Procuratorem Fiſcalem, & Salvium Civrana Presbyterum, & Sacriſtam dictæ Parochialis Eccleſiæ loci de Riudellots *de la Selva* eiuſdem Gerund. Diœceſ. locum non fuiſſe, nec eſſe.

15 Proſecuta fuit hæc cauſa in Baiulia Generali, & iniucto mandato eius Aſſeſſoribus, vt verbum facerent in Regia Audientia, fuit illa commiſſa Magnifico Franciſco Vidal & Roca Regio Senatori de Aula Regentis Regiam Cancellariam, per quam fuit interpoſita Conſultatio Dominæ noſtræ Reginæ Gubernatrici ſuper dubio an Regalia providendi Beneficia, quæ vacant per promotionem illa obtinentium ad Epiſcopatus, comprehendat Beneficia de Patronatu laicali. Et fuit per ſuam Maieſtatem decretum his verbis:

LA REYNA.

Expectable Don Vicente Gonzaga de mi Conſejo de Guerra, mi Lugartinient, y Capitan General. Con vueſtra Carta de 25. de Setiembre ſe ha recibido el papel de los Miniſtros de la Sala del Regente, ſobre la duda que ſe les ofrece en ſi la Regalia que me toca de la proviſion de los Beneficios, que ſuelen vacar por promocion de los que les obtienen à Obiſpados, comprehende ò no los beneficios de Patronado laical, y ha aparecido declarar (como declaro) que mi Real intencion por las preſentaciones que ſe ofrecen hazer à Obiſpados, y Prebendas de mi Real Patronado, no es preiudicar à los Patronazgos laicales el derecho de preſentar de nuevo, en lugar de los promovidos, y aſſi lo advertireis à la Audiencia, y que con eſte preſupueſto haga iuſticia en la cauſa que ha dado motivo à eſta duda, y en las demàs que ſe ofrecieren deſta calidad, haziendo que ſe regiſtre eſta orden en el libro de las acordadas, para ſu obſervancia en adelante. Dada en Madrid à 8. de Octubre 1666.

YO LA REYNA.

Vt. Don Chriſtophorus Creſpi Vicec.
Vt. Don Petrus Villacampa Reg.
Vt. Exea Reg.
Vt. Don Ioſephus Romeu Reg.
Vt. Viloſſa Reg.
Vt Don Gregorius Caſtell. vt.
Vt Don Michael de Çalba.
Vt. Don Ferdinandus de Heredi.

Don Didacus de Sada Secretarius.

16 Et poſtea ſubſecuta fuit Regia Sententia ibi *Attento licèt pro parte Antonij Sala Presbyteri, & Canonici Sanctæ Eccleſiæ Vicen. fuerit petitum, & prætenſum, quòd mandetur alicui Officiali, vt aſſiſtat illi ad effectum accipiendi poſſeſſionem Beneficii, inſtituti, & fundati in Eccleſia Parochiali Sancti Laurentii de Maſſaneto, ſub titulo Sancti Michaelis, & ad removendum Salvium Civrana Presbyterum, & Sacriſtam loci de Riudellots de la Selva, Diœceſ. Gerunden. ex eo quòd cum dictum Beneficium vacaret per dimiſſionem, ob promotionem ad Epiſcopatum Gerundæ Reverendi in Chriſto patris Franciſci Pejoan, fuit nominatus per ſuam Maieſtatem dictus Sala, qui obtinuit Bullas Apoſtolicas datas Romæ 18. Kalend. Iulii 1660. & fuit de dicto Beneficio proviſus per Officialem Gerundæ vti Commiſſarium, & Delegatum Apoſtolicum, prout conſtat inſtrumento actо Gerundæ die 16. Ianuarii 1664. penes Michaelem Pau Plana Presbyterum Not. & ſcribam Curiæ Epiſcopalis Gerundæ. Cæterum attento quòd ex inſtrumento teſtamenti facto 24. Februarii 1460. penes Bernardum Sitiar Presbyterum, & Hebdomadarium Eccleſiæ Parochialis Sancti Laurentii de Maſſaneto, conſtat, Marcum Xifra Presbyterum dictæ Parochiæ inſtituiſſe, & fundaſſe in dicta Eccleſia Parochiali quoddam Beneficium Sacerdotale, ſub invocatione Sancti Michaelis Archangeli, mandaſſeque manumiſſoribus ſui teſtamenti, vt omnia, & ſingula bona ſua in encantu publico venderentur ad dotandum dictum Beneficium, cuius quidem Beneficii ius patronatus legauit ſive dimiſit hæredi, aut ſucceſſori, vel poſſeſſori dicti Manſi Xifra Parochiæ Sancti Martini Rivi Arenarum, toties, quoties, dictum Beneficium vacare contigerit. Conſtat alio inſtrumento actо 24. Ianuarii 1660. penes Petrum Roſſellò Not. Gerundæ, Magdalenam Xifra tenutariam, ſive vſufructuariam hereditatis, & bonorum Martini Xifra quondam virtui ſui, & eo nomine poſſidentem dictum Manſum Xifra loci Rivi Arenarum, & Hieronymum Xifra & Calſada dictorum coniugum filium, & hæredem patris ſui, vti patronum dicti Beneficij præſentaſſe dictum Salvium Civrana, ſupplicando illi conferri tanquam vacantis (per promotionem ad Epiſcopatum dicti Pejoan vltimi illius poſſeſſoris). Conſtat dictum Beneficium fuiſſe collatum dicto Civrana, proviſione facta per Ordinarium Eccleſiaſticum Gerundæ die 10. Aprilis 1660. illiuſque poſſeſſionem realem adeptum fuiſſe. Ex quibus plenè conſtat, dictum Beneficium Sancti Michaelis Archangeli, in Eccleſia Sancti Laurentii de Maſſaneto inſtitutum, eſſe de Patronatu laicali, & ſic non comprehendi ſub Regalia Domini noſtri Regis nominandi perſonas ad Beneficia vacantia per promotionem ad Epiſcopatum, quemadmodum Beneficia patronatus laicalis non comprehenduntur ſub regulis reſervationum Beneficiorum. Vnde remanet eliſa prætentio, & petitio dicti Antonij Sala. His igitur, & aliis, meritis proceſſus attentis, & aliàs, admodum Illuſtris Baiulus Generalis Cathaloniæ ſententiat, pronunciat, & declarat, dicto Antonio Sala Canonico Eccleſiæ Vicen. in prædictis in præſenti iudicio, & cauſa petitis per eum ſilentium imponendum fore, & eſſe, provt cum præſenti imponit, & dictum Salvium Civrana Presbyterum, & Sacriſtam loci de Riudellots à prædictis abſoluendum fore, & eſſe, provt cum præſenti abſolvit, & quod quælibet pars ſuas ſolvat expenſas, & pro biſſractis ſolita fiat execut io.*

Fuit hæc ſententia facta in Baiulia Generali Cathaloniæ die 15. Novembris 1666. inſequendo concluſionem in Regia Audientia factam, referente Magnifico Franciſco Vidal & Roca Regio Senatore die 10. Novembris eiuſdem anni 1666. Eſt in libris concluſionum illius anni fol. 311.

Ex antea allegatis remanet ſtabilita Regalia cognoſcendi per Baiuliam Generalem huius Principatus de Beneficijs Regij Patronatus; & de eorum dotibus, & redditibus, etiam inter Eccleſias, Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, tam in iudicio poſſeſſorio, quàm petitorio, ac etiam pariformiter cognoſcendi de Beneficijs quæ vacant ex promotione illa obtinentium ad Epiſcopatus; Vnde conſtanter ſequitur dicere, quòd ſi hæc Regalia, quæ notoriè, & evidenter competit Domino Regi lædatur per Iudicem Eccleſiaſticum, intendentem cognoſcere de hiſce cauſis, quòd reſpectu Ordinarij Eccleſiaſtici procedatur per concordiam Sereniſſimæ Reginæ Eleonoræ; reſpectu Delegati per remedia informationis ad banchum Regium. 17

Provt ita evenit in facto firmæ iuris factæ in Regio Concilio Baiuliæ Generalis per Michaelem Malla obtinentem Beneficium ſub invocatione Sanctæ Spinæ in Eccleſia Barcinonæ fundatum, & poſtea ad Regiam Audientiam evocatæ, procedimentis contra eum factis per Petrum Martyrem Febrer decretorum Doctorem Officialem Reverendi Epiſcopi Barcinonæ, vt executorem Bullarum Apoſtolicarum reſervationis penſionis in favorem Michaelis Ioannis Oſona Præcentoris, & 18

Cano-

Canonici dictæ Ecclesiæ Barcinonæ super fructibus, & redditibus dicti Beneficij, quod est de Patronatu Regio, audito executore Apostolico, referente Magnifico Ludovico Ferrer Regio Senatore, facta relatione vtriusque processus die 24. Iulij 1656. (Est in lib. conclus. illius anni fol. 220.) Ex quo contendebatur de validitate dictæ reservationis, cuius articuli cognitio, vti de Regalibus Regii Patronatus, pertinet ad Dominum nostrum Regem, seu ad eius Baiulum Generalem Principatus Cathaloniæ, fuit conclusum, dictæ firmæ iuris factæ per dictum Michaelem Malla in dicto Concilio Regio Baiuliæ Generalis locum fuisse, & esse.

19 Prænotanter tamen dicitur, quòd in huiusmodi præsentationis Regiæ executionem, data Ecclesiastici denegatione, aut dilatione, naturalis, & proprius ex natura rei recursus videtur, ad eundem Principem concedentem interponiendus, & ad illius superiorem, cui de ea re competit discernere, & cognoscere, quia illæ præsentationes Beneficiorum Patronatus Regii ad Regalias Regias spectant. Fraso *de Regio patron. Ind. cap.* 37. *nu.* 7. *cum seqq.*

20 Ideo decreta Pontificia Regium Patronatum derogantia, vel mutantia in Regio Concilio solent detineri, donec Sanctissimus Pater, gregisque dominici vniversalis pastor, debitè informetur, ne aliàs pax publica detrimentum patiatur, dixit Fraso expendens doctrinam Simanc. *de Cath. instit. tit.* 45. *de pœnis num.* 35. ibi: *Si aliquid Papa decernat contra publicam vtilitatem, vt puta contra Patronatus laicorum, contra ius eligendi Beneficia, seu Sacerdotia patrimonialia, vel quippiam simile, manu Regia retineri soleat, quia Regum officium est, ab huiusmodi iniurijs populos sibi subiectos liberare, & iure naturalis defensionis licet Principibus sæcularibus, cum moderamine inculpatæ tutelæ, id est, salva semper in omnibus Summi Pontificis Authoritate, obviare abusui notorio Ecclesiasticæ potestatis, ne pax publica perturbetur, & commune bonum detrimentum patiatur, Cevall. commun. contra commun quæs.* 897. *num.* 363. Et addit Fraso, ibi: *Theologos, & Canonistas summæ recommendationis, hoc ipsum optimis fundamentis & rationibus defendentes, Cardin. Caietan. in tractat. de authoritate Papæ, cap.* 27. *Victor. eodem tractat. propos.* 7. *Cordub. quæst.* 8. *Innoc. & Hostiens. in cap. Quantò* 4. *de consuetud. Abb. in cap. Sicut, de iureiurando. Silvest. in summa, verbo Papa, §.* 15. *latè Petrus Marca in concord. Sacerdot. & Imper. lib.* 3. *cap.* 15. §. 9. *& alij infra cap. seq. à num.* 9.

21 Ad hanc partem refero id quod observandum præcepit sua Maiestas quòd provisi in Præbendis, & Dignitatibus Regiis non admittantur ad earum possessionem, nisi prius recognitis Bullis Apostolicis per S. S. Concilium Aragonum, vt ibi:

EL REY.

Illustre Marquès de Olias, y de Mortara, Primo, mi Lugartiniente, y Capitan General, por el perjuyzio, que puede seguirse a mis Regalias, de que los provehidos en Prebendas y Dignidades de mi Patronado tomen possession dellas, sin averse reconocido primere en este mi Consejo Supremo las Bullas, que su Santidad les huviere despachado, eos encargo, y mando, advertays dello à todas las Iglesias de esse Reyno, donde aya Dignidades, y Prebenda de mi provision, para que no admitan Bullas algunas desta calidad, ni den possession à los provehidos, sin constarles primero por certificacion de mi Secretario deste Consejo, que tuviere à su cargo los papeles, y negociacion de esse Reyno, que se han visto en este mi Consejo; y mandado entregar à la parte, significandoles el servicio que recibirè en que assi lo executen. Dada en Madrid à 13. *de Setiembre* 1652.

YO EL REY.

Vt. Don Christophorus Crespi Vicec.
Vt. Comes de Robres Reg.
Vt. Don Georgius de Cassellvi.
Vt Marta Reg.
Vt. Don Michael Baptista de Lanuca Prot.
Vt. Don Petrus Villacampa Reg.
Ut. Ioannes Episc. Arag.

22 Et fuit sic obtentum in cartha Cancellariæ, directa Domerio, & Capitulo Beatæ Mariæ de Rivipullo 30. Aprilis 1664. illos monendo, exhortando, & onerando, quatenus non traderent possessionem, vel tradi permitterent Doctori Hieronymo N. Præcentoriæ de Berga, absque alio ordine suæ Regiæ Maiestatis, ex quo non fecerat ostentionem suæ Regiæ Maiestati de Bullis Apostolicis pro dicta Præcentoria obtentis. Est in cur. locumt. 4. ab anno 1661. ad 65. fol. 158.

DECISIO CXXXVIII.

ARGUMENTUM.

Recursus in subsidium interpositus ad Principem sæcularem per Ecclesiasticum oppressum, est remedium omnino extraiudiciale, nec à Rota nec à Iudicibus, & Advocatis Romanis improbatur: quia solùm tendit ad tuendam quietem publicam, ne scandala sequantur; nec contrarium practicatur per nostrum Senatum, quando conceditur assistentia personæ Ecclesiasticæ, & formatur processus ad puniendum, non Clericum, sed laicum delinquentem, & non vltra. Vbi conciliantur variæ Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ, quæ reprobare videntur indistinctè huiusmodi recursus. Etiam recitatur casus assistentiæ Regiæ nuper obtentæ per Ecclesiasticum, & à Sacra Rota Romana approbatæ.

SUMMARIUM.

1 *Recursus ad Principem sæcularem est omnino extraiudicalis, inhærens Diademati, ob politicam, & œconomicam potestatem.*
2 *Doctores id probantes.*
3 *Clericus, qui adit pro vi auferenda nostrum Regium Senatum, non firmat coram eo ius, & de iure.*
4 *In litteris directis Iudici Delegato Apostolico, vt informet banchum Regium, non dicitur* citamus, vel mandamus, *sed* dicimus, & monemus: *vbi traditur ratio.*
5 *Monitio non est citatio.*
6 *Monitio nullam arguit superioritatem.*
7 *Monitio fit, vt non denegetur ab Ecclesiastico id, quod moraliter ab ipso petitur.*
8 *Ex recursu ad Iudicem sæcularem non inducitur litis pendentia.*
9 *Examinatio in recursu fit ad nudam Curiæ instructionem.*
10 *In recursu, si testium assertio sit expectanda, nulla expeditur citatio, nec exigitur à testibus iuramentum.*
11 *Senatus Decisio.*
12 *Recursus isti expediuntur in Regio Senatu absque salario, prout etiam declaratio occupationis temporalitatum, & suo casu bannimenti.*
13 *A declaratione super recursu non datur supplicatio.*
14 *Extraiudicialis notio, quam adhibet Princeps, ad quem recurritur, est de mero, & simplici facto.*
15 *In his recursibus reverenter se habet Regius Senatus nam Ecclesiasticus monetur, vt ipsemet revocet procedimenta, aut informet banchum Regium.*
16 *Proponitur argumentum contrarium.*
17 *Aliud argumentum.*
18 *Aliud.*
19 *Aliud.*
20 *Aliud fortius argumetum.*
21 *Vt sit licitus recursus ad Principem sæcularem, quomodo practicandus venit.*
22 *Recursus extraiudicialis ad Principes sæculares, debet restringi ad simplices litteras.*
23 *Iudices sæculares in illis recursibus tantùm acta, & processus vident, vt ex eorum narratione constet de oppressione Iudicis Ecclesiastici.*
24 *Et actorum inspectio necessaria est.*

25 *Firma Regentis, seu Judicis sæcularis, quæ in litteris hortatoriis ponitur, nequit inducere formam judicii.*
26 *Informatio ad futuram rei memoriam extrajudicialis reputatur.*
27 *Mandata in forma Cancellariæ expedita, sunt extrajudicialia.*
28 *Inter auxilia privata, & Regia extat omnimoda distantia; nam obligatio defendendi, & protegendi familiares, quæ in privatis personis est de lege charitatis, in constitutis verò authoritate publica respectu vassallorum est de justitia.*
29 *Respondetur doctrinæ Farinacii.*
30 *A mandatis Apostolicis appellare ad sæcularem, est odiosum, scandalosum, & in fide suspectum.*
31 *Respondetur Decisioni Pennæ,*
32 *Oppressiones præcipuè experiuntur contra appellantes, qui censuris Ecclesiasticis affligi solent.*
33 *Jus naturale defensionem propriæ instituit, moderatè tamen.*
34 *Expenditur doctrina Regentis Leo.*
35 *Approbatur à Rota recursus Judicis sæcularis, pro manutentione possessionis Ecclesiastici.*
36 *Ab alia Rota.*
37 *Ab alia Rota.*
38 *Clausula* urbaniùs se gessit *explicatur.*
39 *Ad defensionem propriæ possessionis, & appellationis admissionem, recursus non est improbatus à Rota.*
40 *Alia Rota.*
41 *Licitus est recursus, quando innovatur in præjudicium appellationis.*
42 *An pro manutentione obtinenda sit exhibendus titulus, traditur.*
43 *Quomodo licitus sit recursus ad Judicem sæcularem.*
44 *Prohibitus tamen est judicialiter.*
45 *Ex his pendet intelligentia Doctorum, qui ibi allegantur, & num. 46. & 47.*
48 *Explicatur Rota coram Achiles.*
49 *Conciliantur Doctores super hac re, & num. 50.*
51 *Praxis nostra circa modum concedendi assistentiam, si quod habet judiciale est respectu laici delinquentis, & num. 52. 53. & 54.*
55 *Alius nuper proponitur recursus ad Judicem sæcularem omnino abstractus à figura judicii; sed nudus, & extrajudicialis, à Sacra Rota Romana approbatus: cum num. seqq. usque ad finem.*

1 STYLUS exercendi recursus per Principes sæculares ad sublevandum Ecclesiasticos ab oppressione, quam ipsis infert suus Judex proprius, an sit licitus admodùm ambigi valet, si loquimur de nostra praxi, qua observatur, ut adversùs Judices Ordinarios inobservantes Concordiam Dominæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, procedatur litteratorié, eos vocando ad informandum banchum Regium, prout indistinctè id ipsum practicatur versùs Judices Delegatos Apostolicos, quando notoriè, & evidenter usurpant Regiam jurisdictionem, ut diximus *decis.* 128. supra; in utroque enim casu (primo intuitu) apparebat affirmandum damnatum, ex quo per illum proceditur, in forma judiciali per viam citationis, efformationis processus, & declarationis, seu sententiæ, quæ subsequitur. At meliori luce re comperta præhabendum doceor licitum esse, quia stylus ille in nihilo quid judiciale continet, sed omnino extrajudiciale, quod circumfert Suprema Potestas ex politica, & œconomica, Diademati inhærenti, ut ex Sesse, Avendanno, & Salgado dixit Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. sect. 3. num. 96.*

2 Primo probatur, quod remedium recursus per viam violentiæ ad Principem sæcularem non sit ordinarium, & judiciale, sed extraordinarium, & extrajudiciale, ex Franchis *decis.* 193. *num.* 11. Oliba *de jure fisci cap.* 11. *numer.* 53. *in fine*, & 55. & *cap* 13. *numer.* 40. Fontan. *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 3. *num.* 8. & 17. Cancer *var.* 3. *cap.* 14. *num.* 8. Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 29. *vers. Alia*, & *num.* 64. & à *num.* 166. 180. & 181. Matheu *de reg. Reg. Valent. dict. cap.* 7. §. 1. *sect.* 3. *numer.* 58. & 70. Salgado *de Reg. protect. par.* 1. *cap.* 1. *per tot.* & alii allegati per Regentem Cortiada *dec.* 29. *num.* 100. & 101. Latro *decis.* 69. ubi Giz. Fermos. *in cap.* 2. *de judic. quæst.* 19. *num.* 3. & *seqq.* Sotomayor *de testib. cap.* 14. *num.* 180. Fraso *de Regio Patron. cap.* 37. *numer.* 35. & *cap.* 39. *numer.* 3. *cum seqq.* Salcedo *de leg. polit. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 88. est nuda notio absque ullo jurisdictionis officio, Gonzalez Tellez *ad cap. Qualiter, & Quando* 17. *de judic. numer.* 6. protectio propter miseros, & oppressos introducta. Amaya *in C. ad L. Prohibitum* 5. *num.* 37. *de jure fisci.* charitativum, & summarissimum juvamen, Sesse *de inhibit. dict. cap.* 8. §. 3. *numer.* 1. & *numer.* 68. juxta modum extrajudicialis instructionis. Reg. Cortiada *d. decis.* 29. *numer.* 101. non cognitionaliter, & cum potestate gladii. Peguera *decis.* 62. *nu.* 22. *vers. Sed ponamus.*

Hinc dicitur, quòd quando Clericus adit pro vi auferenda nostrum Regium Senatum, non firmat, prout non potest, coram eo jus, & de jure, quia non valet ad eundem judicialiter provocare, nec in eum consentire. Oliba *de jure fisci d. cap.* 11. *num.* 53. Regens Cortiada *d. decis.* 29. *num.* 123. 3

Quæ est ratio, ob quam licèt Peguera *in prax. Crimin. cap.* 24. *num.* 8. *vers. Scias propterea*, tradat, quòd quando vis infertur per Judicem Ecclesiasticum Delegatum, qui vocatur ad informandum banchum Regium, tunc pars gravata firmet jus, & de jure in Regia Audientia, repetens id ipsum in formulis supplicationis, & provisionis, post *dict. vers. Scias propterea*; atverò quòd formulæ illæ tantum sint pro persona laica, annotat Peguera *in Epigraph. dict. cap.* 24. Quocirca pro personis Ecclesiasticis sine dicta firma juris, alias formas practicatas tradit Reg. Cortiada *d. decis.* 29. *numer.* 124.

Secundò quòd ideo in litteris simplicibus, quæ à Regio Senatu diriguntur Judici Delegato Apostolico, non dicit Locumtenens Generalis *citamus*, *vel mandamus*, ut revocet actitata, (quæ violentiam continent) aut compareat banchum Regium informaturus, sed *dicimus*, *& monemus*, vel alia similia verba. Ferrer 3. *part. observ. cap.* 163. *num.* 3. Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 29. *vers. Alia autem ratio*; nam sæcularis potestatis cautio, & provisio contra violentiam, & oppressionem Judicum Ecclesiasticorum, non jurisdictionem impedit Ecclesiasticam; non usurpat, nihil de causa definit, non cognoscit; sed pro quiete subditorum, pro tranquillo statu Provinciæ, pro æquitate tuenda, pro injuriis, & oppressionibus reprimendis, & cum summa reverentia Ecclesiæ debita, cum maturitate, & monitione præmissa, & magis monendo, quàm corrigendo, exercetur; ut ex Oliba *de jure fisci d. c.* 11. *n.* 54. scribit Sesse *de inhib. d. c.* 8. §. 3. *nu.* 20. 4

Nec monitiones illæ continent citationem: nam licèt citatio, & monitio appareant synonyma, attamen inter hæs voces magna differentia consideratur; nam citatio præsupponit superioritatem, & subjectionem, non etiam monitio. Saravia *de adjunctis quæst.* 16. *n.* 3. Fab. *in Cod. lib.* 3. *tit.* 12. *def.* 23. *n.* 3. Salgado *de Reg. protectione part.* 1. *cap.* 2 *sub num.* 132. Baron. *de citat. in annot. ad quæst.* 2. *num.* 2. 5

Ideo dicitur, quòd monitio hæc rectè à Judice sæculari fieri valet, & approbat Reg. Vico *in Prag. Reg. Sardin. lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 46. *vers. Dictum est*, qui postquam scripserat, quòd litteræ exhortatoriæ, & monitoriæ, nec apparenter continent citationem, scribit ibi: *Quod ex termino Judici Ecclesiastico assignato, ut comparet banchum Regium informaturus, non inducitur citatio, sed quædam notificatio, & certioratio, quæ non arctat ad comparendum; itaut non possit contra non comparentem contumaciter procedi, cum tantùm notitia Judicis Ecclesiastici desideretur, quod fieri potest à quolibet Judice sæculari. Bal. Pal. Jacobus de Buttrio in l. Testamenta omnia, per d. text. Cod. de testam. Baldus in l. Præscriptione Cod. si contra jus, vel util. pub. Felinus in cap. Cum inter col.* 8. *de except. Balb. dec.* 323. *incipit citatio, Maranta de ordin. judic.* 4. *part. distinct.* 11. *num.* 36. *facit eleganter glos. in cap. Cum caus. de officio delegati, quæ considerat differentiam inter citationem, & monitionem, inferens, quòd cum monitio nullam afferat, nec arguat superioritatem, rectè possit à Judice sæculari inter Clericos fieri, quam sequitur Afflictis dec.* 24. *num.* 8. *Castrens. consil.* 44. *incip. in casu Ægidii, Socinus in tract. de citat. art.* 5. *ver.* 23. *confert, quia licet Ecclesiasticus simpliciter non possit citari, monerit tamen potest, ut comparet, si suum putaverit interesse, quia hæc non vera citatio, sed monitoria, & certioratoria potiùs dicitur. Specul.* 4. 6

UAB Biblioteca de Ciències Socials

par.7 distinct.in fin.Roland.consil.29.Joseph.Ludovic.concluſ.5.verſ.Ampliatur ſupradicta. Comprobant Reg.Matheu *de reg.Reg.Valent.tom.2.cap.7.§.1.ſect.5.num.192.* Reg.Cortiada *deciſ.29.num.102.* Salgado *de Reg.Protectione par.1.dict.cap.2.ſub num.132.* Baron.*de citat.tom.3.in annot.ad quæſt.2.n.3.*

7 Hujus enim civilis, & moralis monitionis extrajudicialis finis eſt ut Eccleſiaſticus revocet procedimenta violenta, ac quodammodo ad viam juſtitiæ reducatur. Oliba *de jure fiſci cap.11.n.54.* & eo citato Seſſe *de inhib.cap.8.§.3.n.70* cujus charitate, conſilio, & humanitate nixus Judex ſæcularis, ſperat effectum ſibi ab Eccleſiaſtico non denegandum, ad text.*in l.Quidam Hiberus 13.ff. de ſer.prædior.urban.* ibi: *Qua de re volo cum Hibero loquaris, ne rem illicitam faciat, Proculus reſpondit, nec Hiberum pro ea re dubitare puto, quod rem non permiſſam facit*. Ubi DD.agunt de monitione illa, quæ ex urbanitate fit à creditore debitori, anteaquam illum conveniat in judicio. Cyriac.*cont.139.* Maſcard.*concl.936.n.1.* Gratian *diſcep.forenſ.cap.373.nu.2.* Baron.*de citat.tom.2.in addit.queſt.2.num.53.*

8 Tertiò, quòd hinc etiam dicitur, quòd ex iſto recurſu ad Judicem ſæcularem, non inducitur litis pendentia, juxta tradita ab Afflict.*in Conſt.Regni de Burgenſat.n.3.* Latro *d.deciſ.69.n.8.* nec admittitur reconventio. Franchis *dec.193.n.11.* & ibi Addit. Amendola *n.17* Anna *fingul.433.verb.Reconuentio.* Tapia *de jure Regni l.3.Quando Rex inter Eccleſ.perſ.n 12.* Latro *d.dec.69.n.9.*

9 Quartò, quòd nulla admittitur allegatio, exceptio, inſtrumentorum, ſive teſtium præſentatio, ſive redarguitio, conteſtatio, nec judicialis concluſio, ſed ejus inſpectio extrajudicialiter expeditur. Salgado *de Reg.protect. par.1.d.cap.2.n.137.* & probant exemplaria citata *in deciſ.127.* & *deciſ.128.nu.3.* ubi diximus, vocari Judices Delegatos, ſeu Commiſſarios Apoſtolicos in R. A. ad eam inſtruendum, vel ad conferentiam cum ea habendum, qui modi denotant in praxi illa ſolum extrajudicialiter procedi, & pro Regiæ Curiæ inſtructione, examinationem facti admitti.

10 Adeò ut ſi ad illam, teſtium aſſertio ſit expectanda, nulla in ea citatio expeditur, probat Salgado *de Reg.protect.par.1.dict.cap.2.n.137.* & extrajudicialiter, & ſine juramento, ad ſolum informandum animum Judicis intra terminum quindecim dierum (qui ad declarandum præfigitur *in Prag.5.tit.de cont.juriſ.in 2.t.Conſt.*) reducendo in ſcriptis dicta teſtium, ad perfectam meri facti cognitionem, dixit Regius Senatus junctis Tribus Aulis 8. Maii 1667. ex doctrina Salgado *de Reg.protect.par.1.c.1.art.5.n.99.131.138 215.* & *217.* & *par.2.cap.14.n.5.*

11 Et obſervatum fuit die 12. Maii 1667. in facto Syndici Civitatis Barcinonæ cum œconomo Conventus Monialium Sanctæ Claræ ejuſdem Civitatis, in actis Ribes Nott. Et inter eaſdem partes 11. Martii 1671. in actis Texidor Nott. & 11. Maii 1672. in actis dicti Ribes Not.

12 Quintò, quòd apud nos expediuntur recurſus iſti in Regio Senatu abſque ſalario aliquo. Oliba *de jure fiſci c.11.ſub n.56.* & *n.94.* & *c.14.n.111.* Mieres *in cap.Ne ex beneficio 35.* Ferdinandi *primæ Curiæ Barcinonæ*, & refert in utraque Aula Regiæ Audientiæ id obtentum fuiſſe 18. Januarii 1537. Ferrer *3.par obſ.cap.273.in fin* & approbat Reg.Cortiada *dec.29.n.97.* ubi etiam id ampliat in declarationibus occupationis temporalitatum, *ex Conſt.1.tit. de content.de juriſd.* & ſuo caſu, bannimenti, rationem reddens; quia hæc extrajudicialiter, & per modum defenſionis naturalis peraguntur.

13 Sextò, quòd à declaratione facta non ſupplicatur, ut inſinuavit Regius Senatus in facto ſupplicationis in forma interpoſitæ per Carolum Cagarriga Archidiaconum de Benaſc, Eccleſiæ Ilerden. ut Subcollectorem Cameræ Apoſtolicæ in Epiſcopatu Gerunden. & Procuratorem Fiſcalem ejuſdem Cameræ, à proviſione facta per Magnificum Michaelem Ferrer R.S. die 26. Octobris 1565. fol.210 concluſ.civil.illius anni, eo motivo, quia non habuerunt juſtam cauſam ſupplicandi, nec cauſam dictæ ſupplicationis proſequendi, & fuit condemnatos procurator in expenſis, & expreſſit Fontan. *de pact. nup.tom.1.claus.4.gloſ.13.par.3.n.17.* cum exemplaribus Regii Senatus, ajens id fieri propter Regiam præeminentiam, & authoritatem, ne Delegati occupantes, & impedientes Regiam juriſdictionem, per ſupplicationem, vel aliàs differendo negotium, Regiæ juriſdictioni præjudicare poſſent; & quia extrajudicialiter in his per Senatum proceditur: Sequitur Reg. Cortiada *dict. deciſ.29.nu.98.* & *99.* & Ego in contrarium numquam vidi practicatum.

§. Septimò, quòd extrajudicialis, & nuda notio, quam 14
adhibet Princeps, ad quem recurritur, eſt de mero, & ſimplici facto; ut probat Gonzalez Tellez *ad cap.Quaſiter, & quando 17.de jud n.7.* Bonac.*de cenſur.c.14.diſp.5.n.9.* Amaya *in Cod.l.Prohibitum 5.Cod. de jure fiſci n.37.in fine*: de quo facto cognoſcere, non eſt prohibitum Judici ſæculari. Regens Cortiada *dec.2.nu.7. cum ſeq.* prout de poſſeſſorio inter duos Clericos, Latro *dec.69.n.4.* & nos latiùs in alia Deciſione.

Hæc omnia antecedenter perpenſa clariùs demonſtrant, recurſus ad Regium Senatum per viam notoriæ, & evidentis violentiæ, eſſe quid extraordinarium, extrajudiciale, & ſubſidiarium, per modum ſimplicis, & nudæ notionis ad ſuccurrendum oppreſſo, quam adhibet Princeps de mero facto.

His adde, quòd ita reverenter ſe habet noſter Regius 15
Senatus in medendis violentiis, & oppreſſionibus notoriis, ut neutiquam revocet procedimenta facta per Judicem Delegatum Apoſtolicum, ſed ſolùm noſter Locumtenens Generalis exhortatoriè monet, ut illa ipſemet Judex Delegatus revocet, aut informet banchum Regium Ferrer 3.*par.obſ.cap.163.n.3.*

Adverſus ante dicta fortiter arguitur ex Rota coram 16
Bichio *deciſ.282.* ubi actum fuit de recurſu ad Regium Concilium Neapolitanum, à quo litteræ hortatoriæ fuerunt expeditæ contra Epiſcopum, quæ continebant intimationem præciſæ voluntatis Domini noſtri Regis, quatenus ſolveret quandam penſionem, non obſtante lite coram Eccleſiaſtico vertenti. Et declaravit Rota hujuſmodi recurſum ad Magiſtratum ſæcularem eſſe prohibitum, ex quo litteræ illæ in ſubſtantia continebant citationem, & intimationem, à Sacris Canonibus repulſam, non obſtante, quòd in eis uteretur verbo *monemus*; nam id æquipollet verbo *citamus*: & quod id ipſum denotaverant firmæ Proregis, & Regentium collateralis Conciliis, in literis poſitæ, & ipſarum præſentatio facta Epiſcopo per publicum inſtrumentum à Notario confectum, ut fieri erat ſolitum in executionem citationum expeditarum in partibus longinquis.

Ex Cardinali de Luca *de jud.diſc.19.num.18.* in illis 17
verbis: *Ideoque inſpiciendum venit, an illa defenſio de facto, quam recurrens obtinuit à Magiſtratu, ſive illud impedimentum, quod iſte præſtitit, ſequi potuiſſet pariformiter ex aſſiſtentia alterius viri privati, qui non eſſet in Magiſtratu, ſed eſſet vir potens ratione clientelæ, vel adhærentiæ, ſive numeroſæ familiæ, vel potius id referendum ſit latiori juriſdictioni, ac muneri, ſeu Magiſtratui, ſine quibus impedimentum ſecutum non eſſet, adeò ut in effectu adſit inhibitio, quamvis non adſit ejus formalitas; Puta quia, ille Magiſtratus, ad quem haberi ſolent recurſus, & cui competit jus concedendi hujuſmodi inhibitiones, per ſe ipſum, vel per aliquem ejus Oratorem, ſeu Miniſtrum, Judici, vel executori Eccleſiaſtico, oretenus, atque (ut vulgò dicit) per ambaſciata, quamvis urbanè concepta ſit, in effectu inhibeat, atque impedimentum præſtet; & per conſequens punctus eſt in effectu, non autem in formalitate verborum.*

Et Rota coram Penna *deciſ.484.n.8.* ubi dicitur, poſſe 18
recurri ad Judices laicos pro defendenda poſſeſſione, aut re aliqua Eccleſiaſtica, nudum, & ſimplex Principis, aut cujuslibet Judicis laici auxilium invocando, rogando illum, ut interponat ſuam authoritatem, & præſtet favorem *perſonæ Eccleſiaſticæ* ad ſe recurrendum, ut dignetur rogare Epiſcopum, ſeu Judicem Eccleſiaſticum, quatenus in ſui gratiam, cauſam meliùs examinet, & ſatisfaciat recurrenti, non ſecùs ac ſi quis adiret privatum amicum, à quo arbitrabatur ſe poſſe juvari, nihil aliud à Judice laico petendo, quàm ſimplex, & nudum auxilium, non tanquam à Judice, ſed tanquam à privata perſona potente juvare.

P.Andreas à Matre Dei Salmant.*in Curſ.Theolog.mor.* 19
tom.2.tract.8.de Ord.cap.7.dub.2.nu.91. qui noviter ſcribit, evidenter eſſe contra immunitatem Eccleſiaſticam, quando laici ſub prætextu violentiæ Eccleſiaſticas cauſas ad Tribunalia Regia deferunt, ubi examinentur, &

citium jurisdictionis contentiosæ contra Clericos, & alios subditos suos; & absque Principis licentia possunt eos capere, & captos per Regium territorium ducere, *usat. laudaverunt* 1. *sub tit. de Bisbes, y Prelats, in 1. vol. const.* (in quo non fuit concessum territorium Episcopis contra laicos, ad eos capturandum; nec respectu etiam criminis sacrilegii, ut contra Molin. *de brac. secular. lib. 1. cap. 4.* Cancer. *var. 3. cap. 19. num. 67.* defendit Ferrer *in d. disc. num. 9.* & Oliba *in usat. alium namque cap. 11. n. 4.*) *& in const. 6. tit. de heretjes in 1. vol. const. in Tarrac. ver. Sobre la qual cosa al dit Bisbe per autoritat Real atorgam*, Fontanella *de pact. 1. cla. 4 glos 11. nu. 88.*

24 Episcopi verò in casibus suæ jurisdictionis non habent territorium ad capiendos laicos, quod comprobat *const. 1. tit. de heretjes*, in qua Princeps sibi reservat contra homicidas Clericorum punitionem, ibi: *Pœna de sinc cents sous dor à nos pagar sien tinguts, pœna corporal à ells per nos no res menys imposadera.* Id est: *Pœnam quingentorum solidorum auri nobis solvere teneantur, & corporalem eis per nos imponendam.*

25 Fortiùs id confirmat Fontanella *de pact. 1. dict. cla. 5. glos 11. num. 89.* ex Privilegiis concessis Stamento Ecclesiastico *cap. 6. tit. de Bisbes, y Prelats in 2. vol. const.* in quo pro parte Judicum Ecclesiasticorum fuerunt duo petita, unum, quòd possent ubicumque capere Clericos in territorio Regis; & aliud, quòd capere etiam possent laicos in casibus suæ jurisdictionis, quod fuit clarè territorium petere: & primum fuit concessum; non verò secundum, & sic denegatum, *l. Cum prætor de judic. cap. non ne ex. depræsump. arg. l. nam quod liquidè, ff. de pen. leg.* Larrea *decis. 1. num. 31. & 36.* Leo *tom 2. decis. 154. num. 6.* & visi sunt Ecclesiastici, cum dicta petitione fateri sibi non licere, sine licentia Regis, quæ non fuit concessa, laicos capere, si territorium non peterent, argumento *tex. in l. 1. C. de Thesauris lib. 10 l. imperatores, ff. de privil. cred.* Surd. *decis. 173. nu. 18. & consil. 198. num. 26.* Scobar *de ratio. cap. 6. num. 4.* Farinac. *decis. 85. num. 1. in novis. tom. 1.* & ita hanc rem resolvit Ludovic. Ferrer *in dict. discurs. numer. 73. & seq.*

26 Et ita quæstionem dirimunt Mieres *d. col. 4. cap. 9. nu. 49. & 50.* Oliba *dict. cap. 11. numer. 3. & 6. & cap. 15. numer. 49.* Peg. *decis. 92. numer. 25.* qui respondet dispositioni Sacri Concilii Trident. *cap. 3. de ref. sess. 25.* (& sequitur Leo *par. 2. decis. 154. numer. 15.* qui alias etiam declarationes dispositionis Concilii subministrat) Font. *de pact. 1. cla. 4. glos. 11. numer. 88. & 89. & clau. 13. par. 2. numer. 71. & 72. & decis. 310. numer. 18.* Reg. Cortiada *decis. 26. num. 62.* Ferrer *in dis pro Jurisd. Reg num. 75.* In delictis merè Ecclesiasticis, aut mixtis quomodò concedendum Brachium Sæculare, scribit latè Carleval *de jud. lib. 1. tit. 1. disp. 2. nu. 762. cum pluribus seqq.*

27 Sic fuit declaratum per Paulum Pla Archidiaconum Sedis Barcinonæ tertium contentionum, de consilio omnium Trium Aularum 24. Martii 1607. in causa contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Episcopi Gerundén. ex una, & Curiam Sæcularem Vicarii ejusdem Civitatis ex alia, super repetitione Gerardi laici Parochiæ Sancti Martini Capresa, detenti in carceribus Episcopalibus Gerundæ, accusati de homicidio perpetrato in itinere Regio in personam Laurentii Bech. Sacerdotis, & Parochi dictæ Parochialis Sancti Martini, prout refert Canc. *var. 3. c. 19. nu. 82.* Font. *de pact. 1. cla. 4. glo. 11. d. num. 89.* Reg. Cortiada *decis. 9. nu. 34. & decis. 26. nu. 64.* & his allegatis Ferrer *d. num. 75.*

28 Idem fuit declaratum, me patrocinante, & contrarium prætendente die 17. Martii 1663 ref. Nob Michaele Pallarés I. R. C sriba Riambau contra subcollectorem Cameræ Apostolicæ, qui processit ad capturam laici in delicto mixti fori, & fuit subcollector citatus ad informandum Banchum Regium, & concluſum in suo casu non procedere.

29 Idem censuerunt Domini Senatores in illa contentione Conjugum NN. desuper expressa, ubi declararunt, firmæ Juris factæ in Curia Sæculari locum non fuisse, neceſſe. Si observas verba declarationis, ibi: *Accesserunt ad Palatium Episcopale, & dictus N. in carceribus Episcopalibus se mancipare fecit, & dicta N. acceptavit in eadem Curia Ecclesiastica tenere arrestum in domo, &c.* hic in causa matrimoniali; & sic in casu jurisdictionis Ecclesiasticæ capturam, & arrestum exequutum in Palatio Episcopali in personas laicas subsistere fuit judicatum.

Non extraneum erit hic ex Juribus supra jactis terminare dubium, an spectet ad Judicem Ecclesiasticum, an ad Sæcularem prohibere comœdias; at inconsultè agerem, si ad discernendum illud accederem, quando consultò, politicè, & eruditè decretum extitit per admirabiles Hispanos nostros Dom. Don Christophorum Crespi & de Valldaura, & Dominum Don Franciscum Ramos del Manzano, & quæ tanta cum proceritate trahuntur, esset jacturam impensis arripere, & tempus conterere, ac traducere, Orat. *lib. 1. Epist. ad Lollium.* 30

Inter cuncta leges, & percontabere doctos
Quæ ratione queas traducere leniter ævum.

Solùm meditabor regulas ad nostram praxim, & usum, ille *oser. 1. num. 128. cum sequentibus* quoad comœdias, iste *libr. 2. ad l. Jul. & Papiam cap. 43. usque ad ultimum*, quoad tolerantias, & permissiones earum, punctim quoad dubium suscitatum statuens quatuor assertiones *cap. fin. num. fin.* quas recito, est. 31

Prima, hodiernas comœdias, quæ, & cujusmodi in usu sunt, non posse nostro sensu, & ut credimus, receptiore, ac faniore censeri inter res licitas, aut indifferentes. 32

Secunda, easdem comœdias, & illarum tolerantiam licitam esse, sine noxa conscientiæ publice tolerantis. 33

Tertia, earundem comœdiarum tolerantiam, justa politica censura, non esse expedientem publicis moribus, ac potius expedire ut non tolerentur. 34

Quarta, tolerantiam, prohibitionemve comœdiarum esse auctoritatis politicæ, & eatenus Ecclesiasticæ, quatenus Ecclesiæ, & sacris offensivæ sint, & contendentibus politica tolerante, & Ecclesiastica prohibente, standum politicæ, nisi quatenus Ecclesiæ, & sacra offendantur. 35

Princeps Sæcularis eas prohibere poterit pœnis temporalibus, Ecclesiasticus in suo casu pœnis spiritualibus, non verò pecuniariis, quas nec indicere potest Ecclesiasticus in laicos, etiam quando Sæcularis fuerit negligens, punctim Menoc. *de arbit. cas. 69. num. 33. & 34.* Gratianus *discep. foren. tom. 1. cap. 184. num. 26. & 27.* nisi ubi adest consuetudo, & tunc Ecclesiasticus potest indicere pœnam pecuniariam, & non per eum, sed per Sæcularem exequi debet, Leo *part. 2. decis. 154.* 36

Et licèt contra Menoc. & Gratian. fortiter insurgat Jul. Carthar. *decis. 20. à num. 167.* eosque erraſſe affirmet, ajens posse Judicem Ecclesiasticum in his casibus procedere contra laicos nedum pœnis spiritualibus, sed etiam temporalibus; à prædicta tamen opinione non est recedendum Menoc. & Grat. ob rationes per eum adductas, scilicet quòd in delictis mixti fori laicus punitur à Judice suo laico pœnis temporalibus, & ab Ecclesiastico pœnis spiritualibus, ut supra recitatur. 37

Nunc verò saltationes illæ turpes, tempore carnisprivii, & larvæ vulgò *mascaras* quæ in hoc Principatu irreligiosa consuetudine admissæ erant, jam sunt depulsæ, quas Dominus noster Rex sanctor decreti Regii, cum eo exterminavit, cui exequentissimè obtemperarunt nostra duo Consistoria, Deputatorum solicitum, & accuratum unum, Centumvirale Civitatis sapiens, & moderatum aliud, deliberantia etiam, quod pyrsophora tedæ, quæ pro vigilia illarum noctium flagrabant, non arderent; hic etiam editum fuit publicum Regium edictum, quod tot annis sub pœna gravi publicatur, & eo prohibentur hæc spectacula, & ut non labatur proætate recordatio, en Regium Diploma. 38

El Rey.

Ilustre Duque de Bournonville, Pariente, Cavallero de la Insigne Orden del Tuson, de mi Consejo de Guerra, mi Lugartiniente, y Capitan General. Hase recibido vuestra carta de diez y ocho de Noviembre proximo passado, en respuesta de la que os mandé escrivir en veinte y uno de octubre antecedente, ordenandoos comunicasseis reservadamente al Arcobispo, Obispo de essa Ciudad de Barcelona, y à los Concelleres de ella el papelque la acompañava, tocante à los graves inconvenientes, que se siguen al servicio de Dios, y mio, y al beneficio público de continuarse las fiestas de Carneſtolendas en essa Ciudad, y Principado, en la forma que se expressa en èl: y aviendo visto con particular atencion las apretadas instancias que hazen el Obispo, con la Ciudad, en los papeles que remitis, y las cartas que me hanescrub entrambos en orden à la extinccion total desse genero

defe-

de festejos, y considerandose juntamente, que el aver venido la Ciudad con tanta conformidad, y resolucion en ello, es la occasion mas opportuna que podia ofrecerse, para desarraigar los abusos, y desordenes que se han introducido. He resuelto por esto motivos, que no solo se prohiban totalmente las mascaras, y disfraces, sino que tambien se quiten los bayles, assi de dia, como de noche en essa Ciudad, y en lo restante del Principado, à cuyo fin os ordeno, y mando, que desde luego vasseis à prohibir uno, y otro, con publicos pregones, en la forma que lo ajustareis con la Ciudad, respeto de estar tan proximo el dia en que se suele dar principio à dichas Carnestolendas, fiando del vuestro zelo à mi servitio que contribuireis por vuestra parte à este intento, demanera que se logre la abolicion de tan perjudiciales abusos, y se eviten los pecados tan escandalosos, que de ello resultan en tan grave ofensa de Dios nuestro Señor, y daño de la quietud, y me avisareis de averlo executado. Dat. en buen Retiro à xx. de Dezembre M. DC. LXXIX.

Yo el Rey.

Ut. Petrus Præses.
Ut. Don Petrus Villacampa Reg.
Ut. Marchio de Ossera.
Ut. Don Raphael de Vilossa Reg.
Ut. Don. Antonius de Calatayud.
Ut. Xulve Regens.
Ut. Don Michael de Calba.
Ut. D. Laurentius Matthæu Reg.

Don Franciscus Yzquierdo de Berbegal Secretarius.

40 Iterato conatu sua Majestas Domini nostri Regis, cujus pectus in syncera semper religione Catholica fervens æstuat profligare vitia, & sibi dilectam probitatem fovere, litteris Regiis directis Excellentissimo D. Marchioni de Leganes solertissimo, belligero, flagitiorum integerrimo debellatori, eruditissimo, & in omnibus præstanti, Locumtenenti, & Capitaneo Generali hujus Principatus, per Nob. Don Josephum de Veitia Secretarium expeditionis Universalis Regiæ Monarchiæ, præcepit per hæc verba.

El Rey nuestro Señor se halla informado de que (si bien el Señor Duque de Bournonville, siendo Virrey de esse Principado, puso en excution las ordenes que tuvo de su Magestad, para prohibir en Barcelona, y en toda Cathaluña las Carnestolendas, y bayles, y viniendo la Ciudad en ello, se logrò, aunque con trabajo) toda via se conservan algunas reliquias dignas de coreccion, por los inconvenientes que occasionan en lo espiritual, y temporal para la juventud, y gente modesta de ambos sexos. Y siendo el Catolico, y piadoso animo de su Magestad, que (lo que à cerca de esto tiene ordenado) se cumpla en el todo inviolablemente, assi por lo que conduce al buen govierno politico, como (principalmente) por lo que mira à atajar las ofensas de nuestro Señor, en tiempo que es tanta mayor necessidad de aplacar su Divina indignation, qual es el presente (en que con mayores efetos muestra tenerla en tantas, tan continuadas, tan graves, y tan atropelladas calamidades, conque nos castiga, solicitando con estos recuerdos nuestra emienda) me ha mandando su Magestad diga à V. E. que luego que reciba esta, haga V. E. que se observen puntualmente las referidas ordenes, generalmente en todo el Principado, haziendo echar sus pregones, y imponiendo penas con devida execucion, sin excepcion de personas, valiendose V. E. de los demàs medios q se dictare su prudencia, y su autoridad, para quellenamente se logre tan justo fin, quedando su Magestad con toda confiança de que por la direccion de V. E. se ha de conseguir una obra tan propria de su Real agrado, y en que V. E. harà à ambas Magestades un servicio muy especial, y V. E. me avisarà del recibo de esta, y de lo que dispusiere, y resultare para ponerlo en noticia de su Magestad. Dios guarde à V. E. muchos años como dezeo, Madrid à 24. de Henero de 1685.

41 Illo sinistro ætatis ævo in novas species, novos vultus, atq; in varias transibant omnia figuras, placidi, modesti, & pudici mores obscænam, pravam corruptamque quandam naturam induendo; incedebantque viri fœminea veste amicti, mulieres dispersæ probroso amictu hominum vestitæ pererrabant, mentiendo sæpe & faciem, & sexum, Juvenalis *Satyra 2.*

Qui Curios simulant, & bacchanalia vivunt.

Ad omnia vitiorum genera laxis habenis liberè casu præcipiti, nec non ruina fatali ferè omnes irruebant, oriebantur propè innumerabilia scelera, & qui nocere, injuriam ve aliis inferre desiderabant causa contumeliarum, dum aliorum ipsi, cum personas imitarentur, in publicum injurias prodibant, Dempster *antiq. Roml. lib. 5. cap. 6. Mimi* inquit *non erant personati, sed foligine oblini, & aginis amicti pellibus*, & infra *ibant autem cum canistris, & herbis, serpyllo, mantha, violis, hedra, carollis saltabantque in numerum, atque honorem Bacchi*, & infra. *Inde percurrentes obvium quemque subsannabant.*

Larvæ vulgò *mascaras* Mimi cognominantur, quæ 42
nomina usque adeò horrida sunt, & pernicioſa, ut mirer cur illi, qui se inter alios alicujus esse pretii honoris, & dignitatis jactitant, & arbitrantur, velint has induere larvas, Petrus Greg. *Syntag. Jur. par. 3. lib. 39. cap. 11. num. 5.*

Sed dicet aliquis, ubique ferè homines personatim in- 43
sedere in diebus carnisprivii (aut potiùs bacchanalibus ex ferculorum abusu) nec juris resistentia id fieri consueviſſe, Novar. *de gravam. vassal. tom. 1. grav.* 309. Rovitus *super prag. 1. de personatis nu. 1.*

Quia respondetur, quòd propter innumerabilia faci- 44
nora, & scandala, quæ magis cognita sunt, quam explicari oporteat, prohibitæ fuerunt figurationes illæ vulgò *mascaras*, quod jure permittente fieri probat Azevedo *in recopil. lib. 8. tit. 15. lib. 7.* Novar. *de gravam. tom. 1. d. grav. 309. nu. 2.* Rovitus *in pragm. 1. de Personatis n. 1.*

Idem à Deo Optimo Maximo vetitum arguitur Deuter. 45
c. 22. ibi: *Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste fœminea; abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc cap. si qua mulier in 2.* 30. *dist.* Et Constitutiones Ecclesiasticæ corruptelam illam explodunt, *cap. cum decorem de vita, & honestate Clericorum*, Greg. *tit. de spect. in Ecclesia non faciendis in prag. sanct.* ex Concil. Basil. Petrus Greg. *syntag. juris dict. c. 11.* probant etiam lege Langobardorum, & in Anglia, seu Britania id pariter interdictum esse, & apud Hispanos *in dict. l. 7. tit. 15. lib. 8. novæ recopil.*

Eodem motivo in hoc principatu choreæ, & ballatio- 46
nes diebus carnisprivii fuerunt reprobatæ, & faciunt tradita per Gonzalez Tellez *lib. 3. decret. de vita, & honest. Cleric. dict. cap. cum decorem num. 7.* ubi *ex lib. 6. cap. Caroli c. 193.* scribit ibi: *Ballationes, canticaque, turpia, ac luxuriosa, & illa lusa diabolica non faciat nec in plateis, nec in domibus, nec in ullo loco, quia hæc de paganorum consuetudine remanserunt.*

Utinam hæ omnium utilissimæ, ac rectæ prohibitio- 47
nes longos durent, & in ultimos usque trahantur Sæculorum annos.

DECISIO LXXV.

ARGUMENTUM.

Sententia nocet tertio scienti, & patienti litem agitari, & conjecturis probatur scientia; propterea declaratio contentionis nocebit vel parti, vel Fisco, probata ipsius scientia, & pars, quæ sciens passa fuerit contentionem agitari, si super eadem re firmet de novo contentionem, repelletur per viam attentatorum, & procul dubio allegare ignorantiam non poterit, si fuerit in contentione citata, & procedimenta, quæ fient in contentione, illi notificentur, & quomodò id practicatum fuerit.

SUMMARIUM.

1 *Sententia tantum operatur inter eos, inter quos actum, & judicatum est.*
2 *Sententia nocet tertio scienti, & patienti litem agitari.*
3 *Sententia lata contra uxorem nocet marito, si sciat, & patiatur litem cum uxore agitari, nec poterit sententiæ executionem impedire.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Decisionem Rotæ Achil. de Graffis 36. *de appellat.* quæ ab aliis citatur *decis. ult. de attent.* (quæ in hac re est Magistralis) aliis Decisionibus approbatam, ut supra habetur. Licèt dicatur allegatam Achillis Decisionem semper fuisse habitam *suspectam*; Decisionem verò coram Blanchetto semper fuisse reprobatam, & nullam ejus penitus fuisse habitam rationem, ut annotat Theodos. Rub. *singular. par.* 2. ad Decisionem Seraphinis 1003. *vers. Et advertendum, in fine*, & ad dictam Decisionem Achil. 36. *vers. Ubi quod*. Attamen ad eas conciliandas diversa fuerunt media excogitata, sed magis aptum fuit, quod scripsit Farinac. *lib.* 1. *consil.* 68. *numer.* 6. ubi *in num. seqq.* prævisis Decisionibus Rotæ, quas ad litteram tradit, scribit ibi: *Et pariter non obstet, quod videatur, pœnam de qua agitur, cessare, quando talis recursus fit ad effectum resistendi Judici Ecclesiastico procedenti de facto, ad Achil. de Grassis decis. ult. de attentatis, & coram R. D. P. Blanchetto in una Salamantina Canonicatus* 24. *Maii* 1595. *Nec enim declaratio procedit duobus concurrentibus. Primò ut constet, & appareat de hujusmodi violentia, & processu de facto, ex quo se excusare prætendat recurrens ad Curiam sæcularem, ut expressè legitur in illa Salamantina, in qua Judex ille interpositam appellationem non admisit, & in his terminis etiam loquitur Covar. pract. quæst. cap.* 35 *num.* 3. *ubi latè. Secundò necesse est, ut is qui se gravatum prætendit, & qui vim Judicis Ecclesiastici timet, non habeat commoditatem recurrendi ad alium Superiorem Ecclesiasticum; secus si potuisset Ecclesiasticum Superiorem adire. Ita in terminis hæc materia, & doctrina Covar. in præcitat. loco declaratur in illa Oscen. Pœnitentiariæ superius allegata coram eodem R. D. P. Blanchetto* 10. *Aprilis* 1595. *& in alia Leod. Canonicatus coram eodem* 11. *Martii* 1596.

44 Nec in supra citatis, in contrarium, Rotæ decisionibus supra relata conciliatio negatur, nam in his supponitur jurisdictionaliter sæculares Judices processisse; ut in illa Decisione Peñæ 481. *num.* 1. ibi: *Nam etsi Judex Ecclesiasticus malè procedat, non potest Iudex sæcularis, cujus est minor potestas, supplere negligentiam Ecclesiastici, qui ipsa potestate, & authoritate est major*. Et infra *num.* 3. ibi: *Ex quibus nil aliud inferri potest, nisi quod ipsi Iudices volunt de causa Ecclesiastica cognoscere, quod est admodum absurdum, cum Iudex laicus sit incapax jurisdictionis in personas Ecclesiasticas, & eorum causas, nec immemorabilis hoc casu sibi suffragatur, Doct. in cap. Causam, de præscrip. Fel. in cap.* 2. *de major. & obed. Rota* 10. *de consuetud. in antiq. & Bisigni decis.* 2. *eodem tit. præcipuè cum in dicta Bulla in Cœna Domini derogetur consuetudinibus, & immemorabilibus*: ut animadversum tradit D. Petrus Frasso *de Reg. Patron. Indiar. par.* 1. *cap.* 39. *n.* 59. *cum seqq.*

45 Ab his non discedit Posth. *de manut. observ.* 6. *num.* 26. ubi ex Lancel. *de attent. par.* 3. *cap.* 4. *decl.* 4. *nu.* 36. *limit.* 9. *nu.* 2. ait ibi: *Non dicitur attentare ille qui post inhibitionem ivit ad Concilium Regium pro manutentione in possessione, quando illam poterat propria authoritate defendere, & hoc intellecto, quòd fieri debeat, ut nullum penitus imperium, jurisdictionem, aut potestatem sæculares Iudices per Ecclesiasticos usurpent.*

46 Sequitur Pignarelli *tom.* 5. *consul.* 2. *numer.* 23. ubi postquam dixerat, quod probato recursu ad Judices laicos, non est locus censuris, quando non est consumatus cum inhibitionibus contra Episcopos, & eorum Vicarios, sed est restrictus ad simplices litteras extrajudiciales &c. subjungit ibi: *Tum quia interdum est licitus ad defensionem propriæ possessionis contra Ecclesiasticos de facto turbantes possessores in eorum jure, dum non recurrerint ad laicos tanquam ad Iudices, ad effectum obtinendi inhibitiones, & mandata contra Ecclesiasticos, sed tantum pro habenda eorum intercessione, contra turbativam Ecclesiasticorum, juxta decis. Achil. de Grassis decis.* 36. *de appell. & Rota in Salmantina Canonicatus* 14. *Maii* 1595. *coram Blanchetto apud Farinac. consil.* 68. *n.* 13. *& seq. lib.* 1. *& coram Peña dec.* 482. *nu.* 6. *& seqq. ubi hac distinctione contrariam opinionem conciliat.*

47 Idipsum scribit Cardinalis de Luca *in Miscel. Ecclesiasticis disc.* 17. *num.* 9. ubi postquam dixerat, quòd hujusmodi recursus formiter haberi dicuntur ad effectum incursus censurarum, aliarumque pœnarum, quando à Magistratibus sæcularibus de facto emanant inhibitiones, & præcepta, vel alia judiciaria, & authoritativa impedimenta, quæ impediant prosecutionem causæ Ecclesiasticæ, vel spiritualis coram suo Judice, vel executio litterarum Apostolicarum, seu mandatorum Rotalium, vel alterius Judicis, seu executoris Ecclesiastici, scribit ibi: *Et sic punctus iste an recurratur ad sæcularem tanquam Iudicem, qui in ratione jurisdictionali, & authoritativa cum inhibitionibus, & præceptis, seu aliàs Iudicem, vel executorem Ecclesiasticum impediat, ne suas partes expleat, vel etiam impediat collitigantem, ne sua jura coram competenti Iudice Ecclesiastico prosequatur: secùs autem ubi ad aliquem Magistratum sæcularem recurritur tanquam virum potentem sola assistentia de facto in forma extrajudiciali, adeo ut non adhibeatur authoritas jurisdictionalis.*

Hac admissa conciliatione, intactæ manent Decis. 48 Achillis 36. *de appellat.* & aliæ, quæ eam sequuntur, quatenus in ea fuit dictum, non attentasse post inhibitionem à Rota, illum, qui iverat ad Regium Concilium pro manutentione possessionis suæ, quam poterat propria authoritate defendere, imò urbaniùs se gessit, evitando videlicet scandala, quæ oriri possent, si possessor oppressus resisteret cum armis Judici opprimenti, ut eas sic intelligit Regens Vico *ad Prag. Reg. Sardin. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 2. *num.* 44. quo in casu Judex sæcularis se intromittit, non in modum judicii ordinarii, sed per viam extraordinariam, ne ad viam facti procedatur, & ne scandala sequantur, scribit Cancer *var.* 3. *cap.* 14. *numer.* 8. de quo latiùs Nos in alia Decisione.

Ex quibus omnibus in concordiam redactis, indubita- 49 tum manet, quòd constito de violentia, & processu de facto in subsidium, recursus per Ecclesiasticum ad Magistratus sæculares cum processu solùm informativo sine figura judicii, ad possessionis defensionem, & appellationis admissionem, nec à Rota, nec à Judicibus, & Advocatis Romanis est improbatus, ut agnoscit Gonzalez Tellez *ad decret. lib.* 2. *tit.* 1. *de Judic.* 1. *cap. Qualiter, & Quando* 17. *n.* 7. *circa medium*, imò admissus, dummodo adhibeatur, ut diximus, extrajudicialiter pro sola assistentia de facto, & sic comparatio illa superioris auxilii cum assistentia personæ privatæ in defendendo oppressum à violentia Judicis Ecclesiastici, non ita litteraliter, & ingeniosè capi potest, sed intelligi oportet ad demonstrandum nequaquam posse superiorem in admissione recursus judicialiter procedere, sed extrajudicialiter, & de facto tanquam virum potentem pro sublevamine oppressi.

Neque ad aliud intelligentia hæc tendi potest pro evi- 50 tando detrimento quietis publ cæ, quæ indifficulter sequeretur; nam si Regia assistentia regularetur quoad omnia, quemadmodum personæ privaræ potentis ratione clientulæ, vel adhærentiæ, sive numerosæ familiæ, ut assentit Cardinal. de Luca *de jud. disc.* 19. *num.* 18. *vers. Idque*, probabiliter suscitarentur scandala, & rixæ, ex gentium armatarum conventicula, vel turba, præmaximè si possessio consisteret super aliqua jurisdictione, vel simili re magni ponderis, & ad ejus defensionem properassent; nam tunc quisnam esset, qui privata authoritate periculum evitaret, si non interponeretur imperium superius, quod subministrari debet, vel per viam recursus, vel de officio; prout eam tanquam hujus instituti principalem rationem consideravit Genedo *in collect. ad ius Canonicum col.* 3. *nu.* 3. Esse *de inhibitionibus cap.* 8. § 3. *nu.* 29. *vers. Alia autem ratio*, Oliba *de iure fisci cap.* 11. *num.* 56.

Nec supra ponderatis officit dicere, quòd quando con- 51 ceditur (prout apud nos concedi practicatur) personæ Ecclesiasticæ assistentia per Regium Criminale Concilium pro ea manutenenda in possessione rei Ecclesiasticæ, vel temporalis, post evocatam causam, & commissam Judici Regiæ Curiæ, recipitur summaria informatio per testes, exacto ab illis juramento in forma judiciali; & constito de suspicione armorum, vel scandali, cum conclusione Regii Concilii fit provisio, ut accedat aliquis ex Alguzirijs ad locum periculo expositum, qui assistat Ecclesiastico possessori, gentes armatas, aut vim turbativam inferentes, expellat, quas culpabiles inveniet, capiat, & pro his fiant litteræ, & commissiones juxta praxim, quam adduxi *par.* 1. *dec.* 1. *numer.* 31. *cum seqq.* Quo in casu, quo recurrit Ecclesiasticus ad Regium Senatum, recipiuntur testes super possessione, expediuntur litteræ cum firma Regentis Cancellariam, Regentis Thesaurariam, Advocati Fiscalis Regiæ Curiæ, signatæ Regio Sigillo cum

clau-

clausura Notarii, quæ procedimenta primo inspectu judicialia apparent, & proinde prohibita, & adversa immunitati Ecclesiasticæ.

Nam ab hac objectione (nullo adversante) discedere possumus, cognita nostra praxi in his agendis, cujus studium est Ecclesiastico assistere, sine læsione immunitatis Ecclesiasticæ, & contra ejus possessionem turbantes, & inde delinquentes punire; nam estò Ecclesiasticus adeat Regium Concilium pro sua possessione in rebus Ecclesiasticis tuenda, & associetur ejus querela, & summariè se informet Senatus de statu possessionis.

52 Id agit tantùm pro processu de facto, ne ad viam facti procedant, non per modum judicii ordinarii, sed per viam extraordinariam, nullo indagato jure respectu Ecclesiastici, sed de ejus meræ possessionis nuda subsistentia; quin obstet, quòd ulteriora Judex sæcularis provideat; nam est ad effectum inquirendi contra laicos, suæ jurisdictioni subjectos de criminalitate, cum nec extra eam qualitatem possit Regium Criminale Concilium ad id se intromittere. Et constito de justa timoris armorum, vel scandali causa, mandat Algutziriis, vel Commissario Regio ad id deputato, quatenus manuteneat possessorem, gentes armatas, & possessionem turbantes expellat, & culpabiles capiat, ut amplissimè diximus *par. 1. dec. 1. à nu. 31. & par. 2. dec. 72.*

53 Et iterum assero, ne capias, quòd instructio datur Officiali Regio ad capiendum personas Ecclesiasticas, si quæ in facto inveniretur culpabiles (licet posset in flagranti ad eas remittendum suo Judici Ecclesiastico, per me tradita *par. 2. dec. 81. à nu. 75.*) ad eas postea per Regium Criminale Concilium puniendum; nam id nunquam excogitavit Senatus, sed solùm se gessit ad puniendum laicos, uti subditos suos, & ad scandala evitandum, pacem publicam introducendo, suadente id communi utilitate. Quocirca respectu Ecclesiasticæ personæ manutentionem instantis recipitur informatio de ejus possessione: respectu verò laicorum possessionem turbantium cum armis, vel scandalo, inquiritur ad eos castigandum, nec ad eosdem tanquam turbatores posset ad punitionem deveniri, nisi conflito prius per præviam informationem de possessione turbati. Quibus sic attentis, affirmamus, quod sicuti data illa qualitate criminalitatis ad persequendum delinquentes, & ne turbetur possessor, concedit Regium Criminale Concilium assistentiam, ita etiam non ad inquirendum, sed solùm ad possessorem Ecclesiasticum manutenendum, præsertim in Beneficio Ecclesiastico, concedit Regia Audientia Civilis manutenentiam, donec per Judicem Ecclesiasticum fuerit declaratum.

Ultra quod dici valet, quòd capere informationem pro aliquo facto, in quo sunt aliqui Clerici nominati, non est processare Clericos, sed capere informationem pro eo facto; & Judex hoc faciens in censuras Bullæ in Cœna Domini non incidit, quia non est processare, sed capere informationem de toto facto; nec etiam censuram incurreret qui Episcopum, vel alium Clericum processerat, animo præsentandi talem processum, non Regiis Officialibus, sed Summo Pontifici: ut docet Jacobus de Grassis *lib. 4. dec. cap. 20. nu. 149.* & eo citato Fraso *de Regio Patronat. Indiar. tom. 1. cap. 48. nu. 94.* & amplius dicemus *dec. 142.*

54 Cum his ponderatis cesset acerbitas censurarum Ecclesiasticarum, quæ declaratæ fuerunt contra Archidiaconum (ex recursu per viam assistentiæ Regiæ à nostro Regio Senatu concessæ) juxta declarationem, quæ ad litteram transcribitur in *dec. 135.* & amplius de ea loquetur infra in alia Decisione.

55 Gressum ab his non amoveas, quin accuratiùs observes praxim recurrendi ad Principem sæcularem per Judicem Ecclesiasticum in modum assistentiæ, & adjuvaminis, pro exercitio jurisdictionis in suos subditos Ecclesiasticos exequendæ, quæ tanquam extrajudicialis fuit approbata à Sacra Rota Romana.

56 Eam assistentiam extrajudicialiter petiit à nostro Regio Senatu Admodum Reverendus In Christo Pater Archiepiscopus Tarraconæ, ad capiendum Canonicum N. tanquam impedientem, & turbantem jurisdictionem suam, qui laceravit edictum concursus ad vacantem Ecclesiam Villæ de Alaxar, de mandato ejusdem Archiepiscopi affixum ad valvas Chori Metropolitanæ Ecclesiæ Tarraconen. ubi de stylo hujusmodi edicta affigi solebant, violenter, & de facto, impellendo in Officialem mensæ Archiepiscopalis actu officiantem, quem in affixione dicti projecit propè limen, & penitùs in terram Edicti. Eam tamen assistentiam protinùs non obtinuit: prout fit:

Die 8. Januarii 1700. Barcinonæ.

In Regia Audientia junctis Tribus Aulis, Præsidente Reverendo in Christo Patre Episcopo Gerundæ Cancellario, interfuerunt cum eo.

Nobilis Michael de Calderò Regens Regiam Cancellariam.
Nobilis Narcissus de Anglasell.
Nobilis Hieronymus de Magarola.
Nobilis Petrus de Amigant.
Nobilis Bonaventura de Trista ny.
Nobilis Christophorus de Potau.
Nobilis Josephus de Pastor & Mora.
Nobilis Franciscus de Portell.
Nobilis Franciscus de Rius & Bruniquer.
Nobilis Antonius de Vilaplana.
Nobilis Josephus de Claver.
Magnificus Franciscus de Verthamon.
Magnificus Dominicus Aguirre.
Magnificus Josephus Moret.
Magnificus Josephus Guell.
Magnificus Melchior Prous. Et
Magnificus Franciscus Ametller: & fuit conclusum, ut sequitur.

In facto propositionis factæ per Reverendum in Christo Patrem Episcopum Gerunden. Regium Cancellarium, an concedenda sit nuda Assistentia Admodum Reverendo in Christo Patri Archiepiscopo Tarraconæ, extrajudicialiter per eum petita, ut sine scandalo urbaniùs, & tutò possit exequi facere capturam per suos Ministros Ecclesiasticos in personam N. Canonici Sedis Sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Tarraconæ; fuit conclusum, articulum hunc reservandum fore ad majorem deliberationem.

Agitato ulteriùs in Regio Senatu hoc puncto, non omnes fuerunt in eodem sensu; moti plures ex Regiis Senatoribus pro deneganda assistentia, ex intricatione facti, ex quo pendere debebat resolutio asserti: an posset Archiepiscopus procedere ad examen testium contra Canonicum sine Conjudicibus, quod postea per S. R. R. fuit exploratum, & per eam declaratum coram R. P. D. del Olmo lunæ 10. Maii 1700. manutenendum fore contra Capitulum ejus Ecclesiæ in quasi possessione procedendi cum Adjunctis, tanquam assistentibus, & non Conjudicibus. Et nuper die 28. Junii ejusdem anni, etiam manutenendum fore Archiepiscopum in possessione affigendi Edicta in extrachoro Ecclesiæ Cathedralis absque licentia Capituli. 57

Atverò Senatores Regii ante dictam Sacræ Rotæ declarationem pariformiter sensuerunt interponendam fore consultationem Domino nostro Regi, supplices exponendo vota discrepantia cum motivis. Partes etiam eodem tractu temporis Sacram Rotam Romanam adiverunt, ut diximus, & inter alia dispunctum fuit, an Archiepiscopus incideret in censuras, ex quo imploravit assistentiam à Regio Senatu. Et dicto die 10. Maii 1700. coram eodem R. P. D. del Olmo in Tarracon. jurisdictionis fuit, utraque parte informante, resolutum, non esse dandam declaratoriam: prout ibi:

Recursus verò per Archiepiscopum ad Regiam Audientiam habitus, ob quem declaratoria pariter expectabatur, nullo modo dici potest censurarum causativus, quia cum in eo fuerit petita nuda, & extrajudicialis assistentia, ut Archiepiscopi Officiales tutiùs, ac sine scandalo Canonici carcerationem ab eo decretam exequi valerent, inde tanquam factus non ad impediendam jurisdictionem Ecclesiasticam, sed potius ad illam adjuvandam, nullam valet censurarum pœna recurrenti infligere, ex notatis per Cardin. de Luca de judiciis 19. sub n. 118. & in Miscellan. Eccles. disc. 17 nu. 9. & 10. Rota post secundum volum. consil. Farinac. dec. 112. num. 11. coram Bichio decis. 282. num. 5. & seqq coram Dunozet. Junior. decis. 722. nu. 2. Et in Colonien. Beneficii super attentatis 27. Junii 1696. §. Eoque magis coram me. 58

Et ita utraque &c.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

59 Supervenit postea Regium decretum dat. Matriti 5. Junii 1700. in quo fuit præceptum, quod impertiretur Archiepiscopo Tarraconæ auxilium, ut posset procedere adversus Canonicum N. qui deliquerat contra Archiepiscopalem jurisdictionem, cujus Regii decreti littera est in libro *acortad*. Quamprimùm ergo Regius Senatus certior redditus de rescripto Regio, expediri providit extrajudicialia mandata assistentiæ in forma Cancellariæ conclusione facta in Regia Audientia junctis Tribus Aulis, ut ibi:

Die 30. Augusti 1700. Barcinonæ.

In Regia Audientia junctis Tribus Aulis, Præsidente Reverendo in Christo Patre Episcopo Gerundæ Cancellario, interfuerunt cum eo Nobiles, & Magnifici Regii Senatores sequentes.

Nobilis Michael de Calderò Regens Regiam Cancellariam
Nobilis Narcissus de Anglasell.
Nobilis Hieronymus de Magarola.
Nobilis Petrus de Amigant.
Nobilis Joannes de Colomer.
Nobilis Josephus de Pastor & Mora.
Nobilis Franciscus de Portell.
Nobilis Antonius de Vilaplana.
Magnificus Franciscus de Verthamon.
Magnificus Dominicus Aguirre.
Magnificus Josephus Moret. Et,
Magnificus Franciscus Ametller: & fuit conclusum, ut sequitur.

In effectu propositionis factæ per Reverendum Cancellarium super assistentia extrajudicialiter petita per Admodum Reverendum in Christo Patrem Archiepiscopum Tarraconen. ad effectum capiendi personam N. Canonicum Metropolitanæ Ecclesiæ Tarraconæ, in executionem Regii rescripti: dati Matriti die quinta Junii labentis anni. Fuit conclusum, dictam assistentiam concedendam fore, & esse, & ad id expediendam fore, & esse mandata in forma Regiæ Cancellariæ, & alia opportuna, juxta stylum.

60 Consequenter vigore hujus Regiæ conclusionis fuerunt expedita extrajudicialia mandata in forma Regiæ Cancellariæ. Insequendo exemplaria per me citata *dec. 108. n. 25. & seqq.* ut ibi:

Lo Princep Darmestad Lloctinent, y Capità General:

A Tots, y sengles Veguers, Batlles, Sotsveguers, Sotsbatlles, Procuradors, Pabers, Consols, Jurats, Concellers, y demes Officials, y Regidos de Universitats de aquestra Provincia, y als Lloctinents de aquells, al qual, ò als quals les presents previndran, y presentadas seràn; salut, y dilecciò. Per quant importa al Real servey de sa Magestat (que Deu guarde) que N. Canonge de la Metropolitana Iglesia de la Ciutat de Tarragona sie près, y detingut, y entregat al molt Reverent en Christo Pare Arquebisbe de dita Metropolitana Iglesia, à sos Ministres, ò la persona que us presentarà aquest orde nostre, y en execuciò del que tenim de sa Magestad, firmat de sa Real ma, y despatxat en deguda forma de Cancellaria, del Concell Supremo de Aragò, als finch de Juny proxim passat, inseguint lo parer de la Real Audiencia, juntes les Tres Salas; vos dibem, y manàm que sempre que sereu inflats, y requerits per lo dit molt Reverent en Christo Pare, per sos Oficials, y altre qualsevol persona, queus farà offenciò de la present, los doneu tota la assistencia, favor, y ajuda, queus demanaràn, y sera menester por lo referit efecte, y execuciò de dita captura, y axi mateix per la seguretat de ses persones, y del près, los donareu la gent armada, que necessitaràn, fins sia posat en ma, y poder del dit molt Reverent en Christo Pare; lo que executareu ab tota puntualitat sens replica, ni contradicciò alguna, si la gracia de sa Magestad teniu cara, y en la pena de finchcents ducats de or si de Aragò, als Reals Cofres aplicadors, y de bens propris de qui scun dels contrafahents irremisiblement exigidors, desitjau no incorrer. Dat. en Barcilona als 30. de Agost de 1700.

DECISIO CXXXIX.

ARGUMENTUM.

Ecclesiasticis denegari non potest recursus ad Principes sæculares, & ad eorum Senatus, quando necessitas eos postulat, quod maximè practicatur in hoc Principatu, in observantiam Legum Municipalium, quæ confirmatæ apparent authoritate Apostolica. Ubi etiam aliunde habetur, quòd Clerici tanquam Cives, & Reipublicæ membra (in favorabilibus etiam quoad pascua communia Universitatis) alligari debent legibus politicis, aliisque generalibus (quæ de Clericis mentionem non faciunt) bonum publicum, ac commune respicientibus, & ad communem omnium utilitatem editis, quævè non repugnent Sacris Canonibus; & sic stare prohibitioni factæ pro bono communi, armorum, & aliarum rerum: & an hæc possint ab Ecclesiasticis per Judices sæculares auferri: ubi de authoritate, & veneratione Principis, Senatus, & Senatorum, cum rescriptis Regiis, quæ tendunt ad se colendos publicè, & alios honorandos, & ad observandum secreta Senatus, agitatur.

SUMMARIUM.

1 *Subsidium protectionis Regiæ denegari non potest Ecclesiasticis personis, quia Rex in suo Regno est caput. & n. 2.*
3 *Rex est cor, & anima mixti corporis Reipublicæ.*
4 *Rex est Pater.*
5 *Et sicuti Paterfamilias, ita Princeps familias appellatur.*
6 *Pater Patriæ cognominatur.*
7 *Publicus Parens, ac Tutor communis subditorum suorum.*
8 *Decisio Regii Senatus.*
9 *Doctores remissivè de hac re.*
10 *Ecclesiastici sunt partes corporis mixti Reipublicæ, & de districtu sæcularium in favorabilibus, licèt non habeant votum in Concilio Populi.*
11 *Sunt Cives in favorabilibus, idem dicitur de Religiosis, & quomodo.*
12 *Non solùm Cives illius Civitatis, in qua sunt nati verùm etiã & Civitatis, in qua possident Beneficium.*
13 *Prælatus ratione Prælaturæ, quam habet in Civitate, ipsius efficitur Civis.*
14 *Capitulum Canonicorum, seu Communitas Presbyterorum sunt Cives illius Civitatis, in qua residunt.*
15 *Capitulum Canonicorum, & Communitas Presbyterorum depasci facere possunt pro macello pecora necessaria ad eorum sustentationem, secus in pascuis, quæ sunt proprium patrimonium Universitatis, & ad ejus particulares usus pertinent.*
16 *Decisio Senatus.*
17 *Alia Decisio Senatus.*
18 *Declaratio contentionis.*
19 *Ecclesiastici aliquo respectu sunt subditi Regi suo, & naturali Domino.*
20 *Et naturaliter, sive originariè dicuntur esse de Dominio, & Ditione illius Principis, in cujus terris sunt nati.*
21 *Hac ratione incolatus, honorum protectionis, obedientiæ, & fidelitatis debent censeri vassalli, & subditi dominii, & regiminis Principis sæcularis; præcipuè Prælati, & Ecclesiastici, qui Regibus jurant fidelitatem, maximè circa ea, quæ in utilitatem publicam diriguntur.*
22 *Si statutum annullat alienationes in non subditum, non comprehendit factas in Clericum, vel Ecclesiasticum.*
23 *Ecclesiasticæ personæ licèt sint exemptæ à tributis, non*

non tamen ab obedientia Principibus præstita, & traditur ratio num.24. & 25.

26 *Ingenita est gentibus erga Reges veneratio.*

27 *A Clericis est debita Principi suo Supremo obedientia.*

28 *Nec immunitas Ecclesiastica eximit omninò Ecclesiasticos, quia Supremum in temporalibus Principem agnoscere valeant.*

29 *Et cum hæc reverentia, & obsequium Regibus debeatur de jure naturali, non potest ab ipsis dispensari, etiam pro suis Ministris, quibus obsequiosè debet obediri.*

30 *Stans debet permanere veneratio, & authoritas Senatus, ne dedecus aliquod Senatui inuratur.*

31 *Necessaria est, & præcisa authoritas in superiore, & Magistratu.*

32 *Iure nostro municipali demens est, & sine sensu qui resistit sententiæ Senatus.*

33 *Prolategerrima Senatorum authoritate, tam quoad se publicè colendos, quàm alios venerandos, traditur Regium Rescriptum.*

34 *Pro observando secreto, quod etiam est decus Senatus, aliud Regiũ Diploma exprimitur, & aliqua de illa re.*

35 *Clerici alligantur legibus politicis, aliisque generalibus (quæ de Clericis mentionem non faciunt) bonum publicum, ac communi respicientibus, & ad communem omnium utilitatem editis; quæve non repugnent Sacris Canonibus.*

36 *Statuta, & provisiones communes pro universo populo, & Republica facta, utpote etiam arma, vel quid aliud prohibentes, æquè Ecclesiasticos comprehendunt, & licitè possunt Iudices sæculares ab Ecclesiasticis arma, & res prohibitas auferre.*

37 *Ad id Regium Diploma.*

38 *Doctores remissivè de hac re.*

39 *Ecclesiasticis protectio Regia, & Paterna non denegatur, ut ab oppressione, qua vexantur, liberentur.*

40 *Etiam Senatores ex debito sui officii debent succurrere oppressis Ecclesiasticis, quod exemplis comprobatur num.41. & authoritatibus, ac Regio Rescripto num.42.*

43 *Recursus ad Reges sunt necessarii, quando eos exigit necessitas causæ, prout evenit in reformatione Carmelitarum.*

44 *Et in fundatione Religiosorum Societatis Iesu Civitatis Majoricen.*

45 *Recursus Ecclesiastici ad Principem sæcularem, approbatur à nostro jure Municipali.*

46 *Usaticus Barcinonæ.* Alium namque, de jure fisci, *est observandus, non quia confrontet cum jure communi, sed quia est approbatus à Comite Barcinonæ, & Principibus nostris;*

47 *Dictus usaticus:* Alium namque *comprehendit Clericos.*

48 *Dominus noster Rex, & ejus Locumtenens Generalis jurant observantiam Usaticorum, & Constitutionum generalium hujus Principatus, & signanter de protegendis oppressis.*

49 *Clerici, Personæ Ecclesiasticæ, & eorum bona sunt sub protectione Regia, & adversus eos insurgentes proceditur etiam per captionem feudorum, quod explicatur num.50.*

51 *Jura nostra Municipalia, quæ tendunt ad utilitatem publicam, sunt confirmata authoritate Apostolica, & num.52. & 53.*

54 *Traduntur Practici nostri super hac re,*

55 *Decisiones Senatus usque ad num.62.*

1 QUIA passim in his Decisionibus allegantur exemplaria de recursibus interpositis per Ecclesiasticos ad Principes Supremos sæculares, ne cum his perhorrescat jurisdictio Ecclesiastica, aliqua animadversa apud Nostrates limitatè observata, cum declarationibus Senatus accuratiùs excogitata tradimus.

2 Subsidium protectionis Regiæ denegari non potest Ecclesiasticis personis: (cum limitationibus infra scriptis) nam Rex in suo Regno est caput, *cap. Scitote 2. 6. quæst. 3.* Suar. *alleg. 6. num. 11. & seq.* Petrus Gregor. *de Repub. lib. 21. cap. 1. vers. In corpore.* Ramirez *ad ll. Regias §. 5. l. 2. tit. 10. part. 2.*

3 Est cor, & anima mixti corporis Reipublicæ. Seneca *1. de Clem. cap. 4. & 5.* ibi: *Spiritus vitalis, quem tot millia trahunt, mens imperii, animus Reipublicæ, & hæc illius corpus;* Et in eo sensu accipitur illud Lucani *lib. 5.*

Cum tot in hac anima, populorum vita salusque pendeat,

Et tantus caput hoc sibi fecit Orbis.

4 Pariter Rex est pater, ut apud Xenoph. *de vita Cyri lib. 8.* qui scribit, Principem bonum à bono patre nil differre, & quantum à bono patre differt, tantum abest à bono Principe. P. Scribanus *in polit. Christian. lib. 2. cap. 12.* Reg. Vilosa *post tract. de fugitivis dissert. 5. §. 7. num. 112.*

5 Et sicuti paterfamilias, ita Princeps familias appellatur *in l. Familiæ 96.* juncta *l. 195. §. Familiæ, vers. Jure proprio ff. de verb. signific. l. In defensoribus 4. C. de defens. Civitat. Novella 8. cap. 8.*

6 Ac pater patriæ cognominatur *in l. Delegatiff. de interd.* & *releg.* Suet. in August. ibi: *Patris patriæ cognomen universi, repentino, maximoque consensu detulerunt ei,* & infra ibi: *Senatus consentiens cum Populo Romano consalutat Patrem Patriæ.*

7 Publicus parens, Cassiod. *lib. 4. var. cap. 47.* & post Deum, communis omnibus parens, *in Novel. 98. cap. 2. in fin.* ac tutor communis subditorum suorum, probat Bonden. *colluct. leg. 28. lib. 2. num. 145. cum seqq. & colluct. 35. num. 40.* ac defensor publicæ salutis, Simanc. *lib. 10. Epist. 22.* Seneca *de Clem. cap. 4.* Tacitus *lib. 3. annal.* Ita Claudius *de 4. Honor. consult. in panegyric.*

Tu Civem, patremque geras, tu consule cunctis;

Nec tibi, nec tua moveant, sed publica vota.

8 Propterea noster Regius Senatus die 10. Aprilis 1526. referente Pasqual (in lib. conclus. civil. illius anni fol. 47.) in causa inter Fisci Procuratorem ex una, & Ludovicum Oliver Civem Dertusen. & Consules Matis ejusdem Civitatis partibus ex altera, ubi fuit concluesum, retinendam esse causam in Regia Audientia, ob negligentiam manifestam, & defectum justitiæ inferioris, non obstantibus privilegiis in contrarium, fuit expressum motivum illud: Quia Dominus Rex *est Reipublicæ caput, quique omnes subiectos, ut filios habere existimat affectione paterna, & subditorum propria commoda respicit, utique salus, & tuitio Reipublicæ magis, quàm nulli alii convenit.*

9 De his plura Vazquez *in præf. lib. 1. controver. illust. num. 102. & cap. 1. num. 10. & cap. 2. nu. 1.* Burgos de Paz *in proem. leg. Tau. num. 440.* Borrel. *de Cath. Reg. præst. cap. 66. num. 3. & seq.* Iustus Lypi. *lib. 2. Civil. Doct. cap. 5.* Tapia *de ver. nobil. lib. 2. part. 176. & 183.* Ayala *lib. 2. de jure bel. cap. 1. numer. 7.* Cormenatus *in Rapsodia cap. 10.* Ribadeneyra *in inst. Princ. Christ. lib. 2. cap. 9.* Zara *in Anton. ingen. sect. 2. numer. 16.* P. Suarez *in def. Fidei Cathol. adu. error. Angliæ lib. 3 cap. 1. num. 5.* Fr. Joannes à Sancta Maria *de Repub. & polit. Christ. cap. 4 & cap. 27. §. 3.* Adam. Contzen. *polit. lib. 3. cap. 21.* Valdes *de Dig. Reg. in proem. num. 16.* Lælius Zec. *de Princ. lib. 3 cap. 1. num. 2.* Marian. *de Rege, & Regis instit. lib. 1. cap. 5.* Reg. Vinyes *discur. celeb. cur. 8. nu. 12. cum seqq.* Don Ludovicus de Exea *in disc. hist. jurid. super instau. Eccles. Cæsaraug. par. 3. num. 130.* Amaya *lib. 1. observ. cap. 1. num. 3. cum seqq.* Don Francisc. Ramos del Manz. *ad ll. Iul. & Pap. lib 3. cap. 47. num 2.* Urrutigoyti *de compet. quæst. 40. numer. 38.* Bolero Caxal. *de decoct. debit. fisc. tit. 1.* Valenz. *consil. quæst. 15. num. 23. & tit. 5. quæst. 11. nu. 3.* Reg. Lopez *in discursu legali super ordinatione Regni Peruani cap. 16. num. 19. & cap. 18. num. 8.*

10 Atqui Ecclesiastici sunt partes corporis mixti Reipublicæ, *cap. Dilecti 17.* ubi Abbas, & Repetent. *de foro comp.* Castillo *tom. 7. de tertiis cap. 8. numer. 23. & cap. 9. nu. 27.* Oliba *de jure fisc. cap. 9. num. 28.* Salced. *de leg. pol. lib. 1. cap. 4. num. 9. & cap. 6.* Cabasutius *in polit. fol. 369.* Larrea *alleg. fisc. 63. nu. 13.* Mastril. *par. 1. decis. 49.* Salgado *de reg. protect. par. 1. cap. 1. in prælud. num. 58. cum seqq.* Oterus *de Pasq. cap. 9. num. 6.* Velazq. *cons. 110. nu. 5.* Belletus *disq. Cler. par. 1. §. 2. num. 12. & seqq.* (ubi quòd sunt de districtu sæcularium in favorabilibus, licèt non habeant votum in Concilio Populi) Molina *de just. & jure tract. 2. disp. 31. contl. 6.* Soto *in 4. dec. 25. quæst. 2. art. 2. concl. 4.* Ribel. *de oblig. 2. lib. 9. quæst. 2. sect. 2. nu. 9.* Vazquez *par. 2. quæst. 96. disp. 167. cap. 4 num. 29.*

11 Sunt Ecclesiastici Cives in favorabilibus, *Can. si in adiutorium 7. dist. 10* ibi: *Si in adiutorium vestrum etiam terre-*

terreni imperii leges assumendas putatis, non reprehendimus. Fecit hoc Paulus, cum adversùs injuriosos, Civem Romanum se esse testatus est; Ex quo text. id probant Marcus *decis.*455. *num.*9. Velazq. *consult.*100. *à num.* 2. Daniel *de nobil. disp.*16. *num.*2. Barbosa *tot.*36. *num.*52. *lib.*2. *& appel.*48. *num.*6. & 7. Salgado *de Reg. protect. par.* 1. *cap.*1. *prælud.*2. *num.*58. *& seqq. par.* 4. Reg. Cortiada, qui plures citat *par.*4. *dec.* 212. *num.* 21. (ubi quod Religiosi in favorabilibus sunt Cives, non solum illius Civitatis, in qua nati sunt, sed etiam sunt Cives Civitatis, in qua est situm Monasterium) Bellet. *disq. Cleric. par.*1. *de discip. Cleric.* §. 2. *num.*17. Larrea *alleg. fiscal.*63. *num.*13. Solorz. *de jure Indiar. lib.*3. *cap.*27. *num.* 26. *cum seq.*

12 Et non solùm Cives illius Civitatis, in qua sunt nati, verùm etiam & Civitatis, in qua possident Beneficium, *ex cap. Cum nullus* 3. *de temp. ordin. in* 6. probant Surdus *cons.*301. *num.*7. *lib.*3. Boerius *decis.*260. *num.*20. quæ omnia complectitur Graf. *de effect. Cleric. in prælud. à numer.*361. *usque ad num.* 380. Bellet. *disq. Cleric. dict.* §. 2. *numer.*15.

13 Quod idem dicitur de Prælato, qui ratione Prælaturæ, quam habet in Civitate, ipsius efficitur Civis. Canc. *var.*3. *cap.*12. *nu.*230. Rodoer. ad Marin. *lib.*1. *resol. cap.* 220 *nu.*7. *& seq.* Reg. Cortiada *dict. dec.*212. *num.*19.

14 Idem dicitur de Capitulo Canonicorum, seu Communitate Presbyterorum. Marinis *lib.*1. *resol cap.* 220. *nu.*8. Reg. Cortiada *dict. dec.*212. *nu.*20. Et in Collegio declaravit Rota Farinac. *recent. par.*1. *dec.*380. *nu.*2.

15 Et in materia pascuorum publicorum, quæ favorabilis est, tradit. Hermoz. ad Lopez *l.*15. *glos.*2. *nu.* 54. *fol.* 82. *par.*2. *tom.*2. Et sic quòd in pascuis communibus Universitatis possit Capitulum Canonicorum, seu Communitas Presbyterorum depascì facere pecora pro macello necessaria, ad eorum sustentationem; secus in pascuis, quæ sunt proprium patrimonium Universitatis, & ad ejus particulares pertinent, ex Ripoll *var. cap.* 1. *num.* 256. Fontan. *decis.*513. *num.*9. *par.*2. & cum declarationibus contentionum, & exemplaribus nostri Regii Senatus illustrat Reg. Cortiada *d. decis.* 212. *numer.*12. *part.*4. & ferè *per tot.*

16 Quibus adde sic decisum, referente Magnifico Josepho Aleny Regio Senatore 13. Martii 1663. (Est in lib. concluf. civil. illius anni fol. 63.) in causa inter Syndicum Villæ de Figueres ex una, & Communitatem Presbyterorum ejusdem Villæ partibus ex altera; & postea in pascuis communibus fuit decisum inter easdem partes 12. Julii 1664. (in lib. concluf. fol.152.) referente Nob. Josepho Rull, nunc in Supremo Arag. Concil. Regente, eo motivo; quia Ecclesiastici sunt pars populi, & de illius Universitate.

17 Et cum anteprobata distinctione inter pascua communia, & propria, sive patrimonialia Universitatis dixit iterum Senatus in causa œconomi Communitatis Presbyterorum Parochialis Ecclesiæ Beatæ Mariæ Villæ de Tarrega, cum Syndico ejusdem Villæ, 26. Januarii 1693. referente Nob. Josepho Pastor & Mora Regio Consiliario: Est in lib. concluf. illius anni fol. 39.

18 Et hinc declaratio contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Cœlsonen. ex una, & Curiam sæcularem Vicarii Tarregæ partibus ex altera 2. Decembris 1690. per Cancellarium Taverner, nunc dignissimum Episcopum Gerund. Consultoribus Magarola, Tristany, & Colomer; ubi fuit dictum, cognitionem juris pascendi pecora, seu greges Communitatis Ecclesiasticæ in pascuis privatis, & propriis Communitatis sæcularis, ad Judicem sæcularem pertinere; licèt quoad jus habendi macellum, quoad victum proprium, & vendendi quibuscumque personis reliquatum, considerata possessione Communitatis Ecclesiasticæ, cognitio sit Judicis Ecclesiastici.

19 Et licèt P. Diana *resol. mor.*5. *par. tract.* 1. *de immunitate resol.*9. Martam sequutus, teneat, Ecclesiasticos nullo modo posse dici Regum vassallos, quia ab illorum jurisdictione sunt exempti; at quòd aliquo respectu sint subditi Regi suo, & naturali domino, docet Oliba *de jure fisci cap.*10. *nu.*5. & expressit Serenissimus D. Rex Petrus Tertius in Pragmatica directa Comiti Urgellen. Generali Gubernatori 5. Idus Augusti 1339. quæ est in ordine Prima *tit. de defectibus in* 2. *vol. constit.* in illis verbis: *Propterea intendentes fideles nostros, & subditos, præsertim Clericos, & personas Ecclesiasticas.*

20 Et naturaliter, sive originariè dicuntur esse de dominio, & ditione illius Principis, in cujus terris sunt nati, *ex cap. de Capitulis* 9. *dist.*10. *cap. De Sacerdotibus*, ibi: *Dominetur.* 11. *quæst.*1.

Et ratione incolatus, bonorum, protectionis, obedientiæ, & fidelitatis debent censeri vassalli, & subditi dominii, & regiminis Principis sæcularis. Gregor. Lopez *in l.* 4. *tit.*15. *p.*4. *glos. En cuyo señorio*, (ubi quòd licèt non dicantur subditi ratione juris dictionis, dicuntur tamen subditi ratione domicilii) probat Larrea (ex Victoria, Soto, Decio, Velasco, Oldrado, Baldo, Ancarrano, Cardinali, Felino, Borrello) *alleg.*63. *num.*12. *cum pluribus seqq.* ubi *nu.*14. id præcipuè extendit ad Prælatos, & Ecclesiasticos, qui Regibus jurant fidelitatem) Solorz. *de jure Indiar. lib.*3. *c.*27. *nu.*26. *& seq.* docens, quòd negari non potest, Clericos esse Regis vassallos, & sub hoc nomine comprehendi. Et quòd illius Regni, vel Provinciæ, in qua nati sunt, vel domicilium habent, naturales, vel incolæ reputantur, atque adeò eidem Regi fidelitatem debent, & in mandatis ejus obedientiam, præcipuè in his quæ in utilitatem publicam diriguntur: plures ad id DD. citans, & inter eos Bovad. *in polit. lib.* 2. *cap.*18. *num.* 64. *cum seqq.* Ad ea quæ diximus *decis.* 82. *numer.* 2. & *decis.*130. *num.*14. 21

Juvat antedicta id quod profertur, quòd si statutum annullat alienationes, quæ in non subditum fiunt, non comprehendit alienationem factam in Clericum, vel Ecclesiasticum, quia illi subditi, & vassalli reputantur, ex Rodriguez *in sum. tit.*4. *cap.*108. *nu.* 1. Sousa *de Bul. in Cœn. Domin. cap.*26. *disp.*84. *numer.*9. & aliis citatis ponderat Larrea *dict. alleg.*63. *num.*15. 22

Ad id ipsum recitantur scripta à Thesau. *q. forens. lib.*4. *q.*22. qui *nu.*7. ait, quòd Clerici ratione universalis dominii, quod habet dominus territorii, dicuntur esse districtuales, & de dominio Principis sui, expendens Divi Pauli *Epistolam* 1. *c.*2. *& ad Romanos Epist.* 1. *c.*13. cum quibus concordat *c. Omnis anima* 2. *de Censibus*, cujus intelligentiam licèt diversimodè accipiat Tellez *ad dict. tex. nu.*5. *circa medium*, assentit tamen, quod Clerici, & Ecclesiasticæ personæ licèt exemptæ sint à tributis, non tamen ab obedientia, Principibus debita. 23

Rationem assignat Larrea *dict. allegatione* 63. *num.*18. docens, quòd si Ecclesiastici, vel sæculares in his quæ ad statum cujusque pertinent, Regibus non obedirent, politici status regimen sustineri non posset, subdens ibi: *Nam, ut tradit Seneca l. de Clement. c.*4. *Illud enim est vinculum, per quod Respublica cohæret, ille spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus, & præda, si mens illa imperii subtrahatur, & ut Cicero lib.* 3. *de legibus*: *sine obedientia domus ulla, nec Civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. Et ideo rectè Just. Lipsius lib.*2. *civil. doct. cap.*1. *certi ordinis in jubendo, & parendo tantam vim, & necessitatem esse tradit, ut hoc unum fulcrum sit rerum humanarum.* 24

Adde P. Scribanum *de Medic. Religios. lib.*2. *c.*5. in illis verbis: *Ingentem deinde rerum omnium perturbationem hujus defectu necessum est sequi, cum membra capiti, inferiores superioribus, aut imperant, aut non obsequuntur, quæ res interitum corpori de propinquo minatur: nam quid sperari potest, quid non timeri, cum invertitur hic ordo rerum.* Et infra ibi: *Quid expectari magni, bonique potest, dum singuli unius licet corporis membra, contrariis in diversa motibus feruntur, si non ultimarum desperationum miseranda consilia?* 25

Quid enim certius antedictis? quia cum Regibus fuit jam nata obligatio illos venerandi. Quintus Curtius *nu.* 111. ibi: *Est ingenita gentibus erga Reges veneratio.* Guntherus *l.*6. *Alexand. Non mediocris enim* (ait) *timor, & reverentia Regis regnat apud Persas, Majestas Regia magni ponderis esse solet, etiam gens barbara Regis &c.* Justus Lipsius *Civilis doctrinæ lib* 4 *c.*9. Renatus Coppinus *de Demanio Franciæ lib.*3. *tit.*30 *n.*11. ubi affirmat, quod in illo Regno extat lex particularis, id decernens: *apud nos vero* (inquit) *est lex præstantissima, quæ Regem venerari jubet tanquam Dei effigiem.* Et eis præstat veneration em *l.*1. *Cod. de silentiariis l.*10. ibi: *Ut tam in adoranda serenitate nostra*, otnant Bossius *de injur. n.*3. *Jul. Cæs.* Buleng. *lib.*1. *de Imper. Romano cap.*16. S. Augustinus *lib. quæstionum Veteris, & Novi Testamenti* 2. *par. q.*91. ubi de Rege inquit, *Adoratur in terris, quasi Vicarius Dei.* Regens Vinyes *in discurs. justific. procediment. Villæ de Mataró fol.*62. *vers. En la segunda.* 26

Et

27 Et quod Clerici Principi suo Supremo obedire teneantur, probant D. Guevar. *in propugnac. contra venetos, assert. 1. §. 4. nu. 31.* Petra *de potest. Princip. cap. 3. quæst. 2. num. 6. & cap. 27. num. 20.* Petrus Barbosa *in leg. 2. §. legatis num. 278. ff. de judic.* Calixt. Ramirez *de leg. Reg. §. 32. num. 26.* Mart. Maguer. *de advocat. armat. cap. 6. à num. 308.* D. Valenzuel. *consil. 4. num. 79.* P. Diana *1. part. moral. tract. 2. resol. 18. circa princ.* D. Salced. *de leg. Politic. lib. 2. cap. 4. à num. 7.* D. D. Anton. de Castro *in discurs. juridic. sobre el origen de los Millones, y obligacion de los Eclesiasticos de contribuir en ellos num. 91.* Balboa *in alleg. juris, por el Dean, y Cabildo de Salamanca, y por el Estado Ecclesiastico.* Frasso *de Regio Patronatu Indiar. par. 1. cap. 45. num. 1. & 2.*

28 Nec immunitas Ecclesiastica eximit omninò ipsos, quin Supremum in temporalibus Principem agnoscere valeant. Ex D. Thom. *1. 2. quæst. 69. art. 4.* Driad. *de libert. christ. lib. 2. cap. 2. propos. 4.* P. Molina *de justitia, & jure disp. 31. conclus. 6.* Belarmin. *de Cleric. cap. 6.* Saura *de primis instantiis fol. 42.* Et aliis tradit D. Lobaton *in discurs. sobre la Regalia de conocer el Rey, y sus Tribunales de los despojos entre Eclesiasticos, num. 57. nor. 239.* Frasso *de Regio Patronatu Indiar. part. 1. cap. 45. numer. 3.* ubi *in sequentibus num.* ad id ipsum probandum allegat Divum Paulum *ad Rom. dict. cap. 13.* & iterum *ad Titum cap. 3. in princip.* D. Chrysost. *ad d. Divi Pauli locum Homil. 23.* mellifluum Bernardum *ad eundem in Epistola ad Archiepiscopum Senonensem.* D. Gregorium Nazianzenum *in orat. ad Populum,* Tertullianum *in Apologet. cap. 54.* Magnum Augustinum *in Epistol. ad Romanos :* Divum Ignatium Episcopum *in Epistola ad Philadelphos,* Sanctum Hyrenæum *lib. 5. adversùs Hæres. cap. 24. pag. 359.* Sanctum Gelasium Papam *Epist. ad Anastasium Imperatorem ;* Angelicum Thomam *de regim. Princip. lib. 1. c. 1.* Beatum Petrum Apostolorum Principem *cap. 2. vers. 13.*

29 Et cum hæc reverentia, & obsequium Regibus debeatur de jure naturali, non potest ab ipsis dispensari, etiam pro suis Ministris, quibus obsequiosè debetur obediri. Iaf. *in l. Quæcumque ff. si quis in ius vocatus non erit.* Dec. *lib. 7. Criminal cap. 5. num. 34.* Navar. *in cap. Novit. de iudiciis num. 166.* Moditius *in §. Magistratuum edicta dub. 1. num. 12.* Pater Franciscus Suarez *in defensione fidei lib. 4. cap. 3. num. 4.* Bovadilla *in sua Politica lib. 3. cap. 1. num. 55.* Valenz. *en el discurso de razon de estado, y guerra 2. par. consid. 2. à num. 48.*

30 Sic semper stans debet permanere veneratio, & authoritas Senatus, nec facilè à Principe tenendæ sunt querelæ populares, ne dedecus aliquod Senatui inuratur : ut politicè scripsit Pater Scribanus in Politica Christian. *lib. 2. cap. 44.* per illa aurea verba : *Populi de Magistratibus querelas, nec universim reiiciat, nec admittat, fidemque nec totam adhibeat, nec abroget : sed neque opprimi Populum, nec contemni Senatum permittat ; Et cum populi querimonias non negliget, tum Senatus authoritatem tuebitur. Seriò proinde maturèque populares delationes examinabit, amicè audiet, benevolè excipiet : responsa tamen trahet, & moram rebus iniiciet, quæ sola sæpe mederi malis solet. Quod si quid dignum emendatione reperierit, privata id potius monitione faciet, ut ante emendatam populus rem videat, quàm emendationem imperatam sciat ; quo & sua Senatui fiet veneratio, & authoritas, & malis remedium adhibeatur : remque fere eo modo pertractet, ut Senatus ipsius iudicio emendatio adhibita videatur, ac nec tam imperata, quam ultrà suscepta credatur. Caveat verò ab eo omni, quod dedecus aliquod Senatui inurat in posteritatem iturum. Quòd si res excusationem nullam patiatur, nec tegi Senatus error possit, remedia adhibeat : sed ita, ut, dum errores Senatus corrigit, populi disquirat, qui sagaci, & industrio Principi nunquam deesse poterunt ; & utrisque simul medelam admoveat, ne gloriari impunè populus de Senatus emendatione possit, cum suos etiam errores corrigi à Principe senserit.*

31 Et hoc optimo jure, quia necessaria est, & præcisa authoritas in Superiore, & Magistratu, & valde pernicioſum, ac maximè intolerabile est, quòd audeat Populus in eum insurgere, ex defectu obedientiæ, quòd maximè perturbat, & excitat ad magnam, & vehementem resolutionem, & demonstrationem. Pineda *en la Monarquia Eclesiastica lib. 4. cap. 6. §. 3.* Antonius Concius *in collectione legum 12. tab.* explicans *Primam de iure publico fol. mihi 867.* Besoldus *de Magistratibus num. 42.* Et ob hanc rationem maximis afficiunt honoribus nostri Serenissimi Reges sua Concilia, ut notant Tarconnota *part. 3. lib. 5.* & Magister Marquez *en el Governador Christiano lib. 1. cap. 18. §. 2.* & de Traiano Plinius *in suo Panegyrico,* ibi : *Est hæc natura sideribus, ut parva, & exilia validiorum exortus obscuret, similiter Imperatoris legatorum dignitas inumbratur : tu tamen maior omnibus quidem eras, sed sine diminutione maior eandem authoritatem præsente, te quisque quàm absente retinebat, quin etiam plerisque ex eo reverentia, cesserat, quod tu quoque illos reverebare.* Mastrillus *lib. 5. de Magistrat. cap. 3. num. 40.* Matthæus Timpo *in speculo Magistratus 2. part. signo 16.* Carolus de Tapia *decis. 3. à num. 104.* Stephan. Gratian. *lib. 1. discep. forens. cap. 184. à num. 155.* Regens Vinnes *in discurs. pro iustificat. procedimentorum Villæ de Matarò fol. 62. vers. En la segunda.* Et Ego *decis. 2. numer. 28. & decis. 90. numer. 21.* Ad id Dio *lib. 5. in orat. Cæsaris ad Milites,* ibi : *Sicut domus non bona censetur, in qua natu minores grandioribus non obtemperant, litterarius ludus infœlix, ubi discipuli Magistros contemnunt, nulla spes ægrotis, si Medicis non obediant : periculosa redditur navigatio, quando Gubernatori nautæ morem non gerunt : ita actum est de Republica, Regno, & Imperio, in quo Principes, vel Magistratus honoribus non afficiuntur, sed contemnuntur.* Mastril. *lib. 5. dict. cap. 3. num. 18. & seqq.* Giurba *cons. 38. num. 17.* Petr. Gregor. *syntag. jur. part. 3. lib. 47. num. 19.* Menoch. *de arbitrar. cas. 518.* Et de his plura apud Solorzan. *de jure Indiar. tom. 2. part. 2. lib. 4. cap. 3. ferè per tot.* Math. *de regim. Regni Valent. lib. 1. cap. 2. §. 2. num. 18.* Reg. Cortiada *decis. 94. nu. 23.* Et illustrat Larrea *alleg. fiscal. 63. num. 18.* & ex Platone, Aristotele, & Seneca ornat D. D. Franciscus Ramos del Manzano *ad leg. Julia, & Pap. lib. 3. cap. 37 num. 10.*

Principes enim, & ejus Ministri sunt, qui pro tranquillitate Populi agunt, & sic pro omnibus est orandum. Baruc. *c. 1.* Paulus *1. ad Timot. 2.* ibi : *Obsecro igitur primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate.* Tertull. *in Apologet. adv. gent. cap. 32.* ibi : *Orate pro Regibus, & pro Principibus, & Potestatibus, ut omnia tranquilla sint ;* & *cap. 39.* ibi : *Oramus etiam pro Imperatoribus, pro Ministris eorum, & Potestatibus, pro statu sæculi, pro rerum quiete, pro mora finis.* Arnob. *adu. gent. lib. 4.* Ambros. *lib. 2. Epist. 13.* Salvian. *de gub. Dei lib. 1. pag. mihi 19.* Reg. Exea *super discursus Ecclesiæ Cæsaraugustanæ num. 122. & 346. par. 3.*

Nil mirum, quod nostro jure cautum sit, ut exequantur Regiæ Senatus declarationes, & quòd formalis earum inobedientia, & contradictio reprobata sit per dispositionem usatici *Judicium in Curia datum,* sub nomine dementiæ, ibi : *Et damnatus sit omni tempore ipse, & cuncta sua progenies, quia demens est, & sine sensu, qui sapientiæ, & scientiæ Curiæ vult resistere, vel contrastare.* Annotat Reg. Vinnes *cit. vers. En la segunda.* 32

Sic ex Regiis præceptis Serenissimæ Margaritæ de Austria Parmensi ordinatis, illud inter præcipua cernitur apud Famian. Strada *de bel. belg. lib. 1.* ibi : *Senatores in eam legem adigeret, ut quæ sententia in Senatu præposuisset, eam uti meliorem tuerentur extra Curiam, & etiam si qui contra sensissent.*

Et pro integerrima Senatorum authoritate obsequentèr est venerandum quod imperavit Majestas Domini nostri Regis, tam quoad se publicè colendos, quàm alios honorandos, ut sequitur. 33

EL REY.

ILlustre Marquès de Olias y Mortara, Primo, de mi Consejo de Guerra, mi Lugartiniente, y Capitan General. Aunque estoy cierto de vuestra atencion, y cuydado, he entendido, que conviene advertir, y reparar en los Ministros de essa mi Real Audiencia, para el mayor cumplimiento de sus obligaciones, los casos siguientes.

Que de aqui en adelante la Audiencia tenga Missa todos los dias, que fueren de negocio, y la oygan todos los Ministros juntos, quando salgan della en la Capilla de la Casa vuestra, si huviere comodidad, y sino en la Iglesia mas cercana à la Casa de mis Lugartenientes Generales, pagandose la limosna, que se señalare, de los efectos de essa mi Thesoreria General.

Que

Que los de las Salas Civiles salgan de dos en dos, por su antiguedad, y no divididos.

Que entre si se traten los Ministros, con la urbanidad de cortesia, que requieren sus personas, y los puestos, que ocupan, y no alterando el estilo de la cortesia, que se acostumbra de merced, en publico, y en secreto, ni permitiendo, que otras personas lo hagan; sino que se traten, y hagan tratar con todo respeto, y decoro en todas partes; pues de esto tambien depè de su estimacion, y la autoridad de la Iusticia.

Que ninguno de dichos Ministros trate de Señoria à personas, que por lo dispuesto en mis Reales Pragmaticas, y Ordenes, estuviere prohibido, y que de ninguna manera den esta cortesia à persona alguna Ecclesiastica, ni secular, sino fuere à las que por dichos Ordenes, y Pragmaticas està permitido.

Assi mismo les ordenareis, que de aqui adelante escusen visitar à personas particulares, sino fuere entre si, y deudos suyos; porque dello resultan muchos inconvenientes al despacho de las Causas, y negocios, y buena administracion de la Justicia, ocupando en ello el tiempo, que deven emplear en dicho despacho, y en oir en sus casas à los litigantes, y particularmente, no visiten à persona alguna que tenga pleyto en la Audiencia, de qualquier estado, y calidad que sea, como esta dispuesto por dichas Ordenes, y Pragmaticas Reales.

Assi se los advertireys à todos en las Salas, y tendreys particular cuydado (como os lo encargo, y mando) en que se cumpla, y execute puntualmente, y que esta Carta se registre en el libro de las acordadas de dicha Audiencia; para que sea à todos notoria la obligacion de observarla. Dada en Madrid à 15. de Agosto 1657.

YO EL REY.

Ut. D. Christ. Crespi Vicecanc. — *Ut. Comes de Albatera.*
Ut. D. Petrus Villacampa Reg. — *Ut. Marta Reg.*
Ut. D. Vincentius Moscoso.
Ut. D. Josephus de Pueyo Reg.

Don Didacus de Sada Secretarius.

34 Etiam decus est Senatus, & quidem præcipuum adimpletio secreti, juxta illud Cassiod. *var. lib. 11. Epist. 6.* ibi: *Cancellorum tibi decus attribuit, ut Confistorii nostri secreta fideli integritate custodias.* Idem Cassiod. ibidem: *Sic miles ad secreta Judicis proximatus Præsulis sui famam aut ornat, aut maculat. In nobis siquidem peccant qui alios maculant, & dum spolium obsecrantis ambitur, fama Præsidentis exuitur.* Doctissimus Pater Franciscus Garau *3. part. max. 36. num. 426. in fine*, ibi: *Ninguna mina abre tanto los muros de la seguridad de un Estado, como una lengua, ò una pluma que descubre los arcanos en que estriba.* Et *nu. 432.* ibi: *La del silencio es de las primeras reglas del acierto, y serà inutil la mejor consulta, sino la apadrina despues hasta la execucion el secreto.* Non minùs doctè, illud protulit P. Thomas Muniessa *t. 1. serm. 14. nu. 1.* ibi: *Faltarle à un Consejo el secreto, es lo mismo que faltarle el respeto, que en llegandose à vadear los rios qualquier pie descalço se les atreve:* subdens *nu. 2.* quod Deus ut Deus magnam partem gloriæ posuit in custodiendo secreto, juxta illud: *Proverb. 25. Gloria Dei est celare verbum*, secundùm intelligentiam Sancti Gregorii. Et sic optimo jure, & probatissima ratione tenendum est, quòd pestem grassantem parit, qui sibilat, & revelat, & fœlicitatem affert fortunatissimam, qui silet secretum, & abscondit; idem Garau *par. 1. max. 22. num. 33.* ibi: *Con nombre de catedra pestilencial significò David el consejo de los que revelan secretos, y llamò de bienaventurado al que se libra.*

Sicque pro secreto observando emanavit Regium Diploma sequens.

EL REY.

Illustre Alexandro Farnese, Primo, mi Lugartiniente, y Capitan General. Por ser tan notorios, y gravissimos los perjuyzios, è inconvenientes que resultan de qualquier abuso que aya en los Consejos, y Tribunales, en orden à no guardar aquel secreto, à que el Juramento de Ministro les obliga; Ha parecido preveniros dello, y encargar, y mandaros, que en mi Real nombre hageys esta misma prevencion à los Ministros de esse Principado, esperando de vuestro zelo, y del suyo, obrareys en esto con tal atencion, que baste esta advertencia, para que no se falte à lo que es tan de vuestra obligacion, ni tenga yo motivo de passar à las demostraciones que en mi Real animo, y en el desseo con que estoy de favorecer à mis Ministros, me serán tan sensibles, como precisas; y dareys orden de que esta se registre en el de las generales; para que teniendola à la vista se tan exacto, como se deve su cumplimientos; y que en ello me darè por servido de Vos. Dada en Buen Retiro à 20. de Febrero 1677.

YO EL REY.

Ut. Cardinalis Præses. — *Ut. Ferdinandus ad Heredia Reg.*
Ut. Don Michael de Calbà. — *Ut. Don Laurentius Matheu Reg.*
Ut. Don Josephus de Boxadòs Reg.

Don Franciscus de Izquierdo de Berbegal Secretarius.

Inter pessima quæ insurgunt ex inobservantia arcani, illud vastissimum docuit Fam. Strada *lib. 1. de bel. belg. dec. 1.* nam ejus scitu inimicitiæ subortæ in singulos deflectuntur, quæ non ita accidunt in universos; per ea verba: *Addebatque causas, ne videlicet subortæ, uti fit, in dicendo altercationes, Senatum egressæ perpetuas inter Authores foverent inimicitias: ac propterea ne facilè internoscerent cæteri, quò gratias, quò querelas dirigerent. Ex quo id commodi sequuturum, ut & odio quod plerumque in singulos destinari, non autem sumi, certè non exerceri solet contra universos, minùs flagrarent in commune Senatores: & in dicenda sententia tantò liberius sequi rectum æquumque possent, quantò minus ab eo deflectere illos coegerit spes, aut metus.* Ab his non discedit P. Scribanus *in polit. lib. 2. cap. 11.* in illis verbis: *Quandiu verò ignorari putant, nec in fraudes exsurgent, nec in insidias, nec in contraria studia, & molitiones.*

Observa propterea quod super custodia secreti (postquam ad id tradiderat documenta) scribit Cassiodorus *variarum lib. 11. d. Epist. 6.* ibi: *Esto potiùs conceptaculum, quod audita custodias, quod suscepta non fundas: Quia nihil proderit, si auribus tuis transitura placent, & in cordis finibus se omnia non defigant.*

Hinc Fr. Joannes à Sancta Maria *de Repub. pol. c. 29. §. 3.* ponderans damna ex revelatione secreti, docet, quòd leges defraudantur, Regis resolutiones impediuntur, inimici se præveniunt, amici indignantur, omnium animi perturbantur, Regna alterantur, perditur pax, delinquentes non puniuntur, & ultimò omnia negotia, publica, & privata perduntur, & nulla adeò res contradicta, descaminata, malè executa, perdita, quæ non sit propter secreti revelationem. Et Fr. Dominicus Soto *de secret. memb. 3. q. 4. conc. 6* inquit, quòd Judex, qui causam audit, in qua de re gravissima decertatur, ut de vita, aut de maximo honore, aut de Ducatu, aut alia magna hæreditate, si invaditur ab aliquo litigantium sub comminatione mortis, ut merita causæ prodat, debent potiùs gladio succumbere, quàm fidem secreti frangere: atquè id maximè in Sancto Concilio, & foro, quo res fidei adversùs hæreticos tractantur. Concludo cum eo quod dixit David Domino nostro *in camo, & fræno maxillas eorum constringe, Psal. 31.* Et *Ecclesiast. 31. vers. 39. in ore fatuorum cor illorum; in corde sapientium os illorum.*

De pœnis revelantium secreta dixi *dec. 5. n. 23.* & adde, quòd pandens secreta, dicitur Regis proditor, & Patriæ eversos, Osorius *l. 8. de Regis institutione l. 5. tit. 9. p. 2. in fine*: & quod Pompeius, ut author est Valerius Maximus *l. 3.* cum à Gentio Rege captus, Senatus Concilia prodere juberetur, igni digitum cremandum præbuit, qua patientia ostenderet, se potiùs tormentis perditum iri, quàm secreta Senatus panderet; Ad alias pœnas progreditur Regens Senator de Amigant *tom. 2. decis. 91. à nu. 1.*

Hinc etiam (ut apprimè ad institutum redeamus) quia 35
Clerici Cives sunt, & Reipublicæ membra, alligari debent legibus politicis, aliisque generalibus (quæ de Clericis mentionem non faciunt) bonum publicum, ac com-

commune respicientibus, & ad communem omnium utilitatem editis, quæve non repugnent Sacris Canonibus. Victor *de Potest. Civil. num.* 3. Soto *in* 4. *sententiarum dist.* 25. *quæst.* 2. *art.* 2. *concl.* 4. *& de justitia, & jure lib.* 1. *quæst.* 6. *concl.* 1. Salas *de legibus disp.* 14 *sect.* 8. *nu.* 94. *&* 104. *& de emp. & vend. dub.* 9. *nu.* 2. Cardinal. Belarminus *de Clericis t.* 2. *cap.* 25. *&* 28. Ledesma *in sum t.* 2. *tract.* 8. *cap.* 32. *dif.* 4. Sayr. *de clau. Reg. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 16. Castro Palao 1. *par. tract. moral. tract.* 3. *disp.* 1. *punc.* 24. *§.* 6. Canonistæ *in cap.* 1. *de vit. & honest. Clericor. & in c. Dilecti de foro comp.* Pareja *de inst. edit. tit.* 2. *resol.* 7. *nu.* 17. Marin. *resol. jur. lib.* 1. *cap.* 55. *à nu.* 11. Carolus Cala *de contraban. nu.* 10. Fontan *decis.* 510. *nu.* 11. Peguera *decis.* 56. *num.* 13. *cum seqq.* Xammar *rer judic. dif.* 99. *n.* 8. Reg. Cortiada *tom.* 4. *decis.* 208. *nu.* 8. *cum seqq. & decis.* 209. *n.* 35. *& seqq. & dec.* 225. *n.* 25. *& seq.* Ego *decis.* 9. *n* 63. Salgado *de Reg. protect. par.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 2. *nu.* 64. Urruti goyti *de comp. quæst.* 51. *n.* 10 Doctissimus D. Francisc. Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 44. & infinitis citatis Fraso *de Reg. Patron. tom.* 1. *cap.* 65. *nu.* 19. *cum seqq.* qui id intelligit cum DD. quos citat, nempe quòd legibus Civilibus, & politicis, bonum commune respicientibus, Ecclesiastici vi directiva, non coactiva subjiciantur, ubi etiam *in nu. seqq. & per tot. cap.* amplius rem declarat, & limitat:

36 Quæ conclusio generaliter stabilita practicatur in statutis, & prohibitionibus communibus, pro universo populo, & Republica factis, arma, vel quid aliud prohibentibus, quæ æque Ecclesiasticos comprehendunt, à quibus licitè ea possunt sæculares Judices auferre. Fontan. *d. decis.* 510. *nu.* 11. Xammar *d. dif.* 99. *nu.* 72. *& de offic. Judic. par.* 1. *quæst.* 24. *nu.* 147. *vers. Et nos.* Peguera *d. decis.* 56. *nu.* 13. *cum seqq.* Ripoll *var. cap.* 1. *n.* 30. Reg. Vinyes *in disc. proced. de Matarefol.* 52. *pag.* 2. *vers. Y tambien ha declarado*, §. 7 plenissimè Regens Cortiada *tom.* 4. *decis.* 225. *à nu.* 29. *& à nu.* 31. Fraso *de Reg. Patron. tom.* 1. *cap.* 34. *nu.* 36. *cum seqq.* doctissimus Pareja *de inst. edit. tit.* 4. *resol. unic. nu.* 29. infinitos allegans, signanter Carleval. *de jud. disp.* 2. *n.* 158. *& seqq.* ubi hanc opinionem ab impugnatione Martæ defendit. Ad id Diploma Regium.

EL REY.

Noble, Magnifico, y amado Consejero: aviendo el Arçobispo de Tarragona dado sentencia en una causa de appellacion, que es contra Pedro Carreras, y Miguel Santon, Prebendados de la Santa Iglesia de Lerida, dió el Obispo de aquella cuydado por una rinna, que tuvieron, en que huvo delacion de pistolas, dando el Arçobispo por motivo en uno de los de dicha sentencia, que el uso de qualesquier armas tra permitido à los Clerigos en estos tiempos, y siendo assi que la disposicion de las leyes, y Pragmaticas los comprehenden en la delacion de las armas prohibidas, y no ser justo el permitir se este exemplar, para que no se pueda presumir atentada esta permission por dicha sentencia; escrivi al Arçobispo à 19. de Enero deste anno, que hiziesse declaracion en que dixesse, que por quanto mi Real Fisco tratava de hazer instancia, para que se borrassen de la sentencia aquellas palabras: Attento etiam quod usus quorundam armorum permissus est Clericis: *porque la prohibicion de las armas, que por Reales, Pragmaticas, y Edictos tengo mandado publicar, comprehende à los Ecclesiasticos, y tiene instrumento dello en que dixesse tambien, que su animo no fue prejudicar à esta mi Regalia, ni dexar de reconocer que me toca, y que estas prohibiciones comprehenden tambien à los Ecclesiasticos. La carta se le embiò por el Marquès de Olias, y Mortara, y por ella ha remitido el instrumento que se os embia con esta, que ha parecido se tenga en los papeles, y acuerdos dessa mi Real Audiencia, para que sea noticia en ella esta declaracion, y assi bareys se ponga en ellos. Dada en Madrid à* 17. *de Março* 1662.

YO EL REY.

Ut. Don Christoph. Crespi Vicecanc.
Ut. Comes de Robles Reg.
Ut. Don Gregorius de Castellvi.
Ut Exea Reg.
Ut. D. Josephus Romeu Reg.
Ut. Don Petrus Villacampa Reg.
Ut D. Joseph. de Pueyo Reg.
Ut. Don Michael de Calbà.

Don Didacus de Sada Secretarius.

Ad id ipsum refero, quæ tradit ex Victor. P. Molina, 38
P. Azor. Monac Fraso *de Reg. Patron. Ind. tom.* 1. *cap.* 45. *nu.* 19 *cum seqq.* allegans Fab. *ad tit. Cod. de Mun. patrim. dif.* 26. Menoch. *in tract. manuscrip. de jurisd. lib* 2. *cap.* 3. *nu.* 2. *vers. Est etiam.* Salcedo *de leg. pol. lib.* 1. *cap.* 6. *à n* 60. Gabr. à Sancto Vinc. *de cens. disp.* 4. *quæst.* 9 §. 17. *nu.* 278. Don Anton de Castro *in disc. jur. sobre el origen de los millones, y obligacion de los Ecclesiasticos de contribuir en ellos nu* 91 D. Andream de Rianno *in simil. memor. nu.* 231. Reg. Cortiada *decis.* 225. *n.* 2. *cum seqq.*

Cum ergo Ecclesiastici sint partes corporis mixti Rei- 39
publicæ, de illius districtu, & universitate, cujus Pater, & Caput est Rex, & inde etiam vassalli dicantur ratione obedientiæ, & fidelitatis debitæ Regi, qui habet in Regno universale regimen, & paternum dominium, non poterit propterea Ecclesiasticis protectio sua Regia, & paterna denegari, ut ab oppressione, qua vexantur, liberentur, ac ipsis Regium tutamen adesse, & fovere, ut à violentia subleventur, *ex cap. Non nisi incompetenter* 41. *secunda quæst.* 7. quem textum aureum, & nunquam obliviscendum, ac veluti clavem, & decisionem totius quæstionis allegat Peguera *decis.* 92. *nu.* 16. *&* 18. *par* 1. & explicat Archiepiscopus Marcha *de concord. Sacerd. & Imperii lib.* 2. *cap.* 1. *vers.* 6 & post eos Regens Lopez *in discursu legali super ordinatione Regni Peruan. cap.* 10. *nu.* 9. & id ipsum probant infra allegandi. Ad ea quæ docet D. D. Francisc. Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 47. *nu.* 9 per illa verba: *Quocirca, & juxta eadem elementa, Regi, tanquam animæ corporis Reipublicæ, & Regio juri, ac muneri convenit, non tantum regere, sed tueri salutem illius corporis, ut ferè scribitur in l.* 3 *ff. de offic. præf. vig. cui similiter nihil aliud esse imperium, nisi curam salutis alienæ, ex sapientibus Ammianus lib.* 29. *& Regem ipsum salutem status Reipublicæ, Ennod. Panegyr. ad Theodoric. & proinde subditos, tamquam membra corporis, cujus est caput, cor, atque anima, protegere, ac defendere, propulsata vi, ac turbulentis, quibus per ipsos, aut extraneos, saluti politici corporis, facto, aut exemplo nocetur, lib.* 12. *tit.* 10 *par.* 2. *illic. La segunda manera en que los deve guardar, es del danno de ellos mismos, quando fiziessen los unos à los otros fuerça, ò tuerto. Junctis vulgatis prove locis, in cap. Tributum* 22. *inibi. Propace, & quiete, qua nos tueri, & defendere debent, Imperatoribus persolvendum est,* 23. *quæst.* 8 *cap. Regum* 23. *in princ. & præ cæteris illo Sacerdotis Summi Oniæ* 2. *Mach. cap.* 4. *ver.* 5. *&* 6.

Cum quibus concordat *l. Si quis filium* 34. *Cod. de inof. testam.* ibi: *Sed nos qui omnes subjectos nostros, & filios, & nepotes habere existimamus, affectione paterna, & imitatione, secundum quod possibile est omnium commodis prospicientes.* Et *l. fin. de Religiosis.* Justin. *in Novel.* 80. *in princ.* ibi: *Dei auxilio omnem facimus providentiam, ut subditi ob ejus clementiam nobis traditi illæsi serventur.* Patricius *de Regno lib.* 8. *tit.* 10. ibi: *Regi præter cæteras omnes convenit: similitudinem namque cum Patre familias aliqua ex parte tenet, qui liberos, nepotes, conjugem, totamque domum, generali quadam benevolentia complectitur, omnibusque cupit bene esse, & singulos quosque beneficiis afficit,* & infra ibi: *Rex enim in Civitate universa, quasi pater familias est, regnum autem paternum imperium habetur, quod quidem ad omnium utilitatem gubernatur;* inferens ibi: *Rex itaque ut æquus omnibus, ac par esse debet in jure dicendo, & suo cuique tribuendo: sic etiam in probibendo quosque ab injuria, & violentia;* & postea ibi: *Recte itaque Theopumpus Lacedæmoniorum Rex roganti cuidam, quo pacto Regnum stabile futurum esset, respondit, si Reges voluntates suas cum amicis communicabunt, & Civibus nullam injuriam afferri permittent.*

Contrahitur etiam inter Regem, & vassallum vin- 40
culum naturale indissolubile: Seneca 1. *de Clementia cap.* 5. ibi: *Animus Reipublicæ tuus: illa corpus tuum;* quod illi dat usum potestatis œconomicæ, & sicuti Patres defendunt filios, quorum sunt domestici Magistratus. Seneca *de benef* 3. *cap.* 11. ita Princeps qui est omnium, eos debet protegere cum pietate Patris, & defendere à calumniis, & oppressionibus D. Hieronym. *super Jerem. cap.* 22. ibi: *Regum officium est proprium facere judicium, & justitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos,* apud Gratian. *de Can. Regum* 23. *quæst.* 5 Regens Exea *super discursu Eccl. Cæsarang Sanctæ Salvatoris n.* 130. *&* 408. *cum seqq. par.* 3.

Et

41 Et cum Senatus debeat esse boni Principis. Alciatus *Emblemate* 144. & hinc Senatores. Et omnis Reipublicæ adeps, ac melior succus à prudenti Consiliariorum rore, & imbre defluat, ut scripsi ex Patre Scribano *decis. 2. numer.* 28. (ubi quòd Consiliarii Regii, Patres Principis appellantur) inde nihil aptiùs nunc recitati valet, quàm, quòd ex debito officii Senatores etiam debeant succurrere oppressis. Doctrina est hæc magistralis Didaci de Lopez *in annot. ad Alciat. Emb. 26.* per illa verba: *Para esto avemos de saber que los Senadores Romanos se llaman* Patres, *Padres, porque los buenos Senadores, Regidores, Repubblicanos, son Padres de la Republica, y assi Ciceron por aver sido tan excelente Consul, mereciò ser llamado Padre de Roma, y èl la llamò hija suya. O fortunatam natam me Consule Romam. Y llamanse Padres, porque assi como el Padre tiene obligacion de defender, y amparar sus hijos, la propria deve tener el buen Regidor con su Republica, y Ciudad. O llamanlos Padres, por la autoridad que tienen, ò por el respeto que se les deve. Este nombre tuvieron desde la fundacion de Roma.*

42 Etiam tutamen hoc recursus Regii, tam à Rege, quàm ejus Senatoribus improbabile non debet reddi Ecclesiasticis oppressis tanquam ipsis opportunum, prout punctim ita jubetur in Diplomate Regio, ibi:

EL REY.

EGregio Conde de Montoro, Pariente, mi Lugartiniente, y Capitan General, Nobles, Magnificos, y amados Consejeros: por lo que me aveys escrito vos mi Lugartiniente, y Capitan General en carta de 8. de Deziembre, y relacion que la acompañava: he entendido lo que ha passado de aver querido el General de San Anton, visitar el Comendador de la Casa de essa Ciudad, los empeños de jurisdiccion que se han ofrecido, y el acuerdo que ha tomado essa Real Audiencia en la materia, y aviendolo visto, y conferadoeste mi Consejo Supremo, ha parecido digno de reprehension el modo con que se ha procedido en ella, y que deviera yo los de essa Real Audiencia aver escusado ponerla en el estado en que se halla; por el qual se conoce la sioxedad con que aveys obrado, y que pudieras estar advertidos, y en mayor cuydado en la defensa de mis Regalias, y en amparar al General: y no averle remitido al Vicario Ecclesiastico; pues vosotros, mi Virrey, y Real Audiencia teneys toda la mano, y autoridad que es necessaria para resolver, y executar lo que fuere justo. Y no puedo dexar de deziros, que tambien fue grande omission, no proceder contra el Canonigo Palet, viendo que el se entremetiò en lo que no tenia jurisdicion, y que corria por medios tan justos, pues en tal caso pudieras citarle al banco Regio, y ordenarle revocasse todos los procedimientos, y no haziendolo, proceder contra èl à ocupacion de temporalidades, y à destierro del Reyno por medios justos, y en el acostumbrados, y executarlos con toda eficacia, y veras; aviendo escusando el medio de su renunciacion, y nombramiento del Religioso. Y assi mismo ha parecido pudierais aver escusado el mover contencion sobre una Regalia tan assentada, como acudir los Ecclesiasticos opressos à mis Tribunales Reales, y aver hecho una novedad tan exorbitante como poner ante el Iuez Ecclesiastico acusacion à nadie por ello, ni en contingencia una Regalia tan clara, y de essa calidad, y aunque confio, que el nuevo Obispo avrà puesto el remedio competente en todo; le escrivo lo que entendereis vos mi Lugartiniente, y Capitan General por la copia de su carta que se os remite, con esta en el original que el enviareis luego, y sino se ajustare à ello, me dareys cuenta sin dilacion alguna, para que mande tomar la resolucion, que mas convenga à mi servicio. Dada en el Buen Retiro à 13. de Febrero 1658.

YO EL REY.

Ut. Don Christoph. Crespi Vicecanc.
Ut. Comes de Albatera.
Ut. Marta Reg.
Ut. Don Michael de Lanuza.
Ut. Don Petrus Villacampa Reg.
Ut. Don Paschal. ab Aragonia Reg.
Ut. Don Vincentius Moscoso Reg.
Ut. Don Michael de Lanuza Protonot.

Pro hujusmodi recursibus admirabile est factum per D. Paulum; nam à Judæis oppressus ait (*Act. Apost. cap. 25. vers. 7.* dum *circumsteterunt eum &c. Iudæi, multas, & graves causas obiicientes, quas non poterant probare, Paulo rationem reddente*) *Quoniam neque in legem Iudæorum, neque in Templum, neque in Cæsarem quidquam peccavi &c. dixit autem Paulus, ad Tribunal Cæsaris sto, ibi me oportet judicari &c. Cæsarem appello*: ut expendunt Valenzuel. *contra Venetus 4. part. à numer. 171.* P. Bandel. *Theol. moral. lib 5. disp. 35. num. 6.* Leo *decis. 2. num. 5.* Peralta *in tract. de la potest. Secul en los Ecclesiast. cap. 4. num. 8.* Marca *in concor. Sacerd. & Imp. lib 4. cap. 26. fin.* ubi etiam refert, recursum à Sancto Athanasio ad Constantinum Imperatorem, ab iniuriis, & violentiis, in eum in Concilio, vel conciliabulo Tyri illatis: hæc scripsit Frasso *de Reg. Patron. Indiar. c. 45. n. 14. & seq.*

In hoc documento nos erudivit Excellentissimus, & 43
Reverendissimus Don Joannes de Palafox & Mendoza *in notis ad 3. Epistolam gloriosæ matris Theresiæ à Iesu*, ubi de reformatione facta per hanc insignem Carmelitam loquens ait: *Toda via es buen texto en favor de los necessarios recursos à los Reyes, quando los pide la necessidad de la causa, y de que Dios de todas manos se vale para el bien de las almas: pues quiso dar luz su Divina Magestad, entonces à los Ministros de España, para que viessen las conveniencias de la santa reformacion, que no la dio à los de Italia. Y assi obrando todos con buena intencion; los unos daban mas materia al merecimiento con la contradicion, y los otros mas aumento al espiritu con el amparo. A lo de Italia governava el timor, de que no fuesse esto de Dios; Y à los de España la confiança de que era de Dios todo esto. Con que, dandose, no solo diversas, sino contrarias las ordenes, ninguno pecava: todos merecian, y se lograva mejor la empresa, y se fundava mas seguramente la contradicion.* Id est: *Profectò optimus est Textus favens necessariis recursibus ad Reges, quando eos exigit causæ necessitas; & quòd Deus omnibus modis utitur ad animarum profectum: quando igitur annuit suæ Divinæ Maiestati, tunc lucem præbere Hispaniæ Ministris, ut aspicerent utilitates Sanctæ Reformationis; quam Italis non concessit. Et sic operantes omnes recta intentione, alii conferebant robur validius merito, contradictione; & alji majus incrementum spiritus, auxilio. Italos tenebat timor, quod à Deo non esset; & Hispanes animabat fiducia, quod omne ex Deo erat: Cumque expedirentur ordines, non solùm diversi, sed oppositi, nullus peccabat: omnes merebantur, sicque melius assequebatur intentum, & contradictio securiùs fundabatur.*

In necessitate fundatur Concilium Carthaginense, relatum *in cap. Petimus* 19. 11. *quæst.* 1. ibi: *Petimus, ut dignemini dare fiduciam, qua necessitate ipsa cogente, liberum sit nobis Rectorem Provinciæ secundùm statuta gloriosissimorum Principum adversùs illum adire, qui plebem quam invaserat, usque hodie commonitus, secundùm quod statutum fuerat, relinquere contemnit: ut qui miti admonitioni Sanctitatis vestræ acquiescere noluit, & emendare illicitum, authoritate judiciaria protinus excludatur. Aurelius Episcopus dixit, Servata forma disciplinæ, non æstimabitur appetitus, si à vestra charitate modestè conventus, recedere detrectaverit, cum fuerit, suo contemptu, & contumacia faciente, etiam authoritate judicaria conventus. Honoratus, & Urbanus Episcopi dixerunt. Hoc enim omnibus placet. Ab universis Episcopis dictum est, Justum est, Placet.* Et antea à Gelasio Papa Ezechiæ comiti *in Can. Christianis 12. cad. cau. & quæst.* per illa verba: *Sublimitatis tuæ tuitione vallentur, ne quid illis aut surreptio, aut inimica legibus violentia necessitatis imponat.* Ampliùs de hac re in aliis decisionibus.

Non minus approbat modum illum recurrendi, instan- 44
tia Religiosorum Societatis Iesu Civitatis Majoricen. ad quorum favorem fuit expeditum Rescriptum Regium, directum Procuratori Regio Majoricen. quod sequitur.

EL REY.

EGregio Conde, Pariente nuestro, Procurador Real se ha entendido, que por aver los Religiosos de la Compañia de Iesvs de essa Ciudad pedido Salvaguardia à la Real Audiencia, en razon de la nueva fundacion de Pedro Antonio San Martin, y teniendo en ella contra los atentados del Vicario General de la Sede vacante, se trata de proceder contra ellos, mandandoles salir de Mallorca, y que

y que vayan personalmente à Roma, y con otros medios; y siendo como es contra la costumbre inmemorial, y Regalia, que me pertenece en todos mis Reynos, y de quelos Ecclesiasticos oprimidos de hecho, y contra derecho por Juezes Ecclesiasticos pueden tener, y tengan recurso por via de fuerca à mis Tribunales. Estareys advertido no permitir, que por aver pedido la Salvaguardia, y tenido recurso à essa Real Audiencia los molesten, ni saquen, ni manden salir, ni ir personalmente à Roma, ni venir à esta Corte, ni que por esta causa se proceda contra ellos criminalmente, ni se les notifiquen letras, provisiones, y mandatos por esta causa; antes por los medios legales acostumbrados defendays la Salvaguardia, y mi Regalia, procediendo assi contra los Notarios que intentaren notificar, ò huvieren notificado letras Apostolicas, ò otras qualesquier personas, que entrevinieran en ello, encarcelandoles, ò por otros medios de justicia; que assi conviene à mi servicio. Dada en Madrid à 5. de Noviembre 1632.

YO EL REY.

Vt. Don Franciscus de Vico Reg. *Vt. Episcopus Præses.*
Vt. Don Melchior Sisternes Reg. *Vt. Baletula Calbansllas Reg.*

Fernet Secretarius.

45 Liceat etiam in præsentiarum per jus nostrum singillatim perquirere in quo hujusmodi Regii recursus personarum Ecclesiasticarum approbati videntur, & aliundè Apostolicè confirmati apparent: Primò ex usat. *Alium namque de jure fisci*, qui expressit, de officio Principis esse adjuvare oppressos per illa verba: *Et manuteneret oppressum, & occurreret oppresso.*

46 Usaticus iste observandus est, non quia confrontet cum jure communi, ut dixit Serenissimus Dominus Rex Petrus Tertius *in c. 3. Cur. Barcin. anni* 1380. Est Prag. unica *sub tit. de legibus, usat. & constitut. vol.* 3 sed quia est approbatus à Comite Barcinon. & Principibus nostris, ut statuit dictus D. Rex Petrus Tertius in dict. Pragmat. & post sancitum fuit *in cap.* 40. *cur. anni* 1599.

47 Qui usaticus cum loquatur simpliciter, & indefinitè, poterit eo remedio Clericus juvari, ut concludunt DD. practici super *dict. usat.* & signanter Oliba de jure fisci *cap.* 11. *num.* 51. *& seq.* per illa verba: *Quia Clerici intelliguntur sub generalitate usaticorum, & gaudent usaticis favorabilibus: tum quia subsunt Regi in multis; quia sunt populati in sua terra; tum quia hoc congruit legi Canonicæ in cap. Dilecti extra de foro comp.* & infra ibi: *Cum ergo hic usaticus; Alium namque cum similibus pluribus, loquatur simpliciter, & indefinitè, poterit Clericus hoc remedio uti.*

48 Dicti Usatici, & Generalium Constitutionum observantiam jurat Dominus Rex in principio sui regiminis, & specificè de protegendis oppressis, ut annotat Oliba *de jur. fisci cap.* 3. *num.* 28. Mieres *in cap.* 4. *Curiæ Barcin.* Alphonsi Quarti, incipit; *Item commemoramus coll.* 12. *vers. Sequitur*, ad quæ pariter cum juramento adstringitur in hoc Principatu Locumtenens Generalis Domini nostri Regis, qui *Alter Nos* cognominatur, & eandem Majestatem in omnibus Regaliis, & præeminentiis tenet, probat Oliba *de jur. Fisci dict. cap.* 11. *num.* 44. *& cap.* 14. *num.* 111.

49 Secundò quia Dominus Rex Petrus Tertius in Pragmatica directa Comiti Urgellen. Gubernatori Generali dat. Barcinonæ die 5. Augusti 1339. quæ est in ordine Prima *tit. de defensis in* 2. *vol. Constit.* perpetuò posuit sub speciali Principis protectionis præsidio Clericos, personas Ecclesiasticas, & eorum bona solemniter promittens contra inferentes eis injuriam, violentiam, aut offensam, potenter, & violenter insurgere, receptis etiam bonis, quæ tenent in feudum, & aliàs procedere, prout fortiùs de jure fuerit; cum qua concordant Constitutiones per nos citatæ *tom.* 1 *decis.* 3. *num.* 8.

50 Et licèt hæc Regia Pragmatica, & cum quibus concordant Constitutiones, communiter intelligatur respectu sæcularium, qui Ecclesiasticos, vel eorum bona offendunt, vel lædunt; attamen jure insonum non erit dicere, ad Ecclesiasticos oppressos à suis Judicibus trahi, tum ob generalitatem qua loquitur, addita dictione indefinita, *& alii*; tum etiam quia versùs injuriantes, qui habent feuda (quæ etiam in hoc Principatu obtinent Prælati Ecclesiastici) procedere statuit ad feudi occupationem, & si eo caret, pront fuerit de jure in illis verbis; *Ac receptis potestatibus eorum omnium, quæ à nobis tenent in feudum, & alias fortiùs de jure* propter hæc dicere possumus illas leges Municipales habere vim Canonis Provincialis, eo quod fiunt in Curia de consensu Status Ecclesiastici, quæ inde approbari solent à Summis Pontificibus: ad tradita per Reg. Mattheu *de reg. Reg. Volent. cap.* 7. §. 1. *num.* 74. *cum seq.*

Confirmata amplius apparent antedicta ex Bulla San- 51
ctitatis Clementis Septimi apud Sanctum Petrum 7. Kalend. Maii 1524. quæ licèt videatur promulgata super confirmatione jurium generalitatis; attamen accuratiùs inspecta, etiam importare videtur confirmationem Constitutionum editarum in Curiis Generalibus. Nam Deputati hujus Principatus suam Sanctitatem supplices exorarunt, consuevisse Curias Generales celebrari per Regem, & Proceres (qui in tres hominum status dividuntur, videlicèt Clericorum, Nobilium, sive Militarium, & Syndicorum Civitatum, & principalium Oppidorum Regiorum, qui tria Stamenta, sive Brachia Curiarum vocantur,) ad defensionem Principatus, pro expellendis ab eo hostibus tam fidei, quàm aliis, sæpe Provinciam, tum per mare, tum per terram infestantibus; ac pro aliis necessitatibus, & utilitatibus publicis, necnon etiam consuevisse taleas, sive gabellas super diversorum generum mercibus in dictis Curiis Generalibus imponere, vel impositas minuere, vel augere per suos Ministros, vel Officiales ad id nominatos exigendas, & ab Ecclesiasticis etiam solvendas ordinationes, & statuta concernentia facere, & super præmissis omnibus esse in possessione immemoriali, quæ vim habebat tituli Apostolici. Obsequenter propterea supplicantes suam Beatitudinem, ut dignaretur ea omnia, & singula authoritate Apostolica confirmare, eaque innovare, & de novo concedere. Quibus supplicationibus annuens sua Sanctitas, per illa disposuit verba; *Talearum, gabellarum, fogagiorum, ac aliarum quarumcumque exactionum, impositarum, Magistratuumque, & aliorum Officialium, & Ministrorum deputationes, creationes, constitutiones quoque, statuta, stabilimenta, ordinationes per dictas Curias Generales, ut præmittitur facta, & fieri consueta, nec non consuetudines, privilegia, & indulta Apostolica præfata, ac omnia, & singula in eis contenta, etiamsi de privilegiis, & indultis prædictis, aliter quam ut præmittitur non constet, etiam quoad Ecclesias, ac Ecclesiasticas personas, seculares, & Regulares prædicta ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine Apostolica authoritate, & tenore præsentium approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui intervenerint in eisdem supplemus, eaque omnia, & singula potiori pro cautela innovamus, & de novo eisdem Curiis Generalibus, eoramque Brachiis, & Brachiis præfatis, ut ab inde perpetuis futuris temporibus, sic ac quando, & quotiès dicto Brachio Ecclesiastico, ob necessitates, & utilitates publicas, aut dicta Brachia conjunctim, vel divisim concernentes, & prædictis necessitatibus relevantes eis expedire videbitur, & si placuerit, & non aliàs, quascunque similes, vel dissimiles taleas, gabellas &c. imponere &c.*

Sic inferri valet etiam fuisse intentionis suæ Sanctita- 52
tis in citata Bulla confirmare congressum nostrarum Curiarum Generalium, ac ejus Constitutiones, stabilitas pro defensione, vel communi utilitate Provinciæ. Ad quas referendas esse censemus illas, quæ ad protegendos Ecclesiasticos, & eorum bona sunt favorabiliter constitutæ, suadente id ipsum necessitate, & communi utilitate; ad tradita per Vicecanc. Crespi *obs.* 3. *n.* 32.

Et hoc idem videtur, ni fallor approbatum (respectu 53
modi procedendi versus Judices Ecclesiasticos, eos vocandum ad banchum Regium) per confirmationem Apostolicam, ultra possessionem immemorialem, de quibus amplius peragitur *in decis.* 140. *& decis.* 141. *seq.*

Sunt in hanc partem de Ecclesiasticis protegendis in 54
suscepta materia Practici nostri, Marquilles *in d. usat. Alium namque de jure fisci, vers. Nota verba, fol.* 332. *col.* 2 Oliba *de jure fisci cap.* 13. *num.* 40. *& cap.* 14. *num.* 100. *& cap.* 15. *num.* 33. Ripoll. *de Regal. cap.* 6. *num.* 34. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *part.* 3. *num.* 9. *& decis.* 316. *num.* 2. *& 3. & decis.* 390. *num.* 1. *part.* 2. Regens Cortiada *part.* 1. *decis.* 29. *num.* 111. Peguera *decis.* 92.

Extant

Extant varia exemplaria id ipsum probantia. Sic in facto supplicationis interpositæ per Ioannem Oriol Archidiaconum Maiorem Ecclesiæ Gerunden. à procedimentis contra eum factis per Carolum Cagarriga Archidiaconum de Benasch Ecclesiæ Ilerden. Subcollectorem Cameræ Apostolicæ die 26. Octobris 1565. referente Magnifico Michaele Ferrer R. A. D. Et 12. Iulii 1627. referente Gamis in facto Fisci Procuratoris, & Fratrum Discalceatorum Carmelitarum Civitatis Gerundæ, à procedimentis Iudicis Delegati Apostolici, instante Rectore Collegii S. Martini Cacosta eiusdem Civitatis, de quo amplius in alia decis.

56 Et die 13. Iulii 1655. in facto supplicationis oblatæ per Capitulum Sanctæ Ecclesiæ Cathedralis Ilerden. à procedimentis Iudicis Delegati Apostolici, instante Iosepho Solà Medicinæ Doctore, Tarraconæ Cive, referente Magnifico Ludovico Ferrer R. A. D. eo motivo, quia præstò superior adiri non poterat, qui liberaret Capitulum ab oppressionibus, & periculum erat in mora: de quo exemplari Regens Cortiada *dec. 29. nu. 124.*

57 Et 10. Decembris 1660. referente Nob. Ioanne Baptista Pastor R. A. D. & postea in Supremo Aragonum Concilio Regente, in facto Fr. Gasparis Sala, instante, Fr. Don Gisperto Amat, Abbate Sancti Cucuphatis Vallen.

58 Et die 11. Ianuarii 1670. (in lib. conclus. civilium illius anni fol. 8.) in facto firmæ iuris in R. A. factæ per Fisci Procuratorem Patrimonialem, procedimentis contra Episcopum Dertus. & eius Curiam Ecclesiasticam factis per Conservatorem Religionis Sancti Ioannis Hierosolymit. referente Nob. Iosepho Rull Regio Consiliario, nunc in Supremo Concilio Aragonum Regente.

59 Et die 21. Novembris 1685. (in lib. conclus. civilium illius anni fol. 451.) in facto supplicationis oblatæ per œconomum Prioris, & Conventus Sancti Hieronymi de Belem, aliàs *de la Murtra*, procedimentis contra eum factis per Iudicem Commissarium Apostolicum, ad instantiam Nob. Mariæ Theresiæ de Quinones Corbera, & Sant-Climent, referente Nob. Iosepho Pastor Regio Consiliario.

60 Et die 29. Maii 1686. referente eodem Nob. Iosepho Pastor & Mora Reg. Senatore in facto Salvatoris Prunyolosa Canonici, & Camerarii Ecclesiæ Dertusen & Don Antonii Sayol Canonici Sedis Barcinonæ à procedimentis Iudicis executoris Apostolici, instante Capitulo Sedis Gerunden. in actis Llampillas, Scribę Mandati.

61 Et die 20. Maii 1694. in facto Doctoris Iosephi Coll Hebdomadarii Maioris Parochialis Ecclesiæ Sancti Stephani de Palau Tordera, à procedimentis Iudicis Delegati Apostolici, instante Ioanne Paulo Pesques Presbytero, ad Relationem Magnifici Vincentii Sabater R. A. D. in actis Casals Notr.

62 Et die 10 Martii 1696. ad relationem Magnifici Franciſci de Verthamon Regii Consiliarii, in facto D. Bernardi Enveja Prioris Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ huius Civitatis, à procedimentis Iudicis Delegati Apostolici, instantibus Canonicis, & Capitulo eiusdem Ecclesiæ. Reliqua *in Decis. seqq.*

DECISIO CXL.

ARGUMENTUM.

Modus procedendi per informationem ad banchum Regium versùs Judices Ecclesiasticos Ordinarios inobservantes Concordiam pro terminandis contentionibus cum Judicibus sæcularibus stabilitam, & adversùs Judices Commissarios Apostolicos, Regiam Jurisdictionem occupantes, & exercendi in suo casu remedia occupationis temporalitatum, vel bannimenti; est confirmatus authoritate Apostolica, ad explicationem capituli, quod incipit *UBI VERO' EVIDENTER*, contenti in dicta Concordia, quæ reperitur *in Pragmatica Prima de contentione jurisdictionum*, cujus littera adamussim exponitur. Ubi etiam traditur quod tempus requiratur ad præsumendum beneplacitum Apostolicum in alienatione rei stabilis Ecclesiæ; & quod in adquirenda jurisdictione plena.

SUMMARIUM.

1 *Nihil tam naturale est, quàm pacta servari.*
2 *Illa verba* pacta servabo *procedunt ab ore Dei.*
3 *Licèt pacta non fiat leges communes, sunt tamen leges contractus.*
4 *Quando pacta sunt inserta in ipso contractu, eum coalescunt, itaut dicantur leges, & portiones ipsiusmet contractus.*
5 *In contractu contenta, regulariter judicantur correspectiva, & unum alteri inest, & unum recipit intelligentiam ab alio.*
6 *Decisio Senatus.*
7 *Contractus, & pacta in eo contenta, præsumuntur inter se correspectiva, & mutuo intuitu, & contemplatione celebrata.*
8 *Quando plures dispositiones in transactione sunt correspectivæ, si fuerit erratum in parte, causaque expressa in parte sit falsa, in totum corruit transactio, una cum Judicis decreto: cum Senatu.*
9 *Alia Decisio Senatus.*
10 *Pactum resolutivum appositum in transactione plurium rerum ostendit, eam esse individuam, quodque super uno sine altero nullatenus fuisset transactum, & ejus vigore in totum, non etiam in partem resolvendum esse.*
11 *Quando solemnitates fuerunt servatæ in contractu, ubi aderat pactum resolutivum, alias adhiberi solemnitates non oportet in illius pacti electione.*
12 *Pacta, quæ post contractum fiunt in continenti, insunt contractui.*
13 *Senatus Decisio.*
14 *Quando contractus, etsi diversis instrumentis celebrati, dicantur correspectivi: cum Senatu, & num. 15.*
16 *Pacta in continenti adjecta in contractibus bonæ fidei pariunt eandem contractus actionem.*
17 *Idem in contractibus stricti juris.*
18 *Capitulum* ubi verò *dictæ Concordiæ Apostolicæ mansit confirmatum in casu inobservantiæ concordiæ.*
19 *Modus procedendi ante Concordiam Apostolicam.*
20 *Expenditur Doctrina Marquilles.*
21 *Alia Regentis Matheu usque ad nu. 23.*
24 *Expressior Doctrina Domini Vicecancellarii Crespi.*
25 *Remedia antiqua, quæ exequebantur ante Concordiam Apostolicam.*
26 *Non est præsumendum, statuentem actum frustratorium disponere velle, contra ipsius intentionem, viam excessibus aperiendo, in excedentium impunitatem, & pessimum exemplum.*
27 *Remedia occupationis temporalitatum, & bannimenti contra Ecclesiasticos contumaces, & omnino inobedientes sunt exequenda moderatè, urbanè, & per suos gradus, ordinatè, cum majori circunspectione, & charitativè, à nu. 28.*
29 *Occupatio temporalitatum est restricta ad jurisdictiones temporales. Et quomodo id intelligatur num. 30.*
31 *Post occupationem temporalitatum aliis remediis est utendum regulariter, & subsidiariè, quousque reintegratur Regia jurisdictio.*
32 *Transactioni non adversatur veniens extra in ea reservato.*
33 *Defensio naturalis est omni jure permissa, & nu. 34.*
35 *In hominibus propter assistentiam rationis defensio debet esse moderata.*
36 *Remedia debent impendi ad mala medendum, & abusus medicamentorum est punibilis.*
37 *Expenditur littera capituli Concordiæ Apostolicæ.*
38 *Possessio immemorialis facit præsumere beneplacitum Apostolicum.*
39 *In alienatione rei Ecclesiasticæ quando excursu temporis præsumatur beneplacitum.*
40 *Ad intelligentiam Bullæ Urbani Octavi, usque ad n. 44.*

45 Re-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

45 *Recitantur Reſcripta Regia.*
46 *Ad probandam juriſdictionem plenam, ſufficit poſſeſſio immemorialis, cum circunſtantiis, quæ ibi explicantur.*
47 *Ratio, cur eſt obſervanda conſuetudo antiqua, traditur.*
48 *Uſus Regaliæ in una ſpecie oppreſſionis extenditur ad aliam, quando adeſt jus, & cauſa univerſalis.*
49 *Remiſſivè de obſervantia interpretativa.*
50 *Bulla in Cœna Domini, reprobando recurſus ad Principes ſæculares, non comprehendit recurſus per viam contractus, confirmatione Apoſtolica roboratos.*
51 *Derogatio generalis non comprehendit privilegium quod tranſivit in contractum; nam ad id derogandum requiritur ſpecialis derogatio.*
52 *Derogatio facta per clauſulas generales, veluti.* non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, privilegiis, vel conſuetudinibus contrariis, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque alia firmitate roboratis, cum decreto, & aliis, *non comprehendit diſpoſitiones juratas, nec tollit privilegia clauſa, vel redacta in corpore juris, nec quæ tranſierunt in vim contractus, quæ requirunt ſpecialem, & expreſſam derogationem.*
53 *Quando vis, & violentia eſt manifeſta in admiſſione recurſus perſonæ Eccleſiaſticæ, non violatur libertas Eccleſiaſtica, prout non eſt contra libertatem, quando deficit facultas adeundi proprium Judicem.*
54 *Bulla in Cœna Domini non improbat immemorialem poſſeſſionem, quam defenſio naturalis induxit, quæ debet eſſe inculpatæ tutelæ num. 53. Cautè, & per viam politicæ coertionis, num. 56.*

1 NIHIL tam naturale eſt, quàm pacta ſervari, *l. 1. cum vulgatis ff. de pactis*, in eo ſiſtit major juſtitia *l. 1. §. ſi convenerint ff. depoſiti cap. 1. §. ſiid quod, Quæ fuit prima cauſa benef. amit. in uſibus feud.* Et publica utilitas Sperel. *par. 2. deciſ. 131. num. 15.* ac dictamen rationis. Moron. *de treug. & pac. quæſt. 17. num. 2.* Principum præceptis ſancitum, juxta illud Caſſiod. *var. lib. 8. Epiſt. 8. Cupimus enim in ſubiectis fidem reperiri, quam larga poſſimus pietate munerari.*

2 Hinc dicitur, quod illa verba *pacta conventa ſervabo* procedunt ab ore Dei. Sperel. *par. 2. deciſ. 131. num. 15.* Et hinc etiam, quod Deus pacto ligatur. *Gen. cap. 9. verſ. 11.* ibi: *Statuam pactum meum vobiſcum, & neequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluvii.* Plotus *conſil. 11. in princ.* Barboſa *axiom. 173. n. 2.* Surdus *conſ. 183. n. 11.*

3 Et licet pacta non ſint leges communes, juxta illud Plau. *in Aſin.*

Has tibi non pactis, ſed legibus dare juſſit,

Leges tamen ſunt contractus, quibus inhærent. Pereyra *de renovet. emphyt. quæſt. 11. num. 3. ad fin.*

4 Propterea fit certum, quòd quando pacta ſunt inſerta in ipſo contractu, eum coaleſcunt, itaut dicantur leges, & portiones ipſiuſmet contractus, *l. Initio. 5. Cod. de pact. inter empt. l. Dotem 10. C. de jur. dot. l. Paciſci 31. l. In emptionibus 34. ff. de pactis, l. Juriſgentium 7. §. Quinimo, ff. eod. l. Lecta 40. verſ. Dicebam, ff. de reb. cred. l. Petens 24. Cod. de pact. l. Pacta conventa 72. ff. de cont. emp.* Oroz. *in apic. jur. lib. 2. cap. 12. num. 4. & lib. 3. cap. 3. num. 11.* Retes *opuſc. lib. 2. ſect. 4. cap. 4 num. 8. in fine.*

5 Et cum omnia in contractu contenta, regulariter judicentur correſpectiva, & unum alteri ineſſe. Rota *recent. deciſ. 592. numer. 2. par. 3. & deciſ. 36.* coram Ninot. *num. 3. & tom. 1. par. 18. deciſ. 77. numer. 4. cum ſeqq.* Ideo cum contractu debent eodem jure cenſeri, proinde ac ſi eſſet una diſpoſitio, *l. Fundi partem 79. ff. de cont. empt.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 627. numer. 22. & cap. 692. numer. 38.* Rota apud Seraph. *deciſ. 547. numer. 1.* & coram Penna *deciſ. 501. numer. 3. & recent. par. 13. deciſ. 242. numer. 13. & par. 18. tom. 2. deciſ. 654. numer. 15.* & antea *par. 12. deciſ. 230. numer. 25.* ubi quòd unum recipit intelligentiam ab alio in eodem inſtrumento adiecta. Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 13. numer. 10.* Rota coram Burato *deciſ. 336. numer. 8.* & coram Dunoz. *deciſ. 622. num. 1.*

6 Hæc attendit noſter Regius Senatus in cauſa inter Joannem Mirabell, Civem honoratum Barcinonæ, & Mariannam conjuges ex una, & Joannem Carreras, Civem honoratum Barcinonæ, & alios, ex altera partibus, referente Nob. Joanne de Colomer Regio Conſil. (Eſt in lib. conc. illius anni fol. 225.) ubi fuit dictum,

in tranſactione prætenſa læſiva, attendenda eſſe omnia pacta in ea expreſſa, quoties ſunt inter ſe connexa, & dependentia, nec de illis eſſe ſeparatè judicandum, cum pacta in contractu appoſita ſint partes ipſius, quæve omnia per partes contemplantur.

Hinc dimanat altera regula, quod cum contractus, & 7
pacta in eo contenta, præſumantur inter ſe correſpectiva, & mutuo intuitu, & contemplatione celebrata, Pacion. *de locat. & conduct. cap. 25. num. 62.* Rota coram Ninot. *d. deciſ. 36. num. 3.* quos ſequitur Urceol. *de tranſact. quæſt. 97. num. 26.*

Ideo in caſu quo plures diſpoſitiones in tranſactione 8
ſunt correſpectivæ, ſi fuerit erratum in parte, cauſaque expreſſa in parte ſit falſa, in totum corruit tranſactio una cum Judicis decreto ſuper ea interpoſito, propter unitatem, & indiviſibilitatem tranſactionis, quæ unica reputatur. Manent. *conſil. 37. numer. 58. & 59.* Torre *de pact. ſucceſſ. lib. 2. cap. 36. num. 60.* Rota coram Merlin. *deciſ. 603. numer. 13. & deciſ. 621. numer. 4.* Urceol. *de tranſact. quæſt. 97. numer. 19. cum ſeq.* ubi *per tot. quæſt.* quærit conjecturas, ad inducendum connexitatem capitulorum, vel eorum ſeparationem in tranſactione.

Ita Senatus die 6. Maii 1669. ref. Reg. Senatore Cortiada inter Joannem Forès & Montagut Nott. ex una, & Nob. Joannem de Olmera ex altera, (fol. 125. concluſ. illius anni.)

Sic (in terminis decreti partim ex vera, partim ex falſa cauſa interpoſiti, ut in totum reddatur nullum) dixit Senatus in cauſa inter Catherinam Llinàs viduam ex una, & Joannem Sunyer & Llinàs Agricolam de Vilamara ex alia, referente Magnifico Joſepho Aleny Regio Senatore 20. Junii 1672. In actis Golorons Nott.

Sic Senatus in cauſa Nob. Bonaventuræ de Triſtany Regii Senatoris, contra Hyacinthum Canet, Agricolam, referente Nob. Franciſco de Ribera die 6. Julii 1679. In actis Melchioris Cortès Nott.

Quam regulam admiſi in cauſa inter Nob. Joſephum 9
Gallerandum de Ardena & Darnius, olim de Cartellà, Çabaſtida, Eril & Fons, Barcinonæ populatum ex una, & Joannem Raymundum Triſtany, Agricolam Parochiæ Beatæ Mariæ de Ardevol Cœlſon. Diœceſ. & Mariam Triſtany ejus marrem, partibus ex altera, ubi in Regia Audientia, inſequendo in ea concluſionem, fuit dictum, vitio infectam eſſe ex falſa cauſa tranſactionem, & continere in uno capite errorem, & ob falſam cauſam irritari totum contractum, propter ejus individuitatem die 27. Julii 1687. Eſt in lib. concluſ. illius anni fol. 210.

Non minùs alia admittitur regula, quòd pactum re- 10
ſolutivum appoſitum in tranſactione plurium rerum, oſtendit eam eſſe individuam, quòdque ſuper uno ſine altero nullatenus fuiſſet tranſactum, & ejus vigore in totum, non etiam in partem reſolvendam eſſe, tradit Urceol. *de tranſact. quæſt. 97. num. 19. & ſeq.* Rota *recent. tom. 1. part. 18. deciſ. 138. num. 1. cum ſeq.* ea ratione, quia omnes contractus ſunt approbatione, & acceptatione individui, quos pro parte acceptare, & pro parte reprobare non licet, *l. Cum quæritur 16. in fin. ff. de adminiſt. tut. l. Si ita ſtipulatio 39. in fin. ff. de oper. liber. l. fin. de accept.* Rauden. *deciſ. Piſan. 7. numer. 31.* Rota *deciſ. 558. in fin. part. 1. diverſ.* & in terminis tranſactionis Laderch. *conſ. 62. numer. 10. & ſeqq.* Rota coram Mohed. *deciſ. 10. in fin. de re judic.* cum aliis coram Coccin. *deciſ. 708. num. 3. & part. 17. recent. deciſ. 398. nu. 9. & 10. & par. 18. tom. 1. d deciſ. 138. num. 3. & ſeq.*

Ad eandem rationem refero, quòd quando ſolemni- 11
tates fuerunt ſervatæ in contractu, ubi aderat pactum reſolutivum, alias adhiberi ſolemnitates non oportet in illius pacti electione. Alex. *conſil. 189. numer. 13. & 14. lib. 7.* Socin. Sen. *conſ. 254. numer. 2. verſ. Ubi pater lib. 2.* Zacch. *de oblig. camer. deciſ. 259. numer. 3.* Rota coram Duran *deciſ. 156. num. 15. & ſeqq. & recent. part. 13. deciſ. 396. numer. 9.* & quòd talis acceptatio poſſit fieri à minore, vel muliere, etiam non ſervatis ſolemnitatibus juris communis, vel ſtatuti; quando ſolemnitates fuerunt ſervatæ in ipſa concordia, ubi aderat pactum reſolutivum, & quòd ulteriùs non ſint adhibendæ in illius pacti electione, probat Urceol. *de tranſact. quæſt. 99. num. 15.*

Illa quæ de pactis diximus, quòd ſi inſunt contractui, 12
non poſſint ab eo ſeparari, procedunt etiam etſi pacta non ſint inſerta in ipſo contractu, ſi fiant incontinenti,

veluti in ingreſſu ipſorum, *l. Initio 5. l. penul. C. de pact. inter emp. & vend. l. Juriſgentium 7. §. ut puta ff. eod.* Aut in egreſſu poſt perfectum contractum modico intervallo, *d. l. Juriſgentium 7. §. Quinimo ff. de pactis, l. Petens 27. Cod. eod. l. Si apud 3. Cod. de ædil. actio.* Illuſtrat D. Joſeph. Ferdinand. de Retes *opuſc. lib. 2 ſect. 4. c. 1.* Hermoz ad Lopez *gloſ. 9. num. 23. l. 43. tom. 2. pag. mihi* 201. Fontan. *de pact. nup. tom. 1. claus. 4. gloſ. 5. num. 5. cum ſeqq. & tom. 2. claus. 5. gloſ. 10. par. 1. nu. 10.* Salgado *in labyr. credit par. 2. c. 14. nu. 114.* Olea *de ceſ. jur. tit. 2. quæſt. 2. ferè per tot.*

13 Dixit Senatus die 27. Januarii 1669. in cauſa inter Nob. Joſephum Gorgot ex una, & Joannem Margall ex altera partibus, referente Magnifico Franciſco Vidal & Roca. Eſt in lib. concluſ. fol. 40.

14 Ad tradita antea die 25. Novembris 1616. in cauſa inter Joannem Gurat, & Eliſabet Annam conjuges ex una, & Balthaſarem Monſerrat ex altera, referente Seniuſt. (Eſt in lib. fol. 110.) ubi ex quo in uno contextu per eaſdem partes penes unum notarium fuerunt contractus promiſcuè conventi, facta mentione de illis in quolibet eorum, tantum unus & idem contractus fuit judicatus, quia alter ex altero fuit informatus.

15 Et die 19. Februarii 1629. referente Garau in cauſa inter Franciſcum Ioannem de Oris, Domicellum ex una, & Franciſcum de Bannuls ex altera. [Eſt in lib. concluſ. illius anni fol. 27.] ubi firmato inſtrumento indemnitatis poſt firmam cenſualis, etſi in diverſis inſtrumentis, coram tamen eiſdem teſtibus, & notario confectis, cenſuit Senatus indemnitatem ineſſe venditioni cenſualis, & reputandum pro uno, & eodem actu. Similis die 24 Martii 1684. (Eſt in lib. concluſ. illius anni fol. 120.) in cauſa inter Egregium Comitem de Centelles ex una, & Joſephum Rovira & Palau Agricolam de la Garriga, & Mariam ejus uxorem, ex altera partibus, referente Nabona Reg. Senatore.

16 Et quòd pacta incontinenti adiecta, tam in contractibus bonæ fidei pariant eandem actionem contractus, probant *d. l. Juriſgentium 7. §. Quinimo, l. Lucius 24. l. Die ſponſalitorum 25. §. 1. ff. depoſiti, l. Si quis negotia 34 ff. mandati, l. Si vendita 6. ff. de ſer. expor. l. Qui fundum 73. l. Fundi 79. ff. de cont. empt. l. Si ſterilis 21. §. ſi tibi, l. Prædia 28 ff. de act. empt.*

17 Quàm in contractibus ſtricti juris, *l. Stipulatio 1. §. ſi quis ſimpliciter, verſ. Cum adicit, l. Si ita 135. §. ſe'a. ff. de verb. oblig. l. Lecta 40. ff. de reb. cred. l. Item quia 4 §. ult. ff. de pact. l. Venditor 13. ff. com. præd. l. 1. Cod. ſolut. mat.* comprobat adhærendo opinioni Acurſianæ D. Joſeph. Fer. Retes *opuſc. 2. ſect. 4. cap. 2. & 5.*

18 Aſſidua cogitatione antedicta juris obſervata primordia accepi, & perpendi; an apta viderentur pro aperiendo dubio ſuſcepto, quod non facilis indaginis eſt; atverò ita exploratè habita, pro nunc ſic pondero, & induco. Ad terminandum contentiones juriſdictionales, & alias quoad Judices Ordinarios Eccleſiaſticos cum ſæcularibus Regiis, fuit ſtatuta Concordia Sereniſſimæ Reginæ Eleonoræ, & Eminentiſſimi Cardinalis Convenarum ſub die 11. Junii 1372. quæ decreta fuit per Summos Præſules in diverſis Pontificiis reſcriptis, quæ ad litteram, & ſpecifice recuant DD. noſtri, & allegantur ſupra *deciſ. 126. numer. 19.* in cujus tranſactionis Apoſtolicæ, & Regiæ corpore fuit conventum, quòd ſi ejus obſervantia frangeretur, poſſet Regia Superioritas ad remedia antiqua redire, pro illius tutamine, & oppreſſionis levamine; ut denotant verba illa *Prag. 1. de content. juriſdict.* ibi: *Ubi verò evidenter, vel notoriè juriſdictio Regia per Prælatos impeditur, qui per proceſſus ſuos juriſdictionem impediunt, vel occupant temporalem, tunc non debent mirari Prælati, ſi per exercitium ſuæ ſuperioritatis, quam univerſaliter habet in univerſis temporalitatibus ſui Regni, ad defenſionem ſui juris notorii, adhibeat remedia jam dudum à ſuis prædeceſſoribus ASSUETA.*

19 Cumque ſtylus exequendi remedia aſſueta ante dictam Concordiam Apoſtolicam, & Regiam erat procedendi monendo Judices Eccleſiaſticos tam Ordinarios, quàm Delegatos, quatenus revocarent procedimenta turbativa, vel impedientia Regiam juriſdictionem: vel informarent Banchum Regium, id eſt informarent Regiam Curiam, vel Regium Conſiſtorium. Et, quando contumaciter ſe habebant, procedebatur ad occupationes temporalitatum, bannimenta, & alia remedia, pro reintegranda Regia juriſdictione: ut probavimus *dec. 127. & dec. 128.* de cujus indubitato ſtylo dubitari non valet, prout pro conſtanti fuit jam traditus in recitato Capitulo Concordiæ in illis verbis: *Remedia jam dudum à ſuis prædeceſſoribus aſſueta.* Inde igitur inferri poſſe apparet, ſtylum illum procedendi per informationem ad banchum Regium versùs Judices Eccleſiaſticos, [per remedia antedicta) quo nunc in ſuis reſpectivè caſibus apud Noſtrates utitur, confirmatum manere authoritate Apoſtolica, virtute pacti inſerti in corpore ejuſdem Concordiæ, diverſis Reſcriptis Pontificiis approbatæ; & ex alio pacto, ut infra, quia dicta pacta inſunt, & fuerunt pars ipſius Concordiæ, illam coaleſcentia, correſpectiva, connexa, & cum ea individua, ſine quibus concordatum non fuiſſet.

Hæc amplectitur noſter antiquus Marquilles *in uſat. Barcinonæ ſuper uſat. Alium namque pag. 333. col. 2.* per illa verba: *Quæro etiam quod ſi Prælatus, vel alius Eccleſiaſticus in ſua malitia, & pertinacia ſic perſiſtat, numquid, & qualiter eo caſu procedi poterit contra ipſum. Dicas quòd eo tunc Dominus Rex ſuis cum litteris, & aliis fortiſſimis enantamentis expellat illum à toto Regno ſuo, tanquam inimicum capitalem, & notoriè ſuſpectum, argumento à contrario ſenſu capituli* Super eo verò quod conqueruntur, quod ficta &c. *quod eſt in concordia Dominæ Eleonoris, & Cardinalis Convenarum, quod argumentum fortiſſimum eſt in jure, ut ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd. l. 1. §. bujus rei, conſultiùs tamen faciet Dominus Rex; quia facta ſibi querimonia ab oppreſſo, primò, & antequam ad alia procedat, ſcribat paulatim, & charitativè Prælato, vel alii Eccleſiaſtico opprimenti, regnans ipſum, ut à tali oppreſſione deſiſtat. Et ſi noluerit acquieſcere, tunc Dominus Rex procedat contra eum modo ſupradicto, quod bene meretur; aliàs ſi ita non fieret, certè ea quæ ſignanter Regalias ipſius concernunt, ſicuti hæc, prorſus defendi omitterentur, & ſic exceſſus via aliis aperiretur, tam in talia committendo, quam Principem ſpernendo. Quod ullatenus tolerari non debet, ut probatur Cod. de indict. viduit. l. 2. in fin. 93. deſtin. Can. Pervenit in 2. & Cod. unde vi. l. Meminerint facit 23. quæſt. 1. Can Paratus in fin. & de ſent. excom. cap. Gravis, §. ne igitur in Clement. quod mentis tenet. Et occurrerent obſeſſo id eſt vallato, vel in vulgo affetiato.* Poſt Marquilles ſequitur Reg. Cortiada *t. 1. dec. 28. n. 109.* approbant Reg. Vico *ad Prag. Reg. Sardin lib. 2. tit. 51. poſt nu. 46. verſ. Dictum eſt in fine fol. 607.* 20

Expreſſiùs Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. ſect. 5. n. 214.* ibi: *Solum addere poſſumus, quod apud nos horum remediorum uſus approbatur expreſsè à Sede Apoſtolica, quo omnia in contrarium adducta corruunt. In Concordia in textu exarata, dum verbum inſtituitur de occupatione temporalitatum, banno, & aliis pœnis aſſuetis in Eccleſiaſticos imponendis, hæc verba habentur: Ubi verò evidenter, vel notoriè, juriſdictio Regia per Prælatos impeditur: qui per proceſſus ſuos juriſdictionem impediunt, vel occupant temporalem: tunc non debent mirari Prælati, ſi per exercitium ſuæ ſuperioritatis, quam univerſaliter habet in univerſis temporalitatibus Regni ſui, ad defenſionem ſui juris notorii, adhibeat remedia à ſuis Anteceſſoribus aſſueta. Hic clariſſimè Legatus Sedis Apoſtolicæ obſervantiam, & uſum imponendi has pœnas approbavit, conſuetudinem fatendo. Quæ omnia confirmata per Summos Pontifices Julium Tertium, Pium Quintum, & Gregorium XIII. expreſsè ſunt; ſicque quater à Sede Apoſtolica confirmata reperitur harum pœnarum impoſitio, in Eccleſiaſticos jura Regia perturbantes, & hoc ſine dubio, hæſitatione, aut ambage, nam in duobus decretis Julii Tertii, tenor Concordiæ exprimitur, & verba prædicta tranſcripta reperiuntur, ac per conſequens pœnarum impoſitio expreſsè confirmata.* 21

Qui reſpondet doctrinæ Dianæ *reſol. moral. p. 3. tract. 1. reſol. 27. verſ. Audiant igitur* (repetitæ *in ſum. par. 2. verbo Princeps nu. 6.* & ſequutæ per Delbene *de Parlam. dub. 23. ſect. 1: nu. 2. fol. 282. & de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 9. dub. 13. nu. 5.*) & comprobat Reg. Cortiada *d. deciſ. 28. nu. 110. cum ſeqq.* & ſignanter *nu. 113.* 22

Reſcripta Pontificia confirmantia dictam Concordiam, ſuperiùs per Regentem Matheu relata, ſunt eadem ipſa quæ favent hujc Principatui; & ad litteram expendit Reg. Cortiada *dec. 4. & dec. 7. à nu. 89.* quæve citamus *dec. 126. nu. 19 & 20.* & nullum ex his aptius, quàm ipſa Concordia ſtabilita cum authoritate Apoſtolica, ut dixi *d. dec. 126. num. 19.* & ſupra habetur, cujus inſtituta in hoc Principatu ſervantur. 23

Ne

24 Ne in hoc gravi occursu circa confirmationem Apostolicam, quid omittamus, & una vice nodos, ac anxietates dissolvamus, observare opportunum sensui recensere celebrem doctrinam D. Vicecancellarii Crespi *obs. 3. à numer. 29. ad 31.* qui de hujusmodi approbatione Pontificia nostrorum jurium Patriæ, in desuper citata concordia Apostolica, & Regia, ejus capitula litteraliter enarrando, punctim sic scribit: *Nec prætermittendum est, hujusmodi potestatis exercitium, non solum fuisse tacito Romanæ Ecclesiæ consensu probatum, sed expresso: ut videas quantum absit, quod Anton. Diana scripsit d. resol. 27. 3. part. Ipsosmet Reges, ea esse contra Ecclesiasticam immunitatem, ore proprio confessos fuisse. Nititur autem fragmento quodam Concordiæ Reginæ Eleonoris: sed audias quæsorem integram: Est apud nos in foro 10. tit. de jurisdict. omn. judic. Et quæ ad rem pertinent, hæc sunt verba: Super eo verò quod conqueruntur, quod ficta suspicione Prælati, & personæ Ecclesiasticæ eiciuntur, seu banniuntur à Regno; concordatum est, quod illud si unquam factum est, malè factum est, cum evidenter fit contra Ecclesiasticam libertatem; & est declaratum, quod Dominus Rex declarat, quòd in posterum nunquam fiat.*

Sensus autem est, quod bannire, vel elicit Ecclesiasticos ficta suspicione, sit contra Ecclesiasticam libertatem. Non tamen cum causa justa, & legitima ob publicam quietem id facere. Quod deprehenditur etiam ex illis verbis: Illud si unquam factum est. Neque enim de facto exilii dubitandum erat, quod supponebatur, sed an ficta suspicione factum esset. In quo si factum unquam esset; contra libertatem Ecclesiasticam factum agnoscit. Et ita traducta est hæc clausula in Constitutionibus Cathaloniæ eo idiomate vol. 2. l. 1. tit. 2. cap. 4. his verbis: Sobreço, que es complayen que per ficta suspita los Prelats, è persones Ecclesiastiques son foragitats del Regne, es concordat que si allo es uncafet, com sia evidentment contra libertat Ecclesiastica, è es declarat, que el Senyor Rey declar que nunca de aqui havant fie fet. Et pariter vol 2. const. 2. tit. de cont. jurisdict. & occupat. temporalitatum, quæ est Pragmatica Martini Regis, illa verba leguntur: Et quod per fictam suspicionem non bannirentur fol. 61.

Idemque probatur ex aliis verbis cum de occupatione temporalitatum agitur, quæ sic se habent: Ubi verò evidenter, vel notorie jurisdictio Regia per Prælatos impeditur, qui per processus suos jurisdictionem impediunt, vel occupant temporalem, tunc non debent mirari Prælati, si per exercitium suæ superioritatis, quam universaliter habet in universis temporalibus Regni sui, ad defensionem sui juris notorii adhibeat remedia, dudum à suis antecessoribus assueta.

Vides ergo rem cum Romano Pontifice tractatam, seriò per ejus Legatum decisam, quotidie ad praxim deductam, in qua per Romanum Pontificem hujusmodi superioritatis exercitium expressè probatur, ut per antecessores Principis nostri fuit assuetum. Belluga in speculo rubric. 11. §. viso num. 4. ubi vel jurisdictio Regia notoriè impeditur, vel pax publica turbatur, & alio modo non potest mederi. Tunc etenim notoria, & evidens utilitas pubblica id exposcit. Absit namque aliis in casibus, ea potestate utendi, nos affirmare.

Æqua hæc cum illis quæ *in dec. anteced. in fine*, elocutus sum, & rei certæ, indubiæ, & ita observatæ non quæras jam disputationem, at non prætereas quæ *in dec. seq.* aliquibus obicibus præbemus responsum.

25 Adversùs superiùs ponderata strenuè insurgitur; nam confirmationem Apostolicam comprehendere non posse contenta in dd. cap. Concordiæ supra transcriptis, quatenus contra Judices Ecclesiasticos illam inobservantes reservatur stylus procediendi per informationem ad banchum Regium, & progredendi per remedia assueta, apparet manifestum: quippe ut dixi *decis. 126.* (ex diversis exemplaribus, quæ recognovi) remedia assueta, & antiqua, quæ ante Concordiam practicabantur, erant enantamenta contra personam, & bona Judicis Ecclesiastici, occupatio temporalitatum, interdum denegare Ecclesiasticis audientiam in causis civilibus, & criminalibus, vel Judices Ecclesiasticos declarari alienos à Regia jurisdictione, quibus remedii addit Oliba *de jure fisci cap. 12. à num. 12.* & sequitur Regens Cortiada *decis. 28. à nu. 114.* declarari Judices Ecclesiasticos extraneos, & pro extraneis publicari, vel privari privilegiis, & gratiis Domini Regis, vel puniri pœna indignationis, & iræ Principis, vel pœna diffidationis, & acuidamenti.

Et si Concordia fuit facta pro evitandis supra relatis excessibus, ut diximus *d. decis. 126. numer. 19.* sequitur inde concludere, nequaquam potuisse esse sanctæ intentionis Summorum Præsulum excessus illos, ac eorum permanentiam suo imperio solidare, disponendo actum frustratorium, adversus text. *in l. un. Cod. de Thes. lib. 10.* operando contra eandemmet statuentium intentionem, obstante regula *l. Nec omnis 19. ff. ficert. petat. l. In agris 16. ff. de adq. rer. dom.* viam excessibus aperiendo, unde hic pondero *Can. Pervenit. 2. dist. 93. in fin.* ibi: *Nam si negligenter ea quæ malè usurpantur omittimus, viam aliis aperimus.* In excedentium impunitatem, & pessimum exemplum, *cap. Gravis 2. vers. Ne igitur, de sent. excom. in clement. I. Ambiguitates 2. Cod. de indic. vid. tol. in fin.* in illis verbis: *Cum satis esse inhumanum videatur per leges, quæ periuria puniunt; viam periuriis aperiri.* Ne inde iniuriarum nascantur occasio, unde juria nascuntur, *l. Meminerint 6. Cod. unde vi.* Adversantibus his juris regulis, apparet dicendum, nequaquam per Summos Pontifices fuisse approbatam assuetudinem illam procedendi contra Judices Ecclesiasticos; quia nunquam est utendum pravissimæ consuetudinis regulis. Cicero *de clar. orat. num. 259.* 26

Sed respondetur, quòd ea remedia tam rigurosa, quibus utebatur antiquitas, ante dictam concordiam Apostolicam, & Regiam (innumeros excessus in eorum executionem continebat) post Concordiam admodum inusitata agnovi, remanentibus remediis occupationis temporalitatis, & bannimenti (nisi cresceret indispensabilis contumacia, & inobedientia) ut patet in exemplaribus allegatis *decis. 127.* quorum praxim nunc observamus, moderatè tamen, urbanè, decenter, per suos gradus ordinatè, ut magistraliter admonuit D. Reg. Exea *in disc. super Ecclesia Cæsaraug. Sancti Salvatoris part. 3. numer. 120.* docens, cum majori circunspectione debere charitativè manus dari oppressis, sed non omnino negari ad non incurrendum abusum œconomiæ; nam docet D. Vicecanc. Crespi *obs. 3. num. 32.* ibi. *Hujus enim potestatis sibi creditæ in Ecclesiasticos, Princeps sæcularis, & ejus Ministri tenentur rationem reddere, sive excesserint, sive omisserint, cap. Principes sæculi 20. 33. quæst. 5. adde Thom. Delbene &c.* Et ita legendus est Fontan. *tom. 1. claus. 4. glos. 13. part. 3. num. 8.* ibi: *Quando verò inter Judices Delegatos Apostolicos, & Judices sæculares non servatur dicta Concordia, quia de eis illa non loquitur, Michael. Ferrer in 3. part. observ. cap. 172. & 273. Oliba in usat. Allum namque cap. 11. numer. 21. latè Ludovic. à Peguer. in pract. crim. cap. 24. idem Peguer. latissimè decis. 92. & noster Cancer in alleg. 3. part. var. cap. 10. de content. jurisdict. num. 45. Sed in his hoc servatur, quando per censuras procedunt contra submissos jurisdictioni Regiæ, rescribitur eis, quòd revocent procedimenta per eos facta contra laicum, qui jus firmavit in Curia Regia intra aliquem terminum, aut intra eundem compareant in Regia Audientia banchum Regium informaturi, & si comparent, relinquitur processus Reg. Aud. per quam extrajudicialiter, & sine scriptis cognoscitur, an Judex Ecclesiasticus procedat in suo casu, vel non; si verò non compareat, sed imo contemnendo Regia mandata, contra laicos procedat, solet Regia Audientia facere contra eum declarationem occupationis temporalitatum, quas habeant in Provincia, & crescente contumacia, proceditur ad banniendum dictum Iudicem Ecclesiasticum, & ad declarandum eum pro extraneo hujus Provinciæ.*

Prosequitur Exea *d. disc. num. 124.* ubi postquam constanter stabilierat divisionem jurisdictionum Ecclesiasticæ à Regia ad æqualem normam, pro abusibus tollendis, rem dirigit ibi: *Mas si por accidente usurpasse la una, el oficio de la otra, turbando la armonia, y consonancia del governo, tiene tambien en caso necessario la Ecclesiastica las armas espirituales de las censuras, para defender sus prerogativas, y derechos. Paulus 2. ad Corinth. 10. ver. 4. Nicol. Papa Can. Inter 33. quæst. 2. cap. Dilecto de sentent. excom. in 6. como la secular las temporales de sus moniciones, y emiendas honorables, l. Quicunque 14. C. de Episc. & Cler. l. Consulta Divalis Cod. de testament. Novel. 123. cap. 1. sub finem. Carnot. Epist. 137. 271. Covar. pract. 35. numer. 3. vers. Sic adversus verò Clericos. Cenedo collect. part. 1. cap. 37. numer. 15. Ramirez de legibus Reg. §. 27. num. 12. Illustriss. Præses, & Præsul Parisiens. Petrus de Marcà in prisca, recentique Canonum peritia, nostri sæculi alter Anton. Augustinus lib. 4. de concord. Sac. & Imper.* 28

cap.18. para mantener los suyos, en que deben correr los Ministros con mucha discrecion, y tiento, porque suelen ocasionar estos excessos, no solo desemplança en la armonia publica de sus oficios, mas tambien en sus dichamenes, passando mas allà de lo justo con sus procedimientos, y necessitando de aplicar mayores remedios, para conservar la jurisdicion ofendida, y evitar la turbacion, y escandalos que pueden ofrecerse; si tanta fuesse la usurpacion, y contumacia, podria subsidiariamente llegarse à la separacion, l. Quicumque 14. Cod. de Episc. & Cleric. ibi: Si aliquid vel contra custodiam, vel contra quietem publicam moliri fuerit deprehensus, rursusque Sacerdotum petere, à quo videtur expulsus, prorsus ab ea urbe, quam infecit, secundum legem d. memoriæ Gratiani, centum millibus vitam agat. Novel. 123. de SS. Episcop. §. si quis autem col. 9. Can. Resecandæ, Can. Ecce 24. quæst. 3. D. August. contra Parmenian. Covar. & Cenedo supra, & col. 51. numer. 3. Cancer var. 3. cap. 10. num. 49. & 50. Marta de jurisd. 2. part. cap. 34. num. 3. Suarez cont. Reg. Angl. lib. 4. cap. 34. numer. 15. in fin. Ramirez supra. Pereira de man. Reg. lib. 1. cap. 12. num. 12. Como suele el Maestro de Capilla apartar del Coro al disonante, que destempla su armonia. Carol. Lebret de la soberanité du Prince lib. 2. cap. 15. ubi ex Cicerone non minus diserte, refert has esse leges temporis, non hominis. O el superior à los que desordenan las Republicas con inquietudes, y perturbaciones. Ariss. lib. 3. pol. cap. 9. Cælius Rodigin. lect. antiq. lib. 2. cap. 44. Alex. ab Alex. lib. 3. genial. cap. 20. ubi Tiraq. Christoph. Besold. de Democrat. discur. 2. pag. 45. Sic & Metroici, qui jussu Principis in aliam Civitatem translati sunt, l. Certa forma, Cod. de jur. fisci lib. 10. ubi notant Bald. & Joan. de Ponte de pot. Proregis, tit. de prov. fieri sol. nu. 12. usando precisamente destos medios, hasta bolver à conseguir la quietud, y paz. Ita quod injuriam non inferat, sed auferat, ut inquit. Alex. Imp. Orat. ad Milit. apud Herodian. 5. l Ut vim ff. de just. & jur. l. 1. §. hoc interdictum, l interdicto 6. l. Si vi 15. ff. de vi, & vi arm. Sic & in clarigationibus, sive pignorationibus, Bald. in auth. sed omnino. C. Ne uxor pro marit. nam quòd pro necessitate temporis statutum est, cessante necessitate, debet utique cessare pariter quod urgebat, quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad præsens fieri tempus impellit. Can. Quod 1. quæst. 1. Ramirez de leg. Reg. §. 27. num. 13. Que hermana al Sacerdocio, y al Imperio, juxta Cassiod. l. var. Epist. 1. ibi: Quia pati vos non credimus in utraque Respublica, quarum semper unum corpus sub antiquis Principibus fuisse declaratur, aliquid discordiæ permanere, quas non solum oportet inter se otiosa dilectione coniungi; verùm etiam decet mutuis viribus adiuvari. Just. Novel. 6. ibi: Ex uno, eodemque principio utraque procedentia, humanam exornant vitam. Greg. Septimus lib. 1. Epist. 19. ibi: Sicut duobus oculis humanum corpus temporali lumine regitur, ita his duobus dignitatibus, in pura religioni concordantibus, corpus Ecclesiæ spirituali lumine regi, & illuminari probatur. Innoc. IV. in cap. Dilecto de sent. excom. in 6. ibi: Hi duo gladii consueverunt, exigente necessitate, sibi invicem suffragari, & in juvamè alterius, subventione mutua frequentius exerceri.

29 Ex his dimanat, quòd licèt in hoc Principatu jure municipali, quo hodie utimur, occupatio temporalitatum sit restricta ad jurisdictiones temporales tantùm, & fieri non possit in aliis bonis, aut spiritualibus, aut temporalibus, vel in jurisdictionibus spiritualibus, ex Regio privilegio per Serenissimum Regem Alphonsum Quartum, concesso Stamento Ecclesiastico, dat. in Sancto Cucuphat. 11. Septembris 1418. quod est *Prag. 4. §. 5. de content. jurisdict.* Et ex alia Regia Pragmatica Serenissimi Domini Regis Alphonsi Quarti, dat. Valent. 21. Augusti 1427. quæ fuerunt confirmatæ per Serenissimum Dominum Regem Philippum Secundum in Curiis anni 1547. *in coll. 1. tit. de content. jurisdict.* annotat Reg. Cortiada *decis. 28. num. 88. in fine*, qui idem procedere docet quoad Judicem Delegatum Apostolicum *dec. 29. numer. 108.*

30 Attamen hæc intelligenda esse principaliter, & voluntariè: itaut ab universali bonorum occupatione incipi nequeat, sed tantùm à jurisdictione, observat doctissimus Vicec. Crespi *obs. 64* qui id ipsum prosequitur *num. 4.* ibi: *Si tamen illa non sufficeret, nec alio modo defensioni, aut retintegrationi juris, & protectionis Regiæ, quam Ecclesiastici turbare intenderent, vel præjudicassent, posset succurri, & tanta esset Ecclesiasticorum protervia, & contumacia, ut alio modo expertum fuisset, illos à suis procedimentis non cohiberi, nullo pacto intelligi posset, ut saltem in subsidium eo universali remedio, universa bona occupandi, uti prohiberetur. Id enim esset contra jus naturale, quo vim repellere licet, l. 3. ff. de Justitia, & jur. & nulla lege positiva tolli potest, nec legislatores similem defensionis facultatem auferre velle præsumendum est, §. jus naturale instit. de jure naturali gent. & civili, l. 2. § cum arietes, ff. si quadrupes pauper fecisse dicatur, Clemen. pastoralis 2. de rejudicata. Salgado de retent. bullar. 1. part. cap. 2. à nu. 101. & tota sect. 2. Habet autem hæc suos gradus. Si comminationes sufficiant, ad mandata procedendum non est. Si mandata Judicem Ecclesiasticum comprimunt, ad occupationem non est adiicienda manus. Sed si in sua contumacia, & obstinatione perseveret, omnibus illis remediis, quæ à nostris enumerantur, & recensentur, per suos gradus, & tramites iustè, decenter, urbanè & moderatè, tandemque absque ullis habenis procedendum erit. Quorum mediorum præcipua refert Oliba de iure fisci c. 12. per totum, & à fortiori, quia illa fortiora sunt. Sesse de inhibitionibus cap. 8. §. 3. nu. 97. potest ad universam occupationem temporalitatum indistinctè subsidiariè procedi, fit enim hæc occupatio in hoc casu non voluntariè, aut violenter, sed defensivè, & necessariò, Salcedo de lege polit. lib. 1. cap. 10. num. 33.*

His copulatis fortiùs statuitur solutio obicis anteceden- 31
tis, iterum respondendo, quòd per dictam concordiam fuerunt resecati abusus antiqui, ac quòd remedia in eadem concordia reservata, quibus utimur in nostra praxi, exequuntur extrajudicialiter, at ordinatim, urbanè, gradatim per suos gradus, juxta juris tramites, cum moderamine defensionis (quæ nulla lege positiva tolli potest) & non ultra (contra Judices Ecclesiasticos in casu, quo sunt contumaces, & inobedientes, & perseverant in eorum pertinacia, & obstinatione, usquequò reintegratur Regia jurisdictio à notorio, vel evidenter læsa) absque eo quod conquassentur remedia simultaneè ipsa exequendo; sed alterum si prodesse valeat.

Id præcepit Regia Majestas Petri Tertii contra Ordinarium Ecclesiasticum inobedientem, cum suis litteris dat. Barcinonæ 3. Februarii 1386. cur. 1385. ad 86. fol. 108. Et hæc remedia sunt illa, quæ comprehendit approbatio Apostolica, tanquam regularia, subsidiaria, & indispensabilia, sine quorum exercitio nullatenus concordatum fuisset.

Nec cum his impugnatur Concordia Apostolica, 32
quia transactioni non adversatur veniens ex illa, vel ex jure in ea reservato. Rota coram Bourlemont Reatina Castrorum 26. Novembris 1667. quæ est *recent. par. 15. dec. 128. num. 6.*

Aperiuntur maximè anteriùs roborata, si apprimè 33
perpendatur littera capituli dictæ Concordiæ ibi: *Ad defensionem sui iuris notorii adhibeant remedia*, cum quibus concordat littera Reginæ Mariæ in suo rescripto 19. Februarii 1449. in eius locumtenentia 7. à dicto anno usque ad 450. fol. 88. directo Curiæ Ecclesiasticæ Gerunden. quæ demonstrant cuncta fundari in defensione naturali, ut annotavit D. Vicecanc. Crespi *d. obs. 64. nu. 4.* & statuunt jura naturalia, quibus instruimur, violentiam cum vi repellere, etiam cum armis. *Can. Jus naturale dist. 1. l. vim vi, ff. de just. & jure, l. scientiam 45. §. 4. ff. ad leg. Aquil. l. 1. §. vim vi, l. 3 5. 9. ff. de vi, & vi arm. l. 1. Cod. Quando liceat sine judic. cap. Dilecto 6. de sent. excom. in 6.* ibi: *Cum omnes leges, omniaque jura vim vi repellere, cunctisque sese defendere permittant. Clem. Pastoralis 2. de re jud.* ibi: *De crimine præsertim sic gravi delato defensionis (quæ à jure naturali provenit) facultas adimi valuisset, cum illa Imperatori tollere non licuerit, quæ juris naturalis existunt. cap. 2. de Homic. cap. Si vero 3. de sent. excom.* Et hoc nunquam injustum sed naturale, & æquum habetur, *Can. Jus naturale 7. dist. 1.*

Et licèt DD. illam defensionem juri communi natura- 34
li primævo attribuant ex *l. 1. §. cum arietes ff. si quadrup. paup.* & sic omni animanti sit à natura insita. Cicero *lib. 1. de offic. princ. inst. de jure nat. gent. & civil. l. 1. §. Jus naturale ff. de just. & jur.* ad id Connanus *coment. lib. 1. cap. 4.* ibi: *At existimo vim vi repellamus, hoc etiam iure concessum esse, non inventum, cum id bestiarum sensibus insixum esse videamus:* & inferius ibi: *Sed si vis inferatur, nulla est cui non sit ira, non sit animus iniuriæ impatiens, & prompta sit nova ad defendendum alacritas, quod non modo animantium, verum etiam*

plan-

plantarum, & rerum omnium, quæ ad aliquam vitæ spem aluntur, ineſt vis ea, quæ ſit ſui conſervatrix, tritum eſt Græcorum proverbium, formicæ ſua bilis eſt vt Braſides, ut eſt apud Plut. manum in carricas cum miſiſſet, & in mure, qui in ipſis latebat morſus fuiſſet, exclamavit. Nullum eſt animal tam puſillum, quod non ſe vlciſcatur laceſſitum, nec vero alia de cauſa, datum apibus aculeum eniſimo, arbores etiam ſi incurventur, nituntur in contrarium, & palma repellit onus impoſitum, nec quidquam eſt rerum omnium, quæ gignuntur in terra, quod non aliqua habeat naturæ adiumenta, quibus ſe vendicat. Manutius in Cicer. *d. lib. 1. de officijs*, tento quòd defenſio omni animantium generi eſt communis, ſcribit ibi: *Hinc bruta dentibus, cornubus, vnguibus, teſtis, cruſtis, ſcammis, ſpinis, & id genus alijs rebus armata, munitaque ſunt, vt vim propulſare, aut quomodocumque ſe tueri valeant*; recitat Saravia *de adiunct. quæſt. 30. num. 23.* & non minus erudite Reg. Lopez *in diſc. ſuper ordin. anni 1684. Regni Peruan. cap. 10. num. 2.*

35 Eſt tamen cum hac differentia, nam in hominibus propter aſſiſtentiam rationis, defenſio debet eſſe moderata, in irrationalibus é contra. Senec. *lib. 2. tract.* ibi: *Quibus pro ratione eſt impetus, homini verò pro impetu ratio eſt* Cicero *lib. 5. offic.* ibi: *Sed inter hominem, & belluam hoc intereſt, quòd hæc tantùm ſenſu moveatur; homo autem, qui rationis eſt particeps, cauſas rerum videt.* Et ſic defenſio in hominibus debet eſſe rationabilis, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, dixit *deciſ. 42. nu. 7.* id eſt ſine exceſſu, vt explicat Conciol. *reſol. crim. verſ. Defenſio reſol. 3. num. 6.* & probat text. *in cap. Significaſti 18. de homicid.* ac illuſtrant Mancius genial. *cent. 1. cap. 11. & 12.* Solorz. *de iure Ind. lib. 2. cap. 14. num. 4.* Fab. *lib. 2. ſemeſt. cap. 2.* & alij citati per Tellez *ad cap. Si perfodiens 3. num. 9. & 10. & cap. Significaſti 18. de homic. num. 5.* cum moderamine adæquato violentiæ. Suarez *contra Reg. Angl. lib. 4. cap. 34. à num. 33.* Lucas de Peña *in lib. Si Coloni col. 11. Cod. de agric. & cenſ. lib. 11.* ad hæc Reg. Senator de Amigant *deciſ. 5. num. 4. & 5.* Vel etiam dici valet inculpatæ tutelæ, id eſt deficiente facultate adeundi proprium ſuperiorem. Saravia *de adiunct. quæſt. 30. num. 63.* Fraſſo *de Reg. part. Ind. cap. 39. num. 9* & amplius nos infra. Vnde dici valet, quòd ſtatuere in cit. cap. Concordiæ, ad defenſionem adhiberi remedia aſſueta, eſt præcipere, quod debent exequi ea remedia moderatè, ſine exceſſu, ordinatè, ac in ſubſidium.

36 Ponderantur rurſus illla verba *remedia aſſueta* 3 remedia namque ſunt in duplici differentia, vt docet Div. Thomas 1. 2. *quæſt. 42.* ſcilicet, impedientia malum futurum, & præſens removentia, & vtrobique ſalutaria. Cicero *in Octau.* iuxta Poetam Mant. *Prima ſalutiferum quæ medicamen habent.*

Cum moderamine etiam, nam abuſus medicamentorum punibilis eſt, *l. 8. ff. ad leg. Iul. Aquil. §. Præterea, Inſ. eod.* plura Tellez *in cap. Ad aures 7. de ætat. & qual. ordin. num. 6.*

37 Iterum expenduntur eadem verba *remedia aſſueta*, quę conſultò punctim perſpicit Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. num 214* & cum his docet, uſum horum remediorum expreſsè à Sede Apoſtolica approbatum fuiſſe, & clariſſimè Legatum Sedis Apoſtolicæ, obſervantiam, & uſum imponendi illas pœnas approbaſſe, conſuetudinem fatendo.

38 Quando iam ipſa poſſeſſio, vel conſuetudo immemorialis, (de qua apud nos non dubitatur) tribuit, & facit præſumere beneplacitum Apoſtolicum, iuribus vulgatis, & probat Vicecanc. Creſpi *obſ. 1. nu. 276 & ſeqq.* D Don Franciſc. Ramos del Manzano *ad ll. Iul. & Pap. tom. 2. c. 44. nu. 13.* Reg. Lopez *in diſc. ſuper ordinat. Regni Peruan. anni 1684. cap. 7. num 12.* & approbat non minus peritiori luce conſultatio ad invictiſſimũ Carolum Quintum Imperatorem noſtræ Regiæ Audientiæ 2. Auguſti 1576. (in lib. concluſ. civil. illius anni fol. 61.) per illa verba, ad inſtitutum maximopere ponderanda: *Quæ conſuetudine, maximè ſtantibus tot annis, & tantis ſubſidijs præſtitis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, per Comites Barcinonenſes, & Reges Aragonum, præſumitur privilegium dictæ Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Dominis Regibus præceſſiſſe.* Cortiada *deciſ. 253. n. 8. cum ſeqq.*

39 Et in alienatione rei Eccleſiaſticæ dixit Senatus in cauſa inter Fr. Melchiorem Dureta Militem Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitan. ex vna, & Syndicum Vniverſitatis de las Pacellas partibus ex altera 6. Februarij 1629. referente Mir. (Eſt in lib. concluſ. illius anni fol. 17.) probat Rota *recent. part. 2. deciſ. 222. n. 4. & dec. 698. n. 3. & part. 9. dec. 413. n. 1. & part. 10. dec. 351. n. 8 & part. 19. dec. 196. n. 18.* Reg. Cortiada *part. 3. dec. 158. n. 9.*

Et in eiſdem terminis alienationis Eccleſiaſticæ, quòd 40
præſumatur decretum Apoſtolicum, ex curſu centum ſexaginta annorum, dixit Senatus in cauſa inter œconomum Sancti Geneſij de Fontany Ordinis Divi Benedicti ex vna, & Petrum Matti domicellum Villæ Perpiniani partibus ex altera 13 Martij 1614. (in lib. concluſ illius anni fol. 90.) centum, & triginta annorum in cauſa Ioannæ Peyrona, viduæ, cum Ludovico Halell, referente Gamis 16. Iunij 1617. (in lib. concluſ. fol. 60.) centum, & terdecim annorum in cauſa Syndici Villæ de Alforja cum Procuratore iuriſdictionali, Campi, & Archiepiſcopatus Tarraconæ, referente Cortiada 14. Aprilis 1660. (in lib. fol. 52.) octoginta annorum in cauſa Franciſci Boleda, cum Communitate Presbyterorum Villę Tarregę, referente Colomer die 10. Octobris 1673. (in lib. fol. 342.) triginta quinque annorum in cauſa Franciſci Iofra Presbyteri cum Narciſſo Iofra 15. Decembris 1628. referente Roca (in l. f. 451.) Et triginta annorum inſinuavit Senatus in dicta Cauſa Franciſci Boleda cum Communitate Presbyterorũ Villæ Taregę.

Et quòd ex curſu triginta annorum præſumatur bene- 41
placitum in alienatione rei Eccleſiæ, probant Anton *de regim. Eccleſiæ lib. 1. cap. 4. §. 13. num. 39. & de temp. leg. lib. 2. cap. 72. à nu. 18.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 95. n. 27.* Tondutus *quæſt. benefic. part. 1. cap. 98. nu. 3.* Marin. *reſol. lib. 1. cap. 27.* vbi Rodoer Font. *de pact. nupt to. 1. clauſ. 4. part. 4. nu. 17. verſ. Vnum, & t. 2. deciſ. 439. n. 12.* Canc. *var. l. c. 7. n. 123.* Salgado *in labyr. credit. cap. 79. num. 4.* Ciriac. *contr. 162. nu. 24. to. 1.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 867. n. 50. & 893. n. 17. t. 5.*

Ac rurſùs licèt apud Rotam dicant non eſſe ſufficien- 42
tem curſum triginta annorum, ad præſumendum beneplacitum Apoſtolicum, iuxta Conſt. Vrbani Octavi editam de anno 1641. ſub die 5 Iunij, incip. *Romanus Pontifex*, quæ eſt in *Bul. novo conſ. 157.* & probant *dec. 202. recent. p. 7. n. 7. & dec. 340. n. 26. & 27. part. 11. & dec. 268. n. 21. & dec. 398. n. 3. p. 12. rec. & deciſ. 362. n. 4. & 366. n. 12. part. 17.*

Vltra quòd in ipſa Conſtitutione Vrbani Octavi ex- 43
preſsè præſervatur centenaria, quam ſufficere ad præſumptionem beneplaciti Apoſtolici, probat Rota *deciſ. 219. part. 10. recent. & d. deciſ. 268. n. 22. & deciſ. 309. n. 11. cum pluribus ſeqq. & d. deciſ. 398. n. 3. & 4. part. 12. recent. & deciſ. 391. n. 15. & n. 16 & deciſ. 481. n. 7. & 8. & deciſ. 510. n. 9. part. 13. recent. & deciſ. 328. n. 4. & ſeq. part. 17.* quæ alias deciſiones allegat. Turricella *de rebus Eccleſiæ non alienand. cap. 64. num. 38.* Ioan. Paul. Melius *in obſervat. ad Caſtill. de aliment. cap. 64. nu. 15.* Altimarus *in obſervat. ad conſ. 79. Roviti num. 31. lib. 1.* Vrceol. *de tranſact. quæſt. 24. num. 51.* Cardinal. de Luca *de alienatio. & contract. prohibit. diſcurſ. 1. num. 94. & 95. & diſcurſ. 2. num. 1.* Epiſcop. Hieronym. Rocca *diſput. ſelect. tom. 1. cap. 59. num. 7.* & cenſuit Rota poſt Tondut. *de penſion. deciſ. 67. num. 19. & deciſ. 89. num. 8.* & coram Rojas *deciſ. 402. ſub num. 7. verſ. Tanquam, & deciſ. 444. ſub. num. 8. verſ. Tum etiam quia*, & in alijs citatis per Addent. *deciſ. 12. num. 30. part. 3. recent.*

Etiam approbatur in eadem Rota poſt dictam Conſtit. 44
Vrbani VIII. præſumptio beneplaciti Apoſtolici, ex curſu ſaltem temporis triginta annorum, data, & probata, verè obſervantia. Rota *dec. 7. nu. 23. part. 15.* vbi alias allegat deciſiones, & quod generaliter obſervantia triginta annorum ſufficiat, Rota coram Ludovil. *dec. 354. in nott. num. 18.* qui rem optime declarat, coram Burato *dec. 45. nu. 8.* Bichio *dec. 483. nu. 53.* Sperellus *dec. 179. nu. 51. part 2.* Rota *recent. part. 10. deciſ. 26. num. 29. & dec. 44. num. 6. ead. part.* & ante *part. 4. dec. 21. num. 9. & par. 6. dec. 25. num. 11. & part. 7. dec. 186. nu. 10.* & coram Othob. *dec. 240. num. 12.* in Terdonen. Præpoſituræ 27. Februarij 1651.

Comprobant in principali quęſtione indubitatam poſ- 45
ſeſſionem immemorialem innumera reſcripta Regia, ſignanter ex his quæ vidi: 6. Martij 1639. directum Excellentiſs. Comiti de Santa Coloma Locum. Generali huius Principatus 13. Februarij 1658. Egregio proregi Maioricarum 20. Iulij 1661. Excellentiſſimo Marchioni de Olias & Mortara Proregi noſtro 13. Iulij 1663. Excellentiſſimo Marchioni de Caſtell-Rodrigo Proregi.

10. Aprilis 1696. Excellentissimo Marchioni de Castennaga Proregi etiam nostro, & alia quamplura.

46 Valeamus ergo dicere, consuetudinem tot sæculis obtentam, & circunstantijs fulcitam, observandam fore, vt in materia iurisdictioniali ad probandum iurisdictionem plenam, & omnimodam, attentis antiquitate observantiæ, assertionibus Principum, atteitationibus plurium Doctorum, & Chronistarum, cum alijs circumstantijs iuncta possessione immemoriali: dixit Senatus in causa vertenti in Reg. Concilio Baiuliæ Generalis inter eius Procuratorem Fiscalem, & Syndicum Villæ de Ripoll ex vna, & Venerabilem Abbatem, & Monasterium Sanctæ Mariæ eiusdem Villæ, Ordinis Divi Benedicti ex altera, referente Thoma Maranyosa Regio Consiliario eiusdem Baiuliæ, cui fuit mandatum, vt in Regia Audientia verbum faceret, & eo audito, referente Nabona R. S. 6. Septembris 1683. fol. 399.

47 Et redeundo ad institutum principale, eius ratio assignari potest ab eo quod dixit D Bernardus *Epist.* 174. ibi: *Nunquid patribus doctiores, aut devotiores sumus? Periculosè præsumitur*. In antiquis enim est sapientia, & prudentia. Cicero ex Lactan. propterea non est neganda consuetudo. Greg. Mag. *lib. 7. Epist. 87.* ibi: *Sic quæ sunt consuetudinis, non negamus*, imò veneranda *Can. contra statuta 7. 25. quæst. 1.* & observanda, *Can. decernimus 10. 10. quæst. 1. l. More 5. ff. de iurisdictione, l. Si arbiter 28. ff. de probat.* ad hæc Solorzano *emb. 51. num. 20.*

48 Non obstat dicere, quòd contenta in capitulo dictæ Concordiæ debēt restringi ad terminos Iudicis Ordinarij, non etiam Delegati de quibus non loquitur transactio, vt pluriès diximus, nam respondetur, quòd vltra quòd dispositio illa est generalis, & indistincta, & cum ea Apostolicè approbantur remedia assueta, quibus pariformiter vtebatur antiquitas, tam adversùs Iudices Ordinarios Ecclesiasticos, quam Delegatos, vtique etiam fit certum, quòd non est diversa praxis procedēdi versùs Delegatos, quàm quæ observatur versùs Iudices Ordinarios Ecclesiasticos, concordiam inobservantes, vt satis est probatum in diversis decisionibus; & estò Dominus Rex non fuisset vsus hac Regalia ad tollendas oppressiones, nisi in vna specie, per eam conservatur ius in totum, vt respondet Regens Matheu simili obici *de reg. Reg. Valent. cap. 7. §. 1. num. 79.* cuius verba sunt apta ad intentum, ibi: *Nam dato quòd Dominus Rex non fuisset vsus hac Regalia ad tollendas oppressiones in vna ex speciebus prædictis; tamen possessio, & vsus extenditur ad aliam, quia quando adest ius, & causa vniversalis, per vsum partis conservatur ius in toto, & tunc consuetudo in vna specie extenditur ad alios casus eiusdem generis: Baldus in l. 2. vers. Sed nunquam Cod. de servit. & aqua, Abb. in cap. dilecti, de arbitr. Paul. Castr. in l. Imperator, ff. de iurisdict. omn. Iudic. Anton. de Butr. in cap. fin. de caus. possess. & proprietat. pluribus Salgado de Reg. protect. cap. 1. prælud. 3. n. 124. & part. 3. cap. 10. n. 112. cum seqq. latissimè Castillo de tertijs cap. 33. num. 9. & seqq. præcipuè dum agitur de consuetudine iuris, vt hic; nam per vsum in parte conservatur ius in toto, vt ex text. in l. Vniversa via, ff. de servit. rustic. præd. Gratian. Ruino, Decio, Garcia, & alijs probat idem Salgado d. cap. 10. num. 119. Sed apud nos non est necessaria applicatio huius doctrinæ, cum consuetudo adsit in vtraque specie, relevandi vt oppressos à violentia illata, tam per Ordinarios, quam per Delegatos*: Qui *num. 76.* asserit, quòd quamvis supra relata non essent ita clara, ex observantia subsequuta ea sic interpretanda erunt.

49 Pro cuius observantia interpretativa videndus Collega noster in Cathedra Don Ludovicus de Valentia *super illustratione const. 7. de elect. DD. Regiæ Audientiæ cap. 4. per totum*, signanter *à num. 78.* & observantia interpretativa cum cursu temporis considerabilis, Cardinalis, de Luca *de Benefic. disc. 27. num. 17. & disc. 58. num. 6. & disc. 89. num. 13. & 14.* & generaliter de hac re idem Luca *de iudicijs tom. 15. disc. 35. nu. 65.* Pignatell. *tom. 8. consult. 73. num. 11.* Rota *decis. 19. part. 2. divers. & decis. 366. num. 3. part. 4. & decis. 365. num. 2. part. 2. recent. & decis. 455. num. 9. in fine, part. 4. & dicis. 99. num. 6.* coram Merlin *& decis. 310. numer. 12. part. 16. recent.* Sperellus *tom. 1. decis. 91. num. 78. & 79.*

50 Non vlteriùs obstat Bulla in Cœna Domini in §. 14. 15. 16. *& alijs*, quæ similes recursus ad Principem sæcularem, & coarctiones quoad personas Ecclesiasticas prohibet, abrogando possessiouem immemorialem, & privilegia in contrarium *ex Bulla Pastoralis §. 13. tom. 4. Bullar. pag. 114. & §. 16.* & Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 3. de reform.*

Primò quia hæ sacræ dispositiones (salvo Sanctæ Sedis Apostolicæ meliori sensu, cui suppliciter me submitto (non statuunt super recursibus per viam contractus confirmatione Apostolica roboratis. Ad quos denegandum necessaria erat specialis derogatio, ex regula quod derogatio generalis non comprehendit privilegium quod transivit in contractum; nam ad id derogandum requiritur specialis derogatio. Andr. *controver. 448. n. 16. & 19.* Cyriac. *con. 554. n. 4.* Latro *dec. 191. n. 51. & seq.* Rota *recent. part. 8. dec. 47. n. 38. & seq.* & coram Seraphin. *dec. 1082. n. 3. tom. 2.* & coram Duran *decis. 48. num. 20.* coram Penna *decis. 1582 nu. 5. & 6.* & coram Burat. *decis. 398. num. 8.* & coram Carillo *decis. 92. nu. 26.* & coram Othob. *dec. 229. num. 19.* vbi concordantes, cum multis, & varijs Rotæ Rom. decisionibus tradit Bonden. *collect. legal. 29. num. 46. & collect. 37. à num. 28. ad 31. & collect. 38. num. 297. & seq. tom. 2.* 51

Secundò nec insuper illa decreta derogant immemorialem possessione, confirmationem Apostolica stabilitam, & per nostras generales, & iuratas Constitutiones, ac per Sanctam Sedem munitam; nam derogatio facta per clausulas generales, veluti: *Non obstantibus quibuscumque statutis, Privilegijs, vel consuetudinibus contrarijs, confirmatione Apostolica, vel quacumque alia firmitate roboratis, cum decreto, & alijs*; non comprehendit dispositiones iuratas, nec tollit privilegia clausa, vel redacta in corpore iuris, nec quæ transierunt in vim contractus, quæ requirunt specialem, & expressam derogationem: latè cum multis Gutierrez *in repetit. l. Nemo post ff. de legat. 1. à num 163. ad 177.* Barbosa *claus. 83. num. 8. & 9.* Fontan. *de pact. claus. 4. glos. 10. part. 2. nu. 88. & 89.* pluribus allegatis Cardin. de Luca *de Regal. disc. 47. num. 16. & discurs. 93 num. 4. & de feud. discurs. 4. nu. 8.* & quoad privilegia in corpore iuris clausa Cancer *part. 3. cap. 3. à n. 262. ad 264.* 52

Tertiò nec abrogavit recursum ad Principes sæculares, quando est evidens, & notoria violentia, provt requiritur (à iure nostro municipali in fat citata *Pragm. 1. de content. iurisdict.* ad ea quæ diximus *decis. 29.* nam quando vis, & violentia est manifesta, vt semper supponitur, eo in casu Ecclesiastica libertas non violatur, sed omnino in sua debita integritate, & natura conservatur, permanet, ac durat, quæ sunt verba D. Petri Frasso *de Reg. Patronat. Indiar. cap. 39. n. 7. cum pluribus seqq.* 53

Quartò, quia vt in dicta Pragm. Reg. disponitur, & supra habetur, fundantur recursus nostri in defensione naturali, & hæc debet esse inculpatæ tutelæ, id est, deficiente facultate adeundi proprium superiorem, vt supra diximus; quo in casu recursus non est in præiudicium Ecclesiæ, idem Frasso *dict. cap. 39. num. 7. vsque ad nu. 16.* de qua re amplius in alia decisione dicemus. 54

Quinto, quia in Bulla reprobatur consuetudo immemorialis, à iure positivo introducta, & admissa, non vero improbat illam, quam defensio naturalis induxit, ex pluribus scripsit Frasso *dict. cap. 39. num. 39. cum seqq.* vbi alias intelligentias adducit, quas suo loco expendemus. 55

Et quia stylus ille procedendi per informationem ad banchum Regium, & executionem occupationis temporalitatum, & bannimenti suo casu, quæ nimis cautè debent fieri, Azevedo *l. 4. num. 12. tit. 1. lib. 4. recop.* Bovadilla *in polit. lib. 2. cap. 18. nu. 62* hoc est non coertione contentiosa, sed coertione politica, & œconomica, Fermoz. *in cap. 2. quæst. 14. num. 7. & 8. de iudic.* Peguer. *in prax. crim. cap. 24.* de Amigant *tom. 2. decis. 42. num. 19.* cum tamen fiat sine damno, & læsione personæ, Fermos. *in d. c. 2. quæst. 17.* Reg. Cortada *decis. 28. nu. 109.* Ideo de hac politica & œconomica, aliqua in sequenti decisione annotabimus. 56

DECISIO

DECISIO CXLI.

ARGUMENTUM.

De œconomica, & politica potestate Principis Supremi, & eius exercitio erga Ecclesiasticos turbulentos, inobedientes vel pertinaces iustis iussionibus Regijs; eos expellendo à Regno, aut eos detinendo in certo loco, aut illos vocando ad Curiam Regiam. Vbi plura observatione digna recitantur documenta, excitativa iurisdictionis Ecclesiasticæ, pro obſervanda quiete publica. Et an pro expulsione Ecclesiasticorum possint recipi informationes extraiudiciales à laico, vt præsententur superiori Ecclesiastico, vel Sedi Apostolicæ.

SUMMARIUM.

1 *Aliorum doctrinas distinctè approbare, non est infructiferum.*
2 *Principes non tam propriæ, quàm publicæ subditorum vtilitati prospicere debent.*
3 *Princeps tenetur adimplere quidquid respiciat tuitionem, & conservationem boni status.*
4 *Concessa est Principi tutela omnium subditorum à iure divino, ac naturali.*
5 *Ad instar solis omnibus indiscriminatim suam lucem participantis, cui Princeps assimilatur.*
6 *Princeps est parens publicus, ac defensor salutis publicæ, & ad sedandas turbationes in Populo cessant omnes iuris regulæ, & in plurimo dispensatur prohibitum.*
7 *Ne sequantur commotiones, invigilare est Principi, cui obediri debet in eo quod tendit ad bonum commune.*
8 *De his Principes sunt reddituri rationem Deo.*
9 *Princeps sæcularis ideo œconomica, & politica vtitur erga omnes tam sæculares, quàm Ecclesiasticos.*
10 *Imperatori privilegiata maleficia displicent.*
11 *Curat Princeps ne facinorosi receptentur in loco exĕpto, quia resultabant damna, & perturbationes Populi contra vtilitatem publicam: cũ observantia.*
12 *Alia pro expellendis Ægyptijs.*
13 *Alia ne facinorosi reciperentur in iurisdictionibus Ecclesiasticis.*
14 *Alia pro disgregandis gentibus armatis.*
15 *Alia quatenus Ecclesiasticus puniret subditos suos.*
16 *Alia ad reprimendum Ecclesiasticos, qui pernoctabant cum armis.*
17 *Rescriptum Regium traditur, vt Episcopi observent Sac. Conc. Tridentinum in Ordinibus conferendis.*
18 *Designantur Ministri Regij ad evitandum scandala in electionibus Regularium, & quam sedem debeant habere in Capitulo, & nu. 19. & 20.*
21 *In Principe duplex consideratur potestas, altera contentiosa, & altera Politica, & œconomica.*
22 *Oeconomicam, & Politicam, ac naturalem defensionem, & protectionem extraiudicialiter Princeps sæcularis exercet, quoties vrget necessitas, ab Ecclesiasticorum manu, & potentia oppressos eripiendo, ipsosque Iudices Ecclesiasticos à iure, & recto deviantes compescens, & detinens.*
23 *Datur in Principe duplex emendationis genus; aliud contentiosum, & aliud naturale, & defensivum, per quod suadente, & impellente natura, necessitateque, se, & suos defendit, & protegit, Ecclesiasticosque, & exemptos, pacis publicæ turbatores, legum, quas servare teneantur, transgressores, violatores, alioqui quovis modo scandala, vim, & iniuriam, damnaque irreparabilia subditis, ac publico Regni statui inferentes, & inducentes, coercet, & punit, officio, & dignitati suæ consulens, & providens.*
24 *Quando Ecclesiastici perturbant, vel vsurpant iurisdictionem Regiam, aut iustis Regijs præceptionibus non obediunt, aut pacem, & quietem publicam confundunt, possunt eorum temporalitates à Rege occupari.*
25 *Territorium à iure gentium est proprium Supremæ potestatis politicæ.*
26 *Dominus noster Rex vniversaliter superioritatem habet in vniversis temporalitatibus Regni, quas Ecclesiastici per iura Regia possident, & in eis Regibus obnoxij sunt.*
27 *Ideo dicitur Suprema potestas, quia non recognoscit superioritatem aliquam in temporalibus.*
28 *Si iustis, & Regijs præceptis Ecclesiastici inobediant, vel Regnum turbent, arceri possunt, temporalitatibus à Rege acceptis, quem non tamquam Regem obseruant.*
29 *Sicuti licet Patri filios inofficiosos, & contumaces bonis abdicare, & alienare; meliori iure id ipsum concedi debet Regi, parenti publico, etiamsi Ecclesiastici sint, in vim œconomicæ potestatis.*
30 *Pœna occupationis temporalitatum non tangit personas Ecclesiasticas, nec earum bona libera, & franca, sed quæ possident in Regno, Regi subiecta.*
31 *Exemplaria procedendi per occupationes temporalitatum.*
32 *Princeps, ad quem pertinet defendere territorium, & iurisdictionem suam, in vim defensionis naturalis potest Ecclesiasticos perturbatores, & inobedientes à domicilio Regni expellere: vbi traduntur diversa exemplaria, & de remedio, vt Ecclesiasticus remittatur ad suum superiorem, Romanum scilicet Pontificem, vel alium ad eum puniendum.*
33 *Probatur ex Constitutione* 9. tit. Que los estrangers no pugan obtenir beneficis.
34 *Exemplaria apud nos bannimentorum de personis Ecclesiasticis vsque ad num.* 38.
39 *Alia exemplaria circa Commissarios Apostolicos, & num.* 40 & 41.
42 *Pro his bannimentis non contrafit generalibus Constitutionibus Cathaloniæ.*
43 *Imò in his assistit Pragmatica* 3. tit. de desafius in secundo vol. constitutionum.
44 *Ad iustificandum huiusmodi expulsionem, possunt recipi à laico informationes extraiudiciales, animo tamen præsentandi eas superiori Ecclesiastico, vel Sanctæ Sedi Apostolicæ.*
45 *Quando non est aditus ad Prælatum, qui iuridicè se informare possit de facto criminali alicuius Ecclesiastici, & est periculum, potest Iudex sæcularis informationem facere, vt Prælato præsentet.*
46 *Nec in his offenditur immunitas Ecclesiastica: vbi respondetur Bullæ in Cœna Domini vsque ad num.* 49.
50 *Sicuti pater, & Dominus domi suæ potestatem habent œconomicam ad expellendos filios, & famulos inobedientes seditiosos, vel pacis turbatores. Eadem potestate politica, & œconomica licere debet Regi, Clericos inobedientes vel pacis publicæ turbatores, à suo Regno eijcere.*
51 *Respondetur doctrinæ Dianæ.*
52 *Si Clericus delinquit contra Rempublicam Regis vxorem; ab ea poterit expelli, prout Maritus potest affligere, & eijcere à domo sua eum qui cum vxore sua adulteravit, & num.* 53.
54 *Musicę Præfectus dissentantem vocem segregat à choro, ita Princeps Clericos dissonantes, & turbatores Pacis publicæ, à suo territorio poterit expellere.*
55 *Sicuti Ecclesiastico permittitur contra sæculares, iurisdictionem suam turbantes procedere; ita & Principi contra Ecclesiasticos, forma tamen defensionis.*
56 *Excommunicatio, & bannum à pari procedunt.*
57 *Residentia Ecclesiasticorum, quam Princeps sæcularis permittit, consideratur tanquam quid temporale, vti est illorum tuitio, & protectio Regia.*
58 *Supremam potestatem politicam circa temporalia ad conseruandum in pace, & tranquilitate Rempublicam, à Deo principes recipiunt.*
59 *Respondetur Bullæ in Cœna Domini vsque ad num.* 62.
63 *Potest Summus Pontifex ex iustis motivis causas etiam Ecclesiasticorum Iudicibus laicis delegare.*
64 *Parcissimè, maturè, & in subsidium vtendum est œconomica, & politica potestate, & num.* 65.

66 *Ad id Regium reſcriptum.*
67 *Coertio politica quomodo exerceatur adverſus Delegatos Apoſtolicos.*
68 *Defenſionis jure ſuſtinetur exercitium œconomicæ poteſtatis in Clericum, ne excedat à certa Urbe, vel Oppido.*
69 *Obſervantia per mandata Cancellariæ, cuius forma traditur vſque ad num. 71.*
72 *Poterunt Reges vocare Prælatos, vt coram ſe compareant pro rebus concernentibus Regium ſervitium.*
73 *Exemplaria vſque ad num. 77.*
78 *Diploma Regium pro his obſervandis, & de vrbanitate, & moderamine, quibus honorandi ſunt Iudices Eccleſiaſtici.*

1 QVÆSTIONIS pondus. quod alij iam ſubierunt, ferre iterum ſine vllo pretio operæ, noſtri recuſant numeri. dixit punctim D Nicolaus Antonius *lib. 2. cap. 32. de iuribus exulum num. fin.* Atverò cum per Noſtrates paululùm ſcriptum fuerit, eorum dicta diſtinctè approbare in fructiferum non cenſui, vt in ſimili dixit Salvian. *de provid. lib. 1.* ibi: *Quamvis, vt reor, non mediocriter, tam probaverimus quæ propoſuimus, ſed addamus tamen, adhuc ſi placet quidpiam; quia melius eſt plus probare aliquid, quàm neceſſe eſt, quam minus forſita, quam negotio debeatur.*

2 Suprema lex eſt Populi ſalus, & tranquillitas; Ideo Principes, in quos regimen eſt translatum, non tam propriæ, quàm publicæ ſubditorum vtilitati proſpicere debent; nam in id creati ſunt, ex Platone, Ariſt. *lib. 3. polit. cap. 4. & 5. & lib. 5 c. 10.* his citatis Amaya *obſ. lib. 1. cap. 1. num. 1.* qui inde ſcribit, quòd Principis poteſtas, quam habet ad Populos regendos, ad nullum alium ſcopum referri debet, quàm ad Civium iuſtum incrementum, & conſervationem, & *num. 6.* quòd nec ſuis legibus quidquam ſtatuere debet, quod non redundent in totius Reipublicæ commodum, ex Morla *in emp. iur. tit. de legibus num. 16.* probat Angulanus *in eodem tract. de legibus lib. 1. cont. 1. num 11.*

3 Cum enim Deus per medium Populi politicum regimen commiſerit Principi, non ad ſui vtilitatem, ſed ad bonum publicum, & pacificum ſtatum ipſius Populi, vt notat Iſidorus *lib. 3. de ſumm. Bon. cap. 49.* D. Th. *de regim. Princip. lib. 1. cap. 8. & lib. 2. cap. 15.* Senec. *lib. 1. de Clem. ad Neron. cap. 1.* Balboa *in Monac. Reg. quæſt. 1. num. 4.* Conrad. *in temp. omn. iudic. lib. 1. cap. 2. §. 2. verſ. Regum.* Petr. Gregor. *de Republ. lib. 9.* vbi plurima de hac re congerit Hinc tenetur Princeps (vt dixi *deciſ. 29. n. 35.*) adimplere quidquid reſpiciat tuitionem, & conſervationem boni ſtatus, vt docent Salas *de legib. diſp. 14. ſect. 2. tit. 14. quæſt. 96. num. 2.* Suarez *de legib. lib 3. cap. 35. num. 3.* Azor. *inſt. moral. 1. part. lib. 5. c. 11 quæſt. 1.* Bonacin. *diſp. 1. de legib. quæſt. 1. punct. 6. num. 14.* Victor. *de poteſt. civil. num. 21.* Caſtil. Sotom. *controverſ. tom. 7. cap. 9. num. 7.* Menoch. *conſ. 208. nu. 40. & conſ. 27. nu. 23.* & Petr. *de poteſtat. Princ. cap. 31. num. 94. & 95* & tetigimus ſupra *deciſ. 134. in princ.*

4 Ideo à iure divino, ac naturali tutelam omnium ſubditorum conceſſam eſſe Principi, tradunt Ariſt. *lib. 3. cap. 11.* Caſſiod. *lib. 8. epiſt 4.* Lypſius *de repub. lib. 2. cap. 6.* Petr. Gregor. *de repub. lib. 13. cap. 12. nu. 16. & lib. 6. cap. 8. per tot.* Maſtril. *de magiſtr. l. 3. cap 1. n. 86.*

5 Ad inſtar ſolis omnibus indiſcriminatim ſuam lucem participantis, cui Principem aſſimilari, ſcribunt Ariſt. *lib. 2. de Cœlo, & mundo*, & alij citati à Bonden. *collect. leg. 28. lib. 2. num. 148.* vbi *num ſeq.* ait, Principem ſoli aſſimilari cum Mercurio, provt ſemper incedere ſolere, vt dignoſcatur, dominium eſſe cum prudentia copulandum, obſervant Tiraq. *ad. ll. connub. l. 1. num. 49.* Cenſal. *de maled. Princ. §. 15. nu. 17.*

6 Idq; ſcripſimus *deciſ. 139. num. 7.* quod Princeps eſt Parens publicus, ac defenſor ſaluris publicæ, & quòd non eſt præſumendum, aliquid iuſſiſſe adverſum vtilitati publicæ, *deciſ. 134. num. 6.* & quod ab omni diſpotione excipitur caſus publicæ vtilitatis *deciſ. 136. num. 7. & 10.* vbi etiam quod ad ſedandas turbationes in Populo ceſſant omnes iuris regulæ, & ad eas, ac ſcandala evitandum poteſt, & debet diſpenſari in plurimo, quod ad eſt aliunde prohibitum, iuxta doctrinam D. Thomæ *2. 2. quæſt. 63. art. 2. ad 2.* Navar. *in ſumma latina cap. 22. in additionibus ad num. 85.* quos ſequitur Reg. Lopez *in diſcur. ſuper ordinat. Regni Peruani cap. 8. nu. 2.*

7 Et ne commotiones ſequantur, invigilare Principis eſt, cui obediri debet cum tendeant ea omnia ad bonum civile, iuxta doctrinam D. Th. *in 2. diſt. 44. quæſt. 2. art. 3.* ibi: *Poteſtas ſpiritualis, & ſæcularis vtraque deducitur à poteſtate Divina; & ideò in tantum ſæcularis poteſtas eſt ſub ſpirituali, in quantum eſt ei à Deo ſuppoſita, ſcilicet in his, quæ ad ſalutem animæ pertinent: Et ideo in his magis eſt obediendum poteſtati ſpirituali, quam ſæculari; in his autem quæ ad bonum civile pertinent, eſt magis obediendum poteſtati ſæculari, quàm ſpirituali, ſecundum illud. Matthæi 22. Reddite quæ ſunt Cæſari Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Reg. Lopez *in diſc. ſuper Ordinatione anni 48. Regni Peruani cap. 10. num. 10.*

8 De his enim reddituri ſunt Principes rationem Deo, ſcribit Iſidor. Hiſpan. *lib. 3. ſentent. cap. 51. Cognoſcant Principes ſæculi Deo debere ſe rationem reddere propter Eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt: nam ſive augetur pax, & diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſive ſolvatur, ille ab eis rationem exiget, qua eorum poteſtati ſuam Eccleſiam tradidit, c. Principes 23. q. 5.*

9 Ob quas rationes Principem ſæcularem œconomica, & politica vti debere indiſcriminatim erga omnes tam ſæculares, quam Eccleſiaſticos, probat Salzedo *de Leg. pol. lib. 1. cap. 7. à num. 47.* vbi *num. 48.* ſubiungit: *Num quid, quæro, bonus agricola erit cenſendus ille, qui vnda temperans arua, vnius arboris contemnit nutrimentum, ex eo quia non ſibi directè fructum offert, ſed Deo dicatur, cuius nutu omnia vireſcunt, cuius præcepto lignum pomiferum facit fructum* Seneca *de conſol. ad Polyb. cap. 26. Omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delitias illius induſtria, omnium vacationem illius occupatio.*

10 In his ſedulò proſpexerunt Reges noſtri Carholici indelebilis memoriæ, & eorum Locumtenentes Generales, quando ad fovendum imperia ſua, & in eis pacem tuendam, & exterminandum delicta, in quo conſiſtit præcipuum bonum commune (iuxta celebre dictum Boldi, quod recitat Solorzan. *de iur. Ind. lib. 3. cap. 27. num. 30.* Imperatori privilegiata maleficia diſplicent) ſolerter excogitarunt ſalutiferas adhortationes (modo politico) ab Eccleſiaſticis Miniſtris accipiendas, & venerandas.

11 Propterea ex quo N. cum ſua gente receptabatur in Monaſterio N. & inde reſultabant maxima damna, & perturbationes Populi contra utilitatem publicam, & communem pacem, fuit reſcriptum F. N. ſuperiori, eidem dicendo, & affectuosè rogando, quatenus in ſuo Monaſterio eos non receptaret; aliàs non omitterentur exequi remedia opportuna, dat. Barcinon. 8. Octobris 1602. cur. locumt. 3. fol. 205.

12 Idem pro expellendis Ægyptijs à loco vbi receptabantur, fuit alia expedita monitio Abbati N. aut quod aliàs ægrè ferretur. dat. Barcin. 25. Septembtis 1628. in curia locumt. 28. fol. 151.

13 Et 6. Iulij 1660. fuit expedita cartha dat. Barcinonæ in forma Cancellariæ Nob Ioſepho N. Commendatori de N quatenus mancipare faceret facinoros, & aliàs impediendo, ne illi in ſuis iuriſdictionibus receptarentur, quod aliàs contra eum procederetur ad ſequeſtrationem iuriſdictionum, & ad alia iuris remedia. Eſt cur. locumt. 3. ab anno 1558. ad 68. fol. 168.

14 Et reſpectu Eccleſiaſtici, qui gentes convocaverat pro capienda quadam poſſeſſione, fuit expedita cartha Cancellariæ, ei dicendo, & onerando, quatenus diſgregaret gentes armatas, eidem offerendo iuſtitiam miniſtrare vſque ad conceſſionem brachij ſæcularis, dat. Barcinonæ 20. Auguſti 1604. in cur. locumt. 6. fol. 140.

15 Suadet etiam publica ratio, vt interdum excitetur à Principe ſæculari iuriſdictio Eccleſiaſtica, ad tranquillitatem ſervandam: ita habetur in alia cartha in forma Cancellariæ expedita, directa Epiſcopo N. ei dicendo, & onerando, quatenus puniret ſubditos ſuos, qui validam reſiſtentiam fecerunt Vicario Regio N. ex qua mortuus remanſit alter ex comitiva Vicarij, dat. Barcin. 11. Maij 1604. in curia locumt. 6. fol. 118.

16 Sic in altera 17. Iunij 1608. dat. Barcinonæ in Curia locumt. 13. directa Decano, & Capitulo N. eis dicendo, & onerando, vt reformarent Eccleſiaſticos, qui nocte ibant per Populum, apportando inſtrumenta manualia, inquietando perſonas ſæculares, quòd aliàs provideretur de remedio opportuno. Pro comprobatione exemplarium

ſupra

supra citatorum, videatur Solorz. *de iur. ind. lib. 3. cap. 27. à num. 12. usque ad nu. 17.* ubi ad id tradit Regias schedulas.

17 Ad hanc partem refero quod noster Excelsus Monarcha sua salutifera, & syncera æmulatione statuit cum suo Regio rescripto dat. Matrit. 8. Novembris 1691. rogans, & iniungens Episcopis huius Provinciæ, quatenus in Ordinibus conferendis inviolabiliter observarent sacram dispositionem Tridentinam, & singulis annis ad Regias manus mitterent Catalogum noviter ad Sacros Ordines promotorum, ubi illa sunt verba: *Y en defensa de la causa publica por la authoridad, que en mi reside, y poder del decreto protectorio, que tengo por la exempcion de los Canones del Sagrado Concilio, pudiera valerme de los medios justos, y legitimos, que en tales casos estàn recebidos, y practicados, en lo que reconocier ase obra en su contravencion, me ha parecido eligir el hazer notorio à todos los Prelados &c.* prout attestatur de Amigant *tom. 2. decis. 42. num. 17.*

18 Etiam potestati politicę tribuitur, quòd licitum sit Regibus nostris, si in Regularium electionibus turbæ, aut scandala timeantur, designare Prælatum, aut Regium Administratum, qui Regio nomine, & politica, ac protectoria authoritate, Capitulo electuro adsit pro pace. Salzedo *de lege polit. lib. 1. cap. 12. §. unic.* Solorz. *lib. 3. de Ind. gub. cap. 26. nu. 21. & seqq. & in polit. lib. 4. cap. 26.* Martinus *in disc. moral. 4. nu. 115.* Cabrera *in Philip. 2. lib. 7. cap. 11.* Filesaccus *de Sacr. Episc. aucl. cap. 7. §. 4* & his citatis Don Francisc. Ramos del Manzano *ad ll. Iul. & Pap. lib. 3. cap. 44. nu. 16.* Et apud nos ita vidi observatum, ubi politica ratione astitit in Congregationibus Regularium alter ex Regiis Senatoribus de mandato Excellentissimi Locumtenentis Generalis, ut pax observaretur in electionibus suorum Prælatorum.

19 Duo exemplaria ad id refert D. Petrus Fraso *de Reg. Patron. Indiar. cap. 38. part. 1. nu. 29.* ubi in Capitulo Canonicorum, Sede vacante ut scandala omnino, & rixæ cessarent, & pro resolvendis notandis, & exequendis negotiis, libertas, modestia, & urbanitas, ut par erat, restitueretur, fuit provisum, ut duo Senatores nomine Senatus, Capitulo interessent, primasque duas sedes in Aula capitulari occuparent: Et quod fuit executum die 27. Iunii 1671. quo reliqua pacificè fuerunt prosecuta, & facta, & aliquorum immodestia, aut audacia temperata, itaut imposterum duorum non fuisset Dominorum necessaria interventio, & assistentia.

20 Et quòd iterum die 8. Iulii 1672. ingenti inter Præbendarios, Sede vacante, orto dissidio, quia casus urgebat, & maximum erat in Republica scandalum, fuit iussum, ut duo ex Senatoribus, & Fisci Patronus cum totius Senatus facultate, Capitulari cœtui adessent, quod factum fuit, fœliciterque accidit, tribus primis sedibus per Regios Ministros occupatis: ad id ipsum aliud exemplar refert dictus Fraso *nu. 32.* quod evenit die 1. Augusti dicti anni 1671.

Ad alia progreditur Reg. Senator de Amigant *dec. 42. tom. 2.* Pro utilitate publica, ac redimendis necessitatibus communibus, apud nos observata.

21 Pro majori instituti indagatione admittimus animadversa à Doctoribus, in Principe, superiorem in temporalibus non recognoscente, duplicem considerari oportere potestatem, unam contentiosam, & merè jurisdictionalem, quam in suos vassallos, & subditos exercet: & aliam quæ propriè œconomica, & politica dicitur (appellatur hæc à DD. variè, naturalis defensio, tuitio, auxilium, patrocinium, domestica potestas. Peralta *de potest. sæcul. cap 9. n. 1.* Oliba *de jure fisci cap. 9. à n. 27.* Fontan. *de pact. nup. claus. 4. glos. 13. part. 3. num 8 & 17.* Salgado *de Reg. protect. part. 1. cap 1. a n. 1. & in prælud. 3. n 90 in fin.* Sesse *de inhibit. cap. 8. §. 3. n. 62. & seq. & in Regia epist. tom. 2. dec. n. 71.* Solorz. *de jure Indiar. lib. 3. cap. 27 à n. 50.* Fraso *de Reg. patron Indiar. tom. 1. cap. 37. n. 35* pluribus, ut solet, allegatis Don Didac. Bolero, & Caxal *de decoct. debit. fiscal. tit. 1. quæst. 15. nu. 23.* Ego *dec. 81. part. 2. nu. 42.* de Amigant *tom. 2. dec. 42. nu. 10.*

22 Quam œconomicam, & politicam, ac naturalem defensionem, & protectionem extrajudicialiter Princeps sæcularis exercet, quoties urget necessitas, ab Ecclesiasticorum manu, & potentia oppressos eripiendo, ipsosque Judices Ecclesiasticos à jure, & recto deviantes compescens, & detinens. Ferrer *obs. part. 3. cap. 172.* Oliba *de jur. fisci cap. 9. nu. 27. & seq. & cap. 14. n. 145* Peg. *dec. 92. n. 17. & in prax. crim. cap. 24. in fin.* Cancer. *var. 3. cap. 10. n. 47* Fontan *dec. 309. n. 15.* D. Vicec. Crespi *obs. 3. à n. 1.* pluribus citatis Fraso *d. cap. 36.* ubi *nu. seq.* ait quod hæc tuitio, & defensio est Principis suprema Regalia, à Regaliarum natura, & essentia inseparabilis, ac immutabilis ex Mieres *ad Const. Cath. 2. part. col. 10. cap. 35. n. 26.* Calic. *in extrav. cur. cap. 7. n. 71.* Oliba *de jure fisci d. cap. 11. n. 56. & cap. 14. à num. 6.* Crespi *d. obs. 3. à nu. 33.* Fontan. *dec. 316. nu. 3. & 20.* & alii quos citat, & nos alibi.

Pariter iuxta potestatum, & iurisdictionum differentiam datur in eodem Principe duplex punitionis, coertionis, & emendationis genus, aliud contentiosum, & iudiciale, de quo non loquimur, & aliud naturale, & defensivum, per quod, suadente, & impellente natura, necessitateque, se, & suos defendit, & protegit, Ecclesiasticosque, & exemptos, pacis publicæ turbatores, legum quas servare tenentur, transgressores, violatores, alioqui quovis modo scandalum, vim, & iniuriam, damnaque irreparabilia subditis, ac publico Regni statui inferentes, & inducentes coercet, & punit; officio & dignitati suæ consulens, & providens, ut ex Divo Augustino, Divo Isidoro Pelusiota, P. Andrea Scoto Societ. Iesu, Chumazero, Salas, Tanner. Henriquez, Molina, Ioan. Ignac. Alvarez, P. Suarez, Azor, Victor, Soto, Delbene, Cutello, Giurba, probat D. Petrus Fraso *de Reg. part. Ind. d. cap. 37. n. 40. & seq* ubi *n. 42. & seqq.* scribit, quod in hoc nullum sæcularis Princeps contentiosæ iurisdictionis exequitur actum, sed totum negotium sistit in proprio, & suorum defensione, & non se ultra extendit, & quòd verè, & rectè dicitur, & appellatur, & est hæc œconomica administratio, & praxis, tuitio, & defensio, quæ non tendit ad pœnam legalem, quam iuxta Sacros Canones Ecclesiasticum incurrisse visum foret; nam huiusmodi cognitio, & distributio suo spectat Ecclesiastico Iudici, & est extra sæcularis Principis, & ipsius Senatus potestatem, & intentionem, qui expertes, & incapaces sunt omnino discernendi, cognoscendi, ac iudicandi de Ecclesiasticis. 23

Coertio œconomica, & politica practicatur principaliter circa occupationem temporalitatum, quas possident Ecclesiastici in Regno, & circa Ecclesiasticorum exilium, aut relegationem. Circa primam approbant DD. innumeri, quod quando Ecclesiastici perturbant, vel usurpant iurisdictionem Regiam, aut justis Regiis præceptionibus non obediunt, aut pacem, & quietem publicam confundunt, possunt eorum temporalitates à Rege occupari. Fuit hæc singularis doctrina Paul. de Castro *in l. Ad electos nu. 6. Cod de Episc. Aud.* quam sequuntur Bernard. Laurent. *in tract. de potest. sæcul. super Eccles. n. 13.* Aufrer. *in cod. tract. reg. 1. n. 23.* Covar. *pract. cap. 35. n. 3. vers. Adversus vero Clericos.* Guil. Benedictus *in cap. Raynutius, vers. Et uxorem, n. 460.* Grassal. *de Regal. Franc. lib 2. ver. 7.* Azevedo *ad pract. Bernard. Diez cap. 54. nu. 58. & cap. 102. lit. C* Aviles *in cap. Prætorum, verb. jurisdictio.* Belluga *in spec. Princip. rub. 18. sub tit. de occup. tempor.* Arnulphus Rusens. *in tract. de jur. Regal. cap 18. num. 8. & 10.* Suelves *consil. 48. num. 1. & cons. 81. num. 1. lib. 1.* Larrea *alleg. fisc. 64. n. 31.* Bovadill. *in polit. lib. 2. cap. 18. n. 6. & 62.* Molin. *in report. foror. Aragon. verbo Clerici, seu Prælati fol. 82. col. 7. verbo Inhibitio, vers. Die 21. Martii fol. 179. col. 4. verb. occupatio temporalitatis fol. 242.* Portol. *in scol. ad Molin. dict. ver. Occupatio temporalitatum nu. 20.* Sesse *de inhib. cap. 8. §. 3. n. 199. & cap. 9. §. 1. num. 15.* (ubi *n. 19.* asserit, hanc esse mundi consuetudinem universalem, & *n. 20.* quòd non propterea incurritur in censuras Ecclesiasticas, nec id fit contra libertatem Ecclesiæ) Oliba *de iur. fisci cap. 11. à nu. 27. & cap. 12. n. 3. & seq.* Gaspar Anton. cum aliis *ad Anton. Thesaur. ipsius patre dec. 131. vers. Sed quamvis*, Pap. *in dec Franc. lib. 1. tit. 5. arrest. 50.* Sim. Barbosa *in report. vers. Patronus, pag. 274.* Salgad. *de Reg. protect. part. 3. cap. 10. n. 202. cum seqq.* Marquilles *in usat. Allum namque fol. 333. col. 1. vers. Sed iuxta hoc quæro.* Ferrer *3. part. obs. cap. 172. & 271. & 272.* Cancer *var. part. 2. cap. 15. n. 8 & part. 3. cap. 10. à nu. 45. ad 52.* Peguera *in prax. crim. cap. 24. & cap. 26. vers. Quare in prædicto casu, & dec. 92. tom. 1.* Fontan. *tom. 1. de pact. claus. 4. glos. 10. part. 3. n. 8. & dec. 310. n. 23. & dec. 314. n. 1.* Ripoll *de Regal. cap. 35. a n. 179.* Reg. Cortiada *dec. 28. tot.* signanter *n. 16. & seqq. & dec. 29.* Regius Senator de Amigant *dec. 42. n. 19.* Pereyra *de man. Reg. part. 1. cap. 7. n. 25.* Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent. cap. 7. §. 1. nu. 210.* Reg. Vico *ad prag. Reg. Sard. lib.* 24

lib. 1. tit. 7. cap. 2. à n. 19. & lib. 2. tit. 51. nu. 45. & in loc. com. n. 6. 7. & 8. Dexart *cap. 8. à n. 45. de Episc. & Cleric.* Solorz *de iure Ind. tom. 2. lib. 3. cap. 27. à n. 34. & in polit. lib. 4. cap. 27. vers. Supuesto, fol. 741.* Salzedo *de leg. polit. lib. 1. cap. 10. à n. 15. ad 32.* Fermos. *cap. 2. quæst. 14. à n. 6. & quæst. 20. n. 10. in fin. de Iudic. & in cap. Conquestus quæst. 5. n. 5 & 6. de foro comp.* Pareja *de inst. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 7. n. 16.* Petrus Frasso *de reg. patron. tom. 1. cap. 36. n. 5. cum seqq.* D. Franc. Ramos *ad ll. Iul. & Pap. lib. 3. cap. 46. & cap. 47. n. 7. cum seqq.* comprobat Regium Rescriptum dat. 13. Febr. 1658. quod ad litteram traditur *dec. 129. n. 41.* & aliud 5. Decembris 1662. quod recitatur *dec. 135. n. 36.* & alia, quæ alibi citantur, & apud nos extant varia iura municipalia, id ipsum probantia, *tit. de contentionibus iurisdictionum, & occup. temporal. vol. 1. & vol. 2 Pragmat.* & consultatio Regii Senatus missa invictissimo Imperatori Carolo Quinto 13. Februarii 1551.

25 Habet hęc politica assertio duas præcipuas rationes; Prima est, quia territorium à iure gentium est proprium supremæ potestatis politicæ *l. Ex hoc iure 5. ff. de iust. & iur. l. Deprecatio 9. in fine. ff. ad leg. rod. de iact.* ut notatur communiter *in l. Si quis hoc genus 10. Cod. de Episcop. & Cleric. cap. 1. de offic. ordin.* & elicitur *ex cap. Audientia 3. in fin. de crim. falsi. cap. 2. in fin. de Cleric. excom. cap. Cum non ab homine 10. de iudiciis*, & cum iuribus citatis approbat D Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Iul. & Pap. l. b. 3. cap. 47. n. 6.* quirem prosequitur ibi: *Vtrumque habeat Ecclesia Diœcesis, non tam ratione territorii, & temporalium, quàm pro circumscriptione, & distinctione finium, inter Episcopos, pro Ecclesiastica iurisdictione, quæ & eo sensu dicuntur territoria, & districtus, Clem. Ne Romani §. sanè de Elect. cap. 81. Omnes Basilicæ 10. 16. quæst. 7. cap. vlt. de Const. lib. 6.*

26 Sic dicitur, Dominum nostrum Regem universaliter superioritatem habere in universis temporalitatibus Regni, *ex cap. 4. Concordiæ Serenissimæ D. Reginæ Eleonoræ, & Cardin. Convenar.* relato *in Prag. 1 de content. iurisdict.* & tradit Oliba *de iur. fisci cap. 10 n. 4.* notat Fontan *dec. 341 à n. 26. part. 2.* & post eos Regens Cortiada *tom. 1. dec. 28. n. 26.* quas Ecclesiastici per iura Regia possident, & in eis Regibus obnoxii sunt, probat. D. Don Franciscus Ramos *d. cap. 47. n. 7.* Solorz. *de iur. Indiar. lib. 3. cap. 27. n. 28. & in polit. lib. 4. cap. 27. pag. 741. vers. Supuesto.*

27 Ideo dicitur suprema potestas; quia non recognoscit superioritatem aliquam in temporalibus, iuxta ea quæ Theologi dicunt, & scribit Paramo *de orig. offic. S. Inquisit. lib. 3. quæst. 1. opin. 4. n. 36. 37. & 38.* Maior. *in 4. dist. 24. quæst. 3.* Cajet. *tom. 1. opusc. tract. 2. cap. 3. & 2. 2 quæst. 43. art. 8.* Victor *in suis relect.* Soto *lib. 4. de iust. cap. 2.* Belarm. *lib. 5 de Summ. Pontif. cap. 1. & seqq.* Covar. *in Reg. peccatum 2. part. §. 9. n. 7.* Navar. *in cap. Novit not. 3. & 31.* Bertran. *de orig. iurisd. quæst. 3.* Suarez *contra Reg. Ang. lib. 3. cap. 5.* & probant Nicolaus Papa *in epist. ad Albun. Archiepisc. & in epist. ad Michael. Imperat.* Gelas. Pap. *in epist. 10. ad Anastas. Imper.* Gregor Pap. I. *lib. 2. indict. 11. epist. 61. aliàs cap. 100. ad Maurit. Imper.* Ioan. Pap. I. *in epist. ad Iustinian. Imper.* quæ habetur *in l. Inter Cleros C. de S. Trinit.* Innocen. Papa III. *in cap. Novit de iudic. & in cap. Solitæ de maiorit. & obed.* Alexand. Pap. III. *in cap. Causam 2. qui filii sint legitimi.*

28 Consentaneum ergo propositis est, à Rege territorii à quo temporalia possidentur, si iustis, & Regiis præceptis Ecclesiastici inobediant, vel Regnum turbent, quòd arceri possint, temporalibus à Rege acceptis, quem non tanquam Regem observant, vt ex Oldrad. *cons. 17. num. 14.* & aliis docet D. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Iul. & Pap. lib. 3 d. cap. 47. num. 7. in fin.*

29 Secunda, quòd apud omnes est norum, Regem patrem denominari, & vtique esse Reipublicæ parentem, vt supra probavimus *decis. 139. num. 4 & 5.* & licuti licet Patri filios inofficiosos, & contumaces bonis abdicare, & alienare; meliori iure id ipsum concedi debet Regi, parenti publico, etiamsi Ecclesiastici sint, (quia filii, & Cives Reipublicæ sunt, vt diximus *in d. decis. 139. num. 4. & seqq.*) in vim œconomicæ potestatis, vt erudité docet D. Francisc. Ramos del Manzano *d. cap. 47. num. 4.* & antea Guil. Benedictus *in cap. Raynut decis. 2. vers. Et vxorem nomine Adelasiam num. 155.*

30 Hæc autem pœna occupationis temporalitatum non tangit personas Ecclesiasticas, ad text. *in l. Imperatores 7. ff. de public. & vect. l. Etsi forte 6. §. etiam. ff. si servit. vind.* nec earum bona libera, & franca, sed quę possident in Regno, Regi subiecta. ut ex Belluga, & Carol. Carcasson probat Oliba *de iur. fisc. cap. 12. n. 4. Quinimo*, inquit, *in hac Provincia occupatio tantum fieri potest iurisdictionum quas Prælati in regno tenent, & non in aliis bonis temporalibus quas, & quæ prælatus, aut persona Ecclesiastica possidet, non in decimis, primitiis, vel bonis aliis spiritualibus quibuscumque. Martin. Rex in Prag. dat. Barcinonæ 28. Martii 1409. confirmata cum Prag. Ferdinan. I. dat. Barcinonæ 20. Iunii 1413. imò per Alfonsum Quartum cum Prag. dat. in Monasterio Sancti Cucuphat. Vallen. 11. Decembris 1418.* quæ sunt *in 2. vol. Const. tit. de cont. iurisd.*

Innumera sunt exemplaria ante, & post concordiam 31
Apostolicam, & Regiam, procedendi per huiusmodi occupationem temporalitatum, quarum aliqua adduxi *decis. 126. & seqq.* quæ hic non repeto, & alia, quæ perpendet Reg. Cortiada *tom. 1. decis. 28. & decis. 29.* provt ad id notabile transcribitur Regium decretum alibi.

Altera, vt dixi, coertio politica fistit ad eiiciendum 32
à suis Regnis, & Provinciis sedicios, & scandalosos homines, qui plus sæpe exemplo, quàm peccato nocent, Vlpianus *in l. Congruit 13. ff. de offic. Præsid.* ibi: *Congruit bono, & gravi Præsidi curare, vt pacata, atque quieta Provincia sit, quam regit, quod non difficilè obtinebit, si sollicitè agat, vt malis hominibus Provincia careat*; quæ exerceri potest in Ecclesiasticos, quando ipsi turbant, vel impediunt Regiam iurisdictionem, aut quietem publicam perturbant: nam Princeps ad quem pertinet defendere territorium, & iurisdictionem suam, in vim defensionis naturalis potest Ecclesiasticos perturbatores, & inobedientes à domicilio Regni expellere, ex text. *in l. ult. ff. de offic. Proconsul. Cæsar. l. Præses 3. ff. de offic. Præsid.* Iulius Clarus *in prax. crim. qu. 36. n. 24.* (ubi quod ita fuit practicatum in casu notabili) per text. *in Can. de forma 18. 22. quæst. 5.* Castro *in l. Quicumque in princ. Cod. de Episcop. & Cleric.* in singulari casu Covar *pract. cap. 35. n. 3.* Avendanno *de exeq. mandat. par. 2. cap. 6. n. 12. vers. Decimus casus.* Montalvo *in repor. legum Regni, verb. Arma fol. 10.* Bernardus Diaz *in prax. cap. 102. n. 1. in princ. & vers. Quæ sanè non temerè.* Garcia *de nobil. glos. 9 n. 32.* Salcedo ad Diaz *in cap. Violentiæ illatores n 7. & col. 18.* Bovadilla *in polit. lib. 2. cap. 18. n. 62. vers. Casu octavo*, Benedictus *in cap. Raynutius, vers. Et uxorem nomine Adelasiam dec. 2. n 161 vers. Alii dicunt Regem* (ubi adducit exemplum singulare) Carolde Grassal. *de Regalibus Franciæ lib. 2. tit. 10.* Cassan *in consuet. Brug. rub. 1. vers. Imo ettam n. 49* Corsetus *de potest. Reg. 3. par. quæst. 34. n. 60.* Boer *de sedit. cap. 1. col. 1.* Autrer. *arrest. 249.* Arnulph. *de Regal. Franc. cap. 18. n. 8. & 10.* Belluga *in spec. Princ. rub. 18.* Decianus *lib. 7. crim. cap. 8. n. 6.* Greg. Lopez *l. 57. glos. 2. in fin. tit. 6 part. 1.* Azevedo *in l. 4 tit. 1. n. 12 lib. 4. recop.* Ramirez *de leg. Reg. §. 27. nu. 11. & seqq.* Camil. Borrel. *de Reg. Cath. præst. cap. 71. nu. 304. & 309.* Cevallos *in tract. de viel. 2 part. quæst. 77.* Cenedo *qq. Canonic 45. nu. 26. & 61.* Molin. *in repert. verb. Clerici fol. 82. & verb. Inhibitus fol. 171. & verb. Occupatio temporalis fol. 242.* Portol. *in addit. ad eund. nu. 20.* Salgado *de Reg. protect. part. 1. cap. 2. in princ. n. 108.* Don Didac. Anton. de Urrutigoyti Episc. Balbast. *in tr. de comp. qu. 40. à nu. 39.* Frasso *de Reg. Patronatu Indiar. cap. 36. n. 54. & cap. 37. n. 49 & cap 44. per totum*, ubi exempla tradit, (& *nu. 35.* ubi agit de remedio, ut Ecclesiasticus reus mittatur cum epistolis, totum delictum continentibus, ad suum superiorem, Summum scilicet Pontificem, vel alium, ad eum debitè puniendum, ex Cutel. *ad leg. Feder. cap. 22. not. 84. num. 5. vers. Theodosius Imperator*) Don Didacus de Bolero, & Caxal *de decis. deb. Fisc. lib. 1. tit. 15. num. 23.* Don Nicol. Anton. *de Iuribus exulum lib. 2. cap. 32. n. 20.* Solorz. *de iure Indiar. lib. 3. cap. 27. tot.* (ubi *n. 51.* id exemplis Sacræ Scripturæ demonstrat, & *n. 58.* idipsum tradit observandum esse in prædicatoribus liberè, & scandalosè prædicantibus *usque ad n. 66.* ubi quòd meliùs; & sanctiùs est, ut mediantibus Prælatis exequatur, nisi eorum data desidia) & *in polit. lib. 4. cap. 27. vers. De que pag. 744.* Pareja *de inst. edit. tit. 2. resol. 2. nu. 85.* D. D. Franciscus Ramos del Manzano *ad leges Iul. & Pap. tom. 2. lib. 3. cap. 47.* Excellentissimus Vicecanc. Crespi *obs. 3. à nu. 17.* Giurba *consil. 49. n. 16.* Oliba *de iure fisci cap. 12. ferè per totum*,

Peralta

Peralta *de potestate seculari in Ecclesiasticos cap. 12. nu. 17. cap. 16. nu. 4. & cap. 17. à nu. 12.* Reg. Cortiada *dec. 28. nu. 24.* Regius Senator de Amigant *tom. 2. dec. 42. à nu. 10.* Peguera *dec. 92. nu. 17.* per hæc verba: *Et hanc veriorem esse opinionem existimo, & in praxi tenendam, & observandam, quam sequitur, & observat huius Principatus Regium Concilium, ubi Rex est in possessione à tanto tempore, cuius initii memoriam non existit &c.* Dom. Don Ioan. Lodovicus Lopez, nunc in S. S. Con. Arag. Reg. cuius laboriosa, & honoranda opera præcellentia extolluntur, *Regni Peruan. in dec. leg. super def. ordin. anno 1684. cap. 13. nu 14. cum seqq.* ubi *n. 16.* notabilia exemplaria profert de tempore D. Regis Don Philippi Secundi, & Domini Regis Philippi Quarti, & antea *cap. 9. num. 9.* recitat illud celebre quod Dominus Rex Ferdinandus Catholicus Andream Martinez in Episcopatum Tirasonensem promotum ab Apostolica Sede, non sua tamen prævia nominatione, bonis temporalibus, & Regio incolatu privavit, de quo memor est Hieronymus Zurita *an Arag. par. 4. lib. 20. cap. 31.* Don Lodovicus de Saravia *de iurisd. adiunct. quæst. 30. n. 4.* Ambrosius de Morales *in suo chron. lib. 12. cap. 13. fol. 114. pag. 2.* in casu admodum ponderabili, & non minus in alio quem recitat Mariana *de Rebus Hisp. lib. 6. cap. 18. n. 30.*

33 Adest in Cathalonia Constitutio ad hunc finem optimè ponderabilis, scilicet Caput 24. Curiarum Montissoni anno 1547. (est Const. *9. tit. que los estrangers no pugan obtenir Benefic.*) In qua ad instantiam, & supplicationem Trium Stamentorum, Ecclesiastici, Militaris, & Regii decrevit Serenissimus Princeps, quòd nullus scriba cuiuscunque authoritatis, & quomodocunque exemptus foret, (ibi *no obstant qual sevol exempció tinguès* id est *non obstante quamcumque exemptionem haberet*) audeat præsentare, nec recipere instrumenta quarumcunque provisionum, aut litterarum Apostolicarum in favorem exterorum (salvo omni tempore beneplacito Sedis Apostolicæ) & inter alias pœnas imponit perpetui exilii à Principatu Cathaloniæ, absque spe alicuius remissionis. Ex quo manifestè infertur, nullam exemptionem in Cathalonia obesse Principi ad utendum remedio expulsionis, ob publicum beneficium vigore notionis politicæ.

34 Et exemplaria apud nos sunt innumera, registrata adinveni 3. Februarii 1386. in lib. curiar. locumt. ab anno 1385. ad 1386. fol. 118. Et 8. 9. 12. 16. ac 22. Octobris 1393. ubi quidam Ecclesiasticus præmeritis ministerii per Serenissimum Dominum Aragonum Regem Ioannem fuit electus ab omnibus populis, & habitationibus Regni, per litteras dat. Valentiæ, & Dertusæ, directas universis, & singulis Prælatis Ecclesiasticis &c. & quibuscumque Officialibus &c. illis nuntiando; his vero iniungendo sub pœnis &c. ut dictas litteras præsentarent dicto Ecclesiastico causis ibidem expressis, (quas urbanitatis modestia omittit) sunt in regestro illius Regni diverss. 5. ab anno 1393. ad 94. à fol. 97. ad 99. & earum est copia authentica in originali processu, qui est recondítus in scribania maiori Domus Deputationis, in causam dubii super contrafactione anni 1646. ac etiam eius processus copia authentica custoditur in Regio Archivo.

35 Alia exemplaria reperiuntur in dicto processu, videlicet de regimine Domin. Regis Alfonsi Quarti in Civitate Gaietæ die 9. Novembris 1422. in itiner. 11. sigilli secreti ab illo anno usque ad 26. & à fol. 132.

36 Ac etiam in eodem processu diebus 1. Aprilis 1468. & 17. Octobris 1469. & 1. Septembris 1470. contra diversos Ecclesiasticos violatores pacis publicæ, ad cuius tutamen urgentiora adhibita fuerunt remedia in vim œconomicæ potestatis.

37 Et 15. Februarii 1583. fuerunt bannitæ ab hac Civitate, etiam quædam personæ Ecclesiasticæ, & Religiosæ, ut patet *in lib. rer. memor.* recondito in Archivo domus eiusdem Civitatis 2. *cap. 1. fol. 178.* & 25. Ianuarii 1656. in cur. locumt. 2. fol. 79. ab anno 1655. ad 58.

38 Et 8. Ianuarii 1696. per Dom. nostrum Regem cum suo Regio Rescripto fuit præceptum Locumtenenti Generalis huius Principatus, ut indiceret personæ Ecclesiasticæ, quatenus ab hac Civitate, & ab omnibus dominiis Regiis egrederetur.

39 Et in terminis Iudicis Commissarii Apostolici, data eius inobedientia, & obstinatione, fuit observatum 1. Septembris 1595. referente Vallencas in facto supplicationis oblatæ per Fisci Procuratorem, & Hieronymum Altizen, ubi attenta renitentia Conservatoris Apostolici Studii Generalis Ilerdæ in non revocandis procedimentis contra laicum factis, nec banchum Regium informando. Sic procedendo, & enantando, læsit, præiudicavit, & usurpavit iurisdictionem, & præeminentiam Domini nostri Regis, & fuit conclusum, quòd dictus Conservator banniretur à præsenti Principatu Cathaloniæ, & ad id fierent litteræ, & commissiones. Est in lib. conclus. civil. illius anni fol. 226. Et die 21. Ianuarii 1597. conclus. civil. illius anni fol. 67. ex quo non obstantibus diversis, & solitis litteris cum commination ibus assuetis præsentatis N. asserto Conservatori Domus Sancti Spiritus Civitatis Ilerdæ, contumaciter non curavit revocare procedimenta contra Andream Filip Agricolam, nec comparvit banchum Regium informaturus. Ideo ad instantiam Procuratoris Fiscalis, & dicti Filip per Magnificum Franciscum Descamps Regentem Regiam Cancellariam fuit conclusum, dictum N. Conservatorem, ut perturbatorem Regiæ iurisdictionis, in pœnam bannimenti incidisse, & propterea banniendum fore, & esse à præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rosilionis, & Ceritaniæ, & pro bannito habendum, & publicandum fore, & esse, & pro tali tenendum, & reputandum, donec aliter foret provisum, aut Regiam iurisdictionem reintegraret, & dictis Regiis monitionibus, & requisitionibus sibi factis pareret, & pro his fierent provisiones, commissiones, & præconizationes: quod exemplare tetigi *dec. 128. nu. 16.*

Et 15. Novembris 1604. fol. *26.* conclus. illius anni, 40
referente Fontanet, instante Fisci Procuratore, & Syndico Villæ de Figueres versùs Conservatorem fuit idem conclusum. Et 31. Augusti 1627. in lib. conclus. civil. illius anni fol. 55. referente Gamis, de quibus, & aliis exemplaribus latius *d. dec. 128. à n. 16.* super hac re, de Amigant *dec. 42. nu. 19.*

Et 6. Decembris 1674 (fol. 406. conclus. civil. illius 41
anni) referente Nob. Francisco de Ribera Regio Senatore fuit declaratum bannimentum versùs Ecclesiasticos qui attentarunt in prejudiciũ declarationis contentionis.

Super his obiter pondera, quòd in processu Deputatio- 42
nis super contrafactione anni 1646. qui supra citatur, fuerunt requisiti Deputati, quatenus pro observantia Generalium Constitutionum, ex munere sibi iniuncto, se opponerent bannimentis tunc contra Ecclesiasticos exequutis; & prævisо puncto, fuerunt voti Assessores, & Advocandi Deputationis, in prædictis non esse contrafactum, & licet scriptis votum non mandarunt; at sic respondernnt scripturæ per Deputatos ipsis præsentatæ die 30. Octobris 1643. prout constat in dicto processu.

Et ad quid Deputati poterunt secus agere? quando 43
œconomica potestas in Principe admissa videtur in nostris iuribus, nempe *in Prag. 3. tit. de defasius in 2. vol. constit.* in qua actum fuit de mandato per Serenissimum Dominum Regem Petrum directo Officiali Ecclesiastico Diœcesis Valent. quatenus hic revocaret quædam procedimenta, sub pœna privationis Regnorum, & terrarum dicti Regis; & licèt Archiepiscopus Tarraconæ, instatus ab Episcopo Valentino, intercesserat cum Domino Rege, ut præciperet illud mandatum pœnale retrahere, allegando esse contra immunitatem Ecclesiasticam, id tamen adeptus non fuit; imò præcedente deliberatione in Regio Concilio, plenè fuit per Dominum Regem Archiepiscopo responsum, se non opinari iurisdictionem Ecclesiasticam prohibere, sed suam Regiam tutari; minimè propterea mandatum fore revocandum, absque timore incursus alicuius periculi, & ibi: *Cum vnusquisque parte sua debeat esse contentus, sic que habertmus pro bono, ut dicto Officiali Valentini Episcopi deberetis rescribere, ne falcem suã imponeret in segetem alienam.*

Ac etiam docemur, quòd ad iustificandum huiusmodi 44
expulsionem, possunt recipi à laico informationes extraiudiciales, animo tamen præsentandi eas superiori Ecclesiastico, vel Sanctæ Sedi Apostolicæ, ad tradita per Solorz. *de Iur. Ind. lib. 3. cap. 27. à num. 71.* & in *polit. lib. 4. cap. 27. pag. 745. vers. Resta*, Vicecanc. Cretspi *obs. 3. n. 20.* Fraso *de reg. patron. tom. 1. cap. 48. tot.* latissimè contrariis satisfaciens, allegans *n. 25.* Sous. *ad Bull. cap. 20. disp. 95. n. 1.* Villaruel *en el governo Ecclesiastico 2. par. quæst. 18. art. 3. n. 60.* Gabr. à Sanct. Vincent. *de censur. disp. 4. quæs. 9. §. 24. n. 310.* Montemayor *in propugnac. pro Reg. iurisdict. §. 19. à n. 5. & §. 22. n. 3. & §. 24. à n. 1. §. 25. §. 26. à n. 45.* & alios signanter Duard *in Comment. ad*

dictorum Ordinum in flagranti, vel dum fugit, aut datur ſuſpicio fugæ, quàm etiam ex intervallo capitur à Judice Sęculari. Ergo utrobique poterit affirmari, tribuendam eſſe facultatem Judici Sęculari capiendi dictũ Equitem, ad finem illum remittendi ad ſuum Judicem Ordinũ.

75 Et hic accommoda quod vult Graſſis *de effect. Clericat. effect. 1. n. 536.* quòd poſſit Judex Sæcularis capere Clericum bono zelo ductus, ut illum ſcilicet præſentet ſuo Judici: Et hinc infero, quòd zelo juſtitiæ, ne Equites licentiores reddantur, in dedecus Juſtitiæ Sæcularis, poterunt capi à Judicibus Sæcularibus, ad finem eos remittendi ad ſuos Judices Ordinum; quæ doctrina Graſſis *in d. num. 536.* intelligi debet non in flagrantia delicti, ſed ex intervallo, quia de caſu flagrantiæ diverſam concipit limitationem *in nu. 537. cum ſeq.*

76 Tertia, nam juxta ſenſum Reg. Cortiada *dec. 138. n. 26.* Clericus poſt delictum commiſſum poteſt capi per Judicem Sæcularem, non ſolum quando eſt repertus in flagranti, vel quando fugit, vel eſt ſuſpectus de fuga; ſed etiam in omni caſu, in quo Judici Sæculari conſtat Clericum deliquiſſe; dummodò ipſe Judex Sæcularis prædictum Clericum ita captum ſine aliqua requiſitione ad ſuum Judicem Eccleſiaſticũ remittat; & probat ex Carolo de Graſ. *de effect. Cler. effec. 1. n. 542.* qui alios allegat.

77 Maximè non exiſtente Prælato, vel Vicario Generali in loco delicti, idem Cortiada *d. dec. 138. nu. 26.* (ad tradita per Bovadill. *polit. l. 2. c. 18. n. 50. in fin.* Graſs. *de effectu Cleric. d. effec. 1. n. 963. cum ſeqq.* ubi refert obſervatum in cauſa cujuſdam Equitis Melitenſis, & in cauſa Receptoris Religionis Melitenſis, qui duo commiſit homicidia, & fuit captus per officiales Regii Concilii Panorm. & ita captus ſub fidejuſſione fuit tranſmiſſus ad ejus Magnum Magiſtrum; à quo non diſcedit Sanfel. *dec. 251.* ubi ita judicatum tradit in Novitio ejuſdem Religionis) idque æquiſſimum eſſe exiſtimat, ne delicta remaneant impunita, nec credit, quod Prælatus Eccleſiaſticus Clericum ſic captum ex intervallo per Judicem Sæcularem, relaxaret, eò quòd ſicut Clericus poteſt capi per Judicem Sæcularem de licentia Epiſcopi, Barboſa *in c. ut famæ n. 4. de ſent. excom. c. ſi Clericus, eodem in 6.* ita poteſt capturas ratificare, ex traditis per Alciatum *in c. cum ab homine, à n. 65. ver. Puto communem, de Judiciis*, hæc Regens Cortiada.

78 Hoc eſt quod dicitur, quòd quando deficit Poteſtas Eccleſiaſtica, poſſunt laici capere Clericos, & in illos animadvertere, abſque metu excommunicationis, *cap. Princeps Sæcularis.* juncta Gloſ. 23. *qu. 5.* Belletus *diſq. Cleric. par. 1. de fau. Cleric. can. §. 2. nu. 37.* (qui ideo docet, quòd Sede Apoſtolica vacante laici poſſunt includere de facto, & obſidere Cardinales in conclavi pro creando Summo Pontifice) & deficit Poteſtas etiam quando longè abeſt; nam etiam abſentia Judicis competentis tribuit juriſdictionem Judici non competenti, Graſſis *dict. effect. 1. n. 963.* Cutell. *de immunit. l. 2. qu. 53.* hæc, quæ procedunt in Clericis, fortiùs procedere debent in Equitibus Ordinum Militarium.

79 Quorum omnium ratio eſt, quia licèt Judex Sæcularis incompetens ſit ad capiendum Equites Ordinum Militarium ad illos puniendum, non tamen erit incompetes ad illos remittendum ad Judicem Ordinum; quia varii à jure aſſignantur caſus, in quibus Judex incompetens ad judicandum, vel puniendum, non eſt incompetens ad capiendum, ad finem remittendi, ob periculum in mora, & propter pacem publicam, ut ſcribit Bovadil. *in polit. l. 2. c. 18. n. 50. in fine*, Cancer *var. 2. c. 2. n. 257.* Scialoya *de foro comp. c 19. n. 27.* Reg. Cortiadia *dec. 10. n. 184.*

80 Undè exiſtimo, poſſe Judicem Sæcularem capere ſaltem de facto Equitem Ordinis Divi Jacobi, impetitum de delicto gravi, videlicet uſurpationis juriſdictionis Regiæ, etiam ex intervallo, ad effectum illum remittẽdi una cum proceſſu informativo ad Regium Concilium Ordinum.

81 Nec officit rario in initio hujus controverſiæ ponderata, inducta ab exemptione fori ſæcularis, quo gaudent perſonæ Eccleſiaſticæ, quia ſingulariter in Equitibus Ordinum Militarium, quid obſervandum ſit, eſt deſuper ſtabilitum, ultra quod etiam in illis præciſis, & fortioribus terminis, quid ſentiant DD. eſt diſcuſſum, ex quorum declarationibus, vel ſubdeclarationibus, quid in puncto ſit ſentiendum, eſt ſuprà fundatum.

82 Super allegatis, & dubii declaratione, interpoſita eſt conſultatio Domino noſtro Regi, & nihil ſuper illa fuit decretum, ſed ſub die 10. Januarii 1687. remiſit per S. C. Ordinum cognitionem cauſæ Excellentiſſimo Domino Marchioni de Leganes Locumtenenti Generali hujus Principatus, &c. uſque ad ſententiam excluſivè.

DECISIO LXXXII.

ARGUMENTUM.

Deciditur caſus, quando Baro Eccleſiaſticus procedit cum Cenſuris ut Baro contra officiales Regios, & firmat contentionem, aut dubium ſuper contentione in ſua Curia, aut in alia Eccleſiaſtica contra Curiam Sæcularem, & qua forma procedatur; an per hanc ſit firmanda contentio, vel dubium ſuper contentione: ubi etiam agitur de contentione firmanda per Equites Ordinum Militarium. Pariter quædam præludia ponderantur demonſtrantia quomodò, & per quos Officiales regatur juriſdictio in Civitate Tarraconæ.

SUMMARIUM.

1 *Omnis juriſdictio dimanat à Rege tanquam à fonte, & in ea Dominus Rex ſũdatam intentionem habet.*

2 *Barones Eccleſiaſtici Cathaloniæ juriſdictionem temporalem habentes, anteaquam adipiſcantur poſſeſſionem Baroniæ, Regi fidelitatem jurare tenentur & executoriales litteras obtinere, & procedetur criminaliter contra eos, qui bis non actis tradunt poſſeſſionem.*

3 *Quando Baro Eccleſiaſticus procedit ut Baro, ab illius procedimentis non recurritur ad Judicem Eccleſiaſticum, ſed ad Dominum Regem, & ejus Regium Concilium.*

4 *Quælibet cauſa illis movenda circa juriſdictionis exercitium, vel quia illam Regi ſpectare prætendatur, in Regia Audientia tractari oportet tanquam conſiſtorialis natura ſua, & ſi Criminalis ſit, ad Regium Concilium ſpectat, & ſecunda inſtantia per appellationem, vel recurſum.*

5 *Eccleſiaſtici Barones tenentur exercere juriſdictionem eiſdem modo, & forma, quibus illam exercent cæteri Barones Sæculares.*

6 *Cõntra Barones Eccleſiaſticos procedetur ad ſequeſtrum juriſdictionis ſæcularis, ſi ea abutantur.*

7 *Contra Eccleſiaſticum qui ſe gerit uti Baronem, non firmatur contentio, ubi declaratio Cancellarii, & infra num. 14.*

8 *Alia declaratio.*

9 *Si agitur contra Baronem Eccleſiaſticum de prærogativis Eccleſiaſticis, vel ſpiritualibus, & non profanis, cauſa eſt tractanda coram Iudice Eccleſiaſtico.*

10 *Comprobatur.*

11 *Quædam præludia demonſtrantia quomodo, & per quos officiales regatur juriſdictio in Civitate Tarraconæ, proponuntur uſque ad nu. 21.*

12 *Factum uſque ad nu. 29.*

30 *Vicarii intra eorum Vicarias latas poſſunt miniſtrare juſtitiam querelantibus de Bajulis Regiis, & eorum Locatenentibus, Aſſeſſoribus, & Judicibus, de bis quæ debent uti privatæ perſonæ.*

31 *Barones nullo in caſu Civili, aut Criminali poſſunt de Regiis officialibus cognoſcere, ſunt enim de familia Domini Regis, & de ejus foro, & juriſdictione.*

32 *Si officialis graviter delinqueret, poſſet Dominus Caſtri illum capere, & ad ſuperiorem remittere.*

33 *Proviſio contra Baronem Eccleſiaſticum procedentem contra officiales Regios.*

34 *Litteræ vigore proviſionis.*

35 *Quoties eſt contentio juriſdictionis inter duos Barones, vel Baronem, & officialem Regium, contentionis declaratio pertinet privativè ad Dominum Regem, etiamſi Baro ſit Eccleſiaſticus, ubi diverſæ concluſiones Senatus expreſſantur, & nu. 36.*

37 *Supplicatio Procuratoris Fiſcalis, & proviſio Senatus in cauſa præhabito.*

38 *Secundæ litteræ à Curia Eccleſiaſtica, cum motivis in eis contentis.*

Quan-

39 *Quando Curia possit compelli firmare contentionem.*
40 *Et jam in casu notoriæ jurisdictionis, quando Curia possit compelli ad firmandum dubium, declaratur, & numer.41.*
42 *Quando compelli non possit, & numer.44.*
43 *Provisio sequestrationis jurisdictionis in casu controverso.*
44 *Aliæ litteræ à Curia Ecclesiastica Tarraconæ.*
45 *Litteræ responsivæ à Curia Regia.*
46 *Declaratio Trium Aularum.*
47 *Quid urbanitatis gratia fuerit actum in casu, & exitus procedimentorum, & numer 48.*
49 *Quando procedendum sit ad occupationem temporalitatum, ex quo recusat Curia Ecclesiastica firmare contentionem cum sæculari, & num.50.*
51 *Aliud simile dubium.*
52 *Quando delegatus lædit aliquam Regaliam, quomodò contra illum procedatur.*
53 *Quomodo Equites Ordinum Militarium, si molestantur in Catbalonia per Judicem Sæcularem, firmare possint contentionem, & num.54.*
55 *Factum cum resolutione Senatus, usque ad fin.*

1 PRÆLUDIA quædam supponenda censeo ad muniendam decisionem facti contingentis. Primò, quòd omnis jurisdictio dimanat à Rege tanquam à fonte, & in ea Dominus Rex habet fundatam suam intentionem, Font. *decis.*341. *num.* 2. Cancer *var.* 3. *cap.*13. *num.*346. & Nos *decis.*71. *numer.*1.

2 Quocirca Barones Ecclesiastici Cathaloniæ, veluti Archiepiscopus, Episcopi, Abbates, & alii Prælati Jurisdictionem temporalem habentes, antea quam adipiscantur possessionem jurisdictionum temporalium, Regi fidelitatem jurare tenentur, & exequutoriales litteras obtinere, Fontan. *d.decis.* 341. *num.* 25. & 26. ubi *num.*27. dicit, quòd Rex procedit criminaliter contra eos, qui sine exequutorialibus Domini Regis tradunt possessionem de aliqua Baronia personæ Ecclesiasticæ, dicimus *decis.*3. *num.*40.

3 Secundò, quando Baro Ecclesiasticus procedit ut Baro, ab illius procedimentis per oppressum recurritur non ad superiorem Ecclesiasticum, sed ad Dominum Regem, & ejus Regium Concilium; quia considerata temporali jurisdictione, quam exercet ut Baro, de ejus procedimentis Dominus Rex est Judex competens, Reg. Cortiada *decis.*9 *num.*3. & *decis.*15. *num.* 14.

4 Tertiò, quòdhinc quælibet causa illis movenda circa jurisdictionis exercitium, vel quia illam Regi spectare prætendatur, in Regia Audientia tractari oportet tanquam consistorialis natura sua, Cancer *var.* 1. *cap.* 12. *numer.*90. Fontan. *d. decis.*341. *per totam*, Ripoll. *var.*2. *cap.*1. *à num.*203. & causæ omnes motæ in Curiis prædictorum uti Baronum, cum qualitate in prima instantia ad Regiam Audientiam evocantur, & si Criminales sint, ad Regium Criminale Concilium, ut Nos dicimus latius *in decis.*1. *num.* 8. & in secunda instantia per appellationem, vel recursum, Fontan. *d. decis.* 341. Oliba *de jure Fisci cap.*10 *num.*13.

5 Quartò, secularem jurisdictionem exerceretenentur eisdem modo, & forma, quibus illam exercent cæteri Barones Sæculares, Font. *d. decis.* 341. *num.*7. nec possunt uti censuris, aut excommunicatione pro illius exercitio, Cancer *var.* 3.*c.*13.*n.* 146. Cabedo *dec.*40.*n.* 13. *par.*2. Reg. Matthæu *de regi. Reg. Valent.*2.*c.*8.*ſ.*8.*n.*281. Reg. Cortiada *decis.*9. *numer.*11. & *decis.* 27. *num.*190.

6 Quintò, si Barones Ecclesiastici jurisdictione sæculari abutuntur receptando delinquentes, ejectos à pace, & treuga, aut usurpando Regiam jurisdictionem, vel vassallos opprimendo, proceditur contra illos ad sequestrationem jurisdictionis sæcularis, & formatur processus in Regio Criminali Concilio eodem modo, ac si procederetur contra Baronem Sæcularem ad Fisci instantiam per informationem, & provisionem secretam absque partis citatione, dempto quòd contra eos non fit provisio capturæ, sicut contra Barones Sæculares, practicando in omnibus *decis. Peg.* 36. *tom.* 1. Font. *dec.* 341. *num.*28. & Nos diximus *decis.*71.

7 Sextò, quando Baro Ecclesiasticus non se gerit ut personam Ecclesiasticam, sed ut Baronem exercentem jurisdictionem temporalem, cum eo non firmatur contentio; imò si per Curiam Regiam ordinariam inadvertenter firmetur, declaratur per Cancellarium, contentionem non procedere, prout ita fuit dictum per Cancellarium Cassador die 29. Aprilis 1568. intervenientibus Regiis Senatoribus Sabater, Sorts, Cordellas, Quintana, Poll, & Puig, in facto Reverendi in Christo patris Episcopi Vicen. qui ut Baro inquisitionem firmaverat contra Joannem N. tanquam usurarium, qui recursum interposuit ad Regium Concilium Criminale, à quo litteræ recursus fuerunt emanatæ; & quia ex inquisitione constabat tanquam Baronem processisse, fuit declaratum contentionem non procedere, & per Cancellarium Rovirola die 30. Octobris 1604. fuit declaratum, consultoribus Fontanet, & Senjust in favorem Curiæ Sæcularis R. A. & singularium Villæ de Riudaura contra Abbatem Campirotundi uti Baronem dictæ Villæ; tractabatur namque in R.A. de possessione per singulares dictæ Villæ prætensa, ducendi, tractandi, & finiendi omnes, & quascumque causas tam Civiles, quàm Criminales, ad jurisdictionem dicti Abbatis pertinentes in termino dictæ Villæ de Riudaura, & super prohibitione venandi in dicto termino absque licentia Abbatis per eum uti Dominum jurisdictionis dicti termini facta, ut aliis exemplaribus comprobat Ferrer *obs. par.*3.*c.*168. Oliba *de jure Fisci. cap.*10. *num.*2. & *num.*12. Canc. *var.*1.*cap.* 12. *à numer.*86. & *par.*3.*cap.*13. *num.* 345. & 346. Font. *de pact.tom.*1.*cla.*4.*glos.*10.*par.*1.*numer* 9. & *decis* 341.*à num.*16. *par.*3. idem Oliba *de jure Fisci cap* 3. *nu.*28. *ad* 40. Mastril. *de Magistrat lib.* 3. *cap.*1. *tot* Ramon. *cons.* 24.*n.*112. Callicius *in Margarita Fisci dub.*8. *nu.*16.*præt.* 94. quos aliquibus prætermissis citat Reg. Cort. *dec.*9.*n* 4.

Et fuit declaratum per Cancellarium Pons, Consultoribus Aleny, Anglasell, & Ferrer 7. Maii 1672. in causa contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Sæcularem R. A. & Syndicum Villæbertran ex una, & Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Archipresbyterum, & Capitulum Ecclesiæ de Villabertran ex alia, occasione quarundam oppressionum, & vexationum per dictos Archipresbyterum, & Capitulum contra singulares dictæ Villæ vasallos suos illatarum, pro quibus Syndicus dictæ Villæ instabat in dicta Curia Sæculari R. A. ad Magnifici Josephi Aleny R. A. D. relationem, sequestrum jurisdictionis, & extitit declaratum per dictum Cancellarium, cognitionem dictæ causæ ad Curiam Sæcularem pertinere, & spectare. 8

Septimò, notanter supra diximus, quòd attenta temporali jurisdictione Baro Eccles. reputatur ut laicus, & est conveniendus in Curia Sæculari; quia si de prærogativis spiritualibus, vel Ecclesiasticis, & non de profanis ageretur, causa tractanda foret coram Judice Ecclesiastico; & ita resolutum fuit in contentione jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & F. P. Curiæ Ecclesiasticæ Dertusæ ex una; & P. F. P. & Curiam Sæcularem Regiæ Audientiæ, & Fr. Don Ludovicum de Pujasons Equitem Sancti Joannis Hierosolymitani Commendatorem de Asco ex alia, in qua dictus Pujasons uti Baro de Asco prætendebat prærogativam sedendi in presbyterio Villæ de Asco, dum in ea divina officia celebrantur, & licèt prætenderet P. F. P. dictam prærogativam esse de regalibus, & sic cognitionem causæ ad Curiam Sæcularem pertinere; attamen per Cancellariū Pons. Consultoribus Aleny, Tristany, & Anglasell 29. Aprilis 1671. fuit declaratum, cognitionem dictæ causæ ad dictam Curiam Ecclesiasticam pertinere, quia dicta prærogativa non erat temporalis, sed Ecclesiastica. 9

Quæ comprobat Cancer *var* 3.*c.*10 *n.*115 ubi allegat contentionem declaratam in favorem Curiæ Ecclesiasticæ per Cancellarium Rovirola 26. Septembris 1603. & sequitur Intrig. *in prax.t.*1.*annot.*12 § *unico nu.*28. & *de potest. Archiep.c.*228 *de not.rer reg.t.*4. *tr* 8 *q.*33. Barbosa *l.*3.*vot.*226.*n.*275. & *in collec. ad Concil. Trident sess.*25. *de reg.c.*13. ubi plures, Novar. *consil.t.*1.*l.*2. *de foro comp. cons.*3. *num* 5. ubi rationem assignat loquens de quadam Confraternitate laicali, asserens, quòd licèt illa subiiciatur Judici laico, & debeat coram eo conveniri, & non subsit Episcopo regulariter quoad temporalia, & bona, quæ ipsis habent in sua Congregatione; illi tamen subiiciuntur Episcopo quoad actus Ecclesiasticos. 10

Etiam ad facti infrascripti perceptionem liceat considerare, quòd jurisdictio Civilis, & Criminalis, merum, & mixtum imperium in Civitate Tarraconæ est Domini nostri Regis, & admodum Reverendi in Christo Patris Archiepiscopi ejusdem Civitatis, & illam exercent pro indiviso, & ad ejus administrationem constituunt sua 11

Maje-

Duct 32. *dist.* quam sequitur, & singulariter appellat Abbas *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de const. nu.* 6. & ex Navar. Soc in. Menchaca, Horosc. Covar. Segur. Bovadil. Marta approbat Solorz. *de jure Ind. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 60. Imò universaliter posse laico eam facultatem concedere, non solum in civilibus, & temporalibus, verùm etiam in criminalibus, & spiritualibus, quia tunc Judex laicus non judicabit propria potestate, sed authoritate Summi Pontificis, tanquam ipsius minister, & delegatus, docet cum citatis Bonac. *oper moral. tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 16. *sect.* 1. *puncto* 6. *n.* 2.

64 Parcissimè, maturè, & in subsidium utendum esse hac œconomica, & politica potestate, concordi voce admonent Doctores de ea agentes; & ne quid deficiat in recitando hoc salubri documento, litteraliter transcribitur quod protulit Dominus Don Franciscus Ramos del Manzano *d. lib.* 4. *cap.* 48. *n* 10. in illis verbis: *Usum tamen ejusdem authoritatis, præsertim in Ecclesiasticis eliminandis, parcissimè, ac non nisi defecta, aut desperata Ecclesiastici Magistratus correctione, quæ tamen ut plurimùm deficit, Clementina un. vers. Potissimè de offic. ordin. & urgente Reipublicæ bono, assumi, & exerì oportere, quia & œconomica potestas patris temperatissima, & quæ nisi magnæ, ac multæ injuriæ patientiam evicerint, nisi plus est quod timet, quàm quod damnat, non accedit ad decretorium stylum, ut eleganter Seneca, idem Principi faciendum, monens* 1. *de Clem. cap.* 14. *nec dissimili sensu Tertullianus lib. de Oratione cap.* 2. *appellationem patris in Deo esse pietatis, & potestatis, & in Apologet. cap.* 34. *de Imperatoribus, patriæ patribus, gratius in illis esse nomen pietatis, quàm potestatis; etiam familiæ magis patres, quàm dominos vocari. Et defensio ea demum justa, & inculpata, quæ moderata, & quatenus necessaria. cap. Ut famæ* 35. *in fin. de sentent. excommun. & politicum jus territorii, & temporalium tantò securius, sanctiusque, quanto erga Ecclesiam reverentiùs, & illius jura, immunitatem, libertatem tuetur, promovet.*

65 Et Excellentissimus Dominus Vicecanc. Crespi *d. observ.* 3. *nu.* 18. ibi: *Apud nos autem illud fieri solet, ut prius superior Ecclesiasticus moneatur secretè, & extrajudicialiter, ut ipse Clericum, sive suæ jurisdictionis subditum detineat, aut expellat, prout oporteat negotio, & damno. Nam licet politica potestas temporalis, etiam quoad Ecclesiasticos, penes Regem resideat, & ejus Ministros, non verò penes Ecclesiasticos: ut ex Suario lib.* 3. *de legibus c.* 6. *Bellarmino lib.* 3. *controv. cap.* 6. *Salgado de Regia Protect. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 55. *& 56. ubi plures allegat. probat Salzedo de leg. Pelit. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 55. 56. *& 57. urbaniùs, & decentiùs fieri hæc videntur medio Judicis Ecclesiastici.*

Eo autem vel recusante, vel omittente, fit manu Regia, sive manu militari, ut loquitur Ulpianus in l. Qui restituere 63. *ff. de rei vendicatione. Et in l.* 3. *ff. Ne vis fiat ei, per Judicem laicum, qui & superiorem ipsum, si pacem publicam turbet, poterit quemadmodum & Clericum cum reverentia mittere, & tanquam membrum Reipublicæ putridum resecare, l fin. §.* 1. *ff. de offic. procurat. Cæsaris. Salgado de Regia Protectione par.* 1. *cap.* 2. *n.* 279.

66 Hanc uberrimam eruditionem amplectitur Regius Senator Amigant *dec.* 42. *nu.* 11. & eam edendam uti eximiam, & fructiferam proferimus cum exemplari 16. Januarii 1696. ubi Regium diploma pandit versùs Religiosum, directum suo Provinciali, ut eum extra Conventum, & hanc Civitatem ejiceret, quem modum etiam approbat Solorzano *in polit. lib.* 4. *cap.* 27. *pag.* 744. *vers. Y aunque, & de jure Indiarum lib.* 3. *cap.* 27. *à num.* 12. & 17.

67 Et cum (ut diximus *decis. antecedenti nu. fin.*) coertio, quę exequitur contra Judices Delegatos Apostolicos inobedientes, & renitentes revocare procedimento læsiva, & turbativa jurisdictionis Regiæ, vel comparere in Regia Audientia ad eam informandum, fiat per viam politicæ, & œconomicæ; ideo pari ratione in ea attentiùs, & maturè est procedendum, mediantibus præambulis exhortationibus, juxta praxim quam lato calamo scribit Reg. Cortiada *tom.* 1. *decis.* 28. *& decis.* 29. & annotavit de Amigant *tom.* 2. *decis.* 42. *num.* 19. & amplectitur Episcop. Urrutigoyti *de comp. quæst.* 40. *à num.* 39. latè Solorzano *de jure Ind. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *à num.* 12. *usque ad num.* 18. *& in polit. lib.* 4. *cap.* 27. *vers. Pero suele muchas vezes, & seq. pag.* 739. ubi accuratè, & ea Regiam schedulam approbat.

68 Sicut defensionis jure sustinetur ejectio Ecclesiastici, ne inobedientia, & turbulentia sua Reipublicæ noceat, ita ex eadem defensione potest in eum exerceri, ne excedat è certa Urbe, vel oppido, non jurisdictionaliter, sed ex vi œconomicæ potestatis. Gaspar Roder. *de annuis redditibus cap.* 17. *n.* 55. & 59. Garcia *de nobil glos.* 9 *n.* 46. assentit D. Franc. Ramos del Manzano *lib.* 3. *ad ll. Jul. & Pap. cap.* 48. qui in hanc partem allegat observantiam Castellani Senatus; & eo allegato non dissentit noster Reg. Senator de Amigant *tom.* 2. *dec.* 42. *n.* 13.

Nec ab his discedit observantia nostra, nam ita fuit 69
practicatum cum cartha in forma Cancellariæ expedita de gubernio Serenissimi Domini Joannis ab Austria 30. Aprilis 1653. in cur. locumt. 1. fol. 25. & 24. in quo etiam fuit rescriptum Capitulo, ubi residebat Ecclesiasticus Capitularis, illud hortando, & rogando, ut ei subvenirent ex fructibus, & emolumentis sui Canonicatus.

Et in alia cartha ut ibi: *Amat de la Real Magestat. N.* 70
Doctor en Sagrada Theologia: al servey de sa Magestat (Deu lo guarde) conve que trasferiau vostra Persona à la Ciutat de Tortosa. Per tant en virtut de la present vos dibem, y manam que dins vint y quatre horas, inmediadament seguents, apres que aureu rebut aquest nostre orde, vos partiau desta Ciutat de Barcelona, transferintvos à la de Tortosa; desde hont nos enviareu relació testimonial, y authentica de que estau en dita Ciutat; per a que vos fassam entender, lo que coavindrà fer al servey de sa Magestat: dat en Barcelona als 17. *de Maig* 1664. *in curia locumt.* 4. *ab anno* 1661. *ad* 1665. *fol.* 164.

Et in alia cartha noviter expedita 30. Augusti 1700. 71
fuit injunctum quibusdam Canonicis Tarraconæ, quatenus se amoverent à Civitate Tarraconæ per distantiam decem leucarum, quin possent ingredi hanc Civitatem Barcinonæ, nec alium locum per decem leucas sui districtus, nec adire Curiam Domini nostri Regis, nisi alio obtento ordine.

Ex prædictis infertur, quòd multò magis poterunt 72
Reges vocare Prælatos, ut coram se compareant, probat latissime Solorzano *de jure Ind. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 67. *cum pluribus seqq. & in polit. lib.* 4. *cap.* 27. *vers. Y de lo dicho, pag.* 744. D. D. Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 46 Regens Cortiada *decis.* 28. *num.* 29. *& seqq. par.* 1. Regius Senator de Amigant *tom.* 1. *decis.* 2. *nu.* 135. *& seqq.* ubi allegat Sesse *de inhibit. cap.* 5. §. 4 *à num.* 9. qui id tenet, quando in mandato exprimitur, quod fit pro rebus concernentibus Regium servitium, & quod nostri Excellentissimi Domini Locumtenentes suæ Majestatis similia mandata litteris Regiæ Cancellariæ transmittunt, Regalis servitii causa urgente; & probant exemplaria infrascripta, in quibus vocando Ecclesiasticos per Dominum Locumtenentem Generalem ad hanc Civitatem, fuit expressa illa causa.

Sic expeditæ fuerunt dat. Barcinonæ 19. Februarii 73
1603. in curia locumt. 4. fol. 187. ab anno 1601. ad 3. similis 27. Septembris 1608. in curia locumt. ab anno 1608. ad 10. fol. 135. & aliæ ibidem fol. 135.

Similis dat. Barcinonæ 11. Decembris 1624. in curia locumt. 28. ab illo anno usque ad 1625. fol. 218.

Similis per hæc verba: *Amat de la Real Magestat: per* 74
cosas que importan al servey de sa Magestat (Deu lo guarde) havem menester vostra persona, dihemvos perco, y encarregam que encontinent rebuda esta, vos conferau à ella, bius presenteu devant nos, ahont entendreu lo fahedor, y de la entrega desta estarem à la relatiò del portador: dada en Barcelona als 6. *de Iuny* 1653. *in cur. locumt.* 1. *ab eo anno usque ad* 55 *fol.* 34.

Similis 12. Junii 17. & 24. Julii 1654. dat. Barcinonæ in 75
cur. locumt. 1. dicto ab anno 1653. ad 55. fol. 175. & 186. & seqq.

Similis 13. Maii 1665. dat. Barcinonæ in cur. locum. 4. 76
ab anno 1661. ad 65. fol. 236.

Similis 15. Augusti 1671. dat. Barcinonæ in cur. locumt. 6. fol. 246.

Similis 9. Aprilis 1684. dat. Barcinonæ in locumt. 12. ab anno 1687. ad 88. fol. 46.

Similis 27. Octobris 1689. dat. Barcinonæ in locumt. 77
14. ab anno 1688. ab 93. fol. 65. de quibus conquesti fuerunt Canonici Gerunden. Domino nostro Regi, inter alia exponendo, quod in illis litteris Cancellariæ fuit læsa immunitas Ecclesiastica, suppliciter postulando, ut litteræ illæ à Cancellaria delerentur, & quod eis licentia impertiretur ad se restituendum in Ecclesiam suam, quibus non annuit sua Regia Majestas, imo ipsis

fuit

fuit injunctum, ut à Domino Prorege eam licentiam implorarent, prout ita exequuti fuerunt, & deliberata fuit à Domino Prorege licentia deprecata: & ad id fuit eidem consultatio interposita per Regiam Audientiam junctis Tribus Aulis 11. Aprilis 1690.

78 Super hac re sequitur diploma Regium, omnino observandum, in quo præcipitur urbanitas, & moderamen, quibus honorandi sunt Judices Ecclesiastici.

LA REYNA Governadora.

EXpectable Don Vicente Gonzaga, de mi Consejo de Guerra, mi Lugartiniente, y Capitan General. Aviendose ofrecido encuentro entre las jurisdiciones, Real, y Eclesiastica, en que algunos de los procedimientos hechos por parte de mi jurisdicion Real no parecieron justos, y los es que se eviten; si sucediere ocasion semejante en esse Principado; he tenido por conveniente prevenirlo en forma, que contiene el papel incluso, formado de mi infrascrito Secretario, y remitirosle (como hago) para que se tenga presente en essa Real Audiencia. y demàs partes, que sea menester, y encargar, y mandaros deys orden se observe lo que se advierte en dicho papel, en los casos que desta calidad se ofrecieren, y haziendo se registren en el libro de los acuerdos de la Real Audiencia, para que en adelante aya la noticia, que es razon, para su cumplimiento. Dada en Madrid à 31. de Março 1666.

YO LA REYNA.

Ut. Don Christophorus Crespi Vicec.	*Ut. Don Michael de Calba.*
Ut. Exea Reg.	*Ut. Fernandez ab Heredia Reg.*
Ut. Vilosa Reg.	
Ut. Don Petrus Vila Campa Reg.	*Ut. Don. Antonius Ferrer.*

Don Didacus de Sada Secretarius.

Sequitur ordo.

Porque algunos de los procedimientos, que se hizieron por parte de la jurisdicion Real de un encuentro con la Eclesiastica, parece que no fueron justos, se ha tenido por conveniente advertirlo; para que se eviten, si sucediere la ocasion, en todas las partes de la Corona.

Primeramente en las letras que se despacharon contra el Ivez Eclesiastico, amonestandole que revocasse, y cancellasse las que avia despachado contra los Ministros Reales, se dezian estas palabras: Pena de rebeldes, y de confiscacion de bienes; *estas palabras, y cominacion no se deve usar, sino estas otras;* y no haziendolo se procederà contra el Ivez, ò Ivezes Eclesiasticos à ocupacion de temporalidades, ù exilio, como inobedientes à los mandatos Reales, *si fuere caso de inobediencia, ò como usurpadores de la jurisdicion Real, si fuere caso de usurpacion: ò perturbadores de la paz publica, si fuere caso de perturbacion.*

Tampoco se ha de usar de la palabra rebeldes, en los mandatos, letras, ò provisiones que se despachan contra los que son personas exemptas, como Cavalleros de Habito, Familiares, y otros; porque si bien en estos casos la palabra rebelde, y rebeldia es synonima con la de contumaz, ò contumacia, toda via tiene alguna dureza usar desta voz, y basta usar de la de contumacia.

Tambien se dixo en otras letras contra el Ivez Eclesiastico, que revocasse lo que se avia hecho por su parte, pena de diez mil escudos.

Y tampoco se deve usar deste termino, ni imponer principalmente pena pecuniaria à los Eclesiasticos; y lo que puede corresponder à esto, es que diga el Fiscal en sus instancias, y peticiones, que la injuria hecha à la jurisdicion Real, la estima en tanta cantidad, arbitrando la que pareciera justa, segun el caso. Que es lo que en Catalunna llaman laudamentum Curiæ, *y procederse por los caminos acostumbrados à su execucion por via de la ocupacion de temporalidades en la forma, que en cada Reyno se acostumbrare, y estuviere recebida.*

Tambien sucedió, que al Ivez Eclesiastico le desterraron de la parte donde fue el encuentro, y sin dexarle tomar lo necessario para su sustento, y viage; le pusieron à una Isla, y despoblada, donde tenia peligro de Moros, y de que le faltasse el sustento.

Esto se ha de tener por cosa muy mal hecha; porque si bien huvo suficiente causa para el exilio: pero el executar lo ha de ser con la reverencia que se deve al Estado, con el mejor modo, urbanidad, y decoro que se puede; de suerte, que se assegure la salida con mas, ò menos compulsion, segun fuere la renitencia, pero siempre sin vexacion, y con respeto à la persona, dexandole llevar lo que huviere menester, y à parte à donde no huviere peligro.

Tambien se hizieron algunas notificaciones muy à deshora, como à las diez, ò onze de la noche.

Parece que se deve esto escusar, y que no aviendo motivo urgente, que dicte lo contrario, se han de hazer estas notificaciones de dia, no dando ocasion à que se entienda, que estas ocasiones se governan por dar molestia mas que por defender la propria jurisdicion. Y aunque los Eclesiasticos excedan en esto, haziendolo por su parte à horas extraordinarias; por parte de la jurisdicion Real siempre se ha de proceder con toda justificacion, sin valerse destos medios, sino quando no se puede mas.

Tambien aviendose movido contencion por parte de la jurisdicion Eclesiastica, no se quiso admitir por la Real, y parece que por lo menos super notorio se deve regularmente admitir, sino es quando se trate de cosas indubitatissimas, como en Valencia, y en Mallorca la jurisdicion de los bienes de Realenco, que no se ha de poner en disputa, y otras cosas igualmente notorias; y de que no se deve dudar, y se vè que no son pretensiones notoriamente viciosas.

Don Diego de Sada.

DECISIO CXLII.

ARGUMENTUM.

Cognitio causarum Emphyteuticarem, & feudalium, etiam inter Ecclesiasticos, pertinet ad Judicem laicum, nominatum à Domino emphyteusis, vel feudi: & si emphyteusis, vel feudum sunt de Regio patrimonio, ad Bajulum Generalem, cui etiam spectat jus dicere in prima instantia super controversiis itinerum, viarum, vel locorum publicorum. Et quomodo exculpetur Officialis inferior ob mandatum superioris, vel ob interpositam consultationem apud superiorem, tam à Syndicatu, quàm à censuris Ecclesiasticis.

SUMMARIUM.

1 *Potest Clericus à Domino directo conveniri coram Judice laico in causis emphyteusis pro recognitione investituræ, laudimio, pensionibus, censibus emphyteuticis, & similibus, ex nostro jure consuetudinario, tam intra Civitatem, quàm extra Civitatem Barcinonæ, & in toto Principatu.*
2 *Declaratio Senatus, & contentionis.*
3 *Alia Senatus declaratio.*
4 *Alia Senatus declaratio.*
5 *Alia.*
6 *Alia.*
7 *Alia.*
8 *Alia Senatus declaratio.*
9 *Ad id declaratio contentionis.*
10 *Aliæ declarationes contentionis, & n. 11. & 12.*
13 *Et si res emphyteuticaria est de patrimonio Domini Nostri Regis, causæ super emphyteusi patrimoniali tractari debent, etiamsi Clericus reus sit, vel sit inter personas Ecclesiasticas, in Regio Concilio Bajuliæ Generalis Cathaloniæ in prima instantia: cum litteris Regiis.*
14 *Declaratio contentionis, ubi id ampliatur ad Arrendatarios jurium Regalium.*
15 *Qualitas emphyteuticaria debet justificari, in qua jurisdictio Judicis capibreviationis fundatur; aliàs nulliter procedit: cum Senatu.*
16 *In feudis & causis feudalibus Ecclesiasticæ Personæ trahi possunt coram Judice sæculari per Dominum feudi electo.*

Cau-

17 *Causæ feudales de Regio Patrimonio pertinent ad cognitionem Regiæ iurisdictionis: cum Senatu.*
18 *Baiulus Generalis cognoscit de feudalibus Regii Patrimonii, etiam inter Ecclesiasticos.*
19 *Senatus declaratio.*
20 *Alia Senatus declaratio.*
21 *Regium Diploma, quod rem distinguit.*
22 *Cognitio Regaliæ itineris, & viæ publicæ ad Principem pertinet.*
23 *De Regalibus, est locorum publicorum concessio.*
24 *Ecclesiasticæ personæ pro via publica usurpata, & pro ædificatione, seu constructione in via publica, conveniuntur coram Baiulo Generali Cathaloniæ.*
25 *Declaratio contentionis.*
26 *Alia declaratio.*
27 *Celebris Observantia Senatus, quæ ad litteram traditur.*
28 *Stante litis pendentia, seu evocatione causæ coram Superiore, cum interventione Fisci ob eius interesse, impeditur pars liti cedere in præiudicium Fisci.*
29 *Contumax non potest reputari inferior ad incidendum in excommunicationem ab Ecclesiastico promulgatam, stante evocatione causæ apud superiorem: cum Senatu.*
30 *Aliæ declarationes Senatus, & n.31.*
32 *Contumax censeri non debet inferior in obtemperandis mandatis, quando Principi interposita est consultatio, & pendet Regia deliberatio.*
33 *Pendente consultatione, & deliberatione superioris, absolvitur Officialis in Iudicio Tabulæ.*
34 *Non est firmanda contentio cum inferiore exequente mandatum superioris: cum declaratione contentionis.*
35 *Alia ad id declaratio contentionis.*
36 *Inferior obtemperare tenetur mandato superioris, si mandatum non est notoriè iniustum; qua de causa excusatur obediens à Syndicatu: cum Senatu.*
37 *Alia declaratio Senatus.*
38 *Officialis excusatur à pœnis constitutionis, obtemperando mandato superioris: cum Senatu iunctis Tribus Aulis.*
39 *Subditus tenetur obedire suo superiori, in his quæ pertinent ad suum imperium, non in aliis.*
40 *Ex defectu iurisdictionis redditur excommunicatio nulla.*

1 QUIA Dominus directus de jure Cathaloniæ habet jurisdictionem universalem in emphyteutas, ratione suæ emphyteusis, potest Clericus à Domino directo conveniri coram Judice laico in causis emphyteusis, pro recognitione investituræ, laudimio, pensionibus, censibus emphyteuticis, & similibus, ex nostro jure consuetudinario, probat ex practicis Socarrats, Solsona, Oliba, Despujol, Xammar, Fontan *de pact. nup. tom. 1. claus. 4. glos. 12. à nu. 140. & dec. 341. n. 23. & 24.* qui *nu. 25.* testatur ita indubitanter practicari in hoc Principatu, prosequitur Regens Cortiada *par. 3. dec. 147. nu. 32.* qui *nu. 33.* docet id observari, non solùm extra Civitatem Barcinonæ, sed etiam intra Civitatem Barcinonæ, ut fuit declaratum in nostra Regia Audientia in Aula Regentis Regiam Cancellariam, facto verbo per Nob. Josephum de Ferrer 12. Novembris 1672. in favorem Capituli Ecclesiæ Vicen. contra Correctricem, & Conventum Monialium Minimarum Civitatis Barcinonæ, scriba Oriol & Mercer, (ex quo facto emanavit contentio inter Curias, quæ infra recitatur) quidquid contrarium tradat Solsona *de styl. capibrev. fol. 17. pag. 2. n. 1. & 2. vers. Advertendum tamen est*, & ex eo Ripoll. *var. cap. 7. n. 154.* omnia antedicta comprobat Romaguera *in Synodal. Gerund. lib. 3. tit. 16. n. 60. & seqq.* & eo citato repetit Regens Cortiada *par. 5. dec. 284. n. 43.*

2 Sic indistinctè, & generaliter practicatum habui à Reg Senatu, referente Astor in causa inter Collegium Societatis Jesu hujus Civitatis ex una, & Communitatem Presbyterorum Villæ-Franchæ Pœnit. partibus ex altera, die 11. Julii 1620. Est in lib. concluf. illius anni fol. 107. Et antea fuerat super eo facto declaratum per Cancellar. Agullana, consult. Senjust, & Soler die 12. Augusti 1615. prout de hac declaratione contentionis attestatur Ripoll *var. d. cap. 7. n. 153.* & post eum Reg. Cortiada *d. dec. 147. nu. 32.* quam in fonte vidi.

3 Sic in causa inter Bartholomæum Comes V. I. D. Beneficiatum Sancti Salvatoris Monasterii de Serrateix ex una, & Rectorem Collegii Sancti Ignatii Societatis Jesu Minoriss, partibus ex altera, referente Nob. Michaele de Cortiada Regio Senatore die 30. Junii 1670. Est in lib. concluf. illius anni fol. 130.

Idem in causa inter Nob. Franciscum de Sunyer, & 4
alios ex una, & Marcum Non, Presbyterum, & Canonicum Ecclesiæ Collegiatę Sanctæ Annæ hujus Civitatis, partibus ex altera, referente Nob. Josepho Balaguer R. A. & Tertiæ Aulæ Doct. die 7. Julii 1673. Est in lib. concl. illius anni fol. 282.

Idem in causa inter Priorem Collegii Monachorum 5
Ordinis Sancti Benedicti Civitatis Ilerdæ ex una, & Priorem, & Conventum Sancti Hieronymi Vallis de Bethlem, aliàs de la Murtra, partibus ex altera 27. Septembris 1673. Est in lib. concluf. illius anni fol. 329.

Idem referente Nob. Josepho Balaguer 4 Julii 1678. 6
(in lib. concluf. illius anni fol. 290.) in causa inter Nob. Elizabeth de Corbera & Sant Climent ex una, & Ministrum, ac Conventum Sanctissimæ Trinitatis Barcinonæ, partibus ex altera.

Idem in causa inter Priorem, & Conventum Beatæ 6
Mariæ de Monte-Carmelo hujus Civitatis ex una, & N. Catharinam de Ivorra & Çalbà viduam, & alios, partibus ex altera, referente Nob. Josepho Ferrer & Vinyals Reg. Consil. 6. Junii 1681. Est in l concl illius anni f. 126.

Idem me referente in causa inter Sebastianum Stalella 7
Presbyterum, & Præpositum Ecclesiæ Collegiatæ Civitatis Minoriss ex una, & Conventum Prædicatorum ejusdem Civitatis, partibus ex altera 5. Octobris 1690. Est in lib. concluf. illius anni fol. 379.

Idem referente Nob. Josepho Pastor & Mora Regio 8
Senatore 13. Julii 1693. (Est in lib. fol. 177.) in causa inter Anton. Pera & Tort, Mones & Querol ex una, & Priorem, & Conventum Ordinis Prædicatorum Civitatis Gerundæ, partibus ex alia.

Sic in causis contentionum fuit declaratum per Can- 9
cellarium Pons 30. Junii 1673. in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica factæ per Rectorem & Communitatem Presbyterorum Villæ de Piera, quibusdam procedimentis in dicta Curia sæcularifactis, instante Procuratore Venerabilis Abbatissæ, & Conventus Beatæ Mariæ de Pedralbes.

Idem per eundem Cancellarium Pons, consult. Aleny 10
22. Octobris 1673. in altera contentione inter easdem Curias orta, occasione firmæ juris in Curia Ecclesiastica interpositæ per Procuratorum Correctricis, & Conventus Monialium Minimarem præsentis Civitatis, procedimentis in Curia sæculari factis, ad instantiam Syndici Capituli Canonicorum Sedis Vicen.

Idem in contentione inter Curiam Ecclesiasticam 11
Tarraconæ ex una, & sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia sæculari factę per Syndicum Canonicorum Sedis Barcinonæ, procedimentis factis per Josephum Pi S. T. D. in Curia Ecclesiastica Tarraconæ; per eundem Cancellarium Pons, consult. Aleny 23. Novembris 1673.

Idem per eundem Cancel. Pons 21. Januarii 1674. in 12
contentione orta inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ, Sede vacante, ex una, & sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia sæculari factæ per Procuratorem Abbatissæ, & Conventus Monialium Sancti Danielis Civitatis Gerundę procedimentis contra eos factis in dicta Curia Ecclesiastica, ad instantiam Francisci Aradas laboratoris ejusdem Civitatis.

Et si res emphyteuticaria est de patrimonio Domini 13
nostri Regis causę super emphyteusi patrimoniali tractari debent, etiamsi Clericus reus sit, vel sit inter personas Ecclesiasticas, in Regio Concilio Bajuliæ Generalis Cathaloniæ in prima instantia, ut dixit Regium Concilium Cathaloniæ in consultatione missa Serenissimo Carolo Quinto, dat. Barcinonæ 13. Feb. 1551. per illa verba. *Item cognoscit de juribus suis Regiis, & sic de concernentibus Regalias, & Regium patrimonium, etiam cõtra Clericos*, quod litteraliter scribit Reg. Cortiada *par. 5. dec. 257. à nu. 8.* & approbant Calicius *in Margarita Fisci dub. 8. ver. 172.* Oliba *de jur. fisci c. 14. n. 20 & 123. & c. 15. à n. 14.* Ferrer *3. par. ebs. c. 164.* Ripoll *de Reg. c. 11. à n. 19. & var. c. 1. à nu. 179. ad 183. & 560.* Bosch *dels titols de honor lib. 2. c. 36. §. 18. in fin. & §. 21. ver. La jurisdicció, cum seqq. f. 261.* Xammar *de offic.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

offic. Iudic. part.2. quæst.6. num 76. & 77. & def.8. num.4. part.1. Reg. Cortiada *tom. 1. decis.10. num. 148. & seqq.* De emphyteoticariis loquitur Oliba *de jure fisci d.cap.15. numer.13.* Xamm. *de offic. judic. p.2. q.6.nu.76.in fin.* Sic fuit obtentum in litteris Regiis directis Curiæ Ecclesiasticæ Gerundæ, dat. Villæ-Franchæ Pœniten. 17. Augusti 1451. in eadem locumt. fol.147. Et die 27. Augusti 1527. ut scribit Bosch *dels titols de honor l.2. dict.§.21.circa fin.*

14 Et die 26. Aprilis 1583. per Cancel. Manegat in causa contentionis ortæ inter Curiam sæcularem Regii patrimonii feudorum Perpiniani, & Curiam Ecclesiasticam de Elna, ratione firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica per Abbatem de la Real, negantem se debere Regio patrimonio quosdam census, quos constabat solvisse Prædecessores suos: de quo exemplari agit Ripoll *var. cap. 1. num.179. & seqq.* (ubi *num.184.* id ampliat ad arrendatarios iurium Regalium, qui gaudent ea prærogativa, & idem profert cum exemplaribus Reg. Cortiada *par.5. decis.252 num.14. & 15.*) & antea Bosch *dels titols de honor d.§.21. circa fin.*

15 Consultò dicitur constasse de possessione habendi census in exemplari citato; nam ea est qualitas quæ debet justificari; quia est attributiva jurisdictionis, ut annotavit Ripoll punctim *var. dict. cap.1. num.180.* & quod qualitas emphyteoticaria debeat justificari, in qua jurisdictio Judicis capibreviationis fundatur, & quod aliàs nulliter procedatur, dixit Senatus in causa inter Nob. Joannem de Semmanat ex una, & Simeonem Vilosa, & Syndicum Collegii Monachorum Sancti Benedicti Civitatis Ilerdæ, partibus ex altera, referente Ortola 16. Maii 1634. Est in lib. conc. illius anni fol.264. ad tradita per Reg. Cortiada *dict. par.5. decis.258. num.42.*

16 Pariter in feudis, ac causis feudalibus Ecclesiasticæ personæ trahi possunt coram Judice sæculari per dominum feudi electo, *cap. Ex transmissa 6. cap. Verum 7. de foro comp. cap. Nimis* 30. *de jure jurand. cap. Cæterum 5. de judic.* Cancer *var.1. cap.12. nu.83. & par.3.cap.13. num 345. & seq.* Solsana *in styl. capib. fol.18. à numer. 3.* Oliba *de jure fisci cap.9. num. 8. & cap.15. nu.13.* Fontan. *tom.2. decis.341. à num.19. & de pact. nup. tom.1. claus.4. glos.10. par.1. ex nu.7.* Ripoll *in addit. ad prax. Peguera rub.4. num.81. & var. cap.1. à num.546.* Xammar *de offic. Iudic par.2. quæst.6. nu.76. & def 98. nu.15.* Regens Senator Vilaplana *in addit. cap. Item super laud. Peguera vers.7. nu.23.* Reg. Cortiada *decis.26. nu.49. & dec.147. num.26.* ubi per integras columnas DD. citat. & rem declarat *in num. seqq.* Vicec. Crespi *obs.61. numer.3.* Scialoya *de for. comp. cap.36. a num.7.* Pegas *resol. forens. cap. 11. num.151. in addit.* Pignatel. *consult. Canon. 2. num. 2. tom.5. & consult.38. num.20. tom 8.* pluribus citatis noster Romaguera *in Synod. lib.3. tit.16. cap.1. à numer.68.* ubi plura. Gonzalez Tellez *ad cap. Nimis* 30. *de jure jurand.* Regens Matheu *de reg. Reg. Valent. tom. 1. cap. 2. §. 5. à num 102. & tom.2. cap.5. §.1. num.23.* DD. Franc. Ramos del Manzano *ad ll. Iul. & Pap. tom.2. lib. 3. cap. 46. numer.9.* Cardin. de Luca *de feudis disc.34. nu.2.* ubi scribit, quòd hæc propositio apud feudistas, ac etiam Ecclesiasticos theoricè, & practicè est receptissima. & *dis. 54. n.12.* ait, quod hæc inconcussa est praxis totius orbis.

17 Sic quod causæ feudales de Regio patrimonio pertineant ad cognitionem Regiæ jurisdictionis fuit iam antiquitùs declaratum: nam cum Præpositus Minoriffæ, ut Delegatus Apostolicus vocaret sub pœna excommunicationis Bajulum, & alios de Castro de Capraria, quod erat de feudo Regali, quatenus comparerent coram se pro querelis, quas contra eos habebat Abbas de Bagiis, fuit rescriptum per Dominum Regem Jacobum dicto Præposito, ut in his non procederet, imo procedimenta revocaret, aliàs si requisitioni Regiæ non acquiesceret, provideretur de remedio opportuno, ut jurisdictio Regia illibata remaneret, & in aliquo non concussa: cum litt. dat. Barcinonæ 7. Kalend. Aprilis 1326. quæ sunt in Regio Archivo in l. de n. 197 secundæ arcæ.

Idem antea respectu alterius Judicis Commissarii Apostolici dat. Barcinonæ 3. non. Julii 1322. in citat lib.

18 Et quia (ut diximus) ex consultatione Trium Aularum missa invictissimo Imperatori Carolo Quinto 13. Februarii 1551. Dominus Rex cognoscit de juribus suis, & sic de concernentibus Regium Patrimonium, etiam inter Clericos, & quidem per suum Bajulum Generalem, & Regium Concilium Bajuliæ Generalis in prima instantia, Reg. Cortiada *par.1. decis.10. nu.149. & par.5. dec. 257. à n.8.* Practicis allegatis, quos supra citavimus; ideo Bajuliæ Generalis ditionis, erit cognoscere de feudalibus Regii Patrimonii, etiam inter Ecclesiasticos, punctim Bosch *dels titols de honor lib.2. §.21. circa finem pag. 261.* Xammar *de offic. Iud. p.2. q.6. n.76.* Oliba *de action. p.1. l.3. §. Pœnales num.86.* Regius Senator Vilaplana *illustrat. feudal. prælud. 1. num. 65.* ad tradita *in cap. Curiæ anni 1599. cap.37. 41. & 86.*

Ita in his terminis fuit declaratum 27. Aprilis 1622. su- 19
per jurisdictione de Vltrera, quam prætendebat tanquam feudalis Archidiaconus de Vallispir, prout recitat Bosch *dels titols de honor lib.2. d.§. 21. circa finem.*

Et declaravit Senatus in causa inter Procuratorem Fi- 20
scalem Bajuliæ Generalis Cathaloniæ ex una, & Rectorem, ac Collegium Sancti Andreæ Societatis Jesu Civitatis Urgellen. ex altera parte, ubi fuit facta computatio laudimii debiti per dictum Rectorem, & Collegium, per verbum in Regia Audientia 13. Januarii 1667. referente Nob. Francisco de Ribera Regio Consiliario. Est in lib. concluf. illius anni fol.7.

Hæc intelligas sub Regia distinctione, quam Domi- 21
nus Rex præcepit suo Regio diplomate dat. 12. Maii 1662. ut sequitur.

EL REY.

Noble, Magnifico, y amando Consejero: el Marquès de Olias y Mortara, siendo mi Lugartiniente, y Capitan General en esse Principado, me dió cuenta en carta de 29. de Octubre del año passado, y 11. de Marzo deste, de las pretenciones que el Tribunal de la Baylia General tiene de conocer en primera instancia de todas las causas feudales, y patrimoniales, aunque se an entre privadas personas, y en particular de algunas, que dize, se tratan oy en essa mi Real Audiencia. Una dellas es la que, dizen, se introduxo en ella en 6. de Mayo 1635. entre el Syndico de la Universidad de los hombres de la Baronia foranea de la Ciudad de Gerona de una parte, y Don Francisco Deibach y Descallar de la otra; en que se disputa, que la infeudacion que hizo à dicho Don Francisco de las jurisdiciones del lugar de Orriols, no puede ser valida, por ser dicho lugar de mi Corona Real, y no poder ser alienado, por estar dentro de los limites de la Veguería de dicha Ciudad, y ella unida à mi Real Corana. Y fundandose la Baylia en lo dispuesto en la Pragmatica que mande despachar en 11. de Iulio 1630. y en una sentencia que el expectable Don Matias Bayetola y Cabanillas Vicecanciller que fuè de los Reynos de la Corona, siendo Regente deste mi Consejo, y Visitador de los Ministros, y Officiales Reales desse Principado dió y publicò en 26. de Iunio 1636. en que se declarò, que la causa que passava en essa Real Audiencia entre el Bayle de Sadorra, y Syndico de dicho lugar con Don Luis Descallar, sobre el exercicio de la jurisdicion en dicho lugar en virtud del feudo que le concedì, devia ser restituida à la Baylia, como en efecto se restituyò, y passò en cosa juzgada, y aviendo visto los papeles que en contrario dió essa mi Real Audiencia, y me remitiò el Marquès, y reconocidose los fundamentos de una, y otra parte en este mi Consejo Supremo, ha parecido que esta causa de Orriols es feudal; y que toca en primera instancia à la Baylia, assi por lo que dispone mi Real Pragmatica del año 1630. como por la sentencia promulgada por el dicho Don Mathias Bayetola y Cabanillas, como Visitador sobredicho, en la causa citada de Sadorra, que passò en cosa juzgada; y assi se restituirà luego à la Baylia, como os encargo, y mando lo ordeneys. Tambien ha parecido que es feudal otra causa, que pende en essa mi Real Audiencia desde 3. de Abril del año passado 1659. y es entre el Syndico de la Baylia de Ciurana, y Don Francisco de Cruylles, pretendiendo el Syndico deven ser conservados los hombres de dicha Baylia, y en particular los de San Sadorni de Arenys en ser juzgados, y exercer la jurisdicion Civil, y Criminal en ellos por le Bayle Real de dicha Villa, y lo contrario por dicho Don Francisco; por averle yo enfeudado las jurisdictones de dicho lugar en 29. de Novtembre 1657. y aver tomado quieta, y pacifica possession dello, y que por los motivos referidos en la causa precedente deve correr tambien essa en primera instancia en el Tribunal de la Baylia; y assi se hara lo mismo en restituirla. La otra que dizen, passa en essa mi Real Audiencia desde 31. de Marzo de 1657. es la en que pretende el Syndico de la Universidad de Vilassar, que los habi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

habitantes de dicho Lugar, puedan hazer sus escrituras en qualquier parte, sin aver de acudir al Notario de dicha Villa, que tiene el dominio util de la notaria, intentando para ello el interdicto sumarissimo, en que pretende lo contrario dicho Notario. Esta causa parece toca, y deve proseguirse en essa mi Real Audiencia, por quanto no se trata del feudo, sino del distrito. Y en todos los demàs negocios que se ofrecieron, es mi voluntad se observe, y guarde lo dispuesto por la Pragmatica referida, como en ella se contiene. En cuya conformidad hareys se cumpla, y execute como os lo encargo, y mando, y que esta mi orden, y resolucion se registre en el libro de los acuerdos de essa mi Real Audiencia, para lo que desta calidad se ofreciere en adelante. Dada en Aranjuez à 12. de Mayo de 1662.

YO EL REY.

Ut. Don Christoph. Crespi Vicecanc. *Ut. Don Petrus de Villacampa Reg.*
Ut. Comes de Robres Reg. *Ut. Don Josephus de Pueyo Reg.*
Ut. Don Georgius de Castellvi. *Ut. Don Michael de Calbà.*
Ut. Exea Reg.
Ut. Don Josephus Romeu Reg.

Don Didacus de Sada Secretarius.

22 Antedictis succedit Regalia itineris, vel viæ publicæ, cujus cognitio ad Principem pertinet, ad text. *in cap. 1. Quæ sunt Regaliæ in feud.* Peguera *in prax. crim. cap. 15. num. 5.* Cancer *var. 2. cap. 2. num. 96.* Antunez Portugal *de donat. reg. tom. 2. par. 3. cap. 3.*

23 Sicuti etiam de Regalibus est locorum publicorum concessio, ad text. *in l. 3. §. Planè ff. quod vi, aut clam, & l. 2. §. Prætor ait ff. Ne quid in loco publico*, Angel. *in l. Illud §. sed si promiserit ff. dicto tit. quod vi, aut clam*, Bald. *in rub. Cod. de contrahen. empt. num. 6.* Afflict. *in constitutione Puritatem num. 4.* Mastril. *de Magistrat. lib. 3. cap. 10. numer. 270.* Ciriac. *contr. 178. num. 10.* Rovit. *super Pragm. 6. Ne quid in loco publico numer. 21. & conf. 58. numer. 2. lib. 1.* his citatis Luca *de servit. prædial. disc. 5. numer. 5.* & de requisitis viæ publicæ, & aliis ad rem idem Luca *de regalibus à disc. 135. ad disc. 137.* Antunez Portugal *de donat Regiis tom. 2. par. 3. dict. cap. 3. nu. 23.*

24 Inde dimanat dicere, quòd Ecclesiasticæ personæ pro via publica usurpata, & pro ædificatione, seu constructione in via publica, conveniuntur coram Bajulo Generali Cathaloniæ, ad tradita de jure per Bovadilla *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 137. & lib. 3. cap. 5. num. 30.* Reg. Vico *ad Prag. Reg. Sardin. lib. 1. tit. 7. cap. 15. §. 14* Costa *conf. 2. à num. 39.* Daniel. *de nobil. controv. in addit. ad disp. 29. numer. 12. & 13.* his citatis Regens Cortiada *in alleg. pro procurat. Fisc Bajuliæ Generalis Cathal. versus Curiam Eccles. Urgellen. & Fr. Bartholomæum Morillo super competentia jurisdictionis num. 183. & part. 5. decis. 252. num. 12.*

25 Sic quamvis recurrant Ecclesiastici ad suum proprium Judicem, & contentionem firment, declaratur in favorem Bajuliæ Generalis. Prout ita fuit declaratum in casu usurpationis viæ publicæ per Cancellarium Manegat, consult. Amell, & Oliba 16. Aprilis 1586. in favorem Fisci Procuratoris Bajuliæ Generalis stationis Gerundæ, contra Hyacinthum Carreras Presbyterum, & in casu ædificationis, seu constructionis in via publica. Et per Cancellarium Copons, consultoribus Sala, Sunyer, Sabater, & Descamps 19. Septembris 1592. in favorem Fisci Procuratoris Bajuliæ Generalis Cathaloniæ, contra Paulum Peramon Presbyterum in Ecclesia Gerund. Beneficiatum, super ædificatione, & constructione cuiusdam cisternæ, & parietis in itinere, seu via publica, per quam fit transitus ante domum quandam, dictam *la Sinagoga*: quæ exemplaria ad id citat Reg. Cortiada *in d. alleg. numer. 183. & decis. 252. num. 13.*

26 Et in facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera partibus, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica, per Paulum Reverter Presbyterum, & Beneficiatum Sedis Barcinonæ, & per œconomum Monasterii Beatæ Mariæ de Monte-Carmelo præsentis Civitatis, quibusdam procedimentis in Curia sæculari factis, & signanter prætentionibus deductis in supplicatione 24. Maii 1614. oblata cum clausula *omni meliori modo* per œconomum Monasterii Sancti Francisci de Paula, contra dictum Reverter, & Paulam Vila viduam, & alios in causa per supradictum Reverter, uti manumissorem testamenti Petri Reverter, & dictam Vila cœpta, & per œconomum dicti Monasterii de Monte-Carmelo (cui se opposuit in dicta Curia sæculari) continuata ad effectum, ut manuteneretur in possessione transitus cujusdam vici, & etiam impediendi licentiam claudendi dictum vicum à Bajulo Generali præsentis Principatus Cathaloniæ, & Consiliariis, & Operariis præsentis Civitatis, dictis Fratribus Monasterii Sancti Francisci de Paula concessam, fuit declaratum per Cancellarium Agullana, consult. Senjust, & Gamis die 28. Septembris 1615. firmæ juris per dictum œconomum Monasterii de Monte-Carmelo, & dictum Reverter in dicta Curia Ecclesiastica factæ, locum non fuisse, nec esse.

Et quòd in pertinentibus ad itinera, & vias publicas 27
sit peculiaris Judex Bajulus Generalis, expressit Regius Senatus 12. Julii 1627. (Est in lib. conclus. illius anni fol. 174. & sequentibus) in celebri facto ibi:

Die 12. Julii 1627. Barcinonæ in Regia Audientia in Aula Reverendi Cancellarii, ipso in ea Præsidente, interfuerunt cum eo

Magnifici Iosephus Ferrer.
Hieronymus Senjust.
Franciscus Mitjavila Franqueza. Et Franciscus Gamis.

„ In facto causæ supplicationis oblatæ in Regia Au-
„ dientia per Fisci Procuratorem Bajuliæ Generalis Ca-
„ thaloniæ, occasione procedimentorum per Josephum
„ Novell Canonicum Sedis Gerundæ Commissarium
„ Apostolicum, ad instantiam Rectoris Collegii San-
„ cti Martini Çacosta Civitatis Gerundæ, in præjudi-
„ cium dicti Fisci Procuratoris, & Fratrum Discalcea-
„ torum Carmelitarum ejusdem Civitatis Gerundæ, à
„ dicto Bajulo Generali jus, & causam habentium; fa-
„ cta relatione in Regia Audientia per Franciscum Ga-
„ mis, ejusdem Regiæ Audientiæ Doctorem, & dictæ
„ causæ Relatorem.

„ Attento licèt die 2. Junii 1627. fuerint expeditæ lit-
„ teræ ex parte Josephi Novell Canonici Ecclesiæ Ge-
„ runden. uti Commissarii, & executoris Apostolici,
„ instante Hyacintho Pebernat Procuratore Generali
„ Rectoris Collegii Sancti Martini Çacosta Civitatis
„ Gerundæ, & præsentatæ quinta ejusdem, Priori,
„ & Conventui Monachorum Sancti Josephi Ordinis
„ Discalceatorum dictæ Civitatis; quibus pro execu-
„ tione trium sententiarum, latarum contra dictos Prio-
„ rem, & Conventum, illis sub pœna ducentum libra-
„ rum, & in subsidium excommunicationis iniunge-
„ batur, quatenus intra dies tres, post dictarum lit-
„ terarum præsentationem, firmarent venditionem
„ dicto Rectori Sancti Martini, de tota illa domo, &
„ turri olim diversorio, vocato *lo Hostal de Vilanova*,
„ & viridariis eidem domui contiguis, sitis in dicta Ci-
„ vitate, afrontatis, & designatis in dictis litteris, &
„ dimitterent dicto Rectori possessionem prædictarum
„ rerum, & cessarent à quibusvis impedimentis, &
„ molestiis dicto Rectori per eos, ut prætenditur fa-
„ ctis, & dicto termino elapso comparerent coram
„ dicto asserto Commissario ad videndum se dictos
„ Conventum, & Fratres excommunicari, eosdem-
„ que ad id citatos fuisse, ut in dictis litteris la-
„ tiùs continetur. Et licèt cum supplicatione oblata
„ 11. Junii 1627. pro parte dictorum Prioris, & Con-
„ ventus Discalceatorum fuerit deductum, illos non te-
„ neri ad tradendam possessionem rerum supramentio-
„ natarum, eo modo, quo per alteram partem prætен-
„ debatur, cum jus faticæ competens Rectori Sancti
„ Martini Çacosta non se extendat ad itinera, & vias
„ publicas inter dictam domum, & viridarium exis-
„ tes, & existentia, quorum dicti Prior, & Conven-
„ tus Discalceatorum habebant titulum particularem,
„ tanquam de re separata, & distincta à rebus per
„ ipsos emptis, & se obtulisse tradere possessionem di-
„ ctæ domus, & viridarii, sine præjudicio dictarum
„ viarum, & itinerum quas, & quæ in venditione

illis

UAB Biblioteca de Ciències Socials

„illis facta non esse comprehensas, nec comprehensa „prætendunt. Et sic, & eo modo exceptis dictis viis, „& itineribus retrovenditionem facere, & cum schedu„la die 12. mensis Junii constet pro parte dicti Rectoris „fuisse prætensum, Priorem, & Conventum Discal„ceatorum recusasse parere sententiis supra mentiona„tis, illasque clarè loqui, nec posse exceptiones per di„ctos Fratres Discalceatos, cum supplicatione die præ„cedenti oblata deductas, impedire executionem di„ctarum sententiarum: sicque esse contra eos tanquam „contra rebelles procedendum: & constet cum schedu„la pro parte dictorum Fratrum Discalceatorum obla„ta, fuisse deductum, sententias de quarum executione „agebatur, non comprehendere interesse proprium ex „alio titulo, quàm venditionis supranominatæ dictis „Fratribus competens, nec Regii Fisci Patrimonialis „quoad itinera, & vias non comprehensa, nec com„prehensas, in dicta venditione, & iterum se ob„tulisse parere dictis sententiis, & tradere posses„sionem, prout reperiebantur, sine tamen præju„dicio meliorationum in dictis rebus factarum, ex„ceptis viis, & itineribus publicis supradictis; quæ „cum sint de Patrimonio Domini Regis, in dictis sen„tentiis nullum verbum de illis factum fuisse, nec in „illis fieri potuisse, & ex consequenti, neque in exe„cutione illarum, & ita sentiendo, Rectorem Sancti „Martini Çacosta, seu illius œconomum, seu Procura„torem introduxisse litem in Consistorio Bajuliæ Ge„neralis, occasione dictorum itinerum, & viarum, & „denuò dictum Priorem, & Conventum se obtulisse re„venditionem dictarum rerum facere, & illam posses„sionem juxta mentem, & intentionem dictarum sen„tentiarum tradere, restituto eis pretio, quo fuit facta „dicta venditio; Et constet die 15. sequenti hora octa„va, & media ante meridiem per dictum Josephum No„vell Commissarium Apostolicum fuisse latam senten„tiam, intimatam Joanni Rupiana Procuratori dicto„rum Prioris, & Conventus Fratrum Discalceatorum „horaundecima ejusdem diei, qua declaravit, dictos „Priorem, & Conventum Fratrum Discalceatorum in „monitorio per eum expedito nominatos, esse rebelles, „& contumaces, ob non paritionem litterarum ejus jus„su expeditarum, eosque, & quemlibet eorum inci„disse in sententias, & pœnas in dicto monitorio com„minatas, & ut tales publicandos fore, & esse, & lit„teras publicationis expediri mandavit; ut in dicta „sententia latiùs hæc, & alia continentur. Et constet „fuisse die 16. dicti mensis Junii expeditas schedulas, „quibus, nominibus propriis declarabantur excommu„nicati Prior, & Monachi Ordinis Discalceatorum, „illasque affixas fuisse in valvis Ecclesiæ, & portariæ „Monasterii dictorum Fratrum. Tamen attento con„stat eadem die ante intimationem dictæ sententiæ, „hora videlicet decima ante meridiem, dictum Rupia„na dicto nomine præsentasse quandam schedulam di„cto Novell, qua deduxit ad tradendam possessionem „rerum de quibus agitur, dictos Priorem, & Conventum „aperuisse quandam portam, per quam liberè ingredi „posset dictus Rector ad adipiscendam, seu accipien„dam dictarum rerum possessionem, juxta declaratio„nem per Nuntium Apostolicum factam, quam pos„sessionem se obtulit iterato tradere, & liberare, & „retrovenditionem, & omnia alia ad complementum „prædictorum necessaria facere, & petiit diem, & ho„ram certas pro prædictis designari. Et constat cum „sententia lata per Narcissum Ferrer Canonicum Sedis „Gerundæ, & unum ex Judicibus Diœcesanis dictæ „Civitatis Gerundæ, & ea ratione Commissarium „Apostolicum vigore litterarum ab Hispaniarum Nun„tio emanatarum, dumtaxat fuisse declaratum, & „pronuntiatum licitum fuisse, & esse Rectori Colle„gii Sancti Martini Çacosta tanquam Domino directo „domus, & viridarii, per Priorem Monasterii, & „Conventus Fratrum Discalceatorum Civitatis Ge„rundæ emptorum, uti jure faticæ, ac ideo, ut dici„tur appropiare, & adquirere Collegio Sancti Marti„ni dominium utile dictarum rerum, & omne jus di„cto Priori Discalceatorum ex dicta emptione adquisi„tum, eosdemque Priorem, & Conventum condem„nandos ad faciendam revenditionem dictarum do„muum, & viridarorum, ut supra dicitur, empto„rum, cum jurium cessione, & dimittendam possessio„nem dictarum rerum, prout prædicta, & alia latiùs „in dicta sententia cerni possunt, ad quam habetur re„latio. Et constat ex duabus sententiis postea subsequu„tis, altera per Mauritium Sbert, lata die 20. No„vembris 1623. altera verò per Nuntium Apostolicum „in Regnis Hispaniarum degentem, die 9. Februarii „1627. nihil aliud in illis agitatum fuisse præterquam, „quòd pertinet ad jus faticæ per Rectorem Collegii San„cti Martini Çacosta prætensum, ut in prima sententia „expressè fuerat declaratum, & solum fuisse primam, „& duas ultimas sententias confirmatas. Et constat pro „parte dicti Rectoris Collegii Sancti Martini Çacosta „die decima tertia Februarii ejusdem anni fuisse intro„ductam litem in Consistorio Bajuliæ Generalis, dedu„cendo, quod Prior, & Conventus Monasterii Fra„trum Discalceatorum Civitatis Gerundæ se jactabant „velle facere quendam vicum, seu quoddam iter in „quadam partita viridariorum, seu hortorum, de qui„bus litigabatur inter dictas partes coram Nuntio Apo„stolico, & cum facere similia itinera absque licentia, „& facultate dicti Bajuli Generalis, ad quem similia „pertinere, & spectare dicitur, non posse, neque „in dictis hortis, neque alibi, firmando de jure, sup„plicando mandari dictis Priori, & Conventui ne simi„lia itinera faciant, prout in supplicatione introductio„nis dictæ litis latius continetur: & constat die vigesi„ma quarta Februarii ejusdem anni œconomum, & „procuratorem Rectoris dicti Collegii Sancti Martini „cum supplicatione per eum præsentata Bajulo Gene„rali in causa per eum introducta, conquerendo de di„ctis Fratribus Discalceatis, ex eo quia faciebant duo „itinera, sive *Carreraus*, quæ fieri non poterant abs„que licentia, & permissu dicti Bajuli Generalis, sic„que attentasse in præjudicium litis supradictæ, sup„plicasse dicta attentata revocari, ut in dicta supplica„tione continetur. Et constat in eodem Consistorio Ba„juliæ Generalis die decima Martii proximè sequentis „comparuisse œconomum, & procuratorem dictorum „Fratrum Discalceatorum petendo, dictum æcono„mum super prædicta revocatione attentatorum non „audiri; & constat dictas partes per suos articulos, „sive positiones de jure cujuslibet illarum super con„structione, & demolitione dictorum itinerum, & cu„jusdam minæ in dictis hortis, per dictos Fratres Dis„calceatos constructæ respectivè deduxisse, causa u„que prædictam adhuc indecisam in dicto Consisto„rio pendere. Et constat instrumento recepto in Scri„bania Majori Bajuliæ Generalis die sexta Martii „1627. Bajulum Generalem Cathaloniæ, præcedente „informatione, & cum assensu Magnificorum Consul„torum Bajuliæ Generalis, & Assessorum illius stabi„limentum fecisse, & in emphyteusim concessisse Prio„ri, & Conventui Fratrum Carmelitarum Discalcea„torum Civitatis Gerundæ de quodam itinere, sive car„rerono contiguo viridario dicti Monasterii ad censum „decem solidorum pro quolibet anno. Et constat alio „instrumento in eadem scribania Bajuliæ Generalis con„fecto, concessam facultatem mutandi quandam mi„nam cum licentia ejusdem Bajuli Generalis jam diu „esse factam, & de novo illam construendam ad tran„seundum ab ipsorum Monasterio ad hortos, & alias „proprietates dictorum Fratrum Discalceatorum. Et „constat instrumento recepto penès Raphaelem Al„bert Notarium publicum Gerundæ 14. Junii pro„ximè præteriti; sicque antequam dictus Josephus „Novell suam sententiam protulisset, prædictum „Priorem Fratrum Discalceatorum aperuisse quan„dam portam veterem in dictis hortis existentem, „per quam antiquitus intrabatur ad diversorium, & „ad hortos nunc dicti Prioris, ad effectum tradendi „possessionem Rectori Sancti Martini Çacosta de di„cta domo, & viridariis, pro obtemperandis senten„tiis supra relatis; prout cum schedula pro parte dicti „Prioris eodem die præsentata se obtulit facere, & de „dicta apertura dictum Rectorem certiorem reddidit. „Et constat instrumento recepto penes Raphaelem „Albert Notarium Gerundæ die 30. Junii 1627. Prio„rem Monasterii Fratrum Discalceatorum Civita„tis Gerundæ interpellasse Hyacinthum Pebernat „Societatis Jesu Procuratorem Generalem dicti Re„ctoris Collegii Sancti Martini, quatenus incontinenti accederet ad Monasterium dictorum Fratrum

„ Discalceatorum una cum Joanne Riurans Not. ad con-
„ ficiendum revenditionem de domo, olim diversorio,
„ & viridariis, & de omnibus aliis comprehensis in ven-
„ ditione ejusdem, exceptis viis, & itineribus publicis;
„ cum de prædictis non possit tradi possessio tanquam de
„ rebus Patrimonii Domini Regis, nec non comprehen-
„ sis in sententiis supra relatis, offerendo se solvere fru-
„ ctus ex dictis viridariis perceptos, quoties fuerint liqui-
„ dati, & casu quo non vellet acceptare dictam revendi-
„ tionem eo modo sibi factam, se obtulisse revenditio-
„ nem facere eo modo quo sibi facta fuerat, cum affronta-
„ tionibus, seu terminationibus in dicta venditione ap-
„ positis, mediantibus itineribus publicis versùs orien-
„ tem, occidentem, meridiem, & circium, & de præ-
„ dictis omnibus tradere possessionem, ut prædicta in
„ dicto instrumento uberiùs exarantur, ad quod fit, &
„ habetur relatio. Ex quibus, & aliis constat non po-
„ tuisse dictos Priorem, & Fratres Monasterii Car-
„ melitarum Discalceatorum Civitatis Gerundæ di-
„ ci, & reputari inobedientes, & rebelles, seu con-
„ tumaces in parendo sententiis contra eos latis; qui-
„ nimo tam ante publicationem per Josephum Novell fa-
„ ctam, quàm post pro obtemperando, & obediendo dictis
„ sententiis, illisque parendo judicialiter, & extraju-
„ dicialiter se obtulisse revenditionem facere domorum,
„ & viridariorum, per eos emptorum, pro conservatio-
„ ne juris faticæ dicti Rectoris Sancti Martini competen-
„ tis, exceptis viis, & itineribus publicis, quæ, ut ex-
„ presse ex introductione causæ per œconomum dicti Re-
„ ctoris in Bajulia Generali infertur, non erant expres-
„ sa, nec comprehensa in sententiis, de quarum exe-
„ cutione agebatur tanquam de Patrimonio Domini Re-
„ gis, de quo Judices Ecclesiastici, ut per eundem œco-
„ nomum in supplicatione introductoria dictæ causæ fue-
„ rat deductum, non poterant se intromittere, sed illo-
„ rum solus Judex peculiaris, & proprius erat, & est
„ Bajulus Generalis. Et constat die 18. Junii eundem
„ Fisci Procuratorem Bajuliæ Generalis pro conserva-
„ tione, & tuitione concessionis factæ per Bajulum Ge-
„ neralem Priori, & Conventui prædictorum Fratrum
„ Discalceatorum, de quodam itinere, seu via existen-
„ ti prope hortos Fratrum Discalceatorum, in quorum
„ possessione molestabantur per Josephum Novell Com-
„ missarium Apostolicum, instante œconomo, & Pro-
„ curatore Collegii Sancti Martini Sacosta Civitatis
„ Gerundæ in Regia Audientia supplicationem obtulis-
„ se, firmando jus, & de jure supplicando mandari di-
„ cto asserto conservatori, quatenus omnia procedimen-
„ ta per ipsum facta contra dictos Fratres Carmelitas
„ Discalceatos, quæ cedunt in notabile damnum Regiæ
„ jurisdictionis, & Regii Patrimonii cassari, & annul-
„ lari, & dictum Commissarium Apostolicum citari ad
„ informandum Banchum Regium, ut in dicta suppli-
„ catione latiùs continetur. Et constat eo prætextu, quo
„ supplicabatur fuisse causam ad Regiam Audientiam
„ evocatam, & litteras expeditas dicto Conservatori
„ eodem die, illique præsentatas die 21. ejusdem mensis
„ Junii. Et constat die vigesima quinta ejusdem mensis
„ Junii fuisse per eundem Fisci Procuratorem Regii
„ Patrimonii cum supplicatione deductum, quod non
„ obstante præsentatione litterarum supramentionata-
„ rum dicto Commissario facta, fecerat quædam pro-
„ cedimenta respectu itineris, de quo in prima suppli-
„ catione fuerat facta mentio, & supplicantem secun-
„ das litteras expediri, prout cum effectu expeditæ fue-
„ runt, & dicto Novell præsentatæ die 26. ejusdem
„ mensis. Et constat die 30. supradicti mensis Junii di-
„ ctum Josephum Novell Commissarium prædictum in
„ Regia Audientia comparuisse, & Regium banchum
„ informasse, processumque, & omnia procedimenta
„ per eum facta tradidisse: Pariterque constat pro parte
„ Prioris, & Conventus Monasterii dictorum Fratrum
„ Discalceatorum fuisse tradita instrumenta, & alia
„ documenta pro justificatione eorum prætensionis fa-
„ cientia.

„ His igitur, & aliis meritis processus attentis, &
„ aliàs fuit conclusum, quòd declaretur, dictum Jose-
„ phum Novell Commissarium Apostolicum, decla-
„ rando dictos Priorem, & Conventum incurrisse in
„ sententias, censuras, & pœnas per eum commina-
„ tas, includendo itinera, & vias publicas, per Baju-
„ lum Generalem Cathaloniæ stabilitas dictis Priori, &
„ Conventui; de quibus inter Rectorem Collegii Sancti
„ Martini Sacosta, & Priorem Fratrum Carmelitarum
„ Discalceatorum Civitatis Gerundæ vertebatur lis in
„ Consistorio Bajuliæ Generalis, processisse extra suum
„ casum, & ex consequenti dictam declarationem, &
„ omnia post modum subsecuta procedimenta cassandam,
„ revocandam, cassanda, & revocanda fore, & esse,
„ & in meritis dictæ causæ antea (ut præhabetur) in
„ dicto Consistorio, & nunc ad supplicationem dicti Fi-
„ sci Procuratoris in Regia Audientia vertentis proce-
„ dendum fore, & esse respectu dumtaxat dictarum
„ viarum, & itinerum, & quod intimetur.

Notanter dicitur in suprascripta Senatus decisione, quòd reputari non debuerunt Prior, & Conventus Carmelitarum Discalceatorum Gerundæ contumaces, rebelles, ac inobedientes, ex quo non paruerunt sententiis Judicis Commissarii Apostolici: nam eis obtemperare non distulerunt judicialiter, & extrajudicialiter, in his scilicet, quæ ad commissionem Judicis Apostolici pertinebant, non etiam in aliis, quæ erant de Regalibus, super quibus pendebat lis cum oppositione Fiscalis in Consistorio Bajuliæ Generalis, Judice proprio, & peculiari illarum Regaliarum: quapropter in his verbis contumaciter se haberi non poterant ad obsequendum: ad ea quæ diximus *decis.* 134. *num.* 4. 28

Nam stante litis pendentia, seu evocatione causæ coram superiore cum interventione Fisci, ob ejus interesse impedita fuit pars privata, liti cedere in præjudicium Fisci, nec sic ob contumaciam valuit pars censuris Ecclesiasticis innodari, prout etiam inferiori non licet.

Quia contumax non potest reputari inferior ad incidendum in excommunicationem ab Ecclesiastico promulgatam, stante evocatione causæ apud superiorem. 29

Sic ex quo pendebat contentio inter Curiam Ecclesiasticam Ilerden. ex una, & Curiam Regiam ex altera, juxta Concordiam Reginæ Eleonoræ, & assignatis arbitris *super repetitione cujusdam Clerici conjugati*, detenti in carceribus Ilerden. & quia attentavit Curia Ecclesiastica declarando excommunicatos Officiales Regios inferiores Ilerden. in quorum manu non erat repetitioni convenire; quia causa illa ad Consistorium Regii Concilii erat evocata. Fuerunt expeditæ litteræ directæ Officiali Ecclesiæ Ilerden. ut enantata revocaret intra dies tres, aut aliàs compareret in Regio Concilio intra decem, ad proponendum rationes, cur facere recusaverat, aliàs procederetur ad occupationem temporalitatum: dat. Perpiniani 8. Julii 1449. in Locumt. Reginæ Mariæ dicto anno usque ad 50. fol. 135. per illa verba: *Quia de causa dicto Vicario Ilerden. possibilitas non erat, sine suæ personæ, & officii periculo, ipsum remittere, nostra Celsitudine inconsulta, cum ejus personæ detentio, & causa ad nostri Consistorium esset evocata.*

Idem super alia repetitione alterius Clerici conjugati (cujus causa erat pendens coram Principe) fuit censuris innodatus Alguzirius Regius per Curiam Ecclesiasticam Gerundæ, & ei rescriptum, ut revocaret enantamenta, reponendo rem ad pristinum statum; aut aliàs compareret infra sex in bancho Regio, cum comminatione temporalitatum dat. Barcinonæ 28. Septembris 1453. fol. 135. Et nota verba *eo quia prætextu tantæ Regaliæ ad nos causa evocata erat, & manus nostras super eadem injecisse, ac per consequens abdicatam esse ei facultatem, & potestatem dictum delatum remittere.* 30

Idem antea, quia spretis litteris Regiis, Officialis Ecclesiasticus Gerunden. innodavit excommunicatione Bajulum Regium. Ideo à Curia Regia aliæ fuerunt expeditæ litteræ monitoriæ, quatenus Officialis Ecclesiasticus excommunicationem revocaret, cum comminatione temporalitatum Mensæ Episcopalis, eo addito motivo ibi: *Assertus Clericus* (erat conjugatus) *non est in potestate dicti Bajuli illum restituere, cum ejus potestas jam à principio, propter nostræ manus appositionem in dicto negotio, sit extincta.* Dat. Perpinian. 9. Februarii anni 1450. fol. 30. 31

Prout nec contumax censeri debet inferior in non obtemperandis mandatis, quando Principi interposita est consultatio, & pendet Regia deliberatio; in hoc enim in nullo datur offensio, ut doctè excogitavit Sperel. *in tract. de Episcop. p. 3. cap. 30.* ibi: *Charitatis lege permittitur, ut eorum quisque suas rationes ingenuè, & fideliter exaratas* 32

supe-

superioribus suis committat eorum arbitrio dirimendas; hoc namque modo tum iustitiæ munus impletur, quæ exigit ut suas quisque rationes tueatur, tum charitati prospicitur, nec datur offensioni locus. Probant assumptum Manfrella *ad decis. Latro* 170. *num.* 9. Marinis *ad Rever. decis.* 37. *tot.* Nicol. Anton. *de exil. lib.* 2. *cap.* 27. *in fin. & ex cap. licet* 5. *de offic. legati*, & aliis probat punctim Tellez in illo text. *num.* 3.

33 Sic fuit absolutus à iudicio tabulæ Officialis Regius, in quo fuerat declaratus inhabilis ad obtinendum Regia officia, & condemnatus ad damna, & expensas, non obstante quod requisitus non relaxaverat captum, quem per multum tempus detinuit, nulla delicti informatione recepta, contrafaciendo Constitutionibus Generalibus Cathaloniæ, eo motivo, quod respondit de facto, quod evenerat, consuluisse Excellentissimum Locumtenentem Generalem, à quo responsum expectabat, qui consultatione tam attenta facti qualitate, quam voluntate; per litteras sibi per Excellent. Locumt. General. declarata iusta, & legitima causa fuit à Senatu in facto appellationis inter Iacobum Guasch, olim Subvicarium Civitatis Gerundæ ex vna, & Syndicum de Villa. Fraser Gerunden. ex altera partibus, referente Vinyes, (iuncto mandato Iudicibus appellationum, vt facerent verbum in Regia Audientia) die 21. Ianuarij 1632. In lib. concluſ. illius anni fol. 34.

34 Et hinc etiam dicitur, quòd non est firmanda contentio cum inferiore exequente mandatum superioris, ita die 30. Ianuarij 1607. per Cancel. Agullana, consult. Benach, Soler, & Sala in facto contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Elnen. ex vna, & Curiam Vicarii Rossilionis, & de Vallespir ex altera partibus, super repetitione personæ Raphaelis N. Clerici obtinentis Beneficium Sancti Iacobi in Ecclesia de Pedret Diœcesi. Gerunden. capti, & detenti per Regios Officiales in carceribus Regiis Villæ Perpiniani, de mandato Excellentissimi Domini Locumtenentis Generalis, qui propterea prætenderunt ab eis non esse repetendum dictum N. nec cum eisdem firmandam esse contentionem, fuit declaratum, cum dicto Vicario, & Subvicario Rossilionis, & de Vallespir, contentionem non esse firmandam.

35 *Sic pariter per eundem Cancel. Agullana*, consult. Senjust & Morell Regiis Consiliariis, in facto contentionis iurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Reverend Episcopi Ilerden. & Curiam sæcularem Regentis Vicariam Ilerdæ, occasione repetitionis personæ Michaelis Mondet asserti familiaris dicti Reverend. Episcopi per Iacobum Poquet Subvicarium Ilerdæ, de ordine Excellentissimi Locumtenentis Generalis capti, & in carceribus Regiis dictæ Civitatis detenti, & fuit declaratum, dictum Iacobum Poquet Subvicarium, & Curiam sæcularem dictæ Civitatis Ilerdæ non teneri ad firmandam dictam contentionem, & consequenter cum eis non procedere, sub die 29. Octobris 1616.

36 Ratio suprædictorum est; quia inferior obtemperare tenetur mandato superioris, si non est notorie iniustum, Fontanella *de pact. tom.* 1. *claus.* 3. *glos.* 2. *à numer.* 42. Xammar *de offic. iud. part.* 1. *quæst.* 11. *numer.* 146. & antea *quæst.* 3. *à numer.* 27. ex text. *cap. Vt famæ* 35. *de sent. excom.* per illa verba: *Cum hoc non ipsi, sed illi quorum authoritate id faciunt, facere videantur*; ad tradita per Amigant *tom.* 2. *decis.* 80. *numer.* 9. *& numer.* 16. *& seqq.* Quesada Pilo *differt.* 4. *numer.* 337. Berat *de Visit. cap.* 25. *numer.* 119. *cum seqq.* Vicecanc. Crespi *observ.* 1. *à numer.* 305. Quà de causa excusatur obediens à Syndicatu. Ita Senatus, me referente in Tertia Aula 18. Decembris 1673. in causa inter Ioannem Vallespir Villæ del Pinell ex vna, & Syndicum eiusdem Villæ ex alia parte, in actis Preve Nott. in qua exculpatus fuit dictus Vallespir, vti Baiulus illius Villæ qui mancipaverat Antonium Pujol absque provisione capturæ, & illo non reperto in crimine flagranti, obtemperando mandato Castellani de Amposta, de cuius iurisdictione est Villa del Pinell, eo quia mandatum illud non fuit notorie iniustum, & probabiliter potuit credere iustum fuisse.

37 Et antea die 15. Ianuarii 1563. ad relationem Michaelis Quintana fuit concluſum in Regia Audientia in causa inter Syndicum civitatis Gerundæ ex una, & Michaelem Rodes Vtriusque Iuris Doctorem, Iudicem Ordinarium eiusdem Civitatis ex alia parte, ipsum absolvendum esse à sententiis factis in iudicio Tabulæ, ex quo dictus Rodes obtemperavit mandato superioris in eo quod illi iniunctum fuerat. Est in lib. concluſ. civil. illius anni fol. 7.

Excusantur etiam à pœnis contrafacientium Constitutionibus Generalibus huius Principatus Officiales obtemperantes mandatis Superioris, prout ita obtinuit Iosephus Baylon & Reguer Vicarius Barcinonæ, qui una cum aliis officialibus de ordine Excellentissimi Locumtenentis Generalis huius Principatus processerat ad apprehensiones diversorum granorum, in Regia Audientia iunctis Tribus Aulis die 16. Martii 1674. Est in lib. concluſ. civil. illius anni fol. 68. atverò fuerunt condemnati pro interesse civili ad restituendum grana cum emenda damni, eo motivo, quia incumbit oneri Officialium Regiorum causas in solita forma, & executiones demandatas ab Excellentissimo Locumtenenti Generali benignè ei explorare, & denuntiare, Constitutionum, & iurium Patriæ iniunctam eis observantiam, pœnasque in violatores, ultra periurium, & excommunicationem indictas; & quòd provisiones, & commissiones expediri oportet à Regia Cancellaria per Cancellarium, Vicecancellarium, & suo casu Regentem Regiam Cancellariam, & aliter, seu alia forma, non posse; nec debere ad executionem alicujus actus procedi, & quòd non constitit per dictos Officiales Regios observatum, nec talem, aut similem replicationem, seu potiùs repræsentationem propositam fuisse, fuit etiam concluſum, dicta mandata, commissiones, & apprehensiones granorum & omnia inde secuta, fuisse facta contra Constitutiones, & jura Patriæ, & signanter contra Constitutionem 4. & 5. *de violentia, & restitutio de despullats*. De hac materia Xammar *de offic. judic. part.* 1. *d. quæst.* 3. signanter *nu.* 30. plenè apud me *dec.* 134. *nu.* 11. *cum seqq.* 38

Ex his omnibus infertur, quòd stante evocatione causæ coram Judice proprio, & peculiari, non potuerunt Prior, & Conventus Carmelitarum Discalceatorum Civitatis Gerundæ repurari contumaces in non parendo sibi injunctis à Commissario Apostolico respectu Regaliarum, nec sic in eos censuras Ecclesiasticas incidere ex contumacia, quæ nec contrahitur ab eo, qui justè impeditus est obedire, vel quia super re de qua agitur est interposita consultatio coram Superiore, (ante illius deliberationem) vel adest superius mandatum, cui à subdito est obtemperandum, ad tradita per me *dec.* 107. *nu.* 31. *& seq.*

Genuina tamen ratio fuit, quia stricti non fuerunt Prior, & Conventus sententiis Judicis Apostolici obedire quoad concernentia Regalias, ex defectu jurisdictionis Judicis Apostolici; nam admissa est regula, quod subditus tenetur obedire suo superiori in his quæ pertinent ad suum imperium, & jurisdictionem, non etiam in aliis, *ex Can. si dominus* 11. *quæst.* 3. cum Archidiacono probat Xammar *de offic. judic. part.* 1. *quæst.* 3 *num.* 27. Fagnanus *in comment. ad Decretal. in cap. Cum in jure* 31. *de offic. & potest. Jud. Delegat. à num.* 21. *&* 27. ibi: *Quia pars negando jurisdictionem, negat per consequens contumaciam, nam si non erat Judex, non tenebatur coram eo comparere, quam rationem ponderavit etiam Paulus de Castro cons.* 81. *in causa vertitur num.* 3. *colum.* 4. *post medium lib.* 2. *facit text. in l. Non videtur latitare ff. de judic.* 39

Prout etiam indubitata est Regula, quod ex defectu jurisdictionis redditur excommunicatio nulla. D. Th. *in addit.* 3. *part. quæst.* 22. *art.* 4. Covarrub. *in cap. Alma mater de sent. excom.* §. 11. *num.* 1. Sayrus *de censur. lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 5. Diana *part.* 5. *tract.* 9. *resol.* 43. Tondut. *de prævent. Iudicial. part.* 2. *cap.* 6. *numer.* 1. Del bene *de immunit. Eccles. cap.* 12. *dub.* 1. *sect.* 4. *à nu.* 9. Avila *de Censuris part.* 2. *cap.* 3. *disp.* 1. *dub.* 7. Bonac. *de censur. in communi disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 4. *nu.* 12. Fagnanus *in comment. ad Decretal. ad cap. Cum in jure* 31. *de offic. & potestate Judic. Deleg. nu.* 30. *vers. Et sic non tenet excommunicatio*. Reliqua quoad Regalias *in decis. seq.* 40

DECISIO CXLIII.

ARGUMENTUM.

Baiulus Generalis Cathaloniæ cognoscit in prima instantia privativè ad Regiam Audientiam de iuribus Regiis, & sic de concernentibus Regalias, & Regium Patrimonium, etiam inter Clericos, veluti de causis fluminum, littorum, riparum, aquarum publicarum, bonorum vacantium, minerarum, venarum, seu fodinarum cuiuscumque metalli, pedagiorum, & læsdarum, ac iurisdictionis, si hęc est de interesse Regii Patrimonii. De secundis verò instantiis, ac etiam de præconiis, & mandatis, sine clausula iustificativa cognoscit Tertia Aula Regiæ Audientiæ, vel Vice Regiæ. Pariformiter Magister Rationalis cognoscit de rationibus reddendis pro iuribus impositionum, & de fructibus sequestri Abbatiarum, & Beneficiorum, quæ sunt de Patronatu, & Patrimonio Domini nostri Regis.

SUMMARIUM.

1 *Flumina, littora, ripæ, & aquæ publicę in dominio, & proprietate sunt Principis, & suarum Regaliarum, ex totius Orbis observantia.*

2 *De causis aquarum publicarum, littorum, & riparum cognitio, etiam inter Clericos, & Ecclesiasticas personas pertinet ad Baiulum Generalem Cathaloniæ.*

3 *Declaratio in Baiulia Generali facta.*

4 *Declarationes Senatus.*

5 *Et in causa contentionis.*

6 *Alia.*

7 *Alia.*

8 *Aliæ declarationes contentionis, & nu. 9.*

10 *Pro liquidando laudimio aquæ publicæ ad rigandum mansum privatum, causa dispungi oportet cum Ecclesiastico ad Baiuliam Generalem Cathaloniæ: cum declaratione contentionis.*

11 *Quantitas aquę magna debet esse, ut possit prodesse ad bonum publicum, ut publica dici valeat: (& ut possit Baiulus Generalis, eius usum alteri concedere) aliàs enim privata dicitur.*

12 *Quando aqua fontis non scaturit in magna, & notabili quantitate, sed in valdè modica; ita ut nequeat prodesse publico secundùm suum naturalem fluxum, dicitur privata, & non publica: & ita concedi non potest à Principe, nec ab alio quolibet, invito Domino fundi, cui aqua privata cedit: cum Senatu.*

13 *Alveus novus, quem sibi fecit flumen, efficitur publicus: & ita est Principis, licèt antea esset privatus: cum Senatu.*

14 *Quando flumen, sive cum impetu, sive aliàs descendendo, alveum antiquum derelinquit, & novum facit, alveus antiquus pertinet ad Dominos, qui prope ripam prædia possident pro modo latitudinis eorum: cum Senatu.*

15 *Bona decedentium sine legitimo successore, quæ propriè vacantia dicuntur, pertinent ad Principem, & inter eius Regalias connumerantur.*

16 *Cognitio bonorum vacantium spectat Baiulo Generali & Curię seculari Regii Patrimonii, etiam inter personas Ecclesiasticas.*

17 *Observantia Senatus & nu. 18.*

19 *Declaratio contentionis.*

20 *Aliæ declarationes contentionis & nu. 21. & 22.*

23 *Causæ patrimoniales quę quomodocumque pertinent ad Regem ratione dignitatis, sive personæ, etiam de iure privato dicuntur Fiscales, & attrahit Fiscus eas ad Iudices Fiscales.*

24 *Quomodocumque habeat interesse Regium Patrimonium (de quo qualiter debeat constare remissive) cognoscit Baiulus Generalis, etiam inter personas Ecclesiasticas; prout de pedagiis, de minerariis, de venis, seu fodinis auri, argenti, stanni plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum, ac de læsdis.*

25 *Declaratio Senatus.*

26 *Cognoscit Magister Rationalis domus, & Curiæ S. C. & Regiæ Maiestatis in hoc Principatu de iuribus impositionum contra personas Ecclesiasticas, pro quibus in suo officio conveniuntur ad reddendum de illis rationem.*

27 *Decisio contentionis.*

28 *Alia.*

29 *Si Clericus est sequester Abbatiarum, & Beneficiorum, quæ sunt de Patronatu, & Patrimonio Domini nostri Regis, in officio Magistri Rationalis pro reddendis Rationibus, & in dependentibus à sequestro, conventendus est.*

30 *Declaratio contentionis.*

31 *Alia declaratio.*

32 *Propter Regiam iurisdictionem, in qua versatur Regii Fisci interesse, pertinet cognitio causæ ad Iudicem superiorem sæcularem.*

33 *Si interesse est Regij Patrimonij, cognitio causæ iurisdictionalis pertinet ad Curiam sæcularem Baiuliæ Generalis: cum declaratione contentionis.*

34 *Vbi agitur de iuribus Regiis, & sic de concernentibus Regalias, & Regium Patrimonium, de quibus cognoscit Baiulus Generalis, etiam contra Clericos, prima instantia in Baiulia Generali tractatur, quæ aliqua qualitate ad Regiam Audientiam evocari non potest.*

35 *A sententiis definitivis per Baiulum Generalem latis, appellatur ad Regiam Audientiam, & causę appellationis ad eam evocantur sine aliqua qualitate.*

36 *A præconiis, & mandatis sine clausula iustificativa expeditis, appellationes evocantur ad Tertiam Aulam Regię Audientię, & durante Vice-Regia, ad Tertiam Aulam Vice-Regiæ: cum Regio rescripto n. 37.*

PROSEQVIMVR materiam susceptam in decisione antecedenti respectu Regaliarum, quæ concernunt Regium patrimonium, inter quas enumeramus Regaliam aquæ publicæ: nam fit certum quod flumina, littora, ripæ, & aquæ publicæ in dominio, & proprietate sunt Principis, & suarum Regaliarum, *cap. 1. quæ sint Regal. in usibus feud.* ex totius Orbis observantia. Calicius *in Mag. Fisci dub. 8. nu. 11.* Ripoll *de Regal. cap. 8. ferè per tot. & ex num. 21. & 42.* Cancer *var. part. 3. cap. 4. nu. 244.* Xammar *de offic. iud. part. 2. qu. 6. nu. 77. & rer. judic. dif. 8. nu. 4.* de Amigant *dec. 62. nu. 23. & dec. 82. num. 25.* Borrel. *de Reg. Cathol. præst. cap. 8 nu. 11.* Castillo *lib. 7. controv. de tertiis cap. 41. à num. 117.* Marc. *dec. 416. nu. 5. lib. 1.* Constant. *in l. unica de class. lib. 11. nu. 14. & seqq.* Tondut. *quæst. Civil. cap. 71. ex nu. 11. tom. 1.* Carena *resol. 8. art. 2. n. 6.* Pecch *de aquæ ductu lib. 1. cap. 2. qu. 2. à num. 19. & lib. 4. qu. 15. à num. 27.* Calist. Ramir. *de lege Reg. §. 26. num. 36. sub lit. G.* Mesa *var. lib. 2. cap. 49. nu. 13. & cap. 50. nu. 12.* Sabel. *in sum. Divers. § Aqua, vers. Quod aqua publica n. 4. & §. Flumen nu. 1.* Urcel. *concluſ. legal. verb. Aqua, concluſ. 132. nu. 14.* Valenz. *consil. 20. nu. 31.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. cap. 4. tom. 2. num. 6. part. 3.* Valeton. *de transact. tit. 4. qu. 3. nu. 15.* 1

Quare de causis aquarum publicarum, littorum, & riparum cognitio, etiam inter Clericos, & Ecclesiasticas personas pertinet ad Baiulum Generalem Cathaloniæ. Xammar *de offic. iudic. part. 2. d. quæst. 6. nu. 76. & seq.* ad tradita per Amigant *d. dec. 62. nu. 23.* Ripoll *de Reg. dict. cap. 8. n. 55. & seq. & 74.* Reg. Cortiada *dec. 10. num. 148 & seq. & part. 3. decis. 252. num. 9.* 2

Sic in causa vertenti in Baiulia Generali 19. Maij 1442. inter Fisci Procuratorem agentem ex vna, & Episcopum Barcinonæ conventum ex altera, super excessu in accipiendo aquam rivi comitalis, vulgò *del Rech Condal*, pro aquæductu Episcopali sive *Fibla Bisbal* territorii Barcinonæ, comparuit Episcopus, & fuit condemnatus, ratione præhabiti excessus; de quo exemplari Xammar *de offic. iud. part. 2. quæst. 6. num. 77.* 3

Pariter cum prætenderet Curia Ecclesiastica Gerunden. per eius Officialem cognoscere, ad instantiam cuiusdam Presbyteri de possessione quam intendebat de certis ripariis, & terris Regii patrimonii, cuius occasione ab illa Curia fuerunt expeditæ litteræ Locumtenenti Baiuli Generalis Bisulduni; at per Regiam Curiam fuit cum litteris responsum, quatenus desisteret Officialis Ecclesiasticus à prætentione suscitata; quia cognitio erat Domini Regis, & non alterius Iudicis; 4

aut

aut compareret intra decem in Curia Regia ad informandum; (cum comminatione occupationis temporalitatum) dat. Perpinian. 6. Februarii 1450. in ead. locumt. fol. 28. lib. 8. ab anno 1442. usque ad 1452. sic condemnatum fuit Capitulum Canonicorum Sanctæ Ecclesiæ Barcinonæ ad solvendum receptori Bajuliæ Generalis, pro facultate rigandi petias terræ, sitas in Parochia Sancti Martini, in causa vertenti in Consistorio dictæ Bajuliæ Generalis, inter ejus Procuratorem Fiscalem ex una, & dictum Capitulum ex alia, insequendo verbum in Regia Audientia, referente Magnifico Didaco Ferrer Regio Senatore die 13. Janu. 1670. Est in l. conclus. illius an. fol. 21.

Et ea ratione fuit declaratum prohibitam esse facultatem utendi aqua decurrente per flumen sive recum comitalem, ad præsentem Civitatem Barcinonæ, absque consensu Domini nostri Regis, vel Bajuli Generalis in Regio Concilio Bajuliæ Generalis, insequendo conclusionem in Regia Audientia, relatione facta per Nobilem Josephum Gelcen 24 Januarii 1695. (in lib. conclus. fol. 22.) in causa inter Procuratorem Fiscalem Bajuliæ Generalis ex una, & Vicarium perpetuum, & Communitatem Ecclesiæ Parochialis Beatæ Mariæ de Mari hujus Civitatis partibus ex altera.

5 Et in causis contentionum jurisdictionis in hujusmodi controversiis declaratur in favorem Curiæ Regiæ Bajuliæ Generalis, prout ita per D. Joan. Dimam Loris Episcopum Barcinonæ Cancellarium 14. Augusti 1578. in causa contentionis ortæ inter Curiam sæcularem, & Fisci Procuratorem Bajuliæ Generalis ex una, & Curiam Ecclesiasticam, & Priorem sive Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ ex altera partibus, super aqua aquæductus, sive *de la Fibla* Sanctæ Eulaliæ Meridæ, ubi fuit declaratum in favorem Curiæ sæcularis, & ad dictam Bajuliam Generalem pertinere cognitionem super dicta aqua, instante dicto Fisci Procuratore: de qua declaratione Xammar *part. 2. quæst. 6. numer.* 77. Ripoll *var. cap. 1. num.* 181.

6 Et 5. Augusti 1580 per Ep. & Cancel. Loris, consult. Tamarit, & Ameil, in favorem Bajuliæ Generalis Cathaloniæ contra Petrum Mitjavila Presbyterum, ratione aquæductus à fonte pupillorum *Company*, cujus aquæductus dicebat dictus Mitjavila se esse dominum utilem, & proprietarium.

7 Et per Cancellarium Agullana, consultoribus Senjust, & Ferruz 6. Octobris 1607. in favorem Procuratoris Regii Campi Tarraconæ, & Syndici, & quorundam singularium Villæ de Cambrils, contra Procuratorem Fiscalem Curiæ Ecclesiasticæ Tarraconæ, super usu, & adimprivio aquarum, quæ descendunt, & discurrunt à terminis *de Vilogresca*, Castrinovi, *Vinyals* manſi *de Currons*, & Villæ *de Riudoms*, pro servitio molendinorum farinæ dictæ Villæ. De his duabus declarationibus, & ferè de aliis quæ hic citantur Regens Cortiada *in discursu pro Fisci Procuratore Bajuliæ Generalis Cathaloniæ contra Curiam Ecclesiasticam Urgellen. & Fratrem Bartholomæum Marillo nu.* 182. & repetit *par. 5. nu.* 10 *decis.* 252. (ubi has declarationes, & omnes hic ferè allegatas recitat, & *nu.* 11. docet, quod pro pœna banni in prohibitione ad rigandum imposita conveniri debet persona Ecclesiastica in Curia Ecclesiastica, licèt non impediatur processus Curiæ sæcularis Regii patrimonii quoad alios: ad id allegans exemplar 23. Junii 1567.

8 Et in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Tarraconæ ex una, & sæcularem Procuratoris Regii Civitatis Campi, & Vicariæ Tarraconæ ex altera partibus, occasione firmæ juris in dicta Curia sæculari Procuratoris Regii factæ per illius Fisci Procuratorem, procedimentis in dicta Curia Ecclesiastica Tarraconæ, in vim constitutionum illius, factis contra Honophrium Rossell, & de Homedes Procuratorem Regium dictæ Civitatis, & Campi Tarraconæ, instante Procuratore Fiscali dictæ Mensæ Archiepiscopalis Tarraconæ, & dictæ Curiæ Ecclesiasticæ super exercitio jurisdictionis aquarum, quæ descendunt, & currunt in dicto Campo Tarraconæ, & signanter in Torrente *de Riudoms*, usque ad Molendinum Turris Villæ *de Cambrils*, fuit declaratum per Cancellarium Agullana, consult. Senjust, & Ferrus die 4. Novembris 1607. firmæ juris factæ in dicta Curia sæculari Procuratoris Regii Tarraconæ per illius Fisci Procuratorem locum fuisse & esse.

9 Et per Cancellarium Puigmari, consultoribus Astor, & Roca 3. Octobris 1623. contra D. Bernardum de Car-

dona Archidiaconum Majorem Sedis Gerundæ, & Priorem Sancti Michaelis *del Fait*, in favorem Fisci Procuratoris Bajuliæ Generalis, & plurimos agricolas habitatores in Parochiis *de Lissano* superiori, & inferiori S. Justæ, S. Eulaliæ *de Ronsanes*, *de la Amella*, *de Riells*, *de Parets*, *de Mellet*, *de Rigues*, super usu aquarum currentium per riariam *de Thenas*.

Eadem ratione, pro liquidando laudimio aquæ publicæ 10
ad rigandum Mansum privatum causa dispungi oportet cum Ecclesiastico ad Bajuliam Generalem Cathaloniæ. Sic in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Curiam sæcularem Bajuliæ Generalis Cathaloniæ ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia sæculari factæ per Fisci Procuratorem Patrimonialem Bajuliæ Generalis, & Gasparem Sabater Mercatorem, procedimentis in dicta Curia Ecclesiastica factis, ad instantiam Canonici Francisci Valeri Procuratoris Francisci Taverner Canonici Ecclesiæ Barcinonæ, & Præpositi Præposituræ mensis Novembris contra dictum Sabater, ratione laudimii prætensi pro venditione mansi Batlla Parochiæ Sancti Martini de Provensana, empti per dictum Sabater, in cujus laudimii liquidatione, ratione aquæ ad rigandum dictum Mansum Batlla, prætendit Fiscus Regii Patrimonii Bajuliæ Generalis agi de suo interesse; sicque cognitionem ad Dominum Regem pertinere, & in Consistorio Bajuliæ Generalis agi oportere; fuit declaratum per Cancellarium Sunyer, consult. Codina, Ferrer, & Pastor die 21. Octobris 1659. firmæ juris in dicta Curia sæculari Bajuliæ Generalis Cathaloniæ per ejus Fisci Procuratorem, & Gasparem Sabater Mercatorem factæ, locum fuisse, & esse: de quo mentionem facit Reg. Cortiada *tom. 1. decis. 10. num.* 149. *& d. decis. 252. par. 5. num. 5. in fin.*

Anteactis occurre, quod quantitas aquæ magna debet 11
esse, & quòd possit prodesse ad bonum publicum, ut publica dici valeat, (& ut possit Bajulus Generalis ejus usum alteri concedere) aliàs enim privata dicitur. Cancer *var. par. 3. cap. 4. à nu.* 232. *cum pluribus seqq.* Ripoll *de Regal. cap. 8. à num.* 21. Xammar *dif.* 68. *num.* 4. & 5. Pecchis *de aquæduct. lib. 1. cap. 7. quæst. 4. num.* 38. & 41.

Nam quando aqua fontis non scaturit in magna & no- 12
tabili quantitate, sed in valde modica, itaut nequeat prodesse publico secundùm suum naturalem fluxum, dicitur privata, & non publica; & ita concedi non potest à Principe, nec ab alio quolibet, invito Domino fundi, cui aqua privata cedit. Ita in causa in Regio Concilio Baiuliæ Generalis Cathaloniæ inter Franciscum Valldejuli *de la Torre*, agricolam Parochiæ Sancti Genesii *de Palafells* Diœcesi Gerundæ ex una, & Raymundum Oliver, & Palomeras Civem Honoratum Barcinonæ ex altera (audito Nobili Raphaele de Moxo Regio Consiliario Bajuliæ Generalis, cui fuit mandatum, ut verbum faceret in Regia Audientia) per Nobilem Christophorum de Potau Regiæ Audientiæ Doctorem 12. Decembris 1683 fol. 504. concludendo ibi: *Quod declaretur per Magnificos Assessores Regii Consilii Bajuliæ Generalis, aquam dicti fontis vocatam den Vidal esse privatam, & propriam dicti Oliver, & Palomeras, & non publicam; nec licere Francisco Valldejuli de la Torre agricolæ haurire, nec uti aqua dicti fontis absque consensu dicti Olivers: imò licere dicto Oliver & Palomeras uti liberè aqua dicti fontis vocati den Vidal in usus ipsi Oliver benè visos, modò huc, modò illuc divertendo, & sic non fuisse intentionis Bajuli Generalis, & Procuratoris Regiorum feudorum Principatus Cathaloniæ, & Comitatus Ceritaniæ stabilire, nec in emphyteosim concedere dicto Francisco Valldejuli usum aquæ dicti fontis, & quòd dictum stabilimentum annulletur, & quatenus de facto processit, revocetur.*

Alveus novus, quem sibi fecit flumen, efficitur publi- 13
cus, & ita est Principis, licèt antèa esset privatus, *l. 1. §. simili modo vers. Ille autem Alveus ff. de flum. l. Adeo* 7. *§. Quod si toto, vers. Si cujus, l. Ergo* 30. *vers. Itaque, ff. de adquir. rer. dom.* Sixtinus *de Regal. lib. 2. cap.* 3. *num.* 24. *in fin.* Mesa *var. lib. 2 cap. 44. num. 8.* de Amigant *dec.* 82. *num.* 29. & *num.* 32. (ubi *à numer.* 27. agit de quæstionibus in hanc rem incidentibus) Antunez Portugal *de donat. Reg. tom. 2. par. 3. cap. 4. numer.* 36. & 37. Pecchis *de aquæduct. lib. 1. cap. 2. num. 6. & cap. 4. quæst. 8. num.* 10. *& num.* 13. sic Senatus in causa inter Syndicum Villæ de Alcover ex una, & Franciscum Alexandre, & alios ex alia, referente Magnifico Didaco Ferrer R. A. D. die 18. Aprilis 1670. fol. 113 conclus. illius anni.

14 Quando flumen, sive cum impetu, sive aliàs descedendo, alveum antiquum derelinquit, & novum facit, alveus antiquus pertinet ad Dominos, qui prope ripam prædia possident pro modo latitudinis eorum, ut dicit Antunez Portugal *tom.2. par.3. dict. cap. 4. numer. 38. & seqq.* (ubi ad alias quæstiones progreditur) de Amigant *dict. decis.82. num.27. & num.31.* Dixit Senatus in causa inter Joannem Sabater ex una, & Jacobum Pedret ex altera, referente Magnifico Raphaele Nabona Regio Senatore 25. Octobris *1674.* fol. 374. & licèt sententia fuerit commutata in causa supplicationis ex novis probationibus, fuit tantùm ob defectum actionis in agente, referente Nob. Narcisso de Anglasell Regiæ Audientiæ, & Tertiæ Aulæ Doctore die 20. Marti 1677. fol.94. conclus. illius anni.

15 Bona decedentium sine legitimo successore, quæ propriè vacantia dicuntur ex text. *in l 1. & 4. Cod. de bonis vacant. lib.*10. pertinent ad Principem, & inter ejus Regalias connumerantur, *cap.1. tit. Quæ sunt Regalia in usibus feudor l.1 ff. de jur. fisc. l. Vacantia Cod. de bon. vacant. lib.*10. Sixtin. *de Regal. lib.2. cap 9. nu.31.* Alfar. *de offic. fiscal. glos.20. nu.6. ad fin.* Castillo *de tertiis cap. 41. num* 150. Amaya *ad l.1. Cod. de bon. vac. lib.*10. *nu.*3. Fajardo *alleg. fisc.45. num.*3. Solorz. *de jur. Ind. tom.2. lib.3. cap.25. à numer. 37. & in polit. lib.6. cap. 6.* Dom. Vicec. Crespi *observ.93.* Calicius *in Margarita Fisci cap.7. cas.* 83. Ramon *cons.5. num.2.* Ripoll *de Regal. cap.9. à num.* 18. Romaguera *ad Conciol. in stat. Eugub. lib. 2. rub. 35. num.28.* Regens Cortiada *part.1. decis. 39. numer. 19. & part.5. decis.258. numer.1. & in addit. post 2. part. decis. ad dict. decis.39. nu.19.* Fontan. *tom.2. decis.528. à nu.2.* Sebast. de Cortiada *de jurisd. Cap gener. q.16. n.28.* Antunez Portugal *de donat. Reg. t.2. par.3. c.14. n.1. & c. seqq.*

16 Et apud nos cognitio bonorum vacantium spectat Bajulo Generali, & Curiæ sæculari Regii patrimonii, etiam inter personas Ecclesiasticas, Ripoll *de Regal. c.9. n.48. & 49.* Bosch *dels titols de honor l.2. c 36. §.21. col.1. in fin. fol.*261. Reg. Cortiada *dec.39 n.21. & p.5. dec.*258. *nu.*40. Regens Vinyes *in primo disc. anni* 1638. *§. 7. vers. Aunque, col.3. ad med. fol.*52.

17 Sic cum occupassent, concitata comitiva Clericorum, Officialis Ecclesiasticus Ceritaniæ bona vacantia cujusdam Magistri prætensi Clerici tonsurati exteræ nationis, intestati, & sine legitimo successore reperti mortui, quæ Fisco spectabant, impediendo cum terrore censurarum Locumtenentem Procuratoris Regii, ut illa bona ad suas manus pervenirent, ea notitia præhabita, fuerunt expeditæ litteræ Regiæ, mandando Vicario, & Bajulo Podii Ceritaniæ, ut assisteret Locumtenenti ad ea bona vacantia apprehendendum, sub pœna indignationis Regiæ, & sub eadem Locumtenenti injungendo, neve adversis mandatis Officialis Ecclesiastici faciendis obtemperaret: dat. Perpiniani 30 Januarii 1450. fol.25.

18 Postea aliæ fuerunt expeditæ Officiali Ecclesiastico, ut bona vacantia per eum apprehensa poneret in manus Curiæ Regiæ, & posse Locumtenentis Procuratoris Regii, & se abstineret à promulgandis censuris, cum comminatione temporalitatum, & ubi super his contrarium prætenderet, rationes infra sex proponeret in bancho Regio: dat. Perpiniani 30. Januarii 1450. fol.26. Et iterum quia his adhuc non obtemperavit, fuerunt aliæ expeditæ litteræ exhortatoriæ, illi ad eum effectum præfigendo sex dies præcisos, & peremptorios, cum eadem comminatione: dat. Perpiniani 14. Februarii 1450. fol.34.

19 Sic etiam per Cancellarium Episcopum Urgellen. die 5. Maii 1511. inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & sæcularem Bajuliæ Generalis, ratione bonorum vacantium cujusdam Peyron terræ Visconiæ, detentorum per Officialē Curiæ Ecclesiast. de quo Ripoll *de Reg. c.9. n.49.*

20 Et 1. Decembris 1537. in contentione inter Curiam Ecclesiasticam, & sæcularem, contra Rectorem del Bolò: de quo Bosch *dels titols de honor lib.2. §. 21. circa fin.*

21 Et in alia inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & sæcularem Bajuliæ Generalis, ad instantiam Procuratoris Piarum causarum, & Rectoris Parochialis Ecclesiæ de Sabadell, super bonis Bernardi Roure, per Cancellarium Montaner die 22. Octobris 1574.

22 Et die 15. Octobris 1601. per Cancel. Rovirola, consultoribus Torner, Senjuit, & Puigmitjà, in favorem Fisci Procuratoris Regii patrimonii Civitatis Dertus. contra Fisci Procuratorem Curiæ Ecclesiasticæ ejusdem Civitatis super hæreditate, & bonis vacantibus Bertrandi vulgò dicti *de Adam*, intestati defuncti, nullis ascendentibus, descendentibus, collateralibus, & uxore relictis, de quo Reg. Vinyes *in disc. super procedim. Villæ de Mataró §. 7. vers. Aunque, col. 3. ad medium fol.* 52. & post eum Reg. Cortiada *par.5. decis.*258. *num.* 41. ubi *nu.*42. id ampliat ad bona naufragata, nullis legitimis successoribus, vel dominis existentibus: cum alio exemplari quod citat de anno 1632. die 17. Martii.

Ex superiùs enarratis, & aliis infra discutiendis infertur, ubique in hac re recurrendum esse ad disposita in consultatione missa ad Serenissimum Dominum Imperatorem Carolum Quintum 10 Februarii 1551. quam ad litteram tradit Reg. Cortiada *par.5. dec.257 ex num.8.* ubi circumscriptè (ut *in dec. antecedenti* dixímus) fuit sancitum. Item cognoscit de juribus suis Regiis, & sic de concernentibus Regalias, & Regium Patrimonium, etiam inter Clericos; quæ verba complectuntur omnes causas patrimoniales, quæ quomodocunque pertinent ad Regem, ratione dignitatis, sive personæ; nam hæc sunt causæ Fiscales. Vicec. Crespi *observ.61. nu. 11. & seqq.* sive agatur de patrimonio publico, & Fiscali Principis, sive privato, Reg. Cortiada pluribus citatis *decis. 251. num.10. part.5.* in quibus Fiscus Regii Patrimonii attrahit ad Judices Fiscales eas omnes contra personas privilegiatas, pluribus citatis Regens Cortiada *part.5. decis. 252. nu.1.* & in hoc Principatu quamvis sint personæ Ecclesiasticæ, Reg. Cortiada *in cad. decis. 252. num.6.* cum innumeris exemplaribus. 23

Propterea quomodocumque habeat interesse Regium Patrimonium (de quo qualiter debeat constare, an plenè, vel semiplenè, Reg. Cortiada *par.5. decis.*256.) cognoscit Bajulus Generalis, etiam inter personas Ecclesiasticas, prout de pedagiis, quæ inter Regalia connumerantur, Cancer *var. 3 cap. 13. num.* 373. Card. de Luca *de Regal. disc.*131. *numer.*2. de causis minerarum, venarum, seu fodinarum auri, argenti, stanni, plumbi, & aliorum quorumcumque metallorum Reg. Cortiada *tom.5. decis.*261. signanter *num.*15. & 21. Antunez Portugal *de donat. Reg. tom. 2. part. 3. cap.* 12. de læsdis Ripoll *de Regal. cap.2. à num.* 20. & *cap.* 43. *num.*86. ad tradita per Antunez *par.3. cap. 1. num.8. & seq.* Valeron *de transact. tit.4. quæst.3. num.62.* 24

Sic quia emerat quandam partitam ceræ Sacristæ Ecclesiæ Gerundæ, fraudando jura læsdæ Arrendatariis, pro majori eorum molestia adivit Curiam Ecclesiasticam, à qua obtinuit litteras, & postea hæc processit contra Arrendatarios, eos excommunicando, qui, & Procurator Fiscalis Bajuliæ Generalis supplicantes obtinuerunt Regias litteras, monendo Officialem Ecclesiasticum, ut revocaret procedimenta, aut compareret intra sex dies ad informandum banchum Regium, cum comminatione, quod elapso termino, procederetur contra Episcopum, & ejus Officialem ad occupationem temporalitatum: dat. Perpiniani 27 Augusti 1450. fol.88. 25

Pariformiter cognoscit Magister Rationalis domus, & Curiæ S. C. & Regiæ Majestatis, in hoc Principatu de juribus impositionum contra personas Ecclesiasticas, pro quibus in suo officio conveniuntur ad reddendum de illis rationem. Ripoll *ad Peguera in praxi Civili rub.4. num.* 119. Reg. Cortiada *par.1. decis.*10. *num.*112. 26

Ita fuit declaratum per Reverendum Cancellarium Manegat die vigesima Augusti 1587. in causa contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam, & Capitulum Barcinonæ, & Curiam Magistri Rationalis ex altera, super redditione computorum de impositionibus Villæ de Sitges, quæ est Capituli Barcinonæ, declaravit enim non fuisse locum firmæ juris factæ per dicti Capituli Syndicum in Curia Ecclesiastica, sed cognitionem causæ pertinere ad Magistrum Rationalem, de quo Ripoll supra citatus. 27

Idem in facto contentionis inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Locumtenentis Magistri Rationalis ex altera partibus, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica per Procuratorem, & œconomum Communitatis Presbyterorum Ecclesiæ Vilæ-Franchæ Pœnitent. procedimentis in dicta Curia sæculari factis contra dictam Communitatem, instante Fisci Procuratore Regii Patrimonii, fuit declaratum per Cancellarium Agullana, consultoribus Peguera, Ferrer, Magarola, & Puigmitjà, firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica per Procuratorem, & œconomum dictæ Communitatis Vilæ-Franchæ Pœnitent. locum non fuisse, nec esse die 7 Julii 1607. 28

Et si

29 Et si Clericus est sequester Abbatiarum, & Beneficiorum, quæ sunt de Patronatu, & Patrimonio Domini nostri Regis, in officio Magistri Rationalis pro reddendis rationibus, & in dependentibus à sequestro, conveniendus est. Ripoll *de Regal. cap.* 11. *n.* 46. Reg. Cortiada *dict. decis.* 10. *n.* 113.

30 Ita fuit declaratum in favorem Fisci Procuratoris Patrimonialis, & Illustris Don Paschalis de Aragon Regentis Regiam Cancellariam in Sacro Supremo Regio Aragonum Concilio, nunc Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis dignissimi, uti hæredis Nobilis Josephi de Monrodon, Archidiaconi de Bellos, contra Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Joannem Baptistam Vila Canonicum Barcinonæ die 23. Januarii 1655. de quo Regens Cortiada *dict. decis.* 10. *n.* 113.

31 Pariter in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Locumtenentis Magistri Rationalis domus, & Curiæ S. C. & Regiæ Majestatis Domini nostri Regis in Regnis Coronæ Aragonum partibus ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica factæ per Abbatem Sancti Cucuphatis Vallen. Antiquiorem, & eo nomine Præsidentem Sacræ Religionis Sancti Benedicti Ordinis Claustralium Provinciæ Tarraconę, & Fratrem Don Gasparem Casamitjana, & Fratrem Hugonem de Montaner dictæ Religionis, uti administratores Spolii Venerabilis Fratris Don Jacobi Meca, quondam Abbatis Sancti Salvatoris de Breda, electi Monasterii Beatæ Mariæ de Ripoll, procedimentis contra dictos Spolii administratores in dicta Curia sæculari Officii Magistri Rationalis, ad instantiam Procuratoris Fiscalis Patrimonialis suæ Regiæ Majestatis in præsenti Principatu factis, prætendentes, dictos Administratores debere solvere de bonis dicti spolii dicti Abbatis Meca onera, pensiones, & portiones, ad quæ, & ad quas dicta Abbatia de Ripoll tenetur, de tempore fuit sequester Regius Josephus Verneda, qui virtute concessionis Regiæ dicto Abbati Meca fructus dictæ Abbatiæ de Ripoll tradidit, & liberavit, fuit declaratum per Cancellarium Sunyer, consult. Vilosa, de Pons, Cattellvi, & Rull die 3 Octobris 1661. firmæ juris factæ per dictum Abbatem Sancti Cucuphatis antiquiorem, eo nomine Præsidentem Religionis Sancti Benedicti, & dictos Administratores spolii Abbatis Meca, locum non fuisse, nec esse.

32 Rursus Regiæ jurisdictionis causa, in qua versatur interesse Fisci, agitari debet coram Judice superiori sæculari. Sic causa amotionis terminorum, seu lapidum noviter affixorum, in qua propter jurisdictionem Regiam versatur Regii Fisci interesse, pertinet ad judicium sæculare, licèt respectu decimarum prætensarum per personas Ecclesiasticas, litibus inter ipsas personas Ecclesiasticas suscitatis super confinibus decimarii, cognitio sit Judicis Ecclesiastici, ita tamen quòd una Curia per aliam non impediatur respectu diversi, & separati interesse. Fuit declaratum per Cancellarium Monserrat die 26. Maii 1683. in contentione inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & sæcularem Vicarii Regii ejusdem Civitatis ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica factæ, ad instantiam Prioris, & Conventus Sancti Hieronymi de Bethlem, aliàs *de la Murtra*, & Syndici præsentis Civitatis, procedimentis factis in dicta Curia sæculari ad instantiam Prioris, & Conventus Beatæ Mariæ Montis Hilaris Ordinis Cartusiani, & Procuratoris Fiscalis ejusdem Curiæ.

33 Et si interesse est Regii Patrimonii, cognitio causæ jurisdictionalis pertinet ad Curiam sæcularem Bajuliæ Generalis. Regens Cortiada *par.* 5. *decis.* 252. *nu.* 14. qui tradit sic declaratum 1. Februarii 1631. per Cancellarium Puigmari in favorem Bajuliæ Generalis contra Priorem, & Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Castriboni, ratione pignoramenti, & aliorum actuum jurisdictionis per Bajulum Regium loci de Noves, & Vallis de Aguilar factorum in domo, seu Manso Salvatoris Julià, aliàs Soler, quadræ Sancti Petri de Noves, & in ejus bonis, quem, & quæ dicti Prior, & Canonici prætendebant esse eorum jurisdictioni subjectum, & subjecta; contrarium prætendente dicto Fisci Regii Procuratore, nempe articulum jurisdictionis, quia in eo versabatur interesse Regii Patrimonii, ad Dominum Regem pertinere, & spectare, & fuit declaratum in favorem Bajuliæ Generalis.

In his ergo casibus, in quibus agitur de juribus Regiis, 34
& sic de concernentibus Regalias, & Regium Patrimonium, de quibus cognoscit Bajulus Generalis, etiam contra Clericos, prima instantia in Bajulia Generali tractatur, quæ aliqua qualitate ad Regiam Audientiam evocari non potest, ut probat ex Regiis rescriptis, & observata praxi, ac practicis allegatis Reg. Cortiada *to.* 1. *decis.* 10. *nu.* 151. *cum pluribus seqq.* ubi *nu.* 155. scribit, quòd bene verum est quod Assessores Bajuliæ Generalis Cathaloniæ compelli possunt ad partis petitionem per Pro Regem, & Locumtenentem Generalem, ut non pronuntient, nec sententient in tali causa, nisi facto verbo in Regia Audientia, qui juxta ejus votum insequendo dictam conclusionem nomine dicti Bajuli Generalis sententiam proferre debent, juxta disposita in Const. 3. & 4. *de offic. de Batlle General*, & *cap. Curiæ* 38. *Cur. anni* 1599. & hæc est praxis quotidiana.

A sententiis verò definitivis, per Bajulum Generalem latis, appellatur ad Regiam Audientiam, & causæ 35
appellationis ad eam evocantur sine aliqua qualitate. Regens Cortiada *d. decis.* 10. *nu.* 162. & *seq.* ubi *num.* 163. approbat, quod à provisionibus interlocutoriis, etiam habentibus vim definitivæ, per Bajulum Generalem prolatis, non appellatur, sed reclamatur, juxta formam, quam ibidem tradit.

Prout etiam à præconiis, & mandatis sine clausula ju- 36
stificativa expeditis, appellationes evocantur ad Tertiam Aulam Regiæ Audientiæ. Ferrer 3. *par. observ. c.* 30. Peguera *in prax. civil. rub.* 27. *nu.* 6. Xammar. *rer. jud. dif.* 8. *tot.* ubi exemplaria citat, & durante Vice-Regia ad Tertiam Aulam Vice-Regiæ fuit præceptum in Regio Rescripto, quod subsequitur.

EL REY.

NOble, Magnifico, y Amado Consejero: con vuestra carta de 12 del passado se ha recibido el papel de essa mi Real Audiencia, sobre la controversia que entre ella, y el Tribunal de la Baylia General se ha movido en algunos puntos de estilo; pretendiendo dicho Tribunal, y mi Abogado Fiscal Patrimonial, que assiste en el, que en las causas de apellacion que se interponen de las sentencias, pregones, ò mandatos sin clausula justificativa, que se hazen en dicho Tribunal, y se evocan à la Real Audiencia, no pueden los Doctores de la Tercera Sala, à quien se cometen respectivamente por el Canciller, ò Regente, hazer la provision de la admission de dicha causa, sin intervencion de dicho Abogado Fiscal Patrimonial; y que durante Vice-Regia, no pueden evocarse à la Vice-Regia Audiencia, y Sala Tercera las dichas causas de apellacion, ni continuarse las ya evocadas. Y aviendose visto en mi Consejo Supremo de Aragon exactamente las razones, y fundamentos, que de una, y otra parte se me han representado en la materia; ha parecido, como lo resuelvo, que deven evocarse estas causas à essa Real Audiencia Vice-Regia en la conformidad que se ha acostumbrado, y assi se executarà, y bareys se registre essa mi resolucion en el libro de las acordadas en ella, y lo mismo he mandado advertir al Tribunal de la Baylia en la carta desta fecha dada en Madrid 2. de Setiembre de 1662.

YO EL REY.

Vt. Don Christoph. Crespi Vicecanc. — *Ut. Don Josephus de Puyo.*
Ut. Comes de Albatera. — *Ut. Don Michael de Calbà.*
Vt. Don Georgius de Castellvi.
Vt. Exea Reg.
Vt. Don Iosephus Romeu Reg.

Don Didacus de Sada Secretarius.

D E-

DECISIO CXLIV.

ARGUMENTUM.

De Regalia incisionis arborum ad fabricam navium, & de Regalia plaustrorum, & navium. Et an possit Dominus prædii servientis, illud ad culturam reducere, in præjudicium servitutis lignandi, vel juris pascendi; Et an, qui habet servitutem lignandi, possit ligna scindere apta ad trabes, vel ad ædificandum. Et an sub servitute lignandi comprehendatur usus, seu facultas faciendi carbones, seu carbonarias, amplè discutitur: & cum variis Regiis nostri Senatus decisionibus terminatur.

SUMMARIUM.

1 *Regalia est Domini nostri Regis incisio arborum ad fabricam navium, & triremium Regiarum.*
2 *Arbores aptæ ad fabricandum triremes, etiam in specie jure communi, non possunt incidi.*
3 *Regalia est plaustrorum, & navium, quæ consistit in compellendo subditos, ut cum eorum plaustris, & curribus justo pretio portent ligna progaleis faciendis, vel alias res bellicas, sive annonas.*
4 *Factum, & nu.5.*
6 *Turpe est proprios terminos ignorare, & priùs determinare, quàm terminos intelligere.*
7 *Validum est in jure argumentum quod sumitur ab etymologia, & nominis acceptatione.*
8 *A jure Gentium sunt servitutes, & n.9. & 10.*
11 *Generalè est nomen lignum, dicitur namque lignum de omni eo quod est materia lignea.*
12 *Navis, cujus materia lignea est, vocatur ligneus equus.*
13 *Tabulæ, in quibus antiquitus testamenta inscribebantur, ligneæ, id est materia, significabantur.*
14 *Lignum sumitur pro arbore, pro trunco, pro instrumento, pro ligneis pedicis, sive cippo.*
15 *Lignum etiam dicitur, quo ad focum utimur.*
16 *Sylva generale nomen est, pro nemore usurpatur.*
17 *Pro fructice.*
18 *Pro vitibus.*
19 *Pro herbis; florida etiam sylva vocatur.*
20 *Pro herba.*
21 *Dividitur, sylva in cæduam, & non cæduam, cædua declaratur usque ad n.24.*
25 *Sylva non cædua dicitur, quæ habet arbores grandes, sive fructiferas, & excisæ non renascuntur, exponitur usque ad n.28.*
29 *Quando sylva non cædua, sed fructifera est, non licet usufructuario, emphyteotæ, colono, nec cuicunque usuario incidere arbores, aliàs jus suum amittunt, & ad interesse, & damna tenentur, & an quando possint incidi, remissivè.*
30 *Non datur facultas usufructuario, emphyteotæ, usuario arbores grandes infructiferas scindere; quia arbores grandes, quanquam infructiferæ, dicuntur fructiferæ ex arborum incisione, usque ad n.33.*
34 *Præmaximè quãdo arbores illæ grãdes non renascũtur.*
35 *Appellatione fructuum, veniunt tantùm arbores cæduæ, quæ scissæ renascuntur.*
36 *Et quidem, dum brevi tempore renascantur.*
37 *Idem dicitur de infructiferis, si non renascantur, & sint aptæ ad labores, vel trabes.*
38 *Amprivus, & servitus juris lignandi, vel pascendi non dicitur usus fructus, sed usus.*
39 *Ponderatur* l.Ergo 5.de servitutibus rusticorum prædiorum, & n.40.
41 *Servitus palorum eruendorum non est usus fructus.*
42 *Pali appellatione non veniunt ligna, & n 43. & 44.*
45 *Datur intelligentia* l.Divus, penultimæ ff.de usu, & habitatione, & n.46.
47 *Legatarius sylvæ remotæ æquiparatur usufructuario, & potest vendere, & cædere ligna.*
48 *Dubium.*
49 *Dominus in agro nihil facere potest, quo servitus impediatur.*
50 *Si servitus juris lignandi, aut pascendi adquisita sit præscriptione, pacto, aut aliàs, non potest Dominus fundi cum arare, aut ad culturam redigere, aut aliquid facere, per quod usus earum servitutum impediatur: cum Senatu.*
51 *Dubium.*
52 *Ex Calepino lignum dicitur à legendo, quod ligna caduca in agris legebantur: & Calepini auctoritati est deferendum.*
53 *Inter ligna, & materiam ad fabricandum datur differentia. Unde qui habet facultatem lignandi, non potest scindere ligna ad ædificandum, sed tantum parata ad comburendum, usque ad n.58.*
59 *Ex communi usu loquendi in hoc Principatu differentia habetur inter lignum, & materiam.*
60 *Arbores ad ædificandum aptæ, dici non possunt sylva cædua, sed sylva non cædua; quare non erit permissum Domino servitutis eas scindere; quemadmodum nec permittitur usufructuario, vel colono, usque ad n.62.*
63 *Minùs id licebit usuario.*
64 *In materia servitutis differentia consideratur inter lignum quod paratum est ad comburendum, & propriè lignum appellatur; & materiam ligni aptam ad ædificandum, quæ propriè sub appellatione ligni non continetur, nisi impropriè, & latiori sumpto vocabulo, & n.65.*
66 *Dubium.*
67 *Sub servitute lignandi non venit usus, seu facultas faciendi carbones, seu carbonarias; nam sub appellatione lignorum carbones non continentur, usque ad n.69.*
70 *Carbonum appellatione, tituones, neque alia ligna cæsa continentur.*
71 *Appellatione lignorum non veniunt ligna parata ad faces, & tædas, & n.72.*
73 *Habentibus servitutes prædiales non permittitur devastatio substantiæ rei.*
74 *Ponderatur* l. Ligni appellatio §. Ofilius 1. ff. de legat. 3.
75 *Dictio* veluti *est explicativa, & exemplificativa.*
76 *Exemplum est de regula, & ponitur ad manifestandam regulam.*
77 *Ponderatur* l.Carbonum 167.*de V.S. & n.78.*
79 *Inducitur* l. Ligni appellatio 55. §. lignorum 5. ff. de legat. 3. *& n.80.*
81 *Antynomia inter* l. Carbonum 167. de verb. sig. & l. Ligni appellatio 55. § Ofilius 1. de leg. 3
82 *Traditur solutio horum jurium usque ad n.87.*
88 *Concipitur differentia inter nomen lignum, & nomen carbones.*
89 *Servitus est odiosa, & in dubio intelligitur constituta secundùm indigentiam adquirentis, seu prædii dominantis.*
90 *Actus non debent operari ultra intentionem agentis.*
91 *Senatus decisio.*
92 *Alia Senatus decisio.*
93 *Alia Senatus decisio, in causa assistentiæ.*
94 *Probationes factæ in causa Civili non valent in criminali; quando venit infligenda pœna corporalis.*

REGALIA est Domini nostri Regis incisio arborum ad fabricam navium, & triremium Regiarum, ex Novar. Rovit. Tazon & Tapia, de Amigant *dec.80.n.2.* ubi plura de hac re *per tot, fere dec. cum dec. segq.* qui hanc Regaliam desumunt ex necessitate, & utilitate Reipublicæ. Approbant Reg. Constant *in l. unica Cod. de classic. l. 11. n.154.* Thoro *in compen. decis. par. 2. vers. Jus incidendi lignamina.* Quesada Pilo *dissert. 4. n.18.* 1

Propterea scribunt, quòd arbores aptæ ad fabricandum triremes, etiam inspecto jure communi, non possunt incidi. Rovitus *ad Prag. 1. de incis. arbor. nu.1.* Romaguera *ad Concil. in Stat. Eugubii lib. 6. rub. 15. in addit. n 12.* de Amigant *decis. 80. n.6.* tradens *n.8.* exemplaria Senatus, quæ citaverat Don Sebast. de Cortiada *de jurisd. Cap. General. quæst. 17. à n.16.* 2

Deinceps Regalia est plaustrorum, & navium, *c. 1. tit. quæ sint Reg. in usibus fer.* Castillo *t. 7. de tertiis c. 41. sub n. 117.* Alfaro *de off. Fisc. glos. 20. n.471.* Calic. *in marg. Fisci dub 8. prærog. 84. & in extrav. c 7. prærog. 84.* Maitril. *de Mag. l. 3. c. 10. à n. 293.* Sebast. de Cortiada *de jurisd. Cap. Generalis quæst. 17 n.1.* qui ex *n.2.* cum citatis, & aliis, quos allegat, probat hanc Regaliam consistere in compellendo subditos, ut cum eorum plaustris, & curribus justo pretio por- 3

portent ligna, pro galeis faciendis: vel alias res hostiles, sive annonas, ad text. *in l. 2. & 3. Cod. de iuris pub. lib. 12.* & respectu cõductionis lignaminum pro fabrica triremium, & præsidiorum adest in hoc Principatu cap. 48. cur. an. 1599. & exponit de Amigant *d. decis. 80. num. 1.*

4 Excitant hæc iuris placita, vt progrediamur ad speciem, in qua vovendo adsui, super materia servitutum iuris lignandi, & pascendi: Regia sententia prolata die 21. Novembris 1631. referente Egregio Senatore Magnifico Iosepho Roca Regiæ Audientiæ Doctore, fuit sententiatum, Vniuersitatem, & singulares personas Villæ de Berga esse manutenendas in possessione, seu quasi servitutum lignandi, & pascendi sua pecora laboris, id est *de treball* in locis, & patragijs *de Blancafort, Merolla, lo Estany, Noucomes, Viloslu, & Segalès*, Baronis de Gironella, Illustris familiæ de Agullò, & hunc cessare debere à turbationibus, & molestijs illatis in vsu dictarum servitutum, à qua declaratione fuit supplicatũ.

5 Exposuit Baro de Gironella, Dominus terminorum servientium, Vniuersitatem, & singulares de Berga abuti relatis servitutibus. Negarunt Vniuersitas, & singulares, & in iudicio assistentiæ, quæ favendo certo possessori, ad evitandum scandala solet concedi: Inquisivit Regium Criminale Concilium, sine præiudicio causæ civilis pendentis, degustavitque merita servitutum, declarando casus, in quos servitus illa lignandi se extendere potest; vt infra expenditur.

6 Principaliter agitarum in causa fuit, intelligere terminos servitutis lignandi in sylvis, & Terminis desuper expressis, quorum verborum significatum, & intellectũ, assequi non incongruum, & importunum existimavi; loquenti enim turpe est, proprios terminos ignorare, & priùs determinare, quàm terminos intelligere. Angel. *consil. 110. in princ.* incipiente *Suauissima*, notat Vlpianus *in l. 1. ff. de iustit. & iur.* vbi *Iuri operam daturus*, inquit, *prius nosce re oportet, vnde nomen iuris descendat*, & *lib. 16. ad edictum in l. 1. ff. si certum petat* Nec ex re est, priusquam ad verborum interpretationem perveniatur, pauca de ipsius tituli significatione referre. Præcedat igitur aliqualis cognitio generis, vt perfecta cognitio specierum assequi valeat, ut *ibidem* notat Glossa.

7 Provt etiam validum in iure esse argumentum quod sumitur ab etymologia, & nominis acceptatione, probatur *ex l. 1 ff. de adq. possess. l. 1. in fine ff. de furtis l. 2. §. Mutui datio ff. de rebus creditis, l. Senatus 35. §. 1. ff. de mort. caus. donat. princ. inst. de testam. §. si ab hostibus Inst. quibus mod. ius pat. pot. sol. l. Post limitium 19. in princ. ff. de cap.* Cuiac. *lib. 11. observ. cap. 37. & lib. 26. cap. vlt.* Varro *lib. 1. de rat. vocab.* Aul. Gel. *noct. at. lib. 1. c. 18.*

8 Iure gentium servitutes esse apparet *ex l. Ex hoc iur. §. ff. de iust. & iur. & ex §. ius autẽ Inst. de iure nat. gen. & civil.*

Liceat vtique primæuum æuum foret sine vindice. Ovid. *Metam. lib. 1.*

Aurea prima fata est ætas, quæ, vindice nullo,
Sponte sua, sine lege fidem, rectumque colebat.
Pœna, metusque aberant.

Improba iam ætas omne nefas prodidit.

Tum ferri rigor, atque argutæ lamina serræ
Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.
Tum variæ venere artes. Labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.

Canit Virgil. *lib. 1. Georg.*

9 Vnde vsu exigente, & appetentibus humanis necessitatibus, quædam iura fuerunt constituta, bella inde emanarunt. Ovid. *cit. loc.*

Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodiderat, prodit bellum.

Captivitates sequutæ, ex quibus servitutes introductæ fuerunt. Hugo Grot. *de iure belli lib. 3. cap. 7.*

10 Quarum servitutum instar, inductæ fuerunt servitutes personales, *§. in pecudum Inst. de rerum divis. l. Iustissimè 44. ff. de ædilit. edict.* Amaya *lib. 3. observ. cap. 1.* qualis est vsus, & vsufructus, Forcatulus *ad tit. de servit. in l. 1. in princ.* & servitutes tam rusticorum, quàm vrbanorum prædiorum, *§. fin. inst. de vsu. & habitat.*

11 Atverò ante controversiæ deliberationem prænotandum est primò, quòd sub genere istarum servitutum continetur servitus, seu vsus lignandi in sylvis, seu nemoribus, & quod pariter generale est nomen lignum; dicitur namque lignum de omni eo, quod est materiã ligneã. Beyerlinck *in theat. vit. hum. in verb. lignum.*

12 Sic navis, cuius materia lignea est, vocatur ligneus equus, Virgil. *lib. 2. Æneid.* canens de fabrica equi ligneæ, quo Troia ruinam fuit passa, fatur.

Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi.

Sic pariter tabulæ, in quibus antiquitus testamenta inscribebantur ligno, id est materia, significabantur comprobat Triphon *in lib. 19. ff. de bonor. poss. cont. tab.* ibi: *Quod vulgò dicitur liberis datam bonorum possessionem cõtra lignum: & ibidem* Glos. *contra lignum id est contra testamentum, quod ligneis tabulis inscribi solebat.* 13

Pro arbore sumitur frequenter, vt constat *Genes. cap. 1. & 3.* pro trunco etiam non rarò, etiam pro instrumento, quo modo dicitur *Marci 14. vers. 48.* quod ad comprehendendum Iesum venerunt *cum gladijs, & armis* id est baculis, quos fustes Matthæus vocat. Vsurpatur præterea pro ligneis pedicis, sive cippo, quo vincti detinentur, *Actorum 16.* legimus custodem carceris pedes Apostolorum strinxisse *ligno*, id est compedibus ligneis: quæ omnia comprobat Beyerlinck *in theat. vit. humanæ verb. lign.* 14

Etiam lignum dicitur, quo ad focum vtimur, vt inquit Varro, & Virgil. *lib. 1. Georg. in ver. citat.* 15

Nam primi cuneis, scindebant fissile lignum.

Sylva pariter generale nomen est, pro nemore vsurpatur, iuxta illud Ovid. *Met. lib. 10.* 16

Fecerat ex voto nemorosis abdita Sylvis.

Et hinc dicitur Sylva pinorum, Virgil. *Æneid. lib. 9.*

Pinea Sylva mihi multos dilecta per annos.

Pont.

Vertice pinifera Idæ circundata Sylvis.

Pro fructice sumitur, Virgil. *Georg. lib. 4.* 17

Est etiam flos in pratis, cui nomen Amello
Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba.
Namque vno ingentem tollit de cespite Sylvam.

Mant.

Brachia pomiferæ curvant redolentia Sylvæ.

Sylva dicitur de vitibus, Vig. *Georg. lib. 2.* 18

Has natura modos primum dedit: his genus omne
Sylvarum, fruticumque viret, nemorumque sacrorum.
Sunt alii, quos ipse via sibi reperit vsus.
Hinc plagas, tenero abscindens de corpore matris
Deposuit sulcis: hic stirpes obruit arvo,
Quadrifidasque sudes, & acuto robore vallos,
Sylvarumque aliæ pressos propaginis arcus.

De herbis dicitur, Virgilius *Georg. lib. 1.* 19

Esset rubigo, segnisque horreret in arvis
Carduus, intereunt segetes, subit aspera Sylva.

Florida Sylva vocatur, Lucret. *lib. 1.*

Frondiferasque nouis avibus canere vndique Sylvas.

Baptist. Pius.

Florida Sylva vires per lætos myrtea campos.

Pont.

Frondentem Sylvam, zephyrosque, aurasque ciebat.

Pro horto sylva vsurpatur, Virgil. *lib. 2. Georg.* 20

Orchites, & radij, & amara pausia bacca:
Pomaque, & Alcinoi Sylvæ, nec furculus idem.

Iunctis his quæ animadvertit Lacerda ex Tertul. *de Pall. comitum, & amœnum super Alcinoi pometum, & Midæ rosetum.* Plin. *lib. 19. cap. 4. Antiquitas nil mirata est, quàm Hesperidum hortos, ac Regum Adonis, & Alcinoi.* Ovid. *1. amor. eleg. 10.*

Præbeat Alcinoi poma benignus ager.

Secundo quòd sylva alia est non cædua, & alia cædua, quia, vt inquit Calepinus, vel glandifera est, cuius arbores non cæduntur, sed ad escam quadrupedibus præbendam servantur; aut cædua, quòd in ea arbores, cum ad iustam proceritatem creverunt, cæduntur, vt vel ædificationibus, vel alijs vsibus materiam præbeant, vel, vt inquit I. C. *in l. sylva cædua 30. ff. de verb. sig.* est sylva cædua, *quæ in hoc habeatur, vt cædatur. & quæ excisa ex stirpibus, vel radicibus renascatur*, quã diffinitionẽ approbant Alciatus, Alexander, Molina, Garcia, Gutierez, & Barbosa relati per Castillo *controv. de vs. l. 1. c. 25. n. 35.* 21

Probat Rebuffus *in d. l. sylua ff. de V. S. vers. Et sic* ibi: *Et sic ex isto textu colligi possunt sequentia requisita, antequam sylva cædua dicatur. Primò quod in hoc habeatur, vt cædatur; si ergo gratia amœnitatis, non dicitur cædua, vt probatur hic. Et huius sententiæ est Alciatus, & alij iuris interpretes. Secundò requiritur vt ex stirpibus, & trunco renascatur; si ergo non renascerẽtur, vt cupressus, non diceretur cædua, nec cædi posset, vt abundè prosequitur Paul. Pic. in l. Titia, §. Titia qu. 36. ff. de leg. 2. Tertiò* 22

quod

quod ſuo tempore cædatur in triennium, vel quinquennium, pro conſuetudine ſylvæ, vt dictum extitit.

23 Petr. Barboſa *in l. Divortio* 8. §. *ſi fundum ff. ſolut. mat. num.* 2. ibi: *Vt ſylva cædua propriè dicatur, duo copulativè requiruntur, ſcilicet quòd in hoc habeatur, vt cædatur, id eſt cuius vtilitas in eo conſiſtit, quòd cædatur. Item quòd exciſa ex radicibus, vel ſtirpibus renaſcatur.* Et *num.* 10. ibi: *Vt arbor dicatur cædua copulativè requiritur, quòd ſit deſtinata ad cædendum: Item quòd exciſa renaſcatur, vt ſupra dictum eſt. Cum igitur certum ſit, Pinetum exciſum non renaſci, non poteſt dici in fructu, & conſequenter non pertinebit ad fructuarium.*

24 Quem per eadem ferè verba ſequitur Caſtillo *de vſuf. d. cap.* 25. *num.* 35. D. Melchior Valentia *illuſt. lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 3. *nu.* 4. ibi: *Advertendum operæ pretium duximus ad huius difficultatis explicationem, alias eſſe arbores, quæ in fructu fundi habeantur; alias verò quæ in fructu fundi non ſint. In fructu fundi arbores illas eſſe dicimus, quæ ad hoc habentur, vt cædantur, & ſucciſæ rurſus ex ſtirpibus aut radicibus naſcuntur, quæ arbores cæduæ, vel ſylva cædua appellantur, l. Item ſi §. vlt. cum l. ſeq. Arbores* 59. §. *vlt. ff. de vſufruct. l. Qui fundum ff. de cont. emption. l. fructus* 7. *aliàs, l. Divortio, §. ſi fundum ff. ſolut. matri.*

25 Sylva verò non cædua dicitur, quæ habet arbores grandes, ſive fructiferas, & exciſæ non renaſcuntur. Probat Pinel. *in lib.* 1. *Cod. de bon. mat. part. num.* 59. ibi: *Colligit Alc. ſylvam non cæduam appellari, quæ habet arbores frugiferas, quæ ſine incommodo rei cædi non poſſunt. Colligitur etiam ex Doctoribus ſylvam non cæduam appellari, quando arbores cæſæ non renaſcuntur.*

26 Grat. *diſcep.* 21. *num.* 9. ibi: *Intelligendo in fundo non cæduo, aut ſylva non cædua, id eſt, in quo non renaſcebantur arbores cæſæ; ſi enim eſſent arbores à ſylva cædua, quæ renaſcerentur, fructuarius haberet omnes fructus.*

Garcia *de expenſis cap.* 11. *num.* 31. ibi: *Eſt ſylva cædua, cuius arbores ſemel cæſæ renaſcuntur; contra verò non cæduæ, cuius arbores cæſæ amplius non renaſcuntur. In quibus quoque frugiferæ numerantur.*

27 Don Melchior à Valent. *d. cap.* 3. *num.* 4. ibi: *In fructu autem fundi non habentur arbores grandes, ſive fructiferæ, ſive non fructiferæ, quæ nec ſucciſæ renaſcuntur, nec ad hoc ponuntur, vt cædantur, l. Ex ſylva* 10. *in fin. ff. de vſufr. d. l. Fructus* 7. §. *ſi fundum, ff. ſolut. mat. l. Denique* 13. *in princ. l. Competit* 16. §. *ſi quis vi, ff. Quod. vi, aut clam.*

28 Tertiò prænotandum eſt, quòd quando ſylua non cædua, ſed fructifera eſt, non licet vſufructuario, emphyteotæ, colono, nec cuicumque vſuario incidere arbores, aliàs ius ſuum amittunt, & ad intereſſe, & damna tenentur, *l. Æquiſſimum* 17. §. *fructuarius ff. de vſufructu* Doctores, communiter *in l. Diuortio §. ſi fundum ff. ſolut. mat.* Barboſa ibidem *n* 17. & 18. Caſtillo *de vſufructu l.* 1. *cap.* 25. *n.* 1. & 5. Molina *de primog. l.* 1. *c.* 2. *n.* 7. Ciarlin. *lib.* 1. *c.* 2. *n.* 2. & 3. & *l.* 2. *cap.* 52. *tot.* Romaguera *ad Conciol. in ſtat. Eugub. lib.* 6. *rub.* 15. *n.* 11. Sabelli *verſ. Arbor* (vbi ea refert ad arbitrium Iudicis) Ciarlinus *dicto cap.* 52. ſuper eo, an, & quando poſſint incidi pro reparatione, vel pro vſu ab vſufructuario, fideicommiſſario, emphyteuta, & ſimilibus, etiamſi arbores ſint fructiferæ, & quæ tales dicantur: de quibus plenè videndus Fulgin. *de iure emphyt. tit. de var. caduc. qu.* 12. *per tot.* Queſada Pilo *diſſert.* 4. *n.* 6.

29 Tunc verſatur difficultas an permiſſum ſit vſufructuario, emphyteotæ, vel vſuario arbores grandes infructiferas ſcindere; in qua apparet negatiuè reſpondendum; nam æquiparantur grandes cum fructiferis ex Paulo *in l. Sed ſi grandes* 11. *ff. de vſufruct.* ibi: *Sed ſi grandes arbores eſſent, non poſſet eas cædere.* Cœpol. *de ſervit. ruſt. cap.* 22. *n.* 9. Bald. *conſ.* 290. *par.* 2. *n.* 2. & 3. ibi: *Colonus meritò poteſt expelli, quia arbores fructiferas, & alias grandes, & non germinales ſuccidit. Nam ex hoc rei ſubſtantia deterioratur, & enormiter; quapropter etiam emphyteuta poſſet expelli, vt Aut. qui vel Cod. de Sacr. Eccleſ. Et Maritus, qui eſt Dominus rei dotalis, non poſſet has arbores ſuccidere, quia non ſunt in fructu, ſed in proprietate, vt l. Divortio §. ſi fundum, ff. ſolut. mat. Item nec vſufructuarius poteſt eas ſuccidere à ſtipite, licet frondibus, & fructibus vti poſſit vt ff. de vſufruct. legat. l. Sylva cædua, & l. Sed ſi grandes, & l. Arboribus, & eſt expreſſum ff. de iureiurando, l. Duobus §. Colonus &c.* Barboſa *ad d. l. Divortio §. ſi fundum n.* 9. ibi: *In vtroque tamen caſu grandes arbores incidere non poterit: nam cum ex aliis poſſit percipere vtilitatem vſufructus, non poteſt ad arbores manus extendere* Quem ſequitur Caſtillo *dict. c.* 25. *n.* 32. & 37. Valentia *ſupra n.* 15. ibi: *In fructu tamen fundi non habentur arbores grandes, ſive fructiferæ, ſive non fructiferæ.*

Ratio eſt, quia arbores grandes, quamquam infructi 31
feræ, dicuntur fructiferæ ex ramorum inciſione, Montepicus *in l. Titia §. Titia num.* 128. *verſ. Tamen teneo ff. de leg.* 2. ibi: *Tamen teneo, quod pedamenta non poſſunt ſuccidi, ex quo procedunt fructus per inciſionem ramorum; Ideo poſſunt admodùm fructiferæ dici, niſi eſſent exſiccatæ, ſeu vetuſtæ, taliter quòd eſſent admodum inutiles, quia ſubſtituendo alias ſimiles, poterit fructuarius illas ſuccidere, per ea quæ dicta ſunt in arboribus fructiferis &c.*

Niger *de laudemijs quæſt.* 23. *nu.* 59. & 60. ibi: *Tertius* 32
eſt caſus, vbi ſylva non eſt cædua, ſed conſita arte, vel natura magnis arboribus omnis generis, vel vnius tantùm, vt puta annoſis querculis, caſtaneis; & tunc quia grandes arbores non ſunt fructus, ſed pars fundi, l. Divortio, §. ſi fundum, ff. ſolut. mat. & ſine illius damno inde evelli non poſſunt, l Sed ſi grandes 11. & *l. ſequenti ff. de vſufruct. propterea minimè id licet ſocio, l. Sed ſi non* 8. §. *velit, ff. communi dividundo. Nec marito, ſi fundus fuerit dotalis non æſtimatus, l. Divortio, §. ſi fundum, ff. ſolut. mat. Nec patri adminiſtratori bonorum filij, l. fin. §. fin autem, Cod. de bonis, quæ liberis. Nec colono, l. Si merces, §. culpæ ff. locati. Nec conductori, l. In fraudem §. conductor ff. de iure fiſci. Nec creditori in re debitoris, l. Si convenerit, §. ſi quis, vbi Bart. & Sal. ff. de pig. action. Nec vaſſallo in feudo, Afflict. deciſ.* 265. *Illuſtris n.* 72. *vbi Vrſil. nu.* 91. *Nec emphyteutæ, qui potiora iura habet vſufructuario, incidere arbores grandes, vel fructiferas, quia fundum emphyteuticum dicitur deteriorare, & volente Domino, privatur emphyteuſi, Auth. Quirem Cod de Sacroſ. Eccleſ.* Et *n.* 62. ibi: *Idem dicendum vult in Prælato, Fiſco, & illius conductore, quibus eſt probibitum excidere nemora antiqua, ſi non fuerint cædua.*

Steph. Quaranta *in ſum. Bullarij §. Alienatio n.* 13 ibi: 33
Et poſſeſſionis appellatione continentur res poſſeſſæ, vt ſunt arbores, quæ ſolo inhærent. Navar. conſil. 6. *n.* 2. *de rebus Eccleſ. non alienan. quas regulariter Beneficiatus non poteſt incidere, etiam non fructiferas, & contraveniendo incideret in pœnas huius Paulinæ, Navar. in conſ.* 7. *eodem t. Beneficiatus enim æquiparatur vſufructuario, gloſ. in cap. præſenti de offic. ordinar. in* 6 *& vſufructuarius non poteſt incidere, l. Æquiſſimum §. fructuarius ff. de vſufruct.* Et ibi: *Itaque Beneficiatus debet vti arboribus & fundo, vt nil agriculturæ, & arboribus noceat, & proprietas agri non deterioretur, dict. §. fructuarius, ac boni viri arbitratu frui, & rectè colere quaſi bonus pater familias, l. Item ſi fundi, de vſufruct.*

Præmaximè quando arbores illæ grandes non renaſcuntur, Zazi. *ad d. l. Divortio §. ſi fundum ff. ſolut. mat.* & advertit Garcia *de expenſis d. cap.* 11. *n.* 25. ad intelligentiam *d. l Sed, ſi grandes ff. de vſufruct.* ibi: *Vnde ad l. Sed, ſi grandes, ff. de vſufruct. vbi arbores grandes vetat Paulus I. C. incidi, dicendum eſt ex his, quæ diximus, intelligendum eſſe, vt ea lex habeat locum in arboribus grandibus, quæ non renaſcuntur, ac non cæduis, & ita intelligunt Gloſ. & Angel. ibi & Alciat. in l. Sylva cædua.* Nec poſſunt computari in fructum, nec in fructum cedere, Niger *dict. quæſt.* 23. *num.* 59. Ioan. Copi *de fruct. tit.* 1. *c.* 1. *n.* 3. ibi: *Sed, & arbores cæduas, vel cremiales in fructum cedere &c. grandes autem, vel frugiferas non computari Idem Vlpianus ait l. Æquiſſimum ff. de vſuf.* 34

Quia appellatione fructuum veniunt tantum arbores 35
cæduæ, quæ ſciſæ renaſcuntur, Barboſa *in c. Salubriter in fin. de vſu.* Gratiam. *deciſ* 208. *nu.* 15. quia quod non renaſcitur, non dicitur eſſe in fructu. Caſtillo *de vſufruct. cap.* 36. *n.* 6. cum fructus non ſint, niſi redeant, & renaſcantur, Leotard *de vſur. quæſt.* 50. *num.* 20.

Et quidem quod brevi tempore renaſcatur, Pinellus 36
ad l. 1. *Cod. de bonis maternis part.* 1. *n.* 59. Baeça *de decimis tutor cap.* 26. *num.* 21. Mieres *de Maioratu part.* 4. *quæſt.* 39. Michael Graſ. *de ſucceſ. §. legatum, verſ. Hoc vero quærimus*, Molin. *de Hiſpan. Primog. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 5. Montepico *dict. §. Titia quæſt.* 36. *verſ. Aliquando, num.* 119. relati per Caſtillo *d. cap.* 25. *nu.* 26. hoc eſt de

quinque-

quinquennio in quinquennium, quod erat tempus quo sylva cædua scindi solebat. Thoro *comp.dec.verb.Possessor*, ibi: *Sed arbores sylvæ cæduæ de quinquennio in quinquennium, ex l. Cum manu fata 80. §. sylva ff. de contr.empt.* ibi: *Sylva cædua in quinquennium venerat.* Et Glos.ibi: *Quæ de quinquennio in quinquennium consuevit cædi.*

37 Et quamvis DD.aliqui solùm loquantur de fructiferis, idem dicendum est de infructiferis, si non renascantur, & sint aptæ ad labores, vel trabes, ut asserit Marius Anguissola *d.cons.99.nu.19.* ibi: *Quia istæ arbores non erant cæduæ, sed erant ab opere, & magni valoris reddentes proprietatem pretiosam, & licet DD. aliquando, & sæpe loquantur, exempli gratia de arboribus fructiferis; tamen exempla non restringunt regulam.*

38 Quarto prænotari oportet, quòd amprivus, vel servitus juris lignandi, vel juris pascendi pecora, non dicitur ususfructus, sed usus, ut probat Grivel.*dec.66.num.9.* in illis verbis: *Servitus juris pascendi usui solet æquiparari, & pleræque hujusmodi servitutes, l.Ergo in fin. ff.de servit.præd.rust.* Rebuffus *ad l. Carbonum 167.ff. de ver.sig.vers.Ultima conclusio*, ibi: *Habens privilegium capiendi ligna ex nemore, vel usum talem habens, non potest alteri concedere, vel vendere ligna, quia usus personalis est, nec ad alium transferri potest.* Probat Baldus *in d.l.Ergo ff.de servit.præd.rustic.* Quesada Pilo *diser.4, nu.16.* Roccus *respons.82.nu.3.* Novar. *de gravam. vasal. par.1.grav.32.* signanter *n.9.* Sanfel.*par.1.decis.8.* Regens Matheu *de reg.Reg.Valent.cap.5.§.3.n.18.& 19.* de Amigant *tom.2.dec.81.n.2.cum seqq.* qui *nu.1.& n.11.* legitimè infert, habentes eas servitutes, aliis cedere, locare, vel vendere non posse, ex pluribus DD.quos allegat.

39 Nec his obstat primò argumentum, quod sumitur *ex l. Ergo 5.ff.de serv.rust.* ex qua probari prætenditur, servitutem lignandi, & pascendi pecora esse usumfructum; Quia respondetur, non quid tale ex dicto textu inferri: solum ait, quòd servitus palorum eruendorum ex vicina sylva, si est ad vendendum, est ususfructus, at si ad vineam colendam, est servitus rustica.

40 Imò potius ex dicta lege assumptum probatur; nam in ea dicitur, quòd habens illam servitutem, ea uti poterit ad necessitatem tantum, itaut non superfluat aliquid, & casu quo non est ad necessitatem, sed ad vendendum, & ad majorem utilitatem, & lucrum, tunc non est servitus rustica, sed est ususfructus, & hic sensus patet ex Glossa ibi: *Primò dicit, non posse esse servitutem rusticam, nisi prædium haberetur in proximo. Secundò dicit, quòd ad necessitatem tantum: non quod superfluat aliquid, ut hoc exemplo habeo servitutem in vicino prædio, ut ex fornace, quæ est ibi, habeam vasa, non ad necessitatem agri. Non est servitus rustica: sed est magis ususfructus. Idem in servitute palorum eruendorum ex vicina sylva: ut si vendendus, est ususfructus, sed si ad vineam colendam, est rusticæ servitus.*

41 Imò *in l.Veluti 6.seq.dict.tit.de ser.præd.rust.§. Item*, Paulus I.C.profitetur, servitutem palorum eruendorum longè recedere ab usufructu, ibi: *Item longè recedit ab usufructu jus calcis coquendæ, ædificandi ejus gratia quod in fundo est; Item sylvæ cæduæ, ut pedamenta in vineis non desint.* Et Glos.*in dict.§.1.* dicit ibi: *Item si longè recedit, id est distat, scilicet quando ad necessitatem tantùm agri mei hoc facio; Nam hæc est prædialis servitus: sed usus fructus personalis, ut supra de seru.l.1. sed si facio ad vendendum, & alibi portandum, tunc non recedit ab usufructu, sed est ususfructus.*

42 Quantò magis, quia nec *dict.l.Ergo 5.ff.de seru.præd. rust.* loquitur de servitute juris lignandi, sed de servitute palorum eruendorum, quæ servitutes inter se omnino distant; quia pali appellatione ligni non veniunt, ut probat text. *in l.Pali 56.ff.de leg.3.* ibi: *Pali, & pertica in numero materiæ redigendi sunt, & ideo lignorum appellatione non continentur*, & id ipsum approbat *l.Pali 168. ff.de ver.sig.*

43 Comprobat Andreas Alciatus *in d.l.Pali 168 ff.de ver. sig.num.1.* ibi: *Pedamentorum, quæ vitium adminicula sunt, tria sunt genera: unum robustum, seu fissile ex quercu, vel Junipero, quod appellatur ridica; alterum est è pertica, qui palus dicitur, hirque teres est. Tertium ob inopiam ex harundineto sumitur; sicque M.Varro, & L.Columella tradiderunt. Hæc pedamenta, quæ & statumina uocantur, lignis legatis non continentur, quoniam in materia sunt, & alium usum quam ignis præstant.*

Rebuff.*in eadem l.Pali 168.ff.de verb.sig.* ibi: *Pali, & perticæ in numero materiæ sunt: ideoque appellatione ligni, vel lignorum non continentur. Unde si quis ligna mihi donavit ex suo nemore, quibus domi utar, non potero capere palos vineis affigendos, nec perticas. Idem si vendiderit. Idem quoque si legata sint ligna, ut pali non comprehendantur, l.Pali ff.de leg.3. quippe sunt aliò destinata, quam ad comburendum, nomenque habent speciale, ultra lignum:* & approbant Hypol.Marsil.*sing.520.* Barbosa *in appellatione lignum n.2.* 44

Secundo non obstat text.*in l.Divus penul.ff.de usu*, & *habit.* ibi: *Divus Adrianus, cum quibusdam usus sylvæ legatus esset, statuit fructum quoque eis legatum videri: quia, nisi liceret legatariis cædere sylvam, & vendere, quemadmodum usufructuariis licet, nil habituri essent ex eo legato.* Ornant Gras.*de suc.§.legatum*, ibi: *Dicit eum etiam qui usum sylvæ habet, æquiparari usufructuario, & ideo vendere potest ligna.* Petrus Gregor.*syntag.juris lib. 4.cap.2.nu.13.* ibi: *Quibus concessus est usus sylvæ, & fructus concessus videtur, l.Divus ff.de usu, & habit.* 45

Quia respondetur, quod text.*in d.l.Divus*, & DD. supra allegati loquuntur in causa speciali, in qua legatum usus sylvæ importat usumfructum; videlicet quando legatur usus sylvæ valde remotæ, ut notat Glossa ibi: *Titius legavit mihi usum sylvæ remotæ.* Et *in verbo sylva*, ibi: *Procul fortè remotæ*, & sequitur Albericus *in eadem l.* (non etiam in terminis servitutis lignandi) & hoc ea ratione, quia legatum debet esse cum lucro, & utilitate legatarii, & quando est sylva remota, si tantum ea uti posset ad proprium usum, exportando ligna, magis expenderet, quàm lucri haberet, ideo Divus Adrianus eo casu, ne legatum redderetur inutile, statuit posse legatarium cædere, & vendere sylvam, quemadmodum usufructuario licet. 46

Quam intelligentiam expressit Grat.*discep.21.nu.12.* ibi: *Nam fructuarius potest uendere, l.Item §.fin.ff.de usuf. usuarius uerò non, nisi fortè relictus fuisset usus sylue adeò remotæ, quòd nullus esset ejus usus, nisi uendendo, l. Diuus ff.de usu, & habit.* sequuntur Petr Greg.*Syntag.jur. lib.4.d.cap.2.n.5.* Aponte *de potest.Proreg.tit.de elect.offic. §.2.nu.16.& 19.* Vinnius *in §.minus, Inst.de us.& habit. n.4.* His in medium prolatis, pro decisione facti controversi sequentia fuerunt disputa dubia. 47

DUBIUM PRIMUM.

An possit Dominus prædii servientis, illud ad culturam reducere, in præjudicium servitutis lignandi, vel juris pascendi. 48

Hoc dubium terminatur ex eo juris documento, quo docemur, quòd Dominus in agro nil facere potest, quo servitus impediatur, quæ sunt verba I.C. Javoleni *in l. Certè 13.§.si totum ager ff.de ser.præd.rust.* cum qua concordant *l.Si manifestè 7. l.Altius 8. Cod.de seruit & aqua.* 49

Unde si servitus juris pascendi, aut lignandi adquisita sit præscriptione, pacto, aut aliàs, non potest Dominus fundi, eum arare, aut ad culturam redigere, aut aliquid facere, per quod usus earum servitutum impediatur. Cancer *var.3.cap.4.nu.75.cum seqq.* qui ita tradit declaratum in Senatu 3. Decembris 1603. referente Egregio Senatore Fontanet in causa Civitatis Dertusæ, & hominum Bajuliarum de Cantavieja, actuario Francisco Palau. Et comprobant Cohel.*ad bul.regim.cap.50 n.198.* Capiblanc.*de baron.par.1.prag.11.& par.2.cap.75.* Larrea *alleg.fisc.110.* Card.Luca *de ser.disc.33.n.8.& discursu 39.nu.5.* Roccus *tom.1.respons.82.nu.9.* ex text.*in l.fin.ff. de usu, & habit.* 50

SECUNDUM DUBIUM.

An qui habet servitutem lignandi possit ligna scindere, apta ad trabes, vel ad ædificandum. 51

Negativa sententia, quam supra habuimus *n.37.* fundatur ex variis rationibus. Prima ex ea, quæ desumitur ex proprio significatu vocabuli, nam, ut inquit Calepinus *uerb.lignum*, ex Varro, dicitur *lignum à legendo, quod ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum* 52

ute-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

uteretur. Et Calepini authoritati est deferendum. Franc. *decis.662.num.17*. Luca *de Regal.disc.97.& de servit.disc.82. num. 1*.

53 Sic propriè differentia habetur in jure inter ligna, & materiam ad fabricandum necessariam, ut animadvertit Ulpianus *in l. Ligni 55 ff. de leg.3*. ibi: *Ligni appellatio nomen generale est, sed sic separatur; ut sit aliquid materia, aliquid lignum. Materia est, quæ ad ædificandum, fulciendum necessaria est: lignum, quidquid comburendi causa paratum est*. Et ibi: *Quintus Mutius libro secundo refert, si cui ligna legata essent, quæ in fundo erant; arbores quidem materiæ causa succisas non deberi*.

54 Glos. *ad d.l.* ibi: *Lignum aliud dicitur materia ad ædificandum parata, aliud lignum, causa comburendi paratum*. Et ibi: *Cui ligna legata sunt, ad eum omnia ligna pertinere, quæ alio nomine non appellantur: etiamsi non succisa, dum tamen ad comburendum parata*. Et eadem Glossa *in verbo comburendi causa*, ibi: *Comburendi causa principaliter, ut combustio prima, & sola parandi causa fuerit*. Dionis. Gothofred. *ad d.l.* ibi: *Aliud est materia, aliud lignum*.

55 Et eandem differentiam constituit Paulus I.C. *in l. Pali 56. ff. de leg.3*. ibi: *Pali, & perticæ in numero materiæ redigendi sunt, & ideo lignorum appellatione non continentur*. Ulpianus *in l. Arboribus 12 ff. de usuf.* ibi: *Arboribus evulsis, vel vi ventorum dejectis, usque ad usum suum, & villæ posse usufructuarium ferre, Labeo ait: nec materia eum pro ligno usurum, si habeat, unde utatur ligno*. Ubi Gothofredus *in notis* ait: *Materiam hic distinguit à ligno. Est verò materia lignum, ex quo fiunt ædificia, ut ita ligni appellatio pateat latius*.

56 Bart. *de Alveo §. Quod si num. 9*. ibi: *Item quod dicatur arbor &c. Illud verò, quod à terra succisum est, & sic animam vegetativam, quæ est ejus substantialis forma, perdidit, non est arbor, sed vel est lignum, si causa comburendi paratum est, vel vocatur materia, si parata est ad aliquod ædificium, ut ff. de leg.3. l. Lignum*.

57 Approbant Zazius *ad tit. de usuf. n.* 30. Barbos. *verbo ligna*, Petrus Barbosa *in l. Divortio 8. §. si fundum ff. solut. matr. n.12*. ibi: *Tantum permittit fructuario, ut arborum evulsarum lignis uti possit, & sic aptis ad comburendum, l. Ligni 53. in fin. ff. de legat. 3. tam ad usum suum, quàm Villæ, non autem ei permittit uti materia prædictarum arborum, scilicet quatenus apta est ad ædificia construenda; hoc enim propriè materia appellatur, ut constat ex d.l. Ligni &c*.

58 Barri *de succes. lib.9. tit.15. n.4*. ibi: *Ligno legato, non continetur lignum paratum ad ædificandum, vel fulciendum, sed tantùm paratum ad comburendum, vel ad calefaciendum*. Et ibi: *Pali, & perticæ, quibus vites fulciri solent, non continentur, nisi tam aridæ exemptæ sint ex vineis, ut comburantur &c*. Et ibi: *Certè lignorum appellatione veniunt, quæ Regionis consuetudo pro ligno habet, ut sunt nuclei olivarum, quando ad nullum alium usum destinantur, quàm ad comburendum: secus si servirent ad alium usum*. Gratian. *discep. forens. cap. 21 nu.10*. ibi: *Imò quamvis materia dicatur res apta ad ædificandum, lignum autem ad comburendum &c*.

59 Secunda ratio deducitur ex communi usu loquendi in hoc Principatu; nam concipitur differentia inter lignum, & materiam, id est *entre llenya, y fusta*, nam lignum, id est *llenya* intelligitur, quod est destinatum ad comburendum: materia, id est *fusta* ad ædificandum, ut notat in nostro idiomate Anton. Nebrissen. in verbo *lignum*, & in verbo *materia*.

60 Tertia, quia arbores ad ædificandum aptæ dici non possunt *sylva cædua*, sed *sylva non cædua*, quare non erit permissum Domino servitutis eas scindere, quemadmodum nec permittitur usufructuario, vel colono, ut supra diximus, & probat Marius Anguissola *consil.99. n.13*. ibi: *Sed colonus ad modicum tempus non potest ligna non cædua, sed ab opere incidere, nisi pacto aliud caveatur, quia ligna, quæ non sunt à foco, sed ab opere, dicuntur pars ipsius fundi, & sic contingit in usufructuario*. Et *n.14. & 15*. ibi: *Sic in proposito incidendo arbores, quæ non sunt in fructu, ut sunt arbores ab opere, quæ non renascuntur de triennio, vel de quinquennio in quinquennium; certè colonus ad modicum tempus non potest illas incidere, quia deterioraret proprietatem enormiter, prout contigit in casu isto, quia multas arbores inciderunt cum magna læsione Ecclesiæ; ergo eciderunt ab omni jure &c*. Et *n.19*. ibi: *Quia istæ arbores non erant cæduæ, sed erant ab opere*. Grat. *discep. forens. d. cap. 21. n.25* ibi: *Ex prædictis in casu Francisci Angeli mihi proposito declaravi, arbores, de quibus agebatur, spectare ad Dominum, non autem ad usufructuarium, cum simus in aptis ad ædificandum*.

Et omnium latissimè *ad dict. l. Divortio §. si fundum ff. solut. mat.* Barbosa *nu.13*. ibi: *Permittitur nihilominus fructuario posse cædere ex illis arboribus* (loquitur de non cæduis) *ligna apta ad comburendum ad proprium usum, ita ut quodammodo redigatur ad instar usuarii*. 61

Cœpola *de servit. rust. præd. cap. 22. nu.9*. ibi: *Quinimo neque hoc indistinctè fructuario permittitur, sed tantùm in casu necessitatis, & quando scilicet, aliunde non habet ligna ad comburendum, ut in text. illo exprimitur: & ibi notat Florian. n.2. Paul. de Montepic. in d.l. Titia cum testamento, §. fin. n.118. & 119. ad fin. materiæ autem usus prædictarum arborum, quatenus est apta ad ædificandum, omnino denegatur fructuario. Subdit tamen I.C. materia prædictarum arborum in uno casu uti posse, scilicet ad refectionem domus: intellige tu existentis in eo loco, in quo arbores fuerunt evulsæ; vel saltem cum fundo habeat aliquam cohærentiam, ut intellexit Molina lib. 1. de primog. cap. 22. n. 6. Quod igitur negaverat simpliciter in prima parte, limitat in secunda, ut ad refectionem domus materia prædictarum arborum uti possit, & cum se restrinxerit ad refectionem, satis innuit, ea uti non posse ad ædificandum domum de novo, ut advertit Paul. de Montepic. d. §. fin. n.118. quæ notabilia sunt*. 62

Si ergo usufructuario non licet scindere arbores ad fabricandum, minùs erit permissum ei, qui tantùm habet usum, seu servitutem lignandi; & solummodo id prætendere posset, si haberet usum scindendi ligna ad ædificandum, quod non est in casu contentioso. 63

Nec his obstat dicere, sub illa facultate lignandi venire comprehensam facultatem lignandi, non tantùm id quod comburendi causa paratum est, sed etiam scindendi ligna ad ædificandum, argumento sumpto à voce *lignum*, cujus appellatione etiam comprehenditur materia lignaria, ut supra diximus. 64

Quia responsum fuit, hoc esse verum in latiori significatu vocis *lignum*; at verò juxta subjectam materiam servitutis (quæ est odiosa; & sic strictè intelligenda) differentia consideratur inter lignum quod paratum est ad comburendum, & propriè lignum appellatur; & materiam ligni aptam ad ædificandum, quæ propriè sub appellatione ligni non continetur, nisi impropriè, & latiori sumpto vocabulo; inde inferendum est, quòd facultas illa lignandi in dubio intelligenda non est respectu lignorum, quæ apta sunt ad ædificandum, nisi aliud pro parte Domini servitutis probetur, quod probatum non fuit, nec in processu causæ civilis, neque in hoc processu assistentiæ, de qua controvertitur. 65

TERTIUM DUBIUM.

An sub servitute lignandi comprehendatur usus, seu facultas faciendi carbones, seu carbonarias. 66

Cui dubio negativè respondetur, primò ex Ulpiano *in l. Carbonum 167 ff. de verb. sig.* per illa verba: *Carbonum appellatione, ait Ofilius materiam non contineri. Sed an lignorum? & fortassis quis dicet, nec lignorum: non enim lignorum gratia habuit*. 67

Rebuffus *in dict. l. Carbonum ff. de verb. sig.* ibi: *Carbonum appellatione non continetur materia, id est lignum ex quo fiunt carbones, nec lignorum nomine carbones continentur. Carbones enim non habentur gratia lignorum &c. Unde qui donat carbones, aut vendit, non intelligit de lignis, etsi ex lignis carbones fiant, quemadmodum ex cartbis libri, tamen legando libros, vel donando, non videtur donare papyrum albam, ex qua libri fiunt*. 68

Approbant Bolognin *in alphabet. jurid. verb. Carbonum*, Alciatus *in d.l. Carbonum nu.1*. Jacobus Chiac. *in d. l. Carbonum*, ibi. *Quæritur, carbone legato, an debeatur materia parata ad coquendos carbones? & non deberi respondet: quia nondum est carbo, & proprium quoddam genus, & species legata est carbonum, qui essent carbones: non ergo debetur materia parata ad carbones conficiendos*. Et infra ibi: *Sed non debebitur materia parata ad carbo-* 69

nes

nes conficiendos, lignis legatis. Nam non habetur lignorum causa, ut comburatur, sed nostri usus causa, ut ex ea conficiantur carbones; quin & ipsi carbones non debentur, lignis legatis, qui propriam speciem efficiunt. Lignis legatis, debentur ea, quæ proprium nomen non habent, & parata sunt ad comburendum; quæ proprium nomen habent, videntur propriam speciem facere. Non igitur debentur carbones, nisi aliud suadeat voluntas testatoris. Et inferiùs ibi: *Porrò hæc non debentur lignis legatis, quia propriam speciem constituunt.*

70 Pariter nec carbonum appellatione, titiones, neque alia ligna cocta continentur, & probat Ulpianus per expressum textum *in d.l.Carbonum 167.ff. de verb. sig.* ibi: *Sed, & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, utrum ligno, an carboni, an suo generi annumerabimus? & magis est, ut proprium genus habeatur.* Alciatus *ad dict.l.* Rebuffus *in d.l.Carbonum, vers. Ex prædictis.* Barbosa *in appellat. lignum n.2.* Franciscus de Barri *de succes. lib.9.tit.15.n.5.* ibi: *Si quis leget mihi ligna ex suo nemore, non potero inde accipere nisi ad comburendum, non ad faciendam carbonariam, nec ad vineas fulciendas.* Et *n.4.* ibi: *Ligno legato, &c. paratum ad carbones conficiendos, non continetur.* Et ibi: *Ligno legato, non contineri virgas, nucleos, & carbones, licet comburendi causa habeantur.*

71 Etiam sub appellatione lignorum non veniunt ligna parata ad faces, & tædas, probat idem Ulpianus *in cit. l.Carbonum §. sulphurata ff. de verb. sig.* ibi: *Ad faces quoque parata non erunt lignorum appellatione comprehensa.* Andreas Alciatus *ad dict. l. nu. 5.* ibi: *Cum enim speciale nomen titiones. sulphurata, faces, & nuclei habeant, non videtur quisquam ligna nominans, de eis intelligere.* Jacobus Cuiac. *in comment. ad d. l. Carbonum*, ibi: *Adjicit, lignis legatis, non contineri ligna parata ad faces, & tædas, quibus utuntur in Pyrenæis.*

72 Ex his omnibus inferebat Baro de Gironella, (sub servitute juris lignandi (quam pati in suis sylvis, vel nemoribus tenebatur) non comprehendi usum, seu facultatem carbones, seu carbonariam faciendi, quia proprium nomen, & propriam speciem constituebant, diversam à ligno, quod nondum est carbo.

73 Secunda fuit ratio, quia ad carbones, vel carbonariam faciendam frequenter expendebatur in excessu magna, & considerabilis partita lignorum, ea ad radices truncando, in totale detrimentum arborum prædiorum servientium, inutilia ipsa ob magnam devastationem reddendo. Ac ulteriùs erat necessarium ad carbonarias perficiendas cumulare partem terræ prædiorum, in ipsorum totalem ruinam, & nequeunt hæc habentibus servitutes prædiales permitti, cum ex eis devastetur substantia rei.

74 Fortiter insurgebat contra has rationes Universitas de Berga, prænotando, quòd jura, & DD. per Baronem de Gironella allegati, nullatenus terminant quæstionem suscitatam super servitute lignandi, sed loquuntur in terminis legati lignorum; & his terminis amplexis prætendebat appellatione ligni carbones comprehendi, tanquam species sub genere; & hinc affirmabat, habentem facul. tatem lignandi, habere etiam facultatem faciendi carbones, & carbonarias. Et primò hoc probabat ex expresso jure *in l. ligni appellatio 55. § Ofilius 1. ff. de leg. 3.* per illa verba: *Ofilius quoque lib. quinto juris partiti, ita scripsit, cui ligna legata sunt, ad eum omnia ligna pertinere, quæ alio nomine non appellantur: veluti virgæ, carbones, nuclei olivarum, quibus ad nullam aliam rem, nisi ad comburendum possit uti.* Quid ergo expressius? apertè hìc demonstrat I.C. sub appellatione ligni contineri illa, quæ destinata sunt ad comburendum, ea circunstantia, ut non possint ad alium usum, aut effectum deservire, ut præcisè denotant illa verba: *Quibus ad nullam aliam rem, nisi ad comburendum possit uti.* Unde, ut quid comprehendatur sub appellatione ligni, non oportet tantùm indagare, an proprio nomine appelletur, quantùm oportet scire usus, & effectus, ad quem destinatur; propterea inquit Consultus, cum carbones non nisi ad comburendum destinentur, ideo carbones sub ligni appellatione veniunt comprehensi, & lignis legatis, ad legatarium pertinent carbones, quibus ad aliam rem, nisi ad comburendum possit uti.

75 Et patet hic sensus manifestè, quia I. C. *in dict. § Ofilius*, inter exempla quæ assignat (demonstrando regulam quam ante stabilivit, quod lignis legatis, debeantur omnia ligna, quæ alio nomine non appellantur) sunt veluti virgæ, carbones, quæ dictio *veluti* est explicativa, & exemplificativa, *ut in l. Labeo 19. §. 1. ff. de verb. sig.* Est expressiva veritatis, ut *in l. Quoties 5. Cod. de jure dotium*; importat similitudinem, & ponitur pro *sicut*, ut *in l. 2. cum ibi notatis ff. de legat. 2.* Barbosa cum his citatis in dictione *veluti*.

Et cum exemplum semper sit de regula, cui nunquam 76
contrariatur, quia exempla ponuntur ad manifestandam regulam, & exempla, sicut digitus rem ostendunt. Fontan. *dec. 554. nu. 5.* sequitur inde quòd I.C. *in dict. § Ofilius* sub illa regula affirmativa, quam proposuit, appellatione ligni venire comprehensa omnia, quæ proprio nomine non appellantur, veluti carbones; exposuit clarè carbones sub appellatione ligni contineri; si hæc enim non sequeretur illatio, & alia intelligentia deduceretur ex textu, exempla regulæ contrariarentur, quod foret absurdum.

Secundò ad id ipsum ponderabat text. *in l. Carbonum* 77
167. ff. de verb. sig. ubi ait I. C. ibi: *De pinu autem integri strobuli, ligni appellatione continebuntur.* Ubi nux pinea, sive strobulus comprehensus venit sub appellatione ligni, & hoc nulla alia ratione, nisi quia ad nil aliud deservire potest, nisi ad comburendum; & tamen strobulus, sive pinea proprio nomine appellatur.

Et patet hæc intelligentia, quia *in d.l.Carbonum* 167. 78
dum I.C. affirmaverat, sub appellatione ligni non venire comprehensos nucleos olivarum, balanos, vel si quos alios nucleos, ait Rebuffus ad text. *§. Idem etiam*, ibi: *Ligni appellatione non continentur olivarum nuclei; nec enim tantùm parantur causa comburendi, sed custodiuntur, ut in Patria Occitana porcis ad comedendum, licet optimè ardeant. Qui ergo donat, vel legat ligna, nucleos istos legare non videtur, nec donare: secus in aliis nucleis ad comburendum tantum destinatis; sumendo argumentum à contrario sensu hujus textus, quod argumentum est in jure validum.* Ergo ut una eademque species contineatur sub ligni appellatione, vel non, vis facienda est, an tantùm ad comburendum sit destinata, an verò ad alium usum; si ad comburendum tantùm destinetur, venit appellatione ligni, non etiam si ad alium usum paretur.

Idem infertur ex *d.l Ligni appellatio 55. §. lignorum 5.* 79
ff. de leg. 3. in illis verbis: *Lignorum appellatione in quibusdam Regionibus, ut in Ægypto* (glossa in Ungaria, & quibusdam partibus Hispaniæ) *ubi arundine, pro ligno utuntur: & arundines, & papyrus comburitur. & herbulæ quædam, vel spinæ, vel vepres continebuntur &c. & esu bobum ad hanc rem utuntur.*

A quo sensu non discessit Bartol. *in dict. l. Ligni appel-* 80
latio 55. dicens, quòd sarmenta, & similia, lignis legatis, ad legatarium pertinent, juxta morem suæ Patriæ, quia sunt destinata ad comburendum, & convenit Glossa *in d. § Ofilius ejusdem l. 55. vers. Nec refragatur*, in illis verbis: *Vel quia non sint ad alium usum secundùm Regionem, vel quia sit consuetudo illius terræ, ut eis utantur pro lignis secundum nos.* Ergo ex his omnibus sequi apparebat, quòd sub ligni appellatione veniunt comprehensa nux pinea, arundines, stercus bobum, & alia, quamvis proprio nomine appellentur: nulla alia ratione, nisi vel quia eis uti non potest, nisi ad comburendum, vel quia secundum consuetudinem, & morem Regionis tantum destinata sunt ad comburendum. Ergo pariter idem dicendum videtur de carbone, quia eo tantum uti potest ad comburendum, debet comprehendi sub ligni appellatione, quamvis proprio nomine appelletur.

Quibus omnibus per partes animadversis, apparuit, 81
quòd resolutio hujus dubii, an sub appellatione ligni veniant carbones, & an qui habet servitutem lignandi, habeat facultatem carbonariam, & carbones ex lignis conficiendi, pendet ab intelligentia *l. Carbonum 167. ff. de verb. sig. cum l. Ligni appellatio 55 §. Ofilius 1. ff. de legat. 3.* inter quos textus, quos supra ad litteram scripsimus, ponderata fuit antinomia.

Difficultatem horum jurium agnoverunt partes infor- 82
mantes, dum toto conatu conciliationem horum jurium indagarunt: existimavit, & quidem consultò Baro de Gironella Dominus terminorum servientium, qui servitutem lignandi ad carbones non extendit exposuit, & se fundavit *in d.l. Carbonum 167. ff. de verb. sig.* inferens solutionem ex eadem Glossa *in d. l. Ligni appellatio 55. de leg. 3.* in contrarium ponderata, quæ respondit objectioni antedictæ, quæ formatur super relatione illorum verborum *quibus ad nullam aliam rem nisi ad comburendum*

pos-

possit uti; & eam non refert ad immediata quæ sunt virgæ, carbones, nuclei olivarum, sed ad alia antecedentia, & ait ibi: *Cui obstat quod hic dicit, quibus &c. sed ipse refert ad ligna, & non ad proximè dicta; quibus scilicet lignis &c. & facit ad totam hanc legem infra de verb. sig. l. Carbonum*, prosequitur eandem solutionem de Amigant *tom. 2. dec. 82. n. 4. & 5.*

83 Ad eandem rem ponderatur doctrina Barri *de succes. tit. 15. n. 4.* ibi: *Certè lignorum appellatione veniunt quæ Regionis consuetudo pro ligno habet, ut sunt nuclei olivarum, quando ad nullum alium usum destinantur, quàm ad comburendum; secus si servirent etiam ad alium usum, ut in Occitania &c.*

84 Culacius *lib. 20. quæst. Pap. ad d. l. Acceptis 93 ff. ad l. falcid.* ibi: *Lignorum appellatione continentur, quæcunque sunt parata comburendi causa, si modò proprio nomine non appellentur: quanquam, & quæ proprium nomen habent, generaliter possunt dici ligna, sed non dicuntur propriè. Virgæ etiamsi comburendi causa habeantur, non continentur lignorum appellatione. Nuclei etiamsi comburendi causa habeantur, non continentur lignorum appellatione, nec carbones &c. Denique lignorum appellatio coangustatur tantum ad ea, quæ aliud nomen non habent proprium, l. Ligni §. 1. ff. de leg. 3.*

85 Bartolus *in d. l. Ligni*, ibi: *Appellatione ligni legati continetur lignum comburendi causa paratum, a terra separatum, speciali nomine non submissum.* Alciatus *in d. l. Carbonum de verb. sig. nu. 3.* ibi: *Hinc est, quò ligni appellatione id solum continetur, quod comburendi causa paratum est, l. Ligni ff. de leg. 3. & alio speciali nomine non appellatum, nisi vel testatoris voluntas, aut conditio, vel Regionis natura aliud suaderet.* In similibus terminis Rebuffus *ad d. l. Carbonum, vers. Septima conclusio*, ibi: *Septima conclusio hodie ex communi usu loquendi Gallico, cum diversis, & distinctis nominibus utamur, non venient appellatione ligni Carbones, nec quidem materia, ex qua fiunt carbones; unde si quis promiserit dare ligna &c. non tenebitur dare carbones, cum ex usu communi loquendi, nunquam intelligamus per bois charbon, quippe non debent actus agentium operari ultra earum intentionem, l. Non omnis ff. si cert. petat.*

86 Ex quibus omnibus inferebat Baro de Gironella, quòd cum carbo habeat nomen proprium, & speciale, & constituat diversam, & separatam speciem ligni, principaliter in hoc Cathaloniæ Principatu, ubi ex communi usu loquendi diversè cognominatur carbo, ac lignum, inde sequi, quòd nullatenus sub servitute lignandi comprehendit facultatem carbones faciendi.

87 His in medium prolatis, in terminis, quibus versamur, suscitatam controversiam accipio super dubio. An sicuti singulares Villæ de Berga habent facultatem lignandi, vel scindendi ligna ad propriam usum comburenda; possint ligna scindere ad carbones, & carbonariam faciendum: cui negativè fuit anterius responsum, (sicque hic non agitur, an singulares possint uti illa facultate quoad ligna parata per Baronem ad alium usum, neque quoad ligna per eundem destinata ad carbones faciendum; pro quo quidem casu poterat argui ex juribus, & DD. supra citatis.)

88 Et moveor infrascriptis rationibus: Prima nam ex DD. & juribus allegatis concipitur differentia inter nomina lignum, & nomen carbones; nam proprié, nec ligna sunt carbones, nec carbones sunt ligna; quare rectè ex his inferre licet, quòd sub facultate lignandi, non venit carbones faciendi, argumento sumpto à proprietate vocabuli.

89 Secunda quia, si ea facultas impertiretur; vel omnino devastaretur, vel admodum deterioraretur substantia prædiorum servientium, ab eis radicitus arbores scindendo, quod fieri non permittitur: & patet ea ratione qua dicitur, quòd servitus est odiosa, & venit strictè intelligenda, & in dubio intelligitur constituta secundùm indigentiam adquirentis, seu prædii dominantis. Pechis *de Aquæduct. cap. 3. quæst. 12. nu. 10.* ut quantò magis fieri possit, minùs incommodet fundum servientem. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 24. def. 4.* Rota *recent. par. 17. dec. 61. n. 13.*

90 Tertia quia, si quis constituendo servitutem lignandi, extenderetur servitus ad carbones faciendos, ultra constituentis intentionem actus operaretur *contra l. Non omnis, ff. si certum petatur*, nam ex communi usu loquendi non intelligit quis dando facultatem ad lignandum, concedere facultatem ad carbones faciendum, ut in similibus terminis argumentatur Rebuffus *in d. l. Carbonum*, cujus doctrinæ littera supra expenditur.

Dubia antecedentia recognovit jam antiquitùs noster 91
Regius Senatus, & declaravit in causa inter Syndicum Universitatis hominum Sancti Cœlidonii ex una, & Syndicum hominum de Olzinellas & Vallgorguina, & aliorum ex altera, & referente Sala 6. Februarii 1582. Est in lib. concluſ. illius anni fol. 153. Ubi ex majori parte fuit concluſum per illa verba: *Ad servitum, & usum competere prædictis incolis, & habitatoribus Sancti Cœlidonii jus lignandi in sylvis, nemoribus, garrigiis, & terris incultis terminorum de Olzinellas, & de Vallgorguina, cum exceptionibus tamen, & modificationibus sequentibus: quòd nequeant ligna scindere in terris cultis, seu ad culturam redigendis, sed in incultis tantum, & eremis. Nec de arboribus fructiferis, nec de quercu, & ilice, quæ conservantur per agricolas dictorum terminorum ad alendos, & impinguendos fues: & pinu vera seu pinifera, sed tantum de infructiferis. Item ad usus suos proprios, & privatos tantum, non ut aliis vendant, locent, seu gratis concedant. Nec ad usus furni publici, nec Officinæ tinctoriæ. Item nec de fructice vulgò dicto* Roldor. *Item nec ad trabes, potest, aut similem aliam materiam conficiendam; sed tantum ad usum coquendi, & calefaciendi. Sic denique ut ab hujusmodi lignatione omnis absit fraus, & dolus. Dictis verò hominibus, & incolis de Olzinellas, & de Vallgorguina nullum jus competere prohibendi, seu impediendi dictos homines, & incolas Villæ Sancti Cœlidonii utendi prædicta facultate, seu servitute lignandi, ut supra moderatè.*

Et cum postea suscitata noviter fuisset eadem, ut an- 92
tiquior controversia inter easdem partes in judicio manutentionis, fuit, referente Magnifico Josepho Aleny, declaratum die 27. Septembris 1663. (Est in lib. concluſ. illius anni fol. 239.) ibi: *Hoc tamen intellecto, & declarato, quòd universitas, & singulares Villæ Sancti Cœlidonii manuteneantur, & conserventur in possessione, seu quasi ademptivè, & juris, seu facultatis lignandi, seu scindendi ligna ad comburendum tantùm, & ad proprios usus singularium dictæ Villæ tantùm, non verò ad dicta ligna vendendum, locandum, vel alteri dandum, & in sylvis, nemoribus, garrigiis, & terris incultis terminorum dictarum Parochiarum de Olzinellas, de Vallgorguina, de Palau Tordera, & de Vilardell tantum, non verò in terris, honoribus, & possessionibus cultis, ad culturam redactis, & nec in illis quæ in posterum redigentur, quando jam traductæ fuerint, & quod in dictis sylvis, nemoribus, garrigiis, & terris incultis possint ligna scindere ad comburendum, & ad proprios usus ex arboribus infructiferis tantùm, scilicet de Pibort, Arbosos, Bruchs, Alaverns, Gatells, Mollfulls, Salses, Salichs, Polls, Grevols, Matas, Genestas, Tremollenchs, Esplepas, Romanins, Arañoners, & aliis similibus infructiferis, si quæ sunt in dictis sylvis, nemoribus, garrigiis, & terris incultis, & ex istis arboribus tam ligna viridia, quam ficca, & quod dicta ligna in dictis arboribus infructiferis in dictis locis ad proprios usus, & ad comburendum tantùm scindere possint, & debeant, arbitrio boni viri; hoc est, quòd non possint sylvam, nemus, aut garrigiam aliquam in totum scindere, nec in una, vel alia assidue, seu conantèr lignari, sed nunc in una, & nunc in alia, prout faterent si sylvæ, nemora, & garrigiæ prædictæ propria illorum essent; & quòd de arboribus fructiferis veluti quercu, pinu hortensi, vulgò* pivert, *ilicis vulgò* Alzina, *Tergoraria vulgò* Roldo, *& aliis fructiferis ligna scindere non possint, nec viridia, nec ficca, nec etiam ligna quæ vulgo dicitur* tella de privert. Hanc Regiam sententiam transcripsit etiam de Amigant *dec. 81. n. 14.*

Punctim verò in hac causa assistentiæ fuerunt dubia su- 93
scitata, consultò perpensa, & decisa; & quia eorum decisio, quoad ritum, & rectum exemplaris est, ideo transcribitur ibi:

„ Die septima Junii millesimo sexcentesimo octogesi-
„ mo, via supplicationis oblata per Fisci Procuratorem
„ Regiæ Curiæ die 3. prædictorum, qua supplicat, assi-
„ stentiam promiscuam alicujus Regii Officialis conce-
„ di, videlicet Universitati, & singularibus Villæ Ber-
„ gæ in usu servitutis juris lignandi in nemoribus, sylvis,
„ & garrigiis terminorum de Blancafort, Merolla, Jo
„ Estany, Neu Comas, Viloslu, & Segalès, qui dicun-
„ tur esse Nobilium Mariæ de Agullò & Pinòs viduæ, &
„ Josephi de Agullò & Pinòs ejus filii, proprietario, &

usu-

„ usufructuario nominibus respectivè, in cujus posses-
„ sione, seu quasi dicuntur existere, & dictis Nobilibus
„ Mariæ, & Josepho de Agullò & Pinòs, in facultate
„ prohibendi abusum dictæ servitutis, prout hæc, &
„ alia in dicta supplicatione continentur, cui refertur.
„ Visis testium depositionibus extractis à processu causæ
„ civilis, quæ in Regia Audientia ducebatur inter di-
„ ctam Universitatem dictæ Villæ Bergæ, & singulares
„ illius ex una, & Nobilem Franciscum de Agullò ex al-
„ tera parte; ex quibus constat, dictam Universita-
„ tem Villæ Bergæ, & ejus singulares esse in possessio-
„ ne, seu quasi dictæ servitutis lignandi in dictis nemo-
„ ribus, sylvis, & garrigiis dictorum terminorum de
„ Blancafort, Merolla, lo Estany, Nou Comas, Vi-
„ losiu, & Segalès. Visa Regia Sententia in eadem cau-
„ sa lata vigesima prima Novembris millesimo sexage-
„ simo trigesimo primo, ad relationem Magnifici Jose-
„ phi Roca, in, & cum qua extitit declaratum, dictam
„ Universitatem, & singulares dictæ Villæ Bergæ con-
„ servandos, & manutenendos esse in dicta possessione,
„ seu quasi juris lignandi in dictis nemoribus, sylvis, &
„ garrigiis dictorum terminorum de Blancafort, Merol-
„ la, lo Estany, Nou Comas, Vilosiu, & Segalès. Visis
„ inquisitionibus, tam in Curia Regentis Subvicariam
„ Villæ Bergæ, & Baroniarum Gerundellæ, quàm in
„ Regio Concilio fulminatis, tam super nece Josephi
„ Viladomar, quàm aliis excessibus, & criminibus ra-
„ tione abusus dictæ servitutis perpetratis. Tandem vi-
„ dendis visis, meritis processus attentis, & aliàs, in-
„ sequendo conclusionem in Regio Concilio factam,
„ providet, quòd pro nunc, & donec per Judicem, ad
„ quem spectet, aliter fit provisum, & sine præjudicio
„ jurium, & partium prætensionum, taliter quòd per
„ præsentem Provisionem nullum jus partibus adcrescat,
„ vel decrescat in judicio Civili, aliquis ex Regiis Al-
„ gutziriis pro nunc, expensis ambarum partium acce-
„ dat ad dictos terminos de Blancafort, Merolla, lo
„ Estany, Nou Comas, Vilosiu, & Segalès, & ad
„ omnia alia loca præsentis Principatus, & Comitatus
„ Ceritaniæ, qui inquirat, inquisita fortificet, & gen-
„ tes armatas, aut vim turbativam, tam dictæ Univer-
„ sitati, & singularibus Villæ Bergæ, quàm dictis No-
„ bilibus de Agullò respectivè inferentes, expellat, &
„ quos culpabiles invenerit, capiat, & captos, & be-
„ nè custoditos adducat ad carceres præsentis Civitatis,
„ & in observantiam prædictæ possessionis, seu quasi,
„ assistat dictæ Universitati, & singularibus ejusdem
„ Villæ Bergæ in usu, & facultate juris lignandi in di-
„ ctis nemoribus, garrigiis, & sylvis dictorum termi-
„ norum de Blancafort, Merolla, lo Estany, Nou Co-
„ mas, Vilosiu, & Segalès, & impediat, ne vis eis in-
„ feratur per dictos Nobiles Mariam, & Josephum de
„ Agullò & Pinòs in usu jam dictæ servitutis juris li-
„ gnandi in dictis nemoribus, sylvis, & garrigiis, &
„ quòd assistat dictis Nobilibus de Agullò & Pinòs in
„ facultate prohibendi abusum dictæ servitutis, tali-
„ ter quòd ea utantur cum exceptionibus, & limita-
„ tionibus sequentibus: Videlicet, quod non liceat di-
„ ctæ Universitati Villæ Bergæ, ejusque singularibus
„ scindere ligna in terris cultis, seu ad culturam redi-
„ gendis, postquam fuerint redactæ, sed in eremis,
„ & incultis tantùm, dictorum terminorum, taliter
„ tamen, quòd non fiat fraus dictæ servituti, & inuti-
„ lis reddatur; neque de arboribus fructiferis, veluti
„ de Pinu vera, Tergoraria, vulgò *Roldò*, & aliis,
„ nec de Quercu, Ilice, & Faig, quæ conservantur,
„ & destinantur ad alendos, & impinguendos sues; sed
„ tantùm de infructiferis, veluti Arbosos, Bruchs,
„ & aliis, quæ ad comburendum tantùm destinantur,
„ ad usus suos proprios, & privatos tantùm, non ut
„ aliis locent, vendant, seu gratis concedant; nec ad
„ fornos figulorum ad opus fabricandi, & coquendi
„ ollas, & alia vasa fictilia; neque scindere arbores in-
„ fructiferas, quæ propriè destinantur ad trabes, po-
„ stes, aut aliam similem materiam conficiendam; nec
„ etiam ligna scindere, quæ vulgò dicuntur *tella de pi-*
„ *vert*; nec ad carbonarias in dictis nemoribus, sylvis,
„ & garrigiis faciendas; sed tantùm ad usum coquendi,
„ & se calefaciendi; sic denique ut ab hujusmodi ligna-
„ tione omnis absit fraus, & dolus; & quòd dicta ser-
„ vitute lignandi utantur dicta Universitas, & Singula-
„ res dictæ Villæ Bergæ arbitrio boni viri, hoc est, quòd
„ non possint sylvam, nemus, aut garrigiam aliquam di-
„ ctorum terminorum in totum scindere, nec in una, seu
„ in alia assiduè lignare, sed nunc in una, nunc in alia,
„ prout facerent, si sylvæ, nemora, & garrigiæ pro-
„ pria illorum essent; & pro his fiant, & expediantur
„ instructiones, & aliæ provisiones opportunæ juxta
„ Regiæ Curiæ stylum.

DE POT AV.

Quam Regiam declarationem etiam recitat de Amigant *dec. 81. nu. 15.* & eam allegavi *dec. 72. nu. 6.* Io hac causa etiam fuit dubitatum, an probationes factæ in causa civili, valerent in causa criminali: & fuit id obtentum (ad finem assistentiæ) affirmativè ex Buccaronio *de different. inter jud. Civil. differ. 51. num. 19. & per tot.* ut animadversum tradit de Amigant *par. 1. dec. 10. n 29. cum seqq.* ubi, in criminalibus, in quibus venit infligenda pœna corporalis, ex pluribus citatis id non admittit. 94

DECISIO CXLV.

ARGUMENTUM.

Servitutes reales discontinuæ, veluti pascendi, & lignandi solùm præscribuntur possessione immemoriali, & nequeunt quadrigenaria, nisi cum requisitis. Et an sufficiant duo testes in Regaliis, immemoriali præscribendis: vel aliunde quàdo jus resistit: ubi quomodo debet probari possessio immemorialis.

SUMMARIUM.

1 *Factum.*
2 *Servitus discontinua est, quando ex ea nulla commoditas percipi potest, nisi facto hominis, & quatenus homo utitur, qui ut per esse nō potest in actu operāndi.*
3 *Servitutes reales discontinuæ præscribi non possunt, nisi per tempus de cujus initio non extet hominum memoria in contrarium.*
4 *Ita se habent servitutes lignandi, & pascendi, usque ad num. 6.*
7 *Decisio Senatus in servitute aquandi.*
8 *Decisiones Senatus in servitute pascendi, & num. 9.*
10 *Alia decisio in eisdem terminis.*
11 *Alia decisio in facto controverso, & num. 12.*
13 *Fama debet probari in immemoriali per verbum* fuit, *& est, & num. 16.*
14 *In possessione immemoriali testes debent esse ætatis quinquaginta quatuor annorum, ut possint deponere de quadraginta annis de visu.*
15 *Interdum testes majoris ætatis debent esse, quia quadraginta anni de visu debent esse subductio tempore litis.*
17 *Fama publica, & communis opinio articulanda, & probanda est in ipso articulo principali possessionis immemorialis, in quo debet includi, & immiscere, ut non sufficiat in alio probari.*
18 *In possessione immemoriali necessarium est, ut formaliter de fama publica, & communi opinione expressim deponant, quia audire publicè non probat famam verè, sed per æquipollens, & communem opinionem non includit, & ad immemorialem vera, & formalis fama, & communis opinio desideratur, quæ non aliter quàm modo specifico adimpletur.*
19 *Ad probandam immemorialem solùm requiritur, quòd testes deponant de quatuor requisitis, scilicet semper ita vidisse fieri; (dum tamen possint deponere de visu quadraginta annorum ante litem) de auditu seniorum, quòd testes ipsi non viderint, & audierint contrarium, & quòd fuit, & est publica vox, & fama; quin sit necesse deponant de illo requisito, quod sic majores dixerunt se vidisse, & audisse à suis antiquioribus, vel quòd majores non viderint, & audierint contrarium.*
20 *Decisio Senatus.*
21 *Idem est quòd testes dicant non viderint, & audierint contrarium, vel quòd deponant, non viderint, & audierint contrarium actum. Cum Senatu.*

22 *Ità immemorialì duo teſtes, quantumvis legitimi, non ſufficiunt, quando immemorialì reſiſtit jus; ſed tres teſtes requiruntur, ſcilicet duo ad probandum immemorialem, & tertius ad purgandum præſumptionem in contrarium.*

23 *Quando agitur de probando aliquid, quod habet præſumptionem juris contra ſe, requiritur plenior, efficacior, & durior probatio, quàm ordinaria.*

24 *Senatus deciſio in terminis Regaliarum.*

25 *Nuda tituli allegatio, ſimul cum poſſeſſione quadrigenaria non ſufficit ad præſcribendum ſervitutes diſcontinuas, ſed debet conſtare de requiſitis, quæ hìc explicantur.*

1 PROSEQUVTA fuit ſupplicationis cauſa interpoſitæ à Regia ſententia lata 21. Novembris 1631. referente Magnifico Joſepho Roca Regio Senatore, (de qua meminimus *in deciſ. antecedenti in principio*) in Regia Audientia pro eiſdem ſervitutibus lignandi, & paſcendi: & declaratum fuit ſuper eis in judicio plenario, quòd partes conteſtarunt; & in eo nova fuerunt ponderata motiva pro repulſa ſervitutum, ad quæ capeſſendum, hæc à partium allegationibus (ferè omnia) collecta comprobamus.

2 Præhabendo tamen, quòd ſervitus diſcontinua eſt, quando ex ea nulla commoditas percipi poteſt, niſi facto hominis, & quatenus homo utitur, qui ſemper eſſe non poteſt in actu operandi, *l. Servitutes 14. ff. de ſervit. l. Foramen 28. ff. de ſervit. præd. urb.* Giurba *obſerv. 62. nu. 5.*

3 In quibus ſervitutibus realibus diſcontinuis præfixa eſt regula, quòd præſcribi non poſſunt, niſi per tempus, de cujus initio in contrarium non extet hominum memoria. DD. *in l. Hoc jure §. Ductus aquæ, ff. de aqua quot. & æſtiva, d. l. Foramen 28. ff. de ſervit. præd. urban.* Franc. *dec. 183. n. 13.* Gomez *var. reſol. l. 2 cap. 15. n. 28.* ubi Aylon *nu. 27.* Covar. *var. l. 1. c. 11. nu. 12.* Vicecanc. Creſpi *obſerv. 63. n. 18.* Caſtillo *de uſufruct. c. 68. nu. 8.* Andreol. *cont. 178. n. 5.* Cancer *var. 3. c. 4. nu. 46.* Fontan. *de pactis nup. clauſ. 4 gloſ. 12. num. 60.* Valenz. *conſil. 20. num. 34.* Bellon. Iun. *conſil. 40. num. 13.* Rota Cavalc. *deciſ. 632. num. 8.* Giurba *d. obſerv. 62. num. 4.*

4 Et punctim, quòd ſervitutes lignandi, & paſcendi uti reales diſcontinuam cauſam habentes, non præſcribantur, niſi poſſeſſione immemoriali, probant Covar. *var. l. 1. c. 17. n. 11.* Vaſquez *controv. l. 2. c. 83. nu. 41. & c. 84. nu. 6.* qui atteſtantur de hac communi ſententia. Guid. Pap. *dec. 573.* qui tradit judicatum, ubi Addent. Cæpola *de ſervit. ruſt. præd. c. 9. n. 24.* Bellus *conſ. 155* Fermoſ. *in c. fin. de præſcrip. par. 4. à n. 20.* Rota *recent. p. 9 dec. 300. nu. 9.* Novar. *in prag. Regni Neapol. rub. de poſſeſſ. n. 18.* Caſtillo *de uſufruct. c. 68. n. 18.* Gratian. *diſcep. forens. c. 681. n. 36. tom. 4.* Miſyn. *cent. 4. obſerv. 53.* Georgius *alleg. 14. nu. 8. & 9.* Bertrand. *conſ. 51. nu. 6.* Sanfelicius *dec. 8. nu. 6. l. 1.* Capiblanc. *de Baron. prag. 11. c. 76. nu 9. verſ. Eadem optimo. & controverſia fuit.* Otero *de paſcuis c. 18. à nu. 26.* Queſada Pilo *diſſert. 4 n. 26.* Hermoſ. ad Lopez *par. 5. tit. 5. l. 15. gloſ. 2. nu. 100.* Actor. *reſol. 4. n. 12.* Giurba *d. obſerv. 62. n. 4. & 5.* Antonel. *de temp. l. 2. c. 110. n. 1. & 2.* Revert. *dec. 68. n. 4.* & ibi Marinis *nu. 1.* Card. de Luca *de ſervit. diſc. 39. nu. 11.* Marquilles *in uſat. Stratæ, verſ. Nota tertio*, ibi: *Nota tertiò, quod in ſervitutibus paſcuorum, & aquarum, & in ademptiviis lignorum, caſtrorum, vel locorum, vel terminorum eorundem multùm uſus attendendus eſt, & conſuetudo antiqua, ut in præallegata Conſtitutione Domini Regis Petri Secundi c. 44. &c. Unde ſi apparere poteſt de dicto uſu antiquo, ſecundum illum erit judicandum, ut juribus vulgatis. Sed quæro de quo, & quali uſu intelligatur uſus prædictus? Dicas quod de tali uſu, cujus in contrarium memoria non exiſtat; quia ſervitus paſcuorum ruſtica eſt, ut in l. 1. circa fin. ff. de ſervit. præd. ruſtic. §. ruſticorum Inſt. de ſervitut. &c. Et cum non habeat dicta ſervitus cauſam continuam, ut quia in ejus uſu opus eſt facto hominis, oportet enim quod homo ducat pecora, & illa reducat, ideo 10. 20. vel 30. annis præſcribi, ſeu acquiri ſaltem per privatum non poteſt, ut l. Servitutes ff. de ſervit. & faciunt notata per Innocentium, & alios DD. in c. de quarta ex. de præſcrip. ſed requiritur tempus cujus in contrarium, ut prædicitur, memoria non extet, ut l. Hoc jure § Ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſtiv. l. 1. & 2. in princ. ff. de aqua pluv. ar.*

5 Ad ipſum Cancerius *var. par. 3. cap. 4. num. 49. & ſeqq.* ibi: *Dubitatum fuit in foro, jus paſcendi quanto tempore præſcriberetur. &c.* Et ibi: *Contrarium conſului, eo quòd licèt multi exiſtiment jus paſcendi, lignandi, adaquandi in termino alieno, & piſcandi in flumine alterius, non eſſe ſervitutes, ſed jura quædam perſonalia, & ſic 30. annis præſcribi &c. Verior tamen opinio eſt, quod ſint ſervitutes reales, &c.* Et *ſic* (ait *num. 51.*) *non præſcribi niſi tempore immemorialì, &c.* Et tandem ibi in fine, deciſionem Regii Senatus refert, & poſtea *num. 100. & 101.*

Hæc eſt intelligentia quam recipit *cap. 44.* Sereniſſimi 6
Domini Regis Petri Secundi, quod eſt *Conſt. Statuim in ordine primatit. de ſervitutibus, aquis, & emprivitis*, ibi: *Statuim, volem, y ordenam quels empriu de llenya, de paſturas, de aygua, dels Coſtells, ò locs, è dels termes de aquells ſe faſſan axi, com antigament era acoſtumat de fer.* Id eſt: *Statuimus, volumus, & ordinamus, quòd ademptivia lignorum, paſcuorum, & aquarum, caſtrorum, vel locorum, & terminorum eorundem, fiant uti antiquitùs erat aſſuetum fieri.* Qui uſus, vel conſuetudo antiqua debet eſſe tanti temporis, ut in contrarium memoria non extet, prout ita obſervavit Marquilles ſupra citatus, qui d. Conſtitutionem à ſe allegatam interpretatur, & approbat Mieres *in Curia Barcinonæ Petri Secundi collat. 6. c. 47. tot.* ſignanter *nu. 5.* Cancer *var. 3. cap. 4 num. 247.* Pech *de aquæduct. lib. 2. cap. 10. quæſt. 7. num. 15.*

Hanc ſententiam approbavit Regius Senatus in ſer- 7
vitute aquandi, in cauſa inter Univerſitatem, & ſingulares homines, ſeu eorum Syndicos terminorum, & Caſtrorum de Cervilione, & de Sancto Vincentio de Hortis ex una, & Nobilem Hieronymum de Luna, & de Bellera, Dominum qui dicebatur dictorum Caſtrorum, Patrem Nob. Hieronymi de Luna & Bellera ex altera, referente Vilana, & Sala Correlatore die 26 Novembris 1567. fol. 297. concluſ. illius anni.

Et die 14. Decembris 1577. (in lib. fol. 52.) in cauſa 8
inter Petrum Savall, & Syndicum Univerſitatis, & Villæ de Monroig ex una, & Syndicos Villænovæ de Eſcornalbou, & del Arbòs ex altera, referente Sabater, & Correlatore Tamarit.

In terminis ſervitutis paſcendi die 24. Januarii 1600 9
(Eſt in lib concluſ. illius anni fol. 114.) ubi referente Aſtor, ex majori parte fuit concluſum pro poſſeſſione immemoriali in favorem Univerſitatis Villæ de Eſparaguera, & contra aliquos particulares ejuſdem Villæ; & declaratum licere dictæ Univerſitati per ſe, vel ſuos arrendatarios paſcere, ſeu paſci facere ſua beſtiaria ad opus macelli illius Villæ, per omnes terras ſingularium ejuſdem Villæ, (ita tamen ut ſolveret ipſis damna quæ paſſa forent) non ultra numerum, ſed ad opus, & conſervationem macelli neceſſarium; non etiam in terris in quibus adhuc erunt fructus, ceſſante omni fraude, de qua Regia declaratione videatur Xammar *rer. judic. def* 94.

Et me referente 8. Octobris 1670. (Eſt in lib. concluſ. 10
civil. illius anni fol. 303.) in cauſa ſupplicationis interpoſitæ per Syndicum Univerſitatis, & Singularium Villæ de Linyola à Regia ſententia contra ſe prolata die 11. Januarii 1667 & in favorem Venerabilis Abbatiſſæ, & Conventus Monialium Sancti Hilarii Civitatis Ilerden. ubi fuit concluſum, ex quo conſtitit à tempore immemoriali, prædictam Univerſitatem, & Singulares eſſe in poſſeſſione ademprivandi, & paſcendi illorum animalia, pecora, armenta, gregem, ſive beſtiaria tam pili, quàm lanæ, & ſignanter gregem macelli publici, in termino loci de la Cendroſa, eſſe conſervandam, & conſervandos in ea poſſeſſione, & quod Abbatiſſa, & Conventus præſtarent patientiam, quòd dicta Univerſitas, & ſingulares uterentur illo ademprivio in paſcuis ſupradictis, & ceſſarent à quibuſcumque moleſtiis, & turbationibus illatis, & forſan inferendis circa poſſeſſionem, ſeu quaſi dictarum ſervitutum.

Ita ex defectu probationis poſſeſſionis immemorialis 11
in hac lite verſanti in Regia Audientia, ad relationem Nob. Chriſtophori de Potau Regii Senatoris, ſub die decimaſexta Octobris 1684 fuit concluſum, competere Nob Mariæ de Agullò & de Pinòs viduæ Don Hieronymi de Agullò, & matri Nob. Don Joſephi de Agullò & de Pinòs Inſtructoris Generalis aciei exercitus Domini noſtri Regis in hoc Principatu Cathaloniæ, vulgò *ſargento General de Batalla*, illorum filii, nominibus uſufructuariæ, & proprietarii competere jus prohibendi, & vetandi Univerſitati, & Singularibus Villæ de Berga depaſcere ſua animalia, & beſtias *de treball*, in praris, & paſcuis; & lignandi in ſylvis, & nemoribus oppidorum, & ter-

& terminorum de Blancafort, Merolla, lo Estany, Nou Comas, Vilosiu, & Segalès, & cujuslibet eorum, & silentium imponi dictæ Universitati, & Singularibus Bergæ in prætensis servitutibus pascendi, & lignandi in supra dictis pascuis, sylvis, & nemoribus: & dictos Nobiles matrem, & filium de Agullò & de Pinòs absol vendos fore à petitis, & prætensis per dictam Universitatem, & Singulares, eosdemque Universitatem, & Singulares condemnandos ad reficiendum damna illata.

12 Et quia postea fuit inter litigantes altercatum, an in prænotata Regia sententia comprehensum esset nemus opacum de Vilosiu, vulgò appellatum *la Ubaga de Vilosiu*; ideo per eundem Nobilem Christophorum de Potau Regium Senatorem die 30. Martii 1685. fuit affirmativè provisum, & quòd fieret executio dictæ Regiæ sententiæ quoad capita liquida ipsius, & etiam quoad nemus de Vilosiu: quæ provisio fuit confirmata in causa supplicationis, referente Magnifico Raphaele Nabona Regio Consiliario, conclusione facta in Regia Audientia die 10. Junii 1686. Est in lib. concluf. illius anni fol. 146.

13 Infracta fuit probatio possessionis immemorialis in præcitata Regia sententia, servitutum prætensarum, quæ discontinuæ, & reales, non etiam personales fuerunt judicatæ, (ut desuper fuit probatum) quia defuit requisitum famæ, per verbum *fuit*, & *est*, ut ibi: *Constat ad probandum possessionem immemorialem, inter alia requisita formalia, opus esse, & requiri proforma allegare, & articulare in articulo principali immemorialis possessionis allegatæ, talem fuisse, & esse publicam vocem, & famam, & communem opinionem, per verbum* fuit, & est, *tempus præsens, & præteritum includens, & testes super articulo immemorialis possessionis attestantes, ad illam concludenter probandam, inter alia requisita, necessariò debere esse ætatis quinquaginta quatuor annorum regulariter, & deponere debere de visu per quadraginta annos ante litem motam, & ad probandum publicam vocem, & famam, & communem opinionem in immemoriali requisitam, necessarium fore, testes de illa attestantes deponere, & affirmare formaliter, & expressim talem fuisse, & esse publicam vocem, & famam, & communem opinionem, per verbum* fuit, & est: *nec sufficere dicere testes, ita publicè audisse, nec satis esse asserere verum esse articulum, ad illum se referentes. Constat Universitatem, & Singulares Villæ Bergæ ad prætensam possessionem immemorialem servitutis pascendi, & lignandi in terminis locorum, de quibus controvertitur articulandam, defecisse inter alia in allegando, & articulando publicam vocem, & communem opinionem per verbum* fuit, & est. *Constat similiter testes pro parte dictæ Universitatis, & Singularium Bergæ ministratos super articulo immemorialis omisisse in suis depositionibus concludere, & deponere expressim, & formaliter super dicta publica voce, & communi opinione per verbum* fuit, & est, *si, & prout de jure deponere tenebantur. Unde liquet nullatenus constare, si, & prout de jure constare debebat, de possessione immemoriali, seu quasi prætensa per Universitatem, & Singulares Villæ Bergæ pascendi cum suis animalibus* de treball, *in pascuis, & lignandi in sylvis, & nemoribus supradictorum terminorum, nec cujuslibet eorum.*

14 Probatur assumptum in primis, quod ad requisita probationis possessionis immemorialis opus sit, quòd testes habeant ætatem quinquaginta quatuor annorum regulariter, ut possint deponere de visu quadraginta annorum ex D. Vicec. Crespi *observ.* 14. *num.* 14. *cum seqq.* allegans Molina *de Hisp. primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 41. *cum seqq.* Garcia *de expens. cap.* 9. *numer.* 9. Castillo *controv. tom.* 7. *cap.* 27. *nu.* 7. *cum seqq.* Valenzuela *consil.* 100. *nu.* 25. Barbosa *in cap.* 1. *nu.* 19. *de præscrip. in* 6. *& in addit. tom.* 6. *num.* 1. & 2. Narbona *de ætat. à num.* 54. *quæst. unic.* Leo *lib.* 3. *dec.* 7. *nu.* 2. & 3. & *dec.* 24. *nu.* 3. Ac iterum roborat D. Vicecancell. Crespi *observat.* 93 *num.* 18.

15 Diximus quod regulariter testes, ut validè deponere possint super possessione immemoriali, debent esse ætatis quinquaginta quatuor annorum, hoc est quatenus possint deponere de 40. annis de visu; nam interdum majoris ætatis debent esse; quia quadraginta anni debent esse, subducto tempore litis. Narbona *de ætat. à nu.* 54. *d. quæst. unica numer.* 3. Sesse *dec.* 393. *nu.* 100. & *decis.* 394. *tor.* & *decis.* 395. *à num.* 12. Mastril. *decis.* 114. *à num.* 48. Suelves *consil.* 9. *nu.* 33. *t.* 1. D. Vicecanc. Crespi *d. observ.* 14. *nu.* 15. & *observ.* 93. *nu.* 19. qui ex Ludovisio *dec.* 434. *numer.* 13. docet, quòd si id non possit probari, improbabilis redditur immem^{or}ialis. Leo *decis.* 7. *tom.* 3. *nu.* 3.

Ulteriùs quod de fama publica, & communi opinione 16
debeant testes deponere per verbum *fuit*, & *est*, ut in dicta Regia sententia decisum fuit, probant Glos. communiter recepta *in cap.* 1. *de præscrip. in* 6. Rota apud Veral. *decis.* 71. *par.* 1. & *decis.* 290. *par.* 3. & apud Seraphin. *decis.* 469. *n.* 1. & *decis.* 1102. *n.* 2. Ludovis. *dec.* 169. *nu.* 1. & *dec.* 196. & ibi Beltra. *n.* 14. & *decis.* 246. *numer.* 1. & *decis.* 248. Coccin. *decis.* 448. *num.* 13. Revert. ad Marin. *observ.* 3. Luca *ad Franc. decis.* 301. *num.* 13. Molina *de Hisp. primog. lib.* 2. *d. cap.* 6. *numer.* 39. Fontan. *de pactis nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 5. *par.* 1. & *decis* 305. *num.* 22. & *decis.* 337. *num.* 15. Tondutus *post tract. de pensionibus decis.* 10. *num.* 8. & *decis.* 89. *nu.* 3. & 4. de Amigant *in addit. ad prax. Peguer. rub.* 12. *num.* 22.

Et ea fama publica, & communis opinio articulan- 17
da, & probanda est in ipso articulo principali possessionis immemorialis, in quo debet includi, & immisceri, ut non sufficiat in alio probari. Franchis *decis.* 56. *nu.* 24. Molina *de Hisp. primog. lib.* 2. *d. cap.* 6. *num.* 38. & 39. Garcia *de expens. cap.* 9. *nu.* 12. & 13. Sixtinus *de Regal. lib.* 1. *cap.* 5 *num.* 156. Castillo *l.* 7. *cap.* 28. *nu.* 12. Vicecanc. Crespi *observ.* 14. *num* 46. Hondedeus *vol.* 1. *conf.* 79. *nu.* 36. Rubeus *in cap. Per vestras de donat. inter. vers. Sed est pulcra dubitatio pag. mihi* 257. *nu.* 43. *circa med.* Bellus *consil.* 47. *nu.* 9. & *consil.* 49. *num.* 1. Veral *decis.* 7. *num.* 3. & *decis.* 291. *par.* 3. Sperel. *decis.* 69. *num.* 43.

Advertendum est in hoc requisito, quòd quamvis aliàs 18
sufficiat ad famam publicam probandam, ut testes dicant ita publicè audisse, juxta Baldum *in cap. Præterea numer.* 10. *de testibus*. Farinac. *de test. quæst.* 47. *numer.* 257. Attamen in probatione immemorialis necessarium est, ut formaliter de fama publica, & communi opinione expressim deponant: quia audire publicè, non probat famam verè, sed per æquipollens, & communem opinionem non includit, & ad immemorialem vera, & formalis fama, & communis opinio desideratur, quæ non aliter, quàm modo specifico adimpletur: ut hæc scripta litteraliter expendit D. Vicecanc. Crespi *d. observ.* 14. *nu.* 51. allegans Molina *de Hisp. primog. lib.* 2. *d. cap.* 6. *nu.* 36. & 37. Castillo *de tertiis tom.* 7. *d. cap.* 27. *nu.* 13.

Circa materiam suscepta m observari oportet, quòd ad 19
immemorialem probandam solùm requiritur quòd testes deponant de quatuor requisitis, scilicet semper ita vidisse fieri (dum tamen, ut dixi, possint deponere de visu quadraginta annorum ante litem) de auditu seniorum, quod testes ipsi non viderint, & audierint contrarium, & quòd fuit, & est publica vox, & fama; quin sit necesse deponant de illo requisito, quod sui majores dixerunt se vidisse, & audivisse à suis antiquioribus, vel quod majores non viderint, & audierint contrarium; probat Glos. magistralis *in d. c.* 1. *de præscrip. in* 6. Mising *cent.* 1. *observ.* 30. Matheu de Afflict. *super Constit. l.* 3. *rub.* 31. *de præscrip. quadragen. nu.* 8. *fol.* 155. Moneta *de decimis cap.* 5. *num.* 76. Gratian. *discep. forens. tom.* 3. *cap.* 397. *num.* 11. ubi tradit declaratum à Rota. Molina *de Hisp. Primog. lib.* 2. *d. cap.* 6. *num.* 31. Rota per Farinac. *decis.* 445. *num.* 1. & 2. *tom.* 1. *part.* 1. latissimè Leo *lib.* 3. *decis.* 7. *tota*, qui dat intelligentiam doctrinæ Covarrub. *in regula possessor* 2. *part.* §. 3. *numer.* 7. & tradit judicatum in S. S. R. C. Beltra. ad Ludovis. *d. cis.* 196. *num.* 2. Barbosa *in cap.* 1. *nu.* 17. *de præscrip. in* 6. Vicec. Crespi *observ.* 93. *num.* 20. Otalora *de Nobil.* 3 *part. cap.* 7. *nu.* 4. Ripoll *de Regal. cap.* 43. *num.* 114. Rota coram Carrillo *decis.* 66. *num.* 2. Buratus *dec.* 673. *in annot. num.* 6. Marin. ad Revert. *decis.* 328. *num.* 3. Vrsellius *concluf.* 148. *nu.* 361. ex quibus patet non esse standum Fontan. *decis.* 337. *num.* 15. ubi inter requisita ponit, quòd testes debent deponere, quòd ipsi, nec majores viderint, neque audierint contrarium. Valenzuela *consil.* 93. *numer.* 34.

Sic Senatus me patrocinante in causa vertenti in Regia 20
Audientia inter Administratores Confratriæ Sanctorum Lucæ, & Ludovici Villæ-Franchæ Pœniten. ex una, & Administratores Confratriæ Sanctorum Bernardini, & Augustini ejusdem Villæ ex altera, referente Nob. Joanne Baptista Pastor tunc R. A. D. postea in S. S. C. Arag. Reg. die 24. Maii 1661. Est in I. concluf. civil. illius anni fol. 117.

Pariter etiam est tenendum, quòd idem est, quòd testes 21
dicant non viderint, & audierint contrarium, vel quod deponant non viderint, & audierint contrarium actum. Covarr. *in Reg. possess.* §. 3. *nu.* 7. Molina *de Hisp. primog.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lib.2.d.c.6.nu.31. Vicecan. Crespi *observ.97. num.20.* & dixit Senatus die 8. Octobris 1670. me referente in causa inter Abbatissam, & Conventum Sancti Hilarii Civitatis Ilerdæ ex una, & Syndicum Universitatis de Linyola ex altera, scriba Fores & Montagut. Est in lib concluſ. fol 303. & supra citavimus.

22 Ulteriùs pro explorato habeo, quòd in probatione immemorialis duo testes, quantumvis legitimi, non sufficiunt, quando immemoriali resistit jus. Garcia *de expensis d.cap.9.nu.13. verſ. Item adverte*, sed requiruntur tres testes, duo scilicet ad probandam immemorialem, & tertius ad purgandam præsumptionem in contrarium. Garcia *de Nobilit. gloſ.2.§.1. nu.38.* Sesse *de inhibit.c.5.§.10.nu.18. & deciſ.2.nu.10. verſ. Undet.1.* Suelves *conſil.51.nu.4. & 5.tom.1.* Vicecanc. Crespi *obſer.14. nu.69. & 70.* Quod generale est in omni probatione, quæ habet præsumptionem juris contra se, ut duo testes non sufficiant. Garcia *de expensis d. cap. 9. nu.13. verſ. Item adverte*; sed requiruntur tres testes omni exceptione majores. Menoch. *de præsump. lib.1.q.13.nu.9.* Bovadilla *in politica l.5.c.1.n.220. verſ. Y aun mas.* Garcia *de Nobilit. gloſ. 2.§.1.n.38.* Sesse *de inhibit.cap.5.dict.§.10.n.18.*

23 Et quamvis plures DD. dicant, ad probandum contra juris præsumptionem tres testes requiri, vel saltem duos excellentes, ut speculatur Iazon, & alii citati per Mascardum, & Garciam *locis citandis*; attamen id (quod dicunt de duobus testibus) non admittendum censent alii DD. supra citati. Ea ratione, tum quia quando agitur de probando aliquid, quod habet præsumptionem juris contra se, requiritur plenior, efficacior, & durior probatio, quàm ordinaria. Iazon *l. Sciendum de verb. obligat. nu.10. verſ. Confirmatur.* Decius *conſil.174. ſub num.5.* Mascard. *de probat. concluſ. 1232. numer.6.* Menoch. *de præsump. lib.1. quæst.31. numer.8. verſ. Erit.* Molina *de Hisp. primogenit. lib.3. cap.4. num.33. & 34.* Farinac. *in præx. par.1. quæst.63. num.239.*

24 In terminis Regaliæ dixit Senatus, referente Nob. Josepho Balaguer Regio Consiliario in causa appellationis interpositæ per Syndicum Civitatis Dertusæ à præconiis publicatis per Bajulum Regium dictæ Civitatis, cum quibus præceperat particularibus dictæ Universitatis, & aliis locorum circunvicinorum ne colligerent salem vulgò dictum *de ventura*, in salinis termini dictæ Universitatis, nisi solùm ad proprios usus, & non obstante quod Syndicus probavit immemorialem cum duobus testibus, fuit declaratum, quòd ex quo sal est de Regaliis, propter juris resistentiam, necessarii erant tres testes, nec fuit habita ratio aliorum testium examinatorum super articulis oblatis per dictum Syndicum in summarissimo, qui aliquid de immemoriali dixerunt, quia non deposuerunt de ea cum omnibus requisitis necessariis 6. Aprilis 1672. scriba Oriol & Mercer.

25 Iterum vestigia Regiæ sententiæ retro observatæ sequor, in qua declaratum fuit. nudam tituli allegationem simul cum possessione quadrigenaria non sufficere ad prescribendum servitutes pascendi, vel lignandi adversus Dominum prædii servientis, imò constare debere in servitutibus discontinuis, ultra nudam tituli allegationem, de pluribus aliis requisitis, videlicet allegare titulum certitudinariè, à quo, vel à quibus fuerit habitus; & quòd usus fuerit servitute tanquam ex titulo allegato, quæ requisita uti in hac re necessaria approbat Tondut. *quæst. civil.par.1.cap.48.* quibus *nu.49 cum ſeqq.* addit constare ulteriùs debere de usu illius servitutis ex titulo allegato, sciente, & patiente adversario, de possessione continua de toto illo tempore, non jure familiaritatis, sed jure servitutis, cum bona fide, de initio possessionis, certo tempore, & de annis inchoatis tali tempore, & finitis tali. Andreol. *controv.178. à num.8.* ubi etiam dictis requisitis ulteriùs addit, necesse esse, quòd quis juret se habere titulum quem allegat, quòd titulus debet allegari in ipso litis initio, itaut non sufficiat in causæ progressu allegari, quod sit titulus verosimilis, aptus, potens, & adstringens, ad credendum ex tali titulo, seu causa quem jure inductum fuisse ad inchoandam præscriptionem, & quòd non adsit contraria præsumptio, quæ tituli allegati excludat præsumtionem; concludens Andreol. *in citata cont.178. num.15.* ibi: *Non concurrentibus igitur in hoc caſu prædictis, cenſuimus non poſſe dici præſcriptam ſervitutem de qua agitur.*

DECISIO CXLVI.

ARGUMENTUM.

Opinio DD. existimantium, recursum ad Principes sæculares per Ecclesiasticum, vel quoad spiritualia negotia esse damnatum, genericè traditur. Et quòd ei suffragari non potest possessio immemorialis, vel privilegium; quia per Bullam in Cœna Domini in omnibus sunt derogata, & singulis annis solemniter derogantur; adeo ut contrafacientes gravissimo, tremendoque anathemate feriantur.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio Eccleſiaſtica à jure divino provenit.*
2 *Judex ſæcularis eſt omnino incapax cognoſcendi de perſonis Eccleſiaſticis.*
3 *In quem nec tacitè, nec expreſsè perſona Eccleſiaſtica prorogare poteſt juriſdictionem.*
4 *Et Regius Senatus cauſas civiles contra perſonas Eccleſiaſticas de officio remittit ad Judicem Eccleſiaſticum. Cum Senatus deciſ.*
5 *Super cognitione exemptionis perſonarum Eccleſiaſticarum à ſolutione, & exactione impoſitionum, & jurium Univerſitatis ſæcularis non eſt capax Judex laicus. Cum declaratione contentionis.*
6 *Alia contentionis declaratio.*
7 *Etiam eſt incapax Judex laicus cognoſcendi de exemptione Eccleſiaſticorum hoſpitandi milites. Cum declaratione contentionis.*
8 *Alia declaratio contentionis. Ubi de illa exemptione hoſpitandi in caſu neceſſitatis remiſſivè.*
9 *In omnibus negotiis, & cauſis ſpiritualibus, vel Eccleſiaſticis incapax eſt Judex ſæcularis.*
10 *Etiam in annexis ſpiritualitati. Cum declaratione contentionis ſuper præeminentia ſedendi in Eccleſia, & reſpectu juris patronatus.*
11 *Alia declaratio contentionis ſuper fabrica iconum id eſt* medallas, *cum Imagine Sacratiſſimæ Virginis de Monteſerrato.*
12 *Etiam in bonis hæreditatis jacentis, Eccleſiaſtici.*
13 *Nec quid ſtatui à Principe ſæculari poteſt quoad Clericos, res, vel Judices Eccleſiaſticos, vel quoad ea, quæ ad Eccleſiam quomodocumque pertinent.*
14 *Declaratio contentionis quoad res Confratriæ ſæcularis, & num.16.*
15 *Senatus obſervatio.*
17 *Fas non eſt Principi ſæculari procedere ad cenſendū, ſtatuendumve aliquid in religione, & ſacris, ultra Eccleſiæ, & Chriſti Vicarii decreta; neque extra ea præcipere, aut inducere obſervantias aliquas in cultu, cæremoniis, precibus, & Eccleſiaſticis functionibus, quarum ſcilicet, ac ſuorum miniſteriorum, ac cultus forma, præcepto, & cenſura Eccleſiaſticæ poteſtatis eſt, non politicæ.*
18 *Si à Curia ſæculari inadvertenter expediantur litteræ, inhibendo Eccleſiaſticum, tamquam nulliter emanatæ, revocantur per Curiam ſæcularem.*
19 *Ponderatur ad id Sacrum Concilium Tridentinum.*
20 *Bulla in Cœna Domini ſuper recurſu ad ſæcularem prætextu violentiæ, & num.21.*
22 *Judices ſæculares non poſſunt per viam violentiæ cauſas Eccleſiaſticas ad ſe trahere, Judicesque Eccleſiaſticos compellere, ut à cenſuris ſe abſtineant, litteraſque revocent.*
23 *A Rota damnantur recurſus Eccleſiaſtici ad Judicem ſæcularem.*
24 *Recurrenti ad Magiſtratus ſæculares denegatur audientia, donec à Sanctiſſimo abſolutionem obtinuerit.*
25 *Ad effectum denegandi audientiam propter difficultatem probationum, in odium recurrentium, probationes imperfectæ, & leviores admitti ſolent.*
26 *Licèt ſecus ſit ad ferendam ſententiam excommunicationis, quo in caſu plenæ, & neceſſariæ probationes recurſuum requiruntur.*
27 *Etiam denegatur audientia ob recurſus ad Judices laicos in cauſis ad Rotam pendentibus.*
28 *Id procedit indiſtinctè, etiamſi allegetur, recurſum fuiſſe habitum ad adjuvandam juriſdictionē Eccleſiæ.*
29 *Recurrens non auditur, neque ſui juris, vel actionis exercitium et competit, niſi recurſus purgatio*

præ-

præcedat tum refectione damnorum. Ubi, an recursus habitus à procuratore, censeatur ratificatus à principali, & quando interpositus per particulares, noceat Universitati.

30 *Recursus ad sæcularem, etiam per viam violentiæ, non suffragatur immemoriali, vel privilegio.*

1 CONTENTIONEM principalem (eam generaliter reassumo) indagandam super recursu ad Principem sæcularem quoad Personam Ecclesiasticam, vel spiritualia negotia, an sit licitus per viam violentiæ, suscipiunt DD. affirmantes illicitum, & damnatum, admittendo opinionem existimantium immunitatem, & exemptionem illam Ecclesiasticam à jure divino provenire, ut docuerunt Glossa *in cap. si Imperator 96. distinct. & in cap. Quandam de cens. lib. 6.* Navar. *in cap. Novit. notabi. 6. de judic. nu. 30.* Cœllius *in notis. Cardin. cap. 15. congreg. 4.* Bonac. *de Censur. in bulla Cœnæ quæst. 16. sect. 1. punct. 2.* Barbosa *lib. 1. juris Eccles. cap. 39. §. 2.* Diana *part. 1. tract. 2. resol. 1. & par. 7. tract. 1. resol. 2.* Belarminus *tom. 1. controv. lib. 1. de cleric. cap. 28.* Carleval *de judic. tom. 1. disp. 2. nu. 395.* Larrea *dec. Granat. 4. num. 19.* Suarez *adversùs Regem Angl. lib. 4. cap. 2. & cap. 9.* Azor *lib. 5. Instit. cap. 2. quæst. 1.* Delbene *de immunit. Ecclesiast. tom. 1. disp. 2. cap 1. dub. 2. sect. 1. num. 25.* ubi citat septuaginta quatuor, inter Theologos, Canonistas, & Legistas: & *de parlam. dub. 23. sect. 4.* ubi quadraginta tres DD. refert. Cabedo *tom. 1. decis. 83. nu. 10.* Bovadilla *in polit. t. 1. cap. 18. nn. 17.* quos, & alios cum fundamentis hujus opinionis latè, & doctè recitat Gonzalez Tellez *ad caput Clerici 8. de judic. nu. 10.* Peguera *decis. 92. nu. 1. circa medium.* Cavalc. *de Brac. Reg. par. 2. cap. 31. & par. 6. num. 637.* Leon *in thesau. fori Eccles. par. 1. cap. 13. nu. 2.* Gulier. *pract. quæst. lib. 1. quæst 1. nu. 8. & 9.* Farinac. *de immunit. Eccles. cap 2. nu. 9. & 10.* Franc. Moiin. *in eodem tract. num. 2. & 3.* Ciarlin. *controv. cap. 10. num. 12.* latissimè Marius Ital. *de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 2. per tot.* & alii congesti per Sperel. *par. 1. decis. 37. num. 1. & par. 2. dec. 104. num. 11. cum pluribus seqq.* (ubi quod etiam est de jure Naturali, Gentium, Canonico, & Civili) & *decis. fin. à num. 1.* Castro Palao *oper. moral. par. 2. disp. unica tom. 1.* Pignatelli *tom. 5. consult. 5. num. 69.* ubi diversas ad id decisiones allegat, & cum pluribus sanctionibus Canonicis, & juribus id approbat, & ex S. C. T. *sess. 25. de reform. cap. 20.*

2 Et hinc indubitabile redditur, quòd Judex sæcularis est omnino incapax cognoscendi de personis Ecclesiasticis, ut probavimus *decis. 115. à num. 4.* & amplius probant *cap. 1. de offic. Jud Ordin. cap. ut Inquisitionis 18. §. Prohibemus de Hæreticis in 6. cap. Clerici 8. de judic. cap. Si diligenti 12. de foro comp. Can. satis 7. Can. sicut 15. distinct. 96. Can. 1. Can. Nullus 6. Can. Nullus 8. Can. Relatum 14. Can. Placuit 43. Can. Clericus 48. & per tot. 11. quæst. 1. Can. Sacerdotibus 41. ead. caus. & quæst.* (ubi Constantinus accusationem Episcoporum audire noluit, dicens: *Vos Dii estis, à vero Deo constituti, ite, & inter vos causas vestras discutite; quia dignum non est ut judicemus Deos*) *Can. 2. 21. quæst. 5. c. Noverit 49. & cap. Gravem 53. de sentent. excomm.* (in quibus duobus decretis disponitur, quòd sententiam excommunicationis incurrant omnes Judices violantes Ecclesiasticam libertatem, & juxta tenorem suorum statutorum, & consuetudinum introductarum, Clericos judicare præsumentes, ut notat Rota coram Penna *dec. 480. nu. 6.*) comprobant Repetentes *in dicto cap. Clerici 8.* Pereira *de manu. Reg. par. 1. prælud. 3.* Solorz. *in polit. lib. 4. cap. 27.* & complures DD. quos allegat Gonzalez Tellez *ad dict. caput Clerici 8. num. 2.* Saravia *de adiunct. quæst. 30. nu. 41. cum pluribus seqq.* & ex Conciliis Chalcedonensi, Matisconensi, Milevitano, seu potius Toletano, Carthaginensi, probat Pignatelli *tom. 5. d. consult. 5. num. 68.* asserens, quòd licet hanc exemptionem permulti Hæretici conati sint convellere, ut in specie Marsilius de Padua, & Joannes de Janduno, relati à Turrecremata *in sum. de Eccles. lib. 4. par. 2. cap. 37.* Joannes Calvinus, & Petrus Martyr: eorum tamen fundamenta evertit Belarminus *t. 2. controv. lib. 1. c. 28. tit. an Clerici sint liberi à jugo potestatis sæcul.*

3 Et adeò fiunt certa antecedenter probata; quòd Judex sæcularis est incapax cognoscendi de persona Ecclesiastica, ut in eum nec tacitè, nec expressè prorogare possit jurisdictionem. Leo *dec. 184. nu. 4. l. 2.* Vico *ad Prag. Reg. Sardiniæ tit. 7. c. 12. à nu. 46.* Carleval *de Judic. l. 1. disp. 2. n. 1026.* Reg Matheu *de reg. Reg. Valent. t. 2. c. 7. §. 2. n. 25.* Reg. Cortiada *dec. 12. nu. 26.* & Nos *d. decis. 115. à nu. 4.*

Sic apud nostrum Regium Senatum causæ civiles contra Ecclesiasticam personam de officio, aut parte opponente, etsi in causa compareat, remittuntur ad suum Judicem Ecclesiasticum. Prout Senatus die 22. Aprilis 1660. referente Codina in causa inter Raphaelem Marques ex una, & Petrum Gras Presbyterum ex altera partibus. Est in lib. conclus. illius anni fol. 59. Die 18. Maii 1663. (Est in lib. conclus. civil. illius anni fol. 19.) referente eodem Codina in causa Emeris Miralpeix cum Joanne Pons Presbytero. Et referente Balaguer die 23. Junii 1664. (fol. 117.) in causa Syndici Communitatis Ecclesiæ Majoris Civitatis Balagariæ, cum Josepho Ormella, & aliis. Et referente Cortiada 4. Maii 1666. (fol. 118.) in causa Comitis de Plasencia cum creditoribus. Et 17 Septembris 1668 fol. 285. referente Pinyana in causa Josephi, & Jacobi Sordans cum Capitulo Sedis Vicen. Et 6. Martii 1668. (fol. 57.) referente Pastor in causa Francisci Vilar Beneficiati, cum Petro Verdaguer Presbytero. Et 24. Aprilis 1668. (fol. 125.) referente Aleny in causa Josephi Montells cum Antonia Pineda & Rius. Et 24. Septembris 1669. (fol. 274.) referente Tristany in causa tutorum pupillorum Aguilars, cum Conventu Monialium Minimarum Sancti Francisci de Paula. Et referente Pastor 11. Octobris 1669. (fol. 302.) in causa Josephi Puig Canonici Vicen. cum diversis particularibus Parochiæ de Vallcarcara. Et 18. Aprilis 1670. (fol. 113.) referente Didaco Ferrer in causa Syndici Villæ de Alcover cum Francisco Alexandre, & aliis. Et referente Cortiada 30. Aprilis 1670. [fol. 136.] in causa Mariæ Illa cum Andrea Ribes & Falguera. Et in causa Felicis Atxer Presbyteri, cum Jacobo Circuns, referente Magarola 5. Martii 1675 [fol. 90.] Et referente Carbonell 22. Aprilis 1675. fol. 151. in causa Elizabet Annæ Magarola cum Joanne Oriol. Et die 25. Octobris 1675. [fol. 362.] referente Nabona in causa tutorum pupilli Company cum Stephano Nadal Presbytero. Et 18. Januarii 1677. [fol. 29.] referente Anglasell in causa Fr. Joannis Abric Presbyteri cum Anna Guandorri vidua. Et referente Amigant 13. Octobris 1677. [fol. 398.] in causa conjugum Araus cum Comitissa de Centelles. Et 27. Januarii 1681. (fol. 32.) in causa Abbatis Sancti Felicis Gerunden. cum Mariangela Guell vidua. In causa Abbatissæ, & Conventus Monialium Sancti Danielis Civitatis Gerundæ cum Rectore, & Conventu Sancti Martini Sacosta Societatis Jesu ejusdem Civitatis, referente Nob. Josepho Pastor & Mora Regio Senatore 18. Februarii 1688. (fol. 70.) Et alia innumera extant ad id exemplaria. 4

Prout pariter super cognitione exemptionis personarum Ecclesiasticarum à solutione, & exactione impositionum, & jurium Universitatis sæcularis, non est capax Judex laicus. Sic in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & sæcularem Regentis Vicariam ejusdem Civitatis partibus ex altera, occasione firmæ juris in dicta Curia sæculari factæ per Joannem Sala Nott. pub. Barcinonæ Syndicum, & Procuratorem præsentis Civitatis, ratione quorundam procedimentorum in dicta Curia Ecclesiastica actorum, contra Consiliarios ejusdem Civitatis, instantibus Procuratoribus, & œconomis Communitatum Ecclesiarum Parochialium Beatæ Mariæ de Mari, Beatæ Mariæ de Pinu, Sancti Jacobi, & Sanctorum Justi, & Pastoris, fuit declaratum per Cancellarium Agullana, consult. Ferrer, Senjust, Magarola, Mitjavila, & Franquesa die 22. Januarii 1608. 5

Et in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Tarraconæ ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera partibus, occasione firmæ juris in dicta Curia sæculari factæ per Joannem Abric Syndicum Villæ, & Universitatis de Alforja, procedimentis contra Juratos illius Villæ factis, instante Syndico Presbyterorum Communitatis ejusdem Villæ die 13. Aprilis 1609. 6

Et super cognitione exemptionis Ecclesiasticorum hospitandi milites, quòd Judex sæcularis non sit capax, fuit declaratum per Cancellarium Montserrat die 20. Novemb. 1682. in contentione inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ ex una, & Curiã sæcularem Vicarii Regii ejusdem Civitatis ex altera partibus, occasione firmę juris facte in dicta Curia sæculari per ejus Fisci Procuratorem, & alios, procedimentis in dicta Curia Ecclesiastica factis, 7

ad instantiam Doctoris Isidori Bertran Archidiaconi Majoris Sedis Gerund. & Fisci Procuratoris ejusdem Curiæ.

8 Et idem fuit declaratum in alia contentione inter easdem Curias suscitata, occasione firmæ juris in Curia sæculari per Syndicum loci de Rabós, procedimentis factis in Curia Ecclesiastica Gerund. per Archidiaconum Majorem Sedis ejusdem Civitatis, per Cancellarium Montserrat die 22. Octobris 1683. Super hac exemptione in casu necessitatis videatur Stephanus Menoch. *de jurisd. Eccles.* Fab. *in Codic. t. 13. de muner. def. 26. l. ult.* quos citat Reg. Lopez *in disc. ordin. Reg. Peruan. c. 13. n. 6. pag.* 80.

9 Et generaliter in omnibus negotiis, & causis spiritualibus, vel Ecclesiasticis, quòd sit incapax Judex sæcularis, probant *cap. Decernimus 2. de judic. cap. Quanto 3. eodem. cap. Tuam 3. de ordin. cognit. cap. Causam 7. Qui filii sint legitimi. Can. Bene 1. Can. si Imperator 11. distinct. 96. Can. Omne negotium 36. 11. quæst. 1. cap. 1. cap. Si quis contra 4. de foro comp. cap. Contingit 8. de arbit. Can. 1. 22. quæst. 5. Can. fin. eadem causa, & quæst.* Illustrant Repetentes *ad dict. cap. Decernimus*, & ibi Tellez *nu. 5.* Vela *in cap. Dilecti de arbit.* Posth. *de manut. obs. 6. nu. 15. cum seqq.* Carleval *de judic. tom. 1. disp. 2. quæst. 6. sect. 7.* Delbene *de Parlam. dub. 14.* Reg. Cortiada *decis. 154. & 159. nu. 7.* Episcopus Urrutigoyti *de comp. quæst. 17 nu. 22.* Vicecanc. Crespi *obs. 56. nu. 1.* Manfrella ad Latro *dec. 181. num. 6.* & Nos *dec. 82. nu. 9. & seqq.* cum exemplaribus. Quibus adde, sic observatum die 26. Junii 1658. referente Xammar (in lib. conclus. illius anni fol. 99.) in causa inter œconomum Monasterii Beatæ Mariæ de Plano Villæ Senauja Ordinis Sancti Augustini ex una, & Syndicum ejusdem Villæ partibus ex altera; ubi de officio fuit remissa causa Judici Ecclesiastico, quia agebatur de commutatione voluntatis erga pias causas.

10 Ac etiam in annexis spiritualitati, quòd Judex sæcularis nullam habeat jurisdictionem, dixit Barbosa *vot. 76. lib. 3. nu. 83. & de potest. Episcopi p. 3. alleg. 78. vers. Cum igitur nu. 36.* Reg. Cortiada *tom. 3. dec. 159.* (ubi de præeminentia sedendi in Ecclesia inter laicos,) & respectu juris patronatus *dec. 137. n. 7.* ubi cum declarat. content.

11 Sic pariter super possessione prætensa per Syndicum Confratriæ Aurificum hujus Civitatis fabricandi icones, id est *Medallas* cum Imagine Sacratissimæ Virginis de Monteserrato, & habendi illas expositas venales, & sic super materia annexa spiritualitati fuit declaratum per Cancellarium Taverner die 13. Maii 1692. in favorem firmæ juris factæ in Curia Ecclesiastica Barcinonæ per œconomum Abbatis, & Monasterii de Monteserrato contra dictum Syndicum Confratriæ Aurificum: Adhanc rem Petrus Greg. *Syntag. jur. par. 1. lib. 2. cap. 12. sub nu. 3.* Bovadilla *in pol. t. 1. lib. 2. cap. 17. sub nu. 75.* Ricciul. *Lucubrat. Eccl. lib. 1. cap 49. num. 2.*

12 Sic etiam respectu bonorum Ecclesiastici, quòd sit exemptus à jurisdictione sæculari, declaravit Regius Senatus die 27. Julii 1588. in causa inter Nicolaum Enveja, & Franciscum Enveja, referente Castello, ubi fuit dictum, Curatorem hæreditatis jacentis Clerici defuncti, quantumvis laicum, conveniendum esse coram Judice Ecclesiastico, & procedimenta contra eum facta esse nulla ob defectum jurisdictionis.

13 Nec quid pariter sine vitio nullitatis per leges sæculares statui potest quoad Clericos, res, vel Judices Ecclesiasticos; vel ad ea quæ ad Ecclesiam quomodocumque pertinent; ut communiter notari solet *in cap. Quæ in Ecclesiarum 7. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ 10. de Constit. cap. fin. de rebus Eccles. non alienan.* Crespi *d. observ. 56. num. 6.* Reg. Cortiada latissimè *par. 3. decis. 203. à num. 1. usque ad num. 16.* ubi ab illo *num.* tradit ad id exemplaria, *& decis. 207. nu. 36. & 37. & decis. 208. à num. 1. usque ad num. 13. & decis. 209. & dec. 215. à num. 1. usque ad nu. 4. & decis. 227. num. 44.* At quibus in casibus, & quo jure id procedere possit, latissimè pertractat cum omni laude D. Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Jul. & Pap. lib. 3. cap. 45. tot.* & Nos alibi.

14 Quadrat hic declaratio contentionis facta per Cancellar. Puigmari, consult. Astor, & Aguilo 16. Novembris 1627. occasione firmæ juris factæ in Curia sæculari Regentis Vicariam Barcinonæ, & per Syndicum Sancti Juliani Botigueriorum telarum Mercerionum ejusdem Civitatis, procedimentis contra Consiliarios Barcinonæ, & Syndicum dictæ Confratriæ in Curia Ecclesiastica factis, ad instantiam alterius Syndici Confratriæ Sancti Juliani Merceriorum; ubi fuit declaratum, ordinationem, seu deliberationem factam per dictos Consiliarios, adjudicando Capellam Sancti Juliani, sitam intra Ecclesiam Monasterii Sancti Augustini, & res mobiles intra eam existentes, dictis Botigueriis telarum, & traditionem possessionis illius in eorum favorem factam, esse cognitionis Judicis Ecclesiastici.

Et licèt in ea contentione fuerit declaratum, firmæ Juris factæ in Curia sæculari locum fuisse, & esse quoad res sacras mobiles, ac usui Capellæ destinatas: at vero postea per eundem Cancellar. Puigmari, consultoribus Mir, & Rubi de Marimon die 14. Novembris 1628. in alia contentione suscitata inter Juratos, & Universitatem Civitatis Gerundæ, & Petrum Roig Chirurgum, & alios partibus ex altera, fuit declaratum, cognitionem clavium, vestium Capellæ, ac omnium rerum ad usum pium Confratriæ Sanctorum Martyrum in Ecclesiæ Sedis Gerundæ fundatæ, ad Judicem Ecclesiasticum pertinere; & tantùm cognitionem vexilli, & aliarum rerum, ad non pium usum Confratriæ destinatarum, pertinere ad Judicem sæcularem. Quas decisiones annotat Reg. Cortiada *part. 3. decis. 143. num. 23.* & faciunt per Me tradita *decis. 82. num. 10. cum seqq.* 15

Et expressiùs id firmavit Regius Senatus in causa inter Capitulum Sedis Ilerden. ex una, & Syndicum ejusdem Civitatis ex altera partibus, referente Astor 20. Augusti 1618. (Est in lib. conclus. illius anni fol. 64.) ubi fuit declaratum, ordinationes per dictam Civitatem factas; in quibus fuit dispositum, non posse admitti, nec obtinere officia Civitatis Procuratores, Advocatos, Notarios, Ministros, & Officiales conductos, seu assalariatos cujusque Universitatis, Collegii, Conventus, Baronis, & aliarum Personarum, cujuscumque dignitatis forent, litigantium cum illa Civitate, non comprehendere Advocatos, Procuratores, Notarios, & alios inservientes Capitulo, & Personis Ecclesiasticis Ilerden. quippe non potuerunt; libertatem Ecclesiasticam lædere. 16

Ac ampliùs, & fortiùs, non est fas auctoritati politicæ cujuscumque pietatis respectu, aut pacificationis turbulentiarum, orientium ex controversia aliqua de religione. (quibus tamen turbulentiis sedandis suo jure, & temporali gladio præcidendis incumbere debet) Non est inquam illi fas procedere ad censendum, statuendumve aliquid in religione, & sacris ultra Ecclesiæ, & Christi Vicarii decreta, neque extra ea præcipere, aut inducere observantias aliquas in cultu, cæremoniis, precibus, & Ecclesiasticis functionibus, quarum scilicet, ac suorum ministeriorum, ac cultus forma, præceptio, & censura Ecclesiasticæ potestatis est, non politicæ; ut per recitata verba docet D. Franciscus Ramos del Manzano *d. cap. 43. lib. 3. ad ll. Jul. & Pap. num. 6.* & ad ipsum transit per diversa rescripta, & auctoritates. 17

Et tandem si à Curia sæculari inadvertenter expediuntur litteræ, inhibendo Ecclesiasticum, tamquam nulliter emanatæ revocantur per Curiam sæcularem, ex Font. *dec. 213. usque ad 218.* & Nos *dec. 127. n. 26.* ut dixit Senatus 14. Maii 1691. per illa verba: *In facto propositionis factæ per Regium Cancellarium, utrum sit lineandum instrumentum præsentationis receptum in posse Ignatii Gaubert Not. pub. Gerundæ die 30 Octobris 1690. in, & cum quo fuerunt præsentatæ Narcisso Burgues V. I. D. Canonico Sanctæ Ecclesiæ Gerunden. & ejus Vicario Generali, & Officiali, Regiæ litteræ citatoriæ, & inhibitoriæ expeditæ die 25. ejusdem mensis Octobris in causa in Regia Audientia vertenti inter Lucretiam Basols & Tamarit viduam ex una, & Franciscum Renovau scriptorem ejusdem Civitatis partibus ex altera, referente Nobili Joanne de Colomer Regio Senatore, actuario Josepho Vila. Et an sit pariter lineanda certificatoria dictæ præsentationis continuatæ in dorso dictarum litterarum. Attento quòd dicta Lucretia Basols & Tamarit, seu ejus legitimus Procurator excessit in dicta præsentatione, prætendendo cum dictis litteris Regiis inhibere dictum Vicarium Generalem Gerundæ Judicem Ecclesiasticum, ad cujus effectum necessarium erat expedire Regias litteras in forma contentionis juxta stylum; fuit conclusum, quòd supracalendatum instrumentum præsentationis dictarum litterarum lineatur, & pariter certificatoria illius in earum dorso continuata.* 18

Quid ergo aptius ad dubium, quam id quod Senatus noster Regius observat; ut supra habetur, qui se agnoscit, & reddit incapacem cognoscendi de Personis Ecclesiasticis, de rebus spiritualibus, vel Eccles. de rebus spiritualitati annexis, & de super his statuëdo, ac ulteriùs se incapacem 19

fate-

fatetur in inhibendo Judicem Ecclesiasticum; quæ omnia indubitanter tenemus, & intrepidè observamus, ex incapacitate Judicis sæcularis cognoscendi de Personis Ecclesiasticis, de rebus spiritualibus, de rebus Ecclesiasticis, de rebus spiritualitati annexis, & statuendi super his, & in eisdem inhibendi Judicem Ecclesiasticum, & sic processit generalis dispositio S.C.T. *sess.25.de reform.c.*3. ibi: *Nefas sit sæculari cuilibet Magistratui prohibere Ecclesiastico Judici, ne quem excommunicet, aut mandare, ut latam excommunicationem revocet, sub prætextu, quòd contenta in præsenti decreto non sint observata, cum non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.*

20 Et punctim in hac controversia, quòd Judex sæcularis non se intromittat in cognitione personarum, & causarum spiritualium, aut Ecclesiasticarum, etiam sub prætextu violentiæ, statuit Bulla in Cœna Domini *Can.* 14. ibi: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui per se, vel alios auctoritate propria ac de facto, quarumcumque executionum, aut aliarum gratiarum, vel litterarum Apostolicarum pretextu, beneficiales, & decimas, ac alias causas spirituales, ac spiritualibus annexas ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliisque Judicibus Ecclesiasticis avocant illarum cursum &c. Et ad faciendum eos contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœnis in illis contentis absolvi per statutum, vel aliàs compellunt, vel executionem litterarum Apostolicarum impediunt, etiam sub prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiã donec ipsi ad nos informandos, ut dicunt, supplicaverint &c.*

21 Comprobat Bulla Summi Pontificis Pauli III. *Consueverunt* 10. §. 11. ibi: *Quive ex eorum officio, vel ad instantiam quorumcumque, personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiarum quarumcumque coram se, ac eorum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Concilium, vel Parlamentum, præter juris communis dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè quovis quæsito colore.* Est registrata *in tom.1. Bullarii Romani pag.* 714. & eam citat Cardinalis Luca *in Miscel. Eccles. disc.17. num.12.*

22 Propter hæc, & alia diversa fundamenta resolvunt plures DD. quòd Judices sæculares non possunt per viam violentiæ causas Ecclesiasticas ad se trahere, Judicesque Ecclesiasticos compellere, ut à censuris se abstineant, litterasque revocent. Quam opinionem comprobant Duard. *in Bulla Cœnæ l.2. Can.* 14. *quæst.9.* Layman *in sum. lib.4. cap.4.* Bonac. *tom.2. disp.10. quæst.2 punct.1. §.1. & in explicat. Bullæ Cœnæ tom.3. disp.1. quæst.15. punct.4. §.4. numer.10.* Azor *instit. moral. par.1. lib.5. cap.14. quæst.2.* Sayrus *in explicatione Bullæ Cœnæ Domini Can.14. & lib.13.* Thesaurus *par.1. cap.18. de censur. lib.3.* Pelliz. *tom.2. manual. Regul. tract.8. cap.6 sect.2. quæst.3. & 4.* Lezana *tom.3. verb. Exemptio Regul. nu.16.* Prado *tom.2. cap.23. quæst.1. numer.18.* Arujo *conclus.2.* Suarez *contra Regem Angliæ lib.4. cap.34.* Filliucius *tom. 1. tract.16. cap.8. & 10.* Gregorius Lopez *in l.13. tit.13. par.2.* Rota *in lib. objection.* retractans sententiam quam antea tenuerat. Fr. Andreas à Matre Dei *in Cur. Theolog. moral. tom.2. tract.8. de ordin. cap.7. dub.2. num.86.* (ubi de hac re per totum dubium) Genuen. *in prax. Archiep. Neap. cap.16.* Grat. *discep. forens. cap.238. à num.* 74. Castro Palao *tom.2. tract.12. disp. unica punct.12. sect. unica*, recitat (sed non sequitur) Salgado *de Reg. protect. par.1. cap.1. à numer.28.* Barbosa *in cap. Sanctæ Mariæ à numer.8. de constit. & de potest. Episcopi par.3. alleg.79. à numer.4. & de univer. jure Eccles. lib.1. cap.39. §.2. à numer.185.* Posthius *de manut. observ.6. num.27.* Diana *resol. moral. par.1. tract.2. resol.14. & part.3. tract.1. resol.53. & par.5 tract.1. resol.13. & in sum. par.2. verbo Princeps num.9.* Delbene *de Parlam. dub.4. sect.19. subsect.2. 3. & 4. à folio 31. & dub.27. sect.11. fol.327. & de immun. Eccles. tom.1. cap.1. dub.15. sect.5. & 6. & cap. 3. dub.8. sect.4. & cap.15. dub.14. sect.8.* & latissimè *tom.2. cap.9. dub.6. sect.1. cum quatuor seqq.* allegati à Reg. Cortiada *decis.29. num.31.* Mendoz. *commis.14. §. revocandi quæst.14.* Cajetanus *in summa verbo Excommunicatio c.3.* Saravia *de adjunct. quæst.20. à num.37.*

22 Et Rota Romana hujusmodi recursus ad Judicem sæcularem teterrime detestatur, *ut decis.10. de consuetud. in antiq. & decis.2. in antiquioribus Besgneti.* Et in una Oscen. Pœnitentiar. coram Blanchetto 10. Aprilis 1595. inter impressas Penya *decis.*481. & penes Farinac. *lib.1. consil.68. nu.*10. Et coram Penna in Oscen. Canonicatus 1. Decembris dicti anni 1595. quæ est inter ejus impressas *decis.*480. & 484. & habetur apud Farinac. *d. consil. 68. lib.1. nu.*15. *& dec.*103. *par.2. criminal & in post hum. tom.2. decis.*10. & apud Marchesan. *de commis. nullit. sæna. par.3. c.2. §.3. dec.*51. Et coram Blanchetto Leodien. Canonic. die 11. Martii 1596. apud Farinac. *d. consil.* 68. *lib.1. nu.*18. Et in alia Tuden. Beneficii coram eodem Penya die 5. Aprilis 1604. cujus copia est apud Marches. *d. par.3. cap.2. §.2. decis.*14. & eam expendit Farinac. *par. 2. crim. dict. decis.*212. in Calaguritana Beneficii de Bantevila 8. Junii 1607. coram Sacrato. Et coram Marchomontio Pacen. pensionis 1. Februarii 1610. apud Farinacium *par.2. crim. decis.* 281. Ferè omnes has Rotæ decisiones allegat Saravia *de adjunct. d. quæst.*30. *nu.*39. & eis adde Rotam in Placentina Castanearum 7. Junii 1621. coram Burato inter ejus impressas *decis.*536. Et in Pictanen. Commendæ Ghisilerio 1. Julii 1637. *recent. par.7. decis.* 240. *numer.*13. *vers. Pariter.* Et in Toletana augmenti servitii 26. Aprilis 1638. coram Dunozet. inter ejus impressas *tom.1. decis.* 492. Et in Pamphilonen. Beneficii 1. Julii 1643. coram eodem Dunozet. inter ejus impressas *tom.2. decis.*722. *numer.*1. Et in Terulen. diar. 27. Junii 1644. coram Othobono inter ejus impressas *decis.* 14. *num.*11. Et in Melopolitana pensionis 17. Decembris 1646. coram Bichio inter ejus impressas *lib.1. decis.* 282. Et in Cæsaragustana Cathedralitatis 21. Junii 1655. & decima Decembris ejusdem anni coram Bichio inter ejus impressas *tom.2. decis.* 641. & 656. Et in Calaguritana Archidiaconatus 20. Junii 1670. coram Emerix *par.16. recent. dec.*263. *n.*6. Et in Calaguritana præeminentiarum 17. Martii 1673. coram Vicecomite *p.18. recent. dec.*65.

Quæ ita rigidè observantur in Rota; nam in ea recurrenti ad Magistratus sæculares denegatur audientia, donec à Sanctissimo absolutionem obtinuerit, ut *in dec.* 337. per Posth. *post tract. de manuten. & recent. part.18. decis.* 65. *num.*4. Cardin. Luca *in. Miscel. Eccles. disc.17. & de judic. disc.19. n.7. cum seq.* Fontan. *t.2. dec.*317. *à nu.*1. 24

Ad quem effectum denegandi audientiam propter difficultatem probationum in odium recurrentium, probationes imperfectè, & leviores admitti solent. Seraphin. *decis.*1094. *num.*2. *& decis.*1295. *num.*10. Coccin. *dec.* 425. *num.*3. Rota in Januen. census 16. Januarii 1613. coram Manzanedo, & coram Caval. *decis.* 529. *num.* 2. & coram Burato *decis.*636. *num.*3. *& part.6. recent. decis.* 173. *num.*8. & coram Bichio inter eius impressa *dec.*282. Ludovis. & Additio *decis.* 96. Cardin. de Luca *in Miscel. Eccles. d. disc.* 17. *& de judiciis disc.*19. *num.* 7. *usque ad num.*15. ubi amplè de hac re. 25

Licèt secùs sit ad ferendam sententiam excommunicationis: quo in casu plenæ, & necessariæ probationes requiruntur. Rota coram Bichio *decis.* 282. *num.*20. *&* 641. *num.*1. Et in Cæsaraugustana Beneficii de Linares coram eodem Bichio 27. Aprilis 1644. Et in Vlirbon. censurarum 15. Decembris 1654. coram Bevilaqua, & coram Burato inter ejus impressas *decis.* 446. *num.* 9. Card. de Luca *de judic. d. discu.*19 *n.*7. Saravia *de adjunctis d.q.*30. *n.*68. ubi *n.*69. asserit, quòd sufficeret, si vehementes, & urgentes præsumptiones concurrerent, ex quibus posset oriri probatio concludens, & quòd actus facti ab hujusmodi recurrentibus (donec non declarentur incidisse) sustinentur, maximè si officia publica gerant, & *n.*70. quòd remedia attentatorum illis similiter competant, quia excommunicatis conceduntur; ad latè congesta per Lancel. *de attent.2 p.cap.*12. *ampl.*13. *& 3.p.c.*24. *q.*3. *n.*10. quem sequitur Rota *decis.*586 *part.2. recent. num.6.* 26

Prout etiam denegatur audientia ob recursus ad Judices laicos in causis ad Rotam pendentibus. Rota coram Pirovano in Januen. cens. 17. Januarii 1613. Et 4. Decembris ejus anni coram Buratto, & idem Buratus *dec.* 446. *num.*2. ubi *num.*3. scribit, quòd causa denegandi audientiam est Judici arbitraria. 27

Ac ampliùs ita audientia indistinctè recurrenti denegatur, ut id procedat, etiamsi allegetur, recursum fuisse habitum ad adiuvandam jurisdictionem Ecclesiæ, ut fuisse pluriès decisum testatur Rota *dec.*175. *recent. p.4. t.2. n.* 8. & coram Bichio inter ejus impressas *dict. dec.*282. *n.*3. 28

Adeò quòd recurrens non auditur, neque sui juris, vel actionis exercitium ei competit, nisi recursus purgatio præcedat cum ejus renuntiatione. Burattus *decis.* 446. Bichius *dict. decis.* 282. cum refectione damnorum dixit Otthobonus *decis.* 14. *numer.*11. Surdus *decis.* 326. *numer.*24. Cardin. de Luca *in Miscel. Eccl. d. disc.*17. *& de* 29

UAB Biblioteca de Ciències Socials

judic. dict. disc 19. *nu.* 3. (requirens quòd sit realis, & effectiva renuntiatio, non etiam verbalis, curando quòd revocentur inhibitiones, & impedimenta cum omnibus inde sequatis, ac etiam cum refectione expensarum, damnorum, ac interesse eodem modo, quo in attentatis dicitur) Rota coram Dunoz *dec.* 722. (ubi quòd recursus habitus à Procuratore, censetur ratificatus à principali, si habita notitia statim illi non renuntiaverit) idem Dunozet. *dec.* 492. ubi de recursu per particulares interposito, an operetur contra Universitatem. Bichius *dec.* 641. declarans quid sit quando recurritur per Procuratorem, & idem *dec.* 656. *à num.* 9.

30 In quibus decisionibus Rotalibus, & apud DD. antecedenter citatos communiter habetur, etiam prohibitum esse recursum ad sæcularem, quando Ecclesiasticus vim facit, & malè procedit, nec id juvari posse consuetudine in contrarium, tamquam improbata, Sacris Canonibus inimica, ac prorsùs invalida: & signanter in Calagurritana Beneficii de Bantevilla 8. Junii 1607. coram Sacrato, & coram Penya 1. Decembris 1595. inter ejus impressas *dec.* 484. & coram Bichio *dict. dec.* 282. *n.* 2. & obstante Bulla in Cœna Domini Penya *dec.* 480. *n.* 24. prout nec ad id privilegia suffragari; quia per dictam Bullam in omnibus sunt derogata, & singulis annis solemniter derogantur, adeò ut contrafacientes gravissimo, tremendoque anathemate feriantur. Idem Penya *nu.* 36. Ad hanc partem refero declarationem factam in S. Congregatione Eminentiss. S. R. E. Cardinalium Concil. Trid. interpretum die 5. Septembris 1699. & confirmatam 5. Junii 1700. cujus littera trascribitur apud Nos *dec.* 135. *in fin.* Et de hac re ampliùs *in decis. seq.*

DECISIO CXLVII.

ARGUMENTUM.

Generica traditur DD. opinio, qua muniuntur recursus per Ecclesiasticos oppressos ad Principes sæculares; & quæ requisita expostulentur, ut his non obstent dispositio Bullæ in Cœna Domini, & aliæ sacræ sanctiones. Ubi distinctè, & remissivè exponuntur casus qui legitimè practicantur pro hujusmodi recursuum admissione, Pontificis rescriptis stabiliti, & corroborati possessione immemoriali, etiam assentiti confirmatione Apostolica.

SUMMARIUM.

1 *Immunitas, & exemptio Ecclesiastica, quibus gaudent personæ, & res Ecclesiasticæ, non exordiùntur à jure divino, sed positive, ut tradunt DD. qui hìc citantur.*

2 *Alii, qui asserunt immunitatem illam à jure positivo fuisse inductam, postulante rectâ ratione, juri divino maximè congruente.*

3 *Traditur conciliatio opinionum, & nu.* 4. *&* 5.

6 *Exemptio Ecclesiastica declarari, & limitari potest à Summi Pontificis auctoritate, qui laicis cognitionem personarum, & causarum Ecclesiasticarum, & spiritualium delegare valet, cum non puri hominis, sed veri Dei vice fungatur in terris, qui propterea jus divinum distinguit, aut declarat, & num.* 7.

8 *Quæ intelliguntur quoad ea quæ sunt jurisdictionis, non etiam quoad ea, quæ sunt Ordinis, nec quoad articulos fidei, neque contra universalem statũ Ecclesiæ.*

9 *Respectu jurisdictionis Principis sæcularis in Clericos eam exercet, non ex propria jurisdictione sæculari, sed ex Ecclesiastica, nomine Pontificis delegantis.*

10 *Summorum Pontificum celsitudinem pervadere non est hominum limitatæ censuræ, & de ejus potestate contendere foret sacrilegium.*

11 *Dubium.*

12 *In consuetudine immemoriali ad Principem sæcularem recursus Ecclesiasticorum à Summis Pontificibus assentita pro bono publico, & quiete ipsiusmet Ecclesiæ fundant ferè omnes DD. qui eos admittunt apud omnes Nationes; extrajudicialiter tamen.*

13 *Signanter in Cathalonia.*

14 *Aragonia.*

15 *Valentia.*

16 *Sardinia.*

17 *Castella.*

18 *Lusitania.*

19 *Gallecia.*

20 *Neapoli.*

21 *Navarra.*

22 *Sicilia.*

23 *Granata.*

24 *Mediolano.*

25 *Sabaudia.*

26 *Mantua.*

27 *Gallia.*

28 *Pedamontano Senatu.*

29 *Delfinatu.*

30 *Flandria.*

31 *Indiarum Regnis, & Provinciis.*

32 *Apud Burdegalenses.*

33 *In Curia Imperiali.*

34 *Dominio Veneto.*

35 *Constitutivum generale est Principum quatenus de justitia teneantur indistinctè succurrere vassallis ab oppressione, & violentia.*

36 *Reges tenentur ex præcepto divino oppressos protegere, & num.* 37.

38 *Et ex officio Regio.*

39 *Regalia protegendi oppressos, Regibus connaturalis est jam à primæva ævo.*

40 *Regalia illa est innata Regibus, affixa Coronæ Regiæ, affixa ossibus Regis, Regalia publica, naturale Regis attributum, unum continens inseparabile à Rege.*

41 *Desineret esse Rex, si subsidium oppressis denegaret.*

42 *Manerent subditi sine capite.*

43 *Incideret Princeps in culpam.*

44 *Imperium, & potestas à Populo translata fuerunt in Principem, ut sua superiori auctoritate protegeretur.*

45 *Regalia protectionis fundatur in defensione naturali, ideo est universalis apud omnes gentes; nam jus naturale commune est omnientì.*

46 *Pro defensione naturali licet privato invocare auxilium famulorum, amicorum, & familiarium, multò potiùs auxilium Regium.*

47 *Quę in privatis est de lege charitatis, in constitutis auctoritate publica respectu vassallorum est de justitia.*

48 *Quando recursus coarctantur inter limites naturalis, & necessariæ defensionis (cuilibet permissæ cum moderamine inculpatæ tutelæ) seclusoque quoque Apostolico privilegio, etiam stando in puris terminis juris communis, esse permissos, est innegabile; ita in casu denegatæ appellationis, cui Judex deferre tenebatur.*

49 *Et in casu, quo Judex gravat partem, ea inaudita.*

50 *Et in casu, quo usurpat manifestè jurisdictionem temporalem.*

51 *Quod comprobatur, & num.* 52.

53 *Consuetudo immemorialis in hujusmodi recursibus fuit confirmata per Sanctitatem Martini Quinti.*

54 *In Cathalonia suffragatur possessione immemoriali confirmata auctoritate Apostolica; ac etiam ex expressis Summorum Pontificum Sanctionibus.*

55 *Respondetur Bullæ in Cœna Domini, & aliis sacris dispositionibus.*

56 *Permissus est recursus, quando Ecclesiasticus non defert appellationi ad superiorem Ecclesiasticum interpositæ in casu à notorio appellabilis, ad quem præstò per vim passum, ut necessitas urget, adiri non potest.*

57 *Etiam quando ab Ecclesiastico læditur Regalia protectionis S. C. T.*

58 *Etiam quando evidenter, & notoriè læditur justitia, aut utilitas publica, aut jus tertii.*

59 *Etiam quando usurpantur ab Ecclesiastico Regaliæ Domini nostri Regis in evidentem, & notoriam jacturam jurisdictionis.*

60 *Etiam quando damnificatur Regalia juris Patronatus, vel læduntur Regaliæ super juribus, aut rebus patrimonialibus.*

61 *Etiam quando Ecclesiasticus petit assistentiam, vel manu-*

manutenentiam ut conservetur in sua possessione vel spiritualis, vel Ecclesiasticæ, quousque per suum Iudicem fuerit declaratum.

62 *Etiam quando ipsemet Iudex Ecclesiasticus implorat brachium sæculare per viam nudæ assistentiæ, vel iuxta modū foralem invocationis brachij sæcularis.*

63 *Etiam quando notoriè opprimitur Ecclesiasticus à suo Iudice, nec adest aditus ad superiorem Ecclesiasticum.*

64 *Ad sublevandum oppressum Ecclesiasticum per Iudicem Commissarium Apostolicum, quomodo procedatur.*

1 CONTRARIA sententia, (opinioni relatæ *in decisione antecedenti*) scilicet, quòd iustus, & rationabilis sit recursus ad Principem sæcularem quoad personas Ecclesiasticas, vel res spirituales, aut Ecclesiasticas per viam violentiæ, tutantur DD. ex fundamento, quòd immunitas, & exemptio Ecclesiastica, quibus gaudent personæ, & res Ecclesiasticæ, non exordiuntur à iure divino, sed positivo; prout id defendunt Roa *de iure Princ. qu.2.n.66.* Alciatus *in c. Dum non ab homine n.39. de iudic.* Covarrub. *in pract. c.33 n.2.* Garcia *de nobilit glos. 9. nu.* 18. Velascus *consult.* 10. *n.8.* Cevallos *practic. qu.* 550. Cenedo *in collect. ad decret. collect.* 37. *n.1.* & pluribus allegatis Gonzalez Tellez *in decretal. ad c. Clerici 8. de iud. n.1.*

2 Vel, ut alij DD. asserunt, immunitatem hanc à iure positivo fuisse iuductam, postulante recta ratione, iuri divino maximè congruente. Pereira *de manu Regia p.1.c.* 3. *n* 3. Castillo *l.2. controv. c.5. n* 29. Morla *in empor. iuris tit.2. q.12.* alij apud Dianam *part.1. tract.2. resol.1.* recitat Tellez *in dict. c. Clerici 8. num.11.*

3 At illi has opiniones circa quæsitum, an exēptio Ecclesiastica sit à iure divino, vel positivo, cum distinctione conciliant, asserendo, exemptionem Ecclesiasticam quoad spiritualia negotia à iure Divino provenire; quoad causas verò criminales, & bona Clericorum à iure positivo originem trahere; licèt potestas ipsa eximendi Ecclesiasticos, earumque causas à iurisdictione sæculari, iure Divino nitatur, ut docuerunt Covar. *pract. c.31. n.2. vers. Contrarium, & vers. Prima conci.*, & *vers.2. & vers. Quarta conclusio*, Victoria *relect.1. de potest. Eccles. sect.7.* Belarminus *t.1. controv. de clerc. l.1 c.* 28. Molina *t. 1. de iustit. tract.2. disp.31. conclus.2.* Bovadilla *in polit. l.2. c.18. n.* 32. Christinæus *t.1. dec.*203. Salcedo *de leg. polit. l.1. c.3. n.* 28. Anfald. *de iurisd. c.2 per tot.* in quam distinctionem inclinat Tellez *ad dict. c. Clerici 8. de iudicijs n.* 11. ubi exempla proponit.

4 Insignis vero Magister Don Franciscus Ramos del Manzano *ad ll. Iul. & Pap l.3. c.43. n.2.* ita distinguit; quòd clericalis status, seu clerici exemptio à potestate temporali, seu profana, quoad sacra, & spiritualia, sive Ecclesiastica ministeria sit, ac descendat à iure Divino Ecclesiastico, quo Christus Dominus eorundem sacrorum auctor, sicut pro illis instituit Potestatem, & Principatum Ecclesiasticum, quem Petro ut Principi, & Apostolis, ac Petri successoribus commisit, iuxta illud *Matth.2. Paul. ad Corinth.c.10. & Act. Apost.c.20.* sic sacra ipsa, & personas, & causas illis annexas eidem potestati subiecit, reddens quæ Dei sunt, Deo, & relinquens Cæsaribus temporalia, quæ erant Cæsarum, iuxta *Matth. cap.22.* neque eo ipso quidquam adimens Principatui politico, sed eum quoad sacra non augens, utpotè cui nullum ante Christum ius erant in sacra, à Christo instituta.

5 Atverò extra sacra, & quoad temporalia non est exēptio Clericalis à iure Divino, sed ex humano iure Canonico, & quidem quoad personas, veluti rationem, & condecentiam divini iuris sequuto, & quoad res temporales, & bona accedētibus Principum Christianorum consensu, & auctoritate, quibus temporalia Christus reliquerat: quā distinctionem doctissimè stabilivit documentis dictus D. D. Franciscus Ramos del Manzano *n.3. & seqq.* eam erudītissimè comprobat Reg. Lopez *in disc super ordinat. Regni Perv. c.5. per tot.* contrariis satisfaciens, qui *n.16.* antesignanum allegat Divum Thomam *in Epist. ad Rom. c.* 15. *ver.6.* ibi: *Ideo & tributa præstatis. Ab hoc autem debito liberi sunt Clerici ex privilegio Principum; quod quidem naturalem æquitatem habet.* Cardin. Belarminus *to. 2. de Clericis l. 1. c.* 28. *n.31.* ibi: *Exemptio Clericorum in rebus politicis tam quoad personas, quàm bona iure humano introducta est, non divino.*

6 Cæterum quidquid sit de eo opinionum conflictu, existimo, quòd nostra contentio non est sequēda ab illo principio, quòd exemptio Clericorum provenit à iure positivo; quia estò à iure divino exordiatur, ea tamen exemptio declarari, & limitari potest à Summi Pontificis auctoritate; qui laicis cognitionem personarum, & causarum Ecclesiasticarum, & spiritualium delegare valet, & potiori iure concedere Principi sæculari, ut per viam recursus, seu protectionis Regiæ possit oppressis Ecclesiasticis subvenire, intuitu præmaximè naturalis defensionis vim passis, ad quam tenetur ex debito sui Regij officij.

Quod comprobatur, quia licèt Ecclesiastica libertas, & Clericorum exemptio, non tantùm sanctionibus Canonicis sit constituta, sed etiam ex divina ordinatione procedat, ex Sacro Concilio Tridentino *sess.25. de refor. c.20.* poterit tamen Summus Pontifex exemptionem illam limitare, & delegare, quia cum non puri hominis, sed veri Dei vice fungatur in terris, ius divinum, non humana, sed potiùs divina auctoritate distinguit, seu declarat. Pignatel. *t.7. cons.33. n.26.* allegans ad id tex. *in c. Quanto 3. de translat.* Episcop Hostiens. *in summa de rescriptis §. Quas vices*, Ioann. Andr. *in c. actus legitimi nu. 50. de reg. iur. in 6.* Ancar. *consil.* 373. & 239. Præpos. *in Can. latorem n.17. q.1.* concordant Oliva *de foro Ecclesiæ 2. par. qu.11. n.1.* Fagnanus *super c. Cum non ab homine de iudic. n.66. & 67.* Peguera *dec.92. n.23.* Reg Cortiada *d. dec.7. n.113. cum seq* Et *n.116.* asserit, quòd ideo Principes sæculares ex Pontificis privilegio in materia spirituali legitimè procedunt, *usque ad n. 121. & n.122.* ex DD. quos citat, docet in proposito sufficere possessionem immemorialem cognoscendi de causis Clericorum. 7

At ea intelligenda sentit Regens Cortiada *d.dec. 7. n.* 113. *& seq.* quoad ea quæ sunt iurisdictionis, non etiam quoad ea quæ sunt Ordinis, nec quoad articulos fidei, neque contra universalem statum Ecclesiæ, ex pluribus DD. quos allegat; quibus accedit doctissimus Don Franciscus Ramos del Manz. *ad ll Iul: & Pap. l.3. d.c.43. n.6.* 8

Nam respectu iurisdictionis Principis sæcularis in Clericos eam exercet non propria iurisdictione sæculari, sed Ecclesiastica nomine Pontificis delegantis, *c. Sanè 11. de offic. deleg l. 2. §. Mandata de offic. eius* nam non qui iurisdictionem exercet, sed qui præcipit exercendam, ius dicere videtur, *cap vt famæ 35. ver. Cum non ipsi, de sententia excomm. c. Ad Audientiam 13 de præscriptionibus*, Tellez *l.1. Decretal. ad c. Contingit 8. de arbit. nu.* 50. Bonacina *oper. mor. disp.10. q.1. punct.1. §. 3. prop. 2.* Farinac *in praxi q.8. n.4.* Salas *de legibus disp.14. sect. 9* Iulius Clarus *l.5. sentent. §. fin. q.41 n 7* ubi relata Glossa, & Beroo testantur, hanc esse totius orbis praxim, Regens Cortiada *dec.7. à n 116.* Et Ego supra *dec. 141. num.63.* 9

Ex his infero, quòd controversia suscepta (nunquam apud Iuris interpretes, & alterius litteraturæ DD. satis maturata) non est potestatis, sed voluntatis; namque Summorum Pontificum celsitudinem pervadere non est hominum limitatæ censuræ, & de eius potestate contendere foret sacrilegium, ut probat Reg. Lopez *in disc. super ordinat Regn Peruan. n* 103. ubi ad id plura, & allegat in re hac, Victoria *relect. 4. de potest. Papæ prop.* 10. Ioan Bertran. de Gavara *in propug. contra Venetos assert. 2. §.1 p.143. & seq.* Episc. Valenzuela *in monit. contra eosdem p 5. n.99. & p.6. ex n.*50. Castillo *de tertijs t.7. c. 9. n.* 46. Solorzano *de ind. iur. t.1. l.2. c.23. & c. 24. ex nu.* 53. Quare quæstionem genericam hanc ad coarctatos terminos revocando, opinor in unum versari, exponendo principalem articulum. 10

An ad Principes sæculares sint permissi recursus quoad personas Ecclesiasticas per viam violentię. Et, an concessiones, seu privilegia Apostolica (quæ ei suffragantur) præsumpta, aut effectiva, fuerint derogata per Bullam in Cœna Domini, & alias sacras dispositiones. 11

In consuetudine immemoriali, munita omnibus iuribus apud omnes Nationes Catholicas practicata, & à Summis Pontificibus assentita pro bono publico, & quiete ipsiusmet Ecclesiæ, quæ tribuit titulum Apostolicum, iacunt sua firmamenta ferè omnes DD. pro asservandis his recursibus per Ecclesiasticos extraiudicialiter interpositis ad Principes sæculares, ad eos sublevandum ab oppressionibus. Generaliter ita docent cum solutione argumentorum adversantium, & approbant Covar. *pract. c.* 35. *n.3.* Scobar *de puritate nobil. 2. p.q.5. n.17.* P. Fragoso *de Regi. Reipublicæ p.2. l.1. disp.3. §.13. n.258. ver. Porrò integrum* Ioannes Lopez de Baylo *in instit. pro Reg. Iurisd. in Episcop. Alguarens.* P. Avendanno *in thesaur. indi. t.4.* 12

num.

n.54. P. Paulus Comitol. *resp. moral. l. 6. q. 24. n. fin.* quo allegat, & sequitur D. Petrus Frasso *de Reg. Patron. t. 1. cap. 40. n. 24.* Et iterum super spoliis turbulentis inter Ecclesiasticos *c. 41. tot.* Aufrer *de potest. sæcul. reg. 2. fol. 30.* Simanch. *de Catolicis inst. c. 45. n. 35.* Vivald. *in candelab. Eccles. 2. p. in explic. Bullæ can. 114.* Gram. *dec. 78.* Azevedo *l. 2. tit. 2. lib. recop.* Sesse *de inhib. c. 8. §. 3. à n. 25. & t. 2. dec. in Epistola ad Dominum Regem à n. 96. & dec. 114.* Peguera *in pract. crim. c. 24. & dec. 92. t. 1.* Morla *in empor. jur. p. 1. tit. 2. q. 14.* Bovad. *in polit. lib. 2. cap. 18. à num. 139.* Carrasco *ad leg. recopil. c. 6. § 4 à num. 19.* Narbona *l. 80. glos. unica tit. 5. l. 2. recopil fol. 227.* Saravia *de jurisd. ad iunct. qu. 30. à nu. 1. ad 36. & à num. 61.* Roderic. *de annu. reddit. l. 1. q. 17 à n. 66.* Reg. Vico *ad Prag. Reg. Sardin. l. 1. t. 7. c. 2. à n. 25. ad 49.* Cevallos *in tract. de cognit. per viam violent. in prolog. n. 185. & glos. 4. n. 7. & glos. 5. & 6. & com. contra com. qu. 897. n. 252. & in discursu ad Reg. nostr. nu. 96.* Gutierrez *l. 1. pract. q. 2. n. 1.* Osascus *dec. 180.* Ramirez *de leg. Regia §. 20. à n. 80.* Pereira *de manu Regia l. 1. c. 1. 2. 3. & 4.* Salgado *de Reg. protect. p. 1. c. 1. & prælud. 1. 2. 3. 4 & 5* ubi ex *n. 122.* contrariis plenissimè satisfacit, & *de supplicat. ad Sanctis. p. 1. c. 1. à n. 102.* Regens Leo *dec. 2.* Castillo *de tertiis t. 7. c. 41 à n. 163.* Torreblanca *de iure spiritu l. 15. c. 20. à n. 5. & in tract. de magia l. 3. c. 2. n. 8. & l. 4. c. 3. n. 36.* Cutellus *de immunit. Eccles. l. 2. q. 14.* Reg. Matheu *de regim. Reg. Valent. t. 2. c. 7. §. 1. sec. 3 à nu. 57. ad 113.* Suelves *con. 31. n. 1. & 2. lib. 1.* Salzedo *de leg. polit. lib. 1 c. 9. & §. 1. l. 2. c. 4. per totum*, innumeros alios referunt Pareia *de instrum. edit. t. 1. tit 2. resol. 7. à n. 1.* Vela *disert. 44. n. 46. l. 2.* Amaya *in l. 2. à n. 32. Cod. de iure fisci l. 10.* Fermos. *in c. 2. q. 19. per tot. de iudiciis*, plures Theologos qui hanc praxim ultissimam dicunt, nec audent impugnare, referunt Diana *resol. moral. p. 1. tract. 2. res. 13. & p. 3. tr. 1. res. 53. & p. 5. tr. 1. res. 15. & in summa p. 2. verbo Princeps nu. 9.* Thoma Delbene *de parlam. dub. 4. sect. 19. subsect. 2. 3. & 4. à fol. 31. & dub. 27. sect. 11. f. 327 & de immun. Eccles. t. 1. c. 1. dub. 15. sect. 5. & 6. & c. 3. dubit. 8. sect. 4. & c. 5. dub. 14. sect. 8.* & latissimè *t. 2. c. 9. dubit. 6. sect. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.* Salzedo *de leg. pol. lib. 1. c. 7. § 1.* Reg. Cortiada *t. 1. dec. 29. n. 32.* Antunez Portugal. *de donat Reg. p. 2. l. 1. c. 31. tot. & seq.* Doctissimus Emmanuel Alvarez Pegas *ad ordinat. l. 1. tit. 9. §. 12. concluf. 14.* Oliva *in 1 p de foro Eccles. q. 15. & seqq.* Barbosa *vot dec. 48. l. 1.* Riccius *ad Bullam Cœna c. 13. collect. 1945.* Martinez à Prado *t. 2. Theol. moral. c. 23. q. 1. §. 2.* Christinæus *t. 1. dec. 43. & 44.* Brun. Chassaing. *de privil. regul. c. 1. propos. 10.* Gonzalez Tellez *ad decretal. in c. Qualiter, & quando 17. de iudic.* signanter *num. 7.*

13 De Cathalonia Marquilles *in usatico Alium namque. vers. Nota bona verba fol. 332. col. 4.* Oliba *de iure fisci c. 13. n. 4. c. 14. n. 100. & c. 15. num. 33.* Ferrer *p. 1. observ. cap. 22. & 23. p. c. 170. & 273.* Ripoll. *de reg. c. 6. à n. 34.* Peguera *dec. 92. tot. & n. 17. & in praxi crim. c. 24.* Canc. *var. 3. c. 10. n. 45.* Peralta *in tract. de la potest. secular.* Cevallos *de cognit. per viam violentiæ in prolog. 196.* Salgado *de Reg. protect. p. 1. c. 1. n. 167.* Frasso *de Reg. Patron. t. 1. c. 40. num. 32.* Decian. *t. 1. lib. 4. c. 9. n. 83.* Bovadilla *in polit. lib. 2 c. 18. n. 139.* Leo *t. 1. dec. 2. n. 13.* Fontanella *de pact. nup. tom. 1. claus. 4 glos 13. p. 3. n. 4. & dec. 316. n. 2. & 3. & dec. 390. n. 1. p. 2.* Regens Cortiada *dec. 29. n. 111.*

14 De Aragonia Portoles §. *Appellatio num. 31. & §. firma num. 101. & 172.* Sesse *de inhibit. cap. 8. §. 1. 2. & 3. & decis. 114. & in Epistola ad Dominum Regem tom. 2. & decis. 318. tom. 3.* Cenedo *collect. ad decret. 5. num. 3. & collect. ad decretal. 17. num. 2. & canonicar. qq. 45.* Saravia *de iurisdict. adiunct. quæst. 30.* Suelvez *cons. 31. num. 1. & 2. lib. 1.* Ramirez *de leg. Regia §. 20. à num. 80.* Torreblanca *de iure spirit. lib. 15. cap. 10. à num. 5. & de Magia lib. 3. cap. 27. à num. 2.* Leo *decis. 2. num. 12.* Cevallos *de cognit. per viam violent. in prolog. num. 197.* Font. *de pact. nup. tom. 1. claus. 4. glos. 13. nu. 10.* Frasso *de Reg. Patron. tom. 1. cap. 40. num. 30.* Latro *decis. 69. num. 6. lib. 1.* Regens Cortiada *tom. 1. d. decis. 29. num. 11.*

15 De Valentia Morla *in empor. jur. part. 1. tit. 2. quæst. 14.* Regens Leon *decis. 2. tom. 1.* Matheu *de Reg. Regni Valent. tom. 2. cap. 1. sect. 3. à num. 57. usque ad num. 113. & sect. 5. num. 197.* Frasso *de Regio Patron. tom. 1. d. cap. 40. num. 31.* Regens Cortiada *tom. 1. decis. 29. nu. 111.*

16 De Sardiana Regens Vico *ad Prag. Regni Sardin. lib. 1. tit. 7. cap. 2. à num. 25. ad 49.* Regens Cortiada *d. dec. 29. num. 111.*

17 De Castella *per l. 36. tit. 5. lib. 2. recop.* Navarrus *in cap. Cum contingat remed. 1. ver. Octavo de rescrip.* Gregor. Lopez *in l. 13. tit. 13. part. 2. glos. ninfuersa.* Palac. Rub. *de donat. inter, in introduc. rub. num. 24.* Rodriguez *de annu. reddit. lib. 1. quæst. 17. à num. 66.* Villalobos *in crar. com. opin. verbo Clericus num. 80.* Portel. *in dub. regul. verbo Appellatio in addit. ad addit. num. 4.* Caldus Preyra *quæst. forens. lib. 1. quæst. fin. num. 29.* Scappo *de iur. non scrip. lib. 1. cap. 16. num. 2.* Alf. *de offic. fisc. num. 3.* Leo *decis. 2. à num. 8.* Donatius *ver. regul. tom. 1. part. 2. trac. 10. quest. 43. num. 2.* Font. *de pact. nup. claus. 4. glos. 13. part. 3. num. 9.* Regens Matheu *de regim. Regni Valent. cap. 7. §. 1. num. 58.* Arauio *de statu civil. disp. 4. def. 2. per tot.* Latro *dec. 69. num. 6.* Avilez *cap. 1. Prætor, verbo Mandamientos num. 10.* Avendaño *de exequen. mandat. lib. 1. cap. 1. num. 32. & lib. 2. cap. 6. num. 12.* Paz *in prax. part. 1. tom. 1. cap. 1. à num. 23.* Covar. *pract. cap. 33. num. 3. & 4.* Gutierrez *pract. lib. 1. quæst. 20. & de iur. confir. lib. 1. cap. 2. num. 26.* Salcedo *in pract. crim. cap. 102.* Bovadilla *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 139.* Azevedo *l. 2. tit. 6. lib. 1. recop.* Cevallos *coment. cont. com. lib. 4. quæst. 897. & de cognit. per viam violent. per tot. lib.* maximè *in prol.* Narbona *l. 80. glos. unica tit. 5. lib. 3. recop. fol. 227.* Avila *de censuris part. 2. cap. 7. dlsp. 2. dub. 5. vers. Secundo.* Parlador. *in sesquicent. diffe. 9. §. 4. nu. 24.* Curia Philippica *part. 1. §. 5. num. 34.* Salgado *de Reg. Protect. part. 1. cap. 1. & per quinque præludia, & de supplicat. ad Sanctis. p. 1. c. 1. à n. 102.* Salzedo *de lege polit. l. 1. c. 7. & §. 1. per tot.* Solorzano *de iure Indiarum tom. 2. l. 3. cap. 2. n. 8. & l. 4. c. 3. num. 25. & in polit. l. 5. c. 3. vers. Lo decimo.* Fermosinus *in cap. 2. quæst. 10. de iudicitis*, Carrasco *ad l. recop. cap. 6. §. 4. à num. 20. & tract. 1. de casibus Curiæ num. 94.* Castillo *de tertiis cap. 41. à num. 163. & 181.* Pareia *de instru. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 7. nu 1.* Vela *disert. 44. num. 46. vers. Ex quibus* Reg. Cortiada *d. dec. 29. num. 111.* Frasso *de Reg. Patronat. Indiar tom. 1. cap. 40. nu. 29.* Gonzalez Tellez *decretal. lib. 2. de iudiciis ad cap. Qualiter, & quando 17. à nu. 5.*

De Lusitania Navarrus *in cap. Cum contingat remed. 1. de rescrip.* Pereira *de manu Regia per tot. tract.* præcipuè *in præludio cap. 1. cum seq.* Velasco *consult. 99.* Barbosa *in leg. Titia num. 47. in fine, vers. Poterit, ff. solut. matrim.* Regens Cortiada *d. decis. 29. num. 111.* Emmanuel Alvarez Pegas *resol. forens. cap. 11. num. 191.* Frasso *de Regio Patron. tom. 1. d. cap. 40. num. 34.* Peguer. *dec. 92. n. 18.* Latro *dec. 69. n. 6.* 18

De Gallecia Rodericus *de annu. reddit. lib. 1. quæst. 17. à nu 66.* Garcia *de Nobilit glos. 9. nu. 51.* Regens Cortiada *d. decis. 29. nu. 111.* Cevallos *de cogni. per viam violen. in prologo num. 193.* Leo *d. decis. 2. num. 11.* Salgado *de Reg. protect. part. 1. cap. 1. num. 171.* Frasso *de Regio Patron. d. cap. 40. n. 35.* 19

De Neapoli Afflictis *decis. 24.* Franchis *decis. 193. nu. 11.* Tapia *ad leg. Reg. rubric. 4. num. 11. lib. 3.* Grammat. *decis. 78. num. 2.* Genuen. *in praxi ad Archiep. cap. 21.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 11. num. 95. & capit. 34. numer. 30.* Thoro *in compend. decis. tom. 1. verbo Iudex laicus, fol. 294.* Borrell *de Regis Catholici præstant. cap. 71. nu. 58. 59. & 60.* Regens Cortiada *d. decis. 29. n. 111.* Scappo *de iure non scrip. lib. 1. cap. 16. num. 2.* Bovadilla *in polit. lib. 2. cap. 18. nu. 139.* Cevallos *de cognit. per viam violent. in prologo num. 198.* Salgado *de Reg. protect. part. 1. cap. 1. num. 162.* Latro *decis. 69. nu. 6.* ubi Guiz Frasso *de Reg. Patron. tom. 1. d. cap. 40. num. 36.* Peguera *d. dec. 92. num. 18.* 20

De Navarra Herrera *in probation. pro Comestali cap. 36. in fine.* Olanus *littera C. num. 34. & littera I. num. 77.* Regens Cortiada *d. dec. 29. nu. 11.* Navar. *in cap. Cum contingat remed. 1. vers. Pro hoc remedio.* Leo *tom. 1. d. dec. 2. num. 9.* Cevallos *de cog. per viam viol. in prolog. num. 198.* Salgado *de Reg. protect. part. 1. d. cap. 1. num. 165.* Font. *de pact. nup. tom. 1. claus. 4 glos. 13. part. 3. num. 10.* Frasso *de Reg. Patron. tom. 1. d. cap. 40. nu. 33.* 21

De Sicilia Carolus de Grass. *de effect. Cler. effect. 1. à num. 396.* Cutellus *de immunit. Eccles. lib. 2. quæst. 14.* Regens Cortiada *d. dec. 29. num. 111.* 22

De Granata Amaya *in l. 60. num. 46. Cod. de Decurion. lib. 10.* Larrea *decis. 2. num. 13.* Regens Cortiada *d. dec. 29. num. 111.* 23

De Mediolano Menochius *de retinent. remed. 3. num. 356.* Borrell. *de Cathol. Reg. præst. tit. 43. nu. 926.* Reg. Cortiada *d. dec. 29. nu. 111.* Alciatus *consil. 24. à princ.* 24

Rebuf.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Rebuf. & alij apud Salgado *de Reg. protect. part.* 1. *d. cap.* 1. *numer.* 170. Fontan. *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *d. glos.* 13. *nu.* 10. Frasso *de Reg. Patron. tom.* 1. *dict. cap.* 40. *num.* 37. Latro *dict. decis.* 69. *num.* 6. *lib.* 1.

25 De Sabaudia Osascus *decis.* 180. Faber *in suo Codice lib.* 7. *tit.* 28. Mastril. *decis.* 79. *n.* 1. Reg. Cortiada *decis.* 29. *num.* 11. Anton de Herrera *in alleg. iur. pro Com. Sta. cap.* 36. *in fin.* Bovadilla *in polit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 90. & *d. cap.* 18. *num.* 139. Cacherano *decis.* 30. Leo *d. dec.* 2. *num.* 16. Salgado *de Reg. protect. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 166. Fontan. *de pact. d. glos.* 13. *part.* 3. *num.* 10. Frasso *de patron. Reg. tom.* 1. *d. cap.* 40. *num.* 40. Latro *d. dec.* 69. *nu.* 6. *lib.* 1.

26 De Mantua Surdus *dec.* 175. *in fin.* Reg. Cortiada *d. dec.* 29. *num.* 111. Cevallos *de cognit. per viam violent. in prolog. n.* 192. Frasso *de Reg patron. t.* 1. *d. c.* 40. *n.* 39.

27 De Gallia Carolus Grassal. *lib.* 2. *Reg. Franc. iur.* 7. Rebuff. *in comment. ad tit. de appellat. tanquam ab abusu* Mainardus *decis.* 28. *lib.* 1. Et de alijs pluribus Regnis Cevallos *de cognit. per viam violent. in prologo à nu.* 185. Ramirez *de leg. Regia* §. 20. *num.* 84. Leon *dec.* 2. *à nu.* 6. *tom.* 1. qui innumeros alios referunt. Regens Cortiada *d. decis.* 29. *num.* 111. Benedictus *in cap. Raynutius verb. vxorem de testam. num.* 30. *in addit. repetit. Clem.* 1. *de offic. ordin. reg.* 2 *fallent.* 30. Aggia *de exhib. aux. fundam.* 24. Boerius *dec.* 69. *num.* 23. Guido Pap. *dec.* 1. 71. & 85. Caldas Pareyra *quæst. forens. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 136. Gerard. Maynar. *dec.* 2. *nu.* 3. *lib.* 2 Fontan *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *part.* 3. *dict. glos.* 13. *num.* 10. Frasso *de Reg. Patron. tom.* 1. *dict. cap.* 40. *num.* 43. Marca *in concord. Sacerdot. & imper. lib.* 4. *cap.* 10. §. 5. & alibi. Peguera *dec.* 92. *nu.* 18. Latro *d. decis.* 69. *lib.* 1. *num.* 6.

28 In Pedemontano Senatu, & Statu, Menoch. *de recup. possess. remed.* 15. *à nu.* 210. Cacherano *dec.* 30. *à n.* 13. Fontan. *claus.* 4. *glos.* 13. *part.* 3. *num.* 10. *in fine*, Salgado *de Reg. protect. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 162. & 169. Frasso *de Reg. patron. tom.* 1. *d. cap.* 40. *num.* 38. Thesaurus *dec.* 82. & 131. Latro *decis.* 69. *num.* 6. *lib.* 1. Peguera *dec.* 92. *num.* 18.

29 In Delphinatu Guido *dec.* 562. *num.* 2 & *seqq.* Francisc. Marc. *dec.* 2. *num.* 5. *par.* 1. Frasso *de Reg. patron. tom.* 1. *d. cap.* 40. *num.* 41.

30 In Flandria, Aggia *de exhib. aux. fund.* 24. Rebuffus *in const. franc. tom.* 3. *tit. de possess. benefic. glos.* 2. *num.* 8. Cevallos *de cog. per viam violent. in prolog. num.* 194. Frasso *de Reg. patron. d. cap.* 40. *num.* 42.

31 In Indiarum Regnis, & Provincijs Don Felicianus de Vega *in cap. Causam quæst.* 9. *num.* 45. Alfarus *de offic. fiscal. glos.* 2. *à num.* 14. Solorzano *de iure Indiar. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 38. Carrasc. *in recopil. cap.* 6. §. 4. *à num.* 19. Villaroel *en el governo Ecclesiastico part.* 2. *quæst.* 14. *art.* 2. *num.* 20. Curia philip. 1. *part.* §. 5. *nu.* 35. Palafox *in defens. Canon. sobre la licencia que deven pedir al ordinario los Padres de la Compannia para confessar, y predicar*, 5. *part. num.* 30. Scalon *en los privileg. fisc. num.* 29. Montemayor *in propugn. pro Reg. iurisd. ferè per tot. & ad decis. Hispaniol. vigil.* 22. *à princ.* his allegatis Frasso *d. cap.* 40. *num.* 28.

32 Apud Burdegalenses Boerius *qu.* 69. *nu.* 23 Peguera *d. dec.* 92. *nu.* 18. Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 46. ubi hinc apparere asserit, eam esse consuetudinem vniversitatem in toto Orbe, sequitur Antunez Portugal. *de donat. reg. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 15. *in fin.*

33 In Curia Imperiali, Minsig. *obs.* 67. *cent.* 2. Gail. *obs.* 38. *num.* 5. *lib.* 1. Latro *d. dec.* 69. *nu.* 6. *lib.* 1.

34 In Dominio Veneto, Ferrer *cons.* 1. *nu.* 11. & *consil.* 30. *num.* 20. Borrel *de Cathol. Reg. præstan. cap.* 43. *nu.* 27. & *cap.* 71. *num.* 214. Latro *d. dec.* 69. *num.* 6. *l.* 1.

35 Quærunt DD. citati rationem anteobservatæ opinionis (ut supra tetigimus *dec.* 141. *nu.* 4. & *seqq.* & latè *à nu.* 39.) à constitutivo generali Principum, qui de iustitia tenentur indistinctè succurrere vasallis ab oppressione, & violentia: *consulere patriæ, parcere afflictis*, dixit Seneca *in Octav.* Quorum suprema auctoritate repri. muntur audacię, & acquiruntur robora. Virgil. *l.* 6. *Æneid*

Parcere subiectis, & debellare superbos.

Cassiodorus *lib.* 3. *Epist.* 20. ibi: *Inter egregias Principis curas cordi nostro est levamen humilium contra potentiam superborum*; & reddit rationem: *Sic enim æquitatis libra servabitur, si auxilium largiamur imparibus, & metum nostri pro parvulis, insolentibus imponamus*, iuxta illud Psal. 70. *Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum.* Psal. 26. *Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?* cum alijs ponderatis à Salgado *de Reg. protect. p.* 1. *cap.* 1. *in prælud.* 1. *nu.* 40.

Eo præmaximè attento, nam Reges tenentur ex præ- 36
cepto divino oppressos protegere, secundum Hierem. *c.* 21. *in fine*, ibi: *Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis.* Et *cap.* 22. *vers.* 2. *Audi verbum Domini, Rex Iuda, qui sedes super solium David. Facite iudicium, & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & advenam, & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè:* Psal. 40. *Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus*, Psal. 81. *Judicate egeno, & pupillo, humilem, & pauperem iustificate. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.* Leo Papa *serm.* 2. *de ieiunio* 10. *mens.* ibi: *Studeamus viduarum defensioni, pupillorum utilitati, lugentium consolationi, diffidentium paci, suscipiatur peregrinus, adiuvetur oppressus; ut quicunque nostrorum de iustis laboribus, authori bonorum omnium Deo sacrificium huius pietatis obtulerit, ab eodem Regni Cælestis præmium percipere mereatur.* Isaias *c.* 10. *Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium, ut essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent.* Approbant Corcetus *de potestate Regis qu.* 1. & 41. Castald. *de Imperat. qu.* 4. & communiter Scribentes *in l. ex hoc jure de just. & jure.*

Et hæc complectitur ius Canonicum *in Can. Regum* 37
qu. 5. ibi: *Liberare de manu calumniatorum vi oppressos. Can. Christianis* 11. *q.* 1. ibi: *Sublimitatis tuæ tuitione vallentur, ne quid illis aut surreptio, aut inimica legibus violentia necessitatis imponat. Can. Tributum* 23. *qu.* 8. *Quia de exterioribus Ecclesiæ, quod constitutum antiquitùs est, propace, & quiete, qua nos tueri, & defensare debent, Imperatoribus persolvendum est. Can. Fortitudo* 5. 23. *qu.* 3. ibi: *Vel domi defendit infirmos. Can. Omnis* 7. *qu.* 1. ibi: *Qui autem negant misericordiam faciendam fugientibus, ac necessitatem patientibus, ipsum Christum negant. Can. Maximianus* 23 *qu.* 3. ibi: *Non tam sui ulciscendi causa, quàm tuendæ Ecclesiæ sibi concreditæ, quod si prætermisisset, non eius fuisset laudanda patientia. Can. Petimus* 11. *qu.* 1. ibi: *Qua necessitate ipsa cogente liberum sit nobis Rectorem Provinciæ secundùm statuta gloriosissimorum Principum, adversùs illum adire. Can. Administratores* 23. *qu.* 5. ibi: *Qui ad Ecclesiarum tuitionem, pupillorum, ac viduarum protectionem, rapacium que refrænationem constituti proculdubio esse debent, quoties ab Episcopis, & Ecclesiasticis viris conventi fuerint, eorum querimonias attentiùs audiant, & secundùm quod necessitas expetierit, absque negligentia examinent, & diligenti studio corrigant. Can. Boni Principes* 96. *distinct.* ibi: *Et Dei Sacerdotes honorare, & tueri. Can. Non in deferenda* 23 *q.* 3. Comprobant *Can. Quidam Monachi* 16. *qu.* 1. *Can. Filii, & Nepotibus* 16. *qu.* 7. *Can. Omnis qui gemebat.* 7. *q.* 1. *Can. Principes sæculi* 23. *q.* 5. ut hæc, & alia iura ad id expendit Reg. Mattheu *de re crim. cont. vlt. n.* 1. *cum seqq. & de reg. Reg. Valent. c.* 7. §. 1. ubi *à n.* 61. de eorum iurium auctoritate agit, Regens Exea *in dijc. super Eccles. Cæsaraug. Sancti Salvatoris p.* 3. *nu.* 131. *& in notis n.* 416.

Sic officio Regio incumbit subvenire oppressis intra 38
limites suæ ditionis. Ovid. *l.* 2. *de Ponto*:

Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis.

Probant Carol. de Grassal *de Regal Franciæ lib.* 2. Stephanus Eufrer *de potest. sæcul. nu.* 7. Benedictus *in cap. Raynutius ver. Vxorem nomine Adalasiam nu.* 150. *de testam.* Cassan. *in Cathal. glor. mundi p.* 5. *consid.* 24. *cas.* 138. Covarrub. *pract. c.* 35. Iulius Clarus *in pract. crim. §. fin. q.* 36. Garcia *de nobilitate glos.* 9. Olib *in usat. Alium namque de iure fisci cap.* 11. Peguera *dec.* 92. *nu.* 13. & 14. Latro *dec.* 69. *nu.* 4. *cum pluribus seqq.* Fontan. *dec.* 322. *n.* 10. *cum seqq.* Salgado *de Regia protect. p.* 1. *c.* 1. *in prælud.* Ramos *ad ll. Iul. & Pap. l.* 3. *c.* 47. *n.* 8. Id ipsum comprobat Excellentiss. Dom. Don Ioannes de Palafox & Mendoza *in notis ad Epistolas Sanctæ Theresiæ de Jesu Epist.* 27. ubi expandit vehementem zelum nostrorum Monarcharum in protegendis Regnis, ibi: *Quanto cabe el alivio en la defensa.*

Sic fertur, quòd Regalia protegendi oppressos, tam 39
connaturalis Regibus sit iam à primævo ævo, iuxta illud Lucretij *l.* 5.

Condere cæperunt tunc urbeis, arcemque locare,
Præsidium Regis ipsi sibi, præsugiumque.

Ut inde

40 Ut ideò aliqui DD eam innatam Regibus cognominent. Mieres *cap. Ne ex beneficio* 35. *cur. Barcinonæ Ferdinandi* 1. *collat.* 9. Oliba *de jure fisci d. cap.* 11. *nu.* 49. Alii affixam Coronæ Regiæ. Idem Oliba *cap.* 3. *nu.* 40. Alii affixam ossibus Regis. Bovadilla *in pol. lib.* 1. *ca.* 16. *n.* 87. Alii Regaliam publicam; quia non solùm est Principis ratione imperii, vassallorum pro sui interesse, sed etiam totius Reipublicæ junctæ. Oliba *de jure fisci cap.* 6. *n.* 29. Alii naturale Regis attributum. Antunez Por. *de don. Reg. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. *n.* 4. Alii unum continens inseparabile à Rege. Salgado *de reg. prot. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 43. 97. & 310. & eo allegato Antu. *d. pa.* 2. *lib.* 1. *ca.* 1. *n.* 4.

41 Quæ appellationes sunt demonstrativæ omnimodæ obligationis, quæ incumbit Regibus ad eam Regaliam exercendam; adeo quòd desineret esse Rex, si illud subsidium oppressis denegaret. Ferrer *obs. par.* 3. *cap.* 1. Oliba *de jure fisci cap.* 14. *n.* 114. Peguera *in prax. crim. cap.* 13. *in princ.* Ripoll *de Reg. cap.* 21. Cancer *var.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. Castillo *de tertiis tom.* 7. *cap.* 2. *num.* 163. Salgado *de Reg. protect. par.* 1. *cap.* 2. *n.* 26.

42 Manerentque subditi sine capite, prout fertur de sole, cujus obscuraretur imperium, si radiis abdicaretur Bovadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 87. Oliba *de jure fisci cap.* 6. *n.* 30. *cum seqq.* Castan. *in consuet. Brug. rub.* 1. §. 4. *nu.* 28. Greg. *syntag. juris par.* 2 *lib.* 32. *cap.* 10. *n.* 6. & *seq.* Azevedo l. 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop. num.* 3. & *seqq.* Greg. Lopez *leg.* 22. *glos.* 13. *vers. O le embargassen.*

43 Et incideret Princeps in culpam, qua oneratur qui injuriam non evitat, cum posset, injuriando sic proximum, *cap. Delicto* 6. *de sent. excom. in* 6. *Can. Facienti* 5. *dist.* 86. Salv. *de gubern. Dei lib.* 7. ibi: *Potestas quippe magna, & potentissima, quæ prohibere scelus maximum potest, quasi probat debere fieri, si scions patiatur perpetrari.* Covarrub. *pract. cap.* 35. Selse *de subhibit. cap.* 8. §. 3. *n.* 60. Cevallos *de cognit. per viam violent. glos.* 5.

44 Quæ omnia fundantur in primæva ratione Regum, in quos imperium, & potestatem suam ex lege Regia Populus transtulit, ut qui vassalagii iugum se imposuerunt, sua superiori auctoritate protegerentur DD. *in §. sed quod Principi, Inst. de jure nat. gent: & civil. l.* 2. § *Novissimè ff. de orig. jur. l.* 1. §. *sed neq; Cod. de vet. jur. enucl.* Et dixit Socrates *Rex eligitur, non ut sui ipsius curam habeat, & se se molliter curet; sed ut per ipsum ij qui elegerunt, bene, beatèque vivant.* Offorius *de Reg. Instit.* ibi: *A principio Reg. creatos, ut miseros, & afflictos à tyrannidis crudelitate liberarent, & ut judiciorum scelera coercerent, & unicuique quod suum est tribuerent, & vim hostium propulsarent.* Seneca *lib.* 2. *de consolat. ad Pop. ca.* 26. ibi: *Omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationum illius occupatio.* Secundum illud *Cant.* 5. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* De his plura apud Regentem Vinyes *in disc. celeb. cur. disc.* 8 *n.* 1. *cum seqq.* Amaya *lib.* 1. *obs. ca.* 1. *à n.* 14. Antunez Portugal *de don. R. 2. pa. li.* 1. *ca.* 31. *n.* 2. & *seq.*

45 Non minus hæc Regia protectio stabilitur secundum sensum omnium Doctorum in defensione naturali, de qua diximus *dec.* 140. *n.* 33. & 34. ut propterea sit universalis, & apud omnes Gentes tenta; nam jus naturale commune est omni enti. *Can. Jus naturale* 7. *q.* 1 ibi: *Commune omnium nationum. l. Quod attinet* 32. *ff. de reg. jur.* Fab. *libr.* 2. *semest.* ibi: *Communis omnium lex, commune jus totius generis humani, & commune jus humanitatis.* Solorz. *de Jur. Ind. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 68. & *seqq.* & *cap.* 20. *n.* 79. Cicero *in Tusc.* ibi: *Omnium consensus naturæ vox est.*

46 Unde pariter cum pro defensionis naturalis iuvamine liceat privato invocare auxilium famulorum, amicorum, & familiarum, *cap. Delicto* 6. *de sent. excom. in* 6. ibi: *Et quidem cum liceat cuilibet suo vicino, vel proximo pro repellenda ipsius injuria suum impertiri auxilium;* multò potius licebit vim passo pro repellenda violentia, auxilium Regium implorare, cui debito jure erit impertiendum, argumento text. *in l. Non est singulis* 176 *ff. de reg. jur.*

47 Nam obligatio hæc quæ in privatis est de lege charitatis, in constitutis verò auctoritate publica respectu vassallorum est de justitia, ut diximus *decis.* 138. *numer.* 28. & probat Gonzalez Tellez *ad decretal. in cap. Qualiter, & Quando* 17. *nu.* 6. juxta Horatium:

Sic Reges olim tali sunt fine creati,
Dicere ius populis, iniustaque tollere facta.

Quod de se narrat Iob. *c.* 29. ibi: *Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam;* Divinumque præceptum extat *Proverb. cap.* 24. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cessas.* D. Thomas 2. 2. *qu.* 60. *art. ultimo ad* 2.

Hic non omittimus quod dicit Barbosa *l.* 2. *vot. decis.* 48 48. *nu.* 6. ibi: *Verum quando recursus coarctantur intra limites naturalis, & necessariæ defensionis, cuilibet permissæ, propriæ scilicet personæ, possessionis, & bonorum cum moderamine inculpatæ tutelæ, seclusoque quoque Apostolico privilegio, etiam stando in puris terminis iuris communis, negare, non possumus illos esse permissos, omnes enim qui hac de re religiosius scripserunt, eos hoc casu admittunt, & expressè tenent Sayrus de cens. l.* 3. *c.* 18. *n.* 6. *Suarez de defens. contra Reg. Angli. lib.* 4. *c.* 14. *num.* 30. *cum seq.* Et infra ibi: *Unde in omni eventu, quo quis ex sua propria auctoritate potest impunè Iudici resistere, poterit etiam, imo urbanius aget, ad Principem uti potentiorem, & Dominum recurrere, ut se vassallum suum defendat, Judicique inhibeat ne talia agat.* Et ulteriùs ibi: *Hinc procedit ut si Iudex post interpositam appellationem nolit ei deferre, casu quo illam admittere iure teneatur, & nihilominus velit sententiam exequi, potest pars illi impunè resistere, ex Lancel. de attentat. p.* 2. *c.* 12. *ampl.* 20. *& reddit rationem, quia post appellationem Judex à quo efficitur incompetens, ex quo negotium devolvitur ad superiorem, unde sibi tanquam incompetenti impunè non paretur, ad notata per Cened. practic. & Canon. qu. l.* 1. *q.* 45. *n.* 22. *cuius quidem resolutionis ratio illa etiam solet assignari quia scilicet appellatio naturali innititur defensioni, per ea quæ adduxi supra voto* 4. *nu.* 80. *cum seqq.*

Sic similiter, si omissa partis citatione, procedatur in 49 causa, & sic parte inaudita, & minimè defensa, Iudex eam gravaret, poterit illi impunè resistere, ac per consequens recursus erit licitus: prima enim citatio ad causam iuris naturalis rationem repræsentat, & quandam civilem defensionem, quæ à naturali multum dependet, ut latè probat Gabr. Pereira *de manu Regia p.* 1. *c.* 9. *à princ.*

Quibus casibus alium addi posse existimo, quando sci- 50 licet manifestum fuerit, temporalem iurisdictionem usurpari; tunc enim integrum erit laicis Iudicibus suam defendere iurisdictionem, sibi absque ulla controversia competentem. Ita Bernardus Laurentius *in tract. de casibus in quibus sæculares contra Clericos possunt procedere, n.* 13. *cum seqq.* Aviles *ad c.* 20. *Prætor, verbo usurpari num.* 9. Anguian. *de legib. lib.* 3. *controv.* 33. *nu.* 47. & sentit Ordinatio Regia Lusitana *l.* 1. *tit.* 9. §. 12. iuxta illius sensum, quem tradit Gabr. Pereira *in tract. de manu Regia part.* 1. *c.* 10 *à princ. & in praxi exigendi pensiones q.* 6. *nu.* 18.

Extollit hoc assumptum celebris, ac insignis D. Ludo- 51 vicus Exea & Talayero *in disc. super Eccles. Cæsaraug. Sancti Salvatoris p.* 3. *nu.* 131. docens quòd si Iudices Ecclesiastici excederent limites suæ iurisdictionis, & procederent sine partium citatione, aut sine litis contestatione, aut per alios tramites iniustos, & nullos, potuerunt oppressi recurrere ad Regiam protectionem, iuxta illud Ierem. *cap.* 21. *vers.* 12. & *c.* 22. *vers. sup. citat. Et Act. Apostol. cap.* 23. *vers.* 12. & *seqq. & cap.* 25. *vers.* 10. 11. & 12. Augustin. *ad Bonifacium Epist.* 50. ibi: *Maximianus Episcopus Vagiensis auxilium petiit ab Imperatore Christiano &c.* P. Henriq. *de Pontif. clau. lib.* 2. *c.* 15. Gabr. Pereira *de manu Reg. lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 9. Prosequens Reg. Exea ibi: *Pues en lo que exceden,* (loquitur, ut dixi, de iudicibus Ecclesiasticis) *obran como personas privadas, se sirven de las armas de la iusticia, y gravan las partes con mayor violencia, y opression; y aunque el derecho de las gentes permite à los oprimidos valerse de moderada resistencia, mas siendo dificil contenerse en sus terminos, sin passar à otro excesso, como puede recelarse del afecto, y calor con que litigan,* (Tertul. *de patient.* ibi: *Iam si levius defendaris, insanies, si uberius, oneraberis. Quid mihi cum ultione, cuius modum regere non possum per impatientiam doloris?* Cassiodor. *lib.* 4. *cap.* 10. ibi: *Fœdum est inter iura publica privatis odiis licentiam dare, nec ad arbitrium proprium iudicandus est inconsultus fervor animorum, iniquum quippe nimis est, quod delectat iratum; furentes iusta non sentiunt, quia dum commoti animo in vindictam sæviunt, rerum temperantiam non requirunt*) *negando se les esta defensa por su privada autoridad, se halla mas recõvenida la publica, para que cõ su Real providencia cõsigan el remedio de que mas necessitan.*

Eruditè ac doctè institutum prosequitur Don Emma- 52 nuel Gonzalez Tellex *in decr. super cap. Qualiter, & Quando*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Quando 17. de jud. n.7. scribens, quod recursus Regii juvamen per viam violentiæ in anno 1572. fuit disputatum cum Cardin. Alexandrino misso legato à Pio Quinto; & fuit resolutum post varia remedia intentata, nullum illo esse salubrius. & quod expetita fuerunt iudicia, & censuræ Academiæ Salmantinæ, & Complutensis, tam Theologorum quam Jurisperitorum, ut refert Henriq. *lib.2.ca.12 lit.N.* asserens, remedium hoc approbasse ex Ordine Prædicatorum, Melchiorem Canum, Petrum à Soto, Mantium à Corpore Christi, & Questam Episcopum Legionensem, & ex Societate Jesu PP. Decam, Michaelem Marcum, & Franciscum Gomez. ex Jurisperitis DD. Moyam Atientiam, & alios Cathedraticos, concludens, ibi: *Sufficiatque remedium hoc approbasse, ejusque usum consuluisse per doctam simul & Sanctam Viginem, & Teresiam de Jesu in Epistola 27. n.4.* & antecedenter *n.6.* pariter idem Gonzalez scripserat (post relatum Concilium Farinacii 68.*l.1. n.6* quod latius expendimus alibi ubi approbantur hujusmodi recursus duobus concurrentibus; primo ut constet de violentia, & processu de facto; secundo ut qui vim Judicis Ecclesiastici timet, non habeat commoditatem recurrendi ad alium superiorem Ecclesiasticum, & tunc absq; incursu excommunicationis, cū recursus ille fit ad defensionem proprię possessionis, & appellationis admissionem est approbatus) ibi: *Ecce rationem, & usum, & saniter acceptam doctr. Cov. & Achilles de Grassis. Tenet etiam, & agnoscit post Suarium, & Sayrum, Barbosa libr.2.vot.48. ex nu.8. in hanc opinionem adductus, ut fatetur n.2. ex consultatione quam habuit cum peritissimis Senatoribus DD. Josepho Gonzalez, & Don Ludovico Guditel de Peralta, ex pissimi, reque, & nomine Catholicissimi Regis nostri Philippi Quarti deputatione, de pensionibus par.1.qu.6. n.18.*

53 Ex hactenus dispunctis concorditer affirmari potest constare de titulo Apostolico, per possessionem rationabilem, & juridicam, ac per consuetudinem immemorialem inducto pro munienda concessione, & approbatione harum Regiarum protectionum, & recursuum, quæ possessio immemorialis aliunde confirmata apostolicè traditur per rescriptum Sanctitatis Martini Quinti de anno 1429. juxta doctrinam Guido Pap *qu.1. & q.71.* Cevallos *de cog. per viam violent. in proœm.ca.10.nu.36.* Leo *dec.208. n.18.* Rourel. *in histor. jurisd. Eccles. lib.4. cap.4.n.15.* Salgado *de Reg. protect. part.1.cap.1.nu.291.* junctis *cap. Causam. Qui filii sint legitimi. Clementina 2. de privil.* Boesio *de Regal.nu.* 30 292. *& seqq.* Sesse *de inhibit. cap.8.§ 3.n.43. & 48. & in Epist. Regia à n.72.to. dec.* Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent.cap.7.§.1.n.67* Pereira *dec.95.n.15.* Saravia *de adiunct.q.30.n.10.* his citatis Frasso *de Reg. Patr.t.1.c.39.n.42.* ubi *n.43.* ad litteram etiam recitat Pontificium decretum. Hæc sunt genericè assumpta ex DD. qui pro diversis Nationibus rem agunt.

54 Nam in hoc Principatu non solum suffragatur hæc Regia protectio consuetudine immemoriali, confirmata auctoritate Apostolica; sed etiam ex expressis Summorum Pontificum Sanctionibus, ut latiùs probavimus *dec. 139.à n.51. & dec.140.à n.18.*

55 Non obstat Bulla in Cœna Domini *in §§. 14.15.16. & aliis*; in quibus derogantur hujusmodi recursus ad Principes sæculares, non obstantibus possessione immemoriali, & privilegiis in contrarium, quæ etiam in ea annullantur: quia respondetur, quòd non sunt damnati recursus a Bulla in Cœna Domini, nec à Sacro Concilio Trident. neque à Sacra Rota; nec dicta possessio immemorialis, aut privilegia Apostolica derogata extant, quando interponuntur per viam notoriæ, & evidentis violentiæ extrajudicialiter per modum simplicis, & nudæ notionis de facto, & non datur alius recursus, ut diximus plenius *de.138.tot.* Et adde Antunez Portug. *de don. Regis p.2.l.1.c.31.n.15 & 16.* junctis his quæ scripsimus pro satisfactione etiā dicti dubii *dec.140.* maximè *à n.50.* cū pluribus aliis decisionibus, quę hic nō sunt repetendę.

56 His in medium iactis, controversiam nimis generalem ad praxim nostram revocando, eam suscipimus per casus frequentes, & distinctos quoad Iudices Delegatos, & Cōmissarios Apostolicos, nam quoad Iudices Ordinarios Ecclesiasticos proceditur ea forma, quæ stabilita manet per concordiam Apostolicam, & Regiam. Sit igitur primus casus, quando Iudex Ecclesiasticus inferior iniuriè, & minùs canonicè non defert appellationi ad superiorem Ecclesiasticum interpositæ in casu à notorio appellabili, ad quem præstò per vim passum, ut necessitas urget, adiri non potest, & tunc recursus per modum notionis extraiudicialis interpositus ad maiestatem sæcularem, tantùm abest, quod impediat iurisdictionem Ecclesiasticam, quinimò potius aufert per modum extraordinarium protectionis Regię, impedimentum, cum quo per Iudicem inferiorem aditus ad superiorem est interclusus, & infectus; & illa subsidiaria subventio innegabilis omnino est oppressio, & durat quousque à suo superiore Ecclesiastico subveniri valeat, ut probavimus *dec.130. n. 16. cum seqq. & nu. fin. & dec.132. tota* Cui adde Tellez *in decret. ad c. Qualiter, & quando 17. de iudiciis num. 5.*

Secundus, quando ab Ecclesiastico læditur Regalia protectionis Sacri Conc. Tridentini, cuius litteralem observantiam, & rigidam exequutionem, tam à suo primævo instituto, quàm ubique, & in præsentiarum nostri Catholicissimi Monarchæ exardescenti amore promoverunt, in eam incumbunt ac instantius versantur, Pontificum integerrimas, & sanctissimas in ea Sacrosancta Synodo sanctiones celebrantes, & tantundem ad Sanctissimum informandum cum momentaneo subsidio, subventio Regia conceditur, ut probatur *in dec.135. à nu 23. usque ad fin. decis.* 57

Tertius, quando evidenter, & notoriè læditur iustitia, aut utilitas publica, aut ius tertii, protectio Regia non denegatur, ut possit Sanctissimo recurri, quatenus iustis supplicationibus præbeat assensum; & probatur *decis.129. & decis. 134.* 58

Quartus, quando ab Ecclesiastico usurpantur Regaliæ Domini nostri Regis in evidentem, & notoriam iacturam iurisdictionis, quam in suo imperio universaliter habet, ad quarū reintegrationē procedit Rex suis assuetis remediis per viam defensionis naturalis, diximus *dec. 129.* & passim, adde punctim Barbosam *lib. 2. vot. dec.48. n. 14.* 59

Quintus, quando damnificantur Regaliæ iuris patronatus Regij, quo in casu Dominus Rex de suo iure cognoscit, ut supra *decis.137.* vel quando leduntur aliæ Regaliæ super iuribus aut rebus patrimonialibus ut *in decis. 142. à nu.13 & dec.143. & 144. in princ.* 60

Sextus, quando Ecclesiasticus petit assistentiam, vel manutenentiam ut conservetur in sua possessione rei spiritualis, vel Ecclesiasticæ, donec, & quousque per Iudicem Ecclesiasticum ad quem spectet, fuerit declaratum, quo in casu neutiquam impeditur iurisdictio Ecclesiastica, imò ei tanquam Iudici proprio reservatur cognitio, ut probatur *in decis. 136. tota.* 61

Septimus casus est, quando ipsemet Iudex Ecclesiasticus implorat brachium sæculare per viam nudæ assistentiæ, vel iuxta modum foralem invocationis brachii sęcularis, & in eo tantū abest quòd impediatur iurisdictio Ecclesiastica, quinimo illa à Magistratu sæculari excitatur, & adiuvatur, latiùs corroboratur *dec.138.* maximè *à n.51.* 62

Octavus casus est, quando notoriè opprimitur Ecclesiasticus à suo Iudice, nec adest aditus ad superiorem Ecclesiasticum, tunc ad Regem recurritur, ut supra *dec.130. nu.17. & seq. dec.132. à nu.7. dec.139. nu.43. dec.140. nu.53. & 54. & decis.141. num.45.* & eis adde Barbosam *vot. dec.48. lib.1. nu.7.* asserentem quòd eo in casu omnes id admittunt, qui hac de re religiosiùs scripserunt, Gonzalez Tellez *in decretal. ad cap. Qualiter, & Quando 17. de iudic. nu.6. in fin.* affirmans quòd eo in casu nullus potest dubitare. Reg. Vico *ad prag. Reg. Sardin. to.1.tit.7. cap.2.n.45.* Frasso *de Reg. patron. t.1.c.36. nu. 29. cum seq. & cap.39. nu. 7. cum pluribus seqq. & cap. 40. num.3. cum seqq. & c.48. n.29. cum seqq.* Reg. Cortiada *dec.29. nu.126.* Peralta *de potest. sæcul. c.19. nu.14. & seq.* Fontan *decis. 316. nu. 11. & dec. 284. à nu. 10.* Antunez *de donat. Reg. part.2.lib.1.c.31.n.17.* Fr. Andreas à Matre Dei *in Curs. Theol. Moral. tom.2. tract.8.c.7. dub.2. num. 86.* ibi: *Quando ad hoc aditus patet.* 63

In præmissis casibus rescribitur à Regio Senatu Judici Delegato, seu Commissario Apostolico, quatenus aut deferat appellationi, aut revocet procedimenta evidenter lęsiva, aut aliàs informet banchum Regium; allàs proceditur juxta praxim Sanctionibus Canonicis stabilitam, ut passim diximus, & probant Ferrer *par. obs. ca.273. ver. Quando aliquis.* Oliba *de jure fisci ca.11.n.21. & ca.12.n. 26. & ca.15.n.25.* Peguera *dec.92.n.22. & in pract. cr.c.24. ver. Scias Præterea.* Cancer *var.3.ca.10.n.45.* Ripoll *var. ca.1.n.44 & seq. & n.62. & de reg.c.11.à n.61.* Font. *de pact. nup.t.1.claus.4.glos.13.p.3.n.8. & dec.323.p.2.n.7.* & hic ac aliis citatis Reg. Cortiada *dec.29.n.37. & seq.* Formulas primæ supplicationis trademus *in dec. seq.* 64

DECISIO

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO CXLVIII.

ARGUMENTUM.

Protectio Regia habet locum, quando laici gravantur à Judice Ecclesiastico Delegato in causa temporali. Ubi recitantur formæ supplicationum pro recursu Ecclesiastici oppressi, & pro recursu sæcularis versùs Iudicem Delegatum Apostolicum, cum earum decretationibus, & Judicum provisionibus. Ac etiam formulæ ad prorogandum terminum à Pragmatica præfixum pro declarandis recursibus super informatione Iudicis Commissarij Apostolici ad banchum Regium.

SUMMARIUM.

1 *Recurritur ad Principem sæcularem, quando Ecclesiasticus cognoscit de causa temporali inter laicos, vel contra laicum.*
2 *Expenditur consultatio Regii Senatus missa Invictissimo Imperatori Carolo Quinto de anno 1553.*
3 *Declaratio contentionis super cognitione punitionis mulierum inhonestè viventium.*
4 *Alia declaratio contentionis.*
5 *Forma pro persona Ecclesiastica vi oppressa recurrente ad Regiam protectionem versus Iudicem Delegatum Apostolicum, cum eius decretatione, & Iudicis provisione.*
6 *Alia forma provisionis factæ in calce supplicationis recursus per Ecclesiasticum interpositi versùs Delegatum Apostolicum non habentè iurisdictionem.*
7 *Forma pro persona laica recurrente ad Regiam protectionem versùs Iudicem Delegatum Apostolicum, cum decretatione, & Iudicis provisione.*
8 *In casu Regaliarum, in quo Princeps cognoscit de suo jure inter personas Ecclesiasticas, ad cum recurrit Ecclesiasticus per firmam iuris; non etiam quando recurrit per oppressionem notoriam; & quomodo in utroque casu conclusio Regii Senatus debet concipi.*
9 *Intra quindecim dies, postquam Iudex Ecclesiasticus Delegatus informat banchum Regium, est declarandus recursus; alioquin censetur declaratus in favorem Judicis Ecclesiastici.*
10 *Nisi terminus quindecim dierum fuerit prorogatus, ut fieri solet cum alio termino quindecim dierum.*
11 *Declaratur.*
12 *Prorogatio termini ad declarandum contentiones inter Curiam Ecclesiasticam Ordinariam, & Regiam sæcularem debet fieri cum consensu ambarum Curiarum.*
13 *Valet argumentum de prorogatione termini contentionis, ad prorogationem termini ad declarandum super informatione Judicis Delegati ad banchum Regium.*
14 *Forma supplicationis ad prorogandum terminum informationis ad banchum Regium, cum decretatione, & Judicis provisione.*
15 *Observantia Senatus, & nu. 16.*
17 *Declaratur usque ad num. 20.*

ANTEQUAM manum à tabula auferamus, referendus, & explicandus est ultimus casus, in quo proceditur contra Judicem Commissarium Apostolicum per viam protectionis Regiæ: & consequenter recitandæ sunt pro maiori expeditione nostræ praxis aliquæ formulæ, tanquam necessariæ, ut cum omnimoda distinctione, secundum casuum indigentiam procedatur. Recurritur nonnò (ut prosequamur casus antecedentis decisionis) etiam ad Principem sæcularem, quando Ecclesiasticus Delegatus cognoscit de causa temporali inter laicos, vel contra laicum, qui proprium Judicem sæcularem habet Covarrub. *prac. cap.* 35. *num.* 3 Sesse *decis.* 114. *num.* 14. *cum seqq.* Pereira *de man. Reg. part.* 1. *cap.* 10. Salgado *de Reg. protect. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 69. Barbosa *lib.* 2. *vot. decis.* 48. *nu.* 14. Ferrer 3. *part. observ. cap.* 172. & 273. Oliba *de jure fisci cap.* 11. *num.* 21. & *num.* 26. *ac cap.* 15. *num.* 25. Peguera *decis.* 92. præcipuè *num.* 17. & *in prax. crim. cap.* 24. *tot.* expresè *num.* 4. *ver. Ex quibus.* Ripoll. *de Regal. cap.* 11. *à num.* 61. & *cap.* 12. *num.* 91. & *seq.* & *var. cap.* 1. *num.* 44. & *seqq. ac nu.* 56. & 62. Cancer *var.* 3. *cap.* 10. *num.* 45. Fontan. *de pactis nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *part.* 3. *num.* 8. & *decis.* 323. *num.* 7. *part.* 2. & his DD. practicis allegatis, Reg. Cortiada *dec.* 29. *num.* 6. ubi *num.* 7. exemplaria refert. Fraſſo *de Reg. patron. Ind. cap.* 37. *num.* 13. *cum seqq.* & *num.* 22. & *seq.* Antunez Portugal *de Donat. Reg. lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 40. ubi exemplaria recitat. Rodrigues *de an. reddit. lib.* 1. *cap.* 17. *à num.* 71.

1

Id profertur in consultatione Regij Senatus missa Invictissimo Imperatori Carolo Quinto Regi Nostro 13. Februarii 1551. §. 13. in illis verbis: *Proceditur insuper contra dictos Prælatos, & alias personas Ecclesiasticas impedientes cum suis processibus Regiam iurisdictionem, ad occupationem temporalitatum, & citantur ea ratione coram M. V. & comparere habent, & reddere de procedimentis rationem, flatreque laudationi Curiæ; aliàs proceditur manu Regia ad occupationem dictarum temporalitatum, quæ tamdiu detinentur, quamdiu sustinent illa procedimenta, & soluta sit emenda, & hoc exercebatur ante concordiam Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Convenarum.* Et infra §. 17. ibi: *Cognoscit M. V. de processibus Delegatorum Apostolicorum factis contra laicum, & in casu quo prætenditur impediri, seu turbari Regia iurisdictio, iubentur venire ad banchum Regium, & informare de causis procedimentorum suorum, & revocant illa, si Regio Concilio videatur.* Extant capitula huius consultationis transcripta per Regentem Cortiada *dec.* 257. *post nu.* 2. *tom.* 5. *antea part.* 1. *decis.* 29. *num.* 6. Peralta *de potest. sæcul. cap.* 15. *post nu.* 3. Fraſſo *de Reg. patron. Indiar. tom.* 1. *cap.* 37. *num.* 24. exemplaria citavimus *decis.* 117. *num.* 4. *cum pluribus seqq.* 2

Respectu Judicis Ordinarij Ecclesiastici, qui intendebat punitionem mulierum inhonestè viventium, declarando ad eum cognitionem non pertinere, fuit dictum in facto contentionis iurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Dertusen. ex una, & Curiam sæcularem eiusdem Civitatis ex altera parte, occasione firmæ juris in dicta Curia Sæculari factæ per Syndicum dictæ Civitatis, & alios ratione capturæ propter turpem, & inhonestam vitam trium mulierum, quæ sunt de foro, & jurisdictione Domini Nostri Regis, in illarum personas executæ, vigore provisionis factæ per Officialem, & Vicarium Generalem dicti Reverendi Episcopi Dertusen. nec non etiam occasione mandati eiusdem, mulieribus, & cuilibet illarum inhonestè vivēdo, sub pœna decem librarum, & exilii à Diœcesi Dertusen. & in subsidium excommunicationis maioris, trigesima prima Martii anni tunc currentis facti, & die 1. Aprilis sequentis dictis mulieribus in carceribus Regiis Dertusen. detētis notificati, & per Cancellarium Erit, consultoribus Guiamet, Guerau, & Iosa 16. Novembris 1635. fuit declaratum, firmę iuris factæ in dicta Curia sæculari locum fuisse, & esse. 3

Hæc intelligenda dicunt, nisi Ecclesiasticus procedat per censuras & moderatam mulctam ad medelam animæ potiùs quàm ad punitionem; nam tunc ad eum pertinet cognitio. Ita in facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ in vim litterarum subsidiariarum à Curia Ecclesiastica Dertusen. emanatarum ex una, & Curiam sæcularem Regii Concilii criminalis ex altera parte, occasione firmæ iuris in dicto Regio Concilio factę pro parte Ioannis N. Mercatoris Civitatis Dertusæ, procedimentis contra eum in dicta Curia Ecclesiastica ad instantiam ejus Fisci Procuratoris factis, ratione impedimenti per dictum N. illati cuidā Mulioni Civitatis Dertusæ, qui de ordine, & mandato dicti Reverendissimi Episcopi Dertusen. ducebat quandam mulierem uxoratam ad Civitatem Valentiæ, ad hoc ut ibi cum viro suo cohabitaret, & ne inhonestè in domo dicti N. cum eo viveret, quæ procedimenta (dum per censuras, ac moderatam mulctam procedatur) ad medelam animæ potiùs, quàm ad punitionem tendant, quo in casu ad Curiam Ecclesiasticam pertinet cognitio: ad sæcularem verò delicti punitio: fuit declaratum per Cancellarium Puigmari, consultoribus Guerau, & Peixo die 17. Decembris 1630. firmæ juris per dictum Joannem N. in dicta Curia sæculari Regii Concilii criminalis factæ locum non fuisse, nec esse; ita tamen ut una Curia per aliam non impediatur procedere suo in casu. 4

Ad hæc S.C.T. *cap.* 8. *sess.* 24. *de refor.* Fontan. *tom.* 1. *dec.* 138. *n.* 6. & 22. & per Me tradita *dec.* 74. *n.* 4. Reg. Cortiada *par.* 3 *dec.* 174. *n.* 36. & 37. maximè *in fin. pluribus citat.*

Diximùs

5 Diximus *dec.* 138. *nu.* 3. quòd quando Ecclesiasticus recurrit ad Principem sæcularem in suo casu pro vi auferenda, non potest firmare jus, & de jure coram Judice laico tanquam incapaci; & ne devies à forma juridica, percipe eam quam tradit Regens Cortiada *tom.* 1. *decis.* 29. *num.* 124. ibi:

Forma pro persona Ecclesiastica vi oppressa recurrente ad Regiam protectionem versus Judicem Delegatum Apostolicum.

Sereniſſime Dñe.

CApitulum Sanctæ Cathedralis Ecclesiæ Ilerdensis opprimitur, & vexatur per Doctorem Braulium Sunyer uti prætensum Judicem Delegatum Apostolicum, instante Doctore Josepho Solà Cive Tarraconæ, ob prætensam pensionem reservatam, ut asseritur in favorem Raphaelis Miralles olim Canonici dictæ Ecclesiæ Ilerdensis, cujus prætentionis occasione non dubitavit dictus prætensus Judex ad ulteriora procedere, non obstante, quod pro parte dicti Capituli fuit dictum de nullitate, & simul appellatum non solum, verùm etiam antea à quadam interlocutoria provisione, in qua fuerat declaratum, quòd procederetur ad ulteriora, rejecta de facto exceptione defectus citationis, oppositа per Syndicum dicti Capituli. Et cum dictus prætensus Judex Apostolicus vim faciat, & dictum Capitulum opprimat recusando, prout recusavit, & recusat dictis appellationibus deferre, & etiam quia minatur interdictum apponere, & alias pœnas, ex quo scandalum generaretur in Populo, & cum in Hispania non adsit pro nunc Tribunal Nuntii, seu Legati Apostolici, qui de causis cognoscat, negotiaque expediat, & sic causas dictarum nullitatum, appellationis, seu appellationum introducere non possit dictum Capitulum, nisi coram Summo Pontifice, quod in se habet magnas dilationes. Qua propter cum non adsit præsto superior, qui liberet dictum Capitulum à dictis oppressionibus, & sit periculum in mora, quo casu per modum extraordinariæ defensionis, ut vim repellat, repulset, & oppressum sublevet, & Judicem Ecclesiasticum quoquomodo reducat ad viam justitiæ, & vim non faciat, possit V. Celsitudo ex Suprema Regalia adiri, ut similibus est solitum fieri. Propterea, & aliàs Syndicus dicti Capituli repræsentans oppressiones prædictas, & ut de illis constet exhibens instrumentum appellationis post alias appellationis interpositas, & responsionis per dictum prætensum Judicem factæ, in qua noluit appellationi deferre, ut inserantur, supplicat omni meliori modo, quatenus dignetur Celsitudo vestra rescribere dicto prætenso Judici Delegato, ut appellationibus interpositis per dictum gravatum deferat quoad utrumque effectum devolutivum, & suspensivum, aut aliàs certa die, per vestram Celsitudinem præfigenda, compareat coram vestra Celsitudine, seu in Regia Audientia, banchum Regium informaturus, ad deducendum, & allegandum causas, si quas habet, ob quas dictis appellationibus deferre minimè teneatur, & præsentem causam ex sui natura consistorialem, ad se, suamque Regiam Audientiam evocare, illamque committere alicui Nobili, aut Magnifico Regio Senatori, qui de litteris juxta stylum, & aliàs debitè provideat, & justitiam ministret. Officio &c.

Altissimus.

Mas & Vidal.

Cui quidem supplicationi fuit facta decretatio sequens.

Magnificus Ludovicus Ferrer recognoscat supplicata, & verbum faciat.

Provisa per Nobilem Hieronymum de Codina antiquiorem in Aula 13. Julii 1655. Barcinonæ.

Pasqual de Cadell.

Evocata causa prætextu quo supplicatur, Magnificus Ludovicus Ferrer audiat, colligat, & referat, & super supplicatis, & aliis debitè provideat.

Provisa per Nobilem Hieronymum de Codina antiquiorem in Aula, ex deliberatione Regiæ Audientiæ 24. Julii 1655. Barcinonæ.

Pasqual de Cadell.

Provisio Judicis:

Recepta dictis die, & anno, facto verbo in Regia Audientia, providet, quòd inserantur producta, & rescribatur Doctori Braulio Sunyer prætenso Delegato, deferat appellationibus interpositis per Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Ilerdensis, quoad utrumque effectum intra dies decem, aut intra eosdem decem dies personaliter compareat, banchum Regium informaturus, & fiunt ad id litteræ opportunè juxta stylum.

Ferrer.

Alia forma Provisionis factæ in calce supplicationis recursus per Ecclesiasticum interpositi versùs Delegatum Apostolicum non habentem jurisdictionem.

Recepta d. d. & anno, facto verbo in Regia Audientia providet, quòd inserantur producta, & rescribatur N. prætenso Delegato, quatenus se abstineat à prosecutione executionis, vel causæ in vim prætensarum litterarum Apostolicarum, de quibus fit mentio in supplicatione, aliàs infra decem compareat banchum Regium informaturus, & quod ad id expediantur &c.

Fuit hæc provisio super facto Salvatoris N. Canonici, & Camerarii Ecclesiæ Dertusen. & D. Antonii N. Canonici Sedis Barcinonæ à procedimentis Judicis executorii Apostolici, instante Capitulo Sedis Gerundæ, referente Nobili Josepho Pastor Regio Consiliario 29. Maii 1686. in actis Llampillas scribæ Mandati. Fundamenta tradidi *in dec.* 135. *nu.* 37. *cum seqq.*

Forma pro persona laica recurrente ad Regiam protectionem versus Judicem Delegatum Apostolicum.

Eam elige à Nobili Don Ludovico à Peguera *in praxi criminali cap.* 24. *post nu.* 8. *vers. Et querela*, ibi:

Excellentiſſime Dñe.

JOannes N. loci de N. vexatur, & molestatur indebite coram N. Conservatore Conservatoriæ Sancti Spiritus Civitatis Ilerdæ, instante N. agricola loci de N. ratione cujusdam prætensi debiti, ad cujus solutionem dictus N. non tenetur. Et licèt teneretur, quod expressè negatur, non poterat, nec debebat ante dictum Conservatorem conveniri, tanquam Judicem Ecclesiasticum, & incompetentem, ac nullam in laicos jurisdictionem habentem. Atque ita, cum procedimenta facta per dictum Conservatorem, qui judicialiter prædicto prætenso debito procedit contra dictum Joannem N. laicum, & Regiæ jurisdictioni submissum, sint nulla, & nulliter facta, & in præjudicium Regiæ jurisdictionis; ideo, & aliàs, dictus Joannes N. de foro, & jurisdictione vestræ Excellentiæ, & Regiæ Audientiæ, & non de jurisdictione Judicis Ecclesiastici firmans jus, & de jure pro decem solidis cum juris augmento, juxta stylum dicto N. Conservatori præfato, & dicto N. instanti, supplicat, dictam juris firmam admitti, & ea admissa, eidem Conservatori mandari, quòd omnia procedimenta per ipsum facta contra dictum Joannem N. & ejus bona, laicum, & sic de jurisdictione Regia, casset, revocet, & annullet, & certa die per vestram Excellentiam præfigenda compareat coram vestra Excellentia, seu ejus Regia Audientia, banchum Regium informaturus, & aliàs de processu quando Commissarii Apostolici vocantur ad banchum Regium, aliàs ad allegandum, & deducendum causas si quas habet, ob quas ad prædictam revocationem minimè teneatur. Et præsentem causam eo prætextu, quòd agitur de occupatione, & violatione jurisdictionis Regiæ, ad se, suamque Regiam Audientiam evocari, & alicui ex Magnificis Regiis Consiliariis committi, qui de litteris, & provisionibus juxta stylum provideat, & jus, ac justitiam faciat, & ministret. Offic. &c. Quæ licet &c.

Altissimus.

N.

Cui quidem supplicationi solet fieri decretatio sequens.

Magnificus N. recognoscat supplicata, & verbum faciat.

Pro-

Proviſa per Reverendum Cancellarium 10. Martii 1603. Barcinonæ.

N. Scriba mandati.

Proviſio Judicis.

Recepta die 12 prædictorum menſis, & anni, facto verbo in Regia Audientia, providet, quòd inſerantur producta, & admiſſa firma juris, ſi, & in quantum ſcribatur N. Conſervatori prætenſo, caſſet, revocet, & annullet procedimenta contra dictum Joannem N. jus firmantem, laicum facta, & intra dies decem de revocatione fidem faciat, vel compareat, banchum Regium informaturus, & fiant litteræ ad id opportunæ.

N. Judex.

8 Hic pariter obiter ſuſcipio, quod in caſu Regaliarum, in quo R. S. cognoſcit de ſuo jure, etiam inter perſonas Eccleſiaſticas, ut pleniùs, & paſſim probavimus, adit perſona Eccleſiaſtica Regium Senatum per firmam juris, & concluditur in facto firmæ juris, prout in concluſione 24. Julii 1656. de qua re Reg. Cortiada *deciſ. 29. num. 67. verſ. Die 24. Julii 1656.* at in recurſu extrajudiciali per oppreſſionem notoriam, & ubi preſtò adiri non poteſt Eccleſiaſticus ſuperior, perſona Eccleſiaſtica non firmat, prout non poteſt firmare, de jure coram Judice ſæculari, nec concluſio formanda eſt *in facto firmæ juris*, ſed *in facto ſupplicationis oblatæ*, &c.

9 Exſolvimus noſtram praxim in hujuſmodi recurſibus cum diſpoſitione Pragmaticæ *Præterea 5. de cont. juriſd.* in qua ſtatuitur, quòd debent declarari intra quindecim dies, poſtquam Judex Eccleſiaſticus Delegatus venit ad informandum banchum Regium, alioquin lapſis dictis quindecim diebus, cenſetur cauſa declarata in favorem Judicis Eccleſiaſtici. Ornant Ferret *par. 3. obſ. cap 1. nu. 45. in fine.* Regens Vico *ad Pragmaticas Regni Sardiniæ lib. 2. tit. 51. n. 26.* & cum his Regens Cortiada *par. 1. deciſ. 29. num. 94.*

10 Niſi terminus quindecim dierum fuerit de cõſenſu Curiarum prorogatus, (prout fieri ſolet cum alio termino quindecim dierum) quo in caſu expirari debet terminus prorogatus, ut cenſeatur declaratus recurſus extrajudicialis in favorem Judicis Eccleſiaſtici. docet Regens Cortiada *d. dec. 29. n. 95.* qui *n. 66.* tradit exemplaria cum forma ſupplicationis prorogationis, & proviſionis in calce,

11 Animadverſo tamen, quòd ſupplicatio tradita per Regentem Cortiada ſolùm fuit præſentata per Fiſci Procuratorem Patrimonialem, & per partem quæ inſtaverat procedimenta coram Judice Commiſſario Apoſtolico, omiſſa firma Advocati Judicis Apoſtolici, vel ipſiuſmet Judicis Commiſſarii Apoſtolici, cum tamen interdum fuerit id obſervatum in contrarium, ut infra patet. Et quidem tutiùs. Quia prorogatio hæc debet fieri de conſenſu ambarum Curiarum ex eodem Regente Cortiada *nu. 95.*

12 Et patet, quia prorogatio termini ad declarandum contentiones inter Curiam Eccleſiaſticam Ordinariam, & Regiam ſæcularem debet fieri cum conſenſu ambarum Curiarum. Ripoll *in pact. Cur. Vicariæ Barcinonæ rub. 11. nu. 18.* Fontan. *dec. 409.* Reg. Cortiada *dec. 17. nu. 53. & dec. 21. n. 25.* qui *n. 187.* ſcribit formam petendi coram Domino Cancellario prorogationem contentionis, & quòd ſolum firmare poſſunt ſupplicationem prorogationis Fiſci Advocati utriuſque Curiæ, ut id ipſum patefacit in ejus forma, quæ ibidem exaratur, ubi ponit firmam Fiſci Advocati Curiæ Eccleſiaſticæ, & firmam Advocati Fiſcalis Patrimonialis.

13 Et valet argumentum de prorõgatione termini contentionis, ad prorogationem termini ad declarandum ſuper informatione Judicis Delegati ad banchum Regium, ut agnoſcit idem Regens Cortiada *in d. deciſ. 29. n. 95.* qui ſe refert ad antedictam *deciſ. 17. nu. 53. & ad deciſ. 21 à n. 25* in quibus ſolum agitur de prorogando termino contentionum; ſic fuit obſervatum 6. Februarii 1691. ſub hac forma:

Excellentiſſime Dñe.

14 *Cum propter plurimas occupationes Magnificorum Senatorum præſens cauſa non potuit declarari intra tempus per Pragmaticam Regiam præfixum, ideo Fiſci Procurator Patrimonialis, & Joannes Baptiſta Fontanet S. T. D. Presbyter, & Rector Parochialis Eccleſiæ Sancti Martini de Partegàs Villæ Sancti Cœlidoni, tanquam Judex Subdelegatos, ſupplicant ad declarandum prorogari.*

Altiſſimus &c.

De Colomer Advocatus Fiſci Patri. *Pi Advocatus ſupradicti Judicis Apoſtolici.*

Remittatur Relatori cauſæ, qui ſuper ſupplicatis debite provideat.

Proviſa per Reverendum Cancellarium 6. Feb. 1691.

Don Joannes de Morer.

Recepta dictis die, & anno, facto verbo in Regia Audientia, attento partiũ conſenſu, prorogat per dies quindecim.

De Triſtany.

Actuario Don Joanne Morer Scriba Mandati.

Sic in facto Manumiſſorum Nobilis Petri Lorete, domiciliati in Villa de Tamarit Regni Aragonum, procedimentis factis per Judicem Commiſſarium Apoſtolicum, ad inſtantiam Nobilium Mariæ, & Petri Ribes & de Boxadòs, Matris, & filii, in Civitate Barcinonæ populatorum, referente Nob. Joſepho Claver Regio Conſiliario, ubi ſupplicatio prorogationis fuit firmata per Fiſcalem Patrimonialem, ac etiam pro parte Judicis Delegati Apoſtolici, die 12. Junii 1693. 15

Et in facto Doctoris Bernardi Enveja Prioris Eccleſiæ Collegiatæ Sanctæ Annæ hujus Civitatis, procedimentis factis per Doctorem Franciſcum Roſſal Vicarium Generalem, & Officialem Barcinonæ, ac Judicem Delegatum, ad inſtantiam Canonicorum ejuſdem Collegiatæ referente Magnifico Franciſco de Verthamon Regio Conſiliario, in actis Caſals Nott. ubi prima ſupplicatio prorogationum ſub die 11. Aprilis 1696. & ſecunda 25. ejuſdem menſis, & fuerunt firmatæ per Advocatum Fiſcalem Patrimonialem, & per d. Doctorem Franciſcum Roſſal Judicem Delegatum, & per Advocatum Prioris Enveja. 16

Et licèt in facto Syndici præſentis Civitatis Barcinonæ, procedimentis factis per Judicem Delegatum Apoſtolicum, ad inſtantiam Abbatiſſæ, & Conventus Monialium Sanctæ Claræ præſentis Civitatis Barcinonæ, referente Nobili Joſepho Rull, tunc Regiæ Audientiæ Doctore, & nunc Regente in S. S. C. Aragonum, in actis Franciſci Ribes Nott. fuerit prima prorogatio ſub die 9. Aprilis 1662. firmata per Judicem Delegatum, Advocatum Fiſcalem Patrimonialem, & Advocatos Conventus. Secunda verò prorogatio ſub die 24. ejuſdem menſis fuit firmata per Advocatum Fiſcalem Patrimonialem, & Advocatum Conventus, partis, quæ inſtaverat procedimenta coram Judice Delegato, deficiente ſolum firma ejuſdem Judicis Delegati, vel ipſius Advocati. 17

Et in facto Clavarii hujus Civitatis ſuper eiſdem procedimentis inſtatis per dictam Abbatiſſam, & Conventum coram eodem Judice Delegato, prorogatio facta 23. Maii 1672. referente Nob. Narciſo de Anglaſſell Regio Conſiliario ſolum fuit firmata per Advocatum Fiſcalem Patrimonialem, & Advocatum Conventus, qui fuerat inſtantia procedimentorum Judicis Delegati, ſine firma Judicis Delegati, vel ejus Advocati. 18

Idem evenit in facto Joannis Coll Hebdomadarii Majoris Parochialis Eccleſiæ de Palau Tordera, procedimentis factis per Judicem Delegatum Apoſtolicum, ad inſtantiam Joannis Pauli Peſques Presbyteri, referente Magnifico Vincentio Sabater Regio Senatore, in actis Caſals ſupplicatio prorogationis oblata 11. Septembris 1674. ſolùm fuit firmata per Advocatum Fiſcalem Patrimonialem, & Advocatum dicti Paſques inſtantis procedimenta Judicis Delegati. 19

Conſidero tamen, quòd cum prorogatio hæc fieri debeat cum conſenſu ambarum Curiarum, ut ſupra probavi, aptiùs erit ubique, quòd firmetur ſupplicatio prorogationis per Advocatum Fiſcalem Patrimonialẽ, & per ipſum Judicem Delegatum Apoſtolicum, vel ejus Advocatum; prout ita invenio obſervatum in ultimo ſtatu, videlicet in exemplari de anno 1696. quod deſuper recitatur. 20

Re-

Reliqua observanda ad procedendum versus Judicem Commissarium Apostolicum in casu renitentiæ, & inobedientiæ ipsius, videas apud Regentem Cortiada *dict. dec.* 29. signanter *à n.* 37.

DECISIO CXLIX.

ARGUMENTUM.

Cognitio Conservatorum in prima instantia circa Religiosos, & exemptos reservatur in Sacro Concilio Tridentino *sess.* 24. *cap.* 20. quia ad hunc effectum reputantur Ordinarii Ecclesiastici. Unde si in prima instantia trahantur ad Sedem Romanam, potest procedi in hoc Principatu per viam protectionis Regiæ.

SUMMARIUM.

1 *Dubium.*
2 *De jure tam Religiones, quàm Religiosi, & exempti, erant subiecti iurisdictioni Episcopi.*
3 *Episcopus in tota sua Diœcesi pro omnimoda iurisdictione, tam contra Regulares, quàm quoscunque Ecclesiasticos habet fundatam intentionem.*
4 *Hodie tamen Religiosi sunt à jurisdictione Episcopi exempti, & Sedi Apostolicæ immediatè subjecti, attentis Summorum Pontificum indultis, sive per privilegia directè, sive indirectè per communicationem, non tamen sunt exempti à Legato à latere.*
5 *Constituit se Pontifex Judicem immediatum Ordinarium exemptorum.*
6 *Subiectio Religiosorum erga suos Prælatos, à Summo Pontifice dependet, sine cujus ministerio, & intentione Prælati Regulares nullam habent jurisdictionem.*
7 *Qui liberè commisit alteri causam judicare, poterit eandem ad se evocare, & in quocunque statu causæ prohibere, quod Judex ab eo datus, de illa causa cognoscat.*
8 *Causæ in prima instantia debent agitari coram Ordinariis Ecclesiasticis, nisi quæ juxta Canonicas Sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti, & rationabili causa iudicaverit Summus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ Sanctitatis suæ, manu propria subscribendum, committere, aut evocare; inter quas enumerantur causæ exemptorum.*
9 *Sacrum Conc. Trid.* in cap. Causæ omnes 20. de ref. sess. 24. *debet intelligi ad litteram.*
10 *Loquens Tridentinum de causis, & litibus ad Ordinarios pertinentibus, intelligi oportet de eis, in quibus datur instantia.*
11 *Juris exequutio nemini iniuriam affert, nec dolo malo videtur habere, qui suo iure utitur.*
12 *Sacrum Concilium Tridentinum* d. sess. 24. cap. 20. *quod reservat Ordinariis Ecclesiasticis primam instantiam, non comprehendit exemptos, vel Regulares, nec eorum Conservatorias prout neque quoad primam Judicum Conservatorum instantiam aliquid innovat.*
13 *Unde infertur, primas instantias Regularium ad Conservatorum cognitionem pertinere oportere.*
14 *Conservatores reputantur Ordinarii Ecclesiastici ad hunc effectum, ut in prima instantia de causis exemptorum cognoscant.*
15 *Prima instantia Conservatorum reservatur in Concilio Tridentino.*
16 *Provisio.*
17 *Ob deficientiam Conservatorum, intrat Ordinarius Ecclesiasticus in causis Regularium.*
18 *Procedi valet per Regiam protectionem, quando causæ primæ instantiæ Conservatorum evocantur ad Sedem Apostolicam, nisi sint subsignatæ commissiones impetratæ propria manu Sanctissimi.*
19 *Conservatorum jurisdictio, quam in prima instantia exercent in Regularibus, & exemptis, non procedit ex proprio ministerio, sed ex delegatione Pontificia, & Conservatoria, per Summos Pontifices Conservatoribus elargita, juxta quam reputantur Ordinarii quoad cognitionem primæ instantiæ, ubi traditur ratio.*
20 *Illa jurisdictio, quam Prælati in Religiosos habent, omnimoda est, itaut civiliter, & criminaliter coram Judice Ecclesiastico Ordinario conveniri non possint, sed coram suo Prælato Religionis.*
21 *Abbas, qui præest Collegio, habet in suos Monachos jurisdictionem ordinariam in causis civilibus, & criminalibus, non tantum per viam correctionis, sed etiam in forma judicii.*
22 *Regulares, qui Congregationi submittuntur, subsunt Prælatis, Visitatoribus, & Capitulis suis; qui verò ad Congregationem non sunt redacti, sunt immediatè subiecti Sedi Apostolicæ pro excessibus puniendis.*
23 *Juxta hos terminos traditur declaratio.*
24 *Monasteria Montis serrati, & Sancti Felicis Guixolen. hujus Principatus militant sub Congregatione S. Benedicti Vallis Soletanæ.*
25 *Ne cum dispendio magno cogantur partes ad loca remota ire, fuit Religionibus, & Religiosis, ac exemptis concessa facultas nominandi Conservatores in sua Provincia pro causis civilibus.*
26 *Solutio difficultatis.*

AN in hoc Principatu per viam protectionis Regiæ possit procedi, ne causæ Religiosorum, qui tanquam Rei necessarii in prima instantia subiiciuntur in civilibus iurisdictioni Conservatorum, trahantur ad Curiam Romanam, quæ dubitatio inter majores, est maxima, & à nemine ex Nostratibus prævisa, est deneganda. 1

Negativè apparebat respondendum. Primò, nam licet de jure, tam Religiones, quàm Religiosi, & exempti essent subiecti iurisdictioni Episcopi. *Can. Pervenit* 9. *Can. Qui verè* 16. *q.* 1. *Can. Qui Religiosis* 11. *Can. de Monachis* 12. *Can. Nullus* 14. *Can. Si quis* 15. *Can. Abbates* 16. *Can. Monasteria* 17. *cum seqq.* 18. *q.* 1. Tellez *ad c. Grave* 9. *de offic. Jud. ord.* & ex jure Cesareo: *Inst. in Novel.* 123. *c.* 3. *l.* 40. & 47 *C. de Ep. & Cler. l.* 6. *C. de Ep. Aud.* Tamburinus *de jur. Abb. t.* 1. *disp.* 15. *q.* 1. Cenedo *prax. q.* 26. *n.* 1. & *seqq.* Rodr. *to.* 2. *q. Reg. q.* 63. *art.* 1. & 3. Episc. Urrutigoiti *in pax. Regul. par.* 1. *claus.* 2. *n.* 19. (qui ideo dicit quòd privilegium exemptionis est exorbitans à jure,) & latissimè contrariis satisfaciendo *part.* 2. *q.* 2. *nu.* 8. *cum pluribus seqq.* id ipsum fundans ex Tridentini, & Calcedonensi Conciliis, Navarro *in Can. Non dicatis, n.* 63. *vers. Adde secundo* 12. *q.* 1. Conciol. *div. jur. arg. lib.* 3. *c.* 16. *n.* 1. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 105. *n.* 1. Rota *div. par.* 1. *dec.* 78. Ciarl. *cont. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 16. Ferm. *de jud. in cap. novit.* 13. *q.* 51. *à nu.* 1. *ad* 19. Regens Cortiada *par.* 3. *dec.* 167. *n.* 1.

Et sic licet Episcopus in tota sua Diœcesi super omnimoda jurisdictione, tam contra Regulares, quàm quoscũque Ecclesiasticos fundatam habeat de jure intentionem ex text. *in c. Cum personæ* 7. *de privil. in* 6. *c. Reprehensibilis* 26. junctо *cap. Ad nostram* 3. *de appel. c. fin. de stat. Monach.* & variis citatis probat Episc. Urrutigoiti *d. q.* 2. *nu.* 24. *cum pluribus seqq.* ubi rem decisam illustrat. 3

Hodie tamen Religiosi sunt à jurisdictione Episcopi exempti & Sedi Apostolicæ immediatè subiecti, attentis Summorum Pontificum indultis, sive per privilegia directè, sive indirectè per communicationem, ex text. *in cap. Nimis inique* 16. *cap. Nimis grave* 17. *de excess. Prælat. ca. Licet* 12. *ca. Grave* 19. *de offic. jud. ord. c. Quam sit necessarium* 18. *q.* 1. probant Tamb. *de jure Abb. to.* 1. *disp.* 15. *q.* 2. *n.* 3. & *q.* 3. *nu.* 5. Michael Ant. de Urrutigoiti *ref. var. cap.* 28. *n.* 12. & Episc. Urrutigoiti *in pax. reg. par.* 2. *q.* 1. *n.* 2. Tond. *to.* 1. *res.* 41. & 42. Tellez *in d. cap. Licet* 12. *de offic. jud. ord.* Villalobos *par.* 2. *tr.* 35. *dif.* 4. *n.* 1. Lezana *to.* 1. *cap.* 11. ubi *n.* 18. quod non sunt exempti à Legato à latere, nam esto aliqua privilegia Religionum Legatos etiam à latere comprehendant, per litteras tamen legationis derogantur; & certiùs comprobat *in verbo exemptio to.* 2. *n.* 5. ad tradita per Salzedo *de leg. pol. lib.* 1. *cap.* 16. *à n.* 8. & per Nos *dec.* 135. *n.* 26. & *seqq.* 4

Constituendo se Pontificem Judicem ordinarium exemptorum, Salgado *de supplic. ad Sanctiss. par.* 2. *c.* 11. *n.* 16. ibi: *Etenim Summus Pontifex aliquos à Prælatorum sibi inferiorum iurisdictione solvendo, ac sibi subiiciendo constituit se immediatum eorum superiorem, judicemque ordinarium, quasi esset Episcopus diœcesanus*, ex text. *in cap. Auctoritate iuncta glos. in verbo Diœcesani, de privileg. in* 6. Approbat Lezana *in sum. to.* 1. *c.* 10. *n.* 5. asserens, quòd in Bullis Regularium non solũ dicitur, suscipere eos sub ejus & Sed. Apost. protectione, sed dicitur, *immediatè nobis subiicimus*, quo denotatur, Pontif. se constituere immediatum 5

UAB Biblioteca de Ciències Socials

superiorem Judicem ordinarium, & quasi Episcopum Regularium. Rodrig. *tom. 2. quæst. 63. art. 10.* Peirinis *tom. 1. de privil. Minim. in const. Sixti Quinti §. 7.* Rosa *de exeq. lit. Apost. par. 2. cap. 3. num. 19.*

6 Prout pariter subiectio Religiosorum erga suos Prælatos à Summo Pontifice dependet, sine cujus ministerio, & intentione Prælati Regulares nullam habent jurisdictionem. Medina *de indulg. cap. 24.* Soto *de just. & jur. lib. 10 quæst. 1. ar. 4. & lib. 8. quæst. 3. art. 1.* Victoria *in relect. de potest. Eccles. q. 2. n. 28.* Alfons. de Castro *lib. 2. de just. hæret. punit. cap. 24. & contra hæreses ver. Episcopus ipse*, & his citatis, Salgado *de supplic. ad Sanctiss. par. 2. dist. cap. 11. n. 27. & 28.* ubi quod Summus Pontifex est Summus Prælatus cujuscumque Religionis, Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 14. & lib. 6. cap. 4. n. 21. ante fin.*

7 Ergo si omnes Religiones, & Religiosi sunt immediatè subiecti Sedi Apostolicæ, & Summus Pontifex est eorum immediatus superior ordinarius, & hoc constitutum habent, non à jure, sed à Pontificum indultis, & privilegiis, recto jure apparet dici posse, Regularium causas in prima instantia Summum Pontificem, & suam Sedem Apostolicam tanquam Judicem ordinarium superiorem ad se evocare posse, ex Regula illa, qua docemur, quòd qui liberè commisit alteri causam judicare, poterit eandem ad se evocare, & in quocumque statu causæ, prohibere, quòd Judex ab eo datus, de illa causa cognoscat, per text. *in cap. Ut nostrum 56. de appel. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ 4. Ut lite pend. ver. Nos quidquid. cap. Pastoralis 28. §. Præterea de offic. Jud. delegat.* Covarr. *pract. cap. 9.* Salzedo *in pragm. cap. 3. §. Annotatis, ver. Petitus.*

8 Secundò id ipsum apparebat dicendum; quia terminanter videtur hoc institutum probare S. C. T. *in cap. Causæ omnes 20. de reform. sess. 24.* ubi à Regula illa, quòd causæ in prima instantia debeant agitari coram ordinariis Ecclesiasticis, excipiuntur ibi: *Causæ quæ juxta Canonicas Sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti, & rationabili causa judicaverit Summus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ Sanctitatis suæ, manu propria subscribendum, committere, aut evocare.* Unde Narbona *ad l. 59. glos. 1. à num. 188. ad num. 190. tit. 4. lib. 2. nov. recop.* ait, inter hujusmodi causas, videlicet, quæ juxta Canonicas Sanctiones apud S. Sedem sunt judicandæ, relatæ *per Glos. in cap. Quod translationi de offic. deleg. & per Glos. ult. in cap. Ut debitus de appellat.* enumerari causas exemptorum, exceptis tamen illis, in quibus Concil. Trident. dedit ordinariis jurisdictionem in exemptos, & *num. 191.* generaliter tradit, quòd omnes causæ, quæ ab initio ex dispositione sacrorum Canonum ante dictum *cap. 20.* Concilii potebant apud Sedem Apostolicam cognosci, possunt & hodie, decreto ipso non obstante; sequitur Barbosa *de potest. Episc. par. 3. alleg. 81. num. 14.* & approbat causas coram Conservatoribus pendentes posse ad Sedem Apostolicam evocari. Tondutus *de prævent. judic. par. 2. cap. 59. num. 15.* à quo discedere non videtur Ripoll *var. cap. 1. num. 54.*

9 Tertiò quia S. C. T. loquens de prima instantia Ordinariorum ad litteram capi debet; non etiam extendi ad Conservatores, qui ab Ordinariis Ecclesiasticis distant, ut dicimus *decis. 118.*

10 Et quod S. C. T. ad litteram debeat intelligi, nec ea ampliari, ultra per Nos probata *in decis. 135. n. 10. & seqq.* illustrantur ampliùs ab his, quæ inferunt DD. videlicet, quòd loquens Tridentinum de causis, & litibus ad Ordinarios pertinentibus, intelligi oportet de iis, in quibus datur instantia, ex Barbosa *de potest. Episc. alleg. 81. n. 17. par. 3.* Novar. *in pract. juris Canonic. tit. de causis primæ instant. conclus. 3. alias 34.* Rosa *de exeq. litter. Apost. latè par. 1. cap. 3. per tot.*

11 Ex antecedenter probatis non minus legaliter inferri videbatur, posse causas Religiosorum, & exemptorum in prima instantia ad Sedem Apostolicam evocari, in nihilo obstante Tridentina dispositione *d. c. 20. de reform. sess. 24.* quæ reservat Ordinariis Ecclesiasticis primam instantiam, sub qua litteraliter intelligi non possunt Judices Conservatores, qui ab ordinariis omnino distant; neque propterea ex ea evocatione injurium, vel quid contra jus oriri valere, quo moveri posset Suprema Principis potestas ad elargiendum suam Regiam protectionem, nam juris executio nemini injuriam affert, *l. Iniuriarum 13. §. fi quis. l. Quod Reipublicæ 23. ff. de iniuriis*, sicut nec dolo malo videtur haberi, qui suo jure utitur, *l. Quod 3. §. Is tamen, ff. de l. hom. exhib. cap. Cum Ecclesia 31. de elect.* Urrutigoiti *in pastor. Regular. par. 2. cap. 1. nu. 3. & 33.*

At his non obstantibus, contrariam sententiam magnæ 12
opinionis DD. sequuntur, rationes ad eam validè constituentes, ad quarum perfectam notionem quædam præludia accuratè perpenduntur. Primum, quòd dispositio S. C. T. *d. sess. 24. de reform. cap. 20.* quæ reservat Ordinariis Ecclesiasticis primâ instantiam, non comprehendit exemptos, vel Regulares, nec eorum conservatorias, prout neque quoad primam Judicum Conservatorum instantiam aliquid innovat. Riccius *par. 4. dec. Archiep. 273. nu. 7.* Don Petrus Fraso *de Reg. patron. Ind. par. 2. c. 79. n. 49.* pluribus citatis, plenè Narbona *tu. l. 59. glos. 1. à nu. 206. lib. 2. tit. 4. t. 3. recop. fol. 287.* Barbosa *de potest. Episc. par. 3. alleg. 81. n. 13.* Ripoll *var. c. 1. n. 57.* Salgado *de supplic. ad Sanctiss. par. 2. c. 11. n. 2.* ubi *n. 3. & seqq.* declarationem Congregationis recitat. Fagnan. *in 2. par. 3. l. decretal. in cap. Tuarum de privileg. n. 44.* per ea verba: *Cum superioribus annis procurator Ordinis Carmelitarum conquestus fuisset in S. Congregatione Concilii, quod in Hispaniarum Regnis liquidam ordinarii locorum contenderent, Religiosos intra claustra degentes coram ipsis ordinariis conveniri debere in causis civilibus, cap. Volentes de privilegiis lib. 6. comprehensis, propter illius innovationē à Concilio Tridentino factam sess. 7. cap. 14. eosque in prima instantia coram ipsis ordinariis conveniri debere, ex decreto ejusdem Concilii Tridentini sess. 24. c. 20. de reform. Sacra Congregatio censuit, neque constitutione in generali Concilio Lugdunensi edita, quæ incipit Volentes, neque decreto Concilii Tridentini cap. 14. sess. 7. comprehendi Regulares; ideoque eos juxta eorum privilegia coram suis superioribus, vel Conservatoribus esse conveniendos. Nec non decretum ejusdem Concilii Tridentini cap. 20. sess. 24. ad Regulares non pertinere, nec eorum conservatorias imminuere, nec quoad primam illarum instantiam aliquid novi inducere, & hanc declarationem postea observari mandavit Paulus Quintus per litteras in forma brevis cum decreto irritante sub die 24. Augusti 1607. in Bullar. pag. 223. tom. 3.*

Secundum, quòd ex quo supracitati DD. affirmant, 13
& Sacra Congregatio declaravit per S. C. T. *d. sess. 24. cap. 20. de reform.* nil esse innovatum quoad primas instantias Conservatorum, de necessitate præcensuerunt, primas instantias Regularium ad Conservatorum cognitionem pertinere oportere. Salgado *de supplicat. ad Sanct. dist. cap. 11. à num. 3.*

Tertium, quod isti Conservatores reputantur Ordi- 14
narii Ecclesiastici ad hunc effectum, ut in prima instantia de causis exemptorum cognoscant. Probat Scoppa ad Gratian. *decis. 170. num. 7.* qui subnectit S. C. T. *d. sess. 24. c. 20. de reform.* ibi: *Dum præcipit. causas omnes in prima instantia coram locorum ordinariis dumtaxat agitari posse, non excludere Religiosum Conservatores, & alios qui non comprehenduntur restrictione ejusdem S. C. facta circa Conservatores sess. 14. c. 3. apud illos enim cause ad suam jurisdictionem aliàs spectantes, etiam in prima instantia ventilari poterunt, & consequenter quoad hoc ordinarii reputandi erunt.* Salgado *d. c. 11. nu. 63.* ubi quòd Conservatores isti æquiparantur Ordinariis Ecclesiasticis, & in eorum locum subrogantur, itaut de prima instantia exemptorum cognoscant; quia alium ordinarium in Provincia non habent; sed imò vigore exemptionis Episc. Ordinarium non recognoscunt, & latissimè ibi.

Ex his præhabitis juris primordiis, consequens fieri do- 15
cent, quod tantum abest per S. C. T. *d. sess. 24. c. 20.* esse innovatas, & derogatas primas instantias Conservatorum, quod imò illis tanquam Ordinariis Ecclesiasticis ibidem reservantur, & sub ea Tridentina dispositione comprehensæ dicuntur ab Utcell. *conclus. legal. 128. nu. 785.* Fagnan. *in 2. decretal. c. de Priore de appel. à n. 31.* signanter *n. 33.* cujus doctrina infra ad litteram traditur, comprobat Episc. Urrutig. *in pastor. Regul. par. 1. claus. 10. nu. 17.* ibi: *Nec prædictis obstat quod diximus supra nu. 10. ex Tambur. Bordon. Cuchier, & Salgado: iste enim solum n. 91. asserit, Conservatores haberi loco ordinariorum, & esse comprehensos in dispositione Tridentini sess. 24. cap. 20. de reform. quoad primam instantiam, in qua conveniu cum ipso, ut ad eum effectum, licèt propriè non dicantur ordinarii, sed haberi loco ordinariorum, ut optimè probat num. 93. & seq.* & hoc idem est, quod antea dixerat Salgado *de sup. ad Sanctiss. d. par. 2. cap. 11. num. 6.* & postea *num. 91. cum seqq.* allegans diversos DD. Quòd ex quo Conservatores, & Conservatoriæ non sunt comprehensæ in

parte

parte exclusiva, & negativa *dicti cap. Causæ omnes* 20. (sicuti omnes alii Iudices qui ordinarii non sunt, excluduntur à primæ instantiæ cognitione) per necessariam consequentiam Conservatores huiusmodi debent includi & comprehendi in parte affirmativa, quatenus ad eos pertineat cognitio primæ instantiæ, & in eis verificetur dispositio dict. S. C. T. ex idemtitate rationis, ne partes sumptibus, & laboribus vexentur, ex quo litigare cogerentur in Curia tam dictanti, quæ est ratio genuina S. C. T. & militat in favorem Regularium.

Et intellexit Cochier *in tract. de iurisdict. in exempt. tom. 2. in schol. ad Const. Leon.* 10. §. 13. *num.* 184. *fol.* 99. *& seq.* relatus à Salgado qui supra *dict. cap.* 11. *num.* 80. per ea verba: *Itaque licèt exempti immediatè subiecti sint Summo Pontifici, cap. Auctoritate de privil. in 6. Coppinus de sacra politica lib. 2. tit. 4. num. 6. fol.* 231. *de legato ejus à latere cap. Si Abbatem de elect. in 6. Glossemateriusin pra. sect. tit. de causis, verbo subiecto, non tamen poterunt in prima instantia evocari ad Romanam Curiam, & ita pactis inter Romanum Pontificem Reges Franciæ, Hispaniæ, Belgique Principes testatum reliquit Coppinus dict. tit. 4. num. 8. fol.* 233. *Proinde si contingat eos evocari, habebunt jus revocandi domum ad Patres Provinciales, sive Iudices, quos ex privilegio sortiuntur, quippe quod Ecclesiasticæ causæ, alibi quam in patriis litigatorum committi non soleant, uti Guichardinus in sua historia, si autem quidpiam contra hanc libertatem fiat, licebit eis, quorum intererit, querelæ libello supplicare Pontifici, imo etiam officium Conservatoris privilegiorum implorare Coppinus dicto loco, estque a Concilii Tridentini dispositione non alienum sess.* 24. *cap.* 20. *de reform: sunt autem eiusmodi Tridentini Concilii verba.*

16 Prout etiam id ipsum intellectum fuit in facto, ut infra habetur, ubi instata fuit restitutio causæ in prima instantia Regularium ad ordinarium Ecclesiasticum coram quo antea vertebatur, ibi;

En la Villa de Madrid à 23. dias del mes de Iunio 1696. annos, vistos estos autos, y processo por el Illustrissimo, y Reverendissimo Seunor Don Ioseph Archinto Arçobispo de Thesalonica Nuncio, y Collector General Apostolico en estos Reynos de Espanna, que son entre partes de la una, la Clerecia, y Vicario perpetuo de la Iglesia Parroquial de Santa Maria del Mar de la Ciudad de Barcelona, y de la otra el Preposito, Religiosos, y Convento de San Cayetano de la dicha Ciudad, sobre el deposito de un Cadaver, y otras cosas. Dixo, que moderava, y reformava, moderò, y reformò las letras de inhibicion, despachadas por esse Tribunal, y remitiò este pleyto, y causa al Ordinario de Barcelona, de ante quien vino, paraque proceda à la execucion de su auto de sinco de Febrero passado de este anno, y haga iusticia à las partes, como hallare por derecho, assi lo proveyò, y mandò su Illustrissima, lo firmò el Sennor Auditor Guido Antonius Tomanus Auditor ante mi Balthazar Fernandez Montero. En Madrid à 26. de Iunio 1696. annos. To el Not. Official mayor notifique el Auto de sus. à Iuan Garcia Procurador en Madrid de su parte, doy fe Thomas Camerino.

Hactenus acta rescripsi de Curia Ecclesiastica huius Civitatis ex processu ibidem inter citatas partes actitato.

17 In hoc exemplari fuit restituta causa ordinario Ecclesiastico, quia evidens videtur, Religiosos Caietanos non habuisse Conservatorem electum, ob cuius defidentiam intrat Ordinarius Ecclesiasticus, ut disponit constit. Gregorii XV. §. 6. & 7. Pignatelli *tom. 8. consult.* 33. *num.* 3. & 4. Rota *part.* 15. *recent. decis.* 285. *num.* 2. *ver. Subortis.* Ac etiam estò ea non procederent in facto, utique certum est, quòd in ipsa restitutione causæ ad ordinarium, illi dispensando inhibitionem, ut posset in causa procedere, fuit observata respectu Regularium sacra dispositio Tridentina *d. cap.* 20.

18 Ex his pariter non minùs recte inferunt DD. quòd sicuti quando evocatur causa ad superiorem, abdicando primam instantiam ordinario Ecclesiastico contra dispositum in S. C. T. *d. sess.* 24. *cap.* 20. *de reformat.* potest procedi per viam Regiæ protectionis S. C. Tridentini ad effectum, ut restituatur causa Ordinario Ecclesiastico, ne à suo domicilio litigantes extrahantur cum tanto dispendio, sumptibus, & labore, ut probatum manet *in decis.* 135. *num.* 33. Ita pariter procedi valet per eandem protectionem, quando causæ primæ instantiæ Conservatorum evocantur, nisi aliter sint subsignatæ commissiones impetratæ propria manu Sanctissimi, sicut in cæteris ordinariis est dispositum per dict. S. C. T. Inde concludit Salgado *de supplic. ad Sanctis. d. part. 2. cap.* 11. *n.* 102. ibi; *Ex quibus opinor, Religionibus, & aliis exemptis, contra quos in prima instantia impetratur commissio absque subscriptione propriæ manus Sanctissimi, hunc recursum competere, si confugiant ad Senatum hunc Supremum, debeatque rescriptum detineri, & exempti causam remitti suis Conservatoribus, legitimè, & iuxta proprium motum electis, ut de causa in prima instantia cognoscant, quod ex idemtitate rationis dicendum erit in cæteris, quos exempti vocare intendunt ad Curiam Romanam, vel extra Regnum, cum fundamenta, & decreta Senatus hactenus adducta, & latius considerata communiter faveant, tam exemptis, quam vassallis, quæ extra Regnum citantur.*

Non obstant rationes in contrarium ponderatæ, quia 19
iurisdictio, quam Conservatores in prima instantia exercent in Regularibus, & exemptis, non procedit ex proprio ministerio, sed ex delegatione Pontificia, & Conservatoria per Summos Pontifices Conservatoribus elargita; iuxta quam reputantur ordinarii quoad cognitionem primæ instantiæ, ne cum dispendio cogantur tam Rei, quàm actores Romam ire, aut abire, quæ longe ab his Provinciis distat, quæ est eadem ratio, ob quam concessa exemptione, simul exempto attribuitur facultas nominandi Conservatorem in sua Provincia, ne scilicet cum tanto damno cogantur exempti, & collitigantes provocare Sedem Apostolicam pro causis, vt plurimùm levibus, & parvi momenti, prout probat Salgado *de supplic. ad Sanctis. part. 2. d. cap.* 11. *num.* 87. *cum seqq.*

Ampliùs ac apertiùs sed non minùs pariformiter res- 20
pondetur, quod licèt hodie Religiosi sint exempti à iurisdictione ordinaria Episcopi, & immediatè subiecti summo Pontifici tanquam eorum Iudici ordinario Superiori, & Prælati regulares in suos habeant iurisdictionem à sua Sanctitate; atverò etiam in iure cognitum est, quòd illa iurisdictio, quam Prælati in Religiosos habent, omnimoda est, itaut civiliter, & criminaliter coram Iudice Ecclesiastico ordinario conveniri non possint, sed coram suo Prælato Religionis. Reg. Cortiada *decis.* 137. *num.* 1. ita quòd eorum superiores ea omnia exercere possint in suos, quæ Episcopi in subditos, ex Navar. Sayro, Cocher. Barbos. *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 105. *n.* 3. *cum seqq.*

Et quòd Abbas, qui præest collegio, habeat in suos Mo- 21
nachos iurisdictionem ordinariam in causis civilibus, & criminalibus, non tantum per viam correctionis, sed etiã in forma iudicii, docet Fagnan. *in 2. decretal. cap. Significasti de foro comp. sub num.* 6. & de Religiosis intra claustra viventibus idem repetit d. 2. *part. lib. 5. decretal. cap. Tuarum de privil. num.* 38. & 39. ubi citat declarationem Congregationis.

Ad hanc partem refero, quòd consideratur differen- 22
tia inter Regulares, qui Congregationi submittuntur, & alios qui ad Congregationem non sunt redacti; nam primi subsunt Prælatis, Visitatoribus, & Capitulis suis; secundi verò, qui nec Episcopis, nec Capitulis subijciuntur, nec suos habent Visitatores ordinarios, sunt immediatè subiecti Sedi Apostolicæ, & alium Judicem non habent pro excessibus puniendis, vt cum declaratione S. Congregationis habitæ 5. Iulij 1650. super intelligentia Bullæ Pauli V. §. 12. docet Fagnanus *in 2 declarat. in cap. De Priore de appellat. num.* 31. & 32. qui *num.* 33. infert ibi: *Ergo non potest hoc verificari in Regularibus, qui suis Prælatis, Visitatoribus, & Capitulis subsunt; aliàs sequeretur, ut Superiores Regulares non possent punire excessus suorum subditorum, quod esset intolerabile, & contra Sacros Canones, Generalia Concilia, & Decreta Apostolica, Statuta Ordinum, & communem observantiam, & signanter contra Bullam Sixti Quinti erectionis Sacræ Congregationis Regularium in Bullar. tom. 2. pag.* 613. *ubi in §. 1. sic legitur: causas verò quas inter ipsos Religiosos oriri contigerit, iuxta quarumcumq; Religionum instituta, eorum dispositionem Superiores illorum definiant, atque terminent.* Et prosequitur multùm ad institutum. *Præterea* Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 20. *Statuit ut causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, in prima instantia coram Ordinariis locorum cognoscantur, & terminentur: & in Bulla* 113. *Pii Quinti super reformatione Tribunalis Auditoris Cameræ §.* 16. *in Bullar. tom. 2. pag.* 319. *disponitur, ut nihil sine speciali commissione Pontificis Auditor Camerę decernat, aut mandet, quod Episcopos, & alios locorum Ordinarios impedire possit, ne ad executionem decretorum Sacri Concilii Tri-*

dentini, correctionemque morum liberè procedant: & in d. Bulla 28. Pauli Quinti post facultates Auditori Cameræ attributas, in §. 38. legitur clausula infrascripta, videlicet: per præsentes autem non intendimus Decretis Concilii Tridentini in aliquo derogare, vel aliàs præiudicare, sed illa salva esse, & in suo robore permanere.

23 Et iuxta hos terminos super excessibus cuiusdam religiosi, qui adierat Magistraturam Nuntiaturæ Hispaniæ, & prætendendo exposuit mandari Abbati suo superiori, pro obtinenda conventualitate in altero Monasterio, die 18. Ianuarii 1700. fuit declaratum per illa verba: *Remitase esta causa al Abad de Santas Cruzes, de la Orden de San Bernardo, para que proceda en su primera instancia, y haga iusticia à las partes como hallare por derecho.*

24 Primæ speciei sunt Monasteria Montisserrati, & Sancti Felicis Guixolen. huius Principatus, quæ militant sub Congregatione Sancti Benedicti Valliffoletanæ, ut legitur in Bulla Congregationis Eugenii Quarti, attestatur Ripoll. *var. cap. 1. nu. 52.* & Constitutiones eiusdem Congregationis *cap. 5. pag. 23.* confirmatæ per Sedem Apostolicam cum Bulla Pauli V. dat. Romæ 11. Decembris 1611. cognitionem de omnibus causis attribuunt Iudicibus destinatis per ipsam Religionem.

25 Sed ne cum dispendio magno cogantur partes ad loca remota ire, fuit Religionibus, & Religiosis exemptis, concessa facultas nominandi Conservatores in sua Provincia. Salgado *de supplic. ad Sanctiss. part. 2. cap. 11. n. 87. & seqq.* & supra enarratur, qui tanquam Ordinarii in prima instantia in civilibus jus dicant in causis in quibus Religiosi sunt Rei, & cum hæc sit ratio identifica S. C. T. *d. sess. 24. de reg. cap. 20.* quatenus in eo contextu reservetur prima instantia ordinariis Ecclesiasticis, non minùs illativè affirmamus, in Conservatoribus verificari oportere eandem S. C. T. dispositionem.

26 Ex superius enarratis dissoluta manet difficultas antecedenter expensa respectu subiectionis Religionum, ac Religiosorum immediatè ad Sedem Apostolicam, nam ea est quando non subsunt Congregationibus, & earum Prælatis, & Visitatoribus, vel aliunde non habent Conservatores nominatos, qui reputantur ordinarii, & eorum est causarum primæ instantiæ cognitio ex S. C. T. ut remanet probatum. Reliqua videas *in decis. seq.*

DECISIO CL.

ARGUMENTUM.

Procurator Fiscalis Patrimonialis tenetur de officio defendere Regaliam Sacri Concilii Tridentini *in sess. 24. cap. 20. de reform.* etiam quando agitur coram Ordinariis Ecclesiasticis de rebus profanis inter Ecclesiasticos, vel contra Ecclesiasticos.

1 *Factum.*
2 *Dubia.*
3 *Procurator Fiscalis Patrimonialis potest de officio petere reintegrationem Regaliæ Regiæ protectionis.*
4 *Fiscali Regio ex prærogativo jure incumbit, jura, & Regalias Regias tueri, & illibatas protegere.*
5 *Pro viribus Regalia amplificare.*
6 *Ac cum primùm videt præiudicium Domini Regis, illi diligenter se opponere debet.*
7 *Ad id traditur celebre dictum Calicii.*
8 *Nec per timorem pœnarum potest Fiscalia commoda occultare.*
9 *Ita ei, ac Regiis Senatoribus præcipitur in Regiis privilegis suarum nominationum.*
10 *Apud nos Regii Senatores ad Regalias muniendas æquabiliter cum Fiscali se præbere debent.*
11 *Notatur ad id doctrina Don Petri Frasso.*
12 *Nostri Monarchæ Catholici templum Montis-serrati, Monachos, Religiosos, Familiares Domesticos, peregrinantes, & eorum bona, ac jura sub sua salvaguardia, & Suprema ac Regia protectione posuerunt.*
13 *Ad id Regia Privilegia.*
14 *Alia privilegia per Locumtenentes Generales.*
15 *Peregrinantes ad augustissimum Cœnobium Montisserrati sunt sub Regia protectione, & salvaguardia eundo, stando, & redeundo, cum omnibus rebus suis, donec reversi fuerint ad domos proprias, nisi pro crimine, vel debito, si quod, faciendo dictam peregrinationem, committerent.*
16 *Cœlest Montes-serrati Cœnobium antiquum, & iidem novum, ac ubique religiosissimum, Regiis munificentiis fuerunt dotata, ac denuo magnificata.*
17 *Ius patronatus ex fundatione, aut dotatione probatur.*
18 *Nomen Patronus æquivalet idem quod Pater, ideo pariformiter suo oneri incumbit defendere Ecclesias, eorum bona, & redditus, & numer. 19.*
20 *Deprecatio ad Sacratissimam Virginem de Monte-serrato.*
21 *Sacrum Concilium Tridentinum* sess. 24. cap. 20. de reform. *comprehendit primas instantias, coram Ordinariis Ecclesiasticis vertentes, etiamsi in illis agatur de rebus profanis.*

SCRIPSIMUS in decisione antecedenti, quòd quando abdicatur prima instantia Conservatoribus in causis Regularium, procedi potest per viam Regiæ protectionis S. C. T. quatenus restituatur instantia coram Conservatoribus. Et cum in his terminis evenisset controversia super facto Venerabilis Abbatis, & Conventus Sacratissimæ Virginis de Monte-serrato, tutelaris huius Principatus, qui pulsati fuerunt in Sacra Rota Romana à Nobili Francisco Meca & Villalba, Decano, & Canonico antiquiore Sanctæ Ecclesiæ Ilerden. uti manumissore testamenti Petri Francisci Gomar, petente immissionem hæreditatis sitæ in Vicaria Ilerden. quam testator ante fatum possidebat; & Procurator Fiscalis Patrimonialis contenderet pro assequenda prima instantia coram Conservatore Conventus agitanda. Hinc quinque emanarunt dubia enodanda. 1

PRIMUM.

An Procurator Fiscalis Patrimonialis posset de officio petere reintegrationem Regaliæ, Regiæ protectionis S. C. T.

SECUNDUM.

An dispositio S. C. T. *sess. 24. cap. 20. de reform.* quatenus reservat Primas instantias Ordinariis Ecclesiasticis, procedat, quando agitur coram eis etiam de rebus profanis inter Ecclesiasticos, vel contra Ecclesiasticos.

TERTIUM.

An Sacra dispositio Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 26.* habeat locum, quando partes per litis contestationem, & ejus progressum jurisdictionem Supremam prorogarunt.

QUARTUM.

An privilegium electionis fori observetur in Curiis Ecclesiasticis, ita ut personæ privilegiatæ, quibus electio fori competit, possint omisso Ordinario, adire Curiam Romanam, non obstante dispositione Sacri Concilii Tridentini *d. sess. 24. cap. 20. de reform.* quæ reservat Iudicibus Ordinariis Ecclesiasticis cognitionem primæ instantiæ.

QUINTUM.

Estò in facto controverso haberet locum dispositio Sacri Concilii Tridentini *d. sess. 24. cap. 20. de reformat.* quomodo per Regiam Audientiam procedendum foret pro obtinenda observantia dispositionis Tridentinæ.

Ex quibus dubiis Primum & secundum hic proponuntur. Et Primo affirmativè respondit Salgado *de sup. ad sanctiss. part. 2. cap. 1. num. 58.* punctim per illa verba: *Quare Rex Catholicus in dies invigilat pro observatione, & executione decretorum Concilii Tridentini, ne in alio percutiantur, vel lædantur: Et ac hoc sanctum intentum, & zelum aptè consequendum ad petitionem Regii Fiscalis, vel etiam alterius conquerentis in Senatu hoc Supremo de contraventione œcumenici Concilij datur provisio Regia,*

Regia, dicta Ordinaria, ut litteræ importunæ falsíve precibus, & suggestionibus inducitè à Sancta Sede impetrata, seu verius extortæ contra voluntatem suæ Sanctitatis in eodem Senatu offendantur, & illic accuratè examinentur, an aliquid contineant, ex quo lædatur, vel subvertatur aliquid Tridentini decretum, ut & tunc vel retineantur ad effectum consulendi Sanctissimum, præmissa humili ad ipsum supplicatione, vel ordinario remisso remittatur; quod repetit *d. par. 2. cap. 3. num. 24.* ibi : *Quare Senatus hic Supremus mediante Regalia orta ex protectione Concilii Tridentini, quando ad illum recurrit pars, vel Regius Fiscalis pro retentione litterarum Apostolicarum, quibus lædítur, & percutitur prima ordinariorum instantia &c. decernit, &c.* & comprobat expressiùs Frasso *de Reg. patron. Indiar. tom. 1. cap. 44. numer. 14.* qui ex Ramirez *de leg. Reg. §. 16. num. 52.* ait, ad Regii Fisci instantiam, & requisitionem, in his causis esse procedendum. Amaya *in rub. Cod. de jure fisci num. 24.* Fontan. *de pact. claus. 3. glos. 3. num. 32.* D. Crespi *obs. 4. num. 236. & num. 240. & seqq.*

4 Ratio hujus instituti est, nam Fiscali Regio ex prærogativo jure incumbit jura, & Regalias Regias tueri, & illibatas protegere, *Auct. ut Judices sine quo suf. §. Eos*, ibi : *Præ omnibus studium habere decet, Fiscalia vigilanter inspicere*; ita Calicius *in Margarita fisci dub. 1. nu. 3. & 4.* Berart *in spec. visit. cap. 12. nu. 7.* Mastril. *de Magist. lib. 5. cap. 8. num. 83. & cap. 9. num. 82.* Alfarus *de offic. fisc. glos. 9. num. 34. & 35.* Bovadilla *in politic. lib. 2. cap. 19. num. 4.* Xammar *de offic. jud. par. 2. quæst. 6. num. 10.* Solorz. *de jur. Ind. tom. 2. lib. 4. cap. 6. num. 2.* Larrea *alleg. fisc. 63. par. 1. num. 4.* (ubi quod ad hoc Fiscalis officium inductum esse omni jure constare asserit) Reg. Cortiada *in juris disc. pro Fiscal. Bajuliæ Generalis cum Curia Ecclesiastica Urgellen. & Fr. Bartholomæo Morillo in princ. num. 4.* Ferrer *in disc. pro def. jur. Regiæ num. 7.*

5 Et pro viribus Regalia amplificare, veluti providus cultor, qui rem dominicam debet augere, ut sentire videtur *l. Intelligitur 3. §. si quis palam ver. Divi Fratres de jure fisci*: & approbat Alfarus *de offic. fiscal. d. glos. 9. nu. 3.*

6 Ac cum primum videt præjudicium Domini Regis, illi diligenter se opponere debet, *l. Penult. Cod. de advoc. fisc.* ad exemplum tutoris, *l. Quotiens 9. §. Nec utique ff. de adminis. tut.* ne suo vitio aliquod detrimentum Fiscus patiatur, *l. fin. Cod. de bon. vacan. lib. 10.* Peregrin. *de jure fisc. lib. 7. tit. 2. num. 7.* Alfaro *de offic. fiscal. d. glos. 9. num. 37.* Berart *in spect. visit. d. cap. 12. numer. 14.* Reg. Cortiada qui supra; ad hæc Reg. Senator Ferrer *in disc. pro def. jurisd. Reg. numer. 6.* Frasso *de jure patron. Ind. tom. 1. dict. cap. 44. num. 22. cum seqq.*

7 Ad id traditur celebre dictum Calicii *in Margarita fisci dub. 1. numer. 5.* per illa verba : *Ideo sit Fisci Advocatus avisatus, quod si videt commoda fiscalia occultari, vel lædi, vel etiam privatas personas lædi, vel opprimi, vel justitiam subverti, ne sub silentio pertranseat dicendo, nolo aliquid dicere, vel vetare, imo expresse votantibus contradicat, ne in peccato votantium involvatur, juxta dictum singulare Innocent. in cap. Cum in cunctis de his quæ fiunt à major part. cap. Super verbo objectum ibi, quia si consenserit, vel si non contradixerit, cum consentire videatur, vel contradire teneatur, involvitur in peccato, & pœna cum aliis qui consentiunt expresse &c. quod dictum Innocentii tempore quo Advocatus fui semper monte tenui, & servavi, & grandissimas ingratitudines incurri aliquorum Consiliariorum Regiorum Ferdinandi, & Alfonsi nunc regnantis, malens utinam servire Deo, quam mundo.* Et id ipsum prosequitur Fontan. *tom. 2. dec. 358. num. 7.* docens, quod in hac obligatione semper Fiscalem teneri habere oculos fixos. Frasso *de Reg. Patron. Indiar. tom. 1. cap. 44. numer. 20.* qui à Fontan. verba transumpta Calicii recitat.

8 Sicuti nec per timorem pœnarum potest Fiscalis commoda occultare, *d. l. Fisci Advocatus pen. Cod. de Advoc. Fisc.* Ferrer *in disc. pro defens. Reg. jurisd. num. 5.*

9 Ita ei præcipiendo edicitur à Domino nostro Rege in suæ nominationis privilegio, & his providenter stare, cum juramento, & excommunicationis vinculo adstringitur. Prout pariformiter Regii Senatores eodem jure tenentur, videlicet ex Regio præcepto quod ipsis imponitur in suis privilegiis, juramento ante adeptam dignitatis possessionem præstito, excommunicationis sententia ad eundem finem prolata.

10 Non incautè inde dicitur, quòd apud Nos Regii Senatores ad Regalias muniendas æquabiliter cum Fiscali se præbere debent; & hic attenditur quod post Baldum, Afflictis, & Bartol. scribit Peregrin. *de jure fisc. l. 7. tit. 2. in fine*, speciale id esse in Fisco, ut quilibet pro eo agere possit, & de Judicibus loquitur Bovadilla *in polit. lib. 2. c. 19. nu. 4.* Et de Senatoribus Regiæ Audientiæ punctim statuit Regium rescriptum, directum Proregi Majoricen. sub die 13. Februarii 1658. quod ad litteram traditur *dec. 139. num. 42.*

11 Et hic nota quod scribit Don Petrus Frasso *de Regio Patronatu Indiar. tom. 1. cap. 44. nu. 30.* ibi : *Magnus ergo hic Catholicus Ferdinandus dignitatum, & officiorum privatione mulctavit Præsidem, & Senatorem Cancellariæ Vallisoletanæ; quoniam ad Curiam Romanam appellationem admisere, in casu prohibito.* Stephan. Garibay *in sua Hist. ann. 1491. lib. 18. cap. 40.* illic: *Tambien en este anno el Presidente, y Oydores de la Real Audiencia, que en Valladolid residia; cayendo en grave descuydo, porque en un caso que ante ellos vino, atorgaron apelacion para Roma, debiendo ellos conocer en la causa; los Reyes con acuerdo en ello avido, privaron al Presidente, y Oydores de sus oficios; siendo Præsidente Don Alonso de Valdivieso, Obispo de Leon, y Oydores, el Doctor Martin de Avila, el Licenciando Chinchilla, el Doctor Cano, y el Doctor Olmedilla: en cuyos lugares sucedieron, por Presidente, el Doctor Don Juan Arias del Villar, Obispo de Oviedo, que despues fue de Segovia; y por Oydores, el Licenciado de Villena, el Doctor de Palacios, el Licenciado Villamuriel, el Licenciado Palacios Rubios, el Doctor de Villovela, y el Licenciado Astudillo. Idem factum referunt Laurentius Carvajal in suis annalibus manuscriptis, & novissim. Dom. Lobaton. en el discurso sobre no aver cumplido las cedulas de su Magestad el Arçobispo de Granada, num. 12. Adde, quod traditi de Marchione de Villamanrique, supra cap. 34. nu. 35.* Quæ exemplaria approbantur à Galindez Carvajal *in Chronic. Reg. Cathol. a nu. 1491.* meminit etiam Garibaius *lib. 18. cap. 40. ad ann. 1491.* & post eos Reg. Lopez *in discurso super ordinat. Regni Peruani pag. 185. nu. 12.*

Quod amplius probatur; quia personæ, loca sacra, & religiosa, ac eorum bona de jure nostro municipali sunt positæ sub Regia protectione, & contra eas, ac ea offendentes criminaliter proceditur per Regalia usaticorum, etiam in casibus, in quibus requiritur instantia, ex sola Fiscalis supplicatione, juxta per me tradita *dec. 2. & 3.* Ripoll *de Regal. cap. 40. num. 52.* Et cum in facto contentioso lædatur Regalia protectionis S.C.T. consequenter infertur, Fiscum ad ejus reintegrationem pro munere officii procedere oportere.

12 Et quid ultra? quia Monarchæ Catholici Reges nostri, qui in Supremæ Parentis de Monteserrato, cultu, & munimine ferventes, ac sedulí fuerunt, & sunt, semperque patrocinium Marianum devoto spiritu imploraverunt: & ejus Augustissimum Templum, Monachos, Religiosos, Familiares, domesticos, peregrinantes, & eorum bona, ac jura sub sua salvaguardia, & Suprema, ac Regia protectione posuerunt.

13 Sic proferunt innumera Regia privilegia per suas Majestates Abbati, & Conventui munificentissimè retributa, signanter per Dominum Don Jacobum Primum sub data Barcinonæ 13. Augusti 1218. D. Don Infantem Petrum Barcinonæ 5. Idus Aprilis 1264. D. D. Reginam Blanca Barcin. 15. Jan. 1296. D. D. Jacobum Secundum in Villa de Cambrils 5. Idus Mart. 1302. D. D. Alfonsum Secundũ Barcin. Januarii 1327. & alium D. D. Alfonsum Quartum Barcin. 12. Aug. 1416. & in Monasterio Sancti Cucuphatis Vallen. 4. Decemb. 1419. & per D. D. Joannem Secundum dat. in Monasterio Montis. 8. Octobris 1475. D. D. Ferdinandum Secundum Reg. Castellæ, Aragonum &c. 4. Augusti 1493. Barcinonæ, & 22. Augusti 1503.

14 Quorum Regias observationes præceptivas insequentes Excellentissimi Locumtenentes hujus Principatus, per nostram Reg. Cancellariam similia privilegia Abbati, & Conventui concesserunt, D. Joannes Fernandez Manriquez Marchio de Aguilar Barcin. 27. Nov. 1545. D. Bernardinus de Cardenes Dux Maquede Barcin. 24. Nov. 1595. quod fuit publicatum (prout fieri debet de quinquennio in quinquennium, juxta per me tradita *dec. 2. num. 39.*) in hac Civitate 9. Decembris 1595. D. Dux de Monteleon Barcinonæ 15. Februarii 1606.

15 Quoad peregrinantes ad illud Religiosissimum Cœnobium, Serenissimus D. D. Jacobus Primus 4. Idus Decembris 1271. concessit, suam Regiam protectionem, &

UAB Biblioteca de Ciències Socials

salvaguardiam eundo, stando, & redeundo, cum omnibus rebus suis, donec reversi forent domos proprias, nisi pro crimine, vel debito, si quod, faciendo dictam peregrinationem, committerent, sub pœna indignationis Regiæ & quingentorum aureorum. Quæ Regia cartha cum ejus insertione fuit confirmata per Serenissimum D. D. Alfonsum Quartum in suo Regio Privilegio dat. in Monasterio Sancti Cucuphatis Vallen. die 4. Decemb. 1419. grat. 5. an. 1417. vsque ad 25. fol. 50.

16 Nec vllam hæc admirationem parianti; nam iam inde à primordijs cœleste Montesserrati. Cœnobium, antiquum, & itidem novum, ac vbique Religiosissimum, Regijs munificentiis fuerunt ditata, ac denuo magnificata, demonstrat donatio de ambitu nemorum eminentium, facta per Comitem Barcinonæ Sunnerium 5. Idus Februarij an. 4 quam conducit P. Georgius de Araguiz *in Margarita Cathaloniæ an.* 928. *ver. En el nombre de Dios, & anno* 945. *ver. Esto es*, asserens inde quod principales Patroni primitivæ illius Ecclesiæ fuerunt dictus Comes, Riquelda Comitissa, & Don Cesarius, qui fuit postea Arciepiscopus Tarraconæ: & deprehendit P. Ribadeneira *lib. 1. de vita S. Ignatij cap.* 4. ac colligit Beyerlink *in theatro vitæ humanæ* verb. *Maria pag. mihi* 248. ibi: *Ultra montis medium ara Virgini extructa est, & augustissimum templum, via quoque ascendentibus non exigua, laborioso accolarum cultu Regisque sumptibus coacta est.* Et de Imaginis Sacræ translatione ibi: *Simul ac imago hæc pristinæ devotioni restituta fuit, & sacello de quo paulò ante dedicata, crebris miraculis, & hoc, & illam illustrare voluit bonorum omnium largitor, quibus excitatis ex toto orbe magna devotione voti causa eò accurrerunt fideles, quorum munificentia Monasterium Virginum ex ordine S. Benedicti, quod tamen anno nongentesimo nonagesimo sexto, mutato sexu, viris eiusdem Ordinis obtigit, quod Comes Barcinonensis erigere cæperat, ea sumpsit incrementa, ut vel celebrioribus Hispaniæ annumeretur. Templum autem vetus in quo annis 711. imago fuit custodita, angustius erat, quam ut peregrinantes caperet. Quo factum ut novum cæptum sit ædificari priore longe capacius, & splendidius, quod demum nuper an. 1592. completum fuit, & septennio post præsente Philippo Tertio Hispaniarum Rege, in illud introducta solemni cum pompa, omniumque applausu, miraculosa imago, ac collocata in sacello, & altari eidem destinato, ad cuius sumptum, & ornatum præfatus Rex, qua erat erga B. Virginem pietate, per Quæstorem suum consignaverat summam viginti quinque millium ducatorum.*

17 Ex his non iniuridicè inferri poterat, (quod antea fuerat insinuatum) Dominos nostros Reges Patronos esse, Religiosissimi Monasterii Montisserrati, cum jus patronatus ex fundatione, aut dotatione probetur. Gonzalez *ad Reg. 8. Cancel. glos. 18. à num.* 34. Riccius *decis. 72. num. 4. part. 1.* Barbosa *de potest. Episc. part. 3. alleg. 72. à num. 1. & de jure Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. num. 67. & in collect. ad S. C. T. sess. 25. de reform. cap. 9. num. 1. ver. Qui ex*, Reg. Cortiada *in discur. pro fisc. procurat. B. G. C. cum Curia Ecclesiast. Urgell. & Fr. Bartholom. Morillo nu. 7.* ad tradita per Reg. Lopez *super disc. ordinat. Regni Peruani cap.* 11. Gonzalez Tellez *ad decretal., cap. Cum autem 24. num. 5.* iuxta versum illum vulgarem:

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

18 Et cum nomen Patronus æquivaleat idem quod Pater ideo pariformiter suo oneri incumbit defendere Ecclesias, eorum bona, & redditus, *Can. Filius 16. quæst. 7.* illustrat doctissimè Regens Lopez *in discurs. super ordinat. Regni Peruani d. cap.* 11. ubi *nu.* 3. docet, quòd ideo jus patronatus fuit cognominatus *Patrocinium*, sive *advocatio*, iuxta text. *in cap. Cum autem 24. cap. Quia 6. de jure Patron. cap. In quibusdam 12. de pœnit.* cui adde Gonzalez Tellez *ad cap. Præterea 4. de jure Patronatus*, docens *n.* 3. quòd ita Patronus accipitur pro illo, qui alterius est benefactor, & auxiliator. Horatius *lib. 2. Epist. 7.*

Pol. Me miserum, Patrone vocares.

Terentius *in Eunucho actu 4. scen. 6.*

Te mihi Patronum cupio.

19 Quæ omnia æqualiter demonstrant sollicitudinem, quam habere debent Patroni ad suas protegendas Ecclesias *ex Can. Decernimus 16. quæst. 7.* per illa verba: *Decernimus ut quamdiu fundatores Ecclesiarum in hac vita superstites extiterint, pro ejusdem locis curam permittantur habere sollicitam;* quam Abbas, & Conventus à Supremo, & Regio auxilio (extraiudicialiter) supplices imploraruntpro possessionibus, & emolumentis suis defendendis.

Ela Christifera Virgo, *Succurre oramus, ut laus, quam* 20
per tot sæcula dignè possedisti, continua tibi duret; in gratia ipsa, qua mundo perdito subvenisti. Tibi ergo nos commendamus, tu procura, ne pereamus. Ex orat. Anselm. *de excel. B. Virginis cap. ult.*

Quoad secundum dubium etsi judicetur respondendum, 21
causam inter nominatas partes vertentes in S. R. R. non venire comprehensam in S. C. T. *d. sess. 24. cap. 20. de reform.* cuius dispositio non versatur circa causas profanas, vt declaraverat S. Congregatio Concilii, teste Rota in Leodien. dominij de Stevordia 3. Iulii 1623. coram Coccino Decano, reprobata *decis. 106. in princ. part. 4. divers.* vt attestatur Barbosa *in collect. decis. Apostol. collect. 139. num. 15.*

Attamen in contrarium est veritas, quia quòd S. C. T. non intelligatur de causis profanis, est admittendum, quoad causas profanas quæ pendent coram Ecclesiastico tanquam domino temporali, non etiam de ipsis (prout est hæc quæ controvertitur) quæ pertinet ad forum Ecclesiasticum, quales dicuntur omnes illę in quibus Clerici, & personæ Ecclesiasticæ, à laicali foro penitùs exemptæ sunt, vt declarat Cardin. de Luca *in theat. verit. ad annot. S. C. T. discurs. 33. à num. 5. part. 5. lib. 14.* Reliqua vide *in decis. seq.*

DECISIO CLI.

ARGUMENTUM.

An possit per partem privatam prorogari iurisdictio, quam Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 20. de reform.* tribuit Iudicibus Ordinariis in prima instantia, in præiudicium Regaliæ protectionis illius Tridentini decreti. Ubi multa de prorogatione iurisdictionum, an ea procedat stante partium, vel alterius ex his errore, dolo, seu simulatione. Et an per procuratorem possit fieri Iudicis prorogatio.

SUMMARIUM.

1 *Dubium.*

2 *Possunt Religiosi, & exempti in Ordinarii Ecclesiastici iurisdictionem per prorogationem consentire, Pontificis auctoritate concurrente.*

3 *Stante partium consensu nihil est quod Episcopus Delegatus à Pontifice exerceat iurisdictionem extra suam Diœcesim.*

4 *Partium consensu, cuius principale, & primarium est interesse, cessare debet Regia protectio.*

5 *Circa observantiam Sacri Concilii Tridentini* sess. 24. cap. 20. de reform. *quę reservat primam instantiam, etiam circa Religiosos, triplex consideratur interesse, videlicet Partis, Iudicis, & Fisci.*

6 *Dispositio Sacri Concilii Tridentini* in dict. cap. 20. sess. 24. *cum comprehendat favorem subditorum, ac etiam jurisdictionis Ordinarii, solus consensus alterius nil prodest.*

7 *Non obstante prorogatione partis, potest petere suus superior remissionem causæ iuxta ipsum Concilium.*

8 *Concordia inita inter collitigantes pendente recursu per viam protectionis Regiæ, potest nihilominus Regius Fiscus regulariter illum prosequi.*

9 *Cum dispositio Sacri Concilii* in citato cap. 20. *non cesset ex solo consensu partium, nec ex solo consensu Ordinarii Ecclesiastici, poterit licitè Senatus Regali uti in protectione impertienda, pro observantia illius decreti Tridentini.*

10 *Cum interesse (in illa observantia) partis, & Fisci sit connexum, & inseparabile, non potest exequi prorogatio contra partem prorogantem in damnum Regii Fisci; imò executio in totum suspenditur.*

14 *Si laicus in causis merè profanis oppressus à Iudice Ecclesiastico, inconsideratè ad superiorem Ecclesiasticum appellet, adhuc solet à Principe Sæculari de officio oppresso subveniri.*

12 *Non obstat renuntiatio vim passi, ut recursus denegetur,*

getur, quippe ultra quòd recursus continent naturalem defensionem, remanet Principis ius quod consistit in liberando vi oppressos.

13 *Quando opprimitur vassallus per Judicem Delegatum Apostolicum, ad eius redimendum gravamen, recurrit vel ipsa pars privata ad Regium Senatum, vel solus Fisci Procurator.*

14 *Si pars privata vincatur in recursu interposito ob procedimenta Judicis Delegati Apostolici, potest Fiscalis novam introducere instantiam pro interesse Regaliarum. Cum Senatu, & nu.* 15.

16 *Ad id observantia Concilii Tridentini* d. sess. 24. cap. 20. *probatur ex Regio rescripto.*

17 *Et conclusione Trium Aularum Regiæ Audientiæ.*

18 *Resolutio dubii.*

19 *Circunstantia facti usque ad nu.* 21.

22 *Error in litis ingressu, & progressu procuratoris, nullum infert præiudicium parti in electione Judicis.*

23 *Erroneo consensu nequit induci Judicis prorogatio.*

24 *Sive erret utraque pars, sive altera tantùm, sive contingat ante, sive post litem contestatam, sive error sit juris, sive facti.*

25 *Id procedit in procuratore, qui nequit principali inferre præiudicium.*

26 *Renuntiatio, seu resignatio dolosa, nulla est.*

27 *Valet argumentum de prorogatione jurisdictionis ad renuntiationem.*

28 *Simulatio æquiparatur falsitati, seu dolo quoad nullitatem rescripti, prout obreptio, & subreptio, & nu.* 29. 30. & 31.

32 *Coactio, vel metus impediunt iurisdictionis prorogationem.*

33 *Novi Judicis constitutio, seu electio videtur res magni præiudicii, quam procurator sine speciali mandato expedire non potest.*

34 *Procurator, nisi habeat speciale mandatum, iurisdictionem prorogare non valet.*

35 *Non admittitur opinio DD. ut procurator generalis ad lites possit iurisdictionem prorogare.*

36 *Declaratur.*

37 *Scientia Ministrorum nullum præiudicium Principi infert.*

38 *Resolutio, & num.* 39.

1 DUBIUM quod remanet ex Decisione antecedenti, in hac enodandum est.

TERTIUM.

An Sacra dispositio Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 20. *de refor.* quæ verificatur in Regularibus, (ut probavimus) habeat locum quando partes per litis contestationem, & eius progressum (prout in casu, in quo supportando litem pars succubuerat in Rota tribus conformibus) iurisdictionem supremam prorogarunt. Hujus dubii indagatio inter maiores est maxima.

2 Et obstare prorogationem suadet prima ratio, nam sicuti possunt Religiosi, & exempti in Ordinarii Ecclesiastici iurisdictionem per prorogationem consentire, Pontificis auctoritate concurrente, qui se constituit eorum ordinarium (ut dixi *dec.* 149.) *c. Cum de tempore §. fin. de sub. c. Cum venissent 2. ad fin. de in integrum restit. c. Cum. olim de privileg* quę latius expendit cum pluribus DD. placitis Salgad. *de supplic. ad Sanctiss. p. 2. c.* 11. *nu.* 15. *cum seqq.* Carleval. *de jud. disp. 2. n.* 117. maiori ratione poterunt Religiosi, & exempti consentire prorogando jurisdictionem Sedis Apostolicæ in prima instantia; nam in admissione primæ instantiæ in Sede Apostolica inhibita adest Pontificis licentia.

3 Quibus accedit, quòd stante partium consensu, nil est quòd Episcopus Delegatus à Pontifice exerceat iurisdictionem extra suam Diœcesim. Rosa *de exequut. l. Apost. p. 2. c. 3. à n.* 13. *usque ad nu.* 20. Quæ tantò magis procedunt in Pontifice delegante, qui iurisdictionem habet in toto orbe terrarum, & in qualibet Diœcesi est ordinarius. Rosa *qut supra num.* 19.

4 Secunda quia principale, & primarium interesse est partis quæ prorogaverat, cuius assensu cessare debet Regia protectio, ad tradita per Salgad. *de suppl. ad Sanct. p. 1. c. 13. n. 52. cum seq.* qui diversis instantiis antedictis probat

5 His tamen non obstantibus, contrarium apparet dicendum, quia circa observantiam S. C. T. *d. cap.* 20. *de reform sess.* 24. quod, ut diximus, reservat primam instantiam Judicibus propriis Religiosorum, & exemptorum, triplex consideratur interesse, primum partis, secundum Judicis, & tertium Fisci. Partis, scilicet ne extra suam Provinciam tot sumptibus, & incommoditatibus litigare, & degere cogatur. Judicis ordinarii, propter favorem, quo jura ejus jurisdictioni ordinariæ suffragantur. Fisci, quia propria regalia Principis est tuitio vassallorum, & S. C. T. protectio.

Propterea dicitur, quòd dispositio S. C. T. *d. sess.* 24 *c.* 20. 6
cum sit inducta non solùm in favorem subditorum, sed etiam jurisdictionis ordinarii, solus consensus alterius, cum habeat jus connexum, & complicatum, nil prodest, Salgad. *de sup. ad Santiss. p. 1. c.* 13. *n.* 35. Fagnan. *in* 2. *par. decretal. c. Significasti de foro comp. nu.* 31. ubi *in fine* tradit declarationem Sacræ Congregationis.

Sic licèt subditus, facta prorogatione, non possit petere 7
remissionem causæ quam prorogaverat, potest tamen illam obtinere suus superior, Salgad. *p. 1. d. cap.* 13. *nu.* 32.

Proinde concordia inita inter collitigantes pendente 7
recursu per viam protectionis Regiæ, potest nihilominus Regius Fiscus regulariter illum prosequi, Salgad. *par. 1. d. cap.* 13. *per totum.*

Pariter cum dispositio S. C. T. *in citato c.* 20. non ces- 9
set ex solo consensu partium, nec ex solo consensu Ordinarii Ecclesiastici, poterit licitè Senatus regalia uti in protectione impertienda pro observantia illius Decreti Tridentini, ut concludit Salgad. *de sup. ad Sanctiss. par. 2. cap.* 3. §. *unico num.* 27.

Sic cum interesse partis, & Fisci sit connexum, & 10
inseparabile, non potest exequi prorogatio contra partem prorogantem in damnum Regii Fisci; imò executio in totum suspenditur, ad latè tradita per Salgad. *dict. tract. par. 1. cap.* 13. *à num.* 37. *& par. 2. d. cap.* 3. §. *unic. num.* 24. *cum seqq.*

Inde infertur, quòd si laicus in causis merè profanis op- 11
pressus à Judice Ecclesiastico, inconsideratè ad superiorem Ecclesiasticum appellet, adhuc solet à Principe sæculari de officio oppresso subveniri. Covar. *pract. c.* 35. *n.* 3. *ver. At si laicus.* Fraso *de Reg. patron. Ind. t. 1. c.* 37. *n.* 15. *& seq.*

Ac fortiùs dicitur, quòd recursus datur ei, qui tacitè, 12
vel expressè renuntiavit recursui, quamvis enim quilibet renuntiare possit juri suo, *l. Si quis 6. in conscribendo, Cod. de pact. l. Quæritur* 2. §. *si venditor ff. de Ædil. edict.* Tuscus *littera R. conclus.* 170. Gregorius Lopez *in l.* 3. *tit.* 13. *partit.* 5. *glos.* 5. Valenzuela *consil.* 2. *nu.* 7. Capyc. Latro *dec.* 187. *nu.* 20. cum in propulsanda violentia versetur interesse Principis, renuntiatio illi præjudicium inferre nequit; namque renuntiatio tantum operatur in præjudicium renuntiantis, non tertii. Gutierr. *pract. lib.* 3. *q.* 71. *nu.* 3. Giurb. *de succes. feud. §.* 2. *glos.* 12. *n.* 8. *circa fin.* Addent. ad Molin. *lib.* 3. *c.* 10. *n.* 44. Olea *de cess. jur. tit.* 3. *q.* 4. *num.* 32. Quare cum protectio vassallorum inhæreat Regiæ Coronæ, & ita sit inseparabilis, ut ipse Rex ea se abdicare nequeat, nisi simul Coronæ renuntiet. Salgado *de retent. Bullar.* 2. *p. cap.* 33. *n.* 28. non obstabit renuntiatio vim passi, ut recursus denegetur; quippe ultra quòd recursus naturalem contineat defensionem, remanet Principi jus, quod consistit in liberando vi oppressos. Atque ita hanc sententiam tenet Salgado *de Reg. protect. 1. par. cap.* 2. *n.* 71. *in fin. & nu.* 72. Hæc accepi ab Antunez Portugal *de donat. Regis par.* 2. *lib.* 1. *c.* 31. *nu.* 19. *& seqq.*

Sic quando opprimitur vassallus per Judicem Delega- 13
tum Apostolicum, ad ejus redimendum gravamen, recurrit vel ipsa pars privata ad Regium Senatum, vel solus Fisci Procurator. Ferrer *p. 3. observat. c.* 273. *vers. Quando.* Oliba *de jure fisci c.* 11. *nu.* 42. & 43. Reg. Cort. *dec.* 29. *n.* 44. Peg. *t. 1. dec.* 92. *nu.* 32. *& in prax. criminal. c.* 24. *vers. Scias propterea.* Ferrer *in discurs. sup. def. jurisd. Reg. n.* 37.

Sic dicitur, quod si pars privata vincatur in recursu 14
interposito ob procedimenta Judicis Delegati Apostolici, potest Fiscalis novam introducere instantiam pro interesse Regaliarum; prout evenit in facto firmæ juris factæ in Regia Audientia per Clavarium Civitatis Barcinonæ (qui apprehenderat 40. quarterias tritici in Porta nova hujus Civitatis, proprias Abbatissæ, & Conventus Monialium Sanctæ Claræ ejusdem Civitatis, Ordinis Divi Benedicti) & ejus Syndicum, procedimentis contra Clavarium factis per Conservatorem Apostolicum illius Ordinis, ad instantiam dictæ Abbatissæ, in quo licèt primitùs fuerat concluſum die 11. Martii 1671. (Est in libro concluſ. illius anni f. 57.) ref. Nob. Joanne de Carbonell, Regio Consiliario, Conservatore in suo casu processisse.

Postea tamen 6. Junii 1672. (Est in libro conclusio- 15
num

num fol. 263.) referente Nob. Narciſſo de Anglaſell R. A. D. inſtante Procuratore Fiſcali Patrimoniali, qui pro ſuo intereſſe noviter firmaverat jus in facto proximè relato, fuit contrarium declaratum, prout ibi: *Ex quo per relationem utriuſque proceſſus factum conſtitit, Procuratorem Fiſcalem Patrimonialem non comparuiſſe in dicta cauſa firmæ juris factæ per dictum Syndicum Civitatis Barcinonæ. Et conſtitit prædicta procedimenta fuiſſe facta per Conſervatorem contra dictum Clavarium, abſque eo quod certus de ſua juriſdictione foret, ſaltem eo modo quo certiorari debebat, fuit concluſum, firmæ juris factæ per Procuratorem Fiſcalem Patrimonialem in d. R. A. locum fuiſſe, & eſſe.*

16 Punctim quod ad Fiſcum principaliter pertineat defenſio obſervantiæ S. C. T. in terminis quibus verſamur, ultra ea quæ probavimus *in dec.* 150. *tota*, ex Salgado *de ſupplic. ad Sanctiſ. part.* 2. *cap.* 1. *numer.* 58. *& cap.* 7. *nu.* 24. illud præcepit ſua Majeſtas in diplomate Regio, quod litteraliter recitatur *in dec.* 135. *nu.* 36. ſub data 5. Decembris 1662. ibi: *Y para prevenir lo que puede ſuceder en danno de la Regalia que me toca en eſto, como protector que ſoy de dicho Sancto Conſilio, eſcrivió Don Antenio Ferrer y Diaz mi Abogado Fiſcal en eſte Conſejo Supremo, al de eſſa Real Audientia ſalieſſe à defender mi Regalia.* Et infra ibi: *Y no ſe executo qualquier deſpacho que venga de aquella Corte, pidiendolo aſſi en eſſa Real Audiencia mi Abogado Fiſcal.* Et inferius ibi: *Siendo tan juſto, y conveniente, que no quede prejudicada mi Regalia, me ha parecido encargar y mandaros deſs ordem al D. Cortiada* (erat tunc Advocatus Fiſcalis Patrimonialis R. A.) *haga luego, y proſiga la inſtancia.*

17 Et in eiſdem terminis S. C. T. *c.* 20. *de refor. ſeſſ.* 24. in quo reſervatur prima cognitio Ordinariis Eccleſiaſticis, quod eius obſervantia ſit Regalia Domini noſtri Regis, dixit Senatus iunctis Tribus Aulis, in concluſione facta 5. Novembris 1677. cuius littera traditur *d. dec.* 135. *nu.* 34. ibi: *Et quia ex eius obſervantia intereſſe reſultat utilitati publicæ, & prodeſt Eccleſiaſticis vaſſallis ſuæ Majeſtatis, & ex ſingulari Regalia pertinet ad ſuam Majeſtatem protectio S. C. T.* Quam concluſionem latè ponderat cum eius littera de Amigant *dec.* 42. *num.* 18. (ad diverſum intentum.) Quando ut certum profertur, quòd Supremi Domini Regalias, & præeminentias tangentium cura ad officium Fiſcalis attinet. Alfaro *de offic. fiſc. gloſ.* 20. Pereg. *de jure fiſci lib.* 1. *tit.* 2. *nu.* 1. Amaya *in Cod. rub. de jure fiſci num.* 24. Latrea *alleg. fiſc.* 1. *nu.* 8. Graſſo *de Reg. patr. Indiar. cap.* 44. *n.* 20. & diximus *dict. dec.* 150.

18 Vnde affirmandum ſupereſt, quòd cum æquè principaliter intereſſe ſimultaneum, & connexum habeant in hac re agenda pars privata, Judex ordinarius, & Fiſcus, alterius renuntiatio, litis deſiſtentia, vel prorogatio, nihil reliquis nocere poteſt, quo minùs valeant ius ſuum etiam principale proſequi.

Sic ceſſat difficultas, quòd ſtante conſenſu ordinarii Judicis, & partis quæ prorogaverat, debet ceſſare protectio Regia diſpoſitionis S. C. T. quia ea non ſufficiunt, quin poſſit Fiſcus Regius per ſe novam inſtantiam inſtaurare, cum Fiſcus æque principale cum parte, & ordinario habeat intereſſe primarium, & non ſecundarium, tam propter intereſſe publicum, in quo verſatur decretatio illa Tridentina, quàm etiam, quia eius exercutio eſt de Regalibus Dom. noſtri Regis; quorum totalis obſervantiæ inſtantia pertinet ad Fiſcum principaliter, ut ſupra probavimus.

19 Alia fuerunt ponderata documenta per partem, demonſtrantia inſubſiſtentiam litis, ex qua induci contenditur prorogatio. Primum ex facto contentioſo exponimus. Quia Decanus in ſupplicatione evocatoria, quam S. Rotæ Romanæ porrexit, affirmavit, ſententiam primitivam ab ordinario Ilerden. prolatam, fuiſſe in eius odium, & in favorem Abbatis, & Conventus Montis ſerrati, S. R. R. eo motivo adeundo; ſimulatè tamen; nam ſolida veritas fuit, quòd ab Ordinario Ilerd. (hic eſt Vicarius, ſeu Magiſtratus ſæcularis Civitatis Ilerdæ) tantum obtinuerunt ex primo decreto adiudicationem hæreditatis Petri Franciſci Gomar, ſitæ in territorio Ilerden. ut eo auctorizante, poſſent ad poſſeſſionem hæreditatis immitti, prout ita fuit executum, nec ultrò ſe extendit ſæcularis auctoritas.

20 Proſequens pariter Decanus eandem inſtantiam in litteris remiſſorialibus, quas à S. R. Romana expeditas Romæ 18. Aprilis 1698. præſentavit D. Stephano Caſelles Archidiacono Sanctæ Eccleſiæ Ilerden. & Magiſtro Scholarum Univerſitatis Litterariæ ejuſdem Civitatis, inſerta fuit eadem ſupplicatio evocatoria cum motivo præhabito.

Iterum ac tertiò in aliis litteris compulſorialibus expeditis Romæ 16. Maii 1698. pro parte Abbatis, & Conventus ad compulſandum inſtrumenta, non minùs fuit enarrata eadem prima ſupplicatio evocationis cauſæ. 21

Commiſſus fuit ergo error in ingreſſu, & litis progreſſu, quo ſtante, procurator partis erroneè conſentiens in judicis electionem, nullum principali potuit inferre præjudicium. Etenim indubitatum redditur, quòd defuit conſenſus in errante, *l. Non Fatur.* 2. *ff. de conſtit. l. Non idcirco* 9. *ff. de juris, & fact. ignor.* ex quo conſenſus defectu quælibet diſpoſitio, etiam cum clauſulis ampliſſimis concepta, vitiatur. Rota *recent. par* 11. *deciſ.* 44. *tota*, ubi quòd annullatur omnis obligatio, etiam cameralis ex alia Rota *par.* 12. *recent. dec.* 206. Sabell. *in ſumm.* §. *Error, verſ. Quod ſtante, num.* 2. Rub. *controv. cap.* 39. *num.* 97. *verſ. Tertio.* 22

Et proinde quòd ex erroneo conſenſu nequeat induci jurisdictionis prorogatio, probat expreſſus text. *in l.* 2. *ff. de judiciis*, per illa verba: *Conſenſiſſe autem videntur, qui ſciant ſe non eſſe ſubjectos juriſdictioni ejus, & in eum conſentiant. Cæterum ſi putent ejus juriſdictionem eſſe, non erit ejus juriſdictio, error enim litigatorum* (ut Julianus quoque *lib.* 1. *Digeſtorum* ſcribit) *non habet conſenſum, aut ſi putaverunt alium eſſe Prætorem pro alio, æque error non dedit juriſdictionem.* Concordat *l. Si per errorem* 15. *ff. de juriſd.* ibi: *Si per errorem alius pro alio Prætor fuerit aditus, nil valebit, quod actum eſt, nec enim ferendus eſt, qui dicat conſenſiſſe eos in Præſidem, cum ut Julianus ſcribit, non conſentiant qui errent, quid enim tam contrarium conſenſui eſt, quàm error, qui imperitiam detegit?* Fagnanus *in c. Significantibus nu.* 18. *de offic. deleg.* 23

Antedicta comprobant Anton. de Mathæis *de prorog. juriſ. nu.* 16. *verſ. Tertiò limitatur.* Decianus *in tract. crim. lib.* 4. *c.* 23. *n.* 13. Cardin. de Luca *lib.* 3. *de juriſd. diſc.* 120. *nu.* 11. *verſ. Solidor tamen*, ibi: *Quod ad effectum, ut dicta propoſitio intret, atque prorogatio ſuam faciat operationē, requiritur, ut ille, qui conſenſit in Judicem incompetentem, benè ſciat illum eſſe talem, ut per Veſtr. in prax. lib.* 5. *c.* 13. *num.* 4. *& meritò quidem, quoniam impoſſibile eſt dare conſenſum præjudicialem ſine ſcientia, cum ille provenire potuerit ex ignorantia, vel falſa credulitate, ſeu falſo præſuppoſito, quod eſſet competens, ut in hac facti ſpecie, dum agebatur de hæredibus mediatis omninò ignaris, atque de facto adeò antiquo, ideoque juſtè motivum rejectum fuit*; & pluribus citatis Carleval. *de judic. diſp.* 2. *n.* 1013. qui ex Barboſa id extendit, quod ſimiliter ut error, ita dubitatio prorogationem impediat, & quòd id ipſum procedat, ſive erret utraque pars, ſive altera tantùm, ſive contingat ante, ſive poſt litem conteſtatam, ſive ſit error juris, ſive facti, quæ omnia etiam complectitur Fermoſinus *in c. Sign.* 18. *de foro comp. q.* 9. *n.* 13. *cum pluribus ſeqq.*

Quæ, ſi præhabita procedunt in parte principali errante, majori jure admitti debent in procuratore, qui propterea nequit principali inferre præjudicium, probat text. *in l. Si procurator meus* 33. *ff. de adq. rer. dom.* ibi: *Procurator meus, vel tutor pupilli rem ſuam, quaſi meam, vel pupilli, alii tradiderint, non receſſit ab ejs dominium, & nulla eſt alienatio, quia nemo errans, rem ſuam amittit.* 25

Secundum, quia conſideratur ſimulatio ex parte evocantis, qui affirmaverat, ſententiam prolatam fuiſſe coram ordinario Ilerden. ſupprimendo fuiſſe ordinarium ſæcularem, (qui tantum decreverat poſſeſſionem in favorem Abbatis, & Conventus, hæreditatis temporalis, ſitæ intra ambitum ſui territorii) cum intelligi poſſet, prout valuit, eſſe ordinarium Eccleſiaſticum, quem vitioſum ingreſſum abhorret jus Canonicum, *cap.* 1. *de eo qui mit. in poſſeſ. lib.* 6. nec poteſt eſſe deterior ingreſſus, quàm doloſus, *l.* 1. *ff. de dol. excep.* ubi inquit I. C. quòd ideo hanc exceptionem doli Prætor propoſuit, ne cui dolus ſuus per occaſionem juris civilis contra naturalem æquitatem proſit, Pariſ. *de reſig. benef. lib.* 13. *quæſt.* 3. ubi ex his infert renuntiationem, ſeu reſignationem beneficii dolo factam, nullam eſſe, ſcribens *num.* 10. ibi: *Quia mens Papæ eſt recipere renuntiationem, ſi fiat libera voluntate, & hac mente confert, unde ſi fuerit ceſſio doloſa, tanquam contra mentem erit nulla.* 26

Quæ aliena non ſunt ab inſtituto, nam validum eſt argumentū de renuntiatione ad prorogationem juriſdictionis, 27

ut in

ut in renuntiatione fori hæc fraternizat Carleval. *de judic. disp. 2. n. 1061.*

28 Aptius tamen assumptum probatur, nam ad Judicis electionem requiritur consensus partis, ut diximus, & dolus excludit consensum Barb. *axiom. 53. ver. Consensus n. 2.* Et cum simulatio æquiparetur falsitati seu dolo quoad nullitatem rescripti, arg. *l. 1. §. Venditor ff. de act. empt.* juxta illud Marcelli *lib. 29. Fallere non minus videtur qui gestis præterit, quam ille qui nunquam facta fingit.* Tellez *in cap. Super litteris 20. de rescrip. à n. 5.* docens quod etiam obreptitia, & subreptitia appellantur rescripta, si non distinctè proponatur status negotii, super quo impetratur rescriptum, & *n. 10.* ex variis ad id allegatis infert, quod rescriptum impetratum simulata veritate, aut suggesta falsitate, non creditur impetratum ex Principis voluntate, & quod deficiente veritate in narrativa, deficit voluntas in Principe, qui concedendo circumvenitur.

29 Sequitur dicere, nil prodesse evocanti admissionem causæ in S. R. Romana, ob prætextum simulatum in ea enarratum, & sic tum ex defectu consensus prorogantis, tum etiam Summi Pontificis assentientis, nec à vitio subreptionis liberari; quia status negotii non fuit in evocatione causæ propositus, ac proinde sustineri eam non posse virtute prorogationis, obstantibus nullitatibus expensis.

30 Ut non dissimiliter docuit Fagnanus *in 2. par. 1. decr. in cap. Significantibus de offic. delegat. nu. 17.* per illa verba: *Secunda ratio est, quia etsi prædicti Judices aliàs essent ordinarii, tamen partes non intendebant illorum jurisdictionem ordinariam prorogare, sed priori commissioni innitebantur, quasi ex debito, cum tamen non teneretur, tum quia delegatio fuerat surreptitiè impetrata suggesto mendacio paupertatis, tum quia Judices pronuntiarunt se jurisdictionem non habere, atque ita partes errabant in jure, vel in facto, quorum utrumque prorogationem impedit l. 2. in princ. ff. de jurisd. omn. Jud.*

31 Salgado *de supplic. ad Sanctiss. par. 2. cap. 31. n. 1.* per illa verba: *Experimento comperimus, quanta, & ingentia damna Reipublicæ afferre inhibitiones præsertim Rotales, & è Romana Curia subreptitiè obtentas, & ad hæc Regna allatas falsis suggestionibus litigantium, & veritate tacita, statu, natura, & qualitate causarum, vel omissis penitus, vel ita sub verborum involucro relatis, ut individua, & specifica veritas occultetur, ut facilè (in debitè tamen (obtineant inhibitiones in iis casibus, quibus expediri jura vetant, solo animo impediendi cursum litium, atq; adversarii justitiam nunquam consequantur, & sumptibus, & laboribus fatigati illam deserant, & jus amittant. Tandem pro remedio (cum aliud longè sit ob tantam Romanæ Curiæ distantiam, quod tam illato damno accedens prodesse non possit, ex iis quæ longa serie non inutiliter fuere per Nos considerata supra 1. par. 1. cap. 1. §. unico per totum) ad Senatum hunc Supremum confugiunt, ut ibi retineantur, ne cum tam intolerabili præjudicio Reipublicæ illis utatur impetrans; quibus igitur casibus (ex iis quæ in facti contingentia habuimus) retento hæc locum habeat, utile in unum annectere judicavimus.*

32 Additur his quod dicitur de coactione, & metu, quæ impediunt consensum, & in se includunt dolum, ex traditis à Parisio *de resig. benef. lib. 3. q. 3. n. 10.* quæ vitiant jurisdictionis prorogationem. Carleval *de judic. disc. 2. n. 1014. & 1018.* Fermos. *in cap. Significasti 18. de foro comp. qu. 9. n. 20.*

33 Tertium quia, ex quo novi Judicis constitutio, sive electio videtur res magni præjudicii, quam procurator sine speciali mandato expedire non potest, *cap. Qui ad agendum 4.* ubi glos. *verbo paciscì, & cap. Generaliter 5. de proc. in 6.* Cancer *var. 2. cap. 14. n. 26. & 27.* Carleval *de judic. disp. 2. n. 1143.* Reg. Cortiada *dec. 169. n. 28.*

34 Ideo procurator, nisi habeat speciale mandatum, jurisdictionem prorogare non valet. Carleval *de judic. disp. 2. nu. 1143.* Cyriac. *contr. 382. n. 27.* Tondut. *de præv. jud. part. 1. cap. 59. n. 47.* ubi de proroganda jurisdictione conservatoris) Marin. *lib. 1. cap. 66. nu. 7.* Altimarus *de nullit. to. 1. rub. 9. qu. 11. n. 34.* Regens Cortiada *d. dec. 169.* & observantias refert *à n. 25.* ubi amplè de hac re.

35 Vel nisi procurator habeat mandatum cum libera, & plena administratione. Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent. cap. 10 §. 1. nu. 253. cum pluribus citatis.* Reg. Cortiada *par. 3. d. dec. 169. n. 29.* (qui *n. 32.* subdit DD. contrarium tenentes) Altimarus *de nullit. rub. 9. q. 11. nu. fin.* ad hanc rem Cancer *var. 1. cap. 14. nu. 31. & var. 1. cap. 21. nu. 47. vers. Judicem igitur.* Marin. *var. resol. lib. 1. cap. 66. n. 7. & in obs. ad Revert. dec. 31. à n. 2.* Manfrella ad Latro *dec. 180. n. 12.* Quesada Pilo *cont. forens. cap. 37. nu. 62.* Font. *dec. 376. n. 11.*

Et licèt id ipsum etiam admittant aliqui DD. ut procurator generalis ad lites possit jurisdictionem prorogare, quando principalis notitiam habuit, & non contradixit, ex quo dictæ prorogationi consentire videtur, quos citat Reg. Cortiada *d. dec. 169 n. 33.* at vero ibidem recitat contrariam opinionem apud nos esse admissam, & observatam in exemplaribus, quæ ipse allegat.

Et his additur contentio declarata per Cancellarium 36
Montserrat, consultoribus Colomer, & Taverner & Rubi die 5. Januarii 1685. inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & sæcularem Regiæ Audientiæ partibus ex altera, occasione firmæ factæ in dicta Curia sæculari per Nobilem Mariannam Eva, & Mas, procedimentis Curiæ Ecclesiasticæ, instantibus administratoribus causæ piæ Mariannæ Crusas & Prades.

Ac amplius licèt posset scientia, & patientia partis 37
ipsi obesse; at non Principi in Regalibus, utpote docemur, quòd scientia Ministrorum, vel Officialium nullum præjudicium Principi infert, *l. 1. ff. de offic. proc. Cæs.* Igneus *in l. Necessarios. §. Non aliàs nu. 1087. & seq. ff. ad S. C. Syllan.* Menoch. *cons. 1096. n. 2.* Surdus *cons. 270. n. 19. & 20.* Capicius *decis. 57.* Costa *de jur. & facil. ignor. in spec 72. num. 12. & 13.* Farinac. *dec. 57. n. 7. & 8.* Larrea *alleg. fisc. to. 2. alleg. 92. n. 21. & 22.* Crespi *obs. 63. n. 20.* Ferrer *in disc. super dif. jurisd. Reg. n. 172. & seqq.*

Cumque in nostra specie procurator, qui comparuit in 38
S. R. R. nec habuit ab Abbate, & Conventu Montisserrati speciale mandatum, nec cum libera, & generali administratione, nec generale ad lites, imò nec aliquale mandatum; quia quod habuit, fuit tantùm nominatio quædam illi facta per Congregationem Vallis-Soleti pro procurandis negotiis Congregationis, ut nobis pro certo stabilitum fuit, & Procurator generalis Ordinis non est legitimus procurator pro singulis Monasteriis. Felin. *cap. Cum te, n. 14. vers. Illam differentiam, de rescrip.* Rota *recent. par. 2. dec. 201. nu. 2.*

Nequivit igitur eam jurisdictionem pro Abbate, & Conventu in lite hac speciali prorogare. Nec in omni casu ejus scientia potuit damnificare Regaliam, quæ consistit in Regia protectione dispositionis Tridentinæ.

Nec argui potest ratihabitio gestorum, quia extractæ 39
fuerunt litteræ compulsoriales ad probandum pro parte Abbatis, & Monasterii in hoc Principatu, ut diximus supra *n. 21.* Et etiam ex quo Abbas, vel domus Montisserrati administrator exsolvit expensas litis, quæ in Rota ventilabatur: quia ultra dicta affirmatur etiam, nullum potuisse inferre facta illa præjudicium Conventui; nam cura exequendi compulsoriales, & exsolvendi expensas litis pertinet ad Religiosos destinatos per Abbatem, sine ministerio, & scientia Monasterii, cui præjudicium inferre non potuerunt, ad tradita per Lazana *in sum. tom. 1. cap. 11. n. 5.*

Concluditur ergo per partem Abbatis, & Conventus, ex defectu legitimi mandati non esse prorogatam jurisdictionem S. R. Romanæ quoad præjudicium Abbatis, & Conventus Montisserrati. Reliqua *in decis. sequenti.*

DECISIO CLII.

ARGUMENTUM.

An textus C. T. *sess. 24. cap. 20. de reform. vers. Ab his excipiuntur causæ*, comprehendat text. *in l. unic. C. Quando Imper. inter pupillos, & viduam*, & sic an electionis fori Privilegium, tam in Tribunalibus sæcularibus, quàm in Ecclesiasticis procedat; ita quòd privilegiatæ personæ per viam electionis fori, omisso loci Ordinario, Curiam Romanam adire possint.

SUMMARIUM.

1 *Dubium.*
2 *De jure communi datur electio fori personis privilegiatis.*

Pupil-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

3 *Pupilli, viduæ, miserabiles personæ, rescripto Principis evocare, non autem evocari possunt.*

4 *In dispositione Sacri Concilii Tridentini* sess. 24. cap 20. de ref. *non comprehendi textum* in leg. unica Cod. Quando Imperator inter pupillos, *est una opinio.*

5 *Privilegia concessa per modum legis, non comprehendunt Ecclesiasticas personas.*

6 *Nullum est ipso iure statutum, quatenus non subditos ligare intendit.*

7 *Imperiales leges, specialiter de personis Ecclesiasticis loquentes, nullam habent vim, nisi à jure Pontificio approbentur.*

8 *Ex impotentia concedentis arguitur noluntas, & statutum recipit interpretationem à potestate statuentis.*

9 *Concilium Tridentinum in regula quòd causæ non extrahantur in prima instantia à Judicibus Ordinariis Ecclesiasticis, solum consideravit jus Canonicum.*

10 *De Jure Canonico Ecclesiastici non habent electionem fori.*

11 *Concilii Tridentini ratio est, ne litigantes trahantur extra Provinciam.*

12 *In dispositione Sacri Concilii Tridentini* sess. 24. cap. 20. *comprehendi textum* in l. Unica Cod. Quando Imperator inter pupillos, *est alia opinio.*

13 *Pontifex privilegiis derogare non intendit.*

14 *Dictio* omnis *est universalis, declaratur.*

15 *Concilium Tridentinum directè tendit ad favorem miserabilium personarum, & fundatur in æquitate.*

16 *Concilium Tridentinum* d. sess. 24. cap. 20. de reform. *non sustulit modos legitimos, quibus quis ex juris dispositione sortitur forum.*

17 *Causæ studentium excipiendæ sunt à prima instantia Ordinariorum, eò quia istæ in Universitatibus vigore conservatoriæ tractantur coram eorum Judice, tam in possessione, quam in proprietate.*

18 *Decisio Pontificia.*

19 *Viduæ pupilli, & miserabiles personæ, de quibus* in d. l. unica, *non possunt invicem uti privilegio illo, sed quilibet servare debet jus commune; cum unus non sit potentior altero.*

20 *Privilegiatus contra privilegiatum non utitur privilegio: secus fiactor is privilegiati privilegium sit potentius.*

21 *Privilegium viduæ cessat, cum pupillo litem habentis; quia illius privilegium est per accidens; pupilli verò per naturam, quod declaratur.*

22 *Reus, aut alias actor præfertur in foro, quando alter his privilegio, & jure communi juvatur.*

23 *Privilegiatus in genere, & in specie præfertur illi, qui est privilegiatus in genere tantum.*

24 *Privilegium electionis fori concessum Monasterio, est majoris potentiæ, & efficaciæ, illo quod est concessum viduis, pupillis, & aliis miserabilibus personis.*

25 *Quando quis tractat de damno vitando, & alter de lucro captando, ille isti præfertur.*

26 *Monasterium gaudet privilegio miserabilitatis.*

27 *Privilegio electionis gaudent Ecclesiæ, Civitates, Universitates, Monasteria, loca pia, Confraternitates, Collegia, & piæ causæ.*

28 *Peregrini, & hospitale gaudent privilegio miserabilitatis, ubi resolutio facti, & n. 29.*

30 *Miserabiles personæ, quæ dicantur; relinquitur arbitrio Judicis.*

31 *Circunstantia facti.*

32 *Inter duos miserabiles quoad forum non consideratur qui sit magis miserabilis.*

33 *Hæres, institutæ causa pia, non detrahit Falcidiam contra Ecclesiam legatariam.*

34 *Resolutio dubii.*

35 *Indistinctè in hoc Principatu evocantur causæ miserabilium, pauperum, viduarum, pupillorum, & aliorum privilegiatorum adversus æque privilegiatum, ea ratione, quia ex eo nemo censetur gravatus; imò omnibus est magis, consultum.*

36 *Inspecto nostro jure municipali, quod declaratur.*

37 *Causæ extra Principatum trahi non possunt.*

38 *Decisio Senatus.*

39 *Licèt de jure communi, miserabilium, & oppressorum causæ cognitio quoad sæculares permissa sit Judici Ecclesiastico; attamen id in hoc Principatu non procedit, in quo solus Dominus Rex de ea Regalia cognoscit.*

40 *Quando habeat locum, quod privilegiatus non trahatur extra suam Provinciam.*

41 *In hoc Principatu adhuc privilegiatus contra privilegiatum causam ad Curiam Principis evocare non potest, si persona privilegiata aliquod incommodum supportet, ex evocatione: Cum Senatu.*

42 *Sacrum Concilium Tridentinum* sess. 24. ca. 20. de ref. *attendit ad incommoda partium evitanda.*

43 *Modus procedendi pro observantia Concilii Tridentini exponitur, cum Regio rescripto.*

44 *Aliud Regium rescriptum.*

45 *Tenetur Fiscalis prosequi instantiam cum supplicatione ad Regiam Audientiam, prout fieri est assuetum, quando proceditur versus Judicem Delegatum Apostolicum.*

46 *Panditur occasus Catholicissimi, & religione præstantissimi Caroli Secundi Hispaniarum Regis.*

EX Decisionibus antecedentibus in facto ibi proposito supereſt.

QUARTUM DUBIUM.

An privilegium electionis fori observetur in Curiis Ecclesiasticis; itaut personæ privilegiatæ, quibus competit electio fori, possint, omisso Ordinario, adire Curiam Romanam non obstante dispositione Sacri Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 20 de reform.* quæ reservat Judicibus Ordinariis Ecclesiasticis cognitionē primę instantię. 1

DUBIUM QUINTUM.

Estò in casu controverso habeat locum dispositio S. C. T. *sess. 24. cap. 20. de reform.* quomodo per Regiam Audientiam procedendum sit pro obtinenda observantia dispositionis Tridentinæ.

In Tribunalibus sæcularibus quòd detur electio fori personis privilegiatis de iure communi, probat magistralis text. *in l. unica Cod. Quando Imperator inter pupillos, vel viduas, vel alias miserabiles personas cognoscat, & ne exhibeantur*, ibi; *Si contra pupillos, vel viduas, vel diuturno morbo fatigatos, & debiles impetratum fuerit lenitatis nostræ judicium: memorati à nullo nostrorum judicum compellantur comitatus nostro sui copiam facere; quinimo intra Provinciam, in qua ligator, & testes, vel instrumenta sunt, experiantur iurgandi fortunam: Atque omnis cautela servetur, ne terminos Provinciarum suarum cogantur excedere. Quod si pupilli, vel viduæ, aliique fortunæ iniuria miserabiles judicium nostræ serenitatis oraverint, præsertim cum alicujus potentiam perhorrescunt: cogantur eorum adversarii examini nostro sui copiam facere. Dat. Kal. Jul. Constantinop. Optato, & Paulino Conss.* 334. 2

Cujus text. legitima conclusio est. Pupilli, viduæ, miserabiles personæ, rescripto Principis evocare, non autem evocari possunt, cujus rei exemplum est in Epistola Theodorici Regis apud Cassiodorum 4. *var.* 9. ibi: *Innocentiæ professio est, nostram elegisse præsentiam: Ubi nec violentiæ locus datur nec avaritię vitia formidantur* & infra ibi *Ubi, & innocentia perfugium, & calumniatores ius possunt invenire districtum.* Hæc notat Goth. *ad d. leg.* Unde Imp. Ludovicus Comites admonet *l. 2. capit. c. 6.* his verbis: *Pupillorum vero, & viduarum, & cæterorum pauperum, auditores, & defensores sitis:* nam ut legitur Exod. *cap. 22. num. 22. Viduæ, & pupillo non nocebitis, si læseritis eos, vociferabunt ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt uxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli*; pro cujus materiæ intelligentia videatur Anguianus *de legibus lib. 3. cont. 22. n. 41. cum pluribus seqq.* & de hac re juxta terminos *dict. l. unicæ*, agunt Guido Pap. *dec. 566.* Perez *t. 1 l. 1. lib. 3. ordinament. col. 764. & seq.* Gregor. Lopez *l. 41. t. 18. par. 3.* & Melius *in l. 5. tit. 3. & in l. 20. tit. 23. par. 3.* Covarrub. in *pract. c. 6. & 7.* Franchis *dec. 100. per tot. &* 187. & 188. & 232. ubi Luca, Thesaurus *dec. 177. per totam.* Paz *in prax. par. 1. tom. 1. temp. 1. n. 19. 20. &* 21. Mennoch. *de arb. lib. 2.* 3

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lib.2.cas.65.& 66. Velasquez *cons.57.& 136.* Asaved. *8.tit.3.lib.4. nouæ collectionis.* Vivius *lib.1. dec.65.& lib.4. dec.521.* Gratian. *discept.forens.cap.182.ex nu.1.*& ibi Luca, & plures allegati per Castillo *quotidian. lib.3. cap.25.n.2.* Thoro *in comp.dec.par.2. vers. Remissio causæ.* Marin. *resol.lib.2.ca.47.* Latro *dec.195. tot.* & ibi Manfrela cum pluribus. Fagnanus *in ca. Significantibus de effic.del.à.n.26.* Velasco *de privil.miser.pers.q.3. late tota.* Giurba *dec.82.* Novarius *de elect. fori per integrum librum.* Carlev. *de judic. lib.1. tit.1. disp.2. qu.6. sect.7. tot.*

4 In suscepta verò quæstione, an tex. C. T. *sess.24. ca.20. de ref.* quæ reservat ordinariis Ecclesiasticis primam instantiam, comprehendat text. *in d.l.unica Cod. Quando Imperator inter pupillos, & vid.* ita ut omisso ordinario, privilegiatus possit Curiam Romanam adire, non adhuc expedita determinatio videtur. Eam accuratiùs suscepit indagandam Doct. Marta *voto 209.* qui pro veritate scribens affert pro negativa diversa fundamenta, nec sub regulæ Trid. exceptione *in ver. Ab his excipiuntur*, comprehendi probat civilem dispositionem *d.l.un.* Nam licet à regula illa quòd causæ Ecclesiasticæ debent in prima instantia coram ordinariis definiri, limitetur *in d. ver. Ab his*, in causis quæ secundum Canonicas sanctiones debent apud Sedem Apostolicam terminari; attamen profert text. *in d.l.unic Cod. Quando Imper. inter pupil. & vid.* non esse de illis Canonicis sanctionibus ex variis rationibus.

5 Prima ex defectu potestatis in concedente. Quia Imperator condendo illam legem, non explicavit Ecclesiasticos; nec potuit de ipsis illam legem intelligere, quia privilegia ab eo concessa per modum legis, non comprehendunt Ecclesiasticas personas; nam hoc esset signum superioritatis, quod ius abhorret. Abbas *in ca. Ecclesia S. Mariæ de constit. & cap. Qui Clerici de foro comp.* Alex. *consil.207.n.2. vol.2.* deficit enim ipsi potestas. Cor. *consil 145.n.4 lib.4* Castrens. *consil.157. lib.2.* & testatur de communi Surdus *consil.301.n.46.* Honded. *consil.20.n.6.lib.2.*

6 Et esset nullum ipso iure statutum; quatenus non subditos ligare intenderet, *ca.1.iunct gl. de const. & cap. 2.eod.tit.in 6.* Rebuf. *ad const. Franc.in proæm gl.1.n.59.* Grassis (cum hac, & aliis rationibus concordans cum cum nullitate antedicta) *de effect. Cler. effect.2.*

7 Unde Imperiales leges *ad tit. Cod. de Jud. Trin. de Sacr. Eccles. & de Episc. & Cler.* specialiter de personis Ecclesiasticis loquentes, nullam vim habent, nisi à jure Pontificio approbentur. Azor. *Inst. mor. par.1.lib.2.cap. 6.q.4. & par.2.q.9.lib.10.* Pereyr. *de nom. emphyteut.q.16. n 28.* Sanch. *in sua sum.to.2.lib.7.c.9.à n.4. de leg.c.34.lib.3* Card. Baron. *tom.7. annal. Ecclesiast. an. Christi 565. pag. 486.* Gratian. *discep. forens. ca.164.n.12. & 13.*

8 Secunda, nam ex defectu concedentis arguitur nolunt as, *l. Lucius 21 ff. ad mun. cap. A nobis 28. de sent. excom.* Craveta *consil.106.n.6.* Decius *consil 504. vol.1.* prout statutum recipit interpretationem à potestate statuentis. Monach. *in cap. de const. in 6.* Bart. *in l. Omnes Populi ff. de Just. & jur.* Bald. *in l. Cod. de jurisd. omn. judic.* Benincas. *in tract. de paup. quæst.8. special.4.n.74.*

9 Tertia, quia C. T. in regula, quòd causæ non extrahantur in prima instantia à Judicibus ordinariis Ecclesiasticis, solùm consideravit ius Canonicum: ergo eodem modo dicitur considerasse jus Canonicum, & non civile in exceptione; quia exceptio est à regula, *l. Nam quod liquidæ 4. §. pen. de Penu leg l. Quæsitum 12. §. Denique ff. de fund. inst. Can. Dominus in pr.32.q.7.* Surd. *dec.124.n.2.*

10 Tantò magis, quia Concilium per sanctiones Canonicas non potuit intelligere legales, & civiles; nam specialiter est decisum contrarium de iure Canonico, in quo Ecclesiastici non habent electionem fori Ecclesiastici, *cap. Cum sit generale de for. comp.* ad cujus ortum allegantur Curia Philippica *par.3. §.2. n.6.* Azaved. *in nova recopil. l.2.nu.10. tit.2.lib.1. & l.4.num.4.tit.1.lib.2.* Thesaur. *dec.224.n.2.* Bellet. *disq. Clerical. tit. par.1. de fav. Cler. real. §.4.n.13.* ex text. *in cap.2. de Privileg.*

11 Quarta, & ultima, quia Concil. specialiter verbis expressis considera vit rationem, ne litigantes trahantur extra Provinciam, dum dixit: quod in secunda instantia, probata paupertate, non cogantur extra Provinciam litigare: ergo dum expressit Provinciam in exceptione, præsupponit idem tacitè in regula dicere voluisse.

12 Contrariam verò opinionem prosequitur Novar *in tr. de elect. & variat fori sect.1. q.9. per tot.* ubi (recitatis rationibus hucusque pro contraria ponderatis) affirmat, comprehendi in Conc. Trid. dispositionem *d.l. unic.* & illam amplexam fuisse in limitatione *ver. Ab his excipiuntur*, quod fulciri posse asserit, etiam ex variis documentis.

Primò, quia S. C expressè non derogavit *l. unic. Cod. Quando Imperator*, & in dubio nec Pontifex privilegiis derogare intendit, Rota apud Far. *dec.11. cent.7* Coch. *de jurisdict. in exemptos q.152.n.7. par.2. tom.2.* punctim Fran. *dec.187.* quam optimam appellat Canc. *var.2.ca.2. de jurisd. n.24.* Giz. *ad. dec. Latro 67. n.9.* Luca, *ad dict. dec. Franch.187: tot.* Grat. *dis. for. ca.182.* ubi Luca. 13

Nec dictio *omnis*, qua utitur Concilium ibi: *Causæ omnes*, quæ est universalis, & nihil excludit, *l. Testatorem 58. de leg.3. l. Hocarticulo 29. ff. de hær. instituen.* cum vulgatis videtur derogasse privilegio de jure communi inducto, & in corpore juris clauso, quod requirebat specialem derogationem. 14

Secundo quod satis apparet esse comprehensum illud privilegium *in d. vers. Ab his*, ubi à regula Concilii excipiuntur causæ, quæ secundum Canonicas sanctiones debent apud Sedem Apostolicam terminari, quando fit certum dispositionem *dict. l. unic.* directè tendere ad favorem miserabilium personarum, quæ sunt sub protectione Ecclesiæ, præmaximè, quia fundatur in æquitate, quæ fortiùs admittitur de jure Canonico, quod æquius, & magis pium ab omnibus prædicatur. 15

Tertiò quia Concil. loco citato, non sustulit modos legitimos, quibus quis ex iuris dispositione fortitur forum, ut decisum testatur Leon. *in thes. fori Eccl. par.2.n. 75.* & probat idem Novar. *concl.1. tit. de caus. primæ instantiæ coram locorum ordinariis determinandis*, & sequitur Barbosa *de offic. & potest. Episcopi, allegat.81.n.15 p.3.* 16

Unde causas Studentium excipiendas esse à prima instantia ordinariorum, eò quia istæ in Universitatibus vigore conservatoriæ tractantur coram eorum Judice, tam in possessione, quàm in proprietate. Leiva *in fu. exam. Ep. lib.5.c.1.n.4.* 17

Hæc opinio fuit approbata coram Sanctis. Papa Urbano VIII. in examine Episcopi Caputaquensis ex eius relatione, interrogante Illustrissimo, & Reverendissimo D. Card. Mellino de anno 1627. & decisum testatur Marta *d. vot. dec. 209. in principio*, ut expressit Novar *de elect. for. section. 1.d. qu. 9. nu.18.* & est admissa etiam de jure Canonico, & in foro Ecclesiastico firmant Canonistæ, de quibus Fagnanus *in cap. Ex parte num. 10. de foro comp. & in cap. Significantibus nu.42. de offic. deleg.* Cardin. de Luca *l.3. de jurisd. disc. 80. nu. 4.* ac etiam non obstante Concilii dispositione *sess. 24. de reform. d. cap.* cum illa sit regulariter intelligenda, & respectu non privilegiatorum. Salgado *de supplic. ad Sanctis. part. 2. cap. 31. nu. 37.* Barbosa *in collect. ad Concil. dict. sess. 24. cap. 20. nu. 43.* Luca *de iurisd. dict. disc. 90. nu. 5.* 18

At cum *in d. l. unica Cod. Quando Imperator*, non sit decisus casus, an pupillus, vel vidua, & aliæ miserabiles personæ, habentes fori privilegium, possint eo uti adversus simile, vel par jus habentes, erit dubium super his, ex aliis juris regulis, & legibus definiendum, ut annotat Castillo *contr. lib 3. cap. 25. num. 27.* Inde communiter admissam conclusionem complectimur, videlicet, viduas, pupillos, & miserabiles personas, de quibus *in d. l. unica*, non posse invicem uti privilegio illo, sed quemlibet servare debere ius commune cum unus non sit potentior altero. Novar. *in prax. elect. fori sect. 2 qu. 21.* Latro *dec. 195.n.1.* ubi Manfrella Franc. *dec.188.* & ibi Luca, Mastril. *dec. 280.* Cavalcan. *dec.30. nu.17. tom. 1.* Sanfelic. *dec.73.n.12.* Castillo *l.3. quotid. dict. c.25.n.27.* Et tunc ad ius commune recurritur, quo cautum est, ut actor Rei forum sequi debeat; punctim Novar. *de election. for l.1. sect. 3.c.62.* Latro *dec. 195.n.1. & seqq.* & ibi Manfrella *n.3. in fin.* Marin. *resol.l.2.c.47.n.2. & 13.* Thoro *in comp. dec. p.2. verbo Remissio causæ* Giurba *dec.82.n.8.* 19

Et id ipsum docent Carleval. *de Judic.l.1.tit.1.disput. 2.qu.6.sect.7. n.633.* Severin. ad Sanfelic. *dec.358. vers. Addo.* Valenzuela *cons.18.n.7.* Ricci. ad Franc. *decis.188.* (qui duo loquuntur de una Ecclesia, quæ uti non potest privilegio adversus aliam) Calà *in tract. de modo articulandi glos.1.§.1.nu.81.* nisi actor is privilegiati privilegium potentius sit. Borgnin. *d.dec.3.à n.35.* Marin. *t.2. res. 47.ex n.13.* Manfrella cum Latro *d.dec.195.n.6.* quia persona quæ maiori privilegio præfulget, trahit illum, qui minori privilegio munitus est. Afflict. *dec.56.* ubi Ursil. *n. 3.* Covarrub. *pract.c.7.n.4.* Marin. *lib.2. resolution. d.c.47.* 20

num.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nu. 14. Thoro *in comp. dec. part. 2. in verb. Remissio causæ* Carleval *de Judic. d. disp. 2. nu. 633.*

21 Sic licèt privilegium viduæ cesset cum pupillo litem habentis; quia illius privilegium est per accidens, pupilli verò per naturam ex text. *in l. Qui habet tutorem 3. ff. de tutelis*. Vrsil. ad Afflict. *dec. 56.* Covarrub. *practicar. qu. 8. n. 4.* Atverò si in vidua concurrit duplex privilegium, ea præferatur in electione fori. Fab. *in Cod. lib. 3. tit. 7. dif. 86. n. 17.* quam Fabri decisionem integram transtulit Novar. *post tract. de electi. fori, in calce*, & ingegnosam applaudit Castillo *quot. l. 3. d. c. 25. nu. 28.* ubi de vidua dotem repetente à pupillo, quia in ea militat duplex privilegium, videlicet personæ, & causæ: approbat Mantrella ad Latro *lib. 2. dec. 195. n. 7.* Luca ad Franch. *dec. 188. nu. 3. ver. In causa dotis*, laudat Velasco *de privileg. miser. q. 3. nu. 44. ver. Providua*, facit Carleval. *de iudic. d. disp. 2. sect. 7. nu. 536. cum seqq.*

22 Nam duo vincula magis ligant, quàm unum. §. *sed hodie Inst. de adopt.* Thoro in hac re *in comp. decis. in d. verbo Remissio causæ*, quam rationem proinstituto ponderat Carleval in terminis concursus privilegiatorum; in eo quod reus, aut aliàs actor præferantur in foro, quando alter ex his privilegio, & iure communi iuvatur, *d. disp. 2. nu. 633.* ibi: *Quoniam reus iuvatur privilegio, & iure communi, actor solo privilegio si ipse sit, qui privilegio uti vult, & simili modo, si reus uti vult privilegio, ipse solo privilegio iuvatur, contra actor privilegio, & iure communi; quo fit ut cum duo vincula sint fortiora, quàm unum. Auctor. Itaque Cod. communia de succession. Negusan. de pignor. 5. part. memb. 4. nu. 22. in fin. Ioan. Garcia de Nobilit. glos. 6. n. 56. Ille qui nititur iure communi, & privilegio facilè vincat actorem, vel reum solo subnixum privilegio.*

23 Sic privilegiatus in genere, & in specie prefertur illi qui est privilegiatus in genere tantùm. Don Hieronym. Calà *in tract. de in integrum restit. q. 35. n. 70.* Mantrella ad Latro *lib. 2. d. dec. 195. nu. 7.*

24 Sic privilegium electionis fori concessum Monasterio, est maioris potentiæ, & efficaciæ, illo quod est concessum viduis, pupillis, & aliis miserabilibus personis; nam privilegium concessum Ecclesiastico, non est concessum cuique ipsorum singulariter sed toto Ordini principaliter, & absolutè contemplatione Dei Omnipotentis: ad latissimè tradita per Latro *dec. 195. n. 7. & 8. ac seq.* & per eum Card. de Luca *de iurisd. disc. 69. n. 11.* Santel. *dec. 358. n. 18.* Carol. Anton de Luca ad Franch. *d. dec. 188. n. 3. vers. Clericum.* Marinis *resol. lib. 2. cap. 47. nu. 15.*

25 Sic etiam quando quis tractat de damno vitando, & alter de lucro captando, ille isti præfertur Gratian. post alios *discept. forens. c. 202. nu. 31.* Novar. *in prax de electione for. qu. 21. sect. on. 2. n. 2.* ubi nonnullas illationes ad id adducit. Ric. ad Franch *d. dec. 118.* Covar. *pr. c. 7. n. 4.*

26 Hæc habuimus in facto in superioribus decisionibus relato Abbatis de Montesserrato, cum causa pia instituta per Petrum Franciscum Gomar, cuius manumissor petebat ab Abbate, & eius Monasterio immissionem prætensæ hæreditatis causæ piæ, evocando causam in prima instantia ad Curiam Romanam: & conquassari privilegia actoris, & Rei fit evidens, tum & fortiùs quia in Abbate Montisserrati concurrebant duæ causæ, videlicet Monasterii, quod in his terminis gaudet privilegio miserabilitatis. Latro *p. 2 dec. 195. nu. 7.* & licèt de Ecclesia dubitent DD nisi sit pauper, quos allegat Velasco *de priv. mis. qu. 3. tota*, at quoad Monasteria, & Religiosos, apud Nos est compertum. Cancer *var. 2. c. 2. nu. 15. & 16.* Peguera *in prax rub. 4. n. 6.* & eius Addit. Ripoll *n. 65. & de Regal. c. 23. n. 24.* Fontan. *dec 522. n. 15.* Barbosa *in coll. ad dict. l. unic. n. 38.* Qui etiam in Lusitania id etiam practiari docet, & in Aragonia tradit Velasco *de privileg. paup. p. 2. qu 52. n. 33. & p 2. qu. 8. nu. 5.*

27 Et generaliter quòd privilegio electionis gaudeant Ecclesiæ, Civitates, Universitates, Monasteria, loca pia, Confraternitates, Collegia, & piæ causæ, ex veriori cum infinitis quos allegat. probat Carleval *de iudic. lib. 1. tit. 1. dis. 2. q. 6. d. sect. 7. n. 185 & seqq.* ubi n. 587. id extendit ad Clericos litigantes pro rebus, & patrimonio Ecclesiæ, non pro suo proprio patrimonio.

28 Et altera causa, quia in ambitu Monasterii constructum adest Hospitale pauperum (quod privilegio miseralitatis gaudet. Peguer. *in prax. d. rub. 4. n 5.*) ubi peregrini qui Sanctuarium illud celebre visitant, admittuntur, (& hi miserabiles sunt. Fagnanus *in d. c. Significantibus de offic. de leg. nu. 30.* Carleval. *de iudic. d. disp. 2. sect. 7. nu. 570.*) pauperes, & mendici hospitantur, & infirmi medentur; qua de causa diversa indulta Pontificia, & rescripta Regia illis impertita fuerunt. Atverò in causa pia solum sistit ex unica causa privilegium miserabilitatis.

Ac etiam quia causa pia agit de lucro captando, Abbas vero, & Monasterium de damno vitando, ac proinde potentius esse hujus, quàm illius privilegium, infertur ex dictis. 29

Tantò magis quòd intra limitatos terminos concursus miserabilium statuunt DD. quòd miserabiles personæ, quæ dicantur, Judicis arbitrio relinquitur. Mennoch. *de arbitrar. l. 2. casu 66.* Trentisinquius *var. l. 2. de citat. ref. 2. n. 25.* Castillo *contr. quot. l. 3. c. 25. n. 18. & 19.* declarat Fagnanus *ad c. Significantibus de offic. de leg. n. 25.* (ubi amplissimè qui sunt miserabiles personæ à jure, & ex circunstantiis,) & ampliùs declarat Carleval. *de judic. d. disp. 2 sect. 7. num. 530.* 30

Et nemo hæsitare potest, consideratis facultatibus Monasterii Montisserrati, illud in omnimoda indigentia versari; quia omnibus patefit, ob insupportabile onus creditorum ferè omnibus redditibus destitutum, illosque cecidisse creditoribus, qui per minutas partitas annatim sua credita per transactionem colligunt; & etiam quia maiores proventus Monasterii manutenentur ex eleemosynis, qui per totum Christianum orbem in devotionem Sacratissimæ Virginis pererogantur, hi ob infortunata bella extant in parum reducti, & quidem certiùs in dies experitur, quòd miraculosè illud Sanctuarium sustinetur ex provida Sacratissimæ Virginis Misericordis protectione. Undè quæ ad hanc comparari potest miserabilitas causæ piæ, ex causa particulari, & limitata erecta cum Monasterio, & Hospitali Sanctissimi Cœnobii Virginis Sacratissimæ Montisserrati? 31

Ultimò non omitto, quòd si relata non militarent, utique certum videtur, controversiam hanc adesse inter duos, qui inter miserabiles connumerantur, quo in casu si miserabilis forum eligens, alium miserabilem convenerit, non est considerandum quis sit magis miserabilis ad hoc ut ille minus miserabilem attrahere possit, ex eo quia text. *in d. l. unic.* non distinguit inter magis miserabilem, & minùs miserabilem, sed generaliter debet intelligi. Approbat Afflict. *in Const. Statutum n. 19. & seq.* quid enim referre, docet, quòd actor sit duobus brachijs privatus, & per consequens miserabilior reo, cui forsum unum tantum deficit? semper enim eadem miserabilitatis ratio in utroque militat; unde meritò privilegia confunduntur, secus autem, subiungit Afflict. in duobus aliunde privilegiatis privilegio fori, ut nimirum in illis maior ratio privilegiati consideranda sit, ad hoc ut illud privilegium, in quo est maior ratio, si attendendum: sequitur id ipsum ad unguem Marin. *ref. l. 2. c. 47. n. 20. & 21.* ubi dicit sic per S.C decisum fuisse, teste d. Afflict. *dec. 56.* & ab his non discedit Covar. *pract. c. 7. n. 4. vers. 8.* 32

Quod assumptum probatur, quia indistinctè est verum, quòd non considerato maiori privilegio, hæres, instituta causa pia, non detrahit Falcidiam contra Ecclesiam legatariam. Cevall. *com. contra com. q. 155.* (quo simili utitur punctim Biccius post Gratian. *ad decis. Franch. 188.*) Magon. *dec. 130.* 33

Et adhuc si considerari oporteat quis sit miserior, ut autumant aliqui DD. contrarii sensus Scac. *de appel. qu. 7. n. 128. vers Subfringe, & n. 129. in princ. & in ver. Extende tam*, & alii allegati per Velasco *de privil. miser. q. 3. n. 56.* miserabiliorem causa pia esse Conventum Montisserrati, una cum Hospitali, patet ex antecedenter expressis. Cumque electio fori cesset, quando concurrit privilegiatus contra privilegiatum, & fortiùs quando Rei privilegium potentius est; quo in casu ad jus commune recurritur: fit inde, quod in suscitata contentione ad ministrator causæ piæ in prima instantia non potuit trahere Abbatem, & Monasterium Montisserrati ad Curiam Romanam (tanquam miserabiliorem, & potentiùs privilegiatum, ex duplici causa, adiuta jure communi) in derogationem dispositi. Trid. in qua reservatur ordinariis Ecclesiasticis prima causarum cognitio, cuius fructuosa sanctio, infructifera aliàs maneret, si omnibus (qui privilegio electionis per se, vel per similitudinem gaudent, de quibus apud DD. citat.) id privilegium attractionis fori suffragaretur. 34

Nec tunc obstat, quòd in hoc Principatu contrarium 35

obser-

observatur, ubi indistinctè evocantur causæ miserabilium, pauperum, viduarum, pupillorum, & aliorum privilegiatorum adversus æquè privilegiatum. Font. *de pact. nup. tom. 1. claus. 4. glos. 11. num. 86.* & Canc. *var. par. 2. cap. 2. nu. 23.* quos ad id allegat Carol. Ant. de Luca ad Franchis *d. decis. 188. num. 2.*

36 Quia respondetur, quòd ea procedunt, inspecto nostro jure municipali *ex Const. 14. tit. de evoc. de caus.* & quamvis hæc practicentur indistinctè, si valoris sint causæ 300 $\mathfrak{y}$ ad ea quæ latè tradit Peg. *in prax. civil. rub. 4. nu. 5. cum seqq.* ubi Addit. non propterea poterunt causæ extrahi à Principatu, ut annotat Mier. *in Cur. Barcin. Regis Alfonsi, collat. 11. in novis. nu. 64.*

37 Et hoc sit certum jure quo utimur per *Const. Todas las causas. Const. Los officiales. Const. Clarificant 14 tit. de jurisd. de todos Iuezes*, ubi statuitur, quòd causæ extra Principatū trahi non possint: super qua Const. Font. *de pact. 1. claus. 4. glos. 10. p. 1. n. 108. & seq. & glos. 11. n. 19. & dec. 391. nu. 3. & dec. 454. n. 5.* Vilosa *post tract. de Fugit. dis. 5. §. 2. nu. 25.* Crespi *observ. 15. nu. 17. & seq.* qui Nostrates allegat, & Ego *dec. 31. nu. 3.* cum quo confrontat jus commune. Salgad. *de sup. ad Sanct. p. 3. c. 3. §. unic. n. 4.* Canc. *var. 3. c. 13. n. 228. cum seqq. & p. 2. c. 2. à n. 263.* Ferrer *2. p. obs. Gub. c. 44.* Font. *de pact. claus. 4. glos. 10. p. 2. nu. 5.* Fraso *de Reg. patr. Ind. c. 79. nu. 38. cum seqq.* & Nos alibi. Unde ex hac nostra observantia tantum abest quòd miserabilium causæ possint evocari ad Curiam Romanam; ut imò potiùs ex hac nostra praxi manifestè comprobetur contrarium.

38 In terminis viduæ, quæ ex *d. l. 1. C. quando Imper.* habet privilegium electionis, fuit declaratum in R. A. junctis Tribus Aulis die 11. Octob. 1688. super dubio inhibitionis emanatæ à Curia Nuntiaturæ Hispaniæ, instante Magina Valls & Puig vidua Hieronymi Valls, pro lite, quæ vertebatur in R. A. ad relationem Nob. Joannis de Colomer R. C. cum Nob. Fr. D. Joanne de Marimon Monacho, & Camerario Imperialis Monasterii S. Cucuphatis Vallen. Ordinis Sancti Benedicti.

39 Profulciendo hoc exemplari obiter affero, quòd licèt de jure communi, miserabilium, & oppressorum causæ cognitio quoad Sæculares permissa sit Judici Eccles. *cap. Ex transmissa de foro comp.* & ibi DD. attamen id in hoc Principatu non habetur, in quo solum D. Rex de ea Regalia cognoscit Mier. *cap. 33. Nec ex beneficio concesso. Cur. Barcin. Ferdinandi primi, ver. Qualiter cognoscat, & cap. 2. les causes Cur. Barcin. Alfonsi Quarti, sub dat. Barcin. 14. Octobris 1424.* Oliba *de jure Fisci c. 3. nu. 45.*

40 Hic dico etiam ex Card. de Luca *de jurisd. disc. 72. n. 15. ver. In casu*, quod in controversia nostra solùm est contentio de loco ad locum, quin diversificetur jurisdictio, neque forus, & tunc consideranda est ratio, ne privilegiati trahantur extra Provinciam suam, ut possint facilius probationes facere, seu scripturas invenire, aliaque jura deducere, ex Gratian. *dis. 565. n. 74 & seq.* Marches. *p. 2. fol. 310. n. 68. & seq.* prout dicitur, quòd miserabiles personæ, non modò extra Provinciam ad litigandum trahi possunt: at neque extra Civitatem in qua degunt. Velasc. *de privil. miser. quæst. 3. nu. 24.* ubi ampliat *nu. 25.*

41 Et adhuc tamen quòd intra nostrum Principatum causa privilegiati contra privilegiatum ad Curiam Principis evocari non possit, si persona privilegiata aliquod incommodum supportaret ex evocatione, resolvit Cancer *var. p. 2. d. c. 2. nu. 23.* cum Senatu, & agnoscit Carol. Ant. de Luca ad Franch. *d. decis. 188. nu. 2. vers. Benè verum*, in contrarium antecedenter allegatus.

42 Hæc sunt incommoda quæ accuratiùs sancto zelo attendit S. C. T. *sess. 24. cap. 20. de ref.* prohibendo posse evocari causas primæ instantiæ ab Ord. Eccles. ad C. Romanam, ut in decisionibus antecedentibus ponderavimus; unde cessat obiectio inducta ex nostra observantia.

43 Ultimo dubio circa modum procedendi in casu controverso, indifficulter occurri valet: nam in Reg. sanctione expedita Matriti per S. S. C. A. sub data 26. Febr. labentis anni, fuit edictum pro hac re agenda, quatenus Procurator Fisc. Patrim. pro defensione observantiæ S. C. T. *in cap. Causæ omnes 20 sess. 24. de ref.* exequeretur omnes diligentias, quæ forent juri consentaneæ, præ oculis habendo id quod fuit observatum in anno 1662. Prout ibi:

EL REY.

Ilustre Principe Darmestad, Primo, Gentil-hombre de mi Camara, mi Lugar-Teniente, y Capitan General. Por parte del Abad y Real Convento de nuestra Senora de Monserrate en esse Principado, se ha dado memorial, representando que todas las causas de los Regulares, y demas Eclesiasticos de dicho Principado, en virtud del Capitulo Causæ omnes 20. sess. 24. *del Cœcilio Tridentino, y de diferentes Bullas Pontificias, en primera instancia non se pueden cõpeler à las partes à que litigue en la Curia de Roma, por ser privativè ella de los Ordinarios, ò Conservadores de los Regulares. Que sin embargo del dicho Don Francisco Meca y de Villalba, Dean, y Canonigo de la Santa Iglesia de Lerida, ha introducido, y sigue pleyto en dicha Curia Romana con los Suplicantes, siendo todo en perjuyzio de mi Regalia, con lo demas &c. expressan en dicho memorial, &c. que se os remite copia, suplicandome sea servido de mandar al Fiscal Patrimonial de essa Provincia salga à la defensa, amonestando al dicho Don Francisco Meca à que renuncie, y de ella de dicha causa introducida en Roma, y que si pretendiere algo contra el Abad, y Real Convento, lo pida ante el Judez Conservador de dicho Convento; y aviendose visto en este mi Consejo Supremo la instancia referida, ha parecido ordenar, y mandaros (como lo hago) que teniendo presente lo contenido en el citado memorial, y exemplar que en èl anuncian, deys orden ami Abogado Fiscal Patrimonial, para que execute en defensa de mi Regalia las diligencias que fueren de justicia, y procedieren de derecho, que assi conviene à mi servicio, y en ello me servireis. Dat en Madrid à 26. de Febrero 1700.*

YO EL REY.

Ut. Don Josephus Rull Reg. Ut. Marchio de Serdannola. Ut. Marchio de Villatorcas.
Don Franciscus Dalmas & Cassanate Secretarius.

Et in citato Reg. diplomate dat. die 5. Decembris 1662. fuit cum Regia cartha præceptum Nob. Francisco de Eril renunciaret liti, & ejus progressui, quam Romam evocaverat contra Episc. Ilerd. (super solutione cuiusdam pensionis contra Episc. prætensæ) in damnum Regaliæ protectionis S. C. T. cum commination occupationis temporalitatum, iniungendo Advocato Fiscali, quatenus incontinenti id instaret, & quod disponeret R. A. concernens ad eum finem forma relata, ut latius habetur in citata Regia iussione, quæ ad litteram traditur *dec. 135. n. 36.* & id comprobavimus ex doctrina Crespi *observ. 15. n. 107.* & Fraso *de Reg. Patron. Indiar. t. 1. c. 44. n. 31.* ubi traditur quædam schedula Regia. 44

Solummodo apparet dispungi posse stylum ad adstringendum Decanum, ut desisteret à dicta lite, quæ Romæ vertitur cum Abbate Conventus Montisserrati: at fuit expeditus ordo in forma Cancellariæ includendo decretum Regium diei 20. Julii 1671. pro Archidiacono Majori Gerund. versus Capitulum ejusdem, ad effectum, ut suspenderetur executio sententiæ obtentę per Capitulum in Sede Apostolica, & legitur *dec. 135.*

Ac ulterius potest Fiscalis prosequi instantiam suam per supplicationem oblatam ad R. A prout fieri est assuetum, quando proceditur versus Judicem Delegatum Apostolicum. Peg. *in prax. crim. cap. 24. in fin.* Fontan. *de pact. claus. 4. glos. 13. p. 3. nu. 18.* Fraso *de Reg. patr. Ind. c. 44. n. 6.* Et quòd hæc controversiæ semper sint agitandę in Regio Senatu *ex l. 2. C. de privil. fisc.* asserunt Pereira *de manu Reg. cap. 37. n. 4.* Sesse *in tract. de Syndic. n. 166. & dec. 351. n. 12.* Castillo *de tertiis c. 11. à nu. 20.* Solor. *de jure Ind. lib. 3. c. 1. à nu. 42. & n. 51. & 52. & cap. 3. n. 24.* Larrea *alleg. fisc. 27.* Salg. *de Reg. protect. 3. part. c. 10. à num. 189.* Ripoll *ver. c. 1. à n. 179.* Parexa *de instr. edit. tit. 6. resol. 9. à nu. 76. & tit. 5. resol. 9. à n. 6.* Carleval *de judic. tit. 1. disp. 2. à n. 702.* quos, & alios allegat Fraso *de Reg. patr. Ind. t. 1. d. cap. 44. n. 6.* & Nos alibi. 45

Ea huc usque ponderata in decisione hac, & antecedentibus, probabilitate nituntur, at vero definita speramus à Domino N. Rege, & ejus S. S. Concilio Aragonum, in consultatione Regiæ Audientiæ junctis Tribus Aulis super his dubiis suæ Majestati interpositæ: & infra recitatur Regia resolutio Verumtamen væ nobis!

Carus Noster Carolus Secundus Rex Hispaniarum præpotentissimus, ardentissimum qui semper in Vassallos amorem, ac præcordialem benevolentiam aspirabat; & ex illo suo pectore paterno enixissimè fervēti dilectione in suos, totus incensus Rex pissimus, omnīs benignissimus, amantissimus, & totus desiderabilis æstuabat. Quos in suo Testamento, singularissimo affectu, ut ab 46

ejus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

us Succeſſoribus honorarentur, adjuvarentur, ac protegerentur ut Vaſſalli, fidelitate maxima præſtantiſſimi, iterum atque iterum commendavit; & eos pariter ingentibus honoribus condecoravit & hiſce verbis *ut ipſi merentur*, Rex optimus Parens. Vaſſallorum Amans, nos ſuos magnificavit. Sed proh dolor? Heu nos certè extremo mœrore confectos! Quæ, & quanta nos fortuna luctuoſo dolore oppreſſos involvit, atque ſubvertit! Quid enim aliud infauſta fors, quid rerum ſubitus, atque inopinatus eventus, & quid denique caſus potuit aliquis unquam afferre nobis gravius, triſtius, amarius, ac acerbius morte ipſius. Heu lugendam mortem! Dum enim de hac graviſſima re interpoſita eſſet (ut prædixi) ad Dominum Regem Noſtrum Conſultatio, Noſter Rex Carolus Secundus, nulli hercle pietate ſecundus, intempeſtiva morte præreptus, ætatis ſuæ florentibus annis, hic Hiſpaniarum Sol, tot radiis integritatis coruſcans, cunctarumque virtutum ſplendore præfulgens, obiit in Domino pro quiete æterna, prima Novembris, Feſto Omnium Sanctorum anni labentis 1700. ut, qui Omnium attigerat virtutum metas, celebraretur ovans; cœtuſque Omnium Sanctorum in ipſa ſua concelebrationis die, glorioſior hujus pietatis novo comitante prothotypo extolleretur. Super dubiis antecedentibus en Regium diploma, & dec.

EL REY.

ILuſtre Conde de Palma, Marquès de Monteſclaros, Primo, mi Lugarteniente, y Capitan General, el Principe Darmeſtad vueſtro Anteceſſor en eſſos cargos con carta de primero de Enero proximo paſſado remitiò el informe que le hizo eſſa Real Audiencia juntas las Tres Salas, y parecer à parte, que diò el Doctor Melchior Prout, ſobre el pleyto, que introduxo en la Curia Romana Don Franciſco de Meca, y de Villalva, Deàn, y Canonigo de la Santa Igleſia de Lerida, contra el Abad, y Convento de nueſtra Sennora de Monſerrate, acerca de la ſucceſſion de la univerſal hæredad de Pedro Franciſco Gomar, y orden que diò el Rey mi Tio (que ſanta Gloria haya) en 26. de Febrero del miſmo anno, para que el Abogado Fiſcal Patrimonial executaſſe las diligencias, que fueſſen de juſticia, y procedieſſen de drecho en defenſa de mi Regalia en la proteccion del Sacro Concilio Tridentino, y aviendo premeditado la materia, y todos los motivos que propone eſſa Real Audiencia, y voto particular, ha parecido encargar, y mandaros (como lo hago) ordeneis à dicho Abogado Fiſcal Patrimonial, que no embarace el uſo de eſtos executoriales por no intereſſarſe en eſte caſo mis Regalias, conſideradas todas ſus circunſtancias, que aſſi es mi voluntad. Dat. en Buen Retiro 26. de Febrero 1701.

YO EL REY.

Marchio del Palacio Secretarius.

Ut. Don Joſephus Rull Reg. *Ut. Marchio de Serdannola.*
Ut. Don Joannes de la Torre Reg. *Ut. Lopez Reg.*

DECISIO CLIII.

ARGUMENTUM.

Quoad quæſtiones meri facti circa matrimoniũ, quæ incidunt in cauſa temporali, competens eſt Judex ſæcularis, id eſt per modum cauſæ in ſucceſſione hæreditaria, & de ſtatu matrimonii, tanquam de cauſa ſucceſſionis, interim quo ſuper validitate matrimonii à Judice Eccleſiaſtico cognoſcitur; nec impeditur eo caſu Judex laicus ab Eccleſiaſtico, ſed unuſquiſque procedit in ſua cauſa. Prout cognoſcere poteſt Judex ſæcularis de mero facto legitimitatis; excommunicationis; profeſſionis Religioſi; juriſpatronatus; & privilegiorum Apoſtolicorum. Ubi de præſumptionibus, ex quibus reſultat contractum eſſe matrimonium de facto; & de aliis, in quibus in contrarium arguitur, tractatur.

SUMMARIUM.

1 *Judex cauſæ principalis cognoſcit etiam de incidenti, quantumcunque eius ſit incompetens, & Judex competens in judicio præparato, eſt etiam competens in præparante.*
2 *Præſes Provinciæ licèt de cauſa ſtatus cognoſcere non poſſet; attamen ratione incidentiæ de ea cognoſcere valebat.*
3 *Judex criminalis cognoſcit etiam de incidenti civili.*
4 *Judex civilis cognoſcit incidenter de criminali.*
5 *Licèt ſolus Princeps directè cognoſcat de conceſſionibus, & privilegiis ab eo elargitis, indirectè tamen, & incidenter per modum cauſæ de eis inferior cognoſcere poteſt.*
6 *Judex ſæcularis in cauſa ſpirituali, nec principaliter, nec incidenter de ea cognoſcere poteſt.*
7 *Differentiæ ratio traditur inter Judicem incompetentem, & incapacem.*
8 *Reſpondetur obitci textus* in l. Quoniam 3. Cod. de Judiciis.
9 *In quæſtione matrimoniali cognitio eſt Judicis Eccleſiaſtici.*
10 *Et quidem Epiſcopi tantum.*
11 *Declaratio contentionis.*
12 *Deciſio Senatus.*
13 *Non ſolum ſi cauſa matrimonialis agatur inter coniuges, ſed etiam ſi agatur inter unum coniugem, & ejus filium, vel inter filium, & extraneum, eius cognitio ubique pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum Cum declaratione contentionis, & num. 14.*
15 *Quæſtio ſuper illegitimitate eſt cognitionis Judicis Eccleſiaſtici.*
16 *Etſi Judex ſæcularis non poſſit, nec principaliter, nec incidenter de cauſa ſpirituali, ſeu matrimoniali cognoſcere, poterit tamen, ſi controverſia non in jure, ſed in mero facto conſiſtat.*
17 *Quamvis proferatur ſententia per Judicem laicum, ea tamen præjudicium non facit ſententiæ ferendæ, vel prolatæ per Judicem Eccleſiaſticum: ubi ratio traditur.*
18 *Declaratio contentionis.*
19 *Celebris deciſio Senatus.*
20 *Reſpondetur obitci ex facto ius oritur inſeparabiliter.*
21 *Ex ſola poſſeſſione transfertur onus probandi illegitimitatem concludenter in adverſarium.*
22 *Separatur cognitio ſuper facto, an ſit contractum matrimonium in cauſa hæreditaria, à cognitione validitatis, vel invaliditatis Matrimonii; nam hæc pertinet ad Curiam Eccleſiaſticam; illa verò ad ſæcularem. Cum declaratione contentionis.*
23 *Alia declaratio contentionis.*
24 *Alia.*
25 *Exemplaria ſuper hac re remiſſivè.*
26 *Alia declaratio contentionis:*
27 *Deciſio Senatus cum notabili forma declarandi in hac materia.*
28 *Alia deciſio Senatus.*
29 *Declaratio contentionis.*
30 *Per modum cauſæ cognoſcit ſæcularis de Matrimonio id eſt non de illo, ſed de hæreditaria ſucceſſione, & de ſtatu matrimonii, tanquam de cauſa ſucceſſionis.*
31 *Sic Senatus ſuper conjecturis matrimonii præſumpti.*
32 *Alia deciſio Senatus.*
33 *Alia deciſio Senatus.*
34 *Alia Deciſio Senatus, ubi de matrimonio præſumpto non conſtitit.*
35 *Declaratio contentionis.*
36 *Deciſio Senatus.*
37 *Alia deciſio Senatus.*
38 *Alia deciſio Senatus.*
39 *Etiam quæſtio eſt mero facto ſpiritualitatis, utpote filiationis, quod incidit in cauſa hæreditaria, ſi petenti hæreditatem opponatur quod non ſit filius de tali, ſed alterius; nam de hoc poterit cognoſcere Judex ſæcularis.*
40 *Deciſio Senatus.*
41 *Alia deciſio Senatus.*
42 *Non agitur de viribus matrimonii, ſed quæſtio conſiſtit in facto, quando intenditur, quem eſſe legitimè natum*

natum, propter bonam fidem utriusque contrahentis, vel saltem alterius eorum. Cum Senatu.

43 *Quæstio illa, an matrimonium fuerit clandestinè celebratum, an in facie Sanctæ Matris Ecclesiæ, est quæstio facti.*

44 *Coram Judice sæculari admittuntur articuli, & super eo probationes, quod N. & N. contraxerunt matrimonium, quod ex illo fuit natus talis, & pro legitimo, & naturali fuit publicè tentus, & reputatus.*

45 *Licèt excommunicationis validitas, vel invaliditas sit cognitionis Judicis Ecclesiastici; attamen Judex sæcularis cognoscere potest de quæstione facti excommunicationis, incidenter suscitata in judicio sæculari.*

46 *Super privilegiis Apostolicis nullus cognoscere potest, nisi Summus Pontifex.*

47 *Decisio Senatus.*

48 *Declaratio contentionis.*

49 *Poterit alius à Summo Pontifice, privilegia interpretari incidenter, & minùs principaliter, quando scilicet quæstio versatur inter partes de facto, an iuvari possit privilegiatus de eo privilegio, & nil agitur circa vires privilegii.*

50 *Id exemplificatur.*

51 *Quilibet Judex habet à se ipso potestatem interpretandi declarativè legis, Canones, & statuta respectu causæ, quæ coram eo vertitur, quod declaratur.*

52 *Decisio Senatus in terminis legitimitatis à Principe.*

53 *Decisio Senatus super privilegio Apostolico, concesso cum clausula absque præiudicio venient tum ab intestato.*

54 *Alia decisio Senatus super interpretatione licentiæ superioris Ecclesiastici.*

55 *Decisio Senatus super unione Apostolica, ad effectum exigendi decimas de novalibus.*

56 *Alia decisio Senatus super surreptione stabilimenti confirmati auctoritate Apostolica.*

57 *Cognitio iurispatronatus spectat privativè ad Judicem Ecclesiasticum.*

58 *Permittitur Judici laico cognoscere de quæstione facti iurispatronatus; ubi ponuntur exempla.*

59 *Cum universitate bonorum in emptorem, cessionarium, vel donatarium transit juspatronatus, de quo potest transigi, & compromitti, & de eo cognoscere Judex laicus.*

60 *De quæstionibus meri facti super articulo spirituali, quando cognoscit Judex sæcularis, non impeditur à Judice Ecclesiastico, coram quo pendet judicium articuli juris super spiritualitate.*

1 JUDEX causæ principalis cognoscit etiam de incidenti, quantumcumque respectu eius sit incompetens, *l. Quoties* 3. *Cod. de judiciis*, in illis verbis: *Quoties quæstio status bonorum disceptatiqui concurrit, nihil prohibet quo magis apud eum quoque, qui alioquin super causa status cognoscere non possit, disceptatio terminetur. l. 1. Cod. de ordin. judic. l. fin. § fin. C. ubi, & ad quem, l. 1. C. de offic. Rect. Provinciæ c. ult. de integ. restit.* Solorz. *de jur. Ind. t. 2. l. 2. c. 28. n. 113.* Vicecanc. Crespi *obs. 4. à n. 155.* Cancer *var. 3. c. 11. n. 96. & seq.* Fontan. *de pact. 2. claus. 4. glos. 13. p. 2. n. 5.* de Amigant *dec. 8. n. 1. & dec. 13. n. 42.* Gonzalez Tellez *ad ad c. Tuam 3. de ord. cogn. n. 12.* Nigro *t. 2. contr. forens. 381. à n. 41.* Urrutigoiti *de comp. c. 17. à n. 12.* ubi *n. 15.* inde infert, quòd Judex competens in judicio præparato, est Judex competens in judicio præparante, ex *l. Ordinarii 13. in fin. de rei vindic.* Larrea *dec. 50. n. 24.* Salgado *in labyr. cred. p. 1. c. 4. nu. 19* Marin. *var. c. 112. nu. 3* Dexart *dec. 9. à n. 1.*

2 Propterea Præses Provinciæ licèt de causa status cognoscere non posset; attamen ratione incidentiæ de ea cognoscere valebat in causa hæreditaria, *l. 3. & 4. Cod. de stat. defunc.* Pacius *cent. 3. q. 7.* Osual. ad Donel. *l. 17. c. 9. lit. T.* Hunnius *vol. 1. disp. 12. q. 35. & 46.* Merillius *lib. 1. var.* ex Cuiac. *c. 1.* Gonzalez Tellez *ad d. c. Tuam 3. de ordin. cognit. n. 12. in fin.* qui inde infert, quòd arbitri similiter, qui in causis status debitorum dicere nequeunt, *l. Non distinguemus 32. §. De liberali ff. de recep.* ratione incidentiæ etiam de his causis cognoscere possunt, ex Hotom. *l. 6. obs. cap. 6.* Cuiac *in l. Cum proponas Cod. de reb. credit.* ubi Acur. *verb. Consulat.* Alexander *in l. Quotiens Cod. de iudic.* Oros. *in l. 2. n. 14. ff. de jurisd.*

3 Sic etiam Judex criminalis cognoscit etiam de incidenti civili. Peguera *dec. 27. in addit.* Cancer *in 1. respons. post p. 1. var. resol. num. 123. & part. 3. cap. 11. num. 174.* Ramon *consil. 52. num. 11.* Ripoll *var. cap. 1. nu. 349. & in addit. ad Peguer. in prax. civil. rub. 32. num. 14.* Xammar *de offic. Iudic. part. 1. quæst. 9. num. 245.* Fontan. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 2. par. 9. nu. 54. & decis. 330. nu. 4. & dec. 562. num. 6. part. 2.* Regens Cortiada *par. 1. dec. 35. num. 6. cum seqq.* de Amigant *decis. 8. tom. 1. num. 3.*

Prout è contrario Judex civilis cognoscit incidenter de criminali. Fontan. *d. dec. 561. nu. 12. & seq.* Xammar *de offic. Iud. part. 1. qu. 2. num. 85. & d. qu. 9. n. 261.* Ferrer *3. part. obs. c. 394.* Reg. Cortiada *d dec. 35. nu. 32. usq. ad 37.* de Amigant *d. dec. 8. nu. 52. cum pluribus seqq.* 4

Sic licèt solus Princeps directè cognoscat de concessionibus, & privilegiis ab eo elargitis, indirectè tamen, & incidenter per modum causæ de eis inferior cognoscere potest. Ferrer *obs. p. 1. Reg. Aud. c. 24. & 3. p. cap. 166. n. 2.* Calic. *in Margarit. fisci dub. 8. prærog. 74* Xammar *de offic. judic. part. 1. qu. 7. à nu. 31.* Regens Cortiada *p. 1. dec. 38. num. 21. & seq.* & infra allegati *num. 49. & seqq.* 5

Hucusque dicta procedunt respectu Judicis incompetentis; secus autem respectu Judicis incapacis, prout est Judex sæcularis in causa spirituali. qui nec principaliter, nec incidenter de causa spirituali cognoscere potest. Fermos. *in cap. Tuam, qu. 1. & qu. 13. num. 1. de ordin. cognit.* Manfrel. ad Latro *dec. 139. num. 6. in fin.* Fontan. *de pact. nup. tom. 1. claus. 13. glos. 2. num. 11. & dec. 319. num. 6. & dec. 330. & 340. n. 6.* Fagnanus *in d. c. Tuam 3. n. 9.* Reg. Cortiada *d. dec. 174. p. 3. nu. 7.* Et per Me traditi *tom. 2. dec. 81. num. 30. & seqq.* Vrrutigoiti *de comper. cap. 17. nu. 16. cum seqq.* Ramon *consil. 34. num. 24. & seq.* 6

Differentiæ rationem exponit D. Emmanuel Gonzalez Tellez *in dict. ca. Tuam 3. de ord. cog. n. 17.* nam jurisdictio incompetentis tantum est restricta ad certum genus causarum, nullo impedimento personæ adiecto, ideo per incidentiam prorogatur iurisdictio ad similem causam; at vero incapacitas dicit negationem jurisdictionis, apposito impedimento ipsi Judici, ideo incidentia non potest illi tribuere jurisdictionem ad aliam causam. 7

Nec tunc obstare dixit Fagnanus *ad d. cap. Tuam 3. text. in l. Quotiens 3. Cod. de judiciis*, ubi Judex hæreditatis cognoscit incidenter de causa status, licèt de illa principaliter cognoscere non possit, quia procedit in incompetente. Nam in quæstione spirituali diversa est ratio propter incapacitatem Judicis laici, ut diximus, & ita intelligunt hunc textum Petrus Barbosa, Velasc. Castillo, Fermos. Cevallos, Luca ad Franc. Ansald. August. Barbosa, Sperell. quos sequitur Regens Cortiada *d. dec. 174. n. 8.* 8

Ex quibus dimanat id, quo generaliter docemur, quòd in quæstione matrimoniali, cognitio est Judicis Ecclesiastici, *Can. Sæculares 1. 33. qu. 2. Can. Multorum 10. 35. q. 6. cap. Ex litteris 1. de consang. & affin. cap. Dispendiosam 2. de judic.* Etiam de jure Romano, juxta illud Taciti 2. *annal.* ibi: *Abducta Nerenis uxor, & consulti per ludibrium Pontifices, an accepto, ne dum edito partu, vitè nuberet.* 9

Et quidem Episcopi tantum ea ratione, quia scriptum est: *Quos Deus conjunxit, homo non separet.* Matth. 19. *cap. Quos Deus 33. qu. 2. cap. Temporalia de translation. Episcop.* ex quo infert Fagn. *ad d. cap. Tuam, de ordin. cognit.* ibi: *Ergo similiter inter eos non fuisse matrimonium, non homo, sed is solus, qui vices Dei gerit in terris, potest judicare, dict. cap. Inter corporalia, vel cui ipse commiserit, scilicet Episcopus, secundum Abbatem Antiq. hic n. 4. Hostiens. n. 2. vers. Secunda est. Joan. Andr. n. 1. Butr. n. 15. Abbat. Siculum n. 3* comprobant *text. ca. Excedentibus 12. de excess. Prælat. ca. Auditis 15. de præscrip. cap. Ex litteris 5. ca. Porrò 3. de divortiis cap. Plerumque 4. de don. inter cap. Causam matrimonii 16. de offic. delegat. cap. Ex litteris 10. cap. Requisivit 17. de sponsal. cap. Debitum 5. de Bigam. cap. Causam 7. cap. Perlatum 8. cap. Lator. 5. Qui filii sint legitimi, cap. De confirmationibus 2. de confirmat. util. vel. inutil. cap. Causa 9. de in integr. restit. Can. Ita dominus 7. dist. 19. Can. Multorum 10. 35. q 6.* C. T. *sess. 24. de reform. cap. 20. ver. Ad hæc*, & ibi Barbosa *& de potest. Episcopi part. 3. alleg. 84.* Valeron. *de transact. lit. 3. q. 2. n. 67.* Gonzalez Tellez *ad d. cap. Tuam 3. de ordin. cogn.* Larrea *alleg. 64* Noguer. *alleg. 23. n. 136.* Vela *tom. 2. dissert 44. n. 43.* Tondutus *de prævent. par. 2. cap. 23. num. 1.* Rota apud Ludovis. *decis. 294. num. 1.* pluribus allegatis 10

Reg.

Reg.C. *p.3.dec.174.n.1.& seqq.* ubi *n.2. in fin.* tradit sic.

11 Fuisse declaratum per Cancellar. Cassador 25. Maii 1569. contra Andream Tor filium Luciani Tor, Insulæ Ivissæ, & per Setanti Tertium, consultoribus Peguera, Sunyer, & Oliba 28. Februarii 1589. in favorem Antonii Pons, & Catharinæ coniugum, contra Violantem, & Joannem Vinyes. De qua declaratione infra latiùs.

12 Et dixit Senatus 18. Maii 1669. referente Nob. Joan. Baptista Pastor Regio Consil. & postea Regente Reg. Cancel. in S. S. Concilio Arag. (Est in lib. concluſ. illius an. fol. 138.) Et circa dispensationem Apostolicam ad contrahendum matrimonium in causa inter Administratores Hospitalis Generalis Sanctæ Crucis hujus Civitatis, & alios ex una, & Josephum Llauder Civem honoratum Barcinonæ partibus ex altera, referente Nob. Josepho Ferrer & Vinyals Reg. Senatore 12. Julii 1673. (Est in lib. concluſ. civil. illius an. fol. 294.)

13 Non solum si causa matrimonialis agatur inter coniuges, sed etiam si agatur inter unum coniugem, & ejus filium; vel inter filium, & extraneum, ejus cognitio utrobique pertinet ad Judicem Ecclesiasticum; quia licèt causa agitata inter alios, quàm inter coniuges, matrimonium non lædat, præjudicat tamen judicio Judicis Ecclesiastici, qui de re Ecclesiastica, & omnino spirituali debet esse Judex. Aponte *de potest. Proreg. tit. 6. de assens. reg. sub num. 5.* Covarrub. *in Epist. ad 4. par. 3. §. 3. numer. 4.* Petrus Barbosa *ad l. Titia 35. numer. 22. ff. solut. matrim.* Cevallos *de cog. per viam viol. par. 2. quæst. 65. num. 36.* Augustin. Barbosa *de potest. Episc. par. 3. alleg. 84. num. 20.* Fermos. *in cap. Tuam 3. de ordin. cogn. quæst. 1. nu. 20.* Castr. Palaus *in oper. moral. p. 2. tract. 12 disp. unic. punct. 13. num. 4. ver. Limitat autem:* & cum his citatis Reg. Cortiada *par. 3. dec. 174. num. 11.*

14 Etsi contrarium teneant Farinac. *in prax. q. 8. nu. 150.* Marta *de jurisd. par. 2. c. 80. ex nu. 16.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 54. ex nu. 3.* Solorz. *de jur. Indiar. lib. 2. cap. 28. n. 23. t. 2.* & his citatis de Amigant *tom. 1. dec. 13. num. 44.* quibus adduntur alii pro hac opinione, citatis per Reg. Cortiada. Attamen prima est admittenda, quia fuit obtenta in declaratione contentionis factæ per Cancel. Rovirola 6. Maii 1599. in causa natalium ad favorem tutorum pupillorum Bou, ut annotat. idem Cortiada, & eam declarationem supra expressimus, & sequitur Gonzalez Tellez *in c. Tuam 3. de ordin. cogn. n. 3.* docens, quòd aliorum opinioni acquiescere non potest; siquidem sive agatur inter ipsos contrahentes, sivè inter extraneos, semper cognitio ad Judicem Ecclesiasticum pertinet, cum Judex sæcularis declarare nequeat validum, vel invalidum matrimonium, ex formali text. *in d. cap. 3. & in cap. Lator 5. Qui filii sint legitimi.*

15 Prout etiam quæstio super illegitimitate, est cognitionis Judicis Ecclesiastici, *d. cap. Lator 5. cap. Causam 7. Qui filii sint legitim.* & juribus supra allegatis Vela *cap. 1. de offic. ordin. par. 2. nu. 48.* Noguerol. *alleg 23. num. 138.* Carena *de offic. Sanct. Inquisit. par. 2. tit. 5. §. 15. n. 86* Delbene *de Immun. Eccles. tom. 2. cap. 10. sect. 4.* & DD. desuper citati, sive principaliter, sive incidenter, per viam exceptionis agatur, ex Abbat. antiq. Innocent. Hostiens. Andr. Ancar. Abbat. Sicul. Ripa, & aliis tenet Fagnan. *in d. cap. Tuam 3. de ordin. cogn. nu. 7.* docens, quod id procedit, non modò si de quæstione nativitatis agatur in vita, sed etiam post obitum parentum, quia solus Ecclesiasticus cognoscit, ut *in cap. 1. 2. & 3. cap. Pervenit 11. cap. Per tuas 12. Qui filii sint legitimi.*

16 His præstanter stabilitis, intrat profunda, ac diffusa investigatio, an estò Judex sæcularis non possit, nec principaliter, nec incidenter de causa spirituali, seu matrimoniali cognoscere, possit in eam saltem per viam incidentiæ se intromittere, si controversia non in jure, sed in mero facto consistat. Affirmativam tenet Reg. Cortiada *par. 1. dec. 2. num. 7. cum seqq. & par. 3. dec. 74. nu. 16.* ubi sexaginta DD. pro hac communi opinione citat, & ex nostratibus Molin. *de ret. nup. lib. 2. differ. 10. n. 23.* Ripoll *var. resol. cap. 1. nu. 130. & seq.* Fontan. *de pact. nup. tom. 1. claus. 4. glos. 13. par. 2. à nu. 25.* & signanter *nu. 30. & 31. & decis. 335. nu. 7. cum seqq.* sequitur Noguerol. *alleg. 23. à n. 136.* Salgad. *de Reg. protect. par. 1. c. 1 prælud. 3. nu. 217. & par. 4. c. 14. nu. 78. & de supplic. ad Sanctissimum par. 1. cap. 8. num. 26.* Solorz. *de jur. Indiar. lib. 3. num. 35.* Christin. *tom. 1. decis. 122.* Cancer *var. 2. cap. 2. num. 50.* Sesse *de inhibit. cap. 8. §. 1. num. 23. & §. 3. nu. 9. & decis. 113. l. 2. num. 110.* Carleval *de judic. lib. 1. disp. 2. nu. 866.* Ciarlin. *contr. cap. 17. nu. 98.* Latro *decis. 69. à num. 4.* Leo *dec. 20. à n. 25. lib. 2.* Carena *de offic. Sanctæ Inquisit. part. 2. tit. 3. §. 5. tot.* Gratian. *discep. foren. cap. 138. nu. 14.* Graſ. *de effect. Cleric. effect. 1. nu. 141. cum seq.* Fermosinus *cap. fin. de iudic. qu. 2. per tot.*

Quod roboratur; nam quamvis proferatur sententia per Judicem laicum, ea tamen præjudicium non facit sententiæ ferendæ, vel prolatæ per Judicem Ecclesiasticum, quia ille solum potuit pronunciare de facto, an esset contractum matrimonium, & eo considerato statu petentem esse successibilem: at Judex Ecclesiasticus, supposito de facto matrimonio, declarat illud contrahi non potuisse, ob aliquod impedimentum, & consequenter filios ex eo natos fuisse illegitimos, ut explicat Menoch. *p. 4. cons. 366. nu. 46. ver. Tertius casus*, ad hanc materiam videndus. 17

Atverò cum statuta desuper conclusio in causis matrimonialibus, procedat etiam in aliis instantiis, de quibus infra, & implicata ex DD. placitis sit, eam exemplaribus nostri Regii Senatus discernendam, & demonstrandam existimavi. Antesignanum (in causa temporali, in qua incidit quæstio meri facti spiritualis, utpote matrimonii) accepi à lite inter Nobilem Antonium de N. agentem ex una, & Nobilem Bernardum N. partibus ex altera, in qua lite disceptabatur de hæreditate dicti Bernardi, ubi postquam fuerat declarata per Canc. Copons 5. Novembris 1595. contentio jurisdictionis inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera partibus, occasione firmæ juris factæ per Nobilem Paulam de N. Nempe firmæ juris factæ per dictam Paulam in Curia Ecclesiastica, quoad cognitionem tantùm validitatis vel invaliditatis matrimonii contracti inter Bernardum, & Catharinam; & legitimitatis vel illegitimitatis Annæ N. ob subsequutum matrimonium (ut prætendebatur) locum fuisse, & esse. Hoc intellecto, quod per illam declarationem non impediretur Curia sæcularis Regiæ Audientiæ in cognitione causæ hæreditariæ in ea vertentis, inter Nobiles Annam, & Galcerandum N. ex una, & dictam Nobilem Paulam N. ex altera, ex quibuscumque causis quæ essent facti: de qua declaratione contentionis litteraliter loquitur Reg. Cortiada *d. dec. 174. par. 3. nu. 17. circa medium*, (non etiam de Regia sententia infrascripta, apprimè ponderabili.) 18

Postea verò in Regia Audientia fuit concluſum, referente Egregio D. Raymundo Rubi de Marimon Regio Senatore 12. Julii 1638. (Est in lib. concluſ. illius anni fol. 203.) judicando capacem dictam Annam in successionem hæreditatis contentiosæ; quia fuit nata in figura matrimonii, quod de facto, post eam susceptam, subsequutum fuit inter parentes suos, interim quo per Judicem Ecclesiasticum fuisset declaratum invalidum matrimonium: ubi explicantur motiva admodùm concernentia pro explicatione assumpti ibi: *Et licet per Reverendum Cancellarium inhibita fuerit Regia Audientia quæstionis validitatis Matrimonii, vel invaliditatis, legitimitatis, vel illegitimitatis cognoscere; reservavit tamen quæstiones facti, quæ circa matrimonium occurrere poterant, ex quibus causa hæc hæreditaria vertens in Regia Audientia diffiniri valeret, de quibus capax est Judex sæcularis, quamvis incidant in matrimonium, quod spirituale est; quoties enim quæstio spiritualis continet etiam factum separabile ab spiritualitate, Judex sæcularis competens est ad cognoscendum de facto illo, & tunc non cognoscit de re spirituali, sed de facto, quod subiicitur temporali jurisdictioni. Et ideo licet in hoc judicio quæstionem facti examinare in matrimonio prætenso pro parte Nobilis Bernardi, & prædecessorum suorum: nam in Matrimonio dantur quæstiones juris, & quæstiones factituris quæstiones sunt illæ, an validum, vel invalidum sit Matrimonium; facti verò illæ, an contractum sit, vel non contractum: remissa ergo ad Judicem Ecclesiasticum quæstione iuris, in facto certum est, dictum Bernardum, & dictam Catharinam contraxisse Matrimonium, id est, facta peregisse, quibus Matrimonium perficitur, nisi aliud obstet. Inde sequitur, ut in hoc judicio interim dum Judex Ecclesiasticus super validitate, vel invaliditate declarat, Matrimonium Bernardi, & Catharinæ pro valido habeatur, & de facto pro valido observetur, & consequenter perinde censeatur, ac si de iure esset validum, ut effectus omnes tribuantur Matrimonio per eos contracto, qui valido Matrimonio à jure cõceduntur, filiique antea nati pro legitimis habeantur, in qua re jus Matrimonii maximè exprimitur, & hoc est per modũ causæ de Matrimonio* 19

cog-no-

cognoscere, id est non de illo judicare, sed de hæreditaria successione, & de statu Matrimonii, tanquam de causa successionis cognoscere, nec quidquam refert, jus ex facto oriri, & inseparabiliter esse inter se, cum statim posito facto, jus oriatur, idque nulla ratione possit impediri, nam quamvis ex facto jus oriatur, non tamen inseparabilitas resultat, sed tantùm id innuitur ex circunstantiis facti jus oriri, & variari, & secundum diversas circunstantias facti diversum jus resultare; etenim in Matrimonio jus, & factum separari certissimum est, & quæstiones facti in potestate esse Judicis sæcularis, & in ejus arbitrio positas; effectus verò juris ex facto resultantes, à lege tribuuntur absque declaratione, & tunc esse legitimum, vel illegitimum, non à jure provenit, quia jus nihil declarawit, sed de facto, tanquam legitimus habitus, & tanquam legitimus in omnibus observatus. Esse legitimum, vel illegitimum juris est: haberi verò pro legitimo, vel illegitimo facti quæstio; illa prohibetur tractari à Judice sæculari: hæc permittitur, nec injuria afficitur actor, si de exceptionibus ad versus Matrimonium oppositis non habeatur ratio, quia cum respiciant invaliditatem Matrimonii, natura exceptionis removet judicium, & per eam factum non potest mutari, de quo tamen iudicandum est, & quamvis declaret Judex sæcularis Matrimonium de facto esse contractum, & filios antea natos esse successibiles, nihil certi declarat, nam adhuc per Judicem Ecclesiasticum potest declarari Matrimonium invalidum, & filios illegitimos fuisse, & ideo ex Matrimonio de facto nullus certus juris effectus oritur; interim verò capax successionis declarabitur Anna, & Nobilis Bernardus reus conventus, qui ab ea causam habet, & est possessor bonorum, à quo si auferrentur, iam Matrimonii invaliditas declararetur per Judicem sæcularem. Nam status illegitimitatis contractus per nativitatem, non impedit effectus Matrimonii de facto subsequuti, nec in testamento dicti Bernardi Ioannis alius legitimitatis status requiritur, quàm ille, qui matrimonio subsequuti tribuitur.

20 Omnia ferè antedicta comprobaverat, respondens argumentis contrariis, Fontan. *de pact. nup tom. 1. claus. 4. glos. 13. par. 2. à n. 37.* & obiici, quòd ex facto jus oritur, & quidem inseparabiliter. Ultra anteriùs responsum, aliter etiam satisfacit ex Jason. & Velasc. scilicet, verum esse, quòd jus ex facto oritur; sed illud non est spirituale, prout quando contenditur an de jure sit matrimonium; quia tunc ex illo facto agitato in judicio non potest oriri jus.

21 Notanter dicitur in exemplari dicti anni 1638 de quo supra, stante in possessione de illegitimitate imputato, qui si ea privaretur, declarata maneret invaliditas matrimonii, quæ non est cognitionis Judicis sæcularis. Et hic quadrat quod die 7. Februarii 1568. inter Joannem Pontium N. ex una, & Galcerandum Paulum N ex altera, referente Pla in causa ubi agebatur de successione ab intestato, fuit conclusum, non sufficere probare aliquem esse filium Monialis ad ostendendum, quòd foret spurius ex damnato coitu procreatus, nisi probaretur, quod esset genitus tempore jam factæ professionis per ipsam Monialem, præsertim ad vindicandum bona per ipsum filium possessa; nam ex sola possessione transfertur in adversarium onus probandi concludenter.

22 Id ipsum fuit dictum per Reverendum Jacobum de Aguilana Cancellarium, consultoribus Dalmau, Magarola, Mitjavila, & Franquesa & Ferrus Regiis Consiliariis 28. Septembris 1610. super contentione orta inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ partibus ex altera, ratione firmæ juris factæ per Franciscum de N. in dicta Curia Ecclesiastica, Angelæ de N. viduæ à procedimentis factis in dicta Regia Audientia, ad relationem Magnifici Josephi Ferrer Regii Consiliarii in causa inter dictas partes vertenti, super hæreditate, & bonis Hieronymi de N. in qua inciderat articulus validitatis, vel invaliditatis Matrimonii, in facie Sanctæ Matris Ecclesiæ celebrati inter dictum Hieronymum de N. & Angelam ejus prætensam uxorem, prætendente dicto Francisco de N. articulum illius incidentis præjudicium inferre causæ per eum introductæ in dicta Curia Ecclesiastica, & consequenter non posse tractari in dicta Curia sæculari. Et fuit declaratum, firmæ juris factæ per dictum Franciscum de N. in dicta Curia Ecclesiastica quoad cognitionem tantùm validitatis, vel invaliditatis Matrimonii, quod prætendebatur inter dictum Hieronymum de N. & dictam Angelam contractum, locum fuisse, & esse: proviso, & intellecto, quòd per hanc declarationem non impediretur Curia sæcularis Regiæ Audientiæ in cognitione causæ hæreditariæ, in ea vertentis inter dictum Franciscum de N. ex una, & dictam Angelam de N. viduam ex altera, ex quibuscumque causis, quæ sint facti. De hac declaratione Reg. Cortiada *d. decis.* 174. *nu.* 17. ex Ripoll *var. cap.* 1. *nu.* 131. *In fine, ver. Et similis.* Fontan. *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 2. *nu.* 40. *ver. Hulus materiæ.*

Idem fuit declaratum per Reverendum Cancellarium Rovirola 6. Maii 1599. consultoribus Astor, Benach, Roig, Salba & de Vallesica, Senjust, & Puigmitjà, in facto contentionis jurisdictionis inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, Sede vacante, occasione firmæ juris factæ in dicta Curia per actorem tutorum pupilli Philippi N. impuberis, super legitimitate, vel illegitimitate Bartholomeæ N. filiæ Petri N. ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera partibus; in qua fuit declaratum, firmæ juris factæ per dictum actorem tutorum pupilli N. in dicta Curia Ecclesiastica quoad cognitionem legitimitatis, vel illegitimitatis Bartholomeæ N. locum fuisse, & esse. 23

Et cum dubius maneret articulus, an præjudicium inferret cognitioni causæ Ecclesiasticæ super legitimitate, vel illegitimitate prædictæ Bartholomeæ N. lis vertens in Regia Audientia, fuit iterum orta contentio, occasione firmæ juris factæ in Curia Ecclesiastica per actorem tutorum, & curatorum Pupilli N. ratione prosecutionis dictæ causæ vertentis in Regia Audientia inter Paulum N. & Elisabetam N. conjuges, & tutores, & curatores Pupillorum NN. ex una, & dictos tutores, & curatores Pupilli N. partibus ex altera, ad relationem Magnifici Hieronymi Torner, Regiæ Audientiæ Doctoris, super recuperatione mansi Ribalta, pendente, & nondum finita adhuc causa legitimitatis, vel illegitimitatis Bartholomeæ N. vertenti in dicta Curia Ecclesiastica inter dictas partes, in qua per eundem Cancellarium Rovirola, consult. Astor, Fontanet, Calbè & de Vallesica, & Senjust, fuit decisum 19. Novembris 1601. firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica per dictum actorem tutorum, & curatorum Pupilli N. ad effectum impediendi cursum dictæ causæ vertentis in Regia Audientia, ad relationem dicti Torner, locum non fuisse, nec esse. Hoc intellecto, & declarato, quòd nullum fieret præjudicium causæ vertenti in Curia Ecclesiastica super cognitione legitimitatis, vel illegitimitatis dictæ Bartholomeæ N. De hac secunda declaratione, omissa prima, loquitur Reg Cortiada *dec.* 174. *n.* 17. 24

Alia exemplaria allegata per Regentem Cortiada *dec.* 174. videlicet, Cancellarii Casador 25. Maii 1569. & 12. Januarii 1570. & 10. Decembris 1569. & 24. Febr. 1568. & 14. Martii 1567. & 14. Januarii 1568. examinare non potui, quia non invenitur registrum illorum annorum. 25

Ipsis adde sic declaratum expressiùs per Federicum Setanti Tertium in contentione inter Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ ex una, & Ecclesiasticam Officialis Gerundæ ex altera, ratione firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica per Petrum N. procuratorem Antici N. & Catharinæ N. Parochiæ Rivolutorum de Silva, procedimentis in dicta Curia sæculari factis, instante Joanne Fabregas Procuratore Violantis N. & Joannis N. ejus filii, Parochiæ de Ayguaviva dictæ Diœcesis Gerunden. circa articulum validitatis, vel invaliditatis matrimonii inter dictam Catharinam N. & Baudilium N. olim contracti, qui inciderat in causa inter easdem partes vertenti in Regia Audientia, ad relationem Magnifici Joannis Amell, Regii Consiliarii, super successione universalis hæreditatis, & bonorum quæ fuerunt Joannis N. quondam Agricolæ dictæ Parochiæ Rivolutorum de Silva, fuit declaratum 28. Februarii 1589. consultoribus Peguera, Sunyer. & Oliba per Setanti Tertium, quoad cognitionem causæ validitatis, seu invaliditatis dicti Matrimonii tantùm firmæ juris per dictum Petrum N. dicto nomine in dicta Curia Ecclesiastica factæ, locum fuisse, & esse. Ex qua declaratione constat, respectu successionis posse Curiam sæcularem causam prosequi, ex quo fuerat ad contractum Matrimonium per illum de cujus successione quærebatur, & limitatè, & per dictionem *tantum* validitatis, vel invaliditatis Matrimonii cognitionem ad Curiam Ecclesiasticam pertinere. Quam declarationem ad diversum finem citat Regens Cortiada *dicta dec.* 171. *n.* 2. 26

27 Cum hac distinctione facti, & juris, remittendo articulum juris super quæstione validitatis, vel invaliditatis matrimonii ad Judicem Ecclesiasticum, declaravit Senatus die 26. Januarii 1599. referente Astor in causa inter Castellanam de N. & Ludovicum de N. agentes ex una, & Don Bernardum de N. ex alia. (Est in lib. concluſ. illius anni fol. 104.) ubi fuit adjudicata hæreditas Galcerandi N. in favorem Ludovici de N. & licèt fuisset oppositum de invaliditate Matrimonii contracti, nempe inter personas à jure prohibitas: atverò quia constitit de facto inter eas fuisse contractum, & per Judicem competentem non fuit illud invalidum declaratum, obtinuit agens in adjudicatione hæreditatis. Hoc intellecto, & declarato, quòd casu quo per Judicem competentem fuisset declaratum Matrimonium legitimè contractum non fuisse, salvum esset jus succumbenti in alio judicio, & quod propterea in eum casum teneretur pars, quæ obtinuit præstare cautionem de standojuri, & rei judicatæ. De quo exemplari, non tamen ita distinctè Fontan. *de pactis tom. 1 clauſ. 4 gloſ. 13 par. 2. nu. 31 in fin.* Observanda est illa reservationis forma in his declarationibus facienda, ut salva semper maneat cognitio Judicis Ecclesiastici, quoad articulum juris, super quæstione Matrimonii, vel natalium.

28 Idem in causa inter Franciscum Cebil, & Jordana ex una, & Franciscum Paulum Cebil, partibus ex altera, referente Magarola 11. Decembris 1609. in lib. concluſ. civil. illius anni fol. 263. quæ fuit confirmata in causa supplicationis, referente Senjust 14. Decembris 1613. Est in lib. concluſ. illius anni fol. 122.

29 Nec discedit ab his declaratio alia contentionis quæ subsequitur: *In facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una; & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera partibus, occasione firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica factæ per Iacobum Sahonès Not. Caufidicum, uti Procuratorem Prioris, & Conventus Beatæ Mariæ de Monte-Carmelo Villæ de Peralada, ad effectum impediendi cursum litis, seu causæ vertentis in dicta Curia sæculari inter Nob. Don Narcissum de N. ex una, & supradictum Priorem, & Conventum, Illustrem Don Martinum Lanfredum de Rocaberti Comitem de Peralada, Nob. Don Hieronymum Ribes, Josephum, & Mariam de Rejadells conjuges, & Administratores bonorum Stephani Sala ex altera partibus, super petitione hæreditatis, & bonorum, quæ fuerunt quondam Francisci N. per dictos Priorem, & Conventum possessæ, & executionem, & liquidationem Regiæ sententiæ in dicta causa lata die 12. Julii 1666. referente Magnifico Josepho Rull Regiæ Audientiæ Doctore, nunc Regiam Cancellariam Regente, in favorem dicti Don Narcissi de N. ex quo in causa liquidationis dictæ Regiæ sententiæ tractatur de diversis articulis, spiritualibus, & Ecclesiasticis, scilicet, de validitate, vel invaliditate professionis factæ per quondam Galcerandum de N. filium dicti quondam Francisci N. in Monasterio Sancti Petri de Roda, Ordinis Divi Benedicti, & de validitate, vel invaliditate prætensi Matrimonii, per dictum Galcerandum de N. cum Angela N. Domicella celebrati, & de legitimitate, vel illegitimitate Michaelis, & Joannæ NN. filiorum dicti Galcerandi N. & an dictus Galcerandus N. decessisset Apostata, vel non? & bona illius debeant spectare ad dictum Monasterium Sancti Petri de Roda, vel ad Cameram Apostolicam, Et cognitio dictorum articulorum quoad articulum juris, & facti spectare prætendunt ad dictam Curiam Ecclesiasticam, & non ad dictam Curiam sæcularem; & quod pendente causa in dicta Curia Ecclesiastica super cognitione dictorum articulorum, est supersedendum in causa dictæ Curiæ sæcularis, & executione supradictæ Regiæ sententiæ, donec quousque causa super dictis articulis sit terminata in dicta Curia Ecclesiastica. Contrarium autem prætendit dictus Narcissus de N. dicendo quòd supradictus quondam Galcerandus N. de facto fuit Monachus professus jam dicti Monasterii Sancti Petri de Roda, & quòd prætensum Matrimonium cum Angela N. celebratum, non habuit effectum, nec Michael, & Joanna NN. fuerunt filii legitimi, & naturales dicti Galcerandi N. sed nati ex damnato coitu, & quòd dictus Galcerandus N. decessit Apostata, & extra clausura Monasterii, & bona illius spectare debent ad dictam Cameram Apostolicam, & non ad Monasterium Sancti Petri de Roda, & quod Iudex sæcularis potest de dictis articulis cognoscere incidenter, & quoad articulum facti.* Et fuit declaratum per Cancellarium Pons, consult. Balaguer, & Carbonell die 23. Februarii 1671 firmæ juris per dictum Jacobum Sahonès dicto nomine in dicta Curia Ecclesiastica factæ quoad articulos validitatis, vel invaliditatis professionis supradicti Galcerandi N. validitatis, vel invaliditatis prætensi Matrimonii, legitimitatis, vel illegitimitatis dictorum Michaelis, & Ioannæ NN. & an dictus Galcerandus N. decesserit Apostata vel non? locum fuisse, & esse: hoc tamen intellecto, quòd per illam declarationem non impediretur cursus causæ supradictæ Curiæ sæcularis, & executio, & liquidatio dictæ Regiæ sententiæ in ea latæ die 12. Iulii 1666. ex quibuscumque causis quæ forent facti; & quod una Curia quoad articulum facti non impediretur per aliam.

Ex exemplaribus citatis (& signanter ex illo de anno 1638. quod aliis est præstantius) clarè depromitur quòd, quoad quæstiones meri facti quæ circa Matrimonium occurrere possunt, est competens Iudex sæcularis, quia incldunt in causa temporali super mero facto, an fuerit, vel non fuerit Matrimonium contractum (non an fuerit validum, vel invalidum) an resultent facta ex quibus Matrimonium peractum præsumatur, & filii ex eo nati pro legitimis habeantur, & hoc est quod dicitur per modum causæ de Matrimonio cognoscere, id est, non de illius validitate, vel invaliditate judicare, sed de hæreditaria successione, & de statu Matrimonii, tanquam de causa successionis, interim, quo super validitate matrimonii à Iudice Ecclesiastico cognoscitur (maximè stante habito pro filio legitimo in possessione bonorum de quibus lis pendet penès sæcularem; quia si illa privaretur, declaratus maneret articulus illegitimitatus, qui non est Iudicis sæcularis, sed Ecclesiastici,) & una Curia per aliam non debet impediri: & hoc est quod dicunt, vel dicere debent DD. citati antea à quibus non discedit Reg. Cortiada *dict. dec. 174. n. 16. in princip.* 30

Propterea antiquitùs die 19. Martii 1587. concl. illius anni fol. 54. in causa inter Gabrielem de N. & Franciscum de N. referente Sunyer per majorem partem fuit concluſum, & declaratum, Matrimonium præsumptum sufficere, ubi agitur de legitimatione liberorum, qui ex eo procreati fuerunt; quamvis si de probando Matrimonio principaliter ageretur, forsan alia plenior, & efficacior probatio necessaria esset; & quòd Matrimonium dicitur præsumptione juris probatum ex conjecturis, videlicet ex nominatione facta per virum in instrumentis, ex tractatu, communi opinione, & fama junctis; & quòd ex illis etiam dicitur sufficienter probata legitimitas ad obtinendum in fideicommisso contra tertium. Et fuit in meliùs commutata sententia primitiva lata, referente Puig, cum fructibus à die litis motæ. 31

Similis in facto causę vertentis in Regia Audientia inter Sperantiam Hieronymam Taxeras ex una parte, & Michaelem Grau ut curatores ad lites Ioannis Restell, seu Petrum Marti Procuratorem dicti Grau, & Bernardi Comas Administratores assignatos dicto Ioanni Restell partibus ex altera; in qua cum fuisset dubitatum de legitimitate Sperantiæ Taxeras, & an esset filia legitima Michaelis Mir & Bassa, ad successionem, & ad faciendum deficere conditionem in testamento Ioannis Bassa Parochiæ Sancti Stephani de Vilobi appositam casu quo dicta Magdalena absque filiis obiret. Et quia constitit dictos Michaelem Mir, & Magdalenam Bassa Matrimonium contraxisse, benedictionem Ecclesiasticam recepisse, & simul uti maritum, & uxorem cohabitasse, & filiam ex illo Matrimonio procreatam cognominatam Sperantiam, quæ nupsit cum Petro Taxeras, habitam fuisse pro legitima, & naturali, & ita à parentibus recognitam, & educatam; censuit Senatus, referente Michaele Ferrer Regio Consiliario, ex majori parte Dominorum die 4. Augusti 1588. (in lib. concluſ. illius anni fol. 192 & seqq.) defecisse fidei commissum per existentiam dictæ Sperantiæ, tanquam filiæ legitimæ dictæ Magdalenæ N. nec obstare declaravit, dictam Magdalenam antea Matrimonium contraxisse cum Gabriele Font, quia ex primi Mariti absentia per unicum annum publicè relatum fuit, fuisse reputatum pro mortuo. Unde dicta Magdalena post quinque annos à die absentiæ illius primi viri, & sic non dolosè nupsit cum secundo, quæ ignorantia alterius conjugum sufficit, ut filius reputetur legitimus, & habeatur pro legitimo ad successionis inclusionem. 32

Quia cõstitit de Matrimonio inter cõjuges, & uti tales se gessisse, & tractasse, & pariter pro filiis ex eo Matrimonio, 33

Fran-

Franciscum, & Dionisium Ram fuisse habitos, ideo in causa in Regia Audientia vertenti, referente Morell die 4. Octobris 1615. fol. 97. inter dictum Dionisium, & Franciscum Ram cum Paula Grau & Comes fuerunt uti capaces declarati ad parentis successionem.

34 In contrarium verò, quia præsumptivè, nec verè constabat de Matrimonio, & de legitimitate requisita ad hæreditatem consequendam, fuit eam petenti impositum silentium in exemplaribus sequentibus. Dat. 23. Julii 1593. (in lib concluf. civil. illius anni fol. 186.) in causa inter Martinum N. ex una, & Franciscum N. partibus ex altera, referente Sunyer, fuit adjudicata hæreditas Raphaelis N. eo quia alter ex cujus persona persequebatur dicta hæreditas, fuit procreatus ex Matrimonio de jure prohibito; nec constitit saltem de facto Matrimonii contractum fuisse, quod utique necessarium erat ad effectum, ut ex cohabitatione diuturna, aut temporis cursu dispensatio Romani Pontificis, vel bona fides contrahentium, aut alterius ipsorum, proles legitima præsumeretur, nec aliter apparuit de legitimatione. Quo in casu de facto ipsius Matrimonii Senatus cognovit, videlicet, an fuerit contractum verè, vel præsumptivè non de jure, an potuisset contrahi validè, ut benè observat Fontan. *de pactis 1. claus. 4. glos. 1 5. par. 2. n. 31.*

35 Postea verò super eodem facto fuit firmata contentio die 13. Junii 1599. per Cancellarium Rovirola, consult. Benac, Roig, Salba, & de Vallesica, & Senjust, & fuit declaratum ex quo agebatur super petitione hæreditatis, & bonorum quæ possidebat Franciscus N. & super Matrimonio de facto contracto, vel non, inter Jacobum N. & Catharinam N. firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica per Petrum Castellò locum non fuisse, nec esse.

36 Et die 8. Julii 1609. referente Hieronymo Astor fuit conclusum silentium imponendum esse Francisco N. in censuali per eum prætenso contra Ludovicum N. pensionis annuæ 25. ℔. pro juribus legitimæ per dictum Franciscum ex persona Francisci N. majoris, parentis sui petitæ in bonis Joannis, & Alduncíæ ejus uxoris, ex quo non constitit dictum Franciscum majorem fuisse filium legitimum, & naturalem nominatorum conjugum; quinimo ex testamento dicti Joannis contrarium apparuit. Est in lib. concluf. civil fol. 138.

37 Et die 5. Decembris 1611. (Est in lib concluf. illius anni fol. 190.) in causa supplicationis interpositæ per Elizabetam N. à diffinitiva sententia contra eam lata, referente Michaele Ferrer in favorem Ludovici de N. Domicelli, facta relatione per Josephum Ferrer, fuit dictum non constare de filiatione præsumptivè, nec verè ad includendum quemdam in successione quæ contendebatur in præjudicium tertii possessoris.

38 Et in causa inter Ludovicum Antonium N. Neapolitanum ex una, & Hieronymum N. Mercatorem, & alios ex altera, referente Ferrer die 19. Mali 1617. (Est in lib. concluf. illius anni fol. 196.) fuit declaratum non constare de filiatione ad agendum, nec de quasi actoris possessione filiationis, quia defuit probatio Patrinorum, Obstetricis, & aliarum personarum, quæ potuerunt intervenire suæ nativitati, nec in infantia per curatores seu tutores, (quos habuisse verosimile fuit) pro tali tractatum fuisse, nec erogata alimenta à parentibus, nec in eorum testamento ullum verbum de illo scriptum extitisse.

Sic in causa hæreditaria super legitimitate declarando (attentis probationibus extrinsecis super facto) spurium tempore conceptionis non legitimari per subsequens Matrimonium, fuit dictum per Regium Senatum in causa inter Josephum N. ex una, & Angelam N. viduam ex altera, referen. Egregio Senatore Nob. Michaele Joanne Taverner Episcopo Gerunden. Cancellario die 11. Julii 1682. (in lib. concluf. civil. illius anni fol. 253.) Idem antea 10. Junii 1681. ref. Nobili Narcisso de Anglasell Regiæ Audientiæ Doct. in causa inter Mariam Annam N. uxorem Petri N. ex una, contra Nobilem Siciliam N. partibus ex altera. Est in lib. concluf. civil. illius anni fol. 134.

39 Etiam quæstio est de mero facto spiritualitatis, utpote filiationis, quæ incidit in causa hæreditaria, si petenti hæreditatem opponatur, quòd non sit filius de tali, sed alterius; nam de hoc poterit cognoscere Judex sæcularis, ut ex Butrio recitat Fagnanus *in d. cap. Tuam de ord. cog. nu. 41.* ubi ex Bellamera refert ibi: *Cum quæritur, an de quæstione nativitatis possit cognoscere Judex sæcularis, distinguere habet, quia aut incidit quæstio circa Matrimonium, an fuerit legitimum, vel non; & tunc indubitatum est, quòd solus Ecclesiasticus Judex de hoc cognoscet, & judicabit; aut nulla de facto dubitatio defertur de hoc, sed de filiatione, id est an petens hæreditatem, sit filius istius, vel alterius, & tunc coram Judice sæculari hæc nativitatis quæstio tractabitur coram quo incidit. Et sequitur hic Petr. Ancar. n. 12. ver. Propter hoc.* Approbat Regens Cortiada *par. 3. dec. 174. n. 16.*

Ita Senatus 28. Martii 1630. (lib. concluf. civil. illius anni fol. 39.) in causa inter Josepham N. viduam ex una, & Michaelem N. partibus ex altera, referente Guerau, ubi fuit cognitum, an quis fuisset filius, talis, vel talis in causa hæreditaria. 40

Et referente Nob. Michaele de Cortiada R. A. D. & postea Reg. Regiam Cancel. in causa inter Josephum N. ex una, & Antonium N. ex altera partibus, die 8. Martii 1674. (Est in lib. concluf. illius anni fol. 77.) licèt enim in ea causa ex fide baptismatis, certificatoria confirmationis, & primæ tonsuræ clericalis exhibita per dictum Josephum N. prætensum fuisset resultare probatum esse filium legitimum, & naturalem Antonii, & Annæ uxoris; quia tamen probationes illæ admittunt probationes in contrarium, & constitit ex testibus illum esse filium alterius Josephi, & non Antonii, & Annæ conjugum, constitit enim ex diligentia dicti Josephi majoris fuisse scriptum in libro baptismatis dictum Josephum minorem esse filium dictorum Antonii, & Annæ conjugum, & id ipsum Josephum majorē verificasse in scriptura privata in eodem die Baptismatis; quæ assertio fuit adminiculata ex fama, & communi opinione vicinorum. Constitit dictum Josephum majorem tractasse dictum Josephum minorem uti filium suum, illumque nutrire fecisse, & educasse uti filium suum, & utique dictum Antonium tractasse illum Josephum uti nepotem suum, id est *Nebot*. Et ultimò ex dicto Antonio, & Anna conjugibus solum generatum fuisse quemdam filium, eumque intra breve tempus decessisse. Unde liquuit per dictas fidem baptismatis, & certificationes confirmationis, & primæ clericalis tonsuræ dicti Josephi minoris non remanere probatam ejus filiationem legitimam, & naturalem dictorum Antonii, & Annæ conjugium: propterea fuit conclusum ibi: *Quod declaretur, quòd dictus Josephus N. non est filius legitimus, & naturalis dictorum Antonii, & Annæ conjugum, sed filius d. Josephi majoris, & consequenter quòd dicto Josephe minori in sua prætensa filiatione legitima, & naturali dictorum Antonii, & Annæ Mariæ conjugum silentium imponatur, & dictus Antonius N. à prædictis absolvatur.* 41

Præterea non agitur de jure matrimonii, sed quæstio consistit in facto, quando intenditur, quem esse legitimè natum propter bonam fidem utriusque contrahentis, vel saltem alterius eorum; nam bona, vel mala fides ex animo pendet, *cap. fin. de præscrip.* Cuiac. *tract. 6. ad African. in l. Generaliter ff de noxal.* Schifor. *lib. 3. tract. 22. quæst. 10.* & animus, facti, non juris est, *l. 1. 5. Adipiscimur*, ubi notat Decius *n. 6. ff. de adq. poss.* & consequenter bonæ, vel malæ fidei quæstio in facto, non in jure versatur, *l. Bonæ fidei 48. §. in contrarium ff. de adq. rer. domin.* Osval. ad Donel. *lib. 5. cum cap. 6.* quo in casu Judex sæcularis de legitimitate cognoscere potest. Barbosa *in l. Titia nu. 36. ff. solut. mat.* Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 3. nu. 1.* Gonzalez Tellez *ad c. Tuam 3. de ord. cog. nu. 15.* ac aliis citatis Reg. Cortiada *par. 3. d. dec. 174. n. 28.* & probant exemplaria 4. Augusti 1588. referente Ferrer in causa Sperantiæ N. *supra n. 32.* Et 23. Julii 1593. in causa Martini N. referente Sunyer *supra n. 34.* 42

Tradunt etiam supracitati DD. quòd quæstio illa, an Matrimonium fuerit clandestinè celebratum, an in facie Sanctæ Matris Ecclesiæ, est quæstio facti, de qua Judex sæcularis cognoscere potest. Signanter Gonzalez Tellez *d. cap. Tuam 3. de ord. cog. n. 15.* Reg. Cortiada *d. dec. 174. n. 18. 19. & 20.* 43

Concluditur cum superiùs statutis, quòd Judex sæcularis cognoscere potest in causis temporalibus successionis, aut hæreditariæ super mero facto articuli Matrimonii incidentis in ea causa temporali; nam si hæc opinio tot fundamentis stabilita vera non esset, evanesceret communis practica, quæ habet, ut super Matrimonio quotidie fiant positiones coram Judice sæculari, quòd talis, & talis contraxerunt Matrimonium in facie Sanctæ Matris Ecclesiæ, & quòd pro marito, & uxore fuerunt tenti, & reputati. Ac etiam quòd ex illo Matrimonio fuit natus talis, & pro filio legitimo, & naturali fuit publicè tentus, & reputatus, ut animadvertit Ancar. *in cap. Ea quæ in* 44

UAB Biblioteca de Ciències Socials

quæst. ver. Et si hæc opinio, de reg. jur. lib. 6. & essent ipso jure nullæ super dictis positionibus probationes, factæ coram Judice sæculari, nec teneret coram eo facta confessio. Fagnan. *ad d. cap. Tuam de ordin. cog. n.* 56. qui licèt sequatur opinionem contrariam assumpti, huic tamen rationi satisfacere intendens, ait communem illam practicam salvari posse ex consuetudine. Et cum, ut supra probavimus, apud omnes gentes, & signanter apud nostrates observantia inconcussa sit cognoscendi per Judicem sæcularem de mero facto spirituali incidenti in causa temporali, meritò assentiri potest, salvari posse eam observantiam, saltem in vim consuetudinis. Adhuc tamen extra quæstiones Matrimoniales, aliæ supersunt legitimæ instantiæ, cum quibus ampliùs hæc res roborata restat clarior.

45 Sic licèt excommunicationis validitas, vel invaliditas sit cognitionis Judicis Ecclesiastici. *Can. Nemo contemnat 11. quæst. 3. Can. Corriguntur 24. quæst. 3. c. Dilecto de sent. excom. in 6.* Fontan. *de pact. nup. tom. 1. claus. 4. glos. 13. par. 2. num. 6.* Attamen Judex sæcularis cognoscere potest de quæstione facti excommunicationis incidenter suscitata in judicio sæculari. Font. *d. n. 6. & n. 25 cum seq.* cum decisione Senatus, *& dec. 351. n. fin.* Ricciul. *de jur. personarum extra grem. Eccles. exist. lib. 4. cap. 31. n. 15. & 16.* Carena *de offic. Sanctæ Inquisit. par. 2. tit. 3. nu. 22. cum seq.* ubi id exemplificat in actore agente, cui opponitur exceptio excommunicationis ad repellendum eum à judicio, & ipse replicat non constare se fuisse excommunicatum, quo in casu, cum agatur de probando mero facto, an scilicet actor fuerit à Judice excommunicatus, vel denuntiatus, poterit Judex laicus testes recipere, & de eo mero facto cognoscere, an scilicet reus rectè exceptionem suam quoad merum factum tantùm probaverit.

46 Pariter licèt super privilegiis Apostolicis nullus alius cognoscere possit, nisi Summus Pontifex, *cap. 12. de jud.* ibi: *Cum venissent, & infra: Cum enim super privilegiis Sedis Apostolicæ causa vertitur, nolumus de ipsis per alios judicari.* Et ibi DD. Barbosa *ibid.* Fagnan. *n. 12.* Cochier *de jurisd. ord. in exemp. lib. 2. quæst. 13.* Pignat. *tom. 7. conf. 15. n. 16.* quia ejus est interpretari, cujus est concedere, *c. Inter alia 31. §. Ut igitur, de sent. excom.* Cancer *var. 3. cap. 3. n. 147.* & approbant Salgado *de sup. ad Sanct. par. 2. cap. 2. n. 2. & cap. 16. n. 12.* Cardin. de Luca *in relat. Roman. Cur. disc. 2. nu. 38. & 40.* Barbosa *de potest. Episcop. par. 3. alleg. 50. tot. tit. circa juris interpret. nu. 35.* Gonzalez *ad Reg. 8. Cancel. glos. 52. n. 35.* Vicecanc. Crespi *par. 2. obs. 125. n. 9. cum seq.* Reg. Cortiada *tom. 1. decis. 38. n. 21. & 23.* Et in terminis decretorum S. C. statuit in Bulla confirmatoria Pius Papa IV. in sua Constitutione, Benedict. *decis. 73. §. 6.* ibi: *Si cui verò in eis aliquid obscurius dictum est statutum fuisse, eamque ob causam, interpretatione, aut decisione aliqua egere visum fuerit, ascendat ad locum quem Dominus elegit, ad Sedem, videlicet, Apostolicam, omnium fidelium magistram, cujus auctoritatem, etiam ipsa Sancta Synodus tam reverenter agnovit: dat. Rom. 7. Kalend. Feb. an. Incarn. Domini 1563.* Salgado *d. cap. 2. n. 1.* Fagnan. qui supra *n. 11. cum seqq.*

47 Et declaravit Senatus die 14. Novembris 1600. (Est in lib. conclus. civil illius anni fol. 249.) in causa inter Ludovicum Ferran Priorem Sancti Laurentii del Munt ex una, & filios, & hæredes Jacobi Bosch & de Font-Arnau Civitatis Vici, ex alia, ubi referente Benach, opposita nullitate stabilimenti de quibusdam Mansis, qui erant Ecclesiæ, & de obreptione, & surreptione decreti Apostolici super eo interpositi; ex quo tamen super illa controversia arbitri per compromissum declararunt; & sententia arbitralis fuit postea confirmata per Sedem Apostolicam, extitit conclusum, imponendum esse silentium actori, quousque per Romanum Pontificem foret annullata secunda confirmatio Apostolica.

48 Et in facto contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera parte, occasione firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica factæ pro parte Rectoris, & Collegii B. M. de Bethlehem Societatis Jesu præsentis Civitatis Barcinonę, citatione, & procedimentis in dicta Curia sæculari Regiæ Audientiæ, ad relationem Magnifici Hieronymi Guerau Regii Consiliarii, ad instantiam Nob. Antonii Desbosch, Bernardi de Cordellas, Militis, & Nobilis Lucretiæ de Ferrera dictæ, & præsentis Civitatis, ut tanquam de genere Fundatoris Collegii Beatæ Mariæ, & Sancti Jacobi Scholasticorum familię de Cordellas ejusdem Civitatis factis, contra dictum Rectorem, & Collegium de Bethlehem prætendentes non potuisse in Curia sæculari dictæ Regiæ Audientiæ convenire super contentis in supplicatione evocatoria pro parte dictorum Don Antonii Desbosch, & litis consortium die 23 Martii 1637. oblata, eo maximè quia cognoscerentur de viribus Bullarum Apostolicarum, dat. Romę Idibus Februarii anni 1637. ad petitionē Nob. Alexandri de Cordellas, Patroni dicti Collegii obtentarum, & sententiæ in earum executionem per Vic. Gen. Barcinonæ, uti Delegatum Apostolicum 12. Nov. 1635. prolatæ; cum quibus administratio dicti Collegii de Cordellas unita fuit Rectori, Collegio, & Presbyteris dicti Collegii de Bethlehem Societatis Jesu; & per Cancellarium Etill, consult. Rubi de Marimon, Berart, Massò, & Anglasell 13. Maii 1639. fuit declaratum, firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica Barcinonæ locum fuisse, & esse. Et illustrat Solorzano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 1. n. 6.* Larrea *dec. 99. n. 2.* Tellez *ad d. cap. Cum venissent de jud. n. 1.*

Atverò poterit alius à Summo Pontifice privilegia 49
Apostolica interpretari incidenter, & minùs principaliter, quando scilicet quæstio versatur inter partes de facto, an juvari possit privilegiatus de eo privilegio, & nil agitur circa vires privilegii. Docet Ferrer *3. par. obs. cap. 166. vers. 1.* nempe quòd licèt solus Princeps directè cognoscat de concessionibus, & privilegiis suis, si sunt justa, vel injusta, valida, seu invalida; attamen cognoscere potest alius officialis, utpote si juvant causam, vel si sunt vera, vel falsa, ex Calicio *in Margarita Fisci dub. 8. prærogat. 74.* Insuper asserens ex eodem Calicio, & Andrea quòd aut dubium est de privilegio, aut de privilegiato. Et quòd in primo casu solus Princeps judicat. In secundo verò potest judicare inferior; quia tunc quæstio versatur de facto inter partes, ut resolvit Cancer *var. par. 3. cap. 3. nu. 145 & seq.* sequitur Ripoll ad Peguera *in praxi civil. rub. 4. n. 99. & de Regal. cap. 41. n. 6. & nu. 35. & 36.* ad tradita per Reg. Cortiada *decis. 38. par. 1. nu. 21.* & supra tetigimus.

Sequitur Episcopus Fermosinus (punctim in terminis 50
interpretandi privilegia Pontificia) *in d. cap. Cum venissent de judic. quæst. 2. n. 1.* id exemplificans ex DD. quos citat, in controversia quæ tantùm versatur super præjudicio partium litigantium; propterea quòd difficultas tantum sit, an privilegiatus capax sit ad habendum privilegium, vel an privilegium sit surreptitium, vel falsò impetratum; & quòd tunc inferior potest cognoscere de exceptione oppositā; cum tunc potiùs de ipso privilegiato, & de jure illi competente, quàm de privilegio judicium fiat, ex Barbosa *axiom. 130.* Vega *ad d. cap. Cum venissent numer. 33. & 34.* & id ipsum corroborat idem Fermosinus *num. 3.* ex Gregorio Lopez ajens ibi: *Summam DD. resolutionem esse in præsenti, quòd aut contenditur de valore privilegii, seu de intellectu, vel de interpretatione concernente validitatem privilegii principaliter, & Princeps debet cognoscere aut incidenter, est quæstio inter partes super privilegio ad ipsarum præjudicium respectu causæ, de qua agitur, & tunc Judex inferior potest cognoscere, & ubi verba non sunt clara interpretari privilegium, nisi dubium esset arduum, & inexplicabile, quo casu ait recurrendum esse ad Principem, vel nisi Princeps esset in loco ubi faciliter posset consuli, vel nisi Judex velit remittere declarationem, quia posset, quæ omnia ait colligi ex Ioanne, Andrea, Antonio, Abbate, Imola, Felino, & Decio in præsenti, Bald. &c.* Punctim etiam Ramon *consil. 34.* ubi *in fine* recitat Regias sententias.

A quo non differt id quod dicitur, videlicet, quilibet 51
Judex habet à se ipso potestatem interpretandi declarativè leges, Canones, & statuta respectu causæ quę coram eo vertitur. Tiberius Decianus *vol. 5. responso 36. n. 6* quantum ad jus litigatoris pertinet. Gratianus *disc. for. c. 927. n. 18.* Nec ab his discedit Cancer *var. 3. c. 3. nu. 62. & seqq.* Gonzalez Tellez *ad d. c. Cum venissent n. fin.* ubi ex Solorzano *de jure Indiar. lib. 2. c. 21. n. 25.* docet, quòd licèt verum sit, Principem esse adeundum super rescripto, vel privilegio dubio, id tamen non procedit, quando per usum, consuetudinem, & observantiam subsequentem jam est interpretatum; tunc enim attenditur sensus per consuetudinem inductus; non autem declaratio, quæ à Principe exigi solet, ex textu notabili *in l. Cum de novo 10. Cod. de legibus.*

Propterea in hac nostra Regia Audientia (ad quam ex 52
Regalia Principis, prætextu quia agitur de viribus, & in-

& interpretatione Regiorum privilegiorum causæ evocantur, ut est notum) super legitimatione à Rege nostro concessa, fuit declaratum requiri ad ejus validitatem patris consensum, nec assertionem Principis sufficere ad probandum impetrantem habuisse legitimum mandatum à Patre, si alinnde de eo non constaret. Sic in causa inter Ludovicum N. ex una, & Nob. conjuges Joannem Baptistam N. & Mariam N. ex altera, referente Magnifico Vincentio Sabater 13. Aprilis 1685. (Est in lib. conclus. civil. illius anni fol. 135.) quæ sententia fuit commutata, referente Nob. Josepho Gelcen Reg. Senatore 29. Maii 1691. quia constitit per geminatas parentis assertiones filiam fuisse naturalem, & ita à parente dotatam, & per rescriptum Principis legitimatam, & de jure, filiis legitimatis, prout à nativitate legitimis, est debita in bonis maternis legitima, & supplementum illius, & aliunde apparuit de consensu parentis ex probationibus, & conjecturis ad impetrandam dictam legitimationem, remanente sic assertione Principis adminiculata, cui erat standum in expressione consensus patris, concurrentibus adminiculis, & inde obtinuit in ea causa filia naturalis legitimata supplementum legitimæ.

53 Verùm omnia antedicta complectuntur exemplaria nostri Senatus. Refero enim quod evenit die 6. Julii 1666. cum Matthæo N. referente Magnifico Alexio Tristany Regio Senatore. (Est in lib conclus. civil. illius anni fol. 177.) ubi fuit declaratum, quòd spurius legitimatus ex dispositione Apostolica, cum clausula *absque præjudicio venientium ab intestato*, non poterat dicere testamentum paternum nullum ex causa præteritionis, neque petere legitimam: quia solùm fuit habilitatus ad succedendum tantum in id quod à Patre fuerat sibi relictum; non verò quod Pater aliquid illi relinquere teneretur.

54 Sic fuit incidenter cognitum in causa hæreditaria de interpretatione licentiæ à suo superiore cuidam Religioso Sancti Joannis Hierosolymitanen exclusa obreptione, quæ contra licentiam opponebatur in causa inter Nobilem Fratrem Galcerandum Vilallonga Militem Ordinis, & Militiæ Sancti Joannis Hierosolimytanen. uti receptorem spoliorum Sacræ Religionis dicti Ordinis in Prioratu Cathaloniæ, ex una, & Nob. Felicem N. uti Patrem, & legitimum Administratorem filiorum suorum ex altera, referente Ferrer & Vinyals 22. Martii 1678. Est in lib. conclus. civil. illius anni fol. 92.

55 Sic cum Capitulum Canonicorum haberet curam habitualem in Parochia in vim unionis Apostolicæ, quæ allegabatur ad effectum exigendi decimas de Novalibus ab incolis, & terrastenentibus in decimario: quid venire debebat appellatione Novalium fuit dictum in causa inter Syndicum Capituli Sedis Gerundæ uti Administratorem ferialis dictæ Sedis Gerundæ ex una, & Matthæum Pellicer S. T. D. Rectorem Ecclesiæ Parochialis de Fornells, Hieronymum Canals, & alios particulares, & terrastenentes in termino dictæ Parochiæ ex altera, referente Ferrer & Vinyals 25. Junii 1680. Est in lib. conclus. civil. illius anni fol. 205.

56 Et respectu decreti Apostolici quod pars obtinuit obreptitiè, & surreptitiè, expressit Senatus die 27. Septemb. 1680. fol. 214. in facto Ophrii Oluje Prioris Beatæ Mariæ de Gualter contra Hieronymum Joan, referente Balla, ubi fuit per majorem partem conclusum, stabilimentum factum de re Prioratus, debuisse fieri cum expressis consensu, & firma Abbatis de Rivipullo; & propterea nullum esse, ipsis deficientibus; prout etiam quia non intervenit Sedis Apostolicæ auctoritas; imò obtenta per Commissarium Apostolicum, etiam vitio nullitatis laboravit ex defectu commissionis; ac etiam quia expressè in supplicatione oblata Sedi Apostolicæ pro dicta commissione Apostolica obtinenda, obrepta, & surrepta fuit veritas, exprimendo ea de quibus non constitit, & tacendo plura, quæ si expressa fuissent, retraxissent concedentem ab hujusmodi commissione. Nec ulteriùs constitit de utilitate Prioratus, sed de ejus damno: quapropter fuit declaratum, alienationem rei stabilitæ esse revocandam, & Priori illius possessionem esse dimittendam cum fructibus, solutis operibus, & majoramentis, licèt minor pars voverit, causam illam pertinere ad Judicem Ecclesiasticum, & non ad sæcularem, & ideo remittendam ad Sedem Apostolicam.

57 Rursus licèt cognitio juris patronatus spectet privativè ad Ecclesiasticum, ut probavimus *dec.* 137. *n.* 7. ad tex. *in cap. Quanto* 3 *de jud.* Revert. *tom.* 1. *dec.* 346. ubi Marinis *n.* 1. Lambert. *de jure patron. lib.* 2. *par.* 2. *art.* 7. *quæst.* 3. *in princ. n.* 4. & omnes Canonistæ ad d. text. *in cap. Quanto.* Fermos. *ibid. quæst.* 2. ubi *nu.* 7. probat, quòd de jurepatronatus Judex laicus, neque principaliter, neque incidenter cognoscere potest. Sequitur Fagnan. *in d. c. Tuam* 3. *de ord. cognit. n.* 25. & infra citandi.

Attamen permittitur Judici laico cognoscere de quæ- 58
stione facti, juris patronatus. Pereyra *de manu Reg. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 4. Fontan. *tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 2. *n.* 29. qui exempla ponit, nempe si Fundator Ecclesiæ eam liberam reliquerat; non autem ad quem pertineat patronatus, vel quis debeat præsentare, ut *in c. Quanto* 3. *de iud.* id enim esset de quæstione juris cognoscere. Marinis ad Revert. *dec.* 346. qui ex Viviano *in praxi iurisp. par.* 2 *lib.* 11. *cap.* 10. considerat aliquos casus, in quibus Judex laicus in hac materia juris patronatus se intromittere potest. Quorum primus est, quoties ageretur de privando patronumejus patronatu, & jure præsentandi. Secundus casus, eum universitate bonorum, sub qua jus ipsum includitur; nam tunc benè erit Judex competens, dummodo neque in libello, neque in sententia fiat mentio de jure patronatus, unde feudo ob aliquod crimen publicato, jus patronatus cum ipsa universitate pariter dicitur publicatum. Tertius casus, in quo Judex laicus certo modo cognoscit de jure patronatus, est nimirum si quis promiserit amico suo jus patronatus dare; nam actione personali posset Judex laicus promissorem condemnare ad promissionis observantiam, & sic ad donandum. Quartus casus consideratur: nam licèt causa juris patronatus per laicos compromitti non possit; in casibus tamen prædictis potest fieri compromissum in laicos, & per illos fieri transactio. Hæc Marinis supra citatus.

Et quod cum universitate bonorum in emptorem, ces- 59
sionarium, vel donatarium jus patronatus transeat (licèt non possit per se vendi, cedi, aut donari,) probat Olea *de cess. iur. tit.* 3. *quæst.* 8. *n.* 26 Molina *de Hisp. primog. lib.* 1. *cap.* 24. Hermosilla *in l.* 15. *part.* 5. *tit.* 15. *glos.* 4 Salgado *in labyrint. cred. cap.* 5. *par.* 3 Noguerol. *alleg.* 36. *nu* 26. ad tradita per Font. *tom.* 1. *de pact. nup. claus.* 7. *glos.* 3. *par.* 5. *n.* 38. quo in casu super jure patronatus potest transigi, & compromissum fieri, Valeron *de transt. tit.* 3. *quæst.* 6. & ideo Judex laicus de eo cognoscere valet Gonzalez Tellez *ad d. cap. Quanto* 3. *de iud. n.* 9.

De his quæstionibus meri facti super articulo spiritua- 60
li, quando cognoscit Judex sæcularis non impeditur à Judice Ecclesiastico coram quo pendet judicium articuli juris super spirituali rate: nam una Curia per aliam non impeditur, ut supra probavimus in exemplaribus allegatis. Et probant Ripoll *variarum* 1. *n.* 131 Fontan. *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 13. *par.* 2. *n.* 40. & 41. Reg. Cortiada *d. dec.* 174. *n.* 17. ad tradita pluribus citatis per eundem *nu.* 21. de qua re amplius *in dec. seq.*

DECISIO CLIV.

ARGUMENTUM.

Si quæstio juris spiritualis est mixta cum facto inseparabiliter, est cognitionis Judicis Ecclesiastici, non etiam sæcularis. Et quando id evenit: & quid si quæstio juris accedat facto, vel è contra; & quando Delegatus Apostolicus possit exequi commissiones à Romano Pontifice sibi factas post hujus obitum.

SUMMARIUM.

1 *Explicantur casus, in quibus versatur quæstio super iure spiritualitatis.*
2 *Est supersedendum per Judicem sæcularem in causa temporali, donec per Judicem Ecclesiasticum sit terminata iuris quæstio super re spirituali.*
3 *Articulus iuris spiritualis præiudicialis est causæ temporali; & sic prius terminari oportet articulus spiritualis.*
4 *Declaratio contentionis.*
5 *Alia declaratio contentionis.*
6 *Si causa matrimonialis, & natalium, seu alia spiritualis constat partim in facto, & partim in iure;*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& sic sit mixta juris, & facti inseparabilis; tali casu magis dignum trahit ad se minùs dignum, & ne continentia causæ dividatur, cognitio utriusque pertinet ad Judicem Ecclesiasticum.

7 *Traditur exemplum, veluti si opponatur de legitimitate, & replicatur de legitimitate, & matrimonio, & super hoc nititur judicialis disceptatio, & contradictio, & devenitur ad probationes, & ad illarum discussionem; nam tunc causa hujusmodi tanquam mixta juris, & facti, debet remitti ad Judicem Ecclesiasticum.*

8 *Huic exemplo non acquiescit Auctor; nam potest Judex sæcularis ab illo articulo juris matrimonii judicium suum removere, litigantium probationes coram se repellendo.*

9 *Coram sæculari quando incidit controversia Clericatus, quia cum super illa factum non sit abstractum ab omni spiritualitate, sed mixtam habeat quæstionem juris, ideo de ea quæstione Judex sæcularis cognoscere non potest.*

10 *In casu quo non principaliter, sed incidenter venit juris quæstio super spiritualitate ad quæstionem facti, mixtum regulatur à principali quæstione, & ideo tunc per Judicem sæcularem cognosci poterit: ubi exemplum traditur, quando in causa possessorii incidenter tractatur de titulo qui est juris.*

11 *Pro tuendo possessore Beneficii Ecclesiastici, ne partes veniant ad arma, conceduntur litteræ manutentiæ.*

12 *Non est facile discernere, an titulus Beneficii Ecclesiastici accedat possessioni, an possessio accedat titulo.*

13 *Resolutio Auctoris.*

14 *Potest Judex sæcularis cognoscere de incidenti spirituali in causa temporali, quoties ex actis constat de hujusmodi incidenti sine ulla disceptatione.*

15 *Senatus decisio.*

16 *Mortuo Romano Pontifice, Commissarii Apostolici adimplere non possunt commissiones sibi attributas cum causæ cognitione: ubi declaratur Fontanella.*

1 SUPER jure spiritualitatis solum cognoscere potest Judex Ecclesiasticus (tantum super mero facto separabili à jure, incidenti in causa temporali potest Judex sæcularis se intromittere) diximus *in dec. antecedenti*, & uberrimè tradit Regens Cortiada *d. dec.* 174. *n.* 18. *cum seq.* id explicans, veluti de causa matrimoniali, legitimitatis, seu natalium, quæ pendet ex aliqua quæstione juris, hoc est de fœdere, viribus, & jure Matrimonii, nempe si adfuit metus, si habuit qualitates requisitas, si potuit, vel non contrahi, si est validum, vel invalidum, aut si est legitimè, vel illegitimè contractum; ex pluribus DD. quos allegat.

2 Et in hoc casu est supersedendum per Judicem sæcularem in causa temporali, donec per Judicem Ecclesiasticum sit terminata juris quæstio super re spirituali, probat capitalis text *in cap. Tuam 3. de ord. cognit.* ubi cum Regina Cypri super successione Comitatus Campaniæ quæstionem proponeret coram Philippo Galliæ Rege tanquam Domino feudi, & eam prosequeretur coram Ludovico ejus filio, & Regni successore, expositaque esset exceptio natalium, fuit per Honorium Tertium Pontificem rescriptum Ludovico, quatenus in lite supersederet, donec causa natalium ab Apostolico judicio finem acciperet: cum quo concordat *cap. Lator 3. Qui filii sint legitimi*, & approbant Repetentes super d. text. *in cap. Tuam*, & Menoch. *par 4. consil. 366. n. 46. cum seqq.* Larrea *alleg 64.* Noguerol. *alleg. 23. n. 136.* Vela *tom. 2. dissert. 44. num. 43.* Tondut. *de prævent. jud. par. 1. cap. 15.* Castillo *lib. 5. cont. cap. 105.* Font. *tom. 1. claus. 4. glos. 13. par. 2. n. 31. ver. Imo, & tom. 2. dec. 335. n. 22.* (ubi quòd dicta jura procedunt, sive causa hæreditatis sit priùs mota, sive è contra causa legitimitatis) Reg. Cortiada *par. 3. d. dec. 174. n. 7. 12. & 17.* Gonzalez *ad d. cap. Tuam 3.*

3 Rationem tradunt ad id ipsum DD. affirmando quòd articulus ille spiritualis, præjudicialis est causæ temporali, cum una sit exclusiva alterius, & sententia in una lata pariat præjudicium in alia, & sic oportet ut articulus spiritualis priùs terminetur; ad text. *in cap. Exhibita 19. de judiciis cap. 1. de sent. excommunicationis in 6. l. 1. Cod. de ord. cognit. l. penult ff. de noxal. l. fin ff. si libertus ingen. l. penult ff. de lib. exhib. l. si quis libertatem 7. ff. de petit. hæredit. l. 1. Cod. si quis aliquem test. prohib. cap. 1. de ordin. cognit.* & ibi DD Gonzalez Tellez *ad d. cap. Tuam 3. de ordine cognit.* & ibi Fagnanus *nu. 12.* Reg Cortiada *par. 3. decis. 174. nu. 6.*

Sic pendente lite in Curia Ecclesiastica super fœdere matrimonii, & separationis quoad torum, propter sævitias mariti, quousque hæc terminatur, quod suspendi debet causa coram Judice sæculari super articulo temporali, fuit declaratum per Cancellarium Cassador 10. Octobris 1569 consult. Tarca, & Josre, inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ super eo, quòd pendente indecisa in dicta Curia Ecclesiastica lite super fœdere Matrimonii, & separationis quoad torum propter prætensam sævitiam inter Angelam N. uxorem Amatoris N. Civis Barcinonæ ex una, & dictum Amatorem N. partibus ex altera, introduxerat dictus Amator N. causam querelæ in Curia Vicarij Barcinonæ, quam postea evocavit ad Regiam Audientiam, petendo, dictam Angelam N. tanquam adulteram condemnari in amissionem dotis, quod prætendit Curia Ecclesiastica factum fuisse in æmulationem dictæ litis pendentiæ, fuit declaratum cognitionem dictæ causæ super fœdere Matrimonii, & separatione quoad torum, in dicta Curia Ecclesiastica Episcopi Barcinonæ tractandam, & continuandam fore, & esse; & consequenter interim, & donec dicta causa fuerit finita in dicta Curia Ecclesiastica, supersedendum esse per dictam Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ in petitis per dictum Amatorem N. quam, ut superius recitatur, transcripsi à Regente Cortiada *par. 3. d. dec. 174. nu. 6.* & non tam extensè scripserat Font. *tom. 2. decis. 335. nu. 35.* At regestum dicti Cancellarii Casador non adinvenitur. 4

Pariter per eundem Cancellarium Casador 27. Augusti 1568. fuit declaratum, pendente causa in Curia Ecclesiastica super validitate personarus Ecclesiastici, & an contractus esset simoniacus, vel non, Curiam sæcularem non posse interim procedere ad exequendas pensiones dicti personatus, donec in causa Ecclesiastica esset terminata, & finita, de qua Fontan. *tom. 2. d. dec. 335. n. 34.* 5

Circa materiam susceptam duo apud DD. assérta inveni, quorum intelligentiam capere nimis operosum existimavi. Primum est, quòd si causa Matrimonialis, & natalium, seu alia spiritualis consistat partim in facto, & partim in jure, & sic sit mixta juris, & facti inseparabilis, tali casu magis dignum trahit ad se minus dignum, & ne continentia causæ dividatur, cognitio utriusque pertinet ad Judicem Ecclesiasticum. Menoch. *de retinen. possess. remed. 3. n. 328.* Gratian. *discep. forens. cap. 238. num. 14.* Farinac. *in prax. pa. 1. quæst. 8. n. 25. vers. Sublimita tertio* Carolus de Grass. *de effect. Clericatus effect. 1. nu. 407.* Petr. Barbosa *in leg. Titio 35. ff. solut. mat. n. 24.* Fontan. *de pact. nup. tom. 1. claus. 4. glos. 13. par. 2. n. 38.* Luca ad Franch. *dec. 361. nu. 5. vers. Iudex sæcularis.* Fermos. *in cap. fin. quæst. 2. n. 18. & 19. de jud.* Sperellus *par. 1. dec. 8. n. 55. lib. 1.* Reg. Cortiada *dec. 2. n. 10. par. 1. & dec. 174 par. 3. nu. 22.* 6

Exemplum afferunt DD. citati, ut puta quando adesset aliqua disputatio, vel contradictio inter litigantes, ut declarat Decius *in c. Decernimus nu. 184. de iud.* Menoch. *consil. 366. n. 49. lib. 4.* nempe si opponatur de illegitimitate, & replicatur de legitimitate, & Matrimonio, & super hoc nititur judicialis disceptatio, & contradictio, & devenitur ad probationes, & ad illorum discussionem, causa hujusmodi tanquam mixta juris, & facti remitti debet ad Judicem Ecclesiasticum. Menoch. *dict. consil. 366. n. 49. ver. Ratio est, & ver. At quando, & ver. Quæ omnia.* Paz. *de tenut. par. 1. cap. 12. n. 77. in fin.* 7

At verò huic exemplo non acquiesco, quia ubique certiùs arbitror, etiam stante disputatione, vel contradictione litigantium super validitate, vel invaliditate Matrimonii, jus, & factum separari valere, ac propterea divisim posse in causa temporali de mero facto Matrimonii in ea incidenti Judicem sæcularem cognoscere, intacto manente pro Judice Ecclesiastico articulo invaliditatis, vel validitatis Matrimonii (ad eum remittendo allegationes partium, & forsan earundem probationes) in quo sæcularis nullatenus se intromittere potest, imò ab illo articulo juris Matrimonii judicium suum removere, litigantium probationes coram se repellendo. Hæc expressit sententia Regia 12. Julii 1638. de qua *in dec. anteced. n. 19.* in illis verbis: *Nec iniuria afficitur actor, si de exceptionibus adversus Matrimonium oppositis non habeatur ratio, quia cum respiciant invaliditatem Matrimonii, natura exceptionis removet iudicium, & per eam factum non potest mutari, de quo tamen iudicandum est, & quamvis de-* 8

declaret Judex sæcularis, Matrimonium de facto esse contractum, & filios antea natos esse successibiles, nil certi declarat; nam adhuc per Judicem Ecclesiasticum potest declarari Matrimonium invalidum, & filios illegitimos fuisse.

Ex quibus arbitror dicere', quòd in causa hæreditaria coram Judice sæculari vertenti, si incidat quæstio Matrimonialis, ab ea factum, & jus separari, non pendet à partium litigantium exceptionibus, & replicationibus, nec à subministratione probationum coram sæculari adductarum, sed quòd pendet indivisibilitas ex ipsa mixtura, & continentia causæ.

9 Prout evenit, quando coram sæculari incidit controversia Clericatus, quia cum super illa factum non sit abstractum ab omni spiritualitate; sed mixtam habeat quæstionem juris, ideo de ea quæstione Judex sæcularis cognoscere non potest. Barbosa *in l. Titia 35. ff. solut. mat. n. 26. cum tribus seqq.* Scobar *de ratiot. cap. 7. nu. 20. ver. Neque etiam obstat, in fine.* Farinac. *in prax. quæst. 8. n. 25. ver. Sublimita tertio.* Albert. *in assert. cathol. quæst. 25. à n. 54.* Morla *in empor. jur. par. 1. tit. 2. in præmiss. num. 135.* Cancer *var. 2. cap. 2. nu. 51.* Sesse *decis. 113. à nu. 108. ad 113. lib. 2.* Barbosa *in addit. ad cap. Si Judex laicus num. 2. de sent. excomm. in 6.* Fontan. *de pactis par. 1. clauſ. 4. glos. 13. par. 2. nu. 38.* Reg. Cortiada *tom. 1. decis. 2. à nu. 4* & signanter *num. 11.* qui *in nu. seqq.* ad alias hujus rei quæstiones progreditur.

10 Secundum assertum apud DD. est, quòd licèt, quando articulus spiritualis est mixtus facti, & juris inseparabilis, pertineat ad Judicem Ecclesiasticum ejus articuli cognitio, attamen id declarari oportet in casu quo quæstio juris principaliter tractatur, sicut quæstio facti; secus si non principaliter, sed incidenter juris quæstio veniat ad quæstionem facti; in hoc enim casu mixtum regulatur à principali quæstione, & ideo tunc per Judicem sæcularem cognosci poterit. Menoch. *de retin. possess. remed. 3. nu. 328. & seq.* qui illud infert ex eo quòd quando in causa possessorii, quæ est facti, incidenter, tractatur de titulo, qui est juris, etiamsi sit mixta, & sic partim juris, & partim facti; non tamen per hoc sæcularis desinit esse Judex: quod tamen secus esset, si principaliter de titulo, sicut de possessione tractaretur. Sequuntur Farinac. *in prax. quæst. 8. n. 25. ver. Declara.* Carol de Graff. *de effect. Clericatus effect. 1. nu. 407. ver. Qui duo ultimi*: & his citatis Reg. Cortiada *par. 3. d. decis. 174 n. 13.*

11 Atverò apud nostrates declaratio demonstrata exemplo possessorii in re beneficiaria, quòd tribuitur cognitioni Judicis sæcularis non est applicabilis, quia, ut diximus *dec. 136.* ea opinio apud nos non est tuta; & solum eam admittimus, quando parantur arma ad vim inferendam per partes, ut via facti tollatur, vel per modùm tuitivæ, vel litterarum manutenentiæ, pro tuendo possessore Beneficii Ecclesiastici; & utrinque etiam, ea ratione ne partes veniant ad arma, & adhuc non per viam cognitionis ordinariæ, sed per modum defensionis extrajudicialiter.

12 Rursus etiam exemplum illud non arctatur controversiæ, quia nostra quæstio versatur in incidenti Ecclesiastico in causa hæreditaria, vel temporali; in illa verò, quæstio est de incidenti in causa beneficiaria, quæ est omnino Ecclesiastica: & licèt incidens eveniat in causa possessorii (quod dicunt esse meri facti) atverò ubique est verum in causa Ecclesiastica id incidere, id est in incidenti de mero facto spirituali, hoc est tituli Ecclesiastici super alio temporali, scilicet possessionis, quæ utrobique recadunt semper super re beneficiaria, & meré Ecclesiastica (& sic in casu magis dubitabili,) & hæc omnia distant ab instituto, in quo incidit quæstio nostra super mero facto rei spiritualis in causa temporali. Quanto magis quòd non est facile discernere, an titulus Beneficii accedat possessioni, an possessio accedat titulo.

13 Ex his omnibus infertur, quòd in causis hæreditariis quæstio, quæ assiduò evenit, est super incidenti validitatis, vel invaliditatis Matrimonii, vel illegitimitatis, aut de natalibus, & quòd tunc licèt videatur difficile discernere, an quæstio illa sit mixta cum facto, adeò ut non possit separari; id tamen exponitur per casus in exemplaribus practicatos de quibus *in dec. ant.* ubi factum à jure fuit distinctum, & Curia Ecclesiastica non fuit impedita per sæcularem quoad cognitionem juris spiritualis, remanente cognitione meri facti apud Judicem sæcularem. Quæ pro praxi quotidiana sufficienter prolata judico.

14 Quibus addo observatam in nostro Senatu resolutionem communiter amplexam, posse Judicem laicum cognoscere de incidenti spirituali in causa temporali, quoties ex actis constet de hujusmodi incidenti sine ulla disceptatione, veluti per confessionem partis, aut quia factum est notorium, & hoc quidem non principaliter, sed per modum causæ, ut pluribus citatis, tenet Sperellus *to. 1. dec. 8. n. 32.* Reg. Cortiada *dec. 174 n. 10.* Fontan. *de pact. 1. clauſ. 4 glos. 13. par. 2. nu. 44.* (licèt aliter, nisi cum distinctione sentiant Fermos. *in cap. Tuam 3. de ordin. cog. quæst. 6.* post eum Luca ad Franch. *ad dec. 551. n. 4.*) Vela *in cap. 1. de offic. ord. n. 79.*

Ita Senatus die 22. Octobris 1601. (fol. 221.) in facto 15
inter Franciscum Senjust Abbatem Monasterii Villæ de Arulis, Ordinis Sancti Benedicti, & Joannem Franciscum Reart Burgensem Villæ Perpiniani ex altera; ubi facta relatione per Michaelem de Salbà, & Vallesica R. A. D. & causæ Relatorem, fuit conclusum stabilimentum de quodam Castro dictæ Abbatiæ, factum per Abbatem antecessorem, esse nullum. Et licèt Commissarii Apostolici decretum in eo interposuerant, fuit tamen vigore commissionis sibi attributę per Sixtum Quintum Pontificem Maximum, qui mortuus fuerat ante præsentationem commissionis, & informationem receptam. De qua Font. citatus, addens, quòd Senatus de hujusmodi nullitate in ea causa cognovit, quia ipsa reddebatur notoria ex actis exhibitis ex instrumento videlicet, & procedimentis circa confirmationem factis, & ex aliis quibus probabatur mors Pontificis tempore dictæ confirmationis, & multo antea quàm ipsa fieret.

Regius vero Senator Peguera *dec. 130. tota*, qui prose- 16
quitur motiva dictæ Regiæ declarationis docet, in ea cognitum fuisse super dubio, an Commissarii Apostolici possent exequi dictam commissionem sibi factam cum clausulis *vocatis vocandis, & si constiterit esse in evidentem utilitatem Ecclesiæ*, ex quo ante executionem dictæ gratiæ Summus Pontifex decesserat. Et declaravit Senatus, quòd virtute dictarum clausularum debebant procedere Commissarii Apostolici cum causæ cognitione, quam adimplere non poterant mortuo mandatore, scilicet, Romano Pontifice, ex juribus, & DD. quos Peguera allegat, qui respondet *nu. fin.* objici *cap. Si gratia de offic. delegati*, ibi: *Quia ille text. loquitur in mero executore dato per Papam ad gratiam per eum factam exequendam, cujus executoris officium morte ipsius Papæ etiam re integra non expirat. Ut ibi in dicto text. quia is sine causæ cognitione procedere potest: & ideo ejus potestas, & commissio durat etiam mortuo mandatore. Quòd, ut prædiximus, est secus in casu nostro, in quo executores, seu commissarii tenebantur vocare partem, & cum causæ cognitione procedere.*

DECISIO CLV.

ARGUMENTUM.

Causa alimentorum inter personas laicas pertinet ad Judicem sæcularem; nec ab Ecclesiastico impeditur, dummodò de separatione tori, aut matrimonii nullitate non agatur. At si super his principaliter pendeat lis coram Ecclesiastico, ad eum remitti debet taxatio alimentorum; tanquam dependens à causa principali, nisi post sententiam factam à Judice Ecclesiastico super puncto matrimonii: nam tunc Judex sæcularis procedit ad taxationem alimentorum, quin incidat in attentata, quamvis pendeat ab ea sententia Ecclesiastici appellatio. Ubi variæ Decisiones Senatus, & Contentionum enodantur, & cum eis quæstiones frequentes super sequestris, & alimentis taxandis personæ sequequestratæ.

SUMMARIUM.

1 *Remissio decisionum antecedentium.*
2 *Judex Ecclesiasticus est competens cognoscendi de*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

incidentibus temporalibus in causa Ecclesiastica, vel spirituali.

3 *Dubium.*

4 *Incidens alimentorum remitti debet ad Judicem Ecclesiasticum, coram quo pendet causa divortii uti accessoria, ac dependens causæ principalis. Est opinio Peguera, cum Senatu.*

5 *Corroboratur alia decisione Senatus.*

6 *Quomodo declarabantur causæ civiles, & criminales ante efformationem Regiæ Audientiæ, & n.7.*

8 *Alia Senatus decisio in causa supplicationis.*

9 *Doctores qui approbant doctrinam Peguera.*

10 *Lite pendente coram Judice Ecclesiastico super validitate matrimonii, possunt alimenta peti coram Iudice laico; quia causa alimentorum non est dependens à causa matrimonii. Est opinio Fontanella, cum Senatu, & n.11.*

12 *Doctores qui sequuntur opinionem Fontanella.*

13 *Si causa alimentorum fuerit intentata principaliter coram Judice sæculari, solùm Judex sæcularis est causæ competens, nec potest per Ecclesiasticum preveniri, cum causa sit merè laicalis, & inter personas laicas, dummodò de separatione tori, aut matrimonii nullitate non agatur.*

14 *Si per Judicem sæcularem fuerit taxatio alimentorum præventa sine mixtura spiritualitatis, adhuc non pendente coram Ecclesiastico causa principali super separatione tori, aut Matrimonii nullitate, tunc taxatio alimentorum fieri debet coram Judice sæculari, ac propterea exceptio litis pendentiæ, aut super alimentis rei judicatæ ab Ecclesiastico admitti debet.*

15 *Si pendet coram Judice Ecclesiastico lis super fœdere matrimonii, vel tori separatione, non potest sæcularis cognitionem alimentorum assumere, attenta Iudicis Ecclesiastici prævention super causa principali.*

16 *Decisio Senatus pro alimentis taxatis coram Iudice sæculari.*

17 *Alia decisio Senatus.*

18 *Fit provisio sequestri mulieris per Iudicem sæcularem ob sævitias viri.*

19 *Etiam sequestratur puella pro ejus educatione per Curiam sæcularem.*

20 *Etiam quando non est tuta domus tutoris.*

21 *Declaratio contentionis.*

22 *Aliæ declarationes contentionis.*

23 *Personæ sequestratæ per Iudicem sæcularem, coram eo fit etiam taxatio alimentorum. Cum Senatu.*

24 *Sequestratio puellæ impuberis, ne vis ei fiat quoad contractum matrimonii, pertinet ad Curiam sæcularem. Cum declaration contentionis.*

25 *Senatus decisio.*

26 *Infertur conclusio.*

27 *Alia conclusio.*

28 *Non spectat ad Iudicem sæcularem sequestratio puellæ nubilis quoad explorationem voluntatis; sed pertinet ad Curiam Ecclesiasticam, & si prius fuerit sequestrata per Iudicem sæcularem, & per Curiam Ecclesiasticam petatur, causa explorandi voluntatem, tradenda est ad hunc effectum Curiæ Ecclesiasticæ. Cum declaratione contentionis.*

29 *Alia declaratio contentionis.*

30 *Alia declaratio contentionis.*

31 *Si causa educationis pupillæ præventa fuerit in Curia sæculari, & ea ratione per Curiam sæcularem fuerit sequestrata, & à Curia Ecclesiastica petitur sequestrari pro exploratione voluntatis matrimonii, conservatur adhuc sequestrum per Iudicem sæcularem appositum, quod declaratur.*

32 *Decisio Senatus cũ forma procedẽdi in hoc casu, & n.* 33

34 *Si sequestrum præventum fuerit per Ecclesiasticum ratione causæ matrimonialis, in nihilo se intromittere potest Curia sæcularis.*

35 *Majori ratione quando super causa præventa in Curia Ecclesiastica, fuit facta taxatio alimentorum; & de ejus recuperatione, & taxatione agatur. Cum declaratione contentionis.*

36 *Alia declaratio contentionis.*

37 *Conclusio.*

38 *Si pendeat coram Judice Ecclesiastico causa super fœdere matrimonii, aut tori separatione, non potest Judex sæcularis cognitionem alimentorum assumere, attenta Judicis Ecclesiastici prævention super causa principali.*

39 *Respondetur doctrinæ Fontanellæ.*

40 *Judex laicus potest taxare alimenta, donec per Rotã, vel per alium Iudicem Ecclesiasticum provideatur, ne ob loci distantiã mulier interim alimẽtis careret.*

41 *Pro necessitate alimentarii excusabile fit judicium quod necessitas infert.*

42 *Lata sententia per Iudicem Ecclesiasticum super validitate matrimonii, licèt ab ea sit appellatum, Iudex sæcularis providet mulieri super præstatione alimentorum, pendente appellatione, quin incidat in attentata, & ita intelligitur Cortiada, & DD. qui allegantur usque ad n.52.*

53 *Dubium.*

54 *Non sufficiet sola litis pendentia, seu prævention causæ principalis matrimonialis, aut separationis tori coram Iudice Ecclesiastico (si coram eo non fuerint simul expressè petita alimenta) ut possit impediri Iudici laico, quatenus alimenta taxet, secundùm aliquos DD. & n.55.*

56 *Id insinuavit declaratio contentionis quæ citatur.*

57 *Contraria opinio tenetur cum Senatu.*

58 *Ratio hujus opinionis.*

59 *Si uxor in causa matrimoniali sententiam obtinuit in prima instantia, à qua vir appellat, Iudex sæcularis decernere potest alimẽta uxori, sine vitio attẽtatorũ.*

60 *Decisio Senatus.*

61 *Præcisè requiritur quòd sit prolata sententia diffinitiva coram Ecclesiastico super fœdere matrimonii, aut separatione tori, ut possit sæcularis alimenta taxare, usque ad n.63.*

64 *Difficilior redditur declaratio contentionis quæ hic recitatur, & n.65.*

66 *Conclusio.*

JUDEX sæcularis potest cognoscere de mero facto spiritualitatis incidenti in causa temporali; & ejus nuda facti cognitio nil obest jurisdictioni Judicis Ecclesiastici, quoad articulum spiritualem, nec una Curia per aliam impeditur: nam procedit Curia sæcularis in his quæ sunt facti tantùm, & Curia Ecclesiastica in his quæ pertinent ad spiritualitatem, uti diximus *dec.* 163. Prout etiam quæstio juris spiritualis, & facti inseparabilis omnimodæ cognitionis est Judicis Ecclesiastici; & si incidat in causa temporali coram Judice laico, remittenda est ad Judicem Ecclesiasticum proprium, & peculiarem Judicem, ob incapacitatem Judicis sæcularis, qui in causa supersedere debet, quousque sit terminata causa spiritualis coram Ecclesiastico: ut diximus *dec. ant.* hæc probavimus quoad incidentia quæ eveniunt in causa temporali. 1

Nunc ergo superest agendum de incidenti temporali, quod incidit coram Judice Ecclesiastico in causa spirituali, vel Ecclesiastica. Et fit certum, quòd Judex Ecclesiasticus est competens cognoscendi de incidentibus temporalibus in causa Ecclesiastica, vel spirituali, ex text. *cap. De prudentia* 3. *de donat. inter vir. & uxor.* ibi: *Vos qui de matrimonio principaliter cognovistis, & de dote, (quæ est causa incidens) accessoriè cognoscere valuistis, & sententialiter definire mandamus, quatenus prædictum H. monitione præmissa cogatis, ut prædictæ mulieri totam dotem suam (sicut canonicum fuerit) restituere non moretur.* Concordat *cap. Significavit* 2. *cap. Nuper* 6. *cap. Per vestras* 7. *eodem tit.* illustrant Gonzalez Tellez *super d. cap. De prudentia.* Belletus *disq. Cleric. par.* 1. *de favor. Cleric. reali §.* 2. *nu.* 48. & 51. Molina *de Hisp. primog. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 76. Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 84. *num.* 19. Galeota *cont. jur. lib.* 2. *cont.* 61. *num.* 4. Dexart. *decis.* 2. *n.* 9. Melius ad Castillo *de alim. cap.* 15. *num.* 8. Peguera *decis.* 20. *nu.* 12. Cancer *var.* 3. *cap.* 11. *num* 169. Marin. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 349. *num.* 8. & *lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 3. Fontan. *decis.* 330. *nu.* 2. licèt rem dubiam proferat idem Font. *de pact. nup. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 3. *par.* 10. *nu.* 57. *cum duobus seqq.* de Amigant *decis.* 8. *nu.* 33.

His ita perpensis, intrat ambigua controversia, an pendente lite in prima instantia coram Judice Ecclesiastico, super juribus matrimonii, aut tori separatione, & divortio, propter adulterium, vel propter aliquam justam causam, petere possit uxor à marito alimenta, & litis expensas coram Judice sæculari; & an remitti debeat illud incidens alimentorum, ac litium expensarum ad Judicem Ecclesiasticum, Judicem peculiarem 3

cau-

causæ principalis Super qua contendunt Peguera *dec.* 20. *nu.* 12. & Fontan. *de pact. 2. claus. 6. glos. 1. par. 3. nu.* 33.

4 Peguera *d. dec.* 20. *nu.* 12. tenet, quòd incidens alimentorum remitti debet ad Judicem Ecclesiasticum, coram quo pendebat causa divortii, uti accessoria, & dependens causæ principalis, ex Senatus observantia obtenta die 19. mensis Octobris 1583. (Est in lib. conclus. illius anni fol. 122. in prima foliat.) & ne de illa hæsites & quòd ultima clausula declarationis fuit per Senatum exposita, & non addita per eundem Peguera (ut non benè suspicatur Fontanella loco citato, & sequitur Reg. Cortiada *decis.* 174. *num.* 31.) eam tradimus ibi: *In facto supplicationis oblatæ pro parte Nobilis Mariæ de N. uxoris Nobilis Onophrii de N. pro nunc sequestratæ in Monasterio Monialium Beati Hieronymi præsentis Civitatis Barcinonæ, in effectu supplicantis alimenta sibi juxta ejus qualitatem, & conditionem de bonis dicti viri sui taxari, quibus ipsa lites quas contra dictum virum suum ducere intendit, sustinere possit, & eundem compelli ad solvendas expensas factas in itinere, quando ipsa ducta fuit à Villa de Vilallonga terra Rossilionis ad præsentem Civitatem Barcinonæ: prout latiùs in dicta supplicatione continetur, ad quam fit relatio, facta relatione per Don Ludovicum à Peguera, fuit conclusum, quòd mandetur dicto Nobili Onophrio de N. quòd pro nunc det, & solvat eidem Nobili Mariæ ejus uxori ratione sui victus, & altarum rerum sibi necessariarum quinquaginta libras monetæ Barcinonæ, remittendo causam sequestri, & taxationis alimentorum ad Judicem Curiæ Ecclesiasticæ, coram quo causa divortii pendere dicitur, & quòd pro his fiant provisiones opportunæ juxta Regiæ Curiæ stylum.*

5 Antea fuerat id expressum in motivo sententiæ infrascriptæ, (& licèt in ea non fuerat remissus articulus alimentorum ad Curiam Ecclesiasticam, id ideo evenit, quia reus conventus extitit à præstatione alimentorum liberatus) prout ibi:

Die veneris vigesima sexta Augusti anno millesimo quatuorcentesimo nonagesimo primo fuit celebrata Regia Audientia sub præsidentia Illustrissimi Domini Infantis Henrici, Ducis Sugurbis &c. Locumt. Generalis Serenissimi Domini Regis, in quadam Aula domus suæ habitationis, quam fovet satis prope Monasterium Fratrum Minorum Barcinonæ. In qua quidem Audientia interfuerunt Jure consulti qui sequuntur. (Est in l. conclusionum illius anni f. 206.)

Reverendus Petrus, electus Urgellen. Cancellarius, cum Gregorio Molgosa.
Jacobus de Torrente Regens Cancellariam, cum Molgosa.
Gregorius Molgosa.
Andreas Solzina.
Franciscus Figueres cum Molgosa.
} Relatores.
Berengarius Ortigo.
Petrus Jacobus Botaller, cum Molgosa.
Matthæus de Cassis, cum Andrea Solzina.
Ludovicus Salgueda, cum Molgosa.
Jacobus Ferrer, cum Solzina.
Hieronymus Lajera, cum Molgosa.
Franciscus Jordà, cum Solzina.
Benedictus Guinart, cum Solzina.
Joannes Oliba, cum Solzina.
Joannes de Gualbes, cum Solzina.
Petrus Cyprianus, cum Solzina.
Petrus Conte, cum Solzina.
Simon de Clariana, cum Solzina.
Petrus Michael Ortigo, cum Solzina.

In facto causæ supplicationis per Nobilem Petrum de N. interpositæ à sententia lata in causa alimenterum per Nobilem N. filium Nobilis quondam N. petitorum, facta priùs relatione per Gregorium Molgosa, Andream Solzina, & Franciscum Figueres, dictæ causæ Relatores, auditisque ad plenum partium Advocatis.

Gregorius Molgosa fuit intentionis, quòd ex quo alimenta petita per dictum Nobilem N. filium dicti Nobilis N. non debentur, nec petuntur jure legati, aut ex contractu, & promissione, sed officio Judicis ex jure sanguinis, quo Pater, & ascendentes jure naturali tenentur alere filios, & descendentes: & quia hujusmodi alimenta non petuntur à Patre, aut Avo per filium, vel nepotem, sed per ipsum Nobilem N. asserentem se nepotem Nobilis N. ab ipso Peroto N. tanquam detentore, & possessore bonorum dicti Nobilis N. & sic ab extraneo, & ab eo qui jure sanguinis, aut naturali tum alere non tenetur: & etiam considerato quòd alimenta, quæ debentur jure naturali, petuntur officio Iudicis, quod officium est personale, & non reale, nec afficit res possessas per eum, qui ad talia alimenta obligaretur, & sic hujusmodi officium Judicis cum sit personale, non sequitur fundi possessorem: Attento etiam, & considerato, quòd dictus Perotus de N. non dicit se hæredem dicti Nobilis N. nec constat, quod sit illius hæres. Considerato etiam quòd dictus Perotus prætendit, quòd bona quæ possidet, quæ aliàs dicuntur fuisse detenta, & possessa per dictum Nobilem N. possidet jure credititio, & non ut hæres, aut universalis successor dicti Nobilis N. sed etiam ex vinculis, & conditionibus appositis in testamentis, & donationibus superiorum suorum, ex quibus dicit, quòd fuit vocatus, & sic etiam jure proprio sibi pertinent, & spectant. Considerato etiam quòd dictus Petrus nunquam vidit dictum Nobilem N. Avum suum, cum ipse Nobilis N. antequam dictus Petrus natus esset, jam à vita decesserat. Considerato etiam, quòd dictus Nobilis N. donationem fecit dicto N. patri dicti Petri de nonnullis Castris, terris, ac juribus, & redditibus, tam in Regno Sardiniæ, quam Siciliæ existentibus: de quibus se, & suos alere poterat.

Considerato etiam, quòd licèt dictus Petrus prætendat, quòd Baronia, Castra, & Villa, quæ per ipsum Perotum in præsentiarum possidentur, & quæ fuerunt dominorum de N. ad ipsum Petrum filium dicti N. vigore vinculorum, & substitutionum sibi pertinent, & super hoc petitionem dederit, & se illarum dominum prætendat, & consequenter prætendat, quòd ex dispositione juris civilis, lite pendente, à possessore illorum ali debeat, & sumptus litis sibi administrari: Quia tamen jure cautum est, quòd petens bona, & hæreditatem per aliquem possessa, lite pendente, non est alendus, nec sumptus litis sunt administrandi, nisi tunc demum quando lata est in favorem actoris sententia, dictorum bonorum, & hæreditatum adjudicatoria. Et cum in dicta causa nedũ nõ sit lata sententia;

„ verùm etiam pendeat quæstio natalium dicti „ quondam Laurentii patris dicti Petri in Cu„ ria Ecclesiastica, de qua quæstione natalium, „ ex deliberatione facta in Regia Audientia, „ facta fuit remissio ad Curiam Ecclesiasticam: „ quæ quæstio adhuc de præsenti pendet, & ea „ pendente in causa petitionis hæreditatis, in „ aliquo de jure procedi non potest, nec de„ bet; imò omnia supersederi habent, donec „ causa natalium per sententiam in rem judi„ catam transactam finita fuerit. Pro tanto „ omnibus præmissis attentis dictus Molgosa „ fuit intentionis, quòd alimenta petita per di„ ctum Petrũ à dicto Peroto de N. & de bonis per „ eũ possessis, in præsentiarũ nõ esse præstanda.

Et propterea, & alias pro parte dicti Petri de N. benè fuisse, & esse à prima sententia supplicatum, & minùs benè fuisse, & esse sententiatum, & declaratum, dictam primam sententiam, ex noviter productis, & allegatis esse revocandam, & in meliùs commutandam, neutram partem in expensis condemnando.

Andreas Solzina fuit intentionis, benè fuisse sententiatum, & primitivam sententiam esse confirmandam.

Berengarius Ortigo fuit intentionis, alimenta esse præstanda dicto Petro de N. filio Laurentii de N. de bonis Nobilis N. tempore illius obitus per ipsum possessis.

Et dictus Illustrissimus Dominus Infans Locumtenens Generalis concluserit cum dicto Gregorio Molgosa, & aliis qui fuerunt ejusdem intentionis.

Observandum est in hoc casu tanquam singulari, quòd 6
præhabendum est, quòd in anno 1493. in regimine Serenissimi Regis Ferdinandi Secundi, fuit erectus Senatus, prout apparet *in Const. 1. tit. de elect. de DD.* antea enim præter Cancellarium, Vicecan. Reg. Cancellariam, & Fisci Advocatum, qui erant lege instituti, ut ex antiquis constitutionibus apparet, quæ sunt *sub tit. de Audiencia, y Concell Real in antiq. comp. & in t. de offici de Adv. del Fisc. & c. Per repos de la cosa publica.* Mieres *col.* 40. *in Cur. Barc.*

Reg.

Reg. Mariæ c.27. Qui interveniebant in R. C. pro decidendis causis civilibus, & criminalibus, etsi in certo numero fuissent instituti, ut *in c. Per nos, ò nostros successors, ò Lloctinent. tit. de Audientia in antiq. compil.* tamen erant nutuales, & nominabantur ad singulas causas, nec erant distincti ad certa loca, & officia creata, erecta, & instituta, ut antescripta animadvertit Oliba *de jure fisci c.4. nu.46.*

7 Pariter notandum est, quòd licèt de tempore Serenissimi Regis Ferdinandi II. in eodem anno 1493. Locumtenentes Generales hujus Principatus majorem partem votorum DD. R.C. sequi in negotiis justitiæ, & concludere cum majori parte tenerentur, ut in *Const. 1. tit. de la forma del votar.* Font. *de pact. nup. t. 1. claus. 3. glos. 3. n. 47.* Ramon *consil. 27. n. 9.* Reg. Cortiada *dec. 27. nu. 41.* Reg. Vilosa *post tract. de fugit. differt. 3. nu. 85.* attamen in d. Regia sententia de 1491. quæ fuit prolata ante constitutionem, id non fuit practicatum. Nam Illustrissimus Dominus Prorex, non obstante voto majoris partis; concluſit tamen cum minori parte, in qua comprehensi fuerunt Cancellarius, & Reg. Cancellariam. Unde ea jura municipalia sinunt, declaratum manssisse per eam Regiam sententiam articulum natalium, ad Curiam Ecclesiasticam pertinere, & eo pendente, supersederi debere in causa petitionis hæreditatis, & alimentorum in Curia sæculari.

Fuit tamen citata sententia confirmata concordi voto. (Est in l. concluſ. anni infrascripti f. 218.) per illa verba:

8 *Die Lunæ 26. Septembris anno millesimo quatuorcentesimo nonagesimo primo in Regia Audientia celebrata in quadam camara Domus Illustrissimi Domini Infantis, Locumtenentis Generalis, eo Præsidente interfuerunt sequentes.*

Jacobus de Torrente Regens Cancellariam.
Berengarius Ortigo.
Matthæus de Cassis.
Franciscus Figueres.
Petrus Jacobus Botaller.
Ludovicus Sabater.
Joannes Ribalter.
Perotus Ferrarii.
Ludovicus Salgueda.
Petrus Sipriani.
Antonius Lombart.

In facto causæ supplicationis interpositæ per Nob. Petrum N. filium Nobilis N. à quadam sententia Regia lata contra eum, & in favorem Nobilis Petri de N. ad Relationem Gregorii Molgosa, Franciſci Figueres, & Andreæ Solzina, facta relatione per Petrum Jacobum Botaller, & Joannem Ribalter.

Relatores sunt intentionis, quòd ex informatione recepta, apparet dictum N. supplicasse à dicta sententia, & dictum Nobilem Petrum de N. potuisse super dicta supplicationis causa relatores impetrare, & dictam supplicationis causam prosequi.

Et veniendo ad merita justitiæ naturalis, sunt intentionis, malè fuisse supplicatum per dictum Nobilem N. filium dicti quondam Nobilis N. & benè sententiatum per dictum Dominum Infantem in sententia Regia lata ad relationem dictorum Gregorii Molgosa, Andreæ Solzina, & Franciſci Figueres, dictum Petrum in expensis hujus instantiæ condemnando, taxatione reservata.

Omnes alii Jurisconsulti, & Regens Cancellariam, cum eis fuerunt intentionis dictorum Relatorum.

Et dictus Illustrissimus Dominus Infans Locumtenens Generalis concluſit cum voto dictorum Relatorum, & aliorum, eorum voto adhærentium.

9 Doctrinam Peguera *in citata deciſ. 20. nu 12.* approbat Sperellus *t. 2. dec. 138. n. 109.* Cardin. de Luca *de Matrim. disc. 11.* Carol. de Luca ad Ventigliolum *annot. 9. §. 2. n. 4.* Belletus *disq. Cleric. de favor. Cleric. reali §. 2. n. 46.* Tondutus *de præv. p. 2. c. 23. n. 15.* & ad eam decisionem Senatus allegatam per Peguera *d. dec. 20. n. 12.* quam supra litteraliter scripsimus, se refert Cancer *var. 3. cap. 11. num. 175. ver. Quid hoc casu.*

10 At verò superiùs expensis se opponit Font. *de pact. nup. t. 2 claus. 6. glos. 2. p. 3. nu. 33.* sentiens, quòd, lite pendente coram Judice Ecclesiastico super validitate matrimonii, possunt alimenta peti coram Judice laico; quia causa alimentorum non est dependens à causa matrimonii, quæ tractatur coram Judice Ecclesiastico, sed est diversa, ex Afflict. *dec. 152. tot.* ubi Ursil. & id comprobat ex nostro Senatu in declaratione facta in Regio Concilio Criminali die 19. Octobris 1583. de qua supra *n. 4.* Et Regia sententia lata 11. Decembris 1609. Relatore Egregio Senatore Joanne Magarola, pro Franciſca N. contra Franciſcum Paulum N. Civitatis Dertusen. ubi fuerunt mulieri adiudicata alimenta in Senatu, non obstante causa invaliditatis matrimonii in Curia Romana vertenti. Est in lib. concluſ. civil. illius anni fol. 263. Quæ fuit confirmata in causa supplicationis, referente Egregio Senatore Hieronymo Senjust 14. Decembris 1613. (Est in lib. concluſ. civilium illius anni fol. 122.)

In quibus duabus ultimis Regiis sententiis, ex quo constitit ex instrumentis exhibitis fuisse procreatam ex eadem Franciſca N. Candiam Archangelam unicam filiam, sibi, & dicto Franciſco Paulo N. communem, & postea elapsis aliquibus annis de facto inter eosdem Franciſcam, & Franciſcum Paulum N. contractum fuisse matrimonium, & in facie Sanctæ Matris Ecclesiæ celebratum, benedictionem Ecclesiasticam Dertusæ suscipiendo, & his peractis noluisse dictum N. cum uxore sua cohabitare, nec eidem, neque filiæ suæ alimenta præstare; & non obstante quòd super validitate, & invaliditate matrimonii fuisset introducta causa in Curia Romana, ad instantiam dicti N. mariti; quæ licèt indecisa, & indeterminata foret, non debebat alimentorum præstationem differre: *cum venter non patiatur dilationem*, fuit concluſum pro alimentis, cum clausula ibi: *Lite prædicta in dicta Curia Romana pendente, & ea durante, donec aliter sit provisum per Romanam Pontificem, seu Judicem ad quem spectet.* Et infra ibi: *Attento præsenti statu, & rebus ut nunc.* Et ulteriùs ibi: *Hoc intellecto, quòd per sententiam in vim præsentis concluſionis ferendam, nullum jus accrescat, vel decrescat dictis partibus in illa causa, sed quòd hæc fiat condemnatio sine præjudicio jurium, & præsentationum partium, & donec aliter fuerit provisum.* 11

Contrariam sententiam Peguera, quam adducit Fontan. *t. 2. claus. 6. d. glos. 2. p. 3. n. 33.* amplectitur Reg. Cortiada *p. 3. dec. 174. n. 31.* & pro ea etiam allegat Afflict. *dec. 152.* Ferrer *in addit. ad Guid. Pap. dec. 419.* Lancellot. *de attent. p. 2. c. 12. limit. 24. nu. 1.* Grammat. *dec. 90.* Lara *in l. Si quis à liberis §. Si vel Parens, nu. 67. ff. de liber. agnoscend.* Mennoch. *de præsumpt. l. 1. q. 35. nu. 19.* Franchis *dec. 602.* Surdum *de alimentis tit. 8. privileg. 10. à num. 5.* Martha *de jurisdict. p. 2. c. 8. à nu. 35.* Cancer *p. 3. var. cap. 11. nu. 175. verſ. Circa hæc.* Riccium *collect. 99. & in praxi fori Ecclesiæ p. 1. dec. 320. nu. 2. in fine.* Thoro *in compend. dec. p. 1. verbo Judex sæcularis fol. 292.* Additionat. ad Molin. *de Hispan. primogenit. l. 2. c. 15. n. 76. verſ. Quod si pendente.* Augustinum Barbosa *voto 18. nu. 23. lib. 2.* Cevallos *de cognit. per viam violent. p. 2. q. 155. tota.* Mieres *de majoratu p. 3. q. 15. à n. 115.* Castillo *t. 8. de aliment. c. 7. nu. 20. & c. 8. nu. 5. & cap. 27. sub nu. 1.* Fachin. *conſ. 42. nu. 24. l. 2.* Bossium *de aliment. cap. 18. nu. 1104.* Manfrella ad Capici. Latro plures allegantem *dec. 139. nu. 7* 12

Pro tamen susceptæ disputationis resolutione accipio tres in jure, & observantiis Regii Senatus stabilitas concluſiones. 13

PRIMAM.

Si causa alimentorum fuerit intentata principaliter coram Judice sæculari, solùm Judex sæcularis est causæ competens, nec potest per Ecclesiasticum præveniri, cum causa sit merè laicalis inter personas laicas, dummodo de separatione tori, aut matrimonii nullitate non agatur, Tondut. *de præveut. jud. par. 2. cap. 23. num. 15.*

SECUNDAM.

Si per Judicem sæcularem fuerit taxatio alimentorum præventa sine mixtura spiritualitatis, & adhuc non pendente coram Ecclesiastico causa principali super separatione tori, aut matrimonii nullitate; tunc taxatio alimentorum coram Judice sæculari facta, sustinetur; ac propterea exceptio litis pendentiæ, aut super alimentis rei judicatæ, à Judice Ecclesiastico admitti debet. Approbat Regius Senator de Amigant *tom. 1. deciſ. 8. num. 36. cum ſeq.* ubi omnes has concluſiones amplectitur, & hoc est quod scribit Tondutus *de prævent. judic. par. 2. d. cap. 23. numer. 15. verſ. Quod filii*, in illis verbis: 14

Quod

Quod si lis coram Judice Ecclesiastico præventa non esset, sed à marito simpliciter uxor alimenta postularet sibi præstari, nec de separatione tori, aut nullitate matrimonii ageretur, certum est hoc casu Judicem secularem esse competentem, & hoc nullam recipit dubitationem, cum sit causa verè laicalis, & inter personas laicas agitanda.

TERTIAM.

15 Si pendeat coram Iudice Ecclesiastico lis super fœdere matrimonii, vel tori separatione, non potest sæcularis cognitionem alimentorum assumere, attenta Iudicis Ecclesiastici præventione super causa principali; quia quæstio alimentorum à matrimoniali judicio pendet, & ab illius cognitione debet regulari, utrum alimenta uxori, lite pendente, debeantur. Amplectitur Tondut. *de prævent. judic. par. 2. dict. cap. 23. num. 15.*

16 Primam conclusionem observavit Senatus in causa inter Eulaliam N. uxorem Joannis N. ex una, & Ioannem N. majorem ex alia, referente Nob. Francisco de Ribera Regiæ Audientiæ Doctore. Ubi cum conclusione Regiæ Audientiæ, ex quo constitit, dictum Joannem N. majorem Botiguerium telarum, & Ioannem N. minorem ejus filium recepisse pro dote ab Eulalia N. uxore dicti Ioannis N. minoris, 500. ℔. duas arcas, raupas, & localia, & pro illis 90. ℔. quas quantitates pervenisse ad dictum Joannem majorem præsumendum erat, & prædictos coniuges NN. ob sævitiam dicti Joannis majoris recessisse à domo Patris, & soceri respectivè, & seorsim habitasse, & dictum Joannem minorem esse absentem à præsenti Principatu, fuit conclusum, ut condemnaretur dictus Joannes N. ad dandum, & præstandum dictæ Eulaliæ N. pro alimentis 29 ℔. 10 ſs. pro quolibet anno, solvendas per tertias anticipatas, & computandas à die petitionis, aut ad illi restituendum dictas quantitates dotales cum interesse &c. à die litis motæ, & aliorum liquidandorum, liquidatione reservata in decreto executionis, seu alia ulteriori liquidatione, dictum Joannem in expensis condemnando sub die 4. Iulii 1665. Est in lib. conclus. illius anni fol. 227.

17 Sic pariter antea die 8. Novembris 1588. per Cancellarium Manegat, consultoribus Tamarit, & Sunyer in facto contentionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Officialatus Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Regentis Vicariam ejusdem Civitatis ex altera partibus, ratione firmæ juris factæ in dicta Curia sæculari per Antonium Joannem N. Civem Barcinonæ, à litteris quibusdam, seu Cartellis citatoriis in Curia Ecclesiastica contra eum expeditis, instante Anna N. ejus nuru, ac uxore Augustini N. illius filii, prætendente, dictum Antonium Joannem N. penès quem asseruit esse pecunias dotis per eam viro suo constitutæ, sibi teneri ad præstationem alimentorum, quæ aliàs ab Augustino N. ejus viro sibi præstanda erant, ob taxam factam in sequestro posito propter sævitias illius viri; fuit declaratum, firmæ juris per dictum Antonium N. in dicta Curia Ecclesiastica factæ locum non fuisse, nec esse.

18 Non diverso jure dimanat id quod profertur, quòd fit provisio sequestri per Judicem sæcularem mulieris ob sævitias viri, ut declaravit Senatus ob sævitias Parentis in filiam, junctis aliis adminiculis die 9. Decembris 1599. referente Salvatore Font Regio Consiliario: quam provisionem expendit Peguera *decis. 97. tot.* & insinuant exemplaria superiùs, ac proximè tradita.

19 Etiam sequestratur puella pro ejus educatione, stante justa causa, per Curiam sæcularem: ut evenit die 20. Decembris 1571. (Est in lib. conclus. illius anni fol. 89.) in facto sequestrationis Annæ Allegada domicellæ, referente Negrell, ubi fuit provisum per majorem partem, quòd attenta illius infirmitate, restitueretur in Civitatem Gerundæ, sequestrata apud aliquam honestam matronam.

20 Sic fuit altera sequestrata pupilla in domo per suam Excellentiam nominanda, ex quo non erat tuta domus tutoris, die 1. Februarii 1600. referente Astor ex majori parte, in facto supplicationis oblatæ per Gabrielem Grandes. Est in lib. conclus. illius anni fol. 179.

21 Id ipsum comprobat Ripoll *in praxi Cur. Vicar. Barcinonæ rub. 3. num. 32.* qui tradit sic declaratum per Cancellarium Sorribes 31. Julii 1553. inter Curiam Ecclesiasticam, & sæcularem, ratione personæ Angelæ Constantiæ Gelberta. Et ibidem addit Nobilis Petrus de Amigant Regius Consiliarius *in notis ad d. praxim*, quòd ita fuit practicatum, provisione facta die 12. Decembris 1661. referente Nobili Joanne Baptista Pastor R. A. D. postea Regente in S. S. C. Aragonum, scriba Castells Not. Partes erant Mariangela Marti, & Cæcilia Prat pupilla, Magdalena Torruella & Torrallebreta. Et die 14. Decembris 1661. fuit provisum sequestrum (referente Magnifico Josepho Aleny Regio Senatore, me patrocinante) puellæ quæ educabatur in Monasterio Monialium Montis-Sion præsentis Civitatis Barcinonæ, recepta prius informatione, quòd deficiebat assistentia nutricis, quæ in ejus servitio antea existebat, partes erant tutores Raymundæ Miralles ætatis quatuor annorum actuario Ferrer Not. & fuit executum cum assistentia Prioris Conventus Sancti Dominici Barcinonæ (de cujus Ordine sunt Moniales) & Officialis, & Vicarii Generalis hujus Diœcesis. Et die 23. Maii 1665. referente Magnifico Alexio Tristany R. A. D. in actis Mas Not. erant partes Franciscus Amell, & Franciscus Valeri Canonicus Sedis Barcinonæ, & pupilla Theresia Vergès.

Ad has Regias declarationes se refert Reg. Cortiada 22
decis. 173. nu. 22. docens, hujusmodi sequestrationes pro educatione per Curiam sæcularem fieri debere; subdens sic fuisse decisum per Cancellarium Rovirola die 12. Aprilis 1602. Et per Cancellarium Eril 3. Iulii 1635. Et iterum Nob. Senator de Amigant *t. 1. decis. 8. n. 48.* ubi *in n. seqq.* tradit exemplaria, in quibus provisum fuerat sequestrum per Regium Criminale Concilium, propter qualitates criminalitatis, quæ militabant in illis, attribuentes jurisdictionem Regio Criminali Concilio, quæ sunt, utpote si raptus, armatæ gentis congregatio; periculum ingens ne scelera, vel alia hujusmodi delicta interfederent.

In his ergo casibus, quia nil continent spiritualitatis, 23
cognitio ad Iudicem sæcularem spectare debere, indubitatum redditur; prout coram eo taxationem alimentorum personæ sequestratæ faciendam esse, ambigendum non restat, & tradit Peguera *d. dec. 97. num. 5.* & probant exemplaria antedicta. Et fuit observatum in exemplari pupillæ Miralles de anno 1661. de quo supra *n. 21.* Et nuper fuit provisum in Regio Concilio Criminali die 20. Octobris 1694. in sequestro uxoris ob sævitias mariti, referente Nobili Hieronymo de Magarola Tertiæ Aulæ Doctore, pro Iudice Regiæ Curiæ, & fuit facta taxatio alimentorum mulieri sequestratæ, eodem Nobili Senatore referente die 6. Iulii ann. 1695. Et tandem fuit sequestrata in domo Parentis sui, referente Magnifico Francisco Ameller I. R. C. 1. Septembris 1700. in actis Riambau, & postea Ros Not.

In eandem partem duco, quòd sequestratio puellæ im- 24
puberis, ne vis ei fiat quoad contractum matrimonii, pertinet ad Curiam sæcularem, docet Reg. Cortiada *d. dec. 173. n. 18.* qui tradit sic fuisse observatum per Cancellariũ Eril 3. Iunii 1635. consule Carreras, Guerau, Berart, & Iosa, in contentione inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, procedimentis super educatione Annæ Duran pupillæ, ad instantiam Raphaelis Garriga tutoris, & curatoris dictæ pupillæ, pro illius sequestro, per Regiam Audientiam faciendo, in domo per suam Excellentiam, & Regiam Audientiam nominanda, ad effectum ne vis fieret dictæ pupillæ quoad contractum matrimonii; & aliunde super sequestratione facta in Curia Ecclesiastica ad instantiam Petri Requesens avunculi dictæ pupillæ impuberis: & fuit declaratum firmæ juris in dicta Curia Ecclesiastica, per dictũ Requesens factæ, locũ nõ fuisse, nec esse.

Etiam fuit observatum 31. Januarii 1661. referente No- 25
bili Josepho Rull Regiæ Audientiæ Doctore, postea Regente Regiam Cancellariam hujus Principatus, nunc in S. S. C. Aragonum Regente; ubi instantibus tutoribus, fuit facto verbo provisum sequestrum Mariæ Sangenis, quæ educabatur in quodam Conventu Barcinonæ, recepta informatione de fama, quòd ob magnas divitias puellæ, aderat timor eam seducendi ad contrahendum matrimoniũ, cum illius incommodo: actuario Oriol & Mercer Scriba Mandati. De qua attestatur Don Petrus de Amigant ad Ripoll *in prax. Vic. Barcinonæ rub. 3. n. 55. ver. Die 31.*

Ex quibus omnibus certiùs corroborata manet prima 26
conclusio superiùs proposita, quòd si causa alimentorum fuerit simpliciter intentata principaliter coram Judice sæculari, solum Judex sæcularis est causæ competens, nec potest per Judicem Ecclesiasticum præveniri, cum causa sit merè laicalis inter personas laicas agitanda; prout etiã quando sequestrum apponitur in suo casu per Judicem sæcularem, coram quo fieri debet alimentorum taxatio.

Secun-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DECISIO C.

ARGUMENTUM.

Contra Officiales optimæ opinionis, & præcipuè contra præeminentes, & Supremos Magistratus in delictis coemptionis, & corruptionis admitti tantùm debent concludentes probationes, & non nisi per tres contestes omni exceptione majores convictos esse dici potest; nec mediator est testis ideoneus, nec testes singulares junguntur; at verò Officiales, qui laborant mala fama, damnantur per regulas, & probationes ordinarias cæterorum delictorum, quæ sunt difficilis probationis, ad intelligentiam Auth. *novo jure C. de pœna Judic. l. fin. ad leg. Jul. Repet. l. Judices 12. C. de dignit. lib. 12.*

Pendente conferentia cum Venerabilibus Patribus Inquisitoribus, non est innovandum, at interdum excommunicati absolvuntur, & capti relaxantur sub manuleuta: Et de ejus forma, praxi, urbanitate servanda inter Magistratus in ipsis conferentiis, forma vovendi, & modo tenendo circa hospitandos milites à Familiaribus Sancti Officii.

SUMMARIUM.

1 *Extorsio parum, aut nihil differt à subornatione, & idem est quod barattaria, & num. 2.*
3 *Quid sit barattaria.*
4 *Continet crimen repetundarum, & quid hoc crimen contineat.*
5 *Judex barattariam committit, quando aliquid accipit, ut non faciendo faciat, vel faciendo omittat.*
6 *Etiam quando pecuniam accipit pro celeri justitia, vel justa sententia proferenda.*
7 *Quid sit corruptio, seu coemptio.*
8 *Concussio est, cum indebitè quid per vim, aut metum extorquetur.*
9 *Crimen repetundarum habet comitem concussionem, & utraque crimina sunt æqualia respectu modi ea probandi, & pœnarum.*
10 *Si civiliter agitur, pœna concussionis est arbitraria; & eadem tenetur barattariam committens.*
11 *Expenditur* Const. 18. tit. de cosas prohibidas.
12 *In crimine concussionis, & barattariæ est stabilita pœna privationis officii.*
13 *Ut locus sit pœnæ privationis officii debet officialis condemnari pœna ordinaria.*
14 *Crimen repetundarum in hæredes exercetur.*
15 *In delicto concussionis, si criminaliter agitur, ultra recepti restitutionem, condemnatur inquisitus ad pœnam arbitrariam.*
16 *In delicto barattariæ, si criminaliter agatur, idem procedit.*
17 *Prævaricationis crimen punitur pœna arbitraria.*
18 *Pœna arbitraria in delictis concussionis, & barattariæ extendi potest usque ad mortẽ, quod exemplificatur.*
19 *Etiam extendi potest usque ad mortem, si barattariæ delictum est reiteratum.*
20 *Concussionis crimen est gravius barattaria,*
21 *Corrumpens, vel tentans Judicem corrumpere, punitur.*
22 *Scientes barattariam tenentur illam revelare.*
23 *Si mediator, vel proxeneta deponat, utraque parte consentiente, plenè probat.*
24 *Si verò una per illum producat in testem, & ipsa velit (quia testificari non cogitur, nisi utraque parte consentiente, nisi in delicto simoniæ, vel ubi aliter veritas haberi non potest) semiplenè probat.*
25 *In criminalibus non adhibetur fides mediatoribus.*
26 *Ratio assignatur.*
27 *Quæ procedunt, etiamsi mediator sit Clericus, vel in dignitate constitutus.*
28 *Nec facit indicium ad torturam.*
29 *Contrarium opponitur.*
30 *Alii affirmant, in delicto barattariæ resolutionem pendere à qualitate Officialis, & testis mediatoris, & ultra hæc concurrere debent indicia, conjecturæ, & præsumptiones ad condemnandum ad pœnam extraordinariam, usque ad n. 35.*
36 *Auctor ultimam opinionem sequitur.*
37 *Delicta coemptionis, & extorsionis ab Officialibus clam semper, & adhibitis cautelis committuntur, & sic reputantur pro criminibus difficilis probationis, in quibus non requiruntur tam rigidæ probationes; nam in illis minùs idonei testes admittuntur, & inhabiles cum aliis, vel adminiculis conjunguntur.*
38 *In crimine corruptelæ, aut extorsionis contra Officialem integræ fidei, aut opinionis solitum habere manus mundas, non debent admitti testes inhabiles, nec mediatores, nec indicia, adminicula, vel præsumptiones sed concludentissimæ debent esse probationes.*
39 *Nec tunc duo testes sufficiunt, sed tres omnis exceptione majores contestes requiruntur ad Officialem convincendum.*
40 *Videlicet unus ad superandum eam præsumptionem, quam Officiales habent in sui favorem; & duo ad probandum.*
41 *Cui obstat præsumptio, majori, & graviori probatione gravatur; ut traditur in terminis metus. Senatus decisio.*
42 *Quæ sine difficultate debent admitti in Officialibus, pro quibus urgentissimæ extant legales præsumptiones, & num. 43.*
44 *Explicatur* Auth. novo, jure C. de pœna Judic. l. fin. C. ad l. Jul majest. *quæ loquuntur de supremis potestatibus,* & l. Judices 12. C. de dig. lib. 12. *quæ loquitur de Senatoribus.*
45 *Dignitas Præfecti Prætorii post Imperatoriam erat, & Judices Supremorum Tribunalium Præfectorum Prætorii subrogati sunt.*
46 *Codicillorum insignibus induebatur summa Patriciatus Dignitate, & congressu.*
47 *Ponderatur Tacitus.*
48 *Dignitate decorantur Senatores.*
49 *Contra Officiales, qui laborant mala fama, in illis delictis quæ sunt difficilis probationis, probationes irregulares admittuntur; ut testes inhabiles cum coherentia habilium, vel junctis adminiculis, & præsumptionibus, saltem ad pœnam extraordinariam.*
50 *Decisio Senatus.*
51 *Alia in Regia Visita.*
52 *Alia decisio in eadem Regia Visita.*
53 *Aliæ decisiones.*
54 *Decisio Senatus.*
55 *Similes in Senatu.*
56 *Recitantur probationes hujus ultimæ decisionis.*
57 *Contra Officiales opinionis integræ in delicto coemptionis, vel extorsionis non conjunguntur testes singulares, sed in eis necessaria est concludentissima probatio, secus contra Officiales non integræ famæ.*
58 *Comprobatur.*
59 *Pendente contentione, seu conferentia cum Venerabilibus Patribus Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, nihil est innovandum.*
60 *Firmata competentia cum Venerabilibus Patribus Inquisitoribus super cognitione delicti principalis, potest incidens effractionis carcerum Regiorum puniri à Regia Curia, & nu. 61.*
62 *Pendente competentia, excommunicati ab Inquisitoribus absolvuntur; & carcerati Regiæ Curiæ sub manuleuta relaxantur, quod comprobatur & declaratur rationibus, & diversis observãtiis usque ad numer. 70.*
71 *Forma relexandi reos captos sub manuleuta, pendente conferentia.*
72 *Forma instrumenti manuleutæ.*
73 *Urbanitates servandæ in conferentiis inter Regium Consilium, & Venerabiles Patres Inquisitores habendis, usque ad nu. 79.*
80 *Forma vovendi dubia in dictis conferentiis, usque ad nu. 88.*

89 *Conferentiæ illæ extrajudiciales sunt, & per modum gubernii statutæ, & interdum competentiæ illæ per modum œconomicæ potestatis finiuntur.*

90 *Decreta Regia observanda circa hospitandos milites à Familiaribus Sancti officii, usque ad finem.*

1 ANte difficultatis cardinam excogitari oportet differentia, quæ habetur inter extorsionem, subornationem, & barattariam; corruptionem, ac coemptionem, & concussionem; quæ sunt delicta, super quibus diligenter inquirere Syndicator debet.

2 Extorsio parum, aut nihil differt à subornatione: & idem est, quod barattaria, ut docet Mastril *de Magist. l.6. c.8.n.11.* junctis *n.24.& 37.* Berart. *de Visit c.17.n.9.junctonu.13.* aliter rem declarat Farin *in prax.q.111.nu.50.*

3 Barattaria est nomen barbarum, quod sic appellatur, quando fit quoddam barattum pecuniæ cum justitia, Mastril. *de Magistr. lib. 6. d. cap. 8. numer.36.* Berart. *de Visit. cap.17. nu.2.* Varg Mach. *in consid. pract. de Syndic. par.8. tit.1. consid. 1. num.4.* Velasco *de Judic. perfect. Rub.9. annot.11.nu.1.* Solorz. *in polit.ind. lib.5. cap. 11. pag 853. vers. Entre los quales, & in post. in alleg. contra bon. & hæred. limit. 6. num.79.* Paulus Rubeus *de testam. in prælud. num.196.*

4 Usurpatur pro crimine repetendarum, quod designat judicium pecunia corruptum, Judicemque quasi justitiam baractantem hocque legem Juliam repetundarum continere probatur *in l. 1. ff. ad legem Juliam repetendarum, l.3. ff. eod.* ibi: *Lege Julia repetundarum tenetur, qui cum aliquam potestatem haberet, pecuniam ob judicandum, vel non judicandum, decernendumvè acceperit, & in l.4 d. tit.* adiecit Jurisconsultus, ibi: *vel quo magis, aut minus quid ex officio suo faceret*, ut his juribus contra Bovad. *in polit. lib.5. cap.1. num.228.* probat Velasco *de judic. perfect. Rub.9. annot.11. num.2. & 3.*

5 Quod comprobatur; nam dicitur Judicem barattariam committere, quando quid accipit, ut non facienda faciat, vel facienda omittat, Vargas Mach. *par.8. tit.1. d. consid. 1. num 4.* Conciol. *resol. crim.3. verb. Syndic. nu. 2. & super statut. Eugub lib.1. Rub. 19. numer. 8. & lib.4. Rub.6. num.1.* Paulus Rubeus *de testam. in præfat. nu.96.* Fermosin. *par.1. alleg.58. nu 24.* Solorzan *in politic. Indian. lib.5. cap.11. pag.853. vers. La sexta, & sequen.*

6 Vel quando Judex pecuniam accipit pro justa sententia, vel celeri justitia proferenda, Altimar ad Rovit. *lib. 3. observ. 57. numer.2.* Sabel. *in sum. tract. tom.1. de probib. mun.* Prato *respons. crimin.46. nu.17.* Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugubii rub.66. nu.6.* Xamm. *de officio Jud. par.1. quæst.19. num.7. & seqq.* Mastril *de magist. lib. 6. d. cap. 8. numer. 36.* (ubi *num. 52* probat puniri extorsionem ex sola provisione, si Judex annuerit) Varga Mach. *in consid. pract. de Syndic. par 8. tit.1. d. consid. 1. num.4. & consid.5. nu.6. cum seqq.* Fermosin. *par.1. d. alleg 58. num.24.* Solorzan *in polit. indian. lib. 5. dict. cap.11. p.853. vers. Porque: & in post. in alleg. contra bon. & hæred. d. limit. 6. n.78.* Paulus Rubeus *practic. de testam. in præl. n.191.* P. Mendo *in statera opin. differt. 6. q.7.*

7 Corruptio, seu coemptio tunc committitur à Judice, quando quid recipit ad injustitiam directò faciendam, Vargas Mach. *p.8. tit.1. d. considerat. 1. nu.2. & 3.* Solorz. *in post lib. in alleg. contra bona, & hæredes d. limit. 6. nu.78.*

8 Concussio est, cum indebitè quid per vim, aut metum extorquetur, Farinac. *in prax. quæst. 111. à nu.39.* Velasc. *de judic. perfect. rub.9. annot.11. num.4.* Mastril. *de Magist. lib.6. dict. cap.8. num.29.* Berart. *in tract. de Syndic. d. cap.17. num.8.* Altimar. ad Rovit. *lib. 3. conf. 57. nu.3.* Romaguera ad Conciol. *super statut. Eugub. lib.4. rub.66. num.7.* Reg. Math. *de re crim. controv. 4. num. 6.* ubi latè agit per totam controversiam de concussione commissa per personam privatam.

Et quasi concutere dicitur, si non adhibitis minis, Judex ultra taxatum, salarium exigat, Farinac. *tom.1. conf. 5. num. 10.* vel de subornatione teneri, ut dixit Mastril. *de magist. lib. 6. d. cap.8. nu.11.* Berart. *de visit. d cap.17. num.13.* & si per minas, & oppressiones illicitè petierit, & exegerit, de concussione punietur, Xammar *de offic. Jud. par.1. quæst. 19. numer. 25.* vel de corruptela, & barattaria, impropriè, dixit Conciol. *super statut. Eugubii lib.2. rub.25. numer.7.*

9 Hæc licèt ita se habeant, modus tamen probandi, & pœnæ, æqualia reddunt recitata delicta, ut probat Velasco *de judic. per. rub.9. annot.11.* Solorz. *in post. alleg. contra bon. & hæred. dict. limitation. 6. n.78.* & sic dicitur, quod crimen repetundarum habet semper comitem concussionem, *l.2. ff. de concuss.* juncta *l.7. in princip. ff. ad legem Iuliam repetundarum*, Reg. Matthæu *de re crim. controv. 67. nu. 8.* Et quod Judex in delicto concussionis tenetur pœna legis Juliæ repetundarum, dixit Xammar *de offic. Judic. par.1. dict. q.19. nu 25.* Et quod in utroque delicto barattariæ, scilicet, & concussionis delinquens teneatur pœna arbitraria, ut ita argumentatur Velasco citatus *nu.5. cum seqq.* & ulterius infra probatur.

Quod ulteriùs comprobatur, nam si civiliter agatur, pœna concussionis est quadruplum, Xammar *de offic. Judic. par 1. quæst. 19. numer. 25.* In delicto barattariæ eadem pœna debetur, Altimar ad Rovit. *conf. 57. nu. 4. & seq.* Romaguera ad Conciol. *lib.4. rubr. 96. num 8.* Gonzalez Tellez *decret. lib. 3. tit. 1. de vita, & honest. Clericorum, cap.10.n.11.* Berart *de visitat cap.26.nu.47.* 10

In Constitutione tamen *Aquest edicte 18. tit. de cosas prohibidas als Oficials*, pro crimine extorsionis, ibi expresso, solùm imponitur pœna restitutionis extortorum, una cum duplo. 11

Et pro unoquoque delicto pœna privationis officii stabilitur, *in l.12. Cod. de dignit. lib.12.* ibi: *Judices, qui se furtis, & sceleribus fuerint maculasse convicti, ablatis codicillorum insignibus, & honore exuti. inter pessimos quosque, & plebejos habeantur; nec sibi post hac de eo honore plaudiantur, quo se ipsos indignos judicaverint, l.27. C. Theodos. de decurion.* ibi: *Rarum Carthaginis splendidissimæ Senatum, & exiguos admodum Curiales residere conquestus est, dum universi indebitæ dignitatis insulas fœda familiaris rei vexatione mercantur. Igitur istiusmodi viri, demptis honoribus imaginariis, hujusce modi illi erant, quos fuerant consequuti, civicis muneribus subiungentur, l. eadem lege 6. §. 1. ff. ad leg. Jul. repet. Autb. novo jure Cod. de pœn. Judic.* ibi: *Dignitate, seu cingulo amisso*, Farinacius *lib.1. consil. 5. numer. 3. & in prax. quæst. 111. numer. 27.* Berart *de visit. cap. 7. num. 15.* Vargas Machuca *in considerat. practic. de Syndicat. par. 8. tit. 1. consid. 3. numer. 19.* Velasco *de Iudic. perf. rub 9. annot. 2. num. 3.* Altimar ad Rovit. *lib. 3 consil. 57. numer. 12.* Romaguera ad Conciolum *super statut. Eugubii lib.4. rubr. 66. numer. 12.* Paulus Rubeus *practic. de testamen. in prælud. num. 195.* 12

Sic in Regia Visita per Nobilem Didacum de Clavero Regentem in Sacro Supremo Concilio Aragonum 9. Novembris 1604 Jacobus N. olim Commissarius Regius, propter extorsiones in officio factas fuit condemnatus ad restituendum quadruplum quantitatum receptarum, solvendum intra duos menses Regio Fisco, aliàs ad relegationem in Insulam de Hivissa per quadriennium, & declaratus inhabilis ad illud, vel aliud Regium officium obtinendum.

At ut locus sit pœnæ amissionis officii, debet esse inquisitus condemnatus ad pœnam ordinariam; nam pœna privationis officii non potest imponi ad simplex arbitrium Judicis, sed de jure regulatum, qui Judex, ob id non potest arbitrari contra non convictum pœna ordinaria, & cum pœna privationis officii irroget infamiam, cumulari nequit cum pœna extraordinaria, Caponius *lib. 5. discep forens. 395. num. 18. & 19.* 13

Ita existimo evenisse in facto contra Gerardum N. Algutzirium supernumerarium, qui in Regia Visita Nobil. Regentis Don Didaci Clavero die 9. Novemb. 1604. delatus de extorsionibus, colore officii factis, fuit interdictus per semestre ab officio, & ut restitueret quasdam quantitates ibi expressatas.

Crimen repetundarum in hæredes exercetur non solum respectu interesse partis, sed etiam respectu pœnæ pecuniariæ, quamvis cum antecessore non fuerit lis incæpta, nec habita diligentia aliqua, probant Altimarus ad Rovit. *lib.3. consil. 57. num.8.* Romaguera ad Conciol *super statut. Eugubii dict. rubr. 66. lib. 4. num.9.* Fermosinus *par.1. allegat.18. num.10. & allegat. 58. numer. 28.* Farinac. *in prax. quæst. 10. num. 75.* Herodius *rer. judic. lib.9. tit.3. cap.10.* Amaya *in l. fin. Cod. si reus, vel accusat. numer.23. & 24.* Solorzan. *in polit. Indian. lib.5. capit.11. pag. 853. ver. Y que estos, & seqq. & in posthum. in allegat. contra bona, & hæredes, &c.* Gonzalez Tellez *lib.3. decretal. tit. 1. de vit. & honest. Cleric. cap. 10. numer.12.* 14

Si criminaliter agatur in utroque delicto, concussionis scilicet, & Barattariæ, ad recepti restitutionem Judex 15

Peguera, ibi: *Quid hoc casu observaverit Regius Senatus, refert Nobilis à Peguera decis. 20. nu. 12. vol. 1.*

53 Enimverò adhuc est insequenda principalis dubietas super his; nam licèt coram Judice sæculari, ut diximus, debeat fieri taxatio alimentorum uti inter laicos, & de re temporali; & quòd si causa principalis super nullitate matrimonii, aut separatione tori pendeat coram Judice Ecclesiastico, & sic ab eo sit causa principalis prærventa, debeat fieri coram Ecclesiastico taxatio alimentorum; adhuc tamen sub dubio est, an possit Judex sæcularis causam alimentorum per se assumere, quando in ipsa causa principali matrimoniali pendente coram Ecclesiastico non sunt petita alimenta, nec de alimentorum præstatione facta sit petitio aliqua.

54 Quare resumendo dubitationem, videbatur asserendum, non sufficere litis pendentiam, seu prærventionem causæ principalis nullitatis matrimonii, aut separationis tori coram Judice Ecclesiastico, si coram eodem non fuerit expresè petitum alimenta taxari, ac propterea, si antequam alimenta coram Judice Ecclesiastico petantur, mulier alimenta peteret coram Judice sæculari, jure quidem Judex sæcularis id exercere poterit, ad tradita per Castillo *de Alimentis cap. 7. num. 20.* ibi: *At Judex, qui de incidenti, aut ratione incidentiæ cognoscere potest, impedire non valet, quin alius cognoscat, si ipse prævenerit, sicut ex aliis notavit Didac. Covarrub. pract. cap. 18. numer. 8. in vers. Sed & hac in re, Vincent. de Franchis decis. 320. si ergo antequam alimenta, seu litis expensæ petantur coram Ecclesiastico, coram sæculari mulier alimenta, seu litis expensas peteret, jure quidem experiri posset, & vim faceret Judex Ecclesiasticus inhibendo Iudici sæculari*, & id ipsum repetit *cap. 8. num. 6.* Et remissivè *cap. 27. sub num. 1.*

55 Pariter id scribit Barbosa *lib. 2 vot. 18. num. 23.* per ea verba: *Non obstat, quòd dicta sententia fuit lata in judicio sæculari; ac proinde videbatur in hoc judicio Ecclesiastico minimè parare exceptionem rei judicatæ, vel litis pendentiæ; quia in materia expensarum litis, vel alimentorum laicus est competens Judex, etiam pendente causa matrimoniali coram Judice Delegato, ut optimè resolvunt Afflictis dec. 152. à nu. 1. Surdus de alimentis tit. 8. privileg. 10. nu. 5.* ibi: *Quia alimenta possunt à Judice laico decerni, dum quæstio super matrimonio ventilatur coram Ecclesiastico &c. Marta de jurisdict. part. 2. cap. 8. num. 35. ibi: Item Judex laicus appellatione pendente à sententia matrimonii ad favorem uxoris lata à Judice Ecclesiastico decernit alimenta uxori &c. Aloisius Riccius in praxt rerum fori Eccles. par. 1. decis. 326. num. 2. in fine. Thoro in compend. decis. tom. 1. verb. Judex sæcularis pag. 292. & ideo Judicem Ecclesiasticum debere admittere exceptionem rei judicatæ, vel litis pendentiæ (quæ ad hunc effectum pari passu ambulant) per Judicem sæcularem, & è converso ex text. in cap. fin. de excep. lib. 6. tenet in specie Cardos in praxi Judicum, verb. Judex numer. 37. quam refert Parens meus in remiss. ad Ordin. Regni Lusit. lib. 3. tit. 49. §. 2. num. 5. in fine.*

56 Id insinuavit declaratio contentionis facta per Reverendissimum Episcopum Cancellarium Don Michaelem Joannem de Taverner & Rubi die 11 Februarii 1699. consultoribus Magnificis, & Regiis Senatoribus Francisco de Verthamon, Dominico Aguirre, & Josepho Moret, inter Curiam Ecclesiasticam Barcinonæ ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, super pretensione uxoris petentis alimenta, & litis sumptus à viro suo in Curia sæculari Regiæ Audientiæ, quousque terminata fuisset causa in Curia Ecclesiastica vertens circa validitatem matrimonii inter eos contracti; in qua inter alia motiva (ut ipse arbitror, sed non quidem principale, ut amplius dicemus) illud fuit, quòd ipsa uxor petiit in Curia sæculari Regiæ Audientiæ alimenta sibi taxari, pendente lite super fœdere matrimonii coram Judice Ecclesiastico, & coram eo alimenta prædicta non fuerunt petita, sed tantùm in consequentiam nullitatis matrimonii, dotem cum interesse sibi restitui; ut ibi: *Quapropter circa alimenta prædicta fuit præventum judicium in dicta Curia sæculari Regiæ Audientiæ, cui quidem prærventioni locus esse potuit*; & fuit declarata contentio in favorem Curiæ sæcularis.

57 Atverò his non obstantibus, etiam amplector opinionem DD. existimantium, ex sola prærventione Judicis Ecclesiastici in causa nullitatis matrimonii, aut separationis tori, ad eum pertinere debere provisionem taxationis alimentorum, & litium expensarum, tanquam dependentem, & accessoriam causæ principalis matrimonialis, nec ea lite pendente posse Judicem sæcularem procedere ad taxationem alimentorum, & litis expensarum, quamvis coram Judice Ecclesiastico non fuerint petita alimenta, vel litis expensæ; imò si coram Judice sæculari petantur, remittendum esse illum articulum alimentorum, & expensarum ad Judicem Ecclesiasticum, ut superius probavimus, signanter ex dictis Regiis sententiis latis 26. Augusti 1491. confirmatis 26. Septembris 1491. expressius ex decisione facta 19. Octobris 1583. apud Peguera *decis. 20. num. 12.* (quas supra expendimus) prout & eam pro hac opinione ponderat Tondut. *de prævent. par. 2. d. cap. 23. num. 15.* ibi: *Itaque alimentorum controversia ad Judicem Ecclesiasticum, qui prævenit, remittenda est, ut notat Peguera decis. 20. num. 12.* ea ratione quam tradit *eodem num. 15.* ibi: *Cum quæstio alimentorum à matrimoniali judicio regulatur, & ab illius cognitione dependeat, utrum alimenta uxori, lite pendente debeantur, veluti si propria culpa separata sit à marito sine Judicis Ecclesiastici decreto, vel si in primis uxor ad maritum ejus possessione spoliatum redire debeat, & ea de causa ab alimentorum petitione excludatur, aut similibus de causis*; & infra ibi: *Videbit itaque Judex Ecclesiasticus quæ fuerit forma recessus uxoris à marito, nam si maritti culpa uxor diverterit, illi alimenta decernet; si culpa propria, mandabit illi alimenta præstari, ipsa ad domum mariti redeunte. Suudus de alimentis tit. 1. quæst. 32. num. 17. Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 4. num. 20. &* 21. Quam rationem consideravit Senatus in causa inter Bartholomæum N. ex una, & Mariam N. viduam ex altera, referente Serra 23. Maii 1657. (Est in lib. concluss. illius anni fol. 160.) declarando alimenta in favorem alimentarii, qui culpa alimenta præstare debentis recesserat ab ejus domo, ob malè ipsius tractus.

Ultra hanc rationem desuper expressam ad fundan- 58
dam Judicis Ecclesiastici cognitionem circa articulum alimentorum in causa matrimoniali, veluti quia taxatio illa dependet à causa illa spirituali, & accessionis vice debet tegi velamine qualitatis Ecclesiasticæ, ut amplius dicemus *in decis. seq.* aliam ponderat rationem Cardinalis de Luca *de matrim. d. discur. 11. num. 7.* scilicet, ne sequerentur contrariæ sententiæ, ibi: *Ideoque cum ad Ecclesiasticum pertineat declarare, an separatio, seu diversio mulieris à viro, esset licita nec ne? hinc proinde impossibile est, ut alter Judex sub prætextu temporalitatis possit apponere manus suas super eo puncto, qui est omnino connexus, seu dependens à puncto spirituali justæ separationis, aliàs enim dari posset casus, ut duæ contrariæ determinationes, eodem tempore super eodem puncto à diversis Judicibus manarent, atque innocens condemnaretur favore culposi.*

Circa hæc notabiliter est animadvertendum, quòd 59
si uxor in causa matrimoniali sententiam obtinuerit in prima instantia, à qua vir appellaverit, & causa in secunda instantia tractetur, potest tunc Judex laicus decernere uxori alimenta sine attentatorum vitio. Cancer *var. 3. cap. 11. numer. 175. ver. Circa hæc.* Afflictis *d. decis. 152.* Lancellotus *de attent. appel. penden. cap. 12. limit. 24. numer. 1* Franchis *tom. 2. decis. 602. numer. 11.* Marta *de jurisdict. par. 2. cap. 8. numer. 35.* Bossius *in tract. de aliment. oblig. cap. 18. §. 11. num. 1104.* Ferrerius *ad decis. 409. Guidonis Pap.* Surdus *de alimentis tit. 8. privileg. 10. numer. 5.* Riccius *collect. 99.* Addentes ad Molinam *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 15. numer. 76. vers. Quod si pendente.* Manfrella ad Latro *lib. 2. decis. 139.* Censalius ad Peregrinum *de fideicom. art. 24. ver. Et quia, & ver. Sed rursus.* Thoro *in compend. decis. verb. Judex laicus t. 1. par. 1. pag. mihi 292.* Tondutus *de prævent. jud. par. 2. cap. 23. numer. fin.* de Amigant *decis. 8. num. 47.* ad tradita per eundem *tom. 2. decis. 55. num. 13.* Vela *dissert. 48. num. 5.*

Sic 14. Octobris 1532. (fol. 79. concluss. civil. illius 60
anni) declarato nullo matrimonio per Judicem competentem, fuit conclusum, referente Marti, ex quo mulier ob justam timoris causam, ne à marito occideretur, ab eo se separavit, pensiones censualium dotalium pertinere ad uxorem per totum tempus, quo habitavit extra domum viri, qui propterea nec onera matrimonii sustinuit, nec uxorem alimentavit, neque alias expensas pro illa fecit. Idem in causa inter Nob. Mariam de N. & Antonium de N. referente Magnifico Vincen-

centio Sabater Regio Senatore 22. Januarii 1683. fol. 34. concluſ. illius anni: de qua *in deciſ. ſeq.*

61 Circa hanc ſtabilitam concluſionem eſt notatu dignum, quod ſcribit Afflictis *deciſ.* 152. quæ eſt magiſtralis in hac re, ſcilicet quod ſi Judex ſæcularis ſe intromittere vellet in illa cauſa quoad præſtationem alimentorum, pendente appellatione ſuper fœdere matrimonii, non ſunt illa procedimenta attentata, ea ratione quia poteſt Judex ſæcularis providere ſuper alimentis per viam principalis petitionis, quin attentet, quia hoc non eſt de proceſſu cauſæ principalis.

Unde DD. qui ſequuntur d. Deciſionem Afflictis 152. hac ratione aſſumpta, quòd taxatio alimentorum non pendet à cauſa principali, affirmant poſſe Judicem ſæcularem, etiam prima inſtantia matrimoniali pendente coram Eccleſiaſtico, ſine vitio attentatorum procedere ad taxationem alimentorum (ad quod ita non ſe extendit Afflictis.) Et cum DD. qui contrariam ſequuntur, quorum doctrinas cum Senatu admiſimus, ſcilicet, quòd pendente cauſa nullitatis, vel ſeparationis tori coram Eccleſiaſtico nequeat à Iudice ſæculari articulus taxationis alimentorum præveniri, nec ſic ſæcularem ad taxationem alimentorum procedere, niſi poſt ſententiam, ea tantùm aſſignata ratione, quia in prima inſtantia nulla urgere poteſt præſumptio boni juris, *qualis* dimanat poſt ſententiam ob præſumptionem, quæ reſultat ex Judicis ſententia, ut ait Tondutus *de prævent. p. 2. d. c. 23. nu. fin.* & poſt eum de Amigant *tom. 1. d. dic. 8. n. 47.* Apparet dicere juxta DD. reſolutionem, & aſſignatam rationem, quòd præciſe debet ſpectari eventus ſententiæ definitivæ Judicis Eccleſiaſtici ſuper fœdere matrimonii, aut ſeparationis tori, favorabilis uxori, ut poſſit Judex ſæcularis uxori taxare alimenta; quamvis aliunde ex proceſſu conſtet de juſtitia uxoris.

62 Quibus additur illa ratio, quam aliunde aſſignat Afflictis *d. dec. 152. n. 3. verſ. Item quia*, dicens, quòd ſi appellatum ſit à ſententia lata in favorem matrimonii, dicta ſententia jam continet tacitè præſtationem alimentorum, & à ſententia præſtationis alimentorum non admittitur appellatio, qui ſubdit *n. 5.* quòd hoc procedit ex beneficio ſpeciali: & *n. 6.* quòd nec dicitur attentatum hoc caſu, attenta æquitate: à quo non diſcedit Surdus *de aliment. tit. 8. privil. 10. nu fin.* Inde dicere valeo, quòd ultra quod multiplicarentur ſpecialitates, ſi ante ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici poſſet fieri à ſæculari taxa alimentorum, difficile omnino redderetur, quòd illius procedimenta, & proviſiones intermediæ factæ ante ſententiam (quæ non continent tacitam præſtationem alimentorum) à vitio attentatorum eximerentur, quando illæ recipiunt appellationem ſuſpenſivam, ut evenit in hoc facto; unde requiri ſententiam Eccleſiaſtici ſuper cauſa principali non minus ſuadetur, etſi ab ea ſit appellatum, nec ſufficere alias proviſiones, etſi de eis inferatur bonum jus uxoris.

63 Et ita his terminis retentis, quæſtionem concipiunt, videlicet, an cauſa matrimoniali pendente in prima inſtantia, poſt ſententiam in ea prolatam poſſit uxor, quæ ſententiam favorabilem obtinuit, coram ſæculari alimenta conſequi, ut eam quæſtionem non diverſimode exponit Tondutus *d. cap. 23. num. 16.* Cardin. de Luca *de matrimonio diſcur. 11. nu. 6. ver. Terminaretur*, & ab eis non diſcedunt omnes DD. etſi ſint diverſæ opinionis, quos ſupra citavimus.

64 Ex his in medium prolatis difficilior mihi redditur declaratio contentionis facta die 11. Februarii 1699. de qua ſupra *num. 56.* in qua omiſſo per partem petere alimenta coram Iudice Eccleſiaſtico, coram quo pendebat cauſa principalis ſuper validitate matrimonii, ante ſententiam definitivam prolatam à Iudice Eccleſiaſtico in ea cauſa matrimoniali fuit remiſſus articulus alimentorum ad Iudicem ſæcularem Regiæ Audientiæ. Et ampliùs difficilior mihi redditur ea declaratio, attento motivo principali in ea aſſumpto, quòd per proviſionem ſequeſtri, quam uxor coram Eccleſiaſtico obtinuit in contradictorio judicio cum cauſæ cognitione, tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia, aſſentita in tribunali Nuntiaturæ Matriti in tertia inſtantia, & per repulſam attentati per eundem Iudicem Eccleſiaſticum proviſa, quam vir prætendebat ex ſuſceptione habitus Monialis uxoris pendente lite ſuper fœdere matrimonii, non eſſe culpoſum receſſum uxoris à domo mariti, ut poſſet ſic remitti articulus alimentorum ad Iudicem ſæcularem, per illa verba: *Unde liquet conſtare de legitimo receſſu dictæ uxoris à domo mariti; cum Judicis Eccleſiaſtici decreto, & cauſæ cognitione. Quo caſu indubium eſt, poſſe Judicem ſæcularem, nulla habita cognitione cauſæ circa matrimonium, pendente lite ſuper ipſius fœdere, uxori alimenta decernere: cum ad alimenta decernenda ſufficiat non culpoſus receſſus uxoris à domo mariti, quidquid ſit de juſtitia cauſæ principalis.* Nam id repugnare videtur cum ſuperius fundatis, ſi fiant pendente lite, & non fiant, prout requiritur poſt ſententiam definitivam Judicis Eccleſiaſtici.

Et eſtò id procederet, neutiquam fuit neceſſe in illo facto recurrere ad prævention em Judicis ſæcularis ſuper articulo alimentorum, omiſſo petere à viro in cauſa principali coram Eccleſiaſtico vertenti, ut in eadem declaratione ad illam prævention em recurritur, ſi procedat motivum quod extra ſententiam Judicis Eccleſiaſtici, per proviſiones interloquutorias ab eo factas, valet conſtare de bono jure uxoris.

Ac ulteriùs iterum arbitror, de juſtitia receſſus debere 65
conſtare per ſententiam definitivam, ut dixi, nec ad id ſufficere proviſiones interlocutorias, ac intermedias à Judice Eccleſiaſtico factas. Nec inde aperiri viam ad diffugia mariti, dici reſtat; quia uxor etiam ſummariſſimè poterit conſequi à Judice Eccleſiaſtico taxam alimentorum, & illius promptam executionem.

Unde omnibus tramitibus ſemotis, conſtanter teneo 66
quod probavimus ſupra in tribus ſtabilitis concluſionibus circa hanc rem, noſtro Regio Senatu canonizatis: & utique certum affirmo, quod tantùm prolata ſententia à Judice Eccleſiaſtico ſuper fœdere matrimonii, aut ſeparatione tori in favorem uxoris, poterit Iudex ſæcularis uxori alimenta taxare ſine vitio attentatorum, ut non minus ſupra cum Senatu extat comprobatum.

DECISIO CLVI.

ARGUMENTUM.

Prævenia cauſa principali ſuper fœdere matrimonii, aut ſeparatione tori, agi non poteſt coram Judice ſæculari ſuper reſtitutione dotis, donatione propter nuptias, & lucris dotalibus, quæ eo in caſu debentur uxori. Ubi an uxori ſeparatæ ob ſævitias viri, ſoluto matrimonio per mortem viri, concedatur beneficium tenutæ.

SUMMARIUM.

1 *Judex Eccleſiaſticus eſt competens cognoſcendi de incidentibus temporalibus in cauſa ſpirituali, & Eccleſiaſtica, & ſic de reſtitutione dotis incidenter evenienti in cauſa matrimoniali.*
2 *Si pendeat coram Judice Eccleſiaſtico lis ſuper fœdere matrimonii, aut ſeparatione tori, non poteſt ſæcularis cognitionem reſtitutionis dotis aſſumere, attenta Judicis Eccleſiaſtici prævention e ſuper cauſa principali.*
3 *Ponderatur ad id doctrina Cardinalis de Luca.*
4 *Ad idem Sperelli, & aliorum.*
5 *Declaratio contentionis cum doctrinis, & nu. 6.*
7 *Separatione matrimonii facta quoad torum ex ſævitia, & culpa mariti, deberi reſtitui uxori tam dotem, quàm donationem propter nuptias, eſt una opinio.*
8 *Contraria recitatur.*
9 *Prior opinio ſequitur.*
10 *Si ſeparatur matrimonium quoad torum propter adulterium, tunc abſque dubio, tamen ſi non ſit ſeparatio quoad fœdus, ſed quoad torum tantum, reſtitui debet uxori dos, & donatio propter nuptias.*
11 *Ad id objectio Fontanellæ.*
12 *Reſpondetur objectioni.*
13 *Acceſſoria, & incidentia ſequuntur naturam ſui principalis, & fiunt ejuſdem ſubjectionis juriſdictionalis.*
14 *Prævention in cauſa principali operatur prævention em in incidentibus.*
15 *Poſt ſententiam factam à Judice Eccleſiaſtico ſuper fœdere matrimonii, vel ſeparatione tori, poteſt per Judicem ſæcularem compelli maritus ad reſtitution em dotis uxoris, cum appendicibus dotalibus.*

16 De-

16 *Decisio Senatus.*

17 *Etiam in casu quo uxor judicio Ecclesiæ separatur ob sævitias viri, conceditur indistinctè uxori beneficium tenutæ.*

18 *Licèt id diversum sit in alimentis quæ non debentur uxori, si hæc culpa sua recessit à viro suo. Cum Decisione Senatus.*

1 NON disparibus regulis statutis super articulo taxationis alimentorum dependenti à causa nullitatis matrimonii, aut separationis tori, ut in antecedenti decisione probavimus, meritur quæstio, an restitutio dotis declaranda sit per Judicem Ecclesiasticum, uti dependens à causa matrimoniali, quin possit Judex secularis super causa restitutionis dotis se intromittere, nisi postquam declarata fuerit causa spiritualis. Pro cujus investigatione suscipienda esse asserta decisionis nostræ antedictæ affirmamus, videlicet, quòd Judex Ecclesiasticus est competens cognoscendi de incidentibus temporalibus in causa spirituali, & Ecclesiastica, & sic de restitutione dotis incidenter evenienti in causa matrimoniali, ex expresso text. *in cap. De prudentia 3. in cap. Significavit 2. cap. Nuper 6. cap. Per vestras 7. de donat. inter vir.* Merlinus *controv. cent. 2. cont. 98.* Sanfelic. *lib. 2. decis. 295. numer. 6. & 7.* Cevallos *de cognit. per viam violent. par. 2 quæst. 65. numer. 35. in fin.* Franch. *decis. 244.* Cancer *var. 3. capit. 11. numer. 169. & seqq.* Gratian. *discep. forens. cap. 199. numer. 9. & 10.* Molina *de Hispan. primogenit. lib. 2. cap. 7. numer. 57. & cap. 15.* Tellez *lib. 2. decret. tit. 10. ad cap. 3. de ordin. cog. numer. 15. & cap. De prudentia 3. de donat. inter vir. & uxorem.* Fontan. *de pact. 1. cap. 4 glos. 13. par. 2. numer. 8.* Barbosa *in l. 1. par. 1. numer. 43. solut. matrim.* Belletus *disq. Clerical. par. 1. de favore Cleric. reali §. 2. num. 51.* Thoro *in compend. decis. par. 3. ver. Fructus dotis,* Manfrella ad Latro *decis. 139. numer. 8.* Censal. ad Peg. *de fideicom. art. 24. ver. Sed rursus pag. mihi 93. col. 1.*

2 Etiam amplectimur, quòd si causa restitutionis dotis fuerit principaliter intestata coram Judice sæculari, solùm Judex sæcularis cognoscere de ea causa debet, quia est omnino laicalis ratione rei, & personarum; dum tamen nihil habeat spiritualitatis: quapropter de ea causa prævenia coram sæculari non potest Ecclesiasticus cognoscere. At si pendeat coram Judice Ecclesiastico lis super fœdere matrimonii, aut separatione tori, non potest sæcularis cognitionem restitutionis dotis assumere, attenta Judicis Ecclesiastici prævention super causa principali.

3 Faternizat utrumque casum Cardinalis de Luca *de matrim. disc. 11.* ubi divertente Marchionissa Montorii à viro, petiit iste in Curia Archiepiscopali Neapolitana eam cum remediis à jure proditis compelli ad cohabitationem, & ad instantiam Marchionis sequestrata uxore per Judicem Ecclesiasticum, mulier adivit Sacrum Concilium (quod dicitur Sanctæ Claræ) à quo obtinuit sequestrum terræ Montorii, aliorumque effectuum dotalium pro restitutione dotis, vel pro præstatione alimentorum: & affirmat *numer. 6.* ibi: *Quo verò ad aliud punctum sequestri appositum per Sacrum Concilium, dicebam (etiam cum sensu veritatis) claram esse fori incompetentiam, saltem in tempore, priusquam scilicet dicta causa separationis tori, quæ pendebat coram Judice Ecclesiastico terminaretur, cum enim dotis restitutio, ac alimentorum suppeditatio non petantur ex causa temporali stante de per se independenter à separatione tori, sed ex ipsius causa, cujus cognitio, & determinatio pertinet absque dubio ad Judicem Ecclesiasticum, ut concorditer fiematur per omnes Ecclesiasticos, de materia matrimoniali tractantes absque contradicente, atque ex ipsusmet gravibus Doctoribus regionis in eodem tribunali versatis, Franch. qui fuit ejusdem S. C. meritissimus Præses decis. 36. numer. 1. exinde sequitur, articulum restitutionis dotis, vel præstationis alimentorum tanquam dependentem, & consecutivum ad eundem Judicem Ecclesiasticum spectare debere, juxta text. clarum in cap. De prudentia de donat. inter virum, & uxorem, ubi glos. Abb. & cæteri, Sanchez lib. 10. disp. 8. nu. 13. & ex laicis, Molina de Hispan. primog. l. 2. cap. 15. nu. 76. atque admittit absolutum Barbosa, qui altàs in hac materia est laicalis jurisdictionis acerrimus defensor in l. 1. ff. soluto matrimonio nu. 46. & cæteri, cum videatur propositio theoricæ, & practicæ certa, ex ea convincenti ratione, quòd mulieri non competit ex causa separationis tori actio repetitionis dotis, nisi separatio sequatur culpa viri.*

Ad idem Sperelius *tom. 2. decis. 138. num. 109.* ibi: *Et signanter quòd ubi agitur de causa matrimoniali Judex Ecclesiasticus, coram quo pendet, sit etiam Judex dotis, & alimentorum ratione incidentiæ, probat text. in cap. De prudentia, in c. Nuper, in c. Per vestras de donat. inter virum, & uxorem, & tradunt plurimi quos retuli in dec. 8 sub num. 29. &c. Ergo Judex sæcularis non potest ullo pacto in hujusmodi incidentibus se ingerere, nec unquam vidi servari contrarium, & profectò si consimili causa coram me pendente, Judex laicus tale quid attentasset, ego statim illi, & parti inhibuissem.* 4

Carol. de Luca ad Ventiglialum *in annot. 9. §. 2. nu. 4.* ibi: *Articulus restitutionis dotis, & præstationis alimentorum dependens à separatione tori ad Judicem Ecclesiasticum spectat, juxta text. in cap. De prudentia de donat. inter vir. & uxorem, ubi glosa, & Abbat, Molina de primog. l. 2. c. 15. n. 76. Barb. in l. 46. ff. solut. matr. & Judex laicus gerit partes executoris impertiendo brachium, Cardin. de Luca d. disc. 2. num. 8.*

Ab his non discedit declaratio contentionis jurisdictionis ortæ inter Curiam Ecclesiasticam Gerund. ex una, & Curiam sæcularem Regiæ Audientiæ ex altera, occasione firmæ juris factæ in Curia Ecclesiastica per Michaelem Balleil procuratorem Narcissæ N. uxoris Hieronymi Benedicti N. Medicinæ Doctoris, Villæ Figueriarum, super lite, & causa quæ in dicta Regia Audientia vertebatur, referente Magnifico Joanne Gallego, olim inter Joannem N. matrem dictæ Narcissæ N. & postea post ejus mortem inter Narcissum N. in Sede Gerundæ Beneficiarum, illius filium, & hæredem ex una parte, & dictum Hieronymum Benedictum N. Medicinæ Doctorem ex altera, super possessione cujusdam Botigiæ domorum sitarum in platea Caulium dictæ Civitatis Gerundæ, per dictam Narcissam N. dicto marito suo in dotem constitutarum, & super altera lite pro parte dictæ Narcissæ N. intentata in dicta Curia Ecclesiastica Gerundæ contra dictum virum suum super divortio per dictam Narcissam fieri petito quoad torum, & mutuam cohabitationem, alimentorum, præstationem, & suæ dotis restitutionem, ubi visis &c. prout ibi: *Et viso processu dictæ causæ in Regia Audientia vertentis, referente dicto Magnifico Joanne Gallego; & signanter schedula per dictum Narcissum Vives in ea oblata 14. proximè elapsi, qua declarando prætentionem suam, & dictæ Joannæ illius matris, deduxit possessionem dictæ Botigiæ per eos in dicta causa allegatam, habuisse, & tenuisse nomine dictæ Narcissæ N. eorum filiæ, & sororis respectivè pro sustentatione expensarum, quas dicta Narcissa post illius à dicto marito suo recessum sustinet, & sic ad dictum Narcissum Vives nullum in dicta Botigia interesse competere;* fuit dictum per Paulum Pla tertium, consult. Ferrer, Magarola, & Puigmitjà die 27. Augusti 1608. firmæ juris factæ in dicta Curia Ecclesiastica Gerundæ pro parte Narcissæ N. locum fuisse, & esse. 5

Concluditur ergo cum doctrina Tonduti *de prævent. p. 2. d. c. 23. n. 3.* ibi: *Cum itaque Judex Ecclesiasticus solus, & privativè, sit Judex competens separationis tori, aut nullitatis matrimonii, & dotis restitutio veniat in consequentiam, non tantùm soluti matrimonii, sed etiam separationis conjugum. C. primo, & tertio de donationibus inter virum, & uxorem. Sicuti venit etiam in sequelam separationis, restitutio augmenti, & amissio omnium lucrorum nuptialium. Vincent. de Franch. dec. 224. Seraphin. dec. 1308. & 1313. Cabenu. q. 42. Surdus de aliment. t. 7. q. 16. n. 31. Gratian. discept. forens. 199. n. 9. & 10. Farinac. de delict. carnis q. 143. n. 188. Mennoch. cons. 1124. n. 17. Rota dec. 231. n. 14. p. 6. recentior. & dec. 277. nu. 37. eadem par. 6. Sequitur, Judicem Ecclesiasticum posse, & debere judicando super separatione tori, providere eodem contextu super restitutione dotis, & amissione lucrorum matrimonialium. Vicent. de Franch. d. dec. 244. Roland. à Uall. consil. 50. n. 4. vol. 1 quos sequitur Jacobus Cancer l. 3 var. resolut. c. 11. n. 163. & sequentibus. Et hoc intelligit Carol. de Graff. in tract. de effect. lib. Cleric. effectu 1. n. 667. ut prodat quando Judex Ecclesiasticus de dote, & lucris cognoscit incidenter, non autem principaliter. Si enim causa restitutionis, aut solutionis dotis fuerit intentata principaliter, ita quòd non dependeat decisio hujus causæ aliqua ratione à separationis, aut nullitatis matrimonii judicio, verius est solum Judicem laicum hoc casu esse competentem, nec posse per Ecclesiasticum prævenire quoad hoc; sicut Judex laicus non potest Ecclesiasticum* 6

cum prævenire ; quando causa dotis , & lucrorum incidenter coram ipso Ecclesiastico tractatur , apud quem causa matrimonialis fuerat principaliter intentata . Sanchez de matrim. lib. 10. disput. 8. num. 15. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 15. num. 76. Et hanc sententiam veram existimo, quidquid dubitando dixerit Font. de pactis nup. claus. 7. glos. 2. part. 10 n. 55. & seqq. comprobat etiam Barbos. in 1. par. l. 1. ff. sol. matrim. n. 46. & 47.

7 Supracitati DD. non solum loquuntur in restitutione dotis , sed etiam in donatione propter nuptias , & amissione lucrorum nuptialium. Unde ex hoc sumunt quæstionem , an separatione matrimonii facta quoad torum ex sævitia, & culpa mariti , debeat restitui uxori tam dos , quàm donatio propter nuptias. Affirmativam sententiam tenet Franch. *dec.* 244. Mennoc. *consil.* 1124. Mantica *dec.* 340. Genuens. *in prax. Arch. c.* 21. *n.* 3. Seraphin. *dec.* 1308. Farin. *dec.* 706 *par.* 1. *tom.* 2. Duran. *dec.* 399. *par.* 2. Merlin. *cent.* 2. *cont.* 93. *n.* 13. Grat. *disc for. cap.* 199. *n.* 11. ubi ait , separationem tori æquiparari vero divortio; & *disc.* 455. *n.* 5. & reprobat contrarium tenentes. Cancer. *var.* 3. *ca.* 11. *n.* 164. Rota *rec. par.* 6. *dec.* 231. *n.* 14. & *dec.* 277. *n.* 37. recitat Luca ad Fran. *d. dec.* 244. *n.* 1. Thesaurus *dec.* 43. & 45.

8 Negativam sententiam , scilicet , separato matrimonio ob sævitiam viri, nec dotem, nec donationem propter nuptias esse restituendas, sed teneri maritum ad alimenta uxori , docet Fontan. *de pact. nup. to.* 2. *cl.* 7. *d. glos.* 2. *part.* 10. *n.* 52. per illa verba : *Sed vereor ne decipiantur qui in isto casu, quando quoad torum tantum fit separatio propter mariti sævitiam, volunt dotem restituendam; nam quando propter adulterium , qui est casus de quo plures loquuntur, alia est ratio multum diversa* . Et movetur ex Farinac. 2. *vol. dec.* 278. quæ loquitur de separatione etiam ob sævitiam mariti , ut in tali casu non sit restituenda dos , & ex Fab. *in Cod. lib.* 5. *tit.* 12 *def.* 2. ubi dicitur separato matrimonio propter viri lepram quoad torum , non fieri dotis restitutionem: quippe, inquit, quia ejus restitutioni locus non est, nisi soluto matrimonio *t. tit fol. matr. quemad. dos per.* præterquam in casibus, de quibus *in l. unic. Cod. si const. mat. dos fuer. sol.* sufficit enim (pergit ulterius) dotis fructus sequestrari, & obligatos manere in illam causam , nempe alimentorum &c.

9 Sed à priori opinione non recedimus, tot Doctorum auctoritatibus , & decisionibus approbatam : & ulterius assentitam in Rota ex recolet. per Far. *dec.* 706. ubi censuit illud Sacrum Auditorium in casu separationis matrimonii propter viri sævitiam ne dum dotis, sed etiam donationis propter nuptias fieri restitutionem mulieri, & eam affert Font. *d. gl.* 2. *cl.* 7. *p.* 10. *n.* 54. & hanc opinionem sequitur Luca ad Fran. *d. dec.* 244. *n.* 3. & allegat meliorem ad id decisionem penes eundem Far *tom.* 2. *consil.* 135 (quam recenset idem Font. *n.* 60.) Merl. *cent.* 2. *cont.* 95. *n.* 23. [Cyr. *cont.* 172. *n.* 91. & *seqq.* & probat Altog. *cons.* 22. *à n.* 19. *t.* 1.

10 Si vero separatur matrimonium quoad torum, propter adulterium viri, tunc absq; dubio, tametsi non sit separatio quoad fœdus, sed quoad torum tantum , restitui debet uxori dos, & donatio propter nuptias, *c.* 1. *de don. inter vir. & uxor.* Font. *de pact. to.* 2. *cl.* 7. *d. gl.* 2. *par.* 10. *n.* 60. Merl. *dict. cont.* 93. *n.* 16. *cen.* 2. Luca ad Fr. *d. ob.* 244. *n.* 3. *v. Si matrim.*

11 Non obstat doctrina Font. *dict. gl.* 2. *n.* 58. qui ideo recedere videtur ab opinione, qua supra ducti sumus, quòd Judex Ecclesiasticus, qui cognoscit de causa divortii, & separationis matrimonii, cognoscat etiam de restitutione dotis. quia, inquit Fontanella, quod hoc non videtur militare, quando agitur de separatione matrimonii quoad torũ; quia tunc non est incoveniens, quod separato matrimonio dos remaneat penes mari tum, quemadmodum esset, si separaretur matrimonium quoad fœdus ; quia tunc remaneret dos sine matrimonio , & ne igitur sic fiat , ideo Judex causæ matrimonialis debet esse Judex causæ dotis , quæ accessoria est ad matrimonium, quæ ratio videtur cessare, quando tantum agitur de separatione quoad torum.

12 Quia respondetur , ut proximè habetur ; quòd etiam separato matrimonio quoad torum , restitui debent uxori tam dos , quàm donatio propter nuptias , ac lucra matrimonialia ; & quod Judex Ecclesiasticus judicando super separatione tori, potest , & debet providere super amissione dotis , & amissione lucrorum matrimonialium , uti incidentibus , & accessoriis ad causam matrimonialem .

13 Hæc omnia fiunt (ut omnes DD. supracitati affirmant) vigore dependentiæ , accessionis , vel incidentiæ , quam habent articuli alimentorum , dotis , & lucrorum dotalium , ad causam nullitatis matrimonii , aut separationis tori , unde regulari debent ab ejus natura , ex regula , quòd accessorium sequitur naturam sui principalis, *cap. Accessorium* 43. *de reg. jur. in* 6. & ejus naturam assumit ex Marth. Menoc. Seraphin Surdo , Gonzalez. & aliis Barb. *cl.* 1. *n.* 3. & de his apud Me *dec.* 116. *nu.* 31. *cum seqq.* Valenz. *consil.* 194. *n.* 32. & fiunt ejusdem subiectionis jurisdictionalis, ad tradita per Reg. Cortiada *dec.* 10. *n.* 234.

Ac prærentio in causa principali, operatur præventio- 14
nem in incidentibus, prout dicitur in Judice præveniente ad quem remittenda est causa, cum tota sua continentia, & omnibus connexitatibus . Carleval. *de jud. disp.* 2. *q.* 7. *sect.* 3. *n.* 894. Ego *dec.* 9 *n.* 60.

Post sententiam factam à Judice Ecclesiastico super 15
fœdere matrimonii , vel separatione tori , potest per Judicem sæcularem compelli maritus ad restitutionem dotis uxoris cum appendicibus dotalibus: prout de alimentis diximus *dec. antecedenti* .

Sic declarato in Rota Romana diversis sententiis inter 16
Nobilem Antonium de N. & Domnam Mariam de N. ejus uxorem , & emanatis à Rota Romana litteris Apostolicis cum debitis solemnitatibus, dat. Romæ apud Sanctum Petrum 19. Febr. 1683. indictione 6. & executioni demandatis per Commissarium Apostolicum , litteris datis Barcinonæ 11. Decem. 1683. & intimatis partis 14. ejusdem mensis: postea in Regia Audientia Relatore Magnifico Vincentio Sabater R. C. fuit dictus maritus condemnatus ad restituendum Nob. agenti dotem , & ad solvendum ei sponsalitium cum appendicibus , & interesse, liquidatione reservata in decreto executionis 22. Januar. 1685. f. 34. concl. civil. illius anni , quod fuit provisum , & in eo explicata liquidatio cum Regia provisione, facto verbo. facta per eundem Relatorem die 11. Julii 1686. & in ea liquidatum interesse à die litis motæ; quoad alimenta verò, quæ aliunde percepit dicta Nob. Maria de N. ex pensionibus quorundam censualium dotalium, & si illæ sufficerent pro alimentis prætensis, fuit reservatum jus in ulteriori liquidatione. Scriba Maurici .

Etiam in casu quo uxor iudicio Ecclesiæ separatur ob 17
sævitias viri , soluto matrimonio per mortem viri conceditur indistinctè uxori beneficium tenutæ , juxta *Const. Hac nostra , tit. dissolt lo matrimoni* , & approbat Cancer *var.* 3. *cap.* 11. *n.* 112.

Licèt id diversum sit in alimentis , quę non debentur 18
uxori, si hæc culpa sua recessit à viro suo, ut supradiximus, & comprobat Ferrer *super Const. Hac nostra temp.* 1. *decl.* 13. *n.* 3. sicut beneficium tenutæ uxori , quod ei indistinctè competit, Cancer *var.* 3. *ca.* 11. *n.* 109. inquiens (nisi ipsa ex delicto dotem amisisset;) quia per dictam *Const. Hęc nostra* non habetur respectus ad cohabitationem, sed tantùm ad dotem mulieris . Ferrer contrariis satisfaciens *super d. C. Hac nostra temp.* 1. *d. decl.* 13. *tot.* & (non admissa contra opinione. Font. *to.* 2. *cl.* 7. *gl.* 3. *pa.* 1. *n.* 29.) observavit Senatus, referente Nobili Hieronymo de Magarola Regiæ Audientiæ, & Tertiæ Aulę Doctore 4. Maii 1682. in causa Eulaliæ N. contra manumissores testamenti Doctoris Joan Bapt. N. Not. Virgili, quæ fuit confirmata, referente Nob. Joa. de Carbonell Regio Consil. die 5. Nov. ejusdem an

DECISIO CLVII.

ARGUMENTUM.

An processus civilis, vel criminalis fieri , & in utroq; ferri sententias, & illæ exequi possint in diebus feriatis in honorem Dei, vel in illis quæ sunt indictæ in hominum necessitates, ac utilitates , latè discutitur . Et quid in citatis diebus quoad procedendum versus Judices delegatos Apostolicos, qui inordinatè procedunt partes gravando. Ac ulteriùs, quid observetur in diebus Visitationum Generalium Regiorum Carcerum , non minùs demonstratur .

SUMMARIUM.

1 *Feriæ generaliter dicuntur dies , sive tempora , quibus jubetur , forensem strepitum , & contentiosæ jurisdictionis exercitium conquiescere .*

2 *Feriæ aliæ sunt ordinariæ , & aliæ extraordinariæ , quæ declarantur .*

3 *Aliæ sunt ad Divinum cultum institutæ, quæ dies festi appellãtur, alię ob necessitates, & utilitates humanas.*

4 *In feriis statutis in Dei honorem non licèt judicia*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

exercere, etiam partibus consentientibus, nisi necessitas adsit, vel pietatis causa concurrat, in feriis vero indictis in gratiam hominum hæc omnia prohibentur, nisi partes consentiant.

5 *Regula antedicta admittitur in judiciis civilibus cum declaratione contentionis.*

6 *Partes diebus feriatis in honorem Dei, renuntiare non possunt, nec processus, & sententia in eis habiti, consentientibus etiam partibus, sustinentur, quamvis per partem fuerit interposita appellatio.*

7 *Citationis executio, & relatio nuntii nequeunt fieri in dictis diebus feriatis.*

8 *Testes, durantibus feriis in honorem Dei, in judicium vocari non possunt, & depositiones eorum tunc temporis factæ, penitus parti non officiunt; neque probationem aliquam producunt.*

9 *Actus extrajudiciales in die festo fieri valent, prout sunt dispensatio, privilegia, collationes, provisiones Beneficiorum, contractus, instrumenta, testamenta, dationes Tutorum, & Curatorum, & eorum amotiones, appellationes, adoptiones, emancipationes, manumissiones, delegationes causarum, & alia hujus generis.*

10 *Excommunicatio, & illius absolutio fieri potest in diebus feriatis in honorem Dei.*

11 *Decretum in alienatione bonorum minoris interponi potest in diebus feriatis, & quomodo?*

12 *Sburget moræ periculum, possunt exerceri judicia in diebus feriatis in honorem Dei, prout evenit ubicunque est breve, & irreparabile tempus.*

13 *Excusantur Judices rurales judicium in diebus festis exercentes in civilibus ad pauperes pertinentibus, dum pauperes à suis servilibus desistere non possunt sine gravi incommodo; ubi refertur particularis consuetudo.*

14 *Debitor suspectus de fuga capi potest in diebus festivis in honorem Dei, & ejus suspicio relinquitur arbitrio Judicis, ubi idem in rebus quæ tempore perituræ sunt, seu quarum interitus timetur.*

15 *Senatus decisio in debitore suspecto de fuga.*

16 *Alia decisio Senatus.*

17 *Quando periculum est in mora, non attenduntur apices, nec regulæ juris, à quibus jus ipsum recedi posse statuit.*

18 *Quando res, vel instantia est tempore peritura, fieri possunt actus judiciales in diebus feriatis in honorem Dei.*

19 *Idem si instantia judicii, vel jurisdictionis Judicis sit modico tempore duratura, ut de appellatione interponenda in ultimo momento decem dierum, quamvis sit dies feriatus, & quid in supplicatione sententiæ criminalis, aut causæ civilis.*

20 *Causæ Sindicatus, & residentiæ Judicum diebus feriatis fieri possunt.*

21 *Cancellarius in causis contentionum, etiam diebus feriatis in honorem Dei, sententias suas proferre, & actus jurisdictionales exercere potest. Cum variis declarationibus contentionum.*

22 *Alia declaratio contentionis.*

23 *Testes examinari possunt etiam in die feriato in honorem Dei; dummodo juraverint in die non feriato.*

24 *In diebus feriatis in honorem Dei, in causis criminalibus à judicio, & à reorum supplicijs est abstinendum.*

25 *Expenditur doctrina Gonzalez Tellez.*

26 *Ad inquirendum, crimina investigandum, atque de innocentia reorum quærendum, omni tempore etiam feriarum in honorem Dei procedi potest.*

27 *Etiam delinquens capi, & carcerari potest.*

28 *Et tortura in crimine gravi inferri valet.*

29 *Publici latrones, insidiatores in diebus Dominicis, & quibuscunque festivis possunt torqueri, & ad furcas mitti.*

30 *Idē habetur in cæteris insignibus facinorosis, & in aliis committentibus delicta sapientia inhumanitatem.*

31 *Delictorum atrocitas non meretur dilationem temporis, & quandoq; enormitas criminis permittit, quòd recedatur à legibus, & regulis juris.*

32 *Non potest fieri majus sacrificium Deo, quam ut hi, qui in suam & aliorum perniciem divagantur, competenti debeant rigore compesci.*

33 *In diebus feriatis in honorem Dei, vel Sanctorum, & qui professis servantur, non est exequenda sententia criminalis, in qua est imposita pœna sanguinis, sed est differenda ad non feriatum, & num. 34.*

35 *Decisio Senatus.*

36 *In causis hæresum, etiam in diebus feriatis ad honorem Dei, & Sanctorum, Inquisitores possunt procedere, & hæreticum morti tradere.*

37 *Contra repertum in flagranti crimine magno, judicium criminale profertur in diebus feriatis in honorem Dei. Cum Senatu, & num. 38.*

39 *Alia decisio Senatus, & num. 40.*

41 *Nocturno tempore in atrocibus delictis proceditur, & judicatur.*

42 *Post susceptum Sacratissimum Christi Corpus, elapsis solum quatuor horis à suscepta Eucharistia, potest reus sanguinis pœnas luere.*

43 *Imò & post unicam horam juxta sensum plurium DD.*

44 *In diebus feriatis in utilitatem hominum indictis, judicium agitatum est nullum, & sententia in illis diebus lata, nulla judicatur.*

45 *Nisi accedat partium consensus expressus, vel tacitus.*

46 *Limitationes traduntur.*

47 *Interdum expediuntur litteræ directæ Judicibus Apostolicis ad informandum banchum Regium, cum præfixione diei, si non foret feriatus, sin autem, die sequenti non feriata.*

48 *Aliquando expediuntur litteræ cum præfixione diei certi.*

49 *Etiam pro declaratione bannimenti versus Judicem Commissarium Apostolicum in suo casu assignatur dies non feriatus cū sequentium continuatione.*

50 *Ad id observantia Senatus, quam recitat Don Accassius de Ripoll.*

51 *Cum qua doctrina non transit Regens Cortiada.*

52 *In diebus feriatis æstivalibus Julii, & Augusti potest fieri executio, secùs in feriatis in honorem Dei, quod declaratur.*

53 *In prorogationibus Regiæ Audientiæ evocantur causæ ad Regiam Audientiam, & fiunt citationes arbitrio Senatus.*

54 *Citationes ad banchum Regium fieri possunt in diebus feriatis in honorem Dei, cum remediis assuetis, ad sublevandum gravamen, & proculdubio quando urget necessitas.*

55 *Habito respectu ad integram solis revolutionem viginti quatuor horis naturaliter evenientem, spatium hoc naturalis dies appellatur, ut intellectum fuit à Senatu in præconizationibus ad rigandum.*

56 *Consuetudine est obtentum, ut in feriatis in utilitatem hominum procedatur in criminalibus, etiam ad executionem pœnæ capitalis.*

57 *Respondetur difficultati quæ movetur ex doctrina Nobilis, & Regis Senatoris de Trillany, ubi an portus tormentorum manualium sit grave declaratur.*

58 *Quid observetur in visitationibus generalibus carcerum circa proferendas sententias criminales, traditur cum Senatu.*

FERIÆ generaliter dicuntur dies, sive tempora, quibus jubetur, forensem strepitum, & contentiosæ jurisdictionis exercitium conquiescere *l. Prid. 5. ff. de Feriis* Dicuntur autem à ferendis victimis, eò quia erant dies cessationum ab opere, & ab epulis ferendis, in talibus enim epulæ fiebant, Baiardus ad Clarum *in pract. crim. quæst. 97. num. 9.* Unde Cicero *de legibus lib. 2. post traditam leg. 12. tabul.* scribit ibi: *Feriarum, festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium, & jurgiorum: in servis, operum, & laborum, quas compositio anni conferre debet, & perfectionem operum rusticorum. Quod tempus, ut sacrificiorum libamenta serventur, fœtusque pecorum, quæ dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est.* 1

Omissis feriarum divisionibus, de quibus apud Romaguera ad Concil. *in statut. Eugubii lib. 2. rub. 28. nu. 39* illæ tamen præcipuæ sunt: ut aliæ sint ordinariæ, aliæ extraordinariæ. *l. Omnes Judices 3. Cod. de feriis*, juncta *l. Sed etsi 26. §. si feriæ 7. ff. ex quibus caus. major.* Ordinariæ sunt, quæ statutis diebus, & anni temporibus fieri solent. Extraordinariæ, quæ non certa, & stabili lege, sed pro re nata, & pro rebus occurrentibus, vel ab Imperatore (unde Imperiales vocantur *in l. A nullo Judice 4. C. de feriis*) vel à Rege, vel Consulibus,

Di-

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

Dictatoribus, Prætoribus, aut Populo, vno vel altero die tantum indicuntur, ut *in dict. l Sed etsi 26. §. si feriæ 7. ff. ex quibus caus. maiores.* Peguera *dec. 53. n. 1.* qui DD. infra allegandi, in ferijs extraordinarijs exempla tradunt, utpote quando nascitur filius Principis, quando vxorem ducit, quando Princeps de novo venit in aliquam Civitatem, vel in die suæ coronationis, uel ob rem benè gestam, ob patratam à Principe victoriam, quales fuerunt, quas ob bellum cum Carthaginensibus prosperè gestum, induxit Scipio apud Livium *lib. 38.* & quoad illas, quæ indicuntur ob nativitatem filij Imperatoris, Regis, aut alterius Principis, alludit Martialis *lib. 10. epig. 87.*

Natalem colimus, silete leges,
Vel ob aliam similem causam. Et hæ, quæ in Principis honorem sunt institutæ, honorariæ appellantur *in l. Omnes 7. §. Nostris etiam diebus, Cod. de ferijs.*

3 Pariter feriæ, aliæ sunt ad Divinum cultum institutæ, quæ dies festi appellantur, *cap. 1. & ult. de ferijs l. 2. 3. 6. 7. & 8. C. eod.* aliæ verò institutæ sunt ob necessitates, & utilitates humanas: ut sunt feriæ, quas necessitas, vel calamitas pestis publicæ grassantis, fervores æstivi, bella, vel quævis alia causa necessaria constituit, *l. 6. & 7. C. de ferijs:* quæque messium colligendarum, iuxta cuiusque Regionis consuetudinem, causa indicuntur. *l. 2. & 5. Cod. de ferijs*, pluribus citatis Romag. ad Conciol. *in statut. Eugub lib 2. d. rub. 28. num. 39.*

4 Ex his dimanat regula text. *in l fin. C. de ferijs* ibi: *Dies festos Maiestati Altissimæ dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactianum vexationibus profanari.* Et intelligentia textus *in cap. fin. de ferijs* ibi: *Cõquestus est nobis & infra. Quamvis non prorogari, sed expediri deceant quæstiones; debet tamen iudicialis strepitus diebus conquiescere feriatis, qui ob reverentiam Dei noscuntur esse statuti, scilicet Natalis Domini &c. Quibus utique solemnibus ferijs (nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat) usque adeo convenit ab huiusmodi abstinere, ut consentientibus etiam partibus, nec processus habitus teneat, nec sententia, quam contingit diebus huiusmodi promulgari. Licet diebus huiusmodi processus habitus teneat, nec sententia, quam contingit diebus huiusmodi promulgari. Licet diebus feriatis, qui gratia vindemiarum, vel messium, ob necessitates hominum indulgentur, procedi valeat, si de partium processerit voluntate.* Statuit Gregorius IX. *in d. c. Conquestus*, quòd in ferijs statutis in Dei honorẽ, non licet iudicia exercere, etiam partibus consentientibus, nisi necessitas adsit, vel pietatis causa concurrat; in ferijs verò indictis in gratiam hominum hæc omnia prohibentur, nisi partes consentiant.

5 Quoad negotia iudicialia civilia pro regula (ut supra) admittitur, quòd feriarum tempore in honorem Dei nequeunt iudiciales actus exerceri, sub pœna nullitatis eorum, quoniam eo tempore suspensa est iudicantium iurisdictio, *tot. tit. ff. & Cod. de ferijs*, Magon. *dec. Lucen. 25. nu. 36. cum seqq.* Farinac. *de testibus qu. 80. n. 55.* Gratianus *dec. 144. n. 41. & seq.* Intrigliol. *sing. 80. n. 67. l. 3.* Caravita *in vit. mag. cur. 116 n. 60.* his citatis Rodoerius ad Marin. *quotid. lib. 1. c. 118. n. 1.* Franc. *in prax. offic. c. 13. n. 10.* Quaranta *in sum. bul. ver. Dies festus.* Burgius *de modo proc. ex abrup. cent. 1. qu. 25. n. 1. & seqq.* Buccaron. *de diff. inter iudic civil. & crim. dif. 204. n. 1.* Reg. Cortiada *tom. 1. decis. 24. n. 56. ad 59.* Vrrutigoiti *de competentijs qu. 55. n. 3.* Altimarus *de nullit. rub. 9 qu. 40. n. 9. & 10.* Conciol. *in stat. Eugubij lib. 2. rub. 28. n. 3. cum seqq.* & ibi Romaguera *nu. 37.* & *38.* Ovidius lib. 1. Fastor.

Lite vacent aures, insanaqua protinus absint
Iurgia, differ opus lucida turba tuum.

Gonzalez Tellez *ad text. in cap. Conquestus fin. de ferijs nu. 27.* ubi id probat *ex l. 12. tabul.* ibi: *Ferijs iurgia amovendo*, ex Cicerone *lib. 2. de legibus*, refert Gothofredus *in quatuor fontibus tab. 1.* Illustrant Repetentes *in d. cap. fin.* Barbosa *ibidem.* Scaccia *de iudicijs l. 2. c. 5. à n. 17.* Gratianus *dec. 144. à nu. 1.* Ripoll ad Peguera *in pract. civili rub. 14. n. 144. & rub. 24. n. 34.* Fontan *de pact. nup. t. 1. n. 2.* Peguera *dec. 53. n. 3. & seq.* ubi *nu. 5. vers. 4.* attestatur fuisse declaratum per Regios Consiliarios *in quodam libro decisionum manuscripto* Michaelis Salba, & de Vallesica Regij Consiliarij *dec. 365.* in causa contentionis iurisdictionis inter Reverendissimum Archiepiscopum Tarraconæ ex una, & Curiam sæcularem procuratoris Regij Civitatis, & Campi Tarraconæ, super persona, & bonis Stephani Montserrat Pharmacopolæ ex alia parte.

6 Ampliatur primò ex ipso textu *in d. c. fin. de Ferijs*, ut

nec consentientibus partibus, in diebus feriatis in honorem Dei, processus habitus teneat, prout nec sententia, & hoc est quod dicitur, quòd partes diebus feriatis in honorem Dei renuntiare non possunt, nec processus, & sententia in eis habiti, consentientibus etiam partibus sustinentur. Thesaurus *dec. 39. & dec. 95. n. 3. vers. Amplia* Peguera *decis. 53. nu. 7. & in pract. crim. c. 26. vers. Adhuc.* Ripoll *in praxi civili d. rubr. 14. n. 144. & rub. 24. nu. 34.* Ferrer *3. p. obs. c. 88. vers. Nam quamquam.* Barbosa *in d. c. fin. de ferijs n 30.* Regens Cortiada pluribus citatis *t. 1. dec. 24. nu. 58.* Tellez *ad d. c. fin.* Novarius *in collect. ad prag. collect. 95. n. 1.* Cala *in tract. de ferijs q. 5. tot.* Sabel. *in summa d. vers. tract. vers. Feriæ.* Vrrutigoiti *de comp. q. 55. n. 4.* Altimarus *de null. rub. 9. q. 40. n. 32. & 33.* Conciol. *ad Statut. Eugubij n. 6. cum seq. &* ibi Romaguera *n. 40.* Rodoerius ad Marinis *l. 1. quotid d. c. 118. n. 2.* qui *n. 3.* tradit rationem, asserens, quòd cum illa sententia sit nulla ex defectu iurisdictionis suspensę, nequit nullitas suppleri ex partium consensu tacito, vel expresso, & *n. 4.* scribit, quòd nec potest, consensu partium interveniente, sententia nulla revalidari; nam quando confirmabile est nullum, confirmatio pariter nulla est; quia non habet firmum, & validum fundamentum, super quo figat pedes, & approbat Altimarus *de nullit. rub. 9. q. 40. n. 66.* ex Gratian. *discep. forens. c. 516. n. 19. & 21.* ubi dicit, hoc procedere, quam vis ab huiusmodi sentẽtia lata die feriata appellatio interponatur, etenim appellãs, illam convalidare non censetur. Scoppa ad Gratian. *dec. 144. n. 7. & seq.* Mele ad Gizzarrel. *dec. 58. n. 17.*

Ampliatur secundò, nam *in d. c. fin. de ferijs* annullatur processus actitatus in diebus feriatis, ad honorem Dei; inde fit quòd citatio à qua incipit formatio processus, & executio citationis, hoc est præsentatio litterarum citationis, & relatio nuntij, nequeunt posse fieri in dictis diebus feriatis. Salgado *de Regia protect. part. 2. cap. 13. nu. 92. & 93.* Rodoerius ad Marinis *quotidianarum resol. lib. 1. d. cap. 118. nu. 8. & 9.* Tondut. *de prævent. judic. p. 9. num. 24.* Quesada Pilo *disert. 12. nu. 50.* Baronius *de citationibus t. 3. in annot. ad quæst. 35. num. 8* Cancer *var. 2. cap. 3. num. 147.* Ripoll *var. cap. 3. nu. 145. & in addit. ad Peguera in praxi civili rub. 6. à num. 23.* his & aliis citatis Regens Cortiada *dec. 123. num. 52.* cum pluribus allegatis Barbosa *in cap. fin.* 7

Hinc etiam tertiò ampliatur, quòd testes, durantibus feriis in honorem Dei, in judicium vocari non possunt, & depositiones eorum tunc temporis factæ, penitùs parti non officiunt; neque probationem aliquam producunt. Farin. *in prax. de testibus quæst. 80. oppos. 36. num. 55.* Rodoer. ad Marin. *quot. lib. 1. d. cap. 118. num. 11.* 9

Sed primò limita suprastatutam regulam in actibus extrajudicialibus, & voluntariæ jurisdictionis, qui in die festo fieri valent; nam textus *in d. cap. fin. de ferijs*, loquitur in illis qui sunt contentiosæ jurisdictionis, per illa verba: *Debet tamen judicialis strepitus diebus conquiescere feriatis, qui ob reverentiam Dei noscuntur esse statuti.* Et probant hanc limitationem Cevallos *commun. contra commun. quæst. 760. n. 30.* Maranta *de Ordine Judiciorum par. 4. n. 86.* & plures allegati per Barbosa *ad d. caput fin. de Ferijs n. 4.* Bortellus *in sum. dec. tom. 2. tit. 38. de ferijs à nu. 70.* maximè *nu. 119. vers. Quod ego*, pluribus citatis Vela *to. 2. disert. 39. nu. 44.* qui exempla tradit in dispensationibus, privilegijs, collationibus, provisionibus Beneficiorum, contractibus, instrumentis, testamentis, dationibus Tutorum, & Curatorum, & eorum amotionibus, & aliis hujus generis, in quibus causæ cognitio, & strepitus judicialis non requiritur; ut probat Fermosinus *in c. 1. & fin. de ferijs q. 1. n. 32. cum seqq.* & signanter *nu. 36. & seqq.* Vallensis *in paratil. iuris Canon. ad tit. de ferijs n. 7.* ubi *n. 15.* appellationem esse permissam in die festo affirmat, quia sine magno strepitu fieri potest, & approbat de Amigant *t. 2. dec. 98. n. 7.* & antea de hac re *n. 3.* Tellez *ad c. fin. de ferijs n. 27.* Fermos. *in d. c. fin. q. 1. n. 32. cum seqq.* & circa appellationem *q. 3. nu. 7. cum seqq.* Altimarus *de nullit. rub. 9. q. 40. num. 37. & 38.* (ubi enumerat adoptionem, emancipationem, manumissionem, & delegationem causarum, appellationem inter actus voluntariæ jurisdictionis) & *numer. 38. & seqq.* Rovitus *in rub. de ferijs numer. 6. in fin.* Barbosa *de potest. Episc. par. 3. alleg. 125. numer. 5.* Buratus *decis. 688. numer. 12.* Fontan. *de pactis nup. tom. 1. claus. 1. numer. 26. & seqq.* & in appellatione admittit *decis. 410. nu. 8. & 9.* & ad idem Conciol. *in Stat. Eugubii lib. 2. rub. 28. num. 27.*

Prout etiam diebus feriatis in honorem Dei potest fieri sen- 10

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sententia excommunicationis; quia necessariò non requirit iudicialem causæ cognitionem, seu processum. Emmanuel Rodrig. *qq. regul. t. 2 q. 59 art. 2.* Genuens. *in pract. Eccles. t. 28. n. 17.* Maranta *in spec. p. 6. art. 10. nu. 47.* Scialoya *de for. iud. c. 12. n. 18.* Layman *in Theol. mor. l. 4. tract. 7. c. 2. n. 7. vers. Secundo.* Anton. *de temp. leg. l. 4. c. 9. n. 15.* Altimarus *de nullit. rub. 9. q. 40. n. 45.* qui antea *nu. 44.* idem tradiderat de absolutione ab excommunicatione ad cautelam. Vela *tom. 2. dissert. 39. n. 44.* qui etiam in absolutione ab excommunicatione indistinctè idem tenet.

11 Sic pariter decretum in alienatione bonorum minoris potest interponi in diebus feriatis, videlicet in inductis ad hominum necessitatem, non etiam in honorem Dei, & Sanctorum. Simon. *de decret. minor. lib. 1. t. 1. insp. 3. n. 84. & 85.* & eo citato Altimarus *de nullit. rub. 6. d. qu. 40. nu. 50. & 51.* & ita intelligi potest Conciol. *in Stat. Eugubij lib. 2. rub. 28. num. 14.*

12 Secundò limitatur, si urget moræ periculum (ut denotant illa verba *d. c. fin. de feriis*, ibi: *Nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat*,) & probant Peguera *in praxi crimin. cap. 26. vers. Prædictis.* Vela *t. 2. dissert. 39. num. 44.* Reg. Cortiada *t. 1. dec. 24. n. 59.* Repetentes, & inter eos Barbosa, Fermosinus, & Tellez *in d. c fin de feriis n. 27.* Ferrer. *3. part. obs. c. 88. nu. 2. circa fin.* (aiens, quod ubicumque est breve, & irreparabile tempus, ibi dicitur necessitatem imminere) Thesaur. *dec. 97. n. 1. & n. 3.* Buccaron *de diff. inter iud. ciuil. & crim. diff. 204. n. 8.* (ubi quod hæc limitatio est generalis, etiam in delicto non gravi, & tam in civili, quam criminali) Vallensis *in parat. ad tit. de feriis n. 7* Rota *part. 18. rec. dec. 394. n. 7.* Sabel. *in summ. diverf. aract. rub. Feriæ.*

13 Et cum (ut dicitur) in casu necessitatis, sustineantur actus iudiciales tempore feriarum in honorem Dei, propterea excusantur iudices rurales iudicium in diebus festivis exercentes in civilibus ad pauperes pertinentibus, dū pauperes à suis servilibus actionibus desistere non possunt sine gravi incommodo. Navar. *in c. 13. n. 13.* Caietanus *in sum. verb. Festorum violatio art. 4.* Bonacina *to. 2. disp. 5. q. vnic. punct. 2. ver. Ampliatur.* Et alijs citatis Fermos. *ad d. c. 1. & fin. de feriis n. 26.* Prat. *obs. 47. n. 210. & seqq.* Altimarus *de nullit. rub. 9. q. 40 num. 13.* ea ratione ultra eas, quas expressit Ximm *de offic. iudic. p. 1. q. 18. n. 104.* & repetit Ripoll *in prax. ad Peguer. rub. 14. num. 146.* sustinetur ea consuetudo, de qua DD. citati attestantur, quæ viget in loco *de Moncada*, qui est de iurisdictione Civitatis Barcinonæ: singulis annis in die Sanctæ Margaretæ Loci Patronæ, sacro, & festo maiori, eò accedunt Civitatis Cōsiliarij, cum Assessoribus, & Scriba maiori, facto præconio, ut quisquis velit iustitiam, eam petat, & Consules eā administrant; in quem locum magnus concursus confluit, cum in eo die nundinæ celebrentur.

14 Prout in debitore suspecto de fuga, qui ea ratione capi potest in diebus festivis in honorem Dei. Covar. *var. l. 2. c. 10. n. 14.* Bero *dec. 1. n. 41.* Mauson. *de caus. exeq. q. 8. ampliat. 1.* Rodoer. ad Marin. *quot. l. 1. c. 118. n. 32.* (ubi quod etiam procedi potest ad sequestrum.) Ferrer 3. *p. obs. c. 88. nu. 2. c. fin.* Tellez. *ad d. c. fin. de feriis nu. 27.* (ubi idem de omnibus rebus quæ tēpore periturę sunt, seu quarum interitus timetur.) Barbosa *in collect. d. c. fin. n 28.* & quę suspicio fugæ sit sufficiens, relinquitur arbitrio Iudicis. Vrrutigoiti *de compet. q. 55. nu. 8.* Fermosin. *in c. 1. & fin. de feriis q. 1. n. 31. cum seq.* Altimarus *de nullit. rub. 9. d. q. 40. n. 13. & n. 27* Conciol. *ad Statut. Eugubij l. 2. rub. 28. n. 29.*

15 Sic executio cartelli ad capiendum pro debito civili in vim instrumenti guarentigij fieri potest die feriata in honorem Dei, quando per Iudicem est ita provisum, nempe fieri tam in die feriata, quā non feriata, & cum hac clausula est cartellum expeditum pro officiali exequenti, & Commentarienſi carcerum traditum, exacto iuramento partis de timore fugæ debitoris, & eiusdem latitatione. Ita Senatus in causa inter Franciscum N. Mercatorem ex una, & Ermenegildum N. etiam Mercatorem ex altera 1. Iunij 1683 referente Nob. Ioanne de Colomer Regio Consiliario. Est in lib. concluſ. illius anni fol. 182.

16 Aliam non dissimilem R. S. observantiam ad sui relationem obtentam recitat Reg. Senator de Amigant *com. 2. dec. 98. n. 4.* in qua expedita executione contra debitorem, nullis in eius domo repertis bonis, conquestus creditor, quòd debitor diebus iuridicis latitabat, & feriatis palam recedebat, ubi de eo constito per informationem, fuit provisum, quòd fieret executio in personam, & bona debitoris, tam in diebus feriatis, quam non feriatis, facto verbo in Regia Audientia in causa Elenæ Roca, contra Iosephum Badia 19. Decembris 1696. scriba Rufasta & Prats Nott.

Ratio huius limitationis est, quia quando periculum est in mora, non attenduntur assuetæ regulæ iuris, à quibus, ius ipsum, recedi posse, statuit, iuxta illud Prosp. 17

Non rectè seruat legalia sabbata cultu
Qui pietatis opus credit in his vetitum.

Punctim Vallensis *in paratil. ad ius canon. lib. 2. tit. de feriis n. 7.* Rodoer. ad Marin. *quot. d. cap. 118. n. 33.* Cancer *var. 2. c. 2. n. 80.* Novar. *dec. 17. n. 3.* Buccaron. *de dif. inter iudic. civil. & crim. d. dif. 204. n. 8.* tradens ad hanc rem diversas instantias, ad tradita in similibus terminis per Ripoll *de consult. c. 7. n. 32. cum seqq.* Reg. Vilosa *de fugit. c. 19 §. 4.* ferè *per tot.*

Tertiò (non diverso iure) limitatur in casu quo res, vel instantia est tempore peritura. Ferrer. *3. p. 3. observ. dict. cap. 88. ver. Nam quamquam.* Peguera *in prax. crim. d. c. 26. ver. Prædictis.* Reg. Cortiada *d. decis. 24. n. 60.* Rodoerius ad Marin *quot. l. 1. d. c. 118 n. 34.* qui hinc infert, quòd casu fructuum, qui sunt brevi tempore perituri, potest tractari tempore feriato, nè marcescant, ut per Caroc. *tract. de locat. & conduct. tit. Colonorum privilegia q. 4 n. 5.* quem sequitur Mele ad Gizzarell. *dec. 58. num. 20.* & proprie *num. 27.* 18

Hinc etiam dicitur, quòd sententia ferri, & actus iurisdictionales exerceri possunt diebus feriatis in honorem Dei, si instantia iudicij, vel iurisdictionis Iudicis sit modico tempore duratura, ut probant Glos. *in d. cap. fin. de feriis.* Gratianus *dec. 5. in addit. n. 3.* Ferrer *obs. 3 part. c. 88. vers. Nam quamquam.* Peguera *in practica crim. d. cap. 26. vers. Prædictis*, & cum alijs Regens Cortiada *d. dec. 24. n. 61.* Vallensis *in paratil. ad tit. de feriis n. 7* inferens quòd si causa intra certum tempus terminari debeat, qui vis tempus præfixum incidat in diem feriatum, potest nihilominus per Iudicem expediri, & de interponenda appellatione etiam in ultimo momēto decem dierum, quā vis sit dies feriatus, scribit de Amigant *dec. 98. nu. 9.* & de supplicatione à sententia criminali, quia tres dies ad supplicandum currunt, etiamsi sint feriati, cum Senatu dixit *n. 12* diversum asserens *n. 9.* de supplicatione in causa civili, quæ die feriata interponi nequit. Quibus adde tradita per Reg. Cortiada *dec. 24. n. 64.* Vrrutigoti *de comp. qu. 55. num. 13.* 19

Ideo causæ Syndicatus, & residentiæ Iudicum, diebus feriatis fieri possunt. Rodoer. ad Marin. *quot. c. 118. nu. 38.* Gizzarell. *dec. 58.* cum Mele *n. 7.* Rovit. *in prag. t. nu. 8. de Syndic. official.* Vrrutigoiti *de comp. qu. 55. n. 10.* Altimarus *de nullit. rub. 9. qu. 40. n. 64.* Reg. Cortiada *d. dec. 24. n. 62.* 20

Ex hac limitatione profertur etiam, quòd cum Cancellarius iudicare teneatur contentiones iurisdictionis inter Curias Ecclesiasticam, & sæcularem, & contentiones super immunitate Ecclesiastica, præfixo illi termino continuo triginta dierum peremptorio, intra quem si non declaraverit, expiret eius iurisdictio in illa causa, & ipso iure iudicatum esse censeatur in favorem Ecclesiæ; propterea possit Cancellarius in illis contentionum causis, etiam diebus feriatis in honorem Dei sentētias suas proferre, & actus iurisdictionales exercere, ut pluribus rationibus, ultra supra relatam, probant Ferrer 3. *part. obser. d. cap. 88.* ubi duo exemplaria refert: alterum 5. Ianuarij 1554. & alterum per Manegat Cancellarium 29. Decembris 1553. Peguera *in pract. crim cap. 26. vers. Posset etiam dubitari*, ubi exemplaria Cancellarij Cathaloniæ laudat, *& in vers. Adhuc etiam*, ubi *in vers. Prædictis in fine* testatur ita pluries observatum, & hoc iure uti. Regens Cortiada *d. decis. 24. num. 54.* ubi ait sic fuisse observatum per Cancellarium Caramona 28. Augusti 1617. 19. Martij, & 29. Iunij 1619. & per Cancellarium Puigmari 12. Martij 1625. 1. Martij 1627. & 29 Septembr. 1630. & per Cancellarium Erill 21. Decembris 1632. 11. Iunij 1636. & 29. Iunij 1638. 21

Quibus adde, sic fuisse observatum die 30. Maij 1578. per Loris Episcopum, & Cancellarium, consult. Quintana, Puig, Michaele Iosepho Quintana, Sans, & Ferrero, in contentione inter Curiam Ecclesiasticam Gerundæ ex una, & Curiam Ordinariam Regiam eiusdem Civitatis ex altera procedimentis in Curia Ecclesiastica factis, continuando causam in vim constitutionum Tarraconen. de invasoribus contra Vicarium Baiulum, & Officiales alios Curiæ Regiæ post sententiam per eundem Cancellarium die 7. Aprilis eiusdem anni 22

in causa

UAB Biblioteca de Ciències Socials

in causa contentionis inter easdem partes latæ, ratione dubij, noviter per dictam Curiam Ecclesiasticam firmati super nullitate supradictæ sententiæ latæ die 7. Aprilis, quæ prætendebatur feriata in honorem Annuntiationis Virginis Mariæ, in vim regulæ de translatione festivitatum; & fuit declaratum, allegationem nullitatis prætensæ non subsistere, & proinde dubium ea de causa formatum non procedere.

23 Quartò limitatur, quia testes examinari possunt etiam in die feriato in honorem Dei; dummodo iuraverint in die non feriato, quia depositio testis retrotrahitur ad tempus iuramenti. Peguera *in prax. rub. 18. n. 6.* & 7. & ibi de Amigant *n. 31.* Cabal. *resol. crim. cent. 3. cas. 227. n. 21.* & *seq.* Tellez *ad c. fin. de feriis n. 27.* Pollh. *de manut. obs. 90. n. 4.* Antonel. *de temp. legal. l. 4 c. 9. n. 19.* ac etiam pluribus citatis Altimarus *de nullit. rub. 9. quæst. 40. n. 56.* Conciol. *in Stat. Eugubij l. 2. d. rub. 28. n. 24.* Rodoerius ad Marinis *Quotidianarum d. c. 118. n. 12.* ubi *n. 14.* idem procedere ait, si adesset periculum perituræ probationis, quia tunc valent examinari testes in diebus feriatis.

24 Has principales assertiones tetigi in materia feriarum circa iudicia civilia, iuxta primam partem *cap. fin. de feriis*, & non ab eius contextura discedendo, eam prosequimur in causis criminalibus, in quibus vendicat sibi locum regula ante proposita, quòd diebus feriatis in honorem Dei, à iudicio, & à reorum supplicijs est abstinendum, ex textu *in cap. 1. de feriis*, per illa verba: *Neque aliquis ad mortem, vel ad pœnam iudicetur*, vbi Repetentes, & probant Peguera *dec. 53. n. 3.* & 10. Burgius *de modo procedendi ex abrupto cent. 1. qu. 25. tota*: (qui *n. 20.* id extendit ad interlocutorias banni) & ita servari per Iudices Deum timentes fatetur Clarus *in §. fin. qu. 97. vers. Quæro*, & ibi Baiad. *n. 8.* Carthar. *de exec. sent. c. ban. c. fin. n. 438.* & *seq.* Thesaurus *dec. 97. nu. 1.* Caballus *cas. 27 n. 1 cent. 3.* (ubi id ampliat, ut in dictis diebus etiam non possit procedi ad torturam) Altimarus *de nullit. rub. 9 qu. 40. n. 23.* Guazin. *defens. reor. 38. cap. 5. n. 1.* Scaccia *de iudicijs l. 2. c. 6. n. 17.* ubi etiam infert, executionem condemnatoriæ sanguinariæ esse horrendam, ac miserabile spectaculum, quod pius animus abhorrere videtur, præsertim in tempore quo abstinemus etiam ab operibus servilibus. Buccaron *de different. inter iudic. civil. & criminal. d. dif. 204. nu. 3.* & *seq.*

25 Sic ad rem scribit Gonzalez Tellez *in d. c. 1. de feriis sub nu. 11.* ibi: *Religionis nostræ Catholicæ priscos cultores magno odio Provinciarum præsides persequerentur, nec festivis diebus ab eorum sede cessabant, ut conqueritur Philo Iudæus in lib. quem scripsit in Flaccum Egypti Præsidem, ubi ita ait: Mos est in neminem damnatum animadvertere, donec solemnes celebritates, natalitiaque Augustorum festa prætereant: at ille per ipsos dies iniustis pœnis affligebat homines innoxios*, Et paulo post: *Novi quosdam Cruci affixos, instante tali festo de Cruce depositos, & ad sepulturam cognatis ex more redditos, quandoquidem decebat, vel ad mortuos redire aliquem fructum ex Imperat. natalibus; at ipse non mortuos deponi de Crucibus, sed vivos Crucifigi iubebat.*

26 Hæc tamen communis regula limitatur primò quoad inquirendum, crimina investigandum, atque de innocentia reorum quærendum per probationes testium, & aliàs omni tempore, etiam feriarum in honorem Dei procedi potest *ex l. Custodias 12. ff. de publicis iudic.* prout eam sic intelligunt DD. & approbant Peguera *d. dec. 53. nu. 8.* Fontan. *tom. 1. dec. 170. n. 8.* Altimarus *de nullit. rub. 9. qu. 40. n. 69.* & 73. (ubi maximè quando delicta sunt gravia, & periculum est in mora, & quod debet, fieri absque scandalo) Burgius *de modo procedendi ex abrupto cent. 1. qu. 25. n. 16.* ne mora afferat præiudicium veritati, & subsit timor subornationis, ut de observantia omnium Tribunalium testatur Cavalc. *de Brach. Reg. de probat. testium n. 55. vers. Nisi essemus in causis criminalibus, part. 3.* vel quia periculum esset in mora, ut consideravit Thesaur. *dec. 95. n. fin.* Sanfelic. *lib. 2. dec. 173. n. fin.* Farinac. *qu. 80. num. 59.* Quando quidem inquisitio, examen, & processus non sunt horrenda spectacula, sed fiunt secreto modo, quo casu populus non divertitur à divinis, nec ullum concipitur scandalum, secundùm Scaccia *de iudic. lib. 2. dict. cap. 6. num. 15.*

27 Secundò limitatur; nam in quibuscumque diebus in honorem Dei, Beatissimæ Virginis, & Sanctorum etiam Paschalibus, & Dominicis delinquens capi, & carcerari potest. Farinac. *in prax. de carcer. & carcerat. q. 27. n. 109. vers. Secundò limita* (qui tamen *n. seq.* hoc procedere intelligit in delictis gravibus, non autem levibus, nisi fugæ periculum immineret, quod & alij per eum citati volunt, & valde æquum esse, sed malè observatum, affirmat Cabal. *dict. resol. 227. cent. 3. n. 11. cum seqq.*

Tertiò limitatur in tortura, quæ reis inferri potest in 28
diebus feriaris in honorem Dei, etiã Paschalibus, & Dominicis, dummodo tamen agatur de crimine atroci, seu enormi; non autem de minori, ut notant Scribentes *in l. Nemo 3. C. de Episcopali audi. & in l. Provinciarum 10. C. de feriis.* Boerius *dec. 259. sub n. 8. in fine, vers. Et tamen.* Clarus *in practica crim. qu. 64. n. 34. vers. Quæro an tortura*, ubi subdit, quòd licèt Brun. *in tract. de indic. & tortur. in quinta q. 2. p. nu. 52. vers. Quæro cum supradictum fuerit*, dicat, quòd consuetudo malè hoc servat, ipse tamen à Iudicibus timentibus Deum vidit observari, ut nisi in delictis capitalibus, rei in diebus feriatis in honorem Dei, non torqueantur, laudatque, ut ita observetur, recitat Cabal *resol. criminl. cent. 3. q. 227. n. 16.* & *17.* (licèt *n. 18.* dicat vidisse pluriès deveniri ad torturam in talibus diebus, etiam in delictis non capitalibus, quod suis rationibus fundat.)

Quartò limitatur in publicis latronibus, insidiatori- 29
bus, qui in diebus Dominicis, & quibuscunque festivis, etiam in venerabili Paschę die possunt poni ad torturam, & etiam mitti ad furcas, *l. Provinciarum 10. C. de feriis; ne* (ut rescribunt Imperatores) *differatur scelerarum proditio confitentium, quæ per latronum tormenta quærenda est: cum facillimè & in hoc summi numinis speretur venia, per quæ multorum salus, & incolumitas procuratur.* Peguera *d. dec. 53. n. 9.* Baiardus ad Clarum *dict. qu. 97. n. 8.* Cabal. *resol. crim. cas. 227. n. 28.* & *seq.* Boerius *dec. 259 n. 8.* Reg. Matheu *de regim. Reg. Valent. c. 8. §. 6. nu. 31.* & *seq.* Marc *dec. 419.* Grandis *de Bel. exul. qu. 2.* Cevallos *comm. contra comm. q. 760. n. 27.* & *seqq.* pluribus citatis Rodoerius ad Marinis *quotid. l. 1. d. c. 118. n. 28.* Burgi *in modo procedendi ex abrup. cent. 1. qu. 25. nu. 10.* Buccaron. *de different. inter iudic. civ. & crim. diff. 204. n. 2.* & *3.* (qui *n. 9.* id extendit contra usurarios, qui raptoribus, & latronibus æquiparantur.) Vallens. *in paratil. de feriis nu. 7.* Thoro *in supplem. dec. vers. Feriatis.* Sanfelic. *l. 2. dec. 173.* Scialoya *de torq. reis c. 8. n. 24.* Altimarus *de nullit. rub. 9. qu. 40. num. 24.*

Quintò limitatur in cæteris insignibus facinorosis 30
(prout sunt nocturni depopulatores, & reperti in quocumque flagranti crimine) argumento textus *in l. Nemo 3. C. de Episc. Audientia.* Farinac. *in prax. qu. 38. nu. 107.* & *seq.* Burgius *de modo proced. ex abrup. cent. 1. d. qu. 25. n. 10. cum seqq.* (ubi in sodomitis) Marcus *d. dec. 410. tom. 1.* Sanfelic. *l. 2. d. dec. 173. n. 3.* & *4.* & *tota*, Reg. Matheu *de reg. Reg. Valent. d. c. 8. §. 6. n. 30.* Clarus *in pract. crim. qu. 97. n. 6. vers. Quæro etiam.* Buccaron. *de different. inter iudic. civil. & crim. dif. 204. n. 4.* & in publicis latronibus, assassinio, homicidio proditorio, & similis atrocitatis criminibus, quoad torturam, & sententiam, ex Peguera, Cabal. Scaccia, Thesaur. Gizzarel. & eius Addit. rem amplectitur de Tristany *dec. 12. n. 14.* & sequitur de Amigant *d. dec. 98. n. 6.* Cabal. *cent. 3. d. cas. 227. n. 38.* ex Angelo *de mal.*, qui dat intelligentiam in ea quod Psalm. dicit: *Beati qui custodiunt, & faciunt iustitiam omni tempore*, omni tempore, id est *competenti*, sed hoc tamen falli asserit in publico latrone nocturno, depopulatore, & alijs committentibus delicta sapientia inhumanitatem, extendendo *d. l. Provinciarum*, quæ loquitur de publico latrone, ad omnes facientes delicta inhumanitatem sapientia, & iterum *nu. 46.* scribit, se vidisse aliquando sententias capitales temporibus feriatis in honorem Dei exequi, vel propter immanitatem criminis, vel ut cæteris transiret in exemplum, & terror inferretur in loco, ubi talia delicta frequentabantur, vel ubi periculum, aut mortis delinquẽtis, vel aliter verteretur, quibus in casibus id fieri quocũque die feriato, etiam Paschatis, vel Dominico ex Alberico *in l. fin. C. de feriis*, ante *nu. 1.* qui etiam subdit communiter observari.

Ratio supradictarum Quartæ, & Quintę limitationum 31
est, quia delictorum atrocitas non meretur dilationem temporis, & quandoque enormitas criminis permittit, quòd recedatur à legibus, & à regulis iuris, *l. 1. C. de prec. Imper. offerend.* Cœpola *in tract. de pœna fur. c. 144. n. 54.* Menoch. *de arbit. lib. 1. quæst. 84. num. 9.* Rodoerius ad Marinis *quotidia. lib. 1. cap. 118. num. 29.*

Non enim potest fieri majus Sacrificium Deo, quàm 32

ut hi, qui in suam, & aliorum perniciem divagantur, competenti debeant rigore compesci, ex text. *in cap. tali* 23. *quæst.* 5. Cevallos *comm. contra comm. d. quæst.* 760. *n.* 29. subdens cum Seneca, quòd non potest pinguior victima Deo mactari, quàm reus iniquus: & ita decisum refert Gizzarel. *d. dec.* 58. *n.* 13. Rodoericus ad Marin. *quotidia. l.* 1. *d. c.* 118. *n.* 28. Cabal. *cent.* 3. *d. resol.* 227. *num.* 31.

33 Reverenter tamen, & religiosè supra à DD. communiter amplexas limitationes admittit Julius Clarus *in* § *fin. lib.* 5. *pract. qu.* 97. *nu.* 6. aiens, quòd in feriatis in honorem Dei, vel Sanctorum, & qui pro festis servantur, nunquam vidit ex equi sententiam aliquam criminalem, in qua esset imposita pœna sanguinis, quia licèt non esset peccatum, esse tamen horrendum, & miserabile spectaculum, à quo propter Dei reverentiam est abstinendum, & quòd quamvis in enormissimis delictis fieri soleat in diebus feriatis in honorem Dei capitalis executio, iuxta text. *in l. Pœn. Cod. de ferijs*, vidit tamen semper apud eos dictam executionem in alium diem non feriatum dilatam esse, & quòd ita servant Iudices Deum timentes; (tradit tamen quòd levis castigatio quandoque permittitur, & affert exemplum de latrone, qui in Tholosa, ex eo quia crumenam abscinderat, in die Paschatis virga cæsus fuit, & in exilium missus) sequitur Cabal. *resol. crimin. cent.* 3. *cas.* 227. *n.* 41. & amplectitur Peguera *dec.* 53. *n.* 10. *vers. Et quamvis*, docens, quòd licèt *in d. l. Provinciarum* 10. *Cod. de ferijs*, ita se habeat, vt diem Paschalem non excipiat, quominus in eadem die publici latrones puniri, & exequi possint; nunquam tamen id vidit practicari in diebus Dominicis, & Sanctorum, in quibus in toto Populo cessatur ab operibus servilibus, & quòd nunquam vidit exequi sententiam aliquam criminalem, in qua imponeretur pœna sanguinis, subdens, *d. l. Provinciarum* 10. *Cod. de ferijs* posse practicari, & apud nos locum obtinere in diebus feriatis in honorem Dei non festivis, id est in quibus à Populo non cessatur ab operibus manualibus, sequitur Buccaron. *de def. inter iudic. civil. & crim. dif.* 140. *nu.* 7. aiens, quòd videtur horrendum, quòd illo die, in quo totus populus debet cessare ab operibus manualibus, carnifex operetur ad destruendam hominis imaginem, ad Dei omnipotentis similitudinem fabricatam. Et repetit *dif.* 204. *nu.* 9. (vbi *n.* 10. id limitat, nisi periculum esset in mora.)

34 Ad hanc partem refero, quòd idem Peguera attestatur *d. dec.* 53. *nu.* 9. *in fine*, in N. publicum latronem, qui in ferijs Nativitatis Domini fuit sententia Regia morte condemnatus, & executus, cuius executio proculdubio fuit in diebus feriatis Nativitatis Domini, utique tamen non festivis, in quibus à Populo non laboratur; aliàs namque sibi contrariaretur, in eo quòd *in eadem dec.* 53. *n.* 10. *vers. Et quamvis* asserit, nunquam vidisse practicari in diebus Dominicis, & Sanctorum huiusmodi executiones capitales sanguinis fieri, & solum practicari posse in feriatis, non tamen festivis.

35 Sic fuit observatum in execrabili, & atrocissimo delicto, quod commisit Ioannes N. qui delatus fuit, quòd cū esset Hospitalerius domus, & hospitij Valetudinarii pauperum Civitatis Balagariæ præsentis Principatus Cathaloniæ, sacrilegè derobavit de mense Novembris tunc dimissi hora cauta, & multò manè ex Sacrario Ecclesiç dicti Hospitalis pyxidem argenteam deauratam, in qua servabatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & arcam minorem argenteam, servientem pro ministratione eiusdem Eucharistiæ Sacramenti: cum quibus, dicta tamen pyxide effracta, & in fragmenta divisa, fuit apprehensus in termino Villæ de Blanes eiusdem Principatus. Et die 20. Decembris 1695. (in quo die celebratur Visita Generalis Regiorum carcerum, & est ultimus dies iuridicus ante ferias Nativitatis Domini Nostri Iesu-Christi,) *referente* Magnifico Ioanne de Moratò Regio Cōsiliario, fuit condemnatus, quòd dictus Ioannes N. fustigaretur palam, & publicè per loca solita præsentis Civitatis Barcinonæ, & quòd postea nudus veheretur curru etiam per loca solita, & quòd carnes eius forcipibus ignei apprehenderunt, & quòd manus dextera illi amputaretur in platea publica, dicta *lo Born*, & quòd in loco supplicij ingularetur per collum, taliter quòd naturaliter moreretur, & anima illicò ab eius corpore separaretur, & quòd eius cadaver in frusta, seu partes scinderetur, & ad emmendam damni dati, liquidatione reservata, & quòd illius caput, & manus ducerentur ad dictam Civitatem Balagarij, vt ibi caput publicè in cava ferrea appenderetur, & manus patenter parieti affigerentur, & quòd post latam sententiam, & ante illius realem executionem torqueretur in caput sociorum dicti sacrilegij. Hæc sententia fuit executa die 22. eiusdem mensis Decembris 1695. (non obstante, quòd fuerat lata die iuridico, ut diximus,) & sic in die feriato Nativitatis Domini Iesu-Christi, non tamen festivo.

Ad hæc etiam nota, quòd in causis hæresum etiam in 36
diebus feriatis ad honorem Dei, & Sanctorum eius, possunt Inquisitores procedere, quia non meretur festivitatibus iuvari is qui contra fidem Christi, in cuius veneratione inductæ sunt, falsas doctrinas, & dogmata propagare non recusavit. Amat. *resol.* 48. *num.* 8. decisum attestatur. Masarareu. *var. resolutionum l.* 3. *resol. fin. per tot.* Rodoer. *quæst. ad Marin. l.* 1. *c.* 118. *n.* 31. aiens, quòd solent hæretici diebus festis iudicari, & puniri, ut maior fit populi concursus ad aliorum terrorem. Vallensis *in paratil. ad l. de ferijs n.* 7. Barbosa *in collectan. in cap. fin. cod. tit. nu.* 33. ex Marc. Antonin. *var. resol. l.* 3. *resol* 48. *pertot.* vbi *n.* 20. asserit, in hoc dubio rescriptum fuisse à Supremo Tribunali S. Vniversitatis Urbis sub die 26. Iulij 1605. sententias condemnationis in causis Sancti Officij posse ferri in die Dominico, & alijs diebus festivis. Fermosinus *cap.* 1. *& fin. de ferijs n.* 42. imò hæreticum morti tradere. Altimarus (ex Carena *de offic. I. Inq.*) *de nullit. rub.* 9. *qu.* 40. *n.* 74.

Tertiò limitatur, ut non procedat in quocumque re- 37
perto in flagranti crimine magno, iuxta Glos. & communiter DD. *in d. l. Provinciarum* 10. *Cod. de ferijs*, docet Peguera *d. dec.* 53. *n.* 10. allegans, iuxta illam doctrinam sic fuisse in Regio Concilio observatum in Bartholomço N. dicto *lo infant*, qui cum in tempore feriarum percussisset Vicarium Regium præsentis Civitatis Barcinonæ ictu pugionis, ex quo ictu postea fuit sequuta mors, fuit in flagrantia criminis captus, & postea, durantibus dictis ferijs, quæ mediùm erant, fuit morti traditus, & executus. Fuit in facto hoc sequuta mors una cum resistentia 27. Iulij 1603. & 1. Augusti eiusdem anni fuit lata sententia, ut constat in lib. conclus. crimin. illius anni fol. 65.

Nec objicias, in exemplari enarrato fuisse iudicium 38
criminale prolatum, & exequutum tempore feriarum æstivarum, quia respondetur, quòd nihil diversum fuisset observatum, si succederet delictum tempore feriarum in honorem Dei (modò tamē non exequeretur in illis feriatis festivis) ob flagrantiam delicti magni, ut sentit Peguera *d. dec.* 53. *n.* 10. dum collocat illud exemplare inter eas limitationes, quas admittunt DD. iuxta mentem text. *in d. l. Provinciarum* 10. *Cod. de ferijs*, quod versatur in terminis feriarum ad Dei honorem.

Sic etiam Ioannes N. aliàs *lo Rebató*, & Franciscus N. 39
aliàs *lo Bort de na Toreta* 12. Augusti 1698. referente Magnifico Francisco Ameller Regio Consiliario, delati de nece perpetrata in hac Civitate die 10. eiusdem mensis media nocte in Officiale Regium, dictum Caput Scubiarum fuerunt condemnati, quòd raptati per terram ducerentur in locum supplicij, & ibi iugularentur, & scinderentur in frusta.

Hi etiam aliunde fuerunt capi in flagrantia delicti, nā Vicarius R. post illud commissum, ad eos capiendos inquirendo persequebatur, sed id fataliter Vicario accidit, nam cum criminosos illos in quadam domo huius Civitatis intercluses haberet, ipsi cum valida resistentia iactu instrumentorum manualium in eum occurrerunt, ex quo mortuus remansit. Atverò quia de hoc ultimo delicto nō fuerunt plenè convicti, ideo in sentētia Regia solummodo fuit factum delatum de primo; cum clausula tamen; *de alijs criminibus, & delictis.*

Observa in hoc exemplari, non requiri qualitatem fla- 40
grantiæ delicti, ad puniendum reos in ferijs æstivalibus, quia etiam ea deficiente proculdubio id fuisset executum. Et ampliùs arbitror, quòd ad id ipsum non se negaret Senatus, quamvis evenisset delictum in ferijs ad honorem Dei, ob eorum immanitatem, & atrocitatem, quæ est altera ex limitationibus regulæ, quam nunc prosequimur, modò tamen executio differretur ad alterum ex diebus feriatis at nō festivum, ut fuit antea pluriès probatū.

Obiter est ponderandum duas singularitates tentas fu- 41
isse in hoc ultimo exemplari. Primam, nam nocturno tēpore, scilicet ab hora 3. die 12. Augusti usque ad secundam matutinam diei sequentis fuit instructus processus, tam ad reorum offensam, quàm etiam ad defensam, congregato Regio Criminali Concilio in domo meæ habitationis, & circiter horam quartam matutinam diei 12. fuit publicata sententia in Palatio Regio coram Excell.

Domino

Domino Locumtenente Generali, ut celeriter posset à criminosis pœna lui, inspecta atrocitate delicti, quæ exposcit modum procedendi citra regularem ordinem, ad tradita per Burgium *de modo procedendi ex abrupto cent. 1. quæst. 25. num. 23. cum seqq.*

42 Secundam, quia ante lapsum 7. horarum spatium post susceptum Sacratissimum Christi Corpus, fuerint Rei morti traditi, suscipiendo doctrinam existimantium, quòd transcursis solùm quatuor horis à suscepta Eucharistia, potest reus sanguinis pœnas luere, ut tenet Victorel. *in notis ad cap. 28. lib. 2. Toleti*. Emmanuel Sà *verbo Eucharistia numer. 2.* quasi eo tempore jam fuerint species Sacramentales consumptæ.

43 Imò & post unicam tantùm horam, malunt Navarrus *in manual. c. 25. nu. 23. & consil. 40. de pœnis, & remissionibus*. Emmanuel Sà proximè citatus, Fagund. *præcepto 3. l. 1. c. 4. n. 3.* Sotus *dist. 12. q. 1. art. 12.* Clavis Regia *l. 6. c. 12. n. 9* Sanchius *in selectis disp. 4. n. 4.* Diana *resol. moral. p. 3. tract. 6. miscel. resol. 59. vers. Unde afferunt multi, & 5. p. tract. 3. resol. 38.* Leander *qq. moralium in 7. sacr. par. 2. tract. 7. disp. 2. q. 14.* Quoniam etsi nonnihil habeat irreverentiæ, statim à communione, mortis pœnam à reo exigere, huic tamen malo satis occurritur unius horæ intervallo, ut subiungit Diana *dicta resolut. 59. in fine*, tenet Fragosus *de Regimine Reipublicæ sæcul. l. 5. disp. 12. n. 65.* P. Garcia *in sum. de excel. Sacerd. tract. 3. difficult. 4. rubr. 4. punct. 1. n. 8. & 17.* quæ omnia supradicta accepi à Narbona *in Horograph. juris hora 24. n. 61. cum quatuor seqq.* licèt contrariæ sit opinionis, considerato jure Castellæ:

44 Recipiamus ulterius dispositionem text. *in c. fin. de feriis*, ubi in fine statuitur, quid observandum in feriis indictis in utilitatem, vel hominum necessitatem; & licèt ex eo textu desumatur regula, quòd in diebus feriatis in utilitatem hominum indictis, judicium agitatum est nullum, & sententia in illis diebus lata, pariter nulla judicetur, ut probant etiam text. *in l. Ne quis 1. l. si feriatis 6. ff. de Feriis. l. Custodias 12. ff. de publ. judic. l. si ut proponis 4. Cod. quomodo, & quando Judex*.

45 Limitatur tamen, accedente partium consensu expresso, vel tacito, ut probat idem text. *in d. c. fin. de feriis*, & illustrant, pluribus citatis, Regens Cortiada *dec. 24. n. 56. & 57.* de Amigant *dec. 98. n. 1.* (ubi rem declarat) Peguera *d. dec. 53. n. 15.* Vallensis *in paratil. ad tit. de feriis nu. 6.* Barbosa *ad c. fin. eod. tit. n. 34.* Cala *de feriis q. 5. tot.* Sabell. *in sum. diverf. tract. ver. Feriæ.* Fermosinus plenè *ad c. 1. & fin. de feriis q. 6.* Altimarus *de nullitat. rub. 9. q. 40. nu. 11.* (asserens ex Gizzarello *dec. 58.* in feriis temporaneis, & tempestivis validam esse sententiam, & acta facta, si à parte non opponatur de feriis. Rota *dec. 415 nu. 14.* post Posth. *de manutenendo*, quidquid dicat Scop. ad Gratianum *dec. 144. nu. 5.*) & *nu. 34.* Conciol. *ad Statut. Eugubii lib. 2. rub. 28. num. 6. cum seqq.* & ibi Romaguera *num. 41.* (ubi quòd nec feriis repentinis partes renuntiare possunt, ex Altimar. Hunn. & aliis.)

46 Aliæ limitationes supradictæ regulæ, quòd in diebus feriatis non liceat procedere, nec jus dicere in causis civilibus quas supra probavimus respectu feriarum in honorem Dei, aptiùs procedunt in his feriis, in utilitatem hominum indictis, veluti in actibus extrajudicialibus, ut approbat Peguera *d. dec. 53. n. 12. & 17.* (ubi varia exempla adducit (vel si viget moræ periculum. Peguera *d. dec. 53. nu. 11.* aut si res, vel actio est tempore peritura, idem Peguera *nu. 16.* & in examine testium, qui antea die non feriato jurarunt, idem Peguera *nu. 12.* qui ad alias limitationes *à num. 17.* progreditur, & eas uti parùm apud nos practicables dimitto, ac etiam illas quas pietatis causa suadet, de quibus apud DD. *in d. cap. fin*

47 Eam tamen limitationem, (ut supra insinuavimus) quatenus in diebus feriatis in hominum utilitatem, imò etiam in feriis indictis in Dei honorem, possint fieri actus extrajudiciales, non prosequendam arbitror, sumendo quæstionem, an in dictis diebus feriatis possint expediri litteræ directæ Judicibus Delegatis Apostolicis, ut inform ent banchum Regium. In qua variat observantia; nam interdum practicatum vidi, in illis litteris præfigi diem, si non foret feriatus, sin autem sequenti die non feriato, prout evenit 3. Julii 1449. in expeditis in locumtenentia Reginæ Mariæ à dicto anno usque ad 50. fol. 129. Et in aliis 21. Julii 1451. in eadem locumtenentia ab eo anno usque ad 55. fol. 10. Et 28. Julii 1525 sunt litteræ contentæ in conclusione facta 28. Julii 1525. in lib. conclus. illius anni fol. 1. de qua Ferrer *observ. par. 3. cap. 174.*

Interdum simpliciter illæ litteræ expeditæ fuerunt cum 48
præfixione diei certi, videlicet 8. Julii 1449. in citata locumtenentia Reginæ Mariæ fol. 135. & 1. Augusti ejusdem anni fol. 149. prout nuper ita observandum apparet, juxta formas quas tradit Peguera *in praxi crim. cap. 24. fol. mihi 133.* Ferrer *3. part. observ. cap. 271.* Reg. Cortiada *decis. 29 post num. 134.*

Etiam pro declaratione bannimenti versus Judicem 49
Commissarium Apostolicum fuit assignatus dies, qui feriatus non esset, sin autem die sequenti non feriato cum sequentium continuatione, ut fuit practicatum die 24. Septembris 1627. Est in lib. conclus. civil. illius anni fol. 55. in causa firmæ juris factæ per Fisci Procuratorem Patrimonialem, procedimentis factis per executorem Apostolicum, ut idem observat Peguera *in prax. crim. d. cap. 24. in formulis de fol. 136. & fol. 138.*

Don Acacius de Ripoll *var. cap. 1. nu. 56. & de Regaliis* 50
cap. 11. nu. 68. & 69. attestatur, quòd dubium illud evenit in anno 1609. in facto Conservatoris Sancti Joannis Hierosolymitanen. qui procedebat contra Ludovicum de Corbera, Dominum Baroniæ de Llinàs, qui firmaverat jus coram Vicario Barcinonæ inter ferias mensis Julii, & Augusti, eadem firma, ac si esset in Regia Audientia, dicto D. Ripoll patrocinante, & litteræ fuerunt expeditæ, & præsentatæ dicto Conservatori, & coram Ordinario ventilata causa, quousque finitæ fuerunt feriæ, & congregato Regio Concilio, causa fuit evocata ad Regiam Audientiam, & referente Hieronymo Senjust Regio Senatore, fuit declarata in favorem dicti Corbera: scriba causæ Cortès, subdens ibi: *Ex his nota stylum peregrinum, multi existimabant non posse causam fieri intra ferias; sed expectandum esse dies juridicos Reg. Audientia. Ego tamen solus hæc attentavi, felixque fuit exitus in mei favorē.*

Reg. Cortiada *dec. 29. p. 1. n. 74. & 75.* docet, quòd Vica- 51
rii Reg. Cathaloniæ, & alii Judices Ordinarii non possunt citare Judicem Ecclesiasticum Delegatum ad informandum banchum Regium, quia hæc sunt de reservatis Principi; Etiamsi Dominus Locumtenens Generalis esset absens à loco, nec etiam sub prætextu juvandi jurisdictionem Reg. Audientiæ; nisi esset periculum in mora, vel damnum illaturum esset irreparabile; secus si non esset periculum in mora, ex Fontan. *p. 2 dec. 316. nu. 12. 24. 25. & 26.* quod propterea non transit cum doctrina dicti Ripoll citati, in casu quem refert, videlicet, quòd ex quo erant in Regia Audientia feriæ Julii, & Augusti, fuit introducta causa coram Ordinario, & penes eum prosecuta; nam ait Reg. Cortiada, quòd etiam tempore feriarum Julii, & Augusti evocantur causæ ad Regiam Audientiam, & si opus est, congregatur Aula ejus cui commissa est, in domo Præsidentis illius, seu antiquioris. At si Reg. Audientia esset prorogata, tūc quia periculum esset in mora, existimat, doctrinā traditā à Rip. practicari posse.

Et amplius docet idem Cortiada *t. 3. dec. 123. n. 53.* quòd 52
in diebus feriatis in utilitatem hominum, ut in feriis æstivalibus Julii, & Augusti, citatio, hoc est præceptum Judicis de citando, præcepti executio, hoc est præsentatio litterarum citationis, & relatio nuntii fieri potest, ex Parlador, Tondut. Ripoll, Quesada Pilo, quibus additur Fermos. cum pluribus citatis *ad cap. 1. & fin. de feriis num. 6. cum seqq.* licèt secus asserat esse in feriatis in honorem Dei, in quibus citatio, nec citationis præsentatio, ac relatio nuntii fieri valet, ex Maranta, Cevallos, Muscatel. Salgado, Rodoer. ad Marinis, & aliis, sed Ego id intelligo cum limitationibus circa regulam generalem antea positam in judiciis civilibus.

At differentia illa, quam considerat Reg. Cortiada *d.* 53
dec. 29. n. 75. inter ferias æstivales, & ferias R. Audientiæ prorogatæ, ut in illis non possint Vicarii Regii Judices Ordinarii citare Delegatos Ecclesiasticos ad informandum banchum Regium, nisi esset periculum in mora, vel damnum illaturum esse irreparabile: at in his prorogationibus Reg. Audient. tunc quia periculum esset in mora, doctrinam traditam à Ripoll posse practicari, difficilius mihi redditur, si consideratur, quòd tam in feriis in utilitatem hominum indictis, quàm etiam Reg. Audientiæ prorogatæ fieri possunt evocationes causarum ad Regiam Audientiam, at non nimis frequenter illis est utendum, sed ex justis motivis, arbitrio Senatus regulandis, annotat Regius Senator de Amigant *t. 2. dec. 98. nu. 1.* Buccaron. *de different. inter judic. civil. & crimin. d. f. 204. nu. 7.* qui in hac re fraternizat ferias indictas in utilitatem hominum cum feriis repentinis.

54 In hac ergo implicata controversia, ex observantia, & Nostrorum doctrinis involuta, opinor, quòd non est regulanda ex rationibus antedictis, sed ex peculiari; nam modus procedendi per informationem ad banchum Regium, quatenus Delegatus Apostolicus vel revocet procedimenta, aut compareat informaturus in Regia Audientia, extrajudicialis est per modum simplicis. & nudæ notionis ad succurrendum oppresso, quam adhibet Princeps de mero facto ex politica, & œconomica auctoritate, ut latiùs probavimus *dec.* 138. *à n.* 1. *usque ad* 15. ubi *n.* 5. *& seq.* diximus, quòd nec litteræ, quæ expediuntur, apparenter continent citationem, sed nudam, & meram exhortationem; propterea affirmo, quòd hæc omnia cum remediis assuetis ad sublevandum gravamen exerceri possunt tempore feriato, etiam in honorem Dei (prout ita vidi practicatum in anno 1695. diebus 29. & 30. Decembris) ut de actibus extraiudicialibus supra docemur, & proculdubio quando urget necessitas. At cum Noster Senatus circunspectè in his gerendis procedat, ideo interdum eo remedio utitur modo regulari observando ferias, quamvis sint feriæ in utilitatem hominum indictæ: interdum extra ordinem, & irregulariter quando inordinatè opprimitur recurrens, commensurando defensionem cum oppressione: & sic conciliata manet observantia, in contrarium ponderata & doctrinæ quæ fundantur in evocationibus, & citationibus judicialibus, quæ exerceri possunt non indistinctè in diebus feriatis, sed habito discrimine inter ferias in honorem Dei, & alias in hominum utilitatem, ut supra enodatur.

55 Obiter observa, quòd cum habito respectu ad integram solis revolutionem viginti quatuor horis naturaliter evenientem, spatium hoc naturalis dies appelletur. Theo. Rub *in horario universf. Ecclesiæ c.* 15. *nu.* 2. Narbona *in horograph. juris in antelogio nu.* 28. *& seqq.* Fermos. *ad c.* 2. *de feriis q.* 1. *à nu.* 19. ideo quando de diebus simpliciter fit mentio, dies debent intelligi naturales (& non solares) viginti quatuor horarum spatium continentes, ut in terminis præconizationis ad rigandum declaravit Senatus, referente Regio Senatore Sabater, inter Syndicum de Constantino, & alios ex una parte, & Syndicum Civitatis Tarraconæ ex altera die 6. Octobris 1588. Est in lib. concluf. civil. Illius anni fol. 240.

56 Tandem pervado ad judicia criminalia, quæ licèt dicant DD. exerceri non posse in feriis ad utilitatem hominum, nisi cum limitationibus, quas supra protulimus circa ferias in honorem Dei, admitto tamen quod scribit Julius Clarus *l.* 5. *§. fin. q* 97 *n.* 6. quod consuetudo aliter obtinuit, nam in diebus feriatis in utilitatem hominum indistinctè fiunt executiones sententiarum criminalium etiam capitalium, probat Buccaron. *de dif. inter judic. civil. & crimin. dif.* 140. *n.* 5. Sabell. *in sum. tract. diverf. ver. Feriæ* (qui extendit consuetudinem ad ferias ad honorem Dei, & Sanctorum, plures ad id DD. allegans, & signanter Cala *de feriis q.* 4. *n.* 171. *& seqq.* ea ratione, quia amicus Dei est qui destruit inimicos Dei, quæ tamen consuetudo apud nos non est admissa, nisi ut supra habetur, & solùm eam approbo in feriis ad utilitatem hominum, ut infra.) & in omni genere delictorum, tam in instruendo inquisitiones, quàm in eas judicando posse apud nos procedi in feriis illis, ac in omnibus publicari præconizationes, quæ tendunt ad utilitatem, & publicum interesse, apparet approbatum, & in feriis Julii, & Augusti fuit pluriès obtentum, signanter 3. Augusti 1610. ubi facta fuit concluso laudamenti Curiæ. Est in lib. concluf. crim. illius anni fol. 398. Et 1 Augusti 1628. fuit facta conclusio præconizationum, quibus publicabantur quidam criminosi pro inimicis suæ Majestatis. Est in lib. illius anni fol. 82. Et respectu aliarum præconizationum; ita sub diebus 1. Januarii 1674. 23. Decembris 1688. 3. Januarii 1694 20. Julii 1696. 22. Decembris 1698. Et die 22. ejusdem mensis 1699. Et 1. Augusti 1630. declaratus sonus emissus. Est in lib. illius anni fol. 260. Et 17. Julii 1632. declaratio assistentiæ in favorem possessoris, pendente causa civili. Est in lib. illius anni fol. 210. Et die 5. Augusti 1616. pro fractura carceris fuerunt condemnati ex majori parte tres ad fustigandum, & ad triremes. Est in lib. illius anni fol. 101. Et 28. Julii 1622. condemnatio ad furcam pro nece proditoria, & appensatè perpetrata jactu archabussii, seu *pedrenyal*. Est in lib. illius anni fol. 309. Et 22. Julii 1637. pro nece, latrocinio, & plagio condemnatio ad furcas. Est in lib. illius anni fol. 191. Et 9. Augusti 1604. condemnatio, pro nece appensatè, & per insidias perpetrata, ad scindendum in frusta. Est in lib. illius anni fol. 213. Et 9. & 13. Augusti ejusdem anni condemnatio latronum ad furcas. Et eodem die 9. Augusti 1616. condemnatio trium latronum ad furcas. Est in lib. illius anni fol. 102. usque ad 108. Et pro eodem delicto 6. Augusti 1603. fuit alter condemnatus ad mortem, alter ad triremes perpetuas, & subtus furcam. Est in lib. illius anni. Et 24. Julii 1696. referente Regio Senatore Moratò, fuerunt condemnati Joannes N. Jacobus N. & Petrus N. delati quòd die 30. Novembris 1695. noctu inter octavam, & nonam horas cum armis, & magna violentia derobarunt in platea Divi Francisci de Paula, præsentis Civitatis à Doctore Antonio Grato Perpinyà & Masferrer Cive honorato Barcinonæ, & Gerundæ, Deputato Regali præsentis Principatus Cathal. & ab ejus famulo, ensem, pecunias, & alias res quas deferebant, & de aliis criminibus, & delictis, & fuerunt condemnati ad fustigandum, bullandum, & ad remigandum.

Nec his obstat, quod tradit Nobilis, & Regius Senator 57
de Tristany *p.* 1. *dec.* 12. *nu.* 14. in delatis de portu tormentorum manualium, vulgò *pistolàs*, qui à sententia triremium per decennium contra eos lata 11. Julii 1668. supplicarunt, & proposito dubio junctis Tribus Aulis, an posset procedi ad causam supplicationis in feriis Julii, & Augusti, per omnes ferè Regios Senatores interloquendo fuit declaratum pro observantia feriarum, ex quo delictum delationis armorum judicatum fuit leve delictum: de quo exemplari, citato de Tristany, mentionem facit Nobilis, & Regius Senator de Amigant *t.* 2. *dec.* 98 *nu.* 6. quia respondetur, quòd delictum tormentorum manualium, verum est, quòd leve reputatur, attento jure communi; atverò delationis armorum parvæ mensuræ (vulgò *pistolas*, quæ proditoriæ, & insidiosæ sunt) grave est delictum, & pro eo apud nos est imposita in edictis Regiis pœna triremium in perpetuum, ut latiùs dixi *part.* 1. *dectf.* 29. *num.* 17. *cum seqq.*

Non inficior tamen quòd differre declarationem causæ supplicationis quousque forent finitæ feriæ æstivales, fuit in auctoritate Reg. Concilii, pensatis aliquibus circunstantiis; quæ forsan in eo casu obvenerunt.

Hæc quæ circa ferias in utilitatem hominum indictas 58
in præsentiarum proferimus, multò fortiùs admitti debent in Visitationibus Generalibus Carcerum Regiorum, (de quibus apud Me *dec.* 12. *n.* 6 *cum seqq. & in annot. nu.* 42.) ac etiam in visitationibus particularibus, (licèt interdum viderim controversum) quæ omnes exercentur in diebus juridicis, prout ante diximus. Ac etiam ita fuit observatum die 14. Julii 1613. in quo fuerunt tres condemnati ad furcas, qui die decima ejusdem mensis derobarunt, & occiderunt Comitem *de la Bastida* in itinere Regio Molendinorum Regiorum. Est in lib. fol. 169. Et die 14 Julii 1613. inveniuntur in Visitatione Generali diversæ conclusiones, & inter alias ea quæ est in lib. concluf. crim. illius anni fol. 422. & 423. ubi tres ex portu tormentorum manualium parvæ mensuræ, fuerunt condemnati ad omnimodam pœnam Regiæ Pragmaticæ; & duo fures fuerunt condemnati ad fustigandum, & banniendum.

Destitit hìc calamus! Veruntamen ingenti gaudio perfusus, exulcavit animus. Nam Hispanas nostras pervenit ad Oras Rex Catholicus Philippus Quintus, omnium qui pectora allicit. Obscurato illo caro Hispaniarum Sole Carolo, lacrymæ per amantia lumina assiduo imbre madebant. Tamen Te oriente nitidissimo Sole, ò Rex! venit post multos una serena dies: & quosquos amisimus legitimo fœdere junctos amores; hos, & omnia in te fortunatè consecuti sumus. Et tandem aliquando, Tu Magne Philippe, validissimis, & magnanimis Alexandris Hispaniam fecundissimè locupletabis; & in vastissima tua per quatuor Mundiales Orbes longè latèque diffusa Imperia, potenti dextera dominaberis; benignitate, pietate, atque clementia, justitia, & amore comitantibus. Idque ipsa jam tua egregia facta pandunt, ut buccina altè canens Magnas it fama per Urbes.

Et hæc pro ista Tertia Parte, quæ omnia utinam cedant in Sanctissimæ Tryados laudem: Virginis Deiparentis Montisserrati honorem: Principis Triumphantis, & Militantis Ecclesiæ Archangelis Michaelis virtutem; Ac totius Cœlestis Curiæ gloriam: Nostrique omnium utilitatem. Et quidquid in ea dixerim, S. Matris Ecclesiæ limæ, & censuræ, ac me ipsum libentissimè submitto. Quæ si aliud censet, aliterve statuat, sentio idem & Ego: hæc animo, ac menti meæ sententia constans est, semperque manebit.

A D.

ADDITIUNCULÆ AD DECISIONES PARTIS TERTIÆ.

AD DECISIONEM CV.

Num. 4. cum seqq.

1  iscopus Fermosinus *c.fin. de libelli oblatione q.4 §.1.n.16.* per illa verba: *Verum ex d. Tridentino non illico deveniturcontra contumacem per sententiam excommunicationis, nisi quando alia remedia non suppetunt, docet enim ibi Concilium, & mandat, ut Judices Ecclesiastici se abstineant in causis iudicialibus, tam in procedendo, quàm in diffiniendo, à censuris Ecclesiasticis, quando executio realis, vel personalis fieri potest. Sed quòd per mulctas pecuniarias procedatur, sive per captionem pignorũ, vel per sonarum, vel alia iuris remedia, & tunc demum ad censuras perveniant, quando supradicta fieri nequeunt: Ex quo evenit, quòd si Judex incipiat à remedio censurarum, nisi præcedentibus nuper dictis, poterit alioquin causa deferri ad Concilium Supremum, interposita priùs appellatione à talibus censuris ad Judicem Ecclesiasticum superiorem. Et si Judex censuras proferens, noluerit deferre appellationi, poterit negotium deferri per viam violentiæ ad Regium Supremum Concilium, vel Cancellarias, secundùm dicta in c.2. de iudic. à qu. 19. Notat Paz in terminis dict. 2. part. tom. 2. cap. unico num. 7. & 8.*

AD DECISIONEM CVII.

Num. 2. 3. & 16.

2 Regens Cortiada *p.5.dec.259.n. 37. cum pluribus seqq.*

AD DECISIONEM CXXIX.

Num. 6.

3 Velazquez *de privil.miserab. qu.1.nu.13.*

AD DECISIONEM CXXX.

Num. 35.

4 Salgado *de Reg.protect. p.1.c.2.§.3.nu. 26. & 27.* asserens, si in articulo de admittenda, vel deneganda appellatione, sint probabiles utrinque opiniones, non potest contra Iudicem Ecclesiasticum per viam violentiæ procedi, qui iustis, & probabilibus causis non detulit appellationi. Sequitur Vicecanc. Crespi *obs.1.n.296.* qui improbat sententiam Salced. *de l.pol.l.1.c.9.tot.* affirmantis *n.27.& 28.* teneri Iudicem Ecclesiasticum in eo casu se accomodare opinioni appellantis, & Senatum opinioni recurrentis. Quemadmodum confessarius tenetur stare sententiæ probabili confitentis: docens ibi: *Quia meo videri longè diversa est ratio: quia data opinione in foro interiori habet pœnitens ius iustitiæ ad petendam absolutionem, ut probat Diana resolutionum moralium p.3.tract.5. res. 104. in fine. In foro tamen externo numquam subditus litigans, ius habet ad compellendum Judicem, ut suæ opinioni probabili adhæreat, & alteri litiganti præiudicet, sed proprium iudicium, ut diximus, Judex sequi debet, atque ita quoties utitur suo iure, nequit dici vim facere.*

AD DECISIONEM CXXXII.

5 Fraso *de Patron. Reg. t.1. cap.37.*

AD DECISIONEM CXXXIV.

Num. 11.

6 Xammar *de offic. iudic. part. 1. qu. 3. nu. 30.*

Ad num. 18. cum seqq.

7 Fr. Alfonsus de Madriaga *in tract. de Senatu, & Princ. c. 39 §.2.* Episcopus Caramuel *in resp. ad Reg. Portug. pag. 174.* cum his Reg. Lopez *super discur. ordinat. Peruan. c. 18. & seq.* (qui respondent obiici Bullæ in Cœn. Domin. & quòd examen diplomatum Ecclesiasticorum non solum est licitum, sed imò necessarium est, ut infra) Salzed. *de leg. pol.l.1.c.8.n.68. & l.2.c.3.c.4. & c.8.* De hoc Principatu attestantur Covar. *pract.c.34.& 35.* Capiblanch. *de Baron. prag.8 p.2.n.2.* Aufr. *de potest. sæcul. super Eccles. reg.2.fol.30.* Thesaurus *dec.82.tot.* & ibi Addit. *& dec.131. n.4.* Alciat. *cons.24.n.1.* Bened. *in c. Raynutius ver. Uxorem, de testam. dec.2.n.331.* Menoch. *de recup. possess. remed.15. n.221.* Gutierrez *l.1. Canonic.c.34.n.22.* Piçar. *vir. illust. vir.7.c.4 obs.1 fol.374.* quem allegat Salzedo *de leg. polit. l.1. cap.8. num. 68.*

Const. 1. & 9. *tit. Que los Estrangers:* & aliæ *eod. tit.* 8
Prag 9. *tit. de Bisbes, y Prelats in 2. vol. Cons.* de quibus Oliba *de iur. fisci c.10. num. 4.* Et 6. Maij 1472. fuit conclusum in R. C. quòd concederentur Raymundo Caralan executoriæ, promoto ad Beneficium Ecclesiasticum, dummodo non esset suspectus Locumtenenti Generali. Et 9. Maij subsequenti fuit conclusum, quòd ex quo non erat suspectus, expedirentur executoriæ.

AD DECISIONEM CXXXV.

Num. 23; cum seqq.

Sic concessæ fuerunt litteræ ad relationem Nobilis Io- 9
sephi Pastor & Mora R. Sen. 28. Maij 1686. instantibus quibusdam Ecclesiasticis in observantiã *c. Causæ omnes,* in actis Llampillas Regij Scribæ mandati. Et 26. Septembris 1699. ad relationem Magnifici Dominici Aguirre Regij Consiliarij, instantibus quibusdam Presbyteris Villæ de Monblanch, in actis Llampillas & Prous Regij Scribæ Mandati.

AD DECISIONEM CXXXVI.

Antunez Portugal *de donat. Regijs t.1-p.2.l.1.c.32. tot.* 10
& 33. Fraso *de Reg. Patr. Ind. t.1.c.41. tot.* maximè *à n. 45.*

AD DECISIONEM CXXXVIII.

Num. 2.

Sanfelicius *in prax. sect. 50. n. 13* Tapia *dec. 24. in fin.* 11
Marinis *lib quot. cap. 328. num. 2. cum seqq.*

AD DECISIONEM CXXXIX.

Num. 4.

Doctrina est insignis, & Sanctæ Virginis D. Theresiæ 12
de Iesu *part.1.epist.27.n.4* ibi: *Mas al punto que el Nuncio diò sentencia que se desbriesse (habla de la reforma) la confirmò à ella Dios, y le dixo que acudiessen al Rey, y que le hallarian en todo como Padre; y lo mismo dexò la Virgen, y San Joseph.* Et *super notis* Excellentiss. Palafox dicit ibi: *Buena aprobacion es esta, no solo de el Sennor Rey Felipe Segundo, que fue padre de todo lo bueno, y santo, y promoviò à la Religion, con fe tan ardiente, y constante como, es al mundo notorio, sino de todos los Sennores Reyes sus successores, y de nuestro religiosissimo y pissimo Monarca, que como Padres de sus Reynos, mucho mas, que como Reyes procuran su defensa, y su remedio, y alivio, quanto cabe el alivio en la defensa.* Est in terminis quibus versamur de tuendis personis Ecclesiasticis, & Religiosis.

Ad num. 30.

Ramon ex Cassiod. & Rugin. *consil. 51.n.4* aiens, quòd 13
in qualitate est, non in quantitate peccatum, siquidem mensuram non quærit iniuria, imperium si in parvo contemnitur, in omni parte violatur, nam si Princeps magistratus quos elegit, revereri non curat, se quoque minùs verendum facit, ex quo si Populus Principis membra in magistratibus parvipendere didicit, ipsum quoque Principem paulatim contemnere adsuescit.

Ad num. 34.

Reverendissimus Pater Eusebius Nieremberg. *t.3. in* 14
polit.

polit. cent. 1. de dictamenes prudentes, de ad. 1. nu. 6. & 7. ibi: El secreto es llave de la cordura, no se puede quexar se ays publicado à todos, quien no le callò à uno. Lo que no quieres sepan muchos, no lo digas à nadie. Como puedes confiar del vezino lo que con tu misma confiança quebrantas? El callar aun al necio acredita, al prudente asegura. No ay cosa de menos riesgo, ni mas reputacion, que la templança de la lengua, ni ay cosa de mas peligros, ni menos autoridad que la demasia de palabras.

Ad num. 35

15 Regens Cortiada *part. 5. decis. 260. nu. 11. cum pluribus sequentibus.*

Ad num. 48.

16 Ad id quod dicitur, quòd Usaticorum, & Generalium Constitutionum observantiam iurat Dominus Rex in principio sui regiminis, ut annotat Oliba *de iur. fisc. c. 3. n. 28.* adde, nisi adsit necessaria absentia, vel iustum impedimentum, ut declarat idem Oliba *c. 4. n. 34. 35. & 36.* ibi *Sed neque Dominus Rex ab huiusmodi iurisiurandi religione volutt excusari, quinimo initio sui regiminis iusiurãdi præstat, cap. Item quam los nostres succeidos, tit. de iureiurando, voluntario, necessario, & fidelitatis. Mier. in 2. Curia Barcin. Iacobi 2. c. 29. collat. 4. & hoc est valdè rationabile iuxta not. in c. Ego N. de iureiur. ex. & propter correlationem domini, & vassallorum in c. 1. qualiter domino vassall. iurare debet fidelit. & c. 1. P. Dominus quoque de forma fidelit. & in us. Cunctum malum, us. Qui viderit. vers. Sed si senior, & de forma huius iuramenti infra dicetur c. 10. acciderunt tamen aliqui casus, in quibus propter necessariam absentiam Domini Regis, qui nondum iusiurandum præstiterat in hac Provincia iuxta d. const. Iacobi 2. Neque in hac Civitate secundum privilegium Pet. 3 eidem concessum, Magistratus creati à Domino Rege, qui nondum iuraverat, fuerunt admissi in hac Civitate, & in alijs Civitatibus, & Villis Cathaloniæ, & Comitatuum Rossil. & Cerit. quia, quod est illicitum in lege, necessitas facit licitum, l. Impossibilium de regul. iur. D. ubi Dec. c. Nemo potest ad impossibile de reg. iur. in sex. ubi glos. fin. imò necessitas, quæ ex impossibilitate proficiscitur, excusat à periurio, & censetur iusiurandum remissum. Din. ibid. plura not. Innoc. & Felin. in c. 1. de constit. ex. quod in his terminis scripsit Mier. coll. 10 cap. 5. ab aquesta, n. 8. & 9.* Et infra ibi: *Sic accidit tẽpore R. Pet. 3. ut refert Carbonellus. Sic. in an. 1558 scribit. Ferrer ubi sup. c. 9. Sic & in anno currenti 1598. de mense Septembris, sequuta morte Philippi Regis, & Domini nostri recolendæ memoriæ, fuit enim admissus in Locumtenentem Generalem Domini Regis Philippi, successoris in Regnis, Illustrissimus Dominus Laurentius de Figueroa, cuius potestas expiraverat per mortem Regis.*

17 Celebris est doctrina Excellentissimi Domini Vicecancel. Crespi *obser. 1. n. 255.* in illis verbis: *Imò in omnibus nostræ Coronæ Regnis vidimus Regem nostrum Philippum Quartum nunc feliciter regnantem, omnia gessisse indistincte, nullis reclamantibus, sed conformi obedientia plaudentibus, absque eo quòd sua Maiestas iuramentũ præstitisset, nec à Regnis iuratum fuisset. Et meminit in Curijs anni 1626. quemdam Iurisconsultum in Brachio Militari dixisse, non esse Regẽ ante iuramentum, & ex illis adstantibus alios eum increpasse, quasi abominanda verba pronuntiasset, alios, tamquam ignorantem, & ridiculum contemptisse. Et verè contrarium neque decens, neque dignum est nostra fidelitate, obsequio, & debito erga Principes nostros amore. Maximè, cum iuramentum non recusent Principes, sed alterum rerum mole impediti, ad Curias in Regnis Coronæ tam celeriter celebrandas, accedere nequeant.* Cum superius citatis, & alijs rem doctè prosequitur Reg. Matheu & Sanz *in tract. celebran. curias, cap. 6.* in illis aureis verbis: *Pero esta obligacion se deve entender, y siempre se ha entendido, de suerte que vaya à jurar lo mas aprisa que los grandes negocios que cargan sobre los ombros Reales se lo permitan; porque si conesta templança regulan las obligaciones de los particulares nuestros Consultos Paul. in l. de pollicitationibus 8. ff. de pollicitation. ibi: Qui cum primum potuerint, & in 2. §. ff. si ex noxali causa ibi: Cum primum potuerit se exhibiturum, & simil. con quanta mas razon deven regularse en los Monarcas, à quien recien heredados los ocupan tan grande numero decuydadas, y empleos: Y si en Catalunna à los convocados à Cortes, que tienen precisa obligacion de comparecer personalmente, los admiten la escusa assi verdada con solo su juramento. Peguer. in styl. cur. d. part. 1. c. 10. n. 2. in fin. & num 8. Que razon ha de aver para que al Principe le pidan mas que su assercion para verificar el impedimento? Assi lo han sentido, y sienten doctissimos Letrados, practicos en las Leyes de nuestra Corona. Olivan. dict. c. 4. n. 35. Cancer var. l. 3. c. 3. n. 56. Mier. collat. 10. c. 5. n. 8. & seq. Bosch. in d. tract. l. 5. c. 38. vers. Aquest juram. Pujades in discurs. iur. Ducis de Alcalà §. 1. & §. 4. Philip. Vinges* (maturato assensu consultus) *in alleg. cur. discurs. 4. n. 105. cum seqq. Regens Martinez del Villar tract. de innat. fidelit. Aragon. p. 99. in not. Eruditissimus Iustitia Aragon Exea in discurs. de obligat. iur. Doctissimus Regens Heredia in dissertat. amplissima huius materiæ: & doctus pariter Oscariz in discur. iurid. nuper edito. como se manifiestan en sus escritos: assi lo han aconsejado à la Diputacion los mas graves Abogados que ha conocido Aragon, al tiempo que sucedió el Gran Filipe, y en el anno passado de 1676. de los Valencianos ay dos, Doct. Francisc. Hieronym. Leo in disc. pro Regalia edito, anno 1622. & D. Crespi d. obseru. 1. n. 255. ubi testatur de observantia totius Coronæ Aragonum; que valen por muchos.*

Ferrer *observ. part. 3. cap. 82. num 5.* noster R. Senator 18
Aguilo *in discursu verid.* super hoc puncto.

AD DECISIONEM CXL.

Num. 49.

Don Sebast. de Cortiada *de iurisd. c. Gener. qu. 7. nu. 18.* 19
Nobilis de Tristany *dec. 31. n. 61. & 62. & dec. 51. n. 21.* Nos *dec. 4. n. 29.* Gobius *consult. 89. n. 6.* Fajard. *alleg. fisc. 22. n. 113. & seq. alleg. 32. n. 74. & alleg. 49. n. 29. in fin.* Solorz. *de iur. Indiar. l. 2. c. 21. nu. 24. to. 2.* Pechis *de aquæduct. l. 2. c. 9. q. 23. nu. 11. & 12. & l. 1. c. 7. qu. 2 n. 35. 37. & 47.*

AD DECISIONEM CXLI.

Urrutigoiti *de compet. q. 40. & q. 41.* An possint remitti 20
Prælati ad Summum Pontificem.

Ad num. 32.

Fraſſo *de Reg. Patron. Indiar. t. 1 c. 43. tot.* ubi de praxi 21
communi, quam ornat varijs exemplis.

Ad num. 44. & seqq.

Scialoya *de foro comp. c. 19. n. 27. & c. 32. n. 2. & c. 33. nu.* 22
104. Solorzano *in polit. l. 4. c. 23. vers. Resta aora, fol. 745.* Cutellus ad Dianam *l. 2. q. 53.* Daniel *de Nobilibus disp. 11.* & alij plures allegati à Don Sebastiano de Cortiada *de iurisdict. Capitan. Generalis qu. 21. n. 24.*

Ad num. 72.

Fraſſo *de Reg. Patron. Indiar. t. 1. cap. 42.* ubi de pœnis 23
inobedientium.

AD DECISIONEM CXLIII.

Num. 22.

Sic in facto contentionis iurisdictionis ortæ inter Cu- 24
riam Ecclesiasticam Tarraconæ ex una, & Curiam sæcularem Procuratoris Regij eiusdem Civitatis, Campi, & Vicariæ Tarraconæ ex altera parte, occasione firmę in ris in dicta Curia sæculari factæ per eius Fisci Procuratorem, procedimentis, sive monitorio per dictam Curiam Ecclesiasticam factis Onophrio Rossell Regio Procuratori, ad instantiam Procuratoris, tàm Fiscalis dictæ Curiæ Ecclesiasticæ, quàm Patrimonialis mensæ Archiepiscopalis eiusdem, ex quo per dictum Regium Procuratorem fuerat iniunctum, & mandatum Vicarijs, tàm Regio, quàm dicti Archiepiscopi, quatenus revocarent præconium, de eorum mandato in dicta Civitate Tarraconæ publicatum, continens quòd omnes tenerentur manifestare bona cuiusdam Naviculæ, sive ut vulgò dicitur *Sagetia*, quę naufragium passa fuerat in littore eiusdem Civitatis; de quibus bonis per dictum Regium Procuratorem, ad quem spectat, iam facta fuerat apprehensio tanquam de bonis vacantibus: quia Domini bonorum dictorum non apparuerunt, qui postea supervenerunt, & restituta fuere. Et per Cancellarium Erill 17. Martij 1632. fuit declararum, consultoribus Carreras, Rubi de Marimon, & Llorens, firmæ iuris factæ in dicta Curia sæculari Procuratoris Regij, Civitatis Campi & Vicariæ Tarraconæ per eius Fisci Procuratorem, locum fuisse, & esse.

F I N I S.

INDEX

INDEX
RERUM, ET VERBORUM MEMORABILIUM,
Quæ in hac Tertia Parte decisionum continentur.

A

A B B A S.

ABBAS qui præest Collegio, habet in Monachos iurisdictionem ordinariam in causis civilibus, & criminalibus, non tantùm per viam correctionis, sed etiam in forma iudicii, dec. 149. nu. 21.

A B S O L U T I O.

Absolvere potest inferior, quando recursus ad Pontificem non est facilis; ita tamen, ut cum potuerit, adeat superiorem, dec. 132. n. 13.

A C C E S S O R I U M.

Accessoria, & incidentia sequuntur naturam sui principalis, & fiunt eiusdem subiectionis iurisdictionalis, dec. 156. n. 13.

A C T O R.

Actor, aut aliàs Reus præfertur in foro, quando alter ex his privilegio, & iure communi iuvatur, dec. 152. n. 22. & 23. traditur ratio.

A C T U S.

Actus non debent operari ultra agentis intentionem, dec. 144. n. 90.

A D V O C A T U S.

Advocati cavillosè causas patrocinantes, in expensis de bonis propriis condemnantur; & similiter temerè supplicantes in causa non supplicabili, & ob subtractionem processus inhibentur ab officio iudicandi, & consulendi in omnibus Curiis sæcularibus, dec. 109. n. 25. cum Senatus decisionibus.

Advocati priùs curare debent de iuribus Patriæ, quàm de iure communi, dec. 111. num. 38.

Advocatis sub pœna iniunctum fuit per Dominum Regem Petrum Tertium, ne advocando protegerent Officiales Curiæ Ecclesiasticæ, ut traherent laicos ad suum forum, pro rebus, & causis profanis, dec. 117. n. 5. cum Regiis declarationibus.

Advocatus consulens contra Pragmaticas, perturbando, & impediendo Regiam iurisdictionem, quomodo sit puniendus, dec. 134. nu. 36. cum Senatu.

A L I M E N T A.

Alimentorum incidens in causa matrimoniali remitti debet ad Iudicem Ecclesiasticum, coram quo pendet causa divortii, dec. 155. numer. 4. & 5.

In alimentorum causa coram Iudice sæculari principaliter, intentata, solùm iste est causæ competens, nec potest per Ecclesiasticum præveniri, dummodo de separatione tori, aut matrimonii nullitate non agatur, ibidem num. 13.

An alimenta peti possint coram Iudice laico, lite coram Ecclesiastico super validitate matrimonii pendente, ib. n. 10. usque ad 13.

Alimentorum taxatio per Iudicem sæcularem præventa, & facta sine mixtura spiritualitatis, adhuc non pendente causa principali coram Ecclesiastico super separatione tori, aut matrimonii nullitate, sustinetur, ibidem nu. 14.

Alimentorum taxatio fit coram Iudice sæculari, personæ per cum sequestratæ, ibidem nu. 23.

Alimenta possunt taxari per Iudicem sæcularem, donec per Rotam vel alium Iudicem Ecclesiasticum provideatur, ibidem nu. 40.

Alimentarii necessitate, excusabile fit indicium quod necessitas infert, d. dec. nu. 41.

Alimenta non debentur uxori, quando culpa sua recessit à viro, decis. 156. num. 18.

A L V E U S.

Alveus novus, quem sibi fecit flumen, efficitur publicus; & ita est Principis, licèt antea esset privatus, dec. 143. n. 13. cum Senatu.

Alveus antiquus si cum impetu, vel aliàs à flumine sit derelictus, & novus alveus factus sit, alveus antiquus pertinet ad Dominos qui propè ripam prædia possident pro modo latitudinis, decis. 143. num. 14. cum Senatu.

A P P E L L A T I O.

Appellatio à sententia lata in causa à Iudice prorogato, interponenda est ad superiorem Iudicis prorogati, non prorogantis, dec. 107. numer. 10.

In casu appellabili si Ecclesiasticus non defert appellationi, recurri potest ad potestatem Regiam Supremam, dec. 107. n. 11.

Appellationis beneficio iuvatur excommunicatus, dec. 107. n. 17.

De appellatione ad contentionem valet argumentum, dec. 107. n. 18. & 19. cum declaratione.

Appellare potest pars ad Regiam Audientiam ab excessu, seu gravamine illato à Iudice sæculari, quando requisitus ab Ecclesiastico excedit in exequendo, dec. 109. n. 4. 5. 6. & 7. cum pluribus Senatus decisionibus & uum. 20.

Appellatio in Regia Audientia non admittitur, nisi constito de sententia, & appellatione, dec. 109. nu. 23.

Appellatione, vel supplicatione stante, aut petita in integrum restitutione à declaratione brachii sæcularis, potest fieri executio, præstita cautione, dec. 111. n. 32. 33. 34. & 35. cum limitationibus, & observantia Regii Senatus.

Appellatione pendente, Brachium sæculare non conceditur, nisi sit frivola, vel interposita in casu non appellabili, dec. 111. nu. 33. 34. & 35. cum pluribus Senatus decisionibus.

Appellatio an interponi possit per privatum beneficio curato ob non residentiam, tam quoad effectum suspensivum, quam devolutivum, dec. 130. nu. 17.

Appellatio habet utrumque effectum, quando exceptiones evidenter, & notoriè excusant à residentia, dec. 130. nu. 27.

Appellatione exclusa, nunquam exclusa intelligitur nullitas, & iniustitia notoria, dec. 130. num. 28.

Appellatio ex solo gravamine, vel iniustitia privationis Beneficii Curati, vel privationis fructuum ob non residentiam, habet effectum suspensivum, dec. 130. nu. 35. & 36.

Non adest violentia pro recursu Regio ob denegatam appellationem, quando est dubium inter Doctores, an appellatio sit admittenda, dec. 130. n. 37. & in addit. nu. 4.

Appellationi non deferens Iudex Ecclesiasticus Delegatus, an, & quando vim faciat: ita ut locum habeat Regalia protectionis Regiæ dec. 132. n. 1. ubi n. 2. & 3. & in addit. num. 5. quod requiritur, quod constet de appellatione, & sit interposita in casu appellabili, & quoad utrumque effectum, nisi Iudex à quo appellationi detulerit, etiam in casu non appellabili n. 4. & quid, admissa appellatione cum clausula, *si, & in quantum*, nu. 5.

Appellationi si detulerit Iudex à quo iam non potest se ultro intromittere, nec potest procedere ad sequestrum, & si partem in causa primitiva gravaverit, vim facit, dec. 132. n. 6. cum Senatu & dec. 133. nu. 39.

Appellatio à provisione sequestri an sit admittenda, decis. 132. n. 18. 19. 20. & 21.

Quæ in appellationis causa observantur, dispositæ censentur in supplicationis causa, decis. 133. nu. 25.

Appellatione non impeditur sequestrum legitimæ positum, & ideo in provisione sequestri apponitur clausula *post exequutionem intimetur*, decis. 133. num. 40.

Appellare ad sæcularem à mandatis Apostolicis, est odiosum, scandalosum, & in fidem suspectum, decis. 138. num. 30.

Appellari potest ad Regiam Audientiam à sententijs definitivis, per Baiulum Generalem latis, & causę appellationis ad eam evocantur sine aliqua qualitate; non autem à provisionibus interlocutorij, etiam habentibus vim definitivæ; per dictum Baiulum prolatis; nam ab istis reclamatur, iuxta formā &c. dec. 145. n. 35.

Appellationes interpositæ à præconijs, & mandatis, sine clausula iustificativa expeditis, evocantur ad Tertiam Aulam Regiæ Audientiæ, & durante Vice Regia, ad Tertiam Aulam Vice Regiæ Audientiæ, decis. 143. num. 36. vbi nu. 37. traditur ad id Regium reſcriptum.

Appellatio ab interponi possit in diebus feriatis, & an in vltimo momento decem dierum; quamvis sit dies feriatus, vide in verbo *Feriæ*.

A Q U A.

Aquæ publicæ, Flumina, Littora, & Ripæ, in dominio, & proprietate sunt Principis, & istarum cognitio etiam inter Clericos, & Ecclesiasticas personas pertinet ad Bajulum Generalem Cathaloniæ, dec. 143. n. 1. & 2. & à n. 3. usque ad n. 9. traduntur declarationes in Bajulia Generali, & Senatu, & in causa contentionis factæ.

Aquæ publicę, & laudimii liquidatio ad rigandum mansum privatum in causa cum Ecclesiastico pertinet ad Bajulum Generalem Cathaloniæ, dec. 143. n. 10. cum declaratione contentionis.

Aquæ quantitas magna debet esse, & quòd possit prodesse ad bonū publi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

publicum, ut publica dici valeat, (& ut possit Bajulus Generalis ejus usū alteri concedere(aliàs enim privata dicitur,dec.143.n.11.
Aqua fontis quando non scaturit in magna, & notabili quantitate,sed in valde modica,itaut nequeat prodesse publico secundum suum naturalem fluxum,dicitur privata,& non publica, & ita concedi non potest à Principe,nec ab alio quolibet, invito Domino fundi,cui aqua privata cedit. dec. 143.n. 12. cum Senatu.

ARBOR.

Arborum incisio ad fabricam navium, & triremium Regiarum est Regalia, dec. 144. num. 1.
Arbores aptæ ad fabricandum triremes, etiam inspecto iure communi, non possunt incidi, ibidem num. 2.
Arbores grandes, quamquam infructiferæ, dicuntur fructiferæ ex ramorum incisione, dec. 144. n. 31.& usque ad n.33.ubi nu.34. id præmaximè procedit, quando arbores illæ grandes non renascuntur.
Arbores ad ædificandum aptæ, dici non possunt sylva cædua, sed sylva non cædua, quare non erit permissum Domino servitutis eas scindere? quemadmodum nec permittitur usufructuario,vel colono, dec.144. num.60. usque ad 62. 63. traditur minùs id licere usuario.

ARGUMENTUM.

Argumentum de tempore ad personam valet, quod declaratur,dec. 116. numer. 5.
Argumentum quod sumitur ab etymologia, & nominis acceptatione, validum est in iure, dec. 144. nu. 7.

ASSISTENTIA.

Assistentia est adhibenda per Iudicem sæcularem Ecclesiastico pro executione iudicati super causa mere spirituali, aut contra Clericum per suum proprium Iudicem condemnatum: & tunc tantum tenetur Ecclesiasticus edere sæculari sententiam prolatam, provisiones, aut præcepta authenticè, aut illum requirere cum litteris, in quibus inseratur sententia, seu provisio, & si est Delegatus, litteræ suæ delegationis, dec. 108. n. 6.
In assistentia quam præstat sæcularis Ecclesiastico, an sit necessaria partis citatio, dec. 108. nu. 7. cum seqq. & nu. 17.
Assistentia in quo differat à brachio sæculari,dec.108. n. 13. & 14.
Assistere Ecclesiastico Iudex sæcularis indistinctè non stringitur, dec. 108. num. 15.
Assistentiam concedere,sine partis citatione,& processus recognitione, aut brachium Regium Ecclesiastico impertiri sine partis citatione, & summaria actorum cognitione, pendet à Senatus iudicio, dec. 108. num. 16.
Assistentia negatur, si de iniustitia Iudicis Ecclesiastici constet, dec. 108. num. 17.
Assistentiam concessam fuisse absq; partis citatione,pluribus exemplaribus comprobatur,dec.108.n.18. & 19. contrarium fuit observatum in exemplari relato n.20.21. & 22.quia res erat magni ponderis,quæ poterat pacem publicam,& quietem totius Principatus perturbare, ibidem.
In assistentia concedenda possunt extraiudicialiter audiri partes,& Advocati,dec. 108. n. 23. cum Senatus observantia.
In assistentia, declaranda interdum ponitur clausula: *Donec aliter per suam Sanctitatem fuerit provisum*,dec.108.n.24.cum Senatu.
Assistentia etiam conceditur Ecclesiastico,cum mandatis in forma Cancellariæ expeditis,& interdum verbo, dec. 108. n. 25. 26. 27. & 28. cum Regii Senatus decisionibus.
Assistentia non fuit denegata Ecclesiastico,etiam in præceptis extraiudicialibus iuxta facti circunstantias,dec.108. n. 29.& 30.ubi decisio Trium Aularum Regiæ Audientiæ.
Assistentia est concedenda per Iudicem Ecclesiasticum sæculari ad obtinendum copiam instrumentorum, quæ fuerunt recepta in posse alicuius Rectoris, dec. 111. n. 5. cum Senatu.
Assistentia pro capiendis reis plerumque verbo impertitur Inquisitoribus,& istorum Ministris in causis fidei,& etiam per mandatum in forma Cancellariæ expeditum,dec.125.n.35. cum exemplari. Vide in verbo *Inquisitor*.
Assistentia conceditur Vicario Generali, in controversia suscitata super validitate,vel invaliditate eius electionis, decis. 135. nu. 7. usque ad num. 17.
Assistentiæ provisio durat,etiā post sententiam Iudicis Ecclesiastici,quando iste processit sine causæ cognitione,dec.135.n.19.&20.
Assistentia conceditur Ecclesiastico pro manutenentia possessionis rei Ecclesiasticæ,dec.138. n.35. & 36. ad id reseriptum Regium.
Assistentia Regia datur dicto possessori,si scandalum,vel timor armorum immineat, dec. 136. nu. 6.
Assistentia iussè conceditur ad exequenda contenta in mandatis Rotalibus, quando ad id etiam compelli posset Iudex sæcularis per censuras Ecclesiasticas, dec. 136. nu. 17.
Assistentia,vel manutenentia an sit possessori concedenda per Regium Criminale Concilium, an per Regiam Audientiam Civilem an per ambas Aulas, Civilem, & Criminalem, anve per totum Senatum iunctis Tribus Aulis, traditur dec. 136. nu. 20.
Assistentia quomodo apud nos concedatur,& de praxi nostra circa modum eam concedendi,dec. 138. n. 51. usque ad n. 54.
Assistentia pro exercitio iurisdictionis in suos subditos,conceditur Iudici Ecclesiastico recurrenti ad Principem sæcularem, quæ tanquam extraiudicialis fuit approbata à Rota Romana, dec. 138. numer. 55.
Assistentia extraiudicialis enneessa fuit Ecclesiastico ad capiendum suum subditum per Regium Senatum,quæ fuit approbata per S. R. Romanam, dec. 138. a n. 56. ad 60. ubi quomodo ea fuit practicata.

AUDITOR.

Auditor Cameræ Apostolicæ non potest cognoscere de causis, Ecclesiasticum forum attingentibus in prima instantia,nec monitoria decernere ad extrahendas partes à suis domiciliis, decis. 135. numer. 27.
Auditor Cameræ Apostolicæ in prima instantia non est Iudex ordinarius, & sic eius iurisdictio non prorogatur, ibidem n. 28. quod limitatur numer. 29.

AUXILIUM.

Auxilium Iudicis sæcularis requiritur,ut Iudex Ecclesiasticus possit exequi suas sententias contra laicos, & eorum bona in causis civilibus latas,in quibus contra eos procedere potest, dec. 106. n. 4. & 5. & ibi declarationes.
Auxilium ab Ecclesiastico contra laicum imploratum, quomodo petendum, & exequendum est, dec. 109. num. 9.
Regius Senatus auxilium aliquando concedit Ecclesiastico extraiudicialiter,& ut purus,& merus assistator,dec. 110. nu. 27.
Auxilia Regia,& privata omnino distant, dec. 138. n. 28. & 29.
Auxilium Famulorum,Amicorum, & Familiarium licet privato invocare pro defensione naturali,& sic multo potius auxilium Regium dec. 147. numer. 46.

B

BANCHUM REGIUM.

Banchum Regium informaturi citabantur antiquitùs Ecclesiastici, antequam competentiæ declararentur per Dominum Regem, & suos Regios Ministros, decis.126.num.17.& 18.
In bancho Regio audiebat Curia Regia Ecclesiasticum, an processerat in suo casu, & si adhuc Ecclesiasticus persistebat, quomodo procedebatur, decis.127.num.33.34.& 35.cum exemplaribus.
Banchum Regium informare,quid sit, dec. 128. nu. 2. & 3.
Banchum Regium usurpatur pro Regia Audientia, ibidem nu. 4. & 5. ubi Ius usurpatur pro loco,in quo ius dicitur,& n. 6. traditur proprium esse Senatoris sedere in loco ubi ius profert.
Banchum Regium informando Iudex Ecclesiasticus quam sedem habeat in Regia Audientia, dec. 128. num. 7.
Banchum Regium informaturos esse Iudices delegatos gravantes laicos pro factis profanis, dec. 128. n. 8. 9. & 10. cum innumerabilibus exemplaribus & n. 11. usque ad 14.
Banchum Regium ut informet Iudex Delegatus,ei diriguntur litteræ,in quibus non dicitur,*citamus,vel mandamus*,sed *dicimus*, *& monemus*,dec. 138. numer. 4.
Modus procedendi ad informandum banchum Regium per Iudices Ecclesiasticos, non tantum ex immemoriali possessione, verum etiam approbatus videtur per confirmationem Apostolicam dec. 139. nu. 53. & dec. 140. tot.

BAIULUS, ET BAIULIA GENERALIS.

Baiulia Generalis huius Principatus cognoscit de beneficiis Regii Patronatus,& de eorum dotibus,& redditibus,etiam inter Ecclesias,Clericos,& Ecclesiasticas personas, tam in iudicio possessorio,quam petitorio, & etiam de Beneficiis, quæ vacante ex promotione ea obtinentium ad Episcopatus,& de remediis, quibus utitur Regius Senatus adversus eam Regaliam usurpantes, dec. 137. per totam.
Baiulus Generalis cognoscit de emphyteusi,vel feudo, quę sunt de Regio Patrimonio,ad quem etiam spectat ius dicere in prima instantia super controversiis itinerum,viarum,vel locorum publicorum,dec.142. fere per totam.
Baiulus Generalis cognoscit de re emphyteuticaria,si ista est de Patrimonio Regio, sive reus Clericus sit, sive causa inter Personas Ecclesiasticas sit in prima instantia,dec. 142. n. 13. cum litteris Regiis,& n.14. traditur contentionis declaratio,ubi id amplatur ad Arrendatarios iurium Regalium,& n.15.traditur cum Senatu, quod qualitas emphyteuticaria probari debet, in qua iurisdictio Iudicis capibreviationis fundatur.
Baiulus Generalis cognoscit de feudalibus Regii Patrimonii,etiam inter Ecclesiasticos,dec. 142. n. 18. 19.& 20. cum Senatu, & n. 21.traditur Regium diploma,quod rem distinguit.
Baiulus Generalis cognoscit,& coram eo conveniuntur Ecclesiasticæ personæ pro via publica usurpata,& pro ædificatione,seu constructione in via publica,dec.142.n.24.ubi n. 25. & 26.contentionum declarationes,& n.27. celebris Senatus observantia traditur.
Baiulus Generalis Cathaloniæ cognoscit in prima instantia privativè ad Regiam Audientiam de iuribus Regiis,& sic de concernentibus Regalias,& Regium Patrimonium, etiam inter Clericos,veluti de causis Fluminum, littorum, Riparum, Aquarum publicarum,bonorum vacantium,Minarum, Venarum, seu Fodinarum cuiuscunque metalli, Pedagiorum, & lesdarum, ac iurisdictionis, si hæc est de interesse Regii Patrimonii: de secundis vero instantiis,& etiam de præconiis, ac mandatis sine clausula iustificativa cognoscit Tertia Aula Regiæ Audientiæ, vel Vice Regiæ, decis.143. per tot.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Baiulus Generalis Cathaloniæ pro laudimio aquæ publicæ ad rigandum mansum privatum in causa cum Ecclesiastico cognitionem habet, dec. 143. n. 10. cum declaratione contentionis.

Baiulus Generalis ut possit usum aquæ alteri concedere, debet aquę quantitas esse magna, & quod bono publico profit, dec. 143. n. 11

Baiulus Generalis cognoscit de bonis vacantibus, etiam inter personas Ecclesiasticas, dec. 143. n. 16. & à n. 17. usque ad nu. 22. Senatus, & contentionum declarationes.

Baiulus Generalis, quomodocumque habeat interesse Regium Patrimonium, (de quo qualitèr debeat constare remissivè) cognoscit etiam inter personas Ecclesiasticas, prout de pedagiis, minerariis, & de venis, seu fodinis auri, argenti, stanni, & aliorum quorumque metallorum, & de lesdis, dec. 143. nu. 24. & 25. Senatus declaratio.

Baiulus Generalis de interesse causæ iurisdictionalis Regii Patrimonii habet cognitionem, dec. 143. nu. 38.

Baiulus Generalis in prima instantia ita cognoscit de causis concernentibus Regalias, & Regium Patrimonium, ut in prima instantia aliqua qualitate dictæ causæ evocari non possint; bene verum est, quod Assessores Baiuliæ Generalis Cathalonię compelli possunt ad partis petitionem per Proregem, & Locumtenentem Generalem, ut non pronuntient, nec sententient in causis, nisi facto verbo in Regia Audientia, qui iuxta eius votum insequendo conclusionem, nomine dicti Baiuli Generalis sententiam proferre debent, dec. 143. n. 34.

A Baiuli Generalis sententia definitiva appellatur ad Regiam Audientiam, & causæ appellationis ad eam evocatur sine aliqua qualitate, dec. 143. num. 35.

BANNIMENTUM.

Bannimenti comminatione rescribitur Iudici Ecclesiastico Delegato, non habenti temporalitates in hoc Principatu, quando contumaciter se habet, in non revocando procedimenta, dec. 128. n. 15. usque ad n. 20. cum pluribus exemplaribus.

Bannimenti declaratio, & etiam occupationis temporalitatum fit in Regio Senatu absque salario aliquo, dec. 138. n. 12. cum Senatu.

Bannimenti remedium contra Ecclesiasticos contumaces, & omnino inobedientes, exequendum est moderate, urbanè, & per suos gradus, ordinatè, cum maiori circumspectione, & charitate, decis. 140. numer. 27. & 28.

Pro his bannimentis non contra fit Generalibus Constitutionibus Cathaloniæ, imò in his assistit Pragmatica 3. *tit. de desafius in secundo vol. Constitut.* dec. 141. nu. 42. & 43.

Bannimentum, & excomunicatio à pari procedunt, dec. 141. n. 56.

BARCINO.

Barcino non fuit secunda Regio in qua radiavit lux Sacri Evangelii, & in ea Sancti Petrus, Paulus, & Iacobus verbum Dei seminarunt, decis. 124. numer. 3.

Barcinone baptizati fuerunt primi Indi conversi, dec. 124. n. 5. ubi num. 6. de innumeris Sanctis Cathalanis, qui in Ecclesijs huius Principatus venerantur.

Barcinone, tempore quo Sarraceni eam occuparunt, integra mansit Christiana fides, & syncera observata fuit, dec. 124. n. 11. & 13.

Barcinonenses Civitas ordinavit, ut sanguine Maurorum, vel Iudæorum infecti, non possent eius munera consequi, ibid. nu. 13.

Barcino, Tarracona, & aliæ Civitates huius Principatus obsequiosè ex Apostolorum tempore Sacratissimam Virginem Mariam venerabantur, dec. 124. n. 14. ubi n. 15. & usque ad n. 17. varia attributa Virginis Mariæ Auctor decantat.

Barcino acclamat Patronam Sacratissimam Virginem sub titulo Conceptionis, & eius festivitatem colit in Sancta Sede cum Octavario, & hinc nominatur Barcino Civitas inclyta, dec. 124. numer. 25. & 26.

A Barcinon. Ecclesia primitus fuit emanata festivitas Anuntiationis Beatæ Mariæ Virginis, dec. 124. num. 27.

In Barcinonensem Civitatem descendit Virgo Maria, ex cuius descensu in lucem prodiit Religiosissimus Ordo Beatæ Mariæ Virginis de Mercede, Redemptionis Captivorum, dec. 124. n. 28.

Barcinone omnes graduandi, & Cathedratici in Vniversitate literaria, & similiter per Regiam Audientiam doctorandi, fidei professionem iurant, dec. 124. n. 30. & 31.

Barcino, & universa Provincia constanter retinet fidem, & devotionem erga Magistram Romanam Ecclesiam, & sunt obedientes filii Pontificis Maximi, dec. 124. num. 32.

Barcinonæ Artifices non admittuntur ad Collegia, nisi prius per suos Commissarios sit facta plena approbatio de generis probitate, dec. 124. n. 33. ubi nu. 34. decisiones Senatus.

BENEFICIUM ECCLESIASTICUM.

Beneficium Curatum obtinentes non excusantur à residentia in sua Parochia tempore pestis, dec. 130. n. 6. quod declaratur n. 7. neque ob aeris intemperiem, nec ob infirmitates Parochum gravantes, ibid. num. 8. & 9. Vide *Parochus*.

Beneficiis reservatio pensionis impositæ, qualis, & quanta esse debeat, dec. 134. n. 25. & 26. cum aliquibus seqq. cum pluribus diplomatibus Regiis.

Quoad Beneficii possessorium, vel rei spiritualis, & Ecclesiasticæ, an Iudex Sæcularis sit competens, remissive traditur dec. 136. n. 1. & n. 2. cum aliis stabilitur conclusio affirmativa. Vide *Iudex*, & *Possessorium*, & in addit. num. 10.

Beneficium de Patronatu Regio si remaneret indotatum, contra illum nulla obstat præscriptio, etsi foret centenaria, dec. 137. numer. 5. cum Senatu.

Beneficii, seu Dignitatis Regiæ reductio censuum quomodo fit facienda, dec. 137. num. 6.

An Beneficii Patrimonialis cognitio quoad dotes pertineat ad B. G. vide supra in ver. *Baiulus*, & *Baiulia Generalis*.

Beneficia de Patronatu Laicali an sint cognitionis Baiuli Generalis, dec. 137. nu. 15. 16. & 17. quid si læditur aliqua Regalia, & num. 21. rescriptum Regium, quo præcipit, quod provisi in Præbendis, & Dignitatibus Regiis, non admittantur ad earum possessionem, nisi prius recognitis Bullis Apostolicis per S. S. Concilium Aragonum.

Beneficii Ecclesiastici possessori conceduntur litteræ manutenentiæ, ad eum tutandum in possessione, ne partes veniant ad arma, dec. 154. numer. 11.

Beneficii Ecclesiastici titulus an accedat possessioni, an possessio accedat titulo, non est facilè discernere, ibid. n. 12. & 13. traditur Auctoris resolutio.

BENEPLACITUM.

Beneplacitum Apostolicum præsumitur ex possessione immemoriali, dec. 140. num. 38. & numer. 45.

Beneplacitum Apostolicum ex cursu temporis, quando præsumatur in alienatione rei Ecclesiasticæ, ibid. n. 39. 40. & 41. usque ad n. 44. ubi de intelligentia Bullæ Vrbani Octavi.

BONA.

Bona mobilia Clerici, quæ sequuntur conditionem, & qualitatem personæ, exequuntur per Iudicem Ecclesiasticum; immobilium verò exequutio, quæ sunt alterius naturæ, à persona Clerici separata, fit per Iudicem Territorii cum assistentia Ecclesiastici, dec. 104. nu. 16. cum pluribus declarationibus.

Bona, quæ condemnatus per Iudicem in observantiam sententiæ designavit, prius & ante excommunicationem exequenda sunt, dec. 107. n. 14. & 15. cum declaratione contentionis.

De Bonis sitis in diversis Provinciis, seu in eodem Regno, sub diversa tamen iurisdictione, ad quem Iudicem pertineat cognitio, dec. 113. n. 9. 10. & usque ad 16.

Bona hæreticorum Fisco Regio antea applicabantur, dec. 125. n. 15.

Bona decedentium sine legitimo successore quæ propriè vacantia dicuntur, pertinent ad Principem, & inter eius Regalias connumerantur, dec. 143. numer. 15.

Bonorum vacantium cognitio spectat Bajulo Generali, & Curiæ Sæculari Regij Patrimonij, etiam inter personas Ecclesiasticas, decis. 143. num. 16. & 17. vsque ad num. 22 & in addit. nu. 24. & supra in ver. *Baiulus*, & *Baiulia Generalis*.

Bona naufragata ad quem pertineant, decis. 143. n. 22. cum Senatu.

Bonorum hæreditatis iacentis Clerici cognitio pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum, decis. 146. num. 12.

BONA FIDES.

Bona vel mala fides ex animo pendet, & est quid facti, dec. 153. n. 12.

BRACHIVM.

Brachium Sæculare invocatum ab Ecclesiastico ad sibi auxiliandum, diversis nominibus significatur, dec. 104. n. 11.

Dicitur auxilium publicum, humanum, temporalis potestas, Regia, Sæcularis, auctoritas judiciaria, militare auxilium, Iudicum Officium, Gladius Imperialis, ibid. n. 11. & dec. 111. n. 1.

Brachium Sæculare specificum discernitur ab assistentia, quam facit Iudex Sæcularis pro executione sententiæ Ecclesiastici & quomodo num. 13.

Brachium Sæculare specificè sumptū non est illud subsidium, quod præstat Sæcularis requisitus à Iudice Ecclesiastico, ibi n. 14. & 15

Brachium Sæculare conceditur præcedente supplicatione juxta formam *Cestit. 1. tit. de invocat. Brachii Secularis*, ibid. n. 14.

Brachium Sæculare conceditur Visitatori Monasterij Monialium, ut habeat liberum aditum ad clausuram, & ad alia loca quò oportet Monasterii, & apertura fit per Alguzirium manu militari, dec. 107. n. 24. cum Senatu, & nu. 25. usque ad 29. aliæ Senatus declarationes.

Brachium Seculare est impertiendum Visitatori, ad habendas claves Ecclesiæ & Sacristiæ, dec. 107. n. 28. cum Senatu, & etiam pro claudendis fenestris Monasterii, ibid. n. 29. cum Senatu.

Brachium Sæculare in quo differat ab assistentia nuda, dec. 108. n. 14.

Brachium Sæculare Officiales temporales exequi tenentur, dec. 110. numer. 1.

Brachii Secularis auxilio non valet iuvari delegatus quoad ea, quæ non continentur in delegatione, dec. 110. n. 15. in fine.

Brachium Sæculare impertiri debet Ecclesiastico contra Laicum in suo casu condemnatum, dec. 110. num. 29.

Brachium Seculare sicut imploratur à Iudicibus Ecclesiasticis, sic è converso implorari solet Ecclesiasticū à Secularibus, dec. 111. n. 3. 4 traduntur exemplaria, in quibus Secularis eget auxilio Ecclesiastici.

Brachium Sæculare à Iudicibus Ecclesiasticis, & sæpe sæpius à Delegatis invocatur, dec. 111. numer. 12.

Brachium Sæculare impertiendum est Ecclesiastico per Maiestates, & Potestates Sæculares, dec. 111. numer. 11.

Brachium Sæculare invocari potest immediatè in Regia Audientia, secundum dispositionem *Constit. 1. tit. de invocat. Brachii Secularis*, dec. 111. n. 13. & 14. cum pluribus Senatus decisionibus.

In Brachii Sæcularis invocatione debet pars citari, quia per illius invocationem instituitur nova causa, dec. 111. nu. 16.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

In Brachii Sæcularis invocatione an teneatur Ecclesiasticus acta processus exhibere. Vide in verbo *Iudex*.
Brachium in causa hæresis, oculis clausis est impertiendum, dec. 111. numer. 22.
In invocatione Brachii Sæcularis Iudex Sæcularis cognoscere potest de nullitate, aut iniustitia notoria, decis. 111. num. 23. usque ad 26. ubi Senatus decisiones.
In invocatione Brachii Sæcularis novus processus non compilatur, potest tamen recipi summaria, & extraordinaria informatio, decis. 111. numer. 27.
Ad allegandum super concessione, aut denegatione Brachii Sæcularis, partes habent quindecim dies, decis. 111. num. 28.
Brachium Sæculare ut denegetur, in promptu constare debet de nullitate, vel injustitia notoria, dec. 111. n. 29. 30. & 31. cum Senatu.
Brachio declarato, si appellatur, vel supplicatur, aut petitur restitutio in integrum, nihilominus executio potest fieri præstita cautione, decis. 111. num. 32. 33. 34. & 35. cum limitationibus, & observantia Senatus.
Brachium Sæculare pro exequenda sententia, à qua pendet appellatio, non est concedendum, nisi appellatio fuerit frivola, vel interposita in casu non appellabili, dec. 111. n. 33. 34. & 35. cum pluribus Senatus decisionibus.
Brachium Regium conceditur Inquisitori hæreticæ pravitatis ad persequendum insolentes, dec. 125. num. 13.

BULLA.

Bullarum Apostolicarum retentio an & quando fieri possit per suam Maiestatem, decis. 134. tot. & præcipue à nu. 16. usque ad finem, & in addit. num. 7.
Bullarum, seu mandatorum Apostolicorum executionem suspendi sua Sanctitas sustinet, si rationabilis causa prætendatur, exponenda *suæ Sanctitati* per litteras, dec. 134. num. 22. quod declaratur, & comprobatur numer. 23.
Bulla in Cœna Domini, §. 13. prohibens Bullarum Apostolicarum retentionem exponitur, dec. 134. n. 24. & n. 25. & ad id traditur diploma Regium, ubi de reservatione pensionis impositæ in beneficiis.
Bullarum executiones suspensæ in casibus quibus ibi recitantur, dec. 134. n. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. & 32. & alia ad id n. 33. & 34. cum Senatu.
Bulla in Cœna Domini reprobando recursus ad Principes Sæculares, non comprehendit recursus per viam contractus, confirmatione Apostolicæ roboratos, dec. 140. num. 50.
Bulla in Cœna Domini non improbat immemorialem possessionem, quam detensio naturalis inducit, quæ debet esse inculpatæ tutelæ, ibid. n. 55. caute, & per viam politicæ coertionis, n. 56.
Bulla in Cœna Domini super bannimentis personarum Ecclesiasticarum explicatur, dec. 141. n. 59. usque ad n. 62.
Bulla in Cœna Domini super repulsa recursuum ad Iudices Sæculares prætextu violentiæ recitantur dec. 146. n. 20. & 21.

C

CANCELLARIUS.

CAncellarii, & Regentis Regiam Cancellariam jurisdictio est ordinaria, dec. 111. n. 15. & an sit prorogabilis, Vide *Prorogatio*, & *Iurisdictio*.
Cancellarius, & Regens Regiam Cancellariam, qui cognoscunt de causis non excedentibus summam viginti librarum, possunt cognoscere de reconventione; quamvis per eam efficiatur causa maioris summæ, dec. 116. num. 21.
Cancellarius an possit contentiones declarare in diebus Feriatis. Vide in verb. *Feria*.

CAPITULUM.

Capitulum, Sede vacante, succedere non potest ad emolumenta resultantia ex iurisdictione, quod limitatur, dec. 135. n. 12. & 13.
Capitulum Canonicorum, seu Communitas Presbyterorum sunt Cives Civitatis, non solum in qua nati sunt Ecclesiastici, verùm & eius in qua ficum est Capitulum, dec. 139. num. 14.
Capitulum Canonicorum, seu Communitas Presbyterorum possunt depasci facere pecora pro macello necessaria, ad eorum sustentationem in pascuis communibus; secùs in his, quæ sunt proprium patrimonium Vniversitatis, & ad eius Particulares pertinent, decis. 139. num. 15. 16. & 17. Senatus binæ decisiones, & nu. 18. declaratio contentionis.

CARBO, SEU CARBONARIA.

Carbones, seu Carbonariæ an comprehendantur sub lignandi servitute, dec. 144. n. 66. & negativè respondetur usque ad n. 69.
Carbonum appellatione, titiones, neque alia ligna cocta continentur, ibid. numer. 70.

CARCER.

In Carcerum Visitatione an proferantur sententiæ criminales, dec. 157. n. 58.

CAROLUS QUINTUS.

Carolus Quintus Fidei Catholicæ cultum commendavit in suo Testamento, & Codicillis, Serenissimo Principi Philippo filio suo carissimo, decis. 125. numer. 34.
Quarè denominatus *Maximus*, & *Fortissimus*, ibidem.

CAROLUS SECUNDUS.

Dominus noster Rex Carolus Secundus est Fidei, & Ecclesiæ fortissimus murus, decis. 123. numer. 36.
Lamentatur occasus Catholicissimi, ac religione præstantissimi Caroli Secundi Hispaniarum Regis, dec. 152. nu. 46.

CATHALANUS.

Cathalani quamplurimi, habita notitia Nativitatis Domini, ad eum visitandum accesserunt, dec. 124. n. 2. ubi de quodam agricultore Villæ Franchæ Pœniten. qui adinvenit signum, id est *Medalla*, in qua in una parte erat venerabilis effigies Domini nostri Iesu Christi, & in alia cum litteris hebraïs erat scriptum: *Iesus Nazarenus Christus Deus, &c.*
Cathalani Sacerdotes, qui erant numero duodecim, fuerunt qui primò seminarunt Fidem in Indiis Occidentalibus, dec. 124. n. 4.
Cathalani Sancti innumeri venerantur in Ecclesijs huius Principatus, ibid. num. 6.
Cathalani sunt observantissimi præceptorum Ecclesiæ, dec. 124. n. 9
Inter illos fuit magna existimatio puritatis Gentilitii ibid. n. 10.

CAUSA.

Causa suscitata in successione maioratus, vel hæreditatis, cuius bona sunt sita in diversis Provincijs, non trahitur ad illam Provinciam, in quâ major pars bonorum sita est; neq; vbi caput maioratus residet, sed agitanda est in qualibet Provincia respectivè, ubi bona sunt separatim sita, decis. 113. n. 9. 10. vsque ad 16
Causa exequutionis sententiarum factarum in diverso Regno, fuit a Regiam Audientiam evocata, & commissa iuxta praxim communem in causa de quo dec. 113. n. 12. 13. vbi Senatus decisio, n. 14
Si agatur de bonis extra territorium, quoad iudicia ordinatoria servandæ sunt leges Provinciæ, in qualis agitur; quoad verò decisoria eius Regni, vel Provinciæ, in qua sita sunt bona, dec. 113. n. 24. 25. & 26. & aliis id exemplis comprobatur.
In causis Mercatorum respicientibus mercaturam, proceditur ex *bono, & æquo, sola veritate facti inspecta*, dec. 127. n. 23. cum Senatu.
Causæ ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint, in prima instantia coram ordinariis locorum dumtaxat cognoscuntur ex S. C. T. dec. 135. n. 23. 24. & 25. traditur decisum & n. 26. & in addit. num. 9. & infra.
Causæ obligationum Cameralium quoad partes extra urbem evocari non possunt ad Curiam Auditoris Cameræ, dec. 135. num. 37. & 38. Senatus decisio.
Causas Ecclesiasticorum ex iustis motivis potest Summus Pontifex Iudicibus laicis delegare, dec. 141. n. 63. ubi n. 64. & 65. traditur ratio, & n. 66. ad id Regium rescriptum.
Causarum emphyteuticarum, & feudalium cognitio inter Ecclesiasticos pertinet ad Iudicem laicum, nominatum à domino emphyteusis, vel feudi; & si emphyteusis, vel feudum sunt de Regio Patrimonio, pertinet ad Baiulum Generalem, dec. 141. numer. 1. & ferè per totam.
Causæ evocationi pendenti coram superiore, cum interventione Fisci, ob eius interesse, pars impeditur cedere in præiudicium Fisci dec. 149. nu. 28. vide in verbo *Evocatio*.
Causa, in qua agitur de iuribus Regiis, & sic de concernentibus Regalias, de qua cognoscit Baiulus Generalis, etiam contra Clericos, in prima instantia tractatur in Baiulia Generali, quę aliqua qualitate evocari non potest ad Regiam Audientiam, dec. 143. numer. 34.
Causæ appellationis interpositæ à præconiis, & mandatis sine clausula iustificativa expeditis à Baiulia Generali, vel aliàs, evocantur ad Tertiam Aulam Regiæ Audientia, & durante Vice-Regia ad Tertiam Aulam Vice-Regiæ, decis. 143. num. 36. & 37. cum Regio Rescripto.
Causa liberè commissa alicui per aliquem, poterit iste eandem ad se evocare, & in quocumque statu causæ prohibere, quòd Iudex ab eo datus de illa causa cognoscat, dec. 149. n. 7.
Causæ in prima instantia agitari debent coram Ordinariis Ecclesiasticis, nisi quæ iuxta Canonicas Sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, dec. 149. n. 8. & in addit. n. 9. & supra.
Causæ studentium in Vniversitatibus vigore Conservatoriæ tractantur coram eorum Iudice, tam in possessione, quàm in proprietate, dec. 152. n. 17. & n. 18. decisio Pontificia.
Causæ Miserabilium, Pauperum, Viduarum, Pupillorum, & aliorum privilegiatorum indistinctè in hoc Principatu evocantur adversus æque privilegiatum, decis. 152. num. 35. quod declaratur à num. 36. ad 38. cum Senatu.
Causæ extra Principatum trahi non possunt, dec. 152. num. 37. ubi n. 38. Senatus decisio in terminis *Vidua*.
Causæ miserabilium, & oppressorum cognitio de iure communi, licèt permissa sit Iudici Ecclesiastico; attamen id in hoc Principatu non procedit, in quo solus Dominus Rex de ea Regalia cognoscit, dec. 152. num. 39.
Causæ Civiles, & Criminales quomodo ante efformationem Regiæ Audientiæ declarabantur, dec. 155. n. 6. ad 9.

CENSUS.

Censuum spectantium ad Dignitates Regias reductio fieri non potest sine assensu Summi Pontificis, & decreto Regis, dec. 137. numer. 6. cum Senatu.

CHIRURGUS.

Chirurgus Barcinonæ, ut quis esse possit, requiritur, quòd constet descendere ex stirpe, nulla labe infecta, dec. 124. nu. 38. & 39. ad 41. cum Senatu.

CITA-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

CITATIO.

Citatio non requiritur, ubi non datur causæ cognitio, decis. 108. numer. 1. in fine.

Citatio partis an sit necessaria in assistentia, quam præstat Sæcularis Ecclesiastico, dec. 108. n. 7. 8. 9. usque ad 12. ubi diversæ sententiæ recitantur ab Auctore, & n. 13. negativam opinionem sequitur, & n. 14. & aliis argumentis contrariis satisfacit, & n. 17. distinctionem Regentis de Cortiada refutat, & sequitur doctrinã Cancerii, pluribus Senatus exemplaribus recensitis, n. 18. & aliis.

Citatio partis requiritur in invocatione Brachii Sæcularis, decis. 114. numer. 16.

Citatio, & causæ cognitio præcedere debent, ut litteræ requisitoriæ, seu Brachium Regale concedatur, decis. 113. numer. 1. & numer. 6. cum Senatu.

Citandus, & conveniendus quilibet est coram suo Iudice Ordinario, & Locali, decis. 117. numer. 2.

Citabatur Ecclesiasticus ad Banchum Regium, quando competentiæ declarabantur per Dominum Regem, vel eius Regios Ministros, dec. 126. n. 17. & 18. Vide in verbo *Contentio*.

Citatio extra Provinciam facta non ligat, dec. 153. n. 1. & 2.

Citatus si comparet contradicendo præcepto, seu Monitorio, stante clausula iustificativa, tunc præceptum resolvitur in simplicem citationem, maximè quando citatus possidet, & impetrans præceptum non possidet, dec. 135. num. 18.

CLAUSULA.

Clausula *post exequutionem intimetur* apponitur in sequestri provisione, & quare, dec. 133. numer. 40.

Clausula *Urbanus se gessit* explicatur, dec. 138. numer. 38.

CLERICUS.

Clericus incorrigibilis, depositus, & anathematizatus, exilio, vel alia pœna est comprimendus per Sæcularem potestatem, dec. 110. n. 10. & 12. 13. & 14. cum Senatus decisione.

Clericus nullatenus, adhuc cum licentia Episcopi tacitè, vel expresse potest prorogare iurisdictionem Sæcularem, dec. 115. n. 4.

Clericus non potest privilegio fori renuntiare, & se submittere Iudici Sæculari, etiamsi iuramento id promittat, & de huius ratione, decis. 115. numer. 5.

Clericus non valet conveniri coram Sæculari, etiam non opposita exceptione fori declinatoria, dec. 115. n. 6. in tantum quòd processus factus per Iudicem Sæcularem contra Clericum, est ipso iure nullus, tam si fiat in contumaciam, quam eo comparente, ibid. num. 7. qui processus convalidatur, si continuatur contra laicum hæredem Clerici, num. 8. & 9. cum Senatu, qui est casus singularis.

Clericus, qui non habet requisita Sacri Concilii Tridentini, non gaudet privilegio fori, limitatur si pro Clerico publicè se gerit, dec. 116. num. 76. & 77. cum Senatu.

Clericus qui adit pro vi auferenda nostrum Regium Senatum, non firmat coram eo jus, & de jure, dec. 136. num. 3.

Clerici inobedientes iustis Regis præceptis, vel pacis pub licæ turbatores possunt à Rege, potestate politica, & œconomica eiici à Regno, dec. 141. n. 34. & seqq. Vide in verbo *Ecclesiasticus*, in verbo *Princeps*, & in verbo *Bannimentum*.

Clericus conveniri potest à domino directo coram Iudice laico in causis emphyteusis pro recognitione investituræ, laudimio, pensionibus, censibus, & similibus, ex nostro jure consuetudinario, tam intra Civitatem, quàm extra Civitatem Barcinonæ, & in toto Principatu, dec. 142. n. 1. & à n. 2. usque ad n. 12. traduntur declarationes Senatus, & contentionum. Idem dicitur in feudis, & causis feudalibus, ibidem, numer. 16.

COLLATIO BENEFICII ECCLESIASTICI.

Collatio Beneficii Ecclesiastici an possit fieri in diebus feriatis. Vide in verb. *Feria*.

COMES.

Comes Primus Barcinonæ, qui Baro nominabatur, adscriptus fuit Christianæ Militiæ, dec. 123. n. 6. ubi de eius gestis; & Vvifedrus Secundus erexit Monasteria Rivipulli, & Montiserrati.

Comes Raymundus Berengarius huius nominis Primus, duodecim Reges Maurorum Tributarios fecit, dec. 123. num. 8.

Comes Barcinonæ Raymundus Berengarius Quartus, cum eius familia positus fuit per Summos Pontifices sub protectione Sanctæ Ecclesiæ, & fuit magnus expugnator infidelium, & ædificavit, ac dotavit tercentum Ecclesias, dec. 123. à n. 9. usque ad n. 13.

Comes Barcinonæ Petrus Primus ab Innocentio Tertio (ad cuius pedes obsequenter ad fuit) fuit in Signiferum Ecclesiæ electus, & cũ aliis præeminentiis, dec. 123. n. 14. & n. 16. traditur quòd id ipsũ fuit concessum à Gregorio Nono, Iacobo Primo, & n. 17. 18. & 19.

Comes Barcinonæ. vide in verbo *Rex*.

COMMISSARIUS.

Commissarius Apostolicus excedendo fines, & limites suæ commissionis, nulliter procedit, dec. 110. n. 14. & 15. cum Senatu & ut privata persona eo casu committit spolium, & ut alius quilibet privatus conveniri potest, num. 19. & 20.

Commissarii Apostolici ob inobedientiam, pluriès fuerunt apud nos banniti, dec. 141. n. 39. usque ad n. 41. cum pluribus exemplaribus, Vide in verbo *Bannimentum*, in verbo *Princeps*, & in verbo *Ecclesiasticus*.

COMPETENTIÆ.

Competentiæ quomodo antiquitùs diriminda erant inter Iudicem Ecclesiasticum, & Sæcularem, recitantur cum exemplaribus, dec. 125. à n. 10. ad 25. Vide in verbo *Contentio*.

CONCESSIO.

Concessio facta in damnum Fisci, viribus non subsistit, & ambitiosa, & surreptitia dicitur, si in alterius præiudicium est facta, decis. 134. numer. 9. & 10.

CONCILIUM CRIMINALE.

Concilii criminalis est indagatio criminum, & punitio privativè, ad Regiam Audientiam civilem, dec. 136. num. 25.

CONCILIUM TRIDENTINUM.

Concilium Tridentinum incitatur adimpleri, per Serenissimum Regem Philippum Secundum in *Constit. Comper lo facre 2. tit. de invocatio de bras secular*, dec. 104. n. 8. & 9.

Concilium Tridentinum fuit convocatum supplicibus Oratoribus Invictissimi Caroli V. & Serenissimi Domini Regis Philippi Secundi, & eius conclusio tunc obtenta fuit, mandans (ne faciles essent Episcopi ad censuras laicis infligendas) ut in universo Regno illa sacra dispositio observaretur, dec. 104. n. 10.

Concilium Tridentinum reformavit antiquum stylum incipiendi per Censuras Ecclesiasticas, & postea per exequutionem Realem, vel personalem, dec. 105. n. 2. 3. 4. & 5.

Post Concilium, excommunicatio est remedium extraordinarium, & extat in Principatu litteralis dispositio, ibid. n. 6. 7. & 8.

Concilium Tridentinum, & Tarraconense latè expenduntur, dec. 104. 105. 106. & 107. & quid disponat quoad excommunicatum, dec. 110. n. 12. & 13. cum Senatu.

Concilii Tridentini dispositio circa residentiam, apparet restricta ad Parochos citatos, & contumaces, sive inobedientes, dec. 130. numer. 21.

Concilio Tridentino reservatur cognitio conservatorum in prima instantia circa Religiosos, & exemptos, dec. 149. fere per tot.

Concilium Tridentinum in cap. Causæ omnes 20. de reform. sess. 24. debet intelligi ad litteram, dec. 149. num. 9.

Concilium Tridentinum loquens de causis, & litibus ad Ordinarios pertinentibus, intelligi oportet de eis in quibus datur instantia, decis. 149. nu. 10.

Concilium Tridentinum, d. sess. 24. cap. 20. Quod reservat Ordinariis Ecclesiasticis primam instantiam, non comprehendit exemptos, vel Regulares, nec eorum conservatorias, prout neque quoad primam instantiam Iudicum Conservatorum aliquid innovat, dec. 149. numer. 17.

Concilii Tridentini dispositio sess. 24. cap. 20. de reform. quatenus reservat primas instantias Ordinariis Ecclesiasticis an procedat, quando agitur coram eis etiam de rebus profanis inter Ecclesiasticos, vel contra Ecclesiasticos, dec. 150. n. 2. ubi etiam an locum habeat, quando partes per litis contestationem, & ejus progressum, iurisdictionem supremam prorogarunt, & nu. 21.

Concilium Tridentinum, quod in d. cap. 20. sess. 24. de reform. reservat primam instantiam, etiam circa Religiosos, triplex tangit interesse, videlicet Partis, Iudicis, & Fisci, dec. 151. n. 5.

Concilii Tridentini dispositio, in dicto cap. Cum comprehendat favorem subditorum, ac etiam iurisdictionis Ordinarii, solus consensus alterius nihil prodest, ibid. num. 6. ubi num. 7. traditur quod non obstante partis prorogatione, potest petere suus superior remissionem causæ juxta ipsum Concilium.

Cum Concilii Tridentini dispositio, in citato cap. 20. non cesset ex solo consensu partium, nec ex solo consensu Ordinarii Ecclesiastici, poterit licitè Senatus Regalia uti in protectione impertienda, pro observantia illius decreti Tridentini, dec. 151. n. 9.

Concilium Tridentinum sess. 24. d. cap. 20. de reform. an comprehendat text. in l. Vnica, Cod. Quando Imperator inter pupillos, & viduam, & sic an privilegium electionis fori, tam in Tribunalibus Sæcularibus, quam in Ecclesiasticis procedat, ita quod privilegiatæ personæ per viam electionis fori, omisso loci Ordinario, Curiam Romanam adire possint, dec. 152. n. 1. & fere per tot. ubi casu quo dispositio dicti Concilii locum habeat, quomodo per Regiam Audientiam procedendum sit.

Concilii Tridentini dispositio in d. cap. 20. non comprehendit textum in l. Vnica, Cod. Quando Imperator inter pupillos, & viduam iuxta unam opinionem, decis. 152. numer. 4. & nu. 12. alia traditur opinio.

Concilium Tridentinum in Regula, quod causæ non extrahantur in prima instantia, à Iudicibus Ordinariis Ecclesiasticis, solum consideravit jus Canonicum, ibid. num. 9.

Concilii Tridentini ratio est, ne litigantes trahantur extra Provinciam, ibid. numer. 11.

Concilium Tridentinum directè tendit ad favorem miserabilium personarum, & fundatur in æquitate, dec. 152. nu. 15.

Concilium Tridentinum d. sess. 24. cap. 20. de reform. non sustulit modos legitimos, quibus quis ex juris dispositione fortitur forum, dec. 152. n. 16. & dubii resolutio, traditur nu. 34.

Concilium Tridentinum in d. cap. 20. de reform. attendit ad incommoda partium evitanda, dec. 152. n. 42. ubi n. 43. modus procedendi pro observantia Concilii Tridentini exponitur cum Regio Rescripto, & n. 44. aliud Regium Rescriptum traditur.

CONCORDIA.

Concordia facta per ambas Potestates Sæcularem scilicet, & Ecclesiasticam fuerunt competentiæ inter Iudices Ecclesiasticos, & Sæculares sopitæ, dec. 126. nu. 19. ubi à quibus fuit laudata, & approbata recensetur.

Con-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

INDEX

Concordia antedicta comprehendit omnes quæstiones, & competentias inter Iudices Ecclesiasticos, Ordinarios, & Sæculares Regios, dec. 126. n. 20. ubi allegantur rescripta Apostolica concordiam roborantia.

Concordia supradicta divinitùs fuit excogitata, & de illa pendent textuales intelligentiæ, & resolutiones, contentionum, decisivæ, decis. 126. numer. 23. & 24.

Concordia Reginæ Eleonoræ stabilita fuit praxis terminandi competentias inter Iudices Ecclesiasticos Ordinarios, & Sæculares Regios, & quid si concordia non observetur, dec. 127. n. 1. & 2. & cum pluribus exemplaribus usque ad n. 23.

oncordia Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Convenarum observata, cessant amaritudines inter Potestates, & felices exitus controversiæ habebunt, ideoque Auctor admonet concordi am observari, dec. 127. n. 24. & 25. & noviter cum Regio Senatu, n. 26.

Concordiæ stare, remuente Iudice Ecclesiastico, practicantur antiqua remedia, decis. 127. numer. 37.

Concordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, non comprehendit Iudices Delegatos Apostolicos, versus quos, pro defendenda Regia Iurisdictione, proceditur per informationem ad Banchum Regium, dec. 128. num. 1. & num. 8.

Concordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis observatur etiam, cum Iudex Ecclesiasticus Ordinarius vim infert Clericis, vel laicis, dec. 131. n. 3. & etiam casu quo gravatur persona Ecclesiastica, num. 4. alia vide in verbo *Transactio*.

Concordiæ capitulum incipiens, *ubi verò*, manfit confirmatum, decis. 140. numer. 18.

Ante Concordiam Apostolicam modus procedendi traditur, dec. 140. numer. 19. & seqq.

Ante concordiam remedia antiqua, quę exequebãtur, dec. 140. n. 25

Concordia Apostolica facta fuit pro evitandis excessibus, decis. 140. numer. 26. & numer. 37. expenduntur illa verba concordiæ *Remedia assueta*.

CONFRATRIA.

Cognitionem clavium, vestium, Capellæ, & omnium rerum ad usum pium Confratrię pertinentium ad Iudicem Ecclesiasticum pertinere declaratum fuit, & tantum cognitionem vexilli, & aliarum rerum ad non pium usum Confratriæ destinatarum pertinere ad Iudicem Sæcularem, dec. 146. n. 14. 15. & 16. cum contentionum declarationibus, & Senatu.

CONSERVATOR.

Conservatores an sint Iudices Ordinarii, aut Delegati, à DD. controvertitur, & quod sint Ordinarii traditur, dec. 118. n. 1. & 2. contraria opinio proponitur, numer. 3.

Conservatores Iudices veniunt appellatione Delegatorum, decis. 118. numer. 4.

Conservatores post Constit. Gregorii XV. quomodo sint eligendi, decis. 118. numer. 10.

Conservator tenetur exhibere, & edere litteras suæ commissionis, seu rescriptum suæ conservatoriæ, ante exercitium suæ iurisdictionis, decis. 118. numer. 12.

Conservator tenetur in prima citatione inferere copiam suę conservatoriæ, dec. 118. n. 17. & 18. cum declarationibus Regii Senatus.

Conservator non habet potestatem defendendi iniuriã simplicem, sed qualificatam, quam ante omnia probare tenetur, dec. 118. n. 19.

Conservator non debet observare formam iudicialem, sed procedere, attenta facti veritate, dec. 118. num. 23.

Conservatores Iudices in Cathalonia tractantur ut Delegati, & non ut Ordinarii, dec. 118. numer. 24.

Conservatores inspecto iure communi defendunt comprensos in conservatoria à manifestis iniuriis, & violentiis, dec. 119. nu. 1. & n. 3. ubi n. 2. usque ad n. 4. expenditur dispositio S. C. T. sess. 7. de reform. cap. 14. & n. 5. & 6. traditur Constitutio Gregorii XV. & declaratio Congregationis Cardinalium super ea.

Conservator cognoscit de manifestis iniuriis, & violentiis illatis, vel inferendis, dec. 119. n. 7. & quomodo hic accipiatur verbum iniuria, nu. 8. 10. 11. usque ad numer. 14.

Conservator procedere potest, si in solutione debitorum adest iniuria manifesta, vel si turbentur privilegia, dec. 119. num. 10.

Conservator procedendo de plano tenetur præcedente citatione congruam dilationem concedere, & ad sententiam devenire, decis. 119. num. 19. & 20. cum Senatu.

Conservatoribus pro manifesta iniuria conceditur iurisdictio, & in usurpatione iurisdictionis fuit decisum per Regium Senatum, dec. 119. num. 13. & 14.

Conservatores cognoscere possunt in causis civilibus de privilegiatis in cõservatoria designatis, quando isti sunt rei, dec. 120. n. 1. & 2. si autem sunt actores, alios ad iudicium Conservatoris trahere non possunt, n. 3. ubi expenditur S. C. T. & Constit. Gregorii XV. usque ad n. 6. cum declarationibus Senatus.

Conservatores attento jure communi de quibus cognoscebant vigore conservatoriæ, & de quibus ex vigore Constit. Gregorii XV. dec. 120. num. 10. ad num. 15.

Conservatoris iurisdictio an sit limitata ad causas civiles, quę non requirunt judicialem indaginem, dec. 120. num. 16. usque ad n. 19. cum Regio Senatu.

Conservatoris iurisdictio etiam de consensu partium non potest prorogari, & id respectu laici in re profana, nec vigore clausularum renuntiationis proprii fori, dec. 120. n. 20. 21. 22. 23. Senatus decisio.

Conservatorum jurisdictio Universitatis Studii Generalis Ilerdæ, & Magistri Scholarum ejusdem Universitatis prorogatur per laicum in re profana, dec. 121. tot. & à n. 4. ad 5. cum exemplaribus.

Conservator Vniversitatis Studii Generalis Ilerdę tãtam habet potestatem, super laicis, quantam habet Episcopus, & ejus Officialis in causis Clericorum super laicis, & Sæcularibus, dec. 121. n. 7.

Conservatorum cognitio in prima instantia circa Religiosos, & exemptos reservatur in S. C. T. qui ad hunc effectum reputantur Ordinarii Ecclesiastici, dec. 149. ferè per tot. & nu. 1.

Conservatores cognoscunt in prima instantia de causis Regularium, dec. 149. num. 13.

Conservatores reputantur Ordinarii Ecclesiastici ad prædictum effectum ut in prima instantia de causis exemptorum cognoscant, ibid. n. 14. ubi n. 15. quod prima instantia conservatorum reservatur in Concilio Tridentino, & nu. 16.

Ob Conservatorum deficientiam, intrat Ordinarius Ecclesiasticus in causis Regularium, ibid. nu. 17.

Conservatorum cause si in prima instantia evocantur ad Sedẽ Apostolicam procedi valet per Regiam protectionẽ, nisi sint subsignatę, cõmissiones impetratę, propria manu Sanctissimi, dec. 149. n. 18.

Conservatorum jurisdictio, quam in prima instãtia exercent in Regularibus, & exemptis, non procedit ex proprio ministerio, sed ex delegatione Pontificia, & conservatoria per Pontifices Conservatoribus elargita, juxta quam reputantur Ordinarii quoad cognitionem primæ instantiæ, dec. 149. n. 19. ubi traditur ratio.

CONSTITUTIO.

Constitutio 2. tit. de Brachio Sæcul. solum comprehendit Officiales Regios, & Baronis, non Regios Senatores, dec. 104. nu. 17.

Dicta Constitutio in fine loquitur de subsidio à superiore sæculari, imperiendo Ecclesiastico, ibid. nu. 19.

Constit. antedicta 2. de invoc. Brach. Sæcul. explicatur, dec. 104. 105. 106. 107. & 108.

Constitutio Statuim 7. tit. de Heretges, y altres Excommunicats explicatur in dec. 110. num. 7. & à num. 12. 13. & 14. cum Senatus declaratione.

Constitutio 1. tit. de Invocat. Brachii Sæcular. explicatur dec. 111. num. 13. & nu. 17. ad 26. & 27.

Constitutio Gregorii XV. explicatur dec. 118. 119. 120. & 121.

Constitutio d. Gregorii XV. de anno 1621. revocatoria conservatoriarum, non comprehendit conservatorias Universitatum, Studii Generalis, dec. 121. nu. 1.

Constitutio 2. tit. de Estudis Generals expenditur dec. 122. tot. & præcipuè nu. 5. & 6. cum Senatus declaratione.

Constitutio 5. & 6. tit. de Hæreticis expenduntur dec. 125. n. 2.

Constitutio 50. & 52. tit. de Sequestris, & emparis explicantur ab Auctore, dec 133. tot. & præcipuè à nu. 22. & 25. usque ad nu. 17. cum plurimis Senatus exemplaribus exornantur.

Constit. penult. & fin. tit. de Violent. y restitut. de despullats explicantur dec. 136. nu. 8.

Constitutio 1. tit. de Offic. de Protonotari explicatur dec. 138. n. 27.

Constitutio 9. tit. Que los Estrangers no pugan obtenir beneficis, explicatur dec. 141. nu. 33.

Constitutio 3. & 4. de Ofici de Batlle General, & cap. 38. curiar. anni 1599. explicatur, dec. 143. nu. 34.

CONSUETUDO.

Consuetudo locorum vicinorum in dubiis, est observanda in loco particulari, in quo non adest specialis consuetudo, dec. 131. n. 5.

Consuetudines, & observantiæ locales de una ad aliam Provinciam extenduntur, quando in utraque vigent eædem leges, n. 6.

Consuetudo antiqua, cur est observanda, dec. 140. n. 47.

CONSULTATIO.

Consultatione Principi interposita, & pendente Regia deliberatione, contumax censeri non debet inferior in non obtemperandis mandatis, dec. 142. nu. 32.

Consultatione pendente, & deliberatione superioris, absolvitur Officialis à iudicio Tabulæ, ibid. nu. 33. cum Senatu.

CONTENTIO.

Contentionem firmare si recusat Ecclesiasticus in casu notorio suæ jurisdictionis, tenetur tamen dubium super contentione firmare, dec. 109. nu. 3. cum Senatu.

Contentionis dirimendæ praxis refertur, dec. 107. nu. 20.

Contentiones ex imprudentia plerumque dertvantur, dec. 109. n. 27.

Contentio supet invocatione Brachii Sæcularis evocari potest ad Regiam Audientiam, dec. 111. nu. 15. cum Senatu.

Contentio, nec dubium suscitari potest super rebus fidei, & connexis, & dependentibus, dec. 125. nu. 30.

Contentio etiam inter Sacros Viros excitata fuit, modo tamen exerceatur, dec. 126. nu. 8. & 9.

Contentiones, seu competentias dirimendi inter Judicem Ecclesiasticum, & Sæcularem modus antiquus recitatur cum exemplaribus, dec. 126. nu. 10. usque ad nu. 15. & summariè nu. 16.

Contentiones inter Judicem Ecclesiasticum, & Sæcularem declarabantur per Dominum Regem, & ejus Regios Ministros, audito Ecclesiastico, citando cum ad Banchum Regium, dec. 126. n. 17. 18.

Contentiones nunc decidendæ, quomodo practicentur, traditur dec. 126. nu. 21.

Contentionum decisio pendet à concordia Reginæ Eleonoris, dec. 126. nu. 23. & 24.

Contentio est firmanda, quando utraque Curia prætendit ad se causam

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

causam pertinere, dec. 127. n. 2. & quid in casu contrario cum exemplaribus, usque ad num. 23.
Contentione non firmata, imo de facto procedente Iudice Ecclesiastico, pariter proceditur de facto per Curiam Sæcularem, ib. n. 2. & cum exemplaribus n. 3. usque ad 23.
Contentione non firmata à recto aberrabant, & in plurima turbulentissima incidebant Curia Ecclesiastica Ordinaria, & Curia Regia, dec. 127. n. 24. 25. & 26. ubi monitio ab Auctore, ut concordia observetur.
Contentione pendente, si Curia Ecclesiastica attentabant, quid agebatur dec. 127. n. 27. cum exemplaribus, & n. 28. usque ad n. 32. traditur quid, quando Curia Ecclesiastica non obtemperabat provisioni.
Contentionis forma, an procedi possit iuxta concordiam, quando Iudex Ecclesiasticus Ordinarius opprimit suum subditum, ad istum sublevandum, dec. 136. n. 18. cum declaratione trium Aularum, & dec. 131. nu. 1. & seqq.
Contentio non est firmanda cum inferiore exequente mandatum superioris, decis. 142. n. 34. cum declaratione contentionis, & n. 35. alia contentionis declaratio.

CONTRACTUS.

Contractui insunt pacta, quæ post eum in continenti fiunt, ibid. nu. 12. cætera. Vide in verbo *Pactum*.
Contractus promiscuè conventi in uno contextu per easdem partes, penès unum notarium, facta mentione de illis in quolibet eorum, tantum unus, & idem contractus iudicantur: quia alter ex altero informatur, dec. 140. n. 14. cum Senatu, & idem fuit dictum per Senatum de instrumento indemnitatis firmato post firmam contractus censualis, etsi in diversi instrumentis forent celebrati, cum fuissent facta dicta instrumenta, coram eisdem testibus, & notario, ibid. nu. 15.
Contractus an possint fieri in diebus feriatis. Vide in verbo *Feria*.

CONTUMACIA.

Contumacia insurgente, excommunicationis sententia ferri potest, & ea crescente, pœna augetur, dec. 107. n. 12. & 13.
Contumacia tantò maior est, quantò minor eius causa, ibid. n. 13.
Contumacia, sive culpa non datur, nec contrahitur, ubi nulliter agitur, dec. 107. nu. 31.
Contumaciam contrahi pro debito levi, præmaximè à rusticis, & ignaris, & ubi animus contemnendi considerari non valet, austera res foret, dec. 107. n. 36. & 37.
Contumacia fundatur in contemptu præcepti Iudicis Ecclesiastici, dec. 107. n. 36. ubi traditur aliud esse contemnere, & aliud non parere.
Contumacia contrahitur à rusticis, ob angustias, & ob alias rationes, non ob dolum, ibid. numer. 37.
Contumacia, sequela delicti iudicatur, dec. 107. n. 39. & 40.
Contumax non potest reputari inferior ad incidendum in excommunicationem ab Ecclesiastico promulgatam, stante evocatione causæ apud superiorem, dec. 142. n. 29. cum Senatu, & aliæ Senatus declarationes, n. 30. & 31.
Contumax censeri non debet inferior in non obtemperandis mandatis, quando Principi interposita est consultatio, & pendet Regia deliberatio, dec. 142. n. 32.

CRIMINA.

An crimina possint in diebus Feriatis, inquiri, & puniri: Vide in verbo *Feria*.
Criminis enormitas permittit, quod recedatur à legibus, dec. 157. n. 31.

CURATOR.

Curator, & Tutor, an assignari, & eorum amotiones fieri valeant in diebus Feriatis. Vide in verb. *Feria*.

CURIA.

Curia Ecclesiastica concordiam Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Convenarum non observante quid antiquitus agebatur, & quid nunc. Vide in verbo *Contentio*, in verbo *Concordia*, & in verbo *Temporalitas*.
Curia Regia declarabat, audito Ecclesiastico in Bancho Regio, an procederet in suo casu, etsi adhuc Curia Ecclesiastica declaratis non acquiescebat, quomodo procedebatur, dec. 127. n. 33. 34. & 35.
A Curia Sæculari litteræ inhibitoriæ inadvertenter emanatæ, inhibendo Ecclesiasticum, revocantur tanquam nulliter emanatæ per Curiam Sæcularem, dec. 146. n. 18. & 19. ad id ponderatur Sacrum Concilium Tridentinum.

D

DEBITOR

Debitor condemnatus à Iudice Ecclesiastico in suo casu, si in excommunicatione insordescit, quomodo per auxilium Brachii sæcularis contra eum sit procedendum, dec. 110. tota.
Debitor à notorio pauper, nulliter excommunicatur, dec. 110. n. 3.
Debitor perseverans in excommunicatione, quibus pœnis puniendus, dec. 110. n. 11.
Debitor suspectus de fuga an possit capi in diebus feriatis, vide in verb. *Feria*.

DECIMÆ.

Decimæ concessæ fuerunt Serenissimo Regi Iacobo Secundo per Summos Pontifices, decis. 123. num. 23. ad 25.
Decimæ de novalibus an exigendæ sint, dec. 153. n. 55.

DECRETUM.

Decreta Pontificia, Regium Patronatum derogantia, vel mutantia, detinentur donec Sanctissimus Præsul debitè informetur, dec. 137. n. 20. & n. 21. ad id rescriptum Regium, & n. 22. Carta in forma Cancellariæ.
Decretum Apostolicum in alienatione rei Ecclesiasticæ ex quo temporis cursu præsumatur, dec. 140. n. 40. & seqq. cum Senatu usque ad n. 44. ad intelligentiam Bullæ Vrbani Octavi.
Decretum in alienatione bonorum minoris an possit interponi in diebus feriatis. Vide in verbo *Feria*.

DEFENSIO.

Defensionem propriam instituit ius naturale moderatè tamen, dec. 138. nu. 33. & 34.
Defensio naturalis est omni iure permissa, dec. 140. n. 33. 34. & 35.
In defensione naturali fundatur Regalia protectionis, & hic est universalis apud omnes gentes, dec. 147. n. 45.
Pro defensione naturali licet privato invocare auxilium famulorum, & amicorum, & multò potiùs auxilium Regium, dec. 147. nu. 46. ubi nu. 47. assignatur ratio.

DELEGATUS.

Delegatus quatenus attinet ad suæ delegationis clausura, est major Ordinario, dec. 110. nu. 18.
Delegatus constito de excessu delegationi est quædam privata persona, Ordinario inferior, & potest Ordinarius Delegatum inhibere, dec. 110. nu. 19. ubi plura.
Delegatus puniri potest ab Ordinario, non ut delegatus, sed tanquam inobediens mandato sui superioris, in casu quo excedit limitates, & fines delegationis, dec. 110. n. 21.
Delegatus Pontificis delinquens, venit puniendus per loci Ordinarium Ecclesiasticum, & per eum potest incarcerari, & alia, &c. dec. 110. n. 22. quod intellige ut n. 23. 24. & 25.
Delegatus Iudex servare debet formam delegationis, alia nihil operatur, & uti persona privata à Iudice Ordinario puniri, & comprimi potest, dec. 116. n. 24. Idem si extra territorium jus dicat, n. 25. ad 29. cum Senatu.
Delegati iurisdictio in his, quæ proveniunt ex tacito jure, & ex natura ipsius jurisdictionis prorogari valet, dec. 116. n. 30. usque ad 36. Idem si extra territorium jus dicat, n. 25. ad 29. cum Senatu.
Delegare tantum potest, qui jurisdictionem habet actu, & potentia, tempore delegationis, dec. 117. n. 8.
Delegatus, virtute delegationis non habet jurisdictionem in laicos in rebus mere profanis, vide in verbo *Iudex delegatus*.
Delegatorum appellatione veniunt Iudices Conservatores, decis. 118. num. 4.
Delegatus Iudex nihil proprium habet, sed delegantis personam repræsentat, dec. 118. n. 6. & 7. vide alia in verb. *Iudex delegatus*.
Delegatio quomodo probetur, remissivè traditur, dec. 118. n. 11.
Delegatus in primæ citatione tenetur in ferere copiam commissionis ad arctandum citatum ad comparendum, & inserto tenore, potest peti exhibitio originalis, dec. 118. n. 16. & n. 25. cum Regio Senatu.
Quando Delegatus Ordinarius dici valeat, dec. 118. n. 22.
Delegatus potest resistentem, vel impedientem iurisdictionem suam pœnis, & censuris plectere, dec. 119. n. 15. 16. usque ad n. 18. cum declarationibus contentionis.
Delegati iurisdictio à tenore Bullæ delegationis dependet, dec. 121. num. 2.
Delegatus ad Vniversitatem causarum quis dicatur, dec. 121. n. 17.
Delegatos Apostolicos non comprehendit Concordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Convenarum, dec. 128. n. 1. & nu. 8. cum aliquibus seqq.
Delegati Iudices quando laicos gravant pro factis profanis, scribitur eis litteratorie, ut revocent procedimenta, aut compareant Banchum Regium informaturi, dec. 128. n. 8. 9. & 10. cum pluribus exemplaribus.
Delegatus Iudex si non revocet, procedimenta, nec comparet in Regia Audientia ad informandum Banchum Regium, proceditur ad comminationem, & occupationem temporalitatum, dec. 128. n. 11. 12. usque ad n. 14. cum pluribus exemplaribus.

DELICTUM, ET DELINQVENS.

Delictorum atrocitas non meretur temporis dilationem, dec. 157. numer. 31.
Per delicti punitionem fit magnum Deo sacrificium, ibid. n. 32.
In delictis atrocibus proceditur, & iudicatur tempore nocturno, ibid. numer. 41.
An delictis atrocibus possit procedi, & iudicari in diebus feriatis, vide in verbo *Feria*.
Post susceptum Eucharistiæ Sacramentum quot horæ debent elabi, ut possit delinquens sanguinis pœnas luere, vide in verbo *Eucharistia*.
Portus tormentorum manualium parvæ mensuræ est grave delictum, dec. 157.
Ob publicam utilitatem, & ut servetur tranquillitas in Populo, quæ observare possit Princeps quoad Ecclesiasticos, vide in verb. *Vtilitas publica*.

DEROGATIO.

Derogatio generalis non comprehendit privilegium quod transivit in contractum, dec. 140. n. 51.

Derogatio facta per clausulas generales, veluti: *Non obstantibus quibuscumque statutis, privilegijs, &c.* non comprehendit dispositiones iuratas, nec tollit privilegia clausa, vel redacta in corpore iuris, nec quæ transierunt in vim contractus, quæ requirunt specialem, & expressam derogationem, ibid. n. 52.

DESCRIPTIO.

Descriptio bonorum mobilium ante sententiam fieri permittitur, dec. 133. n. 11.

Descriptio cum commanda, aliquando providetur per Senatum, dec. 133. num. 26. 27. & 28.

DICTIO.

Dictiones *suprascripta*, & *alij*, sunt relativæ ad præcedentia, & geminatæ, maiorem deliberationem demonstrant, dec. 120. nu. 7. & n. 8. explicantur dictiones Constitutionis xv.

Dictio, seu vox, *enantare* quid importet, dec. 126. nu. 13.

Dictio *notorium* in quo differat à dictionibus *manifestum, publicum, evidens, patens, & indubitatum*, dec. 129. n. 6. usque ad n. 10.

Dictio: *veluti* est explicativa, & exemplificativa, dec. 144. n. 75.

Dictio *omnis* est universalis, declaratur, dec. 152. num. 14.

DIES.

Dies naturalis quis dicatur, dec. 157. num. 55.

DILATIO.

Dilationes ad probandum, prorogantur, & abbreviantur ex partium consensu, dec. 113. n. 23.

DOMINUS.

Dominus directus de iure Cathaloniæ habet iurisdictionem universalem in emphyteutas, ratione suæ emphyteusis, & ideo potest ab eo Clericus conveniri coram Iudice laico in causis emphyteusis, pro recognitione investituræ, laudimio, & similibus, dec. 142. n. 1. usque ad 12. cum pluribus Senatus, & contentionum declarationibus.

Dominus prædij servientis an possit illud ad culturam reducere, in præiudicium servitutis lignandi, vel iuris pascēdi, dec. 144. n. 48. ubi n. 49. & 50. negativè resolvitur, cū intelligentia, de qua ibi.

DOS.

An dotis taxatio fieri possit iuxta leges Regni, vbi bona sunt sita, decis. 113. n. 27.

Dotis restitutio facienda est iuxta leges Regni, in quo maritus de tempore contractus matrimonij suum fovebat domicilium, dec. 113. num. 28.

Dos sequestratur, si maritus constante matrimonio, eam dissipet, aut labi facultatibus incipiat, dec. 133. num. 8.

Dos, & sponsalitium uxoris ut sint tuta, sequestrantur bona mariti, quando constante matrimonio, ea bona exequuntur, & tunc supereſt uxori remedium optandi fructus, dec. 133. n. 9. & n. 10. Idem traditur quando vidua excipit de dote, & sponsalitio ad litem differendam.

Dotis restitutio, pendente lite super fœdere matrimonij, aut separatione tori coram Iudice Ecclesiastico est petenda, & non coram sæculari, dec. 156. n. 1.

Dotis restitutio post sententiam factam à Iudice Ecclesiastico super fœdere matrimonij, aut separatione tori peti potest coram Iudice sæculari, d. dec. n. 15. & 16.

E

ECCLESIA.

Ecclesiæ triginta mille cōstructę fuerunt in Principatu Cathaloniæ, & in dies eriguntur, dec. 124. n. 8.

ECCLESIASTICUS.

Ecclesiastica persona nullatenus, etiam cum licentia Episcopi tacitè, vel expressè prorogare potest iurisdictionem sæcularem, dec. 115. n. 4. vide in verb. *Clericus*.

Ecclesiastici Iudicis iurisdictio quibus modis per laicum prorogetur, vide in verb. *Iurisdictio*, & in verb. *Prorogatio*.

Ecclesiasticus Iudex incompetens est, ad cognoscendum de laico in causa mere profana, dec. 117. n. 3. 4. 5. 6. & 7. cum Regijs declarationibus.

Ecclesiasticus Iudex est incōpetens cognoscendi de laicis, in rebus profanis iure ordinario, nisi per viā prorogationis, dec. 121. n. 10.

Iudices Ecclesiastici urbanè debent tractari, dec. 141. num. 78. ubi traditur diploma Regium.

Ecclesiastico renuente concordiæ stare, remedia antiqua practicantur, dec. 127. num. 37.

Ut contra Ecclesiasticum possit procedi ad occupationem temporalitatum, quid requiratur, dec. 129. à n. 12. ad 35. vide in verb. *Temporalitas*.

Ecclesiasticis denegari non potest subsidium protectionis Regiæ, decis. 139. num. 1. & 2.

Ecclesiastici sunt partes corporis mixti Reipublicæ, & sunt de districtu sęcularium in favorabilibus, licèt non habeant votum in Concilio Populi, dec. 139. n. 10. & n. 11. quod sunt cives in favorabilibus, non solum illius Civitatis, in qua nati sunt, verum etiam Civitatis, in qua possident beneficium, & num. 12.

Ecclesiastici depasci facere possunt pro macello pecora necessaria ad eorum sustentationem: secùs in pascius, quæ sunt proprium patrimonium Universitatis, & ad ejus particulares usus pertinent, dec. 139. n. 15. & n. 16. & 17. binæ Senatus decisiones, & n. 18. ad id declaratio contentionis.

Ecclesiastici aliquo modo sunt subditi suo Regi, & naturali Dominio, & naturaliter sive originariè dicuntur esse de dominio, & ditione illius Principis, in cuius terris sunt nati, & quodammodo vassali dicuntur, dec. 109. n. 20. & 21.

Ecclesiastici non comprehenduntur sub statuto, annullante alienationes in non subditum, ibid. num. 22.

Ecclesiasticæ personæ licèt sint exemptæ à tributis, non tamen ab obedientia Principibus præstanda, decis. 139. n. 23. & traditur ratio num. 24. & 25.

Ecclesiastici debent Principi suo supremo obedire, ita ut eos immunitas Ecclesiastica non eximat, quin supremum in temporalibus Principem agnoscere valeant, nec ista veneratio eis pro suis Ministris dispensari valet, dec. 139. nu. 27. 28. & 29.

Ecclesiastici alligātur legibus politicis, alijsque generalibus, (quæ de Clericis mentionem non faciunt) bonum publicum respicientibus, & Sacris Canonibus non repugnātibus, dec. 139. n. 35.

Ecclesiasticos comprehendunt statuta pro universo Populo facta: ut sunt prohibentia arma, dec. 139. n. 36. ubi n. 37. ad id traditur Regium diploma, & n. 38. DD. remissivè de hac re.

Ecclesiasticis non denegatur protectio Regia, & Paterna, ut ab oppressione qua vexantur liberentur, dec. 139. nu. 39.

Ecclesiasticę personæ, & eorum bona sunt sub protectione Regia, & adversus eos insurgentes proceditur etiam per captionem feudorum, dec. 139. num. 49. quod explicatur nu. 50. & num. 51. usque ad num. 53. & seqq.

Ecclesiasticorum temporalitates à Rege occupari possunt, quando illi perturbant, vel usurpant iurisdictionem Regiam, aut iustis Regijs præceptionibus non obediunt, dec. 141. nu. 24.

Ecclesiastici inobedientes præceptis Regijs, pluries fuerunt banniti, & ab omnibus Populis, & habitationibus Regni eiecti, dec. 141. nu. 34. usque ad n. 41. cum ferè infinitis exemplaribus antiquis, & modernis; & etiam in terminis Iudicis Comissarij Apostolici, quod comprobatur à n. 50. usq. ad n. 78. cætera de hac re vide in verb. *Princeps*, & in verb. *Banimentum*.

Ecclesiastico permittitur procedere contra sæculares, iurisdictionem suam turbantes, & è contra Principi contra Ecclesiasticos, forma tamen de sensionis observata, dec. 141. n. 55.

Ecclesiasticæ personæ ratione Emphyteusis, & etiam feudi conveniri possunt per dominium directum coram Iudice laico, dec. 142. tot. vide verb. *Clericus*, verb. *Emphyteusis*, & verb. *Feudum*.

An Ecclesiastica exemptio à iure divino proveniat, dec. 146. num. 1. & dec. 147. num. 1.

De Ecclesiasticis personis incapax omnino est cognoscendi Iudex sæcularis, & in eum nec tacitè, nec expressè persona Ecclesiastica prorogare potest iurisdictionem; & Regius Senatus causas civiles contra personas Ecclesiasticas de officio remittit ad Iudicem Ecclesiasticum, dec. 146. n. 2. 3. & 4. cum Senatu.

Ecclesiasticarum personarum cognitio, super exemptione solutionis, & exactionis impositionum, & iurium Universitatis sæcularis, non est Iudicis laici, qui ad id incapax est, dec. 146. num. 5. & 6. cum declaratione contentionum.

Ecclesiasticus Iudex an possit punire mulieres inhonestè viventes, vide verb. *Mulier*.

Ecclesiasticus recurrens ad Principem sæcularem in suo casu pro vi auferenda, non potest firmare ius, & de iure coram Iudice laico tanquam incapaci; sed debet uti forma recursus, quæ traditur dec. 148. n. 5. bene vero in casu quo Princeps cognoscit de suo iure, inter personas Ecclesiasticas, ib. n. 8. ubi quomodo in utroque casu conclusio Regij Senatus debeat concipi.

Ecclesiastici de iure Canonico non habent fori electionem, decis. 152. num. 10.

An sit Ecclesiastici Iudicis cognitio validitatis, vel invaliditatis excommunicationis, vide in verbo *Excommunicatio*.

EMPHYTEUSIS.

Emphyteuticarum, & causarum feudalium cognitio, etiam inter Ecclesiasticos, pertinet ad Iudicem laicum, nominatum à Domino emphyteusis, vel feudi: & si emphyteusis, vel feudum sunt de Regio Patrimonio ad Baiulum Generalem, dec. 142. n. 1. & ferè per tōt.

Emphyteutica qualitas iustificari debet, in qua iurisdictio Iudicis capibreviationis fundatur, aliàs nulliter proceditur, dec. 142. num. 15. cum Senatu.

Episcopus habet iurisdictionem universalem in tota sua Diœcesi, & in ea habet fundatam intentionem decis. 118. nu. 20.

Episcopus in sua Diœcesi potest id, quod Summus Pontifex in toto orbe, nisi in his, quæ expressè sunt ab eo reservata, decis. 118. nu. 21.

Episcopus in quibus casibus possit Regulares extra clausuram degentes punire, traditur remissivè, dec. 119. n. 2.

Episcopi antiquitus erant Inquisitores Generales in suis Diœcesibus, & soli de hæresi cognoscebant, dec. 125. n. 1.

Episcopi observare debent Sacrum Concilium Tridentinum in Ordinibus conferendis, dec. 141. num. 17. ubi ad id traditur Regium Rescriptum.

Episcopi iurisdictioni subiecti erant de iure Religiosi, & Religiones, ac exempti, dec. 149. n. 2. quod hodiè secùs est, n. 4.

Episcopus in tota sua Diœcesi pro omnimoda iurisdictione, tàm contra Regulares, quàm quoscumque Ecclesiasticos, habet fundatam intentionem, decis. 149. nu. 3.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Episcopus Delegatus à Pontifice, stante partium consensu, nihil est quod exerceat iurisdictionem extra suam Diœcesim, decis. 151. num. 3.

ERROR.

Errare proprium est humani iudicij, dec. 134. n. 12.

Error Procuratoris in litis ingressu, & progressu, nullum infert præiudicium parti in electione Iudicis, dec. 151. n. 22.

Ex erroneo consensu nequit induci Iudicis prorogatio, sivè error sit utraque pars, sive altera tantum, sive contingat antè, sive pòst litem contestatam, sive error sit iuris, sive facti, ibi n. 24. & 25.

EUCHARISTIÆ SANCTISSIMUM SACRAMENTUM.

Post susceptum Eucharistiæ Sanctissimum Sacramentum, quot horæ debeant elabi, ut possit reus, sanguinis pœnas luere, dec. 157. nu. 42. & seqq.

EVOCATIO.

Evocari non possunt ad Nuntium, vel Legatum de latere in prima instantia, causæ ad formam Ecclesiasticum pertinentes, nisi per viam legitimæ appellationis ad sua Tribunalia fuerint delatæ, dec. 135. nu. 26. & n. 27.

Evocata causa coram superiore, cum Fisci interventione ob eius interesse, pars impeditur liti cædere in præiudicium Fisci, dec. 142. n. 28.

Evocatione causæ stante apud superiorem, contumax non potest reputari inferior ad incidendum in excommunicationem ab Ecclesiastico promulgatam, dec. 142. nu. 29. cum Senatu, & aliæ Senatus declarationes, nu. 30. & 31.

Evocare, non autem evocari possunt pupilli, viduæ, & miserabiles personæ, decis. 152. n. 3.

EXCEPTIO.

Exceptione inevocabilitatis non opposita, Regia Audientia cognoscit de causis minoribus tercentum librarum, dec. 116. n. 23.

EXCOMMUNICATIO.

Excommunicationis pœna, nulla est maior in Ecclesia, & est à Domino collata in ædificationem, non in destructionem dec. 104. n. 1

Excommunicatio vibrari non potest, si aliis medicamentis res sanari valet, nō pro minima causa, nec pro parva, & levi; sed pro mortali crimine, & in illum, qui aliter corrigi non potest, ibid. n. 2.

Et non nisi pro peccato mortali, ibid. nu. 3.

Nec frequenter infligēda, sed rarò, ne amittat auctoritatem, ibi n. 4.

Nec pro parvis debitis civilibus, ibid. n. 5. ubi n. 6. Sacr. Conc. Trid. expeditur cum nu. seqq.

Excommunicatio in subsidium est infligenda contra laicos condemnatos per Iudicem Ecclesiasticum, in casu suæ iurisdictionis; priùs enim procedendum est per exequutionem realem, vel personalem, dec. 105. n. 1. & dec. 107. nu. 34. & in addit. n. 1.

Excommunicatio post Concilium Tridentinum est remedium extraordinarium, & extat in Principatu litteralis dispositio, dec. 105. n. 6. 7. & 8.

Excommunicatio est nulla, si priùs procedatur per censuram Ecclesiasticam, & postea per exequutionem in persona, vel bonis condemnati, dec. 105. num. 9. 10. & 11. & seqq. ubi decisio contentionis nu. 22. & 23. & in addit. n. 1.

Excommunicatus, qui se ingerere vult in iudicio, si de eius excommunicatione publicè constet, potest à iudicio repelli, & quomodo, decis. 107. nu. 3.

Excommunicationis validitas, vel invaliditas, non potest cognosci à Iudice sæculari, dec. 107. nu. 4. & n. 20.

Excommunicatio est introducta ad frangendam contumaciam, & inobedientiam Ecclesiæ, decis. 107. n. 12. & est causa immediatè necessaria ad eam proferendam, ibid.

Excommunicationem præcedere debet exequutio bonorum, quæ condemnatus in observantiam sententiæ designaverat, dec. 107. nu. 14. & 15. cum declaratione contentionis.

Excommunicatus, in iudicio stare potest ut reus, & ad se defendendum, & opponere potest exceptiones recusationis Iudicis, & alias, dec. 107. n. 17.

Excommunicatio non fuerunt in eum, qui bonis cessit dec. 107. nu. 33. & nu. 34.

Excommunicationem non concedi propter debita, minoris quantitatis decem librarum Barcinonensium, studiosissimè commendatur ab Auctore, dec. 107. nu. 35. & nu. 36. ad 40. rationes adducit dec. 109. nu. 26.

Excommunicationis præsidium frustrabitur per recursum ad firmam contentionis, vel per informationem ad Banchum Regium, contra Officialem requisitum non exequentem, quando impedimentum est iustum, dec. 109. nu. 26

Excommunicationis sententia est nulla contra debitorem à notorio pauperem prolata, dec. 110. nu. 3.

Excommunicatus ob suam culpam, si perseveravit contumaciter, compelli debet per superiores Magistratus, & Regios Vicarios, ut debito satisfaciat, iuxta Constit. statuim. 8. tit. *de hæreges, &c.* dec. 110. n. 7. & quomodo procedatur, nu. 8. usque ad n. 11.

Excommunicatus, qui per annum insordescit, tanquam de hæresi suspectus, contra eum procedi potest iuxta Concilium Tridentinum, de consuetudine tamen non ita observatur, decis. 110. n. 8. & 9.

Excommunicationis gladius, nervus Ecclesiæ dicitur à Tridentina Synodo, dec. 111. nu. 9.

Excommunicatione non obstante, & loco interdicto, licitum fuit Capellano Comitis Raymundi Berengarij Quarti, Divina Officia celebrare illi, & suæ familiæ tantum, clausis ianuis, & exclusis excommunicatis, & interdictis, dec. 123. nu. 11. & id ipsum fuit concessum, & amplius Regi Petro Tertio. Vide in verbo *Rex*.

Excommunicatio, & bannum, sive bannimentum à pari procedunt, decis. 141. nu. 56.

Excommunicatio ex defectu iurisdictionis redditur nulla, decis. 142. nu. 40.

Excommunicatio, & eius absolutio an fieri possit in diebus feriatis, vide verb. *Feriæ*.

EXECUTIO.

Executio mobilium Clerici per quem Iudicem fiat vide in verb. *Bona*.

Executio realis, vel personalis debet prius fieri, antequam ad excommunicationem procedatur, dec. 105. n. 1. & supra verb. *Excommunicatio*.

Executio Visitæ Apostolicæ impediri non potest à Curia Regia, imò illi auxiliari tenetur, dec. 107. n. 24. cum pluribus Senatus observantijs usque ad nu. 29.

Executio bonorum debitoris, quomodo practicetur, dec. 108. n. 5.

Executio facta, non reservato iuris ordine, nulliter facta declarata fuit per Senatum, dec. 109. n. 6. & n. 7. alia Senatus decisio, qua partes fuerunt repositæ ad statum quo erant ante incæptam executionem, & n. 16.

Executio fieri potest præstita cautione, licèt sit interposita appellatio, vel Inpplicatio aut petita restitutio in integrum à declaratione Brachij Sæcularis, dec. 111. num. 32. 33. 34. & 35. cum limitationibus, & observantia Senatus.

Executio Regiæ Sententiæ in Regno Castellæ, vel alio loco extra Cathaloniam latæ, non potest decerni in Regio Concilio huius Principatus vigore litterarum requisitoriarum, nisi prævia citatione, & causæ cognitione, dec. 113. nu. 6. in fine, cum Senatu.

Executio quoad ordinem ipsius fieri debet secundum leges loci exequentis; non vero iuxta leges loci, ubi res fuit iudicata, dec. 113. nu. 29. & nu. 30. cum Senatu.

Exequutio iuris, nemini iniuriam affert, dec. 149. n. 11.

EXECUTOR.

Executor merus, an mixtus dicatur Iudex Sæcularis ab Ecclesiastico requisitus contra laicum, dec. 109. n. 8. & alijs, & resolvitur n. 20. & dicitur mixtus dec. 113. n. 18.

Executor interdum ex mero fit mixtus, & è converso mixtus per accidens potest fieri merus, dec. 109. n. 19.

Executor merus à Pontifice missus, an constito de excessu, sit inferior Ordinario, & ab isto possit inhiberi, dec. 110. nu. 19. & quid de subexecutore Cameræ.

Executoris est cognitio quoad modum exequendi sententiam, non quomodo sententia lata sit, dec. 111. nu. 25.

EXEMPTIO.

Exemptio personarum Ecclesiasticarum à solutione impositionum, & iurium Universitatis sæcularis quoad cognitionem non pertinet ad Iudicem laicum, dec. 146. nu. 5. & 6. cum declaratione contentionum, & nu. 7. & 8. alia circa exemptionem hospitandi milites.

An exemptio, & immunitas Ecclesiastica exordinatur à Iudice Divino Vide in verbo *Ecclesiasticus*.

Exemptio Ecclesiastica declarari, & limitari potest, à Summo Pontifice, qui laicis cognitionem personarum, & causarum Ecclesiasticarum, delegare valet, cum non puri hominis, sed veri Dei vice fungatur in terris, qui propterea ius Divinum distinguit, aut declarat, dec. 137. n. 6. & 7. quod declaratur n. 8.

EXEMPLUM.

Exemplum est de regula, & ponitur ad manifestandum regulam, dec. 144. n. 76.

F

FAMA.

FAma publica, & communis opinio articulanda, & probanda est in immemoriali per verbum *fuit*, & *est*, dec. 145. n. 1. & 16. cum Senatu.

Fama publica, & communis opinio articulanda, & probanda est in ipso articulo principali possessionis immemorialis, in quo debet includi, & immiscere, ut non sufficiat in alio probari, dec. 145. n. 7. ubi n. 18. traditur, quòd in possessione immemoriali necessarium est, ut formaliter de fama publica, & communi opinione expressim deponatur testes; quia audire publicè non probat famam vere, sed per æquipollens ob rationem, quæ ibi assignatur.

FERIÆ, ET FESTIVI DIES.

Feriæ generaliter dicuntur dies, sive tempora, quibus iubetur, forensem strepitum, & contentiosæ iurisdictionis exercitium conquiescere, dec. 157. nu. 1.

Feriæ aliæ sunt ordinariæ, & aliæ extraordinariæ, ibid. n. 2.

Feriæ aliæ sunt ad Divinum cultum institutæ, quæ dies festi appellantur; aliæ ob necessitates, & utilitates humanas, dec. 157. n. 3.

In ferijs statutis in Dei honorem non licet iudicia exercere, etiam partibus consentientibus, nisi necessitas adsit, vel pietatis causa concurrat

UAB Biblioteca de Ciències Socials

de facto revocanda per Cancellarium, decis. 105. num. 21. & seqq. cum Senatus declarationibus.

Iudex Ecclesiasticus, ut possit suas sententias in civilibus contra laicos exequi, an requiratur auxilium Iudicis Sæcularis, dec. 106. ubi nu. 1. 2. & 3. partem affirmativam Auctor refert, & nu. 4. & 5. negativam, cui adhæret, & exornat Senatur declarationibus, satisfaciendo num. 6. & seqq. contrariis argumentis.

Iudex potest exequutionem facere in causa, de qua alius cognoscit, dec. 106. nu. 8.

Iudex Sæcularis est incapax cognoscendi de articulo validitatis, vel invaliditatis excommunicationis, dec. 107. nu. 4.

Iudex Ecclesiasticus si non defert appellationi, in casu appellabili, protest recurri ad Regiam potestatem supremam, decis. 107. num. 11.

Iudex Sæcularis non redditur capax ad cognoscendum de articulo excommunicationis, ex firma contentionis, dec. 107. nu. 20. & 21. cum Senatu, & num. 22. & 23.

Iudices diversi fori super eadem re, ius dicere non possunt, dec. 108. num. 1.

Iudicis Ecclesiastici cognitio quoad laicos, in quibus casibus sit magis frequens, dec. 108. num. 2.

Iudex requisitus petere potest processum, si vult pro exequutione requisitoriæ, dec. 108. num. 16.

Iudex Ecclesiasticus potest censuris compellere Iudicem Sæcularem renuentem requisitoriam ab Ecclesiastico expeditam exequi, dec. 109. num. 1.

Iudex Ecclesiasticus si recusat, tanquam in casu notorio sue iurisdictionis contentionem firmare, tenetur tamen dubium super contentione firmare, decis. 109, nu. 3. cum Senatu.

Iudex Sæcularis requisitus ab Ecclesiastico, si excedit in exequendo, ab excessu, vel gravamine appellatur ad Regiam Audientiam, dec. 105. n. 4. 5. 6. & 7. ubi Senatus.

Iudex Sæcularis ab Ecclesiastico requisitus, an sit merus, vel mixtus executor disputatur, dec. 109. à n. 8. & resolvitur n. 20.

Iudex Sæcularis requisitus ab Ecclesiastico, si executionem facere non possit, relationem facere debet Iudici Ecclesiastico de impedimento dec. 100. nu. 13. 14. 15. & 16.

Iudex inferior compellitur per Regiam Audientiam ad exequendas sententias contra laicos, condemnatos ab Ecclesiastico in suo casu, dec. 109. nu. 22.

Iudex inferior si minus iuridicè procedat, puniri potest, decis. 109. num. 22.

Iudex qui sententiam iniustam, ad litteras alterius Iudicis exequitur, non evadit sine pœna, dec. 109. nu. 22.

Iudex inferior quando peccat in exequutione non observando iuris ordinem, vocatur a Regia Audientia ad dandum rationes, & condemnatur in expensis de bonis proprijs, cum interesse, dec. 109. nu. 25. cum Senatu; & similiter si mandata superioris non observat, nu. 25. cum Senatu.

Iudex tam Ecclesiasticus, quam Sæcularis satisfacere tenentur suo iniuncto muneri; nam plerumque contentiones ex imprudentia derivantur, dec. 109. nu. 27.

Iudex Delegatus vide in verb. *Delegatus*.

Iudex Sæcularis est incapax cognoscendi de persona Ecclesiastica, & de viribus excommunicationis, dec. 110. num. 26. dec larat. ut num. 27. 28. & 29.

Iudex Ecclesiasticus ministere debet Sæculari ad obtinendam copiam authenticam instrumentorum, quæ fuerunt recepta in posse alicuius Rectoris, dec. 111. nu. 5. cum Senatu, & pro scrutinio faciendo in domibus Ecclesiasticorum num. 6. cum alia declaratione.

Iudex Ecclesiasticus in invocatione Brachij Sæcularis, an teneantur acta processus exhibere, affirmativè resolvitur, decis. 111. num. 17. usque ad nu. 22. & n. 17. è contra Ecclesiasticus non tenetur Brachium concedere, nisi ei, si prius facta processus exhibitio.

Iudex inferior adamussim, nulla precedente causæ cognitione, tenetur sententiam Iudicis superioris exequi, dec. 111. n. 18.

Iudex Sæcularis, in invocatione Brachij Sæcularis potest de nullitate, aut iniustitia notoria cognoscere, decis. 111. num. 23. 24. 25. & 26. ubi Senatus.

Iudex Sæcularis, quibus in casibus non sit compellendus ad Brachium impertiendum remissivè, decis. 111. n. 33.

Iudex requirens perhibere debet in litteris requisitorijs causam, qua motus fuit, dec. 112. num. 8. & ulteriùs de ea apparere debet, in eisdem litteris, ex relatione, & actuum insertione, ibid. num. 9.

Iudex Sæcularis monere potest Ecclesiasticum, ut urbanus sit, & litteras inurbanas revocet, quando in litteris requisitorijs non fit usus debitâ urbanitate, dec. 112. num. 13. 14. & 15. cum Senatu Idem dicendum quando Curia Ecclesiastica non utitur verbis deprecativis, & exhortativis, sed præceptivis, ibid. nu. 16. quod procedit etiam quando ab Ecclesiastico litteræ expediuntur contra Iudicem Sæcularem, num. 17. & 18. cum Senatu.

Iudex requisitus non cognoscit de nullitatibus, seu iniustitia, ad finem reformandi sententiam requirentis, sed ut in exequutione supersedere valeat, vel non, decis. 113. nu. 2. cum Senatu, & forma provisionis, nu. 3. & 4.

Iudex requisitus citare debet partem ad opponendam, si quam habet exceptionem adversus exequutionem, decis. 113. num. 5. & 6. cum Senatu.

Iudex requirens debet esse competens, ad cognoscendum de lite, pro cuius executione expediuntur litteræ requisitoriæ, sicut Iudex requisitus competens esse debet ratione territorij, decis. 113. num. 17. cum Senatu.

Iudex requisitus quando mixtus executor dicatur, dec. 113. n. 18.

Iudex requisitus non tenetur de necessitate litteras requisitorias exequi, sed de urbanitate; non tamen erit in iuris errore, si illas exequatur, dec. 113. nu. 19. 20. & 21. cum Senatu.

Iudici inferiori possunt præsentari litteræ requisitoriæ tam in civilibus, quam in criminalibus; atvero ille criminosum remittere non debet inconsulto Principe, dec. 114. nu. 1. & 2. cum Senatu.

Iudice requisito nolente subsidium exequi, debet adiri superior, ut illum compellat, decis. 114. nu. 3.

Iudex inferior etiam potest expedire litteras requisitorias extra Regnum directas superiori ad obtinendum delinquentis remissionem, dec 113. nu. 4. cum Senatu.

Iudex Ecclesiasticus non habet iurisdictionem in reos laicos in causis mere profanis, nisi virtute prorogationis, dec. 113. n. 42.

Iudex Delegatus servare debet formam delegationis, alias nihil operatur, imò uti procedens tanquam privata persona, à Iudice Ordinario, puniri, & comprimi potest, dec. 116. n. 24.

Iudex Delegatus, si extra territorium ius dicat puniri potest, dec. 116. num. 25. 26. 27. 28. & 29.

Iudex Delegatus virtute delegationis non habet iurisdictionem in laicos, in rebus mere profanis, dec. 117. nu. 9. usque ad nu. 37. cum declarationibus.

Iudex Delegatus Apostolicus nullam in se habet translatam iurisdictionem respectu laici pro re mere profana, dec. 117. nu. 18.

Iudex Ordinarius habet propriam iurisdictionem à iure, vel consuetudine, dec. 118. nu. 5.

Delegatus autem nihil proprium habet, sed Delegantis personam representat, nu. 6.

Iudices Delegati dicuntur extraordinarij, ibid. nu. 7.

Iudex Delegatus tenetur ante omnia probare delegationem litteris commissionis, coram Ordinario exhibitis, alias processus est nullus, dec. 118. n. 8. cum Senatu.

Iudex Delegatus, si iurisdictionem exerceat ante præsentationem litterarum comissionis, licet illa superveniat, non retrotrahitur pro confirmatione processus, decis. 118. nu. 9. ubi etiam, quod ad obtinendum Brachium Sæculare, debet fidem facere de litteris delegationis.

Iudex Ordinarius pro se præsumptionem habet in suo territorio, decis. 118. num. 11.

Iudex Conservator tenetur exhibere litteras suæ commissionis, decis. 118. nu. 12. vide alia in verb. *Conservator*.

Iudex Ordinarius, antequam adipiscatur possessionem, tenetur edere litteras, seu rescriptum, ei iurisdictionem tribuens, dec. 118. nu. 13. quod secus est postquam admissus iam est num. 14. nec tenetur in litteris citatorijs inserere potestatem suæ iurisdictionis. num. 15. ibid. quod diversum omnino est in Iudice Delegato, num. 16. & 25. cum Regio Senatu, vide in verb. *Delegatus*.

Iudex Ordinarius habet iurisdictionem universalem, & in ea habet fundatam intentionem, prout Episcopus in sua Diœcesi, dec. 118. num. 20.

Iudex Ecclesiasticus est incompetens cognoscendi de laicis, in rebus profanis iure ordinario, nisi per viam prorogationis, dec. 121. num. 10.

Iudex Sæcularis Sacerdotalem dignitatem non deprimat, nec è contra, dec. 126. num. 6. & 7.

Iudex Ecclesiasticus audiebatur ad proponendas rationes, quibus excusabatur firmare contentionem, dec. 127. nu. 33. vide in verb. *Contentio*, in verb. *Temporalitas*, & in verb. *Concordia*.

Iudices Delegati Apostolici non veniunt comprehensi in Concordia Reginæ Eleonore, dec. 128. n. 1. vide in verb. *Delegatus*.

Iudex Ecclesiasticus Ordinarius, si vim infert Clericis, vel laicis, proceditur cum eo in forma contentionis, iuxta Concordiam, dec. 131. num. 3. & 4.

Iudex Ecclesiasticus quando non defert appellationi in casu à notorio appellabili, vel admissa appellatione attentatè, & nulliter procedit, valet subditus oppressus ad Regiam protectionem recurrere, quando prestò superior Ecclesiasticus adiri non potest, & necessitas urget ita tamen ut cum potuerit suum superiorem Ecclesiasticum provocet, dec. 132. tot.

Iudex à quo, postquam appellationi detulerit, vim facit, partem in causa primitiva gravans, dec. 132. n. 6. cum Senatu.

Iudici incompetenti iurisdictionem tribuit, deficientia potestatis vel longa absentia superioris, dec. 132. nu. 11.

Iudex inferior potest exercere iurisdictionem superioris, ut puta absolvere, quando recursus ad Papam non est facilis, ita tamen, ut cum potuerit adeat superiorem, dec. 132. num. 12. & 13.

Iudex extra suum domicilium, non debet pro causa sibi commissa proficisci, nisi necessitatis causa, dec. 135. num. 4. 5. & 6. ubi ratio traditur.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Iudex Ecclesiasticus si processit sine causæ cognitione, Iudicis Sæcularis assistentia, personæ Ecclesiasticæ concessa adhuc durat, decis. 135. num. 19. & 20.

Iudices Ecclesiastici non habent territorium in hoc Principatu, quoad exercitium iurisdictionis contentiosæ contra laicos, dec. 135. nu. 21. & n. 22.

Iudices Ecclesiastici Ordinarij cognoscunt de causis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus in prima instantia, & non alij, dec. 135. num. 23. 24. & 25. cum Senatu, vide in verb. *Causa*.

Iudex Ordinarius Ecclesiasticus si suspectus est, causa committitur viciniori, dec. 135. num. 30. nu. 31. & nu. 32.

Iudex Sæcularis an sit competens, ubi agitur de possessorio beneficij, vel rei spiritualis, & Ecclesiasticæ, traditur remissivè decis. 136. nu. 1.

Iudex Sæcularis cognoscit de possessorio summariissimo quando parantur arma, decis. 136. num. 2. & num. 3. cum Senatu, & alia exemplaria vsque ad nu. 6.

Iudex Sæcularis se intromittit in expeditione litterarum manutenentiæ, easque concedit, præcipuè in beneficialibus pro tuendo possessore beneficij Ecclesiastici, decis. 136. num. 9. cum Senatu, & in addit. num. 10.

Iudex Sæcularis reprehendi non potest, quando auxilium suffragatur ad coadiuvandos provisos Apostolicos, vel ab Ordinario, dec. 136. num. 15.

Iudex Sæcularis auxilium præstat, etiam pœnis temporalibus additis, pro observantia legum Ecclesiasticarum, decis. 136. num. 16.

Iudex Sæcularis compelli potest per censuras Ecclesiasticas ad exequenda contenta in mandatis Rotalibus, ibid. nu. 17.

Iudices Ecclesiastici sunt cum urbanitate, & moderamine honorandi, decis. 141. num 78. ad id Regium diploma.

Iudex inferior tenetur obtemperare mandato superioris, si mandatum non est notoriè iniustum, qua de causa excusatur obediens à Syndicatu, decis. 142. nu. 36. cum Senatu, & num. 37. alia Senatus declaratio.

Iudex Sæcularis est omnino incapax cognoscendi de personis Ecclesiasticis, & in eum, nec tacitè, nec expressè persona Ecclesiastica prorogare potest iurisdictionem, dec. 146. n. 2. & 3.

Iudex Sæcularis, & præcipue Regius Senatus causas civiles, contra personas Ecclesiasticas, de officio remittit ad Iudicem Ecclesiasticum, decis. 146. num. 4. cum Senatu.

Iudex laicus non est capax cognoscendi super exemptione personarum Ecclesiasticarum à solutione, & exactione impositionum, & iurium Universitatis Sæcularis, decis. 146. num. 5. & 6. cum duplici contentionum declaratione.

Iudex Sæcularis in omnibus negotijs, & causis spiritualibus, vel Ecclesiasticis incapax est, & etiam in annexis spiritualitati, decis. 146. num. 9. & 10. cum declaratione contentionis super præeminentia sedendi in Ecclesia, & respectu iurispatronatus, & alia declaratio contentionis super fabrica Iconum, ideſt, *Medallas*, cum Imagine Sacratissimæ Virginis de Monte-Serrato.

Iudex laicus non potest cognoscere de bonis hæreditatis iacentis Clerici, decis. 146. num. 12. cum Senatu.

Iudex Sæcularis nihil statuere potest quoad Clericos, res, vel Iudices Ecclesiasticos, vel quoad ea, quæ ad Ecclesiam quomodocumque pertineant, decis. 146. num. 13. & num. 14. declaratio contentionis quoad res Confratriæ Sæcularis, & num. 15. & 16. alia, & Senatus decisio.

Iudices Sæculares non possunt per viam violentiæ causas Ecclesiasticas ad se trahere, & Iudices Ecclesiasticos compellere, vt à censuris sè abstineant, litteræque revocent, dec. 146. n. 21.

Iudex Sæcularis competens est quoad quæstiones meri facti circa matrimonium, quæ incidunt in causa temporali, id est, per modum causæ in successione hæreditaria, & de statu matrimonij tanquam de causa successionis, interim quo super validitate matrimonij à Iudice Ecclesiastico cognoscitur; nec impeditur eo casu Iudex laicus ab Ecclesiastico, sed vnusquisque procedit in sua causa, dec. 153. in argumento.

Iudex Sæcularis etiam cognoscere potest de mero facto legitimitatis, excommunicationis, professionis Religiosi; iurispatronatus, & privilegiorum Apostolicorum, decis. 103. in argumento.

Iudex causæ principalis, cognoscit etiam de incidenti, quantumcumque eius sit incompetens; & Iudex competens in iudicio præparato, est etiam competens in preparante, decis. 153. num. 1.

Iudex criminalis cognoscit etiam de incidenti civili, & è contra Iudex civilis de incidenti criminali, dec. 153. n. 3. & 4.

Iudex Sæcularis in causa spirituali, nec principaliter, nec incidenter de ea cognoscere potest, ibid. nu. 6. ubi n. 7. traditur ratio differentiæ inter Iudicem incompetentem, & incapacem, & n. 8. respondetur objici textus in l. Quoniam 3. Cod. de Iudicijs.

Iudicis Ecclesiastici est cognitio in quæstione matrimoniali, dec. 133. num. 9. & quidem Episcopi tantum num. 10. & nu. 11. & 12. traditur contentionis declaratio, & Senatus decisio.

Iudicis Ecclesiastici est cognitio, non solum si causa matrimonialis agatur inter coniuges, sed etiam si agatur inter unum coniugum, & eius filium, vel inter filium, & extraneum, dec. 153. nu. 13. & 14. cum declaratione contentionis.

Iudicis Ecclesiastici est cognitio super quæstione illegitimitatis, ibid. nu. 15.

Iudex Sæcularis etsi non possit, nec principaliter, nec incidenter de causa spirituali, seu matrimoniali cognoscere, poterit tamen si controversia non in iure, sed in facto consistat, decis. 153. num. 16.

Iudex Sæcularis quamvis proferat sententiam, tamen ista præiuditum non facit sententiæ ferendæ, vel prolatæ per Iudicem Ecclesiasticum, ibid. n. 17. ubi traditur ratio, & nu. 18. declaratio contentionis, & num. 19. celebris Senatus decisio.

Iudex Sæcularis cognoscit per modum causæ de matrimonio, id est non de illo, sed de hæreditaria successione, & de statu matrimonij tanquam de causa successionis, decis. 153. nu. 30. & nu. 31. Senatus decisiones usque ad 38.

Iudex Sæcularis potest cognoscere de mero facto spiritualitatis, utpote filiationis, quod incidit in causa hæreditaria, si petenti hæreditatem opponatur, quod non sit filius de tali, sed alterius, dec. 153. nu. 39. ubi nu. 40. & 41. Senatus decisiones.

Coram Iudice Sæculari admittuntur articuli, & probationes, quando disputatur an N. & N. contraxerint matrimonium, & an ex illo fuerit natus N. & an pro legitimo, & naturali fuerit publicè reputatus, dec. 153. n. 44.

Licèt cognitio validitatis, vel invaliditatis excommunicationis sit Iudicis Ecclesiastici; attamen Iudex Sæcularis cognoscere potest de quæstione facti excommunicationis incidenter suscitata in iudicio sæculari, ibid. n. 45.

Iudex quilibet, habet à se ipso potestatem interpretandi declarativè leges, canones, & statuta respectu causæ, quæ coram eo vertitur, quod declaratur, dec. 153. num. 51. ubi nu. 52. dec. Senatus in terminis legitimitatis à Principe.

Alia Senatus decisio super privilegio Apostolico, concesso cum clausula absque præiudicio venientium ab intestato, nu. 53.

Alia super interpretatione licentiæ superioris Ecclesiastici n. 54.

Alia Senatus decisio super unione Apostolica, ad effectum exigendi decimas de novalibus, dec. 153. nu. 55.

Alia decisio Senatus super stabilimento rei Ecclesiasticæ, n. 56.

Iudicis Ecclesiastici est cognitio iurispatronatus privativè, decis. 153. n. 57. permittitur tamen Iudici laico cognoscere de quæstione facti iurispatronatus, n. 58. ubi ponuntur exempla.

Iudexs Sæcularis quando cognoscit de quæstionibus meri facti super articulo spirituali, non impeditur à Iudice Ecclesiastico, coram quo pendet iudicium articuli iuris super spiritualitate, dec. 153. nu. 60.

Iudicis Ecclesiastici est cognitio, si quæstio iuris spiritualis est mixta cum facto inseparabiliter, & quando id evenit, & quid si quæstio iuris accedat facto, vel è contra, dec. 154. in argumento & num. 1. explicantur casus in quibus versatur quæstio super iure spiritualitatis.

Iudex Sæcularis supersedere debet in causa temporali, donec per Iudicem Ecclesiasticum sit terminata iuris quæstio super re spirituali, dec. 154. nu. 2. & nu. 3. traditur huius ratio, & n. 4. & 5. declarationes contentionum.

Iudicis Ecclesiastici est cognitio, si causa matrimonialis, & natalium, seu alia spiritualis consistat partim in facto, & partim in iure si sit mixta iuris, & facti inseparabiliter, ibid. n. 6.

Cognitio causæ spiritualis, est Iudicis Ecclesiastici, si sit mixta iuris, & facti inseparabilis, dec. 154. nu. 7. ubi ad id traduntur exempla num. 7. & 8. & Auctoris censura.

Coram Iudice Sæculari, quando incidit controversia Clericatus, quia cum super illa factum non sit abstractum ab omni spiritualitate, sed mixtam habeat quæstionem iuris, ideo de ea quæstione Iudex Sæcularis cognoscere non potest, ibid. nu. 9.

Iudex Sæcularis cognoscere potest, de casu in quo non principaliter, sed incidenter venit iuris quæstio super spiritualitate ibid. nu. 10.

Iudex Sæcularis potest cognoscere de incidenti spirituali in causa temporali, quotics ex actis constat de huiusmodi incidenti sine ulla disceptatione, dec. 154. n. 14. & 15. cum Senatu.

Iudex Ecclesiasticus est competens cognoscendi de incidentibus temporalibus in causa Ecclesiastica, vel spirituali, dec. 155. n. 2.

Iudex Sæcularis est competens causæ alimentorum principaliter coram ipso intentatæ, nec potest per Ecclesiasticum præveniri dummodo de separatione tori, aut matrimonij nullitate non agatur, d. dec. num. 13.

Iudex Sæcularis pendente lite coram Ecclesiastico super fœdere matrimonij, vel separatione tori, non potest cognitionem alimentorum assumere, d. dec. nu. 15. 16. & 17.

Iudex Sæcularis non se intromittit, sequestro prævento per Ecclesiasticum, ratione causæ matrimonialis, d. dec. n. 34.

Iudex Sæcularis non se intromittit, quando super causa prævenita in Curia Ecclesiastica fuit facta taxatio alimentorum, & de eius taxatione, & recuperatione agitur, dicta dec. n. 35. ad 38.

Iudex Sæcularis lite pendente coram Ecclesiastico super fœdere matrimonij, aut tori separatione non potest cognitionem alimentorum assumere, d. dec. nu. 38. & 39.

Iudex Sæcularis potest taxare alimenta, donec per Rotam, vel alium Iudicem Ecclesiasticum provideatur, ne fame alimentarius pereat. d. dec. n. 40.

INDEX

Iudex Sæcularis, sententia lata per Ecclesiasticum super validitate matrimonij, licet sit ab ea appellatum providet super præstatione alimentorum pendente appellatione, quin incidat in attentata, d. decis. num. 42. & ita intelliguntur DD. qui allegantur vsque ad num. 52.

An Iudex Sæcularis possit alimenta taxare non obstante præventione causæ principalis nullitatis matrimonij, aut separationis tori coram Iudice Ecclesiastico, si coram eodem non fuerint expresse petita, decis. 155. num. 54. & 55.

Contentio in favorem Curiæ Sæcularis declarata, id insinuans num. 56.

Contraria opinio tenetur cum Senatu num. 57.

Ratio huius opinionis. num. 58.

Iudex Sæcularis, si uxor in causa matrimoniali sententiam obtinuerit in prima instantia, à qua vir appellavit, & causa in secunda tractetur, potest tunc decernere vxori alimenta absque vitio attentatorum, d. dec. 155. num. 42. ad 52. & num. 59. & 60. decisio Senatus.

Iudex Sæcularis, ut possit alimenta taxare requiritur precisè, quod sit prolata sententia definitiva coram Ecclesiastico super fœdere matrimonij, aut separatione tori, d. decis. nu. 61. 62. 63. & 65.

Decisio Regij Senatus noviter facta, quæ videtur esse contraria; at difficilior redditur, num. 64. & 65.

Iudex Ecclesiasticus est competens cognoscendi de incidentibus temporalibus in causa Spirituali, & Ecclesiastica; & sic de restitutione dotis incidenter venienti in causa matrimoniali, decis. 156. num. 1.

Iudex Sæcularis pendente lite coram Ecclesiastico super fœdere matrimonij, aut separatione tori, non potest cognitionem restitutionis dotis assumere, d. decis. n. 2. & 6.

Iudex Sæcularis post sententiam factam à Iudice Ecclesiastico super fœdere matrimonij, aut separatione tori potest compellere maritum ad restitutionem dotis vxoris cum appendicibus dotalibus, decis. 156. num. 15. & 16.

Iudex Sæcularis potest recipere informationes pro iustificanda expulsione Ecclesiastici ad eas remittendum superiori Ecclesiastico, decis. 141. num. 44. & in addit. num. 22.

IURAMENTUM.

Iuramentum de observandis usaticis, & constitutionibus huius Principatus præstant Dominus Rex, & eius Locumtenens Generalis in principio sui regiminis, decis. 139. numer. 48.

Nisi adsit D. Regis necessaria absentia, vel iustum impedimentum, vt declaratur in addit. num. 16. 17. & 18.

IURISDICTIO.

Iurisdictio Iudicis Ecclesiastici prorogatur per comparitionem laici coram eo, & ea prorogata non valet laicus postea illius forum declinare, & ad Iudicem Sæcularem provocare, decis. 107. num. 7. & 8. cum declarationibus contentionum.

Iurisdictio Ecclesiastici prorogata per laicum, est eiusdem naturæ, & qualitatis cum iurisdictione præexistente, ibid. num. 5.

Iurisdictio Ecclesiastica non prorogatur per firmam contentionis à laico, decis. 107. num. 30.

Iurisdictio quælibet, tam ordinaria, quam delegata ex se est prorogabilis, decis. 115. num. 1.

Iurisdictio ordinaria omne genus prorogationis admittit, decis. 115. num. 3.

Iurisdictio Iudicis Sæcularis non potest prorogari à persona Ecclesiastica, d. dec. num. 4. usque ad 9. vbi Senatus.

Iurisdictio Iudicis Ecclesiastici non solum expresse, sed etiam tacite prorogari potest per laicum, & etiam sine consensu sui superioris, decis. 115. num. 10.

Iurisdictio Ecclesiastici prorogatur per laicum per renuntiationem fori, & submissionem alterius cuiuscumque, decis. 115. à num. 11. ad 20. cum pluribus declarationibus.

Iurisdictio Ecclesiastici prorogatur per laicum, vigore iuramenti appositi in instrumento publico, vel scriptura privata, decis. 115. num. 21. 22. & 23. cum Senatu.

Iurisdictio Ecclesiastici etiam prorogatur per comparitionem, aut litis contestationem, dec. 115. à num. 24. usque ad 29. vbi quid si adsit protestatio, cum exemplaribus.

Iurisdictio nullatenus competit Iudicibus Ecclesiasticis contra reos laicos, in causis meré profanis, nisi virtute prorogationis, dec. 115. num. 42.

Iurisdictio delegata, omnium prorogationum est capax, minus de persona ad personam, decis. 116. num. 1. & 2. vbi traditur ratio & limitatur nu. 4. & 5.

Iurisdictio delegata, competit alieno nomine, & non ad vltra quam, quæ per delegantem conceditur, decis. 116. num. 2.

Iurisdictio delegata ad universitatem causarum, admittit omne genus prorogationis, decis. 116. nu. 5. declaratur nu. 6.

Iurisdictio limitatè concessa quoad genus personarum, sed non quoad genus causarum, est prorogabilis, decis. 116. nu. 7. declaratur nu. 8. vbi de Syndicatorum iurisdictione.

Iurisdictio Cancellarij, & Regentis Regiam Cancellariam cognoscendi in suis verbalibus de causis non excedentibus summam 20. librarum, prorogari potest per partem tacentem, in lite tamen comparentem, decis. 116. nu. 9. & 10.

Iurisdictio limitata ad causas certæ quantitatis ex consensu partium prorogari potest ad causas maioris quantitatis, dec. 116. nu. 11. & nu. 12. cum Regio Senatu, quod declaratur num. 13. & 14.

Iurisdictio Cancellarij, & Regentis Regiam Cancellariam, est ordinaria, decis. 116. nu. 15.

Iurisdictio ordinaria, etsi limitata ad personas subditorum, est capax prorogationis, decis. 116. nu. 16.

Iurisdictio pertinens ad causas uuius materiæ, prorogari potest ad causas diversæ materiæ, d. decis. n. 18., & 19.

Iurisdictionem non excludit incrementum superveniens lite pendente, dec. 116. num. 20.

Solum qui iurisdictionem habet, illam demandare potest, dec 117. num. 8.

Iurisdictionem aliquis habere debet, vt ea prorogari valeat; ubi enim nulla est, à partibus tribui non potest, decis. 117. num. 18. 19. & 20.

Iurisdictio vnius speciei non potest prorogari ad diversam speciem, sicque merum imperium nequit prororogari ad mixtum, nec iurisdictio criminalis ad causas civiles, neque è contrà: vbi alia exempla.

Iurisdictio limitata ad causas certæ qualitatis non prorogatur ad causas diversæ qualitatis, dec. 117. num. 23. ubi quid in Iudicibus causæ mercantilis cum Regio Senatu.

Iurisdictio Delegati in re mere profana, non prorogatur per laicum, dec. 117. num. 24. ubi ampliatur.

Iurisdictio delegata, seu eius commissio, est quid facti; quare non præsumitur nisi probetur, dec. 118. num. 11.

Iurisdictionis prorogatio regulatur iuxta consuetudinem, dec. 121. nu. 12. & 13.

Iurisdictio Magistri Scholarum est per laicum prorogabilis: quia à Pontificis, & Regis potestate provenit, dec. 121. num. 14. & 15. & num 16. respondetur obici.

Iurisdictio Magistri Scholarum respectu Scholarium Clericorum est Ecclesiastica, & respectu laicorum, est laica, dec. 121. num. 3. & 4. vbi de gubernio Universitatis Illerdæ & probatur num. 5. ex iure nostro Municipali, & num. 6. allegantur exemplaria, & num. 7. & 8. solvuntur contraria.

Iurisdictiones separatæ fuerint, ita ut spiritualis actu pertineat ad Ecclesiam, temporalis vero ad Principem, & Reges terræ, dec. 126. num. 4.

Iurisdictio contentiosa est Domini territorij, & sic Iudices Ecclesiastici non habent territorium in hoc Principatu, quoad exercitium iurisdictionis contentiosæ contra laicos, dec. 135. num. 21. & 22.

Iurisdictio Auditoris Cameræ Apostolicæ non est ordinaria, & sic non est prorogabilis, decis. 135. num. 28. quod limitatur num. 29.

Iurisdictio probatur per possessionem immemorialem. Cum circumstantijs, quæ explicantur dec. 140. num. 46.

IUS.

Iura patriæ prius sunt practicanda quam ius commune, quod ab Auctore Advocatis animadvertitur, dec. 111. nu. 38.

Ius oriri ex facto quomodo intelligatur: decis. 153. numer. 19. & 20.

Ad sedandas turbationes in Populo cessant omnes iuris regulæ, & in plurimo dispensatur prohibitum, decis. 141. nu. 7. & 8.

Iura nostra municipalia, quæ tendunt ad utilitatem publicam, sunt confirmata auctoritate Apostolica, decis. 139. num. 51. 52. & 53. & num. 54. traduntur practici nostri super hac re & num. 55. usque ad num. 62. traduntur decisiones Senatus.

Iuris exequutio nemini iniuriam affert, neque dolo malo videtur habere, qui suo iure utitur, dec. 149. num. 11.

IUS PATRONATUS.

Ius patronatus Regium ius Regale dicitur, & inter Regalias Domini Regis connumeratur dec. 137. num. 1. & nu. 2. quodque Regalibus in omnibus, & per omnia assimilatur.

Iuris patronatus Regij tuitio, & iurisdictio ad Regem pertinet; decis. 137. num. 4. & num. 5. traditur quod de iuribus, & fructibus beneficiorum patronatus Regij nihil agi potest sine consensu Domini nostri Regis: vbi decisio Senatus circa præscriptionem centenariam, quando beneficium de patronatu Regio remaneret indotatum.

Iuris patronatus privatorum cognitio tanquam spiritualibus annexi pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum, decis. 137. nu 7. cum Senatu ubi sivè ius patronatus sit Ecclesiasticum, sivè laicale.

Iuris patronatus causæ, tractandæ sunt coram ipso Rege, si ius patronatus est Regium, dec. 137. nu. 8. non solum in possessorio, sed etiam in petitorio n. 9. & 10. & n. 11. traditur Regium rescriptum,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

reſcriptum, quo decretum fuit, vt cauſæ beneficiorum patrimonialium tractentur in Tribunali Baiuliæ Generalis.

Ius patronatus ex fundatione, aut dotatione probatur, deciſ. 150. num. 17.

Iuris patronatus cognitio ſpectat privativè ad Iudicem Eccleſiaſticum, deciſ. 153. num. 57. & quando competat cognitio Iudici laico num. 58. & 59.

Reliqua vide in verbo *Patronatus ius*.

L

LAICUS.

LAicus per oppreſſionem ſibi factam à Iudice Eccleſiaſtico, non poteſt ad inferiorem recurrere; quia eſt Supremæ Regaliæ protegere oppreſſos deciſ. 107. num. 5. & 6. cum declaratione contentionis.

Per comparitionem laici coram Iudice Eccleſiaſtico, iuriſdictio Eccleſiaſtica prorogatur, ibidem num. 7.

Laicus, prorogata iuriſdictione Iudicis Eccleſiaſtici, non valet poſtea illius forum declinare, & Iudicem Sæcularem provocare, ibid. num. 8. cum declaratione contentionis.

Laico excommunicato licet per firmam contentionis, ſuum proprium Iudicem Sæcularem adire, non obſtante excommunicationis declaratione, deciſ. 107. num. 18. & 19. cum declaratione contentionis.

An poſſit laicus appellare ab exceſſu Eccleſiaſtici Ordinarij, ad Metropolitanum Tarraconæ, deciſ. 107. num. 20. in fine.

Laicus prorogare poteſt non ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici, etiam ſine conſenſu ſui ſuperioris, dec. 115. num. 10.

An laicus prorogare poſſit iuriſdictionem Eccleſiaſtici vigore iuramenti, & alijs modis vide verb. *Iuriſdictio*, & verb. *Prorogatio*.

Laicus, qui non eſt Officialis Sancti Officij conveniri non poteſt coram Inquiſitoribus, vigore clauſularum renuntiationis propriſ fori, & ſubmiſſionis alterius cuiuſcumque, deciſ. 116. num. 38.

Laicus in re merè profana prorogare non poteſt tacitè, nec expreſsè iuriſdictionem Iudicis Delegati Apoſtolici, deciſ. 117. tot.

Laicus coram ſuo Iudice Sæculari in re mere profana conveniendus venit; & Eccleſiaſticus in eum incompetens eſt, dec. 117. num. 3. 4. & 5. uſque ad num. 7. cum Regijs declarationibus.

Laicus in re profana prorogare poteſt iuriſdictionem Conſervatorum Studij Generalis Ilerdæ, & Magiſtri Scholarum eiuſdem Univerſitatis, deciſ. 121. tot. & à nu. 4. ad 9.

Si laicus in cauſis merè profanis, oppreſſus à Iudice Eccleſiaſtico, inconſideratè ad Superiorem Eccleſiaſticum appellet, adhuc ſolet à Principe Sæculari de officio ſubveniri, deciſ. 151. num. 11.

LÆSDA.

Læſdæ cognitio pertinet ad Baiulum Generalem, deciſ. 143. num. 25.

LEGATARIUS.

Legatarius Sylvæ remotæ æquiparatur uſufructuario, qui poteſt vendere, & cædere ligna, deciſ. 144. num. 47.

LEGITIMA.

Legitimæ taxatio fit iuxta leges vbi bona ſunt ſita, deciſ. 113. n. 25. cum Senatus deciſ.

LEGITIMATIO.

Queſtio legitimitatis, vel illegitimitatis pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum, deciſ. 153. nu. 15. & à num. 23. ad 29. & num. 42. vide verb. *Iudex*.

LEX.

Leges Provinciæ, in quallis agitatur, an, & quando ſint ſervandæ, & quando leges ſunt Regni, vel Provinciæ, in qua bona ſita ſunt, deciſ. 113. à num. 24. vſque ad 28.

Quoad ordinem executionis faciendæ, non leges loci, vbi res iudicata fuit, ſed loci exequentis, ſervandæ ſunt.

Leges quibus prohibetur prorogatio laici in iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ſuſtinendæ ſunt, dec. 115. num. 41.

Legum filia eſt lis, deciſ. 110. num. 9.

Leges Imperiales, ſpecialiter de perſonis Eccleſiaſticis loquentes, nullam habent vim, niſi à iure Pontificio approbentur, deciſ. 152. num. 7.

LIGNUM.

Lignum nomen generale eſt; dicitur namque lignum de omni eo, quod eſt materia lignea, deciſ. 114. num. 11.

Ligneus equus navis vocatur, ex quo eius materia lignea eſt, ibidem, num. 12.

Ligno, id eſt materia ſignificabantur tabulæ, in quibus antiquitùs teſtamenta inſcribebantur, ibidem, num. 13.

Lignum etiam dicitur id, quo ad focum vtimur ibidem num. 15.

Lignum dicitur à legendo, nam ligna cædua in agris legebantur, deciſ. 144. num. 52. & num. 53.

Datur differentia inter ligna, & materiam ad fabricandum. Vnde qui habet facultatem lignandi, non poteſt ſcindere ligna ad ædificandum, ſed tantùm parata ad comburendum, à num. 53 uſque ad num. 58. ibid.

Lignum, & materia in hoc Principatu ex communi uſu loquendi differunt, ibid. num. 55.

An ſub ſervitute lignandi comprehendatur uſus, ſcù facultas faciendi carbones, ſeù carbonarias, deciſ. 144. num. 66. cùi dubio negativè reſpondetur à nu. 67. uſque ad num. 69. Affirmativè à num. 74. ad 80. & infra.

Lignorum appellatione non veniunt ligna parata ad faces, & tædas, ibidem n. 71. & 72.

An qui habet facultatem lignandi, vel ligna ſcindendi ad proprium uſum comburenda, poſſit ligna ſcindere ad carbones, ſeù carbonariam faciendam, deciſ. 144. num. 87. ubi negativè Auctor reſpondet. & ſupra.

Lignum nomen, differt à nomine *Carbones*, ibidem num. 88.

LITTERÆ.

Litteræ requiſitoriæ à Iudice Eccleſiaſtico emanatæ, & directæ Sæculari contra laicos condemnatos à Iudice Eccleſiaſtico in caſu ſuæ iuriſdictionis quomodo practicentur, deciſ. 105. tot. & præcipuè à num. 10. ad 17. cum pluribus Senatus deciſionibus.

Litteræ requiſitoriæ expediendæ ſunt à Curia Eccleſiaſtica, cum inſertione ſententiæ, & proviſionis executionis cum debita forma, deciſ. 109. num. 10. & num. 11. & 12. Senatus Deciſiones; & num. 18.

Quas clauſulas continere debeant litteræ requiſitoriæ ad exequendum iudicatum per Iudicem requirentem, cum formulis dictarum litterarum, dec. 112. per tot.

Litteræ requiſitoriæ nomine epiſtolarum continentur, dec. 112. nu. 2.

Vſus litterarum requiſitoriarum neceſſarius eſt, & huius ratio traditur, deciſ. 112. n. 4.

Litteræ requiſitoriæ adeò neceſſariè ſunt, vt illis non expeditis, Iudex requiſitus procedere non valeat, & aliter procedendo, nulliter agit, deciſ. 112. num. 4.

Ut fidem faciant litteræ requiſitoriæ, debent eſſe ſigillatæ ſigillo Iudicis requirentis, dec. 112. num. 5. Et ſignatæ manu illius num. 6. Debent eſſe publicæ, & non privatæ ibidem nu. 7. Et in eis debet inſeri cauſa qua motus ſit Iudex requirens, vt videat requiſitus an eis teneatur parere, ibidem num. 8. vel aliter apparere debet de cauſa in eiſdem litteris ex relatione, & actuum inſertione, num. 9.

In Litteris citatorijs requiſitorijs inſeri debet libellus, & mandatum petentis, & in requiſitorijs executivis inſtrumentum, ſeù ſcriptura obligationis, dec. 112. num. 10.

Nulla differentia conſideratur, an Iudex requirens ſeparatim edat litteras, & ſeparatim edat Sententiam, ſeu declarationem, aut quòd in eis inſeratur dicta ſententia, ſeù declaratio, dec. 112. num. 11. & num. 21.

Litteræ requiſitoriæ continere debent deprecationem, qua Iudex requirens alterum interpellat, vt quidquam faciat, honorificè, & reverenter, dec. 112. num. 12.

Litteras requiſitorias inurbaniter loquentes egrè tulit Domina Regina Maria, & Regius Senatus, deciſ. 112. n. 13. & 14.

Poteſt Senatus Iudicem Eccleſiaſticum monere ut urbanus ſit, & litteras inurbanas revocet, ibidem nu. 15. Quod procedit etiam quando Curia Eccleſiaſtica non utitur verbis deprecativis, & exhortatoriis, ſed præceptivis, num. 16. Et etiam quando litteræ expediuntur contra Iudicem Sæcularem inferiorem, nu. 17. & 18. cum declaratione.

Forma litterarum requiſitoriarum, quando expediuntur litteræ à Curia Eccleſiaſtica, ut per Secularem bona laici per Eccleſiaſticum condemnati exequantur, traditur deciſ. 112. nu. 19.

In Litteris requiſitorijs emanatis à Curia Tarraconen. an, & quando inſeritur clauſula *dicimus, & mandamus*, quæ eſt aliena à requiſitorijs exhortatorijs, & ſubſidiarijs, dec. 112. num. 20. Et an ſit inſerendus tenor Sententiæ, & proviſionis decreti executionis, ibidem num. 21.

Litteræ requiſitoriæ ſunt adinvicem concedendæ per Iudices diverſi territorij, qui ſinguli per ſe ſententias exequi nequeant, dec. 113. nu. 1. Quæ vocantur litteræ deprecatoriæ aut rogatoriæ, ibidem. Et nedum in Civilibus, ſed etiam in Criminalibus.

Subſidium quod per litteras requiſitorias imploratur non conceditur niſi prævia citatione; & cauſæ cognitione, & ſi opponantur exceptiones, quæ probationibus indigeant, dandus eſt terminus, ſummariè tamen, dec. 113. num. 1.

Si apparet non eſſe litteras requiſitorias exequendas, quomodo declaratio ſit formanda, deciſ. 113. num. 4.

Litteris Subſidiarijs non obſtantibus, fuit cauſa cum plenaria cognitione, & concluſione in Regia Audientia agitata, in caſu de quo deciſ. 113. num. 12. 13 & 14.

Litteras Requiſitorias non tenetur Iudex requiſitus de neceſſitate exequi, ſed de urbanitate: non erit tamen in iuris errore ſi illas exequatur deciſ. 113. num. 19. 20. & 21. cum Senatu, & nu. 22. & 23. conciliantur deciſiones Senatus.

Litterarum requisitoriarum formæ diversæ, sub quibus expediuntur iuxta Senatus observantiam. Et alia circa id practicabilia, traduntur decis. 113. à num. 31. vsque ad 46.
Litteræ mandatoriæ, vulgò *Sobrè Carta* fugruut emanatæ ex ordine Domini Nostri Regis, & à suo Sacro Supremo Concilio Aragonum, ad effectum de quo decis. 113. nu. 39. Et num. 42. traditur forma litterarum requisitoriarum, quibus petitur executio à Regia Audientia, decis. 113. num. 47.
Litteræ requisitoriæ præsentari possunt Iudici inferiori, tam in civilibus, quam in criminalibus: Atverò criminosum remittere non debet inferior inconsulto Principe, decis. 114. num. 1. & 2. cum Senatu.
Litteræ requisitoriæ quando expediuntur à Regio Criminali Concilio ad repetendum reos extra Regnum, fit provisio per Iudicem Regiæ Curiæ Relatorem causæ ipsorum reorum; quando autem capti in hoc Principatu, qui sunt alterius Regni, abillo repetuntur, tunc provisio, & conclusio fit per Regentem Regiam Cancellariam: & in his casibus quis remaneat notarius, seu scriba processus, decis. 114. num. 11.
Litteræ inhibitoriæ emanatæ à Roma, super causa temporali vertenti coram Magistratu Sæculari, non admittuntur, decis. 134. num. 15. vbiad id traditur Schedula Regia.
Litteræ manutenentiæ conceduntur per Iudicem Sæcularem, præcipuè in beneficialibus pro tuendo possessore Beneficij Ecclesiastici, decis. 136. num. 9. & nu. 12. & in addit num. 10. & decis. 154. num. 11.
Quenam clausula apponenda sit in Litteris manutenentiæ, ne libertas Ecclesiastica lædatur, decis. 136. num. 13.
Litteras manutenentiæ solus Rex, vel eius Locumtenens Generalis in Provincia cognoscere potest, decis. 36. num. 22. cum Senatu, & num. 23.
In litteris directis Iudici Delegato Apostolico, vt informet Banchum Regium, non dicitur *Citamus, vel mandamus*, sed: *dicimus, & monemus*, decis. 138. num. 4.
In litteris hortatorijs ponitur firma Regentis, seu Iudicis Sæcularis, decis. 138. num. 251
Litteræ quæ expediuntur per Iudicem Sæcularem in Ecclesiasticum, qua vrbanitate, & qua forma sint expediendæ, decis. 141. num. 78.
Litteræ inhibitoriæ si à Curia Sæculari inadvertenter expediantur, inhibendo Ecclesiasticum, tanquam nulliter emanatæ revocantur per Curiam Sæcularem decis. 146. n. 18.

LITTUS.

Littora, Flumina, Ripæ, & Aquæ publicæ, quoad dominium, & proprietatem sunt Principis, & suarum Regaliarum. Et ad quem pertineat illorum cognitio. Vide *Decisionem* 134. *tot.* & verb. *Aqua*, & *Flumen*.

M

MAGISTER.

AN Magistri Scholarum Vniuersitatis Ilerdæ iurisdictio, prorogetur per laicum in re profana. Vide verb. *Conservator.* verb. *Prorogatio*, & verb. *Iurisdictio*.
Magister Scholarum Vniversitatis Ilerdæ habet iurisdictionem demandatam à Pontifice, & Rege ad vniuersitatem causarum, licèt limitatam ad genus personarum, decis. 121 n. 16. & num. 18.
Magister Universitatis Ilerdæ in Studentes Academicos laicos, solum habet laicalem iurisdictionem, & inde cum eo non firmatur contentio, decis. 122. tot.
Magistri Scholarum iurisdictio respectu Scholarium, est Ecclesiastica, decis. 122. num. 3. vbi etiam de gubernio Universitatis Ilerdæ, & num. 4. & 136.
Magister Scholaris Ilerdæ respectu Studentium Sæcularium an habeat iurisdictionem privatè ad Regiam Audientiam, remissivè decis. 122. num. 9. & num. 10. Regium diploma ad id recensetur, & num. 11. declaratio contentionis, & 138.
Magister Rationalis cognoscit de rationibus reddendis, pro iuribus impositionum, & de fructibus sequestri Abbatiarum, & Beneficiorum, quæ sunt de patronatu, & patrimonio Domini nostri Regis, decis. 143. ferè per tot, & præcipuè num. 62. num. 27. & 28. & 360.
Etsi sequester sit Clericus, & de dependentibus à sequestro, decis. 143. num. 29. & num. 30., & 31.

MANDATUM.

Mandata expedita, in forma Cancellariæ, sunt extraiudicialia, decis. 138. num. 27.

MANUTENENTIÆ.

Litteræ manutenentiæ conceduntur per Iudicem Sæcularem, præcipuè in Beneficialibus pro tuendo possessore Beneficij Ecclesiastici, decis. 136. num. 9. cum Senatu, & in addit. num. 10. Vide verb. *Litteræ*.
Manutenentia durat donec, & usquequò per Ordinarium Ecclesiasticum de iure cognitum fuerit, & provisum de possessione Beneficij Ecclesiastici, decis. 136. num. 13. & 14.
Manutenentia in Beneficialibus an sit possessori concedenda per Regium Criminale Concilium, an per Regiam Audientiam, an per ambas Aulas, Civilem, & Criminalem; an ve per totum Senatum iunctis tribus Aulis. Vide verb. *Assistentia*.
Litteras manutenentiæ solus Rex, vel eius Locumtenens Generalis in Provincia concedit, decis. 136. num. 22. cum Senatu, & num. 23. & num. 24. & 25.
Manutenentiæ litteræ quomodo apud Nos concedantur, decis. 136. num. 25.
Praxis litterarum manutenentiæ, traditur remissivè, decis. 136. num. 30.
Pro manutenentia obtinenda an sit exhibendus titulus, decis. 138. num. 42.

MARIA SACRATISSIMA VIRGO.

Maria Virgo Sacratissima ex Apostolorum tempore, fuit obsequiosè venerata à Civitate Barcinonæ, Tarraconæ, & alijs, decis. 124. num. 14. vbi num. 15. 16. & 17. enumerantur gratiæ, & misericoadiæ, quas omnes gentes ex ea recipiunt.
Erectio Confraternitatis Sacratissimæ Mariæ Virginis de Conceptione recensetur, decis. 124. num. 18. Et num. 19. Festum Puritatis Conceptionis, & Edicta prohibentia alloqui contra eius Puritatem recitantur. Et num. 20. ad id traditur prohibitio pœnalis, & eius executio, adversùs alloquentes contra Conceptionis Puritatem, ubi num. 21. expenditur ad id ipsum lex Municipalis.
Traditur admirabile factum quod euenit Minoriſſæ, Virginis puram Conceptionem confirmans, num. 23.
Toto affectu confidat devotus Sanctissimæ Virginis in sua Conceptione, decis. 124. num. 24.
Maria Virgo sub titulo Conceptionis, fuit acclamata Patrona à Civitate Barcinonæ, & eius Festivitas colitur in Sancta Sede cum Octavario. ex quo nominatur Barcino inclyta Civitas, decis. 124. num. 25. & 26.
Festivitas Annuntiationis Mariæ Virginis, primitùs fuit emanata ab Ecclesia Barcinonen. ibid. num. 27.
Descensus Mariæ Virginis in Civitate Barcinonæ, ex quo Religiosissimus Ordo Beatæ Mariæ de Mercede in lucem prodiit, decis. 124. num. 28.
Mariam Virginem Sanctissimam in Cathedralibus, Parochialibus, & capellis titulariter laudant templa in Cathalonia, quæ enumerantur, ibid. num. 29.
Ad Mariam Virginem Sacratissimam de Monte-Serrato traditur Auctoris deprecatio, decis. 150. num. 20.

MATRIMONIUM.

Matrimonij cognitio est Iudicis Ecclesiastici, & quidem Episcopi tantum, decis. 153. num. 9. ad 12.
Matrimonialis causæ cognitio, pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum, non solum si agatur inter coniuges sed etiam si agatur inter unum coniungem, & eius filium, vel inter filium, & extraneum, ibid. num. 13. & 14.
Matrimonialis causa, si controversia non in iure, sed in facto consistet, pertinet ad Iudicem Sæcularem, & istius sententiæ ptæiudicium non facit sententiæ ferendæ, vel prolatæ per Iudicem Ecclesiasticum, decis. 153. num. 16. vsque ad num. 19. cum declaratione contentionis, & celebri Senatus decisione.
Matrimonij cognitio, quoad eius validitatem, vel invaliditatem, est Iudicis Ecclesiastici, ex quo tamen non impeditur Iudex Sæcularis in cognitione causæ hæreditariæ, ibid. nu. 22. & num. 23. usque ad num. 29.
De Matrimonio, cognoscit Iudex Sæcularis per modum causæ, ideſt, non de illo, sed de hæreditaria successione, & de statu Matrimonij tamquam de causa successionis, decis. 153. num. 30. vbi à num. 31. vsque ad num. 38. diversæ Senatus decisiones, & contentionum declarationes recitantur.
De Matrimonij viribus non agitur, sed quæstio in facto consistit, quando intenditur, quem esse legitimè natum ob bonam fidem vtriusque contrahentis, vel saltem alterius eorum, decis. 153 num. 42. cum Senatu.
Matrimonij quæstio, an fuerit clandestinè celebratum? An in facie Sanctæ Matris Ecclesiæ? Est quæstio facti, nu. 43.
Admittuntur articuli, & probationes coram Iudice Sæculari, an Matrimonium inter N. & N. celebratum fuerit, & an ex eo sit natus N. & pro legitimo, & naturali publice reputatus, ibid. num. 44.
Matrimonialis causa si consistat partim in facto, & partim in iure, & ideo sit mixta iuris, & facti inseparabilis pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum, decis. 154. num. 6. quod exemplis declaratur, num. 7. & 8.

MARITUS.

Maritus tenetur vxori, tam ad dotem, quam ad donationem propter nuptias, separatione quoad torum facta, ex sævitia, & culpa sua, decis. 156. num. 7. 8. & 9.
Maritus tenetur restituere vxori dotem, & donationem propter nuptias matrimonio quoad torum tantum propter adulterium separato, decis. 156. num. 10. 11. & 12.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

METUS.

Metus, vel coactio impediunt iurisdictionis prorogationem, dec. 151. numer. 32.

MINISTER REGIUS.

Ministri Regii designantur in electionibus Regularium ad evitanda scandala, decis. 141. num. 18.

Et quam Sedem debeant habere in capitulo, num. 19. & 20. Vbi plura exemplaria recitantur.

Ministrorum scientia nullum præiudicium Principi infert, dec. 151. num. 37. quod resolvitur, num. 38. & 39.

Reliqua. Vide in verb. *Senatus*, & *Senatores*.

MISERABILIS PERSONA.

Miserabiles personæ, quæ dicantur, relinquitur arbitrio Iudicis, decis. 157. num. 30.

Miserabiles personæ quoad electionem fori. Vide in verb. *Forum*.

MONARCHIA.

Monarchia universa, regitur Pontificia, & Regia potestate, dec. 111. num. 7. 8. 9. & 10.

MONASTERIUM.

Monasterium Rivipulli, & Monialium Monti-Serrati (transmissum post centum annos per Comitem Borrelum, in Cœnobium Monialium Sancti Petri Puellarum, huius Civitatis) fuerunt erecta per Vvifredum Secundum Comitem Barcinonæ, decis. 123. num. 6.

Monasteria Monti-Serrati, & Sancti Felicis Guixolen. huius Principatus, militant sub congregatione Sancti Benedicti Vallis Soletanæ, decis. 149. num. 24.

Monasterium Monti-Serrati, Monachi, Religiosi, Familiares, Domestici, Peregrinantes, & eorum bona per nostros Monarchas Catholicos fuerunt positi sub sua Regia protectione, dec. 150. num. 12. ubi num. 13. & 14. ad id Regia privilegia traduntur.

Monasterium Monti-Serrati antiquum, & itidem novum, ac ubique Religiosissimum Regiis Munificentiis fuit doratum, ac de novo magnificatum, decis. 150. num. 16. ubi num. 20. traditur deprecatio ad Sanctissimam Virginem de Monte-Serrato.

MONITIO.

Monitio non est citatio, decis. 138. num. 5.

Monitio nullam arguit superioritatem, ibid. num. 6.

Monitio fit, ut non denegetur ab Ecclesiastico id, quod moraliter ab ipso petitur, ibid. num. 7.

Monitiones quamplurimæ fiunt per Principem, & Regium Senatum Ecclesiasticis, ne sequatur Populi perturbatio, decis. 141. à num. 11. usque ad num. 16. cum diversis exemplaribus.

MONIALIS.

Moniales oppressas fuisse declaratum fuit per Senatum, ex quo eis denegata fuit audientia cum suis, Advocatis, & Procuratoribus, decis. 107. num. 26.

Causa visitandi Monasterium Monialium, conceditur Visitatori Brachium Sæculare, decis. 107. n. 24. & 25. cum Senatu.

MORA.

Mora nocere non debet ei, cui nihil imputari potest, decis. 107. num. 32. cum Senatu.

Quomodo mora purgatur, decis. 135. num. 15.

Quando periculum est in mora, non attenduntur apices, nec regulæ iuris, decis. 157. num 17.

MULIER.

Mulieres inhonestè viventes non possunt puniri per Iudicem Ordinarium Ecclesiasticum, decis. 148. n. 3. cum declaratione contentionis ubi num. 4. limitatur quando Ecclesiasticus procedit per censuras, & moderatam mulctam, ac ad medelam animæ, potius quam ad punitionem, nam tunc ad cum pertinet cognitio, cum contentionis declaratione.

MUSICA.

Musicæ præfectus dissentaneam vocem segregare potest à choro, decis. 141. num. 54.

N

NATURA.

Natura condidit humanis pectoribus societatem, decis. 116. num. 1. ubi num. 2. quod causa discordiarum fuit communio.

NECESSITAS.

Necessitas facit licitum, quod aliàs de iure non est licitum, & sic: ubi instat mortis periculum, vel negotii dispendium comminatur, non est novum multa permitti, quæ aliàs minimè forent permittenda, decis. 132. numer. 11. quod confirmatur numer. 12. 13. & 14.

NOX.

Tempore nocturno an possit procedi, & ius dici in criminalibus, vide verb. *Delictum*.

NOTORIUM.

Notorium quid sit, & quando notoriè, & evidenter ledatur iurisdictio Regia ab Ecclesiastica, decis. 129. num. 3. & in addit. num. 3.

Notorium fit per rem iudicatam, & notoria est nullitas, quæ ex actis constat, & oculo corporeo legi potest, ibidem numer. 4. & 5. cum Senatu,

Notorium in quo differat à vocibus manifestum, publicum, evidens, patens, & indubitatum, dec. 129. nu. 6. usque ad nu. 10.

Notoria læsio iurisdictionis Regiæ requiritur, ut versus Ecclesiasticum procedatur per remedia assueta, decis. 129. numer. 12. usque ad num. 15. cum exemplaribus.

Notoriè constare debet de oppressione Clerico facta ut à Regia Audientia expediantur in eius favorem litteræ in forma contentionis, decis. 130. num. 18. cum declaratione trium Aularum & decis. 131. num. 1. & seq.

Notorium excludit res dubia ob diversas DD. opiniones, decis. 130. num. 37. & in addit. num. 4.

NULLITAS.

Nullitas notoria est, quæ ex actis constat, & oculo corporeo legi potest, decis. 129. num. 3. & num. 4.

NUNTIUS.

Nuntius Apostolicus, qui Matriti residet, si præsto non possit adiri pro subventione oppressi prout necessitas exigit, defensio Regia potest interponi, decis. 132. num. 14. cum Regio Senatu.

Nuntius Apostolicus Hispaniæ, si in casu à notorio appellabili, nolit concedere litteras citatorias, & inhibitorias, tunc locum habet auxilium Regium, & similiter casu quo invocaret in præiudicium appellationis ad Sanctissimum interpositæ, decis. 132. num. 15. & 16. & num 17. remissivè de hac re.

Nuntii, vel Legati à Latere, causas ad forum Ecclesiasticum pertinentes non possunt ad se evocare in prima instantia, nisi per viam legitimæ appellationis, decis. 135. num. 26.

O

OBSERVANTIA.

Observantiæ locales de una ad aliam Provinciam extenduntur, quando in utraque eædem leges vigent, dec. 131. n. 6.

De observantia interpretativa, remissivè, decis. 140. num. 49. & in addit. num. 19.

OECONOMICA.

Oeconomica, & politica potestate an & quando uti possit versus Clericos turbulentos, decis. 141. tota.

Oeconomica, & politica coertio quomodo exerceatur adversus Delegatos Apostolicos, dec. 141. num. 67.

De œconomicę potestatis exercitio in Clericos, ne excedant à certa urbe. vel oppido iure defensionis, ibidem num 68. & à num. 69. usque ad 71. reliqua vide in verbo *Princeps*.

OFFICIALIS.

Officialis requisitus ab Ecclesiastico, si impedimentum in executione invenerit, tenetur illud Ecclesiastico referre, dec. 108. n. 1

Officialis Sancti Officii conveniri debet coram Inquisitoribus, nec Regia Audientia cognoscere potest de eius persona, bonis, nec iuribus, decis. 116. num. 39. & 40. cum Regio Senatu nisi expresse renuntiaverit, & se submiserit foro Iudicis Secularis, num. 41. cum Regio Senatu.

Officiales Tabulæ communium depositorum Barcinonæ molestari non possunt coram subcollectore Camerę Apostolicæ, sed sunt conveniendi in foro Sæculari via ordinaria, decis. 117. num. 12. cum Senatu & num. 13. 14. & 15.

An Officiales Capituli gaudeant fori Ecclesiastici privilegio, decis. 117. num. 16. cum declaratione Senatus.

An Officiales Conservatoris, vel Iudicis delegati instrumenta manualia deferre possint, decis. 118. nu. 25. cum Senatu.

Officialis excusatur à pœnis constitutionis, obtemperando mandato superiorum, decis. 142. num. 38. cum declaratione Trium Aularum.

OPPRESSIO, ET OPPRESSUS.

Oppressionis, & notoriæ violentiæ sublevamen tantum est Domini Regis, & eius Regiæ Audientię ex sua suprema prœeminentia, decis. 107. num. 21. & num. 22. & 23. cum declaratione Senatus.

Oppressione notoria supposita, conceduntur Ecclesiastico contra Ordinarium litteræ, in forma contentionis, decis. 130. num. 17. cum Senatu, non autem si non constat evidenter, & notoriè de oppressione num. 18. cum Senatu, & decis. 131. num. 1. cum seq.

Oppressione notoria interveniente potest Regia Audientia succurrere Ecclesiastico, si præsto superior Ecclesiasticus adiri non potest, inter moras quibus potest ad suum Iudicem Ecclesiasticum provocare, decis. 131. num. 2. & si Iudex Ecclesiasticus Ordinarius vim infert Clericis, vel laicis proceditur cum eo in forma contentionis iuxta concordiam, ibidem num. 3. & latè decis. 132. per totam, vide in verbo *Princeps*, & in verbo *Protectio*.

Oppressio consideratur, si admissa appellatione sequestrum fuit provisum à Iudice à quo, nulla iusta causa interveniente, dec. 131. num. 20. & 21. cum Senatu.

Regalia oppressos protegendi est à primævo ævo Regibus connaturalis, decis. 147. à num. 39. usque ad num. 45.

ORDINARIUS.

Ordinarius an sit major, an inferior Delegato, vel è contra, dec. 110. à nu. 18. 19. & 20.

Ordinarius punire potest Delegatum excedentem in sua delegatione, dec. 110. n. 21. 22. 23. 24. & 25. vide verb. *Delegatus.*

Ordinarius Ecclesiasticus loci, est Iudex causarum ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentium in prima instantia, vide in verbo *Causa*.

Ordinarius Ecclesiasticus intrat in causis Regularium ob deficientiam conservatorum, dec. 149. nu. 17.

P

PACTUM.

Nihil tam naturale est, quam pacta servari, dec. 140. num. 1. & numer. 2.

Pacta licèt non sint leges communes, sunt tamen leges contractus, & si sunt inserta in ipso contractu eum coalescunt, ita ut dicantur leges, & portiones ipsiusmet contractus, ib. n. 3. & 4.

Pacta in contractu contenta regulariter iudicatur correspectiva, & unum alteri inest, & unum recipit intelligentiam ab alio, ibid. num. 5. & 6. cum Senatu.

Pacta in contractu contenta, & ipse contractus præsumuntur correspectiva, & mutuo intuitu, & contemplatione celebrata decis. 140. num. 7. 8. & 9.

Pactum resolutivum appositum in transactione plurium rerum, ostendit eam esse individuam, & quod super uno, sine altero nullatenus fuisset transactum, ibid. num. 10.

Quando solemnitates fuerunt servatæ in contractu, ubi aderat pactum resolutivum, alias adhiberi non oportet in illius pacti electione, ibid. num. 11.

Pacta, quæ post contractum fiunt incontinenti, insunt contractui, decis. 140. num. 12. & 13. cum Senatu.

Pacta incontinenti adiecta tam in contractibus bonæ fidei, quam in contractibus stricti iuris pariunt eandem contractus actionem, decis. 140. num. 16. & 17.

PAROCHUS.

Parochus, & Pastor Ecclesiæ invigilare debet super gregem sibi commissam, decis. 130. num. 1.

Parochi, & cæteri curam animarum habentes iure divino, naturali, & Ecclesiastico tenentur ad residentiam, ibid. num. 2. quod de utroque iure probatur, nu. 3. 4. & 5.

Parochus non excusatur à Residentia in sua Parochia tempore pestis, decis. 130. num. 6. quod declaratur num. 7. nec ob intemperiem aeris, nec ob infirmitates Parochum gravantes, n. 8. & 9.

Parochi, & Curati non residentes, antea sine monitione aliqua, Ecclesia privabantur, & quid postea, & quid nunc post S. C. Tridentini decretum, decis. 130. num. 10. & 11. & cum Exemplaribus, num. 16. 17. & 18.

Parochus infirmus non est privandus ob non residentiam, pendente termino concesso ad se curandum, ibid. nu. 19.

Restricta apparet S. C. Tridentini dispositio circa residentiam ad Parochus citatos, & contumaces, sive inobedientes, dec. 130. num. 22.

Contra Parochum non residentem quomodo sit procedendum, decis. 130. num. 29. & 30. & si sit privatus à Beneficio curato an possit Parochus appellare. Vide in verbo *Appellatio*.

PASCUA.

In Pascuis communibus Universitatis an Capitulum possit depasci facere pecora, & quid in privatis, decis. 130. num. 15. usque ad num. 18. cum Senatu. Vide in verbo *Capitulum*, & in verbo *Ecclesiasticus*.

Pascendi servitus non potest præscribi, nisi per tempus de cuius initio memoria in contrarium non extet, decis. 145. num. 3. quod probatur usque ad num. 6. & à num. 8. usque ad num. 11. Senatus decisiones recitantur, & alia num. 12. Vide in verbo *Servitus*.

PATRONATUS JUS.

Jus Patronatus, ex fundatione, & dotatione probatur, decis. 150. num. 17.

Nomen Patronus æquivalet idem quod Pater, ideo pariformiter suo oneri incumbit defendere Ecclesias, earum bona, & redditus, dec. 150. num. 18. & 19.

Juris Patronatus cognitio quando pertineat ad Judicem Ecclesiasticum, & quando ad Sæcularem, dec. 153. nu. 57. usque ad num. 59.

Jus Patronatus transit cum universitate bonorum in emptorem cessionarium, vel donatarium, & de eo potest transigi, & compromitti, & etiam de eo cognoscere Judex Laicus, dec. 153. num. 54.

Reliqua vide in verb. *Jus Patronatus*.

PATER.

Pater, & etiam Dominus in domos sua, habet potestatem Oeconomicam ad expellendos filios, & famulos inobedientes, seditiosos, vel pacis turbatores, dec. 141. nu. 50. & hoc est, etiamsi sint Clerici.

Pater, sicut quælibet privata persona tenere potest carcerem Oeconomicum pro correctione familiæ, sed non in vim iurisdictionis, decis. 141. numer. 52.

PAUPER.

Pauper, qui incidit in Canon *Si quis suadente diabolo* ad Romanam Curiam pro absolutione petenda accedere non tenetur, & quæ ægestas requiratur, dec. 110. nu. 4. & 5.

Debitor, Pauper à notorio, nulliter excommunicatur, decis. 110. num. 3.

PEREGRINANTES.

Peregrinantes ad Cœnobium Monti-serrati sunt sub Regia protectione, & Salvaguardia eundo, stando, & redeundo, dec. 150. nu. 15. nisi pro crimine, vel debito, si quod faciendo dictam peregrinationem commisserint.

Peregrini gaudent electionis fori privilegio, dec. 152. num. 28.

POENA.

Pœna cum delicto commensuratur, & sic pro levi delicto, pœna mortis reus non est condemnandus, decis. 107. nu. 38.

Pœna extraordinaria condemnati fuere falsiter calumniantes, aliquem ex stirpe Judæorum descendere, dec. 124. nu. 40. & 41. cum Senatu.

De pœnis inobedientium, remissivè in addit. nu. 23.

PONTIFEX SUMMUS.

Pontifex prohibere potest subditis suis quod prorogent hanc, vel illam iurisdictionem, dec. 115. nu. 40.

Pontificia Potestas suos habet Judices Ordinarios, & Delegatos, dec. 117. nu. 1.

Pontifex non solet reservare in beneficiis Ecclesiasticis ultra tertiam, vel dimidiam partem fructuum, dec. 134. n. 26.

Pontifex ex justis motivis, potest causas Ecclesiasticorum, Judicibus laicis delegare, dec. 141. nu. 63. & nu. 64. 65. & 66. ad id Regium reseriptum.

Pontificum celsitudinem pervadere, non est hominum limitatæ censuræ, & de ejus potestate contendere foret sacrilegium, dec. 147. nu. 10.

Pontifici hodiè subjecti immediatè sunt Religiosi, dec. 149. num. 4.

Pontifex constituit se Judicem immediatum Ordinarium Exemptorum, dec. 149. num. 5. ubi nu. 6. quod subjectio Religiosorum erga suos Prælatos à Summo Pontifice dependet.

Pontifex privilegiis derogare non intendit, dec. 152. num. 13.

Pontifex solus, cognoscere potest super privilegiis Apostolicis, dec. 153. nu. 46. & 47. cum Senatu & nu. 48.

Pontifice Romano mortuo Commissarii Apostolici adimplere non possunt commissiones sibi attributas cum causæ cognitione, dec. 154. nu. 16. ubi declaratur Fontanella.

POSSESSORIUM, ET POSSESSIO.

Possessorii summariissimi cognitio, ubi agitur de re spirituali, & Ecclesiastica an pertineat ad Judicem Sæcularem, traditur remissivè dec. 136. num. 1. ubi num. 2. affirmatur quando arma parantur, & ne publicæ perturbationes sequantur, & nu. 3. & 4. cum Senatu.

Possessio immemorialis sufficit ad probandam jurisdictionem, cum circunstantiis, quæ explicantur, dec. 140. nu. 46.

Possessionem immemorialem, quam defensio naturalis induxit (quæ debet esse inculpatæ tutelæ, cautè, & per viam politicæ coertionis) non improbat Bulla in Cœna Domini, dec. 140. num. 54. 55. & 56.

Possessio immemorialis quomodo debet probari, dec. 145. ferè per totam & præcipuè à nu. 13. ubi quod in immemoriali fama debet probari per verbum *fuit*, & *est*, & num. 16. cum Senatu.

Ad probandam possessionem immemorialem testes debent esse ætatis quinquaginta quatuor annorum, ut possint deponere de quadraginta annis de visu, subducto tempore litis, dec. 145. nu. 14. & nu. 15.

In possessione immemoriali probanda, fama publica, & communis opinio articulanda, & probanda est in ipso articulo principali possessionis immemorialis, in quo debet includi, & immiscri, ut non sufficiat in alio probari, ibid. n. 17.

In possessione immemoriali necessarium est, ut formaliter de fama publica, & communi opinione, expressim testes deponant; quia audire publicè non probat famam verè sed per æquipollens, & communem opinionem non includit, & ad immemorialem vera, & formalis fama, & communis opinio desideratur, dec. 145. nu. 18.

Ad possessionem immemorialem probandam solum requiritur, quod testes deponant de quatuor requisitis, quæ recitantur ibid. nu. 19. & 20. cum Senatu, & idem est quod testes dicant *non viderint, & audierint contrarium*, vel quod deponant *non viderint, & audierint contrarium actum*, nu. 21. cum Senatu.

In possessione immemoriali duo testes quantumvis legitimi non sufficiunt quando ei jus resistit, sed tres testes requiruntur, scilicet duo ad probandum immemorialem, & tertius ad purgandam præsumptionem in contrarium, decis. 145. nu. 22. & num. 23. & 24. cum Senatu.

PRÆ-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

PRÆCEPTUM.

Præceptum cum clausula justificativa, resolvitur in simplicem citationem, quando citatus comparet, ei contradicendo, decis. 135. num. 18.

PRÆLATUS.

Prælati ratione prælaturæ, quam habent in Civitate, ipsius efficiuntur Cives, dec. 139. nu. 13.

Prælati ratione incolatus, bonorum, protectionis, obedientiæ, & fidelitatis, debent censeri subditi dominii, & Regiminis Principis Sæcularis, dec. 139. nu. 21.

Prælatorum jurisdictio, quam habent in Religiosos omnimoda est, ita ut Civiliter, & Criminaliter coram Judice Ecclesiastico Ordinario conveniri non possint, sed coram Prælato Religionis, dec. 149. nu. 20.

PRÆSCRIPTIO.

Ad præscribendam servitutem discontinuam non sufficit nuda tituli allegatio simul cum possessione quadrigenaria, sed debet constare de requisitis, quæ explicantur, decis. 145. num. 25.

Si præscriptione, pacto, aut aliàs juris lignandi, aut pascendi servitus adquisita sit, non potest Dominus fundi eum arare, aut ad culturam redigere, aut aliquid facere, per quod usus earum servitutum impediatur, decis. 144. nu. 50. cum Senatu.

PRÆVENTIO.

Præventio in causa principali operatur præventionem in incidentibus, dec. 156. nu. 14.

PRINCEPS.

Princeps Sæcularis an possit suis subditis prohibere, quod prorogent jurisdictionem Ecclesiasticam, decis. 115. a nu. 34. ad 39.

Princeps Sæcularis licèt non possit tollere juramenta præstita, bene verò præstanda ex justa causa, dec. 115. num. 43.

Princeps, & similiter potestas sæcularis, suos habet judices Ordinarios, & Delegatos, decis. 117. nu. 1.

Principes, & Domini nostri Reges constantes perpetuò extiterunt, & Religiosissimè permanent in observantia, & propagatione Christianæ Militiæ, dec. 123. tot. ubi indulta, & rescripta à Summis Præsulibus eo motu concessa recitantur, & aliis, & præcipuè nu. 5. 6. & seqq.

Principi constare debet de violentia notoria, ut possit per remedium protectionis conquerenti succurrere, decis. 129. nu. 1. & 2. & nu. 16. usque ad nu. 19.

Princeps est custos boni, & æqui, & quasi animatum jus; & leges Principis sunt jura ipsius Principis, dec. 134. nu. 1.

Principes sunt creati, ut jus observent, ibid. nu. 2.

Principis jussionibus non obtemperare punibile est, & de ejus potestate dubitare sacrilegio proximum, decis. 134. num. 3. & 4.

Excusabile tamen est, si leges resistant, & nu. 5. inde rescripta elicita contra jura, ab omnibus Judicibus refutantur, tanquam impetrata contra Principis voluntatem.

Principem aliquid jussisse, aut concessisse, quod deviet à jure, vel utilitate publica præsumendum non est, ibid. nu. 7.

Dicta præsumptio urgentior est in Principe Ecclesiastico, ut nolit tertio præjudicium inferre, & ita est præsumendum de Sancta Pontificis intentione, ibid. nu. 8.

Princeps sicuti irrationabilibus quærelis non præbet assensum, ita non vult oppressis negare judicium, dec. 134. nu. 15.

Princeps, & Dominus noster Rex defendit sua jura, eo modo quo potest, & debet, dec. 134. nu. 19.

Ad Principem pertinet invigilare, ne sequantur scandala, & procedit interim inter exemptos, non per modum Judicii ordinarii, sed extraordinarii, dec. 136. num. 10. quod comprobatur, nu. 11. & 12. cum Senatu.

Principes non tam propriæ, quàm publicæ utilitati subditorum prospicere debent, dec. 141. nu. 2.

Principes tenentur adimplere quid quid respiciat tuitionem, & conservationem boni status; concessa est enim Principi tutela omnium subditorum à jure divino, & naturali, dec. 141. nu. 3. & 4.

Princeps Soli assimilatur, qui omnibus indiscriminatim lucem participat, & est Parens publicus, ac defensor publicæ salutis, ibid. nu. 5. & 6.

Principis est invigilare, ne sequantur commotiones (& Principi obediri debet in eo, quod tendit ad bonum commune) de his enim rationem Deo reddituri sunt, ibid. numer. 7. & 8.

Princeps, quæ exercere possit ob publicam utilitatem. Vide verb. *Utilitas publica*.

Principis, duplex consideratur potestas, altera contentiosa, & altera politica, & œconomica, decis. 141. tota, & num. 21.

Princeps Sæcularis, quoties urget necessitas, exercet œconomicam, & politicam, ac naturalem defensionem, & protectionem extrajudicialiter, eripiendo oppressos à manu, & potentia Ecclesiasticorum, ipsos Judices Ecclesiasticos à jure, & recto deviantes compescens, & detinens, decis. 141. num. 22.

Princeps habet duplex genus emendationis; aliud contentiosum, & aliud naturale, & defensivum, per quod suadente necessitate, se, & suos defendit, & coercet Ecclesiasticos, & exemptos, pacis publicæ turbatores, & legum, quas servare tenentur transgressores, decis. 141. num. 23.

Princeps Ecclesiasticorum temporalitates occupare potest, quando isti perturbant, vel usurpant Regiam Jurisdictionem, aut justis Regiis præceptionibus non obediunt, decis. 141. num. 24.

Princeps noster universaliter superioritatem habet in universis temporalitatibus Regni, quas Ecclesiastici per jura Regia possident, & in eis Regibus obnoxii sunt, decis. 141. nu. 26. & ideo dicitur suprema potestas; quia non recognoscit superioritatem aliquam in temporalibus, nu. 27.

Princeps potest Ecclesiasticos inobedientes, vel Regnum turbantes justis Regiis præceptis arcere temporalibus ab eo acceptis, ibid. num. 28. & sicuti licet Patri filios inofficiosos, & contumaces bonis abdicare, ita etiam Regi id concedi debet, etiamsi Ecclesiastici sint, in vim œconomicæ potestatis, nu. 29.

Princeps, ad quem pertinet defendere territorium, & jurisdictionem suam, in vim defensionis naturalis, potest Ecclesiasticos perturbatores, & inobedientes à domicilio Regni expellere, dec. 141. num. 32. & seqq. & in addit. nu. 20.

Princeps utitur remedio adversus Ecclesiasticum, remittendo eum ad suum superiorem cum processu ad eum coercendum, ibid. nu. 33. & seq. & in addit. nu. 20.

Princeps potest informationes extrajudiciales recipere versus Ecclesiasticum, animo tamen præsentandi eas superiori Ecclesiastico, & quando id possit, ut non offendatur immunitas Ecclesiastica, dec. 141. num. 44. usque ad nu. 49.

Principes à Deo recipiunt supremam potestatem politicam circa temporalia, ad conservandum in pace, & tranquillitate Rempublicam, decis. 141. num. 58. & num. 59. usque ad num. 62.

Princeps parcissimè, maturè, & in subsidium uti debet œconomica, & politica potestate, dec. 141. nu. 64. & 65. & nu. 66. ad id traditur Regium rescriptum.

Princeps potest vocare Prælatos, ut coram se compareant pro rebus concernentibus Regium servitium, dec. 141. num. 72. Ubi idem dicendum de Prorege, seu Locumtenente, à nu. 73. usque ad nu. 77.

Principi sæculari non est licitum procedere ad censendum, statuendumve aliquid in Religione, & Sacris, ultra Ecclesiæ, & Christi Vicarii decreta, decis. 146. num. 17.

Principum Generale constitutivum est quatenus de justitia teneantur indistinctè succurrere Vassallis ab oppressione, & violentia, decis. 147. numer. 35. & ex præcepto divino numer. 36. & 37. item ex Officio Regio numer. 38.

Regalia protegendi oppressos à primævo ævo est Regibus connaturalis, & eis innata, & Regiæ Coronæ affixa, numer. 39. & 40.

In Principem imperium, & potestas à Populo translata fuerunt, ut sua superiori auctoritate protegeretur, dec. 147. n. 44.

Solet Princeps sæcularis de officio, laico oppresso subvenire, quando in causis mere profanis oppressus à Judice Ecclesiastico, inconsideratè ad superiorem Ecclesiasticum appellat, decis. 151. numer. 11.

Princeps Noster Carolus Secundus Hispaniarum Rex obiit in Domino pro quiete æterna 1. Novembris, Festo Omnium Sanctorum anni 1700. decis. 152. numer. 46.

Princeps licèt solus cognoscat directè de concessionibus, & privilegiis ab eo elargitis, tamen indirectè, & incidenter per modum causæ de eis cognoscere potest inferior, decis. 153. numer. 5.

PRIVILEGIUM.

Privilegium quod transivit in contractum, non comprehenditur in derogatione Generali; nam ad id derogandum requiritur specialis derogatio, decis. 140. num. 51. & num. 52.

Privilegium fori electionis quando habeat locum, decis. 152. ferè per totam.

Privilegia concessa per modum legis, non comprehendunt Ecclesiasticas personas, ibid. numer. 5.

Privilegiis non intendit Pontifex derogare, decis. 152. nu. 13.

Privilegiatus, contra privilegiatum non utitur privilegio fori, secùs si actoris privilegiati privilegium sit potentius, decis. 152. numer. 20.

Privilegium viduæ cessat cum pupillo litem habenti; quia illius privilegium est per accidens; pupilli vero per naturam, quod declaratur, decis. 152. numer. 21.

Privilegiatus in genere, & in specie præfertur illi, qui est privilegiatus in genere tantum, decis. 152. numer. 23.

Privilegium electionis fori concessum Monasterio est majoris potentiæ, & efficaciæ illo, quod est concessum viduis, pupillis, & aliis, ibid. nu. 24.

Privilegio miserabilitatis gaudet Monasterium ibid. nu. 26.

Privilegio electionis fori gaudent Ecclesiæ, Civitates, Universi-

versitates, Monasteria, Loca pia, Confraternitates, Collegia, & piæ causæ, ibid. numer. 27. item Peregrini, & Hospitale, numer. 28. & 29.
Quando habeat locum, quod privilegiatus non trahatur extra suam Provinciam, decis. 152. numer. 40.
Privilegiatus, contra privilegiatum in hoc Principatu causam evocare non potest, ad Curiam Principis, si persona privilegiata aliquod incommodum supportet ex evocatione, ibid. numer. 41. cum Senatu.
Privilegia Apostolica nemo potest interpretare, & super eis cognoscere, nisi Summus Pontifex, decis. 153. numer. 46. 47. & seqq.

PROBATIO.

Probatio per evidentiam, est aliis probationibus præstantior, & adeò privilegiata ut nunquam censeatur exclusa, decis. 129. numer. 11.
Probationes factæ in causa civili, non valent in criminali quando venit pœna corporalis infligenda, decis. 144. num. 94.
Probari quomodo valeat possessio immemorialis, decis. 145. ferè per totam.

PROCESSUS.

Processus inceptus contra Clericum coram Iudice Sæculari continuatus contra laicum hæredem Clerici convalidatur, dec. 115. numer. 8. & 9. cum Senatu.

PROCURATOR.

Procurator Fiscalis Patrimonialis tenetur de officio defendere Regaliam S. C. Tridentini in sess. 24. cap. 20. de reform. decis. 150. fere per tot. & numer. 4.
Et an Procurator Fiscalis Patrimonialis possit de officio petere reintegrationem Regaliæ, Regiæ protectionis S. C. Tridentini, decis. 150. numer. 2. ubi numer. 3. affirmativè respondetur.
Procurator Fiscalis debet pro viribus suis Regalias ampliare, & cum primum videt præiudicium Domini Regis illi diligenter se opponere, ibid. numer. 5. & 6. ubi numer. 7. ad id traditur celebre dictum Calicii.
Procurator Fiscalis Patrimonialis, nec per timorem pœnarum potest Fiscalia commoda occultare, & ei ita præcipitur in Regio Privilegio suæ nominationis, decis. 150. num. 8. & 9.
Procurator Fiscalis potest novam introducere instantiam pro interesse Regaliarum etsi pars privata vincatur in recursum interposito ob procedimenta facta per Iudicem Delegatum Apostolicum, decis. 151. numer. 14. & 15. cum Senatu.
Procuratoris error in ingressu, & progressu litis nullum infert præiudicium parti in electione Iudicis, decis. 151. à numer. 22. ad 25.
Procurator sine speciali mandato expedire non potest res magni præiudicii, ut est novi Iudicis electio, & sic nec prorogare iurisdictionem, decis. 151. numer. 33. & 34.
An Procurator Generalis ad lites possit iurisdictionem prorogare, decis. 151. numer. 35. & 36.

PROROGATIO.

Prorogatur iurisdictio Iudicis Ecclesiastici per comparitionem laici coram eo, & ea prorogata non valet laicus postea illius forum declinare, & ad Iudicem Sæcularem provocare, decis. 107. numer. 7. & 8. cum declaratione contentionis.
Prorogata iurisdictione Ecclesiastici per laicum, fit eiusdem naturæ cum iurisdictione præexistente, ibid. numer. 9.
Prorogari non potest iurisdictio Ecclesiastica per firmam contentionis, decis. 107. numer. 30.
Prorogabilis est quælibet iurisdictio ex se, & ex sua natura, sive sit ordinaria, sive delegata, decis. 115. numer. 1.
Prorogatio sex modis fieri potest, qui recensentur, decis. 115. numer. 2. & his omnibus prorogari potest ordinaria iurisdictio, numer. 3.
Prorogare potest laicus tam expressè, quàm tacitè iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici, etiam sine consensu sui superioris, decis. 115. numer. 10.
Prorogatur iurisdictio Ecclesiastici per laicum renuntiantem foro, & se submittentem alterius cuiuscumque, decis. 115. à numer. 11. ad 20. cum exemplaribus.
Prorogatur etiam iurisdictio Ecclesiastici per laicum vigore iuramenti appositi in instrumento publico, vel scriptura privata, decis. 115. numer. 21. 22. & 23. cum Senatus decisionibus.
Prorogatur ulterius iurisdictio Ecclesiastici per comparitionem, aut litis contestationem, decis. 115. numer. 24. usque ad 29. cum pluribus exemplaribus: Vbi quid si adsit protestatio, & quid si adsit speciale mandatum ad comparendum, num. 30. 31. 32. & 33. ubi plura continuantur exemplaria.
Prorogationem iurisdictionis Ecclesiasticæ an possit Princeps Sæcularis prohibere suis subditis, decis. 115. à numer. 34. ad 39. ubi adest Auctoris opinio, & an Pontifex possit suis subditis prohibere quod prorogent hanc, vel illam iurisdictionem, numer. 40.
Prorogatio non reperitur prohibita ab aliqua constitutione Cathaloniæ, decis. 115. numer. 44. limitatur ibi, & confirmatur, numer. 45. & numer. 46. decisio contentionis.
Prorogationum omnium, capax est iurisdictio delegata minus de persona ad personam, decis. 116. numer. 1. & 2. ubi ratio, limitatur, num. 4. & 5. & declaratur num. 6. & infra.
Prorogabilis est iurisdictio limitatè concessa quoad genus personarum, sed non quoad genus causarum, decis. 116. num. 7. declaratur numer. 8. ubi de Syndicatorum iurisdictione,
Prorogari potest per partem tacentem; in lite tamen comparentem, iurisdictio Cancellarii, & Regentis Regiam Cancellariam, qui respectivè habent iurisdictionem cognoscendi in suis verbalibus de causis non excedentibus summam viginti librarum, decis. 116. numer. 9. & 10.
Prorogari potest ex consensu partium iurisdictio limitata ad causas certæ quantitatis, ad causas maioris quantitatis, dec. 116. numer. 11. & 12. cum Senatu, quod declaratur numer. 13. & 14.
Prorogatio, ut à lege sit prohibita, specialiter in ea præcaveri debet, decis. 116. numer. 17.
Prorogari potest iurisdictio pertinens ad causas unius materiæ, ad causas diversæ materiæ, decis. 116. num. 18. & 19.
Prorogari potest iurisdictio ad minorem summam, etsi quis eam habeat cognoscendi ultra certam summam, & non de minori, decis. 116. numer. 22.
Prorogatur iurisdictio Iudicis delegati in his, quæ proveniunt ex tacito iure, & ex natura ipsius iurisdictionis, dec. 116. num. 30. usque ad numer. 35. Exempla traduntur & num. 36. Senatus decisio: ubi de Clerico publicè habito.
Prorogare non potest laicus tacitè, nec expressè iurisdictionem Iudicis Delegati Apostolici in re mere profana, dec. 117. tot. numer. 18. ad 24. ubi ampliatur.
Prorogari non potest de persona ad personam iurisdictio delegata, decis. 117. numer. 21. & supra.
Prorogari non potest iurisdictio unius speciei ad diversam speciem, decis. 117. numer. 22.
Prorogatur per laicum in re profana iurisdictio conservatorum Vniversitatis Studii Generalis Ilerdæ, & Magistri Scholarum eiusdem Vniversitatis, decis. 121. tot. & à numer. 4. usque ad numer. 9. cum pluribus exemplaribus limitatur nu. 11. cum exemplari cui satisfit, ibid. & numer. 14. 15. & 16.
Prorogatio iurisdictionis, iuxta consuetudinem regulatur, dec. 121. numer. 12. & 13.
Prorogari non potest iurisdictio Auditoris Cameræ Apostolicæ, decis. 135. num. 28. quod limitatur num. 29.
Prorogari potest terminus quindecim dierum, concessus ad recursum declarandum, cum consensu Curiarum, decis. 148. num. 9. vsque ad num. 12.
Valet argumentum de prorogatione termini contentionis ad prorogationem termini ad declarandum super informationes Iudicis Delegati ad Banchum Regium decis. 148. num. 13. vbi num. 14. traditur forma supplicationis ad prorogandum terminum informationis ad Banchum regium cum declaratione, & Iudicis provisione, & num. 15. & 16. traditur observantia Senatus quod declaratur vsque ad num. 20.
Prorogari an possit per partem privatam iurisdictio, quam Sacrum Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. de reform. tribuit Iudicibus Ordinarijs in prima instantia, in præiudicium Regaliæ protetionis illius Tridentini decreti? decis. 115. fere per totam vbi multa de prorogatione iurisdictionis, an ea procedat stante partium, vel alterius ex his errore, dolo, seu simulatione, & an per procuratorem fieri possit Iudicis prorogatio.
Per prorogationem possunt Religiosi, & exempti in Ordinarij Ecclesiastici iurisdictionem consentire, Pontificis autoritate concurrente, decis. 151. num. 2.
Prorogatio exequi non potest contra partem prorogante in damnum Regij fisci, imò executio in totum suspenditur, decis. 151. num. 10.
Prorogationem iurisdictionis non inducit consensus erroneus decis. 151. num. 23.
Prorogationem iurisdictionis impediunt metus, vel coactio, ibid. num. 39.
Prorogare non potest Procurator iurisdictionem, nisi habeat specialem mandatum, decis. 151. num. 33. & 34.
Valet argumentum de prorogatione iurisdictionis ad renuntiationem, decis. 141. numer. 27.
In prorogationibus R. A. an possint evocari causæ, decis. 157. numer. 53.

PROTECTIO.

Protectio Regia quando locum habeat, vide verb. *Oppressio*, & verb. *Princeps*, & *decis. 172. totam*.
Dominus noster Rex est protector Sacri Concilii Tridentini, decis. 135. numer. 33.
Protectionis Regalia, qua Regens protegunt oppressos, est Regibus connaturalis, innata, ossibus Regiis affixa, &c. dec. 147. à numer. 39. ad 45.
Protectio Regia habet locum quando laici gravantur à Iudice Ecclesiastico Delegato in causa temporali, decis. 148. ferè per totam.
Pretectio Regia locum habet quando causæ primæ instantiæ Conservatorum evocantur ad Sedem Apostolicam, nisi sint subsignatæ commissiones impetratæ propria manu Sanctissimi, decis. 149. numer. 18. & in addit. numer. 9.

PRO-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

PROTESTATIO.

Protestatio facta per comparentem coram Iudice incompetente quid operetur, decis. 115. num. 29. cum declaratione.

Publica utilitas, vide verb. *Utilitas publica*.

PUPILLUS.

Pupilli, viduæ, & miserabiles personæ reseripto Principis evocare, non autem evocari possunt, decis. 152. num. 3.

Pupilli, viduæ, & miserabiles personæ, de quibus in l. unic. C. *Quando Imperator inter pupillos, & viduam*, non possunt invicem uti privilegio illo, sed quilibet servare debet ius commune, cum unus non sit potentior altero, decis. 152. numer. 19.

R

RECURSUS.

Recursus Ecclesiastici ad Regem, remedium subsidiarium est, quod declaratur cum Senatu, decis. 132. numer. 9. & 10. vide verb. *Princeps*, verb. *Oppressio*, & verb. *Protectio*.

Recursus Regius cessat deficiente oppressione notoria, decis. 132. numer. 18. cum Senatu, & numer. 19. 20. & 21. aliæ Senatus decisiones apparenter contrariæ, quæ conciliantur.

Recursus est illicitus, & contra recurrentem procedi potest ad declaratoriam, si post declaratam possessionem per Iudicem Ecclesiasticum, recurratur ad Iudicem laicum pro impediendā executione mandati de manutenendo, decis. 136. n. 14.

Recursus est licitus ad Iudices Sæculares, quando interponitur, non ad impediendam iurisdictionem Ecclesiasticam, sed ad illam adiuvandam, decis. 136. numer. 18. & 19. cum Senatu.

Recursus interponendus est ad Principem, quando in executione, alicuius beneficii Regiæ præsentationis, datur Ecclesiastici denegatio, aut dilatio, decis. 137. numer. 19.

Recursus in subsidium interpositus ad Principem Sæcularem, per Ecclesiasticum oppressum, est remedium omnino extraiudiciale, nec à Rota, nec à Iudicibus, & Advocatis Romanis improbatur, decis. 138. tot. & in addit. num. 11.

Recursus ad Principem Sæcularem inhæret Diademati, ob politicam, & œconomicam potestatem, decis. 138. num. 1. & num. 2. DD. id probantes.

Recursus est nuda notio, absque vllo iurisdictionis officio, & est protectio propter miseros, & oppressos introducta, charitativum, & sumarissimum iuvamen, & alia, ibid. num. 2.

Ex recursu ad Iudicem Sæcularem non inducitur litis pendentia, decis. 138. num. 8.

In Recursu, si testium assertio sit expectanda, nulla expeditur citatio, nec exigitur à testibus iuramentum, decis. 138. num. 10. & num. 11. Senatus decisio.

Recursus antedicti expediuntur in Regio Senatu absque Salario, provt etiam declaratio occupationis temporalitatum, & suo casu banimenti, decis. 138. num. 12.

A declaratione super recursu non datur supplicatio, ibidem num. 13.

Extrajudicialis notio, quam adhibet Princeps, ad quem recurritur, est de mero, & simplici facto, ibidem num. 14.

In recursibus supradictis reverenter se habet Regius Senatus; nam Ecclesiasticus monetur, vt ipsemet revocet procedimenta, aut informet Banchum Regium, decis. 138. num. 15. 16. & seqq.

Recursus ad Principem Sæcularem quando sit licitus, & quomodo practicandus veniat, decis. 138. num. 21. & numer. 43. vsque ad 50.

Recursus extraiudicialis ad Principes Sæculares per Ecclesiasticum interpositus debet restringi ad simplices litteras, decis. 138. num. 22.

Iudices Sæculares in illis recursibus, solum acta, & processus vident, ut eis constet de oppressione Iudicis Ecclesiastici, ibidem numer. 23. & 24.

Recursus non fit iudicialis ex litteris exhortatoriis directis Ecclesiastico per Iudicem Sæcularem, nec ex firma Regentis, seu Iudicis Sæcularis in illis posita, nec ex illarum præsentatione, decis. 138. nnmer. 25. & 26.

Recursus ad Iudicem Sæcularem, pro manutentione possessionis Ecclesiasticæ, approbatur à Rota Romana, decis. 138. numer. 35. 36. & 37. ubi plures Rotæ decisiones recitantur.

Recursus non est improbatus à Rota ad defensionem propriæ possessionis, appellationis admissionem, decis. 138. numer. 39. & 40.

Recursus licitus est, quando quid innovatur in præiudicium appellationis, ibid. numer. 41.

Recursus ad Principem Sæcularem denegari Ecclesiasticis non potest, quando necessitas eum expostulat, decis. 139. tot. signanter numer. 43. & 44.

Recursus Ecclesiastici ad Principem Sæcularem, approbatur à nostro iure Municipali, ibid. numer. 45. & 46. & numer. 51. cum seqq.

In admissione recursus personæ Ecclesiasticæ, non violatur libertas Ecclesiastica, quando vis, & violentia est manifesta, decis. 140. numer. 53.

An Recursus Ecclesiastici ad Iudicem Sæcularem à Rota damnetur, decis. 146. numer. 23. & numer. 24. 25. & 26. & numer. 27. 28. 29. & 30.

Recursus ad Principes Sæculares quoad personas Ecclesiasticas per viam violentiæ, an fiat permissi, & an concessiones, seu privilegia Apostolica (quæ ei suffragantur) præsumpta, aut effectiva, fuerint derogata per Bullam in Cœna Domini, & alias Sacras dispositiones, decis. 147. num. 11.

Recursus Ecclesiasticorum ad Principem Sæcularem fundant ferè omnes DD. in consuetudine immemoriali, à Summis Pontificibus assentita pro bono publico, & quiete ipsiusmet Ecclesiæ, decis. 147. numer. 12.

Recursus Ecclesiasticorum ad Principes Sæculares ferè omnes DD. admittunt apud omnes nationes extrajudicialitèr tamen, ibid. numer. 12. usque ad numer. 35. & seqq.

Recursus Ecclesiastici quando coarctantur inter limites naturalis, & necessariæ defensionis sunt permissi, decis. 147. numer. 48.

Recursus erit licitus in casu quo Iudex gravat partem, eam inaudita, ibid. numer. 49.

Recursus etiam est licitus in casu quo Iudex manifestè usurpat iurisdictionem temporalem, ibid. numer. 50. 51. & 52. id comprobatur.

Recursus in Cathalonia suffragantur possessione immemoriali confirmata auctoritate Apostolica, & etiam ex expressis Summorum Pontificum sanctionibus: ibid. nu. 54. & 55.

Recursus permissus est, quando Ecclesiasticus non defert appellationi ad Superiorem Ecclesiasticum interpositæ in causa à notorio appellabili, ad quem præsto per vim passum ut necessitas urget adiri non potest, decis. 147. num. 56.

Recursus etiam permittitur quando ab Ecclesiastico læditur Regalia protectionis S. C. Tridentini, ibid. num. 57.

Recursus etiam permissus est quando evidenter, & notoriè leditur iustitia, aut utilitas publica, aut ius tertii, ibid. numer. 58.

Recursus permittitur quando usurpantur ab Ecclesiastico Regaliæ Domini nostri Regis in evidentem & notoriam iacturam iurisdictionis Regiæ, decis. 147. numer. 59.

Recursus etiam locum habet quando damnificatur Regalia iuris patronatus, vel læduntur Regaliæ super iuribus, aut rebus patrimonialibus, ibid. num. 60.

Recursus etiam permissus est quando Ecclesiasticus petijt assistentiam vel manutenentiam, vt conservetur in sua possessione rei spiritualis, vel Ecclesiasticæ, vsquequo per suum Iudicem fuerit declaratum, ibid. num. 61.

Recursus similiter permissus est, quando ipsemet Iudex Ecclesiasticus implorat Brachium Sæculare per viam nudè assistentiæ, vel iuxta modum foralem invocationis Brachij Sæcularis, ibid. num. 62.

Recursus permissus est quando notoriè opprimitur Ecclesiasticus à suo Iudice, nec adest aditus ad superiorem Ecclesiasticum decis. 147. num. 63. & 64.

Recursus ad Principem Sæcularem quando Ecclesiasticus cognoscit de causa temporali inter laicos, vel contra laicum, decis. 148. num. 1. & 2.

Formæ interponendi recursus traduntur, decis. 148. num. 5. 6. & alijs. Vide in verbo *Forma*.

Recursus declarandus est intra quindecim dies, postquam Iudex Ecclesiasticus delegatus informat Banchum Regium, alioquin censetur declaratus in favorem Iudicis Ecclesiastici, decis. 148. n. 9. nisi terminus quindecim dierum fuerit prorogatus, ut fieri solet cum alio termino quindecim dierum, ibid. num. 10. 11. & 12.

Recursus vt denegetur non obstat renuntiatio vim passi; quippè vltra quod recursus continet naturalem defensionem remanet Principi ius, quod consistit in liberando vi oppressos, decis. 151. num. 8. & num. 12.

Recurit vel ipse pars privata ad Regium Senatum, vel solus Fisci Procurator, quando opprimitur Vassallus per Iudicem Delegatum Apostolicum, ibid. num. 13.

REGALIA.

Quando Regalia iura læduntur, quomodo procedatur, decis. 134. à num. 16. vsque ad num. 39.

Regalia protectionis Sacri Consilij Tridentini habet locum quando læditur, percutitur prima Ordinariorum instantia, decis. 135. num. 33. & 34. cum Senatu.

Protectio Regia ad sublevandum oppressos est supremæ Regaliæ, & nequit ab inferioribus suffragari, dec. 136. nu. 22. & 23.

De Regalibus fiunt ea, quæ Rex habet ex concessione Apostolica, aut consuetudine, decis. 137. numer. 3.

Regalia providendi beneficia, quæ vaccant per promotionem ad Episcopatum, an comprehendat beneficia de patronatu laicali, decis. 137. numer. 15. & 16.

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

eRegalia cognoscendi per Baiuliam Generalem huius Principatus de beneficiis Regii Patronatus, & de eorum dotibus, & redditibus, decis. 137. numer. 17. & 18.

Ad Regalias Regias spectant, præsentationes Beneficiorum Patronatus Regii, decis. 137. numer. 19.

Regaliæ usus in una specie extenditur ad aliam, quando adest ius, & causa universalis, decis. 140. numer. 48.

De Regalibus est concessio locorum publicorum, decis. 142. numer. 23.

Regalia est Domini nostri Regis incisio Arborum ad fabricam Navium, & Triremium Regiarum, decis. 144. num. 1.

Regalia est plaustrorum, & Navium, quæ consistit in compellendo subditos, ut cum eorum plaustris, & curribus iusto pretio portent ligna pro galeis faciendis, vel aliis rebus hostilibus, sive annonis, decis. 144. numer. 3.

Regalia protegendi oppressos connaturalis est Domini Regis iam à primævo ævo, decis. 147. numer. 39.

Regalia illa est innata Regibus, affixa Coronæ Regiæ, affixa ossibus Regis, & Regalia publica, dicitur naturale Regis attributum, unum continens inseparabile à Rege, ibidem numer. 40.

Regalia protectionis Regiæ fundatur in defensione naturali, ideò est universalis apud omnes Gentes, decis. 147. numer. 45. & numer. 47. assignatur ratio.

Regalias Regias defendere incumbit Regio Fisco, decis. 150. à numer. 1. usque ad numer. 5.

REGENS.

Regentis Regiam Cancellariam iurisdictio ordinaria est, dec. 116. numer. 15. & an sit prorogabilis. Vide in verbo *Prorogatio*, & in verbo *Iurisdictio*.

Regens Regiam Cancellariam, qui cognoscit de causis non excedentibus summam viginti librarum, cognoscere potest de reconventione, quamvis per eam efficiatur causa maioris summæ, decis. 116. numer. 21.

REGULARES.

Regulares, qui Congregationi subsunt Prælatis, Visitatoribus, & Capitulis suis, qui verò ad Congregationem non sunt redacti, sunt immediatè subiecti Sedi Apostolicæ pro excessibus puniendis, decis. 149. numer. 22. 23. & num. 26.

Designantur Senatores Regii ad evitandum scandala in electionibus Regularium, & quam Sedem debeat habere in Capitulo, decis. 141. numer. 18. 19. & 20.

Vide verb. *Religiosus*.

RELIGIOSUS.

Religiosi conservantur per Regium Senatum in possessione celebrandi Missas in certo Monasterio, decis. 136. num. 3.

Et in possessione residentiæ in suis Monasteriis cum alimentis, ibid. numer. 4. cum Senatu, quæ comprobantur, nu. 5. & 6.

Religiosi in favorabilibus sunt cives, non solum Civitatis in qua nati sunt, sed etiam Civitatis in qua est situm Monasterium, decis. 139. numer. 11.

Religiosi, & Religiones antea erant subiecti iurisdictioni Episcopi, decis. 149. numer. 2.

Religiosi hodie sunt à iurisdictione Episcopi exempti, & immediatè subiecti Sedi Apostolicæ attentis Summorum Pontificum indultis, sive per privilegia directè, sive indirectè per communicationem; non tamen sunt exempti à Legato à Latere, decis. 149. numer. 4.

Religiosorum subiectio erga suos Prælatos à Summo Pontifice dependet sine cuius ministerio, & intentione Prælati Regulares nullam habent iurisdictionem, decis. 149. nu. 6.

Religiosi coram Iudice Ecclesiastico Ordinario, nec civiliter, nec criminaliter conveniri possunt, sed coram suo Prælato Religionis, qui in eos omnimodam habet iurisdictionem, decis. 149. numer. 20.

Religiosis concessa fuit facultas nominandi Conservatores in sua Provincia, pro causis civilibus, ne cum magno dispendio partes cogantur ad loca remota ire, decis. 149. nu. 25.

Religiosi, & exempti possunt in Ordinarii Ecclesiastici iurisdictionem per prorogationem consentire Pontificis auctoritate concurrente, decis. 151. numer. 2.

Vide supra in verb. *Regulares*.

REMEDIUM.

Remedia debent impendi ad mala medendum, & abusus medicamentorum est punibilis, decis. 140. numer. 36.

REMISSIO.

Remissio criminosi potest fieri de officio, absque petitione Procuratoris Fiscalis, decis. 114. numer. 8. & 9. forma provisionis, & à numer. 10.

Remissio reorum criminis, vel eorum repetitio, per quos Iudices fieri debeat, & apud quem notarium acta Curiæ debeant remanere, & quid in civilibus, decis. 114. num. 11.

RENUNTIATIO.

Renuntiatio proprii fori facta per laicum inducit prorogationem iurisdictionis Iudicis Ecclesiastici, decis. 108. num. 2. & infra.

Renuntiare privilegio fori, & se submittere Iudici Sæculari non potest Clericus adhuc cum iuramento, neque valet convenire coram eo, etiam non opposita exceptione fori declinatoria, ita ut processus per Sæcularem factus sit ipso iure nullus, decis. 115. numer. 5. 6. & 7. limita, ut numer. 8. cum Senatu.

Renuntiatio fori, & submissio alterius cuiuscunque per laicum facta inducit prorogationem iurisdictionis Ecclesiasticæ decis. 115. à numer. 11. usque ad numer. 20. cum seq. & supra.

Renuntiatio, sive resignatio dolosa nulla est, decis. 115. num. 26.

Valet argumentum de renuntiatione ad iurisdictionis prorogationem, ibid. numer. 27.

RESIDENTIA.

An Residentiam facere teneantur Parochi, & cæteri curam animarum habentes. Vide in verb. *Parochus*.

Residentiæ excusatio, si evidenter, & notoriè iusta apparet, appellatio habet utrumque effectum, decis. 130. numer. 27. Vide in verbo *Appellatio*.

RETENTIO BULLARUM.

Retentio Bullarum Apostolicarum. Vide in verbo *Bulla*, & in addit. numer. 6. & 7.

REX.

Regiæ Maiestati gladius commissus est ad laudem bonorum, & ad malorum vindictam, decis. 111. numer. 9.

Rex an suis subditis possit prohibere, ne prorogent Ecclesiasticam iurisdictionem, decis. 115. à numer. 34. ad 39. & numer. 40.

Reges in Pontificum compagine charissimi in Christo filii cognominantur, decis. 123. num. 20. & 21.

Rex Aragonum Iacobus Secundus intitulatur Vexillarius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ibid. num. 22.

Regi Iacobo Secundo concessæ fuerunt decimæ per Summos Pontifices. decis. 123. num. 23. vbi de gratitudine erga eum Pontificia vsque ad num. 25.

Rex Petrus Tertius maximam ad Ecclesiam habuit devotionem, decis. 123. num. 26. 27. & 28. vbi de eius devotione à Summis Præsulibus approbata, & de istorum in eum concessionibus, vbi num. 29. Similia indulta favorabilia Serenissimo Domino Ioanni.

Regi Petro Tertio concessum fuit per Clementem Sextum vt *non obstante interdicto Ecclesiastico posset nuptialem benedictionem accipere*, & in facie Sanctæ Matris Ecclesiæ Matrimonium solemnizare, & per Urbanum Sextum ei fuit concessum, vt non obstante interdicto ei liceret in Ecclesijs, etiam apertis Ianuis, pulsatis Campanis, alta, vel submissa voce Missam, & alia Divina Officia celebrare facere, decis. 123. num. 27. & 28. vbi num. 29. traditur idem fuisse concessum eius Serenissimo filio.

Rex Ferdinandus constitutus fuit sub Apostolica protectione, decis. 123. num. 30. vbi de denominatione *Catholici*, num. 31.

Rex Carolus Quintus Fidei cultum Testamento, & Codicillis commendavit Serenissimo Principi Philippo charissimo filio suo, decis. 123. num. 34. vbi de eius denominatione *Maximi*, & *Fortissimi*.

Regi Philippo in Aragonia Primo, fuit ius patronatus Ecclesiarum concessum, cum motivis huius Pontificiæ concessionis, decis. 123. num. 35.

Rex Noster Carolus Secundus, fuit fortissimus Ecclesiæ murus, Virtutis, Pietatis, & Religionis præsidium, &c. decis. 123. num. 36.

Regij interesse est Maioratus conservatio, decis. 133. num 3.

Rex solus, vel eius Locumtenens Generalis in Provincia literas manutenentiæ concedit, decis. 136. num. 22. cum Senatu, & num. 23.

Rex in suo Regno est caput, cor, & anima mixti corporis Reipublicæ, decis. 136. num. 2. & 3.

Rex est Pater, & sicuti Pater Familias, ita Princeps familias appellatur, & cognominatur Pater patriæ, & publicus parens, & tutor communis subditorum suorum, decis. 139. num. 4. 5. 6. & 7. vbi num. 8. Senatus decisio, num. 6. DD. remissive, decis. 141. num. 50. & in addit. num. 12.

Regis veneratio ingenita est gentibus, decis. 139. num. 26.

Rex potestate œconomica, & politica potest Clericos inobedientes, vel pacis publicæ turbatores à suo Regno eicere, decis. 141. num. 50. & alijs, Vide in verbo *Princeps*, & in verbo *Bannimentum*, & in addit. num. 20. & 21.

Reges nostri, & Monarchæ Catholici Templum Monti-Serrati Monachos, Religiosos, Familiares, Domesticos Peregrinantes, & eorum bona, ac iura sub sua Salvaguardia, & suprema, ac Regia protectione posuerunt, decis. 150. numer. 11. ubi num. 13. & 14. Regia Privilegia.

Rex Noster Carolus Secundus obiit in Domino pro quiete æterna 1. Novembris Festo Omnium Sanctorum anni 1700. dec. 152. n. 46

Regis Philippi Quinti aditus in Hispaniam, laudatur, decis. 157. numer. 58. vers. *Desistit hic*.

RIPA.

Ripæ, litora flumina, & aquæ publicæ, quoad dominum, & proprietatem sunt Principis, decis. 143. numer. 1. & 2. & fere per tot. cætera vide in verbo *Aqua*.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

S

SALARIUM.

SAlarium non exigitur à declaratione occupationis temporalitatum, vide in verbo *Recursus*.

SCRUTINIUM.

Scrutinium in domibus Ecclesiasticorum faciendum est cum assistentia Iudicis Ecclesiastici per sæculares, decis. 111. nu. 6. 7. & 8. cum Senatus declaratione.

SECRETUM.

Secretum observare, est decus Senatus, decis. 139. & in addit. numer. 14.

SENATUS, ET SENATORES.

Senatus Cathaloniæ laudatur, decis. 121. numer. 12.

Senatores Regii Criminalis Concilii non possunt se intromittere, nec ius dicere in causis civilibus, nec è contra Senatores Regiæ Audientiæ Civilis possunt ius dicere in causis criminalibus, decis. 136. numer. 21.

Senatus habet causas distributas, ibid. numer. 23.

Senatus auctoritas, & veneratio stans debet permanere, ne dedecus aliquod Senatui inuratur; necessaria enim est, & præcisa auctoritas in superiore, & Magistratu, decis. 139. numer. 30. & 31. & in addit. numer. 13.

Senatus sententiæ, qui resilit, demens dicitur & sine sensu a iure nostro municipali, decis. 139. numer. 32. ubi numer. 33. traditur Regium Reseriptum pro integerrima Senatorum auctoritate, tam quoad se publice colendos, quam alios venerandos.

Senatores ex debito sui officii debent succurrere oppressis Ecclesiasticis, decis. 139. numer. 40. 41. & 42.

Senatus Regius de officio remittit ad Iudicem Ecclesiasticum causas Civiles contra personas Ecclesiasticas, decis. 145. nu. 4. cum Senatus decisione.

Senatoribus Regiis præcipitur in Regiis privilegiis suarum nominationum, ne per timorem pœnarum fiscalia commoda occultent, decis. 150. numer. 8. & 9.

Senatores Regii apud nos, ad Regalias muniendas, æqualiter cum Fiscali se præbere debent, decis. 150. num. 10. & 11.

Reliqua vide in verbo *Ministri Regii*.

SENTENTIA.

A sententia lata à Iudice prorogato, appellatio est interponenda ad superiorem Iudicis prorogati, non prorogantis, decis. 107. numer. 10.

A sententiis definitivis per Baiulum Generalem latis appellatur ad Regiam Audientiam, & causæ appellationis ad eam evocantur, & quid quando appellatur à mandatis sine clausula iustificativa expeditis, decis. 143. numer. 35. usque ad 37. vide in verbo *Appellatio*.

SEQVESTER.

Sequester est quidam tertius, apud quem res aliena ponitur custodienda, decis. 133. numer. 38.

Sequester esse non potest colligitans, ibid. numer. 37. cætera vide in verbo *Sequestrum*.

SEQVESTRUM.

Sequestrum Regium apponitur, ex quo pro capienda possessione arma parantur, decis. 113. num. 6. cum Senatu.

Qua forma fit sequestrum tollendum, ibid. num. 7. & 8.

Sequestrum providere non potest Iudex à quo, postquam appellationi detulit, decis. 132. num. 6. cum Senatu.

Sequestrum fructuum an apponi possit ante sententiam, & an fieri valeat descriptio, & quid post sententiam, decis. 133. numer. 1. & seqq.

Sequestrum apponi potest ante sententiam, constito tamen de pleno iure petentis, decis. 133. num. 1. 2. & 3. cum Senatu.

Constito de iure petentis sequestrum Iudicis est arbitrarium, & quæ causæ concurrere debeant, ibidem numer. 4.

Sequestrum non admittitur ex sola suspicione dilapidationis fructuum ibid. num. 5. & 6.

Sequestrum in Regio Senatu vix practicatur in prima instantia, ibidem numer. 7.

Sequestratur dos, si maritus constante matrimonio eam dissipet, aut labi facultatibus incipiat, ibid. numer. 8.

Sequestrantur bona mariti ut tuta sit dos, & sponsalitium uxoris, quando constante matrimonio exequuntur bona mariti, & tunc superest uxori remedium optandi fructus, decis. 133. numer. 9. cum Senatu.

Sequestrantur etiam viduæ bona per eam possessa pretextu dotis, & sponsalitii, quando ex adverso præteditur mulierem, nec dotem, nec sponsalitium habere, sed solum de eo excipere ad litem differendam, ibidem numer. 10. cum Senatu.

Sequestrum post sententiam, pendente appellatione apponitur, si fructus dissipentur, decis. 133. numer. 12.

Sequestrum petere potest obtinens revocationem, pendente supplicatione a revocatione litterarum manutenentiæ coram Iudice causæ supplicationis in fructibus beneficii, ibidem numer. 13. cum Senatu, & numer. 14.

Sequestrum admittitur cessante fructuum dilapidatione, quando timetur, quod commodè executio fieri non possit in re beneficiaria, ibidem numer. 14.

Sequestrum, ut post sententiam valeat fieri in rebus profanis, requiritur quod adsit dilapidatio, vel timor dilapidationis fructuum, vel quod adsit timor difficilis exactionis recuperationis fructuum, ibid. numer. 15. & 16.

Sequestrantur fructus ex præsumpta dilapidatione eorum, quod declaratur, decis. 133. numer. 17. & etiam quando possessor omnes fructus in proprios usus convertit, vel si male bona administret, ibidem numer. 18. & 19.

Sequestrum quibus in casibus permittatur, enarratur ibidem numer. 20. 21. & 22. usque ad 27

Sequestrum fuit provisum pendente supplicatione tam à definitiva, quam à provisione liquidationis, ex quo Reus non possidebat immobilia magni valoris, decis. 133. numer. 24. & 25. quod idem procedit appellatione pendente, & idem fuit per Senatum declaratum in bonis tutelæ, & tutoris, ibidem numer. 26. 27. & 28.

Sequestrum contra eum, qui sententiam obtinuit, etiam providetur, & pendente supplicationis causa contrario imperio, & in forma, à provisione manutentionis, decis. 133. numer. 29.

Sequestrum in causa possessorii summarissimi fieri potest, dec. 133. numer. 30. cum Senatu, & aliquando sine partis citatione, numer. 31. & quando provideatur cum voto Advocati Fiscalis patrimonialis, numer. 32. & 33. cum Senatu, & ibi ratio.

Iudex ex officio providere potest sequestrum, & tunc instantia legitima est Fisci, ibidem numer. 34. & 35.

Sequester quis dicatur, & quis esse possit, vide in verbo *Sequester*.

Sequestrum legitimè positum, per appellationem non impeditur, qua de causa in provisione sequestri apponitur clausula *post executionem intimetur*, decis. 133. numer. 40.

Per sequestrum rationabiliter appositum leve, aut parvum præiudicium irrogatur, ibidem numer. 41.

Sequestrantur fructus Abbatiarum, & Beneficiorum, quæ sunt de Patronatu, & patrimonio Domini nostri Regis, & illorum cognitio quoad rationem reddendam pertinet ad Magistrum Officii Rationalis, decis. 143. à numer. 26. vide in verbo *Magister*.

Sequestrum mulieris ob sævitias viri fit per Iudicem sæcularem, decis. 155. numer. 18.

Sequestrum puellæ pro eius educatione fit per Curiam secularem, & etiam quando non est tuta domi tutoris, d. dec. numer. 19. ad 22.

Sequestratio puellæ impuberis, ne vis ei fiat quoad contractum Matrimonii pertinet ad Curiam sæcularem, d. decis. numer. 24. ad 28.

Sequestratio puellæ nubilis quoad explorationem voluntatis, pertinet ad Curiam Ecclesiasticam, & si prius sequestrata fuerit per sæcularem, & per Ecclesiasticam petatur, pro ea causa ipsi tradenda est, d. decis. numer. 28. ad 31.

Si causa educationis pupillæ præventa fuerit in Curia sæculari, & ea ratione per Curiam sæcularem fuerit sequestrata, & à Curia Ecclesiastica petatur sequestrari pro exploratione voluntatis matrimonii, (cui est tradenda) conservatur adhuc sequestrum per Iudicem sæcularem appositum, d. dec. numer. 31. ad 33.

Sequestro prævento per Ecclesiasticum ratione causæ matrimonialis, non intromittitur in eo Curia sæcularis, d. decis. numer. 34.

SERVITUS.

Servitutem lignandi habens, an possit ligna scindere apta ad trabes, vel ad ædificandum, & an sub servitute lignandi comprehendatur usus, seu facultas faciendi carbones, seu carbonarias, decis. 144. ferè per totam.

Servitus iuris lignandi, vel pascendi, non dicitur ususfructus, sed usus, decis. 144. num. 38 39. & 40.

Servitus palorum eruendorum non est ususfructus, decis. 144. à numer. 41. ad 44.

In servitute lignandi, vel iuris pascendi an possit Dominus prædii servientis fundum ad culturam reducere, decis. 144. numer. 48. 49. & 50.

Servitutem lignandi habens an possit ligna scindere apta ad trabes, vel ad ædificandum, decis. 144. numer. 51. & à numer. 53. ad 58.

Dominus servitutis, sicut nec ususfructuarius, Colonus, & usuarius non possunt scindere arbores ad ædificandum aptas, decis. 144. numer. 60. usque ad numer. 63. & seqq.

ub servitute lignandi an comprehendantur usus, seu facultas faciendi carbones, seu carbonarias, decis. 144. numer. 66. & seqq.

Servitutes prædiales habentibus, non permittitur devastatio substantiæ rei, ibidem numer. 73.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

INDEX

Servitus est odiosa, & in dubio intelligitur constituta secundum indigentiam adquirentis, seu prædii dominantis, ibidem numer. 89.

Servitus discontinua est, quando ex ea nulla commoditas percipi potest, nisi facto hominis, & quatenus homo utitur qui semper esse non potest in actu operandi, decis. 145. numer. 2.

Servitutes reales discontinuæ præscribi non possunt, nisi per tempus de cuius initio non extat hominum memoria in contrarium, decis. 145. numer. 3.

Servitutes lignandi, & pascendi uti reales discontinuam causam habentes, non præscribuntur, nisi possessione immemoriali, ibidem numer. 4. & seqq.

Ad servitutes discontinuas præscribendum non sufficit nuda tituli allegatio, simul cum possessione quadrigenaria, sed debet constare de requisitis, quæ explicantur decis. 145. numer. 25. & supra.

SIMULATIO.

Simulatio æquiparatur falsitati, seu dolo quoad nullitatem rescripti, prout obreptio, & subreptio, dec. 151. nu. 28. usque ad 30.

SOL.

Soles tres apparuerunt die Nativitatis Domini in Hispania in unum collecti, decis. 123. numer. 32.

STATUTUM.

Statutum quatenus non subditos ligare intendit, ipso iure est nullum, decis. 152. numer. 6.

Ex impotentia concedentis arguitur noluntas, & statutum recipit interpretationem à potestate statuentis, decis. 152. numer. 8.

Quando statutum laicale liget Clericos, decis. 139. numer. 35. & in addit. numer. 15.

STUDENS.

Studentium causæ excipiendæ sunt à prima instantia Ordinariorum, eo quia istæ in Universitatibus vigore conservatoriæ tractatur coram eorum Iudice, tam in possessione, quam in proprietate, decis. 152. numer. 17. & numer. 18. decisio Pontificia.

SUBDITUS.

Subditi non debent cogi exire ad litigandum extra suam Provinciam, & sic citatio extra Provinciam facta non ligat, decis. 135. numer. 1. & 2. & numer. 3.

Subditus tenetur obedire suo superiori in his, quæ pertinent ad suum imperium, non in aliis, decis. 142. num. 39.

SUBSIDIUM.

Subsidium in quo discernatur à brachio sæculari, vide in verbo *Brachium*.

SYLVA.

Sylva generale nomen est pro nemore usurpatur, decis. 144. numer. 16.

Pro fructice, numer. 17.

Pro vitibus, numer. 18.

Pro herbis, florida etiam sylva vocatur, numer. 19. per horto, numer. 20.

Sylva dividitur in cæduam, & non cæduam, decis. 144. numer. 21. ubi usque ad numer. 24. declaratur quænam cædua dicatur.

Sylva non cædua, dicitur, quæ habet arbores grandes, sive fructiferas, & excisæ non renascuntur, ibidem à numer. 25. usque ad numer. 28. ubi id declaratur.

Sylva quando non cædua, sed fructifera est, non licet usufructuario emphyteotæ, colono, nec cuicunque usuario incidere arbores, aliàs ius suum amittunt, & ad interesse, & damna tenentur, & an, & quando possint incidi, remissivè decis. 144. numer. 29. & à numer. 30. ad 33. traditur huius ratio.

Legarius sylvæ remotæ æquiparatur usufructuario, & potest vendere, & cædere ligna, decis. 144. num. 47.

T

TEMPORALITAS.

TEmporalitatum occupatio quomodo practicetur, remissivè, decis. 104. numer. 16.

Temporalitates occupantur occasione inobedientiæ commissæ contra Regiam Maiestatem, decis. 127. numer. 2. cum pluribus seqq. & seqq.

Temporalitatum comminatione facta, si Curia Ecclesiastica contumaciter se habeat, iterum eidem rescribitur, ut procedimenta revocet infra certum terminum, aliàs compareat ad declarandum se incidisse in occupationem temporalitatum, decis. 127. numer. 23. in fine.

Temporalitatum comminatio fit contra Curiam Ecclesiasticam ex quo sententiatum post contentionem firmatam non observat, decis. 127. numer. 28.

Temporalitates declaratæ fuerunt per Curiam Regiam, ex quo Curia Ecclesiastica adhuc procedimenta non revocaverat, vt ita per arbitros fuerat declaratum, decis. 127. n. 30. cum exemplari, & aliud num. 31. & aliud num. 34. & 35.

Temporalitatum occupatio hodie non observatur quando Curia Ecclesiastica attentat, benè vero si declaratis attentatis illa non revocantur, decis. 127. num. 38. & 39. cum exemplari.

Temporalitatum occupatio comminantur contra Iudices delegatos, si isti non revocent procedimenta, nec comparent in Regia Audientia ad informandum Banchum Regium, decis. 128. num. 11. vsque ad num. 14. cum pluribus exemplaribus.

Temporalitates Cameræ Apostolicæ Sede Episcopali vacante occupantur, ex quo Subcollector iurium dictæ Cameræ noluit revocare procedimenta contra Regios Officiales facta, nec in Bancho Regio comparere ad informandum, decis. 128. num. 13. & num. 14.

Temporalitatibus carens Iudex Ecclesiasticus Delegatus, & contumaciter se habens in non revocando procedimenta, vel comparendo, tunc litteratorie ei rescribitur cum commination Bannimenti, decis. 128. nu. 15. usque ad nu. 20.

Temporalitatum occupatio, & alia remedia assueta, ut versus Ecclesiasticum exerceri possint, requiritur quod notoriè, & evidenter constet de læsione Regiæ iurisdictionis, decis. 129. à numer. 12. usque ad numer. 15.

Temporalitatum occupatio, & remedium Bannimenti contra Ecclesiasticos contumaces, & omnino inobedientes est exequenda moderatè, & per suos gradus, ordinatè, cum maiori circumspectione, & charitate, decis. 140. nu. 27. & 28.

Temporalitatum occupatio est restricta ad iurisdictiones temporales, ibid. numer. 29. & quomodo id intelligatur, n. 30.

Post temporalitatum occupationem aliis remediis est utendum regulariter, & subsidiariè, quousque reintegretur Regia iurisdictio, ibid. numer. 31.

Temporalitates Ecclesiasticorum à Rege occupari possunt, quando isti perturbant, vel usurpant iurisdictionem Regiam, aut iustis Regiis præceptionibus non obediunt, decis. 141. numer. 24.

Temporalitatum occupatio non tangit personas Ecclesiasticas, nec earum bona libera, & franca, sed quæ possident in Regno Regi subiecta, decis. 141. numer. 30.

TENUTA.

Tenuta indistinctè conceditur uxori in bonis viri in casu quo iudicio Ecclesiastici separantur, decis. 156. num. 17. & 18.

TERMINORUM AMOTIO.

Causa amotionis terminorum, seu lapidum noviter affixorum, in qua versatur Regii Fisci interesse pertinet ad Iudicem Sæcularem, licet respectu decimarum prætensarum per personas Ecclesiasticas, litibus inter ipsas personas Ecclesiasticas suscitatis super confinibus decimarii, cognitio sit Iudicis Ecclesiastici, ita tamen quod una Curia per aliam non impediatur, respectu diversi, & separati interesse, decis. 143. numer. 32. cum declaratione contentionis.

TERRITORIUM.

Territorium non habent Iudices Ecclesiastici in hoc Principatu, quoad exercitium iurisdictionis contentiosæ contra laicos, decis. 135. numer. 21. & 22.

Territorium, à iure Gentium est proprium supremæ potestatis politicæ, decis. 141. numer. 25.

TESTES.

Testes in probanda possessione immemoriali debent esse ætatis quinquaginta quatuor annorum, ut possint deponere de quadraginta annis de visu, decis. 145. numer. 14.

Testes interdum maioris ætatis esse debent, ut possint immemorialem probare, quia quadraginta anni de visu debent esse subducto tempore litis, ibid. numer. 15.

Testes in immemoriali, idem est quod dicant *non viderint, & audierint contrarium*; vel quod deponant, *non viderint, & audierint contrarium affum*, decis. 145. numer. 21. cum Senatu, reliqua Vide in verb. *Possessio immemorialis*.

TRANSACTIO.

In transactione prætensa læsiva, attendenda sunt omnia pacta in ea expressa, quoties sunt inter se connexa, & dependentia, nec de illis est separatè iudicandum, decis. 140. numer. 5. & 6. cum Senatu.

Quando plures dispositiones in transactione sunt correspectivæ, si fuerit erratum in parte, causaque expressa in parte sit falsa, in totum corruit transactio, una cum Iudicis decreto, decis. 140. numer. 8. & 9. cum pluribus Senatus decisionibus.

Pactum resolutivum appositum in transactione plurium rerum ostendit eam esse individuam, quodque super uno fine altero nullatenus fuisset transactum, & eius vigore in totum, non in partem resolvendum esse, ibid. numer. 10.

Transactioni non adversatur, veniens ex iure in ea reservato, decis. 140. numer. 32.

TUTOR, ET TUTELA.

Tutoris bona sequestrantur, quando tutores varii cautelis ea intricabant, & dilapidabant, decis. 133. num. 26. cum Senatu.

VA-

V

VACANTIA.

DE vacantibus cognoscit Baiulus Generalis. Vide in verbo *Baiulus Generalis*, & in addit. numer. 24.

VASSALLUS.

Vassallus Baronis potest iurisdictionem Ecclesiasticam prorogare, decis. 115. numer. 46. cum decisione contentionis.

Vassallus quando opprimitur per Iudicem Delegatum Apostolicum ad eius remedium gravamen recurrit, vel ipsa pars privata, ad Regium Senatum, vel solus Fisci Procurator, decis. 151. numer. 13.

VEXILLUM.

Vexillum quid demonstret, decis. 123. numer. 15.

VIA.

Viæ publicæ cognitio ad Principem pertinet, decis. 142. n. 22.

Pro via publica usurpata, & pro ædificatione in via publica, personæ Ecclesiasticæ conveniuntur coram Baiulo Generali Cathaloniæ, ibid. numer. 24. & à numer. 25. & 26. declarationes contentionum, & n. 27. Senatus observantia.

VICARIUS.

Vicarii Generalis electio Sede vacante quomodo facienda, & de eius qualitatibus, decis. 135. numer. 7. & 8.

Vicarius Capituli Sede vacante non potest eligi non Dr. de iure Canonico, vel Licentiatus, nisi in defectum aliorum, ibid. numer. 9. 10. & 11. & numer. 39. declaratio Sacræ Congregationis.

Vicarij Generalis nominatio quoad essentiam non requirit scripturam, sed ad eius probationem, ibid. num. 14. & à num. 39. declaratio Sacræ Congregationis super hoc facta.

VIDVA.

Viduæ, Pupilli, & Miserabiles personæ rescripto Principis evocare, non autem evocari possunt, decis. 152. num. 3.

Viduæ, Pupilli, & miserabiles personæ non possunt invicem uti privilegio, sed quilibet servare debet ius commune, cum vnus non sit potentior altero, decis. 152. num. 19. & 20. traditur ratio.

Viduæ privilegium electionis fori cessat cum pupillo litem habentis; quia illius privilegium est per accidens, pupilli vero per naturam, quod declaratur, decis. 152. num. 21. Vide in verbo *Pupillus*, & in verbo *Privilegium*.

Viduarum causæ indistinctè in hoc Principatu evocantur ad Regiam Audientiam adversus æquè privilegiatum, dec. 152. num. 36. declaratur id procedere inspecto iure municipali.

VIOLENTIÆ.

An à Violentia Ecclesiastico illata à suo superiore recurri possit ad Regem. Vide verb. *Protectio*, *Princeps*, *Oppressio*, & *Recursus*.

Violentia notoria deficiente, cessat Regius recursus, decis. 132. num. 18. cum Senatu; & num. 19. 20. & 21. aliæ Senatus decisiones apparenter contrariæ, conciliantur.

Ad Violentiam tollendam editæ sunt Constitutiones, quæ citantur decis 136. num. 8.

Violentia manifesta interveniente, non violatur libertas Ecclesiastica admittendo recursum personæ Ecclesiasticæ ad Principem Sæcularem, decis. 140. num. 53.

VISITATIO.

Quando Visitator modum visitationis, & correctionis excedit. causæ visitationis, & correctionis Religiosorum, & monialium ad Regium Senatum trahi possunt? dec. 110. n. 16. & 17

UNIVERSITAS LITTERARIA.

Universitates Litterariæ fundatæ per Principem Sæcularem reputantur laicales, decis. 122. num. 2.

USATICVS.

Vsaticus Barcinonæ incipiens *Aliunque de iure Fisci* est observandus non, quia confrontet cum iure communi, sed quia est approbatus à Comite Barcinonæ, & Principibus nostris, decis. 139. num. 46.

Usaticus *Alium namque* comprehendit Clericos, ibid. num. 47.

VTILITAS PVBLICA.

Princeps curare debet ne facinorosi receptentur in loco exempto quando resultant damna, & perturbationes Populi contra publicam vtilitatem, & quomodo procedendum sit, decis. 141. num. 11.

Eadem suadente publica vtilitate quomodo sit agendum pro expellendis Ægyptiis, ibid. numer. 12.

Ne facinorosi receptentur in iurisdictionibus Ecclesiasticis, ibid. numer. 13.

Vt disgregentur Gentes armatæ, per Ecclesiasticum convocatæ, ibid. numer. 14.

Etiam ob publicam utilitatem Princeps excitare solet iurisdictionem Ecclesiastici, ut puniat suos subditos, ibid. nu. 15.

Et quatenus reprimeret Ecclesiasticus subditos suos, qui noctu ibant per Populum apportando instrumenta manualia, ibidem numer. 16.

LAUS DEO.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

Dret
UNIVERSITAT AUTÒNOMA
DE BARCELONA
BIBLIOTECA
REG. 79136
SIG. 09 340
Cal
REF. 125

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

ad, por su Sabiduria, por su discrecion, por todo junto, han apurado à la Elo-
uencia todas las frases para explicar el su-
lime concepto, que forman de esta Obra.
nos calificandola de: *Unica en su espe-*
, y solo comparable con tal qual de las mas
adas, que ha visto España en este siglo.
ros de: *la mayor, que han leìdo en el gene-*
Otros de: *Original, y molde de todas quan-*
eran de salir de la misma Clase. Otros
: *Elogio mas delicado, mas fino, y mas ele-*
do, que se pudiera discurrir del Reyno de
varra, y de sus Individuos. Otros de: *Una*
za, que dexarà eternizada en el Mundo la
lamacion del Ilustrissimo Reyno en el año
46. *Valiendo ella sola todos quantos gastos*
n hecho las Ciudades de la Monarquìa, que
n empobrecido sus Erarios, por obstentar
amor, y su lealtad. Otros en fin de: *Un*
scrito, que hace caer las plumas de las ma-
s, y abate las de el corazon à todos los que
àn trabajando en otros semejantes. Digo,
Señor, que quando las plumas, y las len-
,, guas,

,, Ilustrissimo Reyno, y no juzgando
,, cientes mis alegatos, disfrazò urbana
,, te su precepto en trage de ruego, que
,, modo de hacerle mas eficàz: con qu
,, dì mi juicio (que la voluntad bien
,, da la tenia) y me dediquè desde
,, punto à trabajar en la Obra con sin
,, consuelo, experimentando tambie
,, gun extraordinario aliento.

,, Entreguème totalmente à este cui
,, abandonando otros muchos de no p
,, ña importancia, y en veinte y un di
,, grè vèr escritos, y estampados vei
,, quatro pliegos, tan à costa de mi
,, que enmedio de la tarèa me a
,, una furiosa calentura, que diò ba
,, cuidado à los principios, hasta que
,, nociò ser un violento efymeròn. L
,, que escrivì los dos primeros, antes d
,, los à la Prensa, los remitì à la censura
,, Ilustrissima Diputacion, para que ma
,, se advertir lo que se la ofreciesse
,, ellos en orden à la substancia, estilo

D ,, t

,, tesania, y gracia con un visible en
,, de obsequiar à la Nacion Navarra, y à
,, dos los particulares, que se citaban e
,, Obra.

,, Juzgarà V. I. que me aquieto con
,, ultimo passo? Pues no fue assi. Recel
,, siempre de que los Señores Diputados
,, por la parte que tenian en el Escrito, ò
,, la inclinacion, que professaban al Aut
,, no tuviessen toda aquella indi
,, era menester para hacer juici
,, nado de la Obra, y temeroso d
,, dos Jesuitas Revisores no padeciessen ta
,, bien las mismas excepciones; comuni
,, confiadamente, y baxo un inviolable
,, gilo, todo el cuerpo del Papel co
,, nistro Togado, sabio, culto, erudit

sa propria. Por lo demàs todos alaba-
el methodo, el estilo, la propriedad,
ventiva, y sobre todo la obsequiosa
anidad de la Obra, assi respecto de to-
l Reyno, como de quantos Individuos
os iban saliendo al theatro del Papel.
stas diligencias parece, que pudieran
gar à qualquiera otro genio no tan es-
puloso, ò menos desconfiado, que el
: pero este no se diò por satisfecho con
s. Pareciendome, que los defectos de
Obra se hacen mas visibles, quando se
stra el todo, que considerandola à tro-
, y por partes; luego que estuvo im-
lo el cuerpo del Papel passè à Egues,
de se hallaba el Señor Don Vicente
ilo, por ser el unico Diputado, que

Biblioteca de Ciencias Sociales